8
25 1
6

Digitized by Google

8.25. I. 6

R. P.
PAVLI ALBINIANI DE RAIAS VALENTINI,

SOCIETATIS IESV PRÆSBYTERI,

IN

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS, COMMENTARIVS LITTERALIS,

IN QVO

NVPTIÆ VERBI CVM ECCLESIA SPONSA CELEBRANTVR.

Digitized by Google

8.25.J.6

Digitized by Google

IN CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS, COMMENTARIVS LITTERALIS, *IN QVO*

NVPTIÆ VERBI CVM ECCLESIA

Sub triplice ſtatu, AMANTIVM, ſub Naturæ Lege; SPONSORVM, ſub Scripta; CONIVGATORVM, ſub gratia deſcribuntur

OPVS RECENTISSIMVM:

COMMENTARIIS, ENARRATIONIBVS, NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM.

Philologis, Theologis, Concionatoribus, vtiliſsimum.

AVTHORE,
R: P. PAVLO ALBINIANO DE RAIAS
VALENTINO
Societ. IESV, e Prouincia Aragonia, olim in Collegio S. PAVLI Sacrarum Litterarum interprete; nunc apud Sacros Fidei Quæſitores Doctrinæ Cenſore

AD ILLVSTRISS. VIRVM
D. CONSTANTINVM CERNESIVM
COMITEM PARCENTIVM.

Pertinet ad Bibliothecam S.ti Francisci Transtiberim de Urbe

Ex Testamento Ill.mi ... Rinaldi

GENVÆ, Ex Typographia Benedicti Guaſchi. MDCLVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Imprimatur.

Ex auctoritate Illuſtriſs. Magiſtratus Inquiſitorum Status.

Laurentius Oliuerius Cancell.

ILLVSTRISSIMO DOMINO,
D. CONSTANTINO CERNESIO
PARCENTIVM COMITI.

PAVLVS ALBINIANVS DE RAIAS S.P.

VT fœtui huic meo, necdum valenti ſatis firmo ingredi pede, aliquem, à quo, manu prehenſus, ſuſtentari poſſet, quærerem, CONSTANTINE COMES, *& communis ſcriptorum ſuadebat vſus, & neceſſitas compellere videbatur. vſus multorum damnandus non erat, neceſsitati parendum erat. Nam conſuetudini, prudentium hominum maximè, quid debeatur, nemo cordatus ignorare poteſt: eſt enim illa veluti quædam lex, non ſcripta, quæ vim habet condendi noua iura, & vetera antiquandi. Sed ſæpe, quam conſuetudinem vulgus vocat, non tam conſuetudo, quam prona quædam, & parum meditata naturæ imbecillioris inclinatio eſt; non audentis extra aliorum veſtigia pedem figere. Sic videas totos greges præeuntium ductum ſequi, non minus in præcipitium, & macellum, quam in paſtum graminis lætioris. Tanto pronius ſolet eſſe, præcedentes alios ſequi, quam præcedere, qui te ſequantur. Video tamen, non deeſſe, & quidem de clariſsimis, ac grauiſsimis ſcriptoribus, qui, hoc contempto ſeu vſu, ſeu more, maluerint Opera in publicum miſiſſe ſua, nullo in eorum patrocinium, vt ita dixerim, Numine inuocato: ſiue plus nimio fidentes ſibi, quaſi nemini indigeant ope; Siue aliorum diffiſi authoritate, quæ ſæpe fallere ſolet: ſeu fortaſſis arbitrati, tutius ingenij ſui fœtus fortunæ permitti; cuius leuati manu foueantur in ſinu (ſi quidem digni ſint, & in tantam ſpem educti:) ſin contrà tanta fuerint ſorte indigni, vtpote qui propeſato enixu vitales non ſint, vt octimeſtres partus; qui ſuo fato permittantur, ſint meriti. Et vero niſi ſtudiorum hi conatus felice mora in mentis veluti vulua ſuis temporibus maturuerint, ac fæliciore enixu lucem aſpexerint, fruſtra ſperes, cuiuſcumque adoptione genium mutaturos, aut futuros dignos, qui illuſtrium hominum familijs inſerantur. Hanc ego cauſam potiſsimam puto, cur multorum conatus videamus paſsim iacere, fœtus nempe inualidos, qui neminem inuenerint, qui porrecta manu eos tollere ſit dignatus, deſperata ſcilicet diuturniore vita, & mox morituros, veluti de vtero delatos in tumulum: ea fuit virium imbecillitas, vel natalium infœlicitas, nulla arte, nullius ope corrigenda.*

Conſuetudini ergo neque ſatis confirmatæ, neque ſatis tutæ, aliorum exemplo, parendam mihi neceſſario non duxi, vt Patronum adoptarem huic ingenij mei, qualis qualis eſt, proli, quam, fateor, multo mihi labore conſtitiſſe, ſæpe & tedio, quod comes fere vtero ferentium eſſe, & parturientium

ſolet. Vſu enim ipſo didiceram, Operum ingenij nullam aliam eſſe fortunam, quam ipſa fecerint ſibi; vtpoteque felicitatis quædam ſemina ſecum ab vtero traxerint. Fruſtra ergo ſperes ab Patronis, quantumcumque illuſtres fuerint, Operibus tuis famam communicandam, quam tu illis minimè contuleris. Etiam ſola, omnique extraneo præſidio deſtituta, emergent; & , vel inuita Fortuna, & ringente inuidia, in ſummum euadent, ſeſeque inter clara nomina cenſeri compellent. Grandiores tituli, frontibus Librorum inſcripti, nihil aliud ſunt, quam tituli, ſæpe inanes, nec aliud præſtantes, quam vt exilitas, & natalium obſcuritas, ex illuſtrioris ſanguinis aſpectu proximo ſubfundatur, & latebras quærat, ne hominum conſpectum ſubire cogatur. Sic plebeio natus ſanguine, in nobilem familiam adoptatus, tametſi communicato nomine tumens, plebeius erit, niſi factis oſtenderit, dignum ſe fuiſſe, qui in illuſtrem familiam adoptione transferretur. Tam intereſt, tuis ne bonis ſis diues, an alienis ſplendeas facibus; prodigalitate alterius onuſtus potius, quam opulentus. Itaque Liber hic qualiſcumque meus ſuam ſecum Fortunam *vehat, ſiue fauentem, propitiamque; ſiue aduerſam, & trucem. Patrono non eget, cuius nec amplexu foueri, ſi vitam illi inuiderit natalium imbecillitas, nec authoritate aduerſus inuidiæ morſus, aut legentium faſtidium defendi poteſt; niſi proprijs nixus viribus, quidquid aliunde ſperare, aut optare auxilij potuit, à ſe habuerit. Quod ſi virorum ſapientum aſpectum aut fugiat, aut reformidet, lateat certe; ſitque præmium auſi prodire in publicam lucem, quod pro luce publica publicis tenebris inuoluatur.*

Cur autem vni ſe tibi ſiſtat, altior ratio eſt. Scis, CONSTANTINE COMES, *Amicitiæ iura quam ſint ſeuera: nullus creditor importunior eſt, quam* AMOR *mutuus, ſi quidem ex quo coaluit inter bonos viros, conuictu ipſo, & , vt ita dixerim, contubernio in adultam ætatem maturuerit. Quidquid in bonis animi, corporiſque Amici eſt, ſuum eſſe eodem reputat iure: vt qui ſciat, quidquid ipſe eſt, quidquid in ſuis numerat Amici eſſe eodem iure. Non diuidit patrimonium inuidus; non recondit auarus, qui ſolas diuitias reputat, & quidem ingentes nihil habere proprium, contentus amaſſe affectumque omnem in alium tranſtuliſſe, ſatis ſe diuitem ratus, ſi amari ſe ſciat. Quin tradidiſſe ſe in mancupium, ſuaque omnia in Amici Dominium, minime contentus, ingenij vires omnes, arteſque eo confert, vt peculium augeat; non ſibi vt ſeruiat, ſed vt ei, cui omnia ſua ſeruire in fælicitate ponit: tum ſe demum fortunatiſſimum arbitratus, ſi pro omnibus vnum Amorem habeat fideiuſſorem, ac præſtitem. Id intelligebat illa ſiue Amica, ſiue Sponſa immo & Amica, & Sponſa, quæ eo felicitatis euecta, vt nihil vltra iam expeteret, dicebat:* Ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi. *Cant. vi. 2. (libet enim ab hoc Amicitiæ Sacrario minime pedem efferre:) Quorum verborum ſi ſenſum arcanum exquiras, facile intelliges, paucis verbis vniuerſam de Amicitia ſapientiam comprehenſam; & quidquid à tota Philoſophia de Amicitia diſputatum, breui ſententia incluſum: vt ſtatim appareat, non niſi Diuino calamo ſcriptum, quod modico, vt ita dicam, verborum auro tam grandes, pretioſaſque gemmas incluſerit. Iactat Sponſa ſortem ſuam, quæ in amari meritum omni iure, Amorem ſuum omnem coniecerit, ſeque tradiderit ipſam; quaſi non arboris ſolum fructum, ſed & arborem ipſam, cum folijs, ramis, trunco, radicibuſq; donarit. Addit:* Et Dilectus meus mihi. *Quaſi poſtquam ſe totam, ſuaque omnia impendiſſet in ſponſum, longe plura tributa ſibi glorietur, quam dederit. Vide redditas vices cum auctario, & pro neutra ſtare parte victoriam: niſi ad eum iam ſtatum res deductas conſideres, vt, cum vterque Amans ſe vinci in amando non ſiuerit, non tamen temerè ſe ſimul victorem, victumque fateatur. Addam & quiddam ſubtilius, ſi conſequi poſſim, vt, quæ latent in vnius ſententiolæ arcanis, vtcumque verbis exprimere valeam. Se, ſuaque omnia amicus in Amicum confert, vt iam nec ſuus ipſe ſit, nec ſua ipſius; vt quodammodo iam non ſit, qui ſuus*

non

non eſt, ſed omnino alterius: Qui enim ſuus non eſt, pene non eſt. Sed contra id poſſunt Amicitiæ leges, vt, qui, dum amat, vix eſt, vtpote, qui ſuus non eſt; Amatus non ſolum ſe, ſuaque recuperat, ſed & aliena pro auctario habeat: vt fœliciore ſorte eſſe ſuus incipiat; & inſuper non alium modo pro ſuo habeat, ſed & quidquid illius eſt. Neſcio, qua parte fælicior em reputem, aut dum ſua donat omnia, aut dum cum alienis ſua recuperat. Niſi quod dubium adhuc eſt, vtra fælicior ſit ſors, Amantis an Amati; amare enim tametſi dulce eſt, ſeruitutis quoddam genus eſt, etſi nobiliſsimæ, & ingenuæ; amari dominationis quædam ratio, quæ eo nobilior eſt, quòd non tantum corporis dominium arguit, ſed & animi. Sed dirimamus hanc litem inter duos, quos inuicem Amor coniunxerit: & qui viciſsim ſeruiunt, & dominantur, fæliciſsimos reputemus, eodemque gradu, ſiue ſerui inuicem, ſiue domini ſint.

Longius ſe effudit oratio, quam forſitan inſtitutus ordo exigeret. Sæpe laxatis habenis emiſſus in campum equus, etiam adductis, ipſa currendi alacritate metas tranſilijt, quas attigiſſe ſatis fuerat: ignoſcendum eſt, cum maximè ſuauitas ipſa materiæ, quam tractas, ſecum rapuit minus attentum Scriptorem. Suaue enim Amanti eſt de Amore loqui, qui ſibi nunquam videtur de eo, quod placuit, ad ſatietatem loquutus. Ergo hunc ſtudiorum meorum conatum potius, quam fructum, non ad tuos pedes abijcio, id enim ſeruorum obſequium, non Amicorum officium eſt: ſed complectendum Amicitiæ iure mitto. Tuum id totum eſt, quidquid eſt: adeoque non donatio ex meis, ſed reſtitutio ex tuis eſt. Id exigit is affectus, quo per tot annorum curricula voluiſti me in Amicorum numero eſſe. Et tametſi in tanta mea tenuitate, tuaque magnitudine, æqualitas illa defuiſſe viſa eſt, ſine qua Amicitia conſtare non poteſt, id tamen genij tui bonitas efficere potuit, vt æqualitatẽ, quam non inuenerat, faceret ipſa. Quod ſi, quod paulo ante oſtenſum eſt, Amicus ex quo Amicus eſſe cœpit, ſuus non eſt, ſed Amici; vide, quam merito, quod tuum eſt, tibi reſtituam, vt non aliam ineam gratiam in eo, quam boni Debitoris, vt pote qui & nomina agnoſcam, & libenter exſoluam. Erit, ſi huic Operi fauerit Fortuna benignior, æternum Amicitiæ teſtimonium, tibi à me reſtitutum potius, quam donatum (quod Debitoris non mali munus eſt.) Tibi acceptum potius, quam exactum, (quod non rigidi Creditoris officium eſt.) Quod ſi auſterior ſors hunc Librum exceperit, indignuſque diuturniore vita fuerit, id ſaltem me conſecutum gloriabor, quòd etiam non diu victuram prolem, leuandam tibi dimiſerim, & fouendam in ſinu: nec ideo minus officium tuum commendandum erit: nam vt illi diuturnior vita non fuerit, infælicitatis ſuæ erit; quòd viuere potuerit, benignitatis tuæ. Et vero optare illi vitam longiſſimam, immo apprecari me, non inficiar; ſed non iam propter me, quem, quæcumque contigerit illi ſors, non mutabit; ſed propter te, cuius opto nomen diu viuere, quandiu vel truncus hic, etiam aridus, Hederam hanc virentem ſeruabit.

Hæc vna cauſa, & ſola eſt, ius ſcilicet Amicitiæ, quæ me impulit, vt hanc ſtudiorum meorum prolem in familiam tuam insererem, ſiue in adoptionem, ſiue in clientelam. Quod ſi Patrocinium quærerem, ſperaremque malignitatem temporum reuerentia tui nominis mitigandam, haud anxiè mihi quærendæ rationes eſſent, quibus imbecillitatem prolis patrocinio tui nominis ſuſtentarem. Nam ſi generis nobilitas antiquitaſque Sanguinis aliquid in ea re præſidij conferre poſſunt. (Quod plerique vel iactant, vel credunt) Scio CERNESIORVM Gentem claram imprimis fuiſſe ſemper, quam conſtat ante annos CCCC. in Vrbe CERNESIO, Oppido apud Rethos non ignobili, inter illuſtres habitam. Sunt autem Rheti, Heluetijs confines, qui, à Thuſcis olim oriundi, ſuis ſedibus à Gallis pulſi, loca vtrinque vicina Alpibus occuparunt, & à nomine Rheti ſeu Ducis, ſeu Reguli, RHETIAM Patriam nominarunt. Hodie Griſſones ſunt Gens valida & potens, & olim, & noſtra ætate. Inde CERNESIORVM

Digitized by Google

familia claritudinem generis in Ciſalpinam Galliam tranſtulit , *& Nouocomenſi in Vrbe* , *quæ Patria vtrique Plinio fuit* , *& inter Ciſalpinæ Galliæ Vrbes non poſtrema* , *velut de ingenti arbore ſurculus in grande Robur mox euaſurus* , *vbere ſolo depacta eſt*. *Hac in Vrbe* CERNESIA *Gens priſtinam claritudinem non retinuit ſolum* , *ſed & auxit* , *admota adminiſtrationi Reipub. inter alias claras* , *munijſque illis applicita* , *quæ Nobilitatem à Plebe diſcriminant*. *Quin & claris familijs connubiorum fœdere* , *clara & ipſa* , *coniuncta eſt* , *Ruſcarum* , *Lambertengorum* , ODESCALCHORVM. *Sic Generis ſplendor, ſplendori Alteri iunctus* , *vt fax faci addita* , *claritatem auxit*.

Nam , *vt de alijs ſileam* , *ex* ODESCALCHA *Gente vidit ciſalpina Gallia Senatores Mediolanenſes* , *Legatos Apoſt. Sedis* , *nobilium Eccleſiarum Antiſtites* , *Sacræ Inquiſitionis contra Hæreticam luē Adiutores fidiſſimos*. *Conſtat certè* , *cum ſocialis belli claſsis Meſſanæ in procinctu ad nauigandum eſſet* , *cum adhuc non pauci eſſent* , *viri clariſsimi* , *ac bellicæ rei peritiſſimi* , *qui cenſerent* , *non temere manus cum hoſte conſerendas eſſe* , *ne vno iactu de fortunis tot Regnorum periclitaretur* ; *ſi cum eo hoſte iniretur pugna* ; *qui & numero nauium* , *& militum robore inſtructior eſſet* , *vnum Ioanem Paulum* ODESCALCHVM , *à Pio Pontifice miſſum cum poteſtate legati*, *& authoritate* , *& rationum vi tantum valuiſſe* , *in Procerum*, *Ducumque conuentu* , *in quo* , *præſente ipſo Ioanne Auſtriaco* , *de re tanta diſceptabatur* , *vt ad quærendum hoſtem* , *prouocandumq;* *ad pugnam* , *cum certa victoriæ ſpe* , *qua monendo* , *qua adhortando* , *qua ſuperum auxilium Pij Pont. nomine pollicendo*, *& confirmaret dubios* , *& aliud ſentientes in ſuam ſententiam pertraheret*. *Ergo cùm verbis ſuis omnes ingenti impleſſet ſpe* , *datum ad nauigandum ſignum* , *cum in procinctu ipſo Legatus Pontificis nomine bene precatus fuiſſet* , *& Apoſtolica benedictione impertitus* , *Vnde ea poſtmodum Victoria conſecuta eſt* ; *qua cum ingenti Chriſtiani nominis gloria acciſæ ſunt Turcicæ vires* ; *quaque illuſtriore nulla vnquam alia Natio* , *nulla ætas* , *nullus Imperator inclaruit*.

Fuit autem is Ioannes Paulus ODESCALCHVS *idem ille Pinnentium Antiſtes*, *& Nuntius Apoſt in Sicilia* , *citra vltraque Pharum* , *nomine* , *ac poteſtate Pij eiuſdem in eam Inſulam miſſus* , *inquirendis* , *vindicandiſque patrimonio Sacro Eccleſiæ bonis* , *varijs hominum artibus alienatis* , *vſurpatiſque* : *quod ab eo officium* , *tametſi iniquorum poſſeſſorum ſæpè odia* , *ſæpius inuidia deuoranda fuere* , *& adeunda diſcrimina* , *egregie peractum fuit* ; *maxime probante* , *& collaudante Pontifice*. *Qui quanti faceret hominis prudentiam* , *atque induſtriam* , *eo apparuit*, *quod miſſurus ad Italiæ Principes aliquem* , *qui ſuo eos nomine hortaretur* , *ad conferendam Symbolam in apparatum ſocialis belli* , *ſeu conſcripto milite* , *ſeu contributa pecunia* , *vnum Ioannem Paulum* ODESCALCHVM *delegit* , *cuius in re non admodum expedita opera vteretur*. *Sed vir natura & vſu factus ad magna quæque tractanda* , *in ipſo rerum ingentium curſu extinctus eſt* , *cum prope eſſet vt in Sacrum Cardinalium cœtum adſcriberetur* , *quo ſua eum ingentia merita euehebant*.

Fuit alioqui Pontifex Pius in ODESCALCHORVM *Familiam valde propenſus* , *immo veluti illius beneficiarius* , *ex eo tempore* , *quo Inquiſitoris Sacri contra Hæreticos munere fungens in comenſi ditione* , *& ſubalpinis vallibus* , *adiutore & comite vſus eſt Bernardo* ODESCALCHO *Comenſi Patritio* , *de quo cum grandi elogio ſcriptor vitæ Pij V. Cap.* II. *meminit* : *cuius verba ſubdidit* : *Pius ſiquidem* , haud veritus eſt , in eas ſe valles vel noctu conferre ; ad eam rem vſus imprimis opera Bernardi ODESCALCHI Comenſis Patritij , qui à propinquis ſuis , eas valles incolentibus , de rebus Hæreticorum omnibus certior fiebat. Is erat è ſodalitate Crucis eius Ciuitatis , vir pius , & apud Cardinales Sacræ Inquiſitionis Præfectos valde gratioſus . *Neque illud omiſerim in commendationem Gentis* : *nullum certius perfugium Inquiſitori Pio in periculis* , *quæ multa & magna ſubijt*, *dum muneri ſuo ſtrenuè incumbit*, *quam* ODESCALCHORVM *in amplexu*. *Et fuit* , *cum à concitata plebe & verbis laceraretur* , *& lapidibus peteretur* , *aliquid ſcilicet grauius paſſurus* , *niſi in* ODESCALCHORVM *ædes confugiſſet* ,

vbi

Digitized by Google

vbi tutus ab iniuria eſſet. Atq; hinc orta eius Gentis apud Piũ, cum iã in Sũmum Pontificiæ dignitatis euectus eſt, exiſtimatio, & in eam pronior affectus. Quem imitatus Philippus II. Rex Catholicus, Georgium ODESCALCHVM Vigeuanis primum; deinde Aleſſandrinis in Inſubribus Antiſtitem deſignauit. Sed acceſsit ad ſplendoris cumulum Cardinalitia purpura, qua ODESCALCHA familia in locum ſummo proximum euecta eſt, cum non ante multos annos Innocentius X. qui nunc ad clauum Eccleſiæ ſedet Illuſtriſsimum, atque Eminentiſsimum Benedictum ODESCALCHVM in purpuratorum Patrum cœtum cooptauit. Nec contentus Tyria purpura induiſſe, etiam ſacris Inſulis honeſtauit, ac Ferrarienſibus legatum dedit, & Nouarienſibus Antiſtitem. Eius autem decoris magna pars ad te redit, qui ODESCALCHI Sanguinis proximo gradu illi coniunctus es, natus Hieronymo CERNESIO Patre, Matre Claudia ODESCALCHA fœmina lectiſsima, Liuij ODESCALCHI, qui Pater Cardinali fuit, Sorore germana.

His natus Parentibus, cum Franciſco CERNESIO minore Fratre, quia anguſta Patria erat, Hiſpaniæq; vocabat latitudo, Valentiæ, quæ Vrbs clara & potens, ac mitiſsimi cœli, ſolique vberis eſt, conſediſti: qua in Vrbe non minus induſtria in agendo, quam pietate in largiendo, vtriuſq; Fratris enituit virtus. Induſtria, bonis artibus adiuncta, fauentem Fortunam experta eſt, quæ raro induſtriæ, ſi pietatem habeat comitem, aduerſa eſt. Certè inique illa ab inertibus, & impijs accuſatur: accuſent ſe ipſos potius, qui deſides, ac nihil è Prudentiæ præſcripto agentes, deuocandam ſibi de cœlo felicitatem, ac opulentiam arbitrantur. Quin non aliam ego eſſe Fortunam dico, quam eam, quam quiſque ſibi Induſtria, Prudentia, alijſque bonis artibus fabricatur. Fruſtra ſuperis moleſtus eſt, qui, otioſus ipſe, indignum ſe præſtat, cuius illi cauſas agant. Hiſce artibus res vobis domi eſt aucta, vt inter opulentiſsimas cenſeatur. Nec defuit Induſtriæ Pietas in Deum, largitas in homines, ne vnam Induſtriam matrem agnoſceret opulentia: Cogitaſtis, quid Deo, quid eius pauperibus deberetis; & large erogatis opibus, Deo ſuam partem in egenis reddidiſtis, quam centuplici fœnore, in hac etiam vita reciperetis. Experti hanc largitatem veſtram, non egena modo plebs, ſed & altioris ordinis homines, quos vel caſus bonis imminuit; vel tenuis res domeſtica in arctum compulit; Vel parum Fortuna fauens facultatibus exuit: Sed maximè Religioſorum familiæ, quarum inopiam largis eleemoſynis ſubleuaſtis in ſumma annonæ caritate: digni qui earum precibus propitios ſuperos haberetis. Vnum aduerſi paſſa eſt Domus: cum Franciſcus Frater, ætate fermè media, cum valetudine integra æuum prorogaturus videretur, inopina morte raptus, luctum Tibi ſolatio mixtum reliquit. Abijt ille quidem Chriſtianæ verè vitæ teſtimonium ſecum ferens: id ſolatio tibi magno ſcilicet fuit, qui fraternæ Pietatis teſtis, quin bene cum illo eſſet actum, dubitare non poteras. Solitudini ex morte Fratris multiplex relicta proles mederi potuit; vt, cui Patrem eſſe negatum à natura eſſet, Fratris Liberi pro Filijs eſſent; quibus tu indulgentia & caritate Pater eſſes: ne illis ſcilicet, pene infantibus; qui in Parentis locum, munuſque ſuccederet, eorum Deo orbitatis curam agente, deſideraretur. Et modo illi in ipſo iuuentutis flore ſollicitæ inſtitutionis fructu diuites, ne te laboris, ac ſtudij in eo poſiti pænitere poſsit, efficiunt: digni, qui & Patris, & Patrui, non minus pietatis, quam opum ſint hæredes; ſimiles poſteros habituri. Scio autem CONSTANTINE COMES, ægrè futurum modeſtiæ tuæ, quod pauca hæc, quæ ad tuam tuorumque commendationem ſpectare videntur, à me hic ſcripta legantur, qui contentus factorum conſcientia, & Deum habere cognitorem, humanas laudes nec captare ſoleas, nec audire libenter. Sed officij mei fuit eam partem non prætermiſiſſe, intactam qua de te quale bonorum ſit iudicium, in huius Libri fronte conteſtarer. Vale.

Digitized by Google

M I L E C T O R.

HAVD diu morabor te nec longo ſermone tenebo. Prolixas cum Lectore, in ipſo Operis aditu, collocutiones, vt damnare non audeo, ita nec probare ſoleo. Haud cordate fecerim, ſi hoſpitem veſtibuli contemplatione fatigatum, admiſſum in ædium interiora, cogam; oculo vel minus attento, vel fauente, quæ potiora ſunt, circumſpectare. Sic ergo habe. Poſt centum fermè, & quadraginta Athletas nobiles, qui in breui hocce CANTICI CANTIC. Amphitheatro, & viribus ingenij & arte decertarunt, aut rude donati, aut inglorij dimiſſi, nouiſſimus ipſe, diſpar viribus, ingenio nulli conferendus, eandem arenam, tot tantorumque plantis ſignatam, veſtigio prmeere audeo, experimentum facturus, an mihi forſitan arrideat ſors benignior, & difficilium locorum quæ ſuperſunt, vt ita dixerim, monſtra, (nam non pauca pugnantium contrà vel manus eluſere, vel euaſere ſuas) ſin minus armis conficere, arte ſaltem domitare, aut manſuefacere, vt tractari ſe ſinant innocua manu, permittar. Forſitan, mutata pugnandi forma, pendens hactenus victoria palmam demittet. Scis quanti interſit, non modo quibus armis, ſed qua arte ferare in hoſtem: & ſæpe vbi manus profuere parum, aut dolum, aut aſtum valuiſſe. Haud diutius tecum colloquar per ambages. Nouum ſcribendi genus placuit tentare, ex Commentarijs, Enarrationibus, Notationibus conſtitutum. Sic diuiſis partibus perſpicuitati ſeruiendum putaui. Addidi, & in dextro margine Notationum ſummam per breuiſſima commata, ſed ita inter ſe conſerta, vt non aceruum, ex temere congeſtis lapidibus, ſed ædificium ex ſuis partibus ex arte conſtructum, faciant. Sic ſeruiendum quibuſdam arbitratus, quibus prolixius tractata non placent. Totum Opus aliorum tum veterum, tum recentiorum ſequutus exemplum, in quatuor Commentarios diuiſi. Primum Litteralem, in quo Nuptiæ Verbi cum Eccleſia, ſecundum triplicem ſtatum, Amantium in natura lege, ſponſorum in ſcripta, coniugatorum in gratia, deſcribuntur. Secundum Dramaticum, in quo corticis plena elucidatio; cui à varia eruditione, quà ſacra, quà profana, non crepera lux. Tertium Myſticum, ſeu Litteralem ſecundarium, in quo Verbi eiuſdem cum Anima ſancta connubium celebratur: in eoque per omnes gradus ſpiritalis vitæ vſque ad perfectionis apicem Anima ducitur. Quartum Parthenicum, qui totus de B. Virgine. Addidi & quintum (ſi tamen Commentarius) quem Stromataeum placuit indigitare; in quo multa Meſſis ad conciones. Prodit nunc Litteralis integer: Dramaticus ſudat ſub prælo, hunc ſequentur alij ſuo ordine.

Morales excurſus hic etiam fortaſſe requires. Et vero potuiſſem aliorum exemplo in eo campo ſpaciari potius, quam decurrere. Sed ea ipſa ſcribendi ſeu facilitas, ſeu libertas manum ab opere continuit. Haud laudandus Architectus, qui ex omni ſeu cæmento, ſeu ceſpite domum ſibi licere ædificare arbitretur. Suis conſtet partibus, ſua materia ſurgat. Quam enim minime ad famam facit Artificis, ſi modicis ad ſpeciem ædificatis ædibus, tametſi ad artis exquiſita leges, certo tamen nec magno ſpatio dimenſis, integra iugera parergis occupet, minimeque neceſſarijs ad habitandum apothecis, & ſi multa ac precioſa merce plenis? Eos ego ſcriptores in pretio habendos puto, qui circumſcriptos ſibi limites tranſgredi, religioni ducunt; identidem ad libri titulum reſpectantes, tanquam ad Cynoſuram nauigationis ducem: ne petiturus Italiam Troianus Dux, per omnes maris inſulas, oras, portuſque vagus feratur, omnium ventorum ludibrio expoſitus, cum vnico impulſu, correctis ex arte velis breui quæſitum portum tenere potuerit. Commentarios ſcribo, quo nomine officij admoneor, & veterum exemplo diſco, extra circulum, quem deſignaui mihi, non excurrere. Et tamen nunquam ea ariditas placuit, quà quidam per breuiſſima commata, & fermè alijs tantum verbis, ſcripturæ Sacræ ſenſa expediunt, haud reddita ratione, curita explicent. Nemini in hoc genere, etiam iurato, credendum eſt; niſi idoneis argumentis extorqueat à Lectore fidem. Ideo addidi notationes, in quibus id præſto pro virili: ne aut à magnorum virorum ſenſu ſine cauſa diſceſſiſſe videar, aut ſine rationis pondere mea Emptori venditare. Et tamen, vt me aliqua in parte vſui, tametſi non vſquequaque probabili, huius ætatis permitterem, haud abſcedens ab ſcopo, addidi, quæ tametſi non aliena à littera, ſeruire tamen dicentibus è ſuggeſtu poſſent, quod plerìſque placere video. Neque in ea re mihi me prorſus diſplicuiſſe arbitratus ſum, ſiue aliena iuui, ſiue mea vtcunque firmaui. Legat, conſideret, iudicet prudens Lector; erit forſitan quod non improbet; erit quod tollere poſſit, & in ſuum vſum ſeponere. Sin, opinione mea falſus, nihil attulero vel votis, vel doctrina eruditorum dignum, ingenuæ mentis erit vel diſſimulare, vel ignoſcere: Scriptoriſque vota non damnare, licet facta probari non poſſint. Vale.

Digitized by Google

FACVLTAS R. P. PROVINTIALIS SOC. IESV IN ARAGONIÆ REGNIS.

EGO FRANCISCVS FRANCO PRAEPOSITVS PROVINCIALIS SOC. IESV, in Aragoniæ Regnis, poteſtate ad id mihi ſpecialiter facta ab A. R. Patre noſtro FRANCISCO PICOLOMINEO, SOC. eiuſdem Generali PRÆPOSITO, facultatem concedo, vt Tomus primus COMMENTARIORVM in CANT. CANTICOR. Salomonis, quo traditur Arcanus, ſeu LITTERALIS ſenſus á P. PAVLO ALBINIANO de RAIAS eiuſdem SOCIET. Theologo, olim in noſtro Collegio Valentino Sacrarum litterarum Interprete, compoſitus; & grauium Doctorumq; virorum iudicio approbatus, in commune bonum typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo officij noſtri munitas, dedimus. Valentiæ ipſis kalendis Iunij An. M. DC. LI.

Franciſcus Franco.

Locus ✠ Sigilli.

APPROBATIO R. P. VINCENTII IVSTINIANI SOCIET. IESV.

IVSSV Reuerendiſſimi Patris Inquiſitoris Genuæ, Commentarios litterales in Canticum Canticorum à R. P. Paulo Albiniano de Raias, Societ. noſtræ conſcriptos ritè, & diligenter cenſui. Nihil in ijs Religioni Catholicæ, nihil bonis moribus abſonum Sacræ, prophanæq; litteraturæ exotica multa, plurima ſingularia; & ſi drama propheticum cum hiſtoria catenatum ſpectes, omnia planè noua quæ non minus lectoribus vtilitatis, & voluptatis, quam felici auctoris ingenio gloriæ pariant. Ita cenſeo ex domo noſtra profeſſa Genuenſi die 25. Aprilis 1652.

Ego Vincentius Iuſtinianus Societatis Ieſu.

Imprimatur.

Inquiſitor Genuæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

LOCI SACRAE SCRIPTVRAE QVI IN HOC COMMENTAR. LITTERALI CITANTVR, EXPLICANTVR, ILLVSTANTVR.

Primus numerus Caput, ſecundus notationem, tertius numerum margin. notat.

LIB. GENESIS.

Cap. j. 5. FActum eſt veſpere, & mane dies vnus. 6.29.1.

Ver. 5. Diuiſit Deus lucem à tenebris. Ibid.

Ver. 14. Fiãt luminaria in firmamento &c. feciſque Deus duo luminaria. 6.28.1.

Cap. ij. 7. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. 5.13.7. & 8.17.8.

Ver. 8. Plantauerat autem D. paradiſum voluptatis à principio. 4.52.4.

Ver. 15. Poſuit eum in paradiſo voluptatis vt operaretur, & cuſtodiret illum. 1.19.4.

Ver. 23. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. 1.1.1. & 5. Et 4.32.5.

Ver. 24. Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. 4.30.4.

Erunt duo in carne vna. 7.37.3.

Cap. iij. 12. Mulier, quam dediſti mihi ſociam. 1.18.5.

14. Quia feciſti hoc maledictus eris inter omnia animantia. 1.18.5.

Ver. 15. Inimicitias ponam inter te & mulierem. 1.6.9.

Et ſemen ſuum; & ſemen illius. 8.17.1.

16. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios. 1.8.8 & 8.18.4.

17. Maledicta terra in opere tuo. 1.8.8. & 8.18.4.

18. Spinas & tribulos germinabit tibi. 8.11.7.

19. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. 8.18.4.

22. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt. 1.8.8.

23. Emiſit eum D. de paradiſo voluptatis. Ibidem.

Cap. iv. 3. Factum eſt. vt offerret Cain de fructibus. 1.33.2.

Cap. v. 3. Et genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, vocauitque nomen eius Seth. 6.4.6.

Cap. vij. 17. Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra; porro arca ferebatur ſuper aquas. 8.24.2.

Cap. viij. 20. Ædificauit Noe altare domino. 1.33.2.

17. Creſcite, & multiplicamini & replete terrã. 2.37.2.

Cap. xj. 1. Erat terra labij vnius. 5.42.1.

Cap. xij. 7. Ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. 1.32.6.

Cap. xiij. 10. Vidit Omnem circa regionem, ſicut paradiſus Domini. 4.43.5.

Cap. xiv. 18. Proferens panem & vinum erat enim Sacerdos Dei altiſſimi. 1.20.8.

Cap. xv. 1. Noli timere Abraham ego protector tuus. 1.30.4.

2. Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam abſque liberis. 1.42.8.

13. Scito prænoſcens, quod peregrinum ſit futurum genus tuum. 2.1.6.

17. Apparuit Clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens. 8.23.4.

Cap. xvj. 2. Concluſit me D. ne parerem: ingredere ad ancillam meam 1.42.8.

Ingredere ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex ea ſuſcipiam liberos. 1.43.1.

Cap. xvij. 4. Eris pater multarum gentium, nec vltra vocabitur nomen tuum Abram. 1.42.8.

6. Regeſque ex te egredientur. 1.43.2.

7. Et ſtatuam pactum meum inter me, & te. Ibid. 4 Et 1.35.7.

10.11. Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis. Circũcidetur ex vobis omne maſculinum. 1.25.7.

14. Maſculus cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illius de populo ſuo. 1.34.5.

23. Tulit ergo Abraham Iſmael filium ſuum &c., & circũcidit carnem præputij eorum. 1.35.5.

Cap. xviij. 11. Erant ambo ſenes, prouectaque ætatis. 1.42.10.

23. Abraham adhuc ſtabat coram D. & appropinquans ait: Nunquid perdes iuſtum cum impio? 2.15.2.

27. Loquar ad D. cum ſim puluis & cinis. 4.48.4.

Cap. xix. 19. Surge, & tolle vxorem tuam, &c. 5.17.4.

Cap. xxij. 1. Tentauit Deus Abraham. 1.37.1.

2. Tolle filium tuum, atque ibi offeres eum in holocauſtum. 1.26.5.

3. Igitur Abraham de nocte conſurgens. Ibidem.

12. Non extendas manum tuam ſuper puerum &c. Nunc cognoui, quod times D. 1.38.6. & 39.4. & 26.6.

16. Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. 1.30.4. & 1.39.5.

Cap. xxvj. 12. Seuit Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum. Benedixit que ei Dominus. 7.11.1.

Cap. xxvij. 39. In rore cæli, & in pinguedine terræ erit benedictio tua. 3.29.2.

C. xxviij. 16. Vere Deus eſt in loco iſto. Appellauitque nomen vrbis Bethel.

20. Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, erit mihi Dominus in Deum. 4.17.6.

22. Cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. 1.32.5.

Cap. xxx. 20. Etiam hac die mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei ſex filios. 6.4.6.

Cap. xxxj. 40. Die noctuque æſtu vrebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. 4.2.1 & 7.19.3.

47. Quem vocauit Laban, tumulum teſtis: & Iacob aceruum teſtimonij.

Cap. xxxij. 2. Caſtra Dei ſunt hæc: & apellauit nomen loci illius Mahanaim, ideſt. Caſtra. 6.9.5.

26. Dimitte me; iam enim aſcendit aurora. 6.11.1.

C. xxxiv. 3. Triſtemque deliniuit blanditijs. 5.52.3.

Cap. xxxv. 11. Ego Deus omnipotens: creſce & multiplicare gentes, & populi nationum ex te erunt, & Reges de lumbis tuis egredientur. 7.6.1.

C. xxxvij. 23. Nudauerunt eum tunica talari & polymitâ. 5.10.8.

Cap. xxxvij. 27. Frumento, vino, & oleo ſtabiliui eum. 1.6.6.

Cap. xlj. 32. Quod autem ſecundo vidiſti ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis iudicium eſt. 1.38.5.

Cap. xlvij. 27. Habitauit ergo Iſrael in Ægypto, ideſt, in terra Geſſen, & poſſedit eam, auctuſque eſt. 2.41.11.

9. Catulus leonis Iuda: ad prædã fili mi aſcendiſti. 2.26.2

Cap. xlix. 11. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vini pallium ſuum. 5.4.4.

Digitized by Google

12. Pulchriores oculi eius vino. 2.21.8.
18. Salutare tuum expectabo, Domine. 1.1.2.
C. xxxxx. 5. Et quod Pater meus adiurauerit me. 5.30.1.

EXODVS.

Cap. j. 7. Filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt. 2.2.3. & 2.3.3.
9. Ecce populus Iſrael multus & fortior nobis eſt venite, ſapienter opprimamus eum. 2.3.3.
10. Venite ſapienter opprimamus eos. Propoſuit eis magiſtros operum. 2.32.1.6. & 2.3.5.
13. Oderant filios Iſrael Ægyptij & affligebant, illudentes eis. 2.3.5. & 2.32.1.6.
22. Quidquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proijcite. 2.32.6.
Cap. ij. 8. Perrexit puella & vocauit matrem ſuam. 1.7.9.
14. Timuit Moyſes, & ait, quomodo palam factum eſt Verbum iſtud? 2.37.5.
Cap. iij. 5. Solue calceamentum de pedibus tuis. 5.11.1.
7. Vidit afflictionem populi mei in Ægypto. 2.24.4.
Propter duritiam eorũ, qui præſunt operibus. 2.32.1.6
8. Sciens dolorem eius deſcendi, vt liberem eum. 8.23.6.
9. Clamor filiorum Iſrael venit ad me. 2.34.4.
10. Veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum. 2.37.6.7.
20. Percutiam Ægyptum in omnibus mirabilib. 2.24.6.
10. Non ſum eloquens ab heri & nudius tertius 5.12.9.
12. Perge igitur, & ego ero in ore tuo doceboque te quid loquaris. 2.37.7.
Cap. iv. 13. Mitte, quem miſſurus es. 1.1.2. & 5.5.4.
16. Ipſe loquetur ad populum & erit os tuum. 1.2.2.
18. Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam, ſi adhuc viuant. 2.37.5.
25. Sponſus ſanguinum tu mihi es. 1.34.4.
Cap. v. 7. Nequaquam vltra dabitis paleas populo. 2.32.6.
21. Videat D. & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum. 2.3.31. & 2.3.6.
22. Domine cur afflixiſti populum iſtum? 2.38.4.
Cap. vj. 1. Per manum enim fortem dimittet vos. 2.24.6.
5. Ego audiui gemitum filiorum Iſrael. 2.38.4.
Cap. vij. 31. Surgite, & egredimini à populo meo. 2.30.9.
Cap. viij. 19. Digitus Dei eſt hic. 5.12.9. & 17.9.
23. Faciamque mirabilem in die illa terram Geſſen, vt non ſint ibi muſcæ. 2.41.11.
Cap. ix. 23. Dominus dedit tonitrua & grandinem ac diſcurrentia fulgura ſuper terram. 8.23.5.
26. Tantum in terra Geſſen grando non cecidit. 2.41.11.
28. Orate Dominum vt deſinant tonitrua Dei. 2.35.6.
Cap. x. 15. Operuerunt vniuerſam ſuperficiem terræ. 1.37.2.
Cap. xij. 11. Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus. 2.30.6.
38. Vulguſque promiſcuum innumerabile. 2.3.5.
Cap. xiij. 18. Armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Æg. 3.19.8.
21. Dominus autẽ præcedebat eos ad oſtẽdẽdã viã. 2.32.1.
Cap. xiv. 12. Nonne iſte eſt ſermo, quem loquebamur ad te in Ægypto dicentes, recede à nobis? 2.39.5.
13. Nolite timere, ſtate ac videte magnalia Dei quæ facturus eſt hodie: Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis. 8.6.4.
22. Erat aqua quaſi murus à dextera illorũ & læua. 2.48.6.
28. Reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites. 2.47.6.
Cap. xv. 2. Fortitudo mea, & laus mea Dominus. 2.47.6.
15. Tunc conturbati ſunt Principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor. 3.12.6.
Et non inueniebant aquam, & venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara. 3.1.8.
Cap. xvj. 2. Murmurauit omnes congregatio filiorum Iſrael. Ibid.
3. Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti. 2.39.5.
6. Veſpere ſcietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam eius. 3.4.6.
Cap. xvij. 3. Cur feciſti nos exire de Ægypto, vt interficeres nos, & liberos noſtros, & iumenta ſibi. 2.39.5.
4. Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. 3.4.6.
Cap. xix. 5. Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. 3.16.2. & 3.10.4.
8. Reſponditque omnis populus ſimul cuncta, quæ locutus eſt D. faciemus. Ibidem.
10. Vade ad populum, & ſanctifica eos hodie. Ibidem.
16. Iamque aduenerat tertius dies, & mane in clarueratur, &c. Ibidem 6.
Cap. xx. 5. Ego ſum Dominus Deus Zelotes. 8.22.4.
18. Cunctuſque populus videbat voces & lampades & ſonitum buccinæ. 8.23.4.
19. Nõ loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. 4.36.3
20. Nolite timere, vt enim probaret vos venit. Ibidem.
Cap. xxiij. 27. Terrorem meum mittam in præcurſum tuum. 3.16.6.
Cap. xxiv. 1. Aſcende ad montem tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & lxx. ſenes & Iſrael, & adorabitis procul ſoluſque Moyſes aſcendet ad Dominum. 8.48.3.
10. Et viderunt Deũ Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Zaphirini, & quaſi cœlũ cũ ſerenũ eſt. 3.25.6.
Cap. xxv. 10. Arcam de lignis ſetim compingite. 3.23.3.
18. Duoſque Cherubim aureos, & productiles. Ibidem. 5.
Cap. xxvi. 31. Facieſque velum de Hyacintho & purpura, & coccino, & byſſo retorta, opere plumario faciet illud figuris Cherubim. 3.24.10.
32. Quod appendes ante quatuor columnas de lignis ſetim. 3.22.2.
33. Inſeretur autem velum per circulos. 3.24.1.
Cap. xxvij. 17. Omnes columnæ atrij per circuitum veſtitæ erunt argenteis laminis. 3.22.3.
Cap. xxx. 19. Et miſſa aqua lauabunt in eo Aaron, & filij eius manus & pedes. 5.11.1.
Cap. xxxj. 3. Impleui eum ſpiritu Dei ad excogitandum quidquid fabre fieri poteſt, ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis. 3.25.3.
Cap. xxxij. 10. Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. 4.13.4. & 6.10.11.
11. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum. Ibid.
21. Quid tibi hic populus fecit, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? 6.18.3.
26. Stans in porta caſtrorum ait: Si quis eſt Domini iungatur mihi. 4.22.10.
27. Ponat vir gladium ſuper femur ſuum. 3.20.4.
Cap. xxxiij. 8. Cumque egrederetur Moyſes tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs, & ſtabat vnuſquiſque in oſtio papilionis ſui.
20. Non poteris videre faciem meam. Et videbis poſteriora mea. 4.18.5.
21. Obtulerunt mente promptiſſima, atque deuota primitias Domino. 3.21.8.
Cap. xxxv. 32. Ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento & ære, ſculpendiſque lapidibus, & opere carpentario. 3.25.5.
35. Ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij. 3.24.11.
C. xxxvj. 35. Et fecit velum ex Hyacintho & purpura opere polymitario fecit ea. 3.24.1.
C. xxxvii. 6. Fecit & Propitiatorium de auro mundiſſimo, id eſt, Oraculum. 3.23.5.
Cap. xl. 31. Poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum. 3.31.3.

Digitized by Google

LEVITICVS.

Cap. xiij. 55. ET eum videri faciam quidem priſtinam. 1.37.2.
Cap. xx. 24. Terram fluentem lacte, & melle. 5.6.3.
Cap. xx. 24. Terram fluentem lacte, & melle. 5.6.3.
Cap. xxj. 13. Virginem ducet vxorem; Viduã autem, & repudiatam, & ſordidam, atque meretricem non accipiet. 4.18.4.
Cap. xxi. 18. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi paruo vel grandi, vel retorto naſo. 5.22.4.

NVMERI.

Cap. iij. 1. HÆ ſunt generationes Aaron & Moyſi. 2.10.1.
Cap. v. 17. Aſſumeſque aquam ſanctam in vaſe fictili, & puſillum terræ de pauimento tabernaculi. 3.9.8.
Cap. vi. 5. Vir, ſiue mulier, cum ſe voluerit Domino conſecrare, omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non aſcendet ſuper caput eius. 6.12.3.
Cap. ix. 18. Ad imperium Domini proficiſcebantur, & ad imperium D. figebant tabernacula. 3.13.1.
Cap. x. 10. Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & Kalendas, canetis tubis. 4.38.2.
Cap. xi. 12. Nunquid ego concepi vniuerſam hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in ſinu tuo, vt portare ſolet nutrix infantem ſuum? 4.47.8.
16. Cõgrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael. 4.2.7.
25. Auferens de ſpiritu, qui erat in Moſen, & dans ſeptuaginta viris. Ibidem.
Cap. xij. 3. Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. 4.2.8. & 4.38.8.
6. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei. At non talis ſeruus meus Moyſes. 4.22.3.
Cap. xiij. 28. Venimus ad terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte, & melle. 2.10.1. & 2.59.7.
33. Terra, quam luſtrauimus deuorat habitatores ſuos. Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac de genere giganteo. 4.30.3.
Cap. xiv. 3. Vtinam mortui eſſemus in Ægypto. Ibidem.
9. Sicut panem ita poſſumus eos deuorare. 3.5.3.
13. Vt audiant Ægyptij, & habitatores terræ huius, quod occideris tantam multitudinem. 1.21.1. & 3.16.6.
Cap. xvi. 48. Stans inter mortuos, & viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. 4.6.5.
Cap. xx. 5. Quare nos feciſtis aſcendere ex Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt; nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata. 2.39.7.
Cap. xxij. 4. Quomodo ſolet bos herbas vſque ad radices depaſcere, ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur. 3.5.3.
18. Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam auri, & argenti, non potero præterire ſermonem D. Dei mei. 5.37.2.
Cap. xxiij. 9. Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur. 4.1.3.
Cap. xxiv. 3. Dixit homo cuius obturatus eſt oculus, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius. 4.6.5.
5. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael. 4.1.4. & 4.26.2.
Cap. xxv. 1. Morabatur eo tempore Iſrael in Setim. 3.21.10.
Cap. xxx. 4. Quæ eſt in domo patris ſui, in ætate adhuc puellari. 1.7.7.
C. xxxiij. 38. Aſcendit Aaron Sacerdos in montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus eſt. 4.23.3.

DEVTERONOMIVM.

Cap. i. 31. POrtauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum. 4.16.6.
Cap. ij. 34. Interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus, & paruulis. 2.33.4.
Cap. iij. 8. A torrente Arnon vſque ad montem Hermon quem Sydonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir. 4.27.9.
21. Sic faciet omnibus regnis ad quæ tranſituri eſtis, ne timeatis eos; Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis. 4.29.6.
Cap. iv. 23. Caue ne obliuiſcaris pacti D. Dei tui. 3.10.6.
Cap. v. 5. Ego ſequeſter, & medius fui inter Dominum, & vos in tempore illo. 4.12.7.
Cap. vi. 13. Dominum Deum tuum timebis. 1.39.4.
Cap. vij. 6. Quia populus Sanctus es Domino Deo tuo; te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris. 4.42.5.
16. Deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. 4.39.5.
25. Sculptilia eorum igne combures: neque aſſumes ex eis tibi quidquam, quia abominatio eſt Domini Dei tui. 7.27.6.
Cap. ix. 3. Scito ergo hodie, quod Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te ignis deuorans. 4.26.6.
Cap. ix. 4. Ne dicas in corde tuo, propter iuſtitiam meã introduxit me Dominus, vt terram hanc poſſiderẽ. 4.28.6.
25. Iacui coram Domino quadraginta diebus & noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus. 4.13.4.
Cap. xxi. 11. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & ad amaueris eam. 1.27.3.
Cap. xxij. 19. Quos dabit patri puella. 1.7.9.
Cap. xxix. 5. Non ſunt attrita veſtimenta veſtra. 2.1.3.
Cap. xxxij. 2. Quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina. 5.17.6.
Concreſcat, vt pluuia doctrina mea fluat vt ros eloquium meum. 4.9.3. & 5.9.3.
9. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.
10. Inuenit eum in terra deſerta. 2.3.1. & 2.39.6.
11. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans. 2.32.1. & 4.17.6.
13. Conſtituit eum ſuper excelſam terram vt comederet fructus agrorum. 2.41.6. & 3.39.2.
Vt ſugeret mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo. 4.39.3.
14. Butyrum de armento, & lac de ouibus. 5.6.1.
16. Prouocauerunt eum in dijs alienis. 8.23.7. & 2.7.3.
18. Deum, qui te genuit, dereliquiſti. 8.23.7.
19. Vidit Dominus & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ. 8.22.4. & 8.33.5.
21. Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt me in vanitatibus ſuis, & ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus. 6.1.7. & 8.23.5.
22. Ignis ſucconſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. 8.23.7.
23. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. 8.22.6.
31. Non enim eſt Deus noſter vt dij eorum. 2.6.4.
32. De vinea Sodomorum, vinea eorum. 2.36.6.
34. Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? 4.32.4.
41. Si acuero vt fulgur gladium meum. 8.22.6.
42. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes. 7.10.3.
Cap. xxxiij. 2. Dominus de Sinai venit & de Seir ortus eſt nobis. 4.29.6.
26. Non eſt Deus alius vt Deus rectiſſimi auxiliator tuus.
29. Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. 4.29.1. & 8.27.9.
Cap. xxxiv. 1. Aſcendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in vertice Phaſga contra Iericho. 4.29.1.
5. Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino. 4.24.3.

Digitized by Google

I O S V E.

Cap. i. 2. MOyſes ſeruus meus mortuus eſt. Surge, & tranſi Iordanem. 4. 28. 5.

5. Nullus poterit vobis reſiſtere cunctis diebus vitæ tuæ. Ibidem.

9. Noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus. Ibidem.

Cap. ij. 9. Noui quod Dominus tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos terror veſter. 3.16.1.

24. Ponite pedes veſtros ſupra colla regum iſtor. 1. 29. 1.

Cap. x. 25. Sic faciet Dominus cunctis hoſtibus veſtris aduerſum quos dimicatis. 27. 7.

Cap. xvij. 14. Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis & funiculi vnius? 2. 41. 2.

I V D I C E S.

Cap. iij. 15. QVi vtraque manu pro dextera vtebatur. 3.19.8.

Cap. ix. 13. Numquid poſſum deſerere vinū meum? 2.11.8.

Cap. xi. 37. Dimitte me vt plangam virginitatem meam. 6.39.4.

Cap. xiij. 5. Concipies & paries filium, cuius non tanget caput nouacula. 2. 11. 3.

Cap. xiv. 5. Apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens. 2. 26. 2.

Cap. xx. 16. Viri fortiſſimi ita ſiniſtra, vt dextera prœliantes. 3.19.8.

R V T H.

Cap. i. 20. NE vocetis me Noemi, ſed vocate me Mara. 7. 10. 2.

Cap. iv. 2. Faciat D. hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuum, ſicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael. 1. 43. 1.

I. R E G V M.

Cap. i. 10. CVm eſſet amaro animo orabat ad Dominum flens largiter. 7. 10. 5.

Cap. ij. 1. Exſultauit cor meum in Domino. 7.13.2.

Cap. ij. 5. Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt. 4. 17. 5.

Cap. iij. 5. Cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego vocaſti enim me. 2. 23. 6.

10. Loquere Domine quia audit ſeruus tuus. Et dixit Dominus &c. 2. 44. 2.

19. Creuit Samuel, & Dominus erat cum eo & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit omnis populus, quòd fidelis Samuel Propheta eſſet D. 4. 33. 2.

Cap. iv. 4. Tulerunt inde arcam fœderis D. exercituum, ſedentis ſuper Cherubim. 3. 23. 4.

Cap. viij. 7. Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. 3. 17. 2.

Cap. ix. 9. Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie vocabatur olim videns. 4. 33. 7.

20. Et cuius erunt optima quæque Iſrael? nonne tibi? 2.47.4.

Cap. xiij. 14. Quæſiuit D. ſibi virum iuxta cor ſuum. 4. 33. 8.

Cap. xv. 22. Melior eſt obedientia, quam victima: & auſcultare magis, quam offerre adipem. 8. 44. 2.

23. Pro eo quòd abiecisti ſermonem Domini, abiecit te Dominus, ne ſis Rex. 1. 39. 3.

I I. R E G V M.

Cap. xiv. 2. LVgere te ſimula, & induere veſte lugubri. 1. 6. 7.

25. A veſtigio pedis vſque ad verticem non erat in eo vlla macula. 4. 25. 6.

Cap. xx. 8. Porro Ioab veſtitus erat tunica ſtricta ad menſuram habitus ſui, & deſuper accinctus gladio. 3.20.5.

Cap. xxij. 9. Aſcendit fumus de naribus eius & ignis de ore eius vorabit. 4.22.3.

Cap. xxiij. 15. O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna quæ eſt in Bethlehem. 4. 46. 3.

I I I. R E G V M.

Cap. iij. 28. AVdiuit ergo omnis Iſrael. Et timuerunt Regem. 1. 39. 4.

Cap. viij. 5. Immolabant oues, & boues abſque æſtimatione, & numero. 4.45.4.

63. Mactauit hoſtias pacificas boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia. Ibidem.

Cap. x. 6. Verus eſt ſermo, quem audiui in terra mea & non credebam. Et probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit. 4. 37. 4.

Cap. xi. 3. Fueruntque ei vxores quaſi Reginæ DCC. & concubinæ CCC. 6. 32. 1.

Cap. xij. 10. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo Patris mei. 5. 17. 9.

Cap. xviij. 21. Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum. 4. 12. 6.

I V. R E G V M.

Cap. ij. 9. FIat in me ſpiritus tuus duplex. 8. 41. 3.

Cap. xij. 17. Direxit faciem ſuam, vt aſcenderet in Ieruſalem. 2. 43. 5.

Cap. xix. 28. Inſaniſti in me & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis. 7.22.4.

I. P A R A L I P O M.

Cap. xi. 11. ISti ſunt, quos conſtituit Dauid ſuper cæteros. 4.38.4.

Cap. xij. 2. Vtraque manu fundis ſaxa iacientes, & dirigentes ſagittas. 3. 19. 8.

2. Tendentes arcum. 1. 2. 5.

Cap. xv. 27. Porro Dauid erat indutus ſtola byſſina. Dauid autem etiam erat indutus ephod lineo. 4. 42. 3.

Cap. xvi. 4. Conſtituitque coram arca Domini de leuitis qui miniſtrarent. 4. 38. 4.

41. Et poſt eum Heman, & Idithum & reliquos. Ibidem.

Cap. xvij. 5. Neque enim manſi in domo ex eo tempore quo redemi Iſrael. 3. 11. 6.

11. Ipſe ædificabit mihi Domum, & firmabo ſolium eius vſque in æternum. 4. 42. 3.

16. Quis ego ſum Dominus Deus, & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia? Ibidem.

Cap. xxij. 9. Faciā eū requieſcere ab omnibus inimicis ſuis. 3.17.1.

14. Ecce ego in paupertate mea præparaui impenſas domus Domini auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum. 4. 47. 3.

Cap. xxv. 1. Dauid & Magiſtratus exercitus ſegregauerunt in miniſterium filios Aſaph. 4. 38. 4.

6. Vniuerſi ſub manu Patris ſui ad cantandum in templo D. diſtributi erant. 4. 39. 2.

Cap. xxviij. 18. Vt ex ipſo fieret ſimilitudo quadrigæ Cherubim. 3.11.6.

I I. P A R A L I P.

Cap. iij. 14. FEcit quoque velum, & intexuit ei Cherubim.

Cap. vij. 1. Cum compleſſet Salomon fundens preces, ignis deſcendit de cælo, & deuorabit holocauſta, & victimas. 4. 38. 6.

6. Sacerdotes autem ſtabant in officijs ſuis, & leuitæ in organis carminum Domini quæ fecit Dauid. Ibidem.

Cap. xxix. 25. Conſtituit quoque leuitas in Domo Domini, cum cymbalis, & Pſalterijs, & Cytharis ſecundum diſpoſitionem Dauid. Ibidem.

Cap. xxxij. 8. Cum illo enim eſt brachium carneum, nobis cum Dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt. 4. 4. 6

II. ES-

Digitized by Google

II. ESDRAE.

Cap. iij. 5. OPtimates autem eorum non ſuppoſuerunt colla ſua in opere Domini. 1.29.1.

TOBIAS.

Cap. iij. 22. NON enim delectaris in perditionibus noſtris. 1.36.5.

Cap. xiij. 21. Portæ Ieruſalem ex Sapphiro & Smaragdo ædificabuntur. 3.4.5.

IVDITH.

Cap. v. 17. NON fuit, qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à cultu Domini. 4.21.7.

ESTHER.

Cap. j. 6. ET pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & carbaſini, & hyacinthini. 3.25.1.
Pauimentū ſmaragdino & pario ſtratum lapide. Ibid. 6.

Cap. ii. 9. Præcepit Eunucho vt acceleraret mundum muliebrem. 1.27.3.

Cap. xv. 11. Feſtinus ac metuens exiliuit de ſolio ſuſtentās. 8.16.3

IOB.

Cap. j. 3. ET fuit poſſeſſio eius ſeptē millia ouium &c. 1.30.4.
6. Cū veniſſent filij Dei, affuit illis & Sathā. 1.21.6.
20. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua. 8.24.5.

Cap. ij. 4. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet dabit homo pro anima ſua. 5.49.6.

Cap. iv. 18. In Angelis ſuis reperit prauitatem. 8.27.4.

Cap. vj. 11. Quæ eſt enim fortitudo mea vt ſuſtineam? Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea, ænea eſt. 8.2.3.

Cap. vij. 17. Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum. 1.36.5.

Cap. ix. 2. Vere ſcio, quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo. 2.6.2.

Cap. xiij. 7. Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro eo loquamini dolos? 7.10.1.

Cap. xiv. 7. Lignum habet ſpem; ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit. 4.41.5.

Cap. xv. 26. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. 1.29.2. & 7.16.3.
35. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. 1.18.5.

Cap. xvij. 3. Pone me iuxta te, & cuiuſvis manus pugnet contra me. 2.32.1.

C. xix. 9. Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo. 4.39.7. & 7.7.1.

Cap. xxij. 29. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. 5.43.2.

C. xxviij. 13. Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. 5.33.10.
15. Non dabitur aurum obriſum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. 8.25.1.

Cap. xxix. 14. Iuſtitia indutus ſum; & veſtiui me ſicut veſtimento iudicio meo. 4.40.1.

Cap. xxxvi. 7. Non auferet à iuſto oculos ſuos; & Reges in ſolio collocat in perpetuum. 5.36.3.

C. xxxviij. 7. Cum me laudarent aſtra matutina. 5.28.2.
36. Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam aut quis dedit gallo intelligentiam. 5.7.2.

C. xxxxj. 13. In collo eius morabitur fortitudo 1.29.2 & 7.16.5.

C. xxxxij. 10. Addidit Dominus omnia, quæ fuerant Iob, duplicia. 8.41.3.

PSALMI.

Pſ. j. 2. QVare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ & Principes conuenerunt in vnum. 7.5.4.
6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo. 1.7.1. 7.26.7.
7. Filius meus es tu, ego hodie genui te. ibidem.
8. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. 6.23.4. & 7.3.2.
10. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. 4.51.5. & 7.26.7.
12. Apprehendite diſciplinam. 1.2.5.

iij. 6. Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exſurrexi. 4.48.1.

iv. 3. Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem? 2.12.2.
7. Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. 2.18.9.
9. In pace in id ipſum dormiam & requieſcam. Ibidem.

viij. 4. Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum. 5.17.9.
6. Minuiſti eum paulo minus ab Angelis. 2.6.2.

xiij. 3. Non eſt, qui faciat bonum. 2.6.2.

xv. 6. Funes ceciderunt mihi in præclaris. Quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. 2.13.5.
10. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. 4.48.1.

xvij. 6. Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt laquei mortis.
9. Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit. 7.22.3.
21. Retribuet mihi D. ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum. 5.43.2.
35. Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. 2.13.5.

xviij. 6. Exultauit vt Gigas ad currendam viam 5.16.5.
8. Lex Domini immaculata conuertens animas: teſtimonium D. fidele. 7.6.3.

xxj. 7. Ego autem ſum vermis, & non homo. 1.36.5.

xxij. 1. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit: Super aquam refectionis collocabit me. 2.48.6.
4. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. 2.32.1.
Virga tua & baculus tuus ipſa me cōſolata ſūt. 2.48.6

xxiij. 8. Quis eſt iſte Rex gloriæ? 5.7.5. & 5.54.3.

xxiv. 15. Oculi mei ſemper ad Dominum. 1.37.1.

xxv. 9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos. 5.6.1.

xxvj. 2. Qui tribulāt me inimici mei. In hoc ego ſperabo. 1.26.5

xxx. 20. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ D. quam abſcondiſti timentibus te. 1.11.2.

xxxij. 6. Verbo D. cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. 1.2.3. & 5.12.6.

xxxiij. 12. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos 4.36.5.

xxxix. 6. Cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. 5.36.2.
6. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtra non confundentur. 2.10.1.

xxxv. 9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 5.6.5.

xxxxj. 2. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum.

xxxxiv. 3. Speciosus forma præ filijs hominum. 3.29.6. 7.19.2.
4. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. 7.6.1.
5. Specie tua, & pulchritudine tua intende proſpere procede, & regna 7.6.1. & 3.29.6.
8. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. 1.6.7. & 1.35.1.
14. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. 7.2.7.

xxxxv. 5. Fluminis impetus lætificat Ciuitatem. 7.30.7.
6. Deus in medio eius non commouebitur. 7.40.3.
7. Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt Regna. Dominus virtutum nobiſcum ſuſceptor noſter Deus Iacob. 8.11.2.

xxxxix. 9. Non accipiam de domo tua vitulos: Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum. 7.10.1.

xxxxx. 11. Auerte faciem tuam à peccatis meis. 2.43.4.

Redde

14. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* 1.8.9.
liv. 7. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam?* 2.31.4.
Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Ibidem.
lxiv. 2. *A timore inimici eripe animam meam.* 4.15.5
lxiv. 2. *Te Decet hymnus Deus in Sion, & ibi reddetur votum in Ieruſalem.* 7.2.2.
lxiv. 10. *Viſitaſti terram & inebriaſti eam. &c.* 4.48.2.
lxv. 12. *Tranſiuimus per ignem & aquam.* 4.52.9.
Iuſti epulentur. & exultent in conſpectu Dei. 5.7.5.
lxvij. 10. *Pluuiam voluntariam ſegregabit Deus hereditati tuæ: tu vero perfeciſti eam.* 2.17.6.
18. *Currus Dei decem millibus multiplex; millia lætantium.* 3.21.6.
26. *In medio iuuencularum tymponiſtriarum.* 1.17.5.
lxviij. 10. *Zelus domus tuæ comedit me.* 1.17.5.
lxxj. 2. *Deus iudicium tuum Regi, da, & iuſtitiam tuam filio Regis.* 5.29.5.
3. *Suſcipiā montes pacem populo, & colles iuſtitiā* Ibid.6.
6. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Ibidem.
7. *Orietur in diebus eius Iuſtitia, & abundantia pacis.* Ibidem.
lxxij. 27. *Qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.* 8.47.1.
28. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino Deo ſpem meam.* 7.3.2.
lxxiij. 12. *Deus autem Rex noſter ante ſecula ſalutem operatus eſt in medio terræ.* 8.36.3.
22. *Exurge Deus. & iudica cauſam tuam.* 4.52 3.
lxxiv. 9. *Quia calix in manu Domini vini meri, plenus mixto.* 7.10.5.16.
lxxv. 2. *Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius.*
Et factus eſt in pace locus eius. 1.7.1.
9. *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum.* 1.2.1.
lxxvij. 13. *Interrupit mare, & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in vtre.* 2.48.6.
21. *Et ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael Quia non crediderunt in Deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius.* 1.3.3. & 2.48.6.
63. *Iuuenes eorum comedit ignis, & Virgines eorum non ſunt lamentatæ.* 4.10.7.
70. *Suſtulit eum de gregibus ouium de poſt fœtantes accepit eum.* 4.5.1.
4. *Deus conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* 2.43.4.
lxxix. 5.20. *Domine Deus virtutum.* 1 26.5.
9. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti: eieciſti gentes, & plantaſti eam.*
lxxx. 11. *Dilata os tuum, & implebo illud.* 8.48.1.
lxxxj. 7. *Vos autem ſicut homines moriemini.* 4.3.3.
lxxxiij 2. *Quam dilecta tabernacula tua Domine.* 1.11.3.
4. *Paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum.* 2.37.9.
lxxxiv. 11. *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi; iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt.* 4 45.2.
lxxxviij. 15. *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ.* 5.39.5.
lxxxix. 14. *Repleti ſumus mane miſericordia tua: exultauimus, & delectati ſumus.* 7.41.3.
xc. 4. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis, &c.* 4.41.7.
11. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* 3.14.3.
xcj. 6. *Nimis profunda factæ ſunt cogitationes ſuæ.* 5.35.2.
xcij. 1. *Indutus eſt Dominus fortitudinē, & præcinxit ſe.* 5.11.1
cj. 26. *Opera manuum tuarum ſunt cœli.* 5.12.7.
cij. 30. *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.* 5.12.9.
ciij. 15. *Et panis cor hominis confirmet.* 5.5.1.
24. *Quam magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientia feciſti.* 7.25.8.
cv. 19. *Et fecerunt vitulum in Oreb.* 2.6.5.
23. *Si nō Moyſes electus eius ſtetiſſet in cōfractione.* 4.3 3.4
cvi. 27. *Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius.* 1.12.2.
cxij. 9. *Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* 7.30.7.
cxv. 17. *Dirupiſti vincula mea; tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* 2.28.1.
cxvij. 5. *De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine.* 3.2.3.
15. *Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.* 7.2.1. & 3.47.5.
cxviij. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* 1.8.2.9.
82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.* 2.17.2.
91. *Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi.* 7.6.3.
103. *Quam dulcia faucibus meis Eloquia tua.* 2.35.2.
105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* 4.26.4
131. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.* 8.48.1.
165. *Pax multa diligentibus nomen tuum, & non eſt illis ſcandalum.* 4.41.7.
cxx. 4. *Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.* 5.7.2.
6. *Per diem ſol non vret te, neq; luna per noctem.* 6.30.2.
cxxiij. 7. *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.* 2.28.1.
cxxvij. 3. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* 4.10.6. & 1.31.3.
Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. 8.41.3.
6. *Videas filios filiorum tuorum.* 8.34.1.
cxxxij. 1. *Quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* 4.51.2.
2. *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam.* 1.35.1. & 5.17.6.
3. *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in monte Sion.* Ibid.
cxxxvj. 9. *Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.* 2.44.5.
cxxxviij. 5. *Ecce tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua.* 7.48.2.
cxliij. 1. *Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* 1.24.5. & 4.15.5.
12. *Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua.* 4.10.6.
Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. 4.10.8 & 4.11.6.
cxlix. 6. *Gladij ancipites in manibus eorum.* 3.19.4.

P R O V E R B I A.

Cap. j. 8. *Audi fili mi, diſciplinam Patris tui.* 7.50. & 7.9.2.
Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. 1.39.3.
Cap. ij. 2. *Inclina cor tuum ad cognoſcendam ſapientiam.*
Quoniam Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. 8.8.2.
Cap. iij. 16. *Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria.* 8 11.6.
24. *Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit Somnus tuus.* 2.18.9.
Cap. v. 19. *Vbera eius inebrient te omni tempore.* 7.9.4.
Cap. vij. 18. *Veni inebriemur vberibus.* 4 36.5. & 7.9.4.
Cap. viij. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret.* 2.41.3.
27. *Quando præparabat cœlos aderam.* 5.12.6.
31. *Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.* 8.30.8.
Cap. ix. 1. *Sapientia ædificauit ſibi domum excidit columnas ſeptem, miſcuit vinum.* 7.10.2. & 1.32.4.

Miſſe

3. *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis.* 1.15.5.

4. *Si quis eſt paruulus, veniat ad me.* 7.15.1.

5. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.* 7.51.5.

Cap. xiv. 1. *Sapiens mulier ædificat domum ſuam.* 7.25.9.

Cap. xv. 15. *Secura mens, quaſi iuge conuiuium.* 8.15.1.

Cap. xvij. 6. *Corona ſenum, filij filiorum.* 7.7.1.

Cap. xviij. 4. *Aqua profunda, verba ex ore viri.* 4.49.4.

Cap. xx. 29. *Exultatio iuuenum, fortitudo eorum.* 4.10.5.

Cap. xxiij. 31. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blande.* 1.12.2.

33. *Oculi tui videbunt extraneas.* Ibidem.

Cap. xxv. 27. *Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria.* 8.23.3.

Cap. xxxj. 3. *Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam.* 1.23.4.

6. *Date ſiceram mœrenti, & vinum ijs, qui amaro ſunt animo.* 2.11.8.

14. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem.* 7.22.5.

15. *De nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.* 7.19.2. & 8.29.3.

17. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum.* 8.20.3.

18. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* 7.19.2.

21. *Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſũt duplicibus.* 7.41.1.

23. *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.* 7.21.1.

27. *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.* 7.10.2.

28. *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt: vir eius & laudauit eam.* 7.24.3.

ECCLESIASTES.

Cap. j. 1. *ORitur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiẽ & vertitur ad Aquilonem.* 6.29.4. & 4.51.4.

7. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant.* 4.49.4.

Cap. ij. 10. *Omnia, quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui eis, Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere* 5.51.5.

Cap. ix. 10. *Quodcumque poteſt facere manus tua, inſtanter operare.* 4.53.1.

Cap. iij. 2. *Tempus naſcendi, & tempus moriendi.* 2.30.7.

Cap. vij. 21. *Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.* 4.25.2.

30. *Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominum rectum.* 6.10.8.

14. *Oculi ſapientis in capite eius:* 5.36.8.

SAPIENTIA.

11. *VEnerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manũ illius.* 5.52.2.

Cap. vij. 26. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis.* 1.40.1.

29. *Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci cõparata inuenitur prior.* 5.33.9.

Cap. viij. 1. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.*

9. *Propoſui hanc adducere mihi ad conuiuendum, ſciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædij mei.* 5.51.4.

16. *Intrans in domum meam conquieſcam cum illa, non enim habet amaritudinem conuerſatio illius.* Ibid.

Cap. xviij. 21. *Properans enim homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationẽ allegãs, reſtitit iræ.* 4.13.4.

Cap. xix. 7. *Ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & campus germinans de profundo nimio.* 2.48.5.

8. *Omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu.* Ibid.

9. *Tanquam enim equi depauerunt eſcam, & tanquam agni exultauerunt.* Ibidem.

20. *In omnibus magnificaſtis populum tuum, & honoraſti & non deſpexiſti.* 2.1.3.

ECCLESIASTICVS.

Cap. j. 1. *OMnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum eo fuit ſemper.* 8.8.2.

10. *Effudit illam ſuper omnia opera ſua.* 1.34.6.

Cap. x. 9. *Quid ſuperbis terra, & cinis!* 4.47.4.

Cap. xiij. 1. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* 5.11.1.

Cap. xx. 2. *Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam; ſic qui facit per vim iudicium iniquum.* 1.7.9.

Cap. xxiv. 5. *Ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam.* 4.50.4.

Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient. 4.47.4.

35. *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & quaſi Tygris in diebus nouorum.* 4.49.4.

40. *Ego ſapientia effudi flumina; ego quaſi trames aquæ immenſa de fluuio; ego quaſi fluuij dioryx, & ſicut aquæ ductus exiui de paradiſo.* 4.41.6.

Cap. xxvj. 16. *Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum.* 1.44.2.

21. *Sicut Sol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies.* 1.44.2.

Cap. xxxv. 11. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* 6.16.1.

Cap. xl. 20. *Vinum & muſica lætificat cor.* 2.11.8.

Cap. xliij. 2. *Luminare, quod minuitur in conſummatione.* 6.28.1.

Cap. xlv. 2. *Similem illum fecit in gloria Sanctorum* 1.38.1.

Cap. xlvj. 18. *In fide ſua probatus eſt Propheta; & cognitus eſt in verbis ſuis fidelis; quia vidit Deum lucis.* 4.33.7.

1. *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris.* 1.5.6.

Cap. xlix. 17. *Firmamentum gentis, & ſtabilimentum populi, rector fratrum.* 1.44.1.

C. xxxxx. 1. *In vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroborauit templum.* 1.44.1.

6. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ.* 2.4.2.

Cap. lj. 34. *Collum veſtrum ſubijcite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam.* 1.29.1.

ISAIAS.

Cap. j. 5. *OMne caput languidum, & omne cor mœrens. à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* 4.26.2.

6. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata; nec curata medicamine nec fota oleo.* 1.6.7.

15. *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* 7.14.1.

18. *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix dealbabuntur.* 5.31.3.

25. *Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam.* 2.7.15.

29. *Erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis.* 7.43.2.

Cap. ij. 2. *Et eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes.* 7.32.2.

3. *Venite & aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius.* 7.25.4. 8.8.4.

4. *Non leuabit gens contra gentem gladium ſuum, nec exercebuntur vltra ad prælium.* 7.3.2.

22. *Quieſcite ergo ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt.* 7.22.3.

Cap. iij. 16. *Ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant.* 1.29.2. & 7.16.3.

Appre-

Digitized by Google

Cap. iv. 1. *Apprehendiut ſeptem mulieres virum vnum dicentes: Panem noſtrum comedemus.* 3. 10 4.

Cap. v. 1. *Vinea facta eſt Dilecto meo incornu filio olei. Et ſepiuit eam.* 3.19.1. & 3 40.4. & 3.53.3.

2. *Sepiuit eam, & lapides elegit ex ea.* 2.5.2.

Expectauit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. 8.35.3.

5. *Auferam ſepem eius.* 4.53.3. 6.1.6.8.35. & 7.42. 1.

6. *Non putabitur & non fodietur.* 2.36.6 & 2.53.3.

7. *Vinea enim Domini exercituum domus Iſrael eſt, & vir Iuda germen eius delectabile.* 8.33.1.

26. *Et eleuabit ſignum in nationibus procul & ſibilabit ad eum de finibus terræ.* 2.24 3.

Cap. vj. 8. *Quem mittam, & quis ibit vobis? Ecce ego mitte me.* 2 44.2.

10. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude.* 1.17.3.

Cap. viij. 4. *Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci.* 7.24. 1.

7. *Ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas Regem Aſſyriorum* 2.24.2.

Cap. ix. 2. *Populus, qui habitabat in tenebris; vidit lucem magnam.* 1.20.11.

3. *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiã.* 7.13.2.

Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. 8.34.1.

6. *Princeps pacis.* 7 36.9.

Cap. x. 22. *Si fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo.* 6 4.2.

Cap. xj. 1. *Flos de radice eius aſcendet.* 2 1.1.

2. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus D. ſpiritus ſapientiæ, & intellectus.* 5.40.4.

6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit,* 4.26.3.8.12.5. & 3.29.1.

9. *Quia repleta eſt terra ſcientia Domini.* 6.29.3 4.18.5.

Cap. xij. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fõtibus Saluatoris.* 8.9.9.

Cap. xvj. 1. *Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deſerti, ad montem filiæ Sion.* 6.2.1. & 6.13.4.

Cap. xvij. 1. *Onus Damaſci: ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas.* 7.24.3.

Cap. xviij 1. *Væ terræ Cymbalo alarum.* 8.27.3.

2. *Qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas.* Ibid. 5. & 13.

Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam. Ibid. 6 14.15.

Ad gentẽ exſpectantem & conculcatam. Ibid 7.16 17.

Cuius diripuerunt flumina terram eius. Ibid. 8. & 18.

Cap. xix. 13. *Stulti facti ſunt Principes taneos.* 1.12.2.

Cap. xxiv. 9. *Cum cantico non bibent vinum.* 2.11.8.

Cap. xxv. 1. *Quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas, fideles.* 4.34.4.

C. xxvj. 17. *Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus à facie tua D. concepimus, & quaſi parturiuimus Spiritum.* 8.17.2.

Cap. xxviij. 5. *In illa die erit D. corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui.* 3.29.2.4.29. 9.

Cap. xxix. 10. *Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis.* 4.36.3.1.10.6.

15. *Væ qui profundi eſtis corde.* 7.34.1.

Cap. xxx. 20. *Panem arctum, & aquam breuem.* 7 39.3.

Cap. xxxij. 8. *Princeps vero ea, quæ ſunt digna principe cogitabit: & ipſe ſuper duces ſtabit.* 7.26.7.

Cap. xxxij. 18. *Sedebit populus in pulchritudine pacis.* 2.9.1.

C. xxxiv. 10. *Nocte, & die non extinguetur, in ſempiternum aſcendet.* 3.28.5.

Cap. xxxv. 2. *Germinans germinabit, lætabunda & laudans.* 2.3.1.6.1.4.7.32.9.7.12.2.

Cap. xxj. 11. *Cuſtos quid de nocte.* 5.21.4.

Cap. xl. 2. *Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt malitia eius.* 5.51.3.

Suſcepit de manu Domini duplicia. 8.41.3.

4. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons humil.* 6.32.1

9. *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion.* 7.23.2.

11. *Sicut Paſtor gregem ſuum paſcet in brachio ſuo congregabit agnos, fœtus ipſe portabit.* 6.3.1.

12. *Quis menſus eſt pugillo aquas.* 5.17.9.

13. *Quis adiuuit ſpiritum D. aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi?* 5.26.3.

31. *Qui ſperant in D. mutabunt fortitudinem aſſument pennas vt aquilæ.* 7.31.2.

Cap. xlj. 2. *Quis ſuſcitabit ab Oriente iuſtum, vocauit eum, vt ſequeretur ſe?* 6.3.2.

18. *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes.* 1.5.9 5.49 5.6. & 8.12.3.

19. *Dabo in ſolitudinem cedrum & ſpinam ponam in deſerto abietem.* 6.1.5. & 3.21.11.

Cap. xlij. 2. *Non clamabit, neque audietur vox eius foris, calamum quaſſatum non conteret.* 5.41.3.

Cap. xliij. 2. *Cum tranſieris per aquas tecum ero.* 4.52.9.

Cap. xliv. 2. *Formans te ab vtero, auxiliator tuus.* 4.41.6.

3. *Effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam.* Ibidem.

4. *Et germinabunt inter herbas, quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas.* Ibidem.

21. *Quoniam ſeruus meus es tu, formaui te, ne obliuiſcaris mei.* 6.37.1.

Cap. xlv. 8. *Rorate Cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum.* 4.38.8.

Cap. xlvj. 4. *Ego feci, & ego feram ego portabo & ſaluabo.* 8 16 3.

Cap. xlviij. 18. *Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet velut flumen pax tua.* 8 34 5.

Cap. xlix. 6. *Dedi te in lucem gentium vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* 7.6.3.

15. *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum. & ſi illa oblita fuerit, ego tamẽ nõ obliuiſcar tui.* 8.17.6

18. *Leua in circuitu oculos tuos, & vide: Omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi.* 6.8.3.

Viuo ego; dicit D. quia omnibus his velut veſtimento veſtieris. 4.40.2.

Cap. lj. 3. *Ponet deſertum eius quaſi delitias, & ſolitudinem eius, quaſi Hortum Domini.* 8.16.2.

Cap. lij. 2. *Solue vincula colli tui, captiua filia Sion.* 7.16.5.

Cap. liij. 1. *Quis credidit auditui noſtro, & brachium D. cui reuelatum eſt.* 2.1 5.

Cap. lv. 1. *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, venite, & emite abſque argento vinum & lac.* 4.50.2.

7. *Quam pulchri ſuper montes pedes Euangelizantium pacem.* 6.36 9.

8. *Vox ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem.* 7.21.2.

9. *Conſolatus eſt D. populum ſuum, redemit Ieruſalem. Parauit D. brachium Sanctum ſuum in oculis omnium gentium.* 7.3.2.

9. *Gaudete, & laudate ſimul deſerta Ieruſalẽ.* 8.36.3.

2. *Non eſt ſpecies ei, neque decor* 1 14.1.

6. *Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam abijt.* 4 18.5. & 4.33.2.

7. *Sicut ouis ad occiſionem ducetur.* 6.9.3.

9. *Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.* 4.31.3.

10. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* 8 35.7.

1. *Lauda ſterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij deſertæ magis.* 4.17 5. & 6.17.2. & 7.32.7.

Cap. liv. 2. *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende.* 1 xxv.2. & 6.17.2. & 7.12.2.

10. *Montes cõmouebuntur, & colles cõtremiſcent.* 6 31.6.

Paupercula,

Digitized by Google

Pauperculа, tempeſtate conuulſa, ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos. 6.31.6. &. 8.31.2.
Cap. lv. 1. Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac. 5.1.3. &. 7.32.2.
8. Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ, neque viæ meæ, viæ veſtræ. 5.34.4.
10. Quomodo deſcendit imber, & nix de cælo & illuc vltra non reuertitur. 4.36 6.
Cap. lvj. 3. Et non dicat Eunuchus; Ecce ego lignum aridum. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs. 6.5.2.
Cap. lvij. 17. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum. 1.21.2.
Cap. lviij. 1. Quaſi tuba exalta vocem tuam. 3.9.1.
6. Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. 4 41.6.
9. Tunc inuocabis, & D. exaudiet; clamabis, & dicet: ecce adſum. 5.3.4.
Cap. lix. 4. Non eſt, qui inuocet iuſtitiam, neque eſt, qui iudicet verè. 1.18.5.
Cap. lx 3. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo. 8.15.2.
4. Omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi. 7.32.2.
5. Tunc videbis & afflues. 8.19.6.
15. Ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem, & generationem. 8.14.5.6.
Cap. lxj. 1. Spiritus D. ſuper me, eo quod vnxerit Dominus me; ad annunciandum &c. 3.9.1. & 5.40.4.
3. Et vocabuntur in eo fortes iuſtitiæ. & ſtabunt alieni & paſcent pecora veſtra. 8.38.4.
8. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. 4 51.3
9. Omnes, qui viderint eos cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit D. 4.5.3. &, 7. 19. 6.
10. Gaudens gaudebo in D. quia induit me veſtimento iuſtitiæ. Ibidem.
Cap. lxij. 1. Donec egrediatur vt ſplendor Iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur. 8.23.3.
6. Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. 5.21.4 & 7 11.2.
Cap. lxiii. 1. Quis eſt iſte qui venit de Edom? 5.26.2.
1. Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. 7.2.6.
3. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea. 5.4.4. &, 5.31.5.
Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. 8. 27.7.
9. In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus, & Angelus faciei eius ſaluauit eos. 7.39.5.
Cap. lxiv. 1. Vtinam dirumperes cælos & deſcenderes. 4. 27. 3. 1. & 1. 2.
Cap. lxiv. 7. Non eſt, qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. 4.13.5.
Cap. lxv. 3. Populus, qui ad iracundiam prouocat me. Qui immolant in hortis. 8.43.2.
Cap. lxvi. 17. Mundos ſe putabant in hortis poſt ianuam. Ibidem.

I E R E M I A S.

Cap. j. 9. Miſit D. manum ſuam, & tetigit os meum 5.12.8.
18. Dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream. 6.9.6.
Cap. ij. 16. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit. 4.50.4.
Cap. ij. 21. Ego te plantaui vineam electam, omne ſemen verum 4.40.4 2.36. 7. &, 4. 26 2.
1. Sic contempſit me domus Iſrael. 8.18.1.
Cap. iij. 20. Quomodo ſi contemnet mulier amatorem ſuum, ſic autem fornicata es cum amatorib. multis 8.18.1.
Cap. v. 28. Incraſſati ſunt, & impinguati. & præterierunt ſermones meos peſſimè. 4.26.2.
Cap. vi. 16. State ſuper vias veſtras, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis. 1.23 2.
Cap. viij. 5. Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalē auerſione contentioſa? Apprehenderunt mēdaciū. 2.38 9
13. Non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea. 2.38.9 & 2.39.4.
22. Nunquid non eſt reſina in Galaad, aut medicus non eſt ibi. 6.14.3.
Cap. xi. 16. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit D. nomen tuum. 4.25.2. &. 4.4.
Cap xvi. 16. Mittam piſcatores multos, & piſcabuntur eos Multos venatores, & venabuntur eos de omni monte. 2 20 5. &, 4 26. 6.
Ad te Gentes venient ab extremis terræ. Ibidem.
Cap. xvij. 18. Duplici contritione contere eos. 7.41.3.
Cap. xxij. 24. Si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus in dextera mea, inde euellam eum. 8.19 3.
Cap. xxiv. 4. Sicut ficus hæ bonæ, ſic cognoſcam tranſmigrationem Iuda. 2. 39. 4.
Cap. xxix. 2. Ego ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, cogitationes pacis, & non afflictionis. 4.36.4.
Cap. xxxi 8. Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam. 7.16.5.
20. Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus. Ideo conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum.
21. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. 8. 18.2.
Cap. xxxi. 22. Vſquequo delicijs diſſolueris, filia vaga? Fæmina circundabit virum. 3.11.5.
34. Non docebit vltra vir proximum ſuum. Omnes enim cognoſcent me à minimo vſque ad maximum. 6.39.3.
Cap. xxxij. 33. Et verterunt ad me terga & non faciem. 2.43.4.
Cap. xliv. 16. Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine D. non audiemus ex te. 5.10.2
Cap. xlvi. 2. Aſcende in Galaad, & tolle reſinam, fruſtra multiplicas medicamina ſanitas non erit. 6. 11 3.
Cap. xlviij. 28. Relinquite ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab. & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. 2.41.2.

T H R E N I.

Cap. j. 4. Sacerdotes eius gementes, virgines eius ſqualidæ. 4.11.5.
18. Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Ibidem
Cap. iv. 4. Paruuli petierunt panem. & non erat, qui frangeret eis. 1.35.3 & 7 34.3.
5. Rubicundiores ebore antiquo Sapphiro pulchriores. 3.25.6.
Cap. v. 26. Cecidit corona capitis noſtri. 4.38.7.

E Z E C H I E L.

Cap. j. 3. Facta eſt ſuper eum ibi manus Domini. 5.12 8.
4. Et nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius. 8 22.5.
6. Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. 8 6 4.
7 Pedes eorum pedes recti. 1.13.4
Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum. 1 13.4
Cap. iij. 8. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum. 6 9.6.
Cap. iv. 5. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum. Diem pro anno dedi tibi. 3.48.6.
Cap. viij. 5. Ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipſo introitu. 8.22.5.

Cap. xiij. 5. *Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.* 1.13.4.

2 *Dic ad eos, qui liniunt ſine temperatura, quod caſurus ſit paries: erit enim imber inundans.* 2.34.2

Cap. xvi. 3. Radix tua, & generatio tua, de terra Chanaan. 7.18.2

4 *Quando nata es in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem, nec inuoluta pannis.* 8.28.2.

5. *Non pepercit ſuper te oculus, ſed proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ.* 7.18.2.

7. *Multiplicatam quaſi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, vbera tua intumuerunt.* 3.17 5.

8. Expandi *amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam.* 5 10.7.7.8.1. &, 8 18.3.

8. *Et iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, & & facta es mihi.* 2.47.4.

Cap. xvij. 22. *Sumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam, de vertice ramorum eius teneram diſtringam, & plantabo ſuper montem excelſum.* 5 50.1.

Cap. xx. 28. *Dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuæ.* 1.33. 6.

Cap. xxij. 28. *Videntes vana, & diuinantes mendacium, dicentes: Hæc dicit D. cum D. non ſit loquutus.* 2.47 1.

Cap. xxvi. 19. *Cum dedero te vrbem deſolatam, ſicut ciuitates, quæ non habitantur: & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ.* 2.34 2.

Cap. xxxi. 8. Cedri *non fuerũt altiores illo, in* Paradiſo *Dei.* 3.43.5

Cap. xxxiv. 23. *Et ſuſcitabo ſuper eas Paſtorem vnum & qui habitãt in deſerto, ſecuri dormient in ſaltibus.* 3.1.6.

Cap. xxxvi. 26. *Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri.* 1.17.3.

Cap. xxxvij. 5. *Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis; & dabo ſuper vos neruos.* 5.14 3:

7. *Factus eſt ſonitus, & ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam.* 5.14 3. & 7.57 1.

Ca. xxxviij. 22. *Et iudicabo eum peſte & ſanguine, & imbre vehemẽti, & lapidibus immenſis.* 2.34.2.

Cap. xxxix. *Et ſuccendent, & comburent arma, clypeum & haſtas, arcum, & ſagittas.* 1.3.3.

D A N I E L.

Cap. iij. 49. A*Ngelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem: & excuſſit flammas ignis de fornace; & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.* 2.48.5.

Cap. iv. 8. *Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cælum.* 6.31.8.

Cap. vij. 9. *Veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda.* 3.24.7.

Cap. vij. 26 *Tu ergo viſionem ſigna, quia poſt multos dies erit.* 5 42.2.

27. *Ego Daniel langui, & ægrotaui per dies.* 5.20.1.

O S E A S.

5. V*Adam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, aquas meas, lanam meam, & linum meum.* 1.8.7.

Cap. ij. 7. *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.* 6.38 1.

14. *Ducã eã in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* 5.51.3

18. *Et percutiam cum eis fœdus in die illa & dormire eos faciam fiducialiter.* 2 18.9.

Cap. iij. 2. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.* 8.41.1.

Cap. vij. 2. *Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.* 2.41.8.

Cap. ix. 10. *Quaſi vuas in deſerto, inueni Iſrael; quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi Patres eorum.* 2.38.8. & 2.39.4.

16. *Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exſiccata eſt, fructum nequaquam facient.* 2.49.4.

Cap. xij. 3.4. *In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo; Et inualuit ad Angelum, & confortatus eſt, fleuit & rogauit eum.* 6.11.1.

14. *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis.* 8.23.5.

Cap. xiij. 0. *Perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxilium tuũ.* 1.17.4.

Cap. xiv. 6. *Ero quaſi ros. Iſrael germinabit quaſi lilium; & erumpet radix eius vt libani.* 2.3.2.

8. *Memoriale eius ſicut vinum libani.* 1.5.6

I O E L.

Cap. ij. 28. P*Rophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt.* 5.7.5.

Cap. iij. 18. *In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte Et fons de domo D. egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.* 3.31.10.

A M O S.

Cap. viij. 2. M*Ittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ ſed audiendi Verbum Domini* 4.12.9.

Cap. ix. 13. *Stillabunt montes dulcedinem, & omnes montes culti erunt.* 5.17.6.

M I C H E A S.

Cap. iv. 4. S*Edebit vir ſubtus vitem ſuam; & ſubtus ficum ſuam, & non erit, qui deterreat.* 2.9.2.

Cap. v. 2. *Et egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.* 2.38.9

Cap. vij. 1. *Præcoquas ficus deſiderauit anima mea.* 2.38.6

N A H V M.

Cap. 1 1. D*Eus æmulator, & vlciſcens* Dominus. 1.38.5

Cap. j 16. *Cibus eius electus.* 5.2.3.

Cap. ij. 3. *Veniens veniet, & non tardabit.* 2.3.2.

Cap. iij. 3. *Deus ab auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* 4 38. 6.

6. *Aſpexit, & diſſoluit Gentes, & contriti ſunt montes ſæculi.* 4.26.3.

8. *Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.* 1.26.5 &, 3. 21.4.

17. *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis.* 2. 38. 9.

S O P H O N I A S.

Cap. iij. 10. V*Ltra flumina Aethiopiæ, inde ſupplices mei, filij diſperſorum meorum offerent munus mihi.* 7.27.5.

A G G A E V S.

Cap. j. 6. C*Omediſtis, & non eſtis ſatiati, bibiſtis, & non eſtis inebriati.* 5.6.27.5.

Cap. ij. 8. 10. *Et implebo domum iſtam gloriam. Magna erit gloria domus illius nouiſſimæ plus quam primæ.* 5.50.4

Digitized by Google

ZACHARIAS.

Cap. j. 14. Zelatus ſum Ieruſalē & Sion zelo magno. 1.38.5.
Cap. ij. 4. Abſque muro habitabitur Ieruſalem multitudine hominum & iumentorū in medio eius. 1.43 4.
Cap. iv. 3. Et duæ oliuæ ſuper illud, vna à dextris lampadis, altera à ſiniſtris eius. 1.39.1.
Cap. ix. 1. Domini eſt oculus hominis; & omnium tribuum Iſraël. 1.37.1.
9. Exulta ſatis, filia Sion. Ecce Rex tuus venit tibi, iuſtus, & ſaluator ipſe pauper. 4.41.7.
10. Et diſperdam quadrigam ex Ephraim & equum de Ieruſalem: & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem Gentibus. Ibidem.
15. Et bibentes inebriabuntur, quaſi a vino, & replebuntur vt phiala, & quaſi cornua altaris. 7.10 3.
17. Quid bonum eius, & pulchrum eius? niſi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines. 7.10.3.
17. Frumentum electorum. 8.9.9.
Cap. x. 7. Lætabitur cor eorum, quaſi à vino. 2.11.8.
Cap. xj. 9. Et dixi: Non paſcā vos: quod moritur moriatur. 2.49.4
Cap. xiij. 1. In illa die erit fons patens Domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. 4.41.2.

MALACHIAS.

Cap. ij. 5. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me. Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. quia Angelus Domini exercituū eſt. 4.7.5.
6. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius. In pace, & in æquitate ambulauit mecum. 4.9.5.

MATTHÆVS.

Cap. j. 21. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. 7.3.2.
Cap. iij. 9. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. 1.42.8.
15. Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. 7.38.3.
16. Baptiſatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce vox de cœlo dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. 6.16.4.
10. Dominum Deū tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies 1.39 4
Cap iv. 11. Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. 5.44.6.
19. Venite poſt me faciā vos fieri piſcatores hominū. 8.37.2
Cap. v. 4. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terrā. 2.20.6.
14. Vos eſtis lux mundi; non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. 7.3.4.
16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona. 4 49.3.
43. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros 2.11.5
45. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. 8.37.3.
Cap. vi. 7. Orantes, nolite multum loqui, ſicut Ethnici; putant enim, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur 8.45.2.
11. Panem noſtrū ſuperſubſtantialē da nobis hodie. 8 9.6.
22. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. 5.10.8.
Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. 4.33.7.
28. Conſiderate lilia agri, non laborant neq; nent. 5.41.4.
Cap. vij. 6. Nolite Sanctum dare canibus. 4.41.2 & 6.18.4.
13. Intrate per anguſtam portam. Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam. 3.18 1.
25. Et deſcendit pluuia. & venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in domū illā & nō cecidit. 2.34.2.
29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum, & Phariſæi. 5.41 5.
Cap. viij. 20. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autē hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. 2 26.2.
25. Domine, Salua nos, perimus. 5.54 6.
Cap. ix. 12. Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. 7.24.6.
24. Recedite: nō eſt enim mortua puella ſed dormit. 1.10 5
37. Meſſis quidem multa; operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. 8.26 2.
Cap. x. 5. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. 6.24.4.
16. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. 6.9 5. & 5.17.7.
Eſtote prudentes ſicut ſerpentes: 2.20.6.1.40.7.
20. Non enim vos eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. 7.24.2.
27. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine. 5.8.1.
34. Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. 2 36.2.
Cap. xj. 11. Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta: qui autem minor eſt in Regno cœlorum maior eſt illo. 7 38.3.
28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. 5.42.3.
29. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. 2.20.6.
Cap. xij. 24. Hic non eijcit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. 5.43 3.
28. Si ego in Dei ſpiritu eijcio dæmones. 5.12.9.
29. Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem? 4.44.2
34. Progenies viperarum, quo modo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? 7 33 3.
Ex abundantia cordis os loquitur. Ibidem.
Cap. xiij. 5. Alia ceciderunt in petroſa. Sole autem orto æſtuauerunt. 1.17.8.
8. Alia ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. 6.12.1.
17. Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis & non viderunt. 6.25.2.
25. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania. 1 19.2.
45. Simile eſt Regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. 8.4.1.
Cap. xv. 11. Non quod intrat in os coinquinat hominem. 5.42.5.
Cap. xvj. 18. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meā. 1.26.3.
Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. 7.15.1.
22. Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. 2 43.1.
Cap. xvij. 5. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipſum audite. 4 41.4.
Cap. xviij. 10. Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis 1.25.2.
Cap. xix. 6. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. 6 29.5.
12. Sunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. 2.18 5 & 37.2. & 6.5.2.
1. Exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. 8 35 5.
Cap. xx. 28. Sicut Filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare. 7 38.3.
Cap. xxj. 19. Videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantum. 6 32.2.
34. Cum tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos. 6 32.2.
41. Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis. 2 49 4.
Cap. xxij. 3. Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias; & nolebant venire. 1.15.5.

4. *Tauri mei & altilia mea occiſa ſunt, & omnia parata.* 1.32.4.
36. *Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege. Diliges Dominum Deum tuum.* 2.11 5.
Cap. xxiij. 3. *Omnia, quæ dixerint vobis facite. ſecundum vero opera eorum nolite facere.* 4.9.6.
4. *Alligant onera grauia, & importabilia in humeros hominum, digito autẽ ſuo nolunt ea mouere.* 5.42.4.
Cap. xxiv. 16. *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* 5.11.1. & 7.29.7.
32. *Ab arbore fici diſcite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas.* 2.38.9.
35. *Cælum, & terra tranſibit. verba autem mea non præteribunt.* 5.34.5.
21. *Euge ſerue bone, & fidelis. quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* 5.17.1.
34. *Venite, benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* 2.17.9.
Cap. xxv. 40. *Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* 7.35.4.
Cap. xxvj. 12. *Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* 3.16.4.
26. *Accipite, & comedite; Hoc eſt corpus meum: Bibite ex hoc omnes; hic eſt ſanguis meus.* 5.5 5.& 7.1.
29. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Patris mei.* 1.32.3.& 5.6.2.
39. *Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* 8.2.2.
45. *Dormite iam & requieſcite: ecce appropinquauit hora.* 2.30.7.
Cap. xxvij. 34. *Dabant ei vinum bibere cum felle mixtum.* 5.42.4.
51. *Velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum.*
C. xxviij. 19. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* 1.35.3.& 6.9. 5.21.4.& 8.26.3.
Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. 1.20.3.& 5.1.4.& 5.51.5.

M A R C V S.

Cap. ix. 2. *Veſtimenta eius facta ſunt candida, & ſplendentia nimis, velut nix.* 5.21.4.
Cap. xiv. 3. *Fracto alabaſtro effudit ſuper caput ipſius.* 1.6.6.
21. *Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo.* 2.36.2.
37. *Simon dormis? non potuiſti vna hora vigilare mecum?* 6.39.4.
14. *Exprobauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.* 5.8.3.
Cap. xvj. 15. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ.* 1.7.5.& 5.7.3.& 8.36.3.
19. *Et ſedit à dextris Dei.* 2.9.1.

L V C A S.

Cap. j. 34. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* 5.10.9.
35. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* 5.12 7.
38. *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* 5.1.5 & 5.3.4.
42. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* 1.23 4.
43. *Et vnde hoc mihi, vt mater Domini mei veniat ad me.* 2.39.1.& 3.53.6.
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. 1.6.6.
78. *Viſitauit nos oriens ex alto.* 3.50.4.
Cap. ij. *Ieſus autem proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.*
Cap. viij. 5. *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt ab hominibus.* 5.21.4.& 8.26.2.
6. *Aliud cecidit ſecus viam & conculcatum eſt* 7.20.4.
10. *Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei cæteris autem in parabolis.* 1.31.1.& 6.18.4.
11. *Semen eſt verbum Dei.* 6.17.2.
12. *Qui autem ſecus viam, hi ſunt, qui audiunt, deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum.* 7.36 2.
14. *Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* 1.17.8.
15. *Hi ſunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructũ afferunt in patientia.* 7.36.2.
Cap. ix. 24. *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam: Nam qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet illam.* 7.16 6.
26. *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet.* 2.41.5.
51. *Faciem ſuam firmauit, vt iret in Ieruſalem.* 2.43.5.
Cap. x. 5. *In quamcumque Domum intraueritis, dicite primum Pax huic Domui.* 6.36.6.
34. *Alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum.* 1.6.7.& 3.45.2.
40. *Domine non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ergo illi vt me adiuuet.* 8.12.4.
41. *Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima.* 7.19.3.
Cap. xj. 9. *Petite, & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis.* 8.48.1.& 3.5.1.
13. *Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter.* 8.48.1.
15. *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* 8.43.3.
20. *Si in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.* 5.12.9.
52. *Væ vobis iuris peritis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis: & eos, qui introibant prohibuiſtis.* 6.15.4.
Cap. xij. 32. *Nolite timere, puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* 3.18.1.& 8.26.4.
35. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* 5.16.3.& 7.8.3.
36. *Vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur. Vt cum venerit et pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* 5 8.2 & 15.1.
37. *Præcinget ſe & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* 7.38.3.& 1.19.7.
Ignem veni mittere in terram; & quid volo niſi vt accendatur? 8.5.1.
Cap. xiij. 7. *Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, ſuccide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?* 6.32.2.
Cap. xiv. 21. *Exi cito in plateas: & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc.* 8.30.7.
23. *Exi in vias, & ſepes & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Ibidem.
24. *Nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.* 5.6.4.
26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & agros, &c.* 2.36.2.
33. *Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ibidem.
Cap. xv. 7. *Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* 2.20.5.& 6.37.5.
Cap. xvij. 7. *Quis veſtrum habens ſeruum arantem, nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit, quod imperauerat?* 6.36.6.

10. *Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis dicite ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus.* 6.16.2.

Cap. xvij. 14. *Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.* 7.44.2.

41. *Quid tibi vis faciam? Domine, vt videam, & conſeſſim vidit.* 7.39.10.

Cap. xix. 5. *Zachæe, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* 7.39 10.

14. *Nolumus hunc regnare ſuper nos.* 7.3.10.

Cap. xxj. 14. *Ponite in cordibus veſtris non præmeditari quem admodum reſpondeatis.* 7.34.2.

15. *Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & cõtradicere omnes aduerſarij veſtri.* 6.18.2

Cap. xxij. 15. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar.* 5.6.2 & 1.40.1.

28. *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis.* 5.7 6.

29. *Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo.* 5.6.4.

33. *Domine paratus ſum tecum in carcerem, & in mortem ire.* 5.17.5.

Cap. xxiij. 31. *Quia ſi in ligno viridi hæc fiũt in arido quid fiet.* 8.9.3

Cap. xxiv. 21. *Nos ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael.* 5.7.8.

24. *Nemo virorum illorum guſtabit cœnam meam.* 5.6 4.

26. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* 5.6.4.

28. *Ipſe ſe finxit longius ire: & coegerunt eum dicentes: Mane nobiſcum D.* 1.20.4.

32. *Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur nobis in via?* 1.36.2. & 6.4.4. & 7.35.2.

41. *Obtulerunt ei partem piſcis aſſi & fauum.* 5.42.4.

43. *Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis.* 1.11.1. & 5.5.5.

45. *Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Sic oportebat pati Chriſtum & reſurgere à mortuis.* 1.41.1. & 2.11.3.

I O A N N E S.

Cap. j. 14. *Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et Verbum caro factum eſt.* 4.50 5.

3. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* 5.12.6 & 22.41.3.

4. *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum.* 4.30 2.

9. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* 1.30 2 & 2.25.1.

16. *De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* 1 6.4. & 1 35 1. & 8 49.6.

Cap. ij. 19. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de tẽplo corporis ſui.* 8 53.5

25. *Opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine* 7.10.1

Cap. iij. 2. *Scimus, quia à Deo veniſti, Magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis niſi fuerit Deus cum eo.* 5.44 5.

8. *Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat.* 5.13.3.

16. *Vt omnis, qui credit in illum, non pereat.* 4.30.4.

Cap. iv. 6. *Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem.* 5 45 6 & 8 9.9.

10. *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſet ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.* 7.9 9.

13. *Omnis qui bibit ex aqua hac ſitiet iterum.* 4.41.1.

Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. 7.9.9. & 4.50.7.

33. *Ego cibum habeo mãducare quem vos neſcitis.* 5.2.4.

34. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.* 6.3.1. & 5.2.3.

35. *Leuate oculos veſtros, & videte regiones quoniam albæ ſunt iam ad meſſem.* 4.39.2. & 8.27.4.9.9.

36. *Qui metit, mercedem accipit. Vt, & qui ſeminat gaudeat, & qui metit.* 8 36.2. & 7.37.7.

Cap. v. 6. *Hunc cum vidiſſet Ieſus, & cognouiſſet quia iam multum tempus haberet dixit ei vis ſanus fieri?* 5.39.10.

Cap. vj. 27. *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.* 5.40.3.

Hunc Pater ſignauit Deus. 8.18.4. & 4.41.4.

44. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum.* 1.9.2.

45. *Et erunt omnes docibiles Dei.* 6.10.9.

68. *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* 5.41.4.

Cap. vij. 16. *Mea doctrina non eſt mea: ſed eius, qui miſit me.* 4. 50. 7.

31. *De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus, cum venerit, nunquid plura ſigna faciet?* 5 44.5.

37. *In die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat, dicens: Qui ſitit, veniat ad me, & bibat.* 4.50.5.

39. *Nondum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.* 4i6.1.

Cap. viij. 56. *Abraham pater veſter exſultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.*

Cap. ix. 4. *Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt.* 4.20.6.

6. *Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloe (quod eſt interpretatum Miſſus.)* 5.44 6.

Cap. x. 3.4. *Oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.* 2.23.4.

9. *Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit ſaluabitur.* 2.41 3.

10. *Fur non venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant & abundantius habeant.* 1.21 5. & 5.43.6.

11. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus.* 1.25.2.

23. *Ambulabat Ieſus in templo in porticu Salom.* 8.45.6.

Cap. xj. 11. *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.* 8.17.9.

47. *Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit?* 5.44.5

51. *Cum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit.* 4.33.2.

52. *Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum.* 6.24.4.

Cap. xij. 19. *Videtis, quia nil proficimus? ecce mundus totus poſt eum abit.* 5.39 11.

24. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* 7 12.4 & 8 50.3.

31. *Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* 8.47.5.

35. *Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* 4 20.6.

37. *Cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum.* 5.44.5.

Cap. xiij. 6. *Domine, tu mihi lauas pedes?* 2.39.1.

7. *Quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autẽ poſtea.* 5.11 3

10. *Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus.* 5.11.3. & 8.10 5.

12. *Scitis, quid fecerim vobis Dominus, & Magiſter.* 6.52 5.

Cap. xiiij. 6. *Ego ſum via veritas & vita: nemo venit ad Patrem niſi per me.* 2.41.3.
9. *Qui videt me, videt & Patrem.* 2.25.1.
16. *Ego rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis.* 1.39.1. & 5.12.9. & 5.51.5.
18. *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos: adhuc modicum, & mundus me iam non videt.* 5.1.4.
23. *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum.* 4.21.3.
Cap. xv. 2. *Omnem palmitem, in me non ferentem fructum tollet eum: & omnem qui fert fructum purgabit eũ.* 2.36.4
4. *Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemet ipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis.* 4.4.6.
5. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.* 8.35.8.
13. *Maiorem Dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* 5.42.4.
14. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis.* 2.31.3.
15. *Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit, quid faciat Dominus eius.* 6.39.3. & 8.10.9.
26. *Cum venerit Paraclitus ſpiritus veritatis, quem ego mittam vobis à Patre, ille teſtimonium perhibebit de me.* 5.12.9.
Cap. xvj. 12. *Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* 6.18.4. & 6.29.3.
21. *Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit, iam non meminit preſſuræ.* 7.29.4.
28. *Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.* 4.50.7.
33. *In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum.* 8.46.5.
Cap. xvij. 4. *Opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciã.* 1.10.5.
Ego te clarificaui ſuper terram. 5.43.4.
6. *Nunc clarifica me tu, Pater, apud temet ipſum, claritate, quam habui, priuſquam mundus eſſet, apud te.* 5.40.3.
6. *Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi.* 5.43.4.
Cap. xix. 17. *Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum; qui dicitur Caluariæ locum.* 5.42.5.
30. *Dixit: Conſummatum eſt: & inclinato capite, tradidit ſpiritum.* 2.38.3. & 5.47.5.
Cap. xx. 13. *Mulier, quid ploras? Quem quæris? Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi, & ego eum tollam.* 1.20.3.
22. *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* 5.42.5.
Cap. xxj. 15. *Simon Ioannis, diligis me plus his?* 2.11.5.

ACTA APOSTOL.

Cap. j. 1. *QVæ cœpit Ieſus facere & docere.* 5.16.1.
3. *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei.* 5.8.2.
8. *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi teſtes.* 5.14.3.
14. *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Ieſu.* 5.7.2.
Cap. ij. 2. *Factus eſt repente de cœlo ſonus.* 5.13.4.
Cap. ij. 3. *Seditque ſupra ſingulos eorum.* 2.9.1.
4. *Et cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* 5.18.4. & 5.18.5.
7. *Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Nonne omnes iſti, qui loquuntur Galilæi ſunt.* 8.44.3. & 1.3.3.
13. *Quia muſto pleni ſunt iſti.* 5.7.3.
14. *Stans autem Petrus cum vndecim leuauit vocem ſuam, & locutus eſt.* 5.17.5.
16. *Non enim ſicut vos exiſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* 5.7.3.
37. *His autem auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum: Quid faciemus?* 5.18.5.
38. *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum, in nomine Ieſu Chriſti.* Ibidem.
41. *Qui ergo receperunt ſermonem eius baptizati ſunt: & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.* 5.18.5. Ibidem.
5. *Factum eſt autem in craſtinum, vt congregarentur Principes eorum, & ſeniores, & ſcribæ in Ieruſalem.* *Et ſtatuentes eos in medio interrogabant.* 5.21.4.
Cap. iv. 9. *Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt notum ſit vobis quia in nomine D. noſtri Ieſu Chriſti aſtat coram vobis ſanus.* 5.22.2.
1. *Loquentibus illis ad populũ ſuperuenerunt &c.* 5.23.1
11. *Hic lapis eſt qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli.* 1.6.7.
12. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Ibidem.
17 *Comminemur eis ne vltra loquantur in nomine hoc.* 5.23.2.
19. *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei vos prius audire, quam Deum, iudicate.* 2.48.6. & 5.21.2.
24. *Leuauerunt vocem, & dixerunt, & nunc Domine reſpice in minas eorum; & da ſeruis ſuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* 5.21.5.
32. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* 4.4.8.
33. *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti D. noſtri.* 5.21.2.
35. *Neque quiſquam erat egens inter illos quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, ponebant ante pedes Apoſtolorum.* 5.24.6.
Cap. v. 29. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* 8.30.1.
41. *Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* 2.8.6. & 5.51.3.
Cap. vij. 51. *Dura ceruice, & incircumciſis cordibus, & auribus vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis: ſicut patres veſtri ita & vos.* 6.30.3.
52. *Quem Prophetarum non ſunt perſequuti patres veſtri?* 8.35.4.
Cap. viij. 39. *Cum aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & inuentus eſt Azoto.* 7.6.4.
Cap. ix. 1.2. *Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis.* 5.42.5.
4. *Saule, Saule, quid me perſequeris.* 5.9.6. & 7.39.6.
13. *Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit Sanctis tuis in Ieruſalem.* 5.22.8.
15. *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus & filijs Iſrael.* 5.17.7. & 7.3.4. & 4.19.1.
16. *Ego enim oſtendam illi, quanta eum oporteat pro nomine meo pati.* 5.17.7.
Cap. x. 13. *Et facta eſt vox ad eum. Surge, Petre; occide & manduca.* 5.2.3.
38. *Qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo.* 5.43.6.
41. *Nobis, qui manducauimus, & bibimus cum eo, poſtquam reſurrexiſſet à mortuis.* 1.9.2.
45. *Obſtupuerũt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro; quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effuſa eſt.* 1.15.1. & 6.14.1.
Cap. xj. 3. *Quare introiſtis ad viros præputium habentes? & manducaſtis cum illis?* 1.15.1.
17. *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis.*

Digitized by Google

bis, qui credidimus in D. Ieſum Chriſtum, quis eram, qui poſſem prohibere Deum. 7.7.3.
18. Ergo, & pœnitentiam Gentibus dedit Deus ad vitam. 1.15.1.& 6.14.1.
Cap. xij. 7. Percuſſoque latere Petri excitauit eum dicens: Surge velociter: & ceciderunt catenæ de manibus eius. 5.7.10.
9. Et neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum. exiſtimabat autem ſe viſum videre. Ibid.
Cap. xiij. 22. Virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. 4.52.8.
33. Reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu: ego hodie genui te 1.7.1.
46. Vobis oportebat loqui primum Regnum Dei, ſed quoniam repellitis illud, ecce conuertimur ad Gentes. 1.19 2.& 6.1.6.
Cap. xv. 10. Quid tentatis Deum imponere iugum, ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque Patres, neque nos portare potuimus. 1.34.2.
28. Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato. 2 41.6.
Cap xvj. 14. Cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo. 5.8 6. &, 7. 3. 4.
Cap. xvij. 32. Quidam irridebant; quidam vero dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. 5.19.5.
Cap. xx. 28. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiã Dei. 7.24.5. & 8.13.1.
Cap. xx. 13. Ego non ſolum alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum, propter nomen Domini Ieſu. 5.17.5.

EPIST. AD ROM.

Cap. j. 1. PAulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei. 2.12.5.
13. Nolo vos ignorare, fratres, quod ſæpe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc. 7.7 3.
14. Græcis ac barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum.
16. Non erubeſco Euangeliũ, virtus enim Dei eſt. 2.41.5.
20. Inuiſibilia ipſius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. 5.13.1.
Cap. ij. 19. Confidis te eſſe ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt. 4.6.5.
Cap. iij. 24. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius. 1.8.2.
Cap. iv. 2. Et ſignum accepit circuncisionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei. 4.41.4.
19. Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, & emortuam vuluam Saræ. 1.42.10.
25. Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. 8.17.3.
Cap. v. 3. Non ſolum, ſed & gloriamur in tribulationibus noſtris: quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. 5.51.3 & 7.30 6.
Cap. vj. 4. Conſepulti ſumus cum illo per bapti ſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã P. ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. 4.47.1. & 5.9 7.
9. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. 2. 9. 1.127. &, 5. 11. 1.447.
Cap. vij. 23. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. 4 48 4. &. 1.14.5.
24. Infœlix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis huius? 2.16.2.
Cap. viij. 3. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. 1.6.6 & 1.40.1.
9. Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. 5.2.2.
28. Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 8.14 4.
Si Deus pro nobis, quis contra nos? 1.36.5.
Qui proprio Filio ſuo non pepercit. 1.6.6.&, 1.49.5.
35. Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? 5.27.5. &, 8.24.6.
37. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Ibidem.
38. Certus ſum quia neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto. Ibidem.
Cap. ix. 4. Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum. 6.4.2.
2. Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali. 6. 24. 5.
13. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. 5.19 5.
18. Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. 5 19 5.
27 Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.
28. Verbum enim conſummans, & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram. 2 34.7.
Cap. x. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore vero confeſſio fit ad ſalutem. 6.18.3.
14. Quomodo credent ei, quem non audierunt? 7.3.7.
15. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? 8.37.2.
16. Sed non omnes obediunt Euangelio. Iſaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro. Ergo fides ex auditu. 7.3 7.
18. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terrã exiuit ſonus eorum. Ibidem.
19. Nunquid Iſrael non cognouit? 7 3.7.
Cap. xi. 1. Nunquid Deus repulit populum ſuum? Non repulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit. 6.4.2.
17. Cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis; & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es. 6.12.9.
Cap. xij. 3. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. 4.6.4.
8. Qui miſeretur in hilaritate. 6.16.1.
Cap. xiij. 12. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum. 2.8 1.&, 4.20.5.6.28.1
Cap. xv. 17. Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum. 7. 9. 4.
24. Cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quod præteriens videam vos. 7.9.4.
Cap. xvi. 25. Secundum reuelationem myſterij temporibus æternis taciti. 3.28.5.

EPIST AD COR. I.

Cap. j. 12. EGO quidem ſum Pauli; ego autem Apollo; ego vero Cephæ; ego autem Chriſti: Diuiſus eſt Chriſtus? 4. 24. 3.
22. Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt. Nos autem prædicamus Chriſtum Crucifixum. 5.42.1.&.6. 18.7.
24. Ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. 1.2.5.
25. Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. 2.6.2.
26. Videte vocationem veſtram, quoniam non multi ſapientes ſecundum carnem. 8.30.4. &, 3.15.1.

30. Qui

30. *Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.* 5.33.3.

27. *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes.* 7.31.4.

Cap. ij. 1. *Veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Chriſti.* 6.18.7.

4. *Sermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſſibilibus humanæ ſapientiæ verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus.* 7.25.10.

6. *Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam vero non huius ſæculi, neque principum huius mundi, qui deſtruuntur.* 4.52.2. Ibidem.

7. *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio.* Ibidem 2.

15. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei.* 1.26.2.

Cap. 3. 1. *Non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus.* 6.18.4.

Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. 1.2.5.25.2. & 4.39.3.

7. *Itaque neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat.* (7.23.4. (1.33.5. (8.28.3.

Cap. iv. 7. *Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* 1.33.5.

8. *Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis; ſine nobis regnatis.* 7.26.3.

9. *Spectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus.* 8.13.6. & 5.24.6.

Cap. vj. 9. *Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes Regnum Dei poſſidebunt.* 7.39.2.

2. *Et hæc quidem fuiſtis ſed abluti eſtis.* Ibidem

13. *Eſca ventri, & venter eſcis.* 2.47.4. & 5.45.5.

Cap. viij. 1. *Scientia inflat: charitas vero ædificat.* 4.51.2.

16. *Nam ſi euangelizauero: non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit.* 6.36.5.

Cap. ix. 19. *Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci.* 5.7.1.

28. *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* 7.29.5

3. *Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.* 4.38.3

Cap. x. 13. *Non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum vt poſſitis ſuſtinere.* 2 8.4.

31. *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite.* 5 46.2.

33. *Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.* 1.18.1.

Cap. xi. 3. *Omnis viri caput Chriſtus eſt; caput autem mulieris vir, caput vero Chriſti Deus.* 5.33.5.

19. *Nam oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt; manifeſti fiant in vobis.* 8 13.1.

28. *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* 8.9.6.

3. *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu Sancto.* 8.35.8.

Cap. xij. 4. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus.* 5.40.4.

8. *Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ; alij autem ſermo ſcientiæ.* 1.30.3.

27. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro & quoſdam in Eccleſia poſuit Deus primum Apoſtolos.* 6.9.7.8 41.3. & 5.33 1

Cap. xiij. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans.* 6.9.7.

3. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, nihil mihi prodeſt.* 8.25.2.

12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* 1.42.7.

Cap. xiv. 7. *Quæ ſine anima ſunt vocem dantia, niſi diſtinctionem ſonituum dederint, quomodo ſcietur id quod canitur* 4.28.1.

14. *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, & mente.* Ibidem.

Cap. xvj. 9. *Oſtium mihi apertum eſt magnum, & euidens & aduerſarij multi.* 5.16.6.

EPIST. AD COR. II.

3. *Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem.* 5.4 1.

Cap. j. 4. *Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos.* 5.51.3.

8. 9. *Supra modum grauati ſumus, ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipſi in nobis met ipſis reſponſum mortis habuimus.* 5.4 1.

Cap ij. 12. *Cum veniſſem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in D.* 5 16.6.

Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei: ſed ex ſinceritate; ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur. 4 9.5.

Cap iij. 2. *Epiſtola noſtra vos eſtis; ſcripta in cordibus veſtris.* 5.45.2.

4. *Non quod ſimus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* 7.7.4.

14. *Vſque in hodiernum diem, idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum.*

Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem. 2.40 1. & 4.20.3.

Cap. iv. 10. *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes.* 5.17.1.

15. *Vt, qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.* 5.2.4.

21. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit; vt nos efficeremur iuſtitia Dei in illo.* 5.31.5.

Cap. iv. 14. *Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras?* 6.21.3

Cap. vij. 1. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.* 4.47.4.

Cap. x. 3. *In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus* 7.17.5.

4. *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum.* 7.2.5.

Cap. xij. 4. *Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* 1.11.2.

9. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* 7.29.6.

11. *Nihil minus fui ab ijs qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tametſi nihil ſum.* 7.27.14.

14. *Non enim quæro veſtra, ſed vos. Ego autem libentiſſime impendam, & ſuper impendar pro animabus veſtris.* 6.5.2.

16. *Cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi.* 1.8.9

EPIST. AD GALAT.

Cap. j. 13. *Supra modum perſequebar Eccleſiam Dei.* 5.22.5.

Cap. ij. 11. *Reſtiti ei in faciem, quia reprehenſibilis erat.* 5.10.8.

12. *Priuſquam venirent à Iacobo cum Gentibus edebat.* 2.21.12.12 5. & 5.10.8.

16. *Scientes quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti.* 9.10.8.4.10.10.

19. *Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam: Chriſto confixus ſum cruci.* 5.37.3.

20. Viuo

20. *Viuo ego, iam non ego: viuit vere in me* Chriſtus. 2, 15. 2. & *Ibidem.*
Cap. iij. 1. O *inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit.* 7. 17. 4.
7. *Qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ.* 1. 42. 8.
19. *Ordinata per Angelos in manu mediatoris: mediator autem vnius non eſt.* 4. 12. 7.
Cap. iv. 17. *Aemulantur vos non benè: ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.* 2.38 3.
19. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur* Chriſtus *in vobis.* 7. 26. 5. & 7. 35. 4.
Cap. v. 10. *Qui conturbat vos, portabit iudicium.* 2. 21. 2.
12. *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant.* 2 25.7
17. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem.* 1. 16. 2.
Cap. vi. 2. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem* Chriſti. 2. 20. 7.

EPIST. AD EPHES.

Cap. j. 13. IN *quo & ſignati eſtis credentes, Spiritu promiſſionis Sancto.* 8.16.4.
22. *Ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius.* 7. 25. 3. &, 5.33.5.
Cap. ij. 4. *Deus, qui diues eſt in miſericordia.* 5.4.4 & 1.6.6 *Propter nimiam caritatem ſuam, qua dilexit nos.* 5. 6. 1.
13. *Vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine* Chriſti. 7.1.5.
Cap. iij. 1. *Ego Paulus, vinctus* Chriſti *Ieſu.* 2.12.5.
10. *Vt innoteſcat Principatibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* 6.54. 4.
1. *Cum omni humilitate, & manſuetudine ſupportantes inuicem, in caritate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus.* 7.12.3.
Cap. iv. 9. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ.* 2.1.2.
10. *Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit, ſuper omnes cælos, vt impleret omnia.* 4.51.7
2. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores.* 7. 18. 3.
13. *In virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis* Chriſti. 1.7.4
29. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: & nolite contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis.* 8.22.5.
Cap. v. 8. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* 1.17.3. &, 7. 1.5.
14. *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te* Chriſtus. 4.31.2. & 7.36.3.
25. Chriſtus *dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea.* 4.53.4. & 7.38.3 &, 8.21.4.
32. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in* Chriſto, *& in Eccleſia.* 1.1.1 &. 4.31. &, 6.29.5.
Cap. vi. 2. *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.* 3. 19 8.
13. *Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo.* 5i 8. 8 &, 4. 15. 3.
14. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate* 7.4.4
16. *Sumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela inimici ignea extinguere.* 4. 40. 4.
17. *Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* 4.39.3.

EPIST. AD PHILIP.

9. O*Pto, vt caritas veſtra magis, ac magis abundet.* 8. 6. 1.
Cap. j. 18. *Quid enim dum omnimodo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem* Chriſtus *annuncietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.* 5. 19. 2. &, 6. 18. 5
23. *Coarctor è duobus: deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum* Chriſto. 1. 8. 5. &, 2. 16. 2.
24. *Permanere autem in carne neceſſarium propter vos.* 5. 11. 24.
Cap. ij. 6. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* 1. 8. 5 &, 3. 29.5 & 5. 44. 2.
8. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* 5. 44. 2.
9. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* 7. 35. 7.
Cap. iij. 12.13. *Sequor autem ſi quòmodo comprehendam. Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea, quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor* 2. 40. 1
19. *Quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt.* 5. 44 5.
20. *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* 7. 17. 5

EPIST. AD COLOS.

Cap. j. 13. E*Ripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum Filij dilectionis ſuæ.* 3.30.1.
18. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium primogenitus ex mortuis.* 5. 32. 5.
33. *Quod prædicatum eſt, in vniuerſa creatura.* 5 19 4
Cap. ij. 9. *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* 1. 6. 4.
29. *Ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.* 7. 7. 2.
Cap. iij. 1. *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* 4. 47. 4.
9. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem* 2. 43. 2. & 4. 37. 2.
*. *Vbi non eſt Gentilis, nec Iudeus, circunciſio, & præputium, ſed omnia, & in omnibus* Chriſtus. 5. 21. 3.
14. *Super autem omnia hæc caritatem habete quod eſt vinculum perfectionis.* 2. 31. 1.
12. *Induite vos ſicut Dei electi, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ ſupportantes inuicem,* 2. 20 7
Cap. iv. 3. *Vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ad loquendum myſterium* Chriſti. 5. 16. 6. &, 4. 15. 6

EPIST AD TESSAL. I.

Cap. iv. 15. M*Ortui qui in* Chriſto *ſunt, reſurgent primi deinde nos qui viuimus.* 7. 16. 7.
Cap. v. 8. *Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricã fidei, & caritatis, & galeam ſpem ſalutis.* 4.15.3.

EPIST. AD THESSAL. II.

Cap. ij. 10. I*Deo mittet illis Deus ſpiritum erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.* 7. 17. 6.

EPIST. AD TIM. I.

Cap. ij. 4. Q*VI omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 5. 11. 2.
Cap. iij. 16. *Quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentũ veritatis.* 6. 19. 1. &, 7. 15. 1.
Cap. iv. 12. *Præcipe hæc, & doce: nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fidelium.* 6. 7. 2.

Cap. v. 17. *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina.* 8. 41. 3

Cap. vi. 16. *Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habet inacceſſibilem.* 5. 31. 2.

EPIST. AD TIMOT. II.

Cap. ij. 12. *SI commortui fuerimus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.* 5. 7. 6.

15. *Sollicite cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem.* 5. 17. 1. &, 5.18.1

Cap. iij. 16. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum.* 4. 36. 6.

Cap. iv. 2. *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue obſecra increpa.* 1.15.4.& 6 18.5. & 6.19.1.

3. *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus.* 4. 15. 4.

5. *Tu vero vigila, in omnibus labora, miniſterium tuum imple.* 5. 9 4. &, 4. 2. 1.

EPIST. AD TITVM.

Cap. j. 7. *OPortet Epiſcopum ſine crimine eſſe.* 6. 5. 2.

12. *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* 5. 45. 5.

Cap. ij. 15. *Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio: nemo te contemnat.* 6. 8. 2.

Cap. iij. 10. *Hæreticum hominem, poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.* 2. 45. 7.

EPIST. AD HEBR.

Cap. j. 1. *MVltifariam, multiſque modis olim Deus loquẽs Patribus in Prophetis.* 1.2. 3. &, 2.23.3.

2. *Per quem fecit & ſæcula.* 5.12.6.&,7.8.1

3. *Cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ.* 1.40.1.

14. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi?* 2.20.5.&,8.27.14.

Cap. ij. 2. *Qui ſanctificat, & ſanctificantur, ex vno omnes: propter quam cauſam non confunditur.*

14. *Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium.* 5.5.5

17. *Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, Vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.* 8.2.3.

Cap. iv. 12. *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* 1.2.5.&,3.19.4

15. *Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſimilitudine, abſque peccato.* 8.2.3.

Cap. v. 1. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur.* 4.5.3.&,4.12.7.

12. *Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei.* 4.60.1.& 6.18.4.

Facti eſtis, quibus lacte opus ſit non ſolido cibo. 14.38.3

14. *Perfectorum autem eſt ſolidus cibus.* 4.49.1.

Cap. vi. 4. *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, & prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.* 5.9.7. &,6.8.1

Cap. vij. 3. *Aſſimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.* 1. 20.8.

9. *Et leui, qui decimas accepit, decimatus eſt, adhuc enim in lumbis Patris erat.* 7.8.3.

26. *Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus.* 5.31.3.

Cap. ix. 24. *Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum.* 5.4.5.

Cap. x. 1. *Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum.* 1.20 8.&. 2 8.1.&, 2.49.2

8. *Superius dicens, quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata, & pro peccato noluiſti.* 5.4.3.

14. *Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.* 1.7.10.

Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam. 5.23.6.

Cap. xi. 6. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* 1.7.1.

36. *Alij vero ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres.* 7.39.7.

Cap. xij. 2. *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.* 5.16.5.

Cap. xiij. 17. *Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* 7.18.2.

EPIST. PETRI I.

Cap. j. 10. *DE qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.* 6.25.2.

13. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrij perfecte ſperate.* 7.18.3.

20. *Præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem manifeſtati autem nouiſſimis temporibus.* 10.32.6.

Cap. ij. 1. *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & ſimulationem.* 1.12.1 &,7.14.4

2. *Sicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis.* 5.37.3. &, 1.12,2.

Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt D. 7 19.4.

10. *Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ* 1. 17. 3.

22. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* 5:31.4.

24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Ibidem.

25. *Eratis ſicut oues errantes, ſed conuerſi nunc eſtis ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarũ.* 4.33.2

Cap. v. 2. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacti, ſed ſpontanei ſecundum Deum.* 8.38.3,

4. *Et, cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.* 8.41.2.

8. *Sobrij eſtote, & vigilate.* 4.2.1.& 7.24.3.

EPIST. PETRI II.

Cap. ij. 22. *QVI peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* 6.16.2.

EPIST. IOAN. I.

Cap. j. 8. *SI dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.* 4.14.2.

Cap. iij. 12. *Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iuſta.* 1.6.9.

16. *In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere,* 5.42.4.

Cap. iv. 16. *Deus caritas eſt, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* 7.26.4.

Cap. v. 2. *Vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius eſt: qui habet Filium, habet vitam; qui non habet Filium, vitam non habet.* 4.30.2.

Id-

IACOBI EPIST.

5. QVI dat omnibus affluenter, & non improperat 4.57.2.

Cap. j. 21. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. 7.46.2.

Cap. ij. 2. Si introierit in conuentum veſtrum virum annulum aureum habens in veſte candida. 3.24.7.

13. Iudicium ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium. 4.35.2. & 4.35.4.

20. Vis autem ſcire, homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? 4.10.8.

23. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam; & amicus Dei appellatus eſt. 1.38.6.

EPIST. IVDAE.

Ver. 6. QVI non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium. 5.32.2.

APOCALYPSIS.

Cap. j. 5. TEſtis fidelis primogenitus mortuorum, & Princeps regum terræ. 5.32.5.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ibidem.

Cap. iij. 7. Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit. 6 15.4.

17. Dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo. Et neſcis, quia tu es miſer. 4.4.7.

18. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum vt locuples fias. 5.47.5.

19. Ego, quos amo argue, & caſtigo.

20. Ego ſto ad oſtium: & pulſo. 5.7.7. & 5.8.2. & 5.15.1.

Cap. v. 8. Habentes phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.

Cap. vij. 9. Stantes ante thronum, & in conſpectu agni amicti ſtolis albis.

Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. 7.16.3.

16. Neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus. 1.17.8.

Cap. xiij. 8. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi. 3.28.4. & 5.32.5.

Cap. xiv. 1. Habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. 6.27.6.

4. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. 7.27.6.

Hi empti ſunt ex hominibus & in ore eorum, &c. Ibidem.

13. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus &c. 4.48.4. & 5.32.5.

Cap. xix. 8. Et datum eſt ei, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. 3.24.7. & 5.31.4.

Byſſinum enim iuſtificationes ſunt Sanctorum.

Cap. xx. 4. Vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis. Et regnauerunt cum Chriſto mille annis. 7.14.7.

Cap. xxi. 3. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, nouam deſcendentem de Cælo à Deo.

27. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium. 7.27.6.

Cap. xij. 1. Oſtendit mihi fluuium procedentem de ſede Dei, & agni. 8.8.2.

2. Lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum. 7.13.2.

Digitized by Google

INDEX
RERVM, VERBORVM, ET SENTENTIARVM.
QVÆ TOTO LITTERALI COMMENTARIO CONTINENTVR.

Primus numerus Caput, ſecundus Notationem, tertius numerum marginalem deſignat.

A

AAron & Moſes Dei doctrina plenè inſtructi 4.19.3
Aaron, *Collis thuris* dictum, propter curam ſacrorum. 21.13.
Aaron, ſeniores, & Populus, cur non permiſſi cũ Moſe in montem aſcendere. 8.47.3.
Aaroni, & Moſi mite ingenium datum ad populum gubernandum. 4 18 8.
Aaroni ſacra curare, Moſi populum gubernare, & pietatem promouere munus datum. 18.6.
Inter illum, & Moſen quædam fuit æqualitas. 2.
Eius puritatem næuus vituli aurei maculauit. Ibid. ibid.
Ei, & Moſi tantum datum ſcientiæ, quantum opus ad cõmiſſum munus. 6.
Abel cæſus, Chriſti mortui in cruce typus. 1. 6.9.
Mortuus adhuc clamans quo modo dictus. 7.2.3.
Ablutio pedum diſcipulorum Pœnitentiæ typus: & myſterio plena. 5.12.3.
Abrahæ feſtinatio in ſe ſuiſq, circuncidendis. 1.35.5.86. & 36.5
Abraham viſo loco ſacrificij minimè perturbatus. 1.37.8.
Filium mactanti redditus filius eſt, & cum eo infinita poſteritas. 33.1.
Eius ſpem in extremo conſtitutam ſuſtentauit Deus: ideo *Botrus Cypri* dictus illi. 37.2.
Vno facto multas virtutes complexus, ob quas in illo creuit Eccleſiæ pulchritudo. Ibid.
Eius exemplo docemur: quid nos agere deceat, dum à Deo duris probamur 39.3.
Proprio filio non pepercit, ideo nec Deus ſuo. Ibid.
Abraham, & Sara, non tam ſolliciti de carnali prole, quam de ſpirituali, & myſtica. 1.42.8.
Eorum mortua ad generandum vis reſuſcitata, & animata. Ibid. 10 104.
In illius ſacrificio imperij ſeueritas cum obſequij promptitudine pugnauit, 8.30.2
Abſalon, quo ſenſu *ſine macula* dictus. 4.24.6.
Eum hoſtem Dauid pater velut filium luxit. 6 37.3
Abſente Deo, aut viam non monſtrante, certus error. 1 21.2.
Abundantia faſtidium parit, & obuiæ voluptates contemni ſolent. 6.4 4.
Abominatio. Idolorum cultus cur dictus. 7.26.6.
Abuſus canendi in templis inolitus minus decens. 4. 37. 6.
Accubitus, Dei epulæ in ſacrificijs. 1.32.3.
Altare, vel Ara; Nardus odora, victima ex qua odor ſuauitatis Deo gratiſſimus. Ibid.
Aceruus tritici, cui Eccleſiæ venter ſimilis, mira illius fœcunditas intelligitur.
Acies caritatis, beneficiorum multitudo eſt, quibus in animam irruit Deus, velut phalange immiſſa in illam. 2.13 4
Aciei Caſtrorum comparata Eccleſia, cum aduerſus hoſtes ſtaret, aut impetum factura in illos. 6.9.2.
Ἀκρόδρυα, Fructus maturi? ideoque ſuaues; Nuces etiam, ſeu glandes. 4.43. 2.
Actiones humanæ quædam ignobiles, ſed neceſſariæ. 5.47.6.
In naturæ bonum inſtitutarum ſimilitudo cum ventre in quo ſita. Ibid.
Actuoſitas Prouidentiæ Chriſti in gubernanda Eccleſia per *riuulos fluentes* ſignificata. 5.38.3
Acu Pictoriæ duæ ſpecies, *Bordadores tapiceros*. 3. 24.10.
Adamus extra Paradiſum conditus, cur in Paradiſum immiſſus 1. 10. 1.
Sub innocentiæ ſtatu corporalibus, & ſpiritualibus diuitijs abundans: 1. 4.6.
Illius ſtupor ſub eadem arbore verſantis, cuius cum fructu mortem guſtauerat. 8.17 9.
Adiurare eorum eſt, qui aliquid maximè cupiunt. 5.31.1.
Adiurari, cuius ſit proprium. 5.26.6.
Adiurare eius non eſt, qui poſſit cogere ad præſtandum. 2.19.2.
Adiuratio fieri ſolita per ea, quæ adiurato maximè cara. 20 5.
Adiuro vos, quo ſenſu dictum. 5.26.6
Adiuratio ſolemnis *Per capreas* cur Cap 8. 4 omiſſa? 8.12.4.
Admirabilis Conſiliarius Chriſtus, propter conſiliorum in gubernanda Eccleſia affluentiam, & vim in eiſdem diſponendis. 5.40.3.
Adoleſcentia, ætas augmento hominum deſtinata. 8.46.2.
Adoleſcentula. Fideles ſunt incipientes, quorum numerus ſemper magnus in Eccleſia. 1.7.5.
Quo pacto ab Eccleſia diſtinguantur, cum ad illius corpus pertineant. Ibid. 10.
Earum caritas ſterilis, neque adhuc filios dans. 8.32.6.
Hilaritatis nuptialis ſolum participes, non genialis lecti, qui ſoli ſponſæ ſeruatus. Ibid.
Adoleſcentulæ Iuſti dicti, quod ſemper in amore creſcant. 8 39 8
Aedes ſacræ, vaſa ſuppellex, ieiunia, preces, ſupplicationes certo ritu ſub Eccleſiæ pacem conſtitutæ. 8.39 8.
Aedificij colapſi reparatio apud Iſaiam: loci illius explicatio ex analogia ad locum Cant. 8.31 2.
Aeger, qui ſe ſanum putat, pro deſperato habendus 4. 4 8.
Aegri capitis vertigine, circumagi omnia putant. 8 25.2
Aegyptus comparata terræ promiſſæ ſterilis rupes. 1.41.10
Terra humilis, Nili ſtagnantis aquis fœcunda. 3.14.7
Inde egreſſa capita tricies centena millia. 2.3.3.
Aegypti veræ ſpinæ, inutiles, leues duræ, pungentes. 4.3.
Eorum inaniſſima ſuperſtitio. Ab ijs brutæ animantes pro dijs habitæ, immo & olera. 2 6 6.
Multi ad iudaica ſacra conuerſi, cum ijs ex Aegypto exceſſere. 2.36 7.
Aemulatio, & liuor ſynagogæ erga Eccleſiam Chriſtianam.
Aemulatio inferno comparata in cruciatu. Ibid. 4.
Affectus omnium maxime intollerandus, cuius ſymbola flammæ multum ardentes. Eius imago. 8. 23.6.
Eſt amoris quidam impetus, & indiuulſus comes, ac veluti armiger. 8. 22. 1.

Aemu-

Digitized by Google

Aemulæ nullæ magis inter ſe fœminæ quàm eiuſdem tori cõſortes. 6.27.5.
Aenigmaticum genus, etiam minutiſſima vt expendatur, exigit: ſed non ſemper. 5.13.1. &. 14. 1.
Aetas omnis apta coniugio Chriſti, qui etiam immaturæ poteſt maturitatem præſtare. 8.28.3.
Aetatis myſticæ triplex ſtatus, incipientium, proficientium, perfectorum. 1.7.4.
Aetatis defectu, aut naturæ vitio ſterilem eſſe dicurſum quid eſt 8.26.5.
Aethiopia, pro terra remota, & longe diſſita. Ibid.25.4.
Aeternitas, pro tempore ab initio ſæculi. 3.28.5.
Affectuum ſordes, acceſſum ad Deum impediunt. 5.12.1.
Alios præter amorem, ſemina quædam ignobilitatis maculant. 6.2.5.
Affectiones geſtantis vtero ſæpe transferuntur in prolem. 7.9.2
Affluentia bonorum ſub Chriſto *ſtillandi* verbo aptiſſimè ſignificata. 5.18.6.
Affluentia gaudiorum ex ſacris nuptialibus, & publica, & ſolenni traductione Eccleſiæ in domum Chriſti iam viri. 8.15.3.
Ager arentiſſimus idem auidiſſimus aquarum. 7.37.3
Ager pro rudi populo, & barbaris Gentibus. Ibid.
Agri & villæ miſticè pro animabus vilibus, & abiecta plebe, & minimè culta. 7.38.3.
Agrorum diuiſio cur ſorte facta à Ioſue. 4.4.8.
Agnitio propriæ labis mire facit ad gratiam animæ. 5.30.1.
Metus ex ea, verus filius caritatis. Ibid.22.1.
Agnus occiſus ab origine mundi, cur dictus Chriſtus. 5.33.6.
Candidus innocentia, vt *rubicundus* etiam eſſet, ſuo ſanguine tingitur, ideo immolatur in cruce. Ibid.
Agni oculi ſeptem, multiplex Chriſti prouidentia vis. 5.37.2.
Agricolæ gratiſſimus eius arboris fructus, quam ſuis manibus ipſe plantauit. 7.29.7.
Ain, Hebræis, *Oculus*, *Aſpectus*, *viſio*. 1.37.1
Alæ, pro finibus extremis terrarum. 8.27.3.
Alcides adhuc infans ſerpentes manibus ſtrangulat in omen futuræ virtutis. 7.6.6.
Alocutio parua Sororis, prædicatio per vocem internam, externã-que. 8.30.7.
Almah, non virgo ſolum, ſed & abſcondita, & cum cura ſeruata.
Aluaradi & Magdalenæ flumina ingentia. 7.27.18.
Amabile quod eſt, quidquid habet, amabile fit; nihil quod amabile ſit, ab eo abſit; nihil ad mixtum habeat imperfecti. 5.54.3.
Amans Eccleſia mutari ſe à priore ſtatu ſimul dolet, & gaudet, 2.16.6.
Eius in amore triplex ſtatus. 1.1.3.
Amans amati lucris ſemper intentus. 2.31.2.
Amans vere omnibus membris tanquam linguis loquitur 3.7.1
Vni ſibi gratum, quod amat, capit, cæteris ingratum. 4.9.4.
Ab amato corde rapitur. 4.30.6
Se negat ſuum ipſius eſſe, poſtquam amare cœperit 4.12.7
Inuitatus ab amato beneficium contemnere, aut repudiare non ſolet. 5.3.1.
Id vnum meminit, amare ſe. 5.28.1.
Cum in amore eſt infans, amare cum audeat, mori ex amore formidat ideo remedium malo quærit: adultus, vulnus amat, nec medicinam malo quærit. Ibid. 3.
Amans prudenter in vna laudanda amati dote non ſemper hæret, quaſi in cæteris minimè ſibi placeat. 5.41.1.
Quidquid amat optimum putat. 6.27.4.
Officijs ſe vinci non æquo animo fert. 6.6.4.
Cum quid graue pro amato paſſus, beatum ſe reputat. 7.29.5.
Amans ſecurè, ſæpè vel æmulorum ſuffragia captat, nec iudicium reformidat.
Amanti nihil gratius, quam ſi amorem ſuum notum ſciat amato, & eidem gratum. 2.31.2.
Amanti impenſe debitus amor, & obſequium. Ibid.6.
Amanti vere Deum omnia ſuſpecta ſunt, etiam quæ tutiſſima. 6.37.2.
Amanti verè omnis amati dolor moleſtiſſimus. 8.25.2.
Amantis animus haud facile fallitur, neque eum latere in totum poſſunt amati conſilia. 6.4.7.
Amantium mos iterandi ſuarum laudes. 4.34.1.
Ars eorum repulſis irritare amorem. 6.4.4.
Amatæ rei merita amoris granditatem in amante excuſant, & quærendi anxietatem. 5.55.2.
Ambroſius ſæpè ſermone grandi obſcuros ſenſus inuoluit 3.20.5
Eius ſermo ſæpè obſcurior, & intellectu difficilis. 4.12.3.
Amica dicta Eccleſia, velut Deum ipſa amans: *Columba*, velut & ipſa à Deo ametur. 8.31.2.
Amicæ compellatio ſponſalium eſt promiſſio. 1.27.4.
Amica, nomen eroticum, & honeſtum licet à profanis vſu infamatum. 1.27.5.&. 2.31.1.
Amicus Dei, qui etiam probatus tribulatione ab eo non recedit. 2.5.1.
Amici, Beati Angeli, & homines: & omnes Chriſto per fidem, & caritatem coniuncti. 8.43.2.
Amici ſoli ad Euchariſtiæ cœnam vocantur. 5.7.1.
Amicorum nomen in Cant. ſemper blandum, & fauens 8.43.1
Amicitia per gratiam diſpoſitio ad ſponſalia, prout in Cant. deſcribuntur. 1.27.3.
Aminadab quis, aut quid ſit in Cant. 6.38.1.
Illius *Quadriga* myſticæ Apoſtoli. Ibid.36.3.
Amandi ordo inuerſus toto Cant. deſcribitur eius rei indicata ratio. 3.2.7.
Amandi ludus ſemper à Deo incipit, ſed videtur ſæpè initium habere ab anima. 5.14.4.
Amor Dei verus omnem alium extinguit. 1.20.5.
Omnis ſimilitudinis proles eſt. 2.5.1.
Coniugatorum ſine liberis ſterilis etiam eſt. 2.10.1.
Dei ſi ſolatia negentur, quaſi viduus eſt. Ibid.
Amor in benefactorem prima beneficij proles eſt. 2.12.4.
Securus, comites habet audaciam & confidentiam 2.15.2
Eius confidentiæ exemplum in Abrahamo. 2.14.2.
Manu ductore minime indiget, vt penetret ad amati intima. Ibid.
Ex amore mori ei viuere dulce eſt. 2.15.6.
Verus, omnem feſtinantis boni properantiam tardam putat. 2.16.2.
Amatæ rei notitiam matrem habet. Ibid 17.6.
Amantem ad amatum rapit. 2.21.2.
Si verus ſit, lentos amatores non patitur. Ibid 6.
Donorum omnium primum & cæterorum fons. 2.47.4
Sæpè amati præſentia intenditur, ſæpè abſentia. 5.28.4.
Minimè diuidendus in partes. 5.25.3
Amor grandis nec regi iudicio, nec frenari facilis.
Nouus, fauoribus, adultus, aduerſis augetur. In ea re Pauli exemplum illuſtre. 5.28.5.
Oculatiſſimus eſt, cum digniſſimo impeditur. 5.55.2.
Commemoratione meritorum amati ſemper intenditur acrius. Ibid.4.
Durans in aduerſis duplice laude dignus. 6.4.5.
Amor omnis in plures diuiſus, aut minuitur, aut omnino perit. 6.25.2
Adultus rei amatæ velut catena conſtrictus, 7.27.2.
Eius omnes cogitatus, conatuſque amatore frui. Ibid.
Amor affectuum omnium violentiſſimus 8.22.1.
Eius affectus myſtica animæ mors. Ibid.21.3.
Cum mutuus eſt alimenta illi deeſſe non poſſunt. Ibid.22.1
Durus, quia dura ſemper imperat, & dura alacriter ſubire cogit Ibid.2.
Amor Dei & proximi duæ caritatis alæ. Ibid 23.2.

Digitized by Google

Amor Eccleſiæ in Deum deificatiſſimus,& ardentiſſimus. 2.13.1
In imperfectis doctrina ſemper indigens. Ibid.
Inter Chriſtum & Eccleſiam pudiciſſimus. Humanum ſæpè impudicitiæ ſuſpicio infamat. 2.26.6.
Amor crucis etiam in minimis conatibus præferendus. 5.18,9.
Amoris hominum in Deum, ante Chriſti aduentum, notat, & ingenium. 2.10.1.
Amoris genitrix, vnitas, & ſimilitudo. 4.32.8.
Amoris perfecti character, ſui iuris non eſſe. 7.38.3.
Eius proprium. vt ſui conatus nobilitate gaudeat, cum digniſſimo impenditur. 6.2.3.
Amaris Eccleſiæ in Chriſtum exaggeratio. 5.55.2.
Amorem non diuidit, qui ſe amat. 6.25.3.
Eius vnitas facit, vt vir magis adhereat vxori, quam parentibus. Ibid.
Amore caſto, & mutuo nihil ſuauius. 8.22.4.
Ejus. quod dulce eſt, ſæpè abſynthio temperatur. Ibid.
In amore ſpiritali ſimiles multi affectus, & effectus, qui in humano. 2.17.7.
In amore creaturarum nulla certa requies eſt. 3.2.8.
Amplexandi verbum in Cant. connubiale eſt. 8.2.8.
Amygdalæ comparata Gentilitas credere incipiens. 6.33.9
Amygdalis ſimiles primi credentes. Similitudinis ratio. Ibid.
Anachoretarum ſeceſſus,& ſtudium propriæ perfectionis. 9.41.5
Analogiæ maximè habenda ratio in hoc interpretandi genere ſymbolico. 5.41.2.
Eius leges exigunt, vt diuerſorum corporum membra non aptentur vni, & eidem. 7.16.2.
Angelus in aſſumpto corpore ad ſuper arcam ſedens. 3.23.7.
Angelus Petrum carcere eductum fratribus ſiſtit. 5.26.4.
Paulo dormienti expeditionem in Macedoniam perſuadet Macedonis viri habitu. 5.58 1
Angeli haud raro fœmineis nominibus appellati. 1.15.3.
Angeli deſertores *Fily matris dicti*, ideſt fratres, eius rei indicata ratio 1.18.5.
Naturæ nobilitate Deo proximi, ideo dicti Filij. 1.21.6
Inter bonos, maloſque gratiæ, non naturæ diſcrimen. Ibid.
Angeli mali, dicti *ſodales* propter affectatam ſemper diuinitatem 1.21.7.
Boni non aptè per ſpinas intellecti à quibuſdam. 2.5.2.
Orantur, ne Eccleſiæ quietem turbari ſinant. 2.21.2.
Vigilum ſignificati nomine. 3.6.1.
Eccleſiam prouocant ad Chriſti laudes. 5.29.2.
Illi ſunt Aſtra matutina, homines veſpertina. Ibid.
Per eos arcana diuinitatis reuelata Eccleſiæ, Humanitatis myſteria haud raro Angelis per eam cognita. Ibid.
Angeli & homines eiuſdem Reipub. ciues. Ibid.
Angeli notas exquirunt ab Eccleſia ad agnoſcendum Chriſtum quem illa quærit, Eius rei myſterium indicatum. 5 29. 4.
Mirantur Eccleſiæ formam, & eam prædicant, turbidis etiam temporibus inſignem. 5.30.2.
Promptiſſimi ſemper ad ferendam opem Eccleſiæ, maxi- in preſſuris. 5.31.1.
Eorum gaudium, cum ſtudium ſalutis animarum in alis viſere animaduertunt. Ibid.
Ideo ſtudia ſuu cum ſtudijs Eccleſiæ iungunt.
In albis apparent hominibus. Eius rei ratio, 5.32.4.
Si ad naturam ſolam reſpicias minimè ſtabiles. 31.3.
Eccleſiam rogant, quo Chriſtus à lupæis abierit, Eius rei myſterium.
Angeli Eccleſiam laudrat in procinctu ad expeditionem in Gentes. 6.32 1.
Eam laudaturi prius per otium ſpectare velle finguntur. 6. 39. 3.
Angeli veloces, nuncij ceberrimi. viri Apoſtolici. 8,27.6.
Eorum dotes, velocitas. Rectitudo, ſtabilitas. 1.13.4.
Miniſterio eorum ſæpè Deus. Eccleſiam illuminat. 5.26.5
Munus, adeſſe Eccleſiæ in miniſterio animarum. 5.58.1.
Magna cura Gentium conuerſio, quod ex ijs lapidibus cœli ruinæ reparandæ. Ibid.
Eorum voces in Eccleſiæ encomium. 6.28.1.
Lætitia de mira Eccleſiæ fœcunditate. 7.8.5.
Gaudia ex multitudine conuerſorum. 7.2.3.
Angelorum nomen abſolute poſitum in bonum ſolitum vſurpari in S.S. 8.27.14.
Illis admiranda innocentia morte mulctata. 5.32.5.
Eiſdem ante aſcenſum Chriſti in cœlum, multa de myſterio incarnationis ignorata. 5.56.3.
Quanquam non defuere illis indicia, vt crederent nec Gentes ab Euangelio arcendas. 5.58.2.
Angelis gratiſſimum ſpectaculum Gentilitas ad Fidem adducenda. 6.41.1.
Quidquid in tranſitu rubri maris miraculorum patratum, illis adminiſtris factum. 1. 26 5. & 11. 21.3.
Illis. vt Deo propinquioribus, ſæpè illius conſilia minimè ignorata. 5.26.5.
Anguillas ſi ſtrictius premas, manibus elabuntur, ſic quædam minutius tractata inutiliter leguntur. 4.44 1.
Anima contemplatione aut actione deſtituta, auis eſt altera alarum carens. 1.38.1.
Semper Deum excitare debet, ne dormiat. 2.18.2
Deum non inuenit, donec quidquid Deus non eſt tranſcenderit. 3.8.2.
Otium Deo aperit, cum pulſanti obſequitur. 6.9.5.
Chriſtum in tenebris quærit, manuducente gratia. 5.56,4.
Caritate myſticè mortua, non niſi ad Dei nutum mouenda. 8.21.3
Per Dei gratiam ſponſa, per peccatum adultera. 8.18.1.
Vt cera caritate Chriſti mollita, vt illius imagine conſignetur. 8.21.2.
Duplex illius motus, erratorum correctio, & viarum directio, vt ad Deum eat. 8.47.2.
Animæ vigor omnis ad Dei vocem liqueſcit. 5.21.2.
Perfectionis viam ingreſſa, ſublimius ſemper tollitur, donec ſummum attigerit. Ibid. 3.
Irrito ſæpè conatu accedere ad Deum per cognitionem cupit. 5.22.1.
Eius omnis pulchritudo à gratia. 2.31.8.
Animæ cura neglecta, vinea deſerta, paſſionibus velut ſpinis oppleta. 1.19.4.
Illius omnis motus in bonum, à Deo per Chriſtum. 1.8.2.
Contemplationi vacans ſæpè ab imperfectis inquietatur. 2. 18. 3.
Animæ fidelium cur *Capreis* comparatæ. 2.20.6.
Imperfectiores admonitæ, vt in ſe ſemper ſuſcitent caritatem, nec eam patiantur otiari. 8.12.1.
Animarum miniſterium detrectantes acrioribus ſtimulis haud raro incitantur à Deo. 5.13.5.
Earum ſalus quanta ſit res, quantoque conatu procuranda 6. 18. 8.
Animalia Dei currum trahentia, quatuor habuere facies, ne obuertendi vnam neceſſitas, moraretur inceſſum. 7.6.4
Ob eandem cauſam rectos dicuntur habuiſſe pedes. Ibid.
Animus conſcius ſibi adeſſe Deum, vires exerit robuſtius 2 8.4
Adhuc in amore tyro ad ingerentia ſeſe ſolatia ſtrangulatur quodammodo, vt anguſti orificij vaſa. 2.15.1.
Amandi aſſuetudine robuſtior fit. 2. 16. 6.
Sæpè ſub beneficiorum onere labaſcit. 2.17.4
Terreuis fœcibus adhuc mixtus caritatis iniectus igni. fumat, quoad purgatus igni purior ſplendeat. Ibid. 15.
Animus ferreus crebris ictibus pulſandus vt cedat, 2.35.6.
Amore æſtuans in voces parum meditatas prorumpit. 2. 47. 1.
Deſperatis in rebus, varijs cogitationibus diſtractus incertus ſui errat. 3.2.2

Cupi-

Cupiditatibus agitatus ſemper in fluxu. 3.12.3.
Cæleſtium rerum obrutus affluentia. & conſolationum imbre, liquefactus deficit. 5.21.1.
Inter gaudia & deſideria ſæpè diſtractus. 5.54.4.
Animus magnus magnæ originis nota. Eorum qui ad magna nati proprius character. 7.5.3.
Per contemplationem de deſerto vitæ aſcendens. 8.14.3.
Sola caritate diues, egere non poteſt. 8.25.4.
Animi vigor pulchritudini gratiam addit, immo, & vitam, & motum, ne mortua videatur. 1.40.7
Animo magna molienti multa ſæpè occurrunt, ſola magnanimitate ſuperanda. 4.46.5.
Anna Samuelis mater ſola ſpe futuræ prolis lætitia geſtiens; & poſt partum exultans, fuit Eccleſiæ typus. 7.9.5.
Annonæ difficilis commeatus impedimento fuit Eccleſiæ ad excedendum in Aegypto. 2.39.5.
Annulis è columellis pendebat velum, quo Sancta Sanctorum à Sanctis diuiſa. 3.28.1.
Annulus deponi de digito aliquando ſolitus; Eccleſia nunquā à Chriſto deſerenda. 8.19.3.
Anni tempeſtatum ordo, & ordinis effectus. 4.51.6.
Antiſtites primarum ſedium, olim Doctorum munere fungi ſoliti. 8.8.1.
Antitypa dicta à Paulo, quæ noſtris *Diſenes. tracat.* 5.4.5.
Aod pugione accinctus de more Gentis Eglonem interemit. Is pugio ad dexteram ſuſpendi ſolitus. 3.20.7
Apirion quid ſit Hebræis. 3.21.3
Aperire Chriſto, idem, quod eius parare vias, quod munus Ioannis, ſicuti Apoſtolorum. 5.19.3.
Aperire illi oſtium, & eum quærere, idem. 5.20.3.
Apoſtolici ſpiritus non eſt otium, & quietem amare. 1.8.5.
Apoſtolicæ expeditionis in Gentes exitus ex Aegypto typus fuit. 5.9.1.
Apoſtolicum miniſterium multi laboris opus. 5.10.4.
Apoſtolici ſpiritus eſt gaudium, ex animorum profectu ex quacumque occaſione. 5.20.2.
Apoſtolici viri ſociet. Ieſu quibus artibus deliniant Infideles, vt eos ad fidem adducant. 6.7.2.
Apoſtolicum miniſterium, &, quæ ei adiuncta eſt gloria, facile elatos generat ſpiritus. 7.4.3.
Qui ſtudent ne tale aliquid contingat ſibi. ij calceatos habent pedes, & benè præparatos. Ibid.
Apoſtolicorum virorum mos ſecedendi ad tempus, vt vires ſpiritus reparent ad miniſterij laborem. 7.4.4.
Apoſtolica caritas, & ſi in omnes Gentes prona, ſunt tamen quidam, qui auidius Barbaris, quam excultis populis ſeſe impediunt. 8. 32. 5.
Apoſtoli ſolum medici, Chriſtus medicus, & medicina. 1.6.7.
In adyta myſteriorum ſoli admiſſi. 1.10.4.
Poſt Spiritus Sancti aduentum quam alij à ſe. Ibid.
Quaſi manu Chriſtum apprehenderunt, quia cum illo conuerſati. 1. 9. 2.
Vincti pro Chriſto, & cum prædicare prohibiti: pro eo paſſi flagra, gaudent, & magnam gloriam arbitrantur. 5. 24. 2.
Apoſtoli Phalanx Eccleſiæ ordinem ſeruans. cæteris fugatis aut diſperſis. Nec plagis, nec vulneribus à quærendo Chriſto ceſſant. Ea eſt Eccleſia *percuſſa*, & *vulnerata* & tamen anxie Chriſtum quærens. Ibid.
Apoſtoli fidelibus voluntariæ paupertatis ſuaſſores. 5.25.6.
Filia dicti, quod eorum munus myſticam prolem gignere & nutrire lacte doctrinæ. 5.26.3.
Quidquid agebant, vna Chriſti caritate impulſi. 2.28.6.
In munere obeundo ſuo pares Angelis. 2.29.5.
Accepto ſpiritu ad producēdum in aciē inuitantur. 2.30.5.
Apoſtoli non Synagogæ, ſed Eccleſiæ fructus. 1.38.4
Maceria lapides ad vineæ cuſtodiam accumulati. 2.42.1.
Apoſtoli, Doctores, & Prelati *Vigiles* qui cuſtodiunt Ciuitatem 3. 6. 2.
Cur dicti *puſillus grex*. 3.18.1.
Columna ijdem myſtico intellectu. 3.22.4.
Non ſolum Piſcatores, ſed Venatores. 4.26.6
Apoſtoli, Prophetæ, & alij ſacri Scriptores, Apes, mel ſcripturarum colligentes. 14.37.5.
Apoſtoli etiam viſa Chriſti reſurrectione, non in totum excitati à ſomno. 5.8.10.
Concuſſa domo ſtrepitu aduenientis ſpiritus, euigilauere, in totum diſcuſſo torpore Ibid.
Die Pentecoſtes nondū accepto ſpiritu ligna adhuc humentia, calore illius humiditate depulſa, prorſus arſere. 5. 15. 2.
Velut blandæ nutrices ad ingenium infantium ſeſe fingentes. 6.7.2.
Oues de lauacro, quia doctrinæ puritate nitidi. 6.16.3
Pauci cum eſſent, infinita prole auctam Eccleſiam reliquere. 6.17.2.
Chriſtiani populi Primores *quorum quadrigis* Eccleſia celerrimè ad Gentilitatem tranſijt. 6.38.2.
Molem impoſuere paci, cui Chriſtus fundamenta poſuit 6. 39. 9.
Lux mundi dicti, quod diem intulerint mundo lucis celeritatem imitati. 7.3.4 & 7.6.3.
In orbe Eccleſiæ ſolis functi munere, imitari ſolem debēt motus velocitate, perſeuerantia, & ſtabilitate Nec vno & ſimplice motu. Ibid.
Cæli Municipes, antequam ibi habitent. 7.17.6.
Cherubini iuncti currui Dei. 7.6.4.
Geruli, & Nutrici Eccleſiæ ad filios procreandos, & nutriendos. 1.14.3.
Vino ſpiritus, quo pleni erāt, ebrij ructu ſunt proditi. 7.34.3.
Spiritu Chriſti hauſto, ei ſimiles facti. 7.37.3.
Apoſtoli *Vineæ Cuſtodes*, nomine admonentur dominos ſe illius non eſſe, ſed miniſtros Domini. 8.37.3.
Eorum in nouos viros mutatio, ſpiritu accepto, per *tremorem ventris* ſignificata. 5.15.3.
In illis omne Eccleſiæ regimen delineatum, poſtea perfectum. 5.9.2.
Illis prædicantibus duplex periculum immundiciei, & offendiculi; quorum vtrique fuit prouidendum. 7. 4. 2.
Apoſtolorum proprium aliorum malis indolere. 7.19.1.
Gaudia conuerſorum multitudo. 7.29.7.
Prouintiarum inter eos partitio. 7.30.6.
Apparendi verbi conſideratio, & ſignificatus. 2.35.8.
Appellationes blandæ aptæ ad flectendos animos, & impetrandum, quod petitur. 8.2.2.
Apprehendere, verbum Eroticum. & connubiale. 3.2.5.
Eius eſt, qui id prehendat, quod nondum habeat. 8.6.1.
Ea apprehenſio indicat firmitatem ſtatus. Immo connubium plenum, & publicum Eccleſiæ cum Chriſto. Ib.3.
Aqua refectionis, quid apud Dauidem. 2.48.5.
Aqua requietis, fluctus ad pacem compoſiti. Ibid.
Aqua viua, ſaluberrima ad potum. 4.49.3.
Nitida & pura profunditate ſæpè nigreſcit. 5.36.2.
Originem ſemper quærit, & tubis incluſa in originis altitudinem tollitur. 7.37.8.
Illius ſalubritatem bibentium color probat: Doctrinæ ſalubritatem opera ex ea facta. 4.49.3.
Illius cum gratiæ donis ſimilitudo. 4.48.3.
Aqua cum impetu fluentes, Procliuitas Chriſti ad effundendas ſapientiæ lymphas. 4.50.6.
Aquæ multæ arcam in ſublime ſuſtulerunt, ſic aduerſa caritatem. 8.24.2.
Aquæ multæ, ſecundarum rerum affluentia. Ibid.4.
Aquilo & Auſter, fauor non vnus Spiritus Sancti: diuerſis vocabulis vnus atque idem Spiritus ſignificatus. 4.51.5
Arbor ſcientiæ, ſub qua excitatus Deus ad hominis lapſi remedium. 8.17.1.
Arbores genere ſimiles vtiliter inſeruntur, diſſimiles fruſtra. 4. 43. 2.

Digitized by Google

Fructibus onuſtæ niſi exonerentur, affliguntur ad terram fractis ramis. Ibid. 4.
Arca teſtamenti omnis cum operculo lignea fuit. 3. 23. 3.
Quieſcenti Deo *lectulus*, vianti vehiculum fuit. 3. 21. 1
Eam præcedentem vniuerſum agmen ſequebatur, & ibi tendebat vbi ea ſiſtebatur. 3. 27. 6.
Eius, & Dei viantis ſub allegoria, gratiæ myſteria adumbrata 3. 28. 4.
Sacerdotum humeris circunducta & in ea Deus. 4. 12. 2.
Arce, cui inſidebat Deus nunquam maior æſtimatio, quam ſub Dauide, & Salomone. 4. 44. 4
Arcanus ſenſus ad Dramaticum exigendus, non contra. 4. 8. 5.
Areola aromatum, virtutes ad Dei cultum pertinentes Eccleſiæ ex Gentibus. 6. 2. 3.
Argenti infinita copia apud Occidentales Indos. 8. 31. 3.
Ei habitus ſuus honor in opere tabernaculi. 3. 22. 4.
Argenteus dictus fluuius, ſiue Paraquarius, terras inundat, velut Aegyptum Nilus. 8. 27. 18.
Argumentum Cant. vſque ad iudicij diem non extenditur, tantum vſque ad pacem per Conſtantinum partam. 4. 20. 4.
Arma ad defenſionem apta vno *Dei verbo* Paulus comprehendit. 4. 15. 5.
Eadem munimentum in bello ornatus in pace. Ibid. 6.
Arma, & ſcuta conſracta & igni abſumpta, ſunt impietatis præſidia deſtructa. 8. 2. 3.
Armatorum præſidio munitos Euangelij miniſtros aliquando ire oportuit, ad prohibendam Barbarorum vim, ne prædicationem impedirent. 8. 30. 7.
Aromaticæ ſtirpes per paria numerantur, quod ſe mutuo iuuent.
Eius rei non vna cauſa conſiderata. *Sic* virtutes ſe mutuo fouent, & ex conſortio ſuauius olent. 4. 44. 2
Aromata tunc *fluunt*, cum virtutes odorem ſpargunt. 4. 52. 5.
Eorum cum virtutibus comparatio. 5. 41. 2.
Inter cæteras ſtirpes nobiliſſimę. 6. 2. 3.
Ars artium ſermonem rebus, temporibus, perſonis accommodare 6. 19. 1.
Artifices tabernaculi non ab alio, quam à verbo docti ad opus illius perficiendum. 3. 21. 7
Arugoth Hebr. multitudinis numero cur vulgatus ſingulari expreſſit. 6. 2. 1.
Arces Regiæ Regnorum, & Vrbium decora. 4. 13. 2.
Per eas vrbes minores Metropoli iunguntur; commercia libera exercentur, abundat annona, & mercium copia ſuppetit; ciuiles commoditates communicantur; poteſtatis faſces in vrbes ſubditas inferuntur. Ibid.
Arces, vrbium Regni colla. 4. 13. 3.
Aſcenſus, dictæ cortinæ tabernaculi, quod ſuſpenderentur è columnis, & leuarentur. 3. 24. 2.
Aſcenſus, velum quo ſancta ſanctorum à Sanctis diſtincta, & ſeparata. 3. 24. 1.
Aſcenſus in Palmam myſtici, amplexus connubialis ſignificatus.
Aſiaticarum, & Europæarum Gentium cultus non nulla fuit præparatio ad Euangelium. 8. 28. 4.
Aſpera ipſa placent quoties per ea Dei conſortio frui conceditur 2. 8. 6.
Aſſimilare, pro ſimilem facere, aut pronunciare. 1. 27. 1.
Aſſueri in ſternendis pauimentis luxus. 3. 25. 1.
Illius factum cum Eſtheram collabentem manu leuauit, ex grandi amore natum. 8. 16. 3
Aſſyrij Iudæorum iurati hoſtes 7. 23. 3.
Athlantes etiam Eccleſiæ ſuis næuis maculati. 4. 24. 6.
Audiens intente, audiendo interrogat. 3. 7. 2.
Auertere oculos maieſtatem non ſcrutari: aut lumina propter reuerentiam dimittere. 6. 10. 5.
Quid ea loquendi forma in Cant. ſignificetur. Ibid. 2.
Noua oculorum Eccleſiæ laudatio ab arcana vi. 6. 2. 2.
Aues aucupio inſtitutę è manibus auolant, ſed redditurę cum predą. 6. 2. 2.
Auolare facere, eſt ad fugam cogere, ſeque victum fateri 6. 2. 1.
Aurora finis noctis diei initium: poſt culpam primam peccati finis initium gratię. 6. 29. 1.
Temperate frigida, ideo & ſenſui grata; ita etiam gratia, cuius illa ſymbolum.
Aurora, luna, ſol, triplex Eccleſię augmentum in notitia diuinorum ſecundum triplicem ſtatum. 6. 28. 1.
Auro, & argento ea intelliguntur omnia, quę ſunt hominibus in pretio. 1. 30. 5.
Aurum myſticè holocauſtum, *Argentum* cętera ſacrificia. 1. 30. 8
Aurum cum purum eſt, imputribile. nec niſi ab arodentibus in minutiſſimas partes diſſoluendum. 5. 34. 9.
Diuinitatis ſymbolum, quę cuicumque accedit, diuinum reddit. 5. 46. 2.
Poſt ignem ſplendens ab origine ſordens. 6. 4. 5.
Eius amor homines totius orbis peregrinos, & deinde incolas facit. 8. 32. 5.
Auſcultare eorum eſt, qui audire parati & fauere dicenti. 8. 43. 1
Auſteritas diſciplinę Chriſtianę vix alibi, quam in religioſis familijs hodie viuit, vigetque 8. 45. 2
Auſter Spiritus Sanctus bonorum fons, & largitor. 4. 51. 1.
Auſtro, & Aquilone diuerſis nominibus vnus, atque idem Spiritus Sanctus ſignificatus, propter diuerſum modum inſinuandi ſe in corda. Ibid. 5.
Illius fauor non vnus, nec diuerſus modo, ſed quodammodo contrarius. Ibid.
Authoritas virorum grauium ſępè tectis conſilijs obeſſe ſolet. 2. 35. 2.
Az, quid ſit Hebręis eius vocis vis. 8. 23. 6.

B.

Baculus & virga ducatus, & regiminis inſtrumenta, ideo, & ſymbola 2. 48. 7.
Balaamus admiratus Eccleſię pulchritudinem. 4. 1. 3.
Eius de Prophetarum fide teſtimonium. 5. 39. 2.
Baptiſmalis gratia reliquę vitę forma 6. 16. 4.
Baptiſmus *libano* ſignificatus; eius enim notio eſt, *dealbatio*, aut *candidatio*. 4. 26. 5.
Semel peccatis delendis predeſt eſt imago mortis Chriſti immo & ſepulturę. Qui illum iterat, Chriſtum crucifigit, quia iterum illius mortem repreſentat. Eſt ianua, qua ingredimur in Eccleſiam, ſemel per illum in Eccleſiam ingreſſus, egredi vltra non poteſt; ideo nec iterum ingredi. 5. 10. 78.
Baptiſmus totius hominis circuncifio. 7. 14. 4.
Baptiſmum inter, & myſticam ętatem perfectam, magnum interiacet diſcrimen. 8. 12. 1
Baptizatus iterum facto oſtendit, ſibi vnum baptiſmum non fuiſſe ſatis ad ingreſſum in Eccleſiam, cuius ianua baptiſmus eſt. 5. 10. 8.
Nec crucifixionem vnam Chriſti ad indendam vim baptiſmo Ibid.
Baptizatis nouis lac cum melle guſtandum dari ſolitum antiquitus. 4. 38. 3.
Barotim, *ὁμοιώματα*, *ſimilitudines*, *lecuncula*. 1. 31. 3.
Baſes aureæ, ſapientia, & caritas quibus omnis Chriſti fortitudo ac perſeuerantia nitebantur 5. 50. 4.
Beatitudo hominum miſera, ſi ſola bona carnalia contineret.
Animę alimentum nunquam defecturum, impropriè ſomnus dicitur. Bonum eſt ſine vllo labore partum, & perceptum. 5. 6. 3.
Beati, quidquid glorię habent, largitate Chriſti habent. 5. 6. 4.
In cœlo preces Eccleſię audiunt 8. 44. 1
Bella virtutum, & vitiorum adumbrata in Aegyptijs contra Dei populum. 1. 26. 6.
Belli myſtici inſtrumenta, poſt triumphum Eccleſię de Idololatria, igni abſumpta, vt minimè iam neceſſaria 8. 2. 3.
Bellum

Digitized by Google

Bellum cum carnis affectionibus Eccleſiam non deturpat, potius decorat. 1. 6. 3.
Prius domeſticis indicendum, quam in exteros hoſtes copias ducas. 5. 18. 1.
Bellum Eccleſiæ cum Gentiliſmo adumbratum in bello Hebręorum cum Chananæis. 6. 14. 1
Bene omnia fecit, vox plus indicans, quam populus caperet, cum diceret. 5. 45. 4.
Beneficentiæ comites, opulentia, & largitas. 5. 41. 8
Ea hilaritati iuncta, gratior. Ibid. 10.
Benefactoris amor prima beneficij proles. 2. 12. 4.
Beneficiorum multitudo, acies instructa caritatis. 2. 13. 4
Beneficij indicium certum, non Deus miſeriam noſtram dignatur reſpicere: immo & initium. 8. 18. 2
De illius gratia multum perit, ſi precibus ematur. 5. 41. 10.
Beſeleeli etiam indita peritia Marmorariæ, nec ſine vſu, & fructu. 3. 25. 3.
Bethel dictus locus, in quo Deus Iacobo apparuit; nomen tributum loco, in quo Moſi viſus. 2. 51. 2.
Bether montes pro aſperis ac perruptis. Ibid. 3.
Bichurah Hebręis dicti groſſi; vnde valentinis noſtris dicti Bachores. 2. 38. 8
Bilis humorum amariſſima, ac vehementiſſima. 8. 23. 5.
Bona deſideria bonorum operum ſemina, ſępè euanida. 5. 13. 3
Bona ſpiritualia quęrenda, quo ſtudio à negotiatoribus ſua quęruntur lucra. 8. 5. 5.
Boni quidquid abeſt, in eo, quod videtur bonũ, hiatũ facit. 5. 14. 3
Quidquid eſt non boni obicem laudationi ponit. Ibid.
Bonis externis induimur ſimul, & grauamur. 5. 25. 5.
Bonorum affluentia ſub Chriſto *ſtillandi* verbo ſignificata apliſſimè. 5. 13. 5.
Bonorum operum communis conditio, bona intentio. 3. 11. 2
Bonum idem cum pulchro. 1. 40. 5
Bonum verum in coniunctione cum Deo ſitum. 7. 3.
Bonum Euangelij reiectum à Iudæis, translatum ad Gentes. Ib.
Botrus Cypri dictus Deus propter beneficiorum multitudinem Eccleſiæ collatam. 1. 46. 6
Botri Palmei. 7. 31. 1
Botri florentes viri intelliguntur pietate inſignes. 2. 39. 4
Brachium excelſum, Dei potentia ſupra naturam. 2. 24. 6.
Byſſus lino ſimilis, ſed firmior, Retorta quæ? Eius patria Aegyptus, Acaia, India. 3. 24. 2
A Goſſipio diuerſa, eo melior tenuitate, mollitie, pretio. Ibid.
Ei pepercit tinctura, nullo extrinſeco colore infecta, ſummè candida. Ibid. 7.
Sola cum lana tabernaculi in opus impenſa. Ibid. 8
Byſſinus pro candido, & contra. Ibid. 7.

C.

Caathitę vaſorum tabernaculi vectores. 3. 27. 5
Cęci nati illuminatio cur tanto peracta molimine. 5. 46. 6
Cæremoniç inductæ per legem ad interiorem gratiam ſignificandam. 1. 30. 6
Cęremonialia quędam permiſſa, etiam feruente Euangelij prędicatione. 2. 41. 6.
Calamus odoratus à congeneribus ſolo odore diſtinctus, myſticè humilitas eſt. 4. 46. 2.
Calceorum duplex munus, pedum tutela, & ad iter agendum pręparatio. 7. 4. 2
Calceus in militia, conſtantis animi ſymbolum cur habitus. Ibid. 3.
Calcei myſticè ſtudium non recedendi à militari via. Ibid. 4.
Et cauendi à minoribus noxis: Sicuti illis liberamur à luto, & puluere. Ibid. 3.
Calceamenta Eccleſiæ, vitę, & morum integritas. Ibid. 2
Camporum, ac valium appellatione deſertum ſępe intelligitur. 2. 1. 4.
Campus pro loco inculto, laborum ſymbolum. Ibid. 5.
Cancellorum nomine, quid myſticè intelligendum. 2. 28. 5
Per cancellos reſpicere dictus Deus, cum ſub exceſſum ex Aegypto Eccleſiam nunc ſpe, nunc timore probaret. Ibid.
Candidus & rubicundus Chriſtus, vt homo. 5. 31. 3
Candidus vt Deus, ruber vt homo. Ibid.
Candor diuinitatis color, propter ſimilitudinem lucis: Rubor humanitatis, quia terræ color. 5. 32. 2.
Candor innocentię ſymbolum, Rubor mortis. Ib. 4.
Et feſicitatis etiam ſymbolum, ſicut flores ſpei. 1. 36. 6
Candida Eccleſiæ *vbera*, propter puritatem conſcientiæ. 4. 18. 3.
Candor *liliorum*, ſimplex, & inaffectatus decor. Ea gratia Chriſti verborum propria. 5. 43. 3
Candor in marmore puritatis nota. 5. 49. 6
Canendi vſus inſolitus in templis minus decens. 4. 37. 6
Canticum Cant. totum ad militantem Eccleſiam referendum. 1. 32. 2.
Eius ars diuina, mirum artificium. 1. 36. 7.
In eo exponendo nihil contemnendum, etiam ſi minutum appareat. 1. 5. 1.
Partim hiſtoricum eſt, partim Propheticum. 2. 1. 2.
Eius omnis actio nuptias per incarnationem finem habet, & earum promulgationem. 2. 16. 3.
Quidquid eo continetur, vnum & ſimplex eſt. 2. 27. 2
Illius nulla pars pertinet ad mundi finem. 3. 2. 3.
Eius Interpretes ſupra centum triginta. 4. 34. 4
Quędam continet hiſtoricè dicta: eius rei ratio. 4. 26. 8.
Totum ſcatet arcanis ſenſibus, ſed non vbique eadem orationis forma. Ibid. 10
Nulla Eccleſiæ probra continent; omnia illius encomia ſonant; niſi quando ipſa de ſe loquitur modeſtius.
In ſcripto myſterijs pleno ſolam ſententiarum repetitioné agnoſcere, parum mediatum eſt. 4. 12. 2.
In eo commata integrum arcana carere ſententia, eſt incredibile. 8. 25. 2
Cantico toto non peruenitur ad ea tempora, quibus Eccleſia de tepore notari poſſet. 6. 1. 3.
Cantica inducta ad excitandam memoriam diuinorum beneficiorum. 4. 37. 4.
Cantica tota ſcriptura puram, ſimplicem, legitimam formam ſeruant. Omnia in illis ſeria, grauia, & omnino diuina. Ibid. 6.
Eorum vſus rarus ſub Moſe. 4. 37. 2.
Capilli bonum corporis valetudinem indicant. 5. 35. 3
Eorum dotes ſimilis origo, altor, æqualitas, prolixitas, copia. 4. 33. 6
Semel pręciſi non poſſunt iterum capiti inſeri ideo non apte peccatores ſignificare dicuntur. Ibid.
Capilli Eccleſię, ſunt fidelium multitudo. 4. 33. 1
In eorum cultu mulræ ſolent eſſe fœminæ, ita Eccleſia in cultu filiorum. 4. 4. 5.
Eorum proprium ſenſu carere, fidelium, ſenſus in poteſtate habere. 6. 3. 8.
Sæpè vitio, aut morbo decidunt; cauſa ceſſante renaſcuntur. Ibid. 9
Caprarum propria edacitas, fæcunditas, gregalis inceſſus erranđi procliuitas. 4. 15. 2.
Earum ſimilitudo cum Gentibus. 4. 13. 1
Caprea Dorcas dicta à viſus acumine. 2. 25. 2
Caprearum, ac ceruorum natura timida ideo fugax. Ib. 4.
Myſtico intellectu Fidelium animę, quibus Angeli cuſtodes ſunt dati. Ibid. 5
Capreę ac Cerui venatorum predę expoſitę animantes, Fideles prauorum hominum iniurij. Ibid 7
Capreę ſimilis Deus, propter celeritatem in ferendo auxilio Eccleſiæ periclitanti. 2. 30. 8. & Ibid 3.
Caprea ex S.S. vſu velocitatis ſymbolum. Ibid.
Multę animantes ea viſu perſpicaciores. Ibid.
Caprearum dos velocitas, & vita in locis aſperis, & ſolitarijs, procul ab hominum conſortio. 2. 50. 7

Digitized by Google

30. *Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.* 5.33.3.

27. *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes.* 7.31.4.

Cap. ij. 1. *Veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientia annuncians vobis teſtimonium Chriſti.* 6.18.7.

4. *Sermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſſibilibus humanæ ſapientiæ verbjs: ſed in oſtenſione ſpiritus.* 7.25.10.

6. *Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam vero non huius ſæculi, neque principum huius mundi, qui deſtruuntur.* 4.52.2. Ibidem.

7. *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio.* Ibidem 2.

15. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei.* 1.26.2.

Cap. 3. 1. *Non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus.* 6.18.4.

Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. 1.2.5.25.2. &, 4 39.2.

7. *Itaque neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat.* (7. 23. 4. (1. 33. 5. (8. 28. 3.

Cap. iv. 7. *Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* 1.33.5.

8. *Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis; ſine nobis regnatis.* 7.26.3.

9. *Spectaculum facti ſumus mundo & Angelis & hominibus.* 8.13.6. &, 5.24.6.

Cap. vj. 9. *Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes Regnum Dei poſſidebunt.* 7 39.2.

2. *Et hæc quidem fuiſtis ſed abluti eſtis.* Ibidem

13. *Eſca ventri, & venter eſcis.* 2.47.4. &, 5.45.5.

Cap. viij. 1. *Scientia inflat: caritas vero ædificat.* 4.51.2.

16. *Nam ſi euangelizauero: non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit.* 6.36.5.

Cap. ix. 19. *Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci.* 5.7.1.

28. *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* 7.29.5

3. *Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.* 4.38.3

Cap. x. 13. *Non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum vt poſſitis ſuſtinere.* 2 8.4.

31. *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite.* 5 46.2.

33. *Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.* 1.18.1.

Cap. xi. 3. *Omnis viri caput Chriſtus eſt; caput autem mulieris vir, caput vero Chriſti Deus.* 5.33.5.

19. *Nam oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.* 8 13.1.

28. *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* 8..9.6.

3. *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu Sancto.* 8.35.8.

Cap. xij. 4. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus.* 5.40.4.

8. *Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ; alij autem ſermo ſcientiæ.* 1130,3.

27. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro: & quoſdam in Eccleſia poſuit Deus primum Apoſtolos.* 6.9.7.8 41.3. &, 5.33 1

Cap. xiij. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans.* 6.9.7.

3. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, nihil mihi prodeſt.* 8.25.2.

12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* 1.42.7.

Cap. xiv. 7. *Quæ ſine anima ſunt vocem dantia, niſi diſtinctionem ſonituum dederint, quomodo ſcietur id quod canitur.* 4.28.1.

14. *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, & mente.* Ibidem.

Cap. xvj. 9. *Oſtium mihi apertum eſt magnum, & euidens & aduerſarij multi.* 5.16.6.

EPIST. AD COR. II.

3. *Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem.* 5.4 1.

Cap. j. 4. *Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos.* 5.51.3.

8. 9. *Supra modum grauati ſumus, ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipſi in nobis met ipſis reſponſum mortis habuimus.* 5.4 1.

Cap ij. 12. *Cum veniſſem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in D.* 5 16.6.

Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei: ſed ex ſinceritate; ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur. 4 9.5.

Cap iij. 2. *Epiſtola noſtra vos eſtis; ſcripta in cordibus noſtris.* 5.45.2.

4. *Non quod ſimus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* 7.7.4.

14. *Vſque in hodiernum diem, idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum.*

Nos vero omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem. 2 40 1. &, 4.20.3.

Cap. iv. 10. *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes.* 5.17.1.

15. *Vt, qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.* 5.2.4.

21. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit; vt nos efficeremur iuſtitia Dei in illo.* 5.31.5.

Cap. iv. 14. *Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras?* 6.21.3

Cap. vij. 1. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.* 4.47.4.

Cap. x. 3. *In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus.* 7.17.5.

4. *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum.* 7.2.5.

Cap. xij. 4. *Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* 1.11.2.

9. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* 7.29.6.

2. *Nihil minus fui ab ijs qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tametſi nihil ſum.* 7.27.14.

14. *Non enim quæro veſtra, ſed vos. Ego autem libentiſſime impendam, & ſuper impendar pro animabus veſtris.* 6.5.2.

16. *Cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi.* 1.8.9

EPIST. AD GALAT.

Cap. j. 13. *Supra modum perſequebar Eccleſiam Dei.* 5.22.5.

Cap. ij. 2. *Reſtiti ei in faciem, quia reprehenſibilis erat.* 5.10.8.

12. *Priuſquam venirent à Iacobo cum Gentibus edebat.* 2.42 5. &, 5.10.8.

16. *Scientes quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti.* 5.10.8.4.10.10.

19. *Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam: Chriſto confixus ſum cruci.* 5.37.3.

30. Viuo

20. *Viuo ego, iam non ego: viuit vere in me Chriſtus.* 2. 15. 2. & *Ibidem.*

Cap. iij. 1. O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit. 7. 17. 4.

7. *Qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ.* 1. 42. 8.

19. *Ordinata per Angelos in manu mediatoris: mediator autem vnius non eſt.* 4. 12. 7.

Cap. iv. 17. *Aemulantur vos non benè ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.* 2. 38. 3.

19. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* 7. 26. 5. & 7. 35. 4.

Cap. v. 10. *Qui conturbat vos, portabit iudicium.* 2. 21. 2.

12. *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant.* 2. 25. 7

17. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem.* 1. 16. 2.

Cap. vi. 2. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* 2. 20. 7.

EPIST. AD EPHES.

Cap. j. 13. *In quo & ſignati eſtis credentes, ſpiritu promiſſionis Sancto.* 8. 16. 4.

22. *Ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius.* 7. 25. 3. & 5. 33. 5.

Cap. ij. 4. *Deus, qui diues eſt in miſericordia.* 5. 4. 4 & 1. 6. 6 *Propter nimiam caritatem ſuam, qua dilexit nos.* 5. 6. 1.

13. *Vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti.* 7. 1. 5.

Cap. iij. 1. *Ego Paulus, vinctus Chriſti Ieſu.* 2. 12. 5.

10. *Vt innoteſcat Principatibus, & poteſtatibus, in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.* 6. 54. 4.

1. *Cum omni humilitate, & manſuetudine ſupportantes inuicem, in caritate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus.* 7. 12. 3.

Cap. iv. 9. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ.* 2. 1. 2.

10. *Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit, ſuper omnes cælos, vt impleret omnia.* 4. 51. 7

2. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores.* 7. 18. 3.

13. *In virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* 1. 7. 4

29. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: & nolite contriſtare Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis.* 8. 22. 5.

Cap. v. 8. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* 1. 17. 3. & 7. 1. 5.

14. *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* 4. 31. 2. & 7. 36. 3.

25. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea.* 4. 53. 4. & 7. 38. 3 & 8. 21. 4.

32. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* 1. 1. 1 & 4. 31. & 6. 29. 5.

Cap. vi. 2. *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.* 3. 19. 8.

13. *Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo.* 5. 8. 8 & 4. 15. 3.

14. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate* 7. 4. 4

16. *Sumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela ignea extinguere.* 4. 40. 4.

17. *Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* 4. 39. 3.

EPIST. AD PHILIP.

9. *Opto, vt caritas veſtra magis, ac magis abundet.* 8. 6. 1.

Cap. j. 18. *Quid enim dum omnimodo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.* 5. 19. 2. & 6. 18. 5

23. *Coarctor è duobus: deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* 1. 8. 5. & 2. 16. 2.

24. *Permanere autem in carne neceſſarium propter vos.* 5. 11. 24.

Cap. ij. 6. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* 1. 8. 5. & 3. 29. 5 & 5. 44. 2.

8. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* 5. 44. 2.

9. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* 7. 35. 7.

Cap. iij. 12. 13. *Sequar autem ſi quòmodo comprehendam. Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea, quæ ſunt priora extendẽs meipſum, ad deſtinatum perſequor* 2. 40. 1

19. *Quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt.* 5. 44 5.

20. *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* 7. 17. 5

EPIST. AD COLOS.

Cap. j. 13. *Eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum Filij dilectionis ſuæ.* 3. 30. 1.

18. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium primogenitus ex mortuis.* 5. 32. 5.

23. *Quod prædicatum eſt, in vniuerſa creatura.* 5. 19. 4

Cap. ij. 9. *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* 1. 6. 4.

19. *Ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.* 7. 7. 2.

Cap. iij. 1. *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* 4. 47. 4.

9. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem* 2. 43. 2. & 4. 37. 2.

11. *Vbi non eſt Gentilis, nec Iudæus, circumciſio, & præputium, ſed omnia, & in omnibus Chriſtus.* 5. 21. 3.

14. *Super autem omnia hæc caritatem habete quod eſt vinculum perfectionis.* 2. 31. 1.

12. *Induite vos ſicut Dei electi, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ ſupportantes inuicem,* 2. 20 7

Cap. iv. 3. *Vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ad loquendum myſterium Chriſti.* 5. 16. 6. & 4. 15. 6

EPIST AD TESSAL. I.

Cap. iv. 15. *Mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi deinde nos qui viuimus.* 7. 16. 7.

Cap. v. 8. *Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricã fidei, & caritatis, & galeam ſpem ſalutis.* 4. 15. 3.

EPIST. AD THESSAL. II.

Cap. ij. 10. *Ideo mittet illis Deus ſpiritum erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur qui non crediderũt veritati, ſed conſenſerũt iniquitati.* 7. 17. 6.

EPIST. AD TIM. I.

Cap. ij. 4. *Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 5. 11. 2.

Cap. iij. 16. *Quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentũ veritatis.* 6. 19. 1. & 7. 15. 1.

Cap. iv. 12. *Præcipe hæc, & doce: nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fidelium.* 6. 7. 2.

Digitized by Google

Cap. v. 17. *Qui bene preſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina.* 8. 41. 3

Cap. vi. 16. *Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habet inacceſſibilem.* 5. 31. 2.

EPIST. AD TIMOT. II.

Cap. ij. 12. *SI commortui fuerimus, & conuiuemus; ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.* 5. 7. 6.

15. *Sollicite cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem.* 5. 17. 1. &. 5.18.1

Cap. iij. 16. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum.* 4. 36. 6.

Cap. iv. 2. *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè; argue obſecra increpa.* 1.15.4.& 6 18.5. & 6.19.1.

3. *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus.* 4. 15. 4.

5. *Tu vero vigila, in omnibus labora, miniſterium tuum imple.* 5. 9 4. &, 4. 2. 1.

EPIST. AD TITVM.

Cap. j. 7. *OPortet Epiſcopum ſine crimine eſſe.* 6. 5. 2.

12. *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* 5. 45. 5.

Cap. ij. 15. *Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio: nemo te contemnat.* 6. 8. 2.

Cap. iij. 10. *Hæreticum hominem, poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.* 2. 45. 7.

EPIST. AD HEBR.

Cap. j. 1. *MVltifariam, multiſque modis olim Deus loquẽs Patribus in Prophetis.* 1.2. 3. &, 2.23.3.

2. *Per quem fecit & ſæcula.* 5.12.6.&, 7.8.1

3. *Cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ.* 1.40.1.

14. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi?* 2.20.5.&, 8.27.14.

Cap. ij. 2. *Qui ſanctificat, & ſanctificantur, ex vno omnes: propter quam cauſam non confunditur.*

14. *Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium.* 5.5.5

17. *Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, Vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.* 8.2.3.

Cap. iv. 12. *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* 1.2.5.&, 3.19.4

15. *Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſimilitudine, abſque peccato.* 8.2.3.

Cap. v. 1. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur.* 4.5.3.&, 4.12.7.

12. *Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei.* 4.60.1.& 6.18.4.

Facti eſtis, quibus lacte opus ſit non ſolido cibo. 14.38.3

14. *Perfectorum autem eſt ſolidus cibus.* 4.49 1.

Cap. vi. 4. *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, & prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.* 5.9.7. &, 6.8.1

Cap. vij. 3. *Aſſimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.* 1. 20.8.

9. *Et leui, qui decimas accepit, decimatus eſt, adhuc enim in lubis Patris erat.* 7.8.3.

26. *Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus.* 5.31.3.

Cap. ix. 24. *Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum.* 5.4.5.

Cap. x. 1. *Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum.* 1.20 8.&. 2 8.1.&, 2.49.2

8. *Superius dicens, quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata, & pro peccato noluiſti.* 5.4.3.

14. *Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.* 1.7.10.

Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam. 5.23.6.

Cap. xi. 6. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* 1.7.1.

36. *Alij vero ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres.* 7.39.7.

Cap. xij. 2. *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.* 5.16.5.

Cap. xiij. 17. *Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* 7.18.2.

EPIST. PETRI I.

Cap. j. 10. *DE qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.* 6.25.2.

13. *Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſobrij perfecte ſperate.* 7.18.3.

20. *Præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem manifeſtati autem nouiſſimis temporibus.* 10.32.6.

Cap. ij. 1. *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & ſimulationem.* 1.12.1 &, 7.14.4

2. *Sicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis.* 5.37.3. &, 1. 12, 2.

Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt D. 7. 19.4.

10. *Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ* 1. 17. 3.

22. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* 5:31.4.

24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* Ibidem.

25. *Eratis ſicut oues errantes, ſed conuerſi nunc eſtis ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarũ.* 4.33.2

Cap. v. 2. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacti, ſed ſpontanei ſecundum Deum.* 8.38.3,

4. *Et, cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.* 8.41.2.

8. *Sobrij eſtote, & vigilate.* 4.2.1.& 7.24.3.

EPIST. PETRI II.

Cap. ij. 22. *QVI peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* 6.16.2.

EPIST. IOAN. I.

Cap. j. 8. *SI dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos deducimus.* 4.14.2.

Cap. iij. 12. *Quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iuſta.* 1.6.9.

16. *In hoc cognouimus caritatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere,* 5.42.4.

Cap. iv. 16. *Deus caritas eſt, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* 7.26.4.

Cap. v. 2. *Vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius eſt: qui habet Filium, habet vitam; qui non habet Filium, vitam non habet.* 4.30.2.

Digitized by Google

IACOBI EPIST.

5. QVI dat omnibus affluenter, & non improperat. 4.57.2.

Cap. j. 21. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. 7.46.2.

Cap. ij. 2. Si introierit in conuentum veſtrum virum annulum aureum habens in veſte candida. 3.24.7.

13. Iudicium ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium. 4.35.2. & 4.35.4.

20. Vis autem ſcire, homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? 4.16.8.

23. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam; & amicus Dei appellatus eſt. 1.38.6.

EPIST. IVDAE.

Ver. 6. QVI non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium. 5.32.2.

APOCALYPSIS.

Cap. j. 5. TEſtis fidelis primogenitus mortuorum, & Princeps regum terræ. 5.32.5.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ibidem.

Cap. iij. 7. Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit. 6.15.4.

17. Dicis, quod diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo. Et neſcis, quia tu es miſer. 4.4.7.

18. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum vt locuples fias. 5.47.5.

19. Ego, quos amo arguo, & caſtigo.

20. Ego ſto ad oſtium: & pulſo. 5.7.7. & 5.8.2. & 5.15.1.

Cap. v. 8. Habentes phialas aureas plena odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.

Cap. vij. 9. Stantes ante thronum, & in conſpectu agni amicti ſtolis albis.

Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. 7.16.3.

16. Neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus. 1.27.8.

Cap. xiij. 8. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi. 3.28.4. & 5.32.5.

Cap. xiv. 1. Habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. 6.27.6.

4. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. 7.27.6.

Hi empti ſunt ex hominibus & in ore eorum, &c. Ibidem.

13. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus &c. 4.48.4. & 5.32.5.

Cap. xix. 8. Et datum eſt ei, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. 3.24.7. & 5.31.4.

Byſſinum enim iuſtificationes ſunt Sanctorum.

Cap. xx. 4. Vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis. Et regnauerunt cum Chriſto mille annis. 7.14.7.

Cap. xxi. 3. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, nouam deſcendentem de Cælo à Deo.

27. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium. 9.17.6.

Cap. xij. 1. Oſtendit mihi fluuium procedentem de ſede Dei, & agni. 8.8.2.

2. Lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum. 7.13.2.

Digitized by Google

INDEX
RERVM, VERBORVM, ET SENTENTIARVM QVÆ TOTO LITTERALI COMMENTARIO CONTINENTVR.

Primus numerus Caput, ſecundus Notationem, tertius numerum marginalem deſignat.

A

AAron & Moſes Dei doctrina plenè inſtructi 4.19.3
Aaron, *Collis thuris* dictum; propter curam ſacrorum. 21 13.
Aaron, ſeniores, & Populus, cur non permiſſi cū Moſe in montem aſcendere. 8.47.3.
Aaroni, & Moſi mite ingenium datum ad populum gubernandum. 4 18 8.
Aaroni ſacra curare, Moſi populum gubernare, & pietatem promouere munus datum. 18.6.
Inter illum, & Moſen quædam fuit æqualitas. 2.
Eius puritatem næuus vituli aurei maculauit. Ibid. ibid.
Ei, & Moſi tantum datum ſcientiæ, quantum opus ad cōmiſſum munus. 6.
Abel cæſus, Chriſti mortui in cruce typus. 1. 6.9.
Mortuus adhuc clamans quo modo dictus. 7.2.3.
Ablutio pedum diſcipulorum Pœnitentiæ typus: & myſterio plena. 5.12.3.
Abrahæ feſtinatio in ſe ſuiſq. circuncidendis. 1.35.5.86.& 36.5
Abraham viſo loco ſacrificij minimè perturbatus. 1.37.8.
Filium mactanti redditus filius eſt, & cum eo infinita poſteritas. 33.1.
Eius ſpem in extremo conſtitutam ſuſtentauit Deus: ideo *Botrus Cypri* dictus illi. 37.2.
Vno facto multas virtutes complexus, ob quas in illo creuit Eccleſiæ pulchritudo. Ibid.
Eius exemplo docemur: quid nos agere deceat, , dum à Deo duris probamur 39.3.
Propria filio non pepercit, ideo nec Deus ſuo. Ibid.
Abraham, & Sara, non tam ſolliciti de carnali prole, quam de ſpirituali, & myſtica. 1.42.8.
Eorum mortua ad generandum vis reſuſcitata, & animata. Ibid.10 104.
In illius ſacrificio imperij ſeueritas cum obſequij promptitudine pugnauit, 8.30.2
Abſalon, quo ſenſu *ſine macula* dictus. 4.24.6.
Eum hoſtem Dauid pater velut filium luxit 6.37.3
Abſente Deo, aut viam non monſtrante, certus error. 1 21.2.
Abundantia faſtidium parit, & obuiæ voluptates contemni ſolent. 6.4.4.
Abominatio. Idolorum cultus cur dictus. 7.16.6.
Abuſus canendi in templis inolitus minus decens. 4. 37. 6.
Accubitus, *Dei* epulæ in ſacrificijs. 1.32.3.
Altare, vel Ara; Nardus odora, victima ex qua odor ſuauitatis Deo gratiſſimus. Ibid.
Aceruus tritici, cui Eccleſiæ venter ſimilis, mira illius fecunditas intelligitur.
Acies caritatis, beneficiorum multitudo eſt, quibus in animam irruit Deus, velut phalange immiſſa in illam. 2.13 4
Aciei Caſtrorum comparata Eccleſia, cum aduerſus hoſtes ſtaret, aut impetum factura in illos. 6 9.2.
A'xpodpua, Fructus maturi? ideoque ſuaues; Nuces etiam, ſeu glandes. 4.43. 2.
Actiones humanæ quædam ignobiles, ſed neceſſariæ. 5,47.6.
In naturæ bonum inſtitutarum ſimilitudo cum ventre in quo ſita. Ibid.
Actuoſitas Prouidentiæ Chriſti in gubernanda Eccleſia per *riuulos fluentes* ſignificata. 5.38.3
Acu Pictoriæ duæ ſpecies, *Bordadores tapiceros*. 3. 24.10.
Adamus extra Paradiſum conditus, cur in Paradiſum immiſſus 1. 10. 1.
Sub innocentiæ ſtatu corporalibus, & ſpiritualibus diuitijs abundans. 1. 4.6.
Illius ſtupor ſub eadem arbore verſantis, cuius cum fructu mortem guſtauerat. 8.17 9.
Adiurare eorum eſt, qui aliquid maximè cupiunt. 5.31.1.
Adiurari, cuius ſit proprium. 5.26.6.
Adiurare eius non eſt, qui poſſit cogere ad præſtandum. 2.19.2.
Adiuratio fieri ſolita per ea, quæ adiurato maximè cara. 20 5.
Adiuro vos, quo ſenſu dictum. 5.26.6
Adiuratio ſolemnis *Per capreas* cur Cap.8. 4. omiſſa? 8.12.4.
Admirabilis Conſiliarius Chriſtus, propter conſiliorum in gubernanda Eccleſia affluentiam, & vim in eiſdem diſponendis. 5.40.3.
Adoleſcentia, ætas augmento hominum deſtinata. 8.46.2.
Adoleſcentula, Fideles ſunt incipientes, quorum numerus ſemper magnus in Eccleſia. 1.7.5.
Quo pacto ab Eccleſia diſtinguantur, cum ad illius corpus pertineant. Ibid. 10.
Earum caritas ſterilis, neque adhuc filios dans. 8.32.6.
Hilaritatis nuptialis ſolum participes, non genialis lecti, qui ſoli ſponſæ ſeruatus. Ibid.
Adoleſcentulæ Iuſti dicti, quod ſemper in amore creſcant.8 39.8
Aedes ſacræ, vaſa ſuppellex, ieiunia, preces, ſupplicationes certo ritu ſub Eccleſiæ pacem conſtitutæ. 8.39 8.
Aedificij colapſi reparatio apud Iſaiam: loci illius explicatio ex analogia ad locum Cant. 8.31 2.
Aeger, qui ſe ſanum putat, pro deſperato habendus 4. 4 8.
Aegri capitis vertigine, circumagi omnia putant. 8 25.2
Aegyptus comparata terræ promiſſe ſterilis rupes. 1.41.10
Terra humilis, Nili ſtagnantis aquis fœcunda. 3.14.7
Inde egreſſa capita tricies centena millia. 2.3.3.
Aegypri veræ ſpinæ, inutiles, leues duræ, pungentes. 4.3.
Eorum inaniſſima ſuperſtitio. Ab ijs brutæ animantes pro dijs habitæ, immo & olera. 2 6 6.
Multi ad iudaica ſacra conuerſi, cum ijs ex Aegypto exceſſere. 2.36 7.
Aemulatio, & liuor ſynagogæ erga Eccleſiam Chriſtianam.
Aemulatio inferno comparata in cruciatu. Ibid.4.
Affectus omnium maxime intollerandus, cuius ſymbola flammæ multum ardentes. Eius imago. 8. 23.6.
Eſt amoris quidam impetus, & indiuulſus comes, ac veluti armiger. 8. 22. 1.

Aemu-

Digitized by Google

Aemulæ nullæ magis inter ſe fœminæ quàm eiuſdem tori cō-
 ſortes. 6.27.5.
Aenigmaticum genus, etiam minutiſſima vt expendātur, exigit:
 ſed non ſemper. 5.13.1. &. 14. 1.
Aetas omnis apta coniugio Chriſti, qui etiam immaturæ poteſt
 maturitatem præſtare. 8.28.3.
Aetatis myſticæ triplex ſtatus, incipientium, proficientium, per-
 fectorum. 1.7.4.
Aetatis defectu, aut naturæ vitio ſterilem eſſe dicurſum quid eſt
 8.16.5.
Aethiopia, pro terra remota, & longe diſſita. Ibid.25.4.
Aeternitas. pro tempore ab initio ſæculi. 3.28.5.
Affectuum ſordes, acceſſum ad Deum impediunt. 5.12.1.
 Alios præter amorem, ſemina quædam ignobilitatis ma-
 culant. 6.2.5.
Affectiones geſtantis vtero ſæpè transferuntur in prolem. 7.9.2
Affluentia bonorum ſub Chriſto *ſtillandi* verbo aptiſſimè ſigni-
 ficata. 5.18.6.
Affluentia gaudiorum ex ſacris nuptialibus, & publica, & ſolen-
 ni traductione Eccleſiæ in domum Chriſti iam vi-
 ri. 8.15.3.
Ager arentiſſimus idem auidiſſimus aquarum. 7.37.3
Ager pro rudi populo, & barbaris Gentibus. Ibid.
Agri & villæ miſticè pro animabus vilibus, & abiecta plebe, &
 minimè culta. 7.38.3.
Agrorum diuiſio cur ſorte facta à Ioſue. 4.4.8.
Agnitio propriæ labis mirè facit ad gratiam animæ. 5.30.1.
 Metus ex ea, verus ſilius caritatis. Ibid.22.1.
Agnus occiſus ab origine mundi, cur dictus Chriſtus. 5.33.6.
 Candidus innocentia, vt *rubicundus* etiam eſſet, ſuo ſan-
 guine tingitur; ideo immolatur in cruce. Ibid.
Agni oculi ſeptem, multiplex Chriſti prouidentia vis. 5.37 2.
Agricolæ gratiſſimus eius arboris fructus, quam ſuis manibus
 ipſe plantauit. 7.29 7.
Ain, Hebræis, *Oculus*, *Aſpectus*, *viſio*. 1.37.1
Alæ, pro finibus extremis terrarum. 8.27.3.
Alcides adhuc infans ſerpentes manibus ſtrangulat in omen fu-
 turæ virtutis. 7.6.6.
Alocutio paruæ Sororis, prædicatio per vocem internam, externā-
 que. 8.30.7.
Almah, non virgo ſolum, ſed & abſcondita, & cum cura ſer-
 uata.
Aluaradi & Magdalenæ flumina ingentia. 7.27.18.
Amabile quod eſt, quidquid habet. amabile ſit; nihil quod ama-
 bile ſit, ab eo abſit; nihil ad mixtum habeat imper-
 fecti. 5.54.3.
Amans Eccleſia mutari ſe à priore ſtatu ſimul dolet, & gaudet,
 2.16.6.
 Eius in amore triplex ſtatus. 1.1.3.
Amans amati lucris ſemper intentus. 2.31 2.
Amans verè omnibus membris tanquam linguis loquitur 3.7.1
 Vel ſibi gratum, quod amat, capit, cæteris ingratum.
 4.9.4.
 Ab amato corde rapitur. 4.30 6
 Se negat ſuum ipſius eſſe, poſtquam amare cœperit 4.12.7
 Inuitatus ab amato beneficium contemnere, aut repud-
 iare non ſolet 5.3.1.
 Id vnum meminit, amare ſe. 5.28.1.
 Cum in amore eſt infans, amare cum audeat, mori ex
 amore formidat ideo remedium malo quærit: ad-
 ultus, vulnus amat, nec medicinam malo quærit.
 Ibid. 3.
Amans prudenter in vna laudanda amati dote non ſemper hæ-
 ret, quaſi in cæteris minimè ſibi placeat. 5.41.4.
 Quidquid amat optimum putat. 6.27.4.
 Officijs ſe vinci non æquo animo fert. 6.6 4.
 Cum quid graue pro amato paſſus, beatum ſe reputat.
 7.29.5.
Amat ſecurè, ſæpè vel æmulorum ſuffragia captat, nec iudi-
 cium reformidat.
Amanti nihil gratius, quam ſi amorem ſuum notum ſciat ama-
 to, & eidem gratum. 2.31 2.
Amanti impenſe debitus amor, & obſequium. Ibid.6.
Amanti verè Deum omnia ſuſpecta ſunt, etiam quæ tutiſſima.
 6.37.2.
Amanti verè omnis amati dolor moleſtiſſimus. 8.25.2.
Amantis animus haud facile fallitur, neque cum latere in to-
 tum poſſunt amati conſilia. 6.4.7.
Amantium mos iterandi ſuarum laudes. 4.34.1.
Ars eorum repulſis irritare amorem. 6.4 4.
Amatæ rei merita amoris granditatem in amante excuſant, &
 quærendi anxietatem. 5.55.2.
Ambroſius ſæpè ſermone grandi obſcuros ſenſus inuoluit. 3.20.5
Eius ſermo ſæpè obſcurior, & intellectu difficilis. 4.12.3.
Amica dicta Eccleſia, velut Deum ipſa amans: *Columba*, velut
 & ipſa à Deo ametur: 8.31.2.
Amicæ compellatio ſponſalium eſt promiſſio. 1.27.4.
Amica, nomen eroticum, & honeſtum licet à profanis vſu in-
 famatum. 1.27 5. &. 2.31.1.
Amicus Dei, qui etiam probatus tribulatione ab eo non recedit.
 2.5.1.
Amici, Beati Angeli, & homines, & omnes Chriſto per fidem,
 & caritatem coniuncti. 8.43.2.
Amici ſoli ad Eucharistiæ cœnam vocantur. 5.7.1.
Amicorum nomen in Cant. ſemper blandum, & fauens 8.43.1
Amicitia per gratiam diſpoſitio ad ſponſalia, prout in Cant. de-
 ſcribuntur. 1.27.3.
Aminadab quis, aut quid ſit in Cant. 6.38.1.
 Illius Quadrigæ myſticæ Apoſtoli. Ibid.36.3.
Amandi ordo inuerſus toto Cant. deſcribitur eius rei indicata
 ratio. 3.2.7.
Amandi ludus ſemper à Deo incipit, ſed videtur ſæpè initium
 habere ab anima. 5.14.4.
Amor Dei verus omnem alium extinguit. 1.20.5.
 Omnis ſimilitudinis proles eſt. 2.5.1.
 Coniugatorum ſine liberis ſterilis etiam eſt. 2.10.1.
 Dei ſi ſolatia negentur, quaſi viduus eſt. Ibid.
Amor in benefactorem prima beneficij proles eſt. 2.12.4.
 Securus, comites habet audaciam & confidentiam 2.15.2
 Eius confidentiæ exemplum in Abrahamo. 2.14.2.
 Manu ductore minimè indiget, vt penetret ad amati inti-
 ma. Ibid.
 Ex amore mori ei viuere dulce eſt. 2.15.6.
 Verus, omnem feſtinantis boni properantiam tardam pu-
 tat. 2.16.2.
 Amatæ rei notitiam matrem habet. Ibid 17.6.
 Amantem ad amatum rapit. 2.21.2.
 Si verus ſit, lentos amatores non patitur. Ibid 6.
 Donorum omnium primum & cęterorum fons. 2.47.4
 Sæpè amati præſentia intenditur, ſæpè abſentia. 5.28.4.
 Minimè diuidendus in partes. 5.25.3
Amor grandis nec regi iudicio, nec frenari facilis.
 Nouus, fauoribus, adultus, aduerſis augetur. In ea re Pau-
 li exemplum illuſtre. 5.28.5.
 Oculatiſſimus eſt, cum digniſſimo impeditur. 5.55.2.
 Commemoratione meritorum amati ſemper intenditur
 acrius. Ibid.4.
 Durans in aduerſis duplice laude dignus. 6.4.5.
Amor omnis in plures diuiſus, aut minuitur, aut omnino perit.
 6.25 2
 Adultus rei amatæ velut catena conſtrictus. 7.27.2.
 Eius omnes cogitatus, conatuſque amatore frui. Ibid.
Amor affectuum omnium violentiſſimus 8.22.1.
 Eius affectus myſtica animæ mors. Ibid.21.3.
 Cum mutuus eſt alimenta illi deeſſe non poſſunt. Ibid.22.1
 Durus, quia dura ſemper imperat, & dura alacriter ſubire
 cogit Ibid.2.
Amor Dei & proximi duæ caritatis alæ. Ibid 23.2.

Amor

Digitized by Google

Amor Eccleſiæ in Deum deificatiſſimus,& ardentiſſimus. 2.13.1
In imperfectis doctrina ſemper indigens. Ibid.
Inter Chriſtum & Eccleſiam pudiciſſimus. Humanum ſæpè impudicitiæ ſuſpicio infamat. 2.26.6.
Amor crucis etiam in minimis conatibus præferendus. 5.18,9.
Amoris hominum in Deum, ante Chriſti aduentum, notat, & ingenium. 2.10.1.
Amoris genitrix, vnitas,& ſimilitudo. 4.32.8.
Amoris perfecti character, ſui iuris non eſſe. 7.38.3.
Eius proprium, vt ſui conatus nobilitate gaudeat, cum digniſſimo impenditur. 6.2.3.
Amoris Eccleſiæ in Chriſtum exaggeratio. 5.55.2.
Amorem non diuidit, qui ſe amat. 6.25.3.
Eius vnitas facit, vt vir magis adhereat vxori, quam parentibus. Ibid.
Amore caſto, & mutuo nihil ſuauius. 8.22.4.
Eius quod dulce eſt, ſæpè abſynthio temperatur. Ibid.
In amore ſpiritali ſimiles multi affectus, & effectus, qui in humano. 2.17.7.
In amore creaturarum nulla certa requies eſt. 3.2.8.
Amplexandi verbum in Cant. connubiale eſt. 8.2.8.
Amygdalæ comparata Gentilitas credere incipiens. 6.33.9
Amygdalis ſimiles primi credentes. Similitudinis ratio. Ibid.
Anachoretarum ſeceſſus,& ſtudium propriæ perfectionis. 7.41.5
Analogiæ maximè habenda ratio in hoc interpretandi genere ſymbolico. 5.41.2.
Eius leges exigunt, vt diuerſorum corporum membra non aptentur vni, & eidem. 7.16.2.
Angelus in aſſumpto corpore ſuper arcam ſedens. 3.22.7.
Angelus Petrum carcere eductum fratribus ſiſtit. 5.26.4.
Paulo dormienti expeditionem in Macedoniam perſuadet Macedonis viri habitu. 5.58.1
Angeli haud raro fœmineis nominibus appellati. 1.15.3.
Angeli deſertores *Filij matris dicti*, ideſt fratres, eius rei indicata ratio 1.18.5.
Naturæ nobilitate Deo proximi, ideo dicti Filij. 5.21.6
Inter bonos, maloſque gratiæ, non naturæ diſcrimen. Ibid.
Angeli mali, dicti *ſodales* propter affectatam ſemper diuinitatem 1.21.7.
Boni non aptè per ſpinas intellecti à quibuſdam. 2.5.2.
Orantur, ne Eccleſiæ quietem turbari ſinant. 2.21.2.
Vigilum ſignificati nomine. 3.6.1.
Eccleſiam prouocant ad Chriſti laudes. 5.29.2.
Illi ſunt Aſtra matutina, homines veſpertina. Ibid.
Per eos arcana diuinitatis reuelata Eccleſiæ, Humanitatis myſteria haud raro Angelis per eam cognita. Ibid.
Angeli & homines eiuſdem Reipub. ciues. Ibid.
Angeli notas exquirunt ab Eccleſia ad agnoſcendum Chriſtum quem illa quærit. Eius rei myſterium indicatum. 5.29.4.
Mirantur Eccleſiæ formam, & eam prædicant, turbidis etiam temporibus inſignem. 5.30.2.
Promptiſſimi ſemper ad ferendam opem Eccleſiæ, maximè in preſſuris. 5.31.1.
Eorum gaudium, cum ſtudium ſalutis animarum in aliis vigere animaduertunt. Ibid.
Ideo ſtudia ſua cum ſtudijs Eccleſiæ iungunt.
In albis apparent hominibus. Eius rei ratio. 5.32.4.
Si ad naturam ſolam reſpicias minimè ſtabiles. 31.3.
Eccleſiam rogant, quo Chriſtus à lupais abierit, Eius rei myſterium.
Angeli Eccleſiam laudant in procinctu ad expeditionem in Gentes. 6.32.1.
Eam laudaturi prius per otium ſpectare velle finguntur. 6.39.3.
Angeli veloces, nuncij celerrimi, viri Apoſtolici. 8,27.6.
Eorum dotes, velocitas. Rectitudo, ſtabilitas. 1.13.4.
Miniſterio eorum ſæpè Deus. Eccleſiam illuminat. 5.26.5
Munus, adeſſe Eccleſiæ in miniſterio animarum. 5.58.1.
Magna cura Gentium conuerſio, quod ex ijs lapidibus cœleſti ruinæ reparandæ. Ibid.
Eorum voces in Eccleſiæ encomium. 6.28.1.
Lætitia de mira Eccleſiæ fœcunditate. 7.8.5.
Gaudia ex multitudine conuerſorum. 7.2.3.
Angelorum nomen abſolute poſitum in bonum ſolitum vſurpari in S S. 8.27.14.
Illis admiranda innocentia morte mulctata. 5.32.5.
Eiſdem ante aſcenſum Chriſti in cœlum, multa de myſterio incarnationis ignorata. 5.56.3.
Quanquam non deſuere illis indicia, vt crederent nec Gentes ab Euangelio arcendas. 5.58.2.
Angelis gratiſſimum ſpectaculum Gentilitas ad Fidem adducenda. 6.41.1.
Quidquid in tranſitu rubri maris miraculorum patratum, illis adminiſtris factum. 1.26.5. & 11.21.3.
Illis, vt Deo propinquioribus, ſæpè illius conſilia minimè ignorata. 5.26.5.
Anguillas ſi ſtrictius premas, manibus elabuntur, ſic quædam minutius tractata inutiliter leguntur. 4.44.1.
Anima contemplatione aut actione deſtituta, auis eſt altera alaram carens. 1.38.1.
Semper Deum excitare debet, ne dormiat. 2.18.3
Deum non inuenit, donec quidquid Deus non eſt tranſcenderit. 3.8.2.
Otium Deo aperit, cum pulſanti obſequitur. 6.9.5.
Chriſtum in tenebris quærit, manuducente gratia. 5.56,4.
Caritate myſticè mortua, non niſi ad Dei nutum mouenda. 8.21.3
Per Dei gratiam ſponſa, per peccatum adultera. 8.18.1.
Vt cera caritate Chriſti mollita, vt illius imagine conſignetur. 8.21.2.
Duplex illius motus, erratorum correctio, & viarum directio, vt ad Deum eat. 8.47.2.
Anima vigor omnis ad Dei vocem liqueſcit. 5.21.2.
Perfectionis viam ingreſſa, ſublimius ſemper tollitur, donec ſummum attigerit. Ibid.3.
Irrito ſæpè conatu accedere ad Deum per cognitionem cupit. 5.22.1.
Eius omnis pulchritudo à gratia. 2.31.8.
Animæ cura neglecta, vinea deſerta, paſſionibus velut ſpinis oppleta. 1.19.4.
Illius omnis motus in bonum, à Deo per Chriſtum. 1.8.2.
Contemplationi vacans ſæpè ab imperfectis inquietatur. 2.18.3.
Animæ fidelium cur *Capreis* comparatæ. 2.20.6.
Imperfectiores admonitæ, vt in ſe ſemper ſuſcitent caritatem, nec eam patiantur otiari. 8.12.1.
Animarum miniſterium detrectantes acrioribus ſtimulis haud raro incitantur à Deo. 5.13.5.
Earum ſalus quanta ſit res, quantoque conatu procuranda 6.18.8.
Animalia Dei currum trahentia, quatuor habuere facies ne obuertendi vnam neceſſitas, moraretur inceſſum. 7.6.4
Ob eandem cauſam rectos dicuntur habuiſſe pedes. Ibid.
Animus conſcius ſibi adeſſe Deum, vires exerit robuſtius 2.8.4
Adhuc in amore tyro ad ingerentia ſeſe ſolatia ſtrangulatur quodammodo, vt anguſti orificij vaſa. 2.15.1.
Amandi aſſuetudine robuſtior fit. 2.16.6.
Sepè ſub beneficiorum onere labaſcit. 2.17.4
Terreuis fœcibus adhuc mixtus caritatis iniectus igni, fumat, quoad purgatus igni purior ſplendeat. Ibid.15.
Animus ferreus crebris ictibus pulſandus vt cedat. 2.35.6.
Amore æſtuans in voces, parum meditatas, prorumpit. 2.47.1.
Deſperatis in rebus, varijs cogitationibus diſtractus incertus ſui errat. 3.2.1
Cupi-

Digitized by Google

Cupiditatibus agitatus ſemper in fluxu. 3.12.3.
Cęleſtium rerum obrutus affluentia, & conſolationum imbre, liquefactus deficit. 5.21.1.
Inter gaudia & deſideria ſæpè diſtractus. 5.54.4.
Animus magnus magnæ originis nota. Eorum qui ad magna nati proprius character. 7.5.3.
Per contemplationem de deſerto vitæ aſcendeas. 8.14.3.
Sola caritate diues, egere non poteſt. 8.25.4.
Animi vigor pulchritudini gratiam addit, immo, & vitam, & motum, ne mortua videatur. 1.40.7
Animo magna molienti multa ſępè occurrunt, ſola magnanimitate ſuperanda. 4.46.5.
Anna Samuelis mater ſola ſpe futuræ prolis lętitiâ geſtiens; & poſt partum exultans, fuit Eccleſię typus. 7.9.5.
Annonę difficilis commeatus impedimento fuit Eccleſiæ ad excedendum in Aegypto. 2.39.5.
Annulis è columellis pendebat velum, quo Sancta Sanctorum à Sanctis diuiſa. 3.28.1.
Annulus deponi de digito aliquando ſolitus; Eccleſia nunquã à Chriſto deſerenda. 8.19.3.
Anni tempeſtatum ordo, & ordinis effectus. 4.51.6.
Antiſtites primarum ſedium, olim Doctorum munere fungi ſoliti. 8.8 1.
Antitypa dicta à Paulo, quæ noſtris *Diſenos. tracas.* 5.4.5.
Aod pugione accinctus de more Gentis Eglonem Interemit. Is pugio ad dexteram ſuſpendi ſolitus. 3.20.7
Apirion quid ſit Hebræis. 3.21.3
Aperire Chriſto, idem, quod eius parare vias, quod munus Io. annis, ſicuti Apoſtolorum. 5.19.3.
Aperire illi oſtium, & eum quærere, idem. 5.20.3.
Apoſtolici ſpiritus non eſt otium, & quietem amare. 1.8.5.
Apoſtolicæ expeditionis in Gentes exitus ex Aegypto typus fuit. 5.9.1.
Apoſtolicum miniſterium multi laboris opus. 5.10.4.
Apoſtolici ſpiritus eſt gaudium, ex animorum profectu ex quacumque occaſione. 5.20.2.
Apoſtolici viri ſociet. Ieſu quibus artibus deliniant Infideles, vt eos ad fidem adducant. 6.7.2.
Apoſtolicum miniſterium, &, quæ ei adiuncta eſt gloria, facile elatos generat ſpiritus. 7.4.3.
Qui ſtudent ne tale aliquid contingat ſibi, ij calceatos habent pedes, & benè præparatos. Ibid.
Apoſtolicorum virorum mos ſecedendi ad tempus, vt vires ſpiritus reparent ad miniſterij laborem. 7.4.4.
Apoſtolica caritas, & ſi in omnes Gentes prona, ſunt tamen quidam, qui auidius Barbaris, quam excultis populis ſeſe impediunt. 8. 32. 3.
Apoſtoli ſolum medici, Chriſtus medicus, & medicina. 1.6.7.
In adyta myſteriorum ſoli admiſſi. 1.10.4.
Poſt Spiritus Sancti aduentum quam alij à ſe. Ibid.
Quaſi manu Chriſtum apprehenderunt, quia cum illo conuerſati. 1. 9. 2.
Vincti pro Chriſto, & eum prædicare prohibiti: pro eo paſſi flagra, gaudent, & magnam gloriam arbitrantur. 5. 24. 2.
Apoſtoli Phalanx Eccleſiæ ordinem ſeruans, cæteris fugatis aut diſperſis. Nec plagis, nec vulneribus à quærendo Chriſto ceſſant. Ea eſt Eccleſia *percuſſa*, & *vulnerata* & tamen anxie Chriſtum quærens. Ibid.
Apoſtoli fidelibus voluntariæ paupertatis ſuaſſores. 5.25 6.
Filiæ dicti, quod eorum munus myſticam prolem gignere & nutrire lacte doctrinę. 5.26.3.
Quidquid agebant, vna Chriſti caritate impulſi. 2.28.6.
In munere obeundo ſuo pares Angelis. 2.20.5.
Accepto ſpiritu ad producẽdum in aciẽ inuitantur. 2.30.5.
Apoſtoli non Synagogæ, ſed Eccleſiæ fructus. 1.38 4
Maceriæ lapides ad vineæ cuſtodiam ac cumulati. 2.42.1.
Apoſtoli, Doctores, & Prelati *Vigiles* qui cuſtodiunt Ciuitatem 3. 6. 2.
Cur dicti *puſillus grex*. 3.18.1.
Columna ijdem myſtico intellectu. 3.22.4
Non ſolum Piſcatores, ſed Venatores. 4.26.6
Apoſtoli, Prophetæ, & alij ſacri Scriptores, Apes, mel ſcripturarum colligentes. 14 37.5.
Apoſtoli etiam viſa Chriſti reſurrectione, non in totum excitati à ſomno. 5.8.10.
Concuſſa domo ſtrepitu aduenientis ſpiritus, euigilauere, in totum diſcuſſo torpore Ibid.
Die Pentecoſtes nondũ accepto ſpiritu ligna adhuc humentia, calore illius humiditate depulſa, prorſus arſere. 5. 15. 2.
Velut blandæ nutrices ad ingenium infantium ſeſe fingentes. 6.7.2.
Oues de lauacro, quia doctrinæ puritate nitidi. 6.16.3
Pauci cum eſſent, infinita prole auctam Eccleſiam relique. re. 6.17.2.
Chriſtiani populi Primores *quorum quadrigis* Eccleſia celerrimè ad Gentilitatem tranſijt. 6.38.2.
Molem impoſuere paci, cui Chriſtus fundamenta poſuit 6. 39. 9.
Lux mundi dicti, quod diem intulerint mundo lucis celeritatem imitati. 7 3.4 & 7.6.3.
In orbe Eccleſiæ ſolis functi munere, imitari ſolem debẽt motus velocitate, perſeuerantia, & ſtabilitate Nec vno & ſimplice motu. Ibid.
Cœli Municipes, antequam ibi habitent. 7.17.6.
Cherubini iuncti currui Dei, 7.6.4.
Geruli, & Nutrici Eccleſiæ ad filios procreandos, & nutriendos. 1.14 3.
Vino ſpiritus, quo pleni erãt, ebrij ructu ſunt proditi. 7.34.3.
Spiritu Chriſti hauſto, ei ſimiles facti. 7.37.3.
Apoſtoli *Vineæ Cuſtodes*, nomine admonentur dominos ſe illius non eſſe, ſed miniſtros Domini. 8.37.3.
Eorum in nouos viros mutatio, ſpiritu accepto, per *tremorem ventris* ſignificata. 5.15.3.
In illis omne Eccleſiæ regimen delineatum, poſtea perfectum. 5.9.2.
Illis prædicantibus duplex periculum immundiciei, & offendiculi; quorum vtrique fuit prouidendum. 7. 4. 2.
Apoſtolorum proprium aliorum malis indolere. 7.19.1.
Gaudia conuerſorum multitudo. 7.29.7.
Prouintiarum inter eos partitio. 7.30.6.
Apparendi verbi conſideratio, & ſignificatus. 2.35.8.
Appellationes blandæ aptæ ad flectendos animos, & impetrandum, quod petitur. 8.2.2.
Apprehendere, verbum Eroticum. & connubiale. 3.2.5.
Eius eſt, qui id prehendat, quod nondum habeat. 8.6.1.
Ea apprehenſio indicat firmitatem ſtatus. Immo connubium plenum, & publicum Eccleſiæ cum Chriſto. Ib.3.
Aqua refectionis, quid apud Dauidem. 2.48.5.
Aqua requietis, fluctus ad pacem compoſiti. Ibid.
Aqua viua, ſaluberrima ad potum. 4.49.3.
Nitida, & pura profunditate ſæpè nigreſcit. 5.36.2.
Originem ſemper quærit, & tubis incluſa in originis altitudinem tollitur. 7.37.8.
Illius ſalubritatem bibentium color probat: Doctrinæ ſalubritatem opera ex ea facta. 4.49.3.
Illius cum gratiæ donis ſimilitudo. 4.48.3.
Aquæ cum impetu fluentes, Procliuitas Chriſti ad effundendas ſapientiæ lymphas. 4.50.6.
Aquæ multæ arcam in ſublime ſuſtulerunt, ſic aduerſa caritatem. 8.24.2.
Aquæ multæ, ſecundarum rerum affluentia. Ibid.4.
Aquilo & Auſter, fauor non vnus Spiritus Sancti: diuerſis vocabulis vnus atque idem Spiritus ſignificatus. 4.51.5
Arbor ſcientiæ, ſub qua excitatus Deus ad hominis lapſi remedium. 8.17.1.
Arbores genere ſimiles vtiliter inſeruntur, diſſimiles fruſtra, 4. 43. 2.

Fructibus onuſtæ niſi exonerentur, affliguntur ad terram fractis ramis. Ibid. 4.
Arca teſtamenti omnis cum operculo lignea fuit. 3.23.3.
Quieſcenti Deo *lectulus*, vianti vehiculum fuit. 3.21.1
Eam præcedentem vniuerſum agmen ſequebatur, & ibi tendebat vbi ea ſiſtebatur. 3.27.6.
Eius, & Dei viantis ſub allegoria, gratiæ myſteria adumbrata. 3. 28. 4.
Sacerdotum humeris circunducta & in ea Deus. 4.12.2.
Arce, cui inſidebat Deus nunquam maior æſtimatio, quam ſub Dauide, & Salomone. 4.44.4
Arcanus ſenſus ad Dramaticum exigendus, non contra. 4.8.5.
Areola aromatum, virtutes ad Dei cultum pertinentes Eccleſiæ ex Gentibus. 6.2.3.
Argenti infinita copia apud Occidentales Indos. 8.31.3.
Ei habitus ſuus honor in opere tabernaculi. 3.22.4.
Argenteus dictus fluuius, ſiue Paraquarius, terras inundat, velut Aegyptum Nilus. 8.27.18.
Argumentum Cant. vſque ad iudicij diem non extenditur, tantum vſque ad pacem per Conſtantinum partam. 4. 20. 4.
Arma ad defenſionem apta vno *Dei verbo* Paulus comprehendit. 4. 15. 5.
Eadem munimentum in bello ornatus in pace. Ibid. 6.
Arma, & ſcuta conſecrata & igni abſumpta, ſunt impietatis præſidia deſtructa. 8. 2. 3.
Armatorum præſidio munitos Euangelij miniſtros aliquando ire oportuit, ad prohibendam Barbarorum vim, ne prædicationem impedirent. 8.30.7.
Aromaticæ ſtirpes per paria numeratæ, quod ſe mutuo iuuent. Eius rei non vna cauſa conſiderata. Sic virtutes ſe mutuo fouent, & ex conſortio ſuauius olent. 4.44.2
Aromata tunc *fluunt*, cum virtutes odorem ſpargunt. 4.52 5.
Eorum cum virtutibus comparatio. 5.41 2.
Inter cæteras ſtirpes nobiliſſimę. 6.2.3.
Ars artium ſermonem rebus, temporibus, perſonis accommodare 6.19.1.
Artifices tabernaculi non ab alio, quam à verbo docti ad opus illius perficiendum. 3.21.7
Arugoth Hebr. multitudinis numero cur vulgatus ſingulari expreſſit. 6. 2. 1.
Arces Regiæ Regnorum, & Vrbium decora. 4.13 2.
Per eas vrbes minores Metropoli iunguntur; commercia libera exercentur; abundat annona, & mercium copia ſuppetit; ciuiles commoditates communicantur; poteſtatis faſces in vrbes ſubditas inferuntur. Ibid.
Arces, vrbium Regni colla. 4.13.3.
Aſcenſus, dictæ cortinæ tabernaculi, quod ſuſpenderentur è columnis, & leuarentur. 3.24.2.
Aſcenſus, velum, quo ſancta ſanctorum à Sanctis diſtincta, & ſeparata. 3.24 1.
Aſcenſus in Palmam myſtice, amplexus connubialis ſignificatur.
Aſiaticarum, & Europæarum Gentium cultus non nulla fuit præparatio ad Euangelium. 8.28 4.
Aſpera ipſa placent quoties per ea Dei conſortio frui conceditur 2. 8. 6.
Aſſimilare. pro ſimilem facere, aut pronunciare. 1. 27. 1.
Aſſueri in ſternendis pauimentis luxus. 3. 25. 1.
Illius factum, cum Eſtheram collabentem manu leuauit, ex grandi amore natum. 8. 16. 3
Aſſyrij Iudæorum iurati hoſtes 7. 23. 3.
Athletes etiam Eccleſiæ ſuis næuis maculati. 4. 24. 6.
Audiens intente, audiendo interrogat. 3. 7. 2.
Auertere oculos maieſtatem non ſcrutari: aut lumina propter reuerentiam dimittere. 6. 10. 5.
Quid ea loquendi forma in Cant. ſignificetur. Ibid. 2.
Noua oculorum Eccleſiæ laudatio ab arcana vi. 6. 2 2.
Aues aucupio inſtitutę è manibus auolant, ſed redduntur cum præda. 6. 2. 2.
Auolare facere. eſt ad fugam cogere, ſeque victum fateri 6.2.1.
Aurora finis noctis diei initium: poſt culpam primam peccati finis initium gratię. 6. 29. 1.
Temperate frigida; ideo & ſenſui grata; ita etiam gratia, cuius illa ſymbolum.
Aurora, luna, ſol, triplex Eccleſię augmentum in notitia diuinorum ſecundum triplicem ſtatum. 6. 28. 1.
Auro, & argento ea intelliguntur omnia, quę ſunt hominibus in pretio. 1. 30. 5.
Aurum myſtice holocauſtum, *Argentum* cętera ſacrificia. 1.30.8
Aurum cum purum eſt, imputribile, nec niſi ab arodentibus in minutiſſimas partes diſſoluendum. 5. 34. 9.
Diuinitatis ſymbolum, quę cuicumque accedit, diuinum reddit. 5. 46. 2.
Poſt ignem ſplendens ab origine ſordens. 6. 4. 5.
Eius amor homines totius orbis peregrinos, & deinde incolas facit. 8. 32. 5.
Auſcultare eorum eſt, qui audire parati & fauere dicenti. 8.43.1
Auſteritas diſciplinę Chriſtianę vix alibi, quam in religioſis familijs hodie viuit, vigetque. 8. 45. 2
Auſter Spiritus Sanctus bonorum fons, & largitor. 4.51.1.
Auſtro, & Aquilone diuerſis nominibus vnus, atque idem Spiritus Sanctus ſignificatus, propter diuerſum modum inſinuandi ſe in corda. Ibid. 5.
Illius fauor non vnus, nec diuerſus modo, ſed quodammodo contrarius. Ibid.
Authoritas virorum grauium ſępè tectis conſilijs obeſſe ſolet. 2. 35. 2.
Az, quid ſit Hebręis eius vocis vis. 8. 23. 6.

B.

Baculus & virga ducatus, & regiminis inſtrumenta, ideo, & ſymbola 2. 48. 7.
Balaamus admiratus Eccleſię pulchritudinem. 4. 1. 3.
Eius de Prophetarum fide teſtimonium. 5. 39. 2.
Baptiſmalis gratia reliquę vitę forma 6. 16. 4.
Baptiſmus *libano* ſignificatur; eius enim notio eſt, *dealbatio*, aut *candidatio*. 4. 26. 5.
Semel peccatis delendis prodeſt: eſt imago mortis Chriſti immo & ſepulturę. Qui illum iterat, Chriſtum crucifigit, quia iterum illius mortem repręſentat. Eſt ianua, qua ingredimur in Eccleſiam, ſemel per illum in Eccleſiam ingreſſus, egredi vltra non poteſt; ideo nec iterum ingredi. 5. 10, 78.
Baptiſmus totius hominis circumciſio. 7. 14. 4.
Baptiſmum inter, & myſticam ętatem perfectam, magnum interiacet diſcrimen. 8. 12. 1
Baptizatus iterum facto oſtendit, ſibi vnum baptiſmum non fuiſſe ſatis ad ingreſſum in Eccleſiam, cuius ianua baptiſmus eſt 5. 10 8.
Nec crucifixionem vnam Chriſti ad indendam vim baptiſmo Ibid.
Baptizatis nouis lac cum melle guſtandum dari ſolitum antiquitus. 4. 38. 3.
Barotim, ὁμοιώματα, *ſimilitudines, lenuncula*. 1. 31. 3.
Baſes aureæ, ſapientia, & caritas quibus omnis Chriſti fortitudo ac perſeuerantia nitebantur 5. 50. 4.
Beatitudo hominum miſera, ſi ſola bona carnalia contineret. [illegible]
Animę alimentum nunquam defecturum, impropriè ſomnus dicitur. Bonum eſt ſine vllo labore partum, & perceptum. 5. 6. 3.
Beati, quidquid glorię habent, largitate Chriſti habent. 5.6.4.
In cœlo preces Eccleſię audiunt 8. 44. 1
Bella virtutum, & vitiorum adumbrata in Aegyptijs contra Dei populum. 1. 26. 6.
Belli myſtici inſtrumenta, poſt triumphum Eccleſię de Idololatria, igni abſumpta, vt minimè iam neceſſaria 8.2.3.
Bellum

Digitized by Google

Bellum cum carnis affectionibus Eccleſiam non deturpat, potius decorat. 1. 6. 3.
Prius domeſticis indicendum, quam in exteros hoſtes copias ducas. 5. 18. 1.
Bellum Eccleſiæ cum Gentiliſmo adumbratum in bello Hebræorum cum Chananæis. 6. 14. 1
Bene omnia fecit, vox plus indicans, quam populus caperet, cum diceret. 5. 45. 4.
Beneficentiæ comites, opulentia, & largitas. 5. 41. 8
Ea hilaritati iuncta, gratior. Ibid. 10.
Benefactoris amor prima beneficij proles. 2. 12, 4.
Beneficiorum multitudo, acies inſtructa caritatis. 2. 13. 4
Beneficij indicium certum, non Deus miſeriam noſtram dignatur reſpicere: immo & initium. 8. 18. 2
De illius gratia multum perit, ſi precibus ematur. 5.41.10.
Beſeleeli etiam indita peritia Marmorariæ, nec ſine vſu, & fructu. 3. 25. 3.
Bethel dictus locus, in quo Deus Iacobo apparuit; nomen tributum loco, in quo Moſi viſus. 2. 51. 2.
Bether montes pro aſperis ac perruptis. Ibid. 3.
Bichurah Hebręis dicti groſſi; vnde valentinis noſtris dicti Bachores. 2. 38. 8
Bilis humorum amariſſima, ac vehementiſſima. 8. 23. 5.
Bona deſideria bonorum operum ſemina, ſępe euanida. 5.13.3
Bona ſpiritualia quęrenda, quo ſtudio à negotiatoribus ſua quęruntur lucra. 8. 5. 5.
Boni quidquid abeſt, in eo, quod videtur bonũ, hiatũ facit. 5.14.3
Quidquid eſt non boni obicem laudationi ponit. Ibid.
Bonis externis induimur ſimul, & grauamur. 5.25.5.
Bonorum affluentia ſub Chriſto *ſtillandi* verbo ſignificata apliſſimè. 5. 13. 5.
Bonorum operum communis conditio, bona intentio. 3. 11. 2
Bonum idem cum pulchro. 1. 40. 5
Bonum verum in coniunctione cum Deo ſitum. 7. 3.
Bonum Euangelij reiectum à Iudæis, translatum ad Gentes. Ib.
Botrus Cypri dictus Deus propter beneficiorum multitudinem Eccleſiæ collatam. 1. 46. 6
Botri Palmei. 7. 31. 1
Botri florentes viri intelliguntur pietate inſignes. 2. 39. 4
Brachium excelſum, Dei potentia ſupra naturam. 2. 24. 6.
Byſſus lino ſimilis, ſed firmior, Retorta quæ. Eius patria Ægyptus, Acaia, India. 3. 24. 2
A Goſſipio diuerſa, eo melior tenuitate, mollitie, pretio. Ibid.
Ei pepercit tinctura, nullo extrinſeco colore infecta, ſummè candida. Ibid. 7.
Sola cum lana tabernaculi in opus impenſa. Ibid. 8
Byſſinus pro candido, & contra. Ibid. 7.

C.

Caathitę vaſorum tabernaculi vectores. 3. 27. 5
Cęci nati illuminatio cur tanto peracta molimine. 5.46.6
Cæremonię inductæ per legem ad interiorem gratiam ſignificandam. 1. 30. 6
Cęremonialia quędam permiſſa, etiam feruente Euangelij prędicatione. 2. 41. 6.
Calamus odoratus à congeneribus ſolo odore diſtinctus, myſticè humilitas eſt. 4. 46. 2.
Calceorum duplex munus, pedum tutela, & ad iter agendum pręparatio. 7. 4. 2
Calceus in militia, conſtantis animi ſymbolum cur habitus. Ibid. 3.
Calcei myſticè ſtudium non recedendi à militari via. Ibid. 4.
Et cauendi à minoribus noxis: Sicuti illis liberamur à luto, & puluere. Ibid. 3.
Calceamenta Eccleſiæ, vitę, & morum integritas. Ibid. 2
Camporum, ac vallium appellatione deſertum ſępe intelligitur. 2. 1. 4.
Campus pro loco inculto, laborum ſymbolum. Ibid. 5.
Cancellorum nomine, quid myſticè intelligendum. 2. 28. 5
Per cancellos reſpicere dictus Deus, cum ſub exceſſum ex Ægypto Eccleſiam nunc ſpe, nunc timore probaret. Ibid.
Candidus & rubicundus Chriſtus, vt homo. 5. 31. 3
Candidus vt Deus, ruber vt homo. Ibid.
Candor diuinitatis color, propter ſimilitudinem lucis: Rubor humanitatis, quia terræ color. 5. 32. 2.
Candor innocentię ſymbolum, Rubor mortis. Ib. 4.
Et felicitatis etiam ſymbolum, ſicut flores ſpei. 1.36.6
Candida Eccleſiæ *vbera*, propter puritatem conſcientiæ. 4.18.3.
Candor *liliorum*, ſimplex, & inaffectatus decor. Ea gratia Chriſti verborum propria. 5. 43. 3
Candor in marmore puritatis nota. 5. 49. 6
Canendi vſus inſolitus in templis minus decens. 4. 37. 6
Canticum Cant. totum ad militantem Eccleſiam referendum. 1. 32. 2.
Eius ars diuina, mirum artificium. 1. 36. 7.
In eo exponendo nihil contemnendum, etiam ſi minutum appareat. 1. 5. 1.
Partim hiſtoricum eſt, partim Propheticum. 2. 1. 2.
Eius omnis actio nuptias per incarnationem finem habet, & earum promulgationem. 2. 16. 3.
Quidquid eo continetur, vnum & ſimplex eſt. 2.27.2
Illius nulla pars pertinet ad mundi finem. 3. 2. 3.
Eius Interpretes ſupra centum triginta. 4. 34. 4
Quędam continet hiſtoricè dicta: eius rei ratio. 4. 26. 8.
Totum ſcatet arcanis ſenſibus, ſed non vbique eadem orationis forma. Ibid. 10
Nulla Eccleſiæ probra continent; omnia illius encomia ſonant; niſi quando ipſa de ſe loquitur modeſtius.
In ſcripto myſterijs pleno ſolam ſententiarum repetitioné agnoſcere, parum meditatum eſt. 4. 12. 2.
In eo omnia integrum arcana carere ſententia, eſt incredibile. 8. 25. 2
Cantico toto non peruenitur ad ea tempora, quibus Eccleſia de tepore notari poſſet. 6. 1. 3.
Cantica inducta ad excitandam memoriam diuinorum beneficiorum. 4.37.4.
Cantica tota ſcriptura puram, ſimplicem, legitimam formam ſeruant. Omnia in illis ſeria, grauia, & omnino diuina. Ibid. 6.
Eorum vſus rarus ſub Moſe. 4. 37. 2.
Capilli bonam corporis valetudinem indicant. 5. 35. 3
Eorum dotes ſimilis origo, altor, æqualitas, prolixitas, copia. 4. 33. 6
Semel pręciſi non poſſunt iterum capiti inſeri ideo non apte peccatores ſignificare dicuntur. Ibid.
Capilli Eccleſię, ſunt fidelium multitudo. 4. 33. 1
In eorum cultu multæ ſolent eſſe fœminæ, ita Eccléſia in cultu filiorum. 4. 4. 5.
Eorum proprium ſenſu carere, fidelium, ſenſus in poteſtate habere. 6. 13. 8.
Sæpè vitio, aut morbo decidunt, cauſa ceſſante renaſcuntur. Ibid. 9.
Caprarum propria edacitas, fæcunditas, gregalis inceſſus errandi procliuitas. 4. 15. 2.
Earum ſimilitudo cum Gentibus. 4. 13. 1
Caprea Dorcas dicta à viſus acumine. 2. 25. 2
Caprearum, ac ceruorum natura timida ideo fugax. Ib. 4.
Myſtico intellectu Fidelium animę, quibus Angeli cuſtodes ſunt dati. Ibid. 5
Caprę ac Cerui venatorum prędę expoſitę animantes, Fideles prauorum hominum iniurij. Ibid. 7
Caprę ſimilis Deus, propter celeritatem in ferendo auxilio Eccleſiæ periclitanti. 2. 50. 8. & Ibid. 3.
Caprea ex S.S. vſu velocitatis ſymbolum. Ibid.
Multę animantes ea viſu perſpicaciores. Ibid.
Caprearum dos velocitas, & vita in locis aſperis, & ſolitarijs, procul ab hominum conſortio. 2. 50. 7

Caprea, & Hinnulus imbecillitatis humanæ ſymbolum. Ibid.
Caprearum mores, ingenium, viuendi ratio : In illis adumbratus religioſus ſtatus, maxime Anachoretarum, & ſolitariorum. 8. 45. 6.
Captiua mulier in vxorem aſſumenda. typus Eccleſiæ ex Gentibus. 1. 27. 3.
Caput Eccleſiæ, vis mentis ad cogitandum, huic ſupponit læuam Deus cum eam ſuſtentat cogitationum mole preſſam, ex memoria acceptorũ beneficiorum. 2. 17. 6
Capitis acceptiones variæ. Pro principio, atque origine, pro eo quod in aliud poteſtatem habet; pro primo inter mẽbra cætera. 5. 38. 6.
Caput à *Cincinnis* ſignificatu myſtico aliquando non diuerſum: ſicuti nec *ros* à *guttis noctis*. 5. 10. 5.
Caput Chriſti myſticè ſapientia, cui ſedes in capite. 5. 34. 8
Caput corpori reliquo, quod Rex regno. Ibid.
Caput Eccleſiæ ſapientia. Ibid.
Caput, diuinum membrum, cui cætera ſubſunt. Ibid.
Caput Eccleſiæ Carmelo ſimile, quod quidquid habet, à cœlo habet. 7. 25. 3.
Caput decaluatum, & *humerus depilatus*, habitus graui ſeruitute preſſi. 8. 27. 6.
Cariſſima pro qua in fonte *caritas*, erotica vox, & connubialis, nec niſi illi tributa in Cant. quæ ſit ſponſa. 8. 32. 1.
Cariſſimi, & *Amici* iidem habendi. 5. 6. 6.
Caritas Dei ſe ipſa ordinata eſt, quod nulla alia poteſt habere. 2. 12. 1.
Velut præſidium Eccleſiæ impoſitum. 2. 13. 5
Velut vexillum ad quod ſe recipiat. Ibid. 7.
Cur dicta *Vinculum perfectionis*. 2. 31. 2.
Cum vehemens eſt, omnia peruincit. 3. 7. 1.
Aurum eſt, quod ſuo nitore fideles tingit. 4. 4. 7.
Caritas, pro rebus amore dignis. 3. 25. 9.
Caritas pro *cariſſima* dicta ſponſa. 7. 29. 2
Caritas, aurum, anima, theſaurus, & regia ſtola. 5. 49. 9
Perſeuerantię fulcrum. Ibid.
Sopore premi permittenda non eſt. 2. 18. 5
In aduerſitatibus gloriatur. Ibid. 6. &, 7. 29. 6.
In ædificio ſpirituali tecta ſuſpendit ipſa. 6. 2. 3.
Vinculum Eccleſię, & fidelium coagulum. 6. 9. 7.
Omnis ſine illa membrorũ cõpago mortua diſſoluitur: Ibid.
Vnitatis genitrix, nutrix, altrix. 7. 22. 2.
Caritas, qua Chriſtus Eccleſiæ iungitur, non ſterilis. ſęcundiſſima potius eſt, vtpote connubialis. 7. 32. 6.
Caritas vallata virtutibus proceſſit in publicum, diuinam teſtata originem. 8. 2. 8.
Similis inferno in retinendi vi, quos ſemel apprehendit. & in auiditate & inſatiabilitate. 8. 22. 2.
Alia à ſe velut inferiora deſpicit, atque eius pretium agnoſcens nullis diuitijs mutat. 8. 25. 1.
Perfecta vnius Dei donum. & proprium Apoſtolorũ 8 32. 4
Quanquam diuinæ originis, de carnis contagio aliquam ignobilitatem ſæpè trahit. Ibid.
Caritatis filia agnitio propriæ imbecillitatis, & ex ea metus quidam nobilis. 1. 27. 1.
Eius granditas, & firmitas introductione in vinariam cellam aptè ſignificata. 2. 12. 4.
Eius ordo in nullo ſtatu deſideratus Eccleſiæ. 2. 13. 3
Perfectę amandi ordo nullo docente notus. 2. 12. 5
Illi nullus modus, nullus terminus: qui Deum ea apprehendit, ſemper apprehendit. 8. 6. 3.
Caritati veræ omnis felicitas ancillatur. 8. 24. 4.
Inter proſpera, & aduerſa clauum tenens, nec vnquam a curſu ceſſans. Ibid. 5
Non contenta acceptis donis, noua ſibi ſemper accumulare contendit. Ibid.
Ei qui arma de manibus eripiat, ſicuti & morti falcem, nemo mortalium eſt. 8. 21. 4.
Caritatem nullo pretio emi, & non niſi ingenti pretio emi, vtrũque veriſſimum. 8. 25. 2.
Eſt omnis premij condigni principium. Ibid.
Fructus illius abdicatio rerum omnium. Ibid.
Caritate nihil magis noſtrum. 8. 19. 2.
Qui ea ardet, nihil eſt, quod timeat. 8. 24. 1.
Carentia vberum, immaturitatis indicium ad connubiũ. 8. 28. 3.
Carmeli montis ſitus ſignificatio. In eo religioſus ſtatus delineatus in filijs prophetarum, & habitatione communi. 7. 24. 11.
Eminens terris, vt caput humeris. Vbertatis ſymbolum. Ibid.
Carmelus, *coccineum* ſignificat, inde ducta vox, *Carmeſi* apud nos, qui color nunc pro purpura, Ibid.
Carnis illecebræ fugiendæ illi, qui cum Deo velit frequenter verſari. 2. 32. 6.
Caſtellani æmulo cum luſitanis ſtudio in occidentem felici auſu nauigantes nouos orbes inuenere. 8. 27. 10
Caſtra, Angelorum protectio, ſubſidia parata Eccleſiæ. 6. 9. 5.
Virtutes, quibus armata Eccleſia prouocat hoſtes. Ibid. 6
Caſtra, præſidia Eccleſiæ ad pugnandum aduerſus vitia: Chori ad Dei laudes decantandas. 7. 2. 2.
Catecumeni ſignificati gemmis vitium prægnantibus, Neophiti, floribus, ſeu vitibus florentibus. 7. 42. 2.
Vtriuſque ordinis gemina Eccleſiæ vbera. Ibid.
Cauerna Maceriæ, anguſta Hebræorum habitatio in terra Geſen, immo & ſordida, 2. 42. 1.
Cauſæ naturales nunquam ſine magno molimine operari ſolitæ 5. 16. 2.
Cedrus arbor nobiliſſima. Eius odor, bonum Eccleſiæ nomen, & fama. 1. 43. 4.
Ea pene ſola in templi opus impenſa. 5. 52. 1.
Eius dos incorruptibilitas, & contumacia aduerſus tineas, & vermes. Ibid. 2.
Proceritas ad CL. pedes; ideo, quæ procera ſunt, Cedris comparata.
Eius frequentia apud Occidentales Indos. 8. 31. 3
Cedri medulla apud Ezech. verbum Patris. 5. 52. 2.
Cellaria Regis, & *Vinaria cella*, quo differant. 1. 51. 9.
Cellaria Regis Dei fauores, & protectio populi in deſerto. Ib. 3.
Celſitudinem humanæ mentis multa inflamant. 7. 17. 5
Certamen magnum, quale apud Apoſtolum. 5. 21. 6.
Certamen inter mortem, & caritatem, quo victa mors per Chriſtum eſt. 8. 21. 4.
Certamen lampadodromicum, quale olim. 8. 23. 4.
Ceruix erecta indicium contumacię. & ſuperbię; rigida proteruiæ. 2. 16. 3.
In ea notata fortitudo, quę natiua ſit. Ibid. 5.
Ceruus ſerpentibus inimicus, quos, vt ſenium ponat, dicitur deuorare. 2. 20. 7. &, 2. 10. 7.
Eorum agmen qua arte flumina tranet. Ibid.
Ceruorum hinnulus pro ceruo: filij taurorum pro tauris; ſic filij hominum pro hominibus. 7. 26. 6.
Chamati. quid ſit Hebræis. 5. 33. 4.
Chananæorum Reges foris beſtijs comparati. 4. 29. 3.
Cheder, & *Chatier*, quo differant. 1. 11. 4.
Cherubini ſtantes ex vtraque parte arcæ. 3. 23. 4.
Cur illis ab *Ezechiele* alæ, & pedes recti dati. 1. 13. 4.
ChiPtelah vox hebræa, parturire cum dolore qui ſit ex partium diſtenſione. 8. 18. 4.
Choſeb, Hebræis quid ſit. 3. 24. 9.
Chriſtus, & Meſſias ab vnctione nominatus. 1. 6. 2.
Vnctus diuinitate, & gratiæ affluentia. Ibid. 4.
Prædicatus vnguentum, ſeu oleum effuſum. Ibid. 8.
Eius notitia aliqua nunquam negata Eccleſiæ: circunſtantiæ multæ ignoratæ. Ibid 9.
Chriſtus nos traxit præueniente gratia, ideo gratis dicimur iuſtificari. 1. 8. 2
Optimus Magiſter vt Deus, & vt homo. 1. 10. 9
Sol cuius comparatione pulchritudo omnis deformitas eſt 1. 17. 2.

Ma-

Mariam Magd. ſe quærentem diſſimulatione probat, & exercet. 1. 20. 3.
Deus homo in auro argento mixto ſignificatus, vtraque natura integra. 1. 30. 5
Opus vermiculatum, quia Deus homo vermis. Ibid.
Chriſt. *Botrus Cypri* dictus propter complexum gratiarum. Ib. 3
Vt Deus pulcher, vt homo decorus. 1. 42. 5.
Pulchritudinis omnis, & decoris fons, & idæa. Ibid.
Flos campi in libertate Gentium. 2. 1. 1.
Sub lege nihil ad perfectum adduxit, in Gentibus ingentes & perfectos peperit fructus. Ibid.
Non ſupernis modo, ſed & infernis decorem addidit. Ibid. 2.
In proſperis & aduerſis idem. 2. 2. 2.
Gaudet in nobis imaginem ſui cernere.
Ad Patris ſedere dexteram, quo ſenſu dictus. 2. 9. 1.
Legi ſe ſubijciens, eam ſubiecit ſibi. 2. 17. 12
Diſcipulos ſuos vult mites, imbelles, & ſæpe fugaces 2. 20. 6
Chriſtus etiam infans timendus Dæmonibus. 2. 26. 2.
In Euchariſtia proſpiciens per cancellos. 2. 28. 7.
Ironia vſus aliquando. 2. 30. 8
Orbi tempeſtatibus iactato tranquillitatem attulit. 2. 33. 1
Eſt via, & oſtium, quo ad Patrem imus & ille ad nos. 2. 41. 3
Accinctus gladio inducitur vt optimus Prœliator. 3. 20. 4.
Ille habendus præ oculis vbi hominum exempla fallunt, 4. 9. 6.
Melius quam Moſes dictus *Mediator*, & *Sequeſter*. 4. 12. 7
In morte *Mons myrrha*, & *collis thuris*. 4. 23. 2.
Chriſtus zelo amoris vulneratus. 4. 30. 1
In cruce non magis ſanguine, quam aqua ſalutari ſtillans. 4. 37. 8.
Cur dictus *Dauid*. 4. 32. 8.
Patris ſapientia, ab eo egreſſus, & in eum regreſſus. 4. 48. 4
Vt Filius Patris verus Libanus, eius rei ratio. 4. 50. 2
Diuinitate vnctus in fideles influit ſpiritus gratiam. Ibid.
In vtero adhuc clauſus matris, odore proditus, agnitus ab Eliſabetha, & Ioanne. 4. 52. 5.
Sibi per incarnationem incorporauit electos. 5. 2. 2.
Exquiſitis cibis delectatur. Comedit vt cibum in ſe tranſmutet, Diabolus vt perdat. Ibid.
Quidquid ita comedit, iam illius vita viuit, & natura eadem nobilitatur. Ibid.
Chriſtus crucis prælium ſolus iniuit, ſolus vicit. 5. 43. 4.
Vnica oblatione velut falce, omnia deleuit vetera ſacrificia. Ibid 5.
Nobis ſumentibus Euchariſtiam, & ipſe conſumit. 5. 5. 1.
Ad probandam reſurrectionem rediuiuus comedit, & quidem non ſine grandi myſterio *fauum & piſcē*. 5. 5. 5
Verbis & ſignis cum morte ſua reſurrectionem coniunxit. Ibid. 6.
Quos ad immortalitatem inuitat, communione laborum dignatur. Ibid.
Gloriam ſuam vini potu ſignificauit: eandem epulo, & conuiuio. 5. 6. 2.
Veteres Patres conuiuio ſecum reficiendos in cœlum ſuſtulit. 5. 8. 5.
Vt homo, dormit; vigilat ſemper, vt Deus. 5. 8. 2.
Chriſtus excitans Eccleſiam, laudes illa excuſationes obtendēs, reprehenſione digna. Ibid. 4.
Chriſtus imagine mortis ſecundum inferiorem partem cohorruit, ſecundum ſuperiorem eam prouocauit. 5. 8. 13.
Chriſtus Apoſtolorum pater, qui eos per doctrinā genuit. 5. 9. 4.
Spiritus Sanctus velut pedagogus aluit, educauit, perfecitque. Ibid.
Oſtium ſibi aperit, cum ita vocat, vt conſenſum eliciat. Ib. 6
Abeſſe dicitur, cum alicubi non eſt, vt eſſe cupit. Ibid. 7.
Torpore animæ excluſus, alacritate introducitur. Ibid.
Suo exemplo hortatur Eccleſiam ad labores prædicationis alacriter ſubeundos.
Cur etiam poſt reſurrectionem, & gloriam pati dicatur. Patitur in ſuis, cum patiuntur ipſi. 5. 10. 6.
Animo, & affectu ſemper patitur, quia fuiſſe paſſum ſemper placet. Ibid.
Semper patitur, quia paſſionis fructus ſemper applicatur, & prodeſt, quaſi actu pateretur. Ibid.
Agnus occiſus ab origine mundi, & ad finem vſque mactandus in fructu. Ibid.
Adhuc illis mortuus non eſt, quibus ſua ipſorum culpa ſanguis illius non prodeſt. Ibid. 7
Chriſtus ſecedere ſolitus, ſed rediturus ad negotium animarum. 5. 12. 2.
Eccleſiam, velut nouam nuptam, nouis veſtibus induit, tunica legis detracta. 5. 11. 6.
Adeſſe dicitur, dum fauet, abeſſe dum fauorem negat, vel differt. 5. 19. 2.
Diligentior in procuranda animarum ſalute, quam miniſtri etiam diligentiſſimi. 5. 20. 2.
Ita ſæpe vocat, vt expedire nouit, vt conſenſum eliciat: cū ſic non vocat, declinat, & tranſit. Ibid. 4
Se ſequuturis voluntariam paupertatem indicit, ipſe præit exemplo. 5. 25. 5.
Ad eum curranti merito pallium tollitur, vt expeditius currat. Ibid.
Chriſtus prius viſus *ſanguine ruber*, quam *formoſus in ſtola* proclamatus. 5. 30. 2.
Candidus, quia Patris ſplendor; *Rubicundus*, quia filius Virginis. 5. 32. 2.
Transfiguratus in monte, de innocentiæ prærogatiua veſtes aſperſit. 5. 32. 4.
Non tam ſuo, quam noſtro ſanguine ruber, nam ſanguis ab eo exactus, qui à nobis exigendus fuerat. Ibid. 5
Electus ex millibus, & Electorum omnium vexillifer, & ante ſignanus. 5. 33. 1
De illius candore & Angeli, & homines candidi facti. Ibid.
Ab eodem iuſti omnes meritis inſigniti coronis. Ib.
Eius in moriendo ob honorem Patris primatus. Ibid. 4.
Socium in paſſione non habuit, ne tantæ gloriæ quenquā participem faceret. Ibid.
Vt quiſquam in Patris honorem mortem obiret, ne in typo quidem eſt paſſus. Ibid. 5
Morte ſua naturæ humanæ vim indidit, vt in Dei gloriam mortem obire non paueret. Ibid.
Chriſtus primogenitus, quem cæteri, vt familiæ caput, & generis Principem obſeruent. Ibid.
Dormire ſe ſimulat, vt ſuorum fidem probet. 5. 38. 2.
Admirabilis conſiliarius dictus, propter conſiliorum in gubernanda Eccleſia affluentiam. 5. 40. 3
Ideo dictus *Magni conſilij Angelus*. Ibid.
Quin Filius Dei eſſet in tanta donorum collata multitudine, & magnitudine dubitari non poterat. 5. 42. 3.
Aſperam viam prior aperuit, & per eam ingreſſus, ſe ſequuturos inuitauit. 5. 44. 4.
Crucem prius baiulauit, quam cæteri poſt illum alacriter tollerent. Ibid.
Myrrhatum vinum non totum ebibit, nec aſſum piſcem totum comedit, vt ad reliquias inuitaret ſuos. Ibid.
A ſe facta opera cur Patris appellet. 5. 45. 4.
Sibi gloriā corporis, & nominis exaltationē meritus. 5. 46. 2
Mortem ſuam cur *exaltationem* vocet. Ibid.
Exaltatus in cruce omnia ad ſe velut ſpolia traxit, exque eis trophæum erexit. Ibid.
Nobis meritus morte, quidquid ad ſalutem facit quantum ad effectum ſub certa menſura, quantum ad ſufficientiam ſub nulla. Ibid.
Chriſtus in agendo ſibi ſemper ſimilis, & conſtans. 5. 49. 5
Mundum vincens cum exarmatum ſuis obiecit vincendū, & vinciendum. Ibid.

Digitized by Google

Largiri ſolitus beneficia, tanquam ex munere, & debito daret 5. 45. 6.
A ſe mittens cœcum ad piſcinam, à ſe miſit aſpectabili, ad ſe ipſum veluti ſacramentatum. 5. 46. 6
Chriſtus homo humanas infirmitates ſuſcepit. 5. 47. 6.
Haud raro aliquid humanæ imbecillitati indulſiſſe videtur. 5. 48. 3.
Cur Petrum mori ſe prohibentem verbis cōpeſcuit 5.49.5.
Omnis fictionis, & ſimulationis inimicus. Ibid. 6.
Libanus vt Deus, cedrus vt homo. 5. 51. 2.
Natus de Virgine, de libano cedrus. 5. 52. 2.
Dictus *conſolator*, adhuc è cœlo ſuam conſolatur Eccleſiam. 5. 53. 5.
Totus deſiderabilis vt homo, & vt Deus, Angelis ex hominibus deſiderii excitans ſui. 5. 5. 1.
Iudæorum oculis *ſine ſpecie*, fidelibus ſemper *Speciſus forma præ filijs hominum*. Ibid. 3.
Chriſtus abſens non totus ſæpè abeſt. Videtur deſerere quandoque iuſtos, ſed tunc magis præſens probat. 5.56.5.
A Iudæis ſe ad Gentes transferens, deſcendiſſe viſus 6. 2. 7
Paſcitur vt agnus, paſcit vt Paſtor. Immo vt Deus paſcit, paſcitur vt homo. 6 3 1. & 6. 5. 1.
Virtutum ſator & cultor, & curator omnium Eccleſiarum. 6. 2. 3.
Paſcitur inter lilia. quia caſtis mentibus gaudet. 6. 5. 1.
Suos velut oues cum lupis committit. 5. 10. 3.
In alacritate Eccleſiæ, cum ſe in conuerſionem Gentium accingeret futuras victorias meditatur, immo & ſpectat Ibid 4.
Quod in imperfectis inſtituendis occupetur, non ideo perfectis deeſt. 6 10. 4.
Doctor publicus in publico gymnaſio docens, neminem arcet à ſua doctrina. Ibid 9.
Per Spiritum Sanctum vti per vicarium docet Eccleſiam, docebitque ſemper. 6. 10. 9.
Non vult Eccleſiam à ſe auertere oculos, ſed noua ſermonis forma eorum pulchritudinem commendare. Ibid. 2.
Durus in Chananæam illius fidem explorat; vt prædicet. 6. 10 2.
Cum faſtidio eam reijcit, quam moleſtam eſſe gaudet; id mira arte facit, vt victum ſe illius fide fateatur. 6. 2. 1.
Chriſtus imperiorum euerſor, ad ſe omne ius tranſtulit imperandi. Sed mite, atque pacificum illius imperium eſt. 6. 13. 4.
Cur dictus *habere clauem Dauid*. 7 15. 4.
Bonus doctor, qui nec ſanguini, nec vitæ pepercit, vt diſcipulos ſua doctrina informaret. Ibidem. 5.
Apoſtolos velut Oues in lupos miſit, vt de lupis oues facerent, aut illorum dentibus perirent. 6. 16. 2
Prius baptizatur, quam a Patre teſtimonium filiationis acciperet, & ad prædicandum ſe accingeret, vt doctrinæ formam innocentiam eſſe definiat. Ibid.
Chriſtus Eccleſiam coniugem ſemper in manus euehit. 6.22.2.
Id coniugium omnis caſti coniugij forma fuit. 6.24 2
Se pro Eccleſia tradidit ſola, cui ſoli effectum ſuæ mortis donauit 6 26. 4.
De ſe ſecurus alienorum iudicium non reformidat. 6.27.4.
Apoſtolis velut Amicis, omnia communicauit per ſe prius, mox per Spiritum Sanctum. 6. 32. 3.
De faſtu Iudæi populi deſcendit ad Gentium humilitatem ſemper de illius ſalute ſollicitus 5. 34. 7.
Ad hortum deſcendiſſe dicitur, id eſt ad Gentes, viſurus an tempus deſtinatum aduenisset ad illarum vocationem. 6 34. 2.
Criſtus fructum in ſynagoga, ac Gentilitate quærit, ſed in illa maturum; in hac velut adhuc latentem in gemmis.
Eius diſcriminis ratio. Ibid.
In vocandis Gentibus conſtitutum à Patre tempus expectauit. Ibid 3.
Cum diſcipulos ad prædicandum miſit, quam pacem eos annunciare iuſſerit. 6. 39. 9.
Pacem ſibi cum Eccleſia futuram æternam, ominari ſibi gaudet. 7. 1. 4.
Chriſtus non ante dictus *Filius Patris*, quam ſe factis probaret filium. 7. 5. 4.
Cur non ante vocatus a Patre *Filius*; quam in Iordano tingeretur, & transfiguraretur in monte. Ibid.
Natura Filius Dei, factis probauit ſe dignum. Ibid.
Chriſtus Ezechielis curru vehebatur per Euangelium orbis poſſeſſionem iniens. 7. 6. 4.
Chriſtus vtrumque populum vna fide coniunxit. 7. 7. 4.
Chriſtus vnum frumenti granum, ex quo aceruus grandis factus eſt. 7. 12 4.
Mortuus in ſterili Iudæorum populo, multiplicatus in pinguibus aruis Gentium. 7. 12. 4.
Chriſtus *Carmelus*, ob altitudinem, quia Deus, & ob ſublimitatem ſcientiæ & gratiarum abundantiam. 7.24.4.
Quoad fructum mortis ſemper moritur, ideo dictus *Agnus occiſus ab origine mundi*. 7. 26. 4.
Rex martyrum qua cauſa dictus. Ibid. 5.
Eccleſiæ ſuæ velut clauis confixus, diſcedere ab ea non poteſt. 7. 27. 2
Eam ſic ſibi coniunctam ſanguine dotauit. Ibid. 5.
Chriſtus *Palma maſcula*, cuius flore Eccleſia fœcundatur. 7.32.3
Ex amantium more omnia Eccleſiæ laudat. 7. 33. 2.
Verbum, & ſapientia Patris, vtrumque communicauit Eccleſiæ immo ipſe loquitur illius ore. 7.34.2.
In ſuis concipitur, augetur, comedit, bibit. Ibid 4.
Peregrinatur in ſuis, & rugere cum eis cogitur. Ibid. 6.
Foris viſus, cum inter homines homo apparuit. 8. 1. 1.
Vbera matris ſugit cum fideles lacte doctrinæ reficiuntur. 8. 3. 3.
Per incarnationem *Frater* Eccleſiæ factus, & ſimul *maritus*. Ibid. 5.
Chriſtus ſapientiæ Oceanus, vnde aquæ ſapientiæ deriuantur in omnes 8. 8. 2.
Quo ſenſu de ſe dixerit; *Hunc Pater ſignauit Deus*. 8. 9 7
A Samaritana potum petijt, illius potius ipſe ſitim extincturus. Ibid. 9.
Cur Euchariſtiam in communi conuiuio inſtituerit. Ibid.
Chriſtus dictus *candidus* quia candorem à ſe habuit;
Eccleſia *candidata*, quia ab eo mundata. 8. 14. 1.
Non ſemper Eccleſiam per exteriora ſigna, vt iuſtam vxorem, coluit. 8. 16. 4.
Cur *Sponſus ſanguinis* in typo dictus. Ibid
Chriſtus ſigillum ipſum eſt, quo vult Eccleſiam ſuam conſignari. 8. 19. 9.
Quidquid à Patre diuinitatis accepit, in ſe velut in ſigillo expreſſit. Ibid.
Hortatur nos, non cogit, ad ſe amandum. Ibid. 7.
Caritate vicit mortem, & infernum ſpoliauit. 8. 21. 2.
Seueriſſimas leges amandi Eccleſiæ dicit. Ibid. 4.
Poſt omnia Eccleſiæ tradita, ſe ipſum tradidit. Ibid.
Nunquam ſatis ſe accepiſſe putat, quantumcumque Eccleſia contulerit. Ibid.
Caritatem, quam impedit Eccleſiæ, nullo pretio mutaturus. 8. 25. 1.
Caritate ſibi Eccleſiam lucratus, poſtquam omnia dedit, nihil adhuc ſe feciſſe arbitratur. Ibid. 4.
Eiſdem verbis caritatem ſuam in Eccleſiam iactat, & ſuo eam exemplo docet, qua ſe caritate debeat complecti. Ibid.
Chriſtus ſemper ſuis Apoſtolis opem præſtat in negotio animarum. 8. 27. 14
Verbi ſemen haud ſemel ſparſit in eis agris, in quibus ſciebat minimè naſciturum. Ibid.
Chri-

Chriſtus adhuc paruulus aptus ad prolem myſticaim gignendam educendamque. 8. 34. 1.
Simul pater multorum filiorum, & *pacis* æternæ *Princeps*. Ibidem.
Chriſtus caput Eccleſiæ in omnia membra influens. 8.35.3.
Per ſe ipſum rediuiuum Paulum initiauit in Apoſtolum.
Cur dictus *Operatus ſalutem in medio terræ*. 8. 36. 3.
Princeps Paſtorum præcipuam curam circa oues exercet. Ibid. 5.
Plenum gaudium laborantibus in vinea pollicetur. 8 38. 2.
Fugit cum infirmis perſecutionis tempore. 8. 45. 1.
Eius reſurrectio reliquæ illius vitæ ſigillum. 1. 7. 1.
Chriſti ſpecies in cruce abſcondita, ſed ex preſſuris maior pulchriorque. 1. 14. 1.
Eius anxietates, & labores, cum ingenti gloria iuncti. 2. 1 5
Illi ignominiæ gloriam, mors infinitam ſobolem peperit. Ibid.
Flos campi dictus, quod duris exercitus. Ibid. 6.
Eius vox, hortantis ſuos ad Euangelica conſilia ſequenda, ſemper in auribus eorum ſonat. 2. 18. 5
Chriſti gloria ab ignominijs carnis; exaltatio ab humilitate. 3. 29. 4.
Coronari non aliter voluit, quam merito laborum, & crucis. Ibid. 6.
Eius vita *dies* dicta; *nox* mors ipſa. 4. 20. 5.
Eiuſdem libertas, & lubentia in obeunda morte. 4. 23. 1.
Duplex natura per *fauum* ſignificata, ſcilicet cœleſtis, & terrena. 4. 37. 8.
Doctrina, aqua ſitim extinguens: *Fons omnibus patens*. 4. 41. 1.
Eius voces inuitantis ad hauriendas aquas de ſuo fonte. 4. 49 2.
Eius odore admonitus Ioannes, quod voce non potuit, motu teſtatus eſt. 4. 52. 5.
Chriſti odor etiam Eccleſiæ, quæ carnem illi de ſua carne commodauit. Ibid.
Eius vita omnis ad mortem vſque calamitatibus, laboribus, preſſuris exercita 5. 7. 2.
Paſſio cur *meſſi*, & *vindemiæ* comparata. Ibid 3. 4.
Chriſti paſſio etiam ſacrificium, ideo per *meſſem aromatum* expreſſa. 5. 5. 7.
Eius in cœlo gloria cur *vino & lacti* comparata, & ſignificata. 5. 6. 1.
Eius voces auribus inſonantes, ſed magis interius mouentes. 5. 9 4.
Eius vox ad intellectum, pulſus magis ad voluntatem ſpectat. Ibidem. 6.
Amor erga Eccleſiam quibus factis probatus. 5. 9. 9
Chriſti *cincinni* non calamiſtrati, ſed natiua gratia nitentes, & ſplendidi. 5. 10. 3.
Caput rore madidum, & cincinni noctium guttis humentes, labores ſunt, & anxietates ab illo toleratæ pro Eccleſiæ ſalute. Ibid.
Eius redemptionis fructus per Apoſtolos implendus. Ib. 4.
Gaudia non tam de futura victoria, quam de præſenti pugna. 5. 17. 5.
Eius muneris eſt aures ad audiendum vtiliter præparare. 5. 20. 4.
Eius corporis ſpecies ingens, ſed maior animi. 5. 32. 1
Peccatoris aſſumpta perſona infamiam illi nullam peperit potius decorauit 5. 32. 6.
Chriſti ſanctitas, ſol, vnde cæteris lumen communitatum. 5 33. 1
Eius animæ mira ſpecies *candore*, & *rubore* ſignificata. 5. 34 6.
Sapientia, nullo errore permixta, aut ignorantia, illius myſticum caput. 5. 34. 8.
Cogitationes latentis animi ſanitatis indicia. 5. 35. 3
Earum cogitationum ſublimitas. Ibid 4
Conſilia ſemper aliquid grande molientia, in bonum Eccleſiæ. Ibid. 4
Opera patentia omnium oculis, ſed abſtruſiſſimæ eorum rationes. 5. 36. 3
Chriſti *oculi*, *Prouidentia* in gubernanda Eccleſia, cur ſub ſchemate *oculorum columbis ſimilium* ſignificata. 5. 37. 4.
Conſiliorum profunditas *plenitudo fluuiorum* ſignificata, & quidem aptè. 5. 40. 2.
Eius in Eccleſiam largitas vſque ad mortem, & famam. 5. 41. 8.
Liberalitas vltro prouocans petitores: plura ſemper largiri ſolita, quam petatur. Ibid. 10.
Chriſti miniſterij magnitudo, & ſublimitas. 5. 42. 4.
Sermo cum aliorum ſermone comparatus, mirè excellens infinitè ſuperans. 5. 43. 4.
In ſe vitam habens, & alijs communicans, eius ſublimitas etiam agnita inimicis. Ibid. 5.
Intrepidus, & conſtans, quaſi ab eo profectus, qui poteſtate propria loqueretur. Ibid.
Eius conſilia de chriſtiana perfectione, vnde natus Religioſus ſtatus. 5 44. 2.
Chriſti *labia myrrham primam diſtillantia*, quod vitalis illa ſermonis vis in eo velut in fonte eſſet, in cæteris tanquam in riuulis. 5 44. 5.
Eius opera ne inimici quidem accuſare auſi: vel vt lineæ ad Patris gloriam, quaſi ad centrum, directę. 5. 45. 4.
Facilitas in eis patrandis imperio, nutu, immo & ſilentio operantis. Ibid. 5.
Abſentis imperium morbi agnouere, immo & deſiderium. Ibid.
Opera etiam ordinis naturalis ex abiecto, infiniti pretij. 5. 46. 2.
Chriſti opera ſupra naturæ vires, *hyacinthis* ſignificata, propter colorem cœleſtem. Ibid.
Miraculorum occultæ rationes arcanæ. Ibid. 6.
Eius facta non ex vna ſolum parte ſpectanda, ſed ad omnem lucem. Ibid.
Chriſti parabolarum ſignificatus non omnibus planus, & expeditus. Ibid.
Chriſti operum duo genera, virtutis ex obiecto; & in bonum ordinata naturæ. 5. 47. 6.
Venter ſapphiris diſtinctus, opera in bonum inſtituta naturæ ad ſummum moralis perfectionis gradum euecta. 5. 48. 2.
Conſtantia, & perſeuerantia in tot vitæ anxietatibus. 5 49. 5.
Chriſti fortitudo ſapientiæ erudita præceptis. Oeconomia Eccleſiæ mira arte conſtituta. 5. 50. 4.
Eius opera omnia odora, & ſuauia ſicut ſacrificia. 5. 51. 2.
Omnia omnibus vtilia, nulli damnoſa. 5. 51. 2.
Omne illius ſtudium viua interimere, mortua in corruptione donare. 5. 52. 3.
Verborum proprium cor penetrare. 5. 53. 3
Inſtituta nobis aſpera videntur, cum in illis malorum omnium remedium certum ſit. Ibid.
Eius proprium animi laxare anguſtias, capi vt poſſit, & laxius habitare. 5. 54. 4
Chriſti abſentia intenditur Eccleſiæ amor. 6. 4. 4.
Crux omnis eloquentiæ humanæ perſuaſio. 6. 18. 7.
Eius amor, & fides erga Eccleſiam eorum amori, & fidei anteferrtur, qui plures vxores habent. 6. 25. 3.
Oeconomia ex aduerſantibus, & contrarijs conſtituta. 7. 2. 6.
Chriſti *caput aureum*, & *coma ſimiles elatis*, quia natiuis bonis diues, non aſcititijs. 7. 29. 3.
Eius votum multos habere, qui pro ſe mortem ſubeant. Ibid. 6.
Sacrificium iuge, quia ſemper immolatur: ideo *Sacerdos in æternum*. 7. 26. 4.
Ante oculos Galatarum crucifixus. cur dictus Ibid.
Eius vulnera in cruce *Canales*, & in eis ſanguinis purpura, tin-

Digitized by Google

tingendis Eccleſiæ comis. 7. 27. 3
Chriſti & Eccleſiæ connub ijs ſuis myſtica procreatio filiorum 7. 37. 3.
Chriſti caritas haud ſedatè fert, vt aliquid eorum quæ ſibi donata ſunt, alteri donetur. 8. 21. 4.
Ea chriſti caritate caritas Eccleſiæ validata, & in aduerſitatibus tuta. 8. 24. 5.
Chriſti coniugio omnis eſt apta ætas: qui etiam immaturis poteſt maturitatem præſtare. 8. 28. 3.
Eius proprium munus Eccleſiam arcana prouidentia gubernare. 8. 35. 9.
Hæc poteſtas illi data poſt reſurrectionem, ſed merito paſſionis, & mortis. Hæc dicta *nomen ſuper omne nomen*. Ibid.
Eius proprium obſeruare tempora, ad iaciendum ſemen verbi cum fructu. Ibid. 9.
Nouos excitare miniſtros, & donis ſuis inſtruere ad Euangelium prædicandum. 8.39.4.
Chriſti propria munera ad gubernandam Eccleſiam, quæ Eccleſiæ minimè communicata. Ea vinea illius eſt. Ibidem.
Chriſto antequam vincat victoria canitur. 3. 29. 6.
Ei ſeruatum ſparſos populi crines vno nexu ligare, & ſtringere. 4. 33. 1.
Eidem flores per deſidiam occluſæ, diligentia pandendæ ſunt. 5. 16. 6.
Cur rediuiuo vulnerum ſeruata veſtigia. 5. 311. 6.
Eidem in gubernanda Eccleſia nihil non præuiſum, & prouiſum. 5. 40. 3.
Ei congenitæ virtutes, cæteris aduentitiæ. 5. 50. 6.
Sanctitas ſine menſura data, cæteris ad menſuram certam ex illius præſcripto. Ibid.
Ei ſemper aperta, & nuda patuit veritas, & forma virtutis quam nulla ſuſpicio fraudis corrumperet. 5.48.6.
Chriſto grata ſpecies ſingularum Eccleſiarum, ſed vna pulchritudo vniuerſa præ omnibus approbata. 6.23.12
Chriſto prædicationis omnis fructus ſiſtendus. 6. 39. 7.
Chriſtum qui ſine Eccleſia quærit nunquam inueniet. 5 58.1.
Eum multarum amore captum introducere extra decorum eſt: immo extra verum. 6 24.2.
Inter eum, & Eccleſiam omnia communia. 3.45 8.
Chriſto donante viuimus, poſt acceptam vitam vſu ſenſuum donamur. 4. 30. 2.
In eo diuinam naturam humana quodammodo affecit. 5. 29 5.
Quidquid de eo, vt homine, dici poterat, ſi verbum ſpectes ad qualitatem quodammodo, in enunciandi ratione pertinebat. Ibid.
Eo moriente mortua ſynagoga, vt reſurgeret Gentilitas. 7. 12. 4.
Chriſtiana Religio ſenſim ab Oriente in Occidentem migrare animaduerſa. 8. 27. 16
Chriſtiani appellatio pro criminis probatione habita ſub tyrannis. 8. 5. 1.
Chriſtianum nomen apud Gentes olim, non tam ſectæ, quam ſceleris appellatio. 8. 5. 1.
In chriſtianis Virginibus, veritas; in Hebræis vmbra virginitatis obſeruata. 6 20. 6
Chriſtiana virtus ſemper in arena media conſtituta. 7.30.5.
Chus, Hebræis quid ſit. 6. 18. 6.
Cincinni noctium guttis, & caput rore plenum. labores ſunt, quos pro Eccleſia Chriſtus ſubijt. 5. 10. 1.
Cinnamomum myſticè, animi magnitudo, ac mentis excelſitas, virtutes Eccleſiæ neceſſariæ. 4. 46. 5.
Vtraque virtus pro obſtetrice parienti Eccleſiæ myſticam prolem. Ibid.
Circitorum munus circuire ciuitatem, & in illius bonum vigilare. 5. 23. 5.
Circuitus ſponſæ per vrbem, anxietudo Eccleſiæ deficientibus cibarijs in deſerto, & aqua ad potum. 3. 4. 1.
Circulus in naribus, ſtupiditatis nota. 7. 21. 4.
Circuncisio *Faſciculus myrrhæ*. Originariæ labis remedium pignus Incarnationis olim futuræ. 1. 34. 3.
Circuncisio vnius membri, Baptiſmus totius corporis ablutio. 7. 13. 4.
Eius faſcis grauiſſimus, *faſciculus* leuis viſus Eccleſiæ in Abrahamo. 1. 34. 2
Faſciculus myrrhæ dictus Deus propter circuncisionis legem. Ibid.
Circundare, ambire (*galantear*, *rondar la puerta*) Ieremiæ locus expoſitus. 3. 2. 8.
Circunſtantiæ operum Chriſti conatus, intentionis puritas attentio, intenſio, omnes ſummę. 5. 45. 4.
Clades ingentes illatæ Indis à noſtris hominibus; iure ne, an iniuria? ſed illatæ tamen. 8. 27.12
Claſſes noſtrorum integræ haud raro fluctibus hauſtæ, Ibid. 13.
Clarificari à Patre Filium quid ſit. 5. 42. 3.
Clauſura myſtici horti, ſeueritas diſciplinæ. 8. 42. 2.
Clericalis ſtatus à cura prædicationis non excludendus, cui propria eſt ex munere. 8. 39. 3.
Clericorum ex ſtatus ipſa ratione negotium Chriſto generare ſpiritales filios. 7. 3. 2.
Clypeus ſacra ſcriptura, qua protegimur ab hoſtium quocumque incurſu, & iaculis. 4. 15. 2.
Coccineus, & purpureus color, quo differant. 2. 20. 2.
Cochinilla, Carmeſinus color, purpuræ ſucceſſit. 3. 24. 8.
Cœlibatus nuptijs, & ſterilitas fœcunditati prępoſita, ex Chriſti diſcip ina. 6. 3. 4.
Cœli fauore ceſſante, omnia in interitum ruere eſt neceſſe multo magis ſi Dei fauor ceſſet. 4. 51. 6.
Cogitationes fluxæ verbo Dei vinciendæ. 4. 8. 4.
Cogitationes hominum ſæpe ſordidæ animarum morbos indicant, ſæpè graues. 3. 34 3.
Sæpè à ſua ſublimitate deficientes, ſtare vno loco non poſſunt. 7. 26.9.
Cogitationes Dei antiqua fideles quo ſenſu dictæ. 5. 34. 5.
Cogitationes Eccleſiæ ſtabiles, nec contentione fatiſcentes. 7. 26. 9.
Semper in multorum bonum ordinatæ. 8.20.3.
Quod placeant, à caritate habent. 7. 25. 4.
Semper ex memoria mortis Chriſti rubentes. 8.26.4.
Cogitationum Chriſti nitor, & ſimplicitas, & munditiés. 3.34.3
Pretium ſupra omnem æſtimationem. Ibid.
Stabilitas nullis aduerſis cedens 5.35.5.
Earum varietas ad vnam normam non exigenda. Ibid.6.
Colles, & montes tranſilijt verbum, cum præter naturæ ordinem operatus multa, Populum ex Aegypto eduxit in brachio potenti. 2. 24. 2.
Collectoris ineptieſt, ex bona doctrina prauam colligere. 6. 32. 9.
Collum obſequij ſymbolum, & libertatis. 1.29.1.
Eius ſignificata myſtica, pro vario habitu. ſuperbia, iactantia, inflexibilitas, peruicacia. 1.29.2.
Modeſte inclinati. ſubmiſſio, modeſtia, obſequium. Ibid.
Colli munia, caput ſuſtollere, & ſuſtentare, membra cætera capiti iungit; alimenta tranſmittit in ſtomacum; per illud ſpiritu attracto vitalia fouentur; eius motus facilis in omnem partem; inſtrumentum eſt formandæ vocis. 4. 17. 6. & ſeq.
Collum, animi magnitudo Eccleſiæ, & mentis excelſitas, & conſtantia. 7. 16. 3
Eius ſignificatus myſticus ex adiunctis exquirendus. Ibid. 5
Sua natura rectum magni animi indicium. Ibid. 6
Collum Eccleſiæ prius *turri Dauidicæ* comparatum, deinde *turri eburneæ*. Eius rei ratio. 7. 17. 1.
Colli dotes rectitudo, candor, nitor. Ibid. 3.
Columba animal pauidum, ſtupidum, pullos defendere neſcium. 2. 41. 8.

Con-

Digitized by Google

Coniugalis fidei ſymbolum. 6. 29. 3. & 2. 31. 6
Columba in foramine maceria, Eccleſia in Aegypto ſtrictiſſime habitans. 2. 31. 9.
Columbarum dotes Pudor. Modeſtia, Simplicitas, Puritas, eędem oculorum dotes. 1. 39. 2.
Earum fides, & obſequium in conſortes, etiam importunos, & zelotypos. Ibid. 3.
Fœcunditas, typus fœcunditatis Eccleſiæ. 4. 2. 7.
Columbus poſtquam vni adhæſerit, alias non curat, velut alienas. 6. 25. 3.
Columna Firmitatis, ac ſtabilitatis ſymbolum. 3. 21. 6
Columna ignis, typus eius notitiæ arcanorum, quæ communicata eſt Eccleſiæ ſub Chriſto. 6. 31. 1
Columellarum tabernaculi materia, forma, numerus, munus, locus. 3. 22. 2
Coma Sponſi cogitationes à ſapientia Chriſti profectæ. 5. 35. 3
Comarum dotes nitor, mundiries, aureus color. Ibid.
Comę ſuo genio, ſine artificio cirratæ gratia. Ibid. 6.
Comæ Eccleſiæ fidelium multitudo ſub vna fide. 7. 25. 1
Coma Eccleſia purpureæ à ſanguine Chriſti. Ibid.
Cogitationes Eccleſiæ purpureæ, quia quidquid decoris habent, aliunde habent. Aut purpureæ à martyrum cruore. Aut Regię qualis purpura Regis. 7. 25. 3
Commorari pro *pernoctare*, per otium ſcilicet, & quiete aliquid agere. 1. 35. 6
Communis viuendi ratio Religioſorum in Capreis deſignata. 8. 45. 8.
Comparationes ab eo, quod in quoque genere excellit ſumendę ſunt. 5. 51. 1
A rebus expectabilibus toto Cantico deſumptæ. 6. 8. 4
Conatus omnis mortalium initio viuidus, ſenſim languidior, donec omnino deficit. 7. 25. 7.
Poſt primam labem omnis conatus violentus eſt. 7. 26. 3
Concilia generalia, Nationalia, Prouincialia cogere, vel approbare munus Eccleſiæ eſt. 8. 39. 6
Concubinarum nomen affectus vxorij nomen eſt. 6. 23. 3
Conculcata gens dicta, vt qualitas miſeræ ſeruitutis indicaretur. 8. 27. 17.
Conculcaſſe hoſtes, habitus omnino victoria potiti. Ibid. 7.
Conductor ſibi fructus ſeruat, canone Domino perſoluto, pro conductionis lege. 8. 37. 1
Confeſſio culpæ, & propriæ inſcitiæ, filia caritatis. 1. 28. 1.
Conformitas oris & mentis neceſſaria ad generandos filios ſimiles Chriſto. 7. 25. 4
Coniugij honeſti ſymbola *tigna, & laquearia* aptè commiſſa. 1. 44. 1.
Coniugij ipſo vſu ſępè coniugalis caritas tepeſcit. 4. 31. 1
Coniugio iunctis multa ſoboles gaudij magna cauſa. 7. 29. 7
Coniugium caſtum filiorum multa ſobole, velut vallo munitur. 7. 13. 3.
Coniunctio myſtica Chriſti cum Eccleſia apte per *aſcenſum in palmam, & apprehenſionem fructuum*, ac decentiſſimè ſignificata. 7. 32. 5.
Coniunctioni cum Deo receſſus à creaturis viam ſternit. 8. 6. 2.
Conſilia Dei abſtruſa in ſumma ſimplicitate. 1. 35. 2
Conſolationum diuinarum guſtus ad animam penetrat, humanarum ſapor hæret in labris. 2. 10. 2
Nulla tanta mœſtitia eſt, quam non depellant. 2. 11. 8
Conſtantini, & aliorum Principum in Eccleſiam liberalitas. 8. 11. 6.
Contemplatio *aromatum montibus* expreſſa. 4. 46. 3.
Ea ſolius Dei donum, & paucis conceſſum. Ibid.
Eius voluptas epulum, & conuiuium. 5. 8. 4.
Contemplatiui vocantur ad negotium animarum. 5. 9. 1.
Contemptus aliorum felicitatis proles. 6. 2. 3.
Conuerſatio in cœlis, quid apud Paulum. 7. 17. 5.
Conuerſio Gentium etiam Eccleſiæ admiranda fuit. 8. 15. 2.
Conuerſionem barbararum Gentium ad vtrumque ſolem, dum ſe deſiderare Eccleſia dicit, prædicit. 8. 29. 2.
Cor in partem læuam pectoris inclinatum. 4. 15. 3.
In animali nobiliſſimum membrum vitæ fons, & vitalium ſpirituum officina. 4. 30. 2.
Eo mortuo, cur viuere non poſſit animal. Ibid.
Cor Eccleſia Maria virgo, id late oſtenſum. 5. 7. 4
Cor vitæ ſedes, & purioris ſanguinis promptuarium. 5. 7. 11
Semper vigil, & in perpetuo motu. Ibid.
Illi intelligentia, & prudentia cur tributa à lobo. Ibid.
Cor Eccleſia Chriſtus. Ibid. 12.
Cor diuinitatis Verbum, immo & vita. 4. 30. 3.
Cordi multa cum lingua affinitas. 4. 40. 2.
Coram eo, forma loquendi prouerbialis, qua rei alicuius ſumma perfectio in genere indicatur. 8. 34. 5.
Coram eſſe, in proximo, & facile exequendum. Ei quod procul ſit, nec facile fieri poſſit, opponitur. 8. 39. 4.
Coram aliquo aliquid eſſe, ad eum pertinere, velut ex munere. 8. 39. 3.
Corona verbi, humana, quam induit, caro eſt. 3. 29. 2.
Corona pro abundantia, felicitate, gloria. Ibid.
Corona ſponſalis Eccleſiæ, pax, & ſecuritas ſub bonis Principibus 4. 28. 8.
Corona Eccleſiæ Deus ipſe. Ibid. 9.
Corpus humanum tabernaculum militare, & viatorium. 1. 16. 1.
Corporis regulatus motus à ſano oculo: animi laudabilis motus à ſana doctrina prouenit. 6. 18. 4.
Corporis delatio, & circulatio medijs cruribus; ideo non vnico eſſe conſtare oportuit. 7. 6. 2
Corpus humanum inſtar mundi cui pro cęlo caput. 5. 33. 8
Coxæ iungitur femur per *Enarthroſin*. 7. 6. 4.
Crater mixto plenus, vterum gerentis Eccleſiæ, & munditiei conceptus, typus. 7. 9. 3.
Honeſtas connubij Chriſti cum Eccleſia. Ibid. 5.
Creata omnia virtute diſperſa languent, collecta fortius agunt. 1. 34. 7.
Diuina non minus proſunt ſparſa, quam collecta.
Immo largitate ſpſa creſcunt. Ibid.
Creata omnia, quia finita, comprehenduntur ab anima: ideo votorum finis poſſeſſio eſt. Dei bona, quia animo maiora, comprehendi non poſſunt, ideo ſemper manet, quod cupias. 5. 54. 4.
Creare nouum, quid apud Ieremiam. 3. 2. 8.
Creaturarum ſolatia irritant famem, non ſatiant. 5. 53. 5.
Credentium abiectio, & vtilitas obiectata Eccleſiæ olim, ſed ſine ratione. 7. 30. 4.
Credentes primi de gentibus amygdalis comparati. 6. 33. 9
Crine vllo colli, populus vna religione vinctus intelligitur. 4. 33. 5
Crines populi velut in ventum ſparſi ſub malis Principibus, quaſi ſoluto vittarum nexu. 4. 33. 2.
Crines vnus, vnus funiculus capillorum (*Vna trenza*) collo circunſtrictus. 4. 33. 1.
Crocus, eiuſque deſcriptio, ex Philone Carpathio, calcata felicius prouenit. 4. 45. 2.
Crura recta data hominibus ad firmius corporis onus ſuſtinendum. 7. 6. 2
Crura viæ Dei, quibus ad nos venit. 5. 49. 3.
Crura Chriſti, Perſeuerantia, & Fortitudo, Virtutes in Chriſto ſimul natæ, ſimul adultæ. 4. 48. 4.
Crurum duplex munus, corpus ſuſtinere, & in omnem partem deferre. Ibid. 3.
Crucis amor etiam in minimis conatibus eſt prę̨ferendus ſemper. 5. 18. 9
Eius fructus Chriſtus in mortalium cibum excoctus; & maturitate ſuauis. 8. 17. 5.
Thuribulum, quo velut thymiama ſuauiſſimum Deo, crematus eſt Chriſtus. 3. 16. 4.
Cubiculum matris, & introductio in illud omnino ad ſponſalia trahendum. 3. 11. 1.
Cultus exterior magis iuuenculas, quam adultas decet; nam matronarum alius cultus eſt. 1. 28. 1.

Cul-

Digitized by Google

Cultus ſpecialis Dei: de eius diuinitate teſtimonium dicit. 1. 12. 6.
Cultus externus ſponſæ, myſticè, cerimonias, ritus, Sacrificia, ac leges comprehendit, quibus à verbo donata Eccleſia cum lege. 7. 17. 2.
Cultus alius decet ſponſas, alius maritas fœminas. Ibid.
Cultorum multitudo, atque diuerſitas in ratione colendi ſępè noxia, quemadmodum ægris, ita & Euangelio fuit. 8. 32. 4.
Cultoribus vineę Gentium, quale premium conſtitutum. 8. 41. 2
Cupreſſo cum cedro magna affinitas, nec maximum diſcrimen in vſu materię. 1. 44. 1.
Currus Pharaonis prouerbialiter, pro Regijs, & pręſtantiſſimis. 1. 26. 3.
Cuſtodes lectuli Salomonis geminis inſtructi gladijs fuiſſe videntur parati ſcilicet ad pugnam. 3. 20. 1
Cuſtodes illi accipiendi quibus ex munere vigilandi ſuper ciuitatem Eccleſię cura commiſſa. 1. 22. 1
Principes Sacerdotum in Eccleſiam conuitati ita & odio, à quibus ſpoliata, & vulnerata in Apoſtolis, & primis fidelibus. 5. 23. 4.
Cuſtodes, & Vigiles ijdem propter diuerſa munia. Ibid. 6.
Cuſtodum legiti morum munus. Ibid. 4.
Cuſtodes, & Speculatores, ijdem, ſcilicet Apoſtoli, & Apoſtolici viri. 7. 20. 1. &. & 8. 37. 1.
Cuſtodes pro operarijs vineę. 8. 38. 2
Cuſtodes non quicumque fideles, ſed Euang. Miniſtri. 8. 41. 2
Cuſtodia vineæ, obſeruatio mandatorum. Ibid.
Ea eſt pacis, & ſecuritatis fons. 2. 18. 9.
Cymbalum alarum, terra, cuius fama ad longinquas terras facile delata. 8. 27. 3.
Cypriani Carthagin. Epiſcopi ſtudium, etiam ſuis latebris incluſi in notandis diebus, quibus Martyres coronati. 8. 50. 3.
Cypreſſina & aquearia, Patriarcharum vxores, fęminę lectiſſimæ, & filiorum matres. 1. 44. 2.
Cyprus non eſt *Balſamum*, nec *Caphura* ſed *liguſtrum*. 1. 36. 1
Non calidæ, ſed frigidę facultatis, & adſtringendi vi pollens. Ibid. 2.
Ea animi grati indicata virtus myſticè. 4. 44. 3
Multitudinis numero, gratitudinis effectus multiplices indicati. Ibid.

D.

Dæmonis odium in homines, & odij fructus eorum ſępè clades extrema. 1. 18. 5
Dęmon auſus aliquando ſe Deo ſiſtere inter Angelos. 2. 21. 6
Dęmones Deo quodammodo ſimiles in agendo cum hominibus per inſpirationes, & ſuggeſtiones. Sed illi in malum, Deus in bonum. 2. 21. 8
Dicti *Paſtores* hominum greges in errorum ducentes paſcua. Ibid. 9.
Cur dicti *Filij Dei*? cur *ſodales*? 2. 7. 4.
Eorum poteſtas cum Chriſto comparata exigua aut prorſus nulla. cum fidelium viribus inanis. 2. 45. 3
Damaſcus ſymbolicè fere in malum ſumitur. 7. 23. 1.
Pro mundo, peccatoribus, tentationibus, Gentiliſmo. Ib.
Litteraliter ſępè pro tota Prouincia, cuius illa caput. Ib. 3.
Pro Dęmonis aduerſus Eccleſiam tyrannide: pro Idololatrię regno. Ibid. 3. 4.
Danielis hebdomadę non dierum, ſed annorum. 3. 18. 6.
Dantis tarditas, ſępè dona ipſe commendat. 3. 5. 1.
Dauid *vnus Eccleſiæ oculus* quo Deus vulneratus. 4. 32. 6
Eius ſtudium in fouenda religione. Ibid 5.
Cur dictus, *factus ſecundum Dei cor*. Ibid.
Ei promiſſa incarnatio, qua cor Dei verbum traditum Eccleſię. Ibid.
Per illum vno Eccleſię oculo ſaucium Dei cor. Ibid.
Eius doctrinę proprium vt ſubſtantialis ſit, ac veluti nutrimentoſa. 4. 35. 2.
Ante eum muſicorum inſtrumentorum in ſacris exiguus vſus. 4. 37. 2
Pſalmi illius ex cordibus ſaxeis eliciunt lachrymas. Ibid.
Soli illius hymni in ſacris admiſſi. Ibid.
Magiſtri Cantorum ab eo inſtituti, & ſchola. 4. 38. 2
Ephod indutus ante arcam ſaltans. 4. 39. 2
Aquam de Bethleemitica ciſterna, tanto ſuorum periculo hauſtam, cur non biberit. 4. 45. 3
Poſt tantos Dei honores non ſe maiorem cęteris putat. Ibid.
Ingentes opes cum in templi ędificium paraſſet, nihil adhuc ſe feciſſe confeſſus: grande humilitatis argumentum. Ibid.
Eius humilitas magnanimitati iuncta. 4. 46. 5
E priuato, & paupere fundatum Regnum reliquit. Ibid.
Abſalonem filium hoſtem, vt filium tamen luget. 6. 37. 3.
Adhuc puerulus feras interimit, futurę fortitudinis tyrocinium, ac pręſagium. 7. 16. 6.
Eius encomium grande, ſed intra merita: *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*. Ibid.
Eo rege ſynagoga, velut *luna*, toto orbe ſplenduit iterum poſt eum decrementa paſſura. 6. 30. 3.
Declinare, inopinato, & non viſum receſſiſſe. 5. 19. 5.
Decorus quo differat à *pulchro*: differt vt effectus à ſua cauſa. 1. 41. 1.
Deductio publica ex ritu nuptiali, per deductionem in Matris domum ſignificata. 8. 7. 3.
Deliquia & languores myſtici, propria imperfectorum. 2. 16. 1.
Deliquij ex Dei amore non eędem in omni ſtatu ſunt cauſę, ſed multum diuerſę. 2. 16. 1
Qui eo icti ſunt vulnere, nec remedium pati volunt, nec optare poſſunt, ſi in ſtatu ſint perfectæ caritatis. Ibid.
Deliciarum ſpiritalium affluentia, plenis fluminibus comparata. 8. 15. 2.
Dentium, & ouium dotes, in quo ſimiles, vis ſimilitudinis. 4. 6. 3.
Eorum munia diuerſa ſed non confuſa, ſic etiam Doctores qui dentibus deſignati. 4. 6. 3.
Dentium, ouiumque munditiea, typus Doctorum, non minus doctrina, quam exemplo alijs prodeſſe conantium. Ibid. 5.
Eorum, & ouium candor, doctrinę puritas. Ibid. 6
Ordo, typus ordinis hierarchici. De ordine hoc late frequentes leges. 4. 6. 8.
Integritas typus Doctorum, nullius reprehenſioni obnoxiorum. Ibid. 9
Dentes infantibus ſeptimo menſe enaſcuntur, anno ſeptimo decidunt, vt duraturi ſuccedant. 6. 15. 8
Dentes Eccleſiæ ſub ſynagoga decidui, quia Doctores temporarij, ac deſituri. Ibid. 2
Cum lege puellari ſcilicet eſca dentes Eccleſię decidere, ſub gratia myſtica alimenta mutanda non erant, ideo nec myſtici dentes. Ibid.
Dentes oſſei toti, cętera membra carne conueſtiunt. Ibid. 5.
Exercitio mandendi detriti minimè ceſſant. Ibid.
Dentes infantium mandibulis minime infixi, ſed ſolis gingiuis, qui ſeptennio ſuccedunt, ſuas per radices infixi mandibulis. Ibid. 4
Deſerta pro *vidua*, aut viri conſortio deſtituta. 7. 12. 2
Deſertum typus Religioſi ſtatus. 8. 14. 4
Deſideria ex ſpe, gaudia ex fruitione. 2. 11. 1.
Deſideria bona, bonorum operum ſemina ſępè euanida. 5. 13. 3.
Deſideriorum finis felix magna ſecuritatis occaſio. 3. 13. 3.
Deſpectus. quem ęgrè ferebat Eccleſia, cauſa non vna. 8. 5. 1.
Propria, quod legitimè nupta non haberetur, vt verè erat; id

Digitized by Google

Id eſt falſæ ſuperſtitionis rea, cũ tamen non eſſet. Ib.

Deus Pater Eccleſiæ iungitur per Spiritum Sanctum. 1. 3. 3.
Poſtquã donauit filiũ nihil vltra habet, quod donet. 1. 6. 6.
Nos ad ſe ſępè per aduerſa trahit. Id perfectorũ eſt. 1 8. 6.

Deus ſol illuminans, emolliens, indurans, pro diſpoſitione cuiuſque. 1. 17. 3.
Etiam cum nos amat, ſæpè retrahit amoris indicia, vt firmior noſter ſit amor. 1. 20. 3.
Eſt vbique per præſentiam, non vbique per amoris indicia. Ibid. 4.
Velut magni gregis Paſtor populum ducens per deſertum 1. 25. 2.

Deus pollicitus Eccleſiæ in fide, & caritate perſeuerantiam, 1. 26. 3.
Id à Chriſto pluris verbis enunciatum, ſed olim tectis, & obſcuris. Ibid.
Semper adeſt pugnanti Eccleſiæ, & ad victoriam ſubſidia præbet. Ib. 5.
Sacrificijs carnalibus nunquam delectatus. 1. 32. 3.
Myrrhæ dictus *faſciculus*, propter præceptum circuncifionis, & mactationis *Iſaaci*. 1. 34. 4.

Deus à ſe ſuauitatem ſpirans, & alijs communicans. 1. 35. 1.
Ab Eccleſia alacritatem exigit, in exequendo duriſſimo præcepto. 1. 36. 7.
Ad incarnationem circuncifione præluſit. Ibid.
Eccleſiæ vocatur Dilectus, non ſolum cum placentibus mulcet, ſed & cum duris exercet. Ib. 8.
Vinci ſe à nobis liberalitate non patitur. 1. 39. 3.
Eccleſiæ viſus decorus poſt ingentes promiſſiones. 1. 41. 1
Pollicetur Abrahæ maſculam prolem, & in ea ſobolem infinitam. 1. 42. 8
Abrahamum futurorũ laborũ admonet, ne illius virtutem torpere ſinat: felicitatem pollicetur, ne deſperet. 2. 1. 6.
Eius fauor ibi præſentior, vbi maius periculum. 2. 4. 4.

Deus *Malus* arbor frugifera, *ligna ſyluarum* ſterilia Gentilium numina. 2. 6. 1
Incipientes conſolationibus mulcet, tanquam lacte: ipſi aſpera contemnunt dum ſuauitas durat. 4. 9. 2.
Qualis ſit imperfecti intelligunt ex præſenti conſolatione & ſuauitate. 2. 10. 1.

Deus largior in donando, quam in promittendo: audaciam ad petendum facit, vt largius donet. 2 11. 9.
Quoſdam ad ſalutem videtur cogere, vt Paulum. 3. 13 5
Aliquando non corpori modo, ſed & membris ſingulis cuſtodiã addit, ac velut ſtatione militari firmat. Ib.
Animæ ad conſolationum affluentiam fatiſcenti ſępè, vel ſolatia ſuſpendit, vel vires addit. 2. 15. 6

Deus, quaſi ſolus ſatis non ſit, ſępè Angelorum vtitur miniſterio in Eccleſiæ bonum. 3. 19. 2.
Suum tempus expectat ad ſuſcitandam Eccleſiam 2. 22. 3
Semper incipit ipſe iuſtificationis opus. 2. 23. 5
Moſi incogitanti in rubo apparuit, & ad ſe vocauit, & quis eſſet interius indicauit. Ibid.
Naturæ ſtatas leges tranſgreſſus eſt, vt populum liberaret. Id *ſalire ſuper montes* fuit. 2. 24. 6
Eccleſię ſępè loquitur velut interiecto pariete, ſic Moſi latens ſub rubo. 2. 27. 6
Stat poſt parietem paratus ad opem pręſtandam, etiam non viſus. Ibid.
Quam non inuenit in nobis ſimilitudinem facit, vt amare, & amari poſſit. 2. 29 1
Vnam Eccleſiam ab initio amauit, ſibiq; coniunxit. 2. 31. 6
Ei non ſolum neceſſaria tribuit in egreſſu ex Aegypto, ſed & delitias addidit. 2. 39. 7
Quos amat ſępè repulſis exercet, id facit quia Deus, quia Rex quia Magiſter eſt.
In bonum ſuorum rerum naturas mutare ſolet. 2 48. 4.
Eccleſiam ſibi in Adamo reconcilians nunquam poſtea deſeruit, nec deſerturus eſt. 2 49. 4
Olim ſolitudinis amans, ac velut montanus: ſed ſolitudinis tandem pertæſus verſari inter homines amauit, & cœpit. 2. 50. 9
Præſens eſſe dicitur cum fauet, abſens dum probat. 3. 2. 1

Deus *Maximus*, & *Optimus*, quia omnipotens, & miſericors. Ibid. 2.
Ad eum confugiendum non magis in aduerſis, quam in ſecundis. Ibid.
Nunquam bonum ſpiritum petentibus negat. 3. 3. 1
Cur ſæpè tardat dare, quod petimus. Ibid.
A peccatore vbi primum à peccato receſſerit inuenitur. 3. 8. 5.
Inueniri dicitur, cum indigentibus præſto eſt. Ib. 4
Vult à nobis in neceſſitatibus interpellari, nec patitur diu probari ſuos, ſed probatos coronat, & ditat. Ibid. 5.

Deus tenetur ab Eccleſia fide, & caritate nunquam dimittendus. 3. 10. 1
Recedere videtur dum Eccleſiam duris exercet. Ib. 3
Cum poſſit facilè noſtris mederi malis, cur ſępè auxilium tardat. Ibid.
Suorum in ſe confidentiam amat, & exigit. 3. 12. 2
Super alas Cherubim ſedens, velut in throno. 3. 23. 4
Eadem ratione viſus Ezechieli, Iſaiæ, Danieli, & Ioanni. Ibid. Ib. 8.
In opere tabernaculi meditabitur humanum corpus, quod olim ſuſcepturus erat. 3. 25 9
Homo factus vt hominem ad ſe traheret per amorem, vt illi iam in totum ſimilis. Ibid.
Totus latens in humani corporis tabernaculo. 3. 28. 4
Quę largitus ipſe fuerat, cum illi redderentur, ſe coronari putabat. 3. 30. 6
Dum tabernaculi apparatus perficitur, adhuc ſe continet iugis monti um. 3. 31. 3

Deus pręparat corda dura, vt ſe molliri ſinant. 4. 9. 2.
Ad nutum moſis mutatus in placidum: ad votum Eliæ ſeuerus, & contumax. Ib. 2
Iratus impediri ſępè à ſupplicio cupit, & artes quærit, ne puniat. 4. 13. 4
Libenter verſatur cum his, quibus mortificatio grata eſt. 4. 21. 3.
Moſen, & Aaronem communi morte noluit mori, quos adhuc validos viribus mori iuſſit. 4. 23. 3
Eorum extremum halitum ore legere viſus: id eo dicti *mori in oſculo Domini*. Ibid.
A leuibus maculis auertit oculos, etiam in viris perfectis. 4. 24. 6.

Deus comes Eccleſię voluit eſſe, ad adeundam hęreditatem promiſſę terrę. 4. 28. 4
Oſtentat triumphum victorię prœmium, vt ad pugnam hortetur. Ibid.
Vberum Eccleſiæ myſticorum illectus pulchritudine, & quaſi tranſmutatus. 4. 35. 5
Sola ſonante exterius voce, haud delectatur: vt libenter audiat, pſallendum ore, & mente. 4 38. 1
Ei ad Eccleſiæ protectionem nec ſapientia, nec potentia nec voluntas deſuit. 4. 40. 6
Cum deſiderio efficace ſemper effectum cõiungit. 4 51. 9
Sępè per fauores alios, ſemel per incarnationem ad Eccleſiam venit. 5. 3 3
Excitat per internos motus Apoſtolos ad negotium animarum, ſollicitus, ne per operarum ignauiam ſemen deſit agris ſuis. 5. 9. 3.
Eos in eum finem inſtruit, increpat, confirmat. Ibid

Deus, ſicut dicitur *paſtus*, ita & *imbre madidus*. 5. 10. 5

Deus Pater duplicem habet manum filium, & Spiritum Sanctum. ideo quędam per verbum, quędam per Spiritum Sanctum dicitur operari. 5. 13. 1.

Digitized by Google

Deus declinare dicitur, cum omnibus ad ingreſſum paratis, alio vertit curas. 5. 30. 5.
Vt ſolers agricola articulum iaciendi ſeminis nouit probe. 5. 25. 4.
In Angelis prauitatem reperit, quia ſine illo nihil in eis laudabile & firmum. 5. 33. 1.
Recedere cum videtur, & abire, tantum *declinat*. 5.56.6.
Alienum à ſe non reputat ſe hominum moribus accommodare. 6. 10. 11.
Moſen orans vt ſe ſinat in populum animaduertere, quãtũ illius apud ſe preces valerent, voluit indicare. Ibid.
Vinci ſe à pietate noſtra non erubeſcit. 6. 11. 1.
Sæpe ſe ſubtrahere ſolet, vt amorem probet ſuorum. Ib.
Iactat ſe de amore Eccleſiæ in ſe. Ib. 4.
Ante Incarnationem tanquam imparibus iunctus nuptijs latebat, velut erubeſceret. Poſt illam tanquam pari coniunctus connubio, velut paribus nuptijs publicum amat. Ibid.
Deus magnus artifex gratia ſua vtitur ad grandia opera tanquam manu. 7. 7. 4.
Vtriuſque author teſtamenti vtrumque coniunxit per Filium manum ſuam. Ibid.
Noſtro mendacio non egere, quo ſenſu dicatur, 7.10.1
Amantem indutus, vix ſe dominum meminit. 7. 38.3.
Semper præuenit Eccleſia vota. 7. 41. 3.
Olim nondum homo humanos affectus tamen induiſſe viſus. 7. 39. 6
Cum orari vult, affectum inſtillat orandi. 8 2. 1
Cum omnia donet, vendidiſſe tamen dona, quam donaſſe gratis, videri vult. Ibid.
Hominibus factus ſimilis, vt commiſeratione tangi poſſet. Ib. 3.
Ideo ad eum cum fiducia accedendum in preſſuris. Ibid.
Deus legem daturus flammis circumfunditur. 8. 13. 1.
Simul amator & zelotypus. Ibid.
Parturiendi voce ſignificat, quanti ſibi ſteterit ſynagogæ redemptio. Ib. 7.
Eius receſſum à ſe alio receſſu maiore punit. Ibid.
Videtur ſæpè cum mortalibus non æquo iure agere, 8. 27. 16
Pro vno filio Abrahamum infinita prole donauit, immo Filiũ ſuum addidit, vt Abrahæ filius diceretur. Ib.
Non omnibus eadem ratione ſalutem prouidit. 8.32.5.
Vnus ab vna Eccleſia vno ritu ſemper, & vbique cultus. 8. 39. 8.
Cordis voces melius audit, quam linguæ. 8. 44. 2.
Fugit à peccatoribus, & cũ iuſtis conuerſari amat. 8.45.1
Coniunctioni cum illo receſſus à creaturis viam parat, 8. 46. 1.
Deus ſub lege vnius Gentis concluſus anguſtijs, homo factus latè imperium in omnes Gentes propagauit, limite nullo clauſum. 1. 7. 1
Animæ ſuſpiranti conſolationem ſæpè ſubtrahit, vt exerceat, & ſui deſiderium accendat. 5. 22. 1.
Eius fauor nemini propior, quam timenti, & de ſe minimè confidenti. 1. 22. 2
Dei populus Eccleſiæ typus, Pharao Dæmonis. 1. 26. 1
Eius cum Eccleſia pactum mutuum. 1. 26. 7
Propriũ exercitos per dura placidioribus recreare 1.36.5
Indulgentia in Abrahamum eius obſequio maior. Ibid.6.
Dei amor, ſi ſolatia deſint, quaſi viduus luget. 2 10. 1
Dei amor in ſe ipſo immotus, in effectibus ſæpè mutari videtur. 2. 13. 4.
Abſentia illius haud raro deliquij cauſa. 2. 16. 2.
Dei manus, eius virtus, & potentia. 2. 17. 14
Eius vox arcani motus animum inuitantes. 2. 23. 4.
Eius vocem audire, & agnoſcere proprius Eccleſiæ character. Ibid.
Dei vox, eius vocantis motus arcani, & inſcientibus immiſſi, & quaſi dormientibus. Ibid. 5.
Manus extenſa, illius potentia ad agendum expedita, atque parata. 2. 24. 2.
Dei repetitæ voces, turturis gemitus cõparem vocantis. 2.37.10
Eius ingentia beneficia, ex ingenti amore profecta. 1.47.4
Eius ad auxilium Eccleſiæ ferendum properantia. 2.24.2
Ad eius vocẽ non ſatis ſurgere, niſi ſequare vocãtẽ. 2.40.1
Dei & Eccleſiæ deſponſationis ritus cum lata lex eſt. 3.10.5.
Dei fauor in Eccleſiam ſub lege eius pietatis indicium. 3.16.6.
Eius finis in opere tabernaculi amorem in ſe populi prouocare. 3. 26. 1
Dei egreſſus per Incarnationem apud Michæam. 3. 28. 4
Maieſtas in tabernaculo, typus eius maieſtatis in carne aſſumpta. 3. 29. 4.
Dei ſolium Moſi oſtenſum lapidibus ſtratum. 3. 25. 6
Eius verborum ſonus ipſe pondus habet. 4. 7. 5.
Arcana conſilia in hominibus vocandis ad fidem. 5.19.5.
Dei verbum, quantum in ſe eſt, ſemen magnæ virtutis. 5.20.4.
Eius alta cõſilia de migratione Euãgelij ad Gentes. 5.21.3
Conſilia abſtruſa in ſumma ſimplicitate. 5. 35. 2.
Iudicia cum *abyſſis* comparata. Ibid.
In Gentium populos mira dignatio. Execratus prius illas carne aſſumpta tenere complexus eſt. 6. 1. 7
Dei nulla maior laus, quam cum tacente lingua manus loquuntur. 7. 2. 2.
Dei ſpiritus prius concipiendus eſt, deinde enitenda proles myſtica. 7. 40. 4
Eius ſtabile conſilium, ne Idololatriæ bellum aduerſus Eccleſiam vltra conſurgat. 7. 52. 3
Dei voces Adamum excitantis poſt culpam. 8. 17. 9.
Ira aduerſus infidelem populum, incendio omnia abſumenti comparata. 8. 23. 7.
Eius cogitationes & conſilia de hominum ſalute. 8.29.2
Certum diſcrimen Filij dubię mortalium ſaluti riſus poſtponere. Ibid.
Eius pulchritudinis deſcriptio ex Dionyſio. 1. 40. 4
Dei gratia ſæpe manu apprehenſos locat in tuto. 1. 35.3.
Deo quidquid offerimus ad nos cumulato redit. 1. 33. 1
Illi & Eccleſiæ cõmunis lectus ob eandẽ cauſam. 1.42.11
Irato ſępe vnus homo arma de manibus eripit. 4.13.4.
Dormire placet alta de rebus diuinis exiſtimatio. 4. 39. 4.
Obſequium hominis, poſt calamitates à ſe immiſſas, gratiſſimum. 4. 45. 3.
Inter eum & hominem, in tanta inæqualitate: mirum vt potuiſſe amorem multum aleſcere. 2. 39. 1.
Deo etiam pręſente, languor ſępè amantem opprimit, 2.16.4.
Eo ſolo dignum obſequium per dura ablatum. 4.45.3.
De eo rectè ſentire, & ſecundum rectum ſenſum agere, gratiſſimum, illi eſt. 6. 18. 10.
Diabolus plebeias dapes faſtidiens, ſolis paſcitur electis & nobilibus. 8. 24. 4.
Aduerſitatibus Iobũ exercens ingenio ſuo indulſit. 8.24.4
Cur eum per opulentiam inducere in fraudem noluit, cum facilius poſſet. Ibid.
Diadema Chriſti gloria corporis. 3. 27. 4.
Diadema, & corona pro honore, & dignitate pompa. 3.29.2.
Diaſtolæ, & ſyſtolę, actiones in reſpirando contrariæ, ſed viuenti neceſſariæ. 4. 38. 1
Dies & vmbra, pro toto huius vitæ ſpatio, 4. 20. 5.
Dies eſt, quibus adeſt Chriſtus; quibus abeſt, nox. 3.1.7.
Dies deſponſationis Incarnationis dies ſenſu ſecundario. 3.31.1
Dies vitę tempus, vmbra mortis, 4. 20. 5.
Digitus ſępè pro manu, & Spiritus Sanctus Dei digitus, & manus dictus. 5. 13. 9.
Digiti, animę minimę facultates, conatuſque. 5. 13. 9
Digitus, modica vis ad operandum, ſed quę ſit ſatis. Ibid.
Digitorum Dei opera, cur dicti cœli. Ibid.

Di-

Digitis tribus appendere molem terræ, quid ſit. Ibid.
Digitus Dei eſt hic quo ſenſu dictum à magis. Ibid.
Dignus gemina laude, qui in ſecundis, & aduerſis eandem faciem ſeruat. 1. 38. 7.
Dij Gentium *filij* dicti, eius rei ratio. 3. 7. 2.
Dij Aegyptiorum dicti filij, quod recentes & noui. Ibid.
Dij Deæque Gentilium accumbentes. 1. 32. 3
Dilatare animam, quid ſit. 8. 22. 2
Dilatare os apud Dauidem. 8. 46. 1
Dilectio, qua Deum diligimus, cum morte comparata. 8. 21. 2
Dilecti nomen, alias commune, toto Cantico ſponſi proprium, nec ab alijs illi, quam ab ſponſa tributum, quia connubiale: ideo proprium Chriſti. 7. 35. 2
Dilectus ex Dilecto, ſummè & vnicè Dilectus. 5. 29. 6.
Diœceſeon limites ne confunderentur, ſollicitè ſemper ab Eccleſia cautum. 8. 39. 5.
Earum diuiſio ad Eccleſiæ curam ſpectat. Ibid.
Diſciplina ſæpè ab Eccleſia vel correcta, vel reuocata: & exacta. Ibid. 6.
Diſcipuli adhuc imperfecti, de ordine caritatis docti à Chriſto, poſt aduentum Spiritus Sancti ipſi ſibi ſunt magiſtri 2. 15. 5.
Eorum mortis Chriſti tempore trepidatio. 5. 8. 8.
Eorum error non vnus de Chriſti prouidentia. 5. 38. 2
Diuites arbores pomiferę fructu onuſtæ in alimenta egentium, niſi exonerentur, affligendæ ad terram, fractis ramis. 4. 43. 4.
Diuinæ doctrinæ vino humani ſenſus aqua miſcenda non eſt. 4. 9. 5.
Diuinitas aurum purum, cuicumque adiunxerit ſeſe, aureum reddit. 5. 46. 2.
Diuitiæ licet ſpinæ dictæ à Chriſto, ritè vtentibus non noxiæ: virtutum potius cuſtodia. 8. 2. 7.
Diuitiæ ingentes aditum Indis ad Euangelium fecere, quibus in dotem datę, vt per eas fide & caritate adhærent Chriſto. Ibid.
Docibiles Dei quo pacto dicti fideles ſub gratia. 6. 10. 9.
Doctores, quæ agere docent alios, agere debent. 3. 19. 2
Eorum cum dentibus, & ouibus ſimilitudo. 4. 6. 2.
Mutua conſenſio neceſſaria, ad vtilem plebis inſtructionem. Ib. 7.
Vbera Eccleſię doctrinæ lacte prægnantia. 4. 16. 2
Eorum dotes in mammis expreſſæ. 4. 34. 4.
Baptiſmalem innocentiam moribus præferre debent. Similes ouibus aſcendentibus de lauacro. 5. 38. 1
Dum alijs proſint, ſua commoda negligant. 6. 15. 5
Doctores veræ doctrinæ, vt Reges ſua purpura fulgentes. 7. 27. 1.
Docendi munere minimè impediti, quin ad cœleſtia ſemper aſpirent. 7. 31. 2.
Eorum eſt propinare doctrinæ vinum; auditorum bibere, & ruminare. 7. 36. 1.
Doctrina ſana, & mores incorrupti, duo brachia quibus leuatur in altum inualida plebs. 4. 6. 6.
Syncera ea eſt, quæ miniſtrum coram Deo rubore non ſuffundit. 4. 9. 5.
Illius pabulum ſi populo deſit, fame tabeſcet. 4. 12. 9.
Eius tamen ſuperfluitas ſæpè indigeſtionis cauſa, quam tamen inedia corrigit. Ibid.
Doctrinæ Dauidicæ ad alliciendum vis. 4. 35. 5.
Eius, Salomonis, & Iſaiæ doctrina blandiſſima, & ſuauiſſima. Ibid.
Doctrina Chriſti fons omnibus patens, ex quo aqua animæ ſitim extinguens. 4. 45. 2. & 4. 41. 1.
Mundana ſitim magis acuit, quam extinguit. Ibid.
Doctrina Eccleſiæ *fons ſignatus* firmitate, auctoritate. 4. 41. 1.
Eius inſalubritas, interius latens, exterius proditur. 4. 49. 4.
Euangelica ſedate tractanda, & per otium tradenda. 5. 40. 2
Sanę vtilitas ſæpè cum amarore coniuncta. 5. 44. 3.
Doctrina de Perfectione Eccleſiæ Chriſtianæ propria. 6. 10. 10.
Cur *Botris vineæ*, & *malorum odori* comparetur. 7. 33. 2.
Cur dicatur *Deo digna ad potandum*. 7. 35. 3.
Doctrinæ vinum, quomodo à fidelibus potandum; & potato vis ingens ſentitur in anima. Ibid.
Doctrinæ vi myſtica generatio, & nutritio fit. Ib. 4.
Eius proprius character facilitas, & ſuauitas. Ib. 5.
Domini ſeruis ſuum nomen communicare ſoliti. 7. 1. 4.
Domus luteæ hominibus habitatæ, nec fundamento firmæ, nec muris ſtabiles, nec tecto tutæ. 5. 33. 2.
Domus Matris, in quam introducitur ſponſus, templa ſunt, Conſtantini, & aliorum Principum liberalitate erecta. 8. 7. 5.
Donec particulæ vis. 3. 10. 12
Dona Apoſtolis die Pentecoſtes collata, non tam in proprium, quam in aliorum bonum. 5. 17. 6.
Dormientes pro *mortuis*. 7. 36. 3
Dormire pro ſecurè, & ſine ſollicitudine agere. 3. 1. 6.
Dramatico ſenſui arcanus aptandus, non contra. 2. 23. 2.
Dramaticum artificium nec negligendum, nec peruertendum. 2. 33. 4.
Dulce pro amato pati, dulce mori. 7. 29. 5.
Dulcedo canentis Eccleſię non aduentitia, ſed domi nata. 4. 38. 5.
Ducenti argentei, pro præmio grandi. 8. 41. 3.
Dum aſpiret dies, dum vita durat. 4. 20. 7.
Duplex honor quid ſit apud Paulum. 8. 41. 3.
Duplex ſpiritus Eliæ. Ibid.

E.

Ebrietas ſatietatem potus inducit, & cupiditatum omnium extinctionem ſignificat. 5. 6. 1.
In re militari ex vſu S. S. ad vindictę ſatietatem & plenā victoriam pertinet. 7. 10. 3.
In delitiis carnis pro exceſſu voluptatum. Ibid. 4.
Eboris candor candidę mentis ſymbolum. 7. 17. 6.
Actionum indifferentium in Chriſto perfectionem ſignificat. 5. 47. 8.
Ecce particulæ vis emphatica. 1. 40. 6.
Ecce tu, quanta emphaſi dictum, quoque ſenſu. 1. 39. 8.
Eccleſia ſemper cucurrit fide ad Chriſtum. 1. 9. 1.
Sub innocentiæ ſtatu introducta in Dei cellaria. 1. 10. 1
Preſſuris nigra, ſed nunquam pulchrior. 1. 14. 1.
Nigra, propter peccati manentia veſtigia, & legem membrorum, pulchra per gratiam. Ibid. 4
Dum in via eſt in acie eſt, bellis ſemper laceſſita, & probata. Ibid.
Eam Prælia cum carnis affectionibus non deturpant, potius decorant. Ibid. 3.
Eccleſia cur inducatur prior Deum quærens, cum eam Deus ſemper pręueniat. 1. 20. 1.
Sub naturæ ſtatu Auroræ ſimilis, quod parca diuinorum donata notitia. 1. 21. 4.
Fide, atque honeſtate ſua vbique tuta. Ibid. 10.
Olim timida, iam audax omnia contemnit. 5. 28. 1.
Vnum dolet, quod in Iudæis quærens Chriſtum non inueniat. Ibid.
Cum ſe *nigram* agnoſcit, tunc pronunciatur *pulcherrima*. 2. 29. 1.
Pulchrior cum perſecutione atrocius premitur. 5. 29. 1.
Eccleſia, poſt multa de Chriſto dicta, nondum ſibi ſatisfactum putat, ſciens plura eſſe, quę laudet. 5. 54. 2
Angelos prouocat ad Chriſti encomia. 3. 55. 3.

Digitized by Google

Eccleſia ex Gentibus Chriſti *Hortus*. 6. 3. 2.
Eccleſia vna communis mater, & ſponſa toto Cant. deſcribitur. 6. 4. 3.
Sub lege paucorum genitrix, à Iudæis ad Gentes Euangelio tranſlato, noua, & multa prole lætatur. Ibid.
Sub Iudæis ſubuentaneo partu grauis potius, quam grauida. Ibid.
Eccleſia perſecutionum iactata tempeſtatibus, tandem emerſit per Conſtantinum.
Sub Iudæis laboribus multis vexata, non ideo quærere Chriſtum ceſſat. Ibid. 4.
Ieroſolymæ terrenæ comparata, in quibus. 6. 8. 4.
Terribilis, quia fortis, & hoſtibus formidanda. 6. 9. 1
Nunquam de ſuorum victoria ſecurior, quam cum in pugna vitam ponunt. Ibid. 3
Vltro Idololatriam totis aciebus immiſſis aggreditur, victoriæ certa. Ibid. 4.
Ex oue facta leæna. Ibid.
In eius præſenti alacritate futuras victorias meditatur Chriſtus, immo iam ſpectat. Ibid.
Eccleſia veritatis gladio iugulum ſemper hoſtium petit, ictu certiſſimo. Ibid. 7
Cum *vno oculo vulnerat Sponſum*, non iubetur oculos auertere. 6 10. 6
Creſcens ſemper ſenectutis mala non ſentit. 6. 12. 5
Prius humilibus rebus, & ruſticis comparata, poſt ea cum eximijs, & ſublimibus. Ibid.
Viduata credentium coma ſub Iudæis, veluti lucem exoſa, latebras Gentilitatis quærit, donec renaſcantur capilli per Gentium Fidem. 6. 12. 9
Eccleſia nulla priuata eſt, cui velut ex munere datum ſit, ſolis præceptis chriſtianis fideles imbuere, aut ſola altioris pietatis doctrina ad perfectionem prouehere. 6, 23. 8.
Eccleſia vna ex multis conſtituta, vt corpus ex multis membris, quia anima vna. 6. 25. 2
Dicta *Columba*, quod Spiritu Sancto ſanctificata. Ibid. 3
Perfecta, quia Deo perfectè vnita, vel quia interius gaudet pace perfecta. Ibid. 4.
Nunquam pulchrior viſa, quam cum expeditionem in Gentes vel parabat, vel vrgebat. Ibid.
Eccleſia, quæ in terris mater quodammodo eius, quæ in cœlis, vera ſoror illius eſt. 6. 26. 2.
Vnica filia Gratiæ redemptricis, quæ vnicam genuit, pepe-ritque. Ibid. 4.
Nunquam non vexata hæreſibus. 6. 28. 5.
De loco ſuperiore inferiora deſpicit. 6. 29. 3.
Olim tenui arcanorum donata notitia, ſenſim increuit, & futuræ ſub Chriſto pleniſſimæ lucis omni tempore indicia fecit. Ibid.
Vt in aurora dies ſic in illius initijs futura myſteria contenta. Ibid.
Sub Moſe *luna*, ſed orbe pleno ſola ſplendens; ſequuta Chriſtum ſolem, & conſequuta, deſijt apparere. 6. 30. 1.
Cum dicitur *Electa vt Sol*, vnica prædicatur. 6. 31 1
Eius in lumine ſingularitas; quidquid extra eam eſt lucis vanum, tenue, & intutum. Ibid.
Eccleſia rationem reddit, cur tanta celeritate tranſtulerit Euãgelium ad Gentes. 6. 36. 3
Se fatetur ignoraſſe aduenisſe tempus reprobandæ ſynagogæ. Ibid. 3.
Miratur ſubitam mutationem, ſed Dei tamen abſtruſa conſilia veneratur. 6. 37. 4
Sunamitis dicta, quod Chriſti captiua duplici iure. 6. 39. 4
Simul Chriſti victoris ſpolium, & ſanguinis pretium, quẽ pro lytro obtulit. Ibid.
Sunamitis, id eſt *Coccinea* dicta, quod Chriſti ſanguine tincta. Ibid. 5.
Aggreſſura magnum facinus, & ingentis gloriæ conuerſionem Gentium, pro cuius gloria laborare debeat admonetur. Ibid. 6
Sulamitis dicta, quod, primis illis temporibus, nullo Gentilitatis bello laceſſenda erat. Ibid. 8
Aut quia medijs bellis pacem cogitabat, ac per bella quærebat. Aut quia bellis vexanda, interiorem pacem amiſſura non erat. Ibid.
Sulamitis dicta à Salomone communicato nomine. Ib. 9
Eccleſia effecit, vt Chriſtus effectu, & re pacificus eſſet, & diceretur. Ibid.
Infinita prole prægnans, pura, & nitida, nihil vt oculos offenderet. 6. 9. 2
Non modo ipſa fœcunda, ſed fœcunditatem mira felicitate filijs præſtans. Ibid. 3
Cur aceruo tritici comparata, Chriſtus grano. 7. 12. 4
De Chriſti latere educta, grani in terra mortui fructus; eiuſdem ſemen Chriſtus mortuus. Ibid.
Multa prole fœcunda iure gloriatur, & ſynagogæ inſultat ſterili: Simul filiorum mater, & nutrix. 2. 12. 2
Eccleſia Chriſtiana iuſta iam vxor, cæremoniarum veterum cultum abiecit, qui magis ſponſam decebat. 7. 17. 2.
Eius verus ſub Chriſto cultus virtutes. Ibid. & ſequ.
Dum laudatur, admonetur officij. 7. 18. 4.
Eius excubiæ publicæ eſſe debent, & publico inſtitutæ bono. 7. 20. 1.
Vigilantia perſonarum diſcrimen non agnoſcit, quia communis mater ſtudia non diuidit. Ibid. 3
Eius prouidentiam nihil debet fugere. 7. 22. 2.
Eccleſia à cogitatione ſanguinis Chriſti filios tingit. 7. 25. 5
Ad Chriſti ſimilitudinem Principes induit ſpiritus. Ibid. 7
Eius caritas ſemper viuida ad excindendum Idololatriæ regnum. 7. 26. 3.
Eius cogitationes ſemper memoria mortis Chriſti rubentes: quarum ſublimitas ſemper ſibi conſtans. Ibid. 8. 9.
Idololatriæ exciſo regno, nouum & latum imperium Chriſto fundauit. 7. 22. 7.
Eccleſia tribus locis *Caritas* appellata in fontibus, eius rei ratio reddita. 7. 29. 2.
Eiuſdem triplex ſomnus, & illius cauſæ. Ibid.
Alacritas in expugnanda Gentilitate probata à Chriſto. Ibid. 3.
Ingentes labores in vocandis Gentibus ad fidem ſed ſuauiſſimi illi. Ibid. 6
Gaudia de Gentium conuerſione illi cum Chriſto communia. Ibid. 8.
Initio ſtrictior progreſſu laxior, inter aduerſa magnis incrementis aucta: de Gentilitatis manubijs trophea excitat Chriſto. Ibid. 30. 2
Eius ſpecies contemptibilis, ſed Deo & Angelis æſtimanda. Ibid. 4
Nunquam ei patientia defuit, nec patientiæ materiæ parata. Ibid. 5
Eius caritas pariter in omnem partem exporrecta, Vbera omnibus filijs ſufficientia. 7. 41. 5.
Chriſti fauoribus incitata ſe illi arctius iungit. 7. 37. 2.
Eccleſia ciuitatibus prohibita ad ſolitudines montium recipit ſeſe. 7. 39. 4.
Sub lege inuitatur à Deo ad egreſſum; ſub gratia inuitat illa Chriſtum: eius rei ratio. Ibid
Vxorio iure ſocietatem exigit Chriſti in montibus commoratura. Ibid.
Ciuitatibus excluſa nõ ideo à prædicatione ceſſat. 7. 40. 4.
Eius vnicum ſtudium conuerſionis, cæteris abiectis, aut neglectis. 7. 41. 4.
Ec-

Digitized by Google

Eccleſia filijs dormientibus vigilat: eius velut communis matris ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Ib. 2. 3
Prius in voto & ſpe omnia deſtinara: Chriſto perſequutione furente omnia in re obtulit. 7. 47. 2
Eccleſia non iam in abdito contenta Chriſto coniungi, publicè, & omnium in oculis illum complecti cupit, id eſt liberè Chriſti fidem, & publicè profiteri, orbe probante. 8. 1. 3.
Suam felicitatem in proximo eſſe lætatur. Ib. 4
Voces illius magnorum votorum indices. 8. 4. 1.
Chriſtum fratrem vocat, quia conſanguineus per aſſumptam carnem. Ibid. 2.
Prius tranquillius habita, deinde perſecutione vexata, blanditias addit vt pacem exoret. Ibid.
Eius mater humana natura, cuius etiam filius Chriſtus. 8. 4. 5.
Studium in procuranda filijs pace, ſedatis perſecutionum bellis. Ibid.
Hactenus deſpecta tanquam non legitime nupta optat minimè deinde deſpici ob eam cauſam. 8. 5. 1.
Eodem tempore Chriſtum complexa & carens illo. 8. 6. 3.
Chriſtum apprehenderat per incarnationem, ſed in abdito; per publicum cultum illum apprehendit publica pompa & ſolemni. Ibid.
Poſt partam per Conſtantinum pacem, non vllo generali bello Ethniciſmi laceſſita, nec laceſſenda, dum Antichriſtus ſe oſtendat. Ibid. 4.
Sub tyrannis venerari ex voto Martyres prohibita: eos *malogranata* ſua vocat, quia etiam Chriſti; & quia eos armarat ad prælium, & oſtentatis coronis animarat. 8. 10. 1
Poſt perſequutionum turbas, quieti vacat. 8. 2. 2.
Prædicitur excitanda à ſomno, id eſt, à quiete illa, propter futuras hæreſes. 8. 13. 1.
Non excitatur, *donec velit*, quia volens ſurget, vt prælietur cum erroribus. Ibid. 2.
Eccleſia redux de Gentilitatis victoria laudatur ab Angelis, & cum plauſu excipitur. Ib.
Perſequutione non tam damnum paſſa, quam in ſummum evecta gloriæ. Ibid. 6.
Quidquid poſt calamitates illi ad gloriam datum, in ſæculorum datum celſitudinem. Ibid. 7.
Encomijs prædicata, ad humilitatem inſtituitur. 8. 17. 4.
Eccleſia mortua ſub ligno vetito, excitata à Deo per gratiam fuit. Ibid. 8.
Tota in Chriſtum iubetur transformari. 8. 19. 4.
Vult illam Chriſtus pro ſua agnoſci. Ibid. 6.
Chriſto ſolemniter iuncta, & parta pace, de familiæ gubernatione ſollicita. 8. 16. 6
Ex Iudæis, atque Gentilibus ſub Romano orbe collecta, cur *Soror maior* tacite dicta. 8. 27. 1.
De barbararum Gentium, maximè Indorum ad occidentem, & meridiem ſalute anxia, ſuas cum Chriſto curas communicat. Ibid. 19.
Reperiſſe ſe pacem dicit, quia nullo ſuo merito pace donata. 8. 34. 3.
Eccleſia vinea in nationum omnium multitudine plantata. 8.
Hortorum habitatrix in familijs Religioſis. 8. 42. 3.
Alibi velut hoſpes degit, in Religionibus habitat, vt in proprijs ædibus. Ibid.
Eius vox ſemper gratiſſima Chriſti amicis. Ibid.
Eius in Religionibus erga Chriſtum officia. 8. 45. 6
Illius hortamenta ad Chriſtum, vt contemplationis ſtudium in Religioſis promoueat. Ibid.
Dum militat gaudia beatitudinis alternatur. 8. 45. 2
Eccleſiæ ſub lege Incarnationis vota & deſideria. 1. 1. 1
Vota non ſolum Filium, ſed Spiritum Sanctum optantis, immo & poſcentis. 1. 3. 1
Eius hodie facies miſerrima. Eius rei cauſæ. 1. 19. 3
Illius laudes, non probra toto Cantico continentur. Ea lex Epithalamici generis eſt. 1. 33. 2.
Pulchritudo diſtincta ab ornatu, & cultu. 1. 30. 1.
Nunquam ditior in gratuitis donis, quam ſub aduentum Spiritus Sancti. Ibid. 3
Eccleſiæ & Chriſti ſollicitudo, ne filijs lac deſit, quod ſalubre ſit. 1. 35. 3.
Alacritas in obſequendo ſeueriſſimæ legi circunciſionis, & mactationis Iſaac. Ib. 5.
Eius cum Deo, & contra mutuum pactum. 1. 36. 7
Pulchritudo probata Deo in Abrahamo. Ib. 6.
Bis à Deo propter idem factum laudata. Ibid.
Eius in Deum etiam dura præcipientem fides, & Pietas. 1. 39. 3.
Eccleſiæ in Deum caritas in Aegypto beneficijs ſuſtentata.
Ingens in Deum caritatis ardor ex amore in ſe illius, cui reſiſtere non potuerit. 2. 13. 6.
Languor, quod tardari ſentiat incarnationem. 2. 16. 3
Inundatione beneficiorum ſatiſcit, non ſatis firma. Ib. 6.
Eius caritas feruentior in membris potiſſimis. 2. 17. 4
Eius languor morbus eſt, ſed à nobili origine. Ibid.
Eccleſiæ caput cogitationum ingens moles ex acceptis beneficijs multis, & magnis; Vis mentis ad cogitandum. Ibid. 6. Ibid. 15.
Eius character Dei vocem audire, atque diſcernere ſine errore. 2. 23. 4.
Status in Aegypto, dum inſtaret egreſſus. 2. 28. 4.
Nobilis, & ſancta iactantia, quod impensè à Deo ametur. 2. 29. 1
Status in Aegypto ſeruitute preſſæ. 2. 33. 7.
Eccleſiæ cum appellatione Chriſtianæ, vxoris nomen communicatum. 2. 35. 4
Eius vox annuentis Deo vocanti, & ad profectionem ex Aegypto adhortanti. 2. 44. 1.
Spes in imperfectis fluctuans, dum primogenitorum cædes tardaret. 2. 46. 1
Voces poſt deletos primogenitos gratitudinis plenæ. Ib. 2.
Eius pulchritudini non obſunt ſingulorum labes. 2. 49. 4.
Eccleſiæ ſub vetere ſtatu pulchritudo quatuor è capitibus conſurgens. 4. 1. 3.
Eius proprium humana negotia tractare ſine ſpiritualium diſpendio. 4. 4. 2.
Vnum illius labium, quo idem ſapit, dicitque. 4. 8. 6.
Eius ſub Euangelium mammæ lacte diſtentæ, vtpote adultæ & matris. 4. 17. 5.
Eccleſiæ ſub Moſe duplex decus Politicæ leges, & ſacræ. 4. 21. 9.
Eius & verbi ſponſalium ſolemnitas, cum lata lex eſt, & celebritatis apparatus. 3. 10. 5.
Eius ſomnus triplex myſterio plenus. 3. 12. 1.
Eccleſiæ ſub naturæ lege ſimplex pulchritudo, vtique puellæ: per legem ei additus ornatus cæremoniarum velut iam ſponſæ. 3. 15. 2.
Eius deſcriptio iter in promiſſam terram molientis. Ib. 5.
Eius omnia vota in Verbum collimantia. 4. 30. 3.
Cum verbo connubium honeſtatem habuit paranympham. 4. 31. 3
Eccleſiæ ſub gratia veſtimenta opera oculis conſpicua, atque patentia. 4. 36. 1
Eius corpus Fideles conſtituunt velut partes. 4. 39. 2
Eius cum *Horto clauſo* comparatio. 4. 40. 1
Lex Moſis munimentum & ſeps, ſed ex ſpinis pungentibus. Ibid. 7.
Eccleſiæ doctrina ſignata, vt pro Dei agnoſcatur doctrina. 4. 41. 4.
Eius voces & vota, quæ proximè Incarnationem præceſſere. 5. 1. 5.

Vota

Vota extrema per Mariam virginem. 5. 3. 4.
Eius ſtatus poſt mortem Chriſti. 5. 9. 8.
Trepidatio & metus Chriſto mortuo. Is ſomnus Eccleſiæ fuit. Ib. 9.
Eius pedes per pœnitentiam lauti, qua peccatis mundamur poſt baptiſmum. 5. 13. 4
Eccleſię ſecundus languor, nec myſterio vacans. 5. 28. 2
Cur remedium illius non quęrat, cum olim quęſierit. Ibid.
Abſente ſponſo languet, quę prius pręſente diuerſitatis ſatio. Ibid.
Deſiderium grande inueniendi Chriſtum adiuratione manifeſtatum. 5. 31. 1.
Eius ſpecies non minuitur pręſente Chriſto quia eadem, quę Chriſti. 5. 57. 1.
Eccleſię migraturę ad Gentes Angeli comites ſunt. 5. 58. 1.
Eius amor Chriſti abſentia intenditur. 6. 4. 4.
Eccleſię Chriſtianę prima ſęcula pudicitię meſſe ſęcundiſſima. 6. 5. 2.
Eius in alliciendis ad ſe hominibus ſuauitas, & in retinendis gratia. 6. 8. 1.
Eius ſtatus cum acie ordinata comparata. 6. 9. 4.
Expeditio in Gentes quantis difficultatibus implicita; doctores ad tantum facinus neceſſarię. Ibid.
Eccleſię dentes ſub ſynagoga decidui, quia doctores temporarij, ad deſituri. 6. 15. 2.
Cum lege, puellari eſca ſcilicet, deſiere dentes illi, nimirum Doctores: ſub gratia myſtica alimenta mutanda non erant, ideo nec dentes myſtici. Ibid.
Eccleſię mutationes, cum à natura tranſiret ad legem, à lege ad Euangelium. 6. 15. 3.
Eccleſiæ veteri ſcientiæ clauis communicata non eſt; ea dos propria Chriſtianę. Ibid.
Eccleſię Chriſtianę ſtatus coniugatę, & matronalis, cuius proprium bonum fœcunditas. 6. 17. 2.
Eius magna gloria morientium pro Chriſto teſtimonia. 5. 18. 2.
Mater vera illius non Ieroſolymitana, ſed ſola gratia redemptrix, qua regenerata eſt. 6. 26. 4
Eius in tradenda doctrina modus, ſeſe ad captum cuiuſque accommodantis. 6. 28. 4.
Triplex ſtatus *Aurora, luna ſole* ſignificatus. Ibid. 7.
A paruis initijs progreſſus pulchrè adumbratus per *Auroram*. 6. 29. 1.
Eccleſię Chriſtianæ ſcientię plenitudo. Eius typus *Sol* illuminandi conatu, & motu irrequieto. 6. 31. 3.
Solis donata nomine, vt admoneretur officij. Ibid. 4.
Celeritas, qua Euangelium ad Gentes tranſtulit. Ib. 5.
Ei de pulchritudine nihil demit militaris conditio, & caſtrenſis neceſſitas. 7. 1. 4.
Eius cultus externus ex diuerſitatibus; internus ex repugnantibus conſiſtens. Ib. 7.
Animoſitas ad pericula ſubeunda, ſub expeditionem in Gentes. 7. 4. 4.
Virtutes verè Regię, non vulgares. 7. 5. 3.
Cum Regiarum virtutum edit ſpecimen, *Filia dicitur Principis*. Ibid.
Eccleſię membrorum inter ſe nexus *monilium* ſimilitudine aptè ſignificatus. 7. 7. 2.
Fœcunditas in Gentibus *triticeo cumulo* indicata. 7. 12. 1.
Eius vis ad myſticam generationem ętatis damna non ſentit, ſed nec timet. Ibid. 3
Eodem tempore ſemen ſuſcipit, meſſem in herba videt, & horrea implet. Ibid.
Illi tunc data vbera, cum mater effecta eſt. 7. 14. 1.
Vbera illius duplex doctrina, dogmatica, & moralis: illa credenda, hæc agenda docet. Ib. 3.
Illius lac cur *Rationabile, & ſine dolo* dictum. 7. 14. 3
Cur dicta *Columna & firmamentum veritatis*. 7. 17. 7.
Eccleſiæ generoſitas, dum Gentium viget conuerſionem, nec labori parcens nec ſtudio. 7. 16. 6
Eius oculi vigilantia nunquam dormitans. 7. 18. 2
Caput myſticum ſapientia. 7. 24. 8.
Eius omnis pulchritudo ab abundantia gratiæ: iucunditas ex manſuetudine, & humilitate. 7. 28. 4.
Eius progreſſus in Gentibus. 7. 30. 1.
Infinita proles capi antiquis anguſtijs minimè valens, laxius habitare coacta. 7. 32. 7.
Sub lege humili iacens loco, ſub Euangelio vſque ad diuinitatem euecta. Ib. 8.
Eccleſiæ gratus ex ore odor à valente ex ſana conſtitutione. 7. 33. 3.
Eius verborum pietas non fraude munita, ſed ſimplex & à natura inſita. 7. 34. 1
Semper peregrinos cultus auerſata. 7. 38. 1
Eius apparatus ad expeditionem in gentes. 7. 39. 9
Doctrinæ lacte etiam aliud agentes inuitat. 7. 31. 3
Eius ſtudium generandi ſemper nouam prolem. 7. 42. 2
Ingens laus cura tenerioris prolis perſecutionum tempore. Ib. 3.
Vota pro Martyribus perſecutionis tempore: & martyrij deſiderium in filijs. 7. 44. 2
Eius in prole multiplicatio nunquam maior, quam cum grauius oppugnaretur. Ibid.
Eius ad myſticos complexus nunquam robuſtior vis, quam ſub tyrannis. 7. 45. 2.
Eccleſiæ ſenſus dolentis filios propter ſolum nomen traduci atque damnari. 8. 5. 2.
Status miſerrimus ſub tyrannis grauium ſcelerum infamia notatis Chriſtianis. Ib. 3.
Eius ingens gloria vrbem orbis caput, caput fieri Religionis, quę fuerat impietatis. 8. 7. 5.
Eiuſdem ſpirans imago ſedata perſecutione. 8. 9. 3.
Triplex ſomnus ſua triplice ſtatu. 8. 2. 2.
Pace gaudens in id incumbit, vt prolem ſponſo multiplicet. 8. 20 3.
Eius vota de barbararum Gentium concurſione, ea ſoror parua eſt. 8. 27. 1.
Eius felicitas, cui iam licebat ſemen verbi Dei liberè vbique ſpargere. 8. 36. 1.
Eius adhortatio ad Chriſtum, vt per ſe, & ſuos operarios vineam ſuam procuret. 8. 38. 4
Stabile conſilium nullis cedendi periculis in miniſterio verbi. 5. 18. 4.
Ambulanti per fidem ſępè dubia de credendis, & agendis ſuboriuntur. 1. 22. 2.
Eccleſiæ viſus Deus *decorus*, poſt ingentes promiſſiones. nunquam enim magis decorus, quam cum beneficus. 1. 41. 1.
Lilio ſimilis cur dicta. 2. 3. 1.
Ei periclitanti certior, & præſentior Dei fauor. 2. 4. 4.
Eius in Aegypto labores, & anguſtiæ. Ib. 5.
Eccleſiæ gratius verbum eſt, quod ſe imminuit, quam quod in forma Dei manet. 2. 6. 2.
Ordinatione caritatis indigens, vt eam prudenter diſpenſet. 2. 12. 2.
Ei incogitanti iuſſum ad Gentes tranſire. 2. 50. 2
Eccleſiæ magnum, ac lætum ſpectaculum Gentilitas ad Chriſtum adducta. 4. 28. 2
Chriſtianæ vtique robuſtiori, acriores paratæ pugnæ, & acriora bella. 5. 23. 7.
Nunquam Deum quærit, quin perſeuerans inueniat.
Ei ſub Apoſtolis agendorum, ac credendorum notitia pleniſſima data. 6. 10. 9.
Plus exiguo tempore ſub Chriſto, quam longo ſub Moſe in doctrina profecit. Ibid.

An-

Digitized by Google

Antequam prælia ineat de victoria ſecura, victrix à Chriſto pronunciatur. 7. 2. 5.
Eccleſiam ſibi reconciliatam in Adamo, nunquam deſeruit Deus. 2. 49. 4.
Cum adhuc in lumbis eſſet Patris, eam Iudęi delere conati ſunt. 5. 23. 9.
Eccleſiæ ſingulæ deficere poſſunt, vniuerſa non poteſt, immo nec omnium caput Romana.
Digna Eccleſiæ appellatione non eſt, quæ ſterilis eſt, & infecunda. 6. 23. 7.
Eccleſiarum quatuor gradus in ordine Hierarchico. 6. 23. 9.
Effectus aduenientis Spiritus Sancti typice ſignificati apud Ezechielem. 5. 15. 3.
Ego Dilecto meo, ſententia tribus tradita locis, eius rei myſterium. 7. 38. 2.
Egrediendi verbi vis arcana. 2. 28. 2. & 7. 39. 7
Egreſſus Dei à diebus eternitatis, Incarnatio, & natiuitas, 3. 38. 5.
Elata Abietes ſublimitatis ſymbola, viror fidei ac deſideria ſublimia. 5. 35. 4.
Electus vſus S. ſcripturæ is eſt, qui perfectiſſimus in ſe ſit, mundus, purus, immaculatus. 6. 26. 4.
Elias Eliſæuſque cur dicti *currus Iſrael*. 7. 24. 6
Eliæ facinus grande ad aſſerendam Deo diuinitatem. 4. 12. 6.
Eius libertatis & audaciæ grande exemplum, quod Apoſtoli, & Stephanus prætergreſſi. 8. 9. 6.
Elias, Eliſęuſque rudimenta quædam Religionum deſignauere quaſi ſimulacra futurorum. 7. 24. 6
Eloquia diuina humanis cogitationibus minimè adulteranda. 4. 9. 5.
Eloquium dulce. vis ad perſuadendum, quæ propria Miniſtrorum Eccleſię. 4. 9. 1.
Emiſſiones Horti, *propagines* ſunt plantarum: myſticè ſermones boni odoris. 4. 42. 2.
Engaddi, Oculus hædi, ſeù *viſio tentationis*. 1. 37. 8
Ephod communis habitus læuitarum miniſtrantium. 4. 39. 3.
Eius vſus etiam laicis videtur permiſſus, cum miniſterium aliquod ſacrum obibant. Ibid.
Epiſcopus nomen officij potius quam dignitatis. 7. 23. 5
Ei vita irreprehenſibilis neceſſaria ad retinendam dignitatem ad ſuauitatem beneficentia, authoritas ad maieſtatem. 6. 8. 2.
Epiſcoporum iura vltra Epiſcopatus limites minimè extenſa.
Epithalamia etiam eorum, quæ mediocria ſunt, laudationem continent. 4. 14. 6.
Epulum ſacrum apud profanos. 1. 32. 3
Epuli nomine æterna felicitas ſignificata. 1. 32. 5.
Equorum dotes nobilitas, docilitas, velocitas, animoſitas, fidelitas, obedientia. 1. 26. 1
Equitatus Dei, virtutum agmen datum Eccleſię ad munimentum. Ib. 5.
Euangelicę ſimplicitatis erubeſcentia magnum Euangelij impedimentum. 2. 41. 5.
Euangelij curſus cur ſępè tam lento gradu procedat. 5. 19. 1.
Euangelium cum nondum translatum eſſet ad Gentes cur *deſcendiſſe in hortum ſuum* Chriſtus dicitur, id eſt, ad Gentes migraſſe. 6. 1. 8
Euangeliſta apud Paulum non ſcriptores, ſed Annunciatores Euangelij, quibus ad id munus certe regiones aſſignatæ. 6. 18. 3.
Euchariſtia Chriſti paſſionis memoratio. 2. 5. 2. &. 5. 11. 7
Vinum optimum non feſtinanter potandum, ſed ſenſim, ac veluti mandendum. 7. 34. 1
Vinum conditum, quo ſenſu dictum. 8. 9. 5.
Cibus, & potus myſticus multa ſuauitate conditus. Ibid.
Dignè ſumpta cęterorum ciborum faſtidium addducit, & neglectum. Ibid.
Ros matutinus de cœlo ſtillans. Ibid.
Eius proprium ſumentes in nouam naturam mutare. Ibid. 6.
Robuſtorum cibus robuſtam exigit ſtomachi vim, vt diggeratur. Ibid.
Euchariſtię inſtitutio argumentum Regię in Chriſto dignitatis, & poteſtatis. Ibid.
Eodem pabulo robuſtiores alij, alij imbecilliores redditi. Diſcriminis ratio. Ibid.
Eius vis ingens ad naturam ſumentium tranſmutandam. Ibid. 7.
In ea Chriſtus & paſcit & paſcitur. Ibid. 8.
In eadem dignè ſumpta nos ſumus Chriſti cibus. Ibid.
Non ante digni, quos ipſe guſtet, quam per Eucuariſtiam nobis diuinitatis ſaporem communicarit. Ibid.
Sine eo fermento diuinitatis inſipidus Chriſto eſt omnis panis. Ibid.
Euchariſtia vitam ſumentibus, alijs etiam communicandam impertit. Ib. 9.
In ſumentibus dignè *fons* fit *aqua ſalientis in vitam æternam*, vnde Chriſtus bibat. Ibid.
Europę fermè anguſtis terminis pietas Chriſtiana in vetere orbe concluſa. 8. 27. 16.
Quantum ex hac parte de ſacro imperio deciſum, tantundem ex alia additum. Ibid.
Europearum, & Aſiaticarum Gentium cultus, non nulla fuit ad Euangelium pręparatio. 8. 28. 4.
Ex, particulę vis. 8. 33. 5.
Exempla doctrinę diuinę pondus adijciunt. 4. 9. 6
Hominum vbi falluntur, aſpiciendum in Chriſtum. Ibid.
Expeditionis in vtroſque Indos occaſio earum Gentium opulentię fama. 8. 27. 10
Ezechielis dies pro annis, ad inuoluendum ſenſum. 3. 18. 6

F.

FAces Amoris proprius apparatus. 8. 23. 4.
Faces pro fulguribus, & fulminibus, quę arma propria diuinitatis. Ib. 5.
Facies, ratio agendi ex diuinę legis preſcripto. 2. 43. 2.
Facies morigera, & obſequens pulcherrima Deo. 2. 24. 3.
Faciem auertere habitus indignantis, & abijcientis. Ib. 33. 4
Eam auertere a peccatis, ignoſcentis: eam *oſtendere*, fauorem parantis, aut magnum aliquid molientis, & aggredientis; & paratum ſeſe ab obſequium exhibentis. Ib. 5.
Illuminare faciem, auxilium præbentis. Ibid. 4.
Eam à Deo auertere, obruentis obſequium. Ibid. 5.
Eam obuertere, iter aggredientis. Ibid. 6.
Faciei nomine totus ſæpè homo comprehenſus. Ibid. 4.
Facies Dei, notia eorum, quibus imperfectam illius cognitionem ducimur. 6. 10. 9.
Faſciculus myrrhæ pictus Deus aſpera, & dura præcipiens. 1. 34. 8.
Fauus diſtillans Chriſtus de cuius plenitudine omnes dulcedinem participamus. 4. 37. 5.
Fauus cum melle ſimplex ac pura voluptas. 4. 37. 6. & 5. 55. 7.
Myſticè reſurrectionis gloria. Ibid. 7.
Felicitatis ſymbolum candor. 1. 36. 6.
Felicitas nulla habenda, quæ duratura non eſt, quamque non ſollicitauerint aduerſa. 2. 9. 1. & 4. 52. 7.
Felicitas nauigantium plus aliquando aduerſæ, quam ſecundiori fortunæ debet. 7. 46. 8.
Femora, quod lumbis proxima, ad generationem aliquando relata. 7. 6. 1
Eorum nomine id omne comprehenſum, quod à talis ad pubem, ſuſtinendo, & circumferendo ſeruit corpori. Ibid. 2.
Femorum, crurumq; proprium munus corpus erigere, ideo ex oſſibus longiſſimis, ac rectiſſimis, immo & firmiſſimis conſtituta. Ibid.
Illis arcano ſignificatu ſtabilitas, & firmitas ſignificata

Digitized by Google

inuſitaris, motus facilitas. Ib. 3.
Fercula conuiualia, 2. 31. 2
Ferculum Salomonis, Arca,quę Dei vehiculum, dum veheretur per deſertum. 3. 21. 7
Ficus arbor in Script. S. ſæpe ſynagogam ſignificat. 2. 38. 2
Eccleſia in Aegypto, dum inſtaret profectio. Ib. 8.
Ficus groſſi ſine fructus præcoces, viri ſunt ſanctitate inſignes. Quibus Deus delectatur. 2 38.8.
Ficus, & *vites* pro rebus delicioſiſſimis. 2. 39. 7.
Ficus fructu carens,ſynagoga ſterilis. 6. 34. 2.
Fides coniugalis,ac pudicitiæ cura,murus Eccleſiæ. 4. 40. 8
Fides in Chriſtum moriturum in omni Eccleſię ſtatu neceſſaria, ſaltem implicita. 4. 47. 1.
Fidei amictus nemini tollitur,niſi volenti. 5. 25. 4.
Fides ſine vllo doli timore. 5. 39. 1
Ea fundamentum ponit ſpiritualis ædificij, ſpes parietes erigit, Caritas tecta ſuſpendit. 4. 2. 3
Ea eſt animorum ſignaculum. 8. 20. 2
Fideles ſeiungi ab Eccleſiæ gaudijs minimè poſſunt. 1. 11. 1.
Infantibus ſimiles fidei lacte nutriti 1. 12. 1
Eorum multitudo clypeo fidei ſatis munita. 3. 19. 9.
Fidelibus eadem origo à gratia genitrice. Chriſto velut capiti capilli coniuncti, nitidi à fide caritate formata. 4. 4. 6.
Fidelis populus,velut coma caritate aurea: ac quales inter ſeſe atque conformes. Ib. 8.
Ornamentum Eccleſiæ,vt coma capitis. 7. 25. 1.
Eorum ſumma felicitas mori pro Chriſto. 7. 12. 4.
Soli myſtici vini ſaporem interno guſtatu percipiunt. 7. 35. 3.
In primitiua Eccleſia omnium rerum maluere ſubire iacturam, ne perderent Chriſtum 7. 39. 7.
Eorum feruor in precibus, & frequentia piorum operum pace Eccleſiæ parta. 8. 9. 3.
Eorundem vnitas, & ordo Eccleſiæ aciem tutam præſtant, ab omni hoſtium incurſu. 6. 9 1.
Sub gratia *docibiles Dei*, quo ſenſu dicti. 6. 10. 9.
Fidelium ex Gentibus cum *capillis*, & *capellis* comparatio, & ſimilitudinis vis. 6. 12. 7
Tanquam ſenſu carentes,dura perferre docti. Ib 8.
Filia, animæ incipientium, quæ motus affectionum carnalium ſæpè peccata reputant. & ſi conſenſus abſit 1.15.3.
Eas Eccleſia docet motus illos peccata non eſſe ſed peccati reliquias. Ibid.
Filia Ieruſalem Angeli cœleſtis Ciuitatis ciues. Ib. 4. 5.
Filiæ Ieruſalem ſemper in bonam partem interpretandæ in Cantico. Ibid.
ſunt Angeli Eccleſiæ tutelares, ſemper illius commodo inuigilantes. 2. 19. 1.
Eſt amicorum, & fauentium appellatio. 3. 14. 2
Filia Sion, cum egrèdi iubentur, & videre,ad ſpectaculum grande,& nouum inuitantur. 3. 26. 1
Filiæ Saphad non permiſſæ extra tribum ſuam nubere. 4.4.9.
Filia Principis dicta Eccleſia,quia Dei filia, cuius concepta de ſemine, nata, educata, dotata, collocata. 8.5 2.
Filia multitudinis, pro vrbe frequentiſſima. 7. 20. 1
Filius di ectionis, pro Filio dilectiſſimo. 3. 30. 1
Filius verbum humanitatem ornat, non tantum vt opus ſuum ſed vt ſe ipſum. 5. 42. 3.
Filij nomen in Chriſti ſchola laborum tolerantię premium. 7. 5. 4.
Filij parentum ornamenta. &, ſi bene morati, etiam corona. 7. 7 1. &, 4. 39 2.
Filij communes, amoris mutui fulcra,& pignus. 6. 4. 6.
Parentum ingenia,& mores plerumque trahunt. 4. 10 2.
Filij Iacob totidem ſtolones, abituri olim in magnas arbores. 1. 41. 10.
Flamma exigua placido gaudet cælo, & viuit: grandis ventorum flatibus, & irato cœlo creſcit. 5. 28. 4.
Florere pro *gemmare*,ſeu gemmas implere. 7. 42. 2.
Flores ſucciſi,ſpes poſteritatis mortua. 1. 42. 10.
Spei ſymbola ſacris,& profanis. Ibid.
Flos campi Chriſtus in libertate Gentium creſcens. 2. 1. 1
Sic dictus, quod aduerſis probatus. Ib. 6.
Lilium conuallium,quod humiliter natus, & in humilibus mentibus vernat. 2. 2. 1.
Flores in campis haud raro lætius quam in cultis proueniunt. 2. 1. 3.
Floribus & malis, generatim ſignificata Dei ſubſidia, ad refocillandam animam in illius amore languentem.3.15.7
Flores veris indicia, myſticè ſigna ſecundioris fortunæ, poſt hyemem aduerſitatum. Ibid. 5.
Floritio vineæ ad Gentilitatem referenda: de ſynagoga etiam dicta, ſed adhuc tenera, & nondum accepta lege. 6. 35. 3.
Fluere aromata, pro odorem latè ſpargere. 4. 52. 5.
Fluminibus res aduerſæ myſticè ſignificatæ. 8. 24. 5
Flumina Aethiopia, pro regionibus longe diſſitis. 8 27 4
Fluminum ingentium inundationes. Ibid. 8.
Fœcunditas, ingens gloria fœminarum. Myſtici connubij magnum bonum. 7. 13. 2.
Fœcunditas Eccleſię mira perſecutionis tempore. Ib.46 5.
Fœminæ ſecuriores formæ iudices, quam viri. 1 15.1
Fœmina virum apprehendens, ambiens, & maritum cupiens, & proci officium implens. 3. 2. 3.
Illius & viri officiorum permutatio: illa ambit, hic ambiri amat. Eius rei myſterium. Ib. 6.
Fœminam turpem opulenta dos amabilem facit. 8. 31. 1.
Ingentibus naturæ dotibus ornata facile inuenire virum ſolet. 8. 32. 2.
Fons aqua nitida, doctrina Eccleſiæ. 4. 41. 1.
Diuinæ doctrinę in Eccleſia promptuarium. Ibid.
Clauſus ſignatuſque, quia in ſola Catholica Eccleſia manat. Ibid.
Fons gratiarum Eccleſia ſub quocunque ſtatu,ſed maxime ſub gratia. 4. 48. 3.
Foramina petra, habitatio Hebræorum anguſtiſſima, & incommoda in Aegypto. 2. 11 5
Foramen, *& per illud manus immiſſa*, modus quo ſe S. Spiritus cordi inſinuat, altus, ſecretuſque, ſæpe nobis minime ſentientibus. 5 15 3
Foris, idem, quod publicè multis ſpectantibus immo & probantibus. 8. 1 2
Forma extrinſeca tabernaculi, & illius ornatus. 3 17. 5
Forma dicendi pulcra apud Ezech. ad ſignificandum filiorum agnitionem. 8 18. 3
Fortitudo aggrediendo, ac pugnando nata. Eam perſeuerantia ſuſtentat. Vtraque virtus in Chriſto in ſummo gradu. 5. 49. 4.
Fortitudo deſtituta ſapientia facile in extrema delabitur,temeritatem, aut ignauiam.
Franciſcus Xauerius ſæpè conſolationum impetus ſibi vt ſiſteretur orare ſolitus. 2. 15. 6.
Paulo Apoſtolo ſimillimus.De eo illuſtre Rom. Rotæ teſtimonium. 8. 27. 14.
Aeque Deo gratus cum diceret *ſatis eſt*, & cum terra marique propter Euangelium laboraret 8.44 4.
Fragrantia ſponſi, odor & fama de venturo Chriſto. 1 5.4.
Bonorum recordatio ſub innocentiæ ſtatu. Ib. 5.
Frons pro libertate, & audacia. 6. 9 6.
Fructus pomorum opera fidelium in aliorum bonum. 4.43.3.
Piorum opera calore caritatis excocta. 5. 2. 1.
Electi, qui cibus Chriſto gratus. Ib. 2.
Quicumque fide in Chriſtum, & caritate viua in Dei filijs computantur. Ib. 3.
Fructum afferre in patientia, quid ſit. 7. 36. 2
Fructus palmarum ſuaues,ſed auſteritate temperati. 7 31.4
Fuga Religioſorum à ſæculo non tam locis,quá ſtudijs 8.45.6
Fugere pro *accelerare*, & *feſtinare*. 8. 47. 4
Frumenta falce demeſſa,typus patientis Chriſti. 5. 4. 8

Fumus

Digitized by Google

Fumus odoratus ſacrificiorum ſymbolum. 3. 15. 7
Fundatorum generis nobilitas maxime ad ſplendorem familiæ facit. 1. 43. 3
Funiculus coccineus Raab. Illius myſterium, 4. 8. 1
Futura breui, & certo pro factis computata. 6. 1. 8

G.

GAlaad, *Tumulus teſtium*, ideſt Martyrum. 6. 14. 1
Per illum ſignificata Gentilitas, quę in partem Regni Chriſti vocata. Ibid.
Pro medico promptuario, ad curandos animi morbos. Ib.
Galas, Hebr. inſperato, & ſubito apud ere (*amananer*). 4. 14. 1
Gallus dictus excubitor, vigilantiæ ſymbolum. 5. 9. 11
Gan, & *Ganan* quid ſit Hebræis. 8. 42. 2
Gaudia ſpiritus facilius ſentiri, quam explicari poſſunt. 1. 11. 4
Præteritorum recordatio vel ſola reficit animum. 1. 5. 5
Sæpe redundant à ſpiritu in corpus. 1. 11. 4
Gaudia ex fruitione, deſideria ſpe lactantur. 2. 51. 1
Geminatio vocabulorum quam habeat vim. 1. 38. 5
Geminatio ſententię ſæpe ſolius elegantiæ gratia. 4. 24. 2
Per ſynonyma ſępe in S.S. vſurpata. 1. 38. 5
Genæ Eccleſiæ *Modeſtia*, & *Verecundia*. 1. 38. 4
Virginitas, cuius cuſtodes Honeſtas, Modeſtia, Temperantia, Seueritas, Verecundia. 4. 10. 4
Iuuentus bene inſtituta, & morata. Ibid.
Earum natura mollis, carnea, muſculoſa. Natiua purpura tinctæ facile ſuffunduntur: ad affectum quęcumque mutabiles. Ib. 4. 5
Genæ Eccleſiæ Chriſtianæ virginum cohors, maxime velatæ, & Deo votæ. 6. 20. 4
Generandi, & pariendi vocabulis conuerſio in fide fidelium ad fidem intellecta. 6. 23. 9
Gens expectans, apud Iſaiam, in extrema infelicitatis linea conſtituta. 8. 27. 7
Conculcata, victori ſubdita, ac ſeruitio deſtinata. Ibid.
Nulla à condito orbe magis diuitijs abundauit, quam Occidentales Indi. 8. 31. 1
Gentes à Deo deſpectæ, & in ſuis ſordibus multo tempore relictæ, poſtea euectæ ad ſumma. 1. 17. 3
Gentes ad Euangelium non cœco impetu eucurrere, ſed cum omnia examinaſſent probauere. 6. 27. 6
Ea hęreditas Chriſti eſt. 8. 3. 2
Ad Chriſtum adductæ vera Ieruſalem, vera Sion probata. Ibid.
Gentes extra orbem Rom. barbarę, quæ Patrum memoria repertæ in nouo orbe, ex *Sororis paruæ* nomine deſcriptę, eius rei ratio. 8. 27. 1
Occidentales Indi nulla earum dotum prędití, quibus allicere ad ſeſe Euãgelicos Miniſtros poſsẽt. 8. 28. 4
Eorum mores ab omni humanitate abhorrentes. Ibid.
Quo maior eorum indigentia, & ſalus auidius procuranda. Ibid.
Diuerſa ratione Prędicatum illis Euangelium, quam olim orbis cogniti cultu gentibus. 8. 30. 6
Gentium vocatio non alium habere authorem potuit, quam Deum hominem. 6. 5. 8
Gentium Eccleſię fructus miri, Fidei, Spei, Caritatis, Religionis. 6. 2. 4
Earum cum *Capris* ſimilitudo dum à fide eſſent alienę.
Earum vocatio quam inſperata, & incogitata contigerit. 6. 14. 1.
Earum humilitas, & abiectio varie à Prophetis deſcripta. Contra ſublimitas poſtquam à Chriſto electæ, & vocatæ ad fidem. 6. 33. 6
In eas, tanquam in valles humiles, montium humor deriuatus. 6. 24. 1
Alacritas concurrentium agminatim ad fidem. 7. 32. 2
Earum conuerſio etiam ipſi Eccleſiæ magna admirationis cauſa. 8. 15. 1
Gentium ad vtrumque ſolem latè extenſarum ſera vocatio, digna vaticinijs Prophetarum. 8. 27. 8
Gentilitas prędicatione dealbata, non iam nigra, ſed candida. 1. 18. 1.
Ea eſt *Hortus*, in quem Chriſtus à Iudęorum deſerto inculto *deſcendit*. 6. 1. 4
Gentilitas, quibus ipſa fędabatur probris, etiam ſuis numinibus adſcribebat, & conſecrabat. 6. 13. 2
Ad fidem tracta magnum ſanctitatis Eccleſię teſtimonium. 6. 27. 5
Cur *Hortus nucum* appellata. 6. 33. 8
Credere incipiens *Amygdalo* primulos fructus oſtentanti comparata. Ib. 9
Gentilitatis è ſterili in vberem mutatæ fœcunditas vnius Chriſti opus mirabile. 7. 12. 1
Gentiles ad fidem conuerſi de *Capris* mutati in oues manſuetas, miteſque 6. 13. 2
Eorum errores ſemper extremi. Ibid.
Qui magni inter eos habiti, aberrauere à veri tramite, in vnius Dei notitia. Ibid.
Eorum quidam inuitati ad Euangelium, vltro accurrere alij quodammodo coacti. 8. 30. 6
Germinandi vox translata ad homines ingentem multiplicationem notat. 2. 5. 3
Gladius in manu, prædicatio exemplo iuncta. 3. 19. 4
Super femur, habitus parati ad pugnam. 3. 20. 4
Vno ſolo non pugnandum cum Dæmone. Ib. 5
Gladiorum nomine etiam arma alia comprehenſa. 3. 19. 10
Gloria vera militari nihil pulchrius humanis oculis. 7. 1 5
Goſſipium veterum an diuerſum à noſtro. 3. 24. 5
An idem cum Byſſo veterum. Ibid.
Gratia per Chriſtum potens, & valens: lex imbecilla & parum potens. 2. 17. 12
Gratiæ donorum cum aqua nitida ſimilitudo. 4. 48. 3
Vnam ad aliam ſternit viam. 5. 18. 2
Gratia pro gratia! omnis gratia. 5. 51. 6
Gratia redemptrix Mater Eccleſiæ vnigena, & vnipara, & ſolius nutrix. 5. 23. 9
Gratitudinis proprium gratiam agnoſcere & referre. 4. 44. 2
Ea id ipſum, quod accepimus videmur reddere. 8. 7 1
Grauitati comes comitas modum addit, viciſſimque accipit. 5. 41. 7.
Greges ouium virtutum quandam vmbram exhibent, Innocentiam, Benignitatem, Simplicitatem, Tolerantiam, Obedientiam. 1. 24. 5
Greſſus ſeu *pedes* ſuo munere rite fungentes, pulchri. 7. 3 4
Greſſi, Fideles præcipuè ex Hebreis, qui fidem habuere Moſi ſcadenti libertatem. 2. 38. 8
Guſtatus exquiſitus, integrę valetudinis indicium. 7 14 1
Guttur Chriſti ſermo ſuauis, quo animos permulcebat, & ad aſſentiendum inclinabat. 5. 53. 1
Guttur Eccleſiæ, illius doctrina, cuius vis natiua ab eo ſpiritu, quo plena erat. 5. 53 1
Gutture id ſignificatur, quod ex imo eſt cordis. Ibid.

H.

HAereſis omnis ſine vigore fidei, ſine pietate floribus, ſine operum fructu, ſine vmbra ad æſtum vitiorum temperandum ideo ſpinis ſimilis. 3. 4. 2
Malum, cui ſolus ignis medicina eſt. 2. 45. 7
Hęretici ſi reſipiſcere nolint, longiùs ablegandi. 2. 45. 7
Eorum doctrinę character turbatio, & ebrietas 1. 11. 2
Lupi ſunt, clam & doloſe graſſantes. 7. 13. 9
Halitus emmendati mater valida, & ſana conſtitutio. 7. 44. 5
Hanu, quid ſit Hebręis, variæ illius translationes. 7. 5. 4
Hebręi ex Aegypto, cui inſeruierant non ſine ingenti Dei opera, & Moſis labore educti. 2. 23 4
Eorum ſeruitus typus ſeruitutis hominũ ſub Dæmone. Ib.
Hebræus ſermo ſępè ſubſtantiuum verbum reticet. 2. 47. 4
Hebręis gladijs, & pugionibus vſi. 3. 20. 6

f Mon-

Montibus ſignificati, qua cauſa. 6. 33. 6
Hebræa Gens, ex Gentilibus, locus Ezechielis. 7. 8. 1
A Deo per legem in ſponſæ honorem leuata. Ibid.
Hebræi ſoliti in preſſuris ad Moſen, & Aaronem confugere, tanquam in ſinum Parentis. 3. 6. 3
Hebræum vocabulum pro *Cuſtodibus*, omne ganul cultoris officium comprehendit. 8. 37. 3
Hermon mons libani pars, quanquam nominę diuerſo. 4. 26. 9
Heſeron, Hebr, *Maroris cingulum*. 7. 19. 1
Hieronymi obſeruatio de nomine Aegypti. 8. 27. 5
Hilaritas in dando largitionis decor. 6. 16. 1
Hinnuli typo Religioſorum ſtudium à Deo non recedendi expreſſum. 8. 46. 1.
Hirsbuni, quid apud Hebræos. 6. 11. 1
Hiſpanorum felix audacia in detegendis nouis Gentibus.
Hœdi imperfectiores animæ adhuc terrenis curis diſtentæ, quarum ſemper ingens numerus. 1. 25. 3
Homo Paradiſi cuſtos conſtitutus, ſed magis ſui. 1. 19. 4
Hominis amoris in Deum ante Chriſtum notę. 2. 10. 1
Homini datum præceptum obedientiæ exercendæ, fidei etiam probandę. 1. 19. 4
Libero nato ſeruitutis nomen odio plenum, niſi humanitate temperetur. 1. 41. 9
Hominum animę Angelis ſemper cariſſimę. 2. 20. 5
Hortus clauſus Eccleſia, ſimilitudo in quo ſita. 4. 40. 1
Eccleſia fidelium multitudine flores caritate valiata. Ib. 3
Hortus Chriſti Religioſus ſtatus. 6. 1. 3. &, 8. 42. 4
Horti particulares Eccleſiæ partes vniuerſalis, quæ hortus magnus. 6. 1. 3. &, 8. 42. 1
Hortorum dotes Religionibus accommodatæ. 8 42. 4
Humana membra non ante verbo tributa, quam à capite quinto, cur ita factum. 5. 3. 3. &, 5. 7. 1
Humanę prouidentiæ labes nec omnia videre, nec viſis omnibus prouidere. 5. 39. 2
Eius faſtum ſæpè Deus caſtigat. Ibid.
Humana natura per primam culpam violata, cum hactenus virgo fuiſſet. 8. 18. 1
Humilis omnia communia cum cæteris habens, ſolo bono odore proditur. 4. 46. 2
Sæpè non tam quid facere Deus ſoleat, quam quid meritus ipſe ſit, conſiderat. 5. 26. 1
Humilitas ſine magnanimitate vilis abiectio eſt. Hæc ſine illa vaſtitas mentis eſt. 4. 46. 5
Hyems ſymbolice aduerſa tempora, labores, afflictioneſque ſignificat., labores Eccleſię in Aegypto. 2. 33. 2
Hyacinthus pro omni lapide pretioſo. 5. 46. 5
Quidam cum Chryſolito confundunt, alij ſaphiris acceſeant, vtrique malè. Ib. 4
Hyacinthis plena manus, operum Chriſti varietas, & pretium inæſtimabile. Ibid.
Hymnodiæ ne ſit ſuauitas euanida, ſed quodam modo alimentoſa. 4. 27. 6

I.

Iacobus Apoſtolus occiſus, Stephanus lapidatus, diſperſi diſcipuli. 5. 23. 2
Iacobi Patriarchæ exemplum in prole multiplicanda in Dei honorem. 6. 17. 2
Eius in paſcendis ſoceri gregibus vigilantia, forma Prę-latorum. 7. 18. 2
Ialaeh, quid ſit Hebræis. 2. 32. 1
Ianua qua Chriſtus in animam ingreditur cor ipſum eſt. 5. 10. 6
Iapones duobus armati gladijs. 3. 20. 1
Iaponica Eccleſia Miniſtrorum diuerſitate ſtudiorum diſtracta ac pene deſtructa. 4. 6. 7
Ictericis omnia flaueſcunt, ſic oculo impuro ſunt omnia impura. 1. 40. 3
Idolum zeli, cur dictum. 8. 23. 5
Idola cur *amaritudines* appellata. Ibid.
Idololatrię exciſum imperium Dei opus ingens. 8. 11. 2
Hydra multorum capitum ferro & igni à Chriſto cęſa. Ibid.
Iephte filia, quas lachrymas morti immaturę debebat, integrę virginitati impendit. 6. 20. 4
Ieroſolyma nomine vetus ſub lege Eccleſia intellecta, cui comparatur Chriſtiana, ſed cum auctario. 6. 8. 5
Ieroſolymam vrbem multa & oculis gratam, & animis amabilem faciebant. Ibid.
Ieſus effuſus propter miſericordiam: & propter ſuauitatem, quam omnibus attulit. 1. 6. 6
Effundi oportuit vnguentum, vt omnibus mederetur ex æquo. Ibid.
Ieſu nomen ſalutem & ſono, & factis præfert. 9. 3. 2
Ea ſalus tranſlata à Iudæis ad alienos. Ibid.
Ignauia, & timor noſter primum in nos Diaboli telum, quod intorquet. 4. 15. 6
Ignauo pugnatori omnis ſpectator ſuſpectus eſt. 5. 35. 6
Ignis puritatis effector, candoris indicium. 5. 32. 4
Ad Dei imperium mutat naturam, nec vrit, ſed refrigerat. 6. 51. 8
Imago parentum in filijs vna duorum. 8. 4. 6
Imber aduerſitatum nimbus, calamitatum congeries, mala agminatim irruentia, in modū irati fluminis. 2 34. 2
Immiſſio manus ſponſi per foramen, Spiritus Sancti miſſio, inſpirationes ad bonum. & tactus pij motus voluntatis 5. 14. 3.
Imperium vix vllum magnum niſi ſub Gentilitate natum, adultumque. 6. 23. 4
Imperium Chriſti mite, atque pacificum. Ibid.
Imperfectos nihil magis ad amorem cogit, quam beneficiorū granditas, & frequentia. 2. 12. 3
Eorum vox: læui pedes meos. 5. 13. 3
Importunitas concionatoris ſæpè oportuna. 6. 18. 5
In portis eſſe, Hebraiſmus, ad manum, & in promptu eſſe, & ſine labore conſequendum. 7. 47. 2
Incarnatio oſculo aptè ſignificata: eius rei ratio. 1. 2. 1
Eius acceleratio Mariæ V. precibus debita. 3. 11. 9
Patris, Filij, Spiritus Sancti opus commune, & priuatum cuiuſque. 5. 1. 5
Cæterorum ad nos Dei aduentuum caput & fons. 5 3. 3
Incipientium malum, vbi ſolatia deſiere, regredi ad priora, quæ animosè magis, quam fortiter abiecere. 1. 21. 2.
Qualis ſit Deus intelligunt ex illius ſuauitate, ac pręſenti conſolatione. 2. 10. 1
Indi à nobis toto orbe diuerſi Eorum indoles ſeruituti nata, ac curatore ferme indigens. Sed ſeruitus illis ad veram libertatem profuit. 8. 27. 15
Fide imbuti, quaſi poſt liminio humanæ naturæ redditi. Ibid.
Illis poſt temporum tardas moras lux Chriſtiana tandem affulſit. Ib. 16
Indorum Occidentalium Gens dicta, *Parua Soror*, id eſt nulla dote commendabilis, & omnino contemptibilis. Ibid. 19.
Eius in conuerſione impedimenta, maximè ex illius parte. 8. 29. 3.
India vtraque diſſita à noſtro orbe per infinita ſpatia interfuſo toto Oceano. 8. 27. 11
Indicarum Gentium indoles non apta ad magnos in pietate fructus, & progreſſus. 8. 30. 6
Illis ad prędicationem aditum fecere ingentes diuitiæ auri, argentique. 8. 31. 1
Indicia vitæ in faciei colore apparent. 4. 49. 3
Indigentis ipſa miſeria ſatis, tacens etiam, loquitur. 3. 7. 2
Indigentiæ carentia originem habet vel rei præſentiam, vel memoriis poſſeſſionem. 7. 10. 1

In-

Infantes cum lacte nutricum etiam mores ſugunt. 1.35.3
Lactis defectum eorum languor, ſępè etiam mors ſequitur. Ibid.
Illis natura lactis alimentum prouidit nullo eorum labore. 5. 6. 3
Infelicitas noſtrorum temporum, in ſumma doctrinæ abundantia fructus magna ſterilitas. 6. 18. 8
Infelicitas ſuos pergradus creſcens. 8. 19. 2
Iniuſti in radice fidei, & ſpei non protſus mortui. 4. 40. 5
Inſitionis ruſticæ ratio ex Plinio. 7. 36. 2
Inſtitutio ſolers parentum, quaſi iugis aquę vena, ad irrigandas plantas teneras. 4. 10. 8
Inſtrumāta pneumatica, ſine ſpiritu attracto prius poſtea emiſſo, non ſonant. 4. 38. 1
Intentio recta bonorum operum communis anima, & vita. 4. 11. 2.
Interpreti Scripturæ S. fugienda nimia in interpretando ſubtilitas. 2. 22. 2
Eidem interpretationis ſeries habenda ſemper prę oculis niſi turpiter velit aberrare. 4. 21. 4
Interpretis latini iudicium. 2. 47. 4
In ſymbolico genere non ſemper minuta omnia ſtrictè pręmenda. 2. 17. 5
Introducere, verbum eſt connubiale in Cantico. 3. 11. 4
Virorum cum ſit proprium, cur non viro, ſed ſoli fœminæ tributum. Ibid. 5
Intueri, dicit aſpectum auidum, intentum, curioſum, fauentem, & omnino amicum. 4. 41. 1
Inuenire eius eſt, qui anxiè quæſierit. 8. 3. 3
Ioab gladiolo percuſſum Amaſam interemit. 3. 20. 6
Iob, poſt auditas tot clades ſurgens, ſe ſe parat ad noua prælia. 5. 18. 5.
Ioſeph prius tunica exuitur, quam in ciſternam mittatur. Eius rei myſterium. 5. 19. 8
Iouis trioculi ſignuu apud Troianos: eius rei myſtica ſignificatio. 5. 37. 2
Iſaac mactari iuſſus, & tamen mori impeditus. Myſterium grande in hoc facto latens. 5. 33. 4
Iſaię & Pauli verba de Apoſtolis expeditionem maturantibus in Gentes. 2. 3. 4
Eiuſdem Prophetæ locus de Indis occiduis explicatus. 8. 31. 2.
Iſraelitarum vulgus caprarum gregibus comparatum. Caprarum ingenium & mores illis appiicata. 4. 5. 1
Iudæi fruſtra conati labem aſpergere doctrinæ Chriſti. 5.34.9
Repellentes Chriſti gratiam capillis è morbo defluentibus comparati. 6. 12. 9
Eorum conſilium de perdenda Eccleſia. 5. 23. 9
Fractis eorum ramis Gentium ſurculi inſerti in bonam oliuam. 6. 12. 9
Eorum campus anguſtus gratiæ latitudini. 6. 36. 4
Iudaica ſacra grauia, Aegyptia vana & puerilia. 3. 14. 7
Iudicia Dei cur abyſſis comparata. 5. 36. 2
Iudicium à miſericordia exaltari, quid ſit. 4. 44. 2
Iuncturæ femorum in Apoſtolis, pręparatio eſt ad quemcumque motum, quo impelleret Spiritus Sanctus.
Illos modulos interpretatur Ambroſius, illius locus emēdatus. 7. 6. 2
Iuno connubiorum legitimorum præſes habita. 4. 42. 8
Eius ſignum, manu malum punicum pręmens: eius rei miſticus ſignificatus. Ibid.
Ius ſummum proximum iniuriæ. 4. 2. 7
Iuſti viri virtus opulentia ipſa creſcens, vt arbor aqua frequente irrigata. 8. 24. 4
Iuſtitia Miſericordię iuncta ſuauius ſpirat; vt etiam miſericordia Iuſtitia temperata. 4. 44. 2
Illius ſpiritum oſculo depacto miſericordia lenit. Ibid.
Iuuentus nouellis arboribus comparata, ſed frugiferis. Eius comparationis ratio. 4. 10. 6
Ea corrupta, communibus cum grandiore ętate pęnis obnoxia. Ib. 7
Quo tempore lata lex, & longo poſt tempore laude digna. Ibid.

L.

LAbia; inſtrumenta ad varia munia loquendi, concinendi, &c. 4. 7. 1
Labia Eccleſię leuitarum ordo, & Sacerdotum. Ib. 4
Labium vnum Eccleſiæ, quo idem ſapit, & loquitur. 4. 8. 6
Labia Eccleſiæ Sacerdotum ordo ſub Dauide. 4. 37. 2
Labia Chriſti eloquendi vis ad perſuadendum. 5. 43. 2
Labiorum Eccleſiæ cum vitta coccinea ſimilitudo. 4. 8. 6
Eorum dulcedo, Chriſto ſapidiſſima: fauo comparata propter fidem in Chriſtum qui Deus homo. 4.9.8
Eorum rubor à ſanguine in corpore abundante. 4.58.8
Laborem nemo libens ſumit, niſi alicuius vtilitatis futuræ aut præſentis gratia. 8. 32. 5
Labores prouocandi potius, quam expectandi. 5. 18. 5
Pro Chriſto ſuſcepti magna cauſa gaudiorum. 7. 29. 5
Eorum tolerantia breuis ad Dei cognitionem via. 5.18.1
Lac infantium alimentum ſalubre, & facile. 1. 12. 1
Naturæ ſuæ qualitates in infantes transfert. 4. 35.3
Lac cum melle, ſuauitas pinguis, & nutrimentoſa. 4. 38. 3
Naturæ opus non artificij: eo ſignificata beatitudo. 5.7.3
Lac rationabile ſine dolo. quid apud Petrum. 5. 39. 3
Eius qualitas magni momenti ad nutriendam prolem. 7. 14. 4
Eius ſalubritatem aut vitium infantes colore ipſo teſtantur. Ibid.
Eo hauſto nulla infantibus ſuſpicio, ne damnum ſibi aliquod pariat. 5. 39. 3
Eius lotio ad ſolum candorem referenda. Ibid.
Ei non mel opponitur, ſed ſolidus cibus. 4. 38. 3
Ei vere comparata beatitudo cœleſtis, quaſi de vbere hauſta diuinitatis. 5. 6. 3
Lachrymæ incipientium donum. Perfecti ęternitatis candidati. 6. 10. 3
Lachrymæ primorum parentum ex odio primi ſceleris. 7 18.4
Arbor eadem culpę occaſio, pęnitentię teſtis. Ibid.
Lætitia magno largo vini potu ſignificata. 2. 11. 8
Eius effectus, cordis dilatatio. 8. 15. 2
Eius in vterum ferentibus multę cauſæ. 7. 10. 5
Læua capitis dextra, corpori ſubiecta, vires Eccleſię à Deo tributę ad ferendam vim amoris. 2. 17. 14
Læua, auxilia ad ſuſtinendam molem cogitationum impellentium ad amandum, *Dextra*, ad ſuſtinendas Dei intimas conſolationes. Ib. 15. 16
Læua temporalia. *Dextra* æterna bona. 8. 11. 5
Læua bonorum externorum abundantia, capiti ſuppoſita, quia ex prudentię legibus diſpenſanda. Ibid.
Lampas pro face, profanis, & ſacris. 8. 23. 3
Lampas Chriſtus in cruce, qua diſcuſę figurarum vmbrę. Ibid.
Lampades pro fulguribus, & fulminibus, quæ ſunt arma diuinitatis. Ibid.
Lampades Caritatis arma ſunt ad vlciſcendum eos, qui illi iniurij ſint. Ibid.
Lana opus naturę, Purpura artificij. 7. 25. 4
Languor opprimit ſæpè amantem etiam pręſente Deo. 2. 16. 4.
Eius remedium à cogitando ceſſare. 2. 17. 5
Languor ſponſę ſecundus, nec ſine myſterio. 5. 28. 2
Eiuſdem non vna cauſa. Ibid.
Laquearia Cypreſſina Eccleſiæ, Patriarcharum vxores, fęcunditate inſignes. 1. 44. 1
Laquei multi, vndique animas circunſtantes. 2. 28. 1
Latro in cruce agnouit, ſanguinem, quo madebat Chriſtus, ſuum ipſius potius eſſe, quam Chriſti. 5. 32. 5
Laudatio ſingulorum Eccleſiæ membrorum, cur ante caput quartum non expreſſa. 4. 12. 2
Laus Dei, pro lege, poſita apud Iſaiam. 4. 40. 7
Lectiſternia, & Puluinaria Deorum in ſuperſtitione Romana. 1. 32. 3.
Lectulus connubialis, ad prolem gignendam, myſticam ex ſemine ſpiritus. 1. 42. 6

Lectulus, ſecuritas Eccleſiæ ſub Deo protegente, locus ſcilicet quietis & ſomni. 3. 5. 6
Lectulus Salomonis, Propitiatorium, Dei requies. 3. 17 5
Legatorum ferme nomine vſi noſtri, ad explaranda ſecreta Regnorum in vtraque India. 8. 27. 13
Leonis nomen magis Tyranni, quam feræ. 7. 23. 5
Leuitę Dei ad populum nuncij, & cuſtodes ſcientiæ. 4. 7. 5
Eorum in reddendis Dei vocibus fides & religio. Ibid.
Lex Moſis vmbra, lumini legis gratię comparata. 2. 17. 12
Non ſtatim ab initio abrogata in totum. 2. 41. 6
Eius onus ſenſim depoſitum docente Chriſto. Ibid.
Dicta Fœdus, & pactum propter mutuas promiſſiones. 3. 10. 4.
Legis tabulæ, vtpote ſponſales, diſſoluendæ, adueniente pleno connubio, per Incarnationem. 3. 11. 12
Lex veritatis quæ ſit apud Malachiam. 4. 9. 5
Lex Moſis, murus, ac munimentum Horti ſed ex ſpinis. 4. 40. 7
Legis diuinę freno coerceri ingens felicitas. 4. 40. 7
Lex noua Pactum connubiale, nunquam diſſoluendum, ideo dicta Nouum & æternum teſtamentum. 7. 15. 12
Legi naturæ, & ſcriptæ ſolę figuræ permiſſę. 1. 20. 7
Lia ſuam felicitatem iactans ex multa ſobole. 6. 4. 6
Libani montis ſublimitas, aquarum abundantia, & earum cum impetu decurſus. 4. 46. 6
Libanus verbum Dei Filius, quo nihil ſublimius. 4. 50. 3
Libani ſpolijs commoditates multæ mortalibus allatę, materia, frugibus, aquis. 5. 51. 4
In ſummo illius turris altitudines notę. 7. 22. 2
Liber Cant. Hiſtoriam viantis Eccleſię continet. 3. 28. 3
Liberalitas Conſtantini, & aliorum Principum in Eccleſiam. 8. 51. 6.
Ligna ſetim, quę, & vnde. 3. 21. 10
Ligna ſyluarum praui homines, & Eccleſię hoſtes. 2. 6. 4
Lilium conuallium humilitatis, ac felicitatis typus. 2. 2. 1
Lilium ſymbolicè ſuauolentia, pulchritudo, fœcunditas, lætitia rerum copia, abundantia. 2. 3. 1
Lilia defecta, ſymbolum ſpei, ac felicitatis præciſe. Ibid.
Liliorum candor, ſimplex & inaffectatus decor. 5. 42. 3
Ea gratia Chriſti D. ſermonis propria. Ibid.
Liliorum pulchritudo mira, natiuis commendata donis. Ib. 4
Generoſitas, & excelſitas, nec ſuperba, nec inuidiæ obnoxia. Ib. 5
Lilia, electi in terra, Angeli in cœlo. 6. 5. 1
Pudicitiæ fœcunditati iunctæ ſymbolum. 7. 13. 1
Locus paſcuę, quid apud Dauidem. 4. 29. 1.
Loquacitas Phariſæo nocuit, verborum parcitas profuit Publicano. 8. 44. 2
Loqui ad cor, quid ſit Hebræis. 5. 53. 5
Loquendi vocabulum pro omni vitæ munere. 7. 36. 3
Lotio ouium proprium bonum, ſed in aliorum vtilitatem inuentum. 6. 36. 3
L. Plancius latens odore vnguentorum proditus. 1. 5. 2
Lumine ſub cognitionis altiore Eccleſiæ, Hæreſes exortæ, velut nubes atræ. 1. 20. 10
Luna quo propior ſoli minus lucida; ſynagoga Chriſto propior luce vidua. 6. 17. 1
Eius labes, mutationes, & maculæ. Ibid.
Synagogæ typus, cuius ſub Iudicibus & Regibus varia fors. Ibid.
Luna ſolis imago, ſed turbida, & maculoſa. 6. 31. 2
Luſitana Gens audax, & fortuna ſua digna. 8. 27. 10
Eius in orientem nauigationes miræ. Ibid.
Luce nihil aſpectabilius, nec quo magis cernere prohibeamur ſi nimia ſit. 5. 35. 2

M.

MAceria non de ſolis ſine cœmento lapidibus. 2. 42 1
Eius cauerna litteraliter terra Geſſen; vbi anguſtiſſimè habitare ſoliti Hebræi. Ibid.
Machabeorum perſecutio proluſio fuit ad fortitudinem, & patientiam ſub gratia. 5. 22. 7
Macula pro graui culpa, quæ gratia excluditur. 4. 24. 7
Magdalenæ & Aluaradi flumina ingentia. 8. 22. 18
Magiſter futurus aliorum, innocentiam retineat baptiſmali ſimilem. 6. 55. 1.
Magiſtri Cantorum Alaph, Heman, Iditun à Dauide inſtituti ad vſum ſacrorum. 4. 38. 2
Magnanimitate deſtituta Humilitas vilis abiectio eſt; illa ſine humilitate vaſtitas mentis. 4. 46. 5
Maieſtas ſuauitati iungenda, ne deſpectui forma ſit. 6. 8. 7
Malo arbore diuinitatis ſtabilitas indicatur lilij comparatione quo humanę fragilitatis admonemur. 2. 6. 1
Malus arbor Verbum, ſyluarum ligna Gentium Dij. Ib. 5
Malis ſtipari, multa ſobole fœcundari. 2. 15. 3
Mala punica Ciuitatum, & Rerumpub. effigies. 4. 42. 6
Malum punicum fidelium multitudo, ſuis ordinibus diſtincta, & vna fide connexa. Ib. 7
Amatorium quid continet ad honeſtum coniugium ſpectans. 4. 42. 8
Verecundiæ ſymbolum, quæ multas virtutes continet tanquam grana. Ib. 20. 3
Mala punica germinantia, futurorum Martyrum ſpes, & Chriſti gaudia de ea ſpe concepta. 4. 35. 4
Malum punicum fœcunditatis ſymbolum. Ib. 5
Coronatum, vt Rex fructuum aliorum. Ib. 6
Malus arbor ſub qua ſuſcitata Eccleſia, lignum ſcientiæ boni, & mali, ſub quo in Adamo Natura humana corrupta; & à Deo per gratiam excitata. 8. 17. 8
Myſticè Crux, cuius fructus Chriſtus in immortalitatem ſatus, & mortalium cibum. Ibid.
Malos bona loqui non poſſe, quo ſenſu dixit Chriſtus. 7. 33. 3
Mammæ puellares rudioris populi doctrinæ ſterilitas, & parcitas inſtitutionis. 4. 34. 5
Manſuetudo quid apud Iacobum Apoſtolum. 7. 36. 2
Mandragoræ deſcriptio. Conceptum & partum iuuat. 7 46. 1
Eadem in Cant. cum illa, quæ eo nomine communiter cenſetur. 7. 46. 4
Earum odor ſymbolicè ad Gentilitatem referendus, & ad fœcunditatis ſpem. 7. 46. 4
Mane ſurgere, non tam ad tempus, quam ad ſedulitatem in officio referendum. 7. 41. 3
Manus Dei, virtus ad miracula patranda. 5. 14. 25
Flagellis quibus torpentes excitat. Ib. 4
Manus ſponſi per foramen immiſſa, Spiritus Sancti aduentus in Diſcipulos, qui Patris, & Filij manus eſt. Ibid. 6.
Manum mittere per foramen, ſecreto & non viſum aduenire, quaſi ex inexpectato. 5. 15. 4
Manus in S.S. pro operibus, & actionibus. 5. 45. 2
Manus tornatiles, opera Chriſti perfectiſſima, & ad ſuas leges exquiſite exactę. Ibid.
Facilitas etiam in operando. 5. 44. 5
Et pronitas ad benefaciendum. Ib. 6
Manus aureæ, opera diuina virtute peracta. 5. 46. 1
Opera Chriſti infiniti pretij: pretium autem à dignitate verbi. Ib. 7
Manus hyacinthis plenę, opera Chriſti cęleſtia, & eorundem varietas & pretium. Ib. 4. 5
Marannonius Fluuius omnium orbis maximus. M. CCCC. leucas fluxu luſtrat, latus vltra omnem viſus aciem 8. 27. 18.
Supra octuaginta leucas ripę inuicem diſtant. Bolide explorata altitudo haud aliter deprehenditur, quam in alto pelago. Ibid.
A fontibus ad mare decem menſibus nauigatus: Ibid.
Maria Virgo votis & precibus ambiens Verbum. 3. 2. 9
Bis ab ea circundatum, prius ambiente multo precio, poſtea virgineo ſinu claudente. Ibid.
Verbum introduxit in domum matris, & per eam Eccleſia. Ibid.
Pronuba fuit nuptiarum verbi cum Eccleſia. 5. 1. 6
Eius venter verbi & Eccleſiæ thalamus nuptialis, in quo coniugium celebratum. 5. 2. 4

Ma-

Digitized by Google

Mariæ vni datum poſt Chriſtum, vt ſecundum mentem nunquam ſomno præmerctur. 5. 9. 11
Cor Eccleſię ſemper vigil. Ibid.
Mons excelſus, & leuatus, & accumulatus. 5. 51. 2
Eius lactendi ſtudium ex Ambroſio. 6. 22. 2
Mariæ Magdalenę fracto alabaſtro effuſum vnguentum mortis Chriſti typus. 3. 16. 4
Maris Rubri profunda æquata, & floribus conueſtita ad tranſitum Populi Dei. 2. 48. 5
Maritorum vota pax,& coniunctio poſt pignora filiorū. 8. 34. 1
Marmor ob candorem puritatis ſymbolum. 5. 49. 6
Martha & Maria vnam familiam conſtituunt, vnius Eccleſiæ opus *Actio*, & contemplatio. 2. 18. 3
Martyres quadraginta *in* concretum glacie ſtagnum immiſſi, blande interius recreati. 4. 51. 9
Martyrum victorijs nihil in Eccleſia ad gloriam maius, nihil illuſtrius. 6. 12. 8
Exemplo ſuo alios ad martyrium accendunt. 7. 25. 5
Pugnarunt Chriſti, non modo exemplo, ſed & virtute: adeoque in illum referenda. Ibid.
Martyres cur dicti Virgines à Ioanne. Ib. 6.
Cur primitiæ Chriſti. Cur reſurrecturi primi, dicti à Paulo. Ibid. 7.
Empti ex hominibus dicti, quod Chriſti ſanguinis pretium ſingulariter illis applicatum. Ibid.
Velut emptitij ſerui notas ſeruitutis frontibus præferant: ideo Chriſtum ſequuntur, & ſtipant, vt ſerui Dominum. Ibid.
Martyrum decus pene ſummum in Eccleſia. 7. 44. 2
Eorum cum malis punicis comparatio. Ib. 4
Ita in Eccleſia emineant, vt primi in oculos incurrere videantur. Ibid.
Sunt in illa velut Reges, ideo coronantur. Ib. 6
Cur à Ioanne candidis induti dicuntur, quos rubris potius indui oportuerat. Ibid.
Eorum ſanguinis ſemen Martyrum multiplicandum in culmo. Ib. 5
Eorum nomina Faſtis adſcribi, & recitari in ſacrificio ſolita. 8. 10. 2
In eorum honorem ſacrificia Deo oblata. Ib. 3
Eorum ſollemnitates, & communis in eis Fidelium hilaritas. Ibid.
Agapes, & communes cęnæ, ſed modeſtia hilari conditę Ibid.
Deorum vanorum feſta mutata in eorum cultum. Ibid.
Martyrij gloria non niſi aduerſorum perpeſſione conſtare poteſt, immo & vitæ diſpendio. 6. 21. 2
Maſcal, ideſt, doctrinam, Chriſti crucem Chaldæi appellare ſolent. 6. 18. 7
Mater Chriſti ſynagoga, ex qua ipſe ſecundum carnem. 3. 30. 3
Mater verbi Gens Hebræorum, quæ ſenſu dici poſſit. Ib. 6
Mater bis habenda, quæ quos peperit etiam lactauit. 3. 31. 3
Mater Eccleſiæ cœleſtis Ieruſalem, cuius illa amplexus deſiderat. 8. 3. 2
Mater Eccleſiæ eadem, quę Chriſti, Maria virgo.
Mater Eccleſiæ humana ipſa natura. 8. 18. 1
Mater prima ante peccatum carnis operum inexperta, poſt culpam illis vacat. Ibid.
Matris nomen amabile, & tenerum toto Cantico. 3. 27. 2
Matrum munere fungentes in Eccleſia non iam ſui tantum cauſa, ſed etiam prolis perfectioni debent incumbere. 8. 9. 2.
Matronis pro cultu omni matronales virtutes. 1. 28. 5
Matrona ſine ſtola in publico reprehenſa. 5. 2. 7
Matricis nerui vſque ad vmbilicum pertingentes. 7. 8. 3
Mechabbelim, quid ſit Hebræis. 2. 46. 1
Medicamenta efficaciſſima, ea plerumque acerba, amara, inſipida. 5. 44. 3
Medicus ne contagio lætatur antidotis munit ſe; ſic qui conuerſaturus cum profanis. 7. 4. 2
Media Ferculi, pro pauimento, tabernaculi pauimentum lapidibus ſtratum. 3. 35 8
Megadim, quid Hebræis ſint. 4. 43. 1
Mel puriſſimus ros, ac veluti cœli ſudor. 4. 37. 8
Puellaris cibus, ſicuti & lac, infantibus gratum. 4. 38. 3
Mel cum lacte, ſuauitas pinguis, ac nutrimentoſa. Ib. 4
Mel in fauo diuinitatis ſymbolum, cera humanitatis. 5. 5. 1
Membra Eccleſiæ ſub ſtatu legis varij illius ordines. 4. 12. 1
Membra humana ante caput quintum ſponſo minimę tributa, quia ante illud caput nondum ponitur verbum incarnatum. 5. 3. 3
Mens à corporeis auocanda ad cogitanda diuina. 2. 17. 2
Illius, & linguæ conformitas neceſſaria ad generandos filios ſimiles Chriſto. 7. 25. 5
Mendacium pro Idololatria. 2. 26. 6
Menſe ſeptimo dentes enaſcuntur infantibus, anno ſeptimo decidunt, vt duraturi ſuccedant. 6. 15. 1
Meridies pro tempore requiei, & otij. 1. 20. 12
Meſech quid ſit Hebræis, quid χρῖσμα Græcis. 7. 9. 5
Meſſię notitia ſenſim in orbem inducta. 1. 6. 3
Metere myrrham ad abundantiam aduerſitatum ac dolorum Chriſti referendum. 5. 4. 2
Metropoles Ciuitatum matres: in Eccleſiaſtica hierarchia quæ illarum partes. 6. 23. 15
Metropolitæ olim in Hiſpania fuere quinque. 6. 23. 10
Eorum in Epiſcopos ſuffraganeos ius. Ibid.
Mi, particula apud Hebræos comparationis vim habet. 5. 28. 6
Millenarius numerus pro magno, ſed incerto. 8. 38. 1
Min, quid propriè Hebręis eſt. 3. 26. 1
Miniſterium Apoſtolicum multi laboris opus. 5. 11. 4
Miniſterium verbi publica actio, & per publicos miniſtros exercenda. 5. 20. 3
Miniſtri Eccleſiæ tubis comparati, quod alieno ſpiritu, Dei ſcilicet, ſonent. 4. 9. 1
Miniſtri verbi ſolliciti eſt cauſas exquirere fructus exigui in re animarum. 5. 20. 4
Amant ſæpè pinguioribus campis committere verbi ſemen, vnde maior fructus ſperatur. 8 33. 4
Relictis Vrbibus, in paruis oppidis prædicationi vacare haud infrequenter debent. 7. 36. 2
Immo in omnem vſum fingere ſe, vt magis proſint. 7. 7. 3
Eorundem eſt doctrinæ cibum comminuere, ac velut ruminatione digerere. 7. 36. 1
Miniſtrorum paucitate olim laboratum, nunc abundantia videtur damnoſa. 6. 17. 2
Miniſtrorum verbi, & Doctorum diſcrimen. 6. 18. 3
Eorum munus Chriſti ſanguinem verbis aſpergere Ib. 7.
Et Chriſti crucem, & ſanguinem intentius latentem verbis præferre. Ib. 8.
Minores viginti quinque annis, & maioris ſeptuaginta excuſati à militia apud Hebræos ſub Exitum ex Ægypto. 3. 18. 6.
Miſer illorum ſtatus, qui creaturis, velut vxoribus iuſtis adhæſere: inter mortuos cenſendi. 8. 46. 1.
Miſericordia Iuſtitiæ ſocietate pulchrior. 4. 35. 4
Altera ex alterius conuictu ſuauius ſpirat. 4. 44. 2
Miſericordiæ viſcera non ante Deo tributa, quam verbum carnem indueret. Eius rei ratio. 1. 6. 5
Oſculo, Iuſtitia acerbum ſpiritum temperat. 4. 44. 2
Mixto non indiget Crater, quod mero ſit plenus, quod longe melius eſt. 7. 9. 5.
Mœror omnis erubeſcit ad Chriſti conſpectum. 5. 52. 5
Monachalis hymnodia voci exterius ſonanti iungat interiores affectus. 2. 38. 5
Monachatus perſecutionis filius: cui initiū dedit Paulus 7. 39. 8
Monilia, premia Eccleſię promiſſa propter obſequium. 1. 28. 3
Ea, quanquam multis conſtantia partibus, ad quemcumque vſum facile ſe accommodant, ſignificata facilitas motus in Apoſtolis ad nutum ſpiritus. 7. 7. 3
Montes & colles ſuperati, difficultates ſunt, atque impedimenta ſubmota. 2. 24. 5
Mons myrrhę, & collis thuris ipſa Eccleſia eſt. 4. 21. 8
Mòſes & Aaron, qui vbera Eccleſiæ ſub lege. Ib. 12
Montes pro ſęculi Principibus. Ibid.

Montis excelſitas & ſublimitas, cum in extremis conſiſtant, ſibi tamen mutuo ferunt ſuppetias. 4. 46. 5
Montes humiliandi, & exaltandi valles, Iudæi abijciendi, & Gentiles eligendi. 6. 34. 1
Mons Caluariæ, Area conterendis frugibus, ac colligendis patiente Chriſto deſtinata. 5. 4. 3.
Montes aromatum, oratio, & contemplatio. 8. 47. 1.
Montes à terra remoti, & cœlo proximi, puriore gaudent aere & ad valetudinem aptiore. Ibid.
Morari, ac pernoctare, quid ſit vſu S. Script. 7. 16. 5
Morborum radices euellere potiſſima medici cura. 7. 25. 6
Mortalium vota plerumque euanida, propter defectum facultatis. 5. 55. 9
Mors obita pro pietate, cantus eſt Dei auribus gratiſſimus, & ſuauiſſimus. 7. 2. 3.
Mortificatio interior ſępè à Chriſto commendata. 4. 47. 4.
Propria legis gratiæ dos ex doctrina Chriſti. 2. 26. 2
Mos pſallendi in Eccleſia Chriſtiana à veteri tractus. 4. 37. 3.
Mos antiquus agnoſcendi prolem tollendo eã de humo. 8. 18. 3
Moſes zelotypiam accendit Dei. 1. 21. 1
Incogitanti Deus in rubo apparuit. 2. 23. 5
Moſes turtur, Dei nuncius ad populum, voce monens adeſſe tempus libertatis. 2. 37. 5
Ab Aegypto in Madian, rurſus à Madian in Aegyptum temporibus ſe accommodãs turturem imitatus. Ib.
Caſtus & monogamus vt turtur. Ib. 6
Item gemebundus & mitis, qualis turtur. Ibid.
Cur non permiſſus promiſſam terram ingredi. 3. 3. 3
Moſes & Aaron, quos de ſponſo interrogat ſponſa, cur eam dignati reſponſo non ſunt. 3. 8. 4.
Cur mediator dictus, & ſequeſter. 4. 12. 7.
Precibus à populo ſupplicia auertit. 4. 13. 4
Dictus mons myrrhę, eius appellationis ratio. 4. 21 12.
Monti comparatus propter eminentiam, ac ſublimitatem ſpiritus, qua maior fratre. 4. 22. 2
Acceſſurus ad Deum iubetur montem conſcendere, & à vulgo ſecedere. 8. 47. 3
Moſis querimoniæ ad Deum, tanquam ab eo ſit deluſus. 2. 28. 4
Eius in adminiſtranda repub. vigilantia. 4. 21. 12
Ex familiaritate cum Deo confidentia. 2. 43. 1.
Eius inſtitutio populi ruſticior: Dauidis exultior. 4. 34. 3.
Eius doctrina vinum auſterum, etiam cum mitigare auſteritatem voluit, neſciuit. 4. 35. 3
Eius tempore circumfuſa infidelitatis nocte ſola ſplenduit Eccleſia, vt luna. 6. 30. 4.
Vni data vera Dei notitia, vni lex, vni Prophetæ, vni cognitio Mediatoris. Ibid.
Moſi qui apparuit, qui cum illo loquebatur, verbum Filius Dei fuit. 3. 30. 5
Cur illi non datum faciem videre Dei. 6. 10. 9. 4. 18. 5.
Moſi oſtenſa promiſſa terra, & in eo Eccleſiæ ex monte. 4. 28. 1
Sub eo quidquid delineatum eſt, tunc agnitum, cum Chriſtus in carne apparuit. 6. 30. 2.
Mulier nomen ſexus, non ſtatus. 1. 23. 4.
Captiua in vxorem aſſumenda typus Eccleſiæ. 1. 27 3
Violatur in primo congreſſu, violatur & partu. 8. 18. 1
Coniugatę officium in virum, familiam, domum. 8. 39. 3
Murenulę datæ ſponſæ beneficia extrinſeca ſunt collata Eccleſiæ. Protectio, bona fortunæ, Dominatus terræ. ſobolis multiplicatio. 1. 30 4.
Myſticè ceremoniæ, leges, ritus, ſacrificia. Ib. 6.
Muri & oſtij verus ſignificatus, cum de ſponſa dicuntur. 8. 30 3
Myrrha myſticè aduerſitates, labores, tribulationes mortificatio carnis. 1. 34. 2
Chriſti labores, anxietates vitæ, mors ipſa. 3. 16. 6
Labores in miniſterio animarum ſubeundi. 5. 19. 4
Myrrha prima doctrinæ Chriſti ſecuritas, quam primus ipſe guſtauit, tranſiens, quia eius exemplo eam nos amplecti decet. 5. 44. 1.
Myrrham primam labia diſtillantia, halitus myſtica ſuaue olentia. Ib. 5
Myrrhæ arbor niſi incidatur ferme inutilis. 1. 34. 3
Myrrha, & thus in Cant. non ſemper myſticè accipiẽda. 3. 16. 1
Adolendi ritus, & bona Eccleſiæ fama. Ib. 3.
Eius vis ad prohibenda à putrefatione corpora: Mortificatio amara licet, animum à corruptione ſeruat liberum. 4. 57. 2
Inciſo cortice ſudans Chriſti patientis imago. 5. 4. 3
Myſterium temporibus æternis tacitum, quod dictum, 3. 28. 5
Myſterium per Antonomaſiam, Oeconomia Chriſti. 7. 24. 2
Myſtica coniugalis coniunctio decentiſſimis tropheis hoc libro ſignificata. 7. 34. 5

N.

NAdab non proprium nomen in Cant. ſed pro Duce, Principe, ſponte dante. 7. 4. 7.
Naim Hebr. quid ſit. 1. 41. 1
Nardus ſymbolicè ſacrificiorum obſequium propter ſuauitatem odoris. Et pietas in ſacrificijs. 4. 45. 1 & 44. 4.
Naſach verbi conſideratio. Oſculum pangere. 1. 2. 4
Armare, proprium verbi, à quo omnis armatura. Ib. 6
Comburere, quod proprium Spiritus Sancti. 1. 3. 2
Naſus ſolertiæ, furoris, magnanimitatis, calliditatis nota, pro vario habitu. Ib. 3
Naſi vitio aliquo notati, arceri ſoliti ab altaribus. Ib. 4.
In myſtico Eccleſiæ corpore ſolertia, & ſagacitas prudentia comite. 4. 21. 2
Natatoria ſiloah Baptiſmi typus, & rudimentum. 5. 45. 6
Eius myſterium cum miſſus ad illam cœcus. Ibid.
Naturæ temporum vices in vſum mortalium. 4. 51. 6
Liberalis in ſuis donis, nec inuida. Ib. 3.
Eius leges in viſceribus prudentiſſimæ, & ſtatiſſimæ 6. 9. 2
Natura humana poſt culpam igne ardens concupiſcentiæ, gratiæ temperata frigore remedium inuenit. 6. 25. 2
Lapſa, cępit per gratiam reſpirare. Ibid.
Per culpam primam violata, hactenus virgo. 8. 18. 1
Nauah, quid ſit apud Hebræos. 6. 8. 1
Naues è Papyro Nilotica olim in vſu. 8. 27. 5
Fragiles, & imbecillæ, quaſi e charta compactæ. Ibid.
Neanis quid ſit apud Græcos. 1. 7. 9
Neceſſitas veſtes inuenit, vanitas, & luxus variauit, noua materia, & varia forma. 4. 35. 3
Negotiatores gnaui etiam modica lucra non negligunt; ſic nos decet in negotiatione animarum. 5. 48. 2
Nicodemus ex fulgore operum Chriſti Deum agnouit. 5. 46. 5
Eodem lumine quidam illuminati, cæcati alij. Ibid.
Nigredo ſponſæ, reliquiæ ex peccato manentes, nec cum gratia pugnantes. 1. 17. 4
Nitor gemmarum non ex omni parte oculos ferit, ſic Chriſti facta. 5. 46. 6
Nitſanim quid ſit apud Hebræos. 2. 35. 8
Nixus ſuper pectus ſponſi, conuictus maritalis. 8. 16. 3
Nomen pro perſona, aut illius fama. 1. 6. 3
Nomen & fama vnguento aptè comparata, ſed effuſo. Ib. 9
Nomen Ieſu non alia ratione effuſum, quam effuſus Ieſus: 1. 6. 7
Notitia duplex credendorum, & agendorum communicata ſimul Eccleſię. 6. 10. 8
Noua & vetera, prouerbialis locutio, pro omnibus. 7. 48. 1
Nouum creare apud Ieremiam, quid. 3. 8. 8
Nouum vinum dictum à Chriſto, id eſt alterius naturæ. 4. 2. 6
Eo ſignificata beatitudo æterna, quæ ſemper noua. Ibid.
Nox ſymbolicè pro aduerſis temporibus; & extrema rerum indigentia. 3. 1. 7
Nox myſticè legem, dies gratiam deſignat Euangelij. 6. 30. 1
Numerus Hebręorum ſub exitum ex Aegypto, tricies centena millia capitum, id eſt, tres milliones. 3. 27. 4.
Nuptiarum munus faſtidij plenum, niſi amor leuet. 4. 17. 8.
Illis neceſſaria feſtiuitas, ac mite ingenium. 4 18. 8
Nux arbor, eius comparatio cum Gentilitate. 6. 36. 8

O.

OBedientia perfectionis Chriſtianæ non minima pars, & Religionis vinculum. 8. 46. 7
Obſequia properata Deo gratiſſima. 1. 33. 2
Deo impenſa poſt aduerſitates ab eo immiſſas, gratiſſima ſ illi. 4. 45. 3

Ob-

Digitized by Google

Obſequio poſthabitum imperandi ius, propria Eccleſiæ Chriſtianæ dos. 6. 3. 4
Obuertere tergum habitus abnuentis obſequium. 2. 43. 4
Oculus ſeu uiſio pro obiecto viſionis. 1. 37. 2
Oculorum & Columnarum dotes,puritas,modeſtia,ſimplicitas. 1. 34. 2.
Oculi prædantes,pura in vnum Deum in omnibus intentio. Ib.
Myſticè prælati, ſemper vigiles: Prophetę dicti videntes. 4. 2. 1.
Oculi intra cincinnos,Prophetæ inter reliquum vulgus. 4.3.3
Oculus vnus Eccleſiæ, Dauid Propheta. 4. 32. 6
Vno oculo ſynceritas Fidei Eccleſiæ commendata. Ib. 7
Oculi Chriſti prouidentia in gubernanda Eccleſia. 5.37.2
Oculis ſummus locus in corpore,ſicut Principibus in Regno. Ibid. 3
Oculi Agni ſeptem,multiplex Chriſti prouidentiæ vis. Ibid.
Oculi à cernendo ſomno preſſi ſæpè auertuntur. 7. 18. 2
Oculi Eccleſię vigilantia. Ibid.
Oculo ad oculum videre,quid apud Iſaiam. 7. 20. 1
Odor vnguentorum ſponſi, diuinę clementiæ indicia. 1. 9. 4
Odor ſuauitatis pro ſacrificio. 1. 33. 2
Odor veſtimentorum, myſtica ſignificatio ſacrarum veſtium; in vſu ſacro. 4. 39. 4
Odor oris ſicut malorũ ſermonis ſuauitas à ſana anima. 7.33.3
Olam Hebræis,ſæpè longum tempus ſignificat. 3. 28. 5
Oleum effuſum,verbum incarnatum. 6. 3.
Oleo vinum additum medicamentum aptum ſanandis vulneribus animorum. 4. 44. 2
Olea & vitis caſti coniugij typus. 7. 13. 3
Omen victoriæ certum,alacritas ineuntis pugnam. 7. 2. 5
Ὁμοιώματα ſimilitudines,ſimulacra,Iconculæ. 2. 30. 7.
Omne bonum donum à Deo: ſed iugi meditatione proprium efficiendum,& quaſi digerendum. 4. 28. 5
Operarij vineę non de Iudęis ſolum,ſed de Gentibus. 8.38.4
Opus vermiculatũ Chriſtus Deus homo qui vermis dictus. 3.30.5
Opus plumarium,& Phrigionicum idem. 3. 24. 9
Opus carpentarium, pro omni opere lignaro. 3. 25. 5
Opere tabernaculi perfecto pietas populi in Deum creuit. Ib 9
Opera ſine caritate grata Deo eſſe non poſſunt. 4. 36. 2
Operum torno factorum,cũ Chriſti operibus ſimilitudo. 5.45.4
Oraculum Chriſti Romana Eccleſia iure dicta. 8. 8. 4
Orare ſpiritu orare & mente,quid apud Paulum. 4.38.2
Orantes reſpiramus, & ſpiritum vitalem ducimus. 8. 47.1
Oratio perſeuerans,nunquam ſuo fructu fraudatur. 3. 5. 1
Ea halitus è cœlo trahitur ſanus, regetuſqſte. 8. 47. 1
Eſt anima os, quo ad vitam reſpirat. Oculus & mons, ex quo deſpicit longe pericula. Ib. 2
Per eam ſigna ſtatuimus in via ſpiritus,ne aberremus, & alio diuertamus. Ibid.
Orationis,ideſt ſermonis triplex forma in S. S. Hiſtorica. Allegorica,ſymbolica. Horum trium aliquid ad mixtum Canticum habet. 4. 26. 10
Orbis noui inuentio tanta fuit res, vt nulla tanta ab orbe condito contigerit. 8. 27. 9
Ordinare in Cant. vocabulum caſtrenſe. 2. 13. 4
Ordines diuerſi Sacerdotum in auro, & argento murenularum deſignati. 1. 30. 9
Ordo Hierarchicus proprius Eccleſię ſub Chriſto. 1. 7. 3
Ordo ſacerdotalis Armamentarium Eccleſię. 4. 15. 3
Ordo caritatis in nullo ſtatu deſideratus Eccleſię. 2. 13. 3
Origenis ſenſus ſublimes in Cãt. ſed raro vna ſerie iuncti. 2.27.4
Amans ſubtilium,ac reconditorum ſenſuum. 2. 38. 3
Os diductis labris hians habitus fame vexati. 8. 22. 2
Oſculari ſponſum publicè pro publica Chriſti confeſſione, & religionis exercitio permiſſo. 8. 5. 2
Oſculo oris Incarnatio ſignificata. Eius rei ratio. 1. 2. 1
Spiritus Sancti cum anima coniunctio. 1. 3. 4
Oſtium ſermonis aperiri,quid apud Paulum. 5. 18. 6
Ouis tota in Dei obſequium, & Miniſtrorum commodum cõſumi ſolita in ſacrificijs. 6. 15. 2
Ouium & dentium candor,doctrinę puritas in Doctoribus. 4.6.6
Oues de lauacro,Apoſtoli puritate doctrinæ nitidi. 6.16.3
Ouium geminata fętura, fęcunditatis nota. 6. 17. 1
Oues poſt tonſionem. & fœturam auidius paſci ſolitæ. 6.16 1
Iis diuites comparati, toti aliorum commodis vtiles: qui diteſcere magis cupiunt,quo largius ſint benefici. Ib 2
Oues lotæ,Doctores ſunt innocentia vitę clari.
Ouibus ſæpè non minus pabuli abundantia, quam ſterilitas nocet. 6. 17. 2
Ouis vna infecta totum ſæpè inficit gregem. 6. 16. 5

P.

Pacifici vocabulum in Cant. ſemper ſponſo proprium 8.40 1
Pactum Dei cum Eccleſia mutuũ,& vtrinq; ligans. 1.36.7
Pallium illud eſt,quod ſequuturis Chriſtum retinere,liceat, ſed abijcere melius ſit. 5. 25. 1
Pallij detractio, fortunę bonorum violenta ſpoliatio, quę pars perſecutionis Eccleſię ſub Iudęis. Ib. 5. 6
Palmę aduerſus pondera contumacia, non ramis, ſed trunco ineſt. 5. 35. 5
Palmas inter, & alias arbores diſcrimen ex Gregorio. 7. 30.2
Palma ſeneſcens ſenſim radices à terra tollit, quaſi terras pertęſa cęlum petat. Ib. 3
Deformis ſtipite,lętiſſimam comam porrigit. Ib. 4
Eius coma naturę genio In rotundum ſpargitur. Ib. 6
Palma Eccleſia in quam aſcendit Chriſtus ad generandos myſticos filios. 7. 37. 3
Parabolæ de inuitatis ad nuptias expoſitio. 8. 30. 7
Parabolici,& ſymbolici generis difficultas; in quo non in deuia deflectere,arduum eſt. 2. 35. 1
Paradiſus generatim locus amœnus. 4. 42. 5
Paries poſt quem ſponſus ſtat, nubes intra quam latens, Moſi Deus loquebatur. 2. 27. 7
Parturitio nulla ſine dolore, & lachrymis. 7. 43. 2
Partus myſticus Eccleſię non nouit illud: in dolore paries filios. 8. 29. 7
Paſcua lętiora ſępè inſalubria. 6. 17. 2
Parentum fida cuſtodia filiarum virginum, noua illorum gratia, & decus. 4. 11. 4.
Paſtoris boni officium ſcitè deſcriptum à Petro. 8. 37. 3
Patre Deo irato perfugium nobis in Filio,clypeo noſtro. 1.2.4
Patrum authoritas magni facienda, cum locum ex inſtituto, non ex occaſione tractarunt. 1. 22. 5
Pater cum Filium Eccleſiæ dedit, etiam & cor dedit, eſt enim Filius cor diuinitatis. 4. 30. 4
Filium ſolus mittit: Spiritum Sanctum vterque. 5. 14. 9
Patris clarificatio fundatio fuit, & gubernatio Eccleſię Chriſto D. tradita. 5. 49. 5
Patriarchę duodecim Filij Iacob, flores fuere lectulo Eccleſię ſparſi.
Patriarchę initio ſoli tres,quorum latiſſima iura. 6. 23. 9
Paulus Apoſt. Dei ſeruus, ſanguine Chriſti emptus & bello captus. 2. 13. 5
Cur dictus electionis vas. 4. 9. 1
Vnus de cuſtodibus circumiens vrbem, à quibus Eccleſia vulnerata, & ſpoliata. 5. 23. 5
Eius ſermonis genus mirè varium. 6. 19. 1.
Teneritudo aduerſus filios, quos doctrinę lacte nutriebat 6. 7. 2.
Nobile exemplum prædicandi Euangeliũ celerrimè. 7.3 4
Eius aduentus in Hiſpaniam incertus. 7. 7. 3
Prohibitus aliquando Romanos viſere. Ibid.
Quo ſenſu dixerit, viuere in ſe Chriſtum. 7. 37. 3
Non gratior Deo in Cęlũ raptus,quã Euangelizans. 8.44.3
Pauper pro comi, humili,& nullo faſtu tumente. 5. 41.7
Paupertas religioſa, fructus doctrinę Chriſti. 6. 3. 4
Pax animi tranquillitas,& bonorũ ſpiritalium cumulus. 8.33.1
Reconciliatio per gratiam,ſine vlla ſollicitudine. Ibid.
Concubiale vinculum per gratiam Euangelij. Ib. 4
Vnius Dei donum,quo non pertingit natura. Ib. 6
Pacis vocabulum In Cant. Eroticum,& connubiale. 8.34.1
Pacis verè duo comites,plenitudo bonorũ,&perpetuitas. 8.34.5
Pacem inuenire, connubialis forma. 8. 33. 1
Pace Eccleſiæ parta,hilaritas, toto orbe communis. 8. 9. 3
Pacis fundamenta Chriſtus poſuit: Apoſtoli molem impoſuere. 6. 39. 9.

Digitized by Google

Pacis veræ deſcriptio. 8. 34. 5
Peccator ſimul ſomno preſſus, & mortuus. 7. 36. 3
Elongatur à Deo ſenſim ad creaturas deficiens. 8. 46. 1
Peccati condonati veſtigia, nihil de Eccleſiæ pulchritudine demere potuerunt. 1. 14. 4
Cur ea manere voluit Deus condonata culpa ſtigmata præterita ſeruitutis, ſed indelebilia. Ib. 5. Ibid.
Pedum inquinamenta, myſticè peccati ſordes. 5. 13. 1
Pellis pro pelle, forma prouerbialis, pro cunctis bonis. 5. 51. 6
Perfectio Chriſtiana, perfecta paſſionum victoria. 1. 16. 2
Eius ſtudium in Eccleſia primitiua. 5. 20. 1
Perfecti veteris hominis veſtimentum, quod ſemel abiecere, reſumere vix iam poſſunt. 5. 12. 4
Mali ſunt Eccleſiæ fructus Deo gratiſſimi. 7. 43. 1
Semper illis aliquid ſolet obrepere, ex humana infirmitate, quod Dei abſentia puniatur. 5. 27. 2
Perſecutio atrox in Iaponi, & illius cauſæ. 4. 6. 7.
Ea eſt Eccleſiæ ventilabrum, quo frumenta à paleis diſcernuntur. 5. 30. 2
Ea peperit monachatum, cui Paulus fecit initium. 7. 29 8
Perſonæ diuinæ ſingulæ aliquid ſigillatim contulere in Chriſti animam, quo ditata. 5. 42. 3
Peſſulum oſtij amor proprius & terrenarum rerum ſtudium, quibus Chriſtum volentem ingredi nō permittimus. 5. 20. 1.
Impedimenta quæ obſtant, ne Chriſtus per fidem ingrediatur in animam. Ib. 4
Petrus ab Angelo excitatus, adhuc ſe dormire credit. 5. 9 10
Chriſtum amans adhuc ſibi de amore non credit. 6. 37. 2
Eius de amore confidentia ex ea, loquendi libertas. 2. 43 1
Dormiens cur à Chriſto corripitur, non cæteri. 7. 18 3
Prædicare Chriſtū prohibitus, nō etiā flagris ceſſat. 5. 23. 2
Philoſophia mirata nouos extra orbem orbes inuentos ab Hiſpanis.
Philoſophorum doctrina aquis paludoſis comparata. 4. 49 4
Pie as altis in animo defixa radicibus, nulla aduerſitate moueri ſcitur. 4. 47. 3
Pigmentarius Spiritus Sanctus, cuius partes potiſſimæ in ornanda Chriſti anima. 5. 41. 3
Piſcis aſſus Chriſtus paſſus, ſanus idem rediuiuus. 5. 3. 6
Plinij locus de Goſſipio defenſus. 3. 24. 6
Plumarium opus, idem cum Phrygionico. 3. 24. 9
Pœnitentia repreſentatio mortis Chriſti. Item Euchar. 5. 11. 7
Pontificia veſtis, malis punicis circum oram ornata. Eius rei myſticus ſignificatus. 4. 43. 7
Pontificia Decreta Reſcripta, Reſponſa, ſub Eccleſiæ pace ferme inducta. 8. 39. 7.
Populus per deſertum ambulans velut magna ciuitas. 3. 71. 6
Abrahami progenies Verbum carne coronauit. 3. 30. 7
Populus Fidelis Eccleſiæ coma caritate aurea. 4. 4. 7
Populus Iſraeliticus per confinia montis Hermon ingreſſus in promiſſam terram. 6. 26. 9
Eius in aduerſis perfugium ad Moſen, & Aaron. 4. 18. 8
Ingenium & pueriles in deſerto mores; ideo velut nutritij dati vterque frater. 4. 16. 6.
Sub Moſe tanquam ſub nutrice ruſtica ruſticos mores ſuxit: ſub Dauide nutrice regia delicatius habitus alios mores induit. 4. 35. 3
Sub Dauide, & Salomone ad profana ſacra declinaſſe nō largitur. 4. 40. 8
Ad ſe redeuntē ſæpè ſolitus Deus repulſa caſtigare. 5. 23. 2
Eius in promiſſam terram ingreſſus typus Eccleſiæ vocantis Gentes ad fidem. 6. 12. 6
Populus terribilis apud Iſaiam, quis dictus? 8. 27. 6
Populi inſtructio per Catecheſes, & conciones ſub Eccleſiæ, frequentior & ordinatior. 8. 8. 2
Portę vrbium, loca exercendis deſtinata. 7. 18. 3
In portis locutio prouerbialis, pro, in promptu. 7. 47. 1
Poteſtas clauium in Eccleſia Chriſtiana ordinaria, & quaſi cōgenita. In ſynagoga extraordinaria, ac velut delegata. 6. 15. 4.
Præcepta duo duriſſima data Eccleſiæ ſub naturæ lege, circuncifionis, & immolationis Iſaaci. 1. 34. 1.
Prędicatores promptuaria ſcripturarum. 4. 37. 4
Prælati Paſtorique munus ſimillimum. 1. 25. 2. &, 3. 20. 4
Eccleſię oculi ſemper vigiles. Id eorum munus. 4. 2. 1
Contenti Deo ſi placeant, hominum iudicia ſpernāt. 4. 3. 2
Prælati cur dicti Epiſcopi. 7. 18. 2
Nemo aptus ad id munus, niſi doctrina inſtructus, & vſu doctus. 3. 19. 5
Prępeparatio ad Euangelium ſeminandum animoſitas, & alacritas ad ſubeunda pericula. 7. 4. 3
Preces & alia pietatis opera ſuauiſſimus Chriſto potus. 8. 9. 2
Principatus ſuper humerum regnandi poteſtas. 5. 40. 3
Principum & Sacerdotum Iudæorum ſtudium in perquirendis Chriſtianis ad necem. 5. 23. 5
Principes ad Chriſti imaginem fingendi. 7. 25. 7
Proficientes, & perfecti ſæpe eos notant, qui adhuc cum carnis affectionibus luctantur. 2. 15. 4
Promiſſiones & minæ Gratiæ excitantis miniſtrę. 2. 23. 4
Prophetæ oculi ſunt Eccleſiæ. 4. 3. 3
Natura homines, munere ſupra homines: ne ſublimitate muneris inſoleſcāt, humanę ſortis admoniti 4. 3. 3
Eccleſię cor, vnde ſpiritus vitæ alijs communicandus eſt. 5. 9. 5.
Olim extraordinariè miſſi doctrinæ iudices. 6. 15. 4
Propugnacula Turris Dauidicę myſticè, virtutes ad populi munimentum neceſſarię. 4. 14. 5
Prouidentia Chriſti in gubernanda Eccleſia, cur ſub ſchemate oculorum columbis ſimilium indicata. Eius ſtabilitas, & ſimplicitas. 4. 37. 4
Humanæ labes nec omnia preuidere, nec omnibus etiam preuiſis prouidere poſſe. 5. 40. 2
Illius faſtum ſæpè Deus caſtigat. Ibid.
Eius proprium leges præſcribere, media ordinare, fines diſponere. 5. 41 4
Prouidentię Chriſti character ſalus & vtilitas hominum 5 39. 4
Diuina quidquid in nos armatur, vt perdat, vertit in bonum. 7. 46. 8
Puellæ ruſticulæ ſimplice cultu ſibi ſatis cultæ, nec incultę cęteris. 1. 28. 4
Pueri futurę indolis rudimenta quędam oſtendunt, cum ad magna ſunt nati. 7. 26. 6
Pulchri deſcriptio, quantum ad ſenſus attinet. 1. 40. 3
Pulchritudo omnis ſub ſenſum cadens diuinę pulchritudinis veſtigium quoddam eſt. 1. 40. 3
Externę animi vis gratiam, & vitam addit. Ibid.
Pugnę ingeniorum in verum ſępè nos ducunt. 4. 21. 1
Punica mala ſole rubent a, ac quaſi torridula. 6. 21. 1
Purpura cur Cardinalium propria. 7. 24. 5
In Regia non color ſolum, ſed & ſplendor laudatur. 7 25. 2
Vincta carnalibus, pro perfectiſſima, & nondum vſu amiſſo flore. 7. 26. 1
Ei comparata Eccleſię coma, quia cogitationes illius recenti ſemper caritate imbutæ, & paſſionis Chriſti memoria. Ib. 3

Q.

QVadrigę Aminadab, prouerbiali forma pro velociſſimis, ſignificata properantia, qua Euangelium à Iudæis tranſlatum ad Gentes. 6 27. 4.
Apoſtoli, quibus baiulis Euangelium per orbem delatum 6. 36. 3.
Quem diligit anima mea, plus dicit, quam Dilectus. 2. 20. 5
Qui re non poteſt frui, eius cogitatione reficit ſe 4. 30. 7
Qui ſe intempeſtiuè perfectos putant, ſæpe experimento docentur quam procul abſint à perfectione. 3. 1. 3
Quærere Chriſtum eſt illius fidem in infidelibus, & Iudæis exigere. 5. 23. 2
Quaſi particulæ vis, & ſignificatus expenſus, ſępè rem non extenuat, ſed potius auget. 8 34. 4
Quindenarius numerus nec vnitatem habet, nec coniunctionem, locus Oſeę. 8. 41. 2
Quomodo induar? animi indicat firmum decretum non induendi iterum. 5. 2. 9

R.

RAab funiculus coccineus, è feneſtra appenſus, eiuſque myſterium. 4. 8. 1

Rache-

Digitized by Google

Rachelis & Liæ factum de Mandragoris, indicium tepentis in virum amoris. 7. 46. 4
Reclinatorium aureum Propitiatorium. Sic dictum, quod Deus in eo requiesceret. 3. 23. 1
Recti, qui recto iudicio de rebus iudicant. 1. 13. 1
Angeli, qui à recta via non poſſunt deflectere. Ib. 3
Rectiſſimus cur dictus Iſrael. 4. 40. 6
Reditus Eccleſię ingentes ad pios vſus Eccleſię contributi, maximè in egentium ſubſidium. 8. 2. 6
Regenerati ſemel per baptiſmum ſæpè abluimur per pœnitentiam. 5. 13. 3
Reginarum, Concubinarum, & adoleſcentularum nomina affectus vxorij ſunt. 6. 23. 3
Regnum Chriſti legibus, ordine, politia conſtitutum. 5. 10. 11
Regno impietatis exciſo ſecura dormit Eccleſia. 8. 11. 4
Regulę. 1. Filum interpretationis non rumpendum.
2. Aliquando non ſingula ſtricte pręmenda, maximè vbi prouerbialis ſermo eſt. 2. 33. 7
3. Non ſimilitudo quęuis ſatis ad arcanos ſenſus eruendos. 2. 34. 1
4. Symbolorum nexus, ſenſuum nexus inducit. Ib. 2
5. Arcanus ſenſus Dramatico non repugnet. 3. 19. 7
6. Diuerſi generis membra vni corpori componendo minimè miſceantur. 4. 16. 3
7. Interpres rerum ſerie ſubito ſaltu nō perturbet. 6. 33. 3
8. Ex geſtis ad ea, quæ geſta ſunt apte ducitur argumentatio. 7. 23. 2
9. Ex ſenſu proprio myſticus eruendus non cōtra 7. 32. 4
10. Nunquam auertenda mens ab eo ſtatu quo deſcribitur Eccleſia. 1. 4. 2. & 1. 8. 1
Religionis vnitate nihil potentius ad Deum retinendū. 4. 33. 3
Religionum viuendi ratio in Capreis deſignata. 8. 45. 6
Studium à Deo non recedendi in Hinnulis. 8. 46. 1
Religioſa ſeruitus vera libertas, & nobilitas. 1. 29. 1
Status, legitima Eccleſiæ proles. 6. 2. 2
Religioſi non Clerici auxiliares dati Clericis ad opus animarum. 7. 11. 2
Status per occaſionem pacis Eccleſiæ vel inſtitutus, vel auctus 8. 42. 3
Religioſi, quo magis Deo hæreat, magis hærere conari debent. 8. 46. 2
Reſpondere, quid ſit propriè. 1. 11. 7
Repulſis ſæpe amor accenditur. 6. 4. 4
Reſeph vocabulum Hebræum ad ſupplicij celebritatem quandoque refertur. 8. 23. 8
Reſpub Hebræorum vinea eſt, eius ſimilitudinis ratio. 2. 36. 6
Eadem quo modo dicta tota pulchra & ſine macula. 4. 25. 1
Oliuæ vberi ac ſpecioſæ, quando ſimilis. Ibid.
Quando vinea ſterili comparata. Ibid.
Reſurrectio Chriſti reliquæ illius vitæ ſigillum. 1. 8. 2.
Retinere ſemen, ad rem ruſticam pertinens verbum. 8. 36. 2
Reuerti pro diſcedere, & abire. 2. 50. 2
Reges ſęculi Eccleſiæ nutricij. 7. 30. 4
Ritus ſacri, cæremoniæ, ſacrificia, ad ornatum Eccleſiæ, non ad ſubſtantiales partes pertinent. 1. 28. 4
Riuuli Aquarum, quibus oculi Chriſti comparantur, Chriſti prouidentia nunquam otioſa. 5. 38. 7
Roma vrbs poſtquam publice complexa Chriſtum, nunquam ab illius cultu prohibita. 8. 6. 4
Romana Eccleſia pro fidelium ſub vno capite complectione nunquam torpore, aut deſidia pulſata. 5. 24. 1
Vna omnibus antelata, etiam Patriarchalibus. 6. 23. 12
Romanorum Imperatorum tyrannis à barbaris deleta, inde minora imperia. 6. 13. 4
Roſa initio ſine ſpinis innoxia ex Ambroſio: poſt culpam verita contaminata ſpinas obiecit. 8. 11. 6
Roſe, Hebręis Initium, Caput, Vertex. 4. 28. 3
Rubor mortis Chriſti ſymbolum propter ſimilitudinem ſanguinis. 5. 32. 5

S.

SAbab Hebræis circuire, & ambire. 3. 2. 8. & 8. 45. 1
Sacrorum ingens diuerſitas, ſępè cuſtodia veræ religionis eſſe ſolet. 2. 4. 4
Sacerdotum munus Dei apud populum exiſtimationem fouere, & augere. 4. 12. 6
Et Deum in omnem partem circumferre. Quorum dotes in collo ſignificatę. Ib. 11
Eccleſię arces omnibus armis munitę. 4. 13. 4
Eorum eſt ſeſe inter Deum & populum interponere, & importuna prece Deum placare. Ib. 4
Cur Dauidicę turri comparati. 4. 14. 5
Sacris litteris armati ſint, vt ad eos populus perfugium habeat, cum graſſantur Hęreſes. Ib. 6
Eorum pudicitia Angelicæ ſit ęmula. 4. 18. 4
Sacerdos ad aras etiam apud Gentiles in pura veſte. 5. 32. 4
Sacerdotum munditiæ neceſſaria ad ſacrificium in quocumque ſtatu & virtutum omnium ornatus. 7. 9. 1
Sacerdotalis ordo, Armamentarium Eccleſię 4. 13. 4. & 4. 15. 3
Sacramentum aliquando pro typo magnę rei. 4. 30. 4
Sacrificia vetera, Euchariſtiæ figura. 2. 32. 3
Sacrificium interioris pietatis in exteriori expreſſus. 3. 15. 2
Sadai, de vberibus ad lactandum frequenter dictum. 3. 31. 1
Salire in vitam æternam, quid ſit. 8. 9. 9
Salomon quanta arte Canticum compoſuerit. 1. 20. 3. & 1. 22. 3
Illius licet potentiſſimi gloria ſibi poſthabita. 2. 3. 1
Hiſtoricum ſæpè agit, ſed inuoluta oratione. 3. 14. 1
Sed haud raro nudas ferme res exhibet, cur id faciat. Ib. 5
Eius nomen figuratè ſumptum. 3. 17. 1
Verbi figura, qui ſapientia Patris, & pax hominum 2. 29. 1
Eius in multarum amore intemperantia: in ea te Chriſti typus minimè fuit. 6. 24. 1
Pacificus licet belli artium non ignarus. 3. 19. 6
Salus non fidei ſolum, ſed operibus alligata. 2. 26. 1
Salus animarum per importuna media ſæpè quærenda. 6. 18. 5
Salus per Chriſtum omnibus ex æquo parta. 8. 36. 3
Samaritana mulier auiditate fœminea cupiebat guſtare, quod ignorabat. 8. 9. 9
Samuelis, & Iſaiæ vox Deo gratiſſima, offerentium ſeſe ad promptum obſequium. 2. 44. 2
Is vnus Eccleſiæ oculus, quo vulneratus Deus. 4. 32. 6
Cur appellatus ſimpliciter videns, & Sacerdos fidelis, faciens ſecundum cor Dei. Ib. 7
Sub eo palabundus populi grex reductus in viam 6. 20. 3
Sapientiæ conuiuium non ſine victimis; eo adumbrata Euchariſtia. 1. 32. 4
Aptiſſimè aquis comparata: nam à Deo eſt, & in Deum redit. 4. 48. 4
In capite velut in arce reſidet Regina. 5. 33. 8. & 7. 24. 8
Omni motu concitatur, nunquam exorbitans. Ibid.
Eius dotes in Carmelo monte adumbratę. Ib. 10
Sapientię Chriſti puritas, raritas, & pretium. 5. 34. 9
Sauli datum regnum obſequij premium, ademptum propter inobedientiam. 1. 29. 3
Scientia vera caritate deſtituta noxias qualitates in anima generat. 4. 51. 2.
Scriptura ſacra ſępè ad ſenſum loquitur vulgi. 4. 2. 5
Clypeus, quo protegimur ab hoſtili vulnere. 4. 15. 2
Fons facile ſe potari ſinens: ſed eadem puteus myſteria in profundo occultans. 4. 49. 1
Sech, quid ſit Hebreis. 1. 37. 3
Secui, Hebr. non vnius ſignificationis. 5. 3. 11
Sedendi voce firmitas, ſtabilitas, ſecuritas ſignificata 2. 9. 1
Semen myſticæ generationis Dei verbum, fructus, myſticæ prolis creatio. 7. 6. 1
Ei vt germinet otium & quies neceſſaria. 7. 36. 2
Sæpè à domeſticis, ſæpè ab extraneis impeditur ne naſcatur, aut natum adoleſcat. 7. 43. 2
Semel natum, perſecutionum pruina vrgente, altas radices agit. 7. 39. 4
Senarij numeri proprietates. 3. 18. 1
Senſui arcano applicare cuncta, quę in Dramate continentur, non ſemper neceſſarium: ſi aptè tamen poſſint, laudandus conatus. 1. 26. 4
Nullus contemnendus, ſi probabilis ſit, & aptè cohæreat, maximè in re intricata. 2. 37. 8
Septenario, qui decretorius eſt, naſci, & mutari dentes, ſine ratio.

ratione non eſt. 6. 15. 5
Vtroque tempore puelli valetudine tentantur. Ibid.
Serici nullus in tabernaculo fuiſſe vſus videtur. 3. 24. 8
Sermo exempli efficax,etiam tacente lingua. 4. 9. 6
Sermo diſtantes iungit, & quod corde latet, exterius promit 7. 32. 9.
Seruitus nobilis,cui neceſſitas pudicitiæ ſubeſt. 6. 22. 4
Eius ſtigmata ceruici inceri ſolita. 7. 17. 6
Seueritas iudicialis manſuetudine temperanda. 4. 2. 7
Sexagenarius numerus ex denario, & ſenario compoſitus,vtriuſque vim habet. 3. 18. 2
Sexaginta fortes, ſexaginta myriades ſunt tabernaculum circunſtantes. Ib. 5
Siloah, Miſſus, verum Chriſti Epitheton. 5. 46. 6
Signaculum pro ſigno rebus ſigillo impreſſo. 8. 19. 3
Sinarum Regio, & Philippinæ inſulę per medietatem maximi circuli diſſitę à nobis 8. 28. 11
Societatis Ieſu Apoſtolici viri, quibus artibus infideles ad fidem trahant. 6. 7. 2
Sodales praui Doctores dicti, Pſeudoprophetæ, Angeli deſertores. Ab his ſęper Eccleſia cauere ſibi debet. 1. 21. 5
Solis prerogatiua luminis plenitudo,& perennis fluxus. 6 31. 2
Eius communicandi luminis vis: irrequietus fine fatigatione labor, typus Eccleſię. Ibid.
Solis nomen Verbi proprium, Eccleſiæ poſt incarnationem cōmunicatum. Ib. 5
Solitariorum excuſationes cum vocantur ad negotium animarum. 5. 53. 1
Somnus myſticè quies & pax, nullis aduerſis turbata. 3. 1 2 9
Securitas ſub Dei protegentis cura. 2. 3. 8. &, 3 12. 1
Contemplationis exceſſus cum dormiunt ſenſus, & ſola mens vigilat. 5. 9. 3
Somnus Eccleſiæ pax poſt perſecutionum labores. Ib. 4
Apoſtolorum torpor ac metus in Cœnaculo ante aduentum Spiritus Sancti. Ib. 7
Soror cur dicta Eccleſia. 4. 31. 4
Soror paruabarbarę Gentes ab Hiſpanis detectæ. 8. 26. 6
Parua non ætate ſed ingenio, nulla dote ornata qua alliceret ad ſe miniſtros. 8. 27. 2
Spes vera expectatione acuitur. 3. 3. 2
Spina arbor congener Cedro, procera, & craſſa, locis irriguis gaudet, naſci ſolita in Arabia. 3. 21. 11
Spiritus Sanctus turtur, & Columba. 2. 37. 9
Illapſus in animam omnis honeſti facinoris ſemen. 4. 9. 1
Sępe per contraria bonum Eccleſię promouet. 4. 50. 7
Illius opus verbi cum carne coniunctio. Ib. 11
Illum aduocat verbum, vrgetque ad Incarnationis opus perficiendum. Ibid.
Eius in diſcipulos aduentus graphicè deſcriptus à Salomone in Cant. 4. 50. 1
Dictus viuificator. Appellationis ratio. 5. 14. 7
Cur illi fęcundandę virginis opus tributum. Ibid.
Anima, qua viuit Eccleſia, Dei virtus, manus, digitus, nec ſolum Patris ſed etiam verbi. 5 16. 3
Eius illapſus per gratiam rori comparatus. 5. 15. 3
Nō eodē modo inſinuat ſeſe imperfectis, perfectiſq. 5. 16. 2
Propria illius gratię dona. 5. 42. 4
In conſolandi munere Vicarius Chriſti. 5. 53. 5
Eſt veluti Eccleſiæ mater, vbera affluentia gratiæ. 8. 3. 1
Eo conſignamur per gratiam, ſicut Chriſtus à Patre per naturam. 8. 19. 4
Eo ſignati non amplius noſtri iuris ſumus. 8. 21. 5
Eodem noſtra omnia interiora, & exteriora ſignata ſunt, tanquam illius omnia ſint. Ibid.
Spiritus omnis hominis ſterilis, partus ſubuentaneus. 4 9. 1
Sponſalia Eccleſiæ cum verbo vſque ad incarnationem duratura, tunc deſitura, & in plenum connubium mutanda. 3. 11. 7
Inita cum ſynagoga non abſoluta, ſed conditione affecta quæ tandem fefellit. 3. 10. 5
Sponſa Eccleſia ter per interualla dormit, nec ſine grandi myſterio, nec ob eandem cauſam. 2. 18. 7. &, 3. 12. 1
Trahitur ab ſponſo cum habet ab eo deſideria eundi ad illum. 3. 30. 3
Eius deductio cum ſolemni ritu, & pōpa nuptiali. 8. 14. 2
Eius cum ſponſo maritale contubernium honeſtiſſimis tropis ſignificatum. 4. 31. 3
Sponſo cur vſque ad cap. 5. humana mēbra non tributa. 1 40. 2
Sponſorum amor feruentior, quam maritorum. 4. 31. 3
Statio militaris à verbo Eccleſiæ impoſita. 2. 13. 5
Stacte myrrhę ſuccus ſponſæ manans, ſed cortice inciſo largius ſtillans. 1. 24. 3
Stillare myrrham manus, alacritatem indicat ad ſubeundos labores in miniſterio verbi. 5. 17. 5
Studium propriæ perfectionis ſingulorum eſt, & omni ſtatui Eccleſię commune. 5. 10. 2
Noſtrū omne ſterile niſi ſemine gratię fęcundetur. 4 47. 5
Studium ſatendi contemplationi deditorum, ſępę à proprio eſt amore. 5. 13. 7
Suauitas Eccleſiæ ab ijs dotibus, quibus ſeſe in animos hominum inſinuat. 6. 7. 2
Sulamitis dicta Eccleſia nomine non proprio ſed honorario. 6. 39. 9.
Pacifica, id eſt pacem amans, pacem quærens, pacem inueniens. 4. 40. 3
Sunamitis (ſi ſic legas) dicta Eccleſia, id eſt, captiua quia multis modis empta. 6. 39. 1
Nomen honoris non probri. Ibid.
Superbia ſæculorum, quid ſit apud Iſaiam. 8. 14. 6
Surgere, Accingere ſe ad opus. 3. 4. 4
Carnis ſe exſoluere voluptatibus. A ſtatu perfecto ad perfectionem aſcendere. 3. 4. 1
Symbolici ſermonis difficultas vnde oriatur. 2. 2. 2 &, 5. 11. 3
Synagoge per figuras myſteria indicata. 1. 31 1
Ea Ficu expreſſa eius opera immatura per groſſos. 2 38. 2
Dei vnica indulgenter habita, ob ingratitudinem poſtea derelicta. 4. 52. 3
Eius fæcunditas in Eccleſiam translata. 7. 46. 5
Lumen ſub modio, ſibi ſoli fulgens. 6. 31. 4
Tarde abiecta, ſi merita illius pendas; ſi matris Eccleſiæ caritatem, prope ante 6 37. 4
Ei effectæ nutrici, iuuenis Eccleſia ſubſtituta. 7. 14. 3
Synceritas Fidei, vnus Eccleſiæ oculus. 4. 32 7
Syſtolæ & Diaſtolæ actiones in ſe, ſpirando contrariæ, ſed ſine illis animalis vita non conſtat. 8. 38. 1

T.

Tabernacula Paſtorum, Patrum concilia coacta 1. 25. 1
Tabernaculum Moſis Verbi Regis aula in medio populi. 3. 17. 2.
Lectus, dum quieſceret iter agentis vehiculum. 3. 18. 5
Delineatum à verbo Patris ſapientia, & arte. 3. 23. 1
Eius pauimentum lapidibus ſtratum. 2. 15. 1
Eo perfecto ſponſalis celebritas, & acclamatio. 3 31. 3
Interius, exteriusque cur auro inductum. 4. 4. 7
Tabule legis, inſtrumenta ſponſalia. 3 10. 4
Tabulæ nuptiales, ſine ſolemnitate ſcriptæ, paratis neceſſarijs ad pompam proclamantur. 3. 31. 2
Tactus ſponſi, pij motus voluntatis ab eo immiſſi. 5. 17. 2
Talpioth, quid ſit Hebræis. 4. 24. 6
Ταμιεῖον Quid Græcis propriè. 1. 10. 4
Templum Ieroſolymitanum, Eccleſiæ typus, & corporis Chriſti. 3. 29. 1
Templa ſacra, Domus Eccleſiæ, immo & Chriſti. 8. 7. 4
Teneo, Verbum Eroticum, & connubiale. 4. 10. 3
Terrena tractantes, niſi adſit multa cura, pene inquinari neceſſarium. 2, 12. 1
Teſtis fidelis quo ſenſu dictus Chriſtus à Ioanne. 5. 33. 5
Thaſuri, Hebr. ex edito loco proſpicere. 4. 28. 1
Thus myſticę Oratio, & Deuotio. 1. 21. 2. &, 4. 39. 1
Tibiarum femorumque firmitas ad ſuſtinendum corpus. 7 6. 2
Tigna, quid ſint apud Iureconſultos. 1. 43. 3
Tigna ſymbolicè, primi Eccleſiæ Iudaicæ fundatores. 1. 43. 3
Cum laquearibus aptè commiſſa honeſti coniugij ſymbola. 1. 44. 2
Timere Deum, pro omni cultu venerari. 2. 47. 5
Torno facta, ideo exquiſita, quod ad vnum centrum & lineam rectam omnia exigantur. 5. 45. 4
Tre-

Digitized by Google

Tremor viſcerum affectuum varietas in Apoſtolis, & repentina mutatio, ad illapſum ſancti ſpiritus. 5. 16. 2
Tribulatio ſimul auocat animum à terrenis, & ad cęleſtia ſuſtollit. 2. 4. 5
Tritici mira fęcunditas. Ideo venter Eccleſiæ aceruo triticeo comparatus. 7. 12. 1.
Tu pronomen, vim excluſiuam,& aduerſatiuam habet. 1. 40. 6
Tunica exterius indumentum, cui pallium aut ſtola circumijci ſolitum. 5. 12. 2
Exterior plerumque lanea, interior linea, ſed interior gratia eſt, quam nunquam Eccleſia exuit: exterior lex, quam Euangelium induta abiecerat. Ib. 7. Ib.
Turri ideſt. Arci Regiæ Sacerdotes ſimiles, eius rei ratio. 4. 13. 2
Turris in libano, altitudinis nota. 7. 22. 2
Turtur honeſtatis, pudoris, fidei, ſymbolum. 1. 28. 4
Eius cantus veris indicium. 2. 37. 4
Illius vox ſymbolicè, Moſis vox, libertatis nuncij ad populum miſſi. Ibid. 2
Eius dotes Moſi accomodatæ, & mores. Ibid.
Turturis vox, Dei ſermo ad Moſen, inuitantis populum ad egreſſum ex Aegypto. 2. 37. 10
Turtur vni hæret compari, Deus vni Eccleſiæ. Ibid.
Thymiama ardens, typus Chriſti in cruce. 3. 16. 4

V.

VAdam Eroticum verbum, de Incarnatione expoſiti. 4. 23. 1
Væ comminationis, & grauia vaticinantis vox. 8. 27. 3
Vallis vmbræ mortis, quid. 2. 48. 5
Vallis implendæ ſub Meſſia, Gentes vocandę: humiliandi mōtes Iudæi abijciendi. 6. 27. 6
Vaſa vnguentaria Domus animæ dicta Hebræis. 1. 34. 6
Vaſa Papyri. Naues aduerſus pelagi furores fragiles, licet valido de robore compactæ. 8. 25. 3
Vaticinium Iſaiæ de vocatione Gentium Indicatum ad Occidentem, & Meridiem. 8. 27. 2
Vbera, Delitiæ ex amore profectæ. 1. 4. 6
Animi voluptates ſub innocentię ſtatu; vinum corporis, ac ſenſuum voluptates. Ibid.
Apoſtoli & Doctores, quibus omnis virtus boni odoris, à Deo fuit communicata. 4. 16. 2
Inter vbera commorari, Erotica vox pro iure maritali. 1. 38. 7.
Vbera Eccleſiæ Prælati & Doctores, per quos lactat filios 4. 16. 2.
Moſes, & Aaron ſub ſtatu legis dati populo nutricij. Ib. 5
Mortuo vtroque vbera Eccleſiæ ſub lege exaruere. Ib. 9
Vberum, & Hinnulorum dotes comparatæ. 4. 18. 1
Eorum moderata moles, Virginum propria. Ib. 5
Eorum encomia cur iterum & tertio repetita. 4. 24. 1
Vbera lacte turgentia Dauidis aliorumque doctrina. Ib. 2
Eorum vis ad allijciendum, & tranſmutandum. Ib. 5
Vbera tunc data Eccleſiæ, cum mater effecta eſt. Ea ſunt Dogmatica doctrina, & Morum. 7. 14. 1
Vberum traditio, maritalis myſtica coniunctio. 7. 45. 7
Vbera ſugens matris frater, pro collactaneo. 8. 4. 5
Vbera ex dotes, quibus viri ad amandum alliciuntur. 8. 28. 4
Velum templi ſciſſum, tunica legis lacerata. 5. 12. 8
Velum ſacrum coniugij Chriſti cum anima inſigne: & traditionis, & poteſtatis & protectionis. 6. 22. 4
Galea Virginum aduerſus Diaboli tentamenta. Ibid.
Veniat dilectus, vox non modo precantis, ſed ſuo iam iure depoſcentis.
Ventris tremor myſticè, admirationis, & mutationis in alium affectus. 5. 16. 1
Apoſtolorum in cęnaculo, & in illis Eccleſię mutatio, & noui animi concepti ad prędicandū Chriſtum. Ib.
Venter pars corporis imbecilla, myſticè humana fragilitas, ſed nitida in Chriſto, & peccati expers omnis. Ib. 4
Vix vllo proprio cietur motu ſine neruis oſſibuſq; Ib. 5
Eius dotes candor, rotunditas læuor. Ibid.
Venter Chriſti myſticè, Actiones illius in naturæ ſolius bonum inſtitutæ. Ib. 6
Ex ſua natura ignobiles, ſæpè in nobis inertes & ſiue fructu. Ibid. 7
In Chriſto non minus valentes ad meritum, quam virtutum aliarum. Ib. 8
Sapphiris diſtinctus ad ſum perfectionis moralis gradum euectæ actiones illæ. 5. 48. 2
Venter in fęminis prolis receptaculum. 7. 2. 5
Venter Eccleſiæ, ſicut aceruus tritici, illius fecunditas. Ib. 1
In Cant. ad vxoriam rem referendus. Ib. 3
Ventorum vera actio ſpirare. 4. 51. 3
Ver lex gratiæ per Chriſtum. 2. 33. 3
Verbum diuinum, Patris ſermo, vox, os, & lingua. 1. 2. 5
Dei virtus, ſapientia, gladius, armatura. 1. 2. 6
De ſinu P. in ſinum Virginis, à vaſe in vas transfuſum vnguentum. 1. 6. 2
Carne clauſum velut pridie circunciſione ſe prodidit. Ib.
Actus in crucem velut fracto alabaſtro effudit ſeſe. Ibid.
Salomon dictus, quod ſapientia Patris pacem in mundum inducturus. 3. 29. 1. &. 3. 17. 1
Ab exceſſu populi ex Aegypto Regem illius, & ducem egit. Ib. 2
In tabernaculo corporis per vitę humanę deſertum peregrinus. 3. 28. 1.
Solius eius facinus liberatio populi à ſeruitute Aegyptia, per prodigia. 3. 30. 5
Anticipata appellatione hominis filius dictus olim. Ibid.
Spōſus Eccleſię per legē, cur nō ſtati ſpōſus dictus. 3. 31. 2
Aſſumpta carne à ſe receſſiſſe viſum: aſſumptum ad gloriam, ad ſe rediiſſe. 4. 23. 1
Verbum vita diuinitatis, à quo omnes vitā participamus. 4. 30. 2
Homines ante Incarnationem fratres non vocat. 4. 31. 5
Fons olim intra ſinum Patris manans, homo factus locatur in publico omnium extinguendæ ſiti. 4. 41. 2
Verbum cœli ros in florem Virginem delapſus, vt mel mortalibus fieret. 5. 37. 8
Libanus eſt, quo nihil ſublimius ne pater quidem. 4. 50. 4
Sapientiæ oceanus vnde Angelis, & hominibus ſtillę cōmunicatæ. Ib. 5
Velut vberibus lacte diſtentis dolore pulſatur, ſi deſint, quos lactet. Ibid.
Sub cupientis, ac præcantis habitu omnia bona Eccleſię pollicetur. 4. 51. 10
Aduocat Spiritum Sanctum, vrgetque ad incarnationis opus properandum. Ib. 11
Verbum Patris Miniſter, & inſtrumentum quo ſenſu dictum. 5. 14. 6.
Patris brachium, dextera, virtus, & potentia. Ibid.
Eiuſdem manus, quia procedit ab illo: Spiritus Sanctus manus vtriuſque quia ab vtroque eſt. Ibid.
Tornator cœlorum, & ſtellarum. 5. 45. 4
Cum homo factus eſt, quodammodo Deū exuit. 7. 38. 3
Verbum cor diuinitatis ſaucium amore Eccleſię. 4. 30. 3
Verborum Dei ſonus ipſe pondus habet. 4. 7. 5
Verba humana aquis torrentium ſimilia; Diuina niuibus, & rori. 4. 9. 2
Verbi Dei inſitionis in corde modus. 7. 36. 2
Clauis Regia, quam verſant Apoſtoli. vt aperiant Chriſto hominum corda. 5. 20. 5
Verbi Dei ſemen ſępè à domeſticis, ſępè ab extraneis inimicis ſuffocatur. 7. 43. 2
Veritas pro omni reuelata doctrina. 4. 40. 7
Eius vis quæ vel ab inimicis confeſſionē extorquet. 5. 45. 3
Veſtigia gregium, eorum qui præceſſerunt Sanctorum exempla Ea agendorum certa regula. 1. 24. 2
Veſtes neceſſitas inuenit, vanitas, & luxus forma & materia variarunt. 4. 39. 3
Veſtimenta Eccleſię, ideo ornatus extrinſecus aduenien's myſticè cęremoniæ, ritus, & ſacrificia. 4. 39. 3
Veſtiti duplicibus, quo ſenſu dicti domeſtici Eccleſię. 8. 41. 3
Vexilla militaria, ad diſtinguendas cohortes, & cogendos in ordinem milites adinuenta. 2. 13. 7
Vexillum, ad quod ſe recipiat Eccleſia, caritas. Ibid.
Via, qua ad Deum accedimus, etiam ſi ſpinis aſpera floribus conſperſa eſt. 2. 8. 5
Via ad virtutem in cliuo, tunc difficilior eunti, cum hortatores

Digitized by Google

ad aſcenſum in ima ferri videt. 4. 9. 6
Videre, pro ſerio, attente, curioſe ſpectare. 6.27.6. & 7.42.1
Vigiles, & cuſtodes ſub lege, Moſes, & Aaron. 3. 6. 3
Vinaria cella, abundantia diuini fauoris; vndè vinum lætitię inebrians. 3. 11. 7
Vineę Eccleſię propria innocentię ſtatus: alienę quidquid inſtigante Dęmone primi Parentes deliquere. 1. 19.4
Vineę Hebręus populus. Eius poſt putationem vbertas. 2.36.6
Vinea Sponſi vberrima non ſynagoga, ſed Eccleſia 8. 35. 4
Vinea Eccleſię in populorum multitudine plantata. Ibid.
In eius cultu quędam propriè ad Chriſtum, quędam propriè ad Eccleſiam pertinent. Ibid.
Vinum ſymbolicè humanę voluptates. 1. 7. 3
Vinum myſtice potius ad affectum, quam ad notitiam ſpectat. 2. 11. 3
Eius potu largo magna lętitia ſignificata. 5. 6. 1
Quare dictum Deum, & homines lętificare. Ibid.
Vinum Chriſti ſanguis abundans ad potum. 5 6.1. &, 5.5.1.
Vinum & lac ſimpliciſſimę, ac puriſſimæ voluptates. 5. 6. 1
Fecunditatis ſymbolum. 7. 10. 3
Qui illud potarunt non poſſunt non olere. 7. 34. 3
Vinum bonum non feſtinanter bibendum, ſed quaſi ruminando. Sic doctrina fidei. 7. 36. 2
Vinum conditum ſymbolicè piorum operum varietas in vnū coniuncta. 8. 9. 4
Eucharistia & in ea ſanguis Chriſti. Ib. 5
Viri ſeptuaginta à Moſe iuſſu Dei lecti, & illius ſpiritu donati, id quo modo ſit factum. 4. 2. 2
Nominari iuſſu à Moſe, ne ſe pares illi putarent eſſe in poteſtate. Ib. 3
Viri perfecti licet nęuis omnino non liberi, ſine macula dici poſſunt. 4. 24. 7
Virga ferrea abſoluta, & æterna Chriſti regnandi poteſtas, nullis terminis circumſcripta. 1, 7. 2
Virga & baculus ducatus, & gubernationis inſigne. 2. 48 7
Virginitas, etiam deſitu a in nuptijs, ſua laude non caruit in veteri populo 4. 35. 4
Ea ſub Chriſto fęcunditati prelata. Sub lege coniugio cedere vita 6. 20. 4
Morte preuenta ante nuptias lachrymis digna exiſtimata ſub ſynagoga. Ibid.
Chriſtiana perpetuitas, & à cogitatione permiſſarum voluptatum remotio. Ib. 6
Eius extra Eccleſiam Chriſtianam ſola quædam vmbra, & rudis imago. 6. 71. 3
Virginitas ſe ipſa placens, gratior ſtudio latendi. 6. 22. 1
Chriſtiana, vel ſilens, ſuo occurſu vitia carpit, & ſub velo tuta, etiam alios tutos reddit. Ib. 3. 4
Virgo martyr cortici mali punici in quo ſimilis. Ea propria dos Eccleſiæ Chriſtianæ. 6. 20. 5
Virgines hebręę nupturiunt virginitate ſalua. Ibid.
Virginum pugnę cum procis grauiores, quam cum tyrannis. 6. 21. 3.
Promiſcuo populo comparatę gratiores. 4. 11. 3
Virgines velatę & votę proprium Chriſtianę Eccleſię decus. 6. 22. 4.
Veſtalium inſtituta. 6. 21. 3
Hebręę ad coniugium vſque latentes, poſt illud vagare liberum illis, Chriſtianorum latendi ſtudium non niſi morte finiendum. 6. 22. 1
Virgo latens licet teſte careat homine Deum habet ſpectatorem & probatorem. Ibid.
Virgines Chriſtianę inter reliquum vulgus pulchriores. Ib. 3
Virgo Maria verbum circundedit, eum vtero clauſit. 3. 11. 8
Virtus vera inter aculeos aduerſarum rerum mel inuenire docta. 4. 45. 3
Etiam ſi pręmio non donetur, pręmio ſuo non fraudatur, quia ipſa ſibi pręmium eſt. 3. 29. 6
Virtutes de mutuo conſpectu, & complexu gratius ſpirantes olentesque ſuauius. 1. 33. 3
Virtuti verę ſpectatorum frequentia animos facit. 5. 25. 6
Virtutes Chriſto ad gubernationem Eccleſię datę. 5. 40. 4
Earum fructus Pax, Quies, Abundantia, Securitas morum in melius commutatio. 5. 41. 4
Vis generandi in viris reſidere putatur in lumbis. 7. 6. 1
Vis omnis naturalis ad concipiendum, ac generandum tandem ſeneſcit, ſola Eccleſia ad concipiendum ſenectutis mala non timet. 7. 13. 3
Vites & Ficus pro rebus delitioſiſſimis. 2. 36. 7
Pro ſumma temporum felicitate. Ibid.
Vitis, & Olea caſti coniugij ſymbola. 7. 13. 3
Vittarum vſus & forma in crinibus vinciendis. 4. 8. 4
Vmbra ſymbolicè, auxilium, protectionem, ſecuritatem ſignificat 2. 8. 4
Dei coniunctionem, atque complexum. Ib. 5
Legem Moſis, luci Chriſtianę legis comparatam. 2.48.2
Vmbra, ſiue nox, & dies totum huius vitę ſpacium. 2. 49. 2
Vmbilicus centrum humani corporis. 7. 8. 2
Tornatili crateri ſimilis, ſymbolum caſtitatis. Ibid. 1
In fœminis concupiſcentię ſedes, ex Gregorio Ib. 4
In re venerea fęminis tributus, viris lumbi Ibid.
In eo vis valida Eccleſię ad concipiendam myſticam prolem ſignificata. Ib. 8. 3
Ex eo indicio concepti fœtu ex medica doctrina. Ib. 5
Vnguentum, ſeu oleum Chriſti, vel Ieſu nomen. 1. 6. 1
Effuſum cœlum, terras, inferos mira ſuauitate repleuit. Ibid. 5.
Vnguentum effuſum, Chriſtus prędicatus. Ib 8
Vnguentorum odor verę doctrinę fama, & bona opinio Eccleſiæ. 4. 36. 4
Vnitas Religionis potentiſſima ad Deum vincendum, immo & vulnerandum. 4 33 3
Vnitas amoris facit, vt vir vxori adhęreat plus quam Parentibus. 6. 25. 2
Vna columba dicta Eccleſia, ad ſignificandum Chriſti erga eā amoris ſimplicitatem. 6. 25. 2
Voluntas, quod ſola non poteſt, Gratię iuncta poteſt, & contra 2. 22. 2
Voti redditio officium omnę pietatis erga Deum complectitur ex vſu Scripturę S 7. 2. 2
Vox Eccleſię quam audire Deus vult, vox eſt annuentis illi inuitanti ad exitum ex Aegypto. 2. 44. 1
Etiam opera & actiones Religioſorum proprię dicitur, Pſalmodia, Hymnodia, preces: Actiones in proximorum bonum ordinatæ. 8. 44. 2
Vrbes non omnes aquis abundant: earum abundantia maximum earum decus. 7. 19. 2
Vulnera illata ſponſę, perſecutiones, quas à Iudęis paſſa Eccleſia eſt. 5. 24 2
Vulpes paruulę, Primogeniti Aegyptiorum. Eius ſimilitudinis triplex ratio. 2. 45. 5
Eę cur capi, non interfici iubentur. Ib. 7
Sunt etiam vulpes vitia, quę virtutis ſpecie ſolent fallere. Ibid. 4
Hęretici, & Dęmones Eccleſię vineam omnino natu demolientes. 2. 45. 2
Vxor coniugij lege viro adhęret. 2. 35. 3
Vxorum legitimarum ius, inſilire in mariti ſinum. 8. 16. 3

Z.

ZElotypię arma in vltionem, & vindictam. 8. 22. 6
Affectus implacabilis, vt infernus. Ibid.
Zelus caritatis armiger, ſuis armatus armis ad defenſionem. 8. 23. 3.
Zorobabel Chriſti D. typus in quo fuerit. 5. 52. 1

FINIS INDICIS.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM.

ECCLESIÆ, poſt primam culpam gra- Verſ.I.
tia reparatam, ſunt verba; quæ, ſentiens,
nondum Dei iram in totum placatam in ſe,
cupit illi arctè coniungi, remedium illud
petens, quo in priſtinum ſtatum reditu-
ram ſe ſperat, memor quid per culpam
perdidiſſet, quid obtinuiſſet. Notitiam
autem de futuro remedio FRAGRAN-
TIAM vocat, quam omnibus odoribus præfert. † QVOD Verſ.II.
audeat Deo ſe ſiſtere, ſibi conſcia offenſionis præteritæ, ex-
cuſat exemplo incipientium animarum: quæ tractæ fama ſola
Redemptoris, eum amare cæperant. † Sed vrgentibus acta Verſ.III.
votis, ac necdum audens per ſe accedere, optat fieri ſibi iudi-
cium aliquod à Deo poſitæ in totum ſimultatis. Id ſi con-
tingat ſibi, curſu contento ituram ad illum, odorum illius
ſuauitate tractam. Veruntamen nondum id conſecuta, ſpei
tamen plena, futura gaudia cogitat; ſeque INTRODV-
CENDAM in intima Dei penetralia, dicit; ibi multa læ-
titia animum perfundendum ijs delitijs plenum, cum quibus
terrenæ nullæ comparari poſſint. Nec eſſe, quod eam ob
cauſam cuiuſquam reprehenſionem incurrat; nam quiſquis
rectè de rebus iudicarit, id probaturus eſt, vtpote qui &
ipſe Deum feruenter amet. † Se autem conſiderans reliquijs Verſ.IV.
adhuc culpæ præteritæ, ideſt, lege carnis obſtrictam, ſe qui-
dem fatetur NIGRAM, nec tamen deformem eſſe; ſcilicet
gratiâ donatam: ſed nec eam ſuſcedinem, diu duraturam, vt-
pote, quam non natura, ſed caſu contraxerit. † ADDIT Verſ.V.
& excuſationem aliam; non in totum ſuâ culpâ factum, vt

nigredine fuſcaretur. Apoſtatarum Angelorum factum inuidiâ, qui eam in fraudem induxerint, perſuaſerintque, vetitæ arboris fructum guſtare. Itaque dum alienis per fraudem curandis, occupatur, non potuiſſe VINEAM SVAM
Verſ.VI. CVSTODIRE, id eſt primam gratiam conſeruare. † DEFENSIONE ſui peractâ, redit ad vota: & INDICIVM ſibi fieri cupit, qua viâ ire rectâ ad Deum poſſit, quod vnum illi in votis. Si ſe conſideret, multum ſibi metum eſſe, ne dum Deum quærit, in illius SODALES incidat, id eſt, in Dæmones, qui ſæpe boni ſpecie fallunt; & in ea iterum mala dela-
Verſ. VII. batur, quibus Dei ſe gratiâ liberam gaudebat. † Interloquitur iam DEVS, oſtenditque qua ratione tuto ad ſe venire poſſit; ſequatur VESTIGIA GREGVM, id eſt, Sanctorum, qui præceſſerunt exempla, ſi quid dubij, quantum ad rationem agendi ſuboriatur: conſulat autem eorum cætum, qui fide & notitiâ Dei clari docere eam poſſint. Hæc MAPALIA ſunt
Verſ.VIII. PASTORVM. † ID ſi obſeruet, ſine errore ituram adſe, tutamque ab omni periculo futuram. Nec magis tutum SALOMONEM, curru Regio vectum ad pompam, EQVITVM turmis ſtipatum. Sic illi pollicetur, nunquam hactenus futurum, vt tota à Dei decidat gratiâ, qua ſemel poſt culpam
Verſ.IX. donata fuerit. SIC conciliatus Eccleſiæ, agere cum illâ familiarius incipit, in Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo; & in eius laudes effunditur. Incipit vero à GENIS & COLLO: in illis laudat pudorem, modeſtiam, honeſtatem: in hoc obedien-
Verſ.X. tiam, & obſequium. † Mox, cum in illis virtutibus Eccleſiæ multum ſibi placuiſſet, cogitat de ornamento, certus, quæ ſibi in eâ ſimplice venuſtate placebat, eam addito ornatu amplius placituram. Id eſt, quæ in ſimplice Sacrificiorum cultu, nulla ſtata ceremoniâ ſeſe illi probarat, ſub lege Naturæ, addita ſcripta lege, & ex eius præſcripto cæremonijs, & ritibus, multo
Verſ.XI. probandam magis. † ILLA fauore tanto inuitata, vinci ſe Officijs non patitur, ſeque ait Deum multiplicatis Sacrificijs placaturam. Quibus Deus, velut ad opiparam menſam inuita-
Verſ.XII. tus, impleat ſeſe. † TVM, Deus experturus, quam ea dicat ex animo, fidem illius, & obſequij promptitudinem duobus duriſſimis præceptis probat, Circuncisionis, & Immolationis Iſaaci: Ea autem animo libentiſſimo vtrumque amplexa, facile probauit ſe Deo. Ideo vocat illum MYRRHÆ FASCICVLVM,
Verſ.XIII. INTER VBERA COMMORATVRVM. † Deus autem & pietatem & obſequium admiratus, nouis beneficijs Eccleſiam cumulat. Iſaacum à nece eripiens, contentus Abrahami obſequio, pollicituſque infinitam fidelium prolem, & de ſemine illius Chriſtum. Ideo BOTRVS CYPRI di-

ctus

Digitized by Google

Ver.XIV. ctus Eccleſiæ. † SIC autem probatam nouis encomijs Eccle-
ſiam tollit: eam que præcipue PVLCHRAM geminata laude
prædicat, ſed maxime eius puritatem intentionis, qua vni ſibi
placere voluerat, in amplexandis duriſſimis præceptis: ideo il-
lius OCVLOS COLVMBARVM oculis ſimiles eſſe dicit,
Ver.XV. inſolum ſcilicet conſortem intentis. † CONTRA illa quid-
quid ipſe coniectum fuerat laudis, in Deum accumulat: Eum
vere PVLCHRVM vere DECORVM eſſe: immo ſolum in
vtroque regnare. Se autem videns ſenſim prolis numero cre-
ſcere, in Iacobo, & filijs, LECTVLI ſui felicitatem canit; ac
multum futuræ filiorum multitudinis ſpem conceptam, iactat †
Ver.XVII. IMMO & ſtabilitatem domus, id eſt, durationem vſque ad
ſæculi finem, materia domus ſuæ commendata præſagit. TRA-
BES autem CYPRESINAS, Iacobi filios intelligit, LAQVEA-
RIA CEDRINA eorum vxores pietate in Deum ſimiles viris.

VERSVS I.

Ver. II. OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI: QVIA MELIORA
SVNT VBERA TVA VINO. * FRAGRANTIA VNGVEN-
TIS OPTIMIS.

COMMENTARIVS.

ECCLESIÆ ſub lege naturæ, ſtatim poſt primum peccatum per gratiam reparatum, verba ſunt hæc, cupientis illi coniungi, non per charitatem (qua fuerat iam donata) ſed excellentiori ratione, à quo vno malorum, quæ nuper experta fuerat, ſciebat remedium ſperari poſſe. Incerta autem, quando ea felicitate beanda, totis effuſis in curſum votorum quadrigis, qua granditas affectus ducit, anxia currit. Expertam ſe, ſed magno ſuo malo, quid voluptates aliæ extra DEVM ſint. Vnius eſu Pomi guſtum hæſiſſe in ore; ſed animum non abſinthia modo, ſed mortem guſtaſſe; vt, etiam poſt culpam DEI abolitam gratia, maneant amaroris veſtigia, mortiſque. Quantum autem ſuauitatis illius delitijs inſit, & ſenſiſſe ſe ſub innocentiæ luce felici; & comparatione proximæ infelicitatis magis expertam. Tunc ſcilicet, velut infantem VBERI admotam, lac ſuxiſſe, haud minus guſtu dulce, quam vtilitate carum: quodque præponendum cæteris carnis voluptatibus, ſuo magno malo didicerit. Porrò non dulcedinem modo ſupra omnem fuiſſe ſenſum, ſed FRAGRANTIAE ſuauitatem, ſupra omnem VNGVENTORVM odorumq; ſuauitatem.

ENARRATIO.

QVAM grande ſit malum à te abeſſe nuper experta, ſatis ſcio: quid etiam præſidij extra te mihi ſit miſera, etiam ſcio. Vel eo felix, quòd, malo meo docta, didici, à te vno boni ſpem omnem prorſus pendere. O ſi mihi liceat carum mihi caput OSCVLARI, & labijs preſſare labra! idest, quidquid id eſt remedij, quod malis meis paratum ſpero, breui experiri! Audax hoc votum,

ſed facit audacem amor; quum tua bonitas confidentem. Dulce illud, quod ex amore tuo animum te amantem recreat, tametſi ſemel amiſerim, adhuc hæret in memoriâ, adhuc viſcera titillat, acrius poſt guſtatas voluptates infauſtas. In eum ſtatum, à quo excidi, reſtitui, id vero vehementer opto: cætera, quæ perdidere me, pœnitentiâ damno, tametſi fortaſſe ſerâ. Nam delitias cum delitijs, tuas cum alienis componere ſi velim, ſtatim ſentio tuas ſolidas eſſe, veraſq. & duraturas: illas vanas, fallaceſque, breuique interituras, immo & interitum allaturas. Has lachrymas errati dolor expreſſit; Hos gemitus, hæc ſuſpiria culpæ conſcientia ſoluit, ſi ſaltem emendare liceat, felicem putabo. Iam mihi ſentire videor illam, quæ tuo de ore fragrantia ſpargitur, quacumq. greſſum circumfers, cui ſi omnium vnguentorum, odorumque ſuauitatem æquari poſſe quis velit, ſtultus ſit, rerumque prorſus ignarus.

NOTATIO I.

OSCVLETVR ME.

SVM. COM.

I.

Verba Eccleſiæ ſub lege ex ſenſu quorundam,

Suſpirantis aduentum Chriſti,

Cuius olim indicia Deus fecerat,

Promiſſo Mediatore,

Sed tardabat rei tantæ exhibitio:

Ideo verſa ad Deum Eccleſia, Se vt promiſſis exoluat Deus poſtulat.

Eccleſia ſub lege Incarnationis deſideria.

VERBA hæc ſynagogæ eſſe, ſiue Eccleſiæ ſub ſcripta lege, velut in vmbra degentis, multi contendunt; nec, vt videtur, ſine ratione. Indicauit Ambroſ. lib. de Iſaac. cap. 1. *Conſidera Eccleſiam iam diu pronuntiatis ſibi per Prophetas dominico aduentu, per temporum multa ſuſpenſam, quæ iam dudum infuſionem ſibi diuinæ præſentiæ, & gratiam Verbi ſalutaris exoptet, commacerari, quod ſero veniat, & affligi. Ideoque quaſi vulneratam charitate, cum moras eius ferre non poſſit, conuerſam ad Patrem, rogare, vt mittat ſibi Deum Verbum.* Fecerat ſcilicet Deus iam olim indicia futuræ fęlicitatis, cum diceret Adamus prophetico ſpiritu, *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Gen. 2. 23. Et, *Erunt duo in carne vna,* ver. 24. Quæ de Chriſto, & Eccleſia dicta Paulus teſtatur. Epheſ. 5. 32. *Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Et fuerat quidem per Patriarchas & Prophetas ſæpius iterata, vel firmata promiſſio, figuris delineata, & adumbrata factis. cum interim tamen annorum millia quinque abiſſent. Accenſa ergo mora ipſa deſideria, quæ dilata ſolent acrius cruciare, in voces erumpunt, ſui indices. Ergo ad luminum Patrem, à quo omnis erat ſpes, conuerſa paulò ante Incarnationem Eccleſia, ægrè iam ſpiritum, præ expectandi impatientia trahens, dicit: Oſculetur me. Quid promiſſa iuuant, ſi ſemper lactatur ſpes? ſi gaudium ſemper abeſt? Tædio mihi tot internuntij ſunt, tot mediatores. Ipſe potius veniat, mihique iungatur ſumptaq; ex natura mea carne, ſeſe promiſſis exoluat. Sic de veteribus fermè philoſophantur, præter Ambroſium, Chryſoſtomus homil. de virt., Caſſiod. Greg. Nyſſenus, Beda, Alcuinus, Haimo, alij: & de Recentioribus plerique, quorum abſtinemus nominibus.

Eccleſiæ ab impatientia expectandi voces.

II.

Et vero eo vota iue e iuſtorum:

Iacobi, Moyſis, Iſaiæ, aliorum.

Vt videatur is ſenſus proprius huius loci.

Veterum PP. vota de futura Incarnatione.

Adijci autem huic interpretandi rationi vis poteſt, ſi, qualibus votis in veteri lege viri Sanctiſſimi Domini aduentum accelerari optauêre, & petiêre, quorum vocibus pleni ſunt ſacri libri, conſideres: quod argumentum validè vrget Theodoretus hoc loco. Hinc illa: *Salutare tuum expectabo, Domine*, Gen. 49. 18. in quæ verba Iacobus vitam ſoluit. Et: *Obſecro, Domine, mitte, quem miſſurus es.* Exo. 4. 13. Et: *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant Iuſtum.* Iſa. 45. 8. Et: *Vtinam dirumperes cœlos, & deſcenderes.* Iſa. 64. 1. Quod ſi & ardentiſſima videmus vota, & poſtea ſequutum effectum, Deo tot votis annuente, nihil eſt, quod dubitemus, quin hæc ad ſynagogam referenda ſint, quandoquidem ipſo Oſculandi Verbo non dubitamus Verbi ſuſcepturi carnem aptè Sacramentum intelligi.

III.

Sed aptius inferius ſuo loco.

Hæc vero in Eccleſiam ſub natura quadrant.

Qui ſtatus imperfectior, nec omittendus.

Triplex horum Amantiũ ſtatus.

Hæc & in ſe verum continent ſenſum, & Cantici huius maieſtate dignum. In eo autem minus probanda, quod ad verba hæc, quæ initio ſtatim Dramatis poſita legimus, applicantur; cum inferius proprio ſit loco ſuam ſedem habitura. Neque enim ſine magna cauſa notatum à nobis, oſtenſumque in Anteloquijs, triplicem Puellæ huius ſtatum deſcribi, ſenſimq; Scriptorem Sacrum eam ab imperfectis ad perfecta deducere. Et quanquam ſtatus ſub lege imperfectior ſtatu ſub Gratia eſt, tamen alius ſtatus quærendus eſt, imperfectior adhuc, qui Dramatis huic initio reſpondeat. Quod ſi inferius ſatis multis de hiſce Eccleſiæ ſub lege votis agi, cum eo ſit ventum, monſtrandum eſt; nihil neceſſe eſt hoc loco priora hæc verba de ſynagoga interpretari; ſatiuſque multo videtur, de prima ſub Naturæ lege Eccleſia dicta exiſtimare.

IV.

Nec PP. in contrarium pugnant.

Patres de Eccleſia ante Chriſtũ promiſcuè locuti ſunt.

Nec, quæ ſunt in contrarium diſputata, de ſententia mouent: nam ſi qui de PP. in alia videntur eſſe ſententia, non planè de ſynagoga, vt diſtinguitur ab Eccleſia ſub Naturæ lege, accipiunt: ſed de ea, quæ Chriſti in carne præceſſit aduentum: totum enim id tempus vno

quaſi

Loquuntur enim de Eccleſia ante Chriſtum.
Haud diſtinguentes inter ſtatum, & ſtatum.
Cum vtriq; communia vota fuiſſe ignorare non poſſent.
Si Chryſoſtomum demas.

quaſi faſce comprehendunt, haud minutè diſtinguentes inter veteris legis, & naturalis ſtatum, quem vtrobique Eccleſia habuit; cum in eo ſimiles eſſent, quod quæ Chriſto carebant, illum votis omnibus, ac votorum indicibus vocibus expetebant. Nunquam illi negarunt, hæc ad Eccleſiam ſub naturæ placitis pertinere; cum nec illi venturi Saluatoris notitiam negatam ſcirent, tametſi non ita expreſſam omni tempore. nec, poſita myſterij quali quali notitia, venturi remedij vota, preceſque ſæpius repetitas negare poſſent, aut ignorare. Cuius rei non leuia prioribus Geneſeos capitibus veſtigia impreſſa monuimus. Immo ſcimus Abrahamo, & Iacobo, ante latam legem, de ea re promiſſiones inſignes factas: Chryſoſtomus opponi poſſet loco ſuperius indicato, cuius ſunt verba: *Deſponſata ſum cœleſti Sponſo per legem, & Prophetas. Ego Eccleſiam ex gentibus non iam volo per legem, aut Prophetas, ipſe veniat, & Oſculetur me.* Sed cæteri fermè promiſcuè loquuntur de vtroque ſtatu. Et verò neceſſe eſt, non ſtatim ab initio ſponſam per mutuas promiſſiones ſponſo deuinctam cogitare: cum omnino antequam puella viro deſpondeatur, multa præcedant; quæ ſponſalium ſunt veluti præludia: mutui aſpectus, amorum initia, ſæpè etiam & arcanæ, & publicæ collocutiones, quibus amor nuper coalitus radices agere incipiat. Nemo enim cum ignota prorſus de coniugio ſolet agere. Hunc ergo ſtatum ante iura plena ſponſalium Salomon deſcribit inter Verbum, & Eccleſiam: Soli autem id ei Eccleſiæ conuenit, quæ ſub lege naturæ fuit, antequã claræ fierent illi per Abrahamum de futuro Chriſto promiſſiones, & ſponſales tabulæ per legem conderentur.

Quia non fuit neceſſe ſtatim à principio Eccleſiam Sponſam inducere.
Cum multa præcedere ſoleant ſponſalia ipſa.
De quibus Salomon agit hoc loco, & ſequentibus.

Non ſtatim à principio Eccleſia ſponſa deſcribitur.

V.

Nec aliud ſcriptura innuit.
Non enim futuri remedij notitia negare poteſt, ſub omni ſtatu.
Quod ſatis ad acuenda deſideria.

Scripturæ autem, quæ in contrarium ſunt loca inducta, noſtram ſententiam tam non conuellunt, vt firment potius. Certè illa: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Gen. 2. 23. 24. Et: *Erunt duo in carne vna*, myſterium continere nuptiarum Verbi cum Eccleſia per Incarnationem, ex Paulo diſcimus. An autem id myſterium clarè reuelatum Adamo fuerit, in illis verbis latens, alio loco diſputamus. Id certum eſt, ſaltem futuri in genere remedij factum Parentibus primis indicium, vnde notitia manarit ad poſteros. Quæ ſatis notitia fuit, vt illi ardentiſſimis votis optarent, malorum accelerari, quibus premebantur, medicinam: quod his omnino verbis deſiderium exprimitur, ſub ſchemate Oſculorum. Sed de vero illorum verborum ſenſu alio loco diſputatum eſt, quorum quamcumque velis eſſe ſententiam, ad ſtatum Eccleſiæ ante legem pertinere concedas, neceſſe eſt. Ergo cum eo ſtatu vota venturæ fęlicitatis habeamus, non eſt cur illum ab huius Cantici adytis arceamus: cum non de futura verba inferius ſint, quæ propriè ad ſcriptam legem pertinere monſtremus.

Futuri remedij notitia nulla ſub ſtatu negata Eccleſiæ.

NOTATIO II.

OSCVLO ORIS SVI.

I.

Oſculo cur Incarnatio deſignata.
Ambroſius digito indicauit cauſã.
Suſcepto in gratiã humano genere.
Nõdum in totum ira Dei quieuerat.
Id ergo optat Eccleſia.
Sibi in totum placatum experiri;
Nec tamen petere audet.

Incarnatio cur oſculo ſignificata.

Ambr. lib. 6. in Luc. c. 7. Lib. 2. de Pœn. c. 3 & 8. Hexaem. lib. 6. c. 9. Et in Pſal. 38

Admiſſio in gratiam homine nõ in totum Dei indignatio ceſſauit.

Pacem cũ Deo Eccleſia optat, nec petere audet.

OSCVLI nomine priſtini mali remedium ſignificari, diximus, quod per Incarnationem erat futurum. Cauſam autem, cur ea magis forma loquendi, ad id ſignificandum Sacer Scriptor vſus ſit, quam alia, id vero quæri poteſt. Doctus vir in vnam ſimilitudinem retulit. *Nam ſicut in Oſculo os admouetur ori, ſic in Incarnatione Dei Verbum iungitur carni.* Verum id eſt; ſed altius quiddam, & grandius Ambroſius indicauit, qui non vno loco Oſculum vocat, *Amoris indicium, Charitatis pignus, Sacra pacis inſigne, Pietatis ſignum.* Et alienatum quidem humanum genus prius à Deo fuerat, cum ſe primo omnium ſcelere inquinauit: mox Domini indulgentia deleto ſcelere, quanquam in gratiam admiſſum, nondum in totum poſita indignatione, manſit peccati ſupplicium, Naturæ rebellio, ac deprauatio; cupiditates ſcilicet carnis, & inclinatio ad malum. Itaque quemadmodum, etiam poſtquam ventorum, tempeſtatem excitantium, poſito in totum tumultu, nondum mare commotum quieſcit in totum. Sic videbatur Deus remiſſa culpa, nondum omnino indignationem poſuiſſe. Hanc ergo pacem, hanc pietatem Eccleſia illius temporis optat, ſibi vt ſcilicet in totum reconcilietur Deus, atque, omni irarum veſtigio deleto, redeat in
„ gratiam. Scio, quid merita ſim, ac magno meo malo experta ſum? manentque adhuc
„ flagellorum indices vibices, & notæ prioris calamitatis. Nondum Deum placatum mihi
„ in totum ſentio. O! ſi mihi Oſculum pacis indicium, ac integræ reconciliationis notam
„ liceret pangere! Optare audeo, id enim omnino eſt meum; poſcere non audeo, immerita
„ ea audiri. Quid ſi ille meis annuat votis, & vltro offerat, quod poſtulare ipſa non audeo?
„ Quanta mea eſſet fęlicitas? *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

II.

Ideo optat ſibi oſculum pangi Cum alias ipſa oſculo petitura eum ſit.

Dum Dramaticum ſenſum traderemus, id quæſiuimus: cur Salomon puellam induxerit cupientem potius, vt ſibi Dilectus Oſculum pangeret, quã eam ipſam audentem Oſculum Dilecto libare; cum alio loco tamen dictura eſſet; *Quis mihi det, te fratrem meum, vt inueniam te foris, & deoſculer te.* Cant. cap. 8. 1. Quæ eadem quæſtio moueri hic poteſt, nec

alia

Digitized by Google

Fecit id diuersitas status,

Hic amantes illic meritæ.

alia ratione diſſoluenda eſt. Pertinent enim hoc ad diuerſum ſtatum. Hic initia traduntur amorum, illic fines. Hic Eccleſia adhuc puella tota in toris hæret; illic iam adulta audet maiora. Hic timore adhuc, ac pudore à recenti offenſa cohibita, propius accedere veretur, adhuc neſcia an placitura ſit; ſatiſque habet, ſimplice affectus impulſu deſideria ſua promere; illic confidentior ſucceſſu facta, certaq; ſua omnia in tuto eſſe, ſecuro æquore nauigat, pleniſque velis in portum inuehitur. In ſumma hic adhuc amat, necdum ad Sponſæ nomen vocata, ſatis habet, ſi ſe amari vtcumque ſciat, Deumque poſita indignatione ſibi redditum eſſe. Id ergo, quod maximè pungit, exigit, nec adhuc vlteriora quærit: illic contra pleno potita coniugij iure, vtpote Verbi Incarnatione peracta, traditoque ſibi per eam Dei Filio, non vlterius deſerenda, confidenter audet, in Oſculum connubiale irruere, vt eo loco dicemus, vel inſpectantibus omnibus in propatulo. Hunc vtriuſque ſtatum, ſtatuſque diſcrimen agnouit Ambroſius lib. 2. de Virg. ad finem. *Atque illa*, inquit, *iam patiens duri laboris, exercitataque virtutis, vt apertat manu clauſtra, in agrum exeat, in caſtellis maneat; in principio tamen retro odorum currit vnguenti; mox cum in tabernaculum venerit, vnguentum imparatura caſtellis. Denique quo euadat videte; Si murus, inquit, eſt, ædificemus ſuper eum turres argenteas: quæ ludebat Oſculis, turres iam erigit: & pretioſis Sanctorum turrita faſtigijs, non ſolum hoſtiles fruſtratur incurſus, verum etiam bonorum propugnacula ſtruit tuta meritorū.*

Ecclesia sub hoc statu non audet osculum dare, cupit accipere.

Hic cupientis, & ſperantis.

Illic gaudentis, & poſſidentis.

Id diſcrimen agnitum ab Ambroſio.

III.

Sed eſt ratio alia cur oſcula Incarnatio ſignificetur. Nam Verbum os Patris eſt,

Cæterum cur Oſculo Incarnationis ipſum ſignificetur opus, & quidem appoſitè, alia ex ratione conficitur, atque ea ex magis arcana doctrina deducta. Verbum enim, qua ratione Patris mens, & ſermo dicitur, eadem etiam Os dici & poteſt, & debet, eiuſdem Patris. Quidquid Pater loquitur, Verbo loquitur, & id ipſum, quod loquitur, Verbum eſt; immo cum ad creaturas loquitur, per Verbum loquitur. Quo ſenſu dictum. *Verbo Domini cœli firmati ſunt; & ſpiritu Oris eius omnis virtus eorum*. Pſal. 31. 6. Et: *Multifariam, multiſque modis loquens olim Deus Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio*. Hebr. 1. 1. Verbum ergo, & ſermo, qui propriè dicitur Patris, & Os etiam dicitur: Ore enim Verbum profertur. Sic Exo. 4. 16. Aaron dicitur Moſis Os, *Ipſe loquetur ad populum, & erit Os tuum: tu autem eris in his, quæ ad Deum pertinent*. Ideo Bernardus ſerm. 54. ex paruis; *Os Patris*, inquit, *Filius eſt, & intelligitur*. Quod ſi Verbum Os Patris eſt, iam intelliges, quid ſit: Oſculetur me oſculo oris ſui. *Oſculum enim eſt, quo inuicem amantes ſibi adhærent, & velut gratia interioris ſuauitate potiuntur*. Vt ait Ambroſius lib. de Iſaac cap. 3. Ergo tunc Deus Eccleſiam oſculatur, cum per Filium eam ſibi coniungit; perque eum ſuum in illam ſpiritum vel excitat, vel transfundit. *Per hoc Oſculum*, ait Ambroſius ibid. *Deo adhæret, per quod ſibi transfunditur ſpiritus Oſculantis. Sicut etiam ij qui ſe oſculantur, non ſunt labiorum prælibatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi videntur infundere*. Vt ſcilicet transfuſis quodammodo ſpiritibus, alter alterius viuat anima, ab eo, qui fuerat prius, mutatus in alium: ſic Verbum Caro eſt factum, vt Caro fieret Deus; nec videretur, quidquam eſſe in homine, ſic Deo per Incarnationem coniuncto, quod antè fuiſſet. Atque hæc vna eſt ratio cur Eccleſia Oſculandi, aut Oſculi vocabulo Verbi cum Carne coniunctionem ſignificauit.

Verbum os Patris, quo loquitur.

Per quem hominibus loquitur,

Quod monitum Bernardi eſt.

Oſculum quid?

Quod ſi Verbum os Patris eſt, Verbo Eccleſiam oſculabitur,

Oſculo Spiritus transfunduntur, & animam communicantur.

Per Incarnationem ſcilicet.

Per oſculum enim transfunditur Spiritus oſculantis Vt alter in alterū tranſmutetur.

IV.

Eſt præterea Naſach ſignificatus prægnantiſſimi.

Naſach, Verbi ſignificatio ex quibuſdam.

Sed Hebræum vocabulum Naſach, ex nonnullorum ſententia, prægnantiſſimi eſſe ſignificatus Dramatico Comment. cap. 1. not. 1. monuimus, triaque coniungere, quorum alterum alteri iungitur cum incremento quodam. Rapitur enim in amatum amans; moxq; iunctis amplexibus totus hæret: poſtremo libatis oſculis lauto conuiuio excipit, & excipitur. Id autem totum in voce Naſach latere volunt. Credamus hoc illis, tametſi fortaſſe Solis: neque enim hæc inepta ſunt ad enodandum hunc locum, & ſenſum illius altius exquirendum. Cum enim Eccleſia ſub illis initijs Naturæ, vt ſe Oſculetur Deus, exoptat, id ſcilicet agit, vt, quo impetu in amorem illius rapi ſe ſentiat, indicet, vt frenari vix poſſit. Et verò incipientis adhuc ſub primis feruidi affectus crepundijs luſitare, amoris id propriū eſt, vt inquietius ebulliat, veluti lebetibus aqua iniecta ſolet ad primos ignes: mox ſedatius, forſitan & ardentius, ſeruatura calorem. Inde autem proximum ſequitur, vt eidem illi Verbo in quod irrequieta fertur, tenaciter hæreat, vnione illa mirabili, qua ex duabus naturis humana, & diuina vnus Chriſtus exiſtit; qua ſcilicet Eccleſia Verbo, non concorporatur modo, ſed, eius in ſe transfuſo ſpiritu, mutatam ſe gaudet. Quid iam ſupereſſe poteſt, niſi vt inuicem epulum parent, ac lauto excipiant ſe conuiuio ad ſatietatem vſque? Quid autem id ſit, ſuo dicemus loco. Hic ſolum Eccleſiæ votorum vim, energiamque notamus; dum dicit: Oſculetur me oſculo oris ſui.

Vnde loci huius ſenſus non ineptus.

Rapitur enim in Deum Eccleſia.

Amoris incipiētis, & ad veri diſcrimen.

Mox hæret tenaciter illi, per Incarnationem.

Amoris perfectū conuiuium.

Qua concorporatur illi.

Inde mutuo ſibi epulum parant.

V.

Eſt etiam Naſach armare.

Naſach Armare.

Ex vſu Sacræ Scripturæ.

Et hæc quidem non nemini forſitan ſatis multa videantur, ad enodandum hunc locum. Sed dandum aliquid eſt nauſeanti ſæculo, ſeruiendumque, non ſapientibus ſolum, ſed & ijs, qui minus ſapiunt, quorum longe maximus numerus eſſe ſolet. Naſach etiam Armare eſt, Hebraicis 1. par. 12. 2. & Pſal. 77. 9. *Tendentes, ſiue intendentes arcum*. Quod & LXXII. & Vulgatus habent, Hebraicè eſt: *Filij Ephrem armati, iacientes arcu*. Ex quo loci huius apparet ſenſus minimè reijciendus. Armet me oſculo oris ſui. Quæ prius fortem ſe Na-

tura

Digitized by Google

Eccleſia autem ſue conſcia imbecillitatis
Armari ſe cupit aduerſus hoſtiles inſultus.
Scit autem Verbum Patris eſſe virtutem, & gladium;
Ideoque eo armari vult.
Id indicatum à Dauide.
Cum nos iubet Filium oſculari, ideſt, eo armari,
Ne irato Patre pereamus,
Id vero quam vere dicatur Martyrum victoria confirmant.

1. Cor. 1. 18. 24. Hebr. 4. 12. Verbum Patris virtus, gladius, armatura. Epheſ. 6. 11. Pſal. 32. 6.
Iram Deo perfugium in Filio, qui clypeus noſter eſt.
Martyrum omnis virtus à Deo per Chriſtum.

tura nouerat, nec facile inimicorum aſtu impellendam in fraudem, aut quantacumque vi ſuperandam, poſtquam ſemel hoſti ceſſiſſet, cautior de ruina ſurrexerat: & imbecillitatis admonita, & certa periculi, cum paſſu eodem & imminutas ſibi vires, & additos hoſti animos ſuo malo didiciſſet, inde auxilium ſperandum docta, vnde prioris boni manarat fęlicitas, id ſcilicet optat, vt idem ille Deus, cum quo reconciliata per gratiam fuerat, imbecillitati medeatur. Verbum Patris eſſe *virtutem*, cuius eſſet & *ſapientia*, quemadmodũ Paulus indigetat: Idem & Gladium eſſe ancipitem, omni gladio acutiorem: & Armaturam nullo hoſtili vulnere penetrabilem. Idem illius fuiſſe velut Inſtrumentum ad res magnas. Hoc ergo ſibi donari omnibus votis optat, cuius munita virtute, adeo non timeat hoſtes, vt vltro potius in eorum confertas acies vltro irruat, victoriæ certa. Ideſt ſcilicet, quod poſt multa ſæcula monitum à Dauide eſt, Pſal. 2. 12. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite diſciplinam*, quod Hieronymus reddidit, Oſculamini Filium, reddere autem poterat Armamini Filio: ſimilitudine inde ſumpta, quod ijs ſolet contingere, qui Regis iram ſcelere aliquo prouocarunt, quibus impunitas in filij hæredis patrocinio eſt, cuius illi ad pedes abiecti, & fatentur culpam, & deprecantur pœnam. Ideo aptè ſubiungitur: *Ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis*. Certum exitium vobis ab irato Domino, niſi Filij protectione velut thorace armati, minitantia mortem iacula auertatis. Quam autem id verum ſit, omnem virtutem noſtram à Deo eſſe per Chriſtum, Martyrum ingens numerus, qui, ijs armis induti, illuſtriſſimè de victis hoſtibus triumpharunt, ſatis confirmat: piorumque hominum nobiles de ſe ipſis, deque dæmone victoriæ, ingenti cum laude partæ, teſtantur.

NOTATIO III.

AB OSCVLIS ORIS SVI.

I.
Oſcula infante multitudinis numero, ſine cauſa poſita non ſunt.
Eccleſia imbecillitati remedium optat.
Nam quamquam ſciebat ſibi remiſſam culpam, manere culpa reliquia, etiam ſciebat.
Cui malo medicinam optat,
Per aduentum Spiritus Sancti.
Omne enim illud optauit,
Quod cum Incarnatione coniunctum erat.
Id autem apte per oſculum declaratur.
Nec vnum ab alio diuidendum.

Spiritus Sanctus proprium cupiditates frenare.
Eccleſiarum in Incarnationem, & in ea quæ cũ illa coniuncta ſeruntur.
Oſculo non Incarnatio ſolum, ſed Spiritus Sancti aduentus ſignificatur. Bernardus. Patron. Satyr.

ET Hebræum, & Græcum vocabulum multitudinis poſitum numero, ſuaque forma multitudinem ſignificare, alio loco monuimus, neque id ſine magna cauſa fuiſſe factum. Quo autem id ſenſu, quantum ad Dramaticum ſenſum ſpectat, accipiendum ſit eodem loco docuimus ex Ambroſio. Hic aliud agimus, ſcilicet, neque æquum eſt id negligi ab indagantibus arcanum ſenſum. Obſeruauit doctus Author, Eccleſiam ſub naturalis legis ſtatu, ſuæ conſciam imbecillitatis, cum ſe & libidine circumactam animaduerteret; & cupiditatibus, velut tortoribus quibuſdam traditam, & vicem doluiſſe ſuam, & remedium expetiſſe. Et, quod ad culpam attinet, ſibi remiſſam ſciſſe: febrium autem illam cohortem (quemadmodum Ambroſius lib. 4. in Luc. c. 4. appellat) incumbere adhuc naturæ, ſub potenti dominatu gementi. Huic autem malo Sancti Spiritus aduentu medicinam faciendam, cuius infuſis donis, velut iniecta aqua, ardens ille cupiditatem æſtus, flammæque libidinis magna vel ſopiuntur, vel extinguuntur ex parte. Ergo non modo cupere, vt Verbum diuinum humanæ vniatur naturæ, ſed etiam, vt vnitum quidem, atque ſalutis vniuerſo peracto opere, ſibi cœlitus diuinum illum ignem ſubmittat, quo vis carnalis ignis vel hebetetur, vel extinguatur. Et verò cum id ſaltem deſiderium Eccleſiam illam pupugiſſe negare non poſſimus, quod in generale culpæ remedium, atque eorum malorum, quæ culpam ſunt conſecuta, ferebatur; certè quæ Chriſti aduentum in carne ſuſpirabat, id etiam in votis habebat, quod cum eo aduentu erat coniunctum, velut effectus cum ſua cauſa. Optaſſe ergo neceſſe eſt, quid quidem aduentu Verbi in humanum genus commodi obuenturum erat. Non abs re ergo optaſſe dicitur hanc Sancti Spiritus communionem, qua, velut cathartico quodam medicamine, quidquid veteris fermenti reſiduum eſſet, expurgaretur. Aptè autem vtrumque Oſculorum appellatione ſignificatum eſt, quia vtrumque Oſculum habet, ſimul enim ori coniungitur os, quod ad Incarnationẽ aptè refertur; & ſpiritus, & animæ transfunduntur inuicem, in quo diuini ſpiritus participatio declaratur. Hoc argumentum Bernardus tractat pulchrè toto ſermone 54. ex Paruis: Oſculo enim miſceri ſpiritus, Amantium perſuaſio eſt. Velut duplice ergo Oſculo peti ſe Eccleſia cupit, haud contenta Verbum habuiſſe, niſi etiam & Spiritum Sanctum accipiat. Quo ſenſu dictum arbitramur: Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Vtrumque volo, vtrumque flagito, nec alterutro contenta, quæ vtroque indigere me ſcio, poſſum quieſcere. Veniat Verbum mihique vniatur per carnem, deleat aduentu culpam, & culpæ reatum abſumat: Veniat & diuinus ſpiritus, qui cupiditates extinguat, ac libidinem frenet: ſic ſcilicet fiet, vt Dei beneficio habeam id, quo careo mea culpa, & in eam reſtituar dignitatem, à qua, heu me miſeram! me depulſam lachrymor.

II.
Senſum hunc Bernardus firmat,

Nec ineptè Spiritum Sanctum Oſculari animam aduentu dici, Bernardus fideiuſſor optimus eſt, qui ſerm. 54. ex paruis notat. *Oſculum commune eſſe oſculantis, & oſculati* (ſic enim

Quia Pater, & Filius oſculantur ſe Spiritu Sancto.

enim loquitur) *quod ſi ſe inuicem oſculentur Pater, & Filius, eorum Oſculum Spiritum Sanctum eſſe, quo ſibi inuicem adhæreſcunt.* Sic & Pater Eccleſiæ iungitur ſuæ Spiritu Sancto miſſo de cœlis, eique infuſo, quo ſcilicet illa, velut impreſſo diuinitatis charactere, conſignatur, deputaturque, velut ſolius iam ſit, nec in alterius tranſitura deinceps ius.

Deus Eccleſiæ per Spiritũ Sanctum iungitur.

III.

Fauet Hebrææ vocis vis.

Quæ etiam eſt comburere,

Quod proprium Sancti Spiritus,

Naſach, inflammare, & comburere.

Quod ſi & hunc ſenſum Hebræum Naſach pati poſſit, forſitan aliquid dici poterit, quod ſententiam, ſatis per ſe firmam ſuſtentet. Nam ſi mediæ litteræ *W*, ſin, punctum, quod in dextero cornu eſt, transferas in ſiniſtrum, erit Comburere, Succendere, & Inflammare. Pſal. 78. 21. *Ignis ſuccenſus eſt in Iacob.* Et Ezech. 39. 9. *Et ſuccendent, & comburent arma, clypeum & haſtas, arcum & ſagittas.* Id autem cum ijs operibus, quæ Sancti Spiritus propria ſunt, mirè conuenit, qui Ignis cœlitus miſſus eſt, ad comburenda in nobis, & conſumenda veteris hominis opera, vt vix veſtigium relinquatur. Mox, quod proprium etiam ignis eſt, purgatos fæce ſcelerum in nobiliorem naturam transferat; quemadmodum Apoſtoli ſunt experti, poſt Ignem illum cœlitus miſſum, atque eorum cordibus infuſum: qui ab eo tempore de rudibus exculti, de ignauis actuoſi, de inſipientibus docti, de imbecillis trepidiſque, fortes, & audaces ſunt facti; nec ijdem exiſtimati, qui primitus fuiſſent. Hinc voces ſtuporis plenæ: *Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem, dicentes: Quidnam vult hoc eſſe?* Et: *Nonne ecce omnes iſti Galilæi ſunt? & quomodo nos audiuimus vnuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus?* Actor. 2. 7. 12. Vides Eccleſiæ deſideria haud ex vano fuiſſe, atque vna eademque ſententia omnia complexam, quibus ſe indigere Deo docente didicerat. Multiplex ergo Oſculum in vno petit. *Non vnum Oſculum petit,* ait Ambroſius, *ſed plura exigit; quæ enim diligit, non eſt vnius Oſculi parcitate contenta, ſed plura exigit, plura vindicat, & ita ſe amplius Dilecto commendare conſueuit.*

Spiritus S. proprium comburere, & transmutare.

Quemadmodum transmutare.

Quod experti Apoſtoli,

Et admirata turba.

Apoſtolorum in alios commutatio.

Ideo Eccleſia non vno oſculo contenta eſt.

NOTATIO IV.

QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO.

I.

Verba ſponſæ de ſponſi vberibus,

Quo reijciuntur quorundam ſenſus, alioqui graues,

TRIBVENDA hæc verba Sponſæ, non Sponſo, non Sodalibus, quod alicubi voluit Bernardus, alio loco docuimus. Non ergo Vbera intelligenda ſunt Sponſæ, ſed Sponſi: quo reijciuntur ſenſus à multis traditi, ſed minus huic loco apti. Quid pulchrius illis Bernardi loco ſuperius indicato, qui illum cum ea loquentem inducens ea habet. *Habes, Sponſa, quod petiſti: & hoc tibi ſignum, quia meliora facta ſunt Vbera tua Vino. Hinc te ſcilicet noueris Oſculum accepiſſe, quod te concepiſſe ſentis; vnde & Vbera tua intumuerunt, facta in vbertate lactis meliora Vino ſcientia ſæcularis; quæ quidem inebriat, ſed curioſitate, non charitate; implens, non nutriens; inflans, non ædificans.*

Diſcrimen inter ſcientiam Eccleſiæ, & ſæcularẽ.

II.

Semper enim ad ſtatum Eccleſiæ conuertendi oculi

Ni velimus aberrare à vera viã,

Hic autem tenerior ætas illius deſcribitur.

Sed hoc maximè loco obſeruandum eſt, quod ad totius texturam Cantici, quantum ad litteralem ſenſum ſpectat, maximi momenti futurum eſt. Nunquam mentem auertendam ab eo ſtatu eſſe, quo deſcribitur Sponſa ne, ſi id contemnas, multa tibi dicenda ſint, quæ, tametſi in ſe veram doctrinam, ſenſumque grauem contineant, parum aptè ad texturam accommodentur; neque enim quidquid verbis, à ſua ſede, nexuque cum prioribus, ſequentibuſque diuulſis, aptè videtur quadrare, ad ſenſum eorum verum pertinere eſt arbitrandum; niſi aptè in eam conueniant perſonam, de qua ſermo eſt, ſecundum eum ſtatum, quo tunc eſſe fingitur. His autem verbis infantiam adhuc, vt ita dixerim, Sponſæ deſcribi, alibi oſtenſum eſt, ſatiſque perſuadet initium ipſum Dramatis, quod obtinent. Pertinent ergo hæc ab Eccleſiam ſub Naturæ adhuc lege, ſub iuuenili ſcilicet ætate, degentem. Optimè autem Vberum meminit, quæ ſcilicet ætati illi conueniunt. *Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam: nondum enim poteratis, ſed necdum quidem poteſtis,* dicebat Paulus 1. Cor. 3. 1.

Regula.

III.

Sed vbera quidã Euangelium interpretantur,

Vinum ſcriptam legem.

Cui Euangelium præponatur.

Vbera Euangelium; vinum lex. c. 9. 5.

Communis Interpretum ſenſus hoc loco Vberum nomine Doctrinam Euangelicam, Vino autem ſcriptæ legis doctrinam intelligit. Et verò, ſi Eccleſiæ ſub lege adhuc agenti, tribuenda hæc eſſe cenſeas, optimè id ab illis eſt factum: experta enim legis auſteritatem, quæ propinabatur à Moſe, ſuauiora pocula cogitabat, quæ & abundantius reficerent imbecillam, & dulcius auidam inuitarent: qualia ſperabat ſibi ſub lege gratiæ propinanda largiſſimè. Sed qui arbitramur, nondum illum ſtatum deſcribi, ſuumque illi locum inferius reſeruamus, ſic ſentientes ſequi non poſſumus. Sub lege certè Naturæ nondum Eccleſia quæri poterat auſteritatem, ſeueritatemque Moſaicæ doctrinæ, quam necdum guſtauerat; cum alioqui, qui Sponſi Vbera Meliora Vino fatetur, vtrumque ſe guſtaſſe innuat, vt alterius ſuauitates auſteritatum alterius comparatione ſeligeret, ac omnino præponeret meliora deterioribus. Aliquid ergo in eo Naturæ ſtatu quærendum eſt, quod & prius guſtatum eligi poſſet, expetique præ alio.

Sed nondum legis auſteritatem probarat.

Multo minus Euangelium.

Nondum auſteritatẽ legis probarat.

Nec Euangelij ſuauitatem.

IV.

Alij vbera cor ex-

Vbera pro cor-

Alij contrà, quia in Vberibus, & ſitus ipſe conſiderari poteſt, (ſunt enim velut quædam

cordis

Digitized by Google

ponunt, corde cogitationes intimas

Sic dictum Ioannem ſupra pectus Chriſti recumbere.

Cui arcana commiſit multa.

Aut interiora auxilia,

Et pias cogitationes, & voluntatis motus ad bonum.

de, cor pro arcanis cogitationibus.

Ioan. 21. 20.

Vbera pro auxilijs internis ad operandum tributis.

cordis propugnacula, prouido Naturæ conſilio ad illius munimentum erecta) & lac, quo turgere ſolent in lactantibus, cui & ſuauitas, & dulcedo, & ad nutriendum potens facultas eſt, diuiſi ſententijs ſunt. Quidam ad ſitum referunt, ideoque Vberum nomine Cor intelligunt, in eo autem arcanas cogitationes, & conſilia. Ideo Ioannem dictum *Super pectus Domini recubuiſſe*, quia communionem habiturus erat, cogitationum, ac conſiliorum Chriſti. Has ergo cogitationes, ſiue, vt Origenes vocat, dogmata, & doctrinæ gratiam ſupra omne Vinum, ideſt, doctrinæ alterius potum, ſibi ſapere ſponſa confirmat. Alij aliquanto aliter, Lac ipſum reſpicientes, quod de Vberibus matrum puelli ſugunt, illis ſignificari volunt *bonas diuinæ virtutis operationes, per quas vnius cuiuſque vitam, velut nutrix, alit Deus, vnicuique eorum, qui accipiunt, conuenient largiens alimentum*. Puto autem intelligere magis internam doctrinam per inſpirationes, illuſtrationeſque, quas ſchola vno nomine Auxilia ad operandum honeſtè vocat: comprehendunt autem, non pias modo cogitationes, quæ intellectui immittuntur à Deo, ſed motus etiam, ſiue impulſus, quibus voluntas allicitur, & mouetur ſecreta quadam, nec ſatis intellecta vi, ad operandum, obſequendumque Deo. Equidem horum ſententiam definio probabilem eſſe, & doctrinam continere veram. Siue enim Vbera Dei conſilia intelligas, hominum conſilijs præponenda ſcio: ſiue potius ſecretas illas prouidentiæ artes, quibus mentes ſuorum alit, & ad maturitatem ſenſim perducit, proprijs inuentis, conſilijſque, anteponendas non ignoro. Sed hæc arbitror minus aptari ad locum hunc, & ſtatum Eccleſiæ qui deſcribitur, in quo aliquid ſingulare, & illius proprium intelligendum eſt, cum illa communia ſint omni ſtatui. Alioqui erat, quod monerem, futurum vt aliquando maiora moliatur, cum pleno iure Sponſæ potiatur; aut inſummum deducta gradum coniugatam ſe ſciat. Tunc nulla inter virum vxoremque diuerſitas erit affectuum, eadem lege, ac ſimili iure viuent: nihil erit, quod eam vir celet, & quadam æqualitate donatam in ſecretum admittat, ſummis beandam voluptatibus. Nunc puella adhuc nondum grandia illa cogitat: id ſolum in animo habet, ſtudiumque & vota ſollicitat, quod aliquando experta fuerat, mox vix guſtatum amiſerat, & anxiè perquirendum, nec facilè conſequendum.

Quorum eſt verū vtrumque,

Dei conſilia hominum conſilijs præferenda.

Sed huic loco minus aptum.

Cum ſingulare aliquid dicatur,

Quod huic ſtatui quadret,

Cum tamen illa communia ſint omni ſtatui.

V.

Sic etiam reijcitur aliorum ſenſus,

Qui doctrinam Euangelicam

Philoſophiæ præferri volunt.

Doctrina Euangelica, Philoſophicæ anteferenda.

Qua etiam vna obſeruatione illorum reijcitur exiſtimatio, qui hæc ad Euangelicam doctrinam, quæ melior ſit Philoſophica, referri volunt, iuxta illud Clementis Alexandrini lib. 1. Pædag. cap. 6. *Sic enim in Chriſto ſumus regenerati: qui nos regenerauit, proprio lacte nutriuit, nempe Verbo*. Verbum, Euangelicam doctrinam intelligit. Id ſecuti de Recentioribus quidam haud indocti. Sed horum nihil adhuc experta Eccleſia ſub illo ſtatu fuerat. Necdum Philoſophorum ſtudium emicuerat, traditiſque præceptis inſtauerat orbem. At illa cum meliora Dei Vbera Vino prædicat, id ſcilicet in Vberibus probat, quod aliquando guſtauerat: id in Vino poſt ponit, quod guſtatum minus placuerat. Mitto aliorum interpretandi rationes, adhuc magis alienas ab hoc loco, nedum percenſeo ſingula, & patientia abutar lectoris, & otio.

VI.

Sed vſus S. S. in his vocibus obſeruandus.

Quo Vbera vel propriè, vel figuratè ponuntur.

Hic autem poſteriore ratione:

Vbera figuratè, amores, & ex amore voluptates.

Duobus ergo ex capitibus petendam huius loci interpretationem arbitror, ſi duo ſcilicet obſeruemus, & ſcripturæ in vſu harum vocum conſuetudinem; & ſtatum Eccleſiæ, cuius hæc eſſe verba poſuimus. Vtriuſque vſus in ſacris litteris alio loco exempla poſuimus, oſtendimuſque, Vbera vel hoc ipſum eſſe, quod nomen propriè ſignificat; aut amores, & ex amore prouenientes voluptates. Si placeat figuratè intelligere, quo pacto hic accipienda eſſe loco eodem definiuimus. Quod ſi ſtatum Eccleſiæ, qui hic deſcribitur, conſideres, lux ſatis affulgebat clara, qua velut manu ducaris in verum ſenſum. Nam paulo antè in Paradiſo poſiti primi Parentes, experimento didicerant, quam ſuauis illa cū Deo eſſet coniunctio; quātis affluens voluptatibus conuictus ille; cum, præterquam quod omnia ad votum ſuccedebant, nihil eſſet, quod altiſſimam illam turbaret pacem animorum, & corporum: cum obſequio creata omnia illis parerent: cum libera cupiditatibus mens, & affectuum carnalium nebulis, velut ſpeculum Dei imaginem redderet; voluntas autem ſuopte pondere ferretur in illum, qui omnia illis contulerat. Quid ardores illos dicam, & charitatis flammas, quibus in Deum, à quo tot fuerant cumulati bonis, ferebantur, nullo impediente, nullo remorante? Hæc ſcilicet Vbera erant, quorum ſuauitatem, ac dulcedinem tunc tandem agnouére, cum ſua amiſerunt culpa, non modo è Paradiſo in orbem pelliti, vel vt in metallum dati, ſed ſuis cupiditatibus omnino permiſſi, earum morſibus lacerandi. Et quamuis ne tunc quidem ſuis priuati ſunt gaudijs, quæ ex rerum vſu creatarum licebat percipere, experimento intellexerant, nec vllam ſolidam eſſe voluptatem, quam non amaritudinis, ac acerbitatis mixtura minueret. Ergo ſtatum cum ſtatutum ponentes, ac poſteriorem cum priore fortuna, ſuo magno malo didicerant, quantus fuiſſet error, ab illo ſua culpa excidiſſe fęlicitatis gradu, vt in eam ſcilicet infęlicitatem præcipites ruerent, in qua nihil veri, ac ſolidi gaudij poſſent ſperare.

At in Paradiſo ingens voluptas, ex conuictu Dei erat.

Et vſu ordinato potentiarum.

Eccleſia ſub innocentiæ ſtatu delitijs omnibus fruens.

Hæc ergo vocat vbera

Senſuum poſt culpam voluptatibus præferenda.

Vbera voluptates ſub innocentiæ ſtatu, vinum gaudia poſt culpam.

VII.

Has voluptates vinum vocat.

Corporis voluptates vinum inebrians.

Horum bonorum vſum Vinum appellat, acerbitate implacidum, &, quod multo eſt infęlicius, inani voluptate demulcens, & mentem fœdis cupiditatum vaporibus occupans,

Remedium mali ab vno Deo ſperans. *Scio quid amiſerim,* *Supplicij granditate docta* *Vellem rem infectam reddere,* *Saltem ab eo remedium ſperabo, à quo habui pœnam,* *Erit forſitan cum id conſequar.* *Innuitur autem Incarnatio.* *Et ex ea voluptates futura.*

Sẽſus paraphraſi expoſitus. Comparatio tacita.

atque ebrietatem inducens. Quia autem ſciebat, tanti remedium mali ab vno Deo ſperandum, id exigit, & ardentiſſimis flagitat votis, cum dicit: Meliora Sunt Vbera Tua Vino. Scio à qua fęlicitate exciderim mea culpa, cum Deo ſcilicet poteram tenaciter inhærere; &, pectori admota, diuina illa preſſare manibus Vbera, & labijs exſugere, in quibus voluptatum omnium ſolidarum, ac gaudiorum ſunt fontes. Et quanquam dum ea fruerer fęlicitate, quanta illa eſſet, non ſatis noram, meo magno malo cum ab ea excidiſſem, ſatis intellexi. Nihil enim in humanis rebus eſſe didici, quo mens anxia conquieſcat. Supplicij ergo acerbitas mei id boni ſaltem attulit mihi, vt granditatem amiſſi boni penſarem, æſtimaremque momentis ſuis. O, ſi infectum reddere, quod à me peruersè eſt factum, poſſem! Sed quando id minimè cupienti datur, id ſaltem, quod licet, conandum eſt. Mederi malis meis vnus ille, qui bona contulit tanta, poteſt: votis ergo aggrediar, prenſaboque. Vtinam damnati ſceleris odium indignationem imminuat, vltro inuitantis ad ſpem. Erit, cum amplecti liceat genua, immo & in collum irruere, & pacis oſculum de illius ore excipere. Tunc plena gaudia erunt, tunc liquidæ, ac ſolidæ voluptates: quarum ego ſenſu plena, cæteras mundi voluptates libenter abijciam. Latet autem in his verbis tacita comparatio: nam ſi eæ delitiæ, & voluptates, quas in innocentiæ ſtatu ex conſortio Dei capiebat, cæteris præponenda erant, quid cum arctiore vinculo ſeſe Deo per Incarnationem vnitam & videret, & ſentiret, futurum erat? Quanto maiore cum ratione, hæ, præ cæteris mundi voluptatibus ſibi optandæ erant, & iteratis votis expetendæ? Tota ergo in eo eſt, vt ſui deſiderij rationes reddat idoneas, cauſaſque decentes.

NOTATIO V.

FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS.

I. *Eadem illa Oſcula à fragrantia commendat.* *Quia eorum ſuauitas mirè conditur.* *Cauſa altera cur ea deſiderat.* *Id autem ad arcanũ ſenſum minimè pertinere, quidam volunt.* *Sed immerito.*

Fragrantia, nomen ſubſtantiuũ. In nobili ſcripto nihil etiam minimum contemnendum.

HÆRET adhuc in rei dulciſſimæ cogitatione, & quæ falſa erat, Oſcula ſe Dei optare, eorum tracta ſuauitate, qua cæteras vincerent voluptates, nunc eadem illa Oſcula fragrantia odoris commendat: quæ ſi cum ſuauitate illa iungatur, ea ipſa mirè condit, redditque gratiſſima. Non ergo hic Fragrantia Vbera dicit ſuper Vnguenta; non enim adiectiuum nomen eſt, quod plerique voluére, vt alio loco docuimus, ſed de Oſculorum odore, quæ alia eorum poſt dulcedinem prærogatiua eſt, loquitur. Eſt autem cauſa altera, cur Oſcula petat. Quod autem ad arcanum ſenſum attinet, quid Fragrantiæ intelligat nomine, dubium maximè eſt. Nihil in eo latere myſterij, quidam volunt; tantumque voluiſſe, quidquid remedij per Incarnationem ſperabat, quod Oſculi nomine ſignificarat, ab vtilitate, dulcedine, ſuauitate commendare, ex ijs, quæ in Oſculis ſolent amantibus grata eſſe. Satis ergo, ſi generatim interpretemur, boni illius excellentiam, commodumque, nec opus eſſe ſingula, ex quibus Drama ipſum conſiſtit, minutè exigere, atque inutili curioſitate rimari. Sed de hac re aliquid à nobis conſtitutum in Canonibus eſt. Nam in nobiliſſimo ſcripto, quodque totum ex perpetua allegoria conſtat, ſingula ſollicito ſtudio exigenda ſunt, nec aliquid exiſtimandum poſitum, niſi ad aliud ſignificandum; tametſi nos ſæpè hærere cogamur, nec ſatis intelligamus, quid illud ſit, quod ſacer ſcriptor intelligi voluit, ac ſub rerum, vocumque vmbra latere.

II. *Eſt verò odor rerum vicarius,* *Quo in earum ducimur cognitionẽ.* *Ita hic interpretantur, beneficia.* *Quibus in cognitionem Dei ducimur.* *Sed non odore ſolo res ſe produnt.* *Et alioqui Eccleſia à notis argu-*

Odor eſt halitus, ſeu vapor ab odoratis rebus fluens. L. Plancius proditus odore. Plinius. Beneficijs ducimur in cognitionem Dei. Eccleſia ab no-

Obſeruant quidam, & quidem rectè, odorem, halitum, vaporemque odoratis ab rebus fluentem eſſe, qui, ſparſus per aëra, nares demum ſubeat, ac percepta ſuauitate cerebrum recreet, naturamque reficiat. Vicarium ergo rerum odorem eſſe, ac velut veſtigium, quo in eandem rerum odoratarum notitiam, tametſi oculis minimè perſpiciantur, venimus. Certè Lucium Plancium, L. Plancij bis Conſulis Cenſoriſque filium, proſcriptũ à Triumuiris, in Salernitana latebra vnguenti odore proditum ſcimus, indeque ab inquirentibus educto vitam pro pœna conceſſam, quaſi mortuus habendus eſſet, qui ſic perunctus, velut mortui ſolent ad rogum: *Quis enim non merito iudicet periſſe tales?* Eo dedecore abſoluta omnis proſcriptio eſt. Hoc ergo loco id intelligi Vnguentorum voce volunt, quod nos ducat in Dei notitiam, velut quodam animi odoratu perceptum. Intelligunt autem reliqua Dei beneficia, præter Incarnationem: hanc enim in eo genere omnibus præponendã, qua ſcilicet & breuius, & faciliùs in agnitionem diuinæ bonitatis perducamur. Hæc, fuſius ab illis tractata; nos in pauca contraximus; quæ, quin acutè inuenta ſint, non negamus, ſed ſolidiora mallemus: neque enim odore ſolum, aut odoratu in rerum ducimur agnitionem, cum in eo reliquis ſenſibus cum odoratu communis ratio ſit: immo alijs ſenſibus ſæpe, & certius, & facilius. Non ergo erat cur Dei agnitionem comparatam per effectus ad ſolum odoratum figuratè traherent: vt nimirum intelligeremus his verbis notitiam Dei bonitatis per beneficia comparatam alia, ei poſtponi, quæ per Incarnationem habetur. Alioqui Eccleſia hic ab notis ad ignota argumentatur, & ab ijs, quæ didicerat

expe-

mentatur ad ignota.
Et futurorum cogitatione ſe reficit.

tis ad ignota argumentatur.

experimento, ad ea, quæ futura vel ſperabat, vel ſciebat: vt ſolemus ſæpè ſperati boni nos cogitatione reficere, ac multo antè recreare. Cogitat Miles victorias, & triumphos, etiam ante pugnam, & cogitatione ipſa futuræ felicitatis admonetur, quantis animis aggrediendum ſit prælium, vnde tanta rerum commutatio ſit futura.

III.
Status etiam illius conſiderandus eſt.
Ideo nec ſenſum probamus Origenis,

A ſtatu etiam Eccleſiæ, quæ puella hoc, & proximis verbis deſcribitur, indicium ſumendum eſt, ad verum ſenſum exquirendum. Qua ratione Origenis ſenſus minimè placet Hom. 1. ex 4. ac qui videtur ex eo ſumpſiſſe Theodoreti, qui de Chriſti gratia interpretantur, ac ſpiritu, qui nobis per baptiſmum tribuitur, quæ vincat Moſis ipſa Vnguenta, Dei iuſſu, ac tradita ratione confecta ad vſum ſacrum. Necdum enim eo ſtatu intelligitur Eccleſia, eorum Vnguentorum, ac ne ſigillatim baptiſmi notitiam habuiſſe. Aut quod eidem Origeni placuit eodem loco, de Diuinarum rerum intelligentia, quæ præferenda ſit Philoſophorum omnium morali, ac naturali doctrinæ: cum nec dum doctrina hæc Philoſophorum in orbe eſſet. Aut quod Beda, & Iuſtus maluere, Apoſtolos, ac Doctores euangelicos præferendos Patriarchis, & Prophetis, veteris teſtamenti. Aut quod Anſelmus, qui de bona doctrinæ euangelicæ opinione accipit comparata cum aliarum doctrinarum opinione. Omnibus enim id commune eſt, ægerrimè, quæ dicunt accommodari ad hunc Eccleſiæ ſtatum, & puellarem ætatem.

Nec Beda, & Iuſti Vrgel
Nec omnino Anſelmi.

IV.
Probabilius alij

Fragrantia, fama futuri Meſſiæ.

Propius ad verum, & accommodatè ad hunc ſtatum Doctus de recentioribus Author, qui interpretatur, de rumore, ac fama, quam perceperat iam tunc de futuro Meſſia, eorumque bonorum præſtantia, quæ aduentum ipſius conſecutura erant, ſi cum fama aliorum bonorum conferretur. Et vero odore ipſo, ac Vnguentorum Fragrantia, famam, bonumque nomen intelligi, & alio à nobis loco traditum eſt, & paulò inferiùs repetendum. Et alioqui ſub illo ſtatu non defuiſſe Eccleſiæ notitiam Mediatoris, à quo non ſolū à ſeruitute liberanda eſſet, & tyrannide peccati, ſed in ſtatū longè amiſſo feliciorē reuocāda, eſt certū. Eam igitur notitiam & ſparſam famam Fragrantiā vocat, & eam Optimis dicit Vnguentis meliorem eſſe, id eſt, aliorum quamuis magnorum bonorum opiniones omnes, atque ſpem ſuperare. Iure autem eā notitiā odori conferri, tenuis enim erat, & obſcura; & potiùs factis quibuſdam, ac verbis indicata, quā promiſſionibus firmis, & planis intellecta.

Fragrantiam famam de Chriſto venturo interpretantur.
Quæ opinioni bonorum aliorum præponatur.
Nam odor bonus fama bona eſt.

Odor bonus fama bona.

V.
Sed obeſt eadem ratio,
Quia ab notis ad ignota argumentatur Eccleſia.

Hæc autem aptè ad hunc Eccleſiæ ſtatum excogitata ſunt. Vnum obeſt, quod ſupra indicatum, eam ab notis ad minus nota ducere argumentum; atque ex ijs, quæ vſu ipſo cognorat, ad futura, aut ſperata facere coniecturam. Quemadmodum paulo ante Vbera interpretati ſumus eas voluptates, quas ſub innocentiæ ſtatu ex coniunctione illa, ac veluti Dei contubernio experta fuerat; ac poſtmodum cum voluptatibus alijs, ab rerum vſu naturalium comparatas, tantum excellere dixerat, quantum lac vino præfertur. Inde autem ad futura gaudia ex coniunctione cum Deo per Incarnationem coniecturam faciebat. Fragrantiæ ergò nomine, eorum gaudiorum, quibus ſub Innocentiæ felicem ſtatū fruebatur, memoriam intelligit: Optimorum autem Vnguentorum appellatione voluptatum aliarum, delitiarumque recordationem: qua fiebat omninò, vt alterum cum altero ex aduerſo componens, longè præſtabilius illud arbitraretur, & quidem merito. Inde autem optimo argumento de futuris bonis ſub Chriſti aduentum faciebat coniecturam. Nam, ſi eorum gaudiorum memoria ita animum, vel ſola, recreabat, vt cęterarum voluptatum tædium, atque obliuionem induceret; quid futurum, cum Incarnato Dei Verbo, ſibique ſecundum naturam vnito, liceret illis voluptatibus perfrui, quæ tantæ felicitatis Comites futuræ erant? Memoria ergo præteritorum, ac ſibi probe cognitorum bonorum, memoriam excitat futurorum; ac velut admotis calcaribus in curſum compellitur. Vt meditata ſæpe gaudia haud aliter afficiunt animum, quam præſentia; habet hoc enim memoria, vt quæ tranſacta ſunt veluti denuò ſiſtat nobis: cogitatio autem, ſpei adiuncta, vt futura quodammodo præſentia faciat, & coram ſtatuat.

Verus ſenſus.
Fragrantia memoria eſt bonorum ſub innocentiæ ſtatu.
Quam præponit memoriæ aliorum bonorum.
Inde autem ad futura ſub Chriſto ducit argumētum.
Sic futurorum memoria, velut præſentium reficit ſe.

Fragrantia memoria bonorum in Paradiſo, quæ præferenda memoriæ aliorum bonorum.

VI.
Nam ex vſu S. S. odor memoria eſt.
Immo & ſapor, & guſtus.
Nam virtutis præmium eſt ſuauis memoria.

Odor pro memoria.

Nec alienum ab vſu S. Scripturæ eſt odore rerum memoriam indicare. Id eſt quod de Ioſia legimus Eccli. cap. 49. 1. *Memoriam Ioſia in compoſitionem odoris facta, opus pigmentarij: in omni ore, quaſi mel, indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.* Et quod Oſee 14. 8. legimus: *Memoriale eius ſicut vinum libani.* Memoria populi huius gratiſſima omnibus erit, & odoris ſuauiſſimi. Iungit cum odore guſtatum, vt etiam Eccleſiaſticus: nam vinum ad guſtatum ſpectat, libanus ad odoratum. Id ſcilicet virtutis præmium eſt, & pietatis digniſſima merces, vt illius recordatio haud aliter animos afficiat, ac odor ferire ſolet, ſparſus ab odoratis rebus odoratum. Contra autem de impijs dicitur, eorum memoriam tetro odore aſperandam. Vtrumque habet Prou. 10. 7. *Memoria iuſti cum laudibus.* (en Fragrantiam & quidem gratiſſimam) *& nomen impiorum putreſcet.* Peſtilentiſſimum odorem afflabit, vt nemo ſit qui ferre poſſit, quin & nares obturet, & auertat faciē, oculoſque, quemadmodum cum canis mortuus, iamque putris, occurrit in via. Eſt quod loco alio habes ſub metaphora haud abſimili. 1. Mach. 2. 62. *A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt.* Atque de hoc loco ſatis.

Vitij ſupplicium odor teterrimus.

Digitized by Google

VERSVS II.

OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM: IDEO ADOLESCENTVLÆ DILEXERVNT TE.

COMMENTARIVS.

HÆC ad nomen, prout famam opinionemque ſignificat, referenda eſſe, Dramatico Commentario oſtenſum eſt: & cauſæ, cur ita accipienda, traditæ: quo remittendus eſt lector. Se ergo iuuencula illa ECCLESIA ſub Naturæ pueritiam, CHRISTI venturi fama inductam, ac meritorum illius, ad eum amandum affirmat. Eam autem famam, velut ſparſum odoratum vnguentum omnem in partem diffudiſſe odorem: qua ſuauitate admonitas iuniores adhuc ac penè puellas in illius amorem exarſiſſe. Puellas autem intelligit, ſiue ADOLESCENTVLAS, priuatas animas partes quidem totius myſtici ECCLESIAE corporis, ad quas aliqua futuri remedij notitia perueniſſet, & futuri Redemptoris. Quod ſi illas adhuc per myſticam ætatem puellæ, & rudes, earumque rerum, quas maximè eas ſcire oportuiſſet, ignaræ, vel leui audita tantarum rerum fama caritatis igniculis incitatæ, in DEI amorem pronis animis cucurrere; quid mirum & ſe, cui & notitia certior, & validior ætas, & nuptiarum maior habilitas, totam in illum exarſiſſe?

ENARRATIO.

INgens tuorum meritorum fama, quæ per omnes ſe partes diffudit, velut Vnguentum nobile, cum diſrupta pixide totum effunditur, ſuauiſſimo odore cuncta repleuit. Suſcepturum te humanam carnem, eaque indutum velut regia trabea, leges orbi dicturum, loquitur fama. Immo humanis artubus, velut nouis indutum armis, nec antè viſis in prælio initurum cum hoſtibus pugnam, ingentique ſtrage deleturum aereas, terrenaſque poteſtates. Hinc futuram humani Generis libertatem, tyrannis ſuas in ſedes compulſis. Pacato ergò orbe terrarum pacem futuram æternam: hominumque animos, Dæmonis aſtu de paradiſo deiectos gaudijs, maiore felicitate beandos. Tunc tuum regnum auſpicato inchoandum; nec futurum, qui non libens & Domino, & Vindici obſequatur. Id malorum remedium forè, quæ poſt primum patratum ſcelus, humano orbi, velut facto agmine, incubuere. Tantarum rerum fama, rumorque, partem in omnem latè ſparſus, & lactaſſe viſus mortalium ſpem, & lætitiam attuliſſe poſt lachrymas. Hinc in laudes Optimi Principis, vniuſque Vindicis mentes impulſæ tempus illud ſpectant, cum coram & oculis cernere, &, applicitis labris genua Domini premere detur. Interea caritatis ſcintillis ardere corda non ceſſant, etiam eorum, ad quos vel tenuis tantarum rerum rumor delatus. Quid ipſa faciam, cuius notitia maior eſt? Cui, tametſi adhuc iuuenculæ, licet tamen ad tuas nuptias, vt potè maturioribus annis aſpirare? Ne mirum ſit, ſi in tui amorem volens abripior, audeoque vel ſero oſculo beari tuo ſperare?

NOTA-

NOTATIO VI.

OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM.

ſVM. COM.

I.

De Chriſti nomine alij hoc accipiunt,
Alij de nomine Ieſu:
Primis fauēt quidam de PP.
Quorum probabilis ſenſus.

Chriſti nomen vnguentum.

VERBVM Incarnatum ſponſi perſonam ſuſtinere toto Dramate conſtat: ideo vbi primum & Nomen, & Oleum, cui Nomen comparatur, audiuére multi, Chriſti cogitauére appellationem, & Nomen pro appellatione poſitum, ſunt arbitrati. Itaque de Nomine Chriſti interpretantur. Diuiſi autem in partes ſunt; alijque de Chriſti appellatione; alij de Ieſu nomine dicta putant. Pro prioribus multi de PP. Philo Carpath. Aponius, Iuſtus, Gregorius, Beda, Alcuinus, Haimo, Caſſiodorus, Angelomus, *W*illeramus, & Cyrillus Alex. lib. 4. & 9. de Adorat. ſecuti de recentioribus quidam; tametſi hos diuiſis ſententijs video diſcrepare. Hæc faciunt omnia, vt hunc ſenſum probabilem arbitremur: certè aptum ad populum concionibus inſtruendum.

II.

Probant à ſignificatione nominis.
Quod vnctum ſignificat.
Cuius olim fama tenuis.
Velut clauſi vnguenti odor.

Meſſias, & Chriſtus ab vnctione dictus.

Magnum argumentum ab appellatione Meſſiæ, & Chriſti. Cum vtrumque nomen ab Hebræis, & Græcis ductum ab Vnctione conſtet. Vt omnino videatur Eccleſia, cum Oleo Diffuſo Nomen Sponſi comparauit, eo reſpexiſſe. Quod ſi rem ipſam ſpectes, videbis ita cum typo quadrare, vt nihil deſiderare amplius velis. Nam cogita mihi Verbum Patris in ſinu velut abſconditum; & humanis ſenſibus omninò negatum. Quam tenuis illius apud homines fama? quam exigua notitia? Vix illius rumor Nominis ad procerum illorum aures delatus, etiam poſt latam legem. Velut ergo Vnguentum fuit, ſua pixide occluſum, cuius ad neminem odor manaret, ne ad proximos quidem. Fruſtra autem videretur eſſe confectum, niſi odore ſe proderet, ac communicata ſuauitate mortales reficeret. Temporis ergo accedére plenitudine, quaſi aperta pixide, de ſinu Patris in vterum Virginis eſt effuſum; ſed quaſi de vaſculo in vaſculum migraſſet, iterum latuit, paucis admodum odore communicato. Communicata ergo fragrantiæ particula Ioſepho, Ioachimo, Eliſabethæ, Ioanni, mira ſuauitate animos recreauit. Inde integro Virgineo vaſe, orbi per partum datus, adhuc vaſculo humanitatis incluſum, non totum ſe prodidit; ſed ſenſim tamen ſeſe ad integram diffuſionem parabat: paucis erga Paſtoribus, paucioribus Magis Simeoni, atque Annæ odore communicato, viſum eſt iam tunc geſtire, vt, rupto vaſculo funderetur, odoreqne mundum repleret. Circunciſione ergo ſuſcepta, fracto leuiter corporis alabaſtro, manare, ſed guttatim animaduerſum eſt: velut impatiens moræ, dum profuſionis tempus adueniret, circunciſione Paſſioni præluderet. In crucem tandem actus, totoque corpore acceptis vulneribus, largè manauit, odoris ſuauitate totum orbem oppleturus, tunc verè Oleum Effuſum, tunc Adoleſcentularum Dilectionem exciuit. Tunc re, & nomine dictus Chriſtus proprio ſcilicet cruore madens, velut ſuo ipſius Vnguento totus perfuſus, perunctuſque. Et cum paulo antè *totus immundis impuritatibus diuerſorum facinorum mundus fœteret, poſtea vbique ſpirare capit ſuauitas pudicitia, Vnguentum fidei, flos integritatis.* Sic fermè Ambroſius, & ante eum alij, & alij poſtea. Pulcherrima illius appoſui verba ex lib. 3. de Virg. quæ omnium vice ſint. *Exinaniuit ſe, vt ſpiraret tibi. Semper Vnguentum hoc erat, ſed erat apud Patrem, erat in Patre. Olebat tantum Angelis, & Archangelis, tanquam intra vas cœli. Aperuit os Pater dicens; Dedi te in lucem Gentium. Deſceudit Filius, repleta ſunt omnia nouo odore Verbi.* Quas autem à veteribus de hac re haud parcè ſunt prodita, prolixiſſima oratioue, à quibuſdam de Recentioribus tractata ſunt, quos tutè videre ſcilicet potes, ſi otium eſt. Nobis ſatis viſum rem per ſumma capita tradere: ne, quæ ab alijs fusè collecta, inani labore transferremus in Chartam.

Qui de ſinu Patris in Virginis vterum effuſus.
Sed paucis adhuc perceptus.

Verbum de ſinu Patris in Virginis vterum velut de vaſe in vas transfuſum oleū.

Per circūciſionem fracto corporis vaſculo.
Guttatim manauit, in ſpecimen largiſſima diffuſionis per paſſionem.
Tum verò totum mundum odore repleuit.

Paſſione fracto corporis vaſe totus Chriſtus effuſus.

Hic ſenſus Ambroſij.

Ambroſius.

Pulcherrimis traditus verbis.
Qui ab alijs fuſiſſimè traditus.

III.

Senſus probabilis.

Hic ſenſus & ſua ſe probabilitate tuetur, & tantorum patronorum authoritate ſuſtentatur. Vnum obeſſe poteſt, quod dum de nomine Chriſti hæc accipunt, quod idem eſſe, quod Vnctus monitum eſt, ad probationes cum ventum fuerit, non iam de nomine, ſed de perſona interpretantur. Nam certè non Nomen in cœlo clauſum, inde in orbem emiſſum, atque ſparſum eſt: niſi quia Verbum ipſum, carne humana indutum, quodammodo crucis paſſioniſque Sacramento, profuſo ſanguine Vnctum eſt, inde in omnem orbem fructu manante. Sparſum quidem & Nomen eſt, ſed quia Chriſtus idem quodammodo eſt effuſus. Odor ergo non tam Nominis ipſius, quá Chriſti hominis odor fuit: Vnde in omne mortalium genus vtilitas communicata eſt. Verius ergo affirmes Chriſtum ipſum Vnguento effuſo ſimilem dictum, quam Nomen illius. Nominis ergo appellationem pro Perſona poſitam dices: quod nec aliud voluiſſe veteres, quiſquis attentius ipſos legerit facilè aſſentietur. Sic certe ſi ſerio expendas, Theodoretus & Philo. Sic Ambroſius citatus: quo loco Chriſti *nomine*, non *nomen* Chriſtus, ſed famam illius per obem ſparſam intelligit. Sic Origines Hom. l. 4. Ergo, ſi hanc ſequare ſententiam, Vnguentum, ſiue Oleum Chriſtum

Quanquam non tam ad Chriſti nomen,
Quam ad illius perſonam pertinens.
Non enim aliter nomen effuſum, quam effuſo Chriſto.
Nec aliud voluēra veteres.

Nomen Chriſti non aliter effuſum, quam effuſo Chriſto.

ſtum

Eſt ergo Chriſtus vnguentum, *Tametſi ad nomẽ facta alluſione.* — Oleum Chriſtus eſt, odor illius nomen.

ſtum interpretabere; Nomen autem eiuſdem, *odorem* Vnguenti per orbem ſparſum. Factam autem ad Chriſti appellationem alluſionem, libenter admiſerim: tametſi Eccleſiæ ſub illo ſtatu pueritiæ, vt ita dixerim, iam *nomen* Chriſti reuelatum, haud facilè demonſtrari poſſe arbitror; ſenſim enim Meſſiæ notitiam in orbem inductam, facilè colliges ex ſcriptura; ac primo velut diluculum fuiſſe; inde velut diem Sole exoriente incipientem; poſtremo ſua luce conſpicuum, Sole cœli medium obtinente: vt non immerito illius notitia, ſub Naturæ lege communicata Eccleſiæ *odori* ex effuſo, ſeu ſparſo Vnguento fundenti ſeſe comparetur.

Quod tamen ſub hoc ſtatu non videtur adhuc reuelatum.

IV.

Vnctus autẽ Chriſtus diuinitate. *Vnctus & gratia largiſſimè.* — Chriſtus diuinitate, & gratia largiſſimè vnctus. Coloſ. 2. 9. Ioan. 1. 16.

Cur autem Chriſtus dictus ſit Vnctus, an quia Diuinitate velut Oleo delibutus, ſeu tanquam fragrantiſſimo Vnguento plenus, qua ratione dicitur in illo *Diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitare*: an quia habituali gratia, cæteriſque virtutibus, quæ gratiam conſequuntur, velut largiſſimo vnguine Vnctus, vt ſcilicet *de plenitudine eius nos omnes accepremus*: an ob aliam cauſam diſputare, huius loci non eſt; pertinet enim hoc ad Scholam, non ad Interpretem ſcripturæ, huic loco inferre conantem lucem. Nam, quod nonnulli referunt ad Spiritus Sancti, poſt Chriſtum in cœlum ſublatum effuſionem in Diſcipulos, minus aptum eſt, ad enucleandum hunc locum.

Sed hæc relinquenda ſcholæ.

V.

Alij de Ieſu nomine interpretantur. *Quod probabile eſt.* *Author princeps Bernardus.* — Oleum effuſum, Ieſu nomen.

De Ieſu *Nomine* malunt alij interpretari; & quidem tam ſeuera in alia ſentientes cenſura, (quod notauit vir doctus) quidam, vt omnes Cantici Interpretes pro ea ſententia ſtare affirment. Multos ſcilicet illi non viderant, qui de Chriſti *Nomine* interpretantur. Eorum nonnullos paulo antè induximus. Cæterum de ſalutari Ieſu *Nomine* ſi hæc interpretere, damnandus non eris. Et certè ſuauitas illius id efficit, vt hæc interpretatio multum habeat pietatis. Illius Author potiſſimus Bernardus, qui in eo ſenſu, & pijſſimè, & acutiſſimè ſpatiatur, ſerm. 15. in Cant. Subdo illius verba aliquanto longiora, quam cæterorum referre ſoleo, quia nullus eo melius explicauit. *Nec miror, ſi, cum venit plenitudo temporis, facta eſt effuſio nominis, nam infuſum iam erat; iam cæli habebant illud; iam Angelis innotuerat. Eſt autem foris miſſum; & quod Angelis ita erat infuſum, vt eſſet priuatum, effuſum & in homines eſt, ita, vt iam tunc clamaretur de terra, & merito: Oleum Effuſum Nomen Tuum, ſi non ingratæ plebis exoſa peruicacia obſtitiſſet. Effuſum planè, quod non ſolum terras cœlumque perfudit, ſed aſperſit & inferos, adeo vt in Nomine Ieſu omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Ecce Chriſtus, ecce Ieſus vtrumque infuſum Angelis, iterumque effuſum in homines. Aridus eſt omnis animæ cibus, ſi non Oleo iſto infunditur: inſipidus eſt, ſi non hoc ſale conditur: ſi ſcribas, non ſapit mihi, niſi ibi legero Ieſum: ſi diſputes, aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit ibi Ieſus. Ieſus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus.* Hæc Bernardi ſunt, ſcilicet à corde amore Ieſu ardente ardentia non verba, ſed iacula.

Qui pulchrè rem tractat. *Illius habet verba lectiſſima, licet longiuſcula.* — Bernardus.

VI.

Ieſu nomen effuſum propter miſericordiam.

Sed cur Ieſu *Nomen* Vnguentum ſit dictum, vna ratio eſt, cur dicatur Effuſum alia. Quidam ad miſericordiam, quæ in ſacris litteris Oleo comparatur, retulere: quæ tum demum apparuit nobis, cum à Patre *miſſus Filius eſt in ſimilitudinem carnis peccati*, vt per illius vitam, & mortem, vitæque, & mortis admiranda opera nobis miſericordiam, toties promiſſam, impertiretur. S. D. E. *Ad faciendam miſericordiam cum Patribus noſtris*. Miſericordiam non aliam quam Verbum Incarnatum intelligit. Ideo cum Pater Filium dedit, dictus habere *Viſcera miſericordiæ*. S. D. E. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto*. Viſcera enim Patris Filius eſt, quemadmodum etiam cor, à quo initium vitæ. Animaduertes autem, nunquam hactenus toto veteri teſtamento viſcera miſericordiæ nominata, quoad Verbum, mortalitatem indutum, in hominum ſalutem eſt miſſum. Hactenus enim Deus miſericordiam ſæpius impertitus eſt, vtpote qui ſemper *Diues in miſericordia* fuerit, ſuarumque diuitiarum largiſſimus: Viſcera autem, quæ miſericordiæ ipſa ſunt ſedes, tunc ſolum nobis largitus eſt, cum Filium dedit: quaſi non diuitias ſolum omnes, quibus ipſi diteſceremus, largiretur, ſed & diuitiarum ipſarum fontem: vt, poſtquam donaſſet Filium, nihil vltra eſſet quod daret; velut exhauſto omni theſauro Diuinitatis. Nam ſi illi licuit dicere: *Frumento, vino, & oleo ſtabiliui eum: & tibi poſt hæc, fili mi, vltra quid faciam?* Gen. 27. 27. Cur non & Paulo liceat dicere, cum de Deo loquitur. *Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo Omnia nobis donauit?* En illam nobilem, ſed et profuſam largitionem: en profuſionem Vnguenti; quandoquidem non Vnguentum ſolum, ſed & pixis ipſa cum illo quodammodo donata eſt. Nulla enim largior excogitari profuſio poteſt, quam cum nihil ſibi ipſi profuſor reſeruat, vlterius profundendum. Sic nobilis illa Ieſu amatrix Maria, non contenta Dilectum Vnguento toto ſparſiſſe, *alabaſtrum fregiſſe* dicitur, vt ſi quid reſiduum hæreret, totum perfunderet, & cum Vnguento quodammodo pixidem daret. Magna ergo cum ratione Eccleſia Ieſu Nomen, quod ſibi tantam miſericordiam allaturum ſciebat, Oleo Effuſo comparauit. Et hæc quidem & grauem doctrinam continent, & aptè dicuntur.

Margin: Rom. 8. 3. — Luca c. 72. — Luca c. 78. — Eph. 2. 4. — Rom. 8. 32. — Mar. 14 3.

Quæ toties promiſſa, per illum nobis donata. *Quæ non alia eſt quam incarnatio.* *Ideo cum dat nobis Filium Deus.* *Viſcera miſericordiæ habere dicitur.* *Nam viſcera ſedes miſericordiæ.* *Viſcera autem Patris Filius, quæ nobis cum eo donata.* *Pixis ſcilicet cum vnguento.* *Sic Maria effuſo vnguento alabaſtrum confregit.* *Vt cum illo vas ipſum daret.*

VII.

Effuſum etiam

Alij maluére ad ſalutem referre, ſiue ſanitatem, quæ & ipſa, & Oleo, & Vnguento aptè deſi-

deſignatur, cum quæcunque ad medendum Vnguenta ſunt, ferè Oleo conſtent. Ieſum autem non Saluatorem, ſiue ſalutem afferentem modo, ſed & Salutem, ſiue ſanitatem ipſam interpretemur. Id autem diſcrimen inter alios ſiue Prophetas, ſiue Apoſtolos, & Chriſtum eſt, quod illi tametſi medicinam doctrina animorum morbis afferant, non aliam afferre poſſunt, quam quæ per Ieſum danda eſt. Medicorum ergo illi officio funguntur, qui quidem medentur corporibus ea ſolum ratione, quod medicamenta vulneri applicant, quorum eſt vi propria, atque arcana ſæpe facultate morbum depellere. Ieſus autem & Medicus eſt, qui medicamenta animorum languoribus applicat: & interim medicina ipſa eſt, quæ ſanitatem affert. Ideo Ieſus dictus, quia non modo Saluator eſt, ſed quia ſalus ipſa, applicatus enim per fidem morbos depellit. Id eſt, quod Petrus Spiritu Sancto afflatus dixit. *Hic eſt lapis, qui reprobatus à vobis ædificantibus, qui factus in caput anguli: & non eſt in alio aliquo ſalus; nec enim aliud Nomen eſt, ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*. Act. 4. 11. 12. Quod ſi cuicumque data eſt ſalus, non aliunde, quam à Ieſu Chriſto data eſt, aut aliquando danda cui danda eſt, profecto eum diffundi per omnes, & in omnibus opus fuit, ac quodammodo exinaniri, vt mederetur cunctis. Aptè ergo Vnguento Effuſo comparatur, qui, vt alicubi ſcribit Ambroſius, *Semetipſum exinaniuit, vt omnes repleret*. Atque hæc quidem, & piè, & ſolidè dicta ſint, quantum attinet ad doctrinam.

Ieſu nomen, propter ſalutem allatam.
Et afferunt quidem Apoſtoli ſalutem.
Sed ſolum vt Medici.
Ieſus & Medicus, & medicina ipſa eſt.
Nec modo Saluator, ſed etiam ſalus ipſa.
Ideo diffuſus in omnes, & exinanitus.

Apoſtoli medici ſolum, Ieſus etiã medicamentum, Saluator, & Salus.

Act. 4. 11. 12.

Ieſus diffuſus in omnes, vt omnibus mederetur.

Sed loco huic, in quo verſamur, non admodum accommodata arbitramur, quo Oleum, ſiue Vnguentum pro odorato accipitur; non pro medicato, & vulneribus apto ſanandis; quod ſatis oſtenditur ex ſequentibus. Ideo Adoleſcentiæ Dilexerunt Te. Vtpote quibus Odores, & aromata ſolent in delitijs eſſe. Tametſi alioqui vocabulum Semen, quod hic pro Oleo poſitum eſt, haud raro vnguen ſignificet, id ſcilicet omne, quo vngimur, ſiue ad delitias, ſiue ad ſanitatem. Priore ſenſu ſumitur Pſal. 44. 8. *Propterea vnxit te Oleo lætitiæ*. Quo vngi ſcilicet ſoliti homines in hilaritatibus, & conuiuijs. Et 2. Reg. 14. 2. *Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris Oleo*. Poſteriore ſenſu Iſa. 1. 6. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota Oleo*. Et Luc. 10. 34. *Appropians alligauit vulnera eius infundens Oleum, & vinum*. Et quocumque tandem modo hæc habeant, id ipſum huic interpretandi rationi obeſt, quod obeſſe diximus ei, quæ de Chriſti hæc appellatione interpretatur: quidquid enim de Nominis Effuſione dicitur, magis ad perſonam Chriſti Ieſu, quam ad appellationem pertinet: cum non alio modo appellatio ipſa Effuſa intelligi poſſit, quam quia, qui ſubeſt appellationi, Effuſus in homines eſt; ſiue miſericordiæ theſauris profuſis ingenti, ſi ita loqui licet, profuſione; ſiue exinanitis pixidibus medicamentorum ad ferendam ægris Salutem. Atque hæc dicta ſint de ſententijs aliorum, quas ita non amplectimur, ad continuandam ſeriem interpretationis noſtræ, vt nec damnemus. Sua illis maneat probabilitas, quantamcumque illis ſiue patronorum authoritas, ſiue rationum firmitas poſſit conferre.

Vera doctrina, ſed minus huic loco apta.
Quo de oleo odorato ſermo eſt.
Quamquam vox ſemen, etiam de medicato dicitur.
Sed quidquid dicatur, de effuſione,
Magis id in perſonam, quam in nomen quadrat.
Verum ſequi quiſque poteſt, ſi libet alterutrum.

Ieſu nomen non alio modo effuſum, quam effuſo Chriſto.

VIII.

Nobis ea placet ſententia, quæ hæc ad famam referenda docet, de Dilecti virtutibus, doctrina, & factis. Nam & Bernar. ſerm. 22. in Cantica, Odorem ad famam refert. *Fragrantia fama eſt; præuenit opinionis odor; excitat ad currendam; perducit ad vnctionis experimentum, ad brauium viſionis: vox vna lætantium omnium: ſicut audiuimus ſic vidimus*. Sic certè plerique de Hebræorum Doctoribus, R. Selomoh, quanquam perperam locum exponit, de Iethro, & Raab cauponaria, qui audita fama rerum ab Dei populo geſtarum, illi religione coniuncti ſunt. R. Anonymus, qui & rationem reddidit, non ineptam: *Exiſtimatio enim, & nominis celebritas conſimilis eſt Vnguento effuſo*. Secuti ſunt Recentiores viri graues omnino: quos non erat cur Vir doctus eo ex capite reprehenderet, quòd Patribus repugnaret eorum ſenſus. Si enim eorum ſenſum expendas, etiam cum de nomine Chriſti, ſiue Ieſu interpretantur, vix efficere poteris, quin eos etiam de fama, atque exiſtimatione intellexiſſe affirmes. Sic omnino Theodoretus, qui de notitia, ſiue fama exponit, verba poſui. *Quemadmodum Vnguentum in vaſe concluſum incluſam continet & ipſam odoris fragrantiam: ſin autem diffundatur, ipſum quoque replet aërem: ſic Dominus Chriſtus ante paſſionem, paucis notus erat*, (en notitiam, en famam) *At poſteaquam crucem mortemque ſuſtinuit, ac veluti corporis vas aperuit, continuo Beati Apoſtoli ſuauitate illa repleti ſunt, terram percurrentes, & maria traijcientes odoris ſuauitate mundum vniuerſum compleuerunt*. Sic etiam accipiendus Origenes hom. 1. ex 4. *Poſſunt quædam videri in prophetia ex perſona Sponſæ prolata de Chriſto, quòd futurum eſſet in aduentu Domini, vt Nomen eius ita per orbem terræ, & per vniuerſum mundum diffunderetur, vt fieret odor ſuauitatis in omni loco*. Quid eſt diffundi nomen, niſi diffundi notitiam, quam vt dicebat Bernardus præuenit fama? Sic etiam idem Origenes homil. 1. ex duabus quas latinas fecit Hieronymus, *Quomodo igitur Vnguentum, quod effuſione ſua longe lateque diſpergitur: ſic Chriſti nomen effuſum eſt: in vniuerſa terra Chriſtus nominatur*, (en notitiam, en famam) *in omni mundo prædicatur Dominus*. Vides notitiam per prædicationem illius, Effuſum vocari Vnguentum; nec aliud horum Authorum ſenſu Nomen eſſe, quã famam, ac notitiã de Chriſti diuinitate, operibus, ac miraculis, ſaluteq; per illum orbi allata.

Nos nomen, famam, & rumorem interpretamur.
Quod Hebræis DD. placuit.
Tametſi haud benè applicant.
Et de recentioribus quibuſdam.
Nec PP. repugnant.
Non Theodoretus,
Non Origenes,
Plus vno loco.
Notitia ergo, en fama Chriſti diffuſa, Vnguentum effuſum eſt.

Nomen pro notitia, fama, rumore.

PP. ſenſus, qui de notitia per prædicationem interpretantur.

Quod

IX.

Id autem huic ſtatui Eccleſiæ aptum eſt. Cui nondum plena communicata notitia Chriſti. Vt fama, & rumor potius dici poſſet. Audierat à ſemine ſuo conterendũ caput dæmonis. Quæ ſpei prima fuerat anchora.

Viderat Abelem propter pietatem occiſum, Chriſti figuram morituri.

Aliaque futuræ felicitatis indicia.

Hanc famam nomen vocat, et oleo effuſo comparat.

Quod ſi ad interpretationis conſequentiam reſpicias, ſtatumque Eccleſiæ iuuenis adhuc conſideres, videbis hæc non ineptè prorſus dici. Nam certè tunc Eccleſiæ nondum innotuiſſe clarè Chriſtum, illiuſque ſecundum omnem circunſtantiam in carne aduentum, non probabile modo, ſed penè certum eſt: cum ſenſim Meſſiæ notitia orbi communicata fuerit. Fuit quidem omnino aliqua illius myſterij cognitio, cuius in fide homines ſalutem conſequerentur, quod ſub omni ſtatu Eccleſiæ poſt culpam neceſſarium fuit: ſed tenuis illa initio notitia fuit, vt verè fama, & rumor dici poſſit, & velut in confinio fugientis noctis, dieique aduenientis eſſe ſolet, mixtura quadam tenebrarum, & lucis; quæ potius prohibet noctem eſſe, quam diem efficit. Audierat iam ore Dei intortum in dæmonis caput diuinæ fulmen ſententiæ, cum diceret: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum*. Gen. 3. 15. Quibus ex verbis coniecerat, futurum aliquando, vt de ſemine ſuo exiſteret aliquis, qui confracto Draconis capite, ideſt, Dæmone victo, humanum genus in libertatem aſſereret, & repararet ad vitam. Quo autem pacto ſecundum omnem circunſtantiam futurum eſſet id olim, nondum nouerat planè. Hæc ſpei prima anchora fuit. Viderat Abelem primam odij fraterni, liuoriſque victimam, non alia à fratre maiore natu cauſa petitum inſidijs, *niſi quia huius opera mala erant, fratris autem iuſta*. 1. Ioan. 3. 12. In quo Chriſti Ieſu propter iuſtitiam obita mors, velut ſub vmbra, aut nube Sol, abſcondebatur: ex quo coniecturam facere poterat, ſimili mundum morte purgandum. Viderat, ne in immenſum euagetur oratio, ſigna alia, ſiue indicia futuræ felicitatis, quibus illius fides velut exucto alebatur lacte, ſenſimque adoleſcebat; & ſpes adhuc tenella augebatur ſenſim, & nouis virium additis incrementis, firmabatur. Eam ergo de futuro remedio ſparſam notitiam, quæcumque tandem illa erat, ſiue famam, ſiue rumorem appelles, *nomen* vocat, & Vnguento Effuſo ſimilem eſſe dicit, pulcherrima prorſus ſimilitudinis forma, propter eas rationes, quas in Dramatico Coment. tradidimus: ne quæ ſemel ſuo loco ſunt dicta, alieno repetamus.

Eccleſiæ non ſtatim à principio plena Chriſti communicata notitia.

Redemptoris imperfecta notitia, verè rumor, & fama dicta.

Abel prima liuoris fraterni victima.

NOTATIO VII.

IDEO ADOLESCENTVLÆ DILEXERVNT TE.

I.

Adoleſcentulas quidem Gentes intelligunt conuerſas. Sic dictas, quia in Dei cognitione adhuc rudes, Necdum ſcilicet fide imbutæ,

Nec Deum diligentes adhuc, ſed dilecturæ.

Antea enim vna Iudæa Deus incluſus.

Quaſi deſertis alijs Gentibus in vna regnaret.

Pòſt, incarnato filio, in omnes imperium propagauit.

Ea fuere Verbi antiqua vota: Ea generatio de qua Pſal 2.

Cui concinit Paulus.

Tunc ergo imperium illi traditum orbis

QVAS Adoleſcentulas vocet, non omnium eadem eſt ſententia. Quidam Gentes intelligunt, aliquando vocandas. Hi ſunt Hebræi DD. tametſi de Synagoga interpretantur, & Gentibus ad Iudaiſmum conuerſis. Alij ex noſtris de Gentibus generatim. quibus aditus aperiendus in Eccleſiam olim. Aptè autem Adoleſcentulas dictas, quia, in Dei cognitione adhuc rudes, exiguum quid profecerant; tunc demum exactam ſapientiam adepturæ, cum iugo Chriſti colla ſubdidiſſent, eius iam & alumnæ futuræ, atque diſcipulæ. Quæ ſi ſequare, Dilectionem, non qua iam Sponſum amarent, ſed qua dilecturæ eſſent olim, intelliges. *Sine fide* enim ſicut *impoſſibile eſt placere Deo*, ſic etiam Deum diligere: dilectionis enim fundamentum, & radix Fides eſt. Dilexerunt ergo poſitum pro Diligent præteritum pro futuro, vt alias. Attractas ergo Nationes alias alienas à fide fama rerum geſtarum, Chriſtique doctrinæ in Adoleſcentulis intelliges. Quod ſi ad rem ipſam attentius mentem intendas, facilè affirmes, quam id verè ſit dictum. Initio certè, velut clauſus vnius Prouinciæ clauſtris, Deus vix Gentibus alijs notus de nomine erat; vt gloriaretur vna Natio, ſibi vni Deum eſſe notum, cæteris ignoratum. Hinc illa: *Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius. Factus eſt in Pace locus eius*, (in ſalem) *& in Sion habitatio eius*. Pſal. 75. 3. Quaſi, deſertis Gentibus alijs, in vna regnaret, vni leges ferret, ac imperio moderaretur. At poſtquam Verbum Patris verſari inter homines cœpit, haud contentus exiguo illo vnius Gentis imperio, in omnes Gentes latè imperium propagauit. Omnis enim illi Hebræorumm natio exigua fuit, cui ſapientiæ cœleſtis theſauros impertiretur. Quæ illi ſcilicet vota antiquiſſima fuiſſe, Pſal. 2. 6. 7. 8. 9. Propheta teſtatur. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo. Super Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius*. En tibi ſuper Hebræos regnantem, & iura ponentem, ſed ſolam nationem: iam, quæ ſequuntur cenſe. *Dominus dixit ad me, Filius meus es Tu: ego hodie genui te*. Quæ graues omnino Authores cum Cypriano lib. 2. contra Iud. cap. 8. de humana Chriſti generatione, ac natiuitate, ideſt, de aduentu Verbi in mundum interpretantur. Et certè cum Paulus Act. 13. 33. de Reſurrectione accipit, nec incarnationem, nec natiuitatem, nec omnino vitam excludit. Reſurrectioni ergo tribuit, quòd illa velut ſigillum fuerit cœterorum: tunc enim perfecto opere redemptionis, ante actis operibus finem impoſuit; ac velut vim, atque authoritatem tribuit ſigillo impreſſo; ſemetipſum ſulcitans, tantoque miraculo ſe Deum conteſtans. Illi ergo tunc primum in omnes Gentes imperium Pater parat, non alijs, quam totius orbis limitibus coercendum. *Poſtula*, inquit, *à me, & dabo*

Adoleſcentulæ Gentes ex quorundam ſenſu.

Dilexerunt pro diligent.

Deus olim vnius Gentis anguſtijs incluſus.

Factus homo imperium in omnes gentes propagauit.

Reſurrectio ſigillum operũ Chriſti.

tibi

Digitized by Google

Cum abſoluta, & æterna poteſtate.

Virga ferrea, abſoluta, & æterna Chriſti poteſtas.

tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea (æternum duratura, ſed abſoluta poteſtate) *Et tanquam vas figuli confringes eos*. (confringere ſi velis poteris, vnius enim poteſtati, ac nutui cuncta ſubdentur.) Quod ſi Nationes barbaras, rudeſque adhuc in veri Dei cognitione, & cultu, confertis examinibus acceſſiſſe videmus ad Chriſtum, illius odorum fama tractas, haud videtur opus, hæc aliter interpretari. Vt videatur Eccleſia de futuris olim rebus his verbis prophetaſſe, (monente Origene loco ſuperius Not. proxima num. 8. notato) ex eoque laudaſſe Dei fragrantiam, quod non modo ipſa, cui notiſſimus fide eſſet, ſed & illæ nationes, quæ fide illius, ac notitia carebãt, illius amore olim eſſent arſuræ. Huc pertinent illa Chryſoſtomi homil. 14. in Marc. *Quandiu clauſum erat Vnguentum, quandiu notus tantum in Iudæa Deus, Adoleſcentulæ Ieſum non ſequebantur; quando vero Vnguentum effuſum eſt in omnem terram, Adoleſcentulæ animæ credentium ſequutæ ſunt Saluatorem.*

De futuris ergo Eccleſia prophetat

Eccleſia futurorum Propheta.

Et adoleſcentulas Gentes credituras intelligit.

Faueteque huic ſenſui Chryſoſtomus.

II.

Continent autem hæc

Sui amoris defenſionem,

Nam ſi Gentes fama illius tractæ amarent illum

Quid illa faceret, cui notitia illius maior.

Argumentum à minori ad maius

Argumentum autem his verbis contineri, quo defenſionem ſui amoris adornet, alio diximus loco, dum ſenſum Dramatis traderemus. Nam ſi & illæ nationes, quibus per ætatem myſticam nondum ſapere liceret; illæ, ad quas vel tenuis illius fama peruenerat, ea notitia compulſæ, in illius amorem exarſere, ſedibuſque ſuis ac vitæ conſuetudine relicta, totis effuſæ examinibus, affectu concurrere ad illum; quid illa faceret, cuius certior illius eſſet notitia, ac de proximo comparata? Hæc autem interpretatio, quantum attinet ad doctrinam, grauis eſt; niſi vnum obeſſet, quod hæc ad ea, quæ olim poſt multa ſæcula erant futura, referat: cum tamen verba indicent, de præteritis eſſe ſermonem. Sequerer ergo id, niſi aliud ſeſe offerret, quod dicerem, nulla verbis illata vi, nec de ſuo proprio ſenſu dimotis.

Cur non placeat hic ſenſus.

III.

Sed is ſenſus non probatur,

Sicut nec eorum qui particulares Eccleſias intelligunt.

Cum ſub illo ſtatu Eccleſiæ,

Ea Eccleſiarum diuerſitas nondum eſſet.

Vna ergo Eccleſia erat, & ſimplex.

Nec permiſcendi ſtatus ſunt.

Nec adoleſcentulæ particulares Eccleſiæ poſſunt eſſe.

Hierarchicus ordo tardè inductus in Eccleſiã.

Quo etiam argumento illorum interpretatio non probatur, qui Adoleſcentularum nomine, particulares Eccleſias, per orbem ſparſas, vt ab vniuerſali diſtinctæ ſunt, intelligi malunt. Nam certè, tametſi diſcrimen hoc vtcumque probabile eſt, ſi Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum conſideres, cuius Hierarchicus ordo conſtitutus ita eſt, vt Eccleſiæ ſingulæ ſuos habeant Epiſcopos, aut maiores Epiſcopis Sacerdotes, per quorum, in adminiſtrandi ratione, diſcrimina ad vnum caput Rom. Pontificem aſcendatur; nondum tamen hoc loco is Eccleſiæ ſtatus deſcribitur, qui certè conſumatæ ætatis eſt ſtatus, atque perfectus, pleno coniugio Eccleſiæ cum Verbo Incarnato nobilis. Adhuc illa deſcribitur iuuenis, immo & puella, in crepundijs, vt ita loquar, ætatis myſticæ hærens. Quo ſtatu, immo nec proximo, ſub ſcripta lege, multiplex ille Eccleſiarum ordo nondum erat inductus. Vna ergo Eccleſia erat, atque omnino ſimplex, necdum per varia myſtica membra per orbem ſparſa. Adeoque alia eſt interpretatio quærenda, quæ aptius in illius ætatem hanc quadret: ne, ſi, quæ ad imperfectiorem pertinent gradum, perfectiori aptemus, rerum ordinem confundamus; initiumque arcani ſenſus, qui ſuis certè partibus prioribus, medijs, extremiſque, diuino prorſus artificio, conſtat, cum poſtremis miſceamus.

IV.

Alij animas fidelium malunt,

Sed cum diſcrimine,

Quid imperfectionis in ſtatu conſtituitas,

Quæ nec puellæ ſint, quæ nondum amare poſſint,

Nec anus in quibus ætas defloruerit.

Sic in diuino amore,

Nec pueri, nec ſenes apti ad hos amplexus,

Sed ſoli adoleſcentes

Is ſẽſus magnum ab Authoribus pondus habet,

Sed ſunt in amore quidam ætatis gradus.

Adoleſcentulæ fidelium perfectorum animæ ex ſ.q.

Verba Nyſſeni.

In diuini amoris ætate, diuerſitas triplex.

Vna reſtat ſententia, in quam pleroſque video conueniſſe, per Adoleſcentulas ſingulos fidelium intelligendos eſſe, ſiue, vt Origenes, & Theodoretus loquuntur, fidelium animas Dei amore ſuccenſas, eique hærentes. Sed in eo ipſo grande diſcrimen eſt, in vero, qui cuique placuit ſenſu tradendo. Certè Origenes, quem ſequuti Greg. Nyſſenus, & Theodoretus, alijque intelligi arbitrantur, animas ad robuſtum myſticæ ætatis ſtatum deductas, quæ nec puellæ, ideſt, in virtutum profectu incipientes, nec omnino ſeneſcentes, ideſt, de veteris hominis conſuetudine, & moribus multum retinentes ſint; illæ enim propter teneritudinem ætatis nondum aptæ nuptijs ſunt, non amare ſunt doctæ: hæ autem ineptæ, quæ amentur ab Sponſo, vtpote quarum defloruerit forma, quæ vna amoris conciliatrix eſt. Sed hunc in ſenſum Nyſſeni dare ipſiſſima verba volui; quæ quidem & pulcherrima ſunt, & aptiſſima ad hunc ſenſum explicandum. *Vt amor, in rebus hiſce materia concretis, minimè ad infantes pertinet, infantia enim huiuſmodi affectuum capax minimè eſt. Sed nec eos, qui extrema ſunt confecti ſenectute, videre licet ita affectos. Ita etiam in diuina pulchritudine, qui eſt adhuc infans, & fluctuat, & omni vento doctrinæ circumfertur; & qui eſt ſenio confectus, & non procul ab interitu, ad amandum eam inuenientur inepti. Non enim eos tangit pulchritudo, quæ oculis non obijcitur. Solum autem ea anima, quæ ſtatum tranſijt infantilem, & ad ſpiritualis ætatis florem peruenit, ac vigorem; nec maculam, aut rugam contraxit, aut aliquod eiuſmodi: & neque propter infantiam caret ſenſu, neque ob ſenium eſt imbecilla, quam Adoleſcentulam hic liber vocat, ea paret primo & magno legis præcepto, toto corde, & totis viribus eam diligens pulchritudinem, cuius deſcriptionem humana non inuenit cogitatio.* Hæc Niſſeni ſunt. Eius autem, & cæterorum authoritas tanta eſt, vt ſatis ſit ad pondus adijciendum huic interpretandi rationi; & quantum attinet ad doctrinam quin ſol da ſit, & vera, dubium non eſt. Eſt, quemadmodum in cæteris, quæ, à ſuis orta principijs, adoleſcunt, ſua in amore ætatis diuerſitas: cum in alijs initia laudemus, propter ſpem futuri prouentus; in alijs media, quòd ſenſim videantur in ſumma conari; in alijs perfectam myſticæ ætatis maturita-

C tem,

Incipientium proficientium perfectorum.

tem, quæ in eo genere nunquam ſeneſcit, ſed nouis ſemper aſſumptis viribus ſtabili duratione conſiſtit. Hi ſcilicet ſunt, qui abiere *in viros perfectos, in menſuram ætatis plenitudinis Christi*. *Epheſ. 4. 3.*

V.

Id ex toto hoc libro conſtat,

Cantico toto triplex hic myſticæ ætatis gradus deſcribitur.

Hoc autem toto libro, ſi rectè conſideres, triplex hic ſtatus, ſeu gradum dicere magis placet, magna arte deſcribitur. Et, ſi analogiam ſequare, Adoleſcentularum nomine eos intelliges, qui in primo atque infimo amandi gradu conſiſtunt; qui nondum quidem ad Sponſarum, aut certè Vxorum honorem vocati ſunt; ſed in eam gloriam aſpirant. Harum ſemper animarum maior eſt numerus; nec enim omnium eſt poſt fęlicitatem initiorum, quod laudabili auſu cæpere, pulchro fine terminare. Ideo cap. 6. 7. non nominibus minus diſcriminantur, quam numero. *Sexaginta ſunt Reginæ, & octuaginta Concubinæ, & Adoleſcentularum non eſt numerus*. Hæ ſæpè dicuntur Filiæ, nec cum Reginis, Concubiniſque miſcentur. *Viderunt eam Filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt; Reginæ, & Concubinæ, & laudauerunt eam*. Idque Adoleſcentularum appellatione arcano ſenſu libro hoc toto eas animas intelligi, quibus nondum matura quædam, ac robuſta contigit virtus, quæque in cœleſtis ſapientiæ doctrina rudiores ſunt adhuc, vocari in dubium vix poteſt. Nam quemadmodum Adoleſcentes eo dicuntur, quod virilem ætatem nondum attigerint, ſenſim tamen adoleſcent in viros, quibus confirmatus eſt virium ſtatus: ita illi, qui in myſtica viuendi ratione nondum ad robuſtum illum venere ſtatum, cui omnis de hoſte facilis eſt victoria, ſed in eum tacitis conatibus properant, aptiſſimè adoleſcere dicuntur. Hi ergo Adoleſcentularum appellatione cenſentur.

Adoleſcentulæ ergo incipientes erũt

Nondum ſponſæ, nondum vxores, Sic diſcriminantur non ſolum nominibus, ſed & numero.

Cant 6 7. 8. Adoleſcentulæ incipientes ſunt.

Plures enim ſemper incipientes.

Quorum proprie adoleſcere ad maturam virtutem.

Adoleſcentes ab adoleſcendo.

VI.

Perfecti autem aptius viri, quam adoleſcentes dicuntur.

Perfecti aptius viri dicuntur, quam adoleſcentes.

Quod ſi velis loco hoc de ijs agi, cum illis PP. qui iam pueritiam egreſſi, nec ſenium ingreſſi, integris viribus pollent, hos profectò multo aptius à virili, adultaque, ac ſuis conſtante viribus ætate denomines, quam ab Adoleſcentia, quæ vtique magis via eſt, & quædam progreſſio ad maturitatem ſtatus, ac firmitatem, quam verus ſtatus; cuius rei indiciũ clarum augmentum ipſum, ne virium modo, ſed etiam corporis eſt, quod nomen ipſum ſignificat. Alioqui inter puerilem ætatem, ſeniumque non ſola media eſt Adoleſcentia, cum virilis etiam ætas inter hanc ſeniumque ſit: ne, ſi à pueritia, ac ſenectute recedendum ſit, ideo neceſſarium putes in Adoleſcentia hærere, cum poſſis in virili maturitate conſiſtere. Non ergo, quia & pueri, rudes adhuc artium amandi, inepti ad amandum ſunt; aut quia ſenio ſenes laſſi, vtpote fractis per ætatem viribus, omnique languente affectu teneriore imbecilli ſunt, ideo ſtatim efficies, ſolos Adoleſcentes aptos eſſe, qui in hiſce caſtris ſtipendia faciant, velut ſoli labori ferendo ſint; cum & viros adhuc habeas, quorum vt vegetior ſtatus, ac virtus robuſtior, ita & natura aptior ad amandũ, prolemq; gignendã.

Nam inter pueritiam, & ſenium, etiam virilis eſt ætas,

Virilis ætas media inter pueritiam, & ſenium.

Quæ vegetior, & robuſtior,

Idemque ad amãdum aptior, & prolem gignendã.

VII.

Quia nec inter myſticam pueritiam, & ſenectutem diſcrimen eſt.

Nam vtraque nomine ij ſignificantur,

Qui nondum viã virtutis ingreſſi.

Quod nec negare poſſunt eius ſententia authores.

Vetulæ animæ quæ ſint apud Origenem.

Eſt & aliud, quod obſerues, quod eam ſentiendi rationem difficilem faciat. Nam certè diſcrimen inter pueritiam, ac ſenectutem ponit, quaſi altera nondum matura ætas ad amãdum ſit, nondum ſcilicet ſatis inſtructa ad eam artem perdiſcendam; altera autem plus iuſto fracta labore, ſenioque in eum ſtatum prolapſa, cui omnis ſanguis friget, atq; ad amoris nauſeat guſtum. Has autem interpretatur Origenes homil. 1. ex 4. *Vetulas, ideſt, veterem hominem adhuc indutas animas, rugis maculiſque deformes*. Quemadmodum etiam Gregorius Nyſſenus. Imperfectiſſimas illas ſcilicet, quæ needum nouum hominem Chriſtum indutæ, terrena & ſapiunt, & quærunt. At eædem illæ puellæ ſunt, amandi per ætatis imbecillitatem rudes, quibus nondum calet ſanguis charitatis igniculis. Eædem ergo & puellæ ſunt, & vetulæ diuerſo reſpectu, ideoque non diuerſum ſtatum conſtituent, nec in extremis conſiſtent, à quibus ſolum Adoleſcentiæ recedant.

VIII.

Etenim ſolum triplicem gradũ ſcriptura agnoſcit.

Incipientium.

Proficientium,

Perfectorum.

Nullus ſenex admittitur.

Solum triplicem gradum myſticæ ætatis ſcriptura agnoſcit.

Nam certè ſi & ſacrarum litterarum vſum, & id ipſum, quod experimenta ipſa docent, ad calculos reuoces, triplicem tantum ætatis myſticæ gradum inuenies: pueritiam imperfectorum, incipientium ſcilicet viam virtutis arduam imbecillo adhuc calcare veſtigio: Adoleſcentiam proficientium, eorum ſcilicet, qui firmiore iam pede, auſu nobiliore in ſuperiora conantur; & haud contenti in imo montis cum turba morari, cliuum ſuperare auſi medium tenuére: virilem demum ætatem, quam qui contigére, vel ſummum tenuére iam gradum, vel prope eſt, vt contingant. Nullus præterea ſenex decrepituſque hunc numerum maculat, neſcit enim virtus perfecta ſenectam, neſcit defectum: quin potius exercitio ipſo fit robuſtior, ſemperque de vulneribus ſurgit vegetior, quo ad deſtinatas metas attigerit coronanda. Per has autem diuerſitates ætatum creuit Eccleſia; per has anima quæuis pia Dilecto iungitur, &, quo prouectior ætate fit, tenacius adhæret, quoad peracto curſu conſequatur brauium. Quiſquis ergo de tribus ordinibus vno non continetur, is vel extra ſepta Eccleſiæ eſt, adhuc infidelitate à Chriſto ſeiunctus; aut certè, quanquam fide inter fideles annumeratus, nondum per gratiam Sponſo Deo placere incipiens. Hos autem ordines in quocumque Eccleſiæ ſtatu, ſiue ſub naturæ lege, ſiue ſub ſcripta, ſiue ſub gratia exiſtentem cogites, oportet diſtinguas: ſemper enim in illa incipientium fuére greges, ſemper proficientium plurimi, ſemper, tametſi rariores multi perfecti; ſed iuxta menſuram cuiuſque ſtatus propriam.

Nec per alios gradus Eccleſia creuit.

Nec per alios anima creſcit.

Iiſdem gradibus creuit Eccleſia.

In omni autem ſtatu diſtinguendi hi gradus.

Iuxta menſuram cuiuſque.

In omni ſtatu Eccleſiæ triplex ordo fidelium diſtinguendus eſt.

Ado-

Digitized by Google

IX.

Sunt ergo Adoleſcentulæ fideles imperfectiores.

Adoleſcentulas ergo hoc loco infimum Fidelium gradum intelliges, incipientium quidem amare Deum, ſed necdum in amoris ipſa ratione medium obtinentium: multoque minus altiſſimum gradum aſſecutorum. Sic certè Adoleſcentulas interpretatur Theodoretus, in illa verba, quæ legimus hoc cap. 5. 4. *Introduxit me Rex*. Nam & vocabulum Alamoth, quod hic legimus, vt loco alio notatum eſt, Puellas ſignificat, impenſa Patrum cura ſeruatas, intactas ſcilicet & virgines, ac necdum per ætatem viri appetentes, tametſi ſuo tempore in matrimonium collocandas. Quod & ipſum ferè voce Græca, *νεᾶνις*, quemadmodum LXXII. tranſtulére, ſignificatur: ſic enim Græci virgines puellas adhuc, ſeu iuuenculas, appellant: quo pacto alicubi Græcam vocem Vulgatus reddit. Pſalm. certè 67. 26. *In medio iuuencularum*. *νεανίδων*. & Eccl. 20. 3. *Concupiſcentia Spadonis deuirginauit iuuenculam*. *νεάνιδα*. Sæpe etiam, quod LXXII. expreſſere per eam vocem, aut ab ea deductam, latino vocabulo Puellæ, aut ab eo deducto, tranſtulit. Exod. 2. 8. *Perrexit puella, & vocauit matrem ſuam*. LXXII. *ἐλθοῦσα ἡ νεᾶνις*. Deut. 22. 19. *Quos dabit Patri puellæ*, *νεάνιδος*. Num. 30. 4. *In ætate adhuc puellari*. LXXII. *ἐν τῇ νεότητι*. Quo fit Adoleſcentulas hic, ſenſu quidem Dramatico, quod alibi monuimus, virgines intelligi oportere, Puellas adhuc, ac necdum per ætatem viro maturas. Arcano autem quem hic exquirimus, eas accipiendas animas, quæ in limine adhuc virtutis exiſtentes, nondum ad adyta penetrare ſinuntur. Hinc ergo Eccleſia vel excuſat, vel defendit, quod factum à ſe fuiſſet, auſa ad oſcula & blanditias, ideſt, ad vnionem, intimumque per charitatem cum Deo commercium aſpirare. Nam quid mirum ſi ipſa, cui perfectior per fidem Dei notitia erat, in eam votorum metam veniſſet, vt ſperare auderet cum futuro Sponſo coniunctionem; cum animæ adhuc imperfectiores, vtpote ad quas tenuis Dei notitia eſſet perlata, in illius tamen amorem vltro cucurriſſent?

Nam vocabulum Hebræum puellas ſignificat. Nondum viro maturas.

Sicuti & vocabulum Græcum, Quod ex S.S. frequenter colliges.

Eæ ſunt ſēſu Dramatico, Symbolico animæ incipientes,

Quarum amore in ſponſum ſuum excuſat.

Argumento à minori ad maius.

Adoleſcentulæ ſunt animæ incipientes.

Ahalma, virgo tenera, clauſa, nōdum viro matura.

νεᾶνις, quid ſit Græce.

Eccleſia excuſat amorem ſuum exemplo imperfectorum.

V E R S V S I I I.

P A R S P R I O R.

TRAHE ME: POST TE CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM TVORVM.

COMMENTARIVS.

VERBA ſunt Eccleſiæ, ſed memoris adhuc præteritæ infamiæ, qua ſe indignam Dei complexu reddiderat. Tanta autem adhuc erat præteritæ labis confuſio, vt id ſolum reputans apud ſe, quod erat commerita, vix dum de bonitatis, ac clementiæ diuinæ granditate ſperare audeat, ſe in eum familiaritatis, ac neceſſitudinis gradum, à quo exciderat, reſtituendam. Sæpe præteriti ſceleris recordatio id efficit, vt anima, ſuo ſe ſcilicet, quod dicitur, pede metiens, in extrema incurrat formidinis, ac timoris: quam, tunc penè collapſam, niſi Dei gratia ſuſtentet, in deſperationem prolabatur, neceſſe eſt. Ergo quid fuiſſet merita reputans, ſua vrget vota, & deſideria: & exhiberi ſibi à Deo aliquod fauoris, ac beneuolentiæ optat indicium, quo ſuſtentatus metuentis adhuc affectus, ac dubitantis, ad eum Currat, quem amabat ipſa ſcilicet, adhuc incerta, an in totum iuſtiſſimam offenſionem poſuiſſet, ſi tanta ſibi fęlicitas contingeret, ſe, profitetur, velut arcana vi, ac ſuauitate Vnguentorum Tractam, ſequuturam, qua vellet ille ducere; ideſt, illius ſe voluntati obſequuturam, prorſus ab vnius nutu pendentem.

E N A R R A T I O.

GRAVE eſt præteritas meas fortunas in memoriam reuocare. Scio me diſplicuiſſe, ſcelere contaminatam meo, meritam abijci, nunquam in gratiam reuocandam. Et quanquam quæ bonitas Dei eſt, deletam illius gratia

Digitized by Google

culpam ſcio, adhuc tamen præterita offenſionis veſtigia manere ſentio: nec omnino præ agnita mea indignitate audeo, qua ſolita eram licentia, ad eum accedere, iuſtam nimirum repulſam merita. O ſi mihi indicium aliquod ille faceret, quo intelligerem ipſa, haud illi futurum ingratum acceſſum ad illum meũ! Tunc fauoris magnitudine audaciam faciente, velut arcana vi rapta, ad eum ipſa contenderem, properoque Curſu feſtinarem. Nec periculum eſſet, quin rectiſſimam ad illum viam tenerem beneficij granditate, velut ſparſi Vnguenti Odore admonita, vel in totum clauſis oculis, aut noctis tenebris circumſepta, minimè aberrare poſſem.

NOTATIO VIII.

TRAHE ME.

SVM. COM.

I. *Loci huius difficultas, Varietate ſententiarum aucta.*

TAM varijs nobilium Authorum interpretationibus locus hic diſtractus eſt, tanta in ſingulis primo aſpectu ſimilitudine veri, vt difficilè ſit, certo iudicio decernere, cui adhærendum ſit. Sed, ſi, quod alias monitum eſt, & ſententiæ conſequentiam, & Eccleſiæ ſtatum, in quo verſamur, conſideres attentè, haud difficile erit, eam tenere viam, quæ lectori docto non prorſus improbetur.

II. *Nam quidam tractum ad incarnationem referunt, Qua Chriſtus ad ſeſe omnia traxit.*

Itaque confeſſam ſuam imbecillitatem.
Trahi per primã gratiam petere Eccleſiam.

In quem ſenſum Paulum inducant.
Qui nos dixit gratis iuſtificari,
Per ordinem ad primam gratiam.

Deus nos trahit per incarnationem.

Quidam hunc Tractum ad Incarnationem referunt, perquam futurum erat, vt omnes Gentes Traherentur ad Chriſtum. Quemadmodum ille dixerat, *Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia Traham ad me ipſum*. Ioann. 12.32. Suam ergo imbecillitatem confeſſam Eccleſiam, omnem ſuam ſpem in vno vindice collocare, quem ſciebat, & poſſe iacentem leuare; & imbecilli addere vires ad ſe ſequendum. Trahendi autem vocabulo vſum, vt indicaret, omnem ſuum motum, omnem conatum, aliunde obuenturum, ſicut eius, qui trahitur, ab alio, motus ab eo incipit, à quo trahitur. Sic indicatam præuenientis gratiæ neceſſitatem, quæ, vt à Deo ſine noſtro merito proficiſcitur, ita illi tribuitur ſoli: Chriſto autem etiam ſoli, vt meritoriæ bonorum omnium cauſæ. Sic Paulum dixiſſe: *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum*. Rom. 3, 24. Gratis enim iuſtificari dicimur, propter primam gratiam, vnde iuſtificationis omnis ordo incipit, quæ nobis datur ſine vllo noſtro merito. Inde autem nobis ſuppetunt ad ſequendum Chriſtum vires; quo referunt proxima, Poſt Te Curremus. Sic dictum: *Viam mandatorum Cucurri, cum dilataſti cor meum*, Pſal. 118. 32. Dilatatur cor per gratiam præuenientem, Currimus excitati per illam, comite adiuuante, ac comitante gratia.

Gratiæ præuenientis neceſſitas. *Rom. 3.24.*

Gratis iuſtificamur propter primam gratiam.

III. *Doctrina vera, ſed non facile applicanda.*
Nam ſic iam fuerat Eccleſia tracta.
Nec quod habebat petere opus erat.

Sub omni ſtatu poſt culpam Eccleſia tracta per gratiam intelligenda eſt.

Atque hæc omnia fuſiùs ab illis tractata, nos in pauca coniecimus. Dicuntur autem, quantum attinet ad doctrinam, appoſitè, grauiterque: ſi eadem facilitate aptari ad loci intelligentiam poſſent. Sed certè iam Eccleſia, in quocumque eam ſtatu conſideres, poſt innocentiæ ſtatum, & excitata, & Tracta ſic per gratiam fuerat; & per iuſtitiam reconciliata Deo: id autem merito illius, qui olim fuſo ſanguine, id effecturus erat, vt immerenti beneficium vocationis, ac iuſtificationis conferretur. Fruſtra ergo quæreret, excitari, Trahique. Si hanc excitationem Tractumque, nihil aliud eſſe velis, quam primæ gratiæ largitionem, iuſtitiamque, qua culpa abolita, donaretur. Ergo & Tractione ipſa aliud quidpiam à prima gratia, qua peccatis purgamur, & ad Deum Currimus, intelligamus neceſſe eſt.

IV. *Nec de gratiæ augmẽto intelligi hæc poſſunt.*

Itaque alius ſenſus quærendus.

Quod ſi velis, non de prima gratia ſermonem eſſe, à qua incipit iuſtificationis noſtræ motus, ſed de ea, quæ donamur, vt creſcamus in gratia, ac iuſtitia, ne id quidem affirmare eſt opus; aut, ſi etiam affirmes, aptè huic loco quadrat, quo grandius aliquid, ac ſingularius petere illa videtur, quodque ad illam coniunctionem via eſſet, quam ſuſpirabat illa, cum Deo. Quid autem illud ſit, paulò inferius dicetur. Nam ſciebat illa certè, vocatæ iam, ac per gratiam reconciliatæ cum Deo, nunquam de futuram (quæ Dei benignitas eſt) largitatem illam gratiæ, qua creſcere in iuſtitia poſſet. Aliquid ergo aliud erat in votis, cuius negatio cum ea gratia, ac iuſtitia ſtare poſſet.

V. *Nec aptius alij de aſcenſu Chriſti in cœlum exponunt, Quem oret Eccleſia, vt ſecum eam rapiat.*

Aſcendentem in cœlum Chriſtũ orat Eccleſia, vt ſecum eum rapiat.

Remotius alij, Eccleſiæ verba volunt eſſe, orantis Chriſtum iam aſcenſurum in cœlum, vt eam ſecum rapiat, nec patiatur hic ampliùs anxietate ſe, ac, quod multò eſt grauiùs, illius abſentia diuexari. Sed non videtur cohærere hic ſenſus, etſi authores habeat bonos Caſſiodorum, & alios, cum incipientis, iuueniſque ſtatu Eccleſiæ, qui deſcribitur. ſed ne Apoſtolis quidem, alijſque qui molienti aſcenſum Chriſto aderant, verba in eo ſenſu ſatis

accom-

Digitized by Google

Nam ſciebat nondum tempus eſſe quietis,

Et quanquam id votum animum titillabat,

Corrigebat affectum, exemplo Pauli.

accommodantur; qui audierant paulò ante: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium meum omni creaturæ*. Mar. 16. 15. Ideoque potius decebat accingi ad prædicationẽ, illiuſque labores ſubeundos, quam ad regnandum cum Chriſto. Et, quanquam deſiderium comitandi illum animum titillabat intuentium euntem, amorque quo diuerti, diuellique ab eius præſentia voluiſſent, corrigebat tamen illam affectus nondum maturi properantiam maius votum, valentiuſque parendi Chriſto; eiuſque gloriam per Euangelij prædicationem propagandi. Sic dicebat Paulus: *Coarctor è duobus; deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto multò magis melius, permanere autem in carne neceſſarium propter vos. Et hoc confidens ſcio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum verbum, & gaudium fidei: vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me*. Phil. 1. 22. Non eſt ſpiritus Apoſtolici quietem amare, dum meſſis Euangelij meſſorum falces expectat.

Non eſt ſpiritus Apoſtolici otiũ amare: dum meſſis meſſores expectat.

Phil. 1. 23.

VI.

Sed nec melius, qui ad tractionẽ per labores hæc referunt.

Quamquam faueat Bernardus.

Eodem cenſu ponimus aliorum interpretationem, qui hæc intelligunt de Tractione per anguſtias, ac tribulationes: ideo cum dixiſſet ſingulariter: Trahe Me, mox addidiſſe: Poſt Te Curremus, quaſi diceret: *Quod auſterum, ac durum videtur* (verba ſunt Bernardi) *retineo mihi, tanquam forti, tanquam ſanæ, tanquam perfectæ; & dico ſingulariter Trahe Me. Quod ſuaue, & dulce, tibi, tanquam infirmo, communico: & dico: Curremus. Noui ego Adoleſcentulas delicatas, ac teneras eſſe; & minus idoneas ferre tentationes; & propterea mecum volo vt Currant, ſed non vt mecum Trahantur*. Magnum certè eſt ad Chriſtum, vel per ſentes, ac ſpinas properare. Sed id proprium eorum eſt, quorum adulta eſt virtus, fortiſque: qui multis magniſque certaminibus inſtadio depugnarunt partiſque de hoſtibus victorijs multis ad famam contendere. Erit cum Eccleſia, nunc iuuenis, & adhuc tenera, & auctior ætate, & robuſtior viribus, fortibus experimentis exerceri ſit digna. Tunc offuſis orbi tenebris, ac cæca caligine circumfuſa audaci facinore proripiet ſe domo; vt per iniqua, & ardua Deum perquirat; nec ſpoliata, & pulſata, & madens ſanguine ab inquirendo ceſſabit, quoad eum inueniat, inuentoque arctius copuletur. Iuuenis hic adhuc deſcribitur, ideoque magis lactanda, ac demulcenda, quam exercenda eſt. Id haud ineptè dictum affirmabis, ſi conſideres, nullam toto illo tempore perſecutionem propter pietatem, ac religionem paſſam legi Eccleſiam. Vides, ſi ad vnum illius ſtatum, in quo nunc eſſe ponitur, mentem aduertas, facilè duci te poſſe in probabilem intelligentiam. Itaque quæcunque hactenus ex alijs relata ſunt, optima quidem ſunt, & aptiſſima ad populares conciones: ad arcanum ſenſum haud facilè aptari poſſe videntur, ſi rerum conſequentiam non negligas.

Trahitur ad Deũ anima per labores.

Nam ſic trahi per fortiorum eſt, Eccleſia autem iuuenis adhuc & incipiens.

Erit cum per aſpera currat ad Deũ Etiam ſpoliata, et vulnerata,

Nunc potius lactanda eſt.

Sic facilè potes in verum ſenſum duci.

Alia optima quidem, ſed huic loco minus apta.

Chriſtum ſequi vel per ſpinas, magna fælicitas.

Eccleſia adhuc Iuuenis luctatur, grãdior exerceetur.

Eccleſia ſub Naturæ lege non legitur paſſa perſecutionem propter fidem.

VII.

Similitudine res exponi poteſt.

Fœmina, quæ viro relicto

Ad alienos declinarit,

Quam reſipiſcentem ille reduxerit,

Adhuc autem nõ in totum placatũ,

Illa demereri conetur.

Qui tandem indicium faciat poſita in totum ſimultatis.

Tunc illa tota in illum fertur,

Admonita in futurum.

Mihi, quod alias haud temerè facere ſoleo, ſimilitudine aliqua aperienda via eſt, vt veram intelligentiam tradam. Cogita mihi fœminam viro coniunctam, quæ, officij negligens, viro relicto ſuo, alieno adhæſerit. Diuque voluptatibus illegitimis volutata, tandem cæperit reſipiſcere, & ad virum velle redire; emendaturam noua fide tranſactam perfidiam, nec vltra permiſſuram, vt ſimili ſe labe commaculet. Hanc vir in domum reducat, condonata quidem priore offenſa, abolitoq. dedecore: ſed nondum in totum indignatione depoſita, rei indignitatem reputantem, arcere meritam à conſpectu: non cum illa communem menſam, non lectum pati, ſatis in illis reconciliatæ pacis initijs factum arbitrantem, ſi culpam condonarit, & pœnam, & in domum reduxerit. Illam autem, haud immemorem, quod ſit commerita, omni officio conari demereri maritum, non ſtudio, non labori, non parcere diligentiæ, vt in eundem, quem ſua amiſerat culpa, ſtatum reponatur; placatumq; virum habeat, & poſita omni indignatione planè conciliato amore, ſibi deuinctum vt prius. Eo ſcilicet vota omnia eo ſtudia tendunt, vt, aliquo ſibi facto indicio, intelligat, redditam priorem pacem. Quod ſi vel communicata menſa, vel lecto, vel hilarius exporrecto vultu vxori blandiatur vir, tunc laxatis affectuum loris fertur in illum; nec iam prioris triſtitiæ meminit, quam tanta hilaritas conſequuta. Tantum veteris culpæ manet memoria, vt eam damnet; benignitate optimi viri admonita, quam grande ſcelus fuerit, eius fuiſſe abuſam benignitate, in quem toto amoris, fideique pondere debuiſſet cuncta conferre.

Simile appoſitiſſimum.

VIII.

Receſſerat à Deo Eccleſia in primis parentibus

Reuocata per gratiam,

Sed nondum in totum Deus placatus,

Adhuc illam à ſe arcebat, vt morbi fibras euelleret.

Is rerum ſtatus deſcribitur

Conſcia ſibi Eccleſia illa ſub Naturæ lege erat prioris culpæ qua in primis Parentibus confœderat ſeſe, funeſtiſſimo eſu pomi, quo & ſe, & genus perdiderant; ſciebat, quid commerita eſſet, tanta indulgentia prius à Deo fota, tam delicatè habita. Rediſſe ſe in gratiam quidem, atque in domum receptam; condonatam culpam omnem, culpæque ſupplicium damnationem æternam. Et id quidem charitatem illius in Deum accenderat, fidem firmarat, cautiorem reddiderat. Omne ergo illius ſtudium in demerendo eo, quem ſe prouocaſſe ſciebat. Sed nondum videbatur Deus reconciliatus in totum; præteritæque indignationis fluctus nondum in pacem placidam, tranquillamque fuiſſe compoſitos, apparebat. Ea arte ſcilicet Deus morbi, à quo fuerat liberata, fibras omnes euellere fatagebat. Hinc illa: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios; & ſub viri poteſtate eris*. Gen. 3. 16. & ſeqq. Et illa; *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex*

Eccleſiæ vota cupientis placatum ſibi in totũ Deũ habere.

Signa indignationis Dei, etiam condonata prima culpa.

ea

Toto capite 3. Geneſeos. Excluſo Adamo è Paradiſo, Et pellibus induto, ſeruili habitu ſcilicet. Id ergo agit Eccleſia, Vt indicio aliquo facto Deum in totum placatum intelligat ſibi. Id dicit cum trahi ſe poſtulat. Et ad curſum ſe comparat, Hanc rem paraphraſi expoſitam, Et quidem luculenter.

Tunicæ pelliceæ ſeruilis habitus, pœnitentiæ ſigna. Optat Eccleſia in totum habere Deum placatū. Paraphraſis luculenta.

ea cunctis diebus vitæ tuæ. Ver. 17. 18. 19. Et illa inſultantis, & vecordiam obijcientis ei, qui tam facilè dæmoni credidiſſet: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum*. Ver. 22. Et illa, excluſione illum à Paradiſo punientis, & ad ruſticum ac ſeruile opus damnantis: *Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt*. Ver. 23. Addidit & tunicas pelliceas, rudes illas quidem, & aſperas, & quales eis, qui grauiter deliquiſſent, debebantur, pœnitentiæ inſignum. Quæ omnia, poſt condonatam etiam culpā, feruentis adhuc in Dei pectore indignationis indicia erant. Id ergo illa Eccleſia, & merito quidem, in votis habet, vt aliquo indicio intelligat, pacem, & pacis omnia iura reddita ſibi. Nec deprecatur pœnam, quod in ſeruile opus damnata; quod de Paradiſo eiecta, quod pelles induta aſperas, in orbem fuerit velut in metallum data: hæc ipſa nonne veteris iuſta ſupplicia ſui ſibi reatus conſciam ſolabantur. Id vnum optabat, quod anxiam exercebat, placatum omnino Deum habere, illiuſque faciem, diſpulſis irarum turbinibus, lætam intueri. Id agit cum dicit: Trahe Me, Poſt Te Curremus.
„ Meorum ipſa conſcia meritorum tametſi tua, o Deus, indulgentia in gratiam reſtituta, vix
„ audeo oculos ad te, indignis à me modis habitum, tollere. Hæc culpæ nec minima pœna
„ eſt: & quod ad me quidem attinet, damnaui erratum, emendare parata quidquid deliqui.
„ Vnum angit incertam, an in totum placeam tibi: an charitatis hic motus, quo me abripi
„ in te ſentio, gratus ſit tibi. O, ſi iudicio aliquo oſtenderes, irarum illos iuſtiſſimos fluctus
„ in pectore tuo concidiſſe; ac poſt tempeſtatum nimbos cœlum oſtenderes! Currerem ipſa
„ ad te, velut funiculis Tracta, totiſque laxatis affectuum loris, volarem ad te. Dum id ne-
„ gatur cupienti, lugebo ſortem, mearumque miſeriarum cauſam, culpam, in te commiſ-
„ ſam: ac vota, quod poſſum, frequentabo.

IX.

Senſus huic ſtatui accommodatus. Sed habes quiddā ſimile apud Oſeā. Fœmina diuertit à marito. Ille conatur illam reducere. Et vere reducit in domum, Sed manentibus prioris iræ veſtigijs. Donec tandē omnino in gratiam recipit. Nam lactare apud Oſeam, allicere eſt. Et ſuauiter trahere. Et letam faciem oſtendere. Habes hic incipientium imaginem, Cum conuerſi moleſtis cogitationibus diſtrahuntur, Donec à Deo lætentur.

Oſeæ locus, inſignis ad illuſtrandum ſenſum traditum. Oſea 2. 5. & ſeqq. Lactare, pro allicere, & blande trahere. Loqui ad cor; alloquio conſolari. Spiritus principalis, ſpiritus dignus Principe, qui citò ignoſcit. Incipientes ſæpe timidis cogitationibus anguntur.

Hic mihi ſenſus ſatis aptus horum verborum eſt viſus, & ſtatui, qui deſcribitur Eccleſiæ accommodatus. Ac ne putes rem hanc ſine exemplo eſſe, meminiſſe eorum oportet, quæ apud Oſeam legimus, quæ tam ſunt gemina his, & ouum, quod dicitur, ouo ſimilius non ſit. *Dixit: vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & potum meum*. Habes maritam fœminam diuertentem ad alienos, viro relicto. Vide nunc quibus artibus eam adſe reuocare conetur viri benignitas. *Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: quæret eos, & non inueniet*. Vide nunc, vt optimi amantiſque viri artes procedant. *Et dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat tunc magis, quam nunc*. Hoc iam ſtatu verſabatur Eccleſia, cum diceret: Trahe Me. Vide poſt hæc Dei conqueſtiones illas, ab rei indignitate adhuc durantes: *Viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur*. Hæc ad irarum adhuc calorem pertinent: ad omnimodam indulgentiam, omni ſedata tempeſtate, illa: *Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius; & canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ*. *Lactandi* autem vocabulum, non à lacte præbendo eſt dictum, ſed ab antiquo verbo, *lacio*, vnde, *allicio*, & *pellicio*, vt obſeruauit in tempore doctus ex noſtris vir. Significat autem artibus bonis allicere aliquem in id, quod velis: eſt id, quod à Paulo iactatum: *Cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi*. 2. Cor. 12. 16. Hæc Tractio illa ſcilicet eſt, quam Eccleſia ſuſpirat, quo ſenſu dictum: *In funiculis Adam Traham eos; in vinculis charitatis*. Oſeæ 11. 4. Ideſt, *loqui ad cor*, blandè alloqui, & alloquio conſolari, quod amans maritus ſolet cum vxore, vt mœrorem abſtergat. Id optabat ille, cum diceret: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me*. Pſal. 50. 14. Spiritu illo *Principis* ingenuo, & nobili; qualis tu es, qui nihil commune habet cum plebeio ſpiritu ſordido, vilique, qui facilè iraſci ſolitus, iras implacabiles exercet. Optimè ergo loco hoc, atque hiſce verbis deſcribitur incipientium ſtatus, cum abolita culpa per nouam conuerſionem, adhuc angi ſolent cogitationibus varijs, moleſtiſque; an verè remiſſa ſint ſibi peccata; an in gratiam accepti Dei; an in totum iuſta illius indignatio conquieuerit. Quod ſi, dum his perplexitatibus diſtrahuntur, ſplendidior dies à Deo affulſerit, & ſerenior facies ſit reddita, vix præ gaudij magnitudine apud ſe eſt animus. Tunc ſcilicet in Curſum effuſus dicit: *Viam mandatorum Cucurri, cum dilataſti cor meum*. Pſal. 118. 32. Id autem eſt, quod ſequitur proximè.

NOTATIO IX.

CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM TVORVM.

I.

Hæc quodam ad fideles conuerſos referunt,

QVI proxima ad Chriſti in carne aduentum, totamq; Incarnati Verbi œconomiam retulére, hæc conſequenter accipiunt, de multitudine eorum, qui, poſt prædicatum Euangelium, cucurrére, totis effuſi examinibus; ac velocitate, qua contentiſſimo curſu

ſequuti

Digitized by Google

Poſt prædicatum Euangelium.

Alij ſynagogæ tribuunt.

ſequuti ſunt illum, qui *Exultauit vt Gigas, ad Currendam viam*. Pſal. 18. 7. Cui ſatis ſcilicet virium ſuppetebat, non ad Currendum modo, ſed ad leuandum in humeros, qui ſe ſequi vellent, & ad ſeſe Trahendos per abundantem, ac robuſtam gratiam, per Sanctum Spiritum communicatam. Non ergo abſque cauſa formam mutaſſe ſermonis, &, cum dixiſſet ſingulariter; Trahe Me, ſubdidiſſe, velut de multis loqueretur: Curremus. Ne quis ſe ſolam ituram arbitraretur. Cum autem id non ante contigerit, quam ſublato in cœlum Chriſto, & nata Chriſtiana Eccleſia; de Synagoga interpretantur quidam, tàm illud, „ Trahe Me, quàm quod ſequitur, Curremus. Cum me iam ſenio feſſam, culpis, & ætate „ ſentiam grauem, tamen, quæ tua eſt benignitas, ad te Trahes: peccatorum ſcilicet ſarcina „ liberatis, &, quaſi aquilæ renouabis iuuentam: tunc ego cum nouellis Eccleſijs rapido „ curſu veſtigia tua conſequar. *Non Curram ego ſola*, ait Bernardus, *etſi ſola me Trahi petierim; Current & Adoleſcentulæ mecum; ego in odorem Vnguentorum tuorum, illæ vero excitatæ meo exemplo, atque hortatu*.

Senio iam defectæ.

Sed annis poſitis renouatæ.

Currenti cum nouellis Eccleſijs.

Synagoga effœta currit ad Chriſtum renouata in nouis conuerſis.

II.

Sed non omnia immediatè incarnationem reſpiciunt:

Nam ſemper cucurrit Eccleſia, in ſuis filijs.

Abele ſcilicet, & cæteris in naturæ lege.

In Moſe, & alijs in ſcripta,

Tametſi non omnibus contigit videre Chriſtum.

Quæ felicitas Apoſtolis ſeruabatur.

Omnes autem traxit ad Chriſtum Pater.

Cumque illis Eccleſiam.

Nec myſterium aliud latet in diuerſitate numeri.

Eſt enim Eccleſia vna, et multiplex.

Semper Eccleſia cucurrit ad Chriſtum in ſuis filijs ſub omni ſtatu.

Cæterum nec neceſſe eſt, omnia immediatè ad Incarnationem referre, licet in id myſterium, tanquam in ſcopum, totus hic liber collimet. Nam certè alia propius, remotius alia feruntur in illud. Cucurrit ſemper Eccleſia ſcilicet: &, tametſi non ſemper eadem velocitate, & contentione, ſaltem eodem deſiderio, quoad conſecuta Chriſtum eſt. Nec aliter ipſa Cucurriſſe dicitur, quam quia priuati quique fideles, ex quibus illa conſiſtit, omni ſæculo Cucurrere, lentius, & impeditius alij, externarum amore rerum vel impediti, vel grauati: velocius, & expeditius alij, quibus externa illa impedimenta non morabantur iter. Sic Cucurriſſe Abelem ſcimus ſub Naturæ lege: ſic Enochum, qui meritus à Deo tolli, & à mortalibus ſecerni. Sic Noe, ſic Iobum, ſic Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum, vitæ innocentia meritos Dei conſortium. Sub lege autem ſcripta magnos illos viros Prophetaſque, Moſen, Aaronem, Dauidem, Iſaiam, & cæteros, ſiue Reges, ſiue Pontifices, aut Dei Miniſtros. In his nimirum Cucurrit Eccleſia, in ſtatibus ſingulis; & quamuis Cucurriſſe ad Chriſtum ſatis ſcimus, fide, & charitate, non manibus, quod dicitur, apprehendiſſe, eſt certum. Ea fęlicitas illis ſeruata; qui dicere potuére: *Nos, qui manducauimus, & bibimus cum illo*. Act. 10. 41. Ergo à longe alij futura myſteria ſalutabant; propius alij ſpectatores illorum præſentium erant. Quemadmodum autem Currere nemo poterat, ea ratione, quin Traheretur ad Chriſtum, S. D. E. *Nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me Traxerit eum*. Ioan. 6. 44. Ita nec Trahi Eccleſia ipſa poterat, quin in ſingulis Traheretur. Cum ergo poſtulat Trahi ſe, ſingulari numero, non de ſe loquitur ſola, excluſis ſingulis, ex quibus componitur membris: quemadmodum cum dicit: Curremus, & ſeſe, & cætera membra ituram fatetur. Fruſtra ergo myſterium aliud agnoſcas in diuerſitate numeri, niſi, quia, quod monitum ſupra eſt, illa vna & ſingularis, & etiam multiplex Eccleſia eſt; ſingularis, quia myſticum vnum corpus; multiplex, quia verè ex multis, diuerſiſque membris conſiſtens. Vt vna eſt ergo, & ſingularis dicit; Trahe me; vt verò multiplex, ſubdit; Curremus: quod doctè obſeruatum à Beda monendum hic fuit.

Alij à longe ſalutarunt Chriſtum, alij manibus contrecta verè.

Eccleſia in ſe vna, in filijs multiplex.

III.

Neceſſe ergo non eſt hæc referre ad Chriſti tempora,

Cum Gentes ad illum cucurrere,

Cum aptari poſſint ad Eccleſiam ſub Naturæ lege.

Cupiitem Dei faciem benigniorem ſibi oſtendi.

Quod ſi ſub omni ætate Eccleſia ſuo modo Cucurrit ad Chriſtum, Tracta ab eo, haud certè eſt opus, Curſum hunc ad illud tempus reuocare, quo actus in crucem Chriſtus, velut ſublato ſigno, omnes ad ſe Gentes vocauit: atque eo in cœlum ſublato, ac prædicato Euangelio, pia quadam contentione omnes nationes orbis cucurrère; cum ſcilicet plenitudo Gentium cæpit intrare. Nihil ergo obeſt, dictum, Curremus, multitudinis numero, quin hæc ad ea, quæ Eccleſiæ, ſub Naturæ adhuc verſanti cunabulis, pertinebant, propriè referamus: nec eſt, quod in alio quæramus ſtatu, quod ob oculos eſt in illo. Trahi ergo ſe poſtulat aliquo benignioris affectus facto indicio, quo ſcilicet intelligat, conquieuiſſe in totum indignationis illos fluctus, quibus Dei agitatum pectus fuiſſe docta experimento erat. Ea ſi fęlicitas contingat, ſe in Curſum effuſam properaturam ad illum; ſatis benè ſecum actum reputantem, ſi vel præeuntem Dilectum ponè ſequi daretur.

Eccleſia cur de ſe loquatur multitudinis numero.

Trahimur ad Deum per benignitatis & clementiæ indicia.

IV.

Odor verò vnguentorum

Diuinæ clementiæ indicia interpretamur,

Quibus animata Eccleſia, itura erat ad Deum.

Quaſi indagine quæſitum, quæ per fidem adhuc ambulabat.

Nam & odoribus etiam aliud agentes admonentur.

Odorem autem Vnguentorum, qui cætera de Chriſti in carne aduentu interpretati sũt, conſequenter notitiam ſanctitatis, doctrinæ, operum, miraculorum, legis, ſacramentorum, conuerſationis, & gratiæ Chriſti intelligunt. Nobis alia via tenenda, iuxta interpretationis noſtræ conſequentiam. Vnguenta nihil ſunt aliud, quam diuinæ ipſius clementiæ, ac benignitatis data indicia; eam enim benignitatem ſignis oſtenſam ſciebat eſſe, qua demenda omnis ſibi perplexitas erat: atque minus audenti ad Currendum dandi, vt Dei amplexibus, & oſculis potiretur. Et verò ambulanti per fidem Eccleſiæ, cui Dei conſpectu frui minimè concedebatur, quidquid id erat, quod objiciebatur, quo duceretur ad illum, cuius arcebatur aſpectu, Vnguenti Odorati vice erat, quo velut indagine veniret ad illum. Sic venaticus canis, afflatu ducatum præbente, leporem ſequitur, &, minimè quanquam viſum, tandem aſſequitur, ſagace nare illi pro duce viam monſtrante per incertas quanquam ſemitas. Opera autem diuinæ benignitatis, ac clementiæ id habent, vt, etiam minimè aduertentes, & alia agentes, admoneant, cogantque rimari, quod obſcurum

Odor vnguentorum, notitia operum Chriſti.

Vnguenta clementiæ diuinę indicia.

Simile appoſitum.

Canis odore ſolo admonitus, prædam ſequitur.

Digitized by Google

Toto capite 3. Geneſeos. Excluſo Adamo è Paradiſo, Et pellibus induto, ſeruili habitu ſcilicet,

ea cunctis diebus vitæ tuæ. Ver. 17. 18. 19. Et illa inſultantis, & vecordiam obijcientis ei, qui tam facilè dæmoni credidiſſet: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum*. Ver. 22. Et illa, excluſione illum à Paradiſo punientis, & ad ruſticum ac ſeruile opus damnantis: *Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt*. Ver. 23. Addidit & tunicas pelliceas, rudes illas quidem, & aſperas, & quales eis, qui grauiter deliquiſſent, debebantur, pœnitentiæ inſignum. Quæ omnia, poſt condonatam etiam culpā, feruentis adhuc in Dei pectore indignationis indicia erant. Id ergo illa Eccleſia, & merito quidem, in votis habet, vt aliquo indicio intelligat, pacem, & pacis omnia iura reddita ſibi. Nec deprecatur pœnam, quod in ſeruile opus damnata, quod de Paradiſo eiecta, quod pelles induta aſperas, in orbem fuerit velut in metallum data: hæc ipſa nonne veteris iuſta ſupplicia ſui ſibi reatus conſciam ſolabantur. Id vnum optabat, quod anxiam exercebat, placatum omnino Deum habere, illiuſque faciem, diſpulſis irarum turbinibus, lætam intueri. Id agit cum dicit: Trahe Me, Poſt Te Curremus. Meorum ipſa conſcia meritorum tametſi tua, o Deus, indulgentia in gratiam reſtituta, vix audeo oculos ad te, indignis à me modis habitum, tollere. Hæc culpæ nec minima pœna eſt: & quod ad me quidem attinet, damnaui erratum, emendare parata quidquid deliqui. Vnum angit incertam, an in totum placeam tibi: an charitatis hic motus, quo me abripi in te ſentio, gratus ſit tibi. O, ſi iudicio aliquo oſtenderes, irarum illos iuſtiſſimos fluctus in pectore tuo concidiſſe; ac poſt tempeſtatum nimbos cœlum oſtenderes! Currerem ipſa ad te, velut funiculis Tracta, totiſque laxatis affectuum loris, volarem ad te. Dum id negatur cupienti, lugebo ſortem, mearumque miſeriarum cauſam, culpam, in te commiſſam: ac vota, quod poſſum, frequentabo.

Id ergo agit Eccleſia. Vt indicio aliquo facto Deum in totum placatum intelligat ſibi. Id dicit cum trahi ſe poſtulat, Et ad curſum ſe comparat, Habes rem paraphraſi expoſitam, Et quidem luculenter.

Tunicæ pelliceę ſeruilis habitus, pœnitentiæ ſigna. Optat Eccleſia in totum habere Deum placatū. Paraphraſis luculenta.

IX.

Senſus huic ſtatui accommodatus. Sed habes quiddā ſimile apud Oſeā. Fœmina diuertit à marito. Ille conatur illam reducere. Et vere reducit in domum,

Oſeæ locus, inſignis ad illuſtrandum ſenſum traditum. *Oſea 2. 5. & ſeqq.*

Hic mihi ſenſus ſatis aptus horum verborum eſt viſus, & ſtatui, qui deſcribitur Eccleſiæ accommodatus. Ac ne putes rem hanc ſine exemplo eſſe, meminiſſe eorum oportet, quæ apud Oſeam legimus, quæ tam ſunt gemina his, & ouum, quod dicitur, ouo ſimilius non ſit. *Dixit: vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & potum meum*. Habes maritam fœminam diuertentem ad alienos, viro relicto. Vide nunc quibus artibus eam adſe reuocare conetur viri benignitas. *Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: quæret eos, & non inueniet*. Vide nunc, vt optimi amantiſque viri artes procedant. *Et dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat tunc magis, quam nunc*. Hoc iam ſtatu verſabatur Eccleſia, cum diceret: Trahe Me. Vide poſt hæc Dei conqueſtiones illas, ab rei indignitate adhuc durantes: *Viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur in aure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur*. Hæc ad irarum adhuc calorem pertinent: ad omnimodam indulgentiam, omni ſedata tempeſtate, illa: *Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius; & canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ*. *Lactandi* autem vocabulum, non à lacte præbendo eſt dictum, ſed ab antiquo verbo, *lacio*, vnde, *allicio*, & *pellicio*, vt obſeruauit in tempore doctus ex noſtris vir. Significat autem artibus bonis allicere aliquem in id, quod velis: eſt id, quod à Paulo iactatum: *Cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi*. 2. Cor. 12. 16. Hæc Tractio illa ſcilicet eſt, quam Eccleſia ſuſpirat, quo ſenſu dictum: *In funiculis Adam Traham eos; in vinculis charitatis*. Oſeæ 11. 4. Ideſt, *loqui ad cor*, blandè alloqui, & alloquio conſolari, quod amans maritus ſolet cum vxore, vt mœrorem abſtergat. Id optabat ille, cum diceret: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me*. Pſal. 50. 14. Spiritu illo *Principis* ingenuo, & nobili; qualis tu es, qui nihil commune habet cum plebeio ſpiritu ſordido, vilique, qui facilè iraſci ſolitus, iras implacabiles exercet. Optimè ergo loco hoc, atque hiſce verbis deſcribitur incipientium ſtatus, cum abolita culpa per nouam conuerſionem, adhuc angi ſolent cogitationibus varijs, moleſtiſque; an verè remiſſa ſint ſibi peccata; an in gratiam accepti Dei; an in totum iuſta illius indignatio conquieuerit. Quod ſi, dum his perplexitatibus diſtrahuntur, ſplendidior dies à Deo affulſerit, & ſerenior facies ſit reddita, vix præ gaudij magnitudine apud ſe eſt animus. Tunc ſcilicet in Curſum effuſus dicit: *Viam mandatorum Cucurri, cum dilataſti cor meum*. Pſal. 118. 32. Id autem eſt, quod ſequitur proximè.

Sed manentibus prioris iræ veſtigijs. Donec tandē omnino in gratiam recipit. Nam lactare apud Oſeam, allicere eſt. Et ſuauiter trahere. Et lætam faciem oſtendere. Habes hic incipientium imaginem, Cum conuerſi moleſtis cogitationibus diſtrahuntur, Donec à Deo lætentur.

Lactare, pro allicere, & blande trahere. Loqui ad cor, alloquio conſolari. Spiritus principalis, ſpiritus dignus Principe, qui citò ignoſcit. Incipientes ſæpe timidis cogitationibus anguntur.

NOTATIO IX.

CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM TVORVM.

I.

Hæc quodam ad fideles conuerſos referunt,

QVI proxima ad Chriſti in carne aduentum, totamq; Incarnati Verbi œconomiam retulére, hæc conſequenter accipiunt, de multitudine eorum, qui, poſt prædicatum Euangelium, cucurrére, totis effuſi examinibus, ac velocitate, qua contentiſſimo curſu ſequuti

Digitized by Google

ſequuti ſunt illum, qui *Exultauit vt Gigas, ad Currendam viam*. Pſal. 18. 7. Cui ſatis ſcilicet virium ſuppetebat, non ad Currendum modo, ſed ad leuandum in humeros, qui ſe ſequi vellent, & ad ſeſe Trahendos per abundantem, ac robuſtam gratiam, per Sanctum Spiritum communicatam. Non ergo abſque cauſa formam mutaſſe ſermonis, &, cum dixiſſet ſingulariter; Trahe Me, ſubdidiſſe, velut de multis loqueretur: Curremus, Ne quis ſe ſolam ituram arbitraretur. Cum autem id non ante contigerit, quam ſublato in cœlum Chriſto, & nata Chriſtiana Eccleſia; de Synagoga interpretantur quidam, tàm illud, „ Trahe Me, quàm quod ſequitur, Curremus. Cum me iam ſenio feſſam, culpis, & ætate „ ſentiam grauem, tamen, quæ tua eſt benignitas, ad te Trahes: peccatorum ſcilicet ſarcina „ liberatis, &, quaſi aquilæ renouabis iuuentam: tunc ego cum nouellis Eccleſijs rapido „ curſu veſtigia tua conſequar. *Non Curram ego ſola*, ait Bernardus, *etſi ſola me Trahi petierim; Current & Adoleſcentulæ mecum; ego in odorem Vnguentorum tuorum, illæ vero excitatæ meo exemplo, atque hortatu*.

Poſt prædicatum Euangelium.

Alij ſynagogæ tribuunt.

Senio iam defecta,

Sed annis poſitis renouatæ,

Currenti cum nouellis Eccleſijs.

Synagoga effœta currit ad Chriſtum renouata in nouis conuerſis.

II.

Sed non omnia immediatè incarnationem reſpiciunt:

Cæterum nec neceſſe eſt, omnia immediatè ad Incarnationem referre, licet in id myſterium, tanquam in ſcopum, totus hic liber collimet. Nam certè alia propius, remotius alia feruntur in illud. Cucurrit ſemper Eccleſia ſcilicet: &, tametſi non ſemper eadem velocitate, & contentione, ſaltem eodem deſiderio, quoad conſecuta Chriſtum eſt. Nec aliter ipſa Cucurriſſe dicitur, quam quia priuati quique fideles, ex quibus illa conſiſtit, omni ſæculo Cucurrere, lentius, & impeditius alij, externarum amore rerum vel impediti, vel grauati: velocius, & expeditius alij, quibus externa illa impedimenta non morabantur iter. Sic Cucurriſſe Abelem ſcimus ſub Naturæ lege: ſic Enochum, qui meritus à Deo tolli, & à mortalibus ſecerni. Sic Noe, ſic Iobum, ſic Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum, vitæ innocentia meritos Dei conſortium. Sub lege autem ſcripta magnos illos viros Prophetaſque, Moſen, Aaronem, Danidem, Iſaiam, & cæteros, ſiue Reges, ſiue Pontifices, aut Dei Miniſtros. In his nimirum Cucurrit Eccleſia, in ſtatibus ſingulis; & quamuis Cucurriſſe ad Chriſtum ſatis ſcimus, fide, & charitate, non manibus, quod dicitur, apprehendiſſe, eſt certum. Ea fęlicitas illis ſeruata; qui dicere potuére: *Nos, qui manducauimus, & bibimus cum illo*. Act. 10. 41. Ergo à longe alij futura myſteria ſalutabant; propius alij ſpectatores illorum præſentium erant. Quemadmodum autem Currere nemo poterat, ea ratione, quin Traheretur ad Chriſtum, S. D. E. *Nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me Traxerit eum*. Ioan. 6. 44. Ita nec Trahi Eccleſia ipſa poterat, quin in ſingulis Traheretur. Cum ergo poſtulat Trahi ſe, ſingulari numero, non de ſe loquitur ſola, excluſis ſingulis, ex quibus componitur membris: quemadmodum cum dicit: Curremus, & ſeſe, & cætera membra ituram fatetur. Fruſtra ergo myſterium aliud agnoſcas in diuerſitate numeri, niſi, quia, quod monitum ſupra eſt, illa vna & ſingularis, & etiam multiplex Eccleſia eſt; ſingularis, quia myſticum vnum corpus; multiplex, quia verè ex multis, diuerſiſque membris conſiſtens. Vt vna eſt ergo, & ſingularis dicit; Trahe me; vt verò multiplex, ſubdit; Curremus: quod doctè obſeruatum à Beda monendum hic fuit.

Nam ſemper cucurrit Eccleſia, in ſuis filijs.

Abele ſcilicet, & cæteris in naturæ lege.

In Moſe, & alijs in ſcripta,

Tametſi non omnibus contigit videre Chriſtum.

Quæ fælicitas Apoſtolis ſeruabatur.

Omnes autem traxit ad Chriſtum Pater.

Cumque illis Eccleſiam.

Nec myſterium aliud latet in diuerſitate numeri.

Eſt enim Eccleſia vna, et multiplex.

Semper Eccleſia cucurrit ad Chriſtum in ſuis filijs ſub omni ſtatu.

Alij à longe ſalutarunt Chriſtum, alij manibus contrectâ verè.

Eccleſia in ſe vna, in filijs multiplex.

III.

Neceſſe ergo non eſt hæc referre ad Chriſti tempora,

Quod ſi ſub omni ætate Eccleſia ſuo modo Cucurrit ad Chriſtum, Tracta ab eo, haud certè eſt opus, Curſum hunc ad illud tempus reuocare, quo actus in crucem Chriſtus, velut ſublato ſigno, omnes ad ſe Gentes vocauit: atque eo in cœlum ſublato, ac prædicato Euangelio, pia quadam contentione omnes nationes orbis cucurrére; cum ſcilicet plenitudo Gentium cæpit intrare. Nihil ergo obeſt, dictum, Curremus, multitudinis numero, quin hæc ad ea, quæ Eccleſiæ, ſub Naturæ adhuc verſanti cunabulis, pertinebant, propriè referamus: nec eſt, quod in alio quæramus ſtatu, quod ob oculos eſt in illo. Trahi ergo ſe poſtulat aliquo benignioris affectus facto indicio, quo ſcilicet intelligat, conquieuiſſe in totum indignationis illos fluctus, quibus Dei agitatum pectus fuiſſe docta experimento erat. Ea ſi fęlicitas contingat, ſe in Curſum effuſam properaturam ad illum; ſatis benè ſecum actum reputantem, ſi vel præeuntem Dilectum ponè ſequi daretur.

Cum Gentes ad illum cucurrere,

Cum aptari poſſint ad Eccleſiam ſub Naturæ lege.

Cupiêtem Dei faciem benigniorem ſibi oſtendi.

Eccleſia cur de ſe loquatur multitudinis numero.

Trahimur ad Deum per benignitatis & clementiæ indicia.

IV.

Odor verò vnguentorum

Odorem autem Vnguentorum, qui cætera de Chriſti in carne aduentu interpretati sũt, conſequenter notitiam ſanctitatis, doctrinæ, operum, miraculorum, legis, ſacramentorum, conuerſationis, & gratiæ Chriſti intelligunt. Nobis alia via tenenda, iuxta interpretationis noſtræ conſequentiam. Vnguenta nihil ſunt aliud, quam diuinæ ipſius clementiæ, ac benignitatis data indicia; eam enim benignitatem ſignis oſtenſam ſciebat eſſe, qua demenda omnis ſibi perplexitas erat: atque minus audenti ad Currendum dandi, vt Dei amplexibus, & oſculis potiretur. Et verò ambulanti per fidem Eccleſiæ, cui Dei conſpectu frui minimè concedebatur, quidquid id erat, quod obijciebatur, quo duceretur ad illum, cuius arcebatur aſpectu, Vnguenti Odorati vice erat, quo velut indagine veniret ad illum. Sic venaticus canis, afflatu ducatum præbente, leporem ſequitur, &, minimè quanquam viſum, tandem aſſequitur, ſagace nare illi pro duce viam monſtrante per incertas quanquam ſemitas. Opera autem diuinæ benignitatis, ac clementiæ id habent, vt, etiam minimè aduertentes, & alia agentes, admoneant, cogantque rimari, quod obſcurum

Diuinæ clementiæ indicia interpretamur,

Quibus animata Eccleſia, itura erat ad Deum.

Quaſi indagine quæſitum, quæ per fidem adhuc ambulabat.

Nam & odoribus etiam aliud agentes admonentur.

Odor vnguentorum, notitia operum Chriſti.

Vnguenta clementiæ diuinę indicia.

Simile appoſitum.

Canis odore ſolo admonitus, prædam ſequitur.

Digitized by Google

ſcurum videtur, latetque omnino. Sic de Vnguentis dicebat ille: *Summa eorum commendatio, vt, tranſeunte fœmina, odor inuitet etiam aliud agentes.* Plinius.

VERSVS III.

PARS POSTERIOR.

INTRODVXIT ME REX IN CELLARIA SVA: EXVLTABIMVS, ET LÆTABIMVR IN TE, MEMORES VBERVM TVORVM, SVPER VINVM: RECTI DILIGVNT TE.

COMMENTARIVS.

NONDVM, facto in ſe Dei propenſioris affectus indicio, anxietatem poſuerat, & iam velut voti facta compos, exultat, futuraſque voluptates, & cogitatione tractat, & iactat ſermone. Sic ſæpe, qui amant, futuris ſe gaudijs, aut certè cupitis, ſperatiſque oblectant. Et ab eo quidem primitiua illa Eccleſia, quod fuiſſet merita, auertens oculos, ac de vna Dei benignitate, quam experta dudum fuerat, confidens, fauſta ſibi omnia pollicetur. Futurum aliquando, nec diu tamen fęlicitatem differendam, vt ab eo in penetrale intimum admittatur, vbi conſolationum, ac ſpiritualium gaudiorum, coaceruatas, repoſitaſque habeat opes; ibique plenis poculis prouocandam. Tunc omni præteritorum abiecto mœrore, triſtitiaquę detersâ Exultabundam hæſuram Deo tenaciter; in quam diuerſam ſortem vocata illius clementia fuiſſet, reputantem. Tunc animum veris ſolidiſque delitijs perfruentem, quantum indulgentiſſimo Domino debeat, nunquam de memoria poſiturum. Imitaturam in eo porro cœleſtes illos, beatoſque ſpiritus, qui iugiter tota mente Deo adhærent, atque vnius ardent amore; quorum id eſt proprium, vt nunquam, & nuſquam aciem deflectentes a ſummo bono, nulla terrenarum rerum affectione pulſentur, aut ab amore illius auocentur. Sed audi illam ſuo ipſius ore hæc loquentem.

ENARRATIO.

AD me quidem quod attinet, pudet, pigetque (cum me reſpicio) contractæ labis: atque indignitatis admonita mea, oculos ipſa deijcio, atque ita pudore afficior, vt vota omnia excidant mihi. Sed benè eſt, quòd Dei benignitas, quam dudum experta ſum, leuat iacentem, atque ad audendum, & ſperandum inuitat. Erit, cum me in intima amoris adyta introducat: cum, omni indignationis nube deterſa, faciem illam obuertat, qua beatas mentes exhilarat: cum me & grandium ſecretorum conſciam, & gaudiorum faciat participem. Tunc ſcilicet verè intelligam, quam magna ſit Dei domus dulcedinis multitudo, quam ſe diligentibus præparauit: quam dulcis cum eo conuictus, quam ſecura ſocietas, quam ſine vllo amaroris veſtigio conuerſatio tunc in immenſum cæleſtium gaudiorum immerſa pelagus, id vnum ſcilicet cogitabo, quam alia rerum mearum fortuna ſit, à priore: vt, penè iam vix iraſcar errori, qui mihi tantæ fælicitatis occaſio fuerit. Quanta autem tunc meo dilectiſſime Deus, putas imbuendam lætitia, reputantem diei fælicitatem illius, ac præſentia bona talia, ac tanta cum ijs comparantem, quæ ex vſu creatarum rerum obuenient mihi! Sed omnis lætitiæ inundatio vno de fonte prodibit: nam &

tui

Digitized by Google

tui per charitatem coniunctio incitabit affectum, implebitque: ne quid ſit aliud, quo titillari animus poſſit, ad reliqua nauſeabundus: ac ne vacuus quidem locus voluptatibus alijs, aut vitæ delinimentis relinquatur. Tunc mihi inter beatas illas Mentes verſari videbor, quæ corporeæ fæcis concretione omni ſubmotæ, vnum te cogitant, vnum diligunt, vni adhærent; nec vllo aliarum extra te rerum affectu pulſantur; aut à tui vnius amore poſſunt auerti.

NOTATIO X.

INTRODVXIT ME REX.

SVM. COM.

I.

Nexus horum cū proximis.

Quidam de præteritis hic eſſe ſermonem volunt.

De delitijs ſub innocentiæ ſtatu.

Tamet præteriti temporis verbum, introduxit

Senſus paraphraſi expoſitus.

Nam fuit Adamus extra Paradiſum conditus, in eum inductus.

Vt ſe ſciret non Dominum eſſe illius.

Quidque per naturam haberet, quidque per gratiam.

Factus igitur compos illius felicitatis.

Id iactat cum in cellaria ſe introductam dicit Eccleſia.

NECTENDI hæc cum ſuperioribus ratio indicata in Commentario eſt; fuſius autem tradita Commentario Dramatico. De ſenſu autem arcano operoſior diſputatio eſt, propter verbum Introduxit, quod præteriti cum ſit temporis, videtur, ad ea, quæ tranſacta fuerint, referendum. Et verò magnorum Authorum eſt ſenſus, hic de præteritis eſſe ſermonem: quo autem referenda ſint, non omnes eadem tradidére ratione. Quidam ad tempus illud referunt, quo Eccleſia vno eodemque tempore, & nata, & adulta ſub innocentiæ ſtatum ad intimam cum primis parentibus familiaritatem Dei vocata, & theſaurorum ſapientiæ, & ſcientiæ eiuſdem conſcia, & ſecretorum particeps, & intimis dilectionis paſta delitijs, gloriari potuit, nihil eorum negatum ſibi, quod Deus ijs, quos impenſè diligit communicat. Hæc non ineptè dicuntur ad nexum ſecundum eam viam, quam iniuimus. Modus autem ipſe loquendi ſatis indicat, nullo ſuo merito tanto fuiſſe fauore dignatam. Introduxit, inquit, Me. Non ipſa meis innixa pedibus ſum ingreſſa; natura ſcilicet imbecilla, nec potens conſiſtere. Ille me per gratiam ſuam forti virtute donatam, manuque prehenſam, intulit in intimum penetrale. Quo ſatis indicatur ſuperabundans illa gratia, qua præuenti primi Parentes in Paradiſo ab vna Dei Creatoris liberali voluntate. Certè Adamum, extra locum voluptatis conditum, induxit in illum Dominus, vt ſe ſciret, non indigenam eſſe, ſed inquilinum, & hoſpitem eſſe loci illius: ideoque non Dominum, ſed precario tanta fęlicitate donatum. Arcana autem magis intelligentia, vt non ignoraret, quid natura ſua haberet (tametſi & naturam à Deo acceperat) quid autem per gratiam. Nam natura nudus egenſque ſpiritalium bonorum, nec ius ad hæreditatem nactus, niſi benignitate Creatoris in altiorem ordinem vocaretur, ſub illa natalium vilitate ſordeſcere eum neceſſe erat, ignobilem, ignotumque. Ergo in Dei filium adoptatus, & patrimonij totius deſignatus hæres, mittitur in poſſeſſionem Paradiſi; multoque magis donorum gratiæ, quæ in illum abundantiſſimè collata eſt. Hæc Cellaria vocat, apothecas ſcilicet, ſiue promptuaria, in quibus, quæ precioſiſſima, & cariſſima Deo erant, ſeruabantur: in quæ ſe Introductam dicit, non oculis modo ſpectatura, atque inani ſe voluptate, non tam impletura, quam occupanda; ſed vt omninò tantis bonis frueretur ad votum.

Eccleſia in Paradiſo delitijs donata.

Eccleſia gratis tantis gaudijs in Paradiſo donata.

Adamus extra Paradiſum conditus cur in eum immiſſus.

Cellaria dono donorum gratiæ abundantia.

II.

Ergo ex præteritis argumentatur ad futura.

Sperans ſe in ſimilem ſtatum reſtituendam.

Creatoris benignitate eiuſdem.

Grauis ſenſus ſed obeſt aliquid.

Quod introductionem alio refert.

Alio exultationem.

Cum tamen coniuncta ſint.

Et eodem reſpiciant, ſi verba perpendas.

Ex ijs ergo, quæ fuiſſent tranſacta, ad futura argumentari, quaſi dicat: Memini, cum me Dei benignitas ſumma illa in Paradiſo fęlicitate beauit, ſed me ſcilicet ſub tanta ſorte laborantem, id ipſum, quod ſeruare poterat, perdidit. Impar enim tantorum affluentiæ bonorum, omnia mea amiſi culpa. Me verè miſeram! Sed prius improuidam, cœcamque! Miſerebitur errati Deus, quæ illius eſt clementia, iterumque me in ſtatum eundem reponet, ne quid vltra deſiderem. Ipſa autem infęlicitate priore docta, eruditiorque de ruina ſublata, quidquid id erit fęlicitatis, quod obueniet, memori pectore retinebo; non modo gratiam Donatori reuelatura; ſed cautius, ne iterum poſſim amittere, ſeruatura. Hic ſenſus probabilis eſt, eſt enim in ſe grauis, nec ineptus ad interpretationis noſtræ conſequentiam. Quanquam nonnihil obeſt, quod videatur proxima verba: Exultabimus, Et Lætabimur In Te, non alio referenda, quam ad id, quod, Introductam In Cellaria, delectauit. Quæ tamen ſecundum hanc ſententiam alio referuntur: cum velint ex præteritis argumentari ad futura, in hunc ſenſum: Introducta olim fui In Cellaria; ſed inde infęlicitate mea eiecta. Sed quid prohibet ſperare, me iterum Introducendam? Tunc ſcilicet ingens lætitia animum pulſabit meum, cum videam me tanta fęlicitate donatam, quam ipſa, & gratiſſima memoria retinebo; & impensè, ne ab ea excidam, conſeruabo. At verborum ordo ipſe ſatis indicat, non aliunde & Exultationem, & Lætitiam obuenturam illi, quam quod Introducta In Cellaria fuerit. Ne igitur duplicem fingamus ſine cauſa in vno verbo Introductionem, aliter cogimur hæc interpretari.

Paraphraſis.

Eccleſia diuinat ſe aliquando reſtituenda in ſtatum priſtinum.

Exultatio & lętitia ad introductionem referenda.

Hebræorum Doctores de Synagoga hæc accipiunt, quanquam in eo ipſo minimè in-

Digitized by Google

SVM. COM.

III.

Hebræi de Synagoga interpretantur.
Sed non eodem modo omnes.
Quidam ſic tradunt.
Populum introductum in promiſſam terram.
Et accepiſſe legem, ea eſſe cellaria.
Cuius rei memoriam etiam hodie manere apud eam gentem.
Sed ſenſus Iudaicus eſt.

Hebræorum ſententia.

ter ſe conueniunt. R. Aben Ezra refert ad Introductionem in promiſſam terram, qui, ſi ibi hæſit, inepte interpretatus eſt. R. autem Selomoh magis arcana intelligentia, tametſi ſatis loquitur obſcurè, de Dei in illum populum fauoribus exponit. Et populum quidem ſequutum Dei imperium per horridas ſolitudines, & ſqualentia ſaxa: nec tamen fuiſſe queſtum, quod in horrida illa, ac ſterilitate ſua ſola loca nobilia deductus eſſet, omni ſublata ſalutis ſpe, quantum ad id attinet, quod oculis obiectabatur. Ibi tamen Deum, &, circunducta nube, ducatum præſtitiſſe incerto itineris; & dediſſe legem inſcio, qua ratione Deum coleret. Hæc illa eſſe Cellaria, in quibus congeſtæ voluptates: hæc promptuaria diuitiarum, quarum ſemper populus ille meminerit, exultabundus præ lætitia etiã nunc, tametſi afflictationibus, exilio, ac calamitatibus multis preſſus. Id acutè excogitatum eſt; ſed præterquam quod ſenſus Iudaicus eſt, & ad illum refertur populum, etiam poſtquam reprobatum, abiectumque Deus tradidit in reprobum ſenſum; rerum ordinem anticipat; nondum enim ſtatus ſub lege deſcribitur, quod ſæpè alias obſeruatum eſt; adhuc iuuenis illa eſt, adhuc ad Sponſæ honorem aſpirat, nondum promiſſionibus de Meſſia venturo factis, nondum accepta lege, cum tabulæ Sponſales ſcriptæ ſunt, vt ſuo loco dicetur.

IV.

Alij ad recens conuerſos ex Iudæis referunt.
Quibus olim multa arcanorum ignoratio.
Sed per Chriſtum ea cæpere detecta.
Ideo Moſen ad oſtium tabernaculi non in adyta admiſſum.
Quæ Apoſtolis patuere.
Hæc cellaria eſſe Regis.
Sed ſunt quæ huic ſenſui obſtent.

Synagogæ arcanorum negata notitia, quoad Chriſtus venit.

Moſes ad veſtibulum tantum admiſſus, Apoſtolis adyta patuere.

Alij ad ſynagogam quidem referunt, ſed nuper ad Chriſtum conuerſam. Tunc in penitiſſima introductam arcana, atque in intimas ædes Dei: olim enim & Prophetiarum obſcuritate nubem mentibus obductam; & figurarum vmbra veritatem obuelatam, ne poſſet ſcilicet tota ſe luce pandere. Quin etiam Chriſtus, poſtquam, homo factus, nouam traderet doctrinam, in parabolis illi populo ſolitus loqui; vt audiens non intelligeret, videns minimè cerneret. Tandem Apoſtolis, ideſt, paucis de circunciſione fidelibus, myſterium Regni Dei clarè cæpit proponere; ac ſine ambage dare cæleſtis ſapientiæ documenta. Quod & olim contigit Moſi in futurorum figuram, cui in veſtibulum domus admiſſo, ad oſtium tabernaculi loquebatur. Apoſtolis autem datum, vt in Sancta ipſa Sanctorum admitterentur: & in penitiſſimam ſcripturarum intelligentiam introducerentur: cumque illis pauci illi de Circunciſione fideles, qui ſe adiunxerant Chriſto. Hanc ſynagogam eſſe, quæ ſe iactat in Cellaria Regis introductam. Sic de veteribus PP. plerique Greg. PP. Iuſtus Vrgel. ac Theodoretus hoc loco. Hieronym. epiſt. 142. ad Damaſ. & Rupertus. Senſus grauis, ac doctrina veriſſima. Sed dabit lector veniam, ſi quid in ea diſſidemus, non diſſimulamus. Omnes, credo, coëgit ita interpretari verbum illud, Introduxit, quod cum præteritum indicet, opus fuit aliquid quærere, quod tranſactum eſſet, cui & Introducendi ipſa notio, & penetralium nomen quadraret. Nihil autem viſum eſt aptius, quam ſi Cellaria ſcripturam interpretarentur: Introductionem autem Chriſti doctrinam, qua clauſa hactenus myſteria panderentur. Hinc illa Hieronymi, cuius vnius verba ſubieci, loco proximè indicato. *Legimus in veteri teſtamento, quòd ſemper Dominus Moſi, & Aaron ad oſtium tabernaculi ſit loquutus, quaſi ante Euangelium necdum eos in Sancta Sanctorum introduxerit; ſicut & Eccleſia poſtea Introducta eſt; dicens: Introduxit Me Rex In Cubiculum Suum.* Citat locum ex Edit. LXXII. qui pro Cellarijs habet ταμεῖον, quod plerique cubiculum interpretantur. Sic certè S. Ambroſius ſerm. 2. in Pſal. 118.

Et ſi fauet verbũ præteriti temporis.
Et Hieronymi authoritas.
Cuius verba habes.
Vbi pro cellarijs habet cubiculum.

Ταμεῖον. Cubiculum, pro Cellarijs.

V.

Sed hic pro futuro poſitum præteritũ.
Quod ſequentia probant.
Et quæ præceſſere.
Nam quæ nondũ tracta erat.
Introducta eſſe non poterat.
Alioqui ſponſus nondum in ſcenã inductus.
Introduxiſſe non potuit.
Præteritum autem pro futuro ſæpe poni.
Probatur vſu ſcripturæ.
Et profanorum ſcriptorum.
Habes ſenſum paraphraſi expoſitum.

Introduxit pro introducet poſitum.

Sponſus non adhuc in ſcenam inductus.

Sed haud neceſſe erat vocem illam de præterito interpretari, tametſi præteritum ipſa ſonat, quod alio loco monitum à nobis eſt; hoc verò tum ex his, quæ ſequuntur, quæ futurum indicant tempus, nec alio referenda ſunt, quam ad hanc ipſam Introductionem, vt ſeries ipſa confirmat, oſtenditur planè: tum ex his, quæ præceſſere. Nam cum dixiſſet Trahe Me, Poſt Te Curremus; moxque ſubiungat immediatè; Introduxit Me, ſatis intelligitur non de Introductione loquutam, quæ tranſacta iam fuiſſet, ſed de ea, quam futuram certò ſperaret. Nam cum Trahi ſe oraret, nondum Introducta fuerat, alioqui fruſtra id oraret, quo iam potiretur: nec dum verbum illud proferret Introductam dices, vt momento eodem & petentem, & conſequutam, quod peteret, arbitreris. Alioqui, cum ſubiungeret: Exultabimus, non erat cur lætitiam ad futura referret, quaſi Introducta quidem Exultare non poſſet: diceret potius Exultaſſe ſe, quod verè poterat. Accedit, non videri Sponſum omnino adhuc placatum, atque in ſcenam inductum ad verſum vſque 8. vt, quam nondum vidiſſet, nondum alloquutus eſſet, Introduxiſſe non etiam poſſet. Introduxit, ergo poſitum pro Introducet, vulgata, ac frequenti ſacri ſermonis forma loquendi, propter rationes alio loco traditas. Sic Chriſtus breui excitaturus Puellam, *Non eſt, inquit, mortua puella, ſed dormit.* Dormire arbitramini, quæ mox ſuſcitanda eſt. Matth. 9. 24. Et Ioan. 17. 4. *Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt facerem.* Ioan. 17. 4. Nondum conſummauerat, cum nondum actus in crucem eſſet, ſed breui conſummaturus erat, quod futurum ergo proximè, factum reputauit. Sed exemplorum ſatis. Nec latini horrent ſermonis hanc formam. Sic dicebat ille:

Leuтum eſt, dabit, dat: hoc quoque eſt lentum, dedit.

Seneca.

Latet autem in eo vel ſperatæ rei ſecuritas, vel futuræ certitudo. Hoc autem loco grandis fiducia Eccleſiæ ex Dei benignitate profecta. * Scio meritam me eſſe repulſam; ſed

expe-

Digitized by Google

,, experimento didici, quanta Dei benignitas ſit : ſcio, potius eum, quid ſe deceat, quam quid
,, ipſa ſim commerita, expenſurum. Clementiæ illius iniuria fuero, niſi ſperem, certoque
,, credam, breui me in amoris ipſa adyta admittendam; & omni ad ſatietatem gaudio inui-
,, tandam, implendamque.

VI.

Cellaria vero quæ ſint, dubium eſt. Quidam arcana ſcripturarum intelligunt. Quæ per Christũ patuerint. Iudæis atque Gentilibus. Tunc in ea introductam Eccleſiã.

Cellaria arcana ſcripturę ex q. 5.

Christus Iudæis ſimul & Gentilibus ſcripturas aperuit. Paraphraſis.

Cæterum quid Cellariorum nomine intelligi oporteat, grauis omnino quæſtio eſt. Plerique adyta ſcripturarum intelligunt, ac myſteria in illis latentia, abſcondita quidem hactenus tum Iudæis, tum Gentilibus; quo pacto interpretantur illa Iſaiæ 29. 11. *Et erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras, dicent; lege iſtum; & reſpondebit: non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti litteras, dicetur que ei, lege: & reſpondebit: neſcio litteras.* Scientem litteras interpretantur Iudæorum populum: Neſcientem Gentilem. Chriſtum autem & ſignacula libri ſoluiſſe, vt iam Iudæo clauſus non eſſet; & facultatem Gentili præſtitiſſe, & legere, & intelligere poſſet. Eo ergo Ec-
,, cleſiam reſpexiſſe, cum diceret Introducet Me In Cellaria Sua. * Aduenies tempus cum
,, ſcripturarum arcana pandantur mihi, cum illuminante Deo ſuorum mentes reſignatoque
,, ſigillo, pateant omnia, & nihil iam ſit, quod ab ſcripturarum arceat intelligentia. Tunc
,, ipſa, tanta fęlicitate donata, exultabunda geſtiam, ingenti lætitia perfuſa.

VII.

Sed ſenſus hic rerum ordinem confundit. Immo & tempora. Nondum enim Eccleſia legem acceperat. Nec fuerat donata ſcripturis. Tantum ſperat ſibi à Deo donandum. Quod ipſa nondũ petere audet.

Eccleſia conſecuturam ſe ſperat. Dei fauore. quod petere adhuc non audet.

Sed hic interpretandi modus ipſarum rerum ordinem permiſcet, atque confundit: nec enim neceſſe eſt, Introductionem hanc in Dei Cellaria in illud tempus reſeruare, quo, adueniente Chriſto, ſcripturarum arcana in patentem lucem educenda erant, vt eſſent omnibus nota, niſi oculos ipſi vellent occludere. Aliquid ergo indicat iuuenis illa Eccleſia, quod ad ſe pertineat proximè. Nondum legem acceperat; nondum ſcripturis donata fuerat; nondum viderat Chriſtum; adhuc ſub crepundijs ætatis quodammodo verſabatur; adhuc pudore admiſſæ labis confuſæ, quid fuiſſet merita recordabatur. Senſim ergo in ſumma conatur, ac ſuos per gradus proficit, non in amore ſolum, ſed in Dei fauoribus. Id ergo poſtulat ſolum, vt prorſus, offenſione priore poſita; placatum habeat Deum. Sic Trahi ad illum optarat; aut potius, vt indicio facto clementiæ, liceret ſibi accedere propius, & amplecti. Itaque, quod, ſe conſiderans ipſam, aggredi non audebat, id ipſum, addente animos Dei clementia, certò ſe conſequuturam ſperat, adeo de ſucceſſu ſecura, vt, quod nondum eſt factum, factum reputet, ſeque Introductam putet, quo nondum penetrare potuerat.

VIII.

Cellaria ergo non lex, non ſcriptura. Sed Dei fauores alij. Quibus propius ad Deum poſſet accedere. Senſim enim creuit in amore, ſicut in Dei cognitione. Nec alius ſenſus Ambroſij, & Origenis.

Cellaria ſunt Dei fauores intimi, & conſolationes.

Cellaria ergo non legem, non ſcripturam, non ipſum accipies Euangelium, longius hæc ſcilicet aberant, ſi ſtatum Eccleſiæ, ſub illis initiorum cunabilis, conſideres: ſed Dei fauores alios, ſiue inſtructionem per intimas illuſtrationes, doctrinaſque, ac futurorum myſteriorum clariorem notitiam, accipias; ſiue propenſioris in eam Dei dilectionis indicia, infuſis in animum conſolationibus illis, ac cæleſtibus gaudijs, quibus eas animas, quas ſibi Deus propius adiungit, vel Trahere ad ſe ſolet, vel Tractas retinere, ac velut adhuc teneras, ac lactentes recreare. Quemadmodum enim negari non poteſt, ſenſim Eccleſiam in Dei, diuinarumque rerum cognitione proficere; ita affirmandum eſt, auctam ſenſim in amore, ac Dei familiaritate, atque interiore conuictu. Sic interpretatur Ambroſius ſerm. 2. in Pſal. 118. Cellarium, ſeu cubiculum. *Illud ſecretum, in quo ſunt theſauri ſcientiæ, & cognitionis illius. In hoc cubiculum iuſtitiarum Sponſa ſe popoſcit Introduci.* Sic etiam Origenes homil. 1. ex 4. *Quod aliud cubiculum Chriſti, & promptuarium credendum eſt, in quod vel Eccleſiam, vel animam cohærentem ſibi Sponſam Introducat, niſi ipſe arcanus eius ſenſus, & reconditus?*

IX.

Introducendi vero verbum propriũ ſtatus in quo Eccleſia eſt. Quam Deus ab imperfectis ad perfectiora deducit. Et à facilibus, ad ea quæ ſuperant ſenſum. Ad cuius exemplũ ſe Paulus finxit. Imitatus Chriſtũ bonum magiſtrũ. Qui ſic diſcipulos inſtituit. Et Spiritu S. adueniente perfecit. Doctrinæ huius ſeriem diſce ex Paulo.

Introducere quid ſit.

Deus ſenſim Eccleſiam ab imperfectis ad perfecta deducit. 1.Cor. 3. 1.

Chriſtus bonus magiſter, quem imitatus Paulus.

Hebr. 5. 12.

Et quidem accommodatè ad illum iuuenis Eccleſiæ ſtatum Introducendi vocabulum poſitum eſſe, quæ ſubeſt illi propria notio ſatis perſuadet, ex Græcæ vocis proprietate. Nam ſi Cellaria, quod monitum eſt, accipiamus ſecretioris doctrinæ adyta, modus indicatur quo Deus ab initio inſtruere Eccleſiam ſolitus, ſenſim ſcilicet ab imperfectioribus ad perfectiora deducens, ætati ſe illius accommodans, & captui aptans doctrinam. Optimus ſcilicet docendi Magiſter eſt, non vno velut hauſtu vaſtum ſapientiæ propinat Oceanum, ne rerum ſcilicet ipſa magnitudine, nondum adultæ Eccleſiæ obruatur intelligentia. Manu ergo prehenſam, per faciliora, ad ea, quæ ſenſum ſuperant omnem, deducit; quoad firmatis viribus, vſuque diſcendi condocefactæ, grandiora communicet. Sic dicebat Paulus optimi Magiſtri bonus diſcipulus. *Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed necdum quidem poteſtis.* 1.Cor. 3. 1. Et Dominus: *Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Ioan. 16. 12. Rudibus adhuc, & in ſchola ſua tyronibus multa tradiderat; ſed ea tamen omnia ſi cum illis componas, quæ poſtquam aſcendiſſet in ſuum cœlum miſſo velut Doctore Spiritu Sancto, illis communicauit: intelliges, prius velut adhuc pueris, ac incipientibus erudiri, elementa cœleſtis doctrinæ tradidiſſe: poſtea grandioribus, ac prouectioribus ſapientiæ eiuſdem adyta reſeraſſe. Hanc doctrinæ ſeriem apud Paulum habes. *Etenim cum deberetis Magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonis Dei.* Et fa-

Digitized by Google

ſti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim, qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ; paruulus enim eſt: perfectorum autem eſt ſolidus cibus: eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni, & mali. Hebr.5. 12. 13. 14.

NOTATIO XI.

EXVLTABIMVS ET LÆTABIMVR IN TE.

I. *Quidam Adoleſcentulis hæc tribuunt. Eccleſiæ gratulantium introductionem. Aut ſperantium introduci. Sed eiuſdem Eccleſiæ verba ſunt. Etſi quidam non de ſe ſola loquutam putant. Se de Adoleſcentulis etiam. Id probabile eſt. Nam ſine filijs illa introduci non poteſt. Affectum itaque matris induit. Exemplo Chriſti Domini.*

CVI hæc tribui verba oporteat, quæſtio grauis eſt, nec ad arcanum ſenſum minimè neceſſaria. Plerique de veteribus Græcis latiniſque Adoleſcentularum eſſe verba volunt, vel gaudentium de Sponſæ fęlicitate, quod ſcilicet à Sponſo in intima ſit admiſſa penetralia gaudiorum; vel ſperantium ſibi aliquando eandem futuram ſortem, vt, quæ nunc per ætatem nondum maturæ ſunt, poſtquam adoleuerint, eadem in adyta recipiantur. Primum illud placuit Origeni, Nyſſeno, Theodoreto, & Bernardo. Alterum Origeni eidem, qui vtrumque ſenſum probat, & Anſelmo. Et quidem omnes in ſuo ſenſu quiſque & piè, & grauiter ſpaciantur, quos tutè videre, ſi velis, potes. Sed præſtat aliorum interpretandi ratio, qui eidem Sponſæ, cuius ſuperiora verba certum eſſe, hæc tribuũt. Ij ſunt Gregorius PP. Caſſiodor. & Beda, præter recentiores pleroſque. Sed in eo ipſo nonnullum diſcrimen eſt; quidam enim, cum animaduerterent dictum: Exultabimus, numero multitudinis, Sponſam non de ſe ſola, ſe de ſodalibus loquutam putant. Cum omnes fuerimus introductæ, quæ charitatis conditio eſt, de ſingularium gaudio, gaudium creſcet omnium. Hoc autem gaudium, & lætitiam frequens tui memoria, commemoratio, & prædicatio identidem renouabit, augebitque ne vnquam langueſcat. Probabile id eſt; nam certè ſi ſodalium nomine Fidelium animas ſingulares accipias, Deo per gratiam coniunctas, ad Eccleſiam ſcilicet ſpectantes, ab ea ſeiungi non poſſunt. Ideoque Introduci illa ſine illis non poterat: ſuo ergo & illarum nomine gaudendum eſſe, meritò profitetur. Induit indulgentiſſima Mater matris affectum, nec vllum ſibi gaudium liquidum eſſe putat, niſi illius Filias participes faciat. Sic dicebat Chriſtus: *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar*. Luc.22.15. Quaſi mel illi cibus poſſet ſapere, cuius partem Diſcipulis non diuideret. Sic poſtquam reſurrexiſſet à mortuis, oblato ſibi piſce, & fauo manducaſſet coram eis, *Sumens reliquias dedit eis*. Luc.24.43.

Fideles in Eccleſia gaudijs ſeiungi ab ea non poſſunt.

II. *Sed probabilius de ſe ſola loqui. Et ſua gaudia meditari. Ex Dei arctiore conuictu.*

Sed probabilius arbitramur numeri eſſe enallagen, & pluralem pro ſingulari poſitum, vt ſupra Trahe Me: Poſt Te Curremus. Quæ loquendi forma non infrequens ſacris ſcriptoribus. Eius autem rei vna eſt ratio, nondum inductas in ſcenam puellas ſodales: adhuc enim ſola ſuas agitat curas, ſua vota loquitur: &, quidquid anxiè deſiderat, veluti iam ſit factum, retractat; quod ex amantium ingenio confictum eſt. Aptè autem, poſtquam ſe in Dei penetrale Introductam ſomniat, etiam gaudia, ac Lætitiam commemorat, prædicatque, ex Dei conuictu percipiendam. Nihil enim eam voluptatem ſatis explicat, quam de Dei coniunctione per amorem pia anima percepiſſe ſe ſentit. Sunt enim in eo genere plura, quæ, cum intimo percipiantur animi ſenſu, atque ingenti cum voluptate, vbi tamen, ea qui ſunt experti, exprimere verbis volunt, hærere in ipſo loquendi conatu coguntur; ac perſenſiſſe contenti, atque animo deguſtaſſe, ſilentij nube inuoluere; ne, ſi impare verborum apparatu veſtiantur, multum & de ſua granditate perdant, & audientium ſenſu vileſcant. Itaque admirabundis ſimiles, in voces admirationis indices ſoluunt ora: ſicque rebus conciliant authoritatem quodammodo, immo & maieſtatem, quam eloquendo detrahendam ſciebant. Quo fortaſſe ſenſu Paulus, ad cœlum vſque tertium raptus, ac diuinorum particeps gaudiorum dicebat: *Audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*: 2.Cor.12.4. Et Propheta alius: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te*. Pſal. 30. 20. *Abſcondiſſe* autem, ſiue *repoſuiſſe*, quod Hebræa ſonant, dicit, velut rem & pretio, & æſtimatione grandem; quæcumque enim talia ſunt, ea ſolemus reponere, ac loco tuto, quo nemini aditus eſſe poſſit, reſeruare. Ea Cellaria, ſeu penetralia ſunt, in quæ Introductam ſe affirmat; licet repoſitoria, aut potius apothecæ; id enim omne vocabulo originali ſignificari monuimus alibi.

Sunt enim multa quæ ea commendent. Quæ tamen verbis eloqui difficile eſt. Ideo ab admiratione voces erumpunt. Immo Paulus negat licere verbis exprimere. Et Dauid non niſi admirabundus prædicat. Ea gaudia cellaria vocat Eccleſia.

Gaudia ſpiritus ſentiri poſſunt, exprimi verbis non poſſunt.

Comment. Dram. Cap. 1. Not. 12.

III. *Non ſolum animo, ſed corpore percipienda. Animi enim affectus ſæpe in carnem redundant. Id autem & Dauid agnoſcit.*

Quod autem monuére quidam, omittendum non eſt. Haud ſine magna ratione, percipienda à ſe gaudia, duplice vocabulo ſignificaſſe, Exultationis, & Lætitiæ, quorum alterum ad animum, alterum referatur ad corpus. Et verò hilare illud & ſuaue, quod ex conſortio Dei animus experitur, tam grande eſt, vt, tametſi ſpirituale ſit, & ſpiritu ſolo percipiendum, ſæpe tamen, velut ſpiritus ipſius anguſtijs contineri non poſſit, corpori communicetur, atque in carnem ipſam redundet. Sic dictum eſt appoſitiſſimè ad hunc locum interpretandum: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutem! concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini: cor meum, & caro mea Exultauerunt in Deum viuum*. Pſal.83.2.3.

Gaudia ſpiritus ſæpe redundant in corpus.

Dauidis locus huic ferme geminus.

Nam

Geminis propè modum verbis. Semper enim ſibi ſimilis Dei ſermo.

Nam quæ hic *tabernacula*, quæ *atria* nominantur, ea ab Sponſa dicta *Cellaria* ſunt;&, quod ila dixit: *Exultabimus & Lætabimur*, idem eſt, ac *cor meum, & caro mea exultauerunt*: aut vt in fonte legimus, exultabunt. Vide, quam ſibi ſit vbique ſimilis Dei ſermo, quam vno ore loquantur, qui arcanorum illius participes ſunt facti, vt eadem penè verba vſurpent.

IV.

Sed cur Eccleſia vſa voce Cheder, Dauid autem voce Chatſer. Quarum illa penetrale, hæc ſignificat atrium. Eccleſia loquitur de gaudijs huius vitæ. Quæ non niſi perfectis obueniunt.

Cheder quo differat à Chatſer.

Illud explicandũ eſt, quid cauſæ ſit, cur cum ſecreta illa Sponſi Cellaria, ſiue vt LXXII. habent, cubiculum, voce Cheder, qua penetrale, ſiue receſſus, ſiue locus abditus, ſiue reconditus ſignificatur. Eccleſia ſignificarit: eadem illa loca vt nos exiſtimamus, Dauid non appellarit Cheder, ſed Chatſer, quod vocabulum atrium ante domum ipſam excitari ſolitum ſignificat, non penetrale? Haud difficile nodum ſolues, ſi animaduertas, Eccleſiam de Dei cum ijs, quos diligit, complexu, conſortioque in hac vita loqui: Dauidem autem de gaudijs illis, quæ præparauit in cœlo diligentibus ſe. Inſumma, adhuc illam ſuas cogitare pugnas, & pericula: paratamque ad belli ardua, id optare, vt placatum, placidumque Deum habeat, à quo omnis fortitudo eſt, & victoria ſecuritas. In hac autem vita, vt ſtatus eſt, in quo non in eodem gradu conſiſtunt omnes, non vnius modi ad Deum acceſſus eſt, cuique pro ſuo modulo datum accedere. Penetralia illa, atque adyta intima illorum ſunt, quorum amor adultus eſt, atque omni fœce terrenarum affectionum prorſus purgatus. Id ea in votis habet, nihil vt ſit, quod eam, quin in illa adyta admittatur impediat. Ideo Introducendam ſe dicit in Cellaria; qua loquendi forma, & auxilium omne expectare à Deo affirmat, nec ſolam poſſe perficere, quod exoptat. Hanc vero ſtatus diſparitatem agnouere quidam de veteribus etiam hoc loco. Theodoretus, Origenes, Nyſſenus, & Bernardus. Qui, quanquam priora illa verba, Introduxit Me Rex In Cellaria Sua, Eccleſię tribuunt: quæ ſequuntur; Exultabimus, Et Lætabimur, ab Adoleſcẽtulis dicta volunt; quas ipſi imperfectiores animas, ac necdum dignas Introduci, interpretantur. Volunt autem illas Eccleſiæ congratulari, quod admiſſa iam in intima fuerit; ſuaſque ipſarum alere ſpes, quibus futurum arbitrantur illius exemplo, vt in adyta admittantur, tametſi nunc ſolum in atria admitti ſit illis conceſſum. Hoc autem argumentum multis proſequitur Theodoretus.

Diuerſi gradus acceſſus ad Deũ in hac vita.

Perfecti ſoli admittuntur ad penetralia gaudiorum.

Nec tamen omnes perfecti ſunt.

Diuerſitas hæc agnita PP. Et penetrale Eccleſiæ ſeruant. A quo imperfectiores excludunt. Quæ tamen congratulantur Eccleſiæ. Et ſe ſperant introducendas.

V.

Dauid autem loquitur de beatitudine æterna.

Atria Domini apud Dauidem pro æterna beatitudine.

Dauid contra, cui datum iam fuerat in illis verſari adytis, ex ſecretiore Dei conſortio, aliud iam optabat. Æterna enim illa cogitabat gaudia, quæ quiſquis aſſecutus fuerit, nihil vltra habet, quod cupiat. In illo autem beatitudinis æternæ ſtatu, non ea diuerſitas eſt imperfectorum, qui adhuc perficiendi ſint, & perfectorum, qui ſummum gradum tenuerint. Tametſi enim non idem omnibus gloriæ contingat gradus; ſed aſſecutus tamen quiſque quod ſuum eſt, ad vlteriorem minimè aſpirabit. Non ergo alij in atrijs verſabuntur, velut adhuc ſperantes in penetralia admitti. Suo quiſque bono contentus, id, quo beari ſe ſentiet arbitrabitur penetrale; & verè erit. Siue ergo atrium appellaueris, ſiue penetrale, idem omnino erit: quandoquidem idem omnibus patens locus, omnem cupiditatem extinguet, & inuidentiæ cauſas omnes ſubmouebit.

In quam ſemel admiſſi, introduci interius minime poſſunt. Idemque eſt ſi in atrio ſint, ac ſi in penetralibus.

Beati in ſuo gloriæ gradu conſiſtunt, nec in ea creſcunt.

NOTATIO XII.

MEMORES VBERVM TVORVM SVPER VINVM.

I.

Doctrina fidei lacti comparatur c. 9. 5.

SIMILEM ſupra ſententiam habes Ver. 1. Meliora ſunt vbera tua vino. Qui ſuperius Cellaria Euangelicam doctrinam, aut ſacram ſcripturam interpretati ſunt, hoc loco comparari arbitrantur doctrinam fide perceptam, cum ſcientia proprio labore parta idque diſcriminis inter vtramque doctrinam ſignificari, quod inter lac & vinum reperitur. Lac infantium eſſe proprium alimentum, ex ipſis exſuctum Vberibus, haud examinata prius bonitate, aut ſapore, aut vtilitate. Satis infans habet ſpectare lacte diſtentas mammas, nomen enim matris, ſeu nutricis, & auiditas ipſa lactandi tuta illi omnia præſtat. Inhæret ergo Vberibus, eaque labellis preſſat, exſugitque, quoad, ipſo ſugendi labore laſſulus, eodem, quo lactatus eſt ſinu parentis indormiat. Sic ſenſim adoleſcere, & augeri ſimul ætate, & corpore. Eſſe fidei doctrinam lacti ſimillimam, immediatè à Dei reuelantis illapſu, velut ab ipſis Vberibus, nulla adhuc tranſfuſione in vaſa alia vitiatam, à fidelibus exſuctam. Ritè autem fideles in eo negotio infantibus comparari, qui minimè examinata vtilitate, aut bonitate doctrinæ, ſatis habent, ſi ſciant, Deum eſſe ipſum, à quo tradita ſit. Nititur enim fides vnius Dei reuelantis teſtimonio, quo omnia tuta præſtantur: cum nec falli ſumma illa veritas poſſit, nec fallere bonitas infinita. Sic dictum à Petro ſignanter fuiſſe: *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones* (eæ ſunt infantium propriæ dotes) *ſicut modo geniti infantes.* τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα *rationabile, ſine dolo, lac concupiſcite; vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus*. 1. Petr. 2. 1, 2. 2. *Rationale* autem *lac* vocat, myſti-

Lac autem exſugitur ab infantibus ſine examine. Tuta enim illi omnia præſtat matris nomen. Fidei Doctrina ſic ſugitur ſine examine. Vti ex ipſis vberibus diuinitatis tracta. Ideſt Deo reuelante, qui nec falli, nec fallere poteſt.

Lac tuto ſugitur & ſine examine ab infantibus.

Fidei doctrina ſine examine ab vbere diuinitatis tracta.

Hunc ſenſum habet Petrus.

ἄδολον γάλα quid ſit apud Petrum.

Cum eum doctrinam lac appellauit ſine dolo.

myſticum ſcilicet, vt à communi diſtinguat: ſpiritale enim intelligit, Euangelicam doctrinam ſcilicet. In eo autem, quod, *ſine dolo*, addit, eam ſecuritatem intelligit, quæ ineſt reuelatæ doctrinæ, cui ſine vllo periculo adhæreſcit anima: nec timor eſt, quod dicebamus, ne Deus fallat, in tradenda doctrina, aut fallatur in æſtimanda.

II.

Scientia humana vino ſimilis.
Quæ ſine examine non percipitur.
Et ſæpe cum periculo bibitur.
Et ebrietatem inducit.

Scientiæ humanæ vinum quod ſine examine nō bibitur, & ſæpe inebriat.

Scientia contrà omnis, proprio labore parta, Vino potius comparatur, quod potum adultioribus præbet ſcilicet: ſed nonniſi examinantibus prius, & probantibus, antequam bibant; quod proprium eorum eſt, qui ſibi humanas ſcientias comparant, non ita fidem habentes magiſtris, quin identidem ſibi probari velint, quæ audiunt, antequam aſſenſum præbeant. Nec propterea tamen ſemper ſine periculo bibunt, cum ſæpe vel auſteritate ſua doctrina acerba ſit; aut inſipida palato animæ; aut acrore ingrata, aut amaritudine implacida, aut inſalubritate noxia; ſæpe etiam ebrietas, mentiſque alienatio dulcedine miſceatur. Sic dictum eſt. *Ne intuearis Vinum, quando flaueſcit: dum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Prou. 23. 31. Vino autem loco hoc ebrietatem accipiendam, adeoque dehortari homines Salomonem à crapula, ex proximis verbis ſatis oſtenditur. *Oculi tui videbunt extraneas; & cor tuum loquetur peruerſa.* Sed grandius aliquid, & vtilius ſub eo ſchemate voluiſſe arbitror, nec ſine ratione: eum enim librum magna parte ſymbolicum eſſe, & ſub humilium rerum, & communium cortice maiora inuolui, multa perſuadent, de quibus alio fortaſſe loco. Nunc Vini ſchemate flaueſcentis in vitro, & aureo colore lenocinantis, ac inuitantis, doctrinam accipio, quæ ſæpe fuco diſſimulata, audienti imponit, atque aure percepta ebrietatem inducit, & ingentium malorum cumulo animam obruit. S. D. E. *Stulti facti ſunt Principes Taneos; emarcuerunt Principes Mempheos; deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius. Dominus miſcuit in medio eius, ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius, & vomens.* Iſai. 19. 13. 14. Exemplum in Hæreticis habes, non veteribus modo, ſed noſtri maximè temporis, quos ſua ipſorum ſapientia egit tranſuerſos, vt dici de illis poſſit, quod de ſua Gente olim dictum à Dauide. Pſal. 106. 27. *Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.* Merito ergo hoc loco ſapientiam reuelatam acquiſitæ proprio ſtudio ante latam videmus, illam lacte, hanc Vino ſignificatam.

Id à Salomone pulchro ſchemate dictum, in Prouerb.
Qui libro magna parte ſymbolico is; Vbi vini nomine doctrinas humanas intelligit.
Sumid ſuaues & noxias.
Et ebrietatem inducentes.
Tales hæreticorū errores.
Ideo loco hoc lac vino prælatum.

Hæretici vino doctrinæ humanæ ebrij.

III.

Doctrina grauis & vtilis.
Sed minus apta huic loco.
Duo vbera ad voluptates pertinent ex Dei conſortio.
Quas Eccleſia ſuſpirat.
Et cæteris voluptatibus præfert.

Vbera voluptates ex amore.

Libuit hunc ſenſum plenius tradere, quia & in ſe veram continet doctrinam, & maximè vtilem, & aptè ad verba applicatur, ſi maior illius authoribus de nexu cum proximis quæ antecedunt, quæque ſequuntur, cura fuiſſet. Itaque ſequi qui velit poteſt, nobis alia premenda via: animaduertimus enim ſacræ ſcripturæ vſu Vberum nomine (quod locis alijs diximus) amores intelligendos, &, quæ ex amoribus proueniunt, voluptates, & delitias. Et quidem Eccleſia amari ſe ſatis intelligebant, ſed ſecuritate quadam, à præterita offenſione durante, arceri quodammodo à conſpectu: verum ſpe lactata, nec vana, breui nebulas illas diſſlandas coniectabat; ſplendoremque pleni diei reddendum. Hanc ergo diuinæ faciei hilaritatem, amicamque ſpeciem; blandimentaque illa, quibus cœleſtis fauor ſibi coniunctos arctè recreare ſolet, ſecuroſque poſitæ omnis offenſionis facit, Vbera vocat, cæteriſque gaudijs omnibus anteponit, Vini nomine ſignificatis, propter rationes loco alio traditas. Hæc ſe memori mente tractaturam, dicit, ideſt, nunquam de memoria poſituram: neque id tantum, ſed prædicaturam etiam, ac commemoraturam. Id enim omne vocabulum Hebræum ſignificare, Dramatico Commentario docuimus.

Dram. Comment. Cap. 1. Not. 14.

NOTATIO XIII.

RECTI DILIGVNT TE.

I.

Recti ſunt iudicio prudenti prediti.
Arcano ſenſu incertum qui ſint.
Non ſunt viri in Eccleſia perfecti.
Qui cum Eccleſia ijdem ſunt.

Recti viri, qui rectè de rebus iudicant.

RECTOS Dramatico ſenſu interpretati ſumus, prudentes Viros, ac iudicio valentes, nihilque affectui partium dare ſolitos. Ne ſcilicet aliquis eſſet, qui ſe Puellam, efflictim Sponſum amantem, damnaret; quem, qui rectè de rebus iudicare ſolerent, omnes amarent. Non ſe cœco ductam affectu in eum omnem conieciſſe amoris vim, cuius iudicium viri prudentes dictis, factiſque probarent. Arcano autem, quem hic exquirimus, ſenſu haud facilè eſt, quæ tunc poſuimus, hiſce verbis applicare. Nam ſi Rectos accipere velis viros in Eccleſia perfectos, Deoque per charitatem intimè adhærentes, haud poteris eos ab Eccleſia diſtinguere: ea enim nihil eſt aliud, quam fidelium ipſa complexio, Deo per fidem, & charitatem hærentium: maximè hoc Eccleſiæ ſtatu, cupientis, & ſperantis in penetralia charitatis introduci. Itaque non ſatis eorum exemplo amorem ſuum, vel defendet, vel excuſabit. Alij ergo ſunt quærendi, quibus nomen Rectorum quadret; vel alius quærendus horum verborum ſenſus.

II.

Quidam ad mere-

Quidam ita interpretantur, vt non exemplo aliorum defendere, aut excuſare ſuum amorem

ta Dei hæc referunt.
Qui dignus amari ab omnibus.
Quod ad defendendum amorem ſuum magnum argumentum eſt.

Eccleſia meritis Dei ſuum amorem excuſat. ab omnibus amari digniſſimi.

amorem velit, ſed omnino meritis ipſius Dei, qui dignus ſit omnium ad ſe amorem compellere, quin quid ſit, quod impedire id poſſit. Rectum eſt, vt omnes te ardentiſſimo amore proſequantur, etiam viri perfectiſſimi; ne miretur quiſquam me in tui charitatem totam effundi cum dignus ſis, qui ab vniuerſis creaturis cœleſtibus, & terreſtribus, omni ad te currente charitatis affectu, diligaris. Quod certè magnum argumentum eſt, ſiue ad excuſandam, ſiue ad defendendam eam, quæ in vno ſpes ſuas omnes collocarat. Sic inferius: *Guttur tuum ſicut Vinum optimum, dignum Dilecto meo ad potandum*. Quod bonitate, ſuauitate, ac generoſitate dignum eſt, quod vni ſponſi palato potandum ſeruetur, quod à Dilecto quidē potandum; cumque potetur blande inſinuet ſeſe, & cum iucunditate traijciatur; ea illius eſt bonitas. Hic ſenſus probabilis eſt.

III.
Sed probabiliſſimum, Rectos Angelos eſſe.
Qui familiares Deo, faciem illius vident.
Quos imitaturam ſe dicit.
Illi enim nulla impediti re ad Deum currunt, Eique inhærent.
Sic ſe ad hæſuram Deo profitetur.
Si accedere permittatur.
Et tanta felicitate frui concedatur.

Recti vocantur Angeli.

Paraphraſis huius loci.

Angelorum exēplo docta Eccleſia ad Deum properat.

Cæterum, ſi, quem tradidimus, proximorum verborum ſenſum probabilem arbitrére, aliud quiddam dicendum eſt. Aio ergo, Rectorum nomine Angelos eſſe accipiendos, quorum ſe exemplum ſecuturam dicit, tum in adhærendo Deo, ſi ad intimum eius conſortium admittatur; tum in commemorando tanto beneficio. Iugiter adhærebo Deo, ſi ſemel tamen conſequi poſſim, vt, poſito ſupercilio, faciem illam exhibeat, qua mentes illæ beatæ exhilarantur conſpecta: in eoque eaſdem illas mihi exemplum proponam, nec patiar ab illis vinci, aut inferuidè, ac tenaciter diligendo; aut in prædicando felicitatem meam, memorique pectore retinendo tanto beneficio. Recta re diligunt illi, quin res vlla ſit, qua in diligendo impediantur, aut retardentur; currunt illi ad te, quia Recti ſunt, toto affectuum ſuorum pondere; cumque ſemel ad te venerint, & adhæſerint iugiter, iam nihil eſt, quod amplius cupiant; nihil, quod quærant, in vnius tui amore omnia habentes bona, quæcumque ſunt hoc nomine digna, ſi quæ tamen extrà te ſunt digna. Nihil aliud cogitant, abripiente gaudij granditate & mentis, & cordis vim omnem. Horum me ad normam licebit fingere: & quanquam huic adhuc carnis oneri ſeruiens, haud facilè leuari in altum poſſum, & ab hiſce terrenis rebus auulſa te ſolum & cogitare, & amare; ſpero tamen tuo me habituram beneficio, quod naturæ imbecillitate non donor. Ac ne ſit, cuius veſtigijs non hæream, ſupernos illos ſequi ſpiritus ſaltem conabor, tametſi non poſſum aſſequi. Me felicem! ſi detur eorum ſaltem imitari conatus, ſi æmulari non detur, vt nunquam à tuo conſpectu recedam, nec ab amando ceſſem, nec à prædicando; quin aliquid iam ſit, quod caſtiſſima deſideria inhibeat, aut retardet.

IV.
Dicuntur autem Angeli Recti,
Quia à ſemel concepto bono recedere non poſſunt.
Ideo alas, & pedes rectos habere dicuntur.
Seu incedendum ſeu volandum ſit.
Quod obſeruatum à Gregorio.
Nec alius eſt Pauli ſenſus.
Tria autem motū Angelorum commendant;
Velocitas, rectitudo, ſtabilitas,
Quæ ſibi imitanda proponit Eccleſia,
Sic ſuum amorem excuſat.

Cur Angeli dicti Recti.

Cherubini rectos pedes & alas habentes.

Angelorum in motu velocitas rectitudo ſtabilitas.

Nec ſine cauſa Beatos illos ſpiritus Rectos vocat, eorum enim propria eſt Rectitudo, qui nuſquam & nunquam poſſunt à vera, & Recta via deflectere, quam ſemel ingreſſi ſunt; id autem Angelorum eſt proprium, qui, cui adhæſere ſemel rei, vel intelligendo, vel amando, ab ea nunquam diuertunt. Ideo Ezechiel 1. 7. ſuis illis Cherubinis non alas modo ad volandum tribuit, & ad ambulandum pedes, ſed vtrumque Rectum fuiſſe dicit. *Pedes eorum pedes Recti: & planta pedis eorum, quaſi planta pedis vituli*. Quorum alterum Gregorius ad conſtantiam in via premenda virtutis refert, ne ſcilicet ad dexteram, aut ſiniſtram declinemus, aut retro agamus greſſum: *Hi enim*, inquit, *pedes Rectos non habent, qui ad mala mundi, quæ reliquerunt reflectuntur*. Alterum autem ad ſtabilitatem, ac firmitatem; vt nihil ſit, quod remoretur, vel impediat euntes; *Nulla enim erit maturitatis oſtentatio, ſi contra aduerſa omnia non adfuerit operis fortitudo*. Vtrumque complexus Paulus Hebr. 12. 2. *Propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus veſtros facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur*. Nec pedes modo Rectos, ſed & Rectas eorum alas fuiſſe dicit: *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum*. Ezech. 1. 23. Tria in eorum motu commendans, velocitatem motus in alis: rectitudinem in rectis pedibus; ſtabilitatem, ac firmitatem in vitulorum plantis, quorum ſtabile veſtigium eſt. Omnia eodem recidunt; optimèque nobis illorum Beatorum Spirituum naturam deſcribunt, & ad Deum ſemper appropinquantium, & nunquam deflectentium à recta via, & ſtabili firmitate in eo, quod ſemel cæpere, maximè in diligendo Deo, atque illius laudibus concinendis, perſeuerantiam: quorum ſibi ſancta Eccleſia iure proponit ſectanda veſtigia; exemploque amorem erga Deum ſuum vel defendit, vel excuſat. Atque eo ſenſu dictum arbitramur Recti Diligunt Te, ſiue Rectitudines Dilexerunt Te.

VERSVS IV.

NIGRA SVM, SED FORMOSA, FILIÆ HIERVSALEM, SICVT TABERNACVLA CEDAR, SICVT PELLES SALOMONIS.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

MEMINERAT, paulo ante ſe primo ſcelere in primis Parentibus maculatam; & quanquam, quidquid id fuiſſet culpę, donatum Dei benignitate ſibi fuiſſe ſciebat, manere adhuc non pauca veteris veſtigia noxæ, ſentiebat. Id ergo in ſe intuitam ea cura momordit, damnari fortaſſe à minus æquis iudicibus poſſe amoris ſui conatum; quæ tanta deformitate notata,aſpirare fuiſſet auſa ad tanti Regis nuptias,ſperareque, poſſe ab eo ita amari, vt & Regni, & thalami conſortem faceret, quod illa ſcilicet ſuſpirabat. Fatetur ergo ſe, quantum ad ſe quidem ſpectat, indignam quæ diligatur, atque in intimum contubernium admittatur à Deo, nec deſperare tamen; tum quia magno Dei ipſius beneficio per gratiam priſtinæ Pulchritudini reſtituta fuiſſet; tum quia, quod reprehendi poſſet in ſe, ex præterita culpæ fœditate tale eſſet, quod nec præſentem ſpeciem minueret; &, quale quale eſſet, eadem Dei indulgentia poſſet deleri. Obnubilari ergo ea labe poſſe vtcunque formam, non deleri: quin totum id, vbi primum Deum placatum in totum haberet, facili negotio poſſe detergi. Intelligit autem peccati reliquias, ſeu quam Paulus legem membrorum appellat, & veterem hominem: appetitum ſcilicet adhuc rationi repugnantem; inclinationem ad praua quæque; cæleſtium rerum faſtidium, nauſeamque & quidquid id eſt, quod nos, in virtutis ſumma conantes, velut lacinia prehenſos, detinet, moraturque. Quia autem Nigredinem cutis cum Pulchritudine iunxerat, quod improbabile videri poterat,appoſito exemplo probabile, quod dixerat, facit. Nam & Cedræorum Tabernacula, & Salomonis Ipſa Tentoria, temporum iniurijs deformata colore, non ideo viſenda non erant; aut vſibus inepta, quibus fuerant ab initio deputata. Nam non minus illis ad arcendum Solem, & pluuias vtebantur, quam dum recentia eſſent ab artificio. Sic ſe ergo & amare, & amari aptam, tametſi reliquijs illis peccatorum vtcumque Fuſcatam, cum vera gratiæ, ac ſanctitatis Pulchritudine, quæ non placere Deo non poteſt, eius benignitate eſſet donata.

ENARRATIO.

SCIO, quid mihi poſſit obijci, aut in cogitando vanitatis, aut in agendo audaciæ. Nam tametſi in totum Dei fauore culpa mihi deleta fuerit, ac Gratiæ ipſa Pulchritudo animo indita meo; manent tamen mali veteris impreſſa veſtigia, ac languor præteriti morbi. Hanc dico legem membrorum, quæ legi mentis contraria eſt; ac inclinatio ipſa voluntatis ad ea, quæ praua ſunt, quæ & impediri me ſentio in ardua virtutis conantem; & ad ea reuocari, quæ animus, Deo iam per Gratiam hærens, exhorret. Nec labem hanc inficior,tametſi Gratiæ ipſius vernantem ſpeciem nec delet, nec minuit: me tamen oculis aliorum minus reddere gratam non inficior: quemadmodum ſæpe venuſtam alioqui faciem næuus infamat, aut Nigredo reddit implacidam, nec defuturos, qui ſuccenſeant, immo & damnent. Hos ego oratos volo, ne in ea conijciant oculos, quæ me non minus amabilem Deo exhibent,qui corda probat, non cutem curat: & ſanctitatem largitus, quâ omnis animorum deletur deformitas, illa contemnit, qui ſciat facile detergi poſſe, quidquid labis apparet. Erit, cum, qui maxima largitus eſt, etiam minima largiatur: meque tandem ad intimum contubernium admiſſam, ijs etiam næuis liberet, qui minus gratam alijs faciunt.

ciunt. Tunc digna ero, quæ admittar in thalamum, plenumque conſortium. Nigram ergo fateor eſſe me, ſed ſimul Formoſam. Quod ne quis ſine exemplo dictum putet: Tabernacula Cedar, ac regias ipſas Salomonis Pelles conſideret, Sole, & puluere deformatas, quæ tamen ſub dio degentibus, gratum hoſpicium præſtant: nec minus arcent cœli, temporumque iniurias, quam recentes ab artifice facerent, in quem vſum ſunt à Dominis deputatæ.

NOTATIO XIV.

NIGRA SVM, SED FORMOSA.

SVM. COM.

I.

De ſenſu non vna quæſtio. Quæ nigredo ſit, quæ pulchritudo Eccleſiæ. Quidam nigredinem perſecutiones interpretantur. Quibus vexata Eccleſia poſt Chriſtum. Pulchritudinem charitatem. Senſus grauis & Cantico dignus. Sic enim & Chriſtus. Et niger, & pulcher fuit. De quo Iſaias planis verbis. Et myſterio plenis. Hæc Eccleſiæ fuit ſors. In vtroque ſimilem eſſe ſponſo.

Eccleſia perſecutione vexata Nigra dicitur charitate pulchra.

Ambroſius. Bernardus. Caſſiodorus. Beda. Iuſtus Vrg. Anſelmus. Aponius. Hugo Victor.

Chriſtus niger per paſſionem, Pulcher innocentia.

DE legitimo horum verborum ſenſu non vna quæſtio eſt; nam nec ſatis conſtat, cur ſe Nigram Eccleſia dicat; aut tametſi forma conſpicua, quid ea Pulchritudinis voce velit intelligi. De Eccleſia Chriſtiana qui interpretantur, perſecutiones, ac preſſuras intelligunt, quibus à ſui exordio prioribus trecentis annis conflictata, oculis hominum, maximè alienorum à fide, Nigra exiſtimata eſt, ac deformata; ideoque & contempta; ac velut ſuo magno merito talia pateretur, tam dura, tam acerba opprobrijs petita, & cum abominatione reiecta. Multorum & Grauium hæc eſt ſententia. Sæpe id futurum Chriſtus prædixerat, ne inopinato occurrens malum turbaret diſcipulos. Eccleſia ergo inter preſſuras, & tribulationes, quidquid prædictum fuerat tolerans Nigra dicitur: ſed eadem illa, nunquam tenacius Deo per charitatem coniuncta, quam cum ſæuis illis fluctibus iactaretur, Formoſa eſt, & à Deo digna amari. Hic ſenſus & grauis eſt, & Cantici dignus maieſtate. Nunquam enim Sponſa Eccleſia ſimilior Chriſto Sponſo, quam, cum dura, & aduerſa paſſa, ad victoriam exercebatur; vnde illi ingens Pulchritudo, qua placeret Sponſo, nunquam Pulchriori, quam, cum poſt vitæ anxietates innumeras, pro ſalute hominum in crucem eſt actus. Sic dictum de eo eſt: *Non eſt ſpecies ei, neque decor; & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum: deſpectum, & nouiſſimum virorum; virum dolorum, & ſcientem infirmitatem*. Iſai. 53. 2. 3. En Nigredinem, & propter eam ſpectantium deſpectum. At ne quis putaret eam veram, ac natiuam deformitatem eſſe, quæque deleri non poſſet, merito additum: *Et quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus; vnde nec reputauimus eum*. Non eam ſcilicet fuiſſe illius faciem, non formam; ſed velut obducto velo, luminum diuinum illum vigorem temperatum, ne tota ſe Pulchritudine panderet. Vide autem iunctam Nigredini Pulchritudinem: *De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt: Generationem eius quis enarrabit? Quia abſciſſus eſt de terra viuentium, propter ſcelus populi mei percuſſi eum: eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius*. Iſai. 53. 8. Magnum amoris indicium Dei in Eccleſiam, quam non alias ſe dignam arbitratus eſt, quam ſi cum Nigredine preſſurarum, innocentiæ iungeret Pulchritudinem. Sic illam inſtituebat cum diceret in Apoſtolis: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.

II.

Sed minus huic loco aptus eſt ſenſus. Quo adhuc Eccleſia ponitur iuuenis. Nec perſecutionibus adhuc probatur.

Sed hunc ſenſum tametſi grandem, maximèque arcanum, minus huic loco accommodari poſſe putamus; quo nondum tenera adhuc Eccleſia, & vbera, & mammas cogitans, per dura & aſpera contendebat ad Deum. Adoleſcet ſenſim illa, ac robuſtior exercitatione facta, tam non horrebit difficilia illa, vt vltro laceſſat: ac, dummodo ad Sponſum feratur, nec illunes noctes horreat, nec pericula formidet; quin potius ſpoliata, & vulnerata, & ſanguine multo madens contendat ad Chriſtum; magnumque facinus reputet, ſi, vel ſic deformata, ei ſe ſiſtat.

III.

Alij nigram voliit in peccatoribus, in iuſtis pulchram. Quod probare non poſſumus. Nam nigredo non opponitur pulchritudini, Vt peccatum gratia. Et licet iuſtos non maculet Peccatorum turpitudo.

Eccleſia nigra ratione peccatorum; ratione iuſtorum pulchra. c. 9. 5.

Nigredo pulchritudini non opponitur, ſicut peccatum gratiæ.

Aliorum eſt ſententia, reſpectum hoc loco ad eorum, quibus corpus Eccleſiæ myſticum componitur, diuerſitatem, ex quibus alij tametſi per fidem capiti Chriſto coniuncti, charitate longe abſunt. Horum ratione & merito dictam Eccleſiam nigram, ac deformatam, quia tamen ſub nullo illius ſtatu defuére plures, qui etiam per Gratiam, & charitatem Chriſto capiti, velut ſuæ viti palmites, eſſent coniuncti, in quo vera animorum pulchritudo conſiſtit, horum ideo ratione eandem illam Eccleſiam dictam Formoſam. Huic nos ſententiæ minimè fauere poſſumus; videmus enim hoc loco Nigredinem non opponi Pulchritudini, quemadmodum deformitatem, ac turpitudinem. Non enim dixit: Deformis ſum, eademque Formoſa: id enim eſſe non poteſt. Nigredinem cum Pulchritudine iunxit, quæ quidem non opponuntur, nec ſe mutuo fugiunt, delentur. Non ergo Nigredinis nomine, culpam intelliget, quæ vna, & vera animorum turpitudo, ac deformitas eſt: ſed aliquid aliud, quod cum Pulchritudine iunctum, eam non deleat. At, inquies, nihil de iuſtorum hominum ſpecie demit, peccatorum turpitudo, atque deformitas; quin potius ipſa comparatione proximæ infœlicitatis magis ſplendet fœlicitas. Ita quidem eſt. Sed interim tamen eadem Eccleſia, quæ in iuſtis ſe Pulchra ſpecie viſendam præbet; in

Digitized by Google

Eccleſia tamen eorum ratione vere turpis eſt.

Quod hic ſe negat eſſe.

peccatoribus verè deformis intrinſeca turpitudine affirmanda eſt, non ſolum Fuſca. Aliud ergo, quærendum eſt, quod ei quadret, nec Pulchritudinem tamen verè tollat, aut diminuat. Nunquam enim efficies, vt iam ſe deformam verè dixiſſe, exiſtimem: quod præterquamquod à decoro eſt alienum, cum ea inducatur in ſcenam, quæ placere Deo velit, cui voto ineptum eſt, ſi verè ſit turpis, aut fateatur ſe talem; etiam longe abeſt à forma ipſa loquendi: & alioqui parum eſt aptum ad conſequentiam ſententiæ, nexumque verborum.

IV.

Nigredo ergo ad culpæ veſtigia referenda.
Fauet Ambroſius.
Et luculentius Origenes.

Nigredo culpæ originalis veſtigia, manentia poſt illam.

Ex quo ſumpſit Hieronymus.

Breuibus. ſed notandis verbis.

Aptius multo eſt, ſi Nigredinem referamus, ad culpæ veſtigia, poſt eam etiam per gratiam deletam, exſtantia in anima. Indicium fecit Ambroſius lib. de ijs qui myſter. init. cap. 7. initio, quo loci interpretatur: *Nigram per fragilitatem conditionis humanæ, decoram per Gratiam: Nigram, quia ex peccatoribus, decoram fidei ſacramento.* Fragilitas autem conditionis humanæ, non à natura, ſed à culpa eſt. Luculentius Origenes homil. 1. ex. 2. *Pœnitentiam egit à peccatis, ſpeciem ei largita eſt conuerſio, & ideo ſpecioſa cantatur: quia verò necdum peccatorum omni ſorde purgata, necdum lota eſt in ſalutem, nigra dicitur, ſed in atro colore non permanet.* Id ſcilicet vult, ſtudio perfectionis, & vnione maiore cum Deo ſenſim Eccleſiam perfici, & minus repugnantes affectiones carnis experiri, ſenſimque Nigredine vel deleta, vel minuta, fieri gratiorem. *Fit itaque Candida, quando ad maiora conſurgit; & cum ab humilibus incipit ad alta conſcendere; diciturque de ea: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata.* Iuuabit Origenem eodem legere loco, quo pulchrè duo hæc loca componit: vnde Hieronymum credo eandem mutuatum eſſe ſententiam, Epiſt. ad Euſtoch. de cuſt. Virg. *Tali primum patre* (diabolo) *generati Nigri ſumus; & poſt pœnitentiam, nondum culmine virtutis aſcēſo, dicimus: Nigra Sum, Sed Formoſa.* Nec minus grauiter Auguſtinus ſerm. 151. de temp. *Vnde eſt Eccleſia Nigra? vnde Formoſa? Apoſtolus dicit: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Vnde Formoſa? Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Et quanquam hæc hi PP. de anima, vt primum à peccatis per ſanctificationis gratiam purgata, ſenſim cliuum virtutis conatur ſcandere, interpretantur; nihil impedit doctrinam à Tropologia transferre ad litteram, ac de Eccleſia accipere recentiſſimè per Dei Gratiam liberata à culpa, tuncque primum experta culpæ tranſactæ reliquias, tenebras offuſas menti, rationis ignauiam, tyrannidem appetitus, pronitatem ad malum, difficultatem ad honeſtū. Et hæc quidem nihil illi de ſanctitatis decore demebant, ſed tamen velut inducto alieno colore, priſtinæ ſeruitutis indutam habitu, veteris infęlicitatis admonebant: quemadmodum illis ſolet contingere, quibus ſub ſeruitutis infamiam ſtigmata ſunt inuſta, aut notæ impreſſæ fronti, ſeruos teſtantes; qui etiam in libertatem aſſerti, & in patriam poſtliminio reduces, eaſdem illas notas, vel notarum certè veſtigia ſeruant, quibus tranſactæ calamitatis recordentur, & apud alios traducantur.

Nec minus grauiter Auguſtinus.

Et licet hi PP. de anima loquuntur,

Quæ PP. de anima dicunt applicari ad Eccleſiā poſſunt.

Facile eſt ea ad Eccleſiam transferre.
Et ad veſtigia culpæ.
Quæ nihil illi detraherant ſanctitati.
Erantque velut ſtigmata præteritæ ſeruitutis.

V.

Id autem factum à Deo magno conſilio,
Vt præteritæ infelicitatis recordaretur.
Cuius ſigna erant illa veſtigia culpæ.
Hic ſenſus Pauli eſt.
Cuius verba huic loco vice commentarij ſunt.
In quibus pulchrè duo hæc diſtinguit.

Deus cur voluerit manere in nobis poſt remiſsā culpam illius reliquias.

Pauli locus explicatus.

Magno autem conſilio factum à Deo eſt, vt ea Nigredo Eccleſiam in ſuis membris inficeret, non modo vt, etiam deleta culpa per gratiam, pœna maneret, quod iuſtitiæ opus eſt, punientis in prole ſcelus parentum: ſed vt præ oculis haberet ſemper illius infęlicitatis documentum, quo reuocaretur in memoriam, quantum illud fuiſſet ſcelus, quo & prima fęlicitate ſpoliata fuiſſet, & in tot mala pœnæ delapſa eſſet. Sic ſacra Tribunalia apud nos ſæpe impietatem hominum in Deum vindicant, poſt illatas alias pœnas, ex ſacrorum Canonum inſtituto, croceo ſago, rubea cruce in tranſuerſum ſignato, quo & quid deliquerint admoneantur homines, & illi etiam recordentur. Sic dicebat Paulus: *Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infælix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Rom. 7. 22. 23. 24. 25. Nam in eo, quod dicit, *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem*; effectum indicat Gratiæ, ſenſim & illuſtrantem mentem, & voluntatem ſuſtentantem. Hæc ſcilicet Pulchritudo eſt, vel certè Pulchritudinis interioris potens effectus. In eo, quod ſubdit: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Nigredinem notat, ideſt, peccati manentia adhuc veſtigia, & ſtigmata priſtinæ ſeruitutis. Hanc autem Nigredinis labem deleri poſſe, vt anima tota ſe ſpecie prodat, confirmat, cum dicit: *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Nam tametſi hominis, ſi vires naturæ ſpectes, facultatem omnem ſuperat, illis liberare ſe malis; id facilè eſt illi Dei viribus adiuto, & Gratia ſuſtentato, quæ nobis datur per Chriſtum. Habes ergo in verbis Pauli luculentum loci huius Commentarium. Sed iuuabit legiſſe totum caput. Et tametſi, dum à Domino peregrinamur, domeſticis hiſce miſerijs liberari in totum non poſſumus, id enim nonniſi in cœlo continget, quando per omnia ſimiles ei erimus; improbo tamen ſtudio virtutis, ac conatu continuo ſenſim ad pacem contendimus, donec in altiſſimum virtutis gradum euecti, quidquid ad has carnis propenſiones ſpectat, quaſi à longe intueamur, latrantium potius canum voces moleſtas adhuc mentis aure percipientes, quam ſentientes morſus. Id autem eſt, quod Eccleſia ſuſpirat; id quod haud

Culpæ prioris reliquias, & præſentem gratiam

Et quanquam humanæ facultatis non eſt, ea delere veſtigia,
Dei iuuante gratia facile eſt.
Non omnino ea deleri, quod cœlo ſeruatur.
Sed magna id ex parte conſequi,

Reliquiæ culpæ deleri humanis viribus non poſſunt, ſed per Dei gratiam: licet nō in totum.

ſine

Id vero eſt, quod ſuſpirat Eccleſia.

ſtile gemitibus, lachrymiſque à Deo poſcit: donec id conſecuta, ſororis, quæ iam in cœlo triumphat, atque altiſſima pace fruitur, nullo hoſte laceſſenda, nullo metu pulſanda, proximè inter huius pelagi fluctus, compoſitis ad pacem vndis, imaginem imitetur.

NOTATIO XV.

FILIÆ HIERVSALEM.

I.

Filiæ Hieruſalem fœminæ Solymitanæ ſunt.
Sunt enim fœminæ ſeueri iudices formæ
In arcano ſenſu, quæ ſint, dubium eſt.
Theodoretus ſynagogam vult eſſe.
Quæ conuerſis ex Gentibus cultum idolorum obiectet.
Sed Filiæ toto Cãt. amicæ inducuntur.
Et ſemper amicarum funguntur officio,
Qualis certe ſynagoga non fuit
Semper inimica Eccleſiæ.
Præſtaret Iudæos conuerſos initio Filias dicere.
Quibus vix credita Gentium vocatio
Hanc labem excuſat Eccleſia.

INFIRMIOREM ſexum, muliebrem ſcilicet Filiarum Hieruſalem nomine accipiendum, Dramatico Commentario dictum eſt, & fœminas omnes Hieroſolymitanas comprehenſas, non ſolum adoleſcentulas. Excuſare ergo apud illas coloris illam labeculam, quæ multis alijs dotibus, quæ vel pulchritudinem ipſæ faciunt, vel maximè iuuant, compenſetur. Ad eas autem merito conuertiſſe ſermonem, non ad viros: ſolent enim illę minus eſſe æquæ aliarum formæ; & minutiſſima quæque ſeuero iudicio reprehendere. In arcana autem intelligentia, quam hic rimamur, quid Filiarum nomine accipiendum ſit, haud facile eſt definire. Theodoreti Cyrenſis ſi optari ad hæc Eccleſiæ verba interpretatio poſſet, nihil vltra, quod quæreremus, eſſet, refert enim hæc ad Eccleſiam ex Gentibus nuper conuerſam, quæ cum ſynagoga loquatur. Illas animas intelligit, *quæ in lege gloriantes, & veteri elatæ teſtamento, ſibique placentes, exprobrant ei, non ſolum quòd alienigena ſit, ac peregrina, verum etiam, quod dæmones antea miſerè coluerit: eorumque cultu fœdata, Nigrum colorem contraxerit. Has Filias Hieruſalem appellatas.* Sed obſunt huic interpretationi nonnulla. Primo enim Filias Hieruſalem toto Cantico, in bonam ſumi partem, ac velut amicas & appellari, & orari, ex ſerie huius libri tota ſatis conſtat; ad illas voces Sponſæ referuntur, dum, deliquio laſſa, & floribus adſpergi, & malis ſtipari deſiderat: quod ex eo ſatis oſtenditur, quod ſtatim orantur, ne illius ſomnum interturbent. Cap. 2. 7. & Cap. 3. 5. & Cap. 8. 4. Eæ illi dormiturienti conciliant ſomnum cantillantes, muſanteſque illius & Sponſi concinunt laudes. Eaſdem illa orat, ſibi vt ſuppetias ferant in quærendo Sponſo, quod libenter faciunt. Cap. 5. 8. Eædem illius ſpeciem per otium prædicant. Cap. 6. 8. & ſeqq. & rurſum Cap. 7. 1. & ſeqq. Quæ officia omnia nonniſi ab amicis, & fauentibus præſtari poterant. Non ergo ea appellatione ſynagogæ iam reprobæ accipiemus Filias, quæ odio in Eccleſiam ex Gentibus ardentes, id omni ſtudio conabantur, vt eam delerent. Quod ſi hæc de Chriſtiana exponenda cenſerem, mallem conuerſas animas ex Iudaiſmo ſub Eccleſiæ initium intelligere, quæ, licet Chriſto per fidem hærentes, rudes adhuc myſterij à ſæculis abſconditi, ac tunc primum innoteſcere incipientis, mirabantur, etiam Gentibus aditum ad Euangelium patere. *Obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro; quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effuſa eſt.* Act. 10. 45. Et: *Quare introiſtis ad viros præputium habentes, & manducaſtis cum illis?* Act. 11. 3. Et eorum, quæ geſta eſſent, rationem reddente Petro, acquieuere omnes: *Et glorificauerunt Deum dicentes, ergo & pænitentiam dedit Deus Gentibus ad vitam.* Act. 11. 18. Quod certè nihil fuiſſe videtur aliud, quam Nigredinis excuſare labem quæ per Euangelij gratiam ſanctificatæ obeſſe iam nihil poſſet.

Conuerſi ex Iudæis exprobrant Eccleſiæ ex Gẽtibus præteritum cultum idolorũ.

Filiæ Hieruſalem ſemper ponuntur amicæ.

Iudæi conuerſi myſterij vocationis Gentium inſcientes.

II.

Sed neque id aptũ ad hunc ſtatum.
Cum nondum ſit ſponſa, ideoque nec Chriſtiana.
Nec aptior ſenſus Origenis,
Scribas Filias arbitrantis,
Qui Iudaico ſupercilio Eccleſiam contemnebant.

Sed ne id quidem aptè in eum ſtatum quadrat, qui hoc loco deſcribitur: quo Eccleſiæ infantia, & ætatis myſticæ flos ob oculos ponitur. Quidquid de Eccleſia Chriſtiana dicitur, ad ipſius adultiorem ætatem, cum iam per connubialia iura viro tradita, pertinet; cuius rei multa poſtremis huius libri capitibus mentio eſt, & quidem tam perſpicuis notis, vt mirum ſit fuiſſe aliquem, qui alio ſenſu vellet exponere. Hic nondum promiſſiones de futuro Meſſia factæ, nondum lex data per Moſen, nondum ea per legem Gratiæ abrogata; adeoque quæcunque de Chriſtiana Eccleſia dicuntur ad hunc locum aptari non poſſunt. Quo etiam cenſu numeranda ob eandem cauſam Origenis interpretatio, qui Scribas, & Phariſæos intelligit, illiuſque populi ſapientes, qui Eccleſiæ incipientis humilitatem, exiguitatemque videntes; vtpote, quam pauci piſcatores, vileſque animæ conſtituerent, Iudaico ſupercilio illam contemnebant, interiorum diuitiarum, quibus ornabatur, inſcientes; quibus illa dicat, ſe quidem ſuæ exiguitatis conſciam non negare, & humilem, & paruulam, & contemptibilem eſſe ſe, ſed tamen alioqui decoram, & propter ingentia bona, quibus donata eſſet, dignam, quæ magni ab omnibus haberetur.

Eccleſiæ ſtatus adhoc infantis.

Filiæ Hieruſalẽ non ſunt Scribæ & Phariſæi.

III.

Ineptiſſime Hebræi DD Gentes accipiunt futuras ſubditas Hieroſolymæ
Sed is ſenſus Iudaicus eſt,

Longius multo receſſere Hebræorum DD. quorum anteſignanus R. Selomo, qui Filiarum nomine Gentes accipiunt, alienas à fide Iudaica, Rationem autem nominis eam eſſe, quod Hieroſolyma vrbs futura eſſet aliquando Metropolis omnium populorũ iuxta Prophetarum vaticinia, *Nigra, inquit, ſum, (ò Gentes, aliquando futuræ Filiæ meæ) operibus meis, ſed actionibus Patrum meorum Speciosa: quin etiam quædam operum meorum honeſta ſunt; &, vt in me inſit impietas vituli conflatilis, eſt tamen è contrario in me traditionum legis puritas.*

Non ſunt Gentes Iudæis ſubditæ.

Digitized by Google

Nam acceſſio Gentium ad Eccleſiã,
Propriè ad Chriſtianam ſpectat,
Non ad ſynagogam,
Cui ne temporaliter quidem ſubditæ gentes.

Prophetarum vaticinia de acceſſu Gentium ad Eccleſiã, in Chriſtiana impleta.

Hic ſenſus Iudaicus eſt; & quod ponit, ex errore protectum. Quidquid enim dicitur de Gentibus Hieroſolymam velut matrem agnituris, ad Eccleſiam Chriſtianam referendum eſt; de qua & prius dicta, & poſt impleta vaticinia Prophetarum; aduocatis in eam omnibus Gentibus, quarum nulla tota ad Iudaiſmum adducta eſt. Sed vix pauci quidam, & rariſſimi. Accedit, ſi de temporali imperio velint intelligi, ne id quidem verum eſſe poſſe: cum finitimæ ſolum ab Dauide, aliſque Regibus parere coactæ ſint, vix vnquam ſub Iudaico iugo, quietæ: & ne eæ quidem Hieroſolymæ dictæ ſunt Filiæ, ſed ancillæ, quod verè erant. Demum & illud inuriſimile eſt, Hieroſolymam atque in ea ſynagogam deſpectui habitam à nationibus exteris, quod aliquando Idola coluerit; cur enim in illo populo damnarent, quo ipſe gloriari ſolerent? Non ergo ea cauſa erat, cur illam velut Nigram ac ſordidam illæ contemnerent, ac deformem arbitrarentur.

IV.

Probabilius Filias Hieruſal. dicemus animas imperfectorum.
Quibus carnis motus moleſti,
Sæpe exiſtimantur peccata. (Ea nigredo eſt)
Cum tamen non ſint,

Filiæ Hieruſalẽ animæ imperfectorum.

Ergo in re perplexa, duæ manent ſententiæ, quarum alterutram probabilem arbitramur, probabiliorem poſteriorem. Filias Hieruſalem accipere poſſumus Eccleſiæ ipſius imperfectiora membra, animas dico nondum & myſteriorum perfectam notitiam adeptas, & in culmen charitatis ſublatas; quarum, vt imbecillior virtus, ita & infirmior exiſtimatio. Senſualitatis in ſe motus, & naturæ rebellantis motus hæ ſentiunt, velut quarundam ferarum, quæ, nondum manſuetudinem doctæ, neque ad pacem compoſitæ, inquieto, ſed & continuo conatu nolentes impetunt, ac ſæpe lacerant. Quarum cum non poſſint importunitate liberari, ſibi ipſis quodammodo iraſcuntur; ac, præ impatientia anxietudinis, prope eſt, vt damnent naturam, ſuo ipſius merito hiſce domeſticis hoſtibus traditam. Et tanquam eædem illæ affectiones, & pronitates ad malum, malæ ipſæ, ac damnabiles ſint, naturæ deformitatem arbitrantur, ideſt, culpam; necdum diſcernere maturo iudicio doctæ, quid interſit inter illas, & culpas veras. Horum ſcilicet in perſona Paulus dicebat, Rom. 7. 14. 15. 18. *Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato: quod enim operor, non intelligo: non enim, quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum illud facio.* Et: *Scio enim, quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum: nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* Harum ergo imperfectarum animarum, infirmarumque iudicium Eccleſia corrigit; docetque, quidquid illud eſt, quod in eo genere conantibus ad virtutem moleſtum eſt, tametſi occaſionem ſæpe præbeat culpæ, culpam non eſſe, nec verè animam deformare, quæ per ſanctificantem Gratiam, quæ vera eſt animæ ſalus, ſanata eſt. Adeo quæ nullam eſſe cauſam, cur ſe deſpiciant, tametſi non nihil propterea cauſam natiuo, quo pingebatur in Paradiſo, colore, mutatam, atque infuſcatam. Hic ſenſus & grandis eſt, & aptè in hunc locum quadrat; ſub omni enim Eccleſiæ ſtatu, & imperfectiores, & infirmiores fuére, qui non ſatis ſcirent, naturæ motus ad peccatum impellentes à peccatis ipſis diſcernere, quantumque inter vtrumque ſit diſcrimen, definire. Ideo Filias vocat, non Filios, vt imbecillitatem iudicij, & infirmitatem ſentiendi, & operandi fœminea appellatione notaret. Atque hæc ſint probabiliter diſputata.

Imperfecti ſæpe carnis motus peccata reputant.

Horum in perſona Pauli verba notanda.
Horum erratum Eccleſia corrigit.
Monens peccata illa non eſſe,
Etſi occaſionem peccati ſæpe præbeant.
Nam ſub omni ſtatu imperfecti ſunt multi.
Qui ideo Filiæ, nõ Filij dicuntur.

V.

Sed melius Angelos Filias Hieruſalem eſſe dicemus,
Quod voluit Pſellus.
Nam perfecti ſæpe imperfectiores contemnunt,
Propter næuos quoſdam.
Et licet Angeli id non ſoleant,
Nec futurum credat Eccleſia,

Angeli Filiæ Hieruſalem.

Verum probabilius fortaſſe hæc de Angelis interpretabimur, quos toto Cantico Filiarum Hieruſalem appellatione deſignatos, ſuis infra locis oſtendemus. Certè in multis tam aptè conuenit interpretatio, vt aptius nihil videatur dici poſſe. Id nos docuit Pſellus. Qua autem ex cauſa hæc ad Angelos dicat Eccleſia, non declarat. Sed facile eſt eam indicare. Solet namque plerumque fieri, vt, qui in altiore virtutis gradu verſantur, eos, quos in inferiore adhuc hærere ſciunt, propter idipſum, haud magni faciant; potiuſque propter næuos nonnullos, quibus notari eos animaduertunt, contemnant. Et quanquam ea labe ſecretæ fortaſſe, ac nondum ſatis emendatæ ſuperbiæ homines etiam, qui altiorem virtutis gradum contigére, maculantur haud raro; Angeli contra, quorum defœcatiſſimum, ac ſimpliciſſimum iudicium eſt, longe abſint ab ea conſuetudine, ex ijs tamen, quæ communiter ſolent contingere inter homines, de ijs, qui homines minimè ſunt, ſermonem Eccleſia vſurpat: non quod credat ita futurum, vt mentibus illis cœleſtibus ob eam cauſam reprehendatur, quod adhuc cum carnis illis affectionibus luctetur, poſt Gratiæ donum infuſum; ſed quòd ad ſe quidem conuertens oculos, videbat poſſe illud obijci ſibi: vt timidæ ſolent eſſe mentes, quæ ſuarum imperfectionum conſciæ ſibi ſunt, tametſi eo iam ſtatu verſantes, quo ſe ſciunt ſanatas per Dei gratiam. Quidquid enim ſibi ipſis in ſe diſplicet, id nec alijs placiturum eſſe, & quidem merito, arbitrantur. Orat ergo cœleſtes illas, ac mundiſſimas mentes, ne ſe propterea auerſentur, quod carnis adhuc cupiditatibus inuoluta, difficile explicare greſſum poſſit, atque ad ſuperiora contendere. Se per gratiam quidem Dei reconciliatam, nondum in totum indignatione poſita, propter ſcelus in Paradiſo admiſſum, merito caſtigari: ſed ſpem multam ac certam eſſe, futurum aliquando; vt ad intimum penetrale admiſſa cum illis, quidquid id eſt Nigredinis exuat, ac tota ſe pulchritudine contuendam exhibeat, ſimilem illis. Ac propterea dum in terris militans ea patitur, quæ ſua voluntate non poſſit exuere, etſi maximè velit, potius commiſeratione dignam, quam contemptu eſſe.

Sic tamen loquitur tanquam de hominibus.
Quod ſui conſcia ſciat quid in ſe taxari poſſit.
Orat ergo ne ſe auerſentur,
Licet carnis affectionibus nondum purgatam,
Quibus ſe ſperet aliquando liberandam.

Eccleſia Angelos orat ne ſe auerſentur, quod adhuc carnis affectionibus titilletur.

Cæte-

Digitized by Google

SVM. COM. VI.

Sed cur Filias non Filios Angelos vocat?
Id ſenſum traditum non turbat.
Sed Dramatis lex Filias exigebat,
Cum ageretur de forma,
Cuius æmulæ fœminæ ſunt.
Alioqui fœminā fœminas appellare debebat.
Sic ſapientia ancillis vtitur, non ſeruis,
Contra Paterfamilias ſeruis non ancillis,
Licet vtrobique Apoſtoli intelligantur.
Nec nouum eſt Angelos fœmineis appellari nominibus.
Dominationes, Poteſtates, Virtutes.
Et, ſi Filiæ Hieruſalem amicæ inducuntur,
Nulli magis amici quam Angeli.

Fœminæ fœminarum æmulę in negotio formæ.
Sapiētiæ increatæ ancillæ tributæ, Apoſtoli ſūt.
Angeli fęmineis nominibus appellati, cur.

Cæterum cur Filias Hieruſalem Angelos vocitet, haud difficile eſt intelligere, cum cœleſtis illius, ac pacificæ Ciuitatis ciues ſint, & domeſtici Dei, qui in ea pacificè regnat. Cur autem Filias, non Filios dicat, nodus eſt haud facile diſſoluendus, tametſi ad ſenſum non admodum neceſſarius. Siue enim Filias fœmineo genere, ſiue Filios maſculeo dicas, idem eſt ſenſus. Mihi ea ratio rem videtur conficere. Dramaticum hoc ſcribendi genus eſt, ſub quo latet altior intelligentia; ſed non ideo Dramatis leges contemnendæ fuerant, quòd ſub eo cortice altior ſenſus ab Authore intentus abſconderetur. Ad Dramaticam autem actionem multo erat concinnius, ſi Filias appellaret fœmina, quam ſi Filios: Fœminæ enim ſunt, quæ de forma fœminis litem frequenter intentant, cum earum artium viri incurioſi ſæpe ſint. Illæ ſunt, quæ ſcrupuloſè omnia penſitant, ac ſingula curioſè examinant, nec ignoſcunt, ſi quid reprehenſione dignum; quin illud obiectant, & apud ſocias iactant. Iure ergo non viros, ſed fœminas ſibi appellandas arbitratur, ſi poſſit iudicij ſeueritatem ſermone blando mitigare. Poſita autem Dramatis in ea loquendi forma neceſſitate, ceſſat tota de arcano ſenſu quæſtio, cum vſurpata ſemel appellatio mutari non poſſit. Sic Prou. 9. 5. cum de increata ſapientia ſermo eſſet, *miſiſſe* dicitur *ancillas ſuas ad arcem, & ad mœnia ciuitatis;* ancillas autem vel Prophetas, vel Apoſtolos eſſe conſtat multorum Authorum conſenſione, cum ſerui potius, aut famuli dicendi eſſent; ſicut Matth. 22. 3. dicitur Pater ille familias *miſiſſe ſeruos ſuos, qui vocarent inuitatos*. Vtrobique decorum ſeruatum eſt. Ancillas ergo vocat, quia cum de ſapientia, ſub matronæ cuiuſdam typo loqueretur, magis Parabola conueniebat, vt ancillis, quam vt ſeruis vteretur, nulla præcipui ſenſus noxa. Alioqui nouum non eſt ſpiritus illos cœleſtes fœmineis nominibus nuncupari; vocamus enim illos *Aethereas mentes*, quod omni carnis contagione ſpoliatæ, velut corpore ſuo exutæ animæ, viuant cum Deo. Sed & inter earum ordines *Dominationes, Poteſtates*, & *Virtutes* cenſemus, quibus nominibus ab Eccleſia generali appellatione vocantur. Quod ſi toto hoc Cantico, quoties Filiæ Hieruſalem inducuntur in ſcenam, vt amicæ, atque fauentes, non vt æmulæ Sponſæ, inducuntur, vt paulò ante monitum eſt, & ſuis infra locis oſtendetur, non ſine cauſa Filiæ potius, quam Filij dicti ſunt; ſuopte enim ingenio ſexus ille imbecillior, pronior eſſe ad commiſerandum, fauendumque ſolet. Hæc ergo alia ratio eſt, cur Filiarum appellatione Angeli, non Filiorum donati ſint, indicandæ eorum in homines, maximè in Eccleſiam charitati, atque ad auxiliandum, fauendumque propenſioni.

NOTATIO XVI.

SICVT TABERNACVLA CEDAR, SICVT PELLES SALOMONIS.

I.
Dubium an hæc arcano ſenſui ſeruiant.
Affirmant quidā, cum Bernardo,
Qui in tabernaculis bellum cogitauit,
Eſt autem humana vita militia.
In quo argumento velut ad pompam excurrit Bernardus,
Noſtra enim corpora tabernacula ſunt,
In quibus peregrinamur à luce, ideo in Cedar.
Non velut ciues, ſed vt indigenæ,
Aut viatores, & milites.

Origenes.
Nyſſenus.
Aponius.
Theodoretus.
Tres PP.
Caſſiodor.
Greg. PP.
Beda.
Anſelmus.
Bernardus.
Eccleſia in via in continuis bellis.
Humana corpora tabernacula militaria.
Hebr 13 14.
Iob 7. 1.
2. Cor. 5. 6.

HORVM ſenſum, quantum attinet ad Dramaticam expoſitionem, Commentario Dramat. Notat. 19. tradidimus. Hic grauis eſt quæſtio, Num etiam hæc ad arcanam intelligentiam quidquam faciant. Et quidem de veteribus (quos quidam de Recentioribus ſunt ſequuti) nonnulli primum illud voluére: & vero, ſi in commodum ſenſum exponi poſſint, qui optimè cum ſuperioribus hæreat, negligendus non eſt. Agmen ducit Bernardus ſerm. 26. in Cant. quo nullus profundius in hoc pelagus ſe immerſit, ac de profundo & vtilibus, & grauibus ſententijs, velut margaritarum diuite præda onuſtus, regreſſus eſt. Audito autem & *Tabernaculorum*, & *Pellium* nomine, velut claſſico excitatus, bellum adeſſe arbitratus eſt: eſt enim vtraque appellatio militaris, & de medijs petita caſtris. *Militiam* ergo *vitam hominis eſſe* recordatus eſt, *ſuper terram*. Iob. 7. 1. Et Eccleſiam, dum à Domino peregrinatur, multis, ac difficilibus bellis implicitam cogitauit. Sed nullus eo melius hunc ſenſum tradat. Audi illam, in argumento graui, ac pulchro ſe exercentem, ac velut animi cauſa ſpatiantem. *Quid enim Tabernacula, niſi noſtra ſunt corpora, in quibus peregrinamur? Nec enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Sed & militamus in eis, tanquam in Tabernaculis, prorſus violenti ad Regnum. Denique Militia eſt vita hominis ſuper terram: & quandiu militamus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, ideſt, à luce. Nam Dominus lux eſt; &, inquantum quiſque cum eo non eſt, intantum in tenebris eſt, hoc eſt, in Cedar. Flebilem ergo vocem ſuam agnoſcat illam. Heu me! quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Eſt ergo habitaculum noſtri corporis, non ciuis manſio, aut indigenæ domus: ſed aut Tabernaculum militantis, aut ſtabulum viatoris*. Vide, vt pijſſimus Abbas omnia expendat, ac nunquam, & nuſquam dormitet. Locum hunc de viantis, ac militantis Eccleſiæ ſtatu alij fusè congeſtis & ſcripturæ, & Patrum ſententijs illuſtrauere, quos tutè videre potes. Nos alia vocant.

II.
Nec ineptū id ad noſtrum filum,

Applicare autem doctrinam hanc ad verba, iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam, haud difficile eſt. In *Fuſcedine*, quam excuſat, originariæ labis reliquias, ſeu veſtigia appel-

appellare malis, intelleximus. Hinc autem ortum inter ſpiritum, & carnem bellum, & horridum, & continuum, nec niſi cum morte finiendum: dum *caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcumque volumus, illa faciamus*. Gal. 5. 17. Omnis autem cœleſtis vitæ ſumma, quam Perfectionem appellamus, in vna de his hoſtibus victoria eſt ſita; cum carnis omnibus affectionibus aut ſopitis, aut omnino deletis, nullus eſt iam, qui repugnet. Tunc anima ſequitur ſpiritum, nullo impediente, nullo remorante: tunc tuto, ac placido æquore nauigat, ſecundiſque flantibus auris, lætum celeuſma concinens, in portum contendit æternæ felicitatis: tunc imitata Chriſtum, in altum aëra contendit, *captiuamque ducens captiuitatem ſuam*, ſe Chriſto vindici, cuius ſcilicet viribus, armiſque vicit, ſiſtit, ad eiuſque veſtigia ſpolia accumulat, illius omnia eſſe profeſſa. Dum is temporis articulus differtur, anhelat ſollicita, atque inter armorum fragores & vulnera, ſola ſuſtentatur ſpe ſecundioris fortunæ. Puluere ergo ſuo ſæpe & ſanguine *Fuſca*, clamat ad illos, qui iam æterna pace beantur, cœleſtes Spiritus: *Nigra Sum, Sed Formoſa, Filia Hieruſalem, Sicut Tabernacula Cedar, Sicut Pelles Salomonis*. Magnum enim eſt, & ad laudem aptiſſimum, ſi multis ſpectantibus, vocibuſq; acuentibus pugnam, atque animos facientibus, nobilis Præliatrix hoſtem proſternat, fortiorque de prælio ſurgat; nunquam enim cum hiſce hoſtibus victoria contingit, quin ſimul & illis accidantur vires, & audacia minuatur: animæ contrà & vires creſcant; & debellandi eos in totum ſpes certa magis, ac magis ſuſtentetur.

Nam ex culpa ortum hoc bellum.
Inte ſpiritum, & carnem.
In cuius victoria perfectio conſiſtit.
Poſtquam ſequitur pax.
Et pacem triumphus.
Dum id differtur, bellum eſt.
Et puluere ſordet Eccleſia, ideo nigra.
Tunc ſpectatores vocat Angelos.
Et pugnæ, & victoriæ teſtes.

Diſſidium inter ſpiritum, & carnem à culpa ortum.
Perfectio in victoria carnis ſita.
Epheſ. 4. 8.
Eccleſia caſtrenſi puluere ſordida, ideo nigra. Cant. 1. 6.
Angeli præliorũ Eccleſiæ ſpectatores.

III.

Cæterum quanquam hæc grauiter, ac probabiliter diſputantur, multumque debetur illis, qui in ea re præiuere ſequututis, ſi nexum, ac conſequentiam interpretationis conſideres, immo Eccleſiæ ipſius ſcopum, in adornanda pulchritudinis defenſione, aliquanto aptius arbitrabere, eo ſolum reſpexiſſe, ne propter contractam *Fuſcedinem*, quæ nihil obeſſet vniuerſæ ſpeciei, quæ nemini non probari poſſet, deſpectui haberetur, cum ea nec natiua eſſet, nec difficile poſſet deleri, ſi tamen cultus accederet. Non itaque tam de *Fuſcedinis* cauſa, quam de effectu loquitur ipſa. Nam de contractæ *Nigredinis* occaſione, proximo commate dictura eſt, *Nolite Me Conſiderare Quod Fuſca Sim, Quia Decolorauit Me Sol*. Immo ſi rem ſuis momentis expendas, & vim eorum, quæ ſequuntur, accuratius preſſeris, ſtatim intelliges, minus, quæ dicta paulo ante de præliandi vſu ſunt, ad hunc locum aptari poſſe. Nam inuitam ſe eam labem contraxiſſe, profitetur, quod aliorum imperio ruſtica procurare, quod minimè ſe decebat, & virginem, & teneram, coacta ſit. Quo aliquid certè innuit, quod ſibi ſcilicet fuerit indecorum, minimèque laudabile; quod tamen ipſa vitare minimè potuerit. At tota illa bellandi ratio cum affectionibus carnis, aut cum anxietatibus, & preſſuris militanti Eccleſiæ nec ingrata, nec ingloria eſt: immo nihil illi vel ad famam illuſtrius, vel ad laudem maius, vel ad commodum vtilius. Nec eo exercitio *Nigredinem* contrahit, potius depellit, ſi quam habet: eo candidior, & aſpectabilior, quo, pluribus ipſa victorijs illuſtrior, hoſtem omnino deleuerit; cum in eo vt dictum eſt, tota Eccleſiæ pulchritudo, candorque conſiſtat: eoque per dura, ac difficilia præliorum, & victoriarum ingentia, contendat, quoad omnino perfecta, ſine vlla aut macula, aut labe, ſeſe Deo victoriarum authori ſiſtat, de hoſtium manubijs erectura in cœlo trophæa. Simplicius ergo, & labem illam *Fuſcedinis* ineſſe ſibi fatetur, excuſatque *Tentoriorum* illa, ac *Pellium Nigroris* ſimilitudine, quæ nec natiua illis fuerit, nec ideo illa minus apta efficiat, cui fuerant muneri deſtinata. Sic ſibi ſcilicet futurum; nec contractam ab inuita *Fuſcedinem* obeſſe poſſe, quin aſpirare ad Dei coniunctionem poſſit, cui ignota non eſſet *Nigredinis* illius origo, quæ deleri & illa poſſit, ſi cultus virtutum accedat. Expleta ergo ſimilitudinis ratione omni in exteriore Dramatis apparatu, non eſt, cur anxiè quæramus, quid in arcano ſenſu, & *Tentoria Cedar*, & *Salomonis Pelles* ſignificent: neque enim ſpiritalis intelligentiæ cauſa inducta ſunt; ſed tantum vt Dramatis ordini, atque artificio ſeruirent. Quod interpretandi genus tametſi nonnulli carpere audent, immerito faciunt, & multorum aliorum, grauiumque in Symbolico, ac Dramatico, immo Parabolico genere, damnantur, & authoritate reuincuntur. Et quanquam nos alicubi, omnia in hoc Cantico, quantum res patiantur premenda, docuimus, ſed habet illa regula exceptionem, cum loquendi forma adagium ſapit, quemadmodum cum dicuntur *Currus Aminadab*. Sic autem omnino loco hoc id quod de *Tabernaculis* ac *Pellibus* dicitur accipiendum eſt.

Probabilia hæc; ſed minus apta huic loco.
In quo ſponſa coloris labem excuſat.
Nec de illius cauſa, ſed de effectu loquitur.
Quo inuitam deformatam ſe dicit.
Coactam ruſtica munia obire.
Bellandi autem neceſſitas
Eam non turpat, potius decorat.
In eo enim ſita perfectionis ratio.
Nempe in victoria carnis.
Excuſat ergo nigredinem tabernaculorum ſimilitudine.
Nec ſe ideo impediri, quin aſpirare poſſet ad Dei nuptias.
Tentoria ergo Soli Dramatis artificio ſeruiunt.
Quod interpretandi genus
Multis grauibuſq. probatur.
Maximè vbi adagialis loquutio eſt.

Eccleſiæ ſcopus defenſio ſui in labe nigredinis.
Cant. 1. 6.
Bellum Eccleſiæ non illi indecorum.
Vera pulchritudo victoria de carne.
Tentoriorum mentio ſoli Dramati ſeruit: non arcano ſenſui.
Regula.

VER-

Digitized by Google

VERSVS VI.

NOLITE ME CONSIDERARE, QVOD FVSCA SIM, QVIA DECOLORAVIT ME SOL. FILII MATRIS MEÆ PVGNAVERVNT CONTRA ME: POSVERVNT ME CVSTODEM IN VINEIS, VINEAN MEAM NON CVSTODIVI.

COMMENTARIVS.

PROPTER Fuſcedinis illam labem, qualis qualis illa eſſet, neminem ſibi ſuccenſere debere, dixerat; quòd nihil illa impediret, quo minus & *Pulchra* eſſet, habereturque, ſi modo iudex æquus eſſe vellet. Addit nunc aliunde probationem,& quidem grauem: quòd aliena factum fuerit culpa, vt in eum ſtatum ſit deducta. Actum vehementiſſimæ tentationis fuiſſe in cauſa, vt fęlicitatis antiquæ poſſeſſione excideret, & in has anguſtias, ac difficultates ſit detruſa. Se quidem Omnipotentia Dei, vel vt *Matre* genitam, atque editam in primis Parentibus, omni ex parte rectam, ſanam, perfectam, qualem eam eſſe decebat, quæ Dei imaginem, ſimilitudinemque referret. Sed fuiſſe *Fratres*, eadem genitos *Matre*, ſed ætate maiores *Angelos*, qui cum ſuo ſcelere maximo paterna excidiſſent hæreditate,ac domo eiecti fuiſſent,inuidentia in *Sororem* innocuam,ſimplicemq; exarſerint,fraudeq; impulerint in interitum,& ruinam. Actum de ſe fuiſſe, niſi Dei benignitas collapſæ præbuiſſet manum; hærentemque turpiter ſolo, ſubleuaſſet. Reſtitutam ergo in gratiam, nec tamen in totum redditum amiſſum bonum; manſiſſe antiqui ſceleris veſtigia, quæ demutauerint cutem, *Fuſcumque Colorem* induxerint. Nec licuiſſe ſibi dum *Apoſtatarum Angelorum* paret fraudibus, ſua priuatim curare; adeoque deficiente formæ ſtudio, labem illam contractam; quam tamen breui abolendam, eiuſdem Dei beneficio, certo ſperaret.

ENARRATIO.

NE itaque, vos oro, ò beatæ mentes,quæ Deo iugiter adhæretis, minus fauente oculo me aſpicite, propter coloris illam labem; ne miſeræ ſuccenſete: fauete potius illi,quæ ſua culpa quidem, quidquid ideſt Fuſcedinis contraxit; ſed aliena tamen fraude, ſcitis, quid æſtus tentationis, ardorque ſæpe poſſit. Vel ſpiritus illos videte, fratres quidem natura veſtros, olimque non minus, quam vos ipſos, natura præſtantes, ac nobiles vrente ſuperbiæ vento velut peſtilente aura nouas ſtirpes corruptas, de fæliciſſima ſede deiectos; atque in tantum natura mutatos, vt ex Angeli dæmones facti ſint. Degeneres ergo illi,malique Fratres,ſuperbia prius ſua deiecti, poſtea tabeſcentes inuidia, improuidam malis artibus petiuere me, atque induxére in fraudem. Vrens ab eorum ore perflans ventus me teneram adhuc corripuit exceſſitque. Sic colorem ipſa, quo natura, ac Dei benignitate tincta fueram, Nigredine, quam videtis, commutaui. Vna mihi fuerat demandata cura, mea ſcilicet curare ipſa, &, quidquid à Deo acceperam boni, non conſeruare modo,ſed ſtudio ac vigilantia perficere, quo gratior in dies, & acceptior illi fierem. Animi ergo, velut Vineæ cuiuſdam fertilis mihi cultura commiſſa, in qua ſuis ordinibus multarum virtutum plantatæ vites aſſiduo cultu vernarent, ac adoleſcerent ſenſim, vberes Domino

fructus

Digitized by Google

fructus relaturæ. Sed heu me ſimul & miſeram, & improuidam? Ab illis ipſis Fratribus meis praue mihi bellum indictum eſt, quo tandem oppugnata mea illa natiua virtute, ſeruire coacta ſum ſeruitutem duram miſeramque. Vt ancillam ergo ruſticis miniſterijs deputarunt; & cui ſolum cæleſtia curæ futura fuiſſent, terrenarum rerum ſtudium, velut opus graue impoſitum eſt. Pro virtutum ſtudio vitiorum cura ſucceſſit, vnde mihi miſeriarum ille cumulus, cæpit incumbere, vt ne reſpirare quidem daretur: niſi vna me Dei benignitas forti manu, tot tantiſque me malis ſubduxiſſet.

NOTATIO XVII.

NOLITE ME CONSIDERARE QVOD FVSCA SIM, QVIA DECOLORAVIT ME SOL.

SVM. COM.

I.

Nigredinem excuſarat, quæ formæ minimè obeſſet. Nunc aliena culpa contractam dicit. Ideo ſibi ſuccenſendum non eſſe.

Id orat Angelos,

A quibus ſibi propter eorum puritatem timebat. Quod ſcilicet coacta ſit bellum gerere cum carnis affectionibus.

HÆC cum ſuperioribus nectendi rationem indicauimus in Commentario. Labem illam à prima culpa adhuc hærere ſibi dixerat; quæ quidem non vera deformitas eſſet, quæ ſola eſt culpa, ſed velut veſtigium illius, & quaſi ſtigma ſeruitutis poſt redditam libertatem, quo aliquantum color à priore mutatus ſit. Nunc, qua id ratione contigerit, & cuius potiſſimum fraude, dicit: ne vel tota in eam *Nigredinis* accuſatio conijceretur; aut certè talis illa labes exiſtimaretur, vt deleri iam non poſſet. Caſu eam contractam, poſſe ſtudio, ac diligentia vel diſſimulari, vel tolli, aut certè minui. Et verò, vt paulo ante monuimus, totum Virtutis, ac Perfectionis ſtudium, in quocunque Eccleſiæ ſtatu in eo eſt, vt ſenſim reliquiæ illæ antiquæ infelicitatis purgentur; ac, ſi deleri omnino non poſſunt, ſaltem minuantur. Monet ergo *Beatas* illas *Mentes*, à quibus, propter earum puritatem nulla terrena fæce permixtam, reprehendi ſe poſſe ſciebat, ne ſecuriore cenſura eam damnent, quoad ſua peracta defenſione, intelligant, cuius potiſſimè culpa ſit factum, vt non ſuo colore tingeretur: ideſt, vt eas carnalium affectionum moleſtias ſubire coacta ſit: ac cum eis, velut cum infenſiſſimis hoſtibus bellum gerere & longum, & graue, incerta ſæpe victoria, & varia fortuna: quanquam multa ſibi ſit ſpes, futurum aliquando, vt, debellati, non vltra laceſſere audeant pacem illius. Atque hic ſenſus & expeditus, & planus eſt, &, iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam, accommodatus.

Nexus cum ſuperioribus.

Eccleſia in alios cauſam nigredinis conijcit.

II.

Sed diuerſi ſenſus examinandi ſunt.

Nam quidam Solem Chriſtum interpretantur,

Cuius luci comparata omnis alia lux, tenebra ſit.

Sicut Sole Oriente aſtra non lucent. Id minimè hæret, Quia ea ſe labe purgat, apud eos, qui ea carent. Nec Angeli Chriſto comparati lucere poſſunt.

Cæterum aliorum tum veterum, tum recentium ſententiæ examinandæ ſunt, ne ſine cauſa eas reieciſſe videamur. Et quidem tanta earum varietas eſt, vt, præterquam mentis iudicium hærere cogunt, plerçque veram licet ſententiam, quod attinet ad doctrinam, contineant, parum anxij earum Authores de ſententiæ conſequentia fuiſſe videantur. Atque, vt eius rei ſpecimen aliquod lector habeat, ſunt quidam etiam de grauiſſimis, qui verba hæc: *Quia Decolorauit Me Sol*, quibus illa *Nigredinis* contractæ labem in *Solem* conijcit, quo ſcilicet exurente cutim colorem natiuum, *candidumque* in *Fuſcum* mutare coacta ſit, de Chriſto interpretentur. Certè Gregorius ipſe Magnus, *Per Solem*, inquit, *Chriſtus ſignificatur. Sol ergo eam Decolorauit, quia quantumlibet fulgeat anima, in comparatione Chriſti fulgorem amittit*. Sic illuni, ac ſilente nocte aſtra ſuo fulgore radiant, ad ſeque ſpectantium oculos trahunt, quæ tamen, exoriente *Sole*, velut ſui luminis pudeat, momento diſparent, vt cerni non poſſint. Sed illa eius ſe *Nigredinis* labe purgat, quæ damnari poſſit in ſe ab illis, qui ea labe carerent; quod certè, aptè in hunc Gregorij ſenſum minimè quadrare videtur; cum etiam *Beatarum* ille *Mentium* puriſſimus ſplendor, Chriſti luci comparatus, ſplendor non ſit; vt non minus ſeſe à *Sole* colore mutatas, fateri poſſent. Adde, quæ ſibi fatetur ineſſe *Nigredinem*, abeſſe negat *Pulchritudinem*: cum tamen comparatione Chriſti non minus, quantumuis pulchræ animæ, pulchræ non ſint; quam candidæ nigræ. Aliquid ergo ineſſe ſibi Eccleſia affirmat, quod cum *Pulchritudine* ſimul eſſe non pugnet.

Sol Chriſtus cui comparata lux omnis, non lucet.

Simile.

III.

Alij diuerſos Solis effectus notant. Iuxta cuiuſq. rei naturam. Deum illuminare, mollire, indurare. Id conſtat ex S. S. multis locis.

Origenis mirum acumen aliam viam inijt, & tametſi *Solem Deum* interpretatur, monet tamen, *Solis* non vnum effectum lumen eſſe, quo rebus vitam velut decorem impertiatur. Sed tamen iuxta earum rerum, quas ſuo ferit radio, diuerſitatem, diuerſos effectus parere; nam & lutum indurat ardore, & ceram emollit; vtrumque autem lumine peragi, quod calor ſcilicet comitatur. Dei proprium eſſe illuminare mentes hominum, ſiquidem excipiendi luminis ſint capaces, nec ſcelerum ipſa multitudine, velut obiectis nubibus, lucis immiſſos radios arceant. Sæpe etiam emollire contumaces, ſæpe indurare rebelles; quorum alterum miſericordiæ, alterum ſeueræ indignationis eſt opus. Sic dictum: *Deus, cuius vult, miſeretur, &, quem vult, indurat*. Rom. 9. 18. Et: *Excæca cor Populi huius, & aures eius*

Sol Deus illuminans, emolliens indurans, pro rerum diſpoſitione

aggraua,

At induratio quo pacto fiat Theologi quærunt.

aggraua, & oculos eius claude; ne forte videant oculis ſuis, & auribus ſuis audiant, & corde ſuo intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. Iſai. 6. 10. De Pharaone autem id non vno loco proditum eſt. Exo. 4. 21. 7. 3. 9. 12. 10. 1. Quo autem pacto hæc induratio fiat à Deo, an per negationem efficacis auxilij, an alia ratione, Theologi diſputant, quos tutè potes conſulere. Quod erga de ſe fatetur Eccleſia, *Decolorauit Me Sol*, ſiue vt LXXII. reddidere, quos ſequuti Græci PP. ac de Latinis quidam, *Deſpexit Me Sol*, ita interpretatur Origenes de Eccleſia ex Gentibus congregata, vt prius illam Deus vanorum numinum cultui deditam, ac infinitis ſceleribus inquinatam, magno ſuo merito *Deſpexerit*, ideſt, non rectis oculis aſpexerit, eaque prorſus neglecta, ſynagogam aſpexerit, lumineque doctrinæ colluſtrarit. *Sol enim*, inquit, *iuſtitiæ, quia me non vidit rectè ſtantem, nec ipſe in me direxit lucis ſuæ rectos radios. Ego enim ſum Populus Gentium, qui prius non aſpexi ad Solem iuſtitiæ, nec ſteti ante Dominum; & ille ideo me non aſpexit, ſed Deſpexit: neque adſtitit mihi, ſed præterijt.* Itaque *Fuſcedinem*, quam illa in ſe labem agnoſcit, *tenebras* interpretatur, quibus antea & horridis, & obſcuris vexabatur; *cordiſque duritiem*, qua lapidibus, quos colebat, ſimilis erat, qua tamen miſeria tunc liberata eſt, cum lux illi affulſit gratiæ ſalutaris per Chriſtum, quo ſenſu dictum à Paulo: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; vt filij lucis ambulate.* Epheſ. 5. 8. Et à Petro: *Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquando Non populus, nunc autem Populus Dei. Qui, Non conſequuti miſericordiam, nunc autem Miſericordiam conſequuti.* 1. Petri 2. 9. Per Ezechielem autem ipſe loquitur Deus: *Dabo vobis cor nouum, & Spiritum nouum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum; & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini.* Ezech. 11. 19. Quas promiſſiones ad Eccleſiam Chriſtianam pertinere docet Auguſtinus lib. 3. de Doctr. Chr. cap. 34. & alij PP.

Itaque Origenes, Deum deſpexiſſe Gentilitatem ait. Sceleribus ſcilicet inquinatam. Nec rectis eam oculis aſpexiſſe,

Fauore in Iudæos tranſlato. Fuſcedinem ergo errorum tenebras interpretatur.

Quibus prius inuolutæ Gentes,

Poſtea illuminatæ, & emollitæ. Vt ſæpe à Prophetis prædictum.

Cum de Gẽtibus loquerentur.

Gentes deſpecta à Deo, & in ſuis tenebris relictæ.

IV.

Vera hæc doctrina eſt, ſed huic loco non apta. Nam peccata cũ Gratia ſtare non poſſunt. Cum ſponſa ſe ſimul nigram, & pulchram fateatur. Nec Deus cauſa peccati eſſe poſſit. Cum tamen Solis culpa ſe nigram dicat. Repugnat etiam Hebræa vox, Quæ Solis actionem ſignificat. Non auerſionem ab ea. Quod voluit Origenes.

Hæc interpretatio id commune cum alijs habet, quod veram quidem doctrinam contineat, ſed huic loco enodando minus accommodatam. Nam præterquam quòd hæc de Eccleſia Chriſtiana interpretatur, cuius adhuc nulla eſt facta mentio, nec niſi à cap. 5. facienda, *Fuſcedinis* labem *peccata* interpretatur, quæ cum ſtatu gratiæ, quæ animi vera, atq; vna *Pulchritudo* eſt, eſſe non poſſunt; cum tamen Sponſa ſe ſimul & *Nigram*, & *Pulchram* fateatur: quo fit, aliud quidpiam *Fuſcedinem* eſſe, quemadmodum ſupra interpretati ſumus. Adde *Fuſcedinis* totam cauſam in *Solem* reijcere, cum tamen earum tenebrarum, quæ comitari peccata ſolent. Deus author nec ſit, nec eſſe poſſit. S.S.E. *Perditio tua Iſrael: in me tantummodo auxilium tuum.* Oſeæ 13. 9. Immo ex forma ipſa loquendi ſatis indicatur, affirmare Eccleſiam aliquid ſe à *Sole* paſſam, dum cuſtodiendis vineis occupatur, quo cutis nigreſceret. In malis ergo, & infęlicitatis ſuæ parte poſuit, quod *Sole* torrefacta, *Nigrorem* contraxiſſet. Quod refundere ſi velis in Deum, aptè non feceris. Nec aliud dices, ſi vim Hebreæ vocis expenderis, quemadmodum à nobis Com. Dramm. factum eſt, Not. 20. Significat enim *Solis* ipſius actionem, qua *Fuſcedo* illa ſit contracta. Alij enim reddidére: *Combuſſit*; alij: *Torrefecit*; alij: *Torue aſpexit*; alij: *Radijs feriendo intuitus eſt*; alij: *Irradiauit in me*. Quæ omnia ſatis indicant, quidquid id eſt, quod ſe à *Sole* paſſam affirmat, non eo paſſam, quod *Sol* ab ea auerterit lucis radios, ſed quòd toto eorum ſplendore, velut facto agmine, in eam incurrerit. Aliquid ergo quærendum eſt, ſi analogiam ſequare, quod in eam incurrerit, & incurſu deformarit mutato colore.

Nondum hic de Eccleſia Chriſtiana ſermo.

Nigredo hic peccatum non eſt, quod cum gratia ſtare non poteſt.

Hebræa vox Solis actionem ſignificat, non auerſionem.

V.

Nec melius, qui Solem zelum accipiunt Quo illuſtretur Eccleſia. Et comburatur, iuxta aliam lectionem. Ignis enim igni iunctus fortius agit. Et vbi quid acceſſerit, indurat. Hoc torrefacere eſt.

Et fortius amare. Et aptius ad agẽdum. Hinc decoloratio, ideſt perſecutionũ perpeſſio.

Quo ſatis eorum interpretatio conuellitur, qui *Solem* zelum interpretantur *animarum*, ortum ex Dei amore. Hoc illuſtrari Eccleſiam, multoque circumfundi lumine, atque omnium oculis obijci ſpectandam, laudandamque; nihil enim illi glorioſum magis, quam Dei quærere gloriam, hominumque ſaluti pro illius honore ſerio incumbere. Hoc eodem *zeli ardore* eandem illam *Combuſtam* iuxta aliorum lectionem: ſunt enim illius ſatellites, *Lampades ignis, atque flammarum*. Cant. 8. 6. Vices ſibi ſcilicet mutuo præſtant, charitas, ac zelus: ac quemadmodum ignis igni coniunctus vehementius vrit, & obuia quæque comburit, & citius, & facilius; ita charitatis, ac zeli flammæ coniunctæ nihil non corripiunt, ſæpe & conſumunt. Splendet ſcilicet inter vtramque flammam Eccleſia, ac velut carbones, multo igni ſaturi, ſolent, ardet, & proxima quæque in eandem ignis naturam tranſmutat. Sic dictum: *zelus domus tuæ comedit me*. Pſal. 68. 10. Hinc tertium naſci zeli effectum *Torrefactionem*, iuxta lectionem Theodotionis: *Quia Sol Torrefecit Me*: quem nihil aliud eſſe volunt quam indurationem quandam, (ita loquuntur) in amore, cum anima, charitate ipſa augeſcente, firmior, ac fortior in amore fit; vt nullis iam artibus, aut machinis poſſit à Deo diuelli: potius aduerſantibus ventis vehementius accendatur. Sic dictum eſſe: *Aquæ Multæ Non Potuerunt Extinguere Charitatem*. Cant. 8. 7. Proprium enim earum rerum, quæ igne torrentur, vt duriores fiant, aptioreſque vel ad operandum, vel ad reſiſtendum. Poſtremam eſſe *Decolorationem*, ſiue *Nigredinem*, quæ non tam zeli effectus, quam illius occaſione aliunde adueniens: quidquid enim anxietatum, quiquid perſecutionum Dei Eccleſiam vexauit, non aliunde ortum, quam quod ea, zelo Dei, & ani-

Sol zelus animarum quibuſdam haud apte.

Eius effectus illuminatio, combuſtio, torrefactio, decoloratio

Digitized by Google

Propter zelum animarum.
Et gloriam Dei, cui Eccleſia vota ſeruiunt.

Eccleſia vexata propter zelum animarum.

marum vrgente, mortalium animas Deo lucrari conata ſit, ac veluti maturas meſſes in horrea ſupremi Regis inferre. Inde contemptum paſſam, inde neglectum, maledictis eam impetentibus cunctis, qui ſuis vel vitijs, vel vanis Deorum cæremonijs dediti, tantam lucem rectis oculis videre non poterant.

VI.

Sed quod poſtremo dictum, vnũ probari poteſt.
Cætera ad rem non faciunt.
Nam non ſe iactat Eccleſia, quod zelo ardeat animarum.
Id enim non ad fuſcorem, ſed ad pulchritudinem facit.
Cum tamen coloris labem excuſet.
Sol ergo in deteriùs interpretandus.

Eccleſia non in laude ſua nigredinem ponit, quam excuſat.

Sol in malam partem hic poſitus.

Et hi quidem dum multa complecti conantur, haud multa ſtrinxiſſe ſunt viſi. Vnum enim hoc, quod poſtremo poſitum loco eſt, probari vtcumque poteſt, quantum attinet ad huius loci intelligentiam: Cætera, tametſi prolixo ſermone tractata, facere ad rem non poſſunt; nec varias huius loci verſiones illuſtrant: quæ omnes, ſi ritè expendas, eo ſolum eunt, vt omnes reprehenſionis occaſiones in ſe vel omninò demat Eccleſia, vel certè excuſet, minuatque. Non ergo eius ſunt verba, quæ ſeipſam commendet, propter zelum honoris Dei, & animarum; aut charitatis ardorem, ac firmitatem, ſiue, vt ipſi loquuntur, indurationem. Hæc non ad *Fuſcorem* pertinent, quem excuſat; ſed ad *Pulchritudinem*, qua ſe conſpicuam eſſe non negat. Fruſtra ergo, quæ ad aliud comma ſpectant, ad præſens transferas: nec permiſcendæ ſententiæ ſunt, quæ ſibi prorſus aduerſantur. Quidquid ergo de zelo, ac charitate dicitur, cuius illa lumine fulgeat Eccleſia, ardore autem comburatur, ac torreatur igne, veram quidem doctrinam continet, ſed huic loco, vt putamus, non aptam, quo *Fuſcoris* cauſam omnem, qua vna re deſpectui ſe haberi poſſe arbitrabatur, in *Solem* conijcit. Quo fit omnino, *Solem* hoc loco in deteriorem partem accipiendum; quemadmodum quod proximè de *Fratribus* dicit, à quibus indigniſſima pati ſit coacta.

VII.

Duplex ſententia grauis ſenſu.
Prior Solem tentationes, ac calamitates interpretatur

Id eſt perſecutiones Eccleſiæ.
Sed obeſt, quod non de præteritis loquitur, ſed præſentibus.
Deinde quod ſe nigram verè dicit,
Non hominum errore.
At aduerſa potius pulchram faciũt.
Excuſat ergo quod reprehendi in ſe poſſet.
Et in Solem cauſam conijcit.

Sol æſtus perſecutionum.

Perſecutionibus Eccleſia nõ denigratur, ſed pulchrior redditur.

Ea ſentẽtia reijcitur.

Supereſt duplex ſententia, quæ & ſenſu graui, & Authorum ſe magnorum tuetur nomine. Nam *Solem* nonnulli *æſtum perſecutionum, ac calamitatum* accipiunt, quibus ſæpe facies Eccleſiæ alioqui *candida, Infuſcata* viſa eſt, ideoque & contemptui habita. Hęc ergo ad Eccleſiam, ex Gentibus coactam, reſtringunt, quæ perſecutionibus preſſa, tam non imminuta eſt, vt in immenſum potius aucta ſit, ac miro ſe decore conſpicuam Deo, hominibuſque monſtrarit. Sic Caſſiodorus, & Beda, quos ſequuti de Recentioribus nonnulli. Cæterum præterquam quod nondum hic de Chriſtiana Eccleſia agitur, illud huic ſententiæ obeſt, quod & ab Auguſt. lib. de Doctrina Chriſt. cap. 32. obſeruatum eſt, non dixiſſe Sponſam; *Nigra Fui, & Specioſa Fui*, ſed vtrumque ſimul ſe eſſe, & verè eſſe: ſcilicet aliquid ineſſe ſibi, tametſi non omnino ſua ſolius culpa contractum, quod diſplicere poſſet; non autem ex ſolo ſe aſpectantium errore profectum. Quidquid id autem erat perſecutionum, anxietatumque quod exercebat Eccleſiam, quanquam hominum fortaſſe iudicio, aut errore, qui raro res ſuis momentis expendunt, illaudabile erat; Dei certè, qui falli non poteſt, ſententia, tam non illam minus *Pulchram*, aut amabilem faciebat, vt inde potius eius ſpecies nouis augmentis gratior appareret. Non ergo *Nigredinis* illam labem perſecutionum moleſtias intelligemus, ſed aliquid aliud, quod verè illam faceret *Fuſcam*, non hominum ſolo errore: alioqui non excuſaret, id quidquid erat, & in *Solem* cauſam reijceret, ſed negaret potius ſe verè *Fuſcam*, ac *Nigredinis* illa labe maculatam. *Solem* ergo non feruorem, ſeu æſtum perſecutionum, intelligemus, qui ardore ſuo, ac radiorum vi potius candidiorem redderet Eccleſiam, quam aduſta cute nigram.

VIII.

Poſterior ſententia amplectenda nobis.
Solem tẽtationem ad malum eſſe.
Ea enim vox loco hoc in deterius ſumitur.
Vt alias haud raro.
Aliquando interprete Chriſto.

Sol tentationes ad malum impellentes.

Sol adurit ſæpe ſata.

Reſtat poſtrema ſententia, quæ in ſe & grauior eſt, & ad texturam accommodatior. Grauitatem certè illi præſtant Patroni & Veteres, & Recentiores. Arbitramur ergo *Solis* ſchemate intelligi *Tentationum ad malum impellentium vehementiam*, quo nullus ignis potentius animum corripit, ac transmutat. Nam *Solis* vocabulum in ſcripturis aliquando in bonum, aliquando in malum ſumitur. Iactauerat Euangelicus ille ſeminator in diſpari gleba ſemen ſuum, cuius prouentus varijs ex cauſis euanuit. *Alia ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam, & continuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ: Sole autem orto, æſtuauerunt; & quia non habebant radicem, aruerunt*. Matth. 13. 5. 6. Nodum autem Parabolæ ſoluens Chriſtus, optimus ſui ſermonis Interpres, inquit: *Facta autem tribulatione, & perſecutione propter verbum, continuo ſcandalizantur*. ver. 21. Quod Lucas dixit: *Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt*: Luc. 8. 14. *Vehemens* ergo *tentatio* aptè ardenti *Soli* comparatur, vehementi caloris vi tenera germina perurenti, ac corrumpenti. Hæc ſumpta ſunt ex Nyſſeno, qui doctrinam ad hunc locum applicans, ſubdit. *Facta quidem eſt humana Natura ſimulachrum veræ lucis, procul à tenebroſis figuris, fulgens ſimilitudine exemplaris pulchritudinis: tentatio autem ardentem æſtum per fraudem inijciens, deiecit primum Germen, adhuc imperfectum, & carens radicibus; & priuſquam aliquem acquiſiſſet habitum, & per agriculturam rationum in profundo potum dediſſet radicibus: ſtatim per inobedientiam viridi, ac florente forma exſiccata, per æſtum nigrum effecit*. Quibus nihil aptius dici poterat, ad enodandum hunc locum, iuxta noſtræ interpretationis ſeriem, qua arbitramur, adhuc hoc loco cum proximis, Eccleſiam ſub Naturæ lege conſtitutam, loquentem induci, ſuumque caſum, & caſus remedium memorantem. Quod ſi *Nigredinem*, quam in ſe accuſat, interpretére, quod fecimus, peccati prioris, etiam poſt culpam remiſſam,

Sumpta hæc ex Nyſſeno,
Cuius verba habes,
Et grauia, & appoſita.
Et ad noſtram ſeriem accommodata.
Qui nigredinem culpæ veſtigia interpretati ſumus.

Aptiſſima interpretatio, ad ſeriem noſtram.

Digitized by Google

Id eſt affectiones carnis,

Quæ manſere poſt peccatum.

ſam, veſtigia, quæ, quamuis ipſa peccatum non ſint, ad peccatum tamen inclinant, ſæpè & in ruinam impellunt; certè nihil aptius quadrare affirmes, quam ſi *Solis* appellatione vehementiam ipſam tentationis intelligas, cui ſubcumbens primus homo, & in eo Eccleſia, de illa fęlicitate deiectus, in hanc miſeram appetitionum, affectionumque carnalium ſeruitutem eſt detruſus. Quæ quanquam Gratiæ pulchritudinem non deleant, nec minuunt, *Fuſcore* tamen quodam implacido inficiunt, ne tota ſe ſpeciei ſuæ luce ſpectandam det.

NOTATIO XVIII.

FILII MATRIS MEÆ PVGNAVERVNT CONTRA ME.

I.

Quidam Matrem cœleſtem Hieruſalem volunt,
Filios Apoſtolos, bellum, prædicationem
Vineas diuina mādata, quæ cuſtodienda commiſſa.
Vineam propriam mores priſtinos,
Prauas ſcilicet religiones,
Aut certè propriā vtilitatem.
Quæ propter bonū aliorum curanda non eſt.
Hæc Pauli doctrina eſt.
Sed id huic loco non quadrat.
Nam ex eo bello Eccleſia pulchrior,
Non nigra diſceſſit.

Mater Hieruſalem cœleſtis. Gal 3.16.

Apoſtolorum bellum per prædicationem.

NVLLO magis loco Interpretes abiere diuerſi, quiſque ſuam ſequutus ſemitam. Quidam alieniſſimè, vt putamus, ad loci intelligentiam, & nexum totius ſententiæ, ſequuti Theodoretum doctum omnino, & grauem Interpretem, *Matrem* interpretantur *cœleſtem Ieruſalem, quæ eſt Mater noſtra*: *Filios* illius *Apoſtolos*, ac *Euangelicos Precones*: *Bellum*, Verbi Dei *Prædicationem*, qua coacti ſunt homines Chriſto ſeruire, & colla ſubdere Euangelio. *Vinea* cui *Cuſtodienda* eſt impoſita Eccleſia, *Diuina Mandata*, & cultu vigili excolenda, ac ne qua beſtia fructum perdat, cuſtodienda gnauiter. *Vineam* propriam, quam ipſa, alijs diſtenta curis, *Cuſtodire* non potuerit, *veterem Morem*, atque inſtitutum viuendi, traditum à maioribus quaſi per manus conſeruandum, ideſt, vanarum cultum Religionum, etiam Iudaicæ, cui cum Euangelica neutiquam poterat conuenire. Hanc *Vineam* & cultu deſtitutam, & cuſtodia priuatam, prorſus corruptam; ac, ſylueſcentibus vitibus, prius ſterilem redditam, mox etiam prorſus deſertam. Aut ſi mauis, *Vineam* hanc intelliges, *propriam Vtilitatem*, quam negligere ſit coacta, dum aliorum commodis inuigilat. Charitas enim etiam cum ſui diſpendio, aliorum commoda procurat. *Non enim quærit, quæ ſua ſunt*. Sic dixiſſe Paulum: *Non quæro, quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant*. 1. Cor. 10. 33. Equidem hæc ſingula ſingulis acutè applicata non negarim. Sed aliena ab hoc loco dixi, quo *Nigredinis* illius originem, ac cauſas indicare Eccleſia voluit. Ad id autem nihil refert Apoſtolos ſibi myſticum bellum indixiſſe gladio Verbi Dei, quoad tandem pulchra victoria, ſed & eidem Eccleſiæ maximè vtili, ſibi eam, & Chriſto ſubdiderint. Hinc ſe *Pulchram* potius, ac *candidam*, quam *Fuſcam* probaret; cum illius *Pulchritudo* non alia, quam Gratiæ ſit, & ſanctitatis, quæ illi per prædicationem Euangelicam eſt abundè collata. Omitto alia ſuis locis examinanda.

Prædicationis bello victa Gentilitas, pulchra non nigra.

II.

Alijs humana natura Mater eſt.
Filij, quicunque alieni à fide.
Quibus Eccleſia vexari ſolita,
Et auocari ab ſpiritualibus.
Id reijcitur: nam nigredinis origo ceſſarat.
Inimici Eccleſiæ ſemper durant.
Nec audiendi, qui Filios ſolos Iudæos interpretantur.
Aduerſus Eccleſiā ex Gentibus odio tabeſcentes.

Mater humana natura: Filij alieni à fide. Id reijcitur.

Alij *Matrem* intrepretantur *Humanam Naturam*, *Filios* autem *cæteros Homines*, *à fide alienos*. *Paganos*, *Iudæos*, *Hæreticos*, *Machometanos*, aliamque mortalium fæcem, quicumque inſtitutis à Chriſti Eccleſia alieni ſunt. Hos arma in illam ſumpſiſſe, ac ne nunc quidem abſtinere ab armis, ac omni conatu procuraſſe eam perdere: ſaltem varijs curis diſtinere, ac negotijs ſæcularibus; quibus impediretur ſibi, aut rebus ſuis vacare. Ideſt, cœleſtia, vt decebat, tractare. At nondum de Eccleſia Chriſtiana ſermo. Et alioqui *Fuſcedinis* illam cauſam, originemque, fuiſſe, non adhuc durare, ipſa affirmat. Pugnas illas olim moleſtiam intuliſſe, ſe demum coactam ſuccumbere, & ad victoris viuere legem; donec meliore ſe aſſerente Dei manu, iterum in libertatem vocata eſt. Præliorum ergo reliquias apud ſe manere, non prælia. Cum tamen ſi hæc ad inimicorum Eccleſiæ pugnas referre velis, nunquam defuerint, qui vocarent ad arma, vel Hæretici, vel mali Chriſtiani, quorum ſæpe perlculoſiores fuere incurſus. Aliquid ergo quærendum eſt, quod Eccleſiam quidem deformarit, poſtea autem deſierit. Quo eodem cenſu numerandi ſunt, qui *Filiorum* nomine *Iudæos* ſolum intelligunt, qui naſcentis Eccleſiæ ex Gentibus fęlicitati inuidentes, omni admoto ariete, eam de illo gradu deturbare conati ſunt: idque & ingenti odio, & ardentiſſima ira, qua exarſerant in Eccleſiam, vnde illi multum *Fuſcedinis* eſt cōtractum. Quanquam ſic interpretari animaduerto, grauiſſimos de Veteribus, ac de Recentioribus non indoctos.

Fuſcedinis cauſa, fuerat, non iam erat.

Perſecutiones in Eccleſiam cōtinuæ ſemper. Illis autem ſemper pulchrior.

III.

Nec qui ſynagogā Matrem voluere.

Filios, qui in eo populo idolorum cultores; ſororem, pios, & fideles.
Nam vineæ alienæ eſſe deberent alienæ religionis;
Propria, lex Moſis.

Mater ſynagoga, id etiam non probatur.

Nec meliore loco eorum eſt ſenſus, qui *Synagogam*, *Matrem* interpretantur: *Fratres* autem in *Sororculam* odio exardeſcentes, eius Populi partem, cultui Idolorum impensè deditam. *Sororem* autem eos, qui fide, ac pietate in Deum, ſecundum ſcriptæ legis inſtituta clari, ſemper à peruerſis, & vexati, & illatis calamitatibus circunuenti ſunt. Hæc interpretandi ratio eiſdem rationibus conuellitur. Nam necdum de Eccleſia ſub lege inductus eſt ſermo, cui inferius ſuus locus manet. Deinde non ſatis intelligitur, quibus *Vineis Cuſtodiendis* impoſita ſit: qua ratione permiſſa non ſit *Vineam Suam Cuſtodire*. Nam certè iuxta hunc ſenſum, *Vineas alienas* intelligi oportet, Idolorum cultum, in quem prona ea natio: *propriam* autem, legis præcepta, à quorum obſeruatione ſit prohibita. Cum ta-

 men

Digitized by Google

Quam qui cuſtodirent nunquam defuere.
Quique genua nō curuauerint ante Baal.

Ad Chriſtum vſque nunquam defuere in ſynagoga viri religioſi.

men ad Chriſti vſque aduentum non defuerint in eo Populo Viri multi, & Religionis tenaces & pietatis auitæ cuſtodes. Et quanquam poſterioribus ſæculis multum ſynagoga à ſuo more mutata, & nouis inductis doctrinis, fœdata, nunquam aliquibus, licet paucioribus deſtituta eſt, qui iuſti, rectique tenaces, genua ante Baal nunquam curuauerint. Non ergo impediti ſunt à *Vinea ſuæ cuſtodia*; nec de illis verè dici poteſt, in alienis *Vineis Cuſtodiendis*, ideſt, ad cultum alienum, coactos. Sed de his proxima Notatione dicemus.

IV.

Aptius qui matrē volut humanam naturam.
Poſt peccatum traditam ſuis cupiditatibus.
Has volunt fratres eſſe, ſimul cū ſpiritu progenitos.
Ab his bellum aduerſus ſpiritum,
Coactum ad praua quæque deflectere.
His ſenſus Ambroſij eſt, cuius verba habes.
Sed neque id placet;
Adhuc enim fatetur manere nigredinem,
Quæ nihil aliud quam appetitiones illæ.
Cum tamen pugna fratrum deſiſſet.
Vt ea ipſa affirmat.

Mater humana natura, filij appetitiones carnales.
1. Petr. 2. 11.

Appetitionibus carnis ſæpe, cogitur anima ab ſtudio virtutum recedere.

Filij matris dici non poſſunt carnis affectus.

Propius ad id, quod agimus, acceſſiſſe illi videntur, qui *Matrem* interpretantur Humanam Naturam, poſt lapſum à prima conſuetudine mutatam: nec ſecus quam terram ad progignendas ſpinas, & herbas noxias, ad germinandas prauas ad voluptates ſenſibiles propenſiones, (*quæ militant aduerſus animam*) damnatam. His ſeruire cogitur anima; ab his bello, & quidem horrendo, impetitur, dubio ſæpe ſucceſſu præliorum. Hi hoſtes ſcilicet faciunt, vt iucunda ſectemur, quibus blandientibus ſæpe ſenſus, ſæpe caro titillatur; & à ſtudijs virtutis, & pietatis auocatur. *Filios* autem *Matris* dictos volunt, quod ſimul cum Spiritu; quæ potior animæ pars, progeniti ſint. Id nobis commune cum brutis manere; immo & cum ſtirpibus, nec proprium animæ, ſecundum ſuperiorem partem, bonum eſſe. Miſerum porro rationem, cuius alia futura ſtudia, ſenſibilibus diſtineri coactam, ac concupiſcentiæ ſeruire: dumque ancillæ obſequitur Domina, ac ruſticis munijs occupatur, ſtudium ſpiritalium rerum intermittere, ac ſæpe in totum abijcere. In hunc ſenſum Ambroſius, lib. de Iſaac. cap. 14. *Impugnauerunt me corporis paſſiones, carnis illecebræ decolorauerunt me; ideo mihi Sol iuſtitiæ non refulſit, quo viduato præſidio, deuotionem meam, & obſeruantiam plenam ſeruare non potui. Hoc eſt enim: Vineam Meam Non Cuſtodiui.* Id acutè inuentum eſt, nec alienum à noſtræ interpretationis filo. Sed eſt tamen quod deſideres. Nam eas reliquias primæ labis, quæ conſiſtunt in appetitionum, affectionumq; carnalium inteſtinis inimicitijs cum ſpiritu, nigredinem eſſe diximus, quam excuſare conatur: totamque culpam in *Filios Matris ſuæ* minus ſibi propitios, conijcere. Non ergo *Filij Matris* appetitiones ſunt illæ, cum natura per culpam deprauata congenitæ, deinde fatetur illa adhuc manere nigredinem quæ reprehendi poſſit in ſe; cauſam autem præterijſſe nigredinis: eam autem fuiſſe infenſam in ſe *Fratrum* voluntatem, à quibus coacta ſit, aliena procurare *propriæ Vineæ* neglecta cura: at propenſiones ad voluptatem ſenſibilem ſemper manent, continuoque bello laceſſunt ſpiritum, vt eas *Fratrum* nomine incommodè intelligamus: quorum quantum ad fuſcedinis labem attinet, iam deſierat bellum. Neque enim ſine cauſa dictum arbitramur, præterito tempore *Pugnauerunt, Poſuerunt, Cuſtodiui*; quæ indicant, tranſacta illa fuiſſe, non durare. Aliud ergo dicendum eſt, ad enodandum hunc locum.

V.

Præſtat filios matris Angelos deſertores interpretari.
Eadē matre Omnipotentia genitos
A quibus in extrema malorum compulſa eſt.
Id indicatum à primis parentibus,
Cum culpam in ſerpentem conijcere.
Quod nec à Deo improbatum eſt
Hæc pugna illa fratrum fuit.
Ex grandi odio, atque inuidentia nata.
Quod aliorū verſionibus ſignificatum eſt.
Et vox originalis ſatis indicat.
Et ex S. S. locis alijs colligitur.
Ex quibus verus huius loci ſenſus colligitur.

Angeli deſertores matris filij Omnipotentiæ ſcilicet.

Dæmones fratres grandiores natu, Eccleſia ſoror minor.

Adamus excuſat culpam, eamque in vxorem conijcit, ea in ſerpentem.

Niharu, vox Hebr. quid ſit propriè.

Sed ſiue ſenſus maieſtatem, ſiue interpretationis nexum conſideres, præſtat *Filiorum* appellatione *Matris* eiuſdem cum Nyſſeno, & Pſello *Angelos deſertores* accipere, eadem *Matre*, Dei ſcilicet *Omnipotentia* genitos, ac cæteris creatis rebus, hominibus maximè, propter naturæ intellectualis præſtantiam, Deique ſimilitudinem, non conſanguineos ſolum, ſed velut *Fratres* natu grandiores. A quibus cum *Soror* & propter ætatem tenerior, & propter ſexum imbecillior, coli fraterno ſtudio deberet; & ad bonum omne, vt tantæ decebat Parentis filiam, promoueri doctrina, atque exemplo iuuari, in extrema malorum, ac calamitatum animi corporiſque compulſa eſt: poſtquam illi ingenti ſcelere, ſe tanti *Genitoris* eſſe *Filios* indignos, monſtrauere. Ideſt ſcilicet, quod roganti Deo Adamum, vbi eſſet, accuſantique quod de vetiti ligni fructu guſtaſſet; reſpondit ille, culpam in vxorem conijciens, quæ ſe à Diabolo decepta etiam in fraudem impuliſſet. *Mulier*, inquit, *quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Illa autem, facti rationem reddens, ait: *ſerpens decepit me*. Gen. 3. 12. Quod verè ab illa dictum, tacita Dei ipſius affirmatio probat, ac ſupplicium de ſerpente ſumptum. *Quia feciſti hoc, maledictus es, inter omnia animantia, & beſtias terræ*. Ver. 14. Hi *Filij Matris* ſunt ſcilicet. Hæc illa pugna fuit, qua ſe improuidam Eccleſia petitam eſſe conqueritur. Nam ſi originalem vocem expendas, *Niharu* intelliges, ſignificari ingens odium, quo eorum exarſere pectora, aduerſus primos homines, ac velut prægnantia æſtuauere, quoad, quidquid conceperant irarum, parerent, & in illos euomerent. Ideo alij tranſtulére *Filij Matris Meæ Succenſi Sunt In Me*: alij: *Excanduerunt*. Ambroſius autem magis effectum, quam cauſam ſignificans, *Impugnauerunt In ME*. quemadmodum & Noſter *Pugnauerunt Contra Me*. Sed vox originalis *Naharr*, magis, vt videtur, cauſam continet, quam effectum; niſi etiam vtrumque hoc loco complecti dicas; & concepta odia ex inuidentia, & odij ipſum fructum, prolemque, *Impugnationem*. Sic dictum eſt, de Viro Hypocrita Iob. 15. 35. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.* Et vehementius apud Iſaiam. *Non eſt, qui inuocet iuſtitiam, neque eſt, qui iudicet verè: ſed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates. Conceperunt laborem* (alijs, non ſibi) *& pepererunt iniquitatem. Oua aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt, qui comederit de ouis eorum morietur; &, quod confotum eſt, erumpet in regulum*. Iſai. 49. 4. 5. Quæ ſi ſingula

Digitized by Google

gula applices ad ea, quæ ſub illud tempus in Paradiſo contigére, nihil inuenies, aptius ad exagerandam rabiem dæmonum in primos homines, & ad exprimendas calamitates corporis animique, in quas per eas artes coniectus eſt homo, ac velut quibuſdam feris obiectus lacerandus, ſæpe & delendus.

NOTATIO XIX.

POSVERVNT ME CVSTODEM IN VINEIS, VINEAM MEAM NON CVSTODIVI.

I.

Prouerbialis forma hæc eſt. Sed vineas quidã diuina mandata volunt eſſe. Vineam propriam cultum falſorum numinum. Sed id non hæret, ſe enim damnat, quod vineam ſuã non cuſtodierit. Quod in veterem cultum Deorum non quadrat. Aliud ergo vinea propria, aliud alienæ erunt.

PROVERBIALEM eſſe ſermonis formam, alio loco monitum à nobis eſt. Senſus autem facilis, & expeditus, iuxta ſeriem noſtræ interpretationis. Alij alio reſpexére. Theodoretus, quod ſupra eſt obſeruatum, *Vineas alienas* intelligit, *Diuina Mandata*, à quibus olim Gentes alienæ erant, antequam vocarentur ad fidem: *Vineam propriam Mores veteres*, quibus inſueuerant Gentes, antequam vocarentur ad Eccleſiam, ac per Chriſti gratiam ſanarentur: qui ſenſus in hunc locum minimè videtur quadrare. Sponſa certè cum dicit, *Vineam ſe ſuam minimè Cuſtodiſſe*, aliquam in ſe culpam agnoſcit, ſcilicet ſuo ſe muneri defuiſſe, atque officium neglexiſſe; tametſi id excuſat aliorum fraude contigiſſe. Immo cum affirmat, poſitam ſe *Cuſtodem In Vineis alienis*, & iam confitetur, eius ſe officij curis impoſitam, quibus minimè deſtineri decuiſſet; quod etiam eadem excuſat ratione, quòd, non volens, ſed coacta id fecerit; non proprio, ſed alieno impulſu. At id verum eſſe non poteſt, ſi *propriam Vineam* ritum priſtinum, vanas ſcilicet religiones, quibus inſueuerat, accipias: aut alienas Diuina Mandata, ac doctrinam Euangelicam: vtrumq; enim glorioſum illi, non accuſandum erat. Qua vna ſatis ratione conuellitur hæc ſententia.

Com. Dram. Cap. 1. Not. 21. Orig hom. 2. ex 4.

Vineæ alienæ diuina mandata non ſunt, nec propria ritus Gentilium.

II.

Nec vinea propria, cultus Iudaicæ legis. Quam deſerere coacti Apoſtoli. Id enim laudandum erat. Nec vinea aliena Gẽtilitas, & illius ritus. Eius enim deſertio laudanda. Alioqui ea doctrina vera, ſed huic loco non apta.

Hac autem eadem ratione aliorum ſenſus minus probatur, qui hæc de Chriſtiana ſub initia ipſa Religione interpretati, *Vineam propriam* intelligunt *Synagogam*, ſeu Iudaicum populum, cui primum Meſſiæ parabatur aduentus, quique primum ad Euangelij gratiam vocandus erat. Ideo *propria Vinea* dictus. Hanc autem deſerere Apoſtoli eorundem vinitorum inuidia, atque improbitate coacti ſunt; & noualia alia quærere, & ſtudio plantanda, & cura colenda. Cum animaduerterent, malos illos Colonos, filium atque hæredem crudeliter enecaſſe: ipſamque *Vineam* labruſcas pro vuis; pro vino ſuaui fel draconum protuliſſe. *Vineas* autem *alienas Gentilem populum* intelligunt, cui deinceps omnis Apoſtolorum impenſus eſt labor. Id eſt, quod dixére Paulus, & Barnabas, *Vobis oportebat loqui primum verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes*. Act. 13. 46. Quæ quidem vera doctrina eſt, ſed neſcio an huic loco facilè aptabilis, quo, vt proximè obſeruatum eſt, *Vineæ propriæ* deſertio, & *alienarum Cuſtodia*, non in laudibus ponitur, ſed in reprehenſione: tametſi & idipſum vtrumque aliena factum fraude excuſat.

Vinea propria Iudaicus cultus non eſt, neque aliena præcepta Chriſtianæ legis.

Matth 21. 39. Iſai. 5. 2.

Act. 13. 4.

III.

Alij vineas alienas ſecularia negotia volunt eſſe. Quibus occupata Eccleſia vineam ſuam cuſtodire nõ potuerit. Id eſt obſeruantiã vrgere. Vere hæc dici, ſtatus præſens Eccleſiæ ſatis docet. Fidelium mores praui, Bella de bellis ſata inter Chriſtianos, Eccleſiaſtici belli facti duces. Eccleſiæ regnum ad paucas Prouincias redactum, Neque omnes ſanas, Quæ mala in dies creſcunt. Mali autem radix à ſomno cultorum.

Conſequentius aliquanto vir doctus. *Vineas alienas* intelligit ſæcularia negotia, quibus ſæpe Eccleſia laborem ſuum, & curam impendere cogitur, à Principibus ſæcularibus: cum interim tamen *propriæ Vineæ* curam abijcere compellatur; ideſt, ea curare, quæ propriè eam tangunt; Obſeruantiam ſcilicet diſciplinæ, morum reformationem, religionis cultum, verbi prædicationem. Quæ, quin verè dicantur, diſſimulare potius poſſimus, quam negare. Vide Eccleſiæ faciem deformatam; pietatis in pleriſque neglectum; vitiorum ſpinas, ac ſentes locis omnibus exortas; ſi quid boni ſeminis exſurgat, malis graminibus ſuffocari; morum prauitatem ſæpè in conſuetudinem, ne in naturam dicam, coalitam. Fidei feruorem in pleriſque extinctum, in multis intepeſcentem, vt propè ſit, errorum ingruente glacie, atque horrore, vt in gelu concreſcat. Bella de bellis ſata inter eos, qui ſe iactant Chriſtianos, Iam ſæculis integris ingens & hominum, & prouinciarum damnum dediſſe, nec adhuc finis. Eccleſiaſticos, etiam, qui proximum ſummo honorem, locumque tenent, belli creatos duces, exercitibus in militari ſago præire: eorum torporem qui, vel authoritate, vel gratia tantis malis potuiſſent occurrere, quaſi ea cura ad alios, non ad ſe pertineret. Nam quid non hoc & proximo ſæculo paſſa Chriſtianitas eſt, non dico ab ijs, qui ſe illius iuratos hoſtes profitentur. Hæreticis, Machometanis, Sciſmaticis, ſed ab illis etiam, qui Chriſtiani audiunt, & Catholici, vt vix extremè laboranti grauiora alia timeri poſſe videantur? Nam quota pars Eccleſiæ ſana? Quota integra eſt? Toto illius, quantum ad eos attinet, qui nondum obedientiæ iugum excuſsére, regno ad pauciſſimas redacto Prouincias, ac ne eas quidem integras, & ſanas. Quæ quidem & grandia, & deploranda mala, in dies magis gliſcunt, niſi grauiora ſuccedunt. Mali autem radicem id quæras, non vna eſt. Illa potiſſima, quam & Dominus olim deſignauit, futurorum præſcius,

Vineæ alienæ negotia ſæcularia, quibus diſtracta Eccleſia ſtudium obſeruantiæ omiſit.

Status præſens Eccleſiæ deplorandus.

& nunc

Quantum ad ſtudium colendæ vineæ.
Tantum vigil intentum ad ſua commoda.
Id ergo queritur ſponſa ex ſenſu quorundam.

Iuſtæ Eccleſiæ conqueſtiones.

& nunc videmus altius defigi. *Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminauit zizania in medio tritici, & abijt.* Matth. 13. 25. Dormiere quidem homines, quantum ad agri cuſtodiam ſpectat, *Vineæque* commiſſæ cultum: quantum ad ſtudium *alienæ Vineæ procurandæ* vigiles & ſolliciti. Rerum dico temporalium curam; opum coaceruandarum ſtudium, augendique peculij ſollicitudinem; ambiendi ſuperiores honorum gradus. Ideſt, ſecundum hunc ſenſum, quod Sponſa conqueritur, alienis ſe impoſitam curis, muniiſque diſtentam, proprium quod erat, munus abieciſſe. Inde *Vineæ ſuæ* ſterilitatem, cum ſylueſcentibus vitibus, labruſcas ſolas, eſui, aut exprimendo vino non aptas, germinarit.

IV.

Sed neque is ſenſus huic loco eſt aptus.
Probabiliſſimum, vineam propriam dicemus,
Innocentiæ ſtatū.
Alienas, quidquid inſtigante dæmone patratum à primis parentibus.
Id probatur ex ipſa ſcriptura.
Qua dicitur Adamus poſitus in Paradiſo, vt cuſtodiret illum.
Sub quo typo cura ſui ipſius illi mandata.
Sic Auguſtinus, & Rupertus.
Qui in ea forma loquendi, aliud grandius agnouere.
Habes vtriuſque verba.
Habes & Nyſſeni ſimilia.
Sed huic loco aptiſſima, ſecundum noſtrum ſenſum.
Hanc ergo vineā colendam ſuſceperat,
Sed eius cultum deſerere coacta eſt.
Deſerta vinea ſic in ſenticetum verſa eſt.
Hæc ergo fuſcedinis tota cauſa eſt.
Quam reijcit in falſos fratres.

Vinea propria ſtatus Eccleſiæ ſub innocentiæ ſtatu.
Vineæ alienæ quidquid dæmone primi homines deliquere.

Adamus iuſſus cuſtodire Paradiſum, iuſſus gratiam acceptam cuſtodire.

Sed tametſi hi gemitus non immerito præſentem Eccleſiæ ſtatum deplorant, huic tamen loco non quadrant, quo aliud quiddam accuſat Eccleſia illa adhuc puella, ſub Naturæ lege lac ſugens, velut ſub nutrice infans. Quidquid enim ad Euangelicam legem, & ſtatum Chriſtianæ Reipub. ſiue fauſtum, ſiue deplorandum pertinet, huius loci non eſt, quod ſæpe eſt dictum. Probabilius multo, & ad nexum accommodatius, & interpretationis ſeriem, ſi *propriam Vineam* (quæ Pſelli hoc loco interpretatio eſt) accipiamus primorum Hominum ſub innocentiæ gratiam ſtatum: alienas autem, quidquid, inſtigante Dæmone, patratum ab illis eſt; quo & à prima excidére Dei beneuolentia, & à Paradiſo extorres agi, & mundo velut in exilium agi ſunt meriti. Ea contractæ labis vna cauſa fuit, ea origo Fuſcedinis, quam excuſat. Facile autem huius ſenſus ſimplicitatem probabis, ſi memineris, quod Gen. 2. 15. dicitur. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.* Quæ tametſi Hiſtorico ſenſu id ſignificant, quod verba ſonant, ſecretiore tamen altius quiddam, & vtilius indicant, Magnis Auctoribus admonentibus. Auguſtini certè ea ſunt verba. *Vt quod faceret in terra per agriculturam, cuſtodiret in ſe per diſciplinam; vt ſicut ager obtemperaret colenti, ita ipſe Deo præcipienti. Vel Cuſtodiret Paradiſum, nec committeret, vnde expelli deberet. Vnde accepit Præceptum, quo Cuſtodito, ideſt, quo ſeruato, non perderet.* Concinit & Auguſtino Rupertus, & ipſe, tametſi æuo multo poſterior, dignus, cuius in hac re teſtimonium aduocemus. *Quid operaretur, & à quo Cuſtodiret Paradiſum? Operaretur vtique opus Dei, quod non eſt aliud, niſi opus Fidei, niſi officium ſpei, niſi obſequium charitatis. Dicat aliquis, cur non abſque vlla conditione poſuit illum in Paradiſo? Nonne melius fuiſſet, nullum dediſſe præceptum, quam poſitione Præcepti facere præuaricationi locum? Ad hæc, inquam, vnde homo copularetur Deo, ſi non illi ſubiugaretur Obedientiæ iugo? ſi non acciperet commiſſum, in quo deberet fidelis exiſtere Deo? Itaque, vt operaretur per fidem, & vt Cuſtodiret eum: ſcilicet, ne deſerta Fide, vel Dilectione Creatoris, ſimul perderet datum optimum.* Nec minus ad rem illa Nyſſeni homil. 15. in Cant. *Quoniam Deus poſuit Hominem ad operandum, & Cuſtodiendum Paradiſum, hoc dicit Sponſa. Cum Deus animam meam poſuiſſet ad vitam: delitiæ enim Paradiſi vita erant, in quo poſuit Deus Hominem ad operandum, & eum Cuſtodiendum; Inimici me traduxerunt à Cuſtodia Paradiſi, ad ſtudium ponendum in Vineam, cuius botrus generat amarorem, & vua bilem.* En *Vineam*, quam colendam ſuſceperat; en quam deſerere coacta eſt, cum *alienis Vineis* ſeu colendis, ſeu *Cuſtodiendis* à *Fratribus* Deo rebellibus Angelis eſt impoſita. Omni autem cultura ad alienos tranſlata, quid ſupereſſe iam poterat, niſi vt, ſylueſcentibus vitibus, in ſenticetum abiret, in quo & cactus, & rubus, & infelices plantæ ſuccreſcerent, omni virgulto laudabili vel corrupto, vel extincto? Exinde voluptatum ſtudium, cœcus ſui ipſius amor, ardens concupiſcentiæ furor, irarum impetus indomiti, vindictæ ardens deſiderium; & quidquid rationem paulo ante Reginam ſeruire coegit, ac infelicem, ac verè miſeram diuexauit. Hæ *alienæ* ſunt *Vineæ*, quarum *Cuſtodiæ* mancipata potius, quam deſtinata eſt. Hæ illius cauſæ Fuſcedinis, qua decoloratam à Sole fatetur ſe: Nam tametſi Deo reconciliata per gratiam, & peccati calamitatibus erepta, adhuc tranſactæ ſeruitutis ſtigmata circumfert, ac priſtinam infelicitatem colore teſtatur.

VERSVS VII.

INDICA MIHI, QVEM DILIGIT ANIMA MEA, VBI PASCAS, VBI CVBES IN MERIDIE, NE VAGARI INCIPIAM POST GREGES SODALIVM TVORVM.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

EIVS labis, quam vnam obijci ſibi poſſe in cauſa myſticæ formæ ſciebat, defenſione peracta; culpæ maxima parte in *Angelos apoſtatas*, quorum ſuaſu decepta fuerat, coniecta, animoſior facta, audet ſimplice confidentia maiora moliri. Ad *Dilectum* ergo conuerſo ſermone, orat, vt *indicium* faciat ſibi poſitæ omnis indignationis in ſe, vultumque placidum ad ſe conuertat, quæ quidem parata ſit, vni illi deinceps placere, ſtudijs cæteris omnibus omnino poſthabitis. Sibi vni *Deum Dilectum*, & quidem toto animi mentiſque conatu; quod nec ipſum poſſe ignorare, cui mortalium omnium intima optimè ſint perſpecta. Mirum ergo non eſſe, ſi ad eum, quem efflictim amet, non tam greſſu corporis, quam affectu cordis contendat; nullam vt vitam reputet, ſi ab eo abſit. Optare ſe, vt, quemadmodum ea tota charitatis contentione ad eum currat, ſic ille ſui copiam faciat, & amantem amore ſimplice complectatur. Faciat ergo *indicium* ſibi, qua via ire ad illum recta poſſit, & ardentiſſimum illius in ſe amorem experiri, omni poſita, ſi qua ſupererat, ſimultate, ex vetere ſua culpa. Se & imbecillam, & teneram ſatis noſſe, ac necdum firmam, robuſtamque ad peruincendum, quæ in nobiliſſimo conatu obijci ſibi impedimenta poſſunt, cum obijci multa poſſint. Suo factam damno cautiorem, ideoque vereri, ne ſemitarum decepta ſimilitudine, dum ad eum ſola, ac ſine duce contendit, in *Pſeudopaſtorum* caulas, qui ſeſe illius *Sodales* mentiuntur, deferatur inuita, ac pro vera falſas religiones amplectatur: quæ extrema ſit infęlicitas omni arte declinanda. In vno illo remedium eſſe, qui & imbecilli vires addere, & itineris incertam, dubiamque docere, ac ducere poſcit.

ENARRATIO.

ET *alijs*, inquit, *veteris veſtigia noxæ, quibus adhuc infælicitatis tranſactæ admoneor, excuſaui vtcumque: Tibi autem, Mihi ſuper omnia Deus Dilecte, haud excuſo, qui ignorare non potes, quam verè apud alios excuſarim. Id me, ſynceritatis meæ conſciam, & amoris, audacem facit. Neque enim fieri poſſe ſcio, vt te depereuntem deſpicias. Age, ò tu, quem ex tota Anima, ac mente, & conatu virium Diligo, ſine exorari te; & tandem poſita indignatione omni, exhibe te placabilem. Immenſi illius amoris, quas, ſatis ſcio, flammas inuitus cohibes, explica: ac me ſine prorſus immergi, eoque lumine totam perfundi, atque ardore torreri, quo & ipſe ſimul fulges, & ardes vt medio die, ac cælo Sol ſolet. Haud aliter tutam præſtabis. Me ſcio imbecillam ſimul, ac rudem, facile poſſe labi, facilius decipi; niſi tu vires, tu mentem confirmes. Et alioqui, qua ad te via & facili, & expedita eundum ſit, non ſatis noui. Timidam autem, cautamque præterita diſcrimina faciunt; ac meo experta malo dæmonum fraudes. Vereor inſuper, ne ſemitarum ipſa ſimilitudine decepta, dum te vnum quæro, in illorum deferar caulas, qui, cum ſe Paſtores, ac Sodales tuos mentiantur, animarum raptores, omniſque boni deprædatores ſunt. Dæmones dico, qui in mortalium nati perniciem, ſimulata Diuinitate, ſeſe pro Dijs haberi volunt, & coli. At, quam id graue malum fuerit? Quam omni animi mentiſque conatu fugiendum? Vnus tu & imbecillam fortem; & inſciam prudentem præſtare potes. Quod ipſa ſi obtineam beneficium, felicem putabo.*

NO-

Digitized by Google

NOTATIO XX.

INDICA MIHI, QVEM DILIGIT ANIMA MEA, VBI PASCAS, VBI CVBES IN MERIDIE.

SVM. COM.

I.

De ſententia horum, multiplex quæſtio. Singula indicata.

Nexus horum cum ſuperioribus.

LOCVS ad nexum difficilis, nec facilis ad ſententiam, ſed ad nexum cum ſuperioribus, quod attinet, ſatis in Commentario dictum eſt. De ſententia non vna quæſtio eſt, nec vnius etiam generis. Quid indicari ſibi poſtulet, ac quo fine? Cur non ſimpliciter *Dilectum*, quod alijs facit locis, appellet? Quid *Paſcere*, quid *Cubare* ſit? Quis *Meridies* intelligendus arcano ſenſu? Quæ ſingula ſunt ſuis difficultatibus impedita, nec ſatis luminis ab aliorum ſententijs, quorum plerique diuerſis ſemitis non eodem delati ſunt. Hæc autem ſuo ordine tractanda ſunt.

II.

Sed cur Eccleſia inducitur ambiës Deum. Cum ſoleant viri ambire fœminas? Et Deus ſemper præueniat nos gratia ſua, Et excitet ad ſe quærendum? Vere hæc dicta, omnis enim charitas à Deo eſt.

Cum Deus ſemper præueniat nos. cur Eccleſia prior inducitur illum quærens?

Deus nos præuenit per ſanctas inſpirationes. Nos ſequimur.

Sed illud prius quærendum, quod, dum Dramaticum ſenſum traderemus, quantum locus ille poſtulabat, indicatum eſt. Cur potius Eccleſiam Salomon inducit Amantem, & ad Deum contendere cupientem; cum, ſi decorum ſeruandum eſſet, potius oporteret illum, quam illam, primum induci, & ambientem, & rogitantem? cum maximè, ſi rem preſſius examinemus, ſemper Deus in præueniendo vigilet eos, quos ſibi velit adiungere. Ille prior caſtas cogitationes immittit; ille radijs ſui luminis mentis primus tenebras pellit; vt inter horridas ignorantiæ, atque obliuionis noctes ſydus effulgeat, quo venturi mox pleni luminis indicium fiat. Ille cordi arcanos inijcit motus, durum emollit, frigidum fouet, torpens excitat, quoad multiplice arte mutatum, ad ſe conuertat, trahatque tandem. Ille ergo amare incipit, ille ambire futuram Sponſam, ille prouocare ad ſe amandum, ſequitur illa Deum, non præit; vt omnis ab vna origine motus ſit. Equidem ſic arbitror, omnia hæc verè dici, atque originem charitatis omnem ab vno eſſe fonte, qui multiplice canali emiſſus, arentes animorum campos riget, diuite mox prouentu cultoris ſtudium penſaturos. Nihilo tamen minus optimè à Salomone factum, cum potius Eccleſiam ambientem Deum induxit, quam contra, ſequuto non tam quod verum eſſe ſciebat, quam quod veriſimile, & apparens. Certè motus illi, qui à Deo in animum immittuntur, quibus totum iuſtificationis opus peragitur, ac peractum perficitur, vſque ad complementum charitatis, tam ſunt arcani, tam ſæpe ignoti, etiam illi ipſi, qui ſe illis mutatum ſentit, vt vix etiam è ſolertibus dignoſcantur. Ideo illos ſchola cum Auguſtino ſecretos, & altos appellat, nec ſatis vnquam perſpectos. Ijs ſcilicet cor hominis ſenſim perducitur, quo deſtinarat Deus, ſed non ſentiens, neque quidquam minus cogitans. Amare ergo Deum cum incipit, incipere ille videtur & amare, & Deum quærere; quaſi prior Deus ipſe non fuerit, qui & amarit, & quæſierit, nondum amare, nondum quærere cogitantem. Atque ea prima ratio eſt.

Sed Salomon id ſequutus quod apparens, Nam motus ad amorem Dei, ſecreti ſunt, nec intellecti. Etiam ab illis qui mouentur,

Ideo videntur ij incipere ludum hunc, Et Deum ambire.

Motus pij immiſſi à Deo, ſecreti, & nõ intellecti. Ideo videmur nos incipere.

III.

Deinde, agitur hic de amoris indicijs. Quibus amor foueri ſolet, Securitas autem Dei, adhuc angebat Eccleſiam? Eum ergo inclinare cupit, Ideoque prima ordiutur.

Deus ſæpe retrahit amoris indicio.

Eccleſiæ vota aliquo indicio ſcire ſibi Deum placatum.

Altera huic loco elucidando accommodatior eſt, quo ſecundum noſtræ interpretationis conſequentiam, non de Dei amore agitur, ſed de ipſius amoris inditijs, fauoribus illis dico, atque blanditijs, quibus, qui tenere inter ſe amant, fouere ſolent ardere incipientem charitatem. Amabat quidem eo ſtatu Deus Eccleſiam, priorque amorem immerenti impenderat, remiſſa culpa: ſed nondum in totum poſita faciei ſecuritate, arcebat eam à complexu, ac velut implacido vultu, indignationem in totum poſitam teſtabatur. Illam autem ea angebat ſeueritas, optabatque mare illud licet furere tranſacta tempeſtate deſierat, nondum placatis fluctibus, ac mugientibus adhuc, videre ad pacem compoſitum. Id illi ſtudium, id votum vnicum erat. Inclinando ergo ad votorum gaudia Deo, artem omnem experitur, & amando, & rogando, & blandiendo. Prima ergo illa hunc exorditur ludum, forſitan illis artibus inclinatura Deum ad ſe, donec eo ſtatu reponeretur, à quo ſua culpa, & diaboli fraude exciderat. Quid autem quantumque iteratis precibus, ac ſuſpirijs, immo & blanditijs conſequuta ſit, ſtatim verſu proximo intelliges, quo Sponſus inducitur, hactenus ſilens, diſſimulanſque; ſed iam reſpondens, ſenſimque miteſcens. Vt mirari ſubeat Dramatis artificium; Salomonemque, quidquid in arcano hoc negotio contigiſſet, graphicè deſcribentem, ac velut in tabula exprimentem. Horum ſi videre exemplum voles, cogita Mariam illam Chriſti ardentem charitate, atque omni arte cupientem vel mortuum in ſepulchro videre, & oſculari: illum autem & coram loquentem, & interrogantem, nec ſe tamen illi manifeſtantem; ſed adhuc probantem; cum illa interim & lachrymas funderet, & gemitus ederet, & blanditijs, quem eſſe horti cultorem arbitrabatur, pertrahere conaretur ad annuendum ardentiſſimis ſuis votis; quoad plura, quàm petierat, impetrauit.

Voti tandem facta compos. Mirum ſcilicet Salomonis ingenium, mirum Dramatis artificium. Exemplum in Maria peccatrice habes.

Chriſtus Mariã ſe quærentem diſſimulatione probat, vt acuat deſideria.

IV.

Sciebat autem Ec

Deus vbiq; per

Ea ergo mens Eccleſiæ fuit, cum *Indicari* ſibi locum poſtularet, quo *Dilectus Meridiem* exigeret.

Deum vbique eſſe. Sed iudicijs charitatis non vbiq.

præſentiam, non vbique per fauoris indicia.

exigeret. Sciebat illa ſcilicet vbicunque Deum eſſe, ſed ita ſciebat tamen, vt quantum ad id, quod ab illo præſtari ſibi cupiebat, vbique non eſſe arbitraretur: fruſtra enim in eo loco videaris verſari, quo nihil exhibeas, quo te ibi eſſe teſteris. Non ergo ſibi *Indicari* locum poſtulat, quo ille verſetur, quem vbique locorum præſentem ſciat: ſed eo ipſo loco, quo ipſa verſabatur, ſibi cupit fauorem præſtari, ſignumque dari, quo intelligat, omnem indignationem in totum poſitam: ſeque dignam habitam, quæ diligatur ab illo, & à diligente in conuictum, & conſortium reuocetur. Id autem vt conſequatur, omni artificio contendit: nam & ſuam in Deum charitatem exagerat, cum *Dilectum Animæ* vocat; & pericula, quæ imminent, ob oculos ponit, ſi ſola, quod hactenus fecerat, Deum quærere compellatur. Quibus ad primam quæſtionem reſponſum eſt.

Id autem nec aliud erat, Et blanditijs extorquere conatur.

V.

Nec Dilectũ ſimpliciter vocat. Sed Quem diligit anima mea. Id enim tenerius multo eſt,

Quem diligit anima mea, blandius ſonat, quam Dilectus.

Altera facilior explicatu eſt. Compellare poterat *Dilectum* ſimpliciter, quod ſæpe alias fecerat: ſed longe aptius ad flectendum, peruincendumque erat, ſi diceret, *Quem Diligit Anima Mea*. Siue vt in Originibus eſt: *Quem Dilexit Anima Mea*; vt amoris vim exaggeraret, qui non ore ſolum, & ſono vocis amor eſſet, ſed ex intimo *Animi* ſenſu profectus, paratus ſcilicet Deum ſequi quacumque, dum viam non ignoraret. Deinde vt omnem minus defœcati amoris ſuſpicionem demeret, aut certè eius, qui hæreret in ſenſibus. Ab *Anima* ergo profectus amor, (vt monuere Auguſtinus, & Bernardus) & vnum ſpiritum fontem agnoſcens erat, purus, caſtus, ſimplex; haud quærens in Deo ſe ipſum, ſed in ſe Deum: quaſi omnem alium amorem Dei ſolius amor extinxiſſet. Poſtremo vt amorem illum, quo ferebatur in Deum, naturali Dilectionis Præcepto conformari prorſus oſtenderet, cui modus ille additus eſſet, quo mirum in modum perficitur, ac nobilitatur. *Ex Toto Corde, Ex Tota Anima, Et Ex Totis Viribus*. Quæ Origenis interpretatio eſt. Hom. 2. ex 4. *Non dixit*, inquit, *Quem dilexi, ſed Quem Dilexit Anima Mea, ſciens, non qualicumque dilectione, ſed ex tota Anima, ex totis viribus, & ex toto corde habendam eſſe Dilectionem Sponſi*.

Et dilectionis modum ſignificat, Qualem exigit Deus, ex tota anima, & corde, & mente. Quod notatum Origeni, & Bernardo

Immo modum dicit amoris qualem exigit Deus.

VI.

Sed quid eſt, Quẽ dilexit, vt in originibus. Et apud LXXII. legimus? Ambroſius de ſynagoga interpretatur, Qua olim dilexerit nunc minime. Nam ſemper diligere proprium Eccleſiæ eſt. Sed tempus pro tempore poſitum.

Quem dilexit, inſante quo ſenſu dictum?

Sed quid eſſe dicemus, quod in Originibus legimus, non, *Quem Diligit*, ſed *Quem Dilexit Anima Mea?* Ambroſij ſingularis eſt ſententia, non modo ſic legentis, quaſi præteritum ſit, quod de dilectione dicit, (ſic enim & LXXII. reddidere: ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου) ſed & de ſynagoga interpretantis, olim quidem Dei dilectione flagrantis; ſed, adueniente Eccleſia, iam frigentis, quaſi omnino deſijſſet amare. In qua ſententia mirè ſibi placuiſſe videtur, tribus enim omnino locis eam poſuit, eiſdem, quod mirum eſt prope modum verbis. Serm. 11. in Pſal. 118. lib. 4. Hex. cap. 5. & lib. Exort. ad Virg. *Synagoga quærebat, quem amiſerat, vos quærite, quem non amittatis. Sed cur ſynagoga dicis, Quem Dilexi, & non dicis, Quem Diligo? ideo non tenes, quia Dilexiſſe te dicis. Cur non potius adhuc Diligis, vt poſſis tenere? ſynagoga Dilexit, Eccleſia Diligit; nec vnquam erga Chriſtum ſuum mutat affectum*. Sed præterquam quòd, hoc loco, quemadmodum & alijs, ex proprietate ſermonis Hebraici, tempus præteritum pro præſenti poſitum conſtat ex aliorum, vulgati maximè tranſlatione; non cum ſerie ipſa Dramatis ſenſus hic quadrat; cum mox eadem illa, cuius ea ſunt verba, & impensè diligere, & diligi ipſa ab Sponſo dicatur, proximis verbis: cum ſynagoga tamen ſemel à Chriſto ſeiuncta, nunquam cum illo in gratiam redierit; niſi de reliquijs illis intelligas, quæ ſub mundi finem ſaluandæ ſunt. Reprobata ergo ſemel, ac in eius locum in Sponſæ honorem Eccleſia prouecta, non vltra amat, non vltra quærit, quem ingrata deſeruit. Quod ſi loco hoc adhuc de Eccleſia ſub Naturæ rudimenta ſermo eſt, nulla cauſa eſt inducendi ſynagogam, cui ſuus infra locus ſeruatus eſt.

Ambroſius varijs locis. Synagoga dilexit, non diligit, Eccleſia diligit dilectura ſemper. Tempus præteritum pro præſenti.

Nullo maiore myſterio, Alioqui hæc eadem mox & diligit, & diligitur.

VII.

Paſcas, & Cubes tranſitiuè poſita. Potes & intranſitiuè ſumere.

Paſcas, & Cubes quo ſenſu poſita

Quo autem ſenſu dictum: *Vbi Paſcas, Vbi Cubes*, ea vero tertia eſt quæſtio. In Originibus, vtrumque verbum tranſitiuum eſt. *Vbi Paſcere, Vbi Cubare Facias*. Quanquam nihil obſtat, & intranſitiuè ſumere, vtrumque vt verbum ad Sponſum referatur: ille enim idem & *Paſcit*, & *Paſcitur*; & *Cubat*, & *Cubare facit* oues ſuas quod alibi notatum à nobis eſt, forſitan & infra in memoriam reuocandum ad verba illa: *Qui Paſcitur Inter Lilia*. Cap. 2. 16. Sed quia non modo quærit *Indicari* ſibi, *Vbi Paſcat*, & *Cubet*, ſed quo tempore gnaui Paſtoris fungatur officio, vix vna ab altera quæſtione ſeiungi poteſt. Ideoque vtramque ſimul expediemus, prius autem poſteriorem. Sunt qui *Meridiem* interpretentur, *cæleſtem Beatitudinem*, vbi ſuos Chriſtus *Paſcit*, accumbentes menſis illis, à quibus nullæ prorſus abſunt delitiæ, nullæ voluptates. S. D. E. *Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*. Luc. 12. 37. In hunc ſenſum Origenes homil. 1. ex 2. ex quo etiam Pſellus, vt videtur ſumpſit. Sed vtrique palmam in eo argumento tractando Bernardus præripuit. Serm. 33. in Cant. quem tutè videre potes. Cæterum neque hoc Cantico toto de cœleſti Patria agi arbitror, ſolumque de Eccleſia dum à Domino peregrinatur, eſſe ſermonem, ſecundum triplicem illius ſtatum: Nec, vt de ea re agi concedam, hoc rerum initio conceſſero, quo infantia Eccleſiæ deſcribitur: cui potius adhuc multum laboris ſubeundum, multa pugnanda prælia ſunt, ſæpiuſque vincendum, vt erectis nobilibus trophæis, victoria multa clara, ac ſpolijs grauis hoſtium, inter multiplices exultantium militum voces, fauſtoſque clamores, victrix inuehatur in cœlum, Dei manibus

Sed quid meridies eſt? Quidam beatitudinem æternam volunt, In qua ſuos Deus paſcit. Sed huic loco non aptè. Cum adhuc multis prælijs probanda Eccleſia ſit. Donec per ea victrix inuehatur in cœlum.

Meridies æterna beatitudo non eſt.

Eccleſiæ multa adhuc ſubeunda dura, antequam beatitudine donetur.

Digitized by Google

Nunc ludicris exercetur.

bus coronanda. Crepundia adhuc deſcribuntur hic illius, cui nondum per ætatem licet, grandes pugnas tentare; cum potius exercenda ad palum ludicris certaminibus, quam difficili pugnæ obijcienda, & veris, iuſtiſque prælijs deſcribatur.

VIII.

Nec qui Eucharistiam hic agnoſcunt probandi. Quanquam Nyſſenus habet ducem. Cuius verba hic habes. Nam altaris myſterium Chriſtianæ Eccleſiæ ſeruatur. Synagogæ aut naturæ, quædam ſymbola tantum data. Tale ſacrificium Melchiſedech. Tale Manna ſitientis, & de Petra aqua.

Altaris myſterium in paſtione meridiana, Nyſſenus agnoſcit.

Qua eadem ferè ratione, aliorum interpretatio minus probatur, qui hic Altaris Myſterium cum Nyſſeno agnoſcunt. Eius ſubdidi verba, magis in ſe veram, vtilemque doctrinam continentia, quam loco huic, ſecundum ſeriem noſtram, accommodatam. *Indica Mihi Vbi Paſcas, vt ſalutari ſuſcepta paſtione, æterno impleat nutrimento, quod qui non comedit, non poteſt ingredi vitam æternam; & accurrens ad Fontem Diuinum, potum haurire, quem tu tanquam ex fonte præbes ſitientibus, aquam profundens è tuo latere, ferro hac vena aperta, quam qui guſtauerit, fit fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Si enim hic me Paſcas, me omnino facies Cubare In Meridie: quando in pace ſimul dormiens, requieſcam in luce, quæ caret vmbra, Sole lucente ſuper verticem; in qua tu Cubare facis eos, quos tu pauiſti, quando tu pueros tuos excipies tecum in cubile. Nemo autem hac meridiana requie dignus cenſetur, qui non fuerit filius lucis, & filius Dei.* Hactenus Nyſſenus. Cæterum Altaris epulæ Chriſtianæ Eccleſiæ præparantur, non ſub lege Moſis, non ſub lege Naturæ degenti: quibus ſigna potius quædam eius fęlicitatis exhibita; vt quibus veritate frui minimè licebat, imagine, aut vmbra paſcerentur. Sic alterius Sacer Miniſter Melchiſedech, Abrahamo de prælio reuertenti, adhucque puluere fœdo, & hoſtium tincto ſanguine, victoriam gratulatur. *Proferens Panem & Vinum, erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi. Aſſimilatus per omnia Filio Dei.* Alterius autem Dux Moſes, & Sacerdos, prece ad Deum fuſa, de cœlo *Panem* Populo dilargitur, quo victitet, antequam in terram promiſſam veniat; ac ſcaturiente *Aqua Salutis de petra* potatur. Ne ſcilicet idem ille populus ſiti in deſerto pereat. *Vmbram ergo lex habuit futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.* Heb. 10. 1. Nam quo differt vmbra, corporum ſolum externa lineamenta ſimpliciſſimè referens, non partium diſtinctione, non colorum diuerſitate, non membrorum apta conſtitutione, ab imagine; ſuum archetypum omni ex parte referente, qua ſcilicet viſa, in cognitionem venias eius rei, cuius imago eſt; eo differt lex à Gratia: & quidquid exhibitum eſt ante Chriſtum hominibus, ab ijs myſterijs, quorum diuite cenſu dotata Chriſtiana Eccleſia eſt.

Altaris epulę propriæ Chriſtianæ Eccleſiæ.

Gen. 14. 18. Hebr. 7. 3.

Naturæ, & legi ſola ſymbola Euchariſtiæ conceſſa.

Nam vmbra lex futurorum. Et rudis delineatio.

IX.

Sunt contra qui meridiem Eccleſiam velint. Duce Ambroſio. Sed neque id hic recte videtur, Licet enim Chriſtus in Eccleſia requieſcit, Hic tamen aliud quiddam quærit Eccleſia.

Meridies Eccleſia ipſa non eſt.

Alienius multo interpretantur, qui *Meridiem* eſſe volunt, Eccleſiam ipſam, in qua Chriſtus & *Paſcat*, & *Cubet*, cui ſententiæ mirari ſubit ſubſcripſiſſe Ambroſium ſerm. 2. in Pſal. 118. Et lib. 4. Hex. cap. 5. Quo loci cum Chriſto loquens: *In Meridiano*, inquit, *Paſcis, hoc eſt in Eccleſia loco, vbi iuſtitia reſplendet; vbi fulget iudicium ſicut Meridies, vbi vmbra non cernuntur, vbi maiores ſunt dies: quod eis Sol Iuſtitiæ velut æſtiuis menſibus diutius immoretur.* Sed ſtatim apparet, cum, quæ indicari ſibi locum poſcit, quo Sponſus *Paſcat*, & *Cubet*, Eccleſia omnino ſit ipſa; minus aptè dici, eam ipſam locum paſtionis eſſe. Nam tametſi verè Chriſtus in ſua Eccleſia, velut in paſcuis vernantibus, oues ſuas *Paſcit*, atque ipſe etiam requieſcit; id tamen aptari ad hunc locum non poteſt. Quo etiam argumento minus probandus conuincitur Aponij ſenſus, qui Paſtionis locum in *Meridie*, Petri ſedem, ſeu Romanam Eccleſiam, vt ſingularis quædam Eccleſia eſt, interpretatur. Maximè cum, vt obſeruatum ſæpe eſt, quidquid propriè ad Chriſtianam ſpectat Eccleſiam, huic loco non quadret, quo nondum de illa ſermo eſt.

Petri ſedes, ſeu Romana Eccleſia, meridies nõ eſt.

X.

Alij meridiem ad arcanorum Dei notitiam referũt. Alij ad calorem perſecutionem. Vtrique grauiter errant (?) Theodoretus monet, ſub clariore luce fidei, ortas hæreſes. Quas Eccleſia vt fugiat, Deũ quærit. Origenes autem vult, Deum Eccleſiam in meridie locare ſapientiæ.

Sol in meridie lucis, & caloris fons.

Meridies rerum arcanarum notitia, aut calor perſecutionum.

Cæterum cum in *Meridie* Sol ipſe fulgentiſſimus ſit, idemque calidiſſimus, quod de medio cœli vertice è directo radios luminis in orbem iaculetur; hinc factum, vt quidam ad lumen, alij ad calorem reſpicientes, ſententijs diſtracti ſint. Quidam enim hæc ad rerum diuinarum, arcanarumque notitiam, quam Eccleſia communicari ſibi deſideret, retulére. Alij ad feruorem perſecutionum, & anxietatum, quibus Eccleſia diuexatur, non ab hoſtibus ſolum, & ſæpe à tyrannis; ſed à diſcolis etiam filijs, & falſis fratribus. Quæ vtraque ſententia & grauem in ſe ſenſum continet, nec Cantici indignum maieſtate. Quid autem de alterutra ſentiamus, paulo inferius exponemus. Theodoretus grauis omnino Author, Commentarijs in hunc locum notat, qua tempeſtate cognitionis lumen magis fulgebat, Hæreſes exortas Chriſtianum præferentes nomen, ſed lumine veritatis expertes. Ideo Eccleſiam ſollicitam quærere, *vbi Sponſus cum ouibus meridietur; ne in eorum, qui ſe ſodales Sponſi mentiuntur, incidat.* Origenes autem homil. 2. ex 4. aliquantulum aliter, cum Chriſtus Eccleſiæ ſuæ excelſa, & ardua ſuarum virtutum ſecreta manifeſtat, amœna etiam paſcua, cubiliaque meridiana vbi ſint, indicare. Nam cum adhuc initiatur arcana ſapientiæ, nec dum ad penetralia admiſſa, tunc de ea Prophetam dicere: *Adiuuabit eam Deus mane diluculo.* Pſal. 45. 6. Nunc ad altiora contendentem meridianum lumen expoſcere: ne magiſtellos, qui ſemper in vmbra doctrinæ verſantur, ſubſequi compellatur.

Eccleſia ad altiora contendẽs mitius ſemper lumen expoſcit.

XI.

Id ſatis accommodè dicitur hoc loco. Nam meridies ſcientiæ plenitudo eſt.

Meridies luminis plenitudo ſub Sole Chriſto.

Hæc ſententia propius ad veritatem accedit, nam ſi analogiam ſequare, haud ineptè *Meridiem*, propter luminis plenitudinem, *doctrinæ ac ſapientiæ plenitudinem* interpretabere. Sic dictum eſt de Euangelij tempore, *Populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.* Iſa. 9. 2. Ideo Chriſtus *Sol* dictus eſt,

Digitized by Google

Ideo Christus Sol, & lux vera. Ideo Eccleſia cui nondum in totum lux communicata.

Optat meridiem. Et tenebras in lucem verti. Senſus hic ſatis grandis eſt,

Et aptus huic Eccleſiæ ſtatui Quem hic habes per paraphraſim.

Et Origeni haben de gratia.

Eccleſia rerum diuinarum nondum plena luce fruens, illuminari deſiderat.

Paraphraſis.

Origenes.

quia aduentu ſuo tenebras errorum omnes, ac ignorantiæ vmbras exterminaturus toto de Orbe erat, & diem ſplendidiſſimum redditurus. Erat quippe *lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum*. Ioan. 1. 9. Quid ergo mirum, ſi Eccleſia illa, cui nondum diuinarum rerum plena notitia contigerat; aut, ſi aliquando contigerat ſub Innocentiæ ſtatu, propter primam tamen culpam ſibi ſenſerat *occubuiße Solem in Meridie*, diemque in noctem verſum, amiſſa ſemel fęlicitate docta, petat ab illo, à quo omne ſciret eſſe lumen, vt plenum ſibi diem reddat; ac quemadmodum à mero *Meridie* ſenſerat ſe in altiſſimam noctem præcipitatam; ſic illius, quem vnicè diligebat, beneficio id conſequatur, vt obſcura ſibi non vertatur in *Meridiem?* Erit ergo ſenſus: Me ſentio miſeram vnius ſceleris non vnum ſubijſſe ſupplicium; ſed illud in malis maximum, quod mentis obtenebratum eſt lumen, vt nec quid facto ſit opus norim; nec quo itinere properandum ad Dilectum, intelligam. Palpem ergo eſt opus, veluti cæci ſolent, parietes, & manuum indicio, non oculorum ducatu, viam carpam. Et tamen adhærendi Deo magna me cura ſollicitat, haud ignatam, omnem ab eo meam pendere fęlicitatem. Tu interea, Dilecte, in *Meridie* tuæ lucis verſaris, quo mearum miſeriarum vmbra non pertingit. O, ſi te duce ad te peruenire daretur, diſpulſiſque errorum tenebris, ac ignorantiæ vmbris, luce perfrui illa, qua qui donati ſunt, iam nec aberrare à via timent, nec à te abſcedere facile poſſunt. Hæc ſententia, ſic explicata, probabilis eſt; & ſatis aptè quadrat, in hunc Eccleſiæ primum ſtatum, qui hiſce Cantici initijs deſcribitur.

XII.

Qui æſtum tentationum. Aut cupiditatum ardorem interpretantur. Haud inepte diſputant Vtriſq; enim Deus adeſt ne deficiat, Hoc auxilium Eccleſia deſiderat. Sed obeſt, quod meridiem in deterius ſumunt. Cum poſitus ſit pro tempore otij, et quietis.

Non ergo ad perſecutiones Eccleſiæ referendas. Nec interpretabimur ardorem paſſionum, Eandem ob cauſam.

Æſtas tentationum, & cupiditatum ardor per meridiem deſignatus.

Eccleſia laboribus preſſa, remedium à Chriſto poſtulat.

Meridies poſitus pro tempore requiei. *Plinius lib. 8. c. 33 Perſius. Virgilius.* Meridies nō pro perſecutionibus, aut vitiorum ardore.

Meridiem contrà alij *æſtum tentationum, ardorem preſſurarum, ac perſecutionum* malunt accipere; &, quod multo magis eſt mirum, haud deſunt, qui *vitiorum, ac cupiditatum ardorem* interpretentur. Vtriuſque autem ſententiæ Patroni ſunt magni. Nam primum illud docuére Caſſiodorus, & Beda. *Paſcere*, ac *Cubare* Chriſtum *In Meridie*, quia Fidelium corda, ne feruore tentationum intus areſcant, memoria ſupernæ ſuauitatis reficit; & in eis ipſe propitius manere conſueuit. Id ergo petere Eccleſiam, tot afflictionibus preſſam, tot perſecutionibus agitatam, ſcientem à ſolo Paſtorum Chriſto Paſtore remedium expectandum. Ardere ergo eum reperire; quærere vbi meridietur, non vbi pernoctet, nam Chriſtus tenebras non amat, ſed in clara orthodoxæ Eccleſiæ fide conquieſcit. Sed illud obeſt priori parti, quod *Meridiem* in malam interpretatur partem, cum ex ſerie verborum ipſa ſatis appareat, in bonam accipi oportere: poſitus enim *Meridies* eſt, non pro incommodo tempore, tametſi incommodum eſſe Paſtoribus, ouibuſque ſolet, propter Solis ardorem, è medio cœli vertice radios iaculantis; ſed pro tempore quietis, & otij; cum, eo maxime diei articulo, ſoliti ſint Paſtores, ſub reducta valle greges cogere ad meridiandum. *Meridies* ergo appellatio odioſa hic non eſt, ſed potius grata, & placida propter otium, requiemque. Non ergo ad perſecutiones trahenda eſt, quibus diuexari ſolet Eccleſia ſeu ab hoſtibus, ſeu à diſcolis filijs, ſeu à falſis fratribus: multoque minus admittendum eſt, hæc de Chriſtianæ Eccleſiæ perſecutoribus intelligenda eſſe, cum de ea hic mentio non ſit. Qua ratione eadem illa ſentiendi ratio, quoad partem poſteriorem, minus aptè in hunc locum quadrare probatur, tametſi pro ea citat vir doctus Aponium, Iuſtum, Philonem, hoc loco, & Auguſtinum lib. de vnit. Eccleſ. cap. 14. quibus de Recentioribus adhæſere nonnulli, nec de triuio.

XIII.

Aut vitiorum æſtum. Quod placuit Gregorio. Cuius habes verba. Solum enim Eccleſia amat in Dilecto requieſcere.

Qua etiam ex cauſa minus placet eorum interpretatio, qui *Meridiem vitiorum ac cupiditatum æſtum* interpretantur: quod alijs fortaſſe locis non ineptum fuerit: tametſi id traditum à M. Gregorio, nec vno loco. Verba habes è Comm. in Cant. *In Meridie Chriſtus ſub vmbra paſcit, & cubat, quia in refrigeratione S. Spiritus ſibi quaſi requiem, & paſtum quærit. Per Meridiem quippe ardor vitiorum exprimitur, per vmbram vero ſpiritualis gratiæ ſtatus deſignatur. Meridie ergo feruente, in vmbra Chriſtus requieſcit; quia dum in reprobis æſtus vitiorum flagrat, ipſe Sponſa ſua ſpiritum refrigerij tribuit.* Quæ, pulcherrimè quanquam dicta, minus huic loco aptari poſſe videntur, quo *Meridiei* eo ſolum facta eſt mentio, quod ſecundum Dramatis artificium, eo maximè Paſtores tempore quieti ſe dedere ſoliti ſint, cuius Eccleſia otij particeps eſſe cupit, vt Sponſum ſcilicet ſocium habeat, & illius complexu beetur.

XIV.

Et arcentem ſe à complexu, delinire, Vt ſe ſocium patiatur, Poſita ſimultate omni.

Hæ ſunt ſcilicet Dei artes.

Seuerius cum ſuis agit, vt probet,

Eccleſiæ vota arcentem ſe à conſpectu Deū ſequi.

Dei artes repulſis probare amorem immo & firmare. *Luc. 24. 13. Ioan. 4.*

Veram ergo ſententiam arbitramur, quam non vno loco, dum aliorum ſenſus cenſeremus, indicauimus. Id velle Eccleſiam, vt arcentem ſe Deum à complexu, atque conuictu, liceat comitari, partemque cum eo placidæ libare quietis, qua licentia ſolent ſponſæ ſponſis ſuis adhærere. Tota ergo in eo eſt, vt minus placidum ſibi omni arte conciliet. Hactenus enim abſentem ipſa ſuſpirat, rogitat, inſtat, ambit. Non quod verè abſentem putet, quem vbique præſentem non ignorat: ſed quia quem minus in ſe propenſum, ac fauentem experitur, eo haud aliter carere ſe dolet, quam ſi abſens verè eſſet. Eæ ſunt ſcilicet amantiſſimi hominum Dei artes. Fingit ſe ſæpe longius ire, vt ad ſe inuitandum cogat Diſcipulos; latere videtur vt deſiderium accendat, ſeque ſubtrahit à conſpectu, vt verus amor probetur. Sic ſeuerius cum Cananæam abigit, nec clamantem audire haud videtur, vt fidem probet, immo vt ita augeat, vt magnam eſſe ſuo teſtimonio confirmet.

Sic etiam cum Eccleſia.
Vt expeditior ad eam curat.
Quod ab Origene obſeruatum.
Et pulcherrimis verbis expoſitum.
Et exemplo ſuo confirmatum.

Sed redeamus ad Sponſam, cuius etiam charitatem ficta illa abſentia probat, vt magis accendat; & quod in ſe minus placuiſſe Sponſo animaduerterit, ſtudio vigili, ac ſollicita cura corrigat: ne quid ſit, quod vel eum venire ad illam, vel ad ſe trahere impediat. Id autem, quod ſæpe facere ſolet, toto hoc Dramate haud infrequenter exprimitur. Quæ obſeruatio Origenem Authorem habet, & quidem opportunè. Hom. 1. ex 11. *Deinde conſpicit Sponſum, qui conſpectus abſceſſit: & frequenter hoc in toto carmine facit, quod niſi quis ipſe patiatur, non poteſt intelligere.* Id autem ſuo exemplo confirmat. *Sæpe, Deus teſtis eſt, Sponſum mihi aduentare conſpexi, & mecum eſſe quamplurimum; quo ſubito recedente, inuenire non potui, quod quærebam. Rurſus igitur deſidero eius aduentum, & nonnunquam iterum venit: &, cum apparuerit, meiſque manibus fuerit comprehenſus, rurſum elabitur: &, cum fuerit elapſus, & rurſum à me inquiritur: & hoc crebro facit, donec illum verè teneam, & aſcendam innixus ſuper Fratruelem meum.* Id autem quam verè ſit dictum, proximo commate pius, auiduſque lector intelliget.

Deus ſæpe ſe ſubtrahit, vt ſui deſiderium accendat.

NOTATIO XXI.

NE VAGARI INCIPIAM POST GREGES SODALIVM TVORVM.

I.
Senſus huius commatis haud facilis.
Neque eorum probanda ſententia,
Qui hic zelotypia pulſari Deum volunt,
Indicato periculo,
Ne quod ipſe negligit, alij arripiant.
Qua arte Moſes vſus cum Deo.
Nobis id in locum hunc quadrare non videtur.

DE hiſce verbis non vna quæſtio eſt, ſiue Vulgati verſionem, ſiue Græcorum premas. De ſenſu non conuenit cum alijs nobis, vt in Com. Dram. loco hoc monitum eſt. Volunt graues omnino Authores ſtratagema eroticum eſſe, vt eorum vtar verbis, temperatum abſinthio zelotypiæ. *Niſi hoc indicas, magnum tibi mihique periculum creas. Coges me viæ terminique ignaram (nam te quærere certum eſt) huc illuc circa falſorum fratrum caulas diuagari: quorum fraudes, inſidias, petulantiam merito metuo. Te decet, me, non tantum à probro, atque dedecore, ſed etiam ab omni vaga libidinis ſuſpicione immunem ſeruare.* Nihil autem accommodatius ad Dei fauorem demerendum, qui *Deus Zelotes* eſt, atque *Aemulator*. Simili arte vſus & Moſes Num. 14. 13. cum volenti Deo Populum peruicacem, atque incredulum delere, dicebat: *Vt audiant Aegyptij, & habitatores terræ huius, quod occideris tantam multitudinem, quaſi vnum hominem, & dicant: Non poterat introducere Populum in terram, pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in ſolitudine.* Sed ſi etiam darem ſimile quidpiam Dramatico ſenſui accommodari poſſe, quod ſuo negatum eſt loco, arcanæ ſententiæ multum obeſſe exiſtimarem. Non ergo zelotypiam hiſce verbis accendere, ſed ſimpliciter ſuos metus indicare conatur: probabile enim erat, ipſa ſemitarum ſimilitudine deceptam eo poſſe perferri, quo minimè voluiſſet.

Stratagema Eroticum abſinthio zelotypiæ temperatum, ex quorundam ſenſu.

Num. 14. 3. Moſes zelotypiâ accendit Deo.

Eccleſia ſuos motus ſimpliciter promit.

II.
Nam Eccleſia ſuos metus promit, ſimpliciter,
Et viarum incerta, vagandũ erat.
Maxime nondum in amore firmata.
Quod incipientiũ malum eſt.
Sed eorum miſeretur Deus,
Et rurſum reuocat ad ſe, ſolatijs reddiris.
Quorum abſentia redierant ad ea quæ prius abiecerant.
Merito ergo Eccleſia timet,
Et imbecillitatis ſuæ conſcia,
Spem totam in Deo locat,
Incipere autem vagari timet,

Prudenter autem, ſi viam ignoret, qua eundum ſibi ad Deum ſit, cum eo ſcilicet quieti vacatura, ſuam ſollicitudinem promit, quidque timeat ſine ambagibus vllis affirmat. Quid autem illud ipſum ſit, nunc dicendum eſt. *Ne*, inquit, *Vagari Incipiam*. Id primum periculum eſt, & quidem grande. Abſente enim Deo, nec viam, qua ad ſe ſit eundum, monſtrante, quid ſupereſt, niſi vt vagabunda Sponſa certo loco non conſiſtat; ibi forſitan Deũ quærens, vbi Deus ipſe non eſt. Hoc autem malum ſub illis initijs maximè illi timendum erat: cum nondum in amore firmata, velut arbuſcula recens plantata, nec radicibus actis firmiter hærere humo poterat; nec, ſurculis adhuc ſuis imbecilla, ingruenti aliunde tempeſtati reſiſteret. Et alioqui incipientium frequens eſt malum, cum, quas guſtauere Dei conſolationes, de repente deſiére, ad ea animum, mentemque conuertere, quæ Deum ſecquuturi, animoſè magis, quam fortiter, abiecére. Horum facile miſeratur conditionem miſericordiarum ille Pater, adſeque iterum, & ſæpe vocatos, lacte ſuo paſcit, quoad robuſtiores vſu facti, durioribus exerceri poſſint, & ad virtutem robuſtam adoleſcere. In hunc ſenſum illa: *Si Filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus; quia ex quo loquutus ſum de eo, adhuc recordabor illius. Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum: miſerans miſerebor eius, ait Dominus. Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti. Reuertere Virgo Iſrael, reuertere ad Ciuitates tuas iſtas, vſque quo delitijs diſſolueris Filia vaga?* Ierem. 31. 20. Similia illa: *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus ſum, & percuſſi eum: abſcondi à te faciem meam, & indignatus ſum: & abijt vagus in viam cordis ſui. Vias eius vidi, & ſanaui eum, & reduxi eum; & reddidi conſolationes ipſi, & lugentibus eius, creaui fructum labiorum pacem.* Iſai. 57. 17. Ex quibus ſatis datur intelligi, quam merito Eccleſia ſuos timores iactet; ne, ſi durius à Deo tractetur, nec de via doceatur, qua contendere ad eius amplexus poſſit, *Vagari* cogatur, & ad ea ipſa diuertere, quæ paulo ante abiecerat. Conſcia ſcilicet imbecillitatis ſuæ, ſpem totam iactat in Deum: ſcit enim probè, eo propitio, omnia eſſe in tuto; nec eſſe quod à ſua ſibi infirmitate quidquam timeat: eodem autem minus fauente, tuta etiam omnia timenda ſibi eſſe; neque vlla ex parte maiores, certioreſque timoris eſſe cauſas, quam à ſe ipſa. Prudenter autem dixit: *Ne Vagari Incipiam*: nam cum in procliui omnia vitia ſint, nec poſſint, cum

Abſente Deo, nec etiam monſtrante facilis error.

Incipientiũ malum, vbi ſolatia defecere, regredi ad ea quæ abiecere.

Eccleſia ſuæ imbecillitatis conſcia, omnem ſpẽ in Deo locat.

Digitized by Google

Quia in procliui eſſe vitia nouit.

Vitia omnia in procliui, cum cœperint.

cum labi cæperint, conſiſtere, iure initia ipſa infelicitatis ſibi cauenda eſſe teſtatur. Mirum enim eſt, cum in præceps rotari cæperit anima, ſiſti quam difficile poſſit. Sed de hoc argumento alij pluribus, & alibi nos plura fortaſſe; nunc cætera perſequamur.

III.

Eſt ergo adhuc Eccleſia iuuenis. Metus enim hi incipientium ſunt. Sed adultior facta, animoſior abſentem Deũ quærit.

Eccleſia adhuc iuuenis, ideo & metuens.

Ex hoc autem loco facile intelliges, quod ſæpe eſt dictum, adhuc Eccleſiam iuuenculam deſcribi, nec ſatis vel doctrina inſtructam, vel vſu exercitam: hi enim timores propriores puellarum ſunt, quam viraginum robuſtarum. Certè eadem hæc nunc timida, ac ſollicita & vbique pericula timens, & damna cogitans, inferius, omni timore poſito, etiam vltro prouocat hoſtem in pugnam: ac domo egreſſa nocte concubia, ſilentibus aſtris, ſola atque incomitata, per certas, per incertas grandis Oppidi ſedes vagatur, ſola animoſitate ſua tuta, ad Dilectum vt conuolet: ne plagis quidem acceptis, ac pallio direpto ab inquirendo deterrenda. Quo pulcherrimè Eccleſiæ Chriſtianæ certamina, atque in certandi ipſa ratione artes, & animi deſcribuntur, vt ſuo loco dicemus.

IV.

Sed premendæ Origines. Quas quidam exprimunt, minus decorè. De quibus nos alias diximus. Ex authoritate Origenis. Et decoro Eccleſiæ, Quæ licet iuuenis pudica & ſimplex inducenda fuit. Nec de ſe timentem, quod minus eſſet decorum.

Origines expenſæ, & explicatæ.

Eccleſia etiam iuuenis, pudoris, & decoris amantiſſima.

Sed quod à noſtro Interprete dictum eſt, *Ne Vagari Incipiam*, malunt Hebræis plus nimio hærentes reddere; *Ne ſim velut adoperta*, aut *Velut circum amicta*. Aut quemadmodum in Originibus eſt, *Quia vt quid ero velut cooperiens ſe ſuper greges?* Interpretantur autem plerique de Recentioribus, vt monitum alias eſt, *Nam cur me vis pro meretrice haberi, ſi, itineris incerta, vager per alias ſemitas, quæ me ſcilicet in magalia aliorum Paſtorum ducant?* Sed hanc interpretandi rationem nec à Veteribus probatam video, ne ab Origene quidem, cuius non nemo eam teſtimonio confirmat: nec nobis omnino probanda eſt, quod alibi demonſtrauimus: & Origenis ipſius authoritate firmauimus. Vide Com. Dram. hoc loco. Decebat certè teneram adhuc Eccleſiam deſcribere, & pudoris amantem, & latendi ſtudioſam, ſollicitamque decoris, nec de ſe timentem, ne vafras illas imitaretur, quæ, non contentæ pudicitiæ iacturam feciſſe, ſub omni ligno frondoſo proſterni ſe ſinunt: vagæ, ac garrulæ, atque ad animas decipiendas omnino paratæ. Abeſſe enim decebat hæc propudia caſtitatis occiſæ in publico à caſtiſſimo hoc connubio, ne vel aures ipſæ ſola appellatione rei turpiſſimæ verberarentur. Et alioqui ſimplicitatem, ſinceritatemque caſtiſſimi connubij, & charitatis, quæ illius eſt prodroma, maculat, quiſquis cum illius lilijs, violiſque, ſtercora miſcet propudioſiſſimæ impuritatis, ſed de his alias.

V.

Sed qui Sodales dicendi? Non mali Doctores, non Philoſophi, non Heretici, Licet ſæpè veris DD. permixti, Et numero, & authoritate contendere auſi, Eccleſiæ magna intulere damna, Seſe Paſtores iactantes, cum fures eſſent. Hæc probabilia ſunt, Sed non apta in noſtram interpretationem. Niſi in communi de prauis Doctoribus accipias, Qui in nullo ſtatu defuere, Id non ignorans Eccleſia. Vnum Dium vt ſe doceat, orat.

Sodales ſponſi non praui DD. non Philoſophi.

Non Hæretici, licet ſe pro veris DD. venditantes, veri latrones

Qui iactarent veram doctrinam cum praua eſſet, nunquam deſiderati.

Eccleſiæ iuſtus metus, à DD. prauis.

Sodalium autem nomine, quos oporteat intelligi, alia quæſtio eſt. Quidam *prauos Doctores* intelligunt, qui peſtilente doctrina hominum inficiunt animos, & à vera ſapientia ad errores compellunt. Sed in eo ipſo nonnullum diſcrimen eſt, cum alij ad *Philoſophos* referant, vt Origenes homil. 2. ex 4. *Ne*, inquit, *per imperitiam errans, in aliquo ſimilis efficiatur, illis Doctorum Scholis, quæ non per ipſam Dei Sapientiam, ſed per Philoſophorum, & Principum huius mundi exercentur.* Alij *Hæreticos* malunt, quorum nulla ætas ſterilis fuit. Sic Theodoretus, & alij ipſum ſequuti. Sæpe Pſeudoprophetæ veris Prophetis permiſti, ſeſe Dei miniſtros mentiti Populo rudi impoſuére: ſæpe cum veris Doctoribus, & Catholicis Hæretici de numero, immo & de authoritate, & doctrina auſi contendere, Eccleſiam aut ſciſſuris diuiſére, aut importunitate diuexarunt. Hos autem dictos *Dei Sodales*, non verè, ſed hominum imprudentium opinione; immo & ſuo ipſorum teſtimonio. Nemo enim vnus Hæreticorum fuit, qui non ſe verum Chriſti ſectatorem profeſſus ſit, ouiumque illius Paſtorem; cum omnes & fures fuerint, & latrones, ac ſimplicium ouium mactatores, quã vel potiſſimam differentiam Chriſtus inter ſe, & illos conſtituit. *Fur non venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat; ego veni vt vitam habeant.* Ioan. 10. 10. Horum autem interpretandi ratio, tametſi iuxta cuiuſque viam, quam ingreſſus eſt, ſatis probabilis, iuxta noſtræ interpretationis ſeriem probari non poteſt: nihil enim horum in hunc Eccleſiæ ſtatum poteſt quadrare: cum necdum Philoſophorum nomen eſſet auditum, multoque minus Hæreticorum: niſi verò interpretére, ſicut & doctus Vir interpretatur, de Doctoribus generatim, qui nullo vnquam ſæculo deſiderati ſunt; qui cum iactarent veram doctrinam, ad animi inſtitutionem accommodatam, nihil minus præſtitére: nam vel veritatem erroribus, & mendacijs miſcuére, vel errorum ipſi fuére magiſtri, Eccleſiam autem, diuinitus edoctam, ſciſſe, qui magna quædam, & ad vitam ex pietatis præſcripto inſtituendam, iactarent, multos eſſe; qui præſtare poſſet, præter Chriſtum, Dei ſapientiam nullum eſſe. Propterea vnum illum rogare, vt ſe doceat, qua ſibi per vitæ puritatem perueniendum ad eum ſit: ne ignoratione itineris in aliquem eorum incurrat, qui cum ſe eadem tradere poſſe profiteantur, improuida decipiatur, & in errores abſurdos compellatur. Hic ſenſus probabilis eſt: nec à noſtræ interpretationis conſequentia alienus; aut ſtatui Eccleſiæ, qui deſcribitur, ineptus.

VI.

Sed præſtat Angelos apoſtatas interpretari, Qui natura nobilitate proximi Deo.

Angeli Apoſtatæ dicti Sodales, cauſa appellationis.

Sed probabiliſſimum arbitramur, quod indicatum in Commentario, *Sodalium* nomine *Apoſtatas Angelos*, à quibus ſe ſemel ſciebat deceptam, & in præcipitium actam, intelligendos. Certè ſi rem ipſam expendas, *Sodalium Dei* nomen nulli creaturarum aptius conuenire, quam illis, arbitrabere: qui naturæ nobilitate, acie ingenij, ac præſtantia conditionis proximi Deo ſunt; quantum ad diuinam illam, inacceſſamque maieſtatem accedere

con-

Digitized by Google

Nam ideo in S. S. dicti Eloim. Sicuti Deus etiam dictus. Et Dei Filij, & vti tales domeſtici, & in cælo conditi. Cum creaturæ aliæ, extra cæli ereatæ ſint. Vt extraneæ, & alienæ. Et quamquam multum diuerſi mali à bonis, Id diſcrimen gratia, non natura tenent.

Angeli dicti Eloim, ſicut Deus.

Angeli conditi in cœlo velut filij, & domeſtici.

Inter Angelos bonos, & malos ſola gratia diſcrimen facit.

conceditur creaturæ. In ſacris certè litteris nomen *Eloim* nec magis, nec fortaſſe frequentius Deo, quam *Angelis* tribuitur. Abſtineo in re immorari clariſſima: tametſi ſcio non defuiſſe, qui in eo diſcrimen agnouerint, quod mihi tamen minimè probant: ſeu *Eloim Potentes*, ſiue *Magnates*, ſiue *Fortes* propriè ſint. Hinc etiam & *Dei Filij*, haud raro nuncupantur, propter naturæ ſimilitudinem; in illis enim multo quam in hominibus clarius, diuina imago refulget: proprium autem filiorum eſt Patres referre. Accedit locus ipſe, in quo conditi creduntur, in cœlo ſcilicet, quod Dei Prætorium eſt, & ſupremi Regis aula. Vt videantur illi non modo, vt domeſtici, aulicique, ſed etiam, vt Filij, eiſdem cum Parentibus ſedibus habitare: Cum creaturæ aliæ extra cœlum conditæ ſint, velut ſeruili conditione donatæ; ſaltem velut extraneæ, atque à Dei domo alienæ. Et tametſi magnum diſcrimen inter bonos & malos, propter gratiæ in illis, ac ſanctitatis præſtantiam, coniunctionemque cum Deo; ac peccati in his fœditatem, qua digni ſunt redditi, qui ab ea fęlicitate exciderent, qua conditi ſunt: id tamen non diſcriminauit naturæ præſtantiam, ac conditionis nobilitatem. Atque hæc fortaſſe cauſa eſt, cur nonnunquam audeat malus ille etiam inter *bonos Angelos* verſari, ac Deo adſtare. Iob. 1. 16. *Cum veniſſent Filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, adfuit inter eos etiam Sathan*. Siue vt in Originibus eſt; *in medio eorum*, ſcilicet adhuc pro vno ex eodem numero ſeſe gerens, tanquam ex eodem ordine. Quod indicauére LXXII. reddentes: *Venerunt Angeli, vt ſtarent coram Domino: & diabolus venit cum eis*. Quæ loquendi forma æqualitatem quandam importare videtur, qualis certè inter *Angelos* & *Dæmones*, ſi naturæ nobilitatem, atque conditionis excellentiam conſideres, reperitur. Atque hanc ego vnam rationem puto, cur dicti ſint *Dei Sodales*, vtpote quantum alieni gratia, tantundem natura coniuncti. Alioqui hic *bonos Angelos* Origenes *Sodales* vult eſſe.

Ideo inter illos coram Deo dæmon apparere auſus. Velut vnus de eorum numero.

Dæmon aliquando inter bonos Angelos Deo ſe ſiſtere auſus.

VII. *Alia ratio affectatio Diuinitatis. Qua ſe pro Dijs coli amant. Et errore mortalium exiſtimati ſunt.*

Dæmones dicti ſodales, propter affectatam diuinitatem.

Alia ratio ſumitur ab *affectatione Diuinitatis*, qua Mali illi, tametſi ſe ſciunt mutare non poſſe naturam, inuidiam, ac ſuperbiam ſolantur ſuam, ſi ſaltem ab incautis, deceptiſque mortalibus habeantur pro numinibus, ac diuinis honoribus tales agnoſcantur. Æmulatione ergo Dei factum eſt, & errore hominum, vt exiſtimarentur Dij: ideoque illi in adminiſtrando, gubernandoque Orbe, ac hominibus ſub imperio coercendis *Sodales*. Id enim nomen hoc importat, ſimilitudinem in munere, & quandam in eo adminiſtrando æqualitatem, ſeu veram, ſeu exiſtimatam; quanquam falſam.

VIII. *Tertia modus agendi, cum hominibus. Per inſpirationes, ac ſuggeſtiones, Ac repræſentationes imaginarias.*

Dæmones Deo ſimiles in modo agendi cum hominibus, per inſpirationes.

Tertia nominis ratio in modo agendi ipſo ſita eſt. Solent enim illi nobiſcum eadem fermè ratione, qua Deus ipſe ſolet conuerſari. Nam quia ſpiritus Deus eſt, nobiſcum communiter per illuſtrationes, immiſſioneſque cogitationum agere ſolet, ſic inſtituit ſæpe ad bonum, ſic auocat à peccatis, ſic terret, ſic vrget, ſic premit; nec aliter noſtram animam immutat communiter, licet poſſit alijs modis. Raro vel voce exteriore, vel ſermone ſonante, aut effictis in aëre ſpectris, figuriſque, aut imaginatrici facultati inditis. Hac autem eadem ratione *Angeli*, qui ſpiritus etiam ſunt, conuerſantur nobiſcum. Haud raro etiam repræſentantes imaginationi noſtræ quicquid vt intelligamus, volunt. Ex hac ergo agendi cum mortalibus ſimilitudine factum etiam puto, vt *Angeli* tam *boni*, quam *mali* Dei dicantur *Sodales*. Et verò ſi eo nomine donari volunt malos Doctores, immo & Hæreticos, quod Dei ſimilitudinem in doctrina mentiantur, mirum nemini videri debet, propter rationes tanto efficaciores dæmones ea appellatione fuiſſe donatos.

Ideo tam boni, quam mali dicti Dei Sodales.

IX. *Paſtores etiam dicti, Quod hominum greges in praua doctrina pabula ducunt. Velut ſolent Paſtores oues ducere.*

Dæmones dicti Paſtores, quod homines velut greges ducant in paſcua errorum.

Qua autem ratione etiam *Paſtores* dicantur, & greges in paſcua ducere, non abſimilis ratio eſt. Nullo enim non tempore, immo nec ſub prima illa tempora, defuére, qui vanis religionibus decepti, ſibi Deos arbitratu ſuo cuderent, vel *Solem cum fulgeret, vel Lunam incedentem clarè*, vt legimus apud S. Iobum, qui ſub eo naturalis legis ſtatu vixit, cap. 31. 26. vel inuiſibiles ſpiritus, quorum ſæpe vires, ac potentiam in rebus corporeis experti, quidquid humanam imbecillitatem ſuperabat, diuinum arbitrati ſunt. Hos igitur cœco errore ductos, velut muta pecora ſolent, in peſtilentis doctrinæ pabula, agente dæmone atque inſtigante, haud ineptè *Greges* dixeris, à *malis Paſtoribus* gubernatos: & vt procliue eſt aliorum ſequi exempla, & per impreſſa ab alijs veſtigia, quod facere ſolent pecora, ire; ideo nunquam defuére, qui præeuntibus in præcipitia inſiſterent, parum prouidi, ruituri & ipſi in præceps. Hic ſenſus Origenis eſt, homil. 2. ex 4. *Et iſti ſint fortaſſe Greges Sodalium Sponſi, Gentes ſcilicet cunctæ, quæ velut pecora ſub Angelis Paſtoribus conſtituta ſunt*. Hoc ergo periculum Eccleſia horret, ne ſcilicet incerta itineris, in auia doctrinarum, ac præcipitia religionum vanarum compellatur, *Greges Sodalium* ſequuta. Ideſt, veretur, ne ignoratione veri itineris, quo ad veritatem ipſa ducatur, atque amorem Dei, cæcis erroribus inuoluatur: ac velut labyrinthæis ambagibus impedita, nec explicare ſe valens, vanis ſuperſtitionibus deludatur, atque ab Dei auocetur amore, quod malum ſuper omnia mala cauendum ſibi ducebat. Nec vanos hos timores puta illius, quæ dudum experta, quid improuida humana Natura pati, quid dæmonis vaferrimæ artes poſſint præſtare, deiecta de Innocentiæ ſtatu, aſtu deceptæ mulieris, cui velut ouiculæ ſimplici, atque incautæ falſus

Sic Origenes cuius verba hic habes. Id horret periculum Eccleſia. Ne pro vero Paſtore, in falſos incurrat. Nec fruſtra timet. Quæ ſe aſtu Dæmonis de Paradiſo erectam dolebat.

Homines pecorum greges, & eorum mores imitati.

Digitized by Google

Ideo vbique pericula timet ſibi relicta.

A falſis Paſtoribus, qui tam multos abduceret,

Etiam de fidelibus, omni tempore.

Iuſti metus Eccleſiæ ſucceſſu temporum comprobati.

falſus Paſtor impoſuerat: atque à paſcuis Paradiſi ad mortis, extremæque infęlicitatis pabula tranſtulerat. Suo ergo malo cauta, vbique pericula timet, ſi vni relinquatur ſibi; nec à *vero Paſtore* doceatur, quæ in paſcua cogat oues, ac meridianis horis faciat requieſcere. Quam merito autem id periculum exhorruerit, intelliges, ſi memineris, quam facilè multi etiam de Fidelibus, & fideliter inſtitutis, ab his falſis *Paſtoribus* in errores prauos compulſi, per ea, & ſequentia tempora fuerint: vt paucis annis ſe ipſum Orbis mirari potuerit; maximamque humani generis partem errorum, atque Idololatriæ laqueis implicatam: vt poſtea ad vnam fermè Abrahæ familiam veræ Religionis cultus videatur fuiſſe reſtrictus; cæteris mortalium varijs erroribus inuolutis.

VERSVS VIII.

SI IGNORAS TE, O PVLCHERRIMA INTER MVLIERES, EGREDERE, ET ABI POST VESTIGIA GREGVM TVORVM; ET PASCE HÆDOS TVOS IVXTA TABERNACVLA PASTORVM.

COMMENTARIVS.

HIC primum ſub Sponſi perſona Deus inducitur loquens: hic primùm omnis poſitæ indignationis indicia præbet, vultumque facilem Eccleſiæ exhibet. Anxietatis ergo illius bonus Pater miſeretur, ac ſermone blando demulcet; qui nihil aliud ſimulata indignatione voluerat, quam illius & amorem acuere, & ſtudium incitare, atque præteritæ infęlicitatis exemplo reddere in poſterum cautiorem. Vocat autem *Pulcherrimam Inter Mulieres*, idest, *ſolam ſuis oculis Pulchram*, vt intelligat quantum diſplicuiſſet, primo ſcelere maculata, tantundem pœnitentia, ac damnatione culpæ placere. Non eſſe cur timeat, dum ſe ſerio ſequi velit, ne à vero aberret tramite. Iure quidem eo timore percelli, ſi ſe ipſam intueatur, quidque ſola, imbecilla, ac facilè in errorem pertrahenda, poſſit. Exemplo eſſe proximum in primis Parentibus errorem. Sed adfuturum ſe, neque vnquam longius abſceſſurum, etiam cum videatur abeſſe. In ijs abſentiæ tenebris, ſi quando ijs eam circumfundi, contigerit. Facile remedium eſſe, ſi aduertat, quo & viam doceatur ad ſe, nec ſemel ingreſſa aberrare poſſit. Eorum inhæreat veſtigijs, qui inter Fidelium multitudinem exemplo pietatis, ſanctitatiſque præiuère; nunquam enim defuturos, quorum exemplis, etiam tacentibus linguis, erudiatur. Eam vnam rationem inueniendæ viæ, qua ad ſe eatur eſſe. Id eſt; *Abi Poſt Veſtigia Gregum Tuorum*. Alteram, eorum doctrinam, qui *Eccleſijs* velut *Paſtores* ſunt dati, viros intelligit cœleſti doctrina claros, quos in omni ſtatu Eccleſiæ ſuæ Deus ad inſtructionem ſubmittit. Id eſt: *Paſce Hædos Tuos Iuxta Tabernacula Paſtorum*. Quæ ſcilicet omni ætate duæ fuere viæ, ac certæ regulæ, iter ad Deum deſignantes; ſiue de credendis, ſiue de agendis moueantur quæſtiones, ac dubia excitentur. Nec vnquam alijs vſa Eccleſia eſt, poſt preces feruentes ad Deum. Addit autem, haud aliter imperfectiores Filios, ſiue inſtructos parum in doctrina, ſiue petulcos in moribus, quos *Hædos* vocat, eſſe à ſe *Paſcendos*. Sed illum præſtat audire loquentem.

Digitized by Google

ENARRATIO.

ET nunc poſtquam Tuæ te tenuitatis,atque infirmitatis conſciam,vtili metu ſollicitari animaduerto, ac prudenti ſollicitudine pulſari, velut nouo decore auctam, mihi gratiorem eſſe confirmo. Vna igitur places, vnam charitate complector, velut ſolam Pulchram. Nihil enim in ea quam mihi in Sponſa deſtinaui, magis probo, quam poſt diuitias gratiæ cumulatas in ea, modeſtiã, ſanctumque timorem. Quid enim non à te timeas, ſemel experta, quid tibi relictæ inſit fortitudinis; quam ſcilicet leuis tentationis flatu ab ſtatu deiecerit? Tam intereſt, cuius exemplo ſapias, ac diſcrimine, tuo, an alieno, ſed non neſcire te decet, qualem Amicum inueneris. Potero quidquid ab imbecillitate conſciæ timoris erit, leuare, ac præſtare omnino tutam. Adero præſens tibi, nec vnquam deſtitutam, cui adhæſi ſemel charitate. Sed ſæpe, velut abſens ipſe ſim, latere videbor; vt factum nuper experta es. Quo ergo pacto gerere tecum id contigerit, debeas, nunc docebere. Animaduertere oportebit te, qualibus veſtigijs arenam ſignauerint, qui præceſſere Iuſti, iamque morte piè obita, teſtimonium anteactæ laudabiliter vitæ reddidere. Si quid dubium in agendi ratione contigerit, ea veſtigia preme ea exempla imitare: errare non poteris. Si quid autem in rerum diuinarum cognitione, credendiſq; myſterijs fidei quæſtionis inciderit, habenda tibi erit ratio eorum, quos nunquam non tibi doctrinæ Magiſtros, ſeu Prophetas, ſeu Doctores ſubmittam. Hos ſi conſulas, facilè intelliges, qua via eundum tibi ad me ſit: quin ſimilitudine decepta ſemitarum, alijs inhæreas. Sic facile erit Filios tuos imperfectiores, ſeu in doctrina rudes, ſeu in moribus perditos, vera doctrinæ pabulis ab errore, atque ignorantia reuocare.

NOTATIO XXII.

SI IGNORAS TE.

SVM. COM.

I.

Nexus horum cũ ſuperioribus. Indicia quærebat, quibus ire ad Deũ poſſet, Ne aberrare cogeretur, Is metus maxime Deo placuerat.

Quia ortus ex agnitione ſui. Ideo pulchram dicit.

Mox deſignat quid agere debeat. Ne Deum quærens errare poſſit.

RATIO hæc cum ſuperioribus nectendi, tametſi nonnullis viſa difficilis, haud nobis difficilis eſt. Dixerat illa, velle ſibi locum indicari, quo adeſſet Deus, non quidem reali præſentia, ſic enim eſſe vbique minimè ignorabat; ſed inditijs fauoris, ac poſitę indignationis conſpicuum: ne, ſi ignara rationis eo perueniendi, occaſio dæmoni præberetur, eam, quam ſemel deceperat, iterum decipiendi. Hic autem metus, ex agnitione propriæ fragilitatis ortus, & verus Charitatis filius maximè, vt decebat, Deo placuerat; cumque ad fauendum & amanti, & de ſe minimè confidenti, perpulerat: nihil enim facilius Deum permouet, ad impendendum animæ fauorem ſuum, quam ſi eam animaduertat, & ſincerè, ſimpliciterque amare; & timore, ex conſcientia propriæ imbecillitatis, pulſari: alterum enim ad commiſerationem infirmitatis: alterum ad amorem impellit. Huius autem & amantis, & miſerentis Dei affectus incipit ſe oſtendere. Nam illam confirmat, fauorem ſuum pollicitus; & docet, qua ratione, etiam cum ab ea videatur abeſſe, peruenire poſſit ad eum. Primum de fauore innuit, cum *Pulcherrimam Inter Mulieres*; ideſt, ſibi vnice placentem, compellat; in eo enim charitas in eam illius deſignatur. Alterum cum ſubiungit, *vt gregum ſequatur veſtigia*, nec procul à *Paſtorum Tabernaculis Hædulos ſuos Paſcat*. Hæc ad nexum pertinent; nam ſi quid huic nectendi rationi obijci poteſt, in Notationibus diluetur.

Agnitio propriæ imbecillitatis, & ex ea motus filius charitatis.

Propriæ imbecillitatis confeſſio mire Deum allicit ad fauendum.

II.

Hic verſionum varietas examinanda, Nam illud Te paragogicum eſt. Quod alibi vulgatus retinuit alibi non.

Cæterum hoc loco magna omnino quæſtio eſt, de horum verborum ſenſu: *Si Ignoras Te*, propter diuerſitatem Originum à verſione LXXII. & Vulgata. Et quidem ſimpliciſſimus ſenſus Originum eſt, in quibus, ex cenſu Doctorum hominum illud, *Te*, paragogicum eſt, & ſolum ornatus cauſa additum; quemadmodum paulo poſt: *Egredere*, cui etiã verbo in fonte pronomen illud additum eſt. *Egredere Tibi*. (*Salte, y Vete*. Hiſp.) Quæ autem ratio coegerit vulgato alio loco Hebræa exprimere, ſeruato Hebraiſmo, alio non exprimere, vt latinis auribus ſeruiret, alio loco explicatum eſt. Ad ſententiam autem

Vide *Cant. apert. Hypot. lib. 6 Rib. lib. 1. de Tem. cap. 14. & Heb. 3. n 47. Sact. Iob 3. n 86. Corn. in Proph. Can. 20 Legion & alios hoc loco. Com. Dram. hic.*

quod

Sed cur hæc ignoratio tribuitur Eccleſiæ.
Ambulanti per fidem ſæpe dubium quid incidit.
Nec Deus eam deſerit, ſaltem generali prouidentia.
Sic illa timet, & ſperat,
Et à ſolo Deo lumen expectat.
Vel vnus hic locus documento ſit.

Eccleſiæ vianti ſæpe dubia exoriuntur decernendis agendiſque.

Dei artes ad excitandum timorem,& confidentiam.

quod attinet. Quo modo, aut quando ea *Ignoratione* laborare Eccleſia ſoleat, explicandum eſt: aut cur illi magis tribuatur ſub naturalis legis ſtatu degenti, quam ſub lege ſcripta, & ſub gratia. Prima quæſtio generalior eſt. Et quidem ambulanti per fidem Eccleſiæ ſæpe dubia exoriri, ſiue de ijs, quæ agenda ſint; ſiue de ijs,quæ credenda, prope neceſſarium eſt. Nam tametſi eam Deus & docere, & regere ſolitus eſt, ac prouidere, ne in præcipitium errorum prolabatur,haud tamen raro ſola generali prouidentia, quæ quidem neceſſaria adſtandum media, haud vnquam denegat, eam velut ſibi ipſi relinquit. Sic ſcilicet & ſanctum in illa timorem fouet, ſpem acuit, ad orandum incitat, ne aliunde lumen, quam à luminum Patre, obtinere ſe poſſe ſperet. Hinc, quia maior illius à Deo ſuo pendendi, ſperandique neceſſitas, tota ſibi diffidens, fertur in illum; votiſque & prece multa cum eo agit: non aliunde in tenebris dubiorum lumen, quo illato, vmbræ illæ recedant, quam à cœlo ſperans. Cuius rei, tametſi aliunde nulla exempla ſuppeterent, vel vnus hic locus faceret probationem. Vide, qua anxietudine illa, quæ Dei abeſſe fauorem, lumenque ſentiebat ſibi, in eum feratur: vt preces vrgeat: vt blanditijs deliniat: vt periculis indicatis inclinet? Quid non & amans, & timens, & blandiens, & orans obtineret ab illo, qui & poſſet lumen infundere, & flecti vellet ad infundendum? Ergo in vnius exemplo docentur Fideles, quid ſimili vrgente caſu facere ipſi debeant, & quid ſperare: neque propiorem alicui eſſe Dei fauorem,quam ei, qui & timore ſancto ſibi diffidat, & charitate ardente in vnum Deum feratur, & multa illius miſericordiam prece ſollicitet, & affectuum teneritudine ad miſerendum inclinet.

Quo Eccleſia timet, quærit, petit, blanditur.
Suoque exemplo docet, quid nos agere oporteat.
Cum ſimilis caſus occurrat.

Dei fauor nemini propior, quàm timenti,& de ſe minimè fidenti.

III.

In eo autem latēs fauor apparet Dei.
Qui arcanis motibus ſic ſuos diſponit.
Ad orandum, petendumque.

Deus etiam cū abeſſe videtur, præſentiſſimus eſt.

Sed in eo ipſo latens Dei fauor apparet, neque enim illa, aut de ſua imbecillitate conſcia, timorem conciperet, & acueret; aut tam ardenti in Deum charitate flagraret, aut linguam tam blandè ſolueret, ac rationes ex proximis periculis ad permouendum inueniret, niſi idem ille, qui putabatur abſens, præſentiſſima, ſed & ſecretiſſima, & nunquam ſatis intellecta ope Eccleſiæ ſollicitæ adeſſet. Omnia ſcilicet ab eo ſunt, & vota illius, & votorum plenitudo. Mirandus autem eſt Salomon, qui hæc tam aptis ſymbolis vel inuoluerit, vel indicarit. His ergo de cauſis ſæpe decet Eccleſiam rerum agendarum,ſciendarumque *Ignoratione* pulſari, quæ prior fuerat quæſtio.

IV.

Sed cur hæc loco maximè inducitur ignorans?
Scilicet quia adhuc iuuenis.
Ideo ſub hoc ſtatu comparatur Auroræ.
Cuius lux tenuis, & vmbris permixta.
Talis Eccleſia ſub natura lege,
In quo exprimendo mirabilis fuit Salomon.

Eccleſia ſub naturæ ſtatu ignorans inducitur, quia puella eſt.

Auroræ ſimilis cuius lux crepera,

Altera, cur hoc loco maximè ea inducatur *ignorare*, quo Deus loco verſetur? ſeruatum nimirum decorum eſt: & quia Eccleſia iuuenis adhuc, ac myſtica ætate Puella deſcribitur, qualis ſub Naturæ lege fuit, quæ illius fuit infantia, decuit etiam ita deſcribi,vt,ignara locorum, Deum ipſa, tametſi amaret feruidè, inuenire tamen non noſſet. Hic ſcilicet ille Eccleſiæ profectus eſt, in Fidei, & rerum diuinarum cognitione, & notitiæ ordine & gradu, cuius cauſa Auroræ conſurgenti comparatur infra cap.6.9. Cogita dici infantiam, cum, ſenſim fugiente noctis vmbra, lucis illud creperum, quod inter noctem, diemque limes eſt, magis rerum imagines euoluere, quam explicare ſolet. Huic legis Naturæ ſtatus pulcherrimè componitur; quo diuinorum myſteriorum velut guſtatio tantummodo, & tanquam puellare ientaculum, communicatum eſt, adoleſcere incipienti Eccleſiæ, velut nondum per ætatem pleni prandij compoti. In quo non minus apparet, quanto hæc artificio ſcripta ſint: vt in illis dirigentis linguam, & calamum gubernantis Sancti Spiritus digitum agnoſcamus. Atque hæc ad enodandum hunc locum ſecundum ſimplicem ſenſum, ſint dicta.

V.

Sed PP. plerique hæc ad ſui ignorationem retulere.
Quod vtrum aptari noſtro filo videndum eſt.
Et vero, qui ex profeſſo hunc locū tractarint fuere pauci.
Quorum habenda ratio eſt.
Nam alij ex occaſione.
Quorum non eadem habenda ratio,
Quorum hic ſyllabum habes.
Qui ſæpe in morales ſenſus deflexere,
Ad populi inſtitutionem.

Eccleſiæ tributa ignoratio ſui hoc loco à multis PP.

Regula ad argumentum ex PP. authoritate.

Authoritas PP. magni facienda cum locum ex inſtituto tractā:.

Verum enimuero quia pleriſque de PP. placuiſſe animaduertimus hærentibus verſioni LXXII. & Vulgati, hæc verba de ſui ignoratione interpretari, videamus in aliqua ratione quadrare is ſenſus poſſit, & huic loco accommodari. Et verò hic illud maximè animaduertendum cenſemus, quod ad veram interpretandi ſacras litteras rationem ex Patrum ſenſu facere arbitramur. Aliud eſſe, cum quis de VV. PP. quaſi aliud agens, ſcripturæ vnum aut alterum locum certo ſenſu interpretantur, maximè cum in concionibus ad Populum: aliud cum ex inſtituto librum commentarijs plenis illuſtrat. Nam ſi quidquid ab omnibus, quacumque ratione dictum eſt, & quacumque occaſione ſcriptum, probare volueris; Næ tibi laboris multum ſubeundum erit, ſine magno operæ pretio; ac vero ſæpe à vero ſacræ ſcript. ſenſu aberrandum erit longiſſimè. Argumenta ergo ex PP. ſenſu tunc validè,& commodè inſtruentur,cum ab illis locis deſumentur,quibus illi, quaſi ex inſtituto, & non per occaſionem quamcumque rem tractarent: tunc enim ipſa tractandi ratio coegit, vt ſerio rem expenderent, quoque pacto cum ijs,quæ præceſſere, quæque ſequuntur, quæ media ſunt, connecti oporteret. Quod ſi illorum authoritatem ſeponas, qui ex varijs, ac minimè ſæpe neceſſarijs occaſionibus locum hunc expoſuiſſe viſi ſunt, non adeo multos eſſe inuenies, qui verba hæc de ſui ignoratione ſint interpretati. Ita nec Athanaſij in ſynopſi. Nec Ambroſij locis varijs, maximè lib. de Iſaac & animo, cap.4. & in Pſal. 118. ſerm.2. & 10. Nec Auguſtini ſerm.50. de ver. Dom. Nec Hieronymi epiſt. 22. ad Euſtoch. Nec Hugonis Victor. Erudit. Theol. ex Miſcellan. 2. lib. 1. tit. 82. authoritatem nobis in hac cauſa objicies: qui ſcilicet omnes ex occaſione, non autem ex inſtituto,

Digitized by Google

ENARRATIO.

ET nunc poſtquam Tuæ te tenuitatis,atque infirmitatis conſciam,vtili metu ſollicitari animaduerto, ac prudenti ſollicitudine pulſari, velut nouo decore auctam, mihi gratiorem eſſe confirmo. Vna igitur places, vnam charitate complector, velut ſolam Pulchram. Nihil enim in ea quam mihi in Sponſa deſtinaui, magis probo, quam poſt diuitias gratiæ cumulatas in ea, modeſtiã, ſanctumque timorem. Quid enim non à te timeas, ſemel experta, quid tibi relictæ inſit fortitudinis; quam ſcilicet leuis tentationis flatu ab ſtatu deiecerit? Tam intereſt, cuius exemplo ſapias, ac diſcrimine, tuo, an alieno, ſed non neſcire te decet, qualem Amicum inueneris. Potero quidquid ab imbecillitate conſciæ timoris erit, leuare, ac præſtare omnino tutam. Adero præſens tibi, nec vnquam deſtitutam, cui adhæſi ſemel charitate. Sed ſæpe, velut abſens ipſe ſim, latere videbor; vt factum nuper experta es. Quo ergo pacto gerere tecum id contigerit, debeas, nunc docebere. Animaduertere oportebit te, qualibus veſtigijs arenam ſignauerint, qui præceſſere Iuſti, iamque morte piè obita, teſtimonium anteactæ laudabiliter vitæ reddidere. Si quid dubium in agendi ratione contigerit, ea veſtigia preme ea exempla imitare: errare non poteris. Si quid autem in rerum diuinarum cognitione, credendiſq; myſterijs fidei quæſtionis inciderit, habenda tibi erit ratio eorum, quos nunquam non tibi doctrinæ Magiſtros, ſeu Prophetas, ſeu Doctores ſubmittam. Hos ſi conſulas, facilè intelliges, qua via eundum tibi ad me ſit: quin ſimilitudine decepta ſemitarum, alijs inhæreas. Sic facilè erit Filios tuos imperfectiores, ſeu in doctrina rudes, ſeu in moribus perditos, veræ doctrinæ pabulis ab errore, atque ignorantia reuocare.

NOTATIO XXII.

SI IGNORAS TE.

SVM. COM.

I.

Nexus horum cũ ſuperioribus.
Indicia quærebat, quibus ire ad Deũ poſſet,
Ne aberrare cogeretur,
Is metus maxime Deo placuerat.

Quia ortus ex agnitione ſui.
Ideo pulchram dicit,

Mox deſignat quid agere debeat.
Ne Deum quærens errare poſſit.

II.

Hic verſionum varietas examinanda,
Nam illud Te paragogicum eſt,
Quod alibi vulgatus retinuit alibi non.

RATIO hæc cum ſuperioribus nectendi, tametſi nonnullis viſa difficilis, haud nobis difficilis eſt. Dixerat illa, velle ſibi locum indicari, quo adeſſet Deus, non quidem reali præſentia, ſic enim eſſe vbique minimè ignorabat; ſed inditijs fauoris, ac poſitę indignationis conſpicuum: ne, ſi ignara rationis eo perueniendi, occaſio dæmoni præberetur, eam, quam ſemel deceperat, iterum decipiendi. Hic autem metus, ex agnitione propriæ fragilitatis ortus, & verus Charitatis filius maximè, vt decebat, Deo placuerat; cumque ad fauendum & amanti, & de ſe minimè confidenti, perpulerat: nihil enim facilius Deum permouet, ad impendendum animæ fauorem ſuum, quam ſi eam animaduertat, & ſincerè, ſimpliciterque amare; & timore, ex conſcientia propriæ imbecillitatis, pulſari: alterum enim ad commiſerationem infirmitatis: alterum ad amorem impellit. Huius autem & amantis, & miſerentis Dei affectus incipit ſe oſtendere. Nam illam confirmat, fauorem ſuum pollicitus; & docet, qua ratione, etiam cum ab ea videatur abeſſe, peruenire poſſit ad eum. Primum de fauore innuit, cum *Pulcherrimam Inter Mulieres*; ideſt, ſibi vnice placentem, compellat; in eo enim charitas in eam illius deſignatur. Alterum cum ſubiungit, *vt gregum ſequatur veſtigia*, nec procul à *Paſtorum Tabernaculis Hædulos ſuos Paſcat*. Hæc ad nexum pertinent; nam ſi quid huic nectendi rationi obijci poteſt, in Notationibus diluetur.

Agnitio propriæ imbecillitatis, & ex ea motus filius charitatis.

Propriæ imbecillitatis confeſſio mire Deum allicit ad fauendum.

Cæterum hoc loco magna omnino quæſtio eſt, de horum verborum ſenſu: *Si Ignoras Te*, propter diuerſitatem Originum à verſione LXXII. & Vulgata. Et quidem ſimpliciſſimus ſenſus Originum eſt, in quibus, ex cenſu Doctorum hominum illud, *Te*, paragogicum eſt, & ſolum ornatus cauſa additum; quemadmodum paulo poſt: *Egredere*, cui etiã verbo in fonte pronomen illud additum eſt. *Egredere Tibi*. (*Salte, y Vete*. Hiſp.) Quæ autem ratio coegerit vulgato alio loco Hebræa exprimere, ſeruato Hebraiſmo, alio non exprimere, vt latinis auribus ſeruiret, alio loco explicatum eſt. Ad ſententiam autem

Vide *Cant apetr. Hypot. lib 6*
Rib. lib. 1. de Fem. cap 14. & Heb. 3. n 47.
Sãct. Iob 3. n 86.
Corn. in Proph. Can. 20.
Legion & alios hoc loco.
Com. *Dram. hic.*

quod

Digitized by Google

Sed cur hæc ignoratio tribuitur Eccleſiæ.
Ambulanti per fidem ſæpe dubium quid incidit.
Nec Deus eam deſerit, ſaltem generali prouidentia.
Sic illa timet, & ſperat,
Et à ſolo Deo lumen expectat.
Vel vnus hic locus documento ſit.

Eccleſiæ vianti ſæpe dubia exoriuntur decernendis agendiſque.

Dei artes ad excitandum timorem, & confidentiam.

quod attinet. Quo modo, aut quando ea *Ignoratione* laborare Eccleſia ſoleat, explicandum eſt: aut cur illi magis tribuatur ſub naturalis legis ſtatu degenti, quam ſub lege ſcripta, & ſub gratia. Prima quæſtio generalior eſt. Et quidem ambulanti per fidem Eccleſiæ ſæpe dubia exoriri, ſiue de ijs, quæ agenda ſint; ſiue de ijs, quæ credenda, prope neceſſarium eſt. Nam tametſi eam Deus & docere, & regere ſolitus eſt, ac prouidere, ne in præcipitium errorum prolabatur, haud tamen raro ſola generali prouidentia, quæ quidem neceſſaria adſtandum media, haud vnquam denegat, eam velut ſibi ipſi relinquit. Sic ſcilicet & ſanctum in illa timorem fouet, ſpem acuit, ad orandum incitat, ne aliunde lumen, quam à luminum Patre, obtinere ſe poſſe ſperet. Hinc, quia maior illius à Deo ſuo pendendi, ſperandique neceſſitas, tota ſibi diffidens, fertur in illum; votiſque & prece multa cum eo agit: non aliunde in tenebris dubiorum lumen, quo illato, vmbræ illæ recedant, quam à cœlo ſperans. Cuius rei, tametſi aliunde nulla exempla ſuppeterent, vel vnus hic locus faceret probationem. Vide, qua anxietudine illa, quæ Dei abeſſe fauorem, lumenque ſentiebat ſibi, in eum feratur: vt preces vrgeat: vt blanditijs deliniat: vt periculis indicatis inclinet? Quid non & amans, & timens, & blandiens, & orans obtineret ab illo, qui & poſſet lumen infundere, & flecti vellet ad infundendum? Ergo in vnius exemplo docentur Fideles, quid ſimili vrgente caſu facere ipſi debeant, & quid ſperare: neque propiorem alicui eſſe Dei fauorem, quam ei, qui & timore ſancto ſibi diffidat, & charitate ardente in vnum Deum feratur, & multa illius miſericordiam prece ſollicitet, & affectuum teneritudine ad miſerendum inclinet.

Quo Eccleſia timet, quærit, petit, blanditur.
Suoque exemplo docet, quid nos agere oporteat.
Cum ſimilis caſus occurrat.

Dei fauor nemini propior, quàm timenti, & de ſe minimè fidenti.

III.

In eo autem latẽs fauor apparet Dei;
Qui arcanis motibus ſic ſuos diſponit.
Ad orandum, petendumque.

Deus etiam cũ abeſſe videtur, præſentiſſimus eſt.

Sed in eo ipſo latens Dei fauor apparet, neque enim illa, aut de ſua imbecillitate conſcia, timorem conciperet, & acueret; aut tam ardenti in Deum charitate flagraret, aut linguam tam blandè ſolueret, ac rationes ex proximis periculis ad permouendum inueniret, niſi idem ille, qui putabatur abſens, præſentiſſima, ſed & ſecretiſſima, & nunquam ſatis intellecta ope Eccleſiæ ſollicitæ adeſſet. Omnia ſcilicet ab eo ſunt, & vota illius, & votorum plenitudo. Mirandus autem eſt Salomon, qui hæc tam aptis ſymbolis vel inuoluerit, vel indicarit. His ergo de cauſis ſæpe decet Eccleſiam rerum agendarum, ſciendarumque *Ignoratione* pulſari, quæ prior fuerat quæſtio.

IV.

Sed cur hoc loco maximè inducitur ignorans?
Scilicet quia adhuc iuuenis.
Ideo ſub hoc ſtatu comparatur Auroræ.
Cuius lux tenuis, & vmbris permixta.
Talis Eccleſia ſub naturæ lege,
In quo exprimendo mirabilis fuit Salomon.

Eccleſia ſub naturæ ſtatu ignorans inducitur, quia puella eſt.

Auroræ ſimilis cuius lux crepera.

Altera, cur hoc loco maximè ea inducatur *ignorare*, quo Deus loco verſetur? ſeruatum nimirum decorum eſt: & quia Eccleſia iuuenis adhuc, ac myſtica ætate Puella deſcribitur, qualis ſub Naturæ lege fuit, quæ illius fuit infantia, decuit etiam ita deſcribi, vt, ignara locorum, Deum ipſa, tametſi amaret feruidè, inuenire tamen non noſſet. Hic ſcilicèt ille Eccleſiæ profectus eſt, in Fidei, & rerum diuinarum cognitione, & notitiæ ordine & gradu, cuius cauſa Auroræ conſurgenti comparatur infra cap.6.9. Cogita dici infantiam, cum, ſenſim fugiente noctis vmbra, lucis illud creperum, quod inter noctem, diemque limes eſt, magis rerum imagines euoluere, quam explicare ſolet. Huic legis Naturæ ſtatus pulcherrimè componitur; quo diuinorum myſteriorum velut guſtatio tantummodo, & tanquam puellare ientaculum, communicatum eſt, adoleſcere incipienti Eccleſiæ, velut nondum per ætatem pleni prandij compoti. In quo non minus apparet, quanto hæc artificio ſcripta ſint: vt in illis dirigentis linguam, & calamum gubernantis Sancti Spiritus digitum agnoſcamus. Atque hæc ad enodandum hunc locum ſecundum ſimplicem ſenſum, ſint dicta.

V.

Sed PP. plerique hæc ad ſui ignorationem retulere.
Quod vtrum aptari noſtro ſtilo videndum eſt.
Et vero, qui ex profeſſo hunc locũ tractarint fuere pauci.
Quorum habenda ratio eſt.
Nam alij ex occaſione.
Quorum non eadem habenda ratio,
Quorum hic ſyllabum habes.
Qui ſæpe in morales ſenſus deflexere,
Ad populi inſtitutionem.

Eccleſiæ tributa ignoratio ſui hoc loco à multis PP.

Regula ad argumentum ex PP. authoritate.

Authoritas PP. magni facienda cum locum ex inſtituto tractãt.

Verum enimuero quia pleriſque de PP. placuiſſe animaduertimus hærentibus verſioni LXXII. & Vulgati, hæc verba de ſui ignoratione interpretari, videamus in aliqua ratione quadrare is ſenſus poſſit, & huic loco accommodari. Et verò hic illud maximè animaduertendum cenſemus, quod ad veram interpretandi ſacras litteras rationem ex Patrum ſenſu facere arbitramur. Aliud eſſe, cum quis de VV. PP. quaſi aliud agens, ſcripturæ vnum aut alterum locum certo ſenſu interpretantur, maximè cum in concionibus ad Populum: aliud cum ex inſtituto librum commentarijs plenis illuſtrat. Nam ſi quidquid ab omnibus, quacumque ratione dictum eſt, & quacumque occaſione ſcriptum, probare volueris; Næ tibi laboris multum ſubeundum erit, ſine magno operæ pretio; ac vero ſæpe à vero ſacræ ſcript. ſenſu aberrandum erit longiſſimè. Argumenta ergo ex PP. ſenſu tunc validè, & commodè inſtruentur, cum ab illis locis deſumentur, quibus illi, quaſi ex inſtituto, & non per occaſionem quamcumque rem tractarent: tunc enim ipſa tractandi ratio coegit, vt ſerio rem expenderent, quoque pacto cum ijs, quæ præceſſere, quæque ſequuntur, quæ media ſunt, connecti oporteret. Quod ſi illorum authoritatem ſeponas, qui ex varijs, ac minimè ſæpe neceſſarijs occaſionibus locum hunc expoſuiſſe viſi ſunt, non adeo multos eſſe inuenies, qui verba hæc de ſui ignoratione ſint interpretati. Ita nec Athanaſij in ſynopſi. Nec Ambroſij locis varijs, maximè lib. de Iſaac & animo, cap.4. & in Pſal. 118. ſerm.2. & 10. Nec Auguſtini ſerm.50. de ver. Dom. Nec Hieronymi epiſt. 22. ad Euſtoch. Nec Hugonis Victor. Erudit. Theol. ex Miſcellan. 2. lib. 1. tit. 82. authoritatem nobis in hac cauſa objicies: qui ſcilicet omnes ex occaſione, non autem ex inſtituto,

Digitized by Google

locum hunc tractauere, ad eruditionem maximè Chriſtiani Populi. Aliud acturi fortaſſe, ſi iuſtis Comment. librum hunc interpretati fuiſſent.

VI.
Cæteri tam inter ſeſe ſententijs diſcrepant, vt ſuam quiſque viam ſit ſequutus.
Nyſſeni autem ſenſus probari non poteſt.
Qui ſenſu litteræ contrario interpretatur.
Inciderat fortaſſe in DD mendoſos.

Nyſſenus in deprauatos codd. incidiſſe videtur.

Cæterorum autem tametſi in eo communis ſententia eſt, vt hæc de ſui ignoratione intelligi oportere ſentiant, tam inter ſeſe diſcrepant ſententiis, vt fere quiſque ſuam viam ſolitarius, atque incomitatus gradiatur. Gregorij certè Nyſſeni ſenſus, minus nobis obiectandus, cum ſic locum hunc legerit (fortaſſis in immendatos Codd. inciderat) vt ſenſum peruertat prorſus verborum. *Si non cognoſcas te ipſam, pulchra inter mulieres, egredere tu à veſtigijs gregum.* Interpretatur autem de Anima, quam ſodales Sponſi admoneant: (illis namque hęc tribuit verba) vt ſi formæ decus ſtudeat conſeruare, pecudum, ideſt terrena ſapientium hominum veſtigia ne ſequatur. Cum tamen non vulgata modo lectio, ſed & Originis ipſius Hebreæ verba, & LXXII. editio legant, *Egredere In Veſtigijs Gregum Tuorum*, ideſt *Tuorum Gregum Veſtigia Legens*, ſenſu prorſus contrario, quod reliqui ſunt ſequuti.

VII.
Origenes hæc ad animam transfert.
Quæ moneatur ſeruare dona Dei.
Alioqui inter carnales animas computanda.

Admonitio Dei ad animam.

Superſunt ex Veteribus, qui librum hunc Commentarijs illuſtrarunt, Origenes, qui admonitionem hæc ad animam continere vult; Oportere vt ſemper cogitet, qualis ſit Dei ipſius dono, qualis & moribus, vt, quidquid id eſt, quod à Deo habet, quod ſatis multum eſt, ſtudeat conſeruare, ac Deo acceptum referre: quidquid autem in agendi tota ratione, ac virtutum ſtudio deeſſe inueniat ſibi, conetur acquirere exercitatione & vſu: alioqui inter pecudes, ideſt, irrationales homines, & carnis legem ſectantes, computandæ.

VIII.
Bernardus ſeuerius in illam agit.
Reprehendi à Sponſo.
Vt paratior ſit ad illius contubernium.
Ideo arceri ab inquiſitione,
Donec inter mulieres verſetur.
Nobis blandius agendum cum illa,
Et quidem merito.

Eccleſia reprehenditur quod ſe ignorans ipſam, tamen audeat Deũ quærere.

Defenditur ſpõſa, commiſeratione potius quã reprehenſione digna.

Aliquanto aliter Bernardus, qui in nobili argumento, veluti ad pompam ſpaciatur, mira vbertate ſermonis, & mentis acumine. Verba ſubdidi: *Reuocatur ad ſe ipſam, & ignorantiæ conuincitur, & inſolentia caſtigatur; terribiliterque Sponſus intonat in Dilectam, non tanquam Sponſus, ſed tanquam Magiſter humilitatis: & non quaſi iratus, ſed quaſi ſeuerus, vt territa purgaretur: purgata, idonea redderetur huic ipſi, cui inhiat viſioni: vt deſinat, donec inter mulieres verſatur, inquirere, quæ apud illas ſublimes ſunt Poteſtates, ſolis ipſis perſpicua, ſolis licita, tanquam cœleſtibus cœleſtia ad videndum.* Mox ad eam ipſam ſermone conuerſo, acrius in illam inuehitur. Miſellam! Et à Sponſo ſimulata indignatione probatam, exercitamque repulſa, vt ſcilicet poſt longa ſuſpiria, & vota, velut ad non audientem iactata, etiam à nobis digna reprehenſione iudicetur, quæ & ſe faſſa erat nigram, ideſt, non vſquequaque perfectam; & anxia adhærendi Dilecto, conſciæque inualitudinis ſuæ, & trahi ſe ab illo petierat: & ſurdis hæc vota illo auribus audiente, vt acrius incitaret; ſaltem indicium ſibi fieri, quo loco paſceret greges, orauerat, eum ſcilicet per dura, & aſpera ſemitarum ſequutura.

IX.
Ignoſcet Bernardus.
Nam quæ ſequuntur in illius laudem,
Non quadrant cũ hac reprehenſione.
Nec admittenda tam repentina orationis mutatio.
Alioqui, nec cum antecedentibus, nec cum ſequentibus hæc quadrãt.

Non reprehenditur hic, quæ immediatè laudatur.

Dabit Bernardus veniam, ſi alio vertimus interpretationis proram, nec eam reprehenſione vexamus, quam nec Sponſus Chriſtus vexauit, potius laude dignam iudicauit; & hactenus diſſimulatione probatam, exercitamque ſilentio, reſponſo dignatur, quo viam edoceatur, qua ſine errore ad Sponſum contendat. An enim ea, quæ ſequuntur: *Equitatui Meo In Curribus Pharaonis Aſſimilaui Te, Amica Mea*, & ſtatim: *Pulchra Sunt Genæ Tuæ Sicut Turturis*, & quæ ſequuntur aliæ, quæ eiuſdem illius continent laudationem, etiam ad illius reprehenſionem pertinere dicemus? Quod ſi ad encomia Eccleſiæ eodem illo ſtatu ſpectant, vt & Bernardus idem eſt Author, & Origenes, & quicumque hoc loco illius reprehenſionem agnoſcunt, quæ tam repentina orationis mutatio hæc eſt, vt eadem illa, tam acri digna cenſura, mox præconijs extollatur? Itaque ſi hæc ſequare, nec cum ſequentibus commodè, nec cum præcedentibus aptè hæc ipſa nectere poteris. Quo vel vno argumento ſatis inſtruimur, hæc in alium ſenſum trahenda; non vt *ſui Ignoratio* Eccleſiæ obijciatur, ſed *Ignorationis* aliud genus, quod in illius vertatur laudem, indicetur.

X.
Probabilius qui incogitantiæ admoneri volunt,
Quod alio loco, quam in ſe Sponſum eſſe exiſtimauit.
Ideoque neque eſſe quod timeat, etiã ſi egrediatur.
Vbique tutam ſua honeſtate eſſe.
Quem ſenſum & illa iuuant quæ ſequuntur,
Hoc & proximo verſiculo.

Monetur Eccleſia non alibi quã apud ſe quærendum Deum.

Securitas Dei de pudicitia Eccleſiæ.

Vidit hoc Iuſtus Vrgel. & arte mira vitauit hoc ſaxum; atque admoneri Eccleſiam incogitantiæ arbitratus eſt, quod cum apud eam Deus requieſceret, tanquam alio loco ſit, quam eius in animo, quem ſibi totum charitate coniunxerit extra ſe quærat. Huc ſcilicet
,, meridiatum ſolet concedere, hic libenter habitare. Fruſtra rogitas, quibus ipſe paſcuis
,, diuerſer, cum ſi te ipſam excutias, facilè ſit dignoſcere, quanto hoſpite tui pectoris tugu-
,, rium occupetur. Minaris ſcilicet vagaturam te per caulas ſodalium; ſed nullus me timor
,, à te ſollicitat. Egrediare, licet, & *Gregum Veſtigia* ſequare; tua me pudicitia tutum præ-
,, ſtabit. Nec metuendum mihi eſt, ne quiſquam ſit, qui & ſolitudine abuſus & tempore,
,, quidquam moliatur in eam, quam & honeſtas, & ſeueritas matronalis, adhuc in puellari
,, ætate, velut muro, cingit, nec modo ſecuram, ſed & tutam reddit. Huic interpretationi multum ineſt acuminis: &, cum ſenſum, quem verba hæc apud Vulgatum videntur reddere, perbellè ſeruet; ſic tamen interpretatur, vt non in reprehenſionem, ſed in commendationem Eccleſiæ, quod decebat, hæc dicta videantur. Iuuat autem hunc ſenſum, quod Commate proximo ſequitur: *Equitatui Meo In Curribus Pharaonis Aſſimilaui Te, Amica Mea.* Quæ verba in hunc ſenſum ſumus interpretaturi. Et verò, ſi quam ſententiam eorum, qui hæc de Ignoratione Sui interpretantur, ſequendam exiſtimarem, vna hæc eſſet. Sed

quod

Digitized by Google

quod de ea iudicium meum ſit, Commentario Dramati, hoc loco eodem indicaui; quo remittendus eſt lector.

NOTATIO XXIII.

O PVLCHERRIMA INTER MVLIERES.

I.

Hinc traditus ſenſus firmatur.
Nam qui pulcherrimam dicit Eccleſiam
Non diceret ſi ignoratione ſui eam maculari contingeret
Et inter pecudes amandari digna eſſet.

Eccleſia Pulchra non eſſet, ſi ſe ignoraret.

VEL hiſce ſolis verbis, ſi ſerio expendantur, monſtrari poſſet, verè eum ſenſum, quem Notatione proxima tradidimus verbis illis prioribus: *Si Ignoras Te*, fuiſſe aptatum. Nam certè cum *Pulcherrimam Inter Mulieres* Eccleſiam ſuam Deus appellat, eam omni ex parte placere ſibi profitetur. Cum enim myſtica hæc Eccleſiæ *Pulchritudo* in gratiæ donis, ac virtutum comitatu, quæ illi velut pediſequæ adhærent, ſit ſita, ſi ea illa deformaretur *Ignoratione Sui*, quæ tam acri reprehenſione digna Authoribus illis viſa eſt, nullo vero ſenſu, *Pulcherrima Fœminarum* dici poſſet. Adde nec ex decoro inducendum Deum, eam ipſam vt ſupra fœminas omnes forma conſpicuam laudantem, quam proximis verbis non alio amandaret, quam exulaturam inter *greges*, ideſt, inter homines adhuc animales, nondumque doctos percipere, quæ ſunt ſpiritus Dei. In quem ſenſum interpretatur Origenes, & eum ſequuti alij.

II.

Semper autem pulchra Eccleſia, in quocunque ſtatu.
Sed cur mulierũ dicta pulcherrima?
Quidam mulieres carnales animas interpretantur.
Sed id hærere non poteſt.
Ea enim exigua eſſet laus
Si pulchra inter non pulchras diceretur
Vere autem pulchra ſi virginibus comparata, adhuc pulchra eſſet.
Ideſt cum Angelis.
Alij mulieres quę virgines eſſe deſierint accipiunt.
Sed cum his comparari Eccleſia non poteſt.
Quę ſemper ſcilicet virgo.
Alioqui hoc Cantico laudes concinuntur Eccleſiæ.
Non probra & maculæ publicantur.

Eccleſia, illo etiam naturalis legis ſtatu pulchra.

Mulieres animæ carnales.

Pulchra inter deformes, pulchra non eſt.

Virgines Angeli.

Eccleſia virgo haud ex decoro, cum corruptis comparatur.

Eccleſiæ laudes non probra toto Cantico concinuntur.

Sed *Pulchram* Eccleſiam, illo etiam naturalis legis ſtatu, verè dictam propter gratiæ dona, certum eſt: nam cum Gratia, & Charitas ſint participatio quædam diuinæ naturæ, diuinam etiam ſecum ſpeciem, & formam trahit. *Pulcherrima* autem *Inter Mulieres* cur dicatur, quidque *Mulierum* appellatione litterali ſenſu intelligendum ſit, quæri poteſt. Bernardi hic acumen eſt mirum, qui ſuam illam interpretandi ſequutus rationem de ſui ignoratione, ex quo capite reprehendatur ab Sponſo: animaduertit, iure dictam *Pulchram Inter Mulieres*, non *inter Virgines*, ideſt, inter carnales, ac ſæculares animas, nihil in ſe virile, nihil robuſtum habentes; ſed molle, fœmineumque, atque inutili languore marcidum. At non adeo multum eſt, ſi inter deformes multas videatur vna *Pulchra*, cum à proxima multarum fœditate vnius, cuius etiam ſit modica ſpecies, gratia creſcat: & quidquid mediocre eſt, ſi cum deteriore comparetur, mediocre iam non ſit, ſaltem minimè videatur. Ita hoc loco anima (de ea enim Bernardus loquitur) tametſi gratia conſpicua, ideoque ſua forma viſenda, ſi cum peccatoribus, ſuiſque adhuc ſæcularibus curis immerſis, componatur, tametſi *Pulcherrima* videatur, verè non erit. Eſſet tunc quidem, ſi cum virginibus, ideſt, æthereis illis mentibus, compoſita, pulchra adhuc appareret. Ideo non inter Virgines, ſed *Inter Mulieres* dictam *Pulcherrimam*, cui quanquam aliquid ſupra commune vulgus ineſſet, quo cæteras vinceret, multum tamen deeſſet, vt cum Beatis illis mentibus, quæ cum Deo regnant, nec iam carnis illecebris titillantur, poſſet cenſeri. Origenes autem *Mulieres* eas quidem intelligit, quæ libato virginitatis flore, integritate minutæ corporis, iam palmam ceſſere Virginibus, paratis *Agnum ſequi quocumque ierit*. At hæc tametſi vtcumque Animæ Chriſti ſponſæ quadrare poſſunt. Eccleſiæ certè ſub nullo ſtatu poſſunt aptari, cuius ſpeciem cum ijs componere, quæ Virgines carne minimè ſunt, neque etiam ſpiritu, minimè decet. Quæ vtique ſemper Virgo atque integra Deo ſit, tametſi, quod ad myſticam ætatem attinet, ſemper in melius profecerit, ac profectura ſit, donec adulta maturaque inuehatur in cœlum, Sponſo ſiſtenda. Qua vna ratione & Bernardi ſenſus haud facilè videtur huic loco poſſe aptari, toto enim hoc Cant. Eccleſiæ laudes, non probra canuntur: nec decebat ratione alia Epithalamicam actionem inſtitui, feſtiuũque factum nuptiale illius rubore fœdari, cui tantus inſtruebatur apparatus. *Pulchra* ergo quæ ſimpliciter erat, ac per totum Canticum à forma laudatur, cum deformibus, ac fœdis comparanda non fuit; ne ſcilicet eo ſolum decora cenſeretur, quod deformis ipſa non eſſet; quæ certè aut nulla, aut exigua laus eſt.

III.

Nec mulieres aliæ ſectæ accipiendæ ſunt, fide carentes
Cum quibus comparari Eccleſiam indecens eſt.

Eccleſia cũ profanis ſectis inepte in pulchritudine comparatur.

Quo etiam argumento, & eorum improbatur ſententia, qui *Mulierum* nomine variarum Religionum cætus intelligunt, quibus omnibus vna præponatur Eccleſia, quemadmodum inferius & Reginis, & Concubinis eminere dicitur, quibus non aliæ accipi poſſunt, quam congregatione aliarum Religionum, ab ea, quæ vna eſt. Sed quo ſenſu, quod de Reginis dicitur & Concubinis, accipiendum ſit, eo dicemus loco: nunc id contendimus, non hic iniri comparationem, Eccleſiæ cum vanarum Religionum cætibus illaudatis, & profanis, vt ſcilicet hæc extenuandæ potius illius Pulchritudini, quam commendandæ, videantur eſſe prolata.

IV.

Pulchram ergo ſimpliciter interpretamur.
Nam Dramatico ſenſu.

Pulcherrima mulierum pro pulcherrima ſimpliciter.

Pulchram ergo *Inter Mulieres* ſimpliciter, ſicut in Hebræo legimus, aut *Pulcherrimam* (vt vulgato placuit) dictam arbitrabimur, non alio ſenſu, quam vt vſquequaque *Pulchra*, & *decora ſpecie viſenda* intelligeretur. Nam certè, ſi Dramatis ipſum corticem expenderis, cum vna de multis Virgo in Sponſam aſſumenda deſcribatur, ad illius exaggerandam for-

Digitized by Google

formam, cum fœminis ſcilicet ineunda comparatio erat, quæcumque tandem eſſent ab ſpecie commendabiles: ea enim propria fœminarum eſt laus, nec extra eos limites earum encomia diuagantur. Ergo quia fœmina ea erat, cum fœminis comparatur: *pulchra* cum *pulchris*, omnibuſque formoſior pronunciatur. *Mulierum* ergo nomine fœminas ſimpliciter accipias, ſiue virgines illæ ſint, ſiue non virgines; ſolutæ vel coniugatæ: nomen ergo ſexus eſt, non ſtatus. Nam tametſi Hebræa vox *Naſim*, quam hoc loco legimus, haud raro vxoratas ſignificet, vt Gen. 4. 23. & 3. Reg. 20. 7. ſæpe tamen fœminas in communi ſignificat; & ſexum potius, quam qualitatis diuerſitatem notat. Sic Deut. 2. 34. *Interfectis habitatoribus earum, viris, ac mulieribus, & paruulis*. Sic Prou. 31. 3. *Nec dederis mulieribus ſubſtantiam tuam*. Et alijs locis paſſim. Ex adiunctis autem vocabuli notio arctanda, vel laxanda eſt. Hoc autem loco nulla neceſſitas coget, ad ſolas corruptas referre, quamuis latinum fortaſſe id patitur nomen. Nec alio ſenſu dicta hic Eccleſia *Inter Mulieres Pulchra*, quam Maria V. *In mulieribus benedicta*, in omnibus ſcilicet, ſiue eas virgines, ſeu coniugatas eſſe velis. In ſenſu ergo Dramatico, *Pulcherrimam Inter Mulieres*, ideſt, inter omnes fœminas intelliges; quæ exaggerandi ſuarum amaſiarum formam ratio eſt amantibus nota: ſcilicet vt ſimpliciter *formoſiſſimas* prædicent. Ad arcanum ergo ſenſum cum veneris, ſatis erit ſi Eccleſiam Pulcherrimam dictam arbitrere: nec ſcrupoloſè inquires *Mulierum* appellatione, quod myſticè accipiendum ſit: quantumcumque enim fatigaueris mõtem nihil inuenies, quod admodum probes, & omni ex parte conuenire definias. Quo mihi prudenter feciſſe videntur plerique Veterum ac Recentiores, qui ſilentio ipſo profeſſi ſunt, nihil in eo latere myſterij, quam formæ prædicationem.

Fœmina cum fœminis comparatur nullo diſcrimine.

Nec vox Hebr. Naſim repugnat.

Quæ ſæpe ſexum potius, quam qualitatem ſignificat.

Sic dicta Virgo in mulieribus benedicta.

Eſt autem ſermonis illa forma amantibus nota.

Vt ſuarum formam laudent.

Non ergo anxie quæris, quid myſticè ſint mulieres.

Mulierum nomen pro ſexu non ſtatu, aut qualitate.

Luc. 1. 42.

B. Virgo inter mulieres benedicta, ſicut Eccleſia pulchra.

NOTATIO XXIV.

EGREDERE ET ABI POST VESTIGIA GREGVM.

I.

GREGVM appellatio an in malam, an contra in bonam partem accipienda ſit, vt dubium ſit, & Veterum nonnullorum, & Recentium quorundam ſententia facit, cum enim omnis loquutio ſymbolica in rei ad rem ſimilitudine ſita ſit; nec vnius rei cum vnica alia ſæpe, ſed cum pluribus ſit affinitas ex varijs cauſis, inde eſt, vt incerta ſæpe, ac dubia coniectura diuinare cogantur, qui in his nodis diſſoluendis ſtudium poſuére. In *Gregibus* autem pecudum, & quæ in laude ponas, ſunt nonnulla, quædam alia quæ damnes. Stupor certè, & eius ſolertiæ defectus, quæ ſæpe in alijs animantibus reperitur; &, quod commune ratione carentibus omnibus ineſt, ventris ſcilicet ingluuies, & furor, quo ſæpe rapiuntur in illaudatos affectus brutorum hoc genus infamant. Sic ille Diuites, ſed ineruditos, oues aurei velleris vocitabat, cuius generis totos ſæpe greges vel ire, vel duci in paſcua voluptatis dolemus, aut potius rapi. At, ſi animaduertas, in ouium gregibus pleraque inuenias, quæ ſimilitudine quadam bonis accenſeantur: naturæ innocua ſimplicitas, nemini iraſci docta; benignitas, atque in aduerſis tolerantia, non queri ſolita; atque etiam inter mortis inſtrumenta ferrum, & flammas muta: Obedientia, qua ſæpe vel agmina integra vni obſequuntur puellæ, ac quo illa voluerit cunque ductari ſe ſinunt: fœcunditas qua dominum ſæpe incogitantem opulentia beant: hæc certè licet ad virtutem minimè pertinentia, ſpecie tamen, ac ſimilitudine quadam, accedunt propiſſimè. Hinc illa: *Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum*. Act. 8. 32. ex cap. Iſai. 53. 7. Eo autem ex diſcrimine natum eſt, vt hoc loco, quod de *Veſtigijs Gregum* dicitur, non ab omnibus eodem ſenſu accipiatur; alijs ad id, quod in pecudibus probroſum eſt; alijs ad id, quod eſt laudabile, reſpicientibus. In prioribus & Bernardus eſt, & quicumque *Ignorationis ſui ipſius* damnauere Sponſam, qui *Greges* interpretatur, *carnis ſenſus, carnaliumque affectionum inſtinctus, conatuſque*, quos carnalis anima paſcit, velut pecora muta; non eos ductare docta ſed ſequi, ſæpe & ab eis rapi. Origenes autem *homines carnales*, nihil egregium loqui, nihil laudabile agere ſolitos. Nyſſenus autem haud abſimiliter interpretatur *Veſtigia Gregum*, *praua* eorum, qui præceſſerunt, *exempla*; moreſque non ex præſcripto rationis inſtitutos, ſed ex lege membrorum, quæ voluptatem ſolam ſectari dictat.

Symbolici ſermonis difficultas,

Quòd ſenſus latens in ſimilitudine fundetur,

Et ſæpe cum multis ſimilitudo ſit.

In gregibus autẽ, quædam laudanda.

Alia damnanda ſunt.

Sed in ouium gregibus, multa ſunt virtutum vmbra.

Licet veram virtutis formam non habentia.

Ideo Chriſtus oui & agno comparatus.

Hinc alij greges in deteriùs, interpretati.

Vel carnis ſenſus,

Vel carnalis hominis,

Vel praua malorum exempla.

Symbolici ſermonis difficultas. Vnde nota.

In gregibus quędam damnanda, quædam probanda.

Veſtigia virtutũ in gregibus.

II.

His nos Authoribus, tametſi grauibus, hærere non poſſumus, quibus, quod de *Ignoratione ſui* dicebatur, minus in hunc locum quadrare obiectum eſt. Verum ergo ſenſum arbitramur, vt Eccleſiæ ambigenti, qua ſe Deum ſequi, & vbi inueniri oporteret, certa regula præſcribatur, qua ſine errore doceatur. Si enim de agendis, quod ſæpe contingit, dubium aliquod oriatur, eorum exempla, qui ſanctitatis in Eccleſia laude floruére, iamq; inter viuentes deſiére verſari, omnino imitanda. Quæ in omni ſtatu Eccleſiæ certa regula agendorum conſtituta eſt. Nihil enim Sanctorum exempla aliud ſunt, quam Sanctarum legum

His nos authoribus fauere non poſſumus.

Qui gregum veſtigia interpretamur

Bona eorum exempla qui nos præceſſerunt viri iuſti.

Veſtigia gregũ exempla Sanctorum qui præceſſere.

Digitized by Google

Quæ certa regula in agendis. — Certa regula agendorum.

legum in praxim deducta inſtituta: qua illi ſcilicet via contendére ad Deum; egreſſique de carnalium affectionum fæce, breui & recto tramite eo peruenerunt, vbi Deus ſub meridie requieſcit, cum eo etiam eadem quiete donandi. Habes id apud Ieremiam planiſſimis verbis. *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea.* Ierem. 6. 16. Quia autem & illi, quantumcumque perfecti, ad Eccleſiæ curam viuentes ſpectabant, mortui autem eidem pro virtutum ſunt exemplaribus, ideo *Greges*, & quidem merito dicuntur *illius*. Nec immerito Viri in Eccleſia ſanctimonia inſignes pecudibus comparantur, quorum vitæ, per apices virtutum ductæ, imitamento quodam in *manſuetis Gregibus* obſeruantur. Vita ſcilicet innocentiſſimè acta, nemini mortalium damnoſa, aut importuna: tolerantia aduerſarum rerum, à quocumque tandem ſeu iure, ſeu iniuria damnum illatum fuerit: alacritas in profundenda non raro pro pietate vita, non modo non vindicata iniuria, ſed ne quidem expoſtulato qui inferat: parendi ſtudium ſpiritui Dei ductanti, velut Paſtori: ac demum quidquid ex futuri olim Chriſti ſeu doctrina, ſeu exemplo præſcriptum omni ſtatu Eccleſiæ eſt. In nullo enim, tametſi aliquando rarior, aliquando vberior, iuſtorum meſſis deſideratur eſt, quæ ſatis eſſet ad inſtructionem Eccleſiæ. Haud opus eſt ab Naturalis legis ſtatu recedere, in quo etſi rarior bonorum numerus, multi fuére tamen eximia ſanctitate clari. Abel pro iuſtitia cæſus. Enos publico in Deum pietatis cultu clarus. Henoch velut meliore dignus ęuo raptus à ſuis. Noe dignus, qui non modo gratiam apud Deum inueniret, ſed per quem mundus, inundantibus deletus aquis ad vitam rediret; atque humanum in cęteris extinctum genus, rurſus vitę ſpiritum reſumeret, ac infinita prole mundum vacuum vniuerſum repleret. Hi omnes alijque, quos illa natos ętate eſt certum, tametſi de *ouium* Eccleſiæ numero, *Greges* augebant, exemplum poſteris reliquere, iterque virtutis velut *Veſtigijs* ſignauére, quibus inhęrentes cęteri, ad Deum facilè peruenirent. Horum aliorumque meminit Paulus Hebr. 11. 4. Et Author Eccleſiaſtici cap. 44. 16.

Qui ideo greges dicti Eccleſiæ. Quia omnes ad illius curam pertinebant. Apte autem viri ſancti pecudibus comparantur. — Sanctorum cum gregibus ouium ſimilitudo.

Qui virtutū quæ videntur vmbra in illis.

In ſe verò exprimans. Qui nullo tempore deſiderati in Eccleſia. Secundum ſingulos ſtatus plures pauciores ſue. — In nullo ſtatu caruit Eccleſia Sanctorum exéplis, quibus dirigeretur.

NOTATIO XXV.

PASCE HÆDOS TVOS IVXTA TABERNACVLA PASTORVM.

I. *Monitū Dei aliud ad Eccleſiam, Cum dubium de ratione ſentiendi fuerit. Nunquam enim illi Deus deeſt. Per inſpirationes, & lumen interius. Certius per doctrinam Prælatorū, In Concilijs coactorum.* — Haud raro dubia Eccleſia de ratione ſentiendi ſolet eſſe.

PERGIT Eccleſiæ ſuæ Deus indicium facere, qua ratione in ſuis perplexitatibus, viam inire poſſit, qua ad ſe perueniat rectà, quin aberrare poſſit. Et vero, quemadmodum, haud raro, de ratione agendi dubium eſſe poteſt, quod ad mores pertinet; ita frequenter de ijs, quæ de Deo fidelem animam ſentire oporteat, aut credere, quod ad fidem ſpectat, & veram de illo notitiam: ea enim ignoratio etiam facit, vt tardius ad illum, & incertius perueniri poſſit. In ea autem perplexitate, nunquam defeciſſe Deum Eccleſiæ ſuæ certum eſt, adſtitiſſe potius per internos illapſus, quas dicimus inſpirationes; certius autem, ac ſecurius per eorum doctrinam, qui in Eccleſia vel Doctorum, vel Paſtorum funguntur munere. quorum eſt, ſecundum datum ſibi à Patre luminum lumen, multitudini Fidelium doctrina, atque eruditione præire. Immo hanc vnam de potiſſimis Eccleſiæ Catholicæ notam eſſe, viri grauiſſimi, ac ſanctiſſimi, & quidem merito cenſuére: quod donum cæteris omnibus, quocumque cenſeantur nomine, congregationibus prorſus negatum: neque enim Veritas ſumma mendacio, aut errori ſubſidium ferre poteſt. Sed nec ſine cauſa monetur, vt *Tabernacula Paſtorum* adeat, à quibus de itinere doceatur ad Deum. Qua forma loquendi Patrum in Concilijs coitio deſignatur, quorum collatis iudicijs, atq; ſententijs, doctrina Catholica adſtruatur. Eas autem Patrum congregationes, quas Eccleſiaſtico vocabulo *Synodos* appellamus, *Paſtorumque in vnum coitiones*, nullo tempore Eccleſiæ defuerunt, & quanquam in lege naturæ non ita frequentes, neque quo nunc ordine ſub gratia, & authoritate coguntur; nunquam in ea parte defuiſſe Deum Eccleſiæ ſuæ credendum eſt; ſiue id ad Patriarchas, ſiue ad Prophetas, quo extra ordinem mittere ſolitus Deus referendum eſſe contendas. Qui modus interpretandi Authores habet omnino graues, & ſummæ authoritatis, interque eos Theodoretum, qui *Paſtorum Tabernacula Apoſtolicas Eccleſias* interpretatur: innuit etiam Bernardus ſerm. 35. in Cant. & de Recentioribus non nemo.

Pastorum tabernacula. PP. concilia.

Vbi collatis ſententijs, Res catholica ſtabilitur.

Id factum olim per Patriarchas, & Prophetas, Quos extra ordinem mittere ſolitus Deus.

II. *Magna autem inter Paſtores, ac Prælatos affinitas Quod et probatū à Chriſto.* — Prælatorum ac Paſtorum ſimilitudo.

Et vero, quemadmodum magna eſt affinitas inter *Paſtores*, eoſque quibus Eccleſiarum adminiſtratio, & Fidelium cura commiſſa eſt, qui ſcilicet ſunt myſticæ, ac rationales oues, quo ſenſu Chriſtus loquutus non ſemel cum de ea re ſermonem inferret, maximè cum Petro claues tradidit Eccleſiæ, & paſcendarum ouium, agnorumque curam; immo de officio Apoſtoli diſputaret, à bono *Paſtore* ſimilitudinem mutuatus, ſibi ipſi eandem indidit

appel-

Sic & priuatæ Eccleſiæ tabernacula ſunt. Si ſtatum militãtis conſideres,

Sic olim Deus ſolitus in tabernaculis degere, Velut ingentis gregis Paſtor populi Hebr. Sed poſtea numeroſioris è Gentibus, Quod cantatum ab Iſaia. Cum in Eccleſiã omnes gentes vocatæ ſunt.

Deus ingentis gregis paſtor Hebr. populi. Sed numeroſioris ex Gent.

appellationem. *Ego*, inquit, *ſum Paſtor Bonus: Bonus Paſtor animam ſuam dat pro Ouibus ſuis*. Ioan. 10. 11. & quæ ſequuntur alia in eandem ſententiam, & quidem pulcherrima: ita etiam aptiſſimè Eccleſiæ *Paſtorum Tabernacula* dictæ ſunt: ſiue viantis Eccleſiæ ſtatum, ouesque paſcentis; ſiue militantis, populumq; ſibi traditum defendentis conſideres: Nam & Deus ipſe in veteri lege, donec templum fixum, ac ſtabile à Salomone ædificatum eſt, multis annis tum in deſerto, tum in promiſſionis terra, vel inter iteragentium ſarcinas, vel inter militantium arma, *Tabernaculo* vſus eſt; ſiue pro lectica, qua veheretur; ſiue pro Prætorio, de quo iura Populo ſuo diceret; ac velut Imperator, & ſtrenuus copiarum Dux agmina præliantium gubernaret. Illi certè, velut *Paſtori tanti Gregis*, fuſus circumcirca Populus, latè per campos manipulis, velut minoribus gregibus diſtinctus, ſpargebatur. Quin & Iſaias, cum de Gentibus ad Chriſtum olim vocandis prophetaret, & in Eccleſiam velut in communia mapalia cogendis innumera multitudine, non alia, quam *Tentoriorum* ſimilitudine vſus eſt. *Dilata locum Tentorij tui, & pelles Tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida*. Iſai. 54. 2. Quibus Eccleſiæ Chriſtianæ magnitudo, qua omnes caperet Gentes; & currentium ad illam hominum Greges, velut in communes caulas; & firmitas, ac ſtabilitas, quam nullæ vel inundantium aquarum impreſſiones, aut oppugnantium inimicorum incurſus de loco mouere poſſent, aptè deſcribitur.

III.

Hædos autem quidam eſſe volunt, Turbidos animi motus.

Alij Peccatores;

Sed præſtat intelligere eos omnes, Qui imperfectiores ſunt,

Et terrenis adhuc deſiderijs diſtinentur. Quorum curam ne abijciat monetur Eccleſia.

Hœdi imperfectiores, adhuc terrenis occupati curis.

Sed *Hædorum* appellatione qui ſint hoc loco cenſendi, haud difficile eſt definire. Siue veterum ſenſum, ſiue analogiam ſequamur; & vim ſimilitudinis expendamus. Tres apud Theodor. Patres, quibus & Bernardus loco indicato ſuperius hæret, *turbidos animi motus* interpretantur, petulcos ſcilicet, & laſciuientes extra rationis præſcriptum, nec facilè ad quietem, pacemque cogendos, minus aptè ad noſtræ interpretationis conſequentiam. Aptius Theodoretus *Peccatores* intelligit, monerique vult Eccleſiam à Deo, ne ſolummodo *Greges Ouium*, idest iuſtorum multitudinis curam gerat; ſed Peccatorum etiam; quo trahit illud Matth. 18. 11. *Videte ne contemnatis vnum de puſillis iſtis, minimis, qui in me credunt*. Sic etiam ferè Beda, & Aponius hoc loco. Sed præſtat vocem non ad Peccatores arctare: ſed ad eos omnes referre, qui imperfectiores ſunt, nondumque ſatis compoſitis animi affectionibus, adhuc terrenis tenentur; & per laſciuientis animi motus, veluti per quoſdam ſaltus, vitæ voluptatibus, aut curis, tanquam frondibus virgultorum ſine vllo fructu diſtinentur. Horum ſemper præcipua debet eſſe Eccleſiæ cura, vtpote infirmiorum, quique propius à diſcrimine abſunt, conſuetudine obſequendi varijs, ſed carnalibus adhuc deſiderijs, ſunt inſcij gubernari, ac rudes regi imperio. Horum enim ſemper in quocumque ſtatu Eccleſiæ maior numerus fuit, & vita magis obnoxia perditioni.

VERSVS IX.

EQVITATVI MEO IN CVRRIBVS PHARAONIS ASSIMILAVI TE, AMICA MEA.

COMMENTARIVS.

VNVM petierat, indicari ſibi locum ſcilicet, quo placatum ſibi per omnia Deum habitura eſſet; ac ſibi penitus conciliatum. Alterum, Timere ſe dixerat, ne malorum Angelorum fraude deciperetur, quod ſemel experta malum in Parentibus primis, morte ipſa grauius horrebat. Vtrumque autem Dei benignitate obtinuit: prius illud verſu ſuperiore; dum, qua via ad ſe poſſit ſine errore peruenire, eam docuit: ſi ſcilicet virorum ſanctitate inſignium exempla ſequatur; atque eorum doctrinam, qui à Deo dono ſcientiæ donati fuiſſent, ad illius inſtructionem, amplecteretur. Poſterius illud de timore, quo pulſaretur, nunc diluit; pollicitus nunquam ſe illi defuturum, nec permiſſurum, vt à ſemel tradita fide, aut charitate deficiat; quoad in cœlo triumphet, & victrix, & coronata. Haud igitur eſſe, quod timeat, ne in eadem, quibus ſemel erepta fuiſſet, mala delabatur. Eo ſtatu iam eſſe, vt, tametſi creſcere in fide, ac charitate poſſit, non tamen magis deficere in vtroque poſſit, quam *Salomon* ipſe ipſe, tantus ſcilicet

Digitized by Google

licet Rex, præſidio fortiſſimorum militum vallatus, & equeſtribus turmis circumſeptus ad cuſtodiam, dum Regia vehitur ad pompam Rheda, timere poſſit, inſoleſcentis Populi, vel laſciuientis inſultus: ſe enim illi ſecuritatem omnem præſtitiſſe. Ac *Salomoni*, cohortibus totis, omni armorum genere inſtructis, ſtipantibuſque vallato, ſimilem effeciſſe: copijs ſcilicet virtutum omnium, quibus *charitas* velut *Dux* imperitet, inſtructiſſimam; omnique auxilio ſiue ad inuadendum, ſiue ad repugnandum munitiſſimam.

ENARRATIO.

NEQVE eſt quod vereare, ne dum me anxia quæris, vt vni adhæreas, aſtu Dæmonis inducaris in fraudem. Alio iam ſtatu te eſſe ſcito, nec iterum ludibrio habendam. Ea ipſa, quæ te argunt, vota, veniendi ad me, tutam præſtabunt, neque enim vnquam deſerere ſoleo ipſe animas quærentium me, ſyncero que, ac ſimplice affectu cupientium adhærere mihi. Adero vel inuiſus, haud minus præſens auxilio, atque ope, quam ſi & videri, & arcto complexu cingi me permittam. Et alioqui donorum id quidquid eſt, quod, poſt abolitum primum ſcelus, in te contuli, id efficiet, vt valido virtutum agmine, quas ducat præliorum ipſa ductrix charitas, immo & victrix, ſepta, nec hoſtium timeas Dæmonum fraudes, nec vereare incurſus: fortior potius, ac ſecurior, aggrediare victura; ac triumphalia arma in tenebrarum Regnum illatura. Cogita Regem ipſum Salomonem, ſui ſæculi futurum delitias, qua pompa vehendus per Vrbem Ieroſolymam, effuſa ad ſpectaculum infinito numero plebe promiſcua, totis agminibus ſtipatorum pedeſtrium, equitantiumque circunſeptum, armorum omni apparatu fulgentium: cui, cum nihil ad Regiam pompam, ac ſplendorem Principalem deſit, omnia ad munimentum, ac ſecuritatem ſuppetent. Huic ego ſimilem non modo te eſſe definio, ſed omnino iam, vt eſſes, præſtiti. Nam tibi & fides integra, & ardens in me charitas, & pudoris virginei amor, pro omni munimento futura ſunt.

NOTATIO XXVI.

EQVITATVI MEO IN CVRRIBVS PHARAONIS ASSIMILAVI TE.

SVM. COM.

I.

De corticis ſenſu alias dictum,
Nunc de arcano dicendum.
In equis multa laudari ſolita,
Nobilitas, docilitas, animoſitas, fidelitas, velocitas, obedientia.

Id interpretes diuiſit.

Quidam ad velocitatem referunt, qua properant ad Chriſtum Eccleſia.
Alij ad fœcunditatem, cum Ambroſio.

HVIVS difficultatem loci, quantum attinet ad Dramaticam intelligentiam, quæ certè multis viſa eſt ingens, alio loco examinauimus; qualiſque de hiſce verbis noſtra eſſet ſententia diximus. Nunc in arcana eruenda ſententia toti ſumus, de qua etiam nobis cum multis futura lis eſt. Sed cum in *Equis* generatim, ſiue in *Equabus*, quemadmodum Hebræa habent, laudare ſoleant multa, Naturæ nobilitas, & animus militaris, qui ad nulla pericula paueat: Docilitas, qua gubernari ſe ſinunt, ſiue ſeſſorem admittant, ſiue ſub iugum trahendis Rhedis mittantur: Fidelitas, qua Dominis hærent, vſque ad vltima fata: Velocitas, qua effuſi in curſum vel ventorum velocitatem imitantur, immo æmulantur, vt fabulæ locum inuenerint, velut de ventis conciperent fœminæ: ea diuerſitas in cauſa fuit, vt graues alioqui ſcriptores, ſententijs diſtracti, alius alio abierit, plerumque neque comitem, neque ſectatorem habiturus. Theodoretus, ad velocitatem reſpiciens, laudare Sponſam arbitratur, quod feſtina ad Sponſum currat, nulla remorante, nulla impediente; quod etiam Ambroſio placuit, in Pſal. 118. ſer. 2. Addit autem lib. de Iſaac. cap. 4. reſpectum etiam ad fœcunditatem, notarique piæ animæ non ſolum virtutem, qua emineat ſupra cæteras, ſed ſtudium alieni profectus. Habes verba lectiſſima. *Virtutis labor quærit victoriam, vt poſſit Equa illi; quæ Salomonis eſt, comparari, velox ad currendum, habilis ad partum, quoniam fœcunditas animæ deſideratur, & quæritur. Huic Equæ ſimilis exiſtimatur hæc anima, hoc eſt Prophetica, vel Apoſtolica virtutis, & quod in eorum annumeretur gregem, qui fœcunditate prædicationis ſuæ, totius orbis terrarum ſpatia reſperſerunt.* Et quidem

Equorum dotes.

Eccleſiæ velocitas euntis ad Chriſtum.

Eccleſię fœcunditas.

dos

Digitized by Google

Id commune Eccleſiæ omni ſtatui,
Nec proprium loci huius.

dos Eccleſiæ in quouis ſtatu fuit inſignis, ſemper enim anxia filiorum vel in concipiendo nouo fœtu, vel alendo ſemel edito ſtudium poſuit; nec labori parcere, nec impenſæ docta. Quod ſi ea dos laudanda in illa erat, vt certè erat, optimè videtur factum, quod comparata fuerit *Equæ* fœcunditatis laude claræ. Eadem enim illa Eccleſia, (quemadmodum alio loco monet Ambroſius) *Immaculata coitu, Virgo eſt caſtitate, Mater eſt prole.*

II.
Alij obedientiam maluère.

Eccleſiæ obedientia,

Origenes autem viſus eſt ad obedientiam, & obſequendi facilitatem reſpexiſſe. Hom. 2. ex 4. Illas enim animas intelligit, *quæ frenum diſciplinæ Dei accipiunt, & iugum portant ſuauitatis eius, & ſpiritu Dei aguntur.* Addit doctus Author latere in ea comparatione Eccleſiæ ſeu animæ cum *Equitatu* quiddam, quod cum *Equis* inſit, transferri ad illam per analogiam poſſit. Id autem eſt: ineſſe in illa aliquid ferinum, ſeu animale, vt loqui ſolet Paulus, non tamen id indomitum, ſed iugo ſubditum rationis & legis; quo intelligimus, membrorum illam legem, mentis legi repugnantem, eamque captiuare conantem in lege peccati. Et verò omnia hæc, quantum ad doctrinam verè dicuntur: vellem maior de nexu feciſſet cura. Dixerat illa, optare ſe Deo coniungi, vereri autem, ne, ſi ſola viæ ſe dederet, ad eorum caulas deduceretur, apud quos eius pudicitia in diſcrimen vocaretur. At ille eam commonefacit, docetque, qua via eundum ſit illi, vt & recta, & tuto feratur in eum locum, quo ipſe requieſceret. Nunc addit; eam ſibi viſam ſimilem *Equitatui Suo In Curribus Pharaonis*, Scilicet aut velocitatem illius in currendo ad Sponſum, quod Theodoretus voluit; aut fœcunditatem in concipienda, & parienda prole, quod magis placuit Ambroſio; aut facilitatem in obſequendo, quod magis probatum Origeni, commendans; quæ certè nullo cum illis apto nexu videntur coniungi. Et alioqui ad illud, quod de ſuo metu dixerat, ſi ſola iter incertum ingrederetur, nihil ille reſpondet, vt oportuerat certè. Hoc ergo Commate aliquid dicturus intelligendus eſt, quo nutum omnem adimat. Diceret nihil eſſe, quod timore pulſaretur, affuturum ſe illi, nec paſſurum, vt detrimenti quidquam, aut periculi ipſa ſubiret, tametſi in aliorum mapalia deduci contingeret. Præſentem à ſe opem, auxiliumque eſſe, curaturumque, ne quod ſemel incautæ contigerat, idem indefenſam, imbecillamque opprimeret dæmonis ſtudium, & armatæ in illam fraudes. Cætera licet verè dicta, minus commode huic loco videntur poſſe quadrare. Quo etiam argumento aliorum ſenſus minus probantur, quorum id commune eſt, minus anxios eorum Authores fuiſſe de nexu, quod vel diligentiſſimè curandum fuerat.

Alij addunt, ineſſe Eccleſiæ aliquid ferinum.
Sicut & in equis, quod rationi ſit ſubditum.
Ea eſt lex membrorum.
Sed haud aptè hæc nectuntur, cũ ſuperioribus.

Lex membrorũ rationi ſubdita.

Neque ad vota Eccleſiæ aptari poſſunt.

Quæ ſe timore pulſari dixerat.
Si viæ incerta iret ad Deum.

Deus Eccleſiæ metum omnem relabẽdi in priora mala omnino demit.

Hic metus adimendus erat.

III.
Donum hic magnum collatum Eccleſiæ à Deo.
Quæ tota in primis parentibus à Deo defecerat,
Licet ſtatim ab eodem reuocata.
Sed multum illa ſibi timebat,

Eccleſia in Adamo perdita, per gratiam reparata.

Supereſt ergo, vt hæc eo trahamus, quod maximum à Deo donum, in Eccleſiam ſuam collatum, tunc, continet, poſtea autem perfectum; & lege gratiæ conſtituta perſpicuis verbis à Chriſto impletum. Et quidem tota in primis Parentibus Eccleſia defecerat, non quidem infidelitate, cui nunquam aditus eſt permiſſus, ſed culpa, qua charitas iugulata interijt, non in primis parentibus ſolis, ſed in prolem originis labe transfuſa. Et quanquam Dei mox indulgentia & abolita culpa eſt, & gratia reſtituta; ſeque ſenſit Eccleſia Deo reconciliatam, ſemper tamen eam ille metus anxiam vexabat, ne iterum in eadem illa mala delaberetur, quibus ſemel, Deo liberatore, erepta fuerat. Id eſt, vt interpretati ſumus: *Ne vagari incipiam.* Eos ergo nunc metus adimit ſollicitæ, & ſuæ imbecillitatis conſciæ Deus. Nihil eſſe quod amplius timeat, ne tota ab ea excedat gratia, qua donata fuerit ſemel, poſt priorem infelicitatem. Itaque varietates ſubituram multas, ſæpeque ſeu dæmone inſtigante, ſeu carnis lenocinio blandiente, multas ac magnas ſtrages in Filijs ſubituram: ſæpe acciſis de illius imperio magnis Prouincijs, in arctum redigendam: quemadmodum & diluuij tempore contigiſſe legimus; & ſub aduentum Chriſti: nunquam tamen defuturos, qui & pietate integra Deum colerent, & fide ſana de illo rectè ſentirent. Id autem, quod Chriſtus alia figura ſermonis, ſed quæ facilior intellectu eſſet, pollicitus Eccleſiæ ſuæ eſt, cum dixit: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Matth. 16. 18. Et: *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſæculi.* Matth. 28. 20. Id ipſum nunc obſcurioribus verbis pollicetur. Similem, inquit, te volui, immo & præſtiti *Equitatui Meo In Curribus Pharaonis*; vt non minus ipſa ſis tuta medijs diſcriminibus, quam *Salomon* ipſe, Chriſti olim futurus imago, *Curru vectus ad pompam*, inter militares equitum turmas, integris aciebus fortiſſimorum militum ad ſecuritatem vallatus. Nam *Equitatum* hunc de ſtipatoribus regij corporis accipiendum; *Currus* autem *Pharaonis* pro præſtantiſſimis, ac verè regijs, ac ſplendidiſſimis, Commentario Dramat. ſatis oſtenſum eſt; quod & Ambroſio placuiſſe monuimus, & Notat. proxima iterum oſtendetur. Hunc autem ſenſum, præterquam quod facilitas ipſa nexus cum ſuperioribus commendat, granditas ipſa rei confirmat. Nihil enim grandius à Deo ſub illo infantiæ ſtatu tribui Eccleſiæ potuit; nihil & timenti, & imbecillæ, & artium dæmonis malo ſuo conſciæ gratius accidere, quam ea ſecuritas, qua certa eſſet, nunquam ſe vlterius eiſdem vorticibus deuorandam, quibus auxiliatrice Dei potentia fuiſſet ſemel erepta.

Eo igitur metu liberatur.

Metuens tãtum amittere bonũ, redditur à Deo ſecura.

Pericula minimè defutura,
Ab hoſtibus diſcolisque filijs,

Sed omnia futura in tuto.
Quod poſtea à Chriſto planioribus dictum verbis,
Nunc per ſymbola potius indicatum.
Ex ſimilitudine Salomonis, curru vehentis,
Multo] equitatu ſtipante.
Eo autem dono nihil maius dari à Deo Eccleſiæ poterat.

Quod hic ſub typo dictum clarius à Chriſto explicatum.

Eccleſia comparata Salomoni multo equitatu vallato.

IV.
Sed quia ſub Paſtoris habitu Rex

Deus ſub Rege, Rex ſub Paſtore latitans.

Cæterum quanquam hæc ſatis aptè in hunc locum videntur quadrare, nondum Interpretis omne nobis peractum officium eſt: & ſunt nonnulla, quæ tractationem adhuc diligentem

Digitized by Google

latet ſub Rege Deus. Et id etiam exponendum eſt. Quis ſit hic Dei equitatus in curribus Pharaonis. Et quanquam licebat dicere. Id ad arcanam ſententiam minimè pertinere, Cum ſolum vim ſimilitudinis habeat. Ad ſecuritatem aſſerendam Eccleſiæ. Eſt enim adagialis forma, Quod alias à nobis eſt obſeruatū.

gentem requirunt. Nam quod iuxta Dramatis ſenſum ſuo loco interpretati ſumus. *Equitatui Meo*, quod dictum, ideo dictum, quod ille idem, qui ſub Paſtoris perſona in ſcenam profertur, nonnunquam reductis aulæis velut *Rex* prodit, appellatur & loquitur, nullo Dramatis detrimento, ſæpe etiam cum decoro: id, inquam, cum ad arcanam ſententiam enodandam veneris, ei etiam, qui ſub *Paſtoris* perſona, aut certè *Regis* latet, Deo, applicandum omnino eſt; alioqui deficiet ſenſus in parte potiſſima. Ergo & id explicandum eſt, quis ille ſit *Dei Equitatus*, cui ſimilem Eccleſiam aut affirmat, aut facit, cum verè *Equitatui Suo Se*, dicat, *Aſſimilaſſe In Curribus Pharaonis*. Hic potiſſimus loci huius nodus eſt, qui diſcindendus nobis, ſi ſolui non poſſit. Et verò diſcindere eum haud difficile eſt, ſi dicamus, nihil tota ſententia ad arcanam intelligentiam calculis reuocatis voluiſſe ſacrum Interpretem, aut Scriptorem potius, aliud, quam eam ſtabilitatem, ſecuritatemque indicare, quæ tributa iam tunc quidem Eccleſiæ ſuæ fuerit, qua certa eſſet, nunquam ſe in poſterum ab illius exciſuram charitate, quantumlibet ſuis artibus machinaretur infernus, & admotis flatibus pelagus omne turbaret. Id autem poſtquam apta ſimilitudine *Salomonis*, carruca vehentis, ſtipatique multa, atque frequenti fortiſſimorum Equitum manu, fuiſſet conſequutus, nihil eſſe amplius, quòd hæreamus in cæteris, quæ ſolum ad Dramatis explendam formam, non ad neceſſitatem ſenſus arcani, ſunt vſurpata. Neque enim omnia omnino eandem vim habere cenſenda ſunt, in Dramatica, atque arcana tractatione, maximè, vt alias monitum eſt, cum, quæ dicuntur adagialem formam habent, vt hæc videntur habere. Vide Can. 16. Hæc vero maximè videntur veriſimiliter fuiſſe dicta, nec videtur quidquam eſſe, quod maximè cogat, totum id ad arcanam intelligentiam applicare: in quo nobis non omnino cum multis conſenſio eſt. Atque hoc eſt nodum gladio diſcindere, non manu diſſoluere.

Equitatus Salomonis myſticū ſenſum fortaſſe non habet.

Equitatus Salomonis, & Pharaonis currus, adagialem formam habent.

V.

Dandum tamen aliquid eſt quærendum ingenijs. Quibus minutiora placent. Eſt ergo equitatus hic, virtutum chorus, quæ data Eccleſiæ in munimentum. Hoc ſtipata equitatu tuta eſt, Et animoſa init prælia. Hic equitatus Dei eſt. Qui Dominus virtutum eſt. Immo & Imperator, qui acies præit. Duæ ergo ſunt acies, virtutū vna cui dux Deus, Vitiorum alia cui dæmon. Sed melior ſemper Eccleſiæ conditio, cui Deus adſtat.

Sed dandum aliquid eſt etiam ijs, qui hæc per minutiores apices, expendenda arbitrantur. Sique poſſumus viam inuenire, qua hæc etiam ad arcanam ſententiam applicemus, nihil eſt, quod, quin ita faciamus, prohibeat. Hæreamus ergo ſemel conſtitutis, & dicamus *Equitatum* hunc *Dei*, ſiue *exercitum*, earundem Virtutum chorum eſſe, quibus ad ſui ſecuritatem donata Eccleſia iam illo ſtatu intelligitur; eæ autem illæ ſunt, quæ non ſolum in dotem Eccleſiæ ſunt accumulatæ; ſed in munimentum. *Charitas in Deum ardens*, *Fides integra*, *Dei myſteriorum notitia*, *Humilitas ex agnitione propriæ imbecillitatis*, *Simplicitas ſine fuco, & fraude*, *Obſequium ad inſtituta rationis*, *Odium omnis peccati*, *Humanorum omnium præ Dei amore deſpectus*, & reliquum agmen habituum, quibus S. Eccleſia ſemper inſtructa, obſtantia hoſtium diſcrimina ridet, perque confertas eorum acies inuecta ſola perrumpit, diſijcitque; ac, velut nobiliſſima Præliatrix tandem triumphat. Hunc *Equitatum* dici *Dei*, quis miretur? qui cum ſciat *Dominum Virtutum* dictum Pſal. 79. 5. 8. 15. 20. & alijs locis haud infrequenter. Nec ſine cauſa, quod in Hebræo eſt *Sabaoth*, ſæpeque à Vulgato vertitur, *exercituum*, ſæpe etiam imitatus LXXII. reddit *Virtutum*. Ille enim quemadmodum Author, ita & *Virtutum* Dux eſt, qui agmini præliantium præeſt, ac præit; ac, vt bonus Imperator, ſæpe laborantibus ſubſidia mittit; & voce, & nutu, immo & oſtentata corona acuit in pugnam. Ergo duas ex aduerſo ſtare acies videas, hinc *Virtutum*, *Vitiorum* inde. Illis pro Duce, atque Imperatore *Deus* eſt; his contrà *Diabolus*. Sed fęlicius Eccleſia ſuo ſtipata milite ſemper pugnauit, adortaque hoſtiles acies vertit in fugam, nunquam de prælio glorioſior, quam cum validiore impreſſione petita. Adeſt illi Deus ille, à quo omnis virtus, omnis victoria eſt. Vt ſæpe incinentibus tubis vna audiatur vox. *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Rom. 8. 31. Et: *Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exſurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* Pſal. 26. 3. Et: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Pſal. 143. 1.

Equitatus, Dei virtutum agmen datum ad Eccleſiæ cuſtodiam.

Deus dictus Dominus Virtutū, immo & Imperator.

Sabaoth, vox Hebræa, exercitus, & virtutes.

Agmen virtutū cui Dux Deus, vitiorum cui Diabolus.

VI.

Hæc olim bella in vno facinore adumbrata. Cum Dei populus liber, Pharao ſubmerſus eſt. Quod Angelis miniſtris factum, Qui ſicut Dei milites, ita equitatus dicti. Quorum vim expertus Pharao. Hæc ſimilitudinis tota ratio.

Hæc interioris Reipub. bella, iam olim in vno facinore adumbrata, cū ſubmerſis Ægyptiorum *curribus*, atque vniuerſis aciebus, liber Populus Dei & maris profunda ſicco veſtigio calcauit, & illæſus in aduerſum littus euaſit. Nam & totum illud negotium Angelis miniſtris eſſe peractum, qui & ſuſpendére in altum vndas, & rurſum ſuo pondere in ima ferri permiſére, vt inſtantes Hebræorum tergis Aegyptios vorticibus ſuis inuoluerent, certum eſt. *Nunquid in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Qui aſcendis ſuper Equos Tuos, & Quadrigæ tuæ ſaluatio. Viam feciſti in mari Equis tuis, in luto aquarum multarum.* Habac. 3. 8. 15. Ergo Angelorum myriades, qui pro Populo ſtetére Dei, hoſteſque, inuiſi ipſi deleuere, quemadmodum *Dei Exercitus*, ita & *Equitatus* dicuntur. *Pharaonis* autem *Currus* in cædem Hebræorum fugientium immiſſi, tunc quidem cœleſtium *Equitum* robur experti, quantus ſit error contra Dei Populum arma mouere, ſuo magno malo didicerunt. En ergo ſimilitudinis vim inter Eccleſiam Deique *Equitatum In Curribus Pharaonis*. Quod enim in illa Acies Virtutum omnium, quibus ab Sponſo poſt primum deletum ſcelus donata fuit, erant: Id Angelorum acies pro Hebræis pugnam ineuntes; quod autem Dæmon ipſe,

Bella virtutum, & vitiorum adumbrata in Ægyptijs contra Dei populum.

Angeli quibus miniſtris Pharao perijt, Dei equitatus verè dicti.

Similitudinis ratio expenſa.

Digitized by Google

Ea expenditur, & declaratur.

ipſe, in Eccleſiæ ſemper pernitiem vigil, cum aſſeclis ſuis erat; id Pharao cum Aegyptio robore, Hebræorum inſtans tergis. Ac quemadmodum nunquam ſecurius Hebræi periclitati ſunt, quam cum inde maris fluctibus, inde Ægyptijs *Curribus* premerentur; ita nunc Eccleſiæ certa ſecuritas, cum, vires ſuas omnes exerente dæmone, & fraudibus illius, & artibus validius impetita. Atque hanc ego vim ſimilitudinis eſſe arbitror. Id autem dandum fuit VV. Patrum Authoritati, qui his verbis alluſionem factam ad illud facinus, arbitrati ſunt; quanquam in explicanda *vi* ſimilitudinis abiere diuerſi. Ij ſunt tres Patres, Philo Carpath., Origenes, Aponius, Gregorius vterque Nyſſenus, & Romanus, Caſſiodorus, Anſelmus, Theodoretus, Hieronymus, ac Bernardus, ſed noſtro iudicio præſtabilior prior eſt interpretatio.

Id autem dandũ fecit VV. PP. venerationi. Qui alludi hic ad eam victoriam arbitrati ſunt.

NOTATIO XXVII.

ASSIMILAVI TE AMICA MEA.

I.

Eſt autem de his verbis non vna quæſtio. Prima de verbo, Aſſimilaui, Quod quidam ſolum, ſimilem te dico, interpretantur, Apte ad Dramatis ſenſum, Ad arcanum non ſatis. Senſus enim eſt, ſimilem feci te.

DVPLEX hic quæſtio agitari poteſt. *Prior* de vi verbi *Aſſimilaui; Poſterior*, cur appellet *Amicam*, & cur nunc primum. Prior illa facilis explicatu, tametſi ea à nemine video, quantum quidem meminerim, agitatam: frequentes enim Interpretes arbitrantur, ſenſum eſſe, *Similem te eſſe dico*; aut; *Similis mihi viſa es*. Et verò ad ſententiam quod attinet, ſi ſola ſimilitudine oſtendere voluit Sponſus, Sponſæ grauem modeſtiam, ac matronalem honeſtatem, quæ illi conciliaret reuerentiam, & omnem laſciuiorem aſpectum riualium compeſceret: nihil aliud eſt, quod quæramus, in Dramatico ſenſu. In arcana autem intelligentia, cum de Deo ſit, atque Eccleſia ſermo, qui vnam delegit non modo, quam impenſè diligeret, velut futuram Sponſam; ſed etiam amoris ſui omnes in ea cauſas collocaret, gratiam ſcilicet, & quæ gratiam comitantur virtutes; tum ea auxilia quæ ad conſeruanda eadem neceſſaria erant; profectò ſatis non eſt, ſi dicamus in *aſſimilandi* verbo, ſolam *ſimilitudinem* indicatam; & grandius quiddam, & Deo dignius dicemus, ſi & ſimilitudinis cauſas, ab eo ipſo illi donatas, fuiſſe eodem vocabulo ſignificatas, dicamus. Vt ſenſus ſit; *Equitatui Meo In Curribus Pharaonis Similem Præſtiti Te*. Vt non modo ſuæ illa fęlicitatis admoneretur, ſed etiam vnde illa ipſi fęlicitas obueniſſet. Itaque & *Similem* illã *Equitatui Suo* affirmat; & à ſe eſſe ipſo eam *ſimilitudinem*; qui id omne præſtitiſſet vni, quo *Equitatui Suo Similis eſſet*. Eam autem vim ineſſe Originali verbo coniectare poſſumus ex his, quæ Cap. Eccli. 45. 1. de Moſe dicuntur: *Similem illum fecit in gloria Sanctorum*, quo loco Græcè legimus, ὡμοίωσεν αὐτὸν δόξῃ ἁγίων. Quo eodem verbo loco hoc vſi LXXII. Seniores: ὡμοίωσά σε. vt videantur intellexiſſe, *Similem Feci Te*. Quod & Vulgatus intellexiſſe videtur. Sic apud Ciceron. 4. Verrina. & Ouidium. Significatus vim ęxpreſſit. Triſt. 1. idem Ouid.

Aſſimilaui, pro ſimilem dixi.

Aſſimilaui, pro ſimilem feci.

Admonetur Eccleſia præſidia quibus tuta eſſet, à Deo eſſe.

Vt admoneretur vnde illa præſidia eſſent. Quibus tuta vbique eſſet. Is ſenſus iuuatur ex S. S. Et verſione Interpretum Græcorum. Et Latinorum vſu.

Aſſimilemque ſibi longa aſſuetudine fecit,
Grandia ſi paruis aſſimilare velis.

Eum autem ſenſum aptè in hunc locum quadrare, nemo prudens negauerit. Indicatur autem mira Dei de ſua Eccleſia, & maximè paterna cura, quam & donis augeat ſuis, & tamen dum auget, reuocet in memoriam, ſi quid in ſe grande agnoſcat, ſibi minimè vt imputet; ſed memor, quid à ſe habeat, quid Dei dono conſequuta ſit, vtrumq. memori mente condat, eo ſecurior bonis tantis fruitura, quo modeſtius ijs vtatur, ac vni Deo, à quo ea obtinuerit, exiſtimet referenda.

Simul ergo ditatur Eccleſia, Et vnde id habeat admonetur.

Eccleſiæ reuocatur in memoriã, quid à Deo habeat.

II.

Cur Amica dicatur ratio facilis. Cum gratia donata poſt culpam eſſet, Quæ Dei amicitia eſt, Tametſi veſtigijs adhuc culpæ fuſca; Cur autem non à principio amica ſit dicta. Ea alia quæſtio eſt, nec facilis explicatu.

Quæſtio altera, cur *Amicam* compellet, curque nunc primum? ſed altera ſoluta quæſtionis parte, alteram explicatam cenſe. Et quidem ſtatim poſt primam culpam, abolitam Dei fauore in Parentibus primis, & gratia & iuſtitia donata Eccleſia eſt, adeoque ad Dei amicitiam vocata, vt non modo *Amica* dici poſſet, ſed verè eſſet. Eadem enim cauſa & Filia per gratiam, quæ Dei nobiliſſima participatio eſt, & *Amica*, immo & Sponſa per charitatem, quæ Dei etiam Amicitia eſt, eſt effecta. Sic autem ponitur, tametſi multis adhuc næuis deformata, ſiue illi ſint peccati adhuc veſtigia manentia, qua ſe ſuperius nigram, ex noſtra ſententia, labe confeſſa eſt: ſiue reatus prioris culpæ, & manens adhuc debitum ſubeundæ pœnæ; ſiue demum noxæ illæ, quæ, quia facilè condonantur, neo gratiam minuunt, *Veniabiles* dicuntur. Hinc autem maior oritur quæſtionis difficultas, cum à principio Eccleſia in hoc Cant. ponatur Sancta per gratiam, ac per charitatem *Amica*. Cur ergo non à principio eo nomine compellata eſt, nec antè ea appellatione digna exiſtimata, quam & ſe confeſſa nigram, ideſt, primæ labis reliquijs non nihil colore mutatam; & multo gemitu, & anxietudine contendit ad Deum, illi prorſus adhærere ſollicita; quanquam incertam itineris metus vrgebat, ne in errorem iterum dæmonum fraude impelleretur.

Amica dicta Eccleſia, quod per gratiam reconciliata.

Hæc

III.

Non hic ſermo de ea amicitia, quæ à gratia eſt. Ea enim præparatio quædam eſt, Ad ſponſalem ſocietatem. Qualis hoc Cantico deſcribitur. Typum habes in Eſthera, Et captiua fœmina, Quæ ducenda in vxorem. Sed præparanda prius. Amicitia ergo per gratiam ab huius Cantici ſcopo, exſulat.

Amicitia per gratiam, diſpoſitio ad amicitiam ſponſalem qualis hic deſcribitur.

Eſther Eccleſiæ typus.

Mulier captiua in vxorem aſſumenda figura Eccleſiæ.

Hæc certe faciunt, vt toto hoc Cant. credamus, non de ea Eccleſiæ *Amicitia*, quæ ex gratia eſt, eſſe ſermonem, qua verè Filia Dei, atque *Amica* & *Sponſa* eſt: ſed totum id extra Cantici huius argumentum diuagari; ac velut præparationem quandam eſſe ad eum honorem, qui toto Cant. deſcribitur. Quod mihi tam certum eſt, vt ne in diſceptationem quidem vocandum videatur. Cuius rei typum mihi videor in Eſthera intueri, quæ antequam pleno connubij iure in Sponſam aſſumeretur ab Aſſuero, quanquam illi placuiſſet, & in illius oculis gratiam inueniſſet, iuſſa eſt præparari: *Et præcepit Eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas, & ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo Regis: & tam ipſam, quam pediſequas eius ornaret, atque excoleret*. Eſt. 2. 9. Ex ritu autem Hebræo multo accommodatius eſt ad idipſum, quod Deuteron. 21. 11. legimus, de captiua muliere in vxorem aſſumenda. *Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem; introduces eam in domum tuam; quæ radet cæſariem, & circuncidet vngues, & deponet veſtem in qua capta eſt; ſedenſque in domo tua, flebit patrem; & matrem ſuam vno menſe, & poſtea intrabis ad illam*. Quæ certè in typo (ſiquidem omnia in figuris contingebant illis) aliquid grande innuunt, ſi ad Eccleſiæ, Deique connubialia iura transferantur. Nolumus autem ſingula ſingulis applicare, ne longum faciamus: id audacter dicimus, totum id extra Cantici huius limites euagari: & ad præparamenta potius rei, quam ad rem ipſam pertinere. Alia ergo cauſa eius appellationis quærenda eſt, qua hoc primum loco donatam à Deo Eccleſiam legimus.

IV.

Fuit autem tota Eccleſia cura. Sibi Deum placatum reddere, Qui videbatur tardare, vt acrius incitaret. Sed tandem annuit precanti. Tunc autem vocat Amicam. Cum nouo dono fauorem auxit.

Securitatem illi pollicitus in futurum.

Hæc cauſa dilatæ appellationis.

Eccleſiæ ſollicitudo placandi ſibi Deum in totum.

Amicam primû vocat Deus, cû illi ſecuritatem in poſterum pollicetur.

Amicæ compellatio ſponſalium promiſſio.

Diximus ſuperius, cum primos huius Cap. verſus expenderemus, totam in eo Eccleſiæ ſollicitudinem poſitam, vt per omnia ſibi Deum placaret, qui quanquam priorem deleuerat culpam, nondum in totum videbatur indignationem poſuiſſe, nec Eccleſiam ad intima fauoris admittere. Id ſcilicet illa, & ſuæ indignitatis conſcia, quæſierat anxia, & multa prece popoſcerat: quidquid enim auſterius in illam ageret Deus, ſtimulos addidiſſe cupienti videbatur; vt, acrius incitata, & vota vrgeret, & gemitus geminaret, & preces miſceret ſupplicijs, donec id conſequeretur, quod cupiebat. Vicit tandem perſeuerantis affectus Deum, qui vinci volebat: placatumqne vultum, exporrectamque frontem, ei obtulit, quam in Sponſam iam deſtinauerat ſibi. Ergo tunc primum eam *Amicam* compellat, quia etſi antea haberet *Amicam* per gratiam, tunc primum ea ratione habere cæpit, quæ ſupra gratiæ donum, etiam in gratia perſeuerantiam addebat. Nunc enim primum ſecuritatem illi in eo ſtatu deſtinauit, pollicitus, nunquam poſtea exciſuram à gratia, & charitate; qnemadmodum Not. 26. interpretati ſumus. Quod non aliud fuit, quam fidem illi ſuam obligaſſe, futurum ſcilicet vt ſuo tempore illam in *Sponſalia iura* vocaret: nam *Sponſa* nomine non donatur vſque ad Cap. 4. 8. cuius rei rationem eo loco reddemus, nam nec myſterio ea res vacat. Atque hanc ego arbitror cauſam eſſe, cur hoc loco primum *Amicæ* nomen ſit poſitum: quia ſcilicet omni poſita ſimultate, atque indignatiora ex priore offenſa, demiſſoque ſupercilio, eam ad ſe admiſiſſe deſcribitur, & fauore dignatus.

V.

Eſt autem Amicæ nomen Eroticum, Immo & honeſtiſſimum. Sicuti ſororis appellatio. Profani homines infamauere.

Caſtiſſimû alias nomen. Ideo tam ſæpe hoc Cant. vſurpatur.

Amicæ nomen honeſtum ſicuti & ſororis.

Amicæ caſtum nomen profani infamauere.

Amica vero nomen eroticum eſſe res ipſa indicat; &, ſi rem ipſam ſpectes, nihil inhoneſti, aut laſciuioris licentiæ continere. Certè in S. S. nunquam eam appellationem legimus vſurpatam, niſi ad indicandum arctius amoris vinculum, cui honeſtas, ac pudicitia pro paranympha eſſet, ſicut etiam & *ſororis* nomen. S. D. E. *Dic Sapientiæ ſoror mea es, & Prudentiam voca Amicam tuam; vt cuſtodiat te à muliere extranea, quæ verba ſua dulcia facit*. Prou. 7. 4. Quo loci vtraque appellatio omni minus honeſto conuictui opponitur, velut nihil niſi ſanum, honeſtumque contineat. Iniuriam fecère ſanctiſſimæ appellationi profani homines, abuti ſoliti non rebus modo, ſed nominibus, apud quos *Amicæ* nomen vix niſi de ijs, quibus illegitimè iuncti homines eſſent, tanquam amaſijs. Exemplorum multum habes apud Poetas, alioſque ſæculi Scriptores. Quod ſi nomen id, ſi rem ſpectes, atque antiquioris ſæculi, & ſimplicioris vſum, nihil niſi honeſtum, & ſanctum notat, profectò nullo magis loco, debuit vſurpari, quam hoc, quo Eccleſia ad interiorem conuictum, omni depoſito præteritæ indignationis ſupercilio, aduocata à Deo deſcribitur. Quibus ad vtramque partem quæſtionis reſponſum eſt.

VERSVS X.

PVLCHRÆ SVNT GENÆ TVÆ SICVT TVRTVRIS, COLLVM TVVM SICVT MONILIA.

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

AGERE Deus incipit familiarius cum Eccleſia ſua, quemadmodum amici cum amicis ſolent. (ideo vocarat Amicam) illius & modeſtia, atque pudore, & timore ingenuo, ne in priſtina mala dilabatur, delectatus, incitatuſque. Hinc colloquia incipiunt, qualibus Deus cum illis ſolet agere, quos ſibi vnicè copulare decreuit, non quidem per gratiam ſolam, ſed manifeſtioribus tenerioris affectus indicijs, maioribuſque in eos fauoribus impenſis. Hi ſcilicet ſermones ſunt illi, quos cum Noe, Iobo, Abrahamo, cæteriſque Patriarchis miſcuiſſe ſæpe legimus: cum inclinata maieſtate, &, depoſito quodam modo faſtu, non quaſi cum Hominibus Deus, ſed velut cum æqualibus æqualis, nullo fere diſcrimine agere videretur. *Genarum* Eccleſiæ, & *Colli* laudat pulchritudinem: in illis modeſtiam, pudorem, humilitatem: in hoc autem obedientiam, & promptum obſequendi ſtudium. Comparat autem *Genas Turturum Genis*; quæ aues & ſimplicitate, & pudibundioris, oculorumque reſpectu, id meritæ ſunt, vt ſymbolum pudoris, modeſtiæ, fideique connubialis habeantur, conſenſu mortalium. *Collum* autem *Monilibus*, quibus ad cultum ea pars à fœminis ornari ſolet, nam illi natiua ſpecies pro omni ornatu erat, haud indiga externo cultu vt futuro Sponſo placeret. Verè autem, ſi exterioris ornatus nomine externas in Dei cultu, obſequioque cæremonias intelligas, ea Eccleſia in eo naturalis legis ſtatu, interiore Dei docta inſtinctu, quanquam ſimplice ſacrificiorum cultu, ac nulla certa, ac ſtata ex lege, aut more cæremonia, (quæ poſtea eo docente ſunt inſtitutæ à Moſe) Deo eidem haud minus placebat, quàm poſtea placuiſſe viſa eſt.

ENARRATIO.

BENE *factum*, inquit, *à te eſt, quod & primi ſceleris veſtigiorum, quibus, tanquam inducto fuſco colore, mutata es, memoriam non deponis: & incerta, qua via meridiano æſtu, quieſcentem me inuenire poſſes, doceri poſtulas, ne te à via recta aberrare contingat. atque ingenuo ore tuos metus profeſſa es, ne quemadmodum olim decepta à Dæmone es, iterum decipiare. Nam vbi primum tibi vni fidens boni aliquid ſperes acturam, certa pernicies eſt: & agnitio propriæ imbecillitatis, initium omnis fælicitatis eſt. Meum autem eſſe nunquam te permittere in eadem delabi mala, dixi tibi; & opem ſum pollicitus præſentiſſimam. Nunc autem verè mihi Pulchra viſa es, & placere in totum incipis; cum te & modeſtiſſimè de te ſentire animaduerto; & honeſtatis, pudoriſque ſollicitam, ſancto timore firmari. Quin & obſequendi ſtudium, qua iuſſis meis perituram profiteris te, corollarium gratiæ addit; eſt enim obedientia Parens, Cuſtoſque virtutum; qua alimenta miniſtrante, vſque ad robuſtam ætatem adoleſcunt. Simplicitas autem ſine vllo fuco, aut extrinſeco cæremoniarum adminiculo, & ornatu in ſacrificijs, totoque diuinarum rerum cultu non mihi minus grata eſt, quam futura olim, cum additis, me authore, multis, varijſque cæremonijs, exterius decorabitur.*

Digitized by Google

NOTATIO XXVIII.

PVLCHRÆ SVNT GENÆ TVÆ SICVT TVRTVRIS.

SVM. COM.

I.
Quorundam nectendi ratio, Qua auſterius videbatur loquutus Deus. Et excuſſiſſe ruborem, Nunc ſecuritatem temperare, Aut qua comparata equis ægre id tulerat, Sermonem nunc lenire. Nobis neutrum probari poteſt.

QVI hæc ad Chriſtianam Eccleſiam retulére, non eodem omnes modo interpretati ſunt: neque ratione eadem cum ſuperioribus nectenda putauére. Bernardi acumen, qui illis verbis: *Si Ignoras Te* ſui ignorationem obiectari Sponſæ arbitratus eſt, ſic nectit: vt auſterius loquutus Sponſus ad Sponſam, minatus, niſi noſceret ſe ipſam, ablegandam inter pecudes; cum eam animaduerteret, pudore indignitatis, & auſterioris ſermonis rubore ſuffuſam, illius & modeſtiam, & ex modeſtia *Pulchritudinem* prædicaſſe: ſcilicet vt cui ſeueritate reprehenſionis minus placuerat, eam noua *Pulchritudinis* commendatione placaret, & ad meliorem ſpem erigeret. Nyſſenus autem, cum eam indignatam fortaſſe, quod ſe videret *Equitatui* comparatam (minus ex decoro, cum Equorum nomine libidine ſit infame) vereretur, lenire voluiſſe ſermonem, ne ſcilicet arbitraretur, quidquam illa ſimilitudine de illius decore, ac pudicitiæ fama detractum: & ſtatim *Genas* illius, & in eis pudorem honeſtatemque commendaſſe. Sed neutrum quadrat in Interpretationem noſtram, qui verbis illis: *Si Ignoras Te*, non reprehenſionem & minas, ſed eruditionem amicam contineri monuimus: nec verba eſſe indignantis, ſed docentis, qua eundum ad ſe eſſet. Ea autem: *Equitatui Meo*, non comparationem illius cum *Equis*, ſed eius virtutum cum turmis Equitum continere.

Deus auſterius loquutus Eccleſiæ ſecuritatem temperat, vt faciat animos.

Equis comparata rubuerat, ideo lenius tractatur.

II.
Facilior nectendi ratio. Se fuſcam dixerat, inſcitiam faſſa, metus profeſſa. Singula diluerat Deus, Pulchram appellans, viam monſtrans, ſecuritatem tribuens. Tutamque in poſterum fore profeſſus. Et vero quæ talia de ſe faſſa. Digna erat quæ laudaretur à Deo. Sic hæc cum ſuperioribus nectenda putamus.

Facilius multo eſt, hæc cum ſuperioribus nectere, ſecundum noſtræ interpretationis conſequentiam. Tria illa dixerat; nam & ſe *Fuſcam* faſſa, ideſt, veſtigijs primæ labis adhuc implicitam: & *neſcire ſe, quo loci Deus meridiaretur*. Id autem ad vota ac deſideria retulimus eius cum Deo coniunctionis, qua in totum eum ſibi reconciliatum intelligeret: Et *vereri ſe*, quod tertium erat, *ſi ſola vellet ad eum ire, ne in caulas ſodalium cum pudoris diſcrimine deferretur*: ideſt, multo ſe metu pulſari, ne in eadem illa mala delaberetur, vel imprudens, quibus erepta iam fuerat. His tribus totidem Deus reponit. Nam quod de *Pulchritudine* excipit ob *fuſcedinem*, diluit, eam *fœminarum pulcherrimam* Verſu 8. compellans; & loco hoc illius in *Genis*, ac *Collo* formam probans: *Viam* autem, *qua iri poſſet ad ſe* digito indicarat. Exempla ſcilicet eorum, qui ſanctitatis fama clari orbem nomine impleuiſſent; & ſapientium doctrinam, qui doctrina eruditi Dei, pro Magiſtris, & Doctoribus, dati illi fuiſſent. Demum quod de *metu* ſuo dixerat, etiam diluit, *ſecuritatem* illi pollicitus, affirmanſque, non vltra à ſe Eccleſiam charitate amiſſa diuellendam. Et verò quæ & ſe fuſco colore non vſquequaque probandam, & locorum inſciam, & multo metu ſollicitam affirmarat, digna erat, quæ ab Sponſo & à forma laudaretur, & inſcia doceretur, & timens erigeretur: ea enim ſingula mirum eſt, quam eius formam apud Deum commendarent: cum primum illud ad confeſſionem prioris noxæ: alterum ab agnitione inſcitiæ; poſtremum à propriæ imbecillitatis notitia; omnia à Dei charitate haberent originem, cui non placere modo, ſed & arctiſſimo nexu coniungi cupiebat.

Horum cum ſuperioribus nexus.

Confeſſio prioris noxæ, inſcitiæque, & propriæ imbecillitatis, charitatis filiæ.

III.
Nunc ſenſus arcanus indagandus. Qui B. Virginem, aut Apoſtolos genas volunt, Audiendi minimè ſunt. Etiam ſi pro genis maxillas vſurpes.

De nexu compoſita lite, ſupereſt de ſenſu horum verborum quæſtio, ad litteralem quod attinet intelligentiam. Et verò qui *Genas* Eccleſiæ B. Virginem eſſe volunt, aut Apoſtolos, tametſi multis verbis conentur, non admodum perſuadent: nobis maximè, qui nondum hic agi de Chriſtiana Eccleſia exiſtimamus. Qua etiam ratione eorum exiſtimatio minus placet, qui Prædicatores intelligunt; fortaſſis quia vocabulum originale nonnulli *Maxillas* interpretati ſunt. Earum autem munus cibos comminuere, atque inter molares primum velut digerere: Prædicatorum autem eſt, ſcripturarum terere doctrinam, & eius facere capaces audientes, ſæpe inualidos ſine eorum præſidio ſolidiorem eſcam comminuere, velut adhuc infantes.

Nec Virgo, nec Apoſtoli genæ Eccleſiæ ſunt.

IV.
Aptius veteres, pudorem & honeſtatem, in genis agnoſcunt. Eſt autem commendatio vnius partis, Sed Turturum comparatio, quo it? Multa de Turture multi, & nos alias.

Præſtat hærere Veteribus, qui hic Eccleſiam, ſeu Animam à *verecundia*, atque *honeſtate* commendari volunt. Cæpit autem à *Genis* Eccleſiæ laudatio, quod vt obſeruatum Origeni homil. 2. ex 2. *Pulchritudo mulierum in Genis dicitur eſſe quamplurima*. Hoc verè dictum. Illud minus probandum, generatim hic formam ideo accipi oportere: cum non ſpecies in communi Eccleſiæ laudetur, ſed ea, quæ eſt in genis. Vt ſingulare quoddam eſt membrum. Quemadmodum cum mox de *Collo* dicitur, verè *Collum*, non aliud Origenes ipſe intelligit. Sed cum & *Genas* ſimiles dicat *Turturi*, duo quærenda ſunt. Primo, quid *Turturi* commune cum *Genis* ſit; Deinde quid ex ea analogia ad Eccleſiam transferendum ſit. De *Turture* multa multi, haud libet ea hic ſubnotare, & dum ſenſum Dramaticum traderemus, quæ in hunc locum neceſſaria eſſe iudicauimus, vel diximus à nobis obſeruata, vel dicta ab alijs indicauimus. Et alia quædam ad Cap. 2. 12. Not. 37. Satis nunc ad loci

Eccleſiæ ſub hoc ſtatu Genæ honeſtas & verecundia.

eno-

Digitized by Google

Illud ſatis fidei coniugalis, pudoris honeſtatiſque ſymbolum haberi.
Eadem ergo virtutes illa
In Eccleſia laudat Deus, ſub genarum typo.
Ideo ab earum encomio orſus laudationem.
Quia ea primum virtutes
Prodita in Eccleſia ſunt.
Quæ propriæ iuuencularum ſunt.

Turtur honeſtatis, pudoris, fidei ſymbolum.

enodationem monere, communi mortalium ſenſu, & fidei coniugalis, & pudoris, & honeſtatis, & ſimplicitatis haberi ſymbolum. Cum ergo transfertur ad *Genas*, non ad colorem, non ad formam commendandam transferri, dicemus; ſed dotes cum dotibus comparantur: eas ſcilicet, quæ magis mente, & animo, quam oculis ſentiuntur. Ergo quemadmodum in *Turturibus*, & ſimplicitatem, & pudorem, & honeſtatis ſtudium, & in vnum comparem fidem, etiam poſt mortem durantem, ſtabilemque laudamus: ita eaſdem in Eccleſia ſua dotes Deus commendat, in *Genis*. Inde autem cur illius laudationem ſit exorſus, quantum attinet ad Corticis ſenſum, ſuo dictum, eſt loco; hic haud difficile eſt explicare. Cum enim Eccleſia & anxietatem ſuam properandi ad Deum, eique arctiſſimo hærendi vinculo vota feruentiſſima expreſſiſſet (quod ad fidem in vnum illum, & charitatem pertinebat) & metus ſuos ſimplice oratione promſiſſet, ne in caulas ſodalium, ideſt, dæmonum, deferretur imprudens, (quod ad honeſtatem pudoremque ſpectabat) &, conſcia imbecillitatis ſuæ, omnem ſuam ſpem in vno Deo collocaſſet, (quod ad agnitionem imbecillitatis ſuæ confeſſionemque faciebat) iure Deus ab illis virtutibus laudes orditur, quibus eam ſibi placuiſſe ſentiebat: eiuſque auiculæ ſimilitudine vſus eſt, in qua velut in ſymbolo eæ ipſæ virtutes monſtrabantur.

Laudationem Deus cur ab his virtutibus ordiatur.

V.

Sed ſi turtures non veræ, ſed ficta ex auro intelligantur,
Arbitrari poſſis futurum ornatũ commendari.
Quidquid autem ad ornatum ſpectat.
Pulchritudinem ornat, non facit.
Sic Eccleſiæ forma virtutibus conſtat,
Non extrinſecis ritibus.
Tametſi interioris ſanctitatis indicia ſunt.
Virtutibus ergo Eccleſia illa grata erat.
Sed ſimplice rituũ ratione ornata,
Qui tamen nulla certa lege conſtituti.
Sic puella ruſtica, ſi forma conſpicua ſit,
Etiam inornata placet, ſed gratior ſi cultus accedat.

Turturũ aureæ ad mundum & ornatum.

Cæterum quia Dramatico Comment. Not. 34. in Cap. 1. vim Originum expendentes, probabile arbitrati ſumus, loco hoc nõ de veris *Turturibus* eſſe ſermonem, ſed de *ornamento ex auro, in Turturum formam* ex auribus, aut extremis cincinnis ad *Genas* dependulo: non quod adhuc Puella ruſticula, ac nondum Sponſi donis ornata, cum formæ cultum adhibuiſſet, ſed quod ille futuram ab cultu, atque ornatu pulchritudinem, cum accederet ſcilicet olim, meditaretur; & id etiam ad arcanum ſenſum applicandum eſt. Quidquid autem externum in fœminarum cultu eſt, ſiue indumenta, ſeu mundum reliquum muliebre, ornatum ex gemmis, atque auro conſideres, extra formæ veræ rationem eſt, quæ proprijs bonis, non aduentitijs impletur, perficiturque; quanquam multum addit ſplendoris, ſiue ea præmia velis eſſe victricis formæ, ſiue ſpolia triumphantis; ex vtroque autem totum illud completur, quod fœminas forma inſignes commendabiliores facit, ac oculis mortaliũ gratiores. Sic omnino omnis illa Eccleſiæ Pulchritudo, qua Deo placere ſtudet, interioribus proprijſque bonis, virtutibus ſcilicet, quæ gratiam & charitatem comitantur, completur, cum in perfectum ſtatum venerint, amplius placituræ. Atque id eſt ſcilicet, quod in Eccleſiæ *Genis* laudatur hoc loco: non ideo tamen externæ in Dei cultu cæremoniæ oblationum, ſacrificiorum, libaminum, aliorumque rituum contemnendæ ſunt: tametſi enim ea non ad veram intimamque ſanctitatem ſpectant, eius tamen, quæ latet in animo ſunt indicia, ac velut indumenta, & ornatus, cultuſue. Placebat illa in eo ſtatu Eccleſia morum ſimplicitate, & pudicitia, atque modeſtia: tum ſancta humilitate, qua ſibi diffiſſa omnem ſuam ſpem in Deo collocarat. Sed nondum ſtatis certiſque ex lege cæremonijs ea ipſa interiora bona coluerat; magis ſimplice naturæ ductu, Dei gratia interius mouente, quam exteriore cultu Deum colere docta: ſi quid autem extrinſecus cæremoniarum addiderat, neque id certa conſtitutum lege erat; nec ritu publico, quo omnes communiter vterentur. Cogita Puellam ruſticulam, ſpecie quidem natiua viſendam, ſed, quemadmodum ruri nutritæ ſolent, ſimplice cultu ruſticoque, nec ad leges vrbanarum exacto; ſimplicem illam venuſtatem ornantem, augentemque: cui ſi ex lege vrbanarum, & vſu, aut certè aulicarum cultus accedat, ſupra multas ſeſe forma efferat. Id ergo eſt, quod Deus in ſimplice illa iuuenculæ, & adhuc ruſticulæ Eccleſiæ pulchritudine laudat, id meditatur. Pulchram eam quidem natiuis donis, nec ideo minus ſibi placituram: ſed ſi exterioribus cæremonijs ex Dei præſcripto veſtiatur, aduentitio cultu illius ſpeciem ſplendidius commendandam. Iam ergo legem ſcriptam meditatur, in qua ex ipſius inſtituto per Moſen tam multa præſcribenda erant, quibus externus Dei cultus augeretur, ad ſacrarum rerum ſplendorem, ac promiſcuum vulgus inducendum ad ea, quæ in lege potiſſima erant, exequenda, & obſeruanda. Atque id eſſe putamus, quod in fontibus hodie legimus: *Decoræ Sunt Genæ Tuæ In Turturibus*. Nondum enim eum ornatum addiderat, cum proximo commate ſe id facturum polliceatur: *Murenulas Aureas Faciemus Tibi*. Tantum meditatur, quantum illius formæ addendum gratiæ eſſet, cum ea ornamenta accederent. Semper ſcilicet Deus de ornanda Eccleſia ſua cogitat, nec contentus donis interioribus, quibus eam ditat, etiam exteriora addit, quibus ſplendidius enitеſcat. Niſi quod cultus exterior iuuenculas potius, quæ nupturire incipiunt, ac nouas ſponſas, cum ad ſponſum deducuntur, decet; quam Matronas, iuſto connubio iunctas. Eæ enim haud nimiæ in cultu, atque ornatu. Satis habent ſi vera animi pulchritudine, corporiſque ſpecie, ac matronalibus virtutibus ſeſe ſuis viris commendatas ſciant; abijciente maturæ ætatis cenſura, quidquid minimè neceſſarium ad connubialem conuictum videatur. Id autem ipſum Eccleſiæ ſecundum ſtatus varios factum eſt. Nam & prioribus illis ſæculis, dum ſub lege naturæ puella ſenſim adoleuit, externis ſacrificijs oblationibuſque, tametſi nulla certa, ac fixa

Ornatus exterior in fœminis verè ad pulchritudinem non pertinet.

Eccleſiæ virtutes hic laudantur, nec cæremoniæ contemnuntur.

Puellæ ruſticæ ſimplice cultu ſatis ornatæ.

Eccleſia ſub natura pulchra interiore ſanctitate, gratior ſi cultus cæremoniarum accedat.

Ita Eccleſia illa futura, ſi noui ritus accedant.
Quod factum poſtea per legem eſt.
Iam ergo meditatur Deus, qualis illa futura ſub lege.
Additis cæremonijs, ritibuſque.
Sed cultus exterior puellas potius decet.
Et nouas Sponſas, Matronæ minus curant.
Sic Eccleſia pareius ſub natura.

Cultus exterior magis iuuenculas, quam adultas decet.

Digitized by Google

Sub Moſe ornatius per ceremonias proceſſit. Quas Verbo per Incarnationem iuncta, Abiecit potius quam quaſiuit. Contenta veris virtutibus.

Eccleſia ſub natura, & lege, cultus in cæremonijs tenacior: ſub Chriſto negligentior, vtpote adulta.

fixa lege, Deum venerata eſt: & ſub ſcripta, iam ſcilicet Sponſa, pluribus cæremonijs, oblationibus, ſacrificijs, libaminumque multitudine, velut Sponſa ad Sponſum deducenda, eſt aucta: Poſtea autem Verbo per Incarnationem, legemque gratiæ iuſto iuncta connubio, ablegatis illis cæremonijs ac ſacrificiorum multitudine, rituumque varietate, velut minimè neceſſario ornatu, ſine eo viro ſuo non minus placitura, ſimpliciore cultu contenta fuit: magis anxia de veris ſolidiſque virtutibus, in quibus vera myſtica pulchritudo ſita eſt, quam de extarijs ritibus, qui ſolum indicia interioris ſanctitatis ſunt, non ſanctitatem ipſa conſtituunt. Qua de re inferius plura.

NOTATIO XXIX.

COLLVM TVVM SICVT MONILIA.

I.

In collo obſequium deſignatur. Et libertas, quod Ambroſio placuit. Eius habes verba lectiſſima. Nec huic loco inepta. Alij religionis vincula, vota ſcilicet. Eſt ea ſubiectio nobilis, Nam qui Chriſto ſeruit Rex eſt. Et inter illius famulos princeps. Subiectio enim in collo ſignificata, Ex S. Scriptura vſu. Nec inepte vota religioſa monilibus ſignificata, Si vim Hebrææ vocis expendas. Quæ multorum nexum granorum vno filo notat. Sic vota ſunt obſeruantiæ filo nexa. Id nobis non probatur. Canticum enim monile eſt, ex arte factum. Non temere confertis partibus. Id ergo interpreti maxime curandum eſt. Ne ordines obliuiſcatur.

Colli variæ ſignificationes myſticæ. Obſequium & libertas.

Collum Religioſus ſtatus, vota monilia.

Religioſa ſeruitus vera nobilitas.

IN *Collo obſequium, ſubmiſſionemque* deſignari, multi arbitrantur: Alij autem *libertatem*, & *ingenuitatem*: in quo lectiſſima Ambroſij verba ſunt. Serm. 3. in Pſal. 118. quæ omittere nec volo, nec poſſum. *Vultus liberior eſt, vbi eſt caſtitatis conſcientia; & portare Chriſti iugum ſuaue eſt, ſi ornamenta putes ceruicis eſſe tua, non onera. Attolle ergo oculos ſemper ad Dominum Deum tuum; & quære Deum & inuenies. Erige ceruicem, redimicula, non vincula, geris. Muta quoque animalia redimiculis gaudent; & phalerari ſibi magis quam nudari videntur. Genæ Sicut Turturis præferunt inſignia verecundiæ: redemicula ceruicis libertatis attollunt fiduciam: leue eſt enim iugum Chriſti; & ideo ceruix eo non premitur, ſed leuatur.* Hinc fortaſſe factum, vt quidam in *collo Religioſorum ordines* intelligant; in *monilibus vota ipſa*, quibus ſeſe Deo, & religioni addicunt. Et verò ea ſubiectio nobilis eſt, nec qui ea grauantur, verè grauantur: Nemo plus Regis habet, quam qui Chriſto Regi ſeruit, cui ſeruire, regnare eſt. Habet enim hoc ſeruitutis hoc genus, vt propius ad Deum accedat; eoſque qui ſeruorum gaudent nomine, diuinitatis, & gloriæ illius magis participes fiant. Fęlix ſeruitus, ſi ij, qui ſubdidere colla Chriſti iugo, ſe ſciant, non in ſeruitutem, ſed vocatos in libertatem; eoque nobilitatis euectos, vt in Dei familia, cuius ſcilicet creaturæ omnes, homines maximè augent numerum, ſupremum ipſi gradum teneant, nobilioribus munijs deſtinati. Notant autem ex S. S. vſu *Collo*, *ſubiectionem* deſignari. 2. Eſdr. 3. 5. *Optimates autem eorum non ſuppoſuerunt colla ſua in opere Domini*. Eccli. 51. 34. *Collum veſtrum ſubijcite iugo*. Et ſeruitutem. Deut. 33. 29. *Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis*. Id autem factum, cum deuictis quinque Regibus, imperauit populo Ioſue, vt ſubiectorum colla pedibus conculcarent: pollicitus ſic facturum Deum cunctis eorum hoſtibus, aduerſum quos dimicarent. Ioſ. 10. 25. *Vota* autem *religioſa* non ineptè *Monilibus* ſignificari, *Monilium* ipſa forma ſatis perſuadet, ſi vim Hebreæ vocis expendas. *Haruzim* enim eſſe volunt, ſeriem margaritorum, quæ vno eademque inſerta filo, collo circumligantur. Sic *vota* vno obſeruantiæ religioſæ nexu coniuncta, *ceruici* eorum, qui ſic ſeſe Deo manciparunt, circumducta, non pro vinculis iam, ſed pro ornatu ſunt. Atque hæc ſubtiliter diſputantur; ſi quantum acuminis habent, tantundem ſoliditatis ſortirentur, & facilitatis ad nexum. Canticum verò hoc velut *Monile* pulcherrimum eſſe, miro ordine, partiumque iunctura contextum, nemo credo negare poterit: & in quo non velut margaritæ temerè, atque ad inſerentis libidinem ſint inſertæ; ſed ſumma cum partium omnium proportione, velut in humano corpore membra. Potiſſimum ergo ſtudium in his partibus ita iungendis, vt non molem ſolam, & cumulum, quod à non paucis factum eſt, vt corpus humanum; aut ſi de artefactis ſumere exemplum placeat, ædificium faciant. Quidquid autem dixeris, tametſi in ſe pulchrum, & quantum ad doctrinam verum, ſi ſeriei, & partium inter ſeſe aptè iunctarum nexum neglexeris, parum te feciſſe arbitrare. Nondum hic Eccleſiæ Chriſtianæ recenſentur dotes, parteſque deſcribuntur; ſecus ei argumento locus ſeruatur inferius, nec antequam ad finem properet Drama. Adhuc hic illius ætas deſcribitur iunior, quoad, adulta per proſpera, & aduerſa, maiores laudes mereatur.

Haruzim, Hebr. ſeries globulorũ vno filo nexorum.

Canticum velut monile.

Interpreti magna habenda cura ordinis nexuſque partium.

II.

Collum ergo pro vario habitu, multarum rerum ſymbolum eſt. Erectum libertatis, ac ſuperbiæ. Tum iactantiæ.

Quæ ad hunc locum non faciunt.

Collum erectũ iactantia, ſuperbia, inflexibilitas.

Collum hic obſequium, & ſubmiſſio.

Collum ergo, pro vario habitu, vel ſubmiſſionis, obſequijque; vel libertatis, ac ſuperbiæ indicium eſt. Ad ſuperbiam & iactantiam illa ſpectant: *Tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt; cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt*. Iob. 15. 25. 26. Et de Behemoth: *In collo eius morabitur fortitudo*, (inflexibilitas, atque indomabilitas, ſi ita loqui licet) *& faciem eius præcedet egeſtas*. Iob. 41. 13. Et illa: *Eleuatæ ſunt Filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo & nutibus oculorum ibant, & plaudebant: ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant*. Iſai. 3. 16. Quæ ad habitum eorum pertinent, qui ſpiritu elationis inflantur. Sed toto hoc Cant. laudes Eccleſiæ cani, non probra, locis alijs obſeruatum eſt. Ad *ſubmiſſionem* ergo hæc, & *obſequium* referenda: eadem enim *ceruix*, quæ elata, atque erecta, vanitatis, atque ſuperbiæ indicium eſt, modeſtè

inflexa,

Digitized by Google

Collum igitur ad obſequium referamus.

Quod hic in Eccleſia commendatur.

Poſt ſimplicitatem, fidemque.

inflexa, & quaſi iugum ſubire parata, obſequium, ac modeſtiam notat. *Collum veſtrum ſubijcite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam*. Eccli. 51. 34. Sumpta autem metaphora à bubus eſt, qui araturi, poſtquam aſſueuerint iugum ferre, eo viſo, colla ſubmittunt. Nam cum antea Eccleſia ſe paratam, ad Deum ſequendum, quacumque duceret, profeſſa eſſet, dummodo de via doceretur, qua ire ſine motu riualium poſſet, aptè illius & ſequendi Sponſum, & parendi ſtudium ſub *pulchri Colli* metaphora collaudatum eſt: poſtquam ſimplicitatem, caſtimoniam, pudoremque commendaſſet, ſub Genarum ſchemate.

III.

Monilia autem cur addita, facile intelligitur.

Sunt enim præmia quæ ſtatuta obſequenti.

Negata Sauli propter inobedientiã.

Monilia præmiũ obedientiæ.

Sed in appellatione *Monilium, Colli*que cum illis comparatione, quid velit, haud difficile eſt intelligere: meditatur enim eam, quam exteriora ornamenta in exteriore cultu additura ſunt eius obedientiæ, atque obſequio gratiam, quemadmodum paulo ante de *Genis* diximus. Niſi verò in *Monilibus* præmia intelligamus, quæ propoſita obedientiæ ſunt. S. D. E. *Audi, fili mi, diſciplinam Patris tui, & ne dimittas legem Matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo*. Prou. 1. 8. Sauli certè iura Regni ſub ea conditione obſequij fuiſſe data, ex Samuelis verbis conſtat, quibus in eum detonuit, propter neglectum Dei præceptum. *Pro eo, inquit, quod abiecisti ſermonem Domini, abiecit te Dominus ne ſis Rex*. 1. Reg. 15. 23. Quantum ergo venuſtatis additura eſſent Obedientiæ Eccleſiæ futuræ olim cæremoniæ legis, quibus eadem illa obedientia, velut addito exteriore cultu ornanda erat, nunc cogitat: &, non præſentis modo virtutis recreatur aſpectu, ſed & futuro decore, quod ſæpe Amatores ſolent. Aut certè id recogitat, quanta olim liberalitate eius & præſens obſequium remuneraturus ſit, & futurum; ſciebat enim continuis ſemper augmentis tollendum in maius, ſed de hoc proximo verſiculo copioſius.

Ergo qualis futura Eccleſia

Sub rituum ornatu, meditatur Deus.

IV.

Hunc ſenſum Hebræi habent.

Quanquam vulgatus comparationem continet.

Placet & obſeruatio Origenis.

Nullo cultu indigere collum vt placeat.

Neque Eccleſiam illam ſine cæremonijs, ingratam eſſe.

Eccleſiæ Colliũ etiam inornatũ ſponſo gratiſſimum.

Sed enim quod hactenus dictum eſt, aptius in Hebræam lectionem aptatur: *Collum Tuum In Monilibus*, nam apud LXXII. & Vulgatum videtur inter vtrumque iniri comparatio; & *Collum* componi cum *Monilibus*. Nec in eo diſplicet Origenis obſeruatio hom. 1. ex 2. qui id innui hiſce verbis arbitratur, Sponſæ *Collum* adeo ſuis dotibus eſſe inſigne, vt
„ nullo externo cultu indigeat, vt placeat ſpectatori, quaſi dicat: Tanto ſe tua ceruix de-
„ core ſupra humeros tollit, vt ſuperuacuus illi omnis videatur ornatus: nec opus *Monilibus*
„ vllis illi ſit, vt placeat mihi. Et verò, quod paulo antè notatum eſt, Iuuenis illa Eccleſia in ſua ſimplicitate Deo gratiſſima, tametſi nulla certa lege, qua præſcriberetur cultus in ſacrificijs adhibendus, Deum venerari ſolita, non ideo minus laudatorem merita Deum eſt; atque id maximè ex decoro ſcriptum eſt: neſcio enim quo pacto ruſticulas virgines, tametſi ſua forma inſignes, ſimpliciſſimæ munditiæ magis decent, quam omnis exterior ab artificio ornatus. Tali autem ſtatu hic quidem deſcribi Eccleſiam, ſæpe alias obſeruatum eſt.

VERSVS XI.

MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI VERMICVLATAS ARGENTO.

COMMENTARIVS.

AD externum hæc omnino cultum pertinent, non ad interiora bona, ad ſpirituales Eccleſiæ dotes. Et quidem ſuperiore Commate, quidquid de ornatu dixerat *Genarum in Turturibus*, atque *in Monilibus Colli*, futurorum meditationem, non præſentium laudationem continebant: non etiam futurorum promiſſionem. Nunc, cum in ea ornatus meditatione ſibi placuiſſet, id ipſum ſe olim pollicetur facturum; & dono daturum Dilectæ in charitatis præmium, ſeu ornatum. Hæc autem, quibus exterius ornatur Eccleſia, alia ad bona externa, & opulentiam faciunt, quæ in profanis cenſentur: alia ad pietatis rationem, & formam, quæ in ſacris cenſentur. Si verò de prioribus interpretere, intelliges; Dei protectionem in aduerſis; diuitiam, & quam S. S. vocat ſubſtantiam in fortunæ bonis: dominatum Chanaanitidis, eorumque Regum deletam potentiam, qui in ea dominabantur; ſobolis multiplicationem in poſteritate innumera, & alia, quibus à Deo donata Eccleſia in fidei, atque obedientiæ præmium. Si de poſterioribus placeat intelligere, dices, ijs donis ſignificari, extrinſecas in Dei

cultu

Digitized by Google

cultu cæremonias; ſacrificiorum leges; oblationum formas; expiationes, ac cætera, quæ per ſcriptam legem ipſi ſunt tradita. Itaque iam tunc Deus exiſtimandus eſt, futuram legem meditari, qua ſimplex Eccleſiæ ſub Naturæ ſtatu Religio conderetur. *Murenularum* autem ideo appellatione hæc indicat, quod ad ornamenta externa, ſicut & *Murenulæ* pertinerent. *Auri* autem, & *Argenti* meminit, quia ſi prius illud ſequare, ea metalla pro diuitiarum omni genere vſurpari mos eſt; ſi autem poſterius magis placeat, propter varietatem ſacrificiorum, quorum præcipuum Holocauſtum auro merito comparatur; reliqua minus præcipua argento.

ENARRATIO.

MIRVM eſt quam mihi placuerim in ea futurorum meditatione, vt haud ſecus me illis oblectari ſenſerim, quam ſi præſentia ſpectarem. Haud fallam ſpem tuam, aut ea inuidebo præmia, quæ & obſeruantiæ tuæ, ac fidei, & honeſtati debentur. Augebo ſcilicet dotes tuas, vt quæ nunc mihi ſimplice virtute places, nullo cæremoniarum externo cultu veſtita, amplius placeas, cum eum cultum addidero. Ergo iam nunc meam tibi obſtringo fidem, eum me ornatum additurum tibi, quo ex legis meæ præſcripto non vera virtutum modo pulchritudine emineas, ſed eo cultu qui virtuti ſit comes, & indicium tuæ, dignumque illius ſpecie indumentum. Decet enim te non mihi ſoli gratam, ſed & hominibus eſſe: nec modo meo iudicio ſanctitatem tuam probari, qui corda, & renes intueor, ſed illorum etiam prædicari ore, qui ſolis oculis teſtibus de rebus iudicium ferunt. Quin & addam alia illa, quæ apud homines in precio ſunt: nam & periculis mei cauſa obiectam, protegam; & diuitijs beabo, ne quid deſiderare poſſis; & infinitas tibi ſubijciam Gentes, immo & delebo, vt in earum Regnis vacuis ſola regnes: & multa ſobole fœcundabo, vt multis & ipſa filijs pietatem inſtilles: decet enim, me eius, quæ me in vno omnia collocauit, & curam, & protectionem ſuſcipere.

NOTATIO XXX.

MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI.

I.
Nexus cum ſuperioribus facilis. Ornatum exteriorem pollicetur Deus Eccleſiæ. Sed duarum rerũ genera diſtinguenda. Interna, & externa. Id euidens in Dramate eſt. Et neceſſarium ad ſenſum principem. Ergo quæ genis ſignificari, & monilibus volueris, Ad diuerſum genus pertinere, affirmabis. Genas ad virtutes, monilia ad virtutũ ornatũ?

HORVM cum ſuperioribus facilis nexus. Meditatus fuerat externum ornatum, quibuſque aduentitijs bonis Eccleſiæ virtutes vel augeret, vel ornaret; id nunc facturum ſe recipit, & ſuo tempore impleturum. Quid autem id ipſum ſit, & indicatum in Commentario eſt, & mox oſtendetur, ac firmis, vt arbitramur, argumentis demonſtrabitur. Hic autem illud omnino monendum eſt, quod ad iudicium ferendum de aliorum interpretandi rationibus magnum afferet momentum. Neceſſariò hoc, & ſuperiore verſu duo rerum genera diſtinguenda eſſe. Quidquid enim in Dramatico ſenſu pertinet ad pulchritudinem, ſiue corporis totius, ſiue ſingularum partium, vt cum *genas*, & *collum* laudat, in diuerſo ordine numerandum, ac illa, quæ ad externum pertinent ornatum, vt cum *Turtures*, ac *monilia*, & *Murenulas* nominat. Id autem in Dramate tam planum eſt, vt, qui oſtendere argumentis velit, tempore ei abutendum ſit, in re minimè neceſſaria. Ergo ſi analogiæ leges non negligas, cum veneris ad enodandam arcanam ſententiam, duo hæc ita diſtinguas neceſſe eſt, vt quidquid per *genas*, ac *collum* intelligi velis, in diuerſo loces genera, ac ea quæ per *Turtures*, *monilia*, *Murenulas* ſignificari volueris. Atque certa hæc Regula in toto hoc interpretandi genere ſtatuenda eſt: ni velis omnia peruertere, & in pleriſque allucinari: ea enim eſt analogiæ lex. Si ergo in *genis*, & *collo*, *pudicitiam*, *pudorem*, *honeſtatem*, *ſimplicitatem*, *obedientiam*, *ſubiectionemque* ſignificari volueris; quæ virtutes, ac propria animi bona ſunt; opus eſt, vt *Turturibus*, ac *Murenulis*, aut *monilibus* alia intelligas, quæ in veris atque internis animi bonis minimè cenſeantur. Sed eam cum illis proportionem, ac connexionem habeant, quam *Murenularum* ac *monilium* ornatus cum *genis* & *collo*; ideſt,

Regula certa: diſtinguendum inter res intrinſecas & extrinſecas.

Murenæ in diuerſo genere locandæ, ac genæ.

Digitized by Google

cum vera membrorum pulchritudine, cui exterior cultus gratiam addit, veram pulchritudinem non communicat.

II.
Regula hæc indicabis de multorū ſenſu.
Qui murenas virtutes interpretantur, certas
Vel Martyres, vel dona Spiritus Sācti.
Vel Verbi miniſtros,
Vel alia quæ minimè hærent.

Qua vna obſeruatione, quæ certiſſima eſt, niſi analogiæ leges omnes negligas multorum interpretandi rationes minimè probandas eſſe cenſebis. Vt Hieronymi lib. 1. contra Iouin. qui *Murenulis Aureis Argento Vermiculatis* intelligit, *Virginitatem, continentiam vidualem, & coniugalem*: Philonis Carpathij, qui *Martyres* interpretatur: Recentiorum, quorum alij *diuerſa dona Spiritus Sancti*, ac diſtributiones, quæ 1. Corinth. 12.4. & ſequentibus enumerantur à Paulo. Quæ enim eo loco cenſentur ad vtrumque bonorum ſpectant genus, vt ſuo loco monebimus. Alij in *Auro, charitatem, obedientiamque, in Argento pudicitiam, & honeſtatem, & humilitatem*. Alij *ſanctitatem* etiam in *Auro*, & *feruidam charitatem; eloquentiam in Argento*, vt ex vtroque ſcilicet, ſi ſcientiam addas, Euangelicus præco integer formetur: ad verbi enim Miniſtros Chriſtianæ Eccleſiæ hæc referunt. Mitto aliorum referre interpretandi formas, omnium enim quia idem eſt genus, idem ferendum iudicium eſt; ne ſcilicet, quæ ad merum ornatum dicuntur pertinere, cum ijs, ex quibus vera & interna Eccleſiæ conſtat pulchritudo, confundamus, præter omnem artem.

III.
Sed & hic is cultus indicatur quē Eccleſia nondum habet.
Non hæc ad gratias gratis datas referes.
Enumeratas à Paulo.
Quæ ſub quocūq; ſtatu data Eccleſiæ ſunt.
Per eas enim Deus gubernat Eccleſiam.
Quam nunquam deſerit,
Nec de earum abundantia accipies in lege gratiæ,
Illis enim nunquam caruit.
Immo nunquam ditior, quam ſub initijs.
Cum his de ijs donis ſit ſermo,
Quibus hactenus caruit.

Murænis gratiæ gratis datæ minimè ſignificatæ.

Gratię gratis datę nunquam negatæ Eccleſiæ, licet ſub diuerſa menſura.

Eccleſia nunquā ditior donis gratuitis, quam ſub Apoſtolis.

Nec illud inobſeruatum relinquendum eſt, hic de eo cultu eſſe ſermonem, quem Eccleſia nondum habeat; Itaque ornandam à ſe quidem, ijſque donis cumulandam profitetur, quibus adhuc ipſa careat: & ornatior ſcilicet, & cultior ijs ornamentis proceſſura, & gratior Deo. Non ergo referes hæc ad externa bona, ſeu potius dona, quas gratias gratis datas appellamus, recenſenturque magna ex parte à Paulo 1. Cor. 12.4. vſque ad 5.10. *Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum: alteri fides in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio ſermonum*. Hæc enim omnia, quanquam extra rationem gratiæ, & ſanctitatis ſunt, ſub quocumque ſtatu Eccleſiæ ſunt communicata, tametſi ſub vno quam ſub alio abundantius, aut parcius: quod diſcrimen naturam rerum non mutat. Sunt enim ea, per quæ Deus, qui nunquam Eccleſiæ ſuæ deeſt, eam gubernat, vt in virtute promoueantur Fideles, &, qui nondum adiuncti ad Eccleſiam ſunt, ijs tanquam armis debellati, colla ſubmittant. quod autem hic dicitur, daturum ſe illi pollicetur, quaſi nondum habeat. Quod ſi intelligere velis de eorundem donorum largitate, quæ communicata Eccleſiæ ſunt poſt Chriſti aduentum, illapſumque Sancti Spiritus, cuius eſt ea donorum diſtributio, ne id quidem verum erit, ſi hæc ad Chriſtianam Eccleſiam velis referre, quæ nunquam eorum donorum caruit ornatu; earum diuitiarum nunquam affluentior, atque opulentior, quam ſub initia ipſa latæ legis à Chriſto. Si autem hoc loco agi de Eccleſia ſub Naturæ lege aut ſcripta velis, aptari vtcumque poterunt, & ex analogiæ legibus conuenire; quanquam vt dicebam, id obeſt, quod certum ſit, nunquam Eccleſiam, pro ſui ratione ſtatus eis donis fuiſſe deſtitutam: cum hic tamen de ijs, quibus careret, ſit ſermo, non de illis, quibus iam donata eſſet. *Murenulas*, inquit, *Aureas Faciemus Tibi*, quas ſcilicet nondum haberet.

IV.
Hæc ergo vel ad bona temporalia.
Vel ad ritus ſub Moſe referenda.
Si primum placeat, intelliges.
Primo Dei protectionem.
Non tam intrinſecam, quam extrinſecam.
Secundo opulentiam, & ingentes diuitias.
Exemplum habes in Iobo.
In quem Dominus multas cōtulit opes.
Tum in Abrahamo, & poſteris.
Tertio, Dominatum promiſſæ terræ.
Quarto, ſobolis multiplicationem

Murenulis ſignificata Dei protectio exterior illius populi.

Opulentia Eccleſiæ ſub natura informe bonis. Iob. 1.3.

Abrahæ opulentia.

Dominatus Chananitidis, & ſobolis multiplicatio.

Duplex ergo ſententia probabilis eſt, aut fortaſſe ex vtraque vna ſimplex exiſtet interpretatio. Accipere enim hæc poſſumus vel de ijs *donis, quæ ad bona temporalia pertinent*, & quæ appellamus fortunæ; vel de *conſtitutis à Deo cæremonijs per legem* in ijs, quæ ad cultum ſacrum, & ſacrificia pertinent. Poſterius hoc probabilius arbitramur, tametſi prius illud aſpernandum non ſit, vtrumque autem in Commentatio eſt indicatum. Si primum placeat, in *Murenulis Argento Vermiculatis* intelligere potes, Primo *Dei protectionem*, quam pollicitus Abrahæ eſt, & in eo poſteris. Huc illa refer: *Noli timere Abraham; ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis*. Gen. 15.1. Ea autem non tam referenda ad protectionem ſpiritualem, quam ad temporalem, indicant, quæ ſequuntur: *Dixitque Abraham, Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis, & filius Procuratoris domus meæ, iſte Damaſcus Eliezer, hæres meus erit*. Cui Dominus: *Non erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem*. Deinde *Opulentiam*, qua in obedientiæ, pietatiſque præmium donata illa Eccleſia eſt, in Iobo, de quo dictum: *Et fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouium, & tria millia Camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingenta aſinæ, & familia multa nimis; eratque vir ille magnus inter omnes Orientales*. Quin poſt luctas & victorias, quaſi maiora maiori pietati præmia deberentur, omnia duplicauit Deus. S. D. E. *Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob magis, quam prioribus, & addidit omnia duplicia*. Iob. 42. 10. 11. Tum in Abrahamo & poſteris, ad cuius familiam eo temporis articulo redacta fere Eccleſia erat. Quanta autem Abrahæ opulentia fuerit, ex varijs Geneſeos locis intelliges. Tertio, *dominatum terræ illius*, Chananitidis dico, Abrahæ poſteris promiſſum prius, traditum poſtea, tot Regibus debellatis, ac ſub iugum miſſis. *Semini*, inquit, *tuo dabo terram hanc, à fluuio Aegypti vſque ad fluuium magnum Euphratem*. Gen. 15. 18. Quarto, *Sobolis multiplicationem in poſteris*, quæ numero vinceret maris arenas, & cœli ipſius aſtra. *Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes; ſic erit ſemen tuum*. Gen. 15. 5. Et poſt magnum illud fidei, atque obe-

Digitized by Google

Quæ ſtellas numero, & arenas vinceret.
En colli ornatum in monilibus, genarum in murenulis.

obedientiæ documentum; *Per memetipſum iuraui, quia feciſti rem hanc, & non pepercisti vnigenito Filio tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes, quia obediſti voci meæ*. Gen. 20. 16. 17. 18. En tibi ad *Colli* ornatum *Monilia*, obſequij ac pietatis præmia.

V.

Quin in auro, & argento.
Cætera comprehenſa, quæ in hominum æſtimatione.
Sed & in ſemine Abrahæ Chriſtus Deus homo,
Auro, & argento ſignificatus,
Qui & vermis dictus.

Quod ſi ex ſtrictiore analogiæ ratione hæc ipſa placeat premere, & quod de *Murenulis*, ſiue *torquibus Auro* & *Argento variegatis*, dicitur, applicare; intelliges, in vtroque metallo, quibus regni ius in cætera metalla datum, communi mortalium conſenſu, cætera, quæ hominibus in pretio, atque æſtimatione ſunt, ſpecie pro toto genere poſita: ne quid ſcilicet ad opulentiam videretur deeſſe. Si autem de multiplicata ſobole accipias, futuraq; Abrahæ ex Chriſto, eius ex familia naſcituro, gloria & ſplendore, *Aurum Argentumque*, eodem *Monili* conferruminata, atque ex arte diſpoſita, intelliges duplicem in Chriſto naturam Diuinam, Humanamque, mira Sancti Spiritus arte coniunctas. Illiuſque hominis ſimul & Dei operum pretium infinitum, in ornatum Eccleſiæ atque opulentiam deſtinatum. Nec ineptè *Vermiculatum* illud opus dictum, exiſtimabis, ſi memineris de ſe dictum à Chriſto: *Ego autem Vermis ſum & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*. Pſal. 21. 7.

Auro & argento ea omnia comprehenſa, quæ hominibus in pretio.

Chriſtus Deus homo, auro argento mixto ſignificatus.

VI.

Probabilia hæc ſunt,
Sed præſtat extrinſecas ceremonias intelligere,
Quibus intrinſeca ſanctitas ornata poſtea,
Et hactenus caruit Eccleſia.
Nulla ſtata lege ritibus conſtitutis.
De quibus poſtea lata à Deo leges.
Vt interioris pietatis ſigna eſſent.

Sed probabilius multo arbitramur, ſi hæc referamus ad *extrinſecas cæremonias*, à Deo per Moſen Eccleſiæ præſcribendas. Illæ enim quemadmodum ad intrinſecam ſanctitatem, ac virtutum decorem minimè pertinebant, cum ſine illis conſtet, ita aptiſſimè extranei, & aduentitij cultus appellatione deſignatæ ſunt: qui, quanquam natiuam pulchritudinem ornat, minimè tamen conſtituit, eo ipſo quòd formæ aliunde adueniat, quemadmodum corpori veſtimenta, quibus qui indutus eſt, ſpectabilior videri poterit, formoſior nunquam erit. Quidquid autem illi Eccleſiæ externi ornatus erat, vt alibi monitum eſt, nulla certa ac ſtata lege, publica authoritate inductum erat. Non Sacerdotum inter ſe ordo, vt à minoribus ad maiores ſuos per gradus iretur; non ſacrorum indumentorum materia & forma certa; non hoſtiarum numerus aut ſpecies; non ritus ſolemnis in mactandis hoſtijs, adolendoque incenſo; non libaminum; non ſuffituum mixtura; non altaris materia, aut forma; non demum ſolemnis precum, certiſque verbis conceptarum, enunciatio; de quibus omnibus, & eiuſdem generis alijs poſtea leges Authore Deo ſunt latæ. Hæc quia adiectitia futura erant, ad ornatum, cultumque potius pulchritudinis, ideſt, veræ ſanctitatis, quam ad veram ſpeciei commendationem pertinebant. Ideo autem inducta ſunt, vt interioris pietatis eſſent quædam ſimulacra, quibus promiſcuum vulgus ad interiora illa vel intelligenda, vel agenda manuduceretur. Quanto autem hæc apparatu conſtituta ſint, intelliget, quiſquis cæremoniarum illam multitudinem, ac ſacrificiorum diuerſitatem conſiderarit: cuius rei veteris teſtamenti libri, Moſis maximè pleni ſunt. Quod ſi horum, quæ dicta ſunt, vis plenum habere Commentarium, habes apud Ezechielem cap. 16. 8. & ſeqq. *Et tranſiui per te, & vidi te; & ecce tempus tuum tempus amantium*: (matura iam viro eras) *Et expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi*. (deſponſaui te mihi, vt deinceps non alterius eſſes) *Et laui te aqua, & emundaui ſanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo*. Hæc ad emundationem culpæ, & infuſionem ſanctitatis pertinent, & ad virtutes in quibus vera animi ſita eſt pulchritudo. Pergit de externis donis dicere. *Et veſtiui te de coloribus, & calceaui te ianthino, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus. Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et ornata es Auro & Argento*. Et quæ ſequuntur. Hæc autem vtpote extranea, & adſcititia ornamenta ad ea referenda, quæ diximus, ſcilicet legem, & per eam traditos ritus, cæremonias, ſacrificia, libamina, & earum rerum rationes, à Deo ipſo deſignatas: quibus intrinſeca illa Eccleſiæ ſanctitas ornata magis ſplenduit in hominum oculis, velut pulcherrima Sponſa digno cultu à Sponſo ornata.

Horum Commentariũ habes apud Ezechiel.
Sub typo puellæ nupturientis,
Quam ſponſus ornat,
Et ad coniugium præparat.
Vt tandem ducat uxorem,
Ornatus autem extrinſecus,
Ad legem & cærimonias referendus.

Murenulæ, ritus & cæremoniæ à Deo traditæ Eccleſiæ.

Eccleſiæ ritus ſub natura nulla certa lege conſtantes.

Cæremoniæ inductæ per legẽ in ſignum interioris ſanctitatis.

Horum quæ dicta ſunt typus ex Ezechiele.

VII.

Nec aliud myſterium in murenis, latet,
Cum Hebræa vox communis ſit.
Vt colliges ex LXXII. & Vulgato.
Qui cur murenulas maluerit, dictum alias.

Nec in *Murenarum* nomine myſterium aliquod latere arbitrandum eſt, quod ad arcanam intelligentiam tractum ſuam ſignificationem habeat. Id autem facilè eſt definire ex ijs, quæ Dram. Comment. obſeruata à nobis ſunt: Hebræam vocem generalem eſſe, nec ad vnum quid determinatè ſignificandum inuentam, cum, quam hoc verſu *Murenam* reddidit. Superiore *Turtures* reddiderit Vulgatus: quia ſcilicet intellexit, voce Hebræa *Ornatum* in communi ſignificari ex auro, lapillis ex arte inſertis. Quæ etiam cauſa fuit, cur LXXII. Interpr. reddiderint, *ὁμοιώματα*, *ſimilitudines*, vt eorum verus Interpres habet: aut, vt Recentiores maluére, *ſimulacra*, aut *leunculas*; quia ſcilicet non determinatum ornamentum deſignari, ſed commune eſſe nomen arbitrati ſunt. Quæ cauſa autem fuerit, cur noſter Interpres maluerit *Murenulas* reddere, quas paulo antè *Turtures*, eodem illo Dramatico Comment. docuimus.

ὁμοιώματα, ſimilitudines, Imagunculæ, apud LXXII.

VIII.

Vermiculatæ argento, non ſine cauſa dictæ.

Quod additur: *Vermiculatas Argento*, non fruſtra additum vt arbitremur, communis facit Interpretum conſenſus, qui, pro ſuo quiſque ingenio, non vna id ratione intellexére,

Vermiculatæ argento cur dictæ murenæ.

Digitized by Google

ſed intellexit tamen quiſque ſua. Horum quiddam à nobis ſub initium Notationis huius dictum eſt: nec libet plura adijcere. Quo autem ſenſu id nobis dictum fuiſſe videatur, nunc dicendum eſt, iuxta eam, quam inſiſtimus viam. Sed in *opere Vermiculato auro ſolido per punctura intexto argento*, & metalli ipſa diuerſitas, vnde & ſplendoris varietas, & ipſa punctorum non multitudo ſolum, ſed exiguitas conſiderari poteſt, hoc poſtremum ad rituum, ac cæremoniarum infinitum numerum, & ad eorum vſque ad minutiſſimos apices obſeruationem retulerim: qua arte Populus ille vel retinendus in veri Dei cultu, vel occupandus erat, ne Gentium ritibus, quibus impendio erat deditus, à Dei cultu auocaretur. Primum autem illud ad ſacrificiorum diuerſitatem, neque enim omnia eiuſdem ordinis erant; ideo, quæ in ſuperiore cenſebantur claſſe, *Auro*, vt holocauſtum; quæ inferiori, *Argento* ſignificata ſunt. Nec alia metalla coniuncta in *Murenis*, ad eam ſignificandam puritatem, qua ea omnia peragi oportebat; vtpote in Dei omnia cultum ordinata. Solis enim de metallorum genere *Auro*, atque *Argento* datum eſt, vt æruginem non ſentiant, nec temporum iniurijs cedant; nec flammis ipſis, quod cæteris contingit omnibus, abſumantur, ſiquidem depurata ſint. Si enim talia ſint, ſolum ab arodentibus, vel in minutiſſimas redacta partes non tam pereunt, quam diſparent.

Notanda metalli diuerſitas, Et punctorum numerus & exiguitas.

Qua indicata rituum multitudo, minutiſſima Et ſacrificiorum diuerſitas. Holocauſtum in auro, Cætera in argento.

Punctura argenti in murenis, ad multitudinem & minutam obſeruantiam rituum referendæ.

Aurum holocauſtum, argentum cætera ſacrificia.

IX.

Si ad ordinem referas Sacerdotum, Diuerſitas etiam ſignificata. Cum ab infimo iretur ad mediū, ab hoc ad ſummum.

Si autem de ſacrorum hominum loquaris ordine, quem etiam hic ſignificatum arbitrati ſumus, eorum in ſacris functionibus diuerſitatem ſignificatam putamus: neque enim omnes ad eandem claſſem pertinebant: & quidam ſummum locum, alij ſummo proximum, alij infimum occupabant, ſecundum miniſteriorum, quibus deſtinati erant, diuerſitatem. Itaque alios in *Auro*, alios in *Argento* intelliges, ex quibus totus ordo velut *Monile* conſtabat, diuerſa nobilium metallorum luce reſplendens. Videre id de Recentioribus quidam, & de Hierarchia ſacra interpretati ſunt; ſed in eo minimè probandi nobis, quod hæc omnia de Chriſtiana Eccleſia accipiunt, cum nondum hic de illa ſit ſermo, ſecundum ſeriem interpretationis noſtræ.

Sacerdotum diuerſi ordines in auro & argento ſignificati.

NOTATIO XXXI.

EX LECTIONE LXXII. INTERP.

SIMILITVDINES AVRI FACIEMVS TIBI, CVM DISTINCTIONIBVS ARGENTI.

I.

LXXII. lectio expenditur. Et quorundam interpretatio. Qui volunt non verum aurum promiſſum ſynagogæ, Sed auri ſimilitudines. Ideſt, myſteriorū vera notitia, ſed per figuras. Plena enim notitia Eccleſiæ ſeruata.

VOCABVLVM Hebræum *Batorim*, vt alio loco monitum eſt, LXXII. hic ὁμοιώματα, reddidere. *Similitudines*, habet Ambroſius, tametſi alij maluére, *Simulacra*, vel *Imagunculas*. Hinc nata apud Veteres Interpretes, qui non aſſequuti, vel non ſequuti Vulgatum Latinum, celebris interpretatio, quam vt expendamus res exigit ipſa, & ſuo quaſi iure LXXII. Interpretum authoritas. Volunt hic promitti Eccleſiæ Iudaicæ, non *Aurum verum*, ſed *Similitudines Auri*, cum veri *Argenti* diſtinctionibus; eo quod illi omnia in figuris contingebant; ac negata magnorum myſteriorum notitia, *imagines* quędam, & *ſimilitudines* in figuris ac ſymbolis datæ ſunt, ſed ſunt in illis exiguæ quædam *Argenti diſtinctiones*, indicia ſcilicet quædam ſenſus ſpiritalis. Ante aduentum enim Domini vix ſummis illis Prophetarum aliqua futurorum notitia clara communicata; at poſtquam Redemptor, velut nouus Sol Eccleſiæ ortus eſt, diuini ſplendoris radijs mundum repleuit. Tunc diſcipulis ſuis dicit; *Vobis datum eſt noſce myſterium Regni Dei*. Luc. 8. 10. *Tunc aperit illis ſenſum, vt intelligant ſcripturas*. Luc. 24. 45. Sic Origenes hom. 2. ex 4.

Βατοτιμ, ὁμοιώματα, ſimilitudines.

Plena myſteriorum notitia, Eccleſiæ Chriſtianæ ſeruata.

II.

Alij ad diuinitatis veſtigia retulere, Quæ in creaturis manent. Eam notitiam promitti Eccleſiæ.

Alij autem *Similitudines* ad ea, quæ in creatis exſtant Diuinitatis veſtigia, retulére: quaſi id promittatur Eccleſiæ ab Angelis, (quorum hæc eſſe verba exiſtimant) cui non poſſint veram notitiam indere, indituros eam, quæ *Similitudinibus* ex creatis rebus, eam ducat in Diuinitatis cognitionem. Quæ autem ſint illæ *Argenti Diſtinctiones*, non exponunt. Hi ſunt Tres apud Theodoretum Patres, quorum ſimilia, quantum quidem aſſequi poſſumus, apud Nyſſenum leges; à quo hæc tam ſunt tractata ſubtiliter, vt ea me fatear non aliter capere, quam videre per interpoſitam nubem Solem ſolemus: quod idem nobis dum legeremus Ambroſium ſerm. 3. in Pſal. 118. contigiſſe fatemur.

Similitudines, Dei veſtigia in rebus creatis.

III.

Alij notitiam per fidem maluere. Quam conſequatur clara Dei viſio.

Auguſtini autem ſingularis eſt ſententia, lib. 1. de Trinit. cap. 8. *Similitudines* enim *Auri* interpretatur notitiam, quam nunc habemus per fidem, quæ in perfectum lumen mutanda, cum Chriſtus apparuerit; & tunc nos cum illo apparituros in gloria. Coloſſ. 3. 4. S. D. E. *Cum autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. 1. Cor. 13. 12.

Notitia Dei per fidem, quæ mutanda in lucem claram.

Hæ

Digitized by Google

IV.
Nimis hæc ſubtilia ſunt.
Nec videtur huic loco apta.
Nam ſimilitudines auri, ex auro intelliguntur.
Non quæ ſola ſimilitudine aurũ referant.
Vt ex vtroq; metallo vnum ſit opus.

Hæ autem omnes ſententiæ, tametſi veram in ſe continentes doctrinam, minus in hunc locum quadrare videntur: & quòd non aptè cum ſuperioribus & ſequentibus videantur connecti: &, quòd id quod dicitur, *Similitudines Auri*, interpretantur, *id, quod Aurum non ſit, atque ex auro confectum, ſed quod ſimilitudine Aurum referat*. Cum verè Græci Interpretes aliter ſenſiſſe videantur, vel ex indicio Hebraici textus: nec voluiſſe aliud in *Auro*, quam *Similitudinum* ſiue *leuncularum* materiam deſignare, vtpote quæ *aurea* eſſent. Quod ſi Dramaticum ſenſum exquiras, cui arcanus accommodandus eſt, negare certè non potes. Nam qua vis ratione in mundo muliebri cenſeri Monilia, quæ cum ex Auro non ſint, puncturis tamen probati argenti varientur? E duobus ergo pretioſiſſimis metallis, docta artificis manu facta monilia, ſe daturum illi pollicetur: Vile enim eſt, ſi cum ea ad Dilectæ, atque in Sponſam deſtinatæ ornatum ſubmiſſurum ſe dicat, ignobilis metalli nomen vſurpet, quod aurum ſola ſimilitudine mentiatur.

Similitudines auri, dictæ pro aureis.

V.
Similitudines ergo pro ornatu poſita
Communi vocabulo, quia Hebrãũ etiam commune.

Similitudines ergo, ſiue *ſimulacra*, aut *leunculas* LXXII. poſuêre pro ornatu quocumque in quo ad ſimilitudinem rei alicuius imagines ex ſolido auro effigiatæ fuiſſent, adiunctis argenti puncturis, quibus aurum ſocij metalli ſplendore fulgorem augeret, atque omnino prouocaret. Eleganter autem, ac prudenter, quod intellexêre vocabulum eſſe commune, communi etiam reddidêre: quod etiam & à Vulgato obſeruatum eſt, alia licet ratione, cum vocem eandem duobus locis non vno modo interpretatus ſit. Nulla ergo eſt cauſa, cur in Verſione Græca LXXII. aliud latere myſterium arbitremur.

Similitudines pro ornatu ad ſimilitudinem rei alicuius facto.

VERSVS XII.

DVM ESSET REX IN ACCVBITV SVO, NARDVS MEA DEDIT ODOREM SVVM.

COMMENTARIVS.

REPENSVRAM ſe Dei liberalitatem ijs donis, quorum apud ſe copia ſit; & ei, qui ornatum talem, tantumque additurum ſe profeſſus ſit, eius ſanctitati, qua pulchra in oculis illius ſit viſa, honorem præſentibus, ac ſimplicibus oblationibus repromittit. Id vero facturam ſe, cum ille in *Accubitu Suo* ſit. *Accubitum* autem conuiuale intelligit, cum Deus ſcilicet, ad excipienda ſacrificia paratus, myſtico epulo, id enim *Sacrificium* eſt, reficiat ſe. Tunc illi ſe non ad exteriorem modo cultum, oblaturam mactatis hoſtijs, quibus & excellentiam & dominatum ſupra creata omnia teſtetur: ſed &, quod potiſſimum eſt, illique gratiſſimum, internos actus magnarum virtutum, Charitatis, Pietatis, Religionis, Fidei: quibus hoſtiarum oblationi noua accedat gratia. Tunc odore ſuauiſſimo Deum recreandum, ex *Nardi* fragrantia: quo nomine ſuauitatem illam intelligit, qua ſæpe Deus in ſacris litteris recreari ſe dicit, ex operibus iuſtorum hominum, ad præcepta illius, ac perfectionis leges exactis. Id autem ab Eccleſia illa iuuene factum, cum mactatis ſæpe hoſtijs in Dei cultum intenta, odoratus dicitur Dominus odorem ſuauitatis. Exemplum habes in Noe, vbi tranſacto diluuio, *Tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſtum ſuper altare: odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Gen. 10.21. Sed Eccleſiam audi, hæc ſuis verbis exſequentem.

ENARRATIO.

QVANTI ego faciam liberalitatem illam tuam, qua pollicitus es ſuo tempore legem, & cum ea cæremoniarum, externique omnis cultus ornatum additurum te virtutibus ſi quæ ſunt in me, quæ tibi ſint grata, factis oſtendam. Neque enim exſpectabò tempus illud, quo illa mihi præſtiturus es, vt

gra-

Digitized by Google

gratiam rependam. Habere me beneficium fateor, quod acceptura olim ſum: atque anticipabo officium, præſentique munere præueniam largitatem tuam. Si quidem ea ipſa multiplicabo dona virtutum, quæ tibi gratiſſima eſſe ſcio. Haud autem ignoro, te meis oblationibus, ac hoſtiarum puritate haud aliter, quam epulo, delectari, exquiſitis dapibus inſtructo. Sentio, quale tibi deſiderium ſit; nec patiar eo te angi. Frequentibus ergo hoſtijs maieſtatem tuam colam, & velut repetitis dapibus famem extinguam. Et erit quo condias hoſtiarum fercula, vt gratius palatum irritent. Sæpe in conuiuijs ferculorum ipſa frequentia odoramentis iuuatur, vt creſcat luxus, & hilaritas augeatur. Id frequentes Virtutum actus Pietatis, Charitatis, Religionis, Fidei, aliarumque præſtabunt, quarum te velut Nardi odore recreari non ignoro. Sic fiet, quæ tua eſt in tuos benignitas, vt tuorum ipſius donorum (omnia enim tua ſunt) muneribus redoneris: & quidquid prius à te impertitum mihi eſt, aucto fænore, reuertatur ad te. Quemadmodum quidquid cælo largitore aromatibus ſuauitatis tributum eſt, eiſdem crematis, halitu odorato ſubeunte aëra, eodem vnde venerat ſolet leuari.

NOTATIO XXXII.

DVM ESSET REX IN ACCVBITV SVO.

SVM. COM.

I.

Locus difficilis & ſententijs diſtractus.

Accubitus conuiuale nomen.

Ideo quidam authores fœlicitatem æternam interpretantur.

Et conſeſſum Chriſti in cælo.

Alij Incarnationem.

Alij crucem, aut ſepulchrum.

Alij mortem eiuſdem Chriſti.

Alij præſepe in quo natus reclinatus.

Alij Euchariſtiam.

LOCVS hic vnus eorum eſt, qui magnorum Interpretum diuerſis ſententijs vel diſtractus, vel confuſus, & inuolutus eſt: Vix eſt enim vnus aliquis, qui non ſolitariam iniuerit viam, nullo præeunte, nullo ſequente. Diuerſitatis occaſio à duobus verbis. Nam tametſi certum plerique ponunt, *Accubitus* nomen hoc loco conuiuale eſſe, vel propter Hebræam vocem, de qua Dramatico Commentario, hoc eodem loco dictum à nobis eſt, id ipſum tamen loci huius tractationem difficiliorem reddidit. Auguſtinus lib. 1. de Trinit. cap. 8. Gregor. PP. hic, & lib. 35. Mor. cap. 13. Rupertus, atque Bernardus hic, *Accubitum* eſſe volunt, *cæleſtem Chriſti fælicitatem, & conſeſſum ad Patris dexteram*. Ambroſius autem ſerm. 3. in Pſal. 118. Caſſiodorus, Aponius, Beda, *Incarnationem Chriſti* malunt, *in Virginis vtero*. Iuſtus Vrgellenſis, & Anſelmus *Crucem*, aut *ſepulchrum*; vtrobique enim *accubuiſſe* viſus Chriſtus: in cruce velut in conuiuali menſa vbi opprobrijs, tanquam exquiſitis dapibus ſaturandus ab Ieremia prædictus; in ſepulchro quaſi ad ſomnium pauliſper compoſitus, poſt fatigationem requieuit, poſt triduum excitandus. S. D. E. *Requieſcens accubuiſti vt Leo; & quaſi Leæna: quis ſuſcitabit eum*. Gen. 49. 9. Sic etiam Origenes de *morte* interpretatur varijs locis, maximè Homil. 2. ex 2. & 1. ex 4. Hieronymus lib. 2. contra Iouin. & Theodoretus hoc loco. Alij ad *præſepe* referunt, quo recentiſſimè editus virgineo partu, pannis inuolutus, reclinatus eſt. Alij ad *Sacram Euchariſtiam*, in qua Chriſtus non modo requieſcit, ſed *Accumbit* cum ijs, quos dignos inuenit, qui participes illius conuiuij ſint.

Accubitus varij ſenſus à varijs traditi.

II.

Omnia vere dicta, ſed huic loco non apte.

Cum ea nectere cum ſuperioribus haud facile ſit.

Quin totum carmen ad militantem pertinet Eccleſiam.

Non ad triumphantem in cælo.

Neque adhuc de tempore gratiæ ſermo eſt.

Cui ſuus infra locus ſeruatur.

Omnia hæc verè dicuntur, & grauiter: ſed haud facilè eſt, cum ſuperioribus, & proximè ſequentibus ea nectere. Dixi ſemel, haud ſatis eſſe, ſi locum ſeorſim conſideres, & verba, quaſi à cæteris diuulſa; multa ſæpe ita diuulſis, ac ſolitarijs quadrabunt, vt nihil deſideres; ſi cum cæteris, quæ præceſſere, quæque ſequuntur, coniunxeris, tunc perſpicuè intelliges, minimè eſſe ad rem; &, quidquid placuerat antè, damnabis. Totum hoc Carmen ad Militantem Eccleſiam pertinet, non ad triumphantem in cœlo. Itaque Deus cum illa velut iter agens, atque inter homines verſans, deſcribitur. Cum ea loquitur, eius laudat ſpeciem, virtutem exercet, vt augeat, vincenti præmia oſtentat. Hanc ornat, hanc ditat, hanc inſtruit, hanc multa prole fœcundat. Non ergo opus hic, aut æternam Verbi in ſinu Patris fælicitatem, quæ certè non viantis Dei, ſed quieſcentis ſeque beantis ſunt opera. Reliquorum ſententiæ vna ratione minus nobis probantur, quod nondum putemus de lege gratiæ, eiuſque myſterijs hic eſſe ſermonem, quo adhuc iuuenilis Eccleſiæ ætas deſcribitur. Legi Moſis, & Euangelicæ ſuus, infra locus ſeruatur; & quidem tam perſpicuis verbis, vt paucos futuros putem, qui, tametſi omnino non aſſentiantur, non ſaltem fateantur, non ſine probabili ratione necti, & diſputari. Seruet lector prudens eum in locum iudicium, nec plus tribuat argumentis, quam ea efficiant.

Regula.

Cāticum totum ad viantem Eccleſiam pertinet

De lege gratiæ nondum hic ſermo.

III.

Accubitum ergo de ſacrificijs accipimus,

Multum debebunt hæ litteræ Docto Viro, qui ſemitam ante nos deſignauit, tametſi in applicatione rerum ad res diuerſi imus frequenter. *Accubitum* ergo *Sponſi* conuiualem intelli-

Legion.

Accubitus Dei ſacrificium.

telligimus, eumque *Accumbentem menſis ſacrificiorum dapibus reficiendum*: ſed multo magis interiore pietate, qua Eccleſia ſacrificia condiebat. Id autem ne cui ſine ratione videatur dictum, argumentis firmandum eſt. Apud profanos certè frequens in ſacris *Epuli* mentio, vel in templorum dedicatione, vel in funeribus magnorum virorum, quorum memoriam inſtitutis publicè conuiuijs dedicabant. Vide Ciceronem in ea quæ eſt pro Mur. & pro Gn. Plancio. Quanquam *Epulum* haud raro conuiuium publicum eſt, à magnis viris populo exhibitum poſt res præclarè geſtas, ad famam augendam, vel fauorem captandum plebis. Nec Lectiſternia, ac Puluinaria alia ex cauſa in templis ſtrata, cum Deorum Dearumque imaginibus. Cuius rei frequens mentio in ſæculi Scriptoribus, niſi quia epulari & illi cum hominibus putabantur, aut fingebantur. Vnus pro omnibus nobis teſtis ſit Liuius. *Curatum Lectiſternium, & per triduum habitum Decemuiris ſacrorum curatoribus: & puluinaria in conſpectu fuêre; Ioui, & Iunoni; alterum Neptuno, & Mineruæ; tertium Marti, & Veneri; quartum Apollini, & Dianæ; quintum Vulcano, & Veſtæ; ſextum Mercurio, & Cereri*. Idem loco alio: *Laborante peſtilentia Ciuitate, paucis ante Romam à Gallis captam, ex libris Sybillinis primum Lectiſternium in Vrbe factum, per dies octo, tribus tunc lectis apparatis, Apollini, & Latonæ; Dianæ, & Herculi; Mercurio, & Neptuno*. Eius moris & Val. Maximus, & Cenſorinus, & ex noſtris Auguſtinus meminêre. *Accubituris* autem Dijs, atque epulaturis lectos ſterni, & attolli Puluinaria docte obſeruatum à Gentili meo Ludouico Viues, Commentarijs ad Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 3. cap. 17. Sed eſt apud Philonem Iudæorum diſertiſſimum inſignis locus, qui maximè ad rem facit lib. de Victimis, quo ſacrificium definiuit, *Epulum quoddam ab hominibus Deo exhibitum: in quo vna cum Deo epulantur Miniſtri & Sacerdotes, immo & cæteri offerentes*. *Iam enim*, inquit, *Victimarum partes non ſunt offerentis, ſed eius, cui litatum eſt: qui, cum ſit beneficus, ac munificus, vult conuiuis vocatis communicari ſuum Epulum, non eius, qui exhibet; quem ſic cogitare iubet, Miniſtrum ſe eſſe conuiuij, non Dominum*. Ideo pars ex ritu ſacro Deo cedebat Victimæ, reliquum Myſtis in menſarum apparatum, & familiæ ſuſtentationem. Quæ pars Deo obuenerat, cremabatur, atque igne abſumebatur, quæ cæteris tollebatur, ac referebatur in domum. Hunc ritum etiam imitata Gentilitas. Virgil. Æn. 3.

Irruimus ferro (in boues) *& Diuos, ipſumq. vocamus*
In prædam, partemque Iouem.

Vide Macrobium lib. 3. Satur. cap. 2. Hinc intelliges cur Holocauſtum habitum ſit ſacrificium omnium diuiniſſimum, in quo tota victima cremabatur, quin de ea pars vlla alteri cederet; quaſi quædam eſſet proteſtatio Supremi Dominij, & Maieſtatis. Pertinet enim ad Regiam Maieſtatem, ſolitaria ſæpe menſa, vt quemadmodum nullus eſt, qui æquari Regibus dignitate poſſit; ita nemo ſit, qui ſe dignum arbitretur, qui cum illis epuletur, atq; ijſdem cibis veſcatur. Sic in holocauſto Deus velut ſolitarius accumbebat, nemine ad Epulum admiſſo, ad ſupremi dominij, & Maieſtatis.

IV. Ex hac obſeruatione ingens lux Dauidi Pſal. 49. 2. vbi cum dixiſſet Deus: *Si eſuriero, non dicam tibi; meus eſt enim orbis terrarum, & plenitudo eius*. Tametſi eſurire poſſem, te minimè indigerem, cum omnia meæ ſint ſubdita poteſtati: mox addit: *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* Epulum te mihi parare exiſtimas, quo ipſe veſcar, carneſque victimarum in cibum, ſanguis verò cedat in potum: & quidem parari mihi Epulum non negarim, quo mirificè delecter: Si tamen non mihi muta pecora ſolum, ſed quam eæ ſignificant mactationes, animi offeras pietatem cum illis. *Immola*, inquit, *ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua*. Hæc enim quemadmodum vera ſunt, ac mihi gratiſſima ſacrificia, ita etiam Epulæ ſunt, quibus ſuauiſſimè veſcor. Externis illis horum ſymbola quædam, & quaſi teſſeræ continentur. Carnes, vt diximus, victimarum in Holocauſto totæ in Dei honorem cremabantur, in alijs ſacrificijs tantum pars, quaſi iſtarum rerum nidoribus paſceretur. Sed totum id myſterium grandius continebat: Euchariſtiam olim futuram, ad quam manu ducebatur Eccleſia per exteriora illa. Hoc verum ſacrificium confeſſionis, & laudis, ac gratiarum actionis; quod & nomen indicat. Hoc verum Catholicæ Eccleſiæ *Epulum*, quod & Deus ipſe celebrat, & eius participes Fideles facit, ſecum ſacris menſis *Accumbentes*, carne Chriſti in cibum, ſanguine in potum dato: de quo dictum alibi ad Eccleſiam, *Filij tui ſicut nouellæ Oliuarum in circuitu menſæ tuæ*. Pſal. 127. 3. *Tua* autem, quia proprium donum Chriſtianæ Eccleſiæ, cui liberalitate Chriſti conceſſum, vt menſas ſemper paratas habeat, quibus paſcantur filij, ſenſimque & augeantur, & pingueſcant. Eſt autem eius conuiuij apparator inſtructorque Chriſtus, immo & illius Rex, & Dominus, cui in *Accubitu* ſummus locus, cum iure imperij conuiualis. Quem Pſalmum totum, ſi ad Chriſtum Sponſum, Sponſam Eccleſiam, Fideles filios, menſam Euchariſtiam referas, pleraque cum Auguſtino, non erraueris. Cuius illa obſeruatio tempeſtiua, miſeram fore beatitudinem timentium Dominum, ſi bona illa præmium haberent, quæ hoc loco deſignantur, niſi ea ſpiritaliter interpretére. Ergo Euchariſtia & Sacrificium ſimul, & epulum eſt, in quo Chriſtus cum Fidelibus ſuis menſæ *accumbit*: ideo

cum

Quibus Deus velut conuiuio excipitur.
Eo Epulum in profanorũ ſacris pertinet.
Tametſi nomen commune;
Eo lectiſternia, et puluinaria.
Cum Deorum imaginibus.
Quorum non vno loco meminit Liuius.
Proditis accumbentium Deorum nominibus.
Et Valer. Maximus.
Et ex noſtris Cenſorinus & Auguſtinus:
Sed Philonis ſingularis eſt locus, De ſacrificijs legis Moſaicæ.
Quibus Deus & veſcitur, & inuitat myſtas.
Hunc ritum imitata Gentilitas,
Cuius meminit Virgilius.
Et Macrobius. Sat lib 3. c 2.
Hinc Holocauſtũ, totum Deo cremabatur,
Quaſi Regi ſolitariè epulanti Maieſtatis oſtentandæ gratia.
Hinc lux Dauidi Pſ. 49. 12.
Vbi ſe Deus indigere negat cibis hominum,
Cum omnia illius ſint,
Niſi cum victimis fidem & pietatem offeramus,
Quarum ſymbola externa illa.
Sed omnia figura fuere Euchariſtiæ
Quod vnum Eccleſiæ Chriſtianæ ſacrificium.
Dei epulum, & noſtrum.
Cui nos menſæ circumfuſi paſcimur.
Chriſtus autem Rex conuiuij.
Huc referes totũ Pſal. 127.
Cum Auguſtino,
Eſt enim Euchariſtia ſacrificium, & ſimul epulum,

Epulum apud profanos in ſacris.

Lectiſternia, & puluinaria, cum Deorũ ac Dearum imaginibus

Victimæ pars Deo oblata, pars ceſſit myſtis.

Holocauſtum totum Deo ſacrũ. In quo velut ſupremus Rex, ſolus epulatur.

Dauidis inſignis locus expoſitus.

Deus ſacrificijs carnalibus minimè delectatus, ſine interiore pietate.

Sacrificia vetera Euchariſtiæ typus.

Euchariſtiæ menſæ circumfuſi Eccleſiæ filij paſcimur.

Euchariſtia ſacrificium ſimul & epulum.

Ideoque Chriſti accubitus Cuius typus Accubitus ſponſæ.

cum id donum largitur Eccleſiæ, & epulatus ipſe eſt, & partes diuiſit Diſcipulis. *Comedite*, inquit, *& bibite ex eo omnes*. Matth. 26. 26. Et poſt pauca. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in Regno Patris mei.* Comedit ergo, & bibit ipſe, non vltra facturus, quoad ſummæ beatitudinis accumbens menſæ, eius etiam participes illos faceret.

V.

Hinc etiam Salomoni lux Prou. 9. Vbi ſapientiæ conuiuium parat. Non tamen ſine victimis. Nam inuitatos in Sacerdotes initiat. Loquitur autem de Euchariſtia. Epulo ſcilicet quo Deum excipimus, & ille nos. Ideo in Epulo nuptiali tauri occiduntur.

Sapientiæ epulum non ſine victimis.

Hinc etiam lux nec crepera Salomoni Cap. Prou. 9. 1. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam*. Scilicet epulatura ipſa cum illis, quos dignos eo honore haberet. Sed mirum eſt, cum de Conuiuio ſermo ſit, *victimarum*, & *ſacrificij* eſſe mentionem. Initiandi ſapientiæ myſterijs vocabantur, non ante ad ſacrorum penetralia admittendi; quam initiorum celebritate conſecrati fuiſſent. Sacerdotum autem proprium victimas immolare, atque hoſtias mactare nomini. Sequitur ergo Salomon allegoriam. Cæterum in eo ſapientiæ Epulo Cyprianus lib. 2. epiſt. 3. & veteres alij, & ex noſtri æui ſcriptores clariſſimi quique. Incarnatæ ſapientiæ in ſacro altari *Epulum* agnouére, quod ſimul & ſacrificium eſt. Iure ergo quæ ad Epulas inuitat ſapientia, & *mactatarum victimarum*, & *vini* meminit, in *victimarum carnibus* carnem Chriſti, in *vino* ſanguinem ſignificans, quibus pietatis alumni & paſcimur, & potamur: ſimul & extruentes Chriſto conuiuium, & eo excepti, à quo ipſe minimè arcet ſuos, cum conuiuij ſit rex, de ſuis bonis largiſſimus. S. D. E. *Tauri mei & altilia mea occiſa ſunt, & omnia parata: venite*. Matth. 22. 4. Quod ſi ſacrificium Deo offertur, & Epulum illius eſt; quin, cum ei immolatur, epulaturus *Accumbat*, quis neget? Id ergo intelligimus, cum Eccleſia dicit; *Dum Eſſet Rex In Accubitu Suo*, dum iure ſuo omnium Deus ſacrificium expectaret.

Conuiuium nuptiale apud Matthæum, non ſine tauris occiſis.

VI.

Sed an de veteribus ſacrificijs Eccleſia loquitur. An de nouo, ſcilicet Euchariſtico? Loquitur de ſacrificijs ſub naturæ lege. Exemplum habes in Abrahamo. Et illius nepote Iacobo.

Accubitus referendus ad ſacrificia ſub naturæ lege.

Sed, an de veteribus ſacrificijs, tum in Naturæ lege, tum in Moſaica offerri à ſe Deo ſolitis, loquatur Eccleſia; an de Nouæ legis, ſcilicet Euchariſtia, id verò dubium eſt. Sed ſi ſequare filum interpretationis noſtræ, quod ab initio ducimus, facilè erit definire, nondum hic litterali ſenſu de Euchariſtia eſſe ſermonem, quanquam ſunt, qui ita exiſtimant: nondum de Moſaicæ legis ſacrificijs. Id tantum indicare vult Eccleſia, repenſuram ſe quidquid pollicitus Deus erat illi olim ſe facturum, (certis, ac ſtatis traditis cæremonijs, ac ſacrificandi ritibus, quibus in pietate proficeret) præſentibus obſequijs, quantum rudi adhuc ſibi rerum talium daretur conſequi. Exemplum habes in Abrahamo, cui cum dixiſſet Dominus: *Semini tuo dabo terram hanc*, ſtatim futura beneficia præſentibus obſequijs præuenire feſtinauit, &: *Aedificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei*. Gen. 12. 7. Et iterum *Tranſgrediens inde ad montem qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai; ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius*. Ibid. ver. 8. Sic futuræ fœlicitatis fundamento iecit, anticipata gratitudine. Sic Iacob dicebat, *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, perquam ego ambulo; & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum; reuerſuſque fuero properè ad domum Patris mei; erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cunctorumq. quæ dederis mihi, decimas offeram tibi*. Gen. 28. 20. 21. 22. Quod ſi in *Murenulis aureis vermiculatis argento* accipias temporalem fœlicitatem Eccleſiæ promiſſam ſub Naturæ lege in Abrahamo, & poſteris, quod probabiliter diſputauimus, habes in hiſce Iacobi verbis huius loci Commentarium verbis tantum non expreſſis.

Si maxime mareniis de temporali fœlicitate interpretere. Quod mire conuenit in hunc locum.

NOTATIO XXXIII.

NARDVS MEA DEDIT ODOREM SVVM.

I.

Nardi ſignificatio myſtica nō certa. Quidam odorem ad ſponſum referunt. Propter lectionem Origenum. Quidquid enim Deo offerimus ad nos redit. Et quidem cumulato, Quod obſeruatū Origene in Abrahami ſacrificio. Sed præſtat, id velle Eccleſiam,

Lectio Originis expenditur.

HOC alterum vocabulum eſt, cuius arcana ſignificatio diſtraxit Interpretes; quorum non minus diſcrepantes hoc loco ſententiæ ſunt. Qui ſequuti Græcos Codd. immo & Hebræos, legére: *Nardus Mea Dedit Odorem Eius*, vt *Odor*, non ad *Nardum*, ſed ad *Sponſum*, aut potius *Regem*, referatur, in eo magnum myſterium agnouére: non omnes eodem modo, ſed plerique tamen in eo conueniunt: Quidquid Deo offeratur ab Eccleſia, aut pia anima, vel Fidei, vel deuotionis, vel pij operis, ad eam cumulato referri. Neſcit enim vinci Deus, & quidquid à nobis accipere videatur, cum fœnore reddit, obſequio ipſo contentus: quod alicubi obſeruauit Origenes in Abrahami facto, (quod ad hunc ipſum ſtatum Eccleſiæ, quem deſcribimus, ſpectat, vt paulo inferius dicemus) qui cum Deo vnicum, mortalemque Filium offerre paratus eſſet, eundem recepit viuum, & in poſteris nunquam moriturum; & ſobolem, quæ numero vinceret ſtellas cœli, atque arenas maris. *Sic*, inquit, *quæcumque obtuleris Deo, multiplicata recipies: videmur quidem Deo offerre munera, ſed nobis, quæ offerimus, redonantur: & videmur Domino negotiari, ſed nobis cedunt lucra negotiationis*: Homil. 8. in Cap. 22. Gen. Hoc aptè quadrat in quemcumque Eccleſiæ ſtatum, ſed malim

Abrahamo filius immolanti redditus eſt, cum fœnore.

Digitized by Google

Quidquid Deo offerat, non ſuum eſſe,ſed Dei. Quidquid bene oleat, Dei eſſe odorem. Illius enim eſt omne bonum noſtrum. A ſe nihil boni proficiſci poſſe. Id dictum, ſi in ea lectione ſit hærendum, Nam hebraiſmus eſt, Quo reciproca commutantur.

Quidquid Deo offerimus non noſtrum, ſed bonum Dei eſt.

A nobis nihil habemus quod laude ſit dignum.

Reciprocorum permutatio apud Hebræos.

malim eo referre, vt innuat, ſcire ſe, quidquid habeat boni, atq; offerre illi velit, non ſuum ipſius, ſed Dei magis eſſe; cuius gratia, ac largitate ſit acceptum. Atque adeo olere quidem ſuauiter ſua omnia opera, ſed *odorem* illum, *Dei odorem* eſſe, cuius ſentiatur in operibus bonis fragrantia, quæ non aliam originem habuére, quam Deum. Nam *neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, Deus*. 1. Cor. 3. 6. Et: *Quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* 1. Corint. 4. 7. Agnoſcit ergo Eccleſia, quid ſuum, quid Dei ſit: & olere quidem ſuauiter ſuam *Nardum* fatetur, ſed *odorem* illum *Dei* eſſe, non ſuum. A ſe enim intelligit nihil habere aliud, quam corruptionem, fœtorumque reſiduum à primo ſcelere, & quaſi cicatricem antiqui vulneris: ſeu languorem potius, atque inualetudinem, & ab ea imbecillitatem: per gratiam autem ſanatam, quidquid in laude habeat, vni ſe debere ei, qui ſalutis author fuit. Aliorum interpretandi rationes apud alios leges. Id autem dixerim ſi arcani aliquid agnoſcendum ſit, in ea varietate lectionis: nam ex proprietate Hebræi ſermonis id ortum, quo facilè reciproca pronomina commutantur: quod mille patet exemplis, vt ſuperfluum ſit in eo temporis aliquid, & operæ collocare. Id autem doctè, & prudenter intellectum à Vulgato, cum in eo ſequi LXXII. noluit, ſed *odorem* referre ad *Nardum*, non ad *Regem*. Quod alio loco obſeruatum à nobis eſt.

II.

Sed ſunt qui Nardum Chriſtum interpretantur. Qui minimè probandi ſunt, Licet ſubtili ratione loquuti. Nam ſi accubitũ altare interpretero, Vt factum à nobis, Nardus ſacrificium erit. Non crudum, ſed internæ pietatis ſignum.

Accubitus templum vel altare, Nardus victima.

Pergamus ergo, vt cæpimus, noſtram texere telam; & quid *Nardo* ſignificari arcana intelligentia arbitremur, dicamus. Nam quod & Origenes, & Theodoretus, & Philo, & Pſellus arbitrantur, *Nardum* hic *Chriſtum* eſſe, vel quod ſenſibus animæ omnibus omnia ſit, & ſuum cuique, quod Origeni placuit; vel quod nomine ſuo vnctionem, & ex vnctione odorem ſignificet, quod voluit Theodoretus; vel quòd nulla virtutum complexio, quantumcumque perfecta, ſine Chriſti fide, laudem meretur, & præmium, quemadmodum vnguentum Nardinum dictum, licet alijs ex aromatibus mixtum, ſi *Nardus* ipſa non adſit, ſuauitate ſua placere non poteſt, quæ Pſelli ratio eſt, hæc inquam omnia verè de Chriſto dicuntur, ſed aptè dici ad hunc locum, haud facilè conceſſerim. Certè ſi *Accubitum* Dei vel templum, vel aram, in qua mactari victimæ ſolent, & ex illis myſticum Epulum illi exhiberi, accipiamus, vt proxima Notatione dictum eſt. *Nardo* non aliud, quam ſacrificia ipſa intelligemus: non cruda illa, ac mortua ex mactatis animalibus, ſed animi pietatem, ac fidem, virtuteſque alias, quæ externa illa cæremonia, velut ſymbolo, aut ſigno indicabantur. Id eſt, quod ſæpè legimus odore victimarum Deum mirificè delectari. Gen. 8. 20. *Aedificauit Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit Holocauſta ſuper altare; odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Sic Leuit. 19. 13. 17. & 2. 2. 9. Immo, quod huic loco maximè quadrat, *Odor Suauitatis*, idest, ſuauiſſimus, alicubi ſimpliciter pro ſacrificio poſitus. Ezech. 20. 28. *Dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuæ*. Niſi poſtrema hæc malis ad ſuffimenta ex thure cremato, aut ad thymiamata referre, in quibus etiam ſacrificij quædam ſpecies viſebatur.

Hic enim odor ſuauitatis Deo, Qui pro ſacrificio ſimpliciter poſitus haud raro. Id ergo Eccleſia dicit: Præſentibus ſacrificijs futura beneficia anticipaturam ſe. Simplicibus illis. Sed internæ deuotionis indicibus. Nec loquitur de ſacrificijs ſub lege, Nimium enim tardaret, Quia ſciebat propera obſequia gratiora eſſe. Et Caino malo fuiſſe tarditatem. Quod notatum Ambroſio. Vide Philonem Hebr.

Odor ſuauitatis pro ſacrificio.

Eccleſia futura Dei dona ſacrificijs preuenit.

Propera obſequia Deo gratiſſima, tarda parum grata.

Profitetur ergo Eccleſia illa, ſub Naturæ adhuc lege, pollicitationes illas Dei, ſeu futuræ fęlicitatis, ſeu ſacrorum rituum, quibus Deum colere certa lege doceretur, præſentibus obſequijs anticipaturam ſe: oblationibuſque, ac ſacrificijs, ſimplicioribus illis quidem, ac nulla certa lege inſtitutis, in Dei cultum incubituram; quibus tamen interior Pietas, & Pietati reliquæ iunctæ Virtutes pretium faciant: ac velut animus corpori, vitam, ac ſpiritum impertiantur. Hæc quia ſciebat officia Deo futura gratiſſima, velut ſolet vnguenti odoratiſſimi halitus naribus eſſe gratus, *Nardum* vocat: cuius aromatis, vt ſæpe monitum eſt, præcipuus in vnguentis vſus, & laus potiſſima, quæ *odore ſuo Regem Accumbentem, Deum ſcilicet, ſacrificijs ritè peractis oblectari ſolitum, recreet*. Non ergo de ijs ſacrificijs ſermo eſt, quibus poſtea Dei cultum Eccleſia ſub Moſe vel auxit, vel tenuit; quod viro docto magis placuit. Nimium tardaret officium cupientis Deo, nuper in totum poſita omni indignationis ſpecie, reconciliato, placere. Et alioqui properata obſequia quanto maiore in pretio apud Deum eſſent, ignorare ipſa non poterat; quantumque ingrata, quæ tarda eſſent, & quaſi vi extorta, Caini facto didicerat, cuius ea labes oblationem maculauit. *Factum*, inquit, *eſt poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino*. Gen. 4. 3. Quæ cenſens Ambroſius lib. de Abel. cap. 7. *Tarditatis in Oblationibus culpam damnat; celeritatem commendat. Culpa eſt, quòd poſt dies obtulit: ſacrificium enim celeritate commendatur. Eſt autem poſtulatio bonorum à Deo, cum ſoluendi muneris promiſſione; & ideo cum impetraueris quod petiſti, ingrati eſt tardare promiſſum*. Quanta ergo in tarditate culpa, tanta in anticipando officio gratia eſt. Plura qui volet, habet Philonem Hebr. lib. de ſacrif. qui hunc locum pleniſſimè tractat.

III.

Nec ſtringenda hæc ad vnam certam virtutem.

Nec opus eſt hæc ſtringere ad vnam aliquam de Virtutibus, quod fecère plerique. Ambroſ. ſerm. 3. in Pſal. 118. ad *Fidem*: Rupertus hoc loco ad *Humilitatem*: Bernardus ad *Orationem*: Aponius ad *Pœnitentiam*: Alij ad alias. Certè hæc eadem interpretandi diuerſitas incertitudinem ſatis indicat, cum & virtutum ſingularum fragrantia gratiſſima

Digitized by Google

Omnes enim Deo ſuauem odorem ſpirant.
Aptius virtutem in communi intelliges.
Si maximè hic nō herbam, ſed vnguentum accipias è Nardo,
Sed non è ſola confecto.
Gratior enim odor ex multarum conſortio.

Deo ſit, vixque aſſignari virtus vna poſſit, cui ita quadret odoris ſuauitas, vt non aliam habitura ſit, quæ de ea ſuauitate litem moueat, ſi æquus Cenſor dijudicet. Malim, ſi quid veroſimiliter dicendum ſit, de virtute in communi interpretari, eoque earum concentu, qui Perfectionem implet: nec deeſſe huic ſentiendi rationi ſua ratio poteſt, ex analogia ducta, ſi quod obſeruatum ab Pſello eſt, probandum ſit. Hic non de herba *Nardo*, ſed de vnguento eſſe ſermonem, ex ea confecto. Et quanquam nos Dram. Comment. Cap. 1. Not. 42. de corolla ex *Nardo* herba, alijſque odoratis conſerta probabiliter expoſuimus; vnguentum tamen minimè excluſimus, ſed vtrumque à Puella officium impletum diximus. Ergo vnguentum non ex ſola *Nardo*, ex Pſelli ſententia, ſed odoratis alijs aromatibus, ſiue eorum ſuccis, quibus *Nardus* gratiam adderet, ſi intelligas, aptare facilè poteris ad eam virtutum mixturam, qua vera ſanctitas conſtat; iuuant enim ſe mutuo, gratiuſque ſingulæ ex aliarum complexu olent, ſic Deo, cui offeruntur, melius placituræ. Sed præſtat prior interpretatio, ſeu nexum quæras, ſiue ſententiæ ſtudio tenearis.

Nardus hic pro virtute generatim.

Nardus pro vnguento ex multis confecto, cui illa gratiam addat.

VERSVS XIII.

FASCICVLVS MYRRHÆ DILECTVS MEVS MIHI; INTER VBERA MEA COMMORABITVR.

COMMENTARIVS.

NON indelectatus Deus illa Eccleſiæ obſequendi promptitudine, & deuotionis feruore, incipit experiri, quam id ab ea verè, & ex animo dictum ſit: eamque per dura & aſpera exercere; ſenſim enim robuſtior facta, atque animata promiſſis, diſponi debebat ad maiora pro ſuo Dilecto ſubeunda. Ergo hæc ad durum illud præceptum, de circuncidendis maſculis referenda, nec ſine idonea ratione exiſtimamus. Quo facto Deus Abrahæ familiam, ad quam fere Fidelium congregatio eo tempore redacta erat, in peculium, & hæreditatem ſibi ſumpſit; &, vt rem ſuam, ſignaculo circunciſionis, velut ſigillo, ac proprio charactere muniuit. Apriſſimè autem Præcepti acerbitas, & difficultas, in obſeruando eo ritu, per *Myrrham* deſignata eſt, quæ & mortis ſymbolum, & incorruptionis eſt ſimul, propter amarorem, ac condiendi vim: quod vtrumque inerat Circunciſioni. Ipſa autem obſequendi alacritas, & promptitudo, qua Sanctus Patriarcha, & in ſe, & in ſuis eſt vſus circuncidendis, ijs verbis ſignificata aptiſſimè eſt, *Inter Vbera Mea Commorabitur*. Quæ enim cariſſima, & pretioſiſſima arbitramur, ea ſinu recondere ſolemus, vel vt proxima habeamus, vel vt impenſa cura ſeruemus.

ENARRATIO.

PERGIT Eccleſia obſequij ſui promptitudinem, & alacritatem factis probare. *Et ego quidem*, inquit, *Deum, quem ſacrificijs delectari ſcio, ex vera pietate profectis, victimarum multitudine, velut eiuſdem Epuli varijs ferculis, excepturam me receperam. Sed amplius ille aliquid exigit, meamque Fidem & Obedientiam & parendi ſtudium prouocat durioribus. Multum illi debebo per quem mihi otioſa eſſe non licet. Sequar ergo quacumque duxerit, per aſpera & inuia ſemitarum. Acerbum eſt Filiorum carnem incidi, & maſculam omnem circuncidi prolem; ſed alacriter tamen præcipienti obtemperandum eſt, nec mora vlla trahenda. Totus ſcilicet mihi Myrrhaus eſt, ſeuerus, & aſper, ſi ad ſenſum carnis optanda oratio ſit: ſed per mortem ad immortalitatem eundum, & per vulnera ad ſalutem: & id præcidendum in carne, quod corruptione obnoxium eſt, vt tota ſeruetur. Libens ergo ſubibo diſcrimen, & feſti-*

Digitized by Google

feſtinantia obſequendi, quam grata mihi res ipſa ſit, monſtrandum eſt. Aſper eſt Sponſus mihi, nec ideo minus eius complexus gratus eſt mihi. Excipiam ergo quidquid praſcribit, toto animi & cordis affectu; nec alio loco illius mandata, duriſſima licet, habebo, quam qua cariſſima mihi ſunt, quibuſque in ſinu ipſo hoſpitium paro.

NOTATIO XXXIV.

FASCICVLVS MYRRHÆ DILECTVS MEVS MIHI.

SVM. COM.

I.

Amor Eccleſia ſenſim intenditur. Ideo duris incipit probari. In ſenſu ergo diuerſi imus ab alijs.

Fuere autem duo dura ſub illo ſtatu. Circuncisio, & immolatio Iſaaci. Vtrumque comprehenſum Faſciculo myrrha. Nec decebat res tantas præteriri.

Nec vllibi aptius quam hoc loco de ijs ſermo.

CRESCIT ſenſim amor Eccleſiæ in Deum, & quæ *Nardo* piorum operum, ac ſacrificiorum aſperſuram ſe illum accumbentem dixerat, amplius quiddam iam dicit. Deum ſcilicet ſibi, etiam aſpera imperantem, ac difficilia, gratiſſimum fore, ac velut *Faſciculum*, aut *colligationem Myrrha*, ſuauiſſimè olentem, cui non alio loco ſedem collocet, quam *vberibus* medijs, quibus cariſſima quæque ſoleat collocare. De ſenſu autem huius Commatis, quantum attinet ad Dramaticam intelligentiam, ſuo loco ſatis eſt dictum: hic arcanam rimamur, qua in re, ſequuti noſtræ interpretationis filum, cogimur diuerſi ab alijs ire, nec, vt putamus ſine ratione idonea. Duo autem fuére, quæ vel ratione ſui dura, vel ratione ſignificatus fuére magna, quibus Deus Eccleſiam ſub eo naturalis legis ſtatu, exercuit, & ad futura diſpoſuit. Alterum *Circuncisio maſculorum* Abrahamo præſcripta, & poſteris; alterum *vnici Filij mactatio* poſtea imperata. Vtrumque autem propter futura myſteria, quæ in illis latebant, ingentis momenti ad Eccleſiam totam. De primo illo, quod & temporis præceſſit ordine, immo & de ſecundo, quantum ad mandati acerbitatem, hoc verſu. De altero, quantum ad indulgentiam, qua Patri reſtitutus Filius eſt, & infinita promiſſa poſteritas, primo Commate ſermonem eſſe putamus. Neque enim decebat res tantas, & quæ ingentem laudem Eccleſiæ peperére, non in myſtica ſolum ſignificatione, ſed & in typo, in hoc Cant. quo triplex Eccleſiæ ſtatus deſcribebatur, ſilentio præteriri. Merito ergo locus aliquis indicandus erat, quo de illis ageretur: nullo autem aptius, quam hoc, in quo verſamur, facilè efficiemus, ſi vtrique rei aptè verba conuenire monſtrabimus, atque optimè cum ſuperioribus, & ſequentibus necti.

Præceptum duplex ſub Natura, Circuncisionis, & Immolationis Iſaaci.

II.

Myrrha res aduerſas indicari conſtat. Ex ſenſu Bernardi, & aliorum Quas ſe libèter ſubituram Eccleſia dicit. Vides vt robuſtior fiat, Quæ circuncisionem leuem ſibi futuram affirmet, Cum grauiſſima tamen eſſet res.

Et certè *Myrrha* res aduerſas deſignari, & ea omnia, quibus in corpore animus exercetur, vulgatum eſt, & à pleriſque traditum. Sic hoc loco aduerſarum rerum tolerantiam accipiunt Apponius hic, & Bernardus ſerm. 43. in Cant. *Myrrha*, inquit, *amara res dura & aſpera tribulationum ſignificat. Ea ſibi Dilecti cauſa imminere proſpiciens, gratulabunda id loquitur, confidens ſe omnia viriliter ſubituram: propterea non faſcem, ſed Faſciculum, Dilectum dicit: quòd leue pro illius amore ducat, quidquid laboris immineat, & doloris.* Et quanquam hæc ad Chriſtum propterque illum aditos labores, refert; tamen ad aſpera, & dura refert, quod volumus. En quemadmodum in amore, & viribus Eccleſia creſcat, quod monuimus, cui graue Circuncisionis pondus, leue tamen eſſe exiſtimetur, pro Deo ſublatum. S.D.E. cum de retinenda, vel abroganda ea cæremonia, itum in ſuffragia ab Apoſtolis eſſet. *Quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quem neque Patres noſtri, nec nos portare potuimus?* Actor. 15. 10. Sed id, præ obſequendi alacritate, leuiſſimum Eccleſiæ viſum eſt, de quo plura Not. proxima.

Myrrha propter amarorem indicata aduerſa.

Et aſpera, & dura.

Circuncisionis præceptum grauiſſimum.

III.

Aptè autem ſignificata per myrrham, Quæ inciſa ſudat planta. Vnde collectus ſudor in vnguenta ſeruatur. Circuncisa ergo manat, Alias inutilis, & infalix. Sic circuncisa caro cruore manat, Vnde odor Deo, ſalus homini.

Cæterum cauſam eſſe peculiarem, cur *Myrrha* Circuncisio indicata ſit, eius aromatis natura, ac generationis ratio perſuadet. Quanquam enim ſponte eius arbuſculæ turgentes ſurculi nobili liquore haud raro ſtillant, quem Græci στακτὴν dixére, cui primas Medicorum ſchola concedit, copioſius, ac frequentius inciſo cortice ſudant, collectuſque ſudor, vel alijs permixtus liquidus in vnguenta ſeruatur; vel ad medicamenta concretus. Vide Plinium lib. 12. cap. 15. & Dioſcor. lib. 1. cap. 63. Circunciditur ergo quodammodo planta, miſſoque ſucco, velut minuto ſanguine, quidquid ſuperfluum erat, foras emittit, niſi eo vulnere minuto humore, in ſe ipſa moritura, nullo mortalium commodo, ſui diſpendio. Ab accepto ergo vulnere, & tutius, & felicius viuit: ſibi tutius, felicius alijs. Iam puto intelligis quam aptè per *Myrrham Circuncisio* ſit ſignificata, qua ſcilicet præputij inciſa carne, cruor cohibitus hactenus fluit. Obedientiæ, & Fidei odorem exhibiturus Deo, quarum profeſſio virtutum in ea cæremonia, velut in ſigno, latebat. Ei autem ipſi, qui circunciſus eſt, & originariæ labis infamiam abſterſurus; & ſanctitatem, quæ vita eſt animique animus, & vera ſalus, allaturus.

Myrrhæ planta inciſa largiter fluit.

Circuncisa caro ſanguine fluit ſuaui Deo ſalubris homini.

IV.

Sed ſponſus myr-

Sed obeſſe videtur huic interpretandi rationi, loco hoc Deum *Faſciculum Myrrha* dictum; ne id quidquid eſt nominis ad *Circuncisionem* transferamus. Sed vnum alteri impe-

 di-

Digitized by Google

SVM. COM.

rhæ dicitur faſciculus.
Vt circuncisionis author,
Deus ſcilicet ſeuerus & durus.
Qua fortaſſe ratione dictus in typo,
Sponſus ſanguinū Moſes.
Quod religione compelleretur,
Teneros filios vulnerare.
Semper enim grauis exiſtimata ea lex.
Nec niſi à ſeuero Deo lata.
Ideo Faſciculus myrrhæ.

V.

Eſt & myrrha ad medicamenta potens.
Nam & prohibet à corruptione corpora,
Et generari vermes non ſinit.
Quæ vtraq; Deus per circuncisionē præſtabat.
Ideo in circuncisis mors comminata.
Data enim in remedium noxæ originalis.

VI.

Dictus autem Faſciculus,
Et alligamentum myrrhæ.
Quo nomine etiā vaſcula intelliges Odoribus imbuta ad geſtandum.
Immo & ſacculos & puluillos.
In quo id quidam meditatur,
Verbum per creaturas diffuſum,
Odorem parcè ſparſiſſe,
Collectum per incarnationem liberalius,
Ideo alligamentum myrrhæ dictum.

VII.

Sed ſubtile id, non ſolidum.
Nam licet creata omnia, diffuſa langueant,
Diuinis diſperſio non obeſt,
Nec ideo Verbum incarnatum viuidius odorem ſparſit,
Quia collecta vis illius.

---

dimento non eſt. Et *Circunciſionem* per *Myrrham* deſignatam propter traditam rationem, ex natura aromatis, & analogia ductam; & Deum ipſum, vtpote *Circunciſionis Authorem*, ob eam ipſam rationem, quod Author illius ſit, *Faſciculum Myrrhæ* dictum. Dura certè, atque amara *Circunciſionis* lex, nonniſi à duro, ac ſeuero quodammodo proficiſci potuit Deo. Ei ergo ob eam cauſam, & ſeueritas, & implaciditas iure tribuitur: Itaque prima cauſa cur ab Eccleſia Deus ea *Myrrhæ* appellatione donatus eſt, amarities illa mandati, de re & doloris, & laboris plena, eſt. Sic in huius fortaſſe typo rei, cum propter neglectam in Filio *Circunciſionis* cæremoniam, vellet Angelus Moſen, Sephora vxore præſente, interimere, illaque viri præoccupato munere, acutiſſima ſilice ſumpta, Filium circuncidiſſet, poſt libatum illius cruorem ad virum verſa, dixit: *Sponſus ſanguinum tu mihi es*. Exo. 4. 25. Qua verba, quanquam alij alio referunt, præſtat cum Rabbano Mauro ita interpretari, vt vxoris indignationem contineant, in eum virum, cuius cogeretur religione, graui vulnere Filios, & quidem teneros, atque innocuos, ſauciare. Sanguinolentum ergo virum ſibi eſſe conqueritur, cui religione Patrum neceſſarium eſſet, tenera natorum corpora & fœdare cruore, & vulneribus concidere. Semper id ſcilicet graue exiſtimatum eſt, durumque præceptum: nec niſi à duro ſeueroque Deo profectum. Iure ergo, qui tam duram & aſperam Eccleſiæ illi legem tulit, *Myrrhæ* & ſapore amaræ, & guſtui inſuaui comparatur.

Deus Faſciculus myrrhæ, quia aſper & durus, Circunciſionem imperans.

Moſes dictus Sponſus ſanguinum: Dei typus iubentis circunciſionem.

Ratio altera inde petenda eſt, quòd *Myrrha* valida ad medicamenta vi pollere dicatur. Nam & Dioſcorides lib. 1. cap. 63. varios eius in medicina vſus recenſet; eumque ſequuti alij. Sed potiſſima laus in prohibendis à corruptione corporibus defunctorum, cui in eundem finem Aloë ſolita ſociari ſuo & calore, & ſiccitate, quorum vtroque in ſecundo exceſſu pollet, & humidum moderatè abſumit, quod cum calore corruptionis cauſa eſt; & alia corrigit, quæ obeſſe conſeruationi ſolent: nam & acri amaro generari vermes prohibet, ac genitos extinguit. Hæc autem eadem Deus per *Circunciſionem*, profeſſionemque in ea Fidei futuri mediatori, omnia præſtabat: nam & originariam labem abſumebat, velut ſuperfluum, corruptumque humorem, de primi ſceleris mortifero fonte manantem; & inde profluentes per corpus in animum morbos vel perſanabat, vel ſerpere prohibebat, velut vermes extinguere, ac generari vetaret. *Maſculus*, inquit, *cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo*. Gen. 17. 14. Non enim in ſtigma ſolum, eiuſq; Populi diſcrimen à cæteris Circunciſio data, ſed in remedium etiam noxæ originariæ. Iure ergo Deus *Circunciſionis Author*, comparatus eſt *Myrrhæ* ab ea Eccleſia, quæ, & ſeueritatem duriſſimi præcepti penſabat; & medicinæ vim ad remedium.

Myrrha medica pollens vi, corpora à corruptione prohibet.

Deus per circuncisionem originariam labem delens,

Incircuncisus morte damnatus.

Sed cur non *Myrrham* ſimpliciter, ſed *Faſciculum Myrrhæ* ſibi eſſe dixerit, alia quæſtio eſt. Bernardi acumen quid ſenſerit, paulo ante dictum eſt. Originale vocabulum *Complexionem* ſignificare, alio loco dictū eſt: quo factum vt LXXII. *Alligamentum* (ἀπίδεσμον,) ſiue vt Ambroſio magis placuit, *Colligationem ſtactes*, ſeu *Guttæ*, tranſtulerint. Itaque eo vocabulo non modo foliorum, florumque *complexiones*, ſeu *Faſciculos*, intelligemus; ſed quemcunque eius fruticis *complexum*, vel vnguenti ex eo confecti. Nempe vel Onycas, vel Alabaſtra, vel pyxidulas, quas noſtri, Bujetas, vocant; Hebræi autem *Domos animæ*, quæ Latinus Interpres *Olfactoriola* reddidit, quibus non ſeruari modo, ſed geſtari vnguenta ſolent, ad luxum. Immo & *ſacculos*, ſiue *puluillos*, quibus aromata confuſa, contuſaque, ac comminuta in puluerem, claudi ſolent, geſtarique, naribus, cum libuerit, admouenda. In ea autem loquendi forma doctus de recentioribus Author arcani illud meditatur. Verbum, quod ante Incarnationem in omnes ſe creaturas diffuderat, S. D. E. *Effudit illam ſuper omnia opera ſua; & ſuper omnem carnem ſecundum datum ſuum*. Eccli. 1. 10. Quanquam large diffuſa ſuauitate, minus tamen à ſingulis perceptam, ipſa, vt ita dixerim, diffuſione prohibente: reſtrinxiſſe per Incarnationem, & quaſi collegiſſe ſeſe; atque, vt vehementius odore percelleret, alligaſſe quodammodo virtutem Diuinitatis ſuæ, vt, quod diffuſione languebat quodammodo, complexione, collectioneque reuiuiſceret, atque efficacius moueret. Sic factum *Verbum abbreuiatum ſuper terram*. Rom. 9. 28. Carnem ergo, velut pyxidem, aut olfactoriolum fuiſſe, quo Verbi collecta vis, acrius prodidit ſeſe, adſeque vniuerſas gentes odore allexit. Ideo *Faſciculum* dictum à Sponſa, ſiue *Alligamentum Myrrhæ*.

Faſciculus, alligamentum, complexio, etiam pyxedula, puluillus, ſacculus odoratus.

Verbum in creaturis diffuſum, minus odorum ex quorundam ſenſu. Collectū viuidius ſpirauit

Hæc ſubtiliter dicta non negarim, nec ineptè ad Conciones populares: ſed minus ſubtilia malem, magis ſolida: niſi exiſtimandum nobis eſt, quidquid id eſt, quod diffuſione Verbi communicatum creaturis eſt, in earum rerum genere cenſendum, quæ, quo diuiduntur in plures, eo minus ſingulos beant. Et quidem hoc creatis proprium eſt, vt vnita fortiora diſperſis ſint. In Deo autem ea labes non cadit; cuius cum infinita ſit virtus, non minuitur diuiſione; nec ideo minus in ſingulis valet, quam in pluribus. Fruſtra ergo velis eo dictum *Chriſtum Faſciculum Myrrhæ*, quòd Verbum ante Incarnationem diffuſum, ſumpta autem carne collectum, latius odoris ſuauitatem propagarit, & in ſingulos diffuderit. Oceanus ſcilicet eſt, vnde cum in omnem creaturam latices bonorum manent, vt ditent, non ideo vel aquarum ille gurges minuitur, aut manare iugiter deſinit. Quin beneficen-

Creata omnia diſperſa lāguēt, collecta virtute fortius agunt.

Diuina diſperſa, non minus poſſunt.

tia

Digitized by Google

Quia largitas illius diffuſione creſcit,
Sed nec adhuc ſonant Chriſtum, quæ hic dicuntur.

Dei beneficentia largitate creſcit.

tia beneficijs creſcit, niſi largiter fluat, ſuis quodammodo bonis opprimenda. Adde hunc interpretandi modum, non ſatis aptè, cum rebus ipſis, ſi analogiam ſpectes, conuenire. Nobis certè non adhuc hæc Chriſtum ſonant, cuius inferius tam certæ voces auribus inſonant, vt neceſſe non ſit hoc loco per vim ingerere, quod ſuo nulla vi verbis illata, quaſi ſuo pondere ſedebit.

VIII.
Sed forſitan in faſciculi nomine nihil latet arcani.
Sed Dramati ſolum ſeruit,
Tentandum tamen aliquid,
Quod in rem faciat.
Faſciculum fortaſſe dixit,
Præſagiens non hæſuram Dei ſeueritatem, in lege circuncifionis.
Se ergo parat ad grauiora ſubeunda.
Quorum congeriē faſciculum ideo vocat,
Quia quidquid id ſit alacriter ſubitura eſt.
Senſim ergo Eccleſia in melius proficit.
Poſt primi ſceleris caſum.

Eccleſia præſagiens non hæſuram Dei ſeueritatem in lege circuncifionis.

Fasciculus myrrhæ duriorum congeries, quæ tamen alacriter toleretur.

Hæreamus ergo interpretationi noſtræ, & quanquam illa animo ſententia ſederat, nihil in ea loquendi forma latere myſterij, præter ipſius allegoriæ aptum ordinem: quia enim ij *Faſciculi odorati*, ſiue *vaſcula vnguentaria* geſtari à fœminis ad odoris gratiam conciliandam, de collo ſuſpenſa ad pectus, ſolebant, vt ſe ſcilicet amaſijs probarent, & quia mox dictura erat, apud ſe inter *Vbera Commoraturum*, ideo *Faſciculi* donauit nomine; Neque enim *Faſci* grandi locus inter vbera dari poterat. Quanquam, inquam, id probabiliſſimum arbitramur, ne auidum fortaſſe lectorem aliquo harum rerum fructu fraudaremus; adijciendum cenſuimus aliquid, quod in rem vtcumque faciat. Dixerat ſibi Deum *Myrrham* eſſe, propter *Circuncifionis* legem, & præceptum mactandi filium, eiuſque & amarorem, & ſalubritatem; ſed in eo ipſo non vana futurorum coniectrix, diuinabat, non ibi hæſuram Dei illam in ſe exercenda per dura & aſpera ſeueritatem: additurum potius hiſce experimentis alia vel æquè grauia, vel grauiora certè. Quod non multo poſtea factum eſt, cum Abrahæ Filij vnici mactationem imperauit: poſt ea autem tempora, latis in lege ſeueris præceptis, & innumeris. Parat ergo alacris animum ad futura; nec quia ſuperaddenda grauiora, & quidem innumera arbitratur, ideo deſpondet animum, quin potius, quidquid in eo genere præcipiendum à Deo ſit ſibi, tam non minuere quidquam de parendi alacritate, vt vires potius augeat, animoſque: & quidquid id fuerit, ſibi cariſſimum fore, immo & facile profitetur. Eam ergo duriorum tentationum congeriem, *Faſciculum Myrrhæ* vocat, aut *Alligamentum odoratarum rerum*; Deum autem, qui ſe per ea exerciturus ſit, eadem appellatione donat. Hoc ergo in his verbis myſterium, ſi quod agnoſcendum ſit, potius agnouerim. Vide autem, quod ſæpe monendum ex occaſione eſt, Eccleſiam ſenſim proficientem, &, vt ætate adoleſcentem, ita viribus confirmari. Et eam, quæ initio vni Dæmonis ſuggeſtioni miſerè ſuccubuerat, nunc, lapſu ipſo doctam, & timere, & cauere, & vni fidere Deo, & per aſpera & duriora, ad vlteriora conari: nec penſi quidquam facere, dum Deo magis, ac magis adhæreat, duci ad illum per amara, & dura quæque.

NOTATIO XXXV.

INTER VBERA MEA COMMORABITVR.

I.
Cuiuſdam ſenſus minus probandus.
Fateri Eccleſiam nihil apud ſe boni eſſe,
Deum contra totius boni fontem,
Ideo myrrham dictum, in quo alluſum ad Chriſti nomen.
Quia ille ſuo, cæteri illius odore fragrantes.
Vbera autem pro viſceribus poſita,
Ideſt, pro membris quæ maximè vigent,
Myſtice autem pro ſuperiore animi parte.
Cui olim communicata ſolum gratia,
Non inferiori parti,
Quod ſeruatum, communicando per Chriſtum.

Deus à ſe ſuauitatem ſpirans, & omnibus communicans.

Vbera pro viſceribus, ideſt, partibus quæ maximè viuunt.

Gratia veteribus data, manſit in ſuperiore parte animæ, nec communicata inferiori.

VIR doctus, cuius apud me magna eſt authoritas, qui ſuperius Comma de Sacrificijs interpretandum cenſuit, loco hoc, quod miramur, præter analogiæ, ac nexus rationem, neſcio quo flatu abreptus in diuerſum eſt. Contraham in pauca, quæ apud illum fuſius ſcripta ſunt. Ait ergo, fateri Eccleſiam, ſe, ſi quid boni habeat. Suum non eſſe, ſed à *Nardo*, ideſt, alterius dono: cum à ſe ipſa nihil habeat, quod alijs benè oleat. Deum contrà fontem totius boni eſſe, & quidquid ſuauitatis ſpargat, non aliunde mutuatum, ſed apud ſe natum eſſe. Ideo *Myrrham* appellatum, quæ à ſe ipſa odorem, non aliunde habeat; poſſitque etiam ſuauitatem alijs impertiri. Alluſum autem ad futurum Chriſti nomen, quod ab vnctione, & odore deductum. Vnde ad myſtica ſui corporis membra ſuauitas manet. S. D. E. *De plenitudine eius nos omnes accepimus*. Ioan. 1. 16. Et: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis*. Pſal. 44. 8. Quia ille ſcilicet ſuo ipſius delibutus vnguento, ideſt, Deitate, & Vnionis gratia, eius ſuauitatis cæteros participes faciat, *Vbera* autem figuratè poſita pro *viſceribus*, quæ mammis ſcilicet ſubiecta ſunt, & illis quaſi fouentur. *Viſceribus* autem eas Eccleſiæ partes indicari, quæ maximè viuunt, & vigent, in quibus ea vnctio, de vnctione participata Chriſti, recondatur. Quia illius ætatis hominibus gratiæ quidem multum, per futuri Redemptoris fidem, datum eſt; ſed eam gratiam in ſuperiore animæ parte, ac magis intima, velut incluſam detineri, ne in partes reliquas, ideſt, inferioris, quam vocant, portionis, diffunderet ſe, atque eas componeret. Id enim grande beneficium legi gratiæ ſeruabatur, qua vires abundantiſſimæ, ac validiſſimæ largiendæ, non ſolum ad veram adipiſcendam ſanctitatem, ſed etiam ad frenandas inſoleſcentes veteris hominis affectiones. Quo tempore implendum fuerat, quod à Propheta dictum Pſal. 132. 2. *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron; quod deſcendit in oram veſtimenti eius*.

II.
Sed in eo ſtatu nondum ſonat Chriſtus.

Eccleſia non de futuris ſub alio ſtatu loquitur, ſed de præſentibus.

Sed mirum eſt, cum Scriptor hic, Eccleſiam loco hoc induci exiſtimet, ſub prima illa naturalis legis cunabula adhuc iuuenem; inueniſſe in eo ſtatu Chriſtum multa poſt ſæcula venturum, cum, ſi verborum vim, nexumque perpendas, ea de præſentibus loqui videa-

tur,

Cum Eccleſia de præſentibus loquatur
Ideſt de ſacrificijs ſub naturæ lege.
Sibi ergo ſub eo ſtatu myrrham eſſe dicit.
Quod omnino cogit aliter interpretari.

tur, non de olim futuris. Sibi enim Deum *Myrrhæ Faſciculum* eſſe dicit, qui *Inter Vbera* commoretur. Adde, cum ea dixit Accumbentem epulis irrorandum à ſe *Nardo odorata*; ideſt, ſibi cum & ſacrificijs placandum, ac victimarum epulo excipiendum, de ijs ſacrificijs loqui, quibus ſub eo primo ſtatu ſibi Deus colendus eſſet, non de ſacrificijs olim ſub lege futuris, vt monitum ſuperius eſt. Cum ergo addit, ſibi Dilectum *Myrrham* eſſe, non de futuris olim, ſed de præſentibus loqui dicenda eſt, ſibi ergo ſub eo ſtatu *Myrrham* eſſe fatetur: quod omnino cogit, aliquid ſub eo ſtatu quærere, quod *Myrrha* ſignificatum ſit, quod à nobis factum eſt, qui Præceptum *Circumciſionis* intelleximus. Nam quod attinet ad eorum verborum ſenſum, *Inter Vbera Mea Commorabitur*, paulo poſt examinabitur.

III.

Alij vbera volũt eſſe DD. & Apoſtolos.
Qui lac doctrinæ paruulis inſtillãt.
Chriſtum autem faſciculum,
Qui vberibus admotus
Lacti maturitatem præſtet.
Trahi enim mores cum lacte,
Vnde tanta cura parentibus de nutricibus.
Id præſtare vberibus myſticis Chriſtum.
A quo eſt bonitas omnis lactis
Si id deſit, vbera areſcant neceſſe eſt.
Ideo dictũ à Chriſto, Ego vobiſcum ſum vſque ad cõſummationem ſeculi.
Idque eſſe inter vbera commorari.

Duplex ergo quæſtio eſt. Altera, quid *Vberum* nomine loco hoc intelligendum ſit; Altera, quid ſit *Commorari*. Quidam *Apoſtolos*, ac *Doctores Vberibus* ſignificatos volunt, qui *Vbera* dicantur Eccleſiæ, propter doctrinæ lac, qua paruulos adhuc Eccleſiæ Filiolos, velut pectori admotos, nutricant, quoad adultiores ſolidiore cibo veſcantur. Sic dictum eſſe: *Quaſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed necdum quidem poteſtis*. 1. Cor. 3. 2. Interpretantur autem *Faſciculum Inter Vbera Chriſtum*, qui non *Vberibus* modo, ideſt, eiſdem *Apoſtolis* vim ſuam communicaturus ſit, qua ipſi ſenſim in maius proficiant; ſed & lacti ipſi maturitatem quandam, ac diuinum ſaporem allaturus; quo Fideles & ad ſugendum auidè incitentur, & exſucto cœleſti ſucco pingueſcant. Ab infantibus certè, vna cum nutricis lacte, mores etiam, & ingenium trahi, vulgatum eſt, multo certius, quam à viſceribus Matrum: vnde tam ſolers in Parentibus ſtudium de Filiorum nutricibus. Aduocant in examen valetudinis, ac lactis Medicorum opem, qui, ſingulis penſitatis, iudicent, an tuto recens edita proles eis committi poſſit lactanda. Hanc curam ſollicitaſſe ſemper Eccleſiam, ne quid doctrinæ inſtillaretur à nutricibus myſticis, vel minus excoctum, vel minus proficuum. Manet ergo in eis Chriſtus, quos Eccleſiæ ſuæ nutritios dedit, ac iugiter ſemper adſtat: ac velut Pater de tenera prole ſollicitus, tantum gratiæ indit, quantum opus eſt ad ſpem illam ſuſtentandam, ac promouendam. Quidquid enim inſtillatur ab *Vberibus* in lactentes Filios, ab eo tanquam à fonte eſt: ſi ceſſet influxus, nihil ſupereſſe aliud, niſi vt areſcentibus *vberibus*, & alimento negato, fame tenella proles contabeſcat. S.D.E. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis*. Thren. 4. 4. Et: *Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia*. Oſeæ 9. 14. Sic dixiſſe Chriſtum, cum Diſcipulis ſuis nutricum munus officiumque deferret: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos ſeruare, quæcumque mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi*. Matth. 28. 19. 20. Id eſſe, *Inter Vbera Commorari*.

Vbera ex ſenſu quorundam ſunt Apoſtoli.

Chriſtus in Apoſtolis ad lac doctrinæ perficiendum.

Eccleſia ſemper ſollicita de alimento teneræ prolis.

IV.

Subtilis doctrina, & vtilis, ſed minus apta
Nondum enim hic de Apoſtolis ſermo.
Nec ordo id petitur Dramatis.
Si priora cum poſterioribus conferas.
Quod ſi ſemel negligas,
Fruſtra coneris in viam redire.
De Apoſtolis ergo hic non agitur.
Et quia ſub naturæ ſtatu adhuc Eccleſia inducitur.
Et quia modus ipſe loquendi longe aliud indicat.

Hæc interpretandi ratio acuminis multum habet, & doctrinam continet veram; ſed alijs aptiorem locis, quam huic, in quo analogiæ ratio aliud exigit; & interpretationis conſequentia ſuo quaſi iure flagitat. Nam de *Vberibus*, eorumque munere, ſatis multa inferius habes: nec opus eſt, quia vno loco vel alio *Vbera Apoſtoli*, vel *Doctores* ſunt, ideo vbicumque *Vberum* mentio eſt, *Apoſtolos*, aut *Doctores* agnoſcere. Quid præceſſerit, quod ſequatur, ſolerter examinandum eſt; ac multo maximè quid ipſe expoſitionis exigat nexus. Cum enim tota hæc interpretandi ratio in ſimilitudine ſita ſit rei ad rem, nec vnius ſæpe cum vna ſolum, ſed cum pluribus ſimilitudo ſit, difficillimum eſt, quid tibi ſentiendum ſit, certo iudicio definire. In ea autem perplexitate, nulla certior ad extricandam rem Regula eſt, quam ſi identidem ad Scriptoris ſcopum, & expoſitionis ductum reſpicias. Nam ſi vel ſemel ab illo aberraueris, vel hunc abruperis, fruſtra in viam, quam tenueras, greſſum reuoces, aut quod abruptum fuerat iterum nectere coneris. Et verò, ſi ſemel quod De triplici Eccleſiæ ſtatu toto hoc Cant. deſcripto, dictum à nobis eſt, probandum cenſeas, fruſtra primo hoc, qui ſub Naturæ lege decurrit, ad ea diuertas, quæ nonniſi Eccleſiæ quadrant ſub Euangelio, cuius ſuus infra locus manet aptiſſimus. Duabus ergo fit rationibus, hic de Apoſtolis ſermonem non eſſe: & quia nondum de tertio Eccleſiæ ſtatu ſub Euangelio ſermo eſt; & quia *Vberum* nomine ſignificari hoc loco Apoſtoli non poſſunt: modus enim ipſe loquendi, *Inter Vbera Mea Commorabitur*, ſatis indicat, ad æſtimationem prætioſiſſimæ rei pertinere, quam tanti faciat, vt ei locum *inter Vbera* amoris ſcilicet ſedem faciat. Quod & ipſum Authoribus illis placuit, cum ſenſum traderent corticis: id autem difficilè poteſt ad Apoſtolos aptari.

Vbera hic Apoſtoli eſſe non poſſunt.

Regula, Interpretationis filũ ducendum ſolerter.

Inter vbera morari ad æſtimationem rei pertinet.

V.

Pertinẽt ergo hæc ad alacritatem in obſequendo.
Tametſi in præceptis duriſſimis
Exemplum habes in Abrahamo.

Hæc ergo nos ad alacritatem obſequij, in re quanquam difficillima, & duriſſima, quale Circunciſionis præceptum, referenda putamus. Durum quidem eſſe ſenſibili maximè parte tenellos Filios ſauciare, & manans cruore corpuſculum ſiccis oculis intueri; ſed tanti eſſe gratiam Sponſi, vt dura omnia leuia ſibi, & amara dulcia ſint, præ obſequendi promptitudine. Quam autem id verè ſit dictum, intelliges, ſi memineris, qua animi alacritate, & obſequij promptitudine Abrahamus & ſe, & Filium, & vernaculos omnes circumciderit. Quod non ſine cauſa ſignatiſſimis verbis proditum à ſcriptura eſt. *Tulit autem Abraham*

Commoratione inter vbera alacritas Eccleſiæ ſignificata, in obſequendo duriſſimæ legi.

Digitized by Google

Qui eadem die obſequutus legi, Familiam circumcidit omnem. Nemine repugnãte, rem acerbam pati. Quod obſeruatũ à Chryſoſtomo. Tunc autem ad Abrahami familiam redacta fermè Eccleſia. Id ergo eſt, Inter vbera mea commorabitur. Poſita ergo vbera pro viſceribus & corde Sic Origenes interpretatus, Et alij poſt illum.

Abrahami promptitudo in circumcidenda familia.

ham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, & circumcidit carnem præputij eorum, Statim In Ipſa Die, ſicut præceperat ei Deus. Gen. 17. 23. Vide alacritatem, & promptitudinem. Eodem, quo mandatum acceperat, die, executus eſt, circumciſis omnibus domeſticis, qui ex coniectura Toſtati, quadrigentorum fermè explebant numerum. Et quidem ſupra numerum pietas fuit, cum nemo eorum rem duriſſimam, atque maximè acerbam pati, exequutore Domino, repugnarit. Scilicet in benè inſtituta familia ad Domini mores cæteri facilè ſe accommodant. Obſeruatum id à Chryſoſtomo. *Hic autem ſenex, & decrepitus, centum enim erat annorum, cruciatum leniter tulit, ſimul & præceptum Dei implere volens, & Filium, & vernaculos omnes promptiores reddens, vt ne cunctarentur, ſed magna alacritate Dei præceptum implerent*. Quod ſi tunc temporis Eccleſia ferè ad Abrahami familiam redacta credenda eſt, vides totius in ſingulis alacritatem, & obſequium; quantaque pietatis promptitudine, imperanti Deo obſequuta fuerit. Id ergo eſt: *Inter Vbera Mea Commorabitur*.

Eccleſia ſub natura ad familiam Abrahæ fermè redacta.

» Velut rem mihi gratiſſimam, ac placidiſſimam amplectar, &, vt ſolent Puellæ faſciculos
» florum, aut vnguentorum pyxidulas ſinu geſtare: ſic ipſa toto cordis, & viſcerum affectu
» imperantem mihi dura & aſpera Deum complectar. *Vbera* ergo hoc loco pro *viſceribus* & *corde* poſita, vtrumque autem pro animi promptitudine ad obſequendum, etiam in duriſſimis rebus parati. Sic Origenes *Vbera* interpretatur Hom. 2. ex 2. & 2. ex 4. Cordis locum præcipuum. *Si quis*, inquit, *Verbum Dei toto affectu in corde ſuo, & toto amore conſtringit, ipſe ſolus poterit odorem fragrantiæ eius, ac ſuauitatis percipere*. Sic etiam Theodoretus, & tres apud illum Patres, & Pſellus, qui omnes Origenem ſunt ſequuti.

VI.

Commorari autem quid erit? Cuiuſdam ſingularis ſenſus. Gratiam communicatam veteribus. Sed manſuram in ſuperiori parte, Nec communicandam inferiori. Sed commorari hic. otium dicit, & durationem. Et quidem voluntariam & placentem Id ergo vult: quidquid à Deo præcipiatur gratum ſibi futurum.

Supereſt quæſtio altera; Quid *Commorandi* verbo ſignificare voluerit, nam neque id ſine cauſa poſitum eſſe, exiſtimandum eſt. Docti viri ſingularis eſt ſententia, quæ vt neminem præceſſorem habuit, ita nec ſequentem habitura fortaſſe eſt. Ea paulo antè à nobis tradita, examinanda nunc eſt. *Vbera* ergo ſuperiorem, ac rationalem animæ partem intelligit, in quam quidem Dei gratia largiter infuſa fuerit, ſed manſura tamen ibi, nec ad inferiorem animalemque partem diffundenda, vt eius carnales affectiones componeret, cum id donum per Chriſti mortem communicandum eſſet Eccleſiæ. Quid autem in eo actum per Chriſti mortem, minimè nunc diſquirimus. Id contendimus, parum aptè *Commorandi* verbo id velle ſignificari hoc loco. Hebræa certè vox, quemadmodum loco alio animaduerſum eſt à nobis, *Pernoctare* eſt, *Manere*, & *Hoſpitari*: dicit autem ea vox & otium, & quietem, & ab alijs curis ceſſationem: cum vni ſcilicet rei intentus animus, ad alia non diuertit. Totum autem id indicat, quanta alacritate, atque etiam voluptate auſteri præcepti obſequio vacatura ſit. Itaque non tam *commorationem* quamcumque dicit, quam *voluntariam, liberam*, quæ *in tua ſit poteſtate*: potius ergo actionem quam paſſionem, vt ita dixerim ſignificat, cum quis quidquid donatur grato animo excipit, grato retinet, conſeruatque. Quæ ſignificatus vis in eum ſenſum non quadrat. Non ergo id vult, eam gratiam, quæ ſibi communicanda à Deo, aut communicata certè fuiſſet, vna velut cohibitam parte animæ, minimè alijs communicandam: ſed totam quanta quanta ſit, in vnam curam ſe incubituram; vt, ardua etiam, ac dura præcipienti Deo, non alacri modo ſtudio, ſed propenſiſſimo etiam obſequatur.

Cuiuſdam ſenſus de gratia data veteribus, ſed hærente in ſuperiore animi parte.

Commorari, dicit otium, ac durationem, & quidem voluntariã, & placentem.

VII.

Immo & animi illam paraturam diuturnam fore. Id enim commorari eſt. Diſponitur ſenſim ad Sponſæ honorem, Nam loquutio Erotica eſt, Et ad maritales complexus pertinet. Quaſi tota in Dei ius tranſire cupiat, Per iura maritalia. Id intelliges ex Dei verbis ad Abrahamum. Poſt filij ſacrificium. Quibus ſe daturum illi legem pollicetur.

Fortaſſis etiam & *diuturnitatem*, ac *perſeuerantiam* iugem in obſequendo ſignificat. Vt quemadmodum ſupra Ver. 9. pollicitus Deus eſt, nunquam ſe vlterius permiſſurum, vt vlla dæmonis arte tota in præcipitium ruat, quemadmodum ſemel illi in Parentibus primis contigerat; ſic nunc Deo Eccleſia vicem reddat, ſeque recipiat, nullo caſu, ne auſteritate quidem, aut ſeueritate vlla illius ab eius amore abſtrahendam; hæſuram illi ſemper, per æqua, per iniqua quacumque ducat. Senſim ſcilicet properat ad Sponſæ honorem, ac diſponitur ad nouum ſtatum. Nam & hoc loco Dramatico Commentario Eroticum quid agnouimus, expenſo Hebræorum vſu in ea loquendi forma. Ardet ſcilicet Deo coniungi per fœdera ſtrictiora; &, quod olim auguratur futurum, incipit meditari, & apud ſe agitare. Certè ea *Inter Vbera Commoratione*, ſiue pernoctatione maritales amplexus ſignificari, eo loco docuimus, & probabilibus argumentis euicimus, in eo totam Puellam eſſe, vt indicet, totam ſe velle in Dilecti iura, poteſtatemque tranſire, nexu legitimo nuptiarũ: nec aliud eſſe, *Inter Vbera Commorabitur*, quam, *maritali iure me totam illi contradam, ad caſtos, ac legitimos amplexus*. Ergo ſi analogiæ inhæreamus, aliquid hic ſimile in arcana ſententia agnoſcemus; Quid autem illud ſit, haud fortaſſe difficile fuerit coniectari: Si ea pendamus, quæ Cap. Gen. 17. antequam Circunciſionis legem Deus Abrahamo ferret, atque in eo poſteris, eſt pollicitus. *Et ſtatuam*, inquit, *Pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te, in generationibus tuis fœdere ſempiterno; vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te*. Mox, quid contra ab Abrahamo eiuſque poſteris exigat, indicans, adiecit: *Et tu ergo cuſtodies Pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis*. Quale verò id *Pactum* eſſet, ſubiecit dicens: *Hoc eſt Pactum meum, quod obſeruabis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te, circumcidetur ex vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis*

Commorari, manere perſeuerantes, dicit.

Erotica loquendi forma, pro cõplexu maritali.

Dei pactum cũ Eccleſia per Abrahamum, mutuum, & duraturum.

Digitized by Google

Exigent ab illo circuncíſionem. Quæ diu duratura ſit in poſterum. Et in eo promptũ obſequium. Fuit ergo pactum mutuum. Circuncíſione firmatum. In pignus futuræ incarnationis.

deris inter me, & vos; eritque Pactum meum in carne veſtra, in fœdus æternum. Vides hic & Circuncíſionis latam legem, auſteram ſimul, & verecundam, vt Bernardus loquitur: & quam in Eccleſia paraturam exigat, ad eam excipiendam; ſcilicet promptum animum, & alacre ſtudium, quod & perpetuum ſit, & ab ardore, quo conceptum eſt, intepeſcat nunquam. Hoc ergo eſt, *Inter Vbera Mea Commorabitur*. Quo & alacritatem Eccleſiæ, & iuge in obſequendo ſtudium ſignificari docuimus. Nec ſine cauſa fœderis mutui ſermo iniectus eſt, inter Abrahamum, & poſteros, & Deum, vt promiſſiones haſce mutuas, ſignaculo circuncíſionis, velut icto fœdere, firmatas, initia eorum eſſe, quæ poſtea peracta ſunt, agnoſceremus, cum Dei Filius carnem de Abrahæ carne dignatus eſt ſibi circundare. Meditabatur Deus ſcilicet, quod geſturus erat poſtea: & ad grande Incarnationis opus, plenaſque cum Eccleſia nuptias, ſymbolis præludebat; quaſi oblectaturus ſe ludicris, dum ſeria differuntur. Neque dubium eſt, præluſiſſe in eo facto, & *pacto*, ad *Pactum* diuinius, quod futurum erat æternum.

Circuncíſio pignus Incarnationis.

VERSVS XIV.

BOTRVS CYPRI DILECTVS MEVS MIHI IN VINEIS ENGADDI.

COMMENTARIVS.

OBSCVRISSIMA hæc eſſe fatentur omnes: ſed ad veram intelligentiam, tum ordine rerum ipſo, tum nonnullis, quæ manent alijs ſcripturæ locis ſignata veſtigia, manu ducemur. Pergit itaque Deus Eccleſiam illam per dura, & aſpera ad veram robuſtamque virtutem exercere: illa contrà ad aſpera, & dura ſubeunda alacriter paratam ſeſe, promptamque profiteri. Probauerat eius Fidem Deus, & obſequium, lata duriſſima Circuncíſionis lege: tentat nunc eandem in Abrahamo, iniuncta grauiore vnici Filij mactatione. Sed haud in obſequendo ſegnis ſanctiſſimus vir, cum promptiſſimo animo armatam ferro manum ad grande facinus perficiendum leuaſſet, in lacteam vnici Filij, atque innocentis ictu certiſſimo demiſſurus ceruicem, monitus ab Angelo deſijt: veneratus Numinis, non imperij ſeueritatem magis, quam admiratus clementiam; qui voto contentus, vitam Filio, Patri hæredem, vnicè dilectum donaſſet. Succeſſit pro homine Aries, quem Deo pro Filio victimam obtulit, noua ex cauſa, ac vice amplius placituram. Hoc ſtatu rerum hæc verba loquitur Eccleſia, cuius tunc Abrahamus membrum erat potiſſimum. Sibi Deum, tam dura licet, tam ardua imperantem, ſuauiſſimum eſſe; nec aliud olere, quam *Cypri Botrum* id eſt, eius fruticis flores, quæ ſuo genio in *Botrorum* formam racemari ſolent. Ac ne quis dubitet ſenſum hunc eſſe, quidue illa velit, de *Vineis Engaddi* mentionem inijcit, vt locum deſignet; in quo hæc geſta ſunt. *Engaddi* enim *Oculum Tentationis*, ideſt, *Loci Viſionem*, in quo *Tentaſſe Deus Abraham*, dicitur, ſignificat: qui in ſcriptura *Terra viſionis*, & *Mons Dominus videt*, dictus eſt.

ENARRATIO.

PER ardua me atque aſpera ducis; ſed & durioribus: ſemper exerces: ac poſt latam Circuncíſionis auſteram legem, Filiorum immolationem iniungis, quodque amarum eſt valde, manu Patris propria peragendam. Expertura quid ipſa poſſem, lata obſequuta ſum tibi & per Abrahamum Parentem, ad Iſaaci Filij immolationem accinxi me. Sed ferrum iam nobilis victimæ libans ceruicem voce probibuiſti: reddidiſti Filium Patri, mihique Matri ſeruaſti pro-

Digitized by Google

prolem: votiſque contentus, cætera donaſti omnia. Nunc maximè tibi iungi incipio vinculis ſtrictiſſimæ charitatis, & ad omnia me paratam profiteor. Sentio ſcilicet odoris tui fragrantiam, qui, etiam cum acerbis exerces tuos, non in totum pietatis obliuiſceris; id eſt, tui Is me odor ita recreat, vt omnino rapiat ad te. Similem Myrrhæ Faſciculo, dixi prius, nunc manipulo florum, & Botro Cypri, cum in ipſo omnia omittendi articulo, omnia donaſti; & ſpem largiſſimam infinitæ futuræ prolis ſuſtentaſti. Cypri mihi Botrus odoratiſſimus es, quales naſci in Engadditano agro ſolent, & ſuo tempore ſuauitate ſua prodere. Nec ſine cauſa eius agri mentionem facio, qui ſuo ſignificatu reuocat in memoriam montem illum, quo tibi placitum, & me tam arduo tentare facinore; &, poſtquam tentauiſſes, tanta fælicitate, tamque grandibus beare promiſſis, & ſobole ſine numero fæcundare, in qua benedicendæ ſunt omnes Gentes.

NOTATIO XXXVI.

BOTRVS CYPRI DILECTVS MEVS MIHI.

SVM. COM.

I.
Difficultas loci huius ingens.
Fortaſſis nec noſter ſenſus probandus.
Sed oramus lectorem, vt ferat iudicium.
Hic ergo de Cypro ſermo.
Noſtri liguſtrum vocant.
Cuius flores in manipulos nexi Imitatione botrorum.

II.
Qui Cyprum hic agnoſcunt,
Sententijs diſſident.
Origenis ſenſus.
De virtute Chriſti ad fouendum, et calefaciendum animas.
Sed Cyprus frigidioris facultatis eſt,
Quippe cum conſtringendi vi polleat.
Nec opus ad vim eius medicam confugere,
Ideo hunc ſenſum non probamus.

III.
Alij multiplicem Chriſti gratiam agnoſcunt.
Et diuinitatis ſimplicitatem,
In multiplice perfectione.

IV.
Sed nimis hæc ſubtilia ſunt.
Et huic loco parum apta.

QVANTA huius loci difficultas ſit, ſiue nexum expendas, ſiue verum ſenſum rimari velis, ex tam varijs, ac diſcrepantibus Interpretum ſententijs, facilè intelliges prudens lector. Nobis is ſenſus animo ſedit quem ſcimus obiecto primo, non ſingularem modo, ſed parum probabili, ac minimè aptum litteræ, multi arbitrabuntur. Hos oratos volumus, ne quid inaudita parte pronuntient: ac tum demum, cum probationes expenderint, in eam partem inclinent, quæ probabilioribus argumentis niti oſtendatur. Statuo autem, quod loco alio fusè oſtenſum eſt, *Cyprum* hic, quantum attinet ad Corticis ſenſum, non *Balſamum*, non *Caphuram*, non *vitis* eſſe *botrum*; ſed eius virgulti ſpeciem, cuius Flores *Liguſtra* ſunt, odorati quidem & ad vnguenta paranda aptiſſimi. Licet in eo virgulto apud nos is florum odor non admodum commendetur, propter rationem Commentario Dramatico redditam. Eorum florum manipulos, non artificio ligatos, ſed genio naturæ ipſo ordinatos, vt quadantenus vuarum imitentur racemos, & candor eximius commendat, & odor: non amaror infamat, aut alia ſaporis acerbitas, quod de *Myrrha* eſt obſeruatum; quæ quam odorata naribus, tam inamœna, atque ingrata guſtui eſt.

Cyprus hic liguſtrum eſt.

Cypri flores racematim iuncti.

Eorum ergo omiſſis ſententijs, qui, cum hic vel *Balſamum*, vel *Caphuram*, vel *Vitem* intelligerent, ſuam quiſque ſequuti viam, locum hunc arcano ſenſu interpretati ſunt: qui *Cyprum* potius agnouére, diſperſi etiam ſunt ſententijs. Origenes homil. 2. ex 4. non tàm ad vim odoram *Cypri*, quam ad calefaciendi virtutem reſpiciens, ac fouendi, qua præditam arbitratur, *virtutem* intellexit *Sponſi, qua & animas fouet, & calore ſuo inflammat*. Sic illi de vicinitate illius ignis ſentiebant ardere ſe, qui dicebant, *Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur nobis in via?* Luc. 24. 32. Quid eius virgulti nomine Origenes intellexerit, neque ille dixit, nec ſatis intelligo. Id dico, ſi *Liguſtrum* eſſe velimus, haud quadrare, quæ de fouendi, ac calefaciendi vi dicit; Video enim eius in Medicina vſum in affectionibus calidis adhiberi: quod indicium, non caloris, ſed frigidi moderati eſt. Lege Dioſcoridem lib. 1. cap. 104. Quin cum conſtringendi, atque exſiccandi vi polleat, multum terreſtris ſubſtantiæ, frigidæque habeat eſt neceſſe; quod & ratio perſuadet, & Medicorum firmat authoritas. Non ergo opus eſt ad medicam eius arbuſculæ facultatem confugere; ſatis eſt, ſi odorem, ſuauitatemque Puella ruſtica habeat in delitijs. Quod autem attinet ad ſenſum arcanum, cum hæc de Chriſto interpretetur Origenes, cuius calore foueatur, & ardeat Eccleſia, parum apta interpretatio eſt, ad noſtrum ducendum filum.

Cypri in re medica vſus. Non calidæ, ſed frigidæ facultatis, & aſtringentis.

De Recentioribus quidam, cum & *odorem* hic in *Botro Cypri*, & *multorum florum complexum* obſeruarent, de Chriſti Dei Hominis gratia interpretantur: quæ & natiua ipſa ſit, nec aliunde accepta; & vna gratias omnes complectatur, velut *Botrus* ſolet multa grana continere. Quod ſi & ad Diuinitatem Chriſti hæc transferas, eius in multiplice perfectione ſimplicitatem intelliges; vna enim, ſimplexque perfectio eſt, quæ ad mentis noſtræ captum in plura diuiſa nomina, non ideo in multis diſtincta accipienda eſt. Itaque, non aliud ſimilitudine *Faſciculi Myrrhæ*, quam *Botri Cypri* intelligunt.

Botrus Cypri Chriſtus propter complexum gratiarum.
Verbum D. propter ſimplicitatem infinitarum perfectionum.

Hæc autem, quanquam in ſe vera ſunt, vereor ne ſubtiliora ſint, quam vt quadrare in hunc locum poſſint: cuius interpretatio tametſi maximè arcana, tam ſubtilia, & ex adytis tracta ſcholæ minimè amat. Accedit & ordo rerum ipſe, nexuſque ſententiæ, quod ſæpe monendum eſt, qui aliud hic omnino exigit. Quo etiam argumento alia, etiam ſubtilio-

Vt alia ſubtiliora, & ex intima Theologia.
Minus probandi aliorum ſenſus.
De martyrum ſolatijs,
Aut temporali Eccleſiæ poteſtate,
Vel victoria ex hoſtibus,
Quæ alterius loci ſunt.

ra, quæ ab iiſdem Authoribus tradita ſunt, deque intima Theologia, quibuſque ſcholarum atria, atque exedræ ſonare ſolent, ſumpta, etiam minus aptè in hunc locum quadrare conuincuntur. Aliorum Recentiorum mitto ſententias, qui hæc vel de *conſolationibus* interpretantur, *Martyribus à Deo medijs cruciatibus preſſuriſque, ſubmiſſis*; vel quod multo alienius eſſe putamus, de *temporali Eccleſiæ poteſtate, opulentia, & Regno*, eo argumento, quod è *Cypri* floribus vnguentum parari *Baſilicum*, ideſt *Regium*, proditum ſit: Aut, ſi *Balſamum* in Cypro agnoſcas, quod confectum ex eo vnguentum ſupra alia regnum obtineat; aut quod ſi hæc ad *Palmæ Botros* referas (quod etiam probabile arbitrantur) Palma victoriam notet; quæ certè omnia leuia argumenta ſunt, ad eam rem aſſerendam. Vt nihil dicam, hæc, quæcumque tandem eſſe volueris, ad alium Eccleſiæ ſtatum, adultiorem ſcilicet, ac omnino matronalem, pertinere: cum hic adhuc illa iuuenili virens ætate deſcribatur, atque adhuc ſub Pædagogo diſcens.

Multorum reiecti ſenſus. Vt minus apti in hunc locum:

V.

Hæc ergo Eccleſiæ ſunt verba,
Poſt immolationis præceptum
Beneficia in ſe Dei extollentis
Quem ergo faſciculo myrrhæ comparat,
Propter acerbitatem circumciſionis.
Nunc ſimilem Cypri botro dicit,
Propter cumulum promiſſorum
Nam Dei proprium.
Ab aſperis ad placida corda traducere
Duris probarat Eccleſiam, in Abrahamo,
Iniuncta filij mactatione.
Velut in vnum faſciculum myrrham colligens
Obſequutus alacriter Abraham, & prompte.

Cur minus probabiles aliorum viſæ ſint ſententiæ nobis, indicatum hactenus, nunc quā ipſi magis probemus, dicendum eſt. Exiſtimamus ergo hæc illius eſſe verba Eccleſiæ, poſtquam de mactando vnico Filio præceptum Abrahæ datum eſt; reque, quantum ad ſe quidem ab Abrahamo peracta, recepto Filio, viceque illius Ariete mactato, ingentes illæ promiſſiones de multiplicanda ſobole, in qua benedicerentur omnes Gentes, in Chriſto ſcilicet, ex eius ſemine naſcituro, datæ Abrahæ in obedientiæ, Fideique præmium ſunt. Nec ſine cauſa idem ille Deus, qui hactenus ab Eccleſia *Faſciculo Myrrhæ* ſimilis dictus eſt, propter ſeueriſſimæ legis acerbitatem, qua iubebat maſculam omnem prolem circuncidi, nunc *florenti Cypri Botro* comparatus eſt, propter ingentium promiſſorum, quibus noua Eccleſiæ ſpes, & ſobolis, & ex ea naſcituri Chriſti, velut firmiſſimis ſuſtentaculis ſubnixa eſt. Id enim Dei proprium eſt, alternare vices, & animi obſequium magis, quam rem exigere. Probat ſuos ille ſcilicet, probatos autem rurſus erigit, vt iterum, & ſæpe probet: ſpemque in arctum frequentiſſimè compellit, vt exerat vires; mox eandem in latiſſimos benignitatis campos, & indulgentiæ latitudinem eductam, ſpacijs dilatatis, beat promiſſis, fauoribus recreat. S.D.E. *Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum*. Iob. 7. 17. Et: *Non enim delectaris in perditionibus noſtris; quia poſt tempeſtatem tranquillum facis; & poſt lachrymationem, & fletum, exultationem inducis*. Tob. 3. 22. Hæc autem quam verè dicantur, videre qui velit, ea cogitet Dei ad Abrahamum iuſſa. *Tolle Filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac; & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in Holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi*. Gen. 22. 2. Vide, vt per omnes circunſtantias premat Parentem, vnici Filij amantem; vt idem ille, qui vitæ fuerat author, dum gigneret; mortis etiam eſſet, dum mactat, & quam illi lucem ſenex, & orbus reddiderat, eandem extingueret, iterum orbus vt fieret. En *Myrrhæ Faſciculum Deum*, ſeuera ſcilicet imperantem & amara: vnoque præcepto multa & acerba & dura, velut vno faſce colligata, iniungentem. Contra vide Optimi ſenis in obſequendo promptitudinem. *Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum*, vix audiri vox Dei imperantis deſierat, nec expectata diei aduentantis luce, concubia nocte, neceſſaria omnia parat, ne quid ardorem moretur. Hoc eſt; *Inter Vbera Mea Commorabitur*.

Eccleſia recepto Iſaaco, & promiſſis ingentibus donata Dei in ſe benignitatem extollit.

Dei proprium exercitos per dura, blandioribus recreare.

Præceptum de mactando Iſaaco ex omni circunſtantia durum.

VI.

Meritus eſt Deum experiri Cypri botrum.
Recepto filio, additiſque promiſſis grandibus.
Nihil hic durum, nihil amarum,
Omnia ſuauem odorem ſpirant.
Ritè ergo Cypri botrus dictus Deus.
Nam candor felicitatis ſymbolū,
Odor autem gratitudinis.
Flores ſpei,
Quæ ſuſtentata à Deo magnis promiſſis,
De ſobolis multiplicatione
Poſſeſſione Chananitidis,
Et venturi Meſſia.

Quod ſi quam verè Botro Cypri ſimilis idem ille Deus ſit dictus, videre libet, quæ conſequuta ſunt pende. *Non extendas*, inquit, *manum ſuper Puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui, quod times Deum, & non pepercisti vnigenito Filio tuo propter me*. Quid amplius indulgeri Patri potuit, quam Filij ſalus penè de mortis faucibus erepti? Addidit Dei benignitas adhuc maiora; *Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris; poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum; & benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes*. Gen. 22. 17. 18. Omnia ſuauitatem ſpirant, & indulgentiam olent. Nullus hic amaror, nulla auſteritas; vt mirari poſſis tam breui, de ſeuero, & duro Deum in placidum indulgentemque mutatum. Tam facile eſt, cum vel obſequij promptitudine, vel Fidei alacritate mutare. Rite autem ea Dei benignitas, fauenſque facilitas cum *Floribus Cypri*, & *candore conſpicuis*, & *odore ſuauibus*, comparatur. *Candor* enim ad ſynceritatem, ſimplicitatemque fauoris, (vnde fęlicitas ipſa naſcitur) refertur: nam & *Candore* fęlicitas ſignificatur; qua forma ſermonis, & *Candidos* dies dicimus; & fęlices dies albo lapillo olim ſoliti ſignari: & *odoris ſuauitas* ad eos effectus, quos impenſa gratia in animum illius ingerit, cui fauor impenſus eſt, aptè transfertur. Quod ſi tantam tunc in ſpem Eccleſia erecta eſt, cui & innumeram ſobolem, & hoſtium dominatum, &, quod caput eſt, ortum Meſſiæ ex Abrahæ ſemine pollicitus Deus eſt, vide quam aptè non ſimpliciter *Flori Cypri*, ſed *Botro*, ideſt, *complexioni*, aut *Faſciculo* Deum Sponſa Eccleſia comparauit, cum in *Floribus* ſpem etiam Profanorum eruditio ſignificatam intellexerit: & in *Botro*, ideſt, *multorum florum complexione*, vnam eandemq; ſpem ſuſtentantes multas cauſas aptè accipiamus. Hunc ſenſum Paulus habet Rom. 4. 19. *In repromiſſione etiam non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcumq; promiſit, potēs eſt & facere*.

Dei indulgentia in Abrahamum eius obſequio maior.

Candor fęlicitatis ſymbolum.

Spei ſymbolum Flores.

Sed

Digitized by Google

VII.
Mira verò huius Cant. ars.
In quo tam aptis ſymbolis tanta indicata myſteria.
Faſciculus ergo myrrhæ Deus Duris probans Ecleſiam.
Botrus Cypri, fauoribus recreans.

VIII.
Nec ſine cauſa vtrobique Dilectus dictus.
Factum id ex Amantium more,
Qui ſicut affectũ, ſic linguam frenare neſciunt.
Sed hoc loco Dilectum vocat Ecleſia,
Cum probat duris, & mulcet blandioribus.
Vtrumque enim in bonum cedit Eccleſia,
Quod obſeruatũ à Paulo.

Canticí ars diuina.

Sed ſcripti huius miram artem, ac verè diuinam mirari ſubit; in quo tam aptis rerum ſimulacris arcanus ſenſus velut ſuo trunco medulla, incluſus eſt; vt nihil in extrinſeca forma ſit, quod ad rerum nexum deſideres; rurſuſque eadem arte, quæ ad intelligentiam ſpiritalem pertinent, connexa mireris. *Faſciculum Myrrhæ* dixerat Deum, ſiue *complexionem* Eccleſia, quo ſignificari monuimus multiplex experimentum, quo ſe diuinabat Eccleſia per dura & aſpera exercendam à Deo: ſubdit, eundem illum *Botrum eſſe Cypri*, quo ſcilicet indicauit, & ſibi, poſt acerba illa, dulcia propinaturum, & ſuauia, nec ſemel tantum, ſed ſæpius ſe eo fauore donandam: vt ſæpius probata per aſpera, & acerba; ſæpius etiam blandis, ac placentibus recreata, in maturam ætatem adoleſcat. Atque hanc vim eſſe putamus in ea loquendi forma, *Botrus Cypri*.

Deus non minus Eccleſiæ Dilectus cum probat duris, quam cum placentibus mulcet.

Cum autem vtroque loco Deum *Dilectum* ſuum appellat, fruſtra id factum videri cuipiam poſſit, cum ſatis ſemel dixiſſe ſufficeret, quin neceſſe eſſet, per ſingula Commata, eas blanditias iterare. Et verò ſi ad Dramaticum ſenſum reſpicias, factum id eſt ex Amantium more, qui ijs blanditijs, ſæpius iteratis ſe inuicem aut excitare, aut prouocare ſolent. Quod & ad arcanam ſententiam traductum, ſua ratione non caret. Solet enim animus eius, qui tenerè Deum amat, quin frenare affectus impetum poſſit, ſæpe, quaſi extra tempus & locum, in eas voces erumpere; velut in anguſto concluſa flamma, quacumque via ſe pandit, ſolet vel fumo, vel calore per interualla ſe prodere. Sed hoc loco non ea ſola iterationis eſt cauſa. *Dilectum* dixerat, cum ſeuera ingereret, & dura præſcribunt; *Dilectum* etiam compellat, dum ſuauiora propinat; ſcilicet vt indicet, vndecumque ſibi amandi occaſiones conquiri, & quidquid Deus ingereret, flatus eſſe, quibus charitas nouis aucta viribus exereret ſeſe: vt nec duris, atque aduerſis intepeſceret; nec ſecundioribus, minus videretur inualeſcere. Id eſt ſcilicet quod Paulus dicebat: *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum*. Rom.8.28. Et: *Qui manducat, Domino manducat; gratias enim agit Deo. Et, qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim noſtrum ſibi viuit*, (ſibi viuere ſoli debet) *& nemo ſibi moritur: ſiue enim viuimus, Domino viuimus; ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur Domini ſumus*. Rom.14.6.7.8.

NOTATIO XXXVII.

IN VINEIS ENGADDI.

I.
Loci huius difficultas ingens,
Sed non deſperanda intelligentia.
Engaddi eſt Oculus tentationis
Oculus autẽ ſæpe pro aſpectu,
Tam actiuè, quã paſſiuè.
Vt conſtat ex ſcriptura.

Erit ergo Engaddi viſio tentationis.

Tentaſſe autem dicitur Deus Abrahamum.
Qui die tertio locum vidit.

Nec ſine magno animi ſenſu.
Nec ideo fide infirmatus.

Engaddi, Oculus, ideſt viſio tentationis.

Ain, Oculus, viſio, aſpectus paſſiue & actiue.

Abrahamus de longe videt locum ſacrificij, nec ſine ſenſu doloris, ſed non ideo infirmatus in fide.

HAVD raro ſub incertam Lunam ſub luce maligna peragranti ſyluam, dubio, ſed frequenti calle perplexam, ſignata vtcumque ſed rara veſtigia, fuére pro ducibus, ſi ſolerter aduertat; ſic nobis in hiſce perplexitatibus difficillimi loci contigiſſe fatemur. *Engaddi* interpretatur Origenes, & qui ab eo mutuati ſunt, Theodoretus, & tres Patres, *Oculum Tentationis*, & poſt illos plerique de Interpretibus. Quæ ſingulis occaſio multa comminiſcendi, cuique ſecundum eam, quam ingreſſus viam eſt. Nobis nullo fortius argumento perſuaſum eſt, hæc de ſacrificio Abrahæ, & poſt ſacrificium, promiſſis illis Dei magnis, accipienda eſſe. *Oculus* certè haud raro in S. Scriptura, ſi vocabulum originale conſideres, *Ain*, pro *aſpectu*, ſeu *viſione*, ſiue actiuè, ſiue paſſiuè vſurpari ſolet. Zach. 9. 1. *Quia Domini eſt Oculus hominis, & omnium tribuum Iſrael*. Ad Dominum aſpectus, ſiue aſpectatio, hominis; quia omnium hominum, quemadmodum à Deo pendet omnis fęlicitas, ita ad eum ſpectant omnes. Domini ergo *Oculi* hominum ſunt, quia Deo debentur *Oculi* hominum, vt eum aſpiciant, & ab eo omnia ſperent. Sic dicebat ille: *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos*. Pſal.24. 15. *Oculus* ergo *Tentationis* erit, *viſio*, ſeu *aſpectus Tentationis*. Quid autem hæc ſibi velint, intelliges, ſi memineris, præceptum illud de immolando Filio, Abrahæ datum à Deo, *Tentationem* dictum, & Deum præcipientem, *Tentaſſe Abrahamum*. Geneſ.22.1. *Tentauit Deus Abraham & dixit ad eum: tolle Filium tuum, vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis*. Nec ſine cauſa additum puta: *Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul*. Ver.4. En tibi *Oculum*, ſeu *aſpectum*, ſeu *viſionem Tentationis*. Neque enim ſine magno animi ſenſu locum illum ſpectare potuit, in quo mactandus, ſe ſacrifico, Filius erat. Nec hæſit dubius tamen, ſed alacer montem conſcendit, & obſequutus imperanti eſt. Id autem eſt, quod Apoſtolus in eo facto commendat. Heb.11.17. *Fide obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur; & vnigenitum offerebat, qui ſuſceperat repromiſſiones*.

II.
Si viſionem pro rẽ obiecta accipias,
Quod omnino potes,

Quod ſi *Oculum*, ſeu *viſionem*, ſeu *aſpectum*, paſſiuè velis accipere, pro ſpectaculo, ſeu re, quæ obijcitur aſpectui, neque id facies ſine exemplo Scripturæ S. nec ineptè ad hunc locum, licebit aptare. Leuit.13.55. quòd Hebraicè eſt, *Non vertit tactus oculum ſuum*. Noſter tranſtulit, *Faciem*. LXXII. autem ὄψιν, *aſpectum*; id ſcilicet, quod obijcitur oculis.

Digitized by Google

Vt ſepe in ſcriptura,
Engaddi interpretabere locum tentationi deſtinatum.
Id eſt ea omnia quibus fides Abrahæ probata.
Audito Dei mandato,
Et dum ad locũ properat,
Et exequitur imperata.
Tunc cum periiſſe omnia viderentur,
Omnia Deus ſeruauit.
Ideo Botrus Cypri in Engaddi tunc fuit.
Fauet Theodoretus, licet ſequutus aliam ſenſum.

Exodi autem 10. 15. quod dicitur de locuſtis, *Operuerunt vniuerſam ſuperficiẽ terræ.* LXXII. και εκαλυψε την οψιν της γης. *aſpectum,* ſeu *faciem terræ.* Hebraicè autem, *Vniuerſum terræ Oculum*: quidquid terrarum obijciebatur aſpectui. Erit ergo *Oculus Tentationis*, locus tentationi deſtinatus, ſiue id omne, quod obijci oculis poterat, dum Abraham tentaretur à Deo. Complectetur autem ea omnia, quibus Fides, & Spes, & Charitas Abrahæ exercita, & probata à Deo eſt. Probata autem & dum ſacrificium imperaret, eiſque verborum circunſtantijs, quæ maximè Patrem, & vnici Filij genitorem, ac tenerrimè amantem non pungere modo, ſed & lethaliter ſauciare poſſent. Deinde etiam, quæ tum in via dierum trium itinere, dum properarent ad locum, tum in loco eodem, dum ſeſe & Filium ad immolationem parat, dumque Filium in lignorum ſtruem conijcit, dum ferrum ſtringit, dum validè percuſſurus leuat, & demittit, contigére. Ea enim omnia *Viſio*, ſeu *Oculus Tentationis* comprehendit. In eo autem articulo, cum perijſſe omnia videri poterant, benigniſſimus Deus & mœrore Patrem liberauit, & Filium à nece prohibuit, & ingentibus promiſſis, multa cum facti prædicatione, vtrumque beauit. Tunc ſcilicet *In Engaddi Botrus Cypri* verè fuit: in ipſa nempe extrema *tentationis* tegula verſanti Abrahamo, non benignus modo Pater, ſed beneficentiſſimus Dominus. Ac ne putes vno loco à nobis hæc ſine ratione coniungi, ſcilicet & tentationem, & liberationem, Theodoretum habes bonum omnino Authorem; qui quanquam hæc alio refert, in eo tamen nobis præiuit, quod in *Engaddi* vocabulo *Tentationis labores*; in *Botro Dei Benignitatem* intellexit. *In tentationibus,* inquit, *conſtituta, & à multis oppugnata, ſuam ſentio ſuauitatem, & Vineis hoc tempore floreſcentibus, ſed in medio tentationum exiſtentibus, ſuauem Botri tui florentis odorem antepono.*

Engaddi viſio tẽtationis, id eſt, loci in quo tentatus Abrahamus.

Abrahæ ſpem in extremo verſantem ſuſtentauit Deus.

III.

Sed Hieronymo Engaddi eſt Oculus Hœdi.
Gadah, autem etiam agnus eſt,
Nam Hebræi vocabulo vno etiam affinia ſignificat.
Erit ergo viſio hœdi, viſio victimæ.
Id eſt arietis, qui oſtenſus Abrahæ,
Qui prius interrogatus de victima a filio

S. Hieronymus in cap. 47. Ezech. *Engaddi* interpretatur, *Oculum Hœdi*. Poſſumus autem intelligere, iuxta Regulam ſuperius traditam *Viſionem*, ſiue *Aſpectum Hœdi*. Hebræum autem nomen *Gadah*, vt obſeruauit R. Dauid Kimhi, & ex eo alij, non *Hœdum* ſolum, ſed & *agnum* ſignificat. Id autem probat, quia ſæpè *Hœdus de Capris* in S.S. nominatur. Iudic. 13. 15. 19. Et, 15. 1. 2. Reg. 16. 10. Tob. 2. 20. Scilicet vt diſtinguatur ab eo, qui oue matre ſit natus, vt vt fuerit, tametſi de nomine *Gadah*, non vſquequaque ſit certum, id conſtat, apud Hebræos ſæpe res affinium rerum vocabulis nominari. Sic eodem vocabulo *Seeh* alibi *Agnus*, alibi *Hœdus*, alibi autem *Aries* ſignificatur. Sic Vulgatus quem Exo. 12. 2. vertit *Agnum*, Ezech. 45. 15. reddidit *Arietem*. Pſal. autem 118. 176. *Ouem*, & Gen. 22. 16. *Victimam*. *Oculum* ergo *Hœdi* ſi intelligas *Viſionem victimæ*, vel *Arietis*, & memineris, quod Abrahamo contigerit, dum ab immolatione Filij prohiberetur, ab Angelo, fortaſſis, quam probaliter hic ſenſus à nobis tradatur, haud inficiabere. Dixerat Patri Filius, cum parata reliqua ad ſacrificium animaduerteret, ignem, & ligna, & gladium. *Ecce ignis, & ligna, vbi eſt victima Holocauſti?* Gen 22. 12. Pater autem inſcius futurorum: *Deus ſibi prouidebit victimam Holocauſti*. Prophetauit ſcilicet, & quod vno ſenſu dixerat ipſe, vt à curioſa quæſtione Filium auerteret, Deus alio, & vero ſenſu per illius os enunciauit. Mox à cæde prohibitus, *Leuauit oculos ſuos, Viditque poſt tergum Arietem hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit Holocauſtum pro Filio*. Merito ergo in *Hœdi*, id eſt, *Arietis*, ſeu potius *Victimæ aſpectu*. Deum ſibi fuiſſe *Botrum Cypri In Engaddi* teſtatur Eccleſia: cum ſcilicet admiranda commutatione, pro homine immolando oblatus eſt *Aries*; eaque in Abrahamo ingenti promiſſo donata, non ſolum infinitæ futuræ ſobolis, ſed & venturi Chriſti, quo, velut victima in illa figura expreſſa, in Caluariæ monte mactato, & mundus Deo reconciliandus erat, & peccatum omne delendum.

Engaddi ex Hieron. viſio hœdi.

Gadah, quid ſit Hebræis.

Hebræi eodem vocabulo rem vnam, & affinia ſignificant.

Prophetauit, neſciens
Dei q Dominus prouidebit.
Tunc verè Deus Botrus Cypri.

Candidus, & odoratus.

VERSVS XV.

ECCE TV PVLCHRA ES, AMICA MEA, ECCE TV PVLCHRA ES: OCVLI TVI COLVMBARVM.

COMMENTARIVS.

PARENDI illa alacritate, quæ in Abrahami facto probata à Deo fuerat. Eccleſiæ ſpecies viſa eſt creſcere, aut noua gratia Deo placere. Id hoc Commate Deus innuit, quam illi ſcilicet eius virtutes ſint gratæ, Pietas, Simplicitas, Obedientia. Puritatem autem, ac ſynceritatem intentionis, ac ſimplicitatem obſequij, maximè prædicat: nihil enim

maio-

Digitized by Google

maioribus in ſcriptura laudibus tollitur, quam id Abrahami factum, ex nuda Deo placendi voluntate profectum. Quanta autem Eccleſiæ illius animi ſynceritas, ac ſimplicitas fuerit, docent Abrahami, atque Iſaaci, & poſtea Iacobi familiariſſima cum Deo colloquia: illis enim datum eſt, vt oculo mentis ſimpliciſſimo, ac puriſſimo Deum viderent; ac cum eo familiariter, vt ſolent amici cum amicis, agerent. Eius autem familiaritatis paſſim exempla habes in ſcriptura.

ENARRATIO.

NVNC quidem mihi verè places, & ſæpè experta in me tuæ pietatis forma, clariore documento emicuit: nullum enim maius pietatis, atque obſeruantiæ indicium, quam cum probatus arduis in rebus, ac duris animus, ſui non immemor, in vnum meæ dirigit mentis aciem, vt vni ſcilicet obſequatur. Quot, & quantæ in vno facto virtutes! Alacritas in obſequendo; in credendo, promiſſis in arcto poſitis, Fides; Fideique comes in ſumma deſperandi cauſa viuida ſpes. Sed charitas ſcilicet virtutum reliquarum agmini præiuit: ac, velut nobilis imperatrix, in ardua duxit; partaque victoria, reduxit in caſtra. Hæc vera Pulchritudo eſt; hic vnicus, qui mihi placet decor: hæc eius, quæ mihi coniunctiſſima futura eſt, ſpecies. Fortis ſemper in arduis, ac nulla difficultate vincenda: in ſecundis autem modeſta, humilis ſuique ſecum, nec diuerſa facie dum duris probatur, ac cum blandioribus recreatur. Sed præcipuam in te probo Puritatem mentis, in me vnum intentam: & ſimplicitatem cordis, vnius mei amoris ſedem. Fides ea eſt, quæ eam maximè decet, quæ in Sponſam meam inſtituitur. His artibus via ſternitur ad intimam coniunctionem cum futuro Sponſo; vt & eius arcanorum particeps, & delitiarum conſors eſſe merearis.

NOTATIO XXXVIII.

ECCE TV PVLCHRA ES, AMICA MEA, ECCE TV PVLCHRA ES.

SVM. COM.

I.

Cur bis pulchra dicta Eccleſia? Id enim non ſine cauſa eſt factum. Commendatur duplex ſpecies, Actionis & contemplationis Quarum altera qui careat, Perfectus non eſt habendus. Sæpe enim à terrenis ad cœleſtia ſubuolandum. Sæpe contra deſcendendum. Nec minus tenetur Deus alterutro modo. Ideo Eccleſia dicitur bis pulchra, ex ſenſu trium PP.

DE nexu horum cum proximis prima eſt quæſtio: altera, cur geminata eadem verba ſint, quod ſine vlla factum neceſſitate arbitrari quis poſſit. Sed poſteriore explicata quæſtione, prior facilè expedietur. Non abſque ratione geminatam ſententiam, plerique conſentiunt: non omnes tamen in eundem ſenſum conuenére. Tres apud Theodoretum Patres, duplicem Eccleſiæ pulchritudinem commendari animaduertunt, & eam ſcilicet virtutem, quæ in contemplatione; & eam, quæ in actione conſiſtit. Vtrumque enim Eccleſia habet. Cui & mentis oculus ad arcana diuina contemplanda perſpicax, vt audeat ſæpe Solis fulgentiſſimos radios, ideſt, inaſpectabilem illam Diuinitatis lucem directo reſpicere, vt generoſæ aquilæ ſolent; & manus promptæ, ad id exequendum omne, quo ſolet animus ad vitæ actiuæ virtutem omnem exerceri. Et certè horum altero qui deſtituatur, vix inter eximias mentes, quæ Dei ſimilitudine inſigniuntur, locum meretur. Cogita auem altero pennarum remigio deſtitutam, cui nec in ſublime ſuſtolli liberum, nec terris hærere tutum eſt. Cum ſæpe & verſanti in imo ob neceſſaria naturæ, ſubuolandum ſit, & ardua cœli petenda; vt periculum fugiat: ſæpe in ſublimi ſpatianti inferiora quærenda, cibum vt capiat, prouideatque ſibi aut pullis. Sic omnis animi virtus, niſi vtroque, minimè robuſta conſiſtit. Nam & Deus ipſe pro Deo deſerendus eſt; ſæpe terrenorum cura pro eodem: vt, cum ab illo videaris diſiungi, ſtrictiore nexu iungaris; cum recedere longius, propius adhæreſcas: ne tunc quidem eorum, quæ ad Deum pertinent, curam abiecturus, cum illi hæres; nec rurſus receſſurus ab eo, humanis implicitus propter illum. Bis ergo *Pulchra* pronuntiatur Eccleſia, &, cum, terrena fugiens, Deo adhæret, & cum, proximorum vtilitati inuigilans, recedere videtur à Deo. Id omne verè dictum eſt, ſed ſub omni ſtatu Eccleſiæ neceſſarium; hic res aliud exigit, & interpretationis conſequentia, quæ ſemper ob oculos eſt habenda.

Duplex Eccleſiæ pulchritudo actionis & contemplationis.

Anima contemplatione aut actione deſtituta, auis altera alarũ ſpoliata.

Deus pro Deo ſæpe relinquendus.

Ori-

II.

Sed quia pro Amica proximam habent LXXII.
Ideo bis dicta pulchra,
Semel abſente ſpõſo, iterum præſente in cælis.
Sic Origenes, cuius ſenſus difficilis.
Verba illius habes,
Sed Græci interpretes,
Voce Vſi quæ Erotica eſt,
Eſt enim ea quæ ſimul paſcatur.
Græci autem Interpr. ſemper eodẽ modo reddidere Proximam, ſiue propinquam.
Nullo maiore myſterio loco hoc.
Niſi vt amatam ſignificarent.

Eccleſia pulchra abſente Sponſo, & præſente in cælo.

Origenes autem hærens in eo, quod *Proxima* dicitur (ſic enim Hebræam vocem LXXII. reddidere, quam Noſter vertit *Amicam*) *bis Pulchram* dici putat Eccleſiam, nec alia ratione *Pulchram*, quam quia *Proxima Deo*. Omnis enim animæ inde eſt *Pulchritudo*, quod *Proxima Deo per charitatem, atque imitationem ſit facta*. Sed ſemel *Pulchram* ea ratione factam, etiam ſi abeſſe Sponſum contingat, *Pulchram* eſſe. Subtilia hæc ſunt, nec mihi ſatis, fateor, intellecta, vt pleraque huius Authoris in hoc Cant. ſubdo illius verba, experimentum facturus, an Origenis mens peruia magis lectori per illius verba ſit, quam per mea. *Grandis in hoc profectus eius oſtenditur, vt quæ prius tantum ſpecioſa in mulieribus dicta eſt, nunc vt Proxima ſpecioſa dicatur: ex ipſo ſine dubio Sponſo ſplendorem decoris accipiens; vt ſemel ab ipſo ſumpta Pulchritudine, etiam ſi accidat ei, paululum Sponſi abſentiam pati, nihilo minus Pulchra permaneat.* Hæc Origenes, ſiue quiſquis eſt, quatuor Homiliarum in Cant. Author. Homil. 3. initio, quorum ſimilia habet Homil. 2. ex 2. Cæterum quod LXXII. quam vocem legimus in Originibus, *Proximam* reddiderint, nullo maiore myſterio, aut ratione factum eſt, quam quod originalis vox amatoria ſit, eamque propriè ſignificet, quæ Compaſtrix ſit, ideſt, quæ ſimul paſcatur. Vt quia *Paſtoris* perſonam ſumere Sponſo viſum eſt, eam, quam Sponſam futuram amabat, eadem arte ſibi ſimilem oſtenderet. Ideo de Interpretibus quiſque affini vocabulo, quantum ad ſignificatum, reddidit, quanquam ſono diuerſo. Symmachus *Sodalem*, Aquila *Amicam*, vt Noſter; LXXII. autem, quoties hoc Cant. nomen illud vſurpatur, πλησίον. *Proximam*, ſiue *Propinquam*, reddunt. Quo ſatis argumento conuincitur, aut his nullum latere in ea voce myſterium; aut latere idem in omnibus. Cap. 1. 9. 2. 2. 10. 13. 4. 1. 7. 5. 2. 6. 3. Eſt ergo nomen Eroticum, quemadmodum cum locis alijs dicitur *Soror, Sponſa, Columba*. Ei autem Sponſus dicitu *Dodi, Dilectus*, quam vocem LXXII. reddidere, ἀδελφιδὸν, *Fratruelem, Fraternum, Nepotem*, varij enim eam vocem latinè variè reddidere. De quo alias, & alibi dictum. Cur autem non ante verſum nonum huius capitis *Amica* nomine compelletur, eo loco dictum eſt. Adeoque ſi quod hic myſterium agnoſcendum eſt, non aliud eſt agnoſcendum.

Hebræa vox Erotica, eius vis.

Hebræa vox Erotica eam ſignificat, quæ ſimul paſcitur.

III.

Iterum Origenes bis pulchram dictam putat.
Hic ſimilitudine Dei,
In cælo ſua ipſius perfectione.
Sed id parum eſſe theologicum videtur.
Omnis enim pulchritudo in Dei imitatione ſita.
Et alioqui hic de futura beatitudine non agitur.

Nec ſolidius illud eſt, quod Origenes idem obſeruat, licet admonito lectore, profundius hic myſterium latere, *bis Pulchram* dici, quod & in vita hac dum imitatur Chriſtum, ad eius ſe ſimilitudinem conformans, *Pulchritudinem* de illius ſpecie mutuetur; & in vita alia *Pulchra* etiam ſit, non iam ſolum imitatione, ſed ipſa ſiui perfectione. Quæ prætorquam non admodum theologicè dici videntur, ſi ſerium in examen voces, (Omnis enim animæ decor, ſiue in hoc, ſiue in futuro ſæculo, in vna cum Deo ſimilitudine ſita eſt, adeoque imitatione) minus huic loco aptari poſſe videntur; Quod enim alias obſeruatum eſt, omnis Dramatis huius actio hoc militantis, viantiſq; Eccleſiæ ſtatu completur: nec quidquam omnino eſt, quod ad futuram Triumphantis ſortem aptè transferri poſſit, ſiquidem litteram premas, nec ad alienos ſenſus verba detorqueas. Alias cum Militantis ſors, Triumphantis ſortem excludat & contrà, neſcio quo pacto, quia *bis* dicitur *Pulchra*, alterum ad Militantem, alterum ad Triumphantem referri poſſit, cum in eadem ſimul coniungi vterque ſtatus non poſſit, vt ſimul ſit Pulchra, quia Militans imitatione Chriſti ſpeciem mutuetur, & quia in cœlo cum Chriſto iam perfecta regnat. Hæc mihi hunc ſenſum minus probant. Sed fortaſſe Origenis ſenſuum ſublimitas meum omnino captum exſuperat.

Eccleſia hic pulchra ſimilitudine Dei, in cœlo propria perfectione ex Origenis ſenſu.

Animæ omnis pulchritudo à ſimilitudine eſt Deo.

IV.

Alij Veterem cum Chriſtiana Eccleſia componi putant
Hanc pulchriorem,
Ideo illam dixiſſe amicam, hanc autem pulchram.
Sed diuerſitatis huius nullum indicium,
Neque hic de Eccleſia Chriſtiana adhuc ſermo eſt.
Quin ij Authores eadem alibi verba aliter interpretati,
De interiore, & exteriore ſpecie.
Nulla reddita diuerſi ſenſus ratione,

Eccleſia ſub lege Amica, ſub gratia pulchra. Id reijcitur.

De Recentioribus quidam componi hic arbitrantur Veterem ſub lege Eccleſiam cum Chriſtiana; aut certè ſtatum cum ſtatu; pronunciari autem vtroque quidem *Pulchram*; ſed ita tamen, vt is decor, quo Chriſtiana ſplendeſcit, longe eum exſuperet, quo ſynagoga viſendam ſe præbuit. Ideo, cum de priore ſtatu diceret, compellaſſe *Amicam* & *Proximam*; vera enim ſponſalia ſeruabantur Eccleſiæ ſub Chriſto. Quod ergo diſcrimen inter *Amicam*, ſiue *Proximam*, & *Sponſam*, idem eſſe inter vnius ſpeciem, & alterius, *Pulchram* ergo Eccleſiam *ſub lege* fuiſſe, ſed *Pulchriorem ſub gratia*. Quæ quidem, tametſi verè dicuntur, extra quæſtionem dici videntur. Nam *Amicam* certè cum vocat, velle id vocabulum ad priora verba ſtringere, vt probes poſteriora de Chriſtiana Eccleſia accipi oportere, liberum eſt: nec eius diſcriminis vllum aut in Originibus, aut in translatione LXXII. aut aliorum Græcorum, aut in Vulgato indicium eſt; nec maior eſt ratio, cur ad illa, quam ad hæc referas. Adde nondum hic de Chriſtiana Eccleſia eſſe ſermonem: immo nec de ea, quæ ſub lege fuit Moſis. Sed quod omnem rem conficit, illud eſt, quòd cap. 4. 1. eadem omnino legimus in Originibus verba, & quidem iterata, vt hoc loco: quanquam Vulgatus aliquãto aliter reddidit, propter rationem eo loco in Comment. Dramat. traditam. Vbi tamen cum eadem ſit ſententia, non idem diſcrimen illi Authoris agnouere; cum ea referant ad interiorem, exterioremque decorem: nulla diuerſitatis aſſignata cauſa, non vt hic ad diuerſas Eccleſias, vel diuerſos vnius ſtatus. Quo ſatis admonemur in hoc genere interpretandi quam procliue ſit ei, qui in minutiſſimis quibuſque magna latere arbitrantur arcana, ea ſæpe dicere quæ nec rerum conſequentiæ ſatis ſint accommodata, nec omnino lectori probentur.

Nobis

Digitized by Google

V.
De Eccleſia ſub natura hac exponenda ſunt. Eſt autem geminatio inducta. Ad exaggerationem rei. Immo ad certitudinem, & firmitatem. Quod ex alijs locis conſtat. Habet ergo hic vocis geminatio. Pulchritudinis exaggerationem. Quæ aliquid addit vocibus ſuperlatis.

Geminatio vocum in S. S. ad exaggerationẽ ac certitudinem pertinet.

Nobis facilius erit hos fugere ſcopulos, qui adhuc loco hoc de Eccleſia ſub Naturæ lege arbitramur eſſe ſermonem: & alioqui in ea loquendi forma non aliud arcanum agnoſcimus, quàm quod locis alijs obſeruamus in S. S. in qua repetitiones illæ earundem ſententiarum fieri ſolent, vel ad rei certitudinem indicandam. Nahum 1. 2. *Deus æmulator, & vlciſcens Dominus, & habens furorem; Vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iraſcens inimicis ſuis.* Supplicij certitudinem indicat, & breui futuram cladem. Regulam tradidit magnus huius doctrinæ magiſter, & ſomniorum fidus Interpres Ioſephus, cum Pharaonis ſomnia interpretaretur. *Quod autem ſecundo vidiſti, ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt; & quod fiat ſermo Domini, & velocius impleatur.* Gen. 41. 32. vel ad rei magnitudinem indicandam, vt loco eodem Nahum. Et Zachar. 1. 14. 15. *Zelatus ſum Ieruſalem, & Sion zelo magno, & ira magna ego iraſcor ſuper Gentes opulentas, quia ego iratus ſum parum, ipſi verò adiuuerunt in malum.* Piget me, quod Populum meum tradiderim Chaldæis tanquam Pedagogo caſtigandum; illi verò cum crudeliſſimè modum exceſſerint, vltra quam vellem vexauerint, vt penè deleuerint. Ideo eos vlciſcar probè, & ſeueriſſimo ſupplicio, propter iniurias Populo meo illatas, afficiam. Habet ergo hoc loco ea geminatio, qua *bis* dicitur Eccleſia *Pulchra*, exaggerationem decoris, ac ſi *Pulcherrimam* diceret: quanquam repetitio ipſa ſuper voces ſuperlatas aliquid maius habet. Quemadmodum cum nos dicimus, *Bueno, bueno*, aliquid amplius ſignificare volumus, quam ſi diceremus, *Boniſſimo.*

Eccleſia bis pulchra dicitur, vt intelligatur ſupra pulcherrimã aliquid.

VI.
Sed quo hic referenda pulchritudo? Obſequuta Eccleſia fuerat, Etiam dura præcipienti Deo, In quo magnarũ virtutum documenta. Ideo viſa pulcherrima, Eadem ſcilicet in vtraque fortuna.

Eccleſia bis dicta pulchra, & in duris, & in ſecundis eadem.

Virtus vera eandem faciem oſtentat in aduerſis & ſecundis.

Sed dandum aliquid eſt nauſeanti lectori, cui gratum per haſce varietates diſtineri, velut in ſympoſio varietate ferculorum. Referamus hæc ergo ad *Pietatem in Deum* eiuſdem Eccleſiæ duplice argumento monſtratam, & cum ardua & dura imperaret primum lato Circuncisionis, atque Immolationis præcepto, cui vtrique paruit illa alacriter; & cùm grandibus præmijs & promiſſis poſtea bearetur. Ea enim tunc demum vegeta, ac viuida virtus eſt, quæ, diuerſis quanquam probata temporibus, faciem non mutat; nec aduerſis concidens, nec ſecundioribus inſoleſcens; ſed, quocumque tandem æquore nauiget, ſeu placido, ſeu turbido, atque irato: ſiue minantes cœlo ſcopuli horreant, ſeu horridi minentur fluctus; ventorumque ſæuiant iræ: ſeu contrà immotæ ridenteſque ſedeant vndæ, totumque mare in amicam pacem compoſitum blandiatur, eadem eſt, nec mutari docta, nec turbari ſolita. Duplex ergo hæc quodammodo facies virtutis, aut eadem potius in diuerſo rerum ſtatu, digna viſa Deo preconio duplice: ingruentibus ſcilicet aduerſis læta, & blandientibus fauentioribus minimè inſoleſcens. Sed præſtat prior interpretatio.

VII.
Duplex ergo pulchritudo Eccleſiæ commendatur. Altera cum parata ad aſpera ſubeunda. Mox alacris obſequuta eſt, Nam quot qualeſque in vtroque facto virtutes? Iure merita laudes Dei, Quod ab illo teſtatum grandibus verbis. Quibus Abrahamum bis prædicauit, Quaſi ſatis non eſſet ſemel prædicaſſe. Sed dignus eſſet, qui iteratis preconijs laudaretur. Omnia ergo ſibi ſatis concinnunt, Apteque typus cũ re ipſa conuenit.

In Abrahamo facta multarum virtutum documenta, ob quas Eccleſia pulchrior apparuit.

Abrahamo factum tale fuit, vt bis laudari mereretur a Deo.

Ea explicata quæſtione, de ſenſu altera manet. Quo hæc Eccleſiæ ſub eo ſtatu *Pulchritudo* referenda ſit. Hæreamus noſtræ Interpretationis filo, ne ſemel vel amiſſo, vel abrupto, inutili labore hiſce labyrinthæis erroribus eripi poſſe putemus. Obſequium Eccleſia Deo dura imperanti præſtiterat, ſeque paratam ad grauiora alacriter ſubeunda profeſſa erat, quod & ſtatim nobili facinore, quam ex animo diceret, oſtendit, in Abrahami ſacrificio. Itaque multarum, magnarumque virtutum documentis monſtrarat, quanto eſſet ſe ipſa facta robuſtior, vtque ſenſim in maturam ætatem adoleſceret. Nam quanta in vtroque facto pietas? Quanta Fidei firmitas, Obſequij alacritas, Spei conſtantia, Charitatis ardor? Nouo ergo documento viſa *Pulcherrima*, digna fuit, quæ Dei ipſius ore prædicaretur, meritiſque, ſed minimè ſuſpicioſis laudibus efferretur. Id ergo eſt: *Ecce Tu Pulchra Es, Amica Mea, Ecce Tu Pulchra Es.* Quod poſt probatam Abrahæ obedientiam in vtroque mandato, Circuncisionis, & immolationis dictum à Deo eſt: *Nunc cognoui quod timeas Dominum, & non peperciſti vnigenito Filio tuo Propter Me.* Gen. 22. 12. Vide Fidem, vide pietatem, vide ſimplicitatem, & puritatem intentionis, gemina voce laudatam, *Propter Me.* Me vnum reſpiciens, mihi vni obſequens, meam vnius gloriam, & cultum quærens. Et rurſus paulo inferius; Ver. 16. *Per memetipſum iuraui dicit Dominus, Quia Feciſti Hanc Rem, & non peperciſti Vnigenito Filio tuo Propter Me, Benedicam tibi.* Quo Iacobi Apoſtoli admonitio facit tibi, *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & Amicus Dei appellatus eſt.* Iac. 2. 23. Vide vt verba verbis reſpondeant, inque paucis Iacobi verbis huius loci plenum Commentarium. Tam enim grande facinus illud fuit, vt non ſatis haberet Deus ſemel, & quidem grauiſſimis verbis commendaſſe, niſi iterum eiſdem prorſus verbis prædicaret. Quod nihil aliud certè fuit, quam ſemel, iterumque illius Eccleſiæ *Pulchritudinem* commendare, & dicere: *Ecce Tu Pulchra Es, Amica Mea, Ecce Tu Pulchra Es*, ideſt: Nunc tandem digna mihi viſa, cuius ipſe ſpeciem iteratis preconijs tollerem. Vide, lector, vt omnia ſibi concinant, aptèque typus ipſe cum re conueniat, vt nihil videatur requiri amplius, vt totum toti, pars parti, immo verba verbis ex æquo reſpondeant.

VIII.
Sed habet ea vox, Ecce tu, latentem vim. Quaſi ea ſola pulchra ſit.

Ecce tu, quam vim habeat.

Latere Autem in ea forma loquendi: *Ecce Tu*, arcanam quandam vim Commentario Dramat. monuimus; vt videatur Sponſus innuere, eam quidem *Pulchram* eſſe, cæteras minimè, ſi cum illa in ſpeciei certamen venire audeant. Tibi quidem ineſt omnis ratio Pulchritudinis, cæteris minimè ineſt, ſi tibi de ea re litem intentent. Id etiam facile eſt Eccleſiæ in hoc ſtatu ſecundum arcanam intelligentiam applicare. Quod intelliges ſi animaduer-

Digitized by Google

Si referas ad Abraham uni familiâ, Ad quam fermè Eccleſia redacta erat.

maduertas, omnem Dei fauorem fermè in vnam Abrahami familiam, cæteris Gentibus neglectu quodam abiectis, fuiſſe impenſum: quaſi vna digna eſſet, propter Authoris ſanctitatem, quæ Deo placeret: cæteræ non eſſent, quæ, vnius, ac veri Dei pietate abiecta, vanarum ſe religionum fœcibus confœdarant.

NOTATIO XXXIX.

OCVLI TVI COLVMBARVM.

I.

Duæ voces diuerſitatem ſententiarum pepererunt, Quidam ad Columbarum oculos, Quidam ad dotes reſpexêre. Et ex analogia alii ad fidem. Alii ad attentionem in Dei cultu. Alii ad intellectũ & memoriam Quidam ad puritatem obtutus, Alij ad fœcunditatem Quidam Apoſtolos malunt, Alij ſpirituales viros. Ideo Origenes in oculis columbarum, Filium & Spirit. Sanctum agnouit. Oſtendere conatur, Sicut Chriſtus Aduocatus etiam dictus, Ita & Columbã dici poſſe.

MIRVM eſt, quantam duo vocabula ſententiarum pepererint diuerſitatem. Quidquid in interiore animi Regno cum corporis *oculis* aliquam habet affinitatem, ex quacumque analogiæ ratione, ſuum Authorem inuenit, vt id hoc loco per Sponſæ *Oculos* vellet intelligi. Contra alij ad veratum *Columbarum* dotes proprias mentis oculos dirigentes, id quiſque probauit, quod placuit, iuxta eorum doctrinam, qui naturalium arcanorum ſunt indagatores: ſeu ſacri illi, ſeu ſint profani Scriptores. Ita quidam retulére ad fidem, quæ id animo præſtat, interiore Dei doctrina inſtructo, quod *oculi* corpori: & in ſimilitudinis explicanda ratione, non multi modo ſunt, ſed ſubtiliores, quam quidam vellent, diſputatores. Alij, quod proximum eſt, ad *perſpicuitatem*, intuitumque perſpicacem in ijs, quæ ad fidem, Deique cultum & mores pertinent. Alij *memoriam*, atque *intellectum* maluére, quibus animus & præterita recolit, & præſentia videt, & futura coniectat. Alij ad *puritatem obtutus* reſpexére, quæ laus *Columbarum* vel potiſſima, vel vna de potiſſimis exiſtimatur. Et quod mirère, nonnulli ad *fœcunditatem* reſpexére, quæ earum auium propria eſt dos, cum duos menſibus ſingulis pullos excludant, ſi vnum menſem demas, quo non pariunt oua quanquam in Ægypto feruntur duodecies oua excludere. Quidam magis arcano ſenſu *Apoſtolos, Sacerdotes, Prædicatores* agnoſcunt, quorum ſcilicet eſt in Eccleſiæ toto corpore perſpicere, quæ agenda, quæ fugienda ſint, cæteris membris; ac præire ad monſtrandam ad Deum viam. His prope accedunt alij, qui *Columbinos oculos* interpretantur *ſpirituales*, quia ſub *Columba* ſpecie viſus aliquando eſt Spiritus Sanctus ſuper Chriſtum deuolaſſe, eius autem eſt animæ aſpectum purgare, & illuminare. Quæ cauſa Origeni fuit, vt in *Oculis Columbarum Filium*, ac *Spir. Sanctum* intelligeret; ac, ne cui res videretur noua Dei Filium in *Columba* deſignari, multis oſtendit: nam & *Aduocatus* dictus à Ioanne; ſicuti *Spir. Sanctus* à Chriſto. Immo ille dixit: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*. Ioan. 14. 16. Et duæ Oliuæ ad læuam & dexteram Candelabri poſitæ, apud Zach. cap. 4. Vnigenitum Dei Filium, ac Spir. Sanctum deſignare creduntur. Alij demum ad *ſimplicitatem, munditiem, manſuetudinem aſpectus* animæ reſpexére, idque indicari ſub illis verbis arbitrati ſunt: quorum, vt ſimplicior, ſic verior videtur interpretatio.

Varię variorum interpretationes reiectæ.

Chriſtus columba non minus quam Spiritus Sanctus ex ſenſu Origenis.

II.

Sed Ionim in fonte pluralis eſt numeri, Quam vocem LXXII. rectum putaue e. Latinus Gignendi caſum. Sed vtrumuis retineas ſenſus idem eſt. Oculos Eccleſiæ ſimiles columbarum dotibus Siquidem & oculis ipſe conueniat. Ideo ergo inquirendum eſt Hæc ergo illa multos ſenſus non probabis. Quod vel oculis ſolis, vel ſolis columbis conueniat. Cum vtriſq. conuenire ſit neceſſe, quidquid velis.

Cæterum cum in fonte, *Ionim*, legamus, quæ vox pluralis eſt numeri, LXXII. Interpr. Rectum multitudinis putauére, vt loco alio monuimus: adeoque comparationem, non cum *Columbarum Oculis*, ſed cum eiſdem *Columbis* iniri, ſunt arbitrati. Quæ cauſa Origeni eam inducendi ſententiam de *Filio*, & *Spir. Sancto*. Interpreti Latino magis placuit gignendi multitudinis arbitrari: vt ſimilitudinis extremum aliud, non *Columba*, ſed *earum* ſint *Oculi*. Id ergo probabilius arbitremur; quanquam alioqui, alterutrum dixeris, idem fermè ſenſus exiſtet; & *Oculi* Sponſæ ſimiles dicentur *Columbis*, non quidem extrinſeca forma (quanquam neſcio quid Gregorius Nyſſenus notat de *Columba* imagine in *Oculis* repræſentata, in qua eorum potiſſima ſit laus ſita: illum videre potes) ſed *ſimplicitate*, *modeſtia*, *puritate*, *pudore*, atque in comparem *fide*. Ea enim omnia & *Columbis*, & earum etiam inſunt *Oculis* virtutum imitamento, vel ſymbola. Ergo id quærendum in *Oculis* Eccleſiæ eſt, quod & *Columbis* etiam inſit, ac per analogiam ad *Oculos* transferatur: ſiue eas in *Columbis* dotes agnoſcas, ſiue in earum *Oculis*. Itaque prius videndum, quid inſit ſimilitudinis inter *Columbas*, ſiue earum *Oculos*, & *Oculos* Eccleſiæ, per analogiam ad *Oculos* corporeos Sponſæ, quod ad Dramaticum ſenſum facit. Non ergo ſatis eſt, ſi ad *fœcunditatem*, aut *volandi velocitatem* illius auis reſpicias, quæ vtraque dos *Oculis* accommodari vix poteſt. Sed nec ſi ad *perſpicacitatem*, & *aciei acumen* referas, ea enim dos tametſi vtcumque ei aui conuenit, non tamen ita eminet, quin plures aliæ vincant, vt Aquilinum omne genus, & rapacium ſpecies omnes, tametſi ea *Oculorum* propria virtus ſit. Adeoque neque hæc ad *fidem*, vt credendorum arcana rimatur, quo viſus perſpicacitas per analogiam transfertur: Neque ad *intellectum*, atque *memoriam*, referes, propter eandem rationem.

Ionim pluralis numeri, Rectus caſus apud LXXII. Gignendi apud Vulgatum.

Simplicitas, fides, pudor, modeſtia, puritas, Columbarum dotes, & oculorum.

III.

Pudor, ſimplicitas, fides,

Ergo cum & *Pudor*, & *Fides in Comparem*, & *ſimplicitas*, & *puritas*, in *Columbis* & earum *Oculis* omnino laudentur; eaſque proprias earum auium dotes agnoſcamus, (nam tametſi eædem Turturibus inſunt, ad *Columbarum* genus pertinēt tamen; ſunt enim in Columbino genere,

Turtures columbini generis.

Digitized by Google

Communia oculis & columbis. Ideo ad id reſpexiſſe Deum dices.

genere, velut Catelli Melitæi in Caniſio, veluti Columbulæ paruæ) in eo ſimilitudinis rationem omnem hærere dicemus: idque *Oculorum* nomine in Eccleſia deſignatum, quod ex analogiæ ratione affine fuerit.

IV.

Sed applicari doctrinam neceſſe eſt.
Eccleſiæ virtutes generatim laudarat Deus.
Nunc ſingillatim fidem in ſe, atque intentionis puritatem.
In vnum Deum intentam,
Tametſi durum & aſperum.
Sic Columbæ maſculis fide ſunt, etiam zelotypis.
Eam ergo fidem, ac puritatem mentis laudat.
Columbarum ſimilitudine, vſurpata.

Nunc facilè arbitror, iuxta noſtræ Interpretationis conſequentiam rem omnem poſſe probabiliter definiri. Laudarat Deus generatim earum Virtutum congeriem, quæ hactenus in Eccleſia ſub illo Naturalis legis ſtatu placuerant, illis experimentis & duriſſimis, & acerbiſſimis exercita; ſed generatim eam *Pulchram* pronuncians ſemel, iterumque: Nunc & *Fidem* in ſe, & *intentionis ſimplicitatem*, & *puritatem mentis* ſingillatim commendat: Quæ virtutum cæterarum veluti corona fuerat: Quidquid enim ab ea geſtum fuerat hactenus, vnum in Deum eiuſque beneplacitum omnino reſpexerat. Sicut ergo *Columbæ* & *fides* in compares ſunt; fidem enim nullo vnquam caſu, aut cauſa commaculant; ſæpe etiam, quod loco alio obſeruatum à nobis eſt, maſculis Zelotypia furentibus, ideoque moleſtis, & importunis murmuribus grauibus, vt mirum ſit fœmellis durare patientiam, ad tolerandam importunitatem ac moleſtiam; perferũt id tamen lenitate mira, neque ideo illis ſuccenſent, aut ab illis ad alios auolant; quin potius & ſilentio, & moleſtia blandiuntur: Ita Eccleſia illa vni Deo hærens, nulloque caſu ab eo receſſura, integra fide: nec in vanas diſtracta cæremonias, ſoli cultum impendebat: & ſeuerè quanquam, ac durè tractata; ac acerbiſſimis mandatis exercita, mira tamen lenitate atque modeſtia, nec imperium detrectauit, nec à Deo receſſit: ei potius arctius & pietate, & Fide coniuncta, in vnum reſpiciebat toto mentis viriumque conatu. Id ergo eſt, quod in ea Deus hoc Commate laudat; id *Columbarum* vſurpata ſimilitudine prædicat: quod certè & ſummum in ea erat, & ingenti laude dignum. In *Oculis* ergo *Columbarum*, puram, ac ſimplicem intentionem, fidamque in Deum vnum charitatem, ac placendi ſtudium per aduerſa, atque ſecunda accipiemus.

Oculi Columbarum intentionis puritas.

Columbarum fides in compares etiam duros, & zelotypos.

Id intelliges ſi verba expendas,
Quibus Deus Abrahami prædicat factum.
Quod Deum timeret,
Quo verbo omnis cultus Deo debitus comprehenditur,
Id colliges ex ſcriptura,
Non vno loco,
Et quod id totum exequutus eſſet,
Vnum Deum præ oculis habens.
Vna placendi illi cura ſollicitatus.
Origenis habes verba longiuſcula,
Sed ſenſu grauiſſima,
Et maximè vtilia ad profectum animæ.

Atque id eſt, quod grauiſſimis verbis Deus Gen. 22. 12. prædicat in illo Abrahami facto; *Nunc*, inquit, *cognoui, quòd times Deum*. *Timendi* enim vocabulum omnem Dei cultum internum, externumque comprehendit, vt paſſim in Sacra Script. Leuit. 19. 14. 32. 25. 17. 36. Deuter. 14. 23. 17. 19. Tob. 4. 23. Pſal. 21. 24. & frequenter locis alijs. Certè quod Deuter. 6. 13. legimus: *Dominum Deum timebis, & illi ſoli ſeruies*. Cum obijceret Chriſtus dæmoni hortanti ſe, vt ſe in terram abijciens illi cultum impenderet, qui Deo debetur, pro *timebis*, dixit, *adorabis*. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*. Matth. 4. 10. Eſt enim *Timor* quidam, qui ex magnitudinis, ac diuinitatis admiratione, ac reuerentia excellentię oritur. Iudicio decernentis de filio litem inter duas meretrices, admiratus Populus Salomonis prudentiam, *timuiſſe* Regem dicitur, ſcilicet veneratus tanquam de cœlo lapſum, quod dicitur. *Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium, quod iudicaſſet Rex, & timuerunt Regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium*. 3. Reg. 3. 28. Subdit Deus: *Et non pepercisti Vnigenito Filio tuo propter me*. Quo ſatis innuit ſimplicitatem illam, atque intentionis puritatem, qua Deum vnum intenſiſſimis mentis oculis aſpiciebat; nec timore potentis ſupplicio afficere repugnantem impulſus; nec amore præmiorum, quibus cumulatè obſequium donari poterat, inuitatus; vna tantum ductus placendi cura, alacritate mira obtulit Filium. Libet Origenis verba ſubdere, licet aliquantò longiora, quod non ſoleo, quia & Abrahami factum, quantum ad hoc quidem ob oculos pulchrè ponunt, & doctrinam continent ijs maximè vtilem, qui in ſanctitate, breui magnos progreſſus facere cupiunt. *Adducito tibi in exemplum Abraham, & magnanimitatem eius ante oculos pone. Et quidem à te non exigitur iſtud animi magnitudinis, vt ipſe alliges Filium, ipſe conſtringas, ipſe gladium pares, ipſe vnicum iugules: hæc omnia à te myſteria non quæruntur. Propoſito ſaltem ac mente conſtans eſto. Fide fixus lætus offer Filium Deo. Eſto Sacerdos animæ Filij tui. Sacerdotem autem immolantem Deo flere non decet. Oſtende, quia Fides in Deum fortior eſt, quam carnis affectus. Amabat enim Abraham Iſaac Filium ſuum, ſed amori carnis prætulit amorem Dei*. Homil. 8. in Geneſ.

Timere Deum pro venerari omni cultu.

Eccleſiæ ſimplicitas intentionis, in obſequendo Deo.

Abrahami exemplo docemur, quid nos deceat agere, cum dura præcipit Deus.

V.

Hi oculi Prædatoris ſunt,
(Ea enim originalem vocem retulimus.)
Se enim fatetur Deus velut vi raptum.
Coactumque Filium dare.
In quo benedicerentur Gentes omnes.
Rurſus audiendus Origenes,

Hi autem *Oculi Columbarum*, ideſt *Prædatorum* ſunt, atque *Raptorum* (vidè obſeruata à nobis hoc loco Dram. Comment.) qua forma loquendi id innuit, quod non omittendum eſt, ſacer Sponſus, non modo quàm ſibi ea Eccleſiæ ſuæ Pietas, Fideſque, atque intentionis ſimplicitas grata fuerit; ſed etiam quàm potens & valida ea impreſſio, cui reſiſtere non potuerit, quin toto affectus pondere ad eam amandam, fouendam, amplificandam, ditandam incumberet. Quid enim maius aut ſperare à Deo Eccleſia, aut Deus ipſe largiri Eccleſiæ poterat, quam vnici Filij, ſibi æqualis & coęterni Incarnationem? Id tamen totum, poſt illius probatam Fidem, atque intentionis puritatem, in Abrahami facto pollicitus illi eſt. *Quia feciſti rem hanc*, inquit, *& non pepercisti Vnigenito Filio tuo propter me, per meme ipſũ iuraui, benedicentur in Semine tuo omnes Gentes terræ*. Gen. 22. 16. *Non dicit: & ſeminibus, quaſi in multis; ſed quaſi in vno: & Semini Tuo, qui eſt Chriſtus*, quæ obſeruatio Pauli eſt, Gal. 3. 16. Originem audi hæc & grauiter & ſubtiliter obſeruantem: *Verum hæc dicta ſunt ad Abraham, quia non pepercit Filio ſuo. Nos verò conferamus hæc cum Apoſtoli dictis, vbi dicit*

Oculi prædatores, ſimplex & pura in Deum intentio.

Digitized by Google

Qui rem hanc ob oculos poſuit. Verbis pulcherrimis. Rapuit ergo Eccleſia quodam modo, Abrahami manibus Verbum de ſinu Patris. Et ad ſe ſcilicet traxit.

de Deo: Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Vide Deum magnifica cum hominibus liberalitate certantem. Abraham mortalem Filium, non moriturum, obtulit Deo: Deus immortalem Filium pro omnibus tradidit morti. Hoc certè *deprædari* quodammodo *Deum* fuit. Vnicumque Filium de ſinu illius rapere, & quaſi ad humanam naturam induendam, cogere. Vt quia homo propter Deum Filium obtulit neci, Deus ipſe propter hominem, Filium immolaret in cruce: ne ſcilicet Deus ab homine in nobiliſſimo aggrediendo facinore vinceretur. Nihil enim eſt, quo vel facilius Deum ad nos trahamus, aut fortius retineamus, quam ſi ſimpliciſſimæ mentis puritate, atque intentionis ſynceritate, nullo imperfectioris affectus ducti impulſu, ei in omnibus præſtemus obſequium.

Deus cum hominibus liberalitate certans & ſemper vincens.

Eccleſia rapuit Verbum de ſinu Patris manibus Abrahami.

VERSVS XVI.

ECCE TV PVLCHER ES, DILECTE MI, ET DECORVS.

COMMENTARIVS.

VIDE Eccleſiam ad perfectiora conantem, ſenſimque adoleſcentem, donec matura ætate, apta coniugio vniri Deo arctiore connubij vinculo digna ſit. Laudata à ſimplicitate obſequij, ac puriſſima animi intentione, qua Deo vni vt placeret ſtudium omnia impendebat, vicem Deo laudatori rependit; non inſoleſcit, non altiores induit ſpiritus: ſuæ potius conſcia tenuitatis, quæ laudabilia in ſe agnoſcit, refundit in Deum: cuius ſe Oceani guttam eſſe arbitratur; & ab eo mutuatam, quidquid in ſe ſit aliqua laude dignum. Se quidem id eſſe, quod ille dixerit, fatetur; qui ſcilicet, dum quid affirmat, id ipſum, quod affirmat, poſſit præſtare. Cæterum id omne beneficio ſe habere illius, vtpote qui *Pulchritudinis* omnis ſit fons, & origo virtutis. Exemplum habes in Abrahamo, qui à Deo in familiare colloquium admiſſus, dicebat: *Loquar ad Dominum cum ſim puluis, & cinis*. Geneſ. 18. 27. Et dicente Deo: *Multiplicabo te vehementer nimis; cecidit Abraham pronus in faciem*. Gen. 17. 2.

ENARRATIO.

ET me tu quidem ab illis virtutibus prædicas, quæ tua in me contulit liberalitas: Pulchram me illis fateor donis, & pulchrè ornatam, nec aliter placituram tibi, ſatis ſcio. Sed quantulum ideſt, quod in me agnoſco, ſi, quid ipſa à me ſim ipſa, conſidero? Tenuitatis ergo meæ mihi conſcia, quidquid id eſt, quod probari tuis oculis in me poteſt, tibi reſtituo, à teque acceptum agnoſco. Quantum fons riuulo præſtat, ac radix ramo, tantundem tu præſtas mihi. Te ergo verè Pulchrum, immo, ſi verum fatendum eſt, vnicè Pulchrum, prædicari decet, cui omnis alia collata ſpecies, languet, & abſcondi velit. Nam ſi in me Fidei ſynceritatem, ac ſimplicitatem, vni tibi placere conantis; ſi virtutum aliarum chorum, quid id quæſo aliud eſt, quam tenuis quidam luminis radius, de tuo Sole promanans; & immenſi Oceani exigua ſtylla? Ergo cum me propter bona illa prædicas, te ſcilicet ipſum prædicas, à quo omnia velut ab origine ſunt, in eundem velut in finem, centrumque reditura. Sic ſcilicet fluminum omnis aquarum opulentia, & Mare patrem agnoſcit; & poſtquam terrarum ſola irrigando fœcundarit, eo, vnde prodierat, ſecretis ductibus redit, vt iterum & ſæpe fluat.

NO-

Digitized by Google

NOTATIO XL.

ECCE TV PVLCHER ES, DILECTE MI.

SVM. COM.

I.
Nexus horum facilis, nec ſenſus difficilis.
Quidam de Chriſto accipiunt,
Vt Deo pulcherrimo,
Item vt homine.
Qui ſplendor gloriæ,
Et lucis æternæ candor,
Et ſpecioſus præ filijs hominum.
Sic magni Authores,
Quos ſequi tutò qui velit poteſt.

Chriſtus & Deus, & vt homo pulcher.

Chriſtus fons totius pulchritudinis.

HORVM cum ſuperioribus nexus eſt facilis, nec ſenſus difficilis, ſi interpretandi hæreas conſequentiæ. De nexu ſatis dictum in Commentario: de ſenſu nunc dicendum. Plerique de Veteribus, ac Recentioribus, hæc de *Chriſto, Deo Homine*, accipiunt, in vtraque forma *Pulcherrimo*: nam, *vt Deus*, omnes in ſe continet *ideas Pulchritudinis*: *vt Homo*, eaſdem omnes expreſſit. *Vt Deus, totius Decoris fons*, & origo venuſtatis eſt; *vt Homo, Oceanus*, in quem immenſi illius fontis gurgites confluxére: vt vtroque admirandus eſſet, diceretur que *Ecce Tu Pulcher Es, Et Decorus. Pulcher in forma Dei; Decorus in ſimilitudine carnis peccati*. Nam idem ille eſt, de quo dictum: *Cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*. Hebr.1.3. Et: *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius*. Hæc ad diuinitatem ſpectant. Et rurſus: *Specioſus forma præ Filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum*. Pſal.44. 3. Hæc de Humanitate dicta. Ne mirum ſit eam probatam ab Eccleſia in Sponſo *Pulchritudinem*, ac laudatam, quæ & Patris merita præconia eſt, & quidem æterna. Sic ferè magni omnino Authores, Gregor.PP. Caſſiodor. Beda, Iuſtus, Anſelmus, Rupertus, & Bernardus, qui in argumento vberrimo pulcherrimè ſpatiatur. Serm.44. in Cantic. Illum habes. Horum qui hæreat veſtigijs, haud à vero recedet. Quidquid enim in eo genere dicunt, tametſi multum eſt, exiguum quidem eſt, ſi rem conſideres; & de ſterili humani ingenij fonte, tenuis latex.

II.
Sed nondum de Chriſto hic ſermo.
Sed de Verbo ante incarnationem,
Ideo nondum illi membra humana tribuuntur.
Vſque ad Caput quintum.
Scilicet quia nondum homo eſt.
Alioqui non omiſiſſet Eccleſia laudationem,
Nec prouocata diſtuliſſet.
Ergo diuina ſpecies laudatur ſola.

Verbi ſolius laudatur pulchritudo.

Verbo vſque ad Cap. 5. cur non tributa membra humana.

Nobis haud diſcedendum ab inſtituto interpretandi ordine, qui adhuc Eccleſiæ ſub iuuentute Naturæ ſtatum deſcribi putamus: adeoque nondum Incarnati Verbi œconomiæ vllam partem ad hunc locum pertinere. Et certè magnum ad id aſſerendum argumentum eſt, non ante Caput V. à cuius initio, vt arbitramur, de Verbo Incarnato inſtituitur ſermo, ac de Chriſtianæ Eccleſiæ ſtatu, humana membra tribui Sponſo, & ab eorum analogia *Pulchritudinem* illius, ac *decorem* deſcribi. Quo enim pacto vis, aut qua cauſa factum putas, vt, cum Sponſus Sponſæ, & Genas, & Collum, & Oculos hactenus quidem à Pulchritudine prædicarit: & toto Cap.IV. reliquorum membrorum laudationem proſequutus ſit: illa, cum ageret tamen de illius ſpecie, non eadem illum arte laudarit, qua ſe laudari, ac prædicari ſentiebat? Non faciem, non caput, non genas, non manus, non crura, non cætera membra, in quibus omnibus ingens regnabat gratia, nominat; tantum in genere *Pulchrum Decorumque* fatetur. Niſi verò arbitrere, tantam, qua præcellebat cæteros, ſpeciem, minus placuiſſe Sponſæ, ideoque & ſiluiſſe: aut ardentiſſimè amantem, in ea ipſa Pulchritudine, qua ſola teneretur, prædicanda, tardam futuram; etiam illius exẽplo, quem nacta fuerat laudatorem, prouocatam. Hæc ergo de *Diuino Verbo* accipienda ſtatuamus; nihilque aliud hic agi, quam vt illius diuina ſpecies, qua ſimilis Patri eſt, laudibus extollatur. Quo autem ſenſu hæc arbitremur de eo dicta, id diſputandum eſt.

III.
Pulchrum id eſt, quod perfectum,
Cuius & apta conſtitutio;
Et aſpectus eſt gratus,
Et ſermonis gratia, & motus.
De his inferius Eccleſia.
Pulchritudo autem exterior
Interioris veſtigium eſt,
Maximè ſi de Deo ſit ſermo.
Cuius deſcriptionem ex Dionyſio hic habes.

Pulchri deſcriptio, quod in ſenſum cadit.

Animi vis pulchritudini addit gratiam.

Pulchritudo ſenſibilis, Dei pulchritudinis veſtigium eſt.

Pulchrum id dicimus, quod ſuis omnibus aptè partibus conſtans, nihil, quod deſideres, non habeat; nihil habeat, quod abeſſe velis. Eius autem, quod tale iudicio oculorum eſt, *Pulchritudinem* & apta ipſa membrorum cum ſumma proportione conſtitutio: & gratus aſpectui color, per ſingula, ſecundum cuiuſque exigentiam, ſparſus; & totius proceritas corporis; & decens inceſſus conſtituunt: quibus ſi accedat oris, ac ſermonis gratia, nihil vltra eſt, quod deſideres. Addit autem & animus corpori ſpeciem; &, tametſi latens ipſe, in ſingularum partium motu ſe prodit: vt ea ipſa ſpecies totius, non languida, aut mortua; ſed viuida, atque animata ſit. Hæc ad hunc locum non ſpectant; eorum autem ſolertiſſima obſeruatrix Sponſa, Cap.V. à Ver.10. per ſingula currit, vt nihil magis ex arte Profanorum eruditio oſtentare poſſit. Eſt autem omnis, quæ ſub ſenſum cadit, *Pulchritudo* rerum, eius, quæ minimè videtur, velut veſtigium quoddam, maximè ſi de *Dei Pulchritudine* ſit ſermo. Hanc Areopagita Dionyſius, grandi ſermone, & à terra mirum quam ſublato, Cap.4. de Diu. Nominib. luculenter deſcribit. Nos illius orationem temperabimus, & ad captum multorum ſeruata ſententia transferemus: velut cum in arcto prius compulſum flumen, cum in plana venerit, ſpatiatur; quodque tranſitum aluei profunditate negabat, latè ſtagnantibus aquis, imminuta, permittit.

IV.
Pulchrum lege nulla continetur,
Idem ſemper: & nullius indigum.

Diuinæ pulchritudinis deſcriptio ex Dionyſio.

Itaque quod *Pulchrum* verè appellandum ſit, lege nulla continetur; non loco arctatur, non minuitur tempore, non mutatur arbitrio: idem ſemper, omnibus, & vbique. A ſe habeat, quidquid habet; atque in ſe omnes cauſas *Pulchritudinis*, nullius indigum. Nam ſi vel partem aliunde mutuetur, in ea indigentia *Pulchrum* non erit. Sed nec carere eo poſſit,

Digitized by Google

Nec ſuis bonis potens carere. Omnibus omnino placens. Et decoris ideam implens. Et in ſe continens. Vtpote illius fons & origo. A quo ſpeciem reliqua mutuentur. Nec bonorum inuidum, nec auarum. Sed in omnes largum.

quo perfectum eſt, etiam volucris; pars enim *Pulchritudinis* nec minima eſt, non poſſe *Pulchrum* non eſſe. Nec ſpoliari ab alio poſſit, quæ infęlicitas quædam eſt; nec infęlix *Pulcher* eſſe poteſt, dum infęlicitatis caſus timet. Sic autem in ſua ſpecie ſit perfectum, vt omnibus tale cenſeatur, & æquè omnibus ſit: fieri enim non poteſt, vt quod *Pulchrum* verè eſt, alicui *Pulchrum* non ſit. Contineat ergo in ſe omnis decoris idæam, vt, quidquid pulchrum extra eſt, in eo velut in ſpeculo, aut quieto, & limpido fonte, imaginem ſui cernat, quam in ſe ipſo perfectiorem, velut aucto cenſu. Illud enim ipſum, quod verè eſt *Pulchrum*, origo omnis externæ *Pulchritudinis* ſit, eſt opus; vnde velut è diuite vena, aut immenſo fonte, *Pulchritudinis* omnes riui decurrant, quos vbi primum fluere prohibuerit, exaretibus aquis ſentiant fœditatem: vt nimirum quidquid quocumque modo ſe *Pulchritudine* tollit, ab eo ſciat ſe totum habere illud: nec *Pulchrum* reputet, niſi confeſſum, totum id, quo nobilitatur decoro, alienum eſſe, non ſuum. Demum ea nota *Pulchrum* hoc, quale deſcripſimus, diſtinguit à cæteris, quod ſuarum opum diues, eas cæteris minimè inuidet; ſed cum omnes, ſemper, & vbique communicatis bonis beet, nec imminutionem ſentiat, nec ob inuidentiam retineat. Quidquid enim inuidentia, aut auaritia infamatur, arcetur à *Pulchritudinis* hac idæa.

V.

Erit ergo idem cum Bono. Ideo Græcis vno nomine vtrumq. dictum, Ex ſenſu Ambroſij. Et Interpretis Homiliarum Origenis.

Bonum idem cum Pulchro.

καλός, Græce Bonum & Pulchrum.

Bonum ergo idem cum *Pulchro* magna ex parte eſt: Certè nulla *Pulchritudo* ea digna appellatione eſt, ſi *Bonitas* abſit. Ideo vtrique doti nomen idem apud Græcos. LXXII. ἰδοὺ εἶ καλὸς ἀδελφιδός μου, quod Ambroſius ſer. 5. in Pſal. 118. reddit: *Ecce Bonus Fraternus Meus, Ecce Bonus*. Serm. autem 4. in eundem Pſal. ferè vt Noſter. *Ecce Formoſus Conſobrinus Meus, Et Quidem Pulcher*. Vtrumque enim Græco vocabulo & *Bonum*, & *Pulchrum*, ſignificari eſt arbitratus. Interpres certè Homiliarum 4. Origenis in Cant. Hom. 3. *Bonum* etiam reddit, vnde ſumere Ambroſius potuit. *Bonum* ergo quemadmodum omni ex parte *bonum* eſſe neceſſe eſt, ita & *Pulchrum*.

VI.

Merito ergo Deũ laudat Eccleſia: Et cum admiratione Quaſi ſolus ſit pulcher. Nec ea, ad illum comparata, ſit. Nec quidquam aliud. Nam Ecce, & Tu, vim haben aduerſatiuã.

Eccleſia Deum prædicat & Pulchrum, & ſolum Pulchrum.

Ecce, particulæ vis.

Tu, pronominis vis.

Nunc ergo intelliges, quam verè Eccleſia Deum à *Pulchritudine* laudet, eumque fateatur & vnicè, & verè *Pulchrum*, à quo ipſa quod ſit *Pulchra* habeat, & laudari digna. Habet autem ingentem vim duplex particula, quod Dramat. Commentario monitum hoc loco eſt, neque omittendum hic fuit. *Ecce*, &, *Tu*. Prima illa & admirationem decoris continet, vt in grandibus, atque inſolitis ſolitum eſt: & vim aduerſatiuæ habet, idemque ſignificat, quod notauit ex alio doctus Author, quod *Immo, Potius, Contrà*. Me *Pulchram* ipſe propter illas dotes, vocas, quas ipſe in me conieciſti: cum potius ipſe verè *Pulcher* dicendus ſis: qui tantis me bonis, eiſdem ipſe affluentiſſimus, beaſti. Itaque dum me Pulchram prædicas, tuas potius, quam meas laudes recenſes: ideoque tuas, quia meæ ſunt. *Tu*, autem cum dicit, non aduerſatiua modo particula idipſum confirmat (vim enim aduerſatiuæ habet) ſed ſingularitatem in eo ipſo notat, quod laudat. *Tu* ſolus *Pulcher*, cæteri tecum compoſiti *Pulchritudine* vacui ſunt; quia tametſi & illis ineſt *Pulchritudinis* aliquid, non ea ineſt, quæ tibi. Sed veſtigium illius tenue. Tibi vni datum vt & *Pulcher* ſis, & dicaris. Ineſt enim ſæpè in affirmatione negatio tacita. Vt ſi Hiſpane dicas. *Tu ſi que eres hermoſo, y bello*.

VII.

Senſim ergo ſe ipſa ſit maior Eccleſia. Et in ea Dei notitia creſcit. Nam nemo Deũ laudat, niſi nouerit. Nemo nouit niſi purus mente. Qua in Deum fertur Eccleſia. Ideo & cum apta cognoſcere. Doctrina Chriſti non vno loco. Amat enim ſimplicitatem vera ſapientia.

Eccleſia ſemper creſcens in Dei notitia.

Tunc Deum videre incipimus, cum incipimus cætera non videre.

Vide obſecro, Lector, quam Eccleſia ſenſim tacitis augmẽtis adoleſcat, & melior ſe ipſa in Dei notitia fiat, quod in tempore ab Origene notatum eſt, & ex eo ab alijs obſeruatum. Nam cur nunc primum eum è forma laudat, cum laudata ipſa à Genarum & Colli venuſtate, vt & ipſa Sponſum laudaret æquum videretur? Sed nemo Deum prædicare dignè poteſt, niſi agnouerit probè: notitia autem illius nemini prius communicatur, quam oculorum puritas, & ſimplicitas cordis ſit data. Deum illis oculis perſpexit, qui columbarum ſunt oculi, ſcilicet cæteris clauſi omnibus, vni illi aperti erant, atque in vnum collimabant. Tunc ergo videre incipit Verbum, & videns cognoſcere, cum cætera incipit non videre, vni defixa, in vnum intenta, ſui etiam ipſius oblita. Ne ſe putet quiſquam in hæc adyta penetraturum, dum mentis oculos externarum rerum colore aliquo ſuffuſos habuerit. Sicut enim Ictericis, quidquid aſpiciant, colore flaueſcit, imbutis ſcilicet eo colore luminibus; ſic animus adhuc terrenarum rerum fæce imbutus, ineptus eſt ad diuinarum rerum notitiam veram hauriendam. Sic dicebat Chriſtus: *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit, ſi ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Matth. 6. 22. Et: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*. Matth. 10. 16. Si ſimplicitate columbis ſimiles fueritis, prudentia, atque intelligentia ſerpentibus eritis ſimiles. Amat enim vera ſapientia animum ſimplicem, nec in maliuolum vnquam introibit.

NO-

NOTATIO XLI.

ET DECORVS.

SVM. COM.

I.
Decorum diuerſum quid à Pulchro.
Nam Naim Hebraa vox, Pulchri quendam effectum ſignificat.
Ideo vtrumque de Deo dicit Eccleſia.
Decorum autem, poſt auditas promiſſiones.
De futura ſobole, & alijs.
Quaſi tantam largitatem admirata.

Decorum, quo differat à Pulchro.

Naim Hebræis quid ſit.

Deus decorus dictus Eccleſiæ poſt ingentes promiſſiones.

NON ſine cauſa *Pulchro* additum *Decorum*, nec ſolam eſſe eiuſdem ſententiæ repetitionem, Com. Dramatico obſeruauimus. LXXII. καί γε ὡραῖος. Quod quanquam Ambroſius ſerm. 4. in Pſal. 118. reddidit, *pulchrum;* tamen aliquid eſſe amplius cæteri intellexére, & Hebræa ipſa vox ſatis perſuadet. *Naim* enim à *Naam*, & id quod *Pulchrum* ſit ſignificat, multoque magis id, quod ab eo, velut quidam à Sole radius prodit. *Iucundum, gratum, delectabile, ſuaue, amabile, acceptumque.* Itaque quodam modo effectum potius pulchritudinis, quam pulchritudinem ipſam notat: nec tantum id, quo is, qui pulcher eſt, diues eſt in ſe, ſed id, quo alios beat, ac vel aſpectu ſolo facit fęlices. Quæ ſi ad Deum applices, videbis, non ſine cauſa dictum ab Eccleſia *Pulchrum* quidem, ſed ſimul *Decorum*, poſt receptum ab Abrahamo Filium, quem immolare paratus, prohibitus eſt: ſed poſt ingentes illas promiſſiones de multiplicanda ſobole; de poſſidenda terra latiſſima, & vberri-
„ ma; &, quod caput eſt, de venturo Chriſto, & ipſius ex ſemine naſcituro. Quaſi diceret:
„ In te quidem iure pulchritudinem tantam admiror, quæ ſuis diues opibus, nullius indiga,
„ beare alios poſſit, ac in conſortium vocare *decoris*. Neque enim tibi vni natas, cæteris tua
„ inuides bona. Quo pacto opulentia tua fęlix es, eodem bonorum prodigus, me facere
„ fęlicem properas. Et quemadmodum Sol, & in ſe ipſo lucidus, lucem cæteris diuidit, vt
„ eodem, quo ipſe ſplendet, alij luceant, ſic tu, cuius ille imaginem præfert, tuæ bonitatis
„ radios ijs communicas, quos ea fęlicitate prius dignos feciſti. Itaque totus melleus, totus
„ amabilis, totus ſuauis, ac iucundus es: meque ad te non modo *Pulchritudine* rapis, ſed &
„ ſuauitate, ac iucunditate, quin, ſi velim etiam, poſſim recedere.

II.
Qui autem Pulchritudinem ad diuinitatem, Decorem ad humanitatem referunt,
Aut alias de Chriſto interpretantur, probandi non ſunt;

Atque in hunc ſenſum nos arbitramur dictum *Decorum*. Nam quod quidam *Pulchritudinem* ad Diuinitatem, *decorem* ad humanitatem retulére; aut alterum ad totius corporis ſpeciem, alterum ad ſuaueloquentiam, & nimis ſtringunt, & extra ſuum locum & tempus locant. Multoque alienius interpretantur, qui de Chriſto rediuiuo locum hunc interpretantur: Nam tametſi cum de morte ab inferis redux, triumphatorque ſurrexit in ea gloria animæ corporiſque, qua vlterius minuendus non erat, verè *pulcher*, verè *Decorus* oſtenſus Diſcipulis eſt; non hic tamen de ea ſiue *Pulchritudine* ſiue *Decore* aut ſuauitate eſt ſermo, cũ nondum inducatur Verbum Eccleſiæ per ſuſceptionem carnis maritatus, immo necdum Sponſus per legem Moſis: ſed Canditatus tantum & Amans. Quod ſuo loco in Anteloquijs oſtenſum eſt. *Diſq. præu. 3.*

VERSVS XVI.

LECTVLVS NOSTER FLORIDVS: TIGNA DOMORVM NOSTRARVM CEDRINA: LAQVEARIA NOSTRA CYPRESSINA.

COMMENTARIVS.

CRESCERE Eccleſia incipit, & fundari multa ſobole in Iacobo, & Filijs eius: vt non eorum habeatur ratio Filiorum, quos Abrahamus ex Cetura, poſt Iſaacum ex Sara, genuit, qui nec ipſi pauci, nec eorum poſteri fuére: quos certum eſt bonum Patrem in Dei cultu ac pietate inſtituiſſe. Et hactenus quidem ſolita in tabernaculis degere; ac vix firmam, ſtabilemque habere ſedem *Domos* cogitat, & *Palatia*, & fixas manſiones, & quidem eximio cultu ædificatas *Cedrinis Tignis*, *Laquearijs Cypreſſinis*: id eſt, omnibus ſubſidijs ad durationem neceſſarijs. Ne autem intellige hæc de materialibus ædificijs: nam poſt id etiam temporis & Iacob & Filij peregrinati ſunt; &, quanquam in Ægyptum deducti, & annis multis apud

eam

Digitized by Google

eam Gentem verſati, ſemper tamen velut hoſpites, ac receſſuri, promiſſam poſſeſſionem ſuſpirabant: quoad in eam tranſlati, atque ædificatis vrbibus, laxius & ſtabilius habitarunt. Sed de præcipua domorum opulentia, quæ in Sobolis propagatione, & Filiorum multiplicatione ſita eſt. Scitum enim eſt, quid ſacro ſermone ſit *Domos ædificare*; idem enim eſt, quod multa prole fundare, & ſtabilire. Id ergo Iuuenis illa Eccleſia gloriatur, promiſſorum eam partem, quæ de ſeminis multiplicatione erat, impleri cæpiſſe; cum ſe videret in Iacobo, Filijs, & Nepotibus ſpe certiſſima excitari, futurum aliquando, vt & ſtellas cœli, & maris arenas, numeroſa ſobolis turba, ſuperaret, quemadmodum illi Deus haud ſemel fuerat pollicitus, etiam addito iureiurando.

ENARRATIO.

ET *tu*, inquit, *pollicitus mihi multa, eadem præſtare feſtinas. Futuram mihi ſobolem iuraueras, cuius nec cœli aſtra, nec arenæ ipſe maris numerum æquare poſſent: ac ne diutius lactare videreris conceptam ſpem, fundare cæpiſti lectiſſima prole donata. Nam quid aliud dicam, cum in vno Iacobo multiplice fulcro domum fundatam, gaudeam? Lectuli hæc mei gaudia ſunt: & recens editi nepotes, faciunt, vt Floribus ſparſus videatur; futuri ſcilicet vberrimi fructus certiſſima ſpe. Iam cogito in paruis hiſce initijs longe maiora. Hi ſurculi ſuo de trunco tenerrima adhuc fronde germinantes, olim creſcent in arbores iuſtas, quæ nec altitudine Cedris, nec rectitudine Cupreſſis cedant. Inde Tigna ad ſuſpendendam Domum, & Laquearia ad operiendam lectiſſima; quæ nec cariem ipſa ſentiant, nec putredinem timeant. Sic ſpatia ſcilicet ædium lauabuntur, quæ multitudinem numero carentem capiant, in qua Populos habeas, paternæ fidei hæredes, atque vitæ pietatis æmulos; quibus tu & Parentum merito gratis, & ſuo placentibus benignitatis tuæ fauorem impendas.*

NOTATIO XLII.

LECTVLVS NOSTER FLORIDVS.

I. *Nexus horum cū ſuperioribus. Et diſpungendi ratio. Quæ in fontibus inepta, Nec LXXII. obſunt, Quorum ſenſum alias expendemus. Attentior Vulgatus, qui ſequentibus adnectit.*

HÆC adhuc ad ſuperiorem Verſum pertinent verba, ſi diuiſionem reſpicias, quam hodie in Editione noſtra habemus. Cum re vera, ſi rem ipſam potius, verumque nexum conſideres, hæc cum proximis nectenda eſſe, quæ immediatè ſequuntur, vt eodem ſpectantia, fateri debeas, non cum prioribus. Nec obſunt Hebræa prout hodie legimus, quæ ſuperioribus videntur coniungere. Totum id opus Maſoretharum fuit, qui arbitratu ſuo diſtinguentes, clariſſimis verbis noctem adtulêre, quibus non admodum cogitatè hæſere, qui nouas nobis editiones ex Hebræo, vidêre. Et quanquam fauere videntur LXXII. tamen, quia eorum alius omnino ſenſus eſt, ſuo loco examinandam eorum lectionem reijcimus. Adnectenda ergo proximè ſequentibus, Vulgati iudicium definiuit, qui cum & *Domum*, & illius apparatum deſcribi animaduerteret, quæ de *Lectulo* dicerentur, eodem referenda exiſtimauit, quem inter potiſſimam opulentè *Domus* ſupellectilem numerandam ſciebat. Diſpunctio hoc loco Hebræa non ſana.

II. *De ſenſu nunc quærendum. Laudata Eccleſia à mentis puritate, Refuderat in Deū laudes. Eius largitatem prædicans, Qui ſibi tam multa eſſet pollicitus,*

Sed quo pacto ſententia hæc cum ijs, quæ ſuperius fuerant dicta, quantum ad Dramaticum ſenſum ſpectat, nectenda ſit, ſuo dictum loco eſt: nunc in arcana verſamur intelligentia. Laudata à Deo Eccleſia ab illis virtutibus, quæ in ea in illa quidem ætate eminebant, maximè ab intentionis ſimplicitate, ac puritate, in Deum vnum intenta, rependerat illi vices, quidquid boni in ſe agnoſcebat, in eum vnum reijciens, qui omnium bonorum origo eſſet. Pulcher ſcilicet ſolus, & omnis pulchritudinis prima radix. Sed quia nihil ea ratione pulchrum eſt, quin idem ſit Pulchritudinis, vt ita loquar diffuſiuum, ideſt, eius boni in cæteros liberale, & id ipſum ſermone complexa eſt; memor ſcilicet eius beneficentiæ, qua ſe ornauerat, pollicitus futura bona multa, interque ea ſobolis multiplicationem. Sententiæ ratio tradita.

Cum

Digitized by Google

Cumque is fidem præſtare cœpiſſet, In multiplicatione prolis, Eo ſe nunc iactat.

Cum autem animaduerteret, Deum eo ſe promiſſo ſoluere cæpiſſe, in Iacobo, Filijs, ac Nepotibus, & id etiam beneficium laudibus tollit, ac grata oratione recenſet: Spei etiam plena, futurum, vt, qui ſe cæperat promiſſis exſoluere, & reliqua etiam, quæ nondum fuerat elargitus, indulgeret. Hæc tota nectendi ratio eſt, & quidem plana, ſi effecerimus, *Lectulo* hoc loco ſobolis procreationem accipiendam, nec aliud.

III.

Quidam in lectulo ſolam quietem agnoſcunt. Ideo ad Chriſti ſepulchrum referunt. Aromatibus bene olens, quibus vnctum illius corpus. Ideo dictum floridum.

Sepulchrũ Chriſti lectulus floridus, ex ſ.q.

Ad *Lectuli* nomen quidam quietem & pacem cogitauére, quia ſcilicet in lecto quieti & otio vacari ſolet. Ideo quidam ſepulchrum interpretantur, in quo Chriſtus paſſionis perfunctus laboribus, quieti ſe dediſſe viſus eſt. Angelomi, & Aponij is ſenſus eſt, quem de Recentioribus qui amplecteretur, non defuit. *Floridum* autem *Lectulum* volunt, quod reſurrecturus in eo iacuerit: quemadmodum arbores poſt hyemem, quæ imago mortis eſt; adueniente vere, floribus, folijſque rurſus germinantes, renaſci videntur. Immo & *Floridum* poſitum arbitrantur, pro *olenti*, quòd ſcilicet Chriſti corpus depoſitum de Cruce, non, niſi multo aromate conditum, illatum in ſepulchrum ſit: non ei à corruptione præſeruando, de quo dictum: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Pſal. 15. 10. Sed & moris illius Gentis ſeruandi gratia, honoriſque, & pompæ.

IV.

Alij malunt ad Eccleſiæ pacem Poſt perſequutionum bella. Sed nondum bellatrix inducta. Quod poſt modũ fiet, Nec præuerti decet tempora.

Pax Eccleſiæ poſt perſequutionum bello, ex ſ.a.

Alij contrà *Lectulo* quietis loco *pacem*, & *tranquillitatem* Eccleſiæ agnouére, poſtquam perſecutione petita bellis, ac multis prælijs exercita, victrix tandem regnare cæpit, ac pace fundari. Sic VVilleramus, & eum ſequuti alij. At nondum Eccleſia inducta eſt perſecutionum vexata laboribus; nondum in campum nobilis prodijt præliatrix, expertura, quid, ſubſidijs à Sponſo ſubmiſſis fulta, poſſet in hoſtes. Quî vis prius induci victricem, quam præliantem? Et quieti, ac tranquillitati adultæ pacis vacantem, quam per multas acreſque pugnas exercita, ſibi adquiſierit pacem, hoſtibus ſub iugum miſſis, & imperio additis? Cur poſteriora tempora prioribus anteponantur, nulla eſt cauſa: vt perturbato ordine geſta narrentur.

V.

Minus aptè qui Eccleſiam lectum volunt. In quo Deus requieſcat. Qui ſenſus non probandus. Loquitur enim de communi lectulo, Nemo autem ſibi ipſi lectus eſt.

Eccleſia ipſa lectulus, & requies Dei, ex quorundam ſenſu.

Alienius alij Eccleſiam eandem *Lectulum* eſſe volunt, in quem ea ſponſum ad quietem inuitet. Sed nec modus ipſe loquendi, nec analogiæ leges, nec ordo rerum ipſe patitur, vt Eccleſia ſe *Lectulum* dicat, & ad quietem Deum inuitet. Nam tametſi in ea quiete vacare, ac delitijs Deus ſolet, velut in florenti virtutum variarum aſpergine *lecto*; & quidquid de *Tignis Cedrinis*, & *Laquearibus Cypreſſinis* dicitur, de eiuſdem Eccleſiæ ſtabilitate, ſtatuque ad finem vſque mundi duraturo, iuxta Saluatoris promiſſa, non incongruè poſſit accipi tamen vt hoc loco id Eccleſia velit, haud facilè aſſentiri poſſumus. Ita enim loquitur, vt plane *Lectulum*, quemadmodum à Dilecto ipſo, ita à ſe etiam diuerſum eſſe ſignificat, vtpote communem vtrique futurum. Nemo autem apud ſe velut in ſtrato dicitur requieſcere, ſi quidem corticis ſenſum expendas. Hic ergo ſenſus, tametſi primo adſpectu plauſibilis, probandus non eſt: cum maximè aliud ſe offerat, quod multo aptius ſit, & verbis accommodatius, & aptius ad nexum.

VI.

Alij contra volũt lectulum Sacram Script. In qua Verbum Dei ſemen eſt, Quo ſuſcepto concipit Eccleſia. Et parit filios multos. Sed id difficile aptari huic loco poteſt.

Diuina ſcriptura lectus connubialis ad prolem gignendam.

Theodoreti alia eſt mens. In Lectulo enim, non *quietem* modo conſiderat, ſed *maritalem* etiam *conuictum, ad gignendam prolem*. In eo ergo *Sacram Scripturam* agnoſcit. *In qua & Sponſus & Sponſa conquieſcentès, mutuo ſpirituali conſuetudine coniunguntur. Ac Sponſus quidem præbet verbi ſemina; Sponſa autem ea ſuſcipiens concipit, & fert in vtero, & parturit; & clamat cum Propheta: Propter timorem tuum Domine in vtero concepimus & parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis tuæ, quem geſtauimus ſuper terram.* Et quidem Theodoreti ſententia venerationem exigit; tametſi video rarum de Interpretibus eius hærere veſtigijs: difficile enim admodum eſt, ſi ita ſentias, interpretationis filum ducere, ita vt ſolertibus ingenijs approbetur: tametſi ſcimus non deeſſe, quibus omnia à Veteribus dicta probentur, quorum nos iudicium probare non poſſumus; cum certum ſit, Sacrum Scriptorem vnum quid, certumque voluiſſe, non plura, atque diſperſa vno vocabulo inuolui, & comprehendi.

VII.

Recentiorum quidam lectulum eſſe volunt Fidem, In quo quieſcendum ſit, ſed immotis. In fide enim anguſtè quieſcimus, Laxè in patria. In ea etiam Deũ quieſcere, Siquidem viua ſit, ideoque floridum dici lectum. Et viridem, & vmbroſum. Quod fides in vmbra ſit.

Fides, lectulus ex aliorum ſenſu.

Supereſt Recentiorum interpretatio, qui *Lectulo Florido Fidem* intelligunt, multique ſunt in aptando ſingula ſingulis, & quidem mira ſubtilitate dicendi. Horum magis miramur, quam laudamus conatum. *Lectulum* diminuente forma dictam *Fidem*, vel quòd immotis in ea quieſcendum ſit, alioqui cum diſpendio dormiendum; quæ enim ad fidem pertinent, non verſandæ, ſed firmo aſſenſu tenendæ: vel quòd, dum peregrinamur à Domino, quieſcimus quidem, ſed multo & melius, & laxius in patria, cum iam non videbimus per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem. Ideo pronuntiatum à Paulo: *Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum*. 1. Cor. 13. 12. Communem autem *Lectum* Sponſo, & Sponſæ eſſe, quia per fidem & Deus in homine quietem habet, & Homo in Deo. *Floridum* vero, ſiue *Viridem* dictum, quia fides ſine operibus mortua eſt; nec in ea Deus aut Eccleſia requieſcit. *Floribus* inſperſum variatum virtutum eſſe oportere, ac vita viridem charitatis: Sic non *Florere* modo ſibi, magna cum ſpe futurorum fructuum, ſed odoris ſuauitatem quaqua verſum exemplo bonorum operum ſpargere. Nec ſine cauſa ſecundum Græcorum PP. lectionem, dictum *Vmbroſum*, cum verè qui in fide ambulant, ſum vmbra ambulent, qua aliquando diſpulſa, vera, atque æterna lux futuræ beatitudinis

Floridus, quia debet eſſe viua; vmbroſus, quia obſcura eſt.

omnia

Digitized by Google

In qua Deus habitat velut in tabernaculo. Habet acumen hic ſenſus, Sed ad ſenſum minus aptus, Nec aptè adnexum.

Deus habitans in fide, velut in tabernaculo.

omnia replebit. Sed & Deum libenter habitare in vmbra fidei velut in tabernaculo, ne per Solem humani ſenſus nigreſcat quodammodo. Hæc quin acutè ſint dicta, & ſubtili ratione tractata, nemo negauerit; ſed, ſi nexum cum ſuperioribus, eumque ſequentibus; &, quod caput eſt, ſi totius interpretationis filum, conſequentiamque conſideres, haud facilè aſſentiére. Ac generatim harum omnium interpretationum communè eſt malum, tametſi veram doctrinam contineant, tamen anticipare res ipſas; & quæ ad vnum poſterioremque ſtatum Eccleſiæ pertinent, ad priorem applicare, cum nondum hic de Eccleſia Chriſtiana ſermonē eſſe multis ſit locis obſeruatum: quæ vna nos ratio cogit aliter interpretari, iuxta eam, quam ingreſſi viam ſumus.

VIII.

Eccleſia ad familiam Abrahæ fere redacta. Hactenus dubia ſobolis ſpe. Nondum impletis promiſſis: Abraham autem de prole ſollicitus, Non puto carnalis, ſed myſtica. Item & Sara, cū ſterilis eſſet. Pollicitus autem Deus prolem maſculam, Et in ea ingentem poſteritatem, Interprete Paulo, ſpiritualem imitatione fidei.

Eccleſia ſub Abrahamo ad illius familiam fere redacta.

Abrahamus & Sara non tam ſolliciti de prole carnali, quam de ſpirituali.

Deus pollicitus Abrahæ maſculam prolem, & in ea infinitam progeniem.

Eccleſiam Abrahæ tempore ad vnam fermè illius familiam reſtrictam, alio obſeruauimus loco. Eam autem Abrahamo nondum patre ex vxore Sara, dubijs admodum fulcris ſubnixam fuiſſe, ea verba Patriarchæ ſatis innuunt. Gen. 15. 2. cum dicente Deo: *Noli timere: ego protector tuus ſum, ſubiunxit: Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis.* Quaſi quidquid tandem daturus eſſet Deus, ſi negaret tamen liberos, perparum futurum eſſet, nec magni adeo æſtimandum. Nec credendus eſt vir tantus, tam familiariter Deo coniunctus, & ab eô in familiare colloquium admiſſus, angi, quòd ſine carnali prole deceſſurus eſſet, & ad extraneos eius hæreditas perueniret. Id dolebat ſcilicet, neminem ſibi futurum fidei, ac pietatis hæredem, per quem non genus modo, ſed & religio propagaretur ad poſteros, in quibus haberet Deus ingentem familiam, à qua impenſa cura coleretur. Nec alia vxoris mens, cum diceret. Gen. 16. 1. *Ecce concluſit me Dominus ne parerem: ingredere ad ancillam meam; ſi forte ſaltem ex ea ſuſcipiam liberos.* Id vnum piam fœminam excruciabat, Dei tanti, à ſeque tam impensè dilecti cultum ad tam paucos eſſe redactum. Ergo ſtatim pollicitus Deus eſt maſculam prolem, deque ea progeniem, quæ numerari non poſſet. *Eris*, inquit, *Pater multarum Gentium: nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia Patrem multarum Gentium conſtitui te faciamque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in Gentibus, Regeſque ex te egredientur.* Gen. 17. 4. Quibus verbis interprete Paulo, non tantum carnalem futuram prolem infinitam pollicitus eſt, ſed multo magis in carnali multitudine filios imitatione fidei, ac pietatis, qui numerari non poſſent: cum olim ſcilicet Deus *ſuſcitaturus erat, de Gentilibus lapidibus filios Abrahæ.*

IX.

Cum ergo Deus fidem liberare cæpiſſet, In Iacobo & filijs, Gratias agit Deo datori. Eam fœcunditatem in lectulo gratulatur.

Lectulus Eccleſiæ floridus, Abundantia prolis. In Iacobo, & filijs.

Cum ergo magna illa promiſſa de ſobolis multiplicatione, Eccleſiæ in Abrahamo facta, impleri in Iſaaco, & Iacobo, huiuſque multiplice prole cæpiſſent, tunc illa præſenti facto in certam excitata ſpem Deo ſuam ſortem gratulatur, à quo tanta ſe fęlicitate donatam ſciebat: vt iam in duodena Iacobi ſobole fundari ſuum regnum videret, futurum æternū, ac per omnem cœli plagam, velut dimiſſis nepotum examinibus, propagandum. Id autem quam aptè *Lectuli*, & quidem *Floridi*, commemoratione ſignificatum ſit, nemo non videt. *Lectulus* enim hoc loco à pleriſque maritalis intellectus eſt, non ſolum dormitorius: & ſobolis multitudo etiam agnita eſt: tametſi in modo ipſo hæc ad arcanam ſententiam applicandi magnum inter nos, atque illos ſit diſcrimen. Nec ab vſu S. S. hæc loquendi forma recedit. Vide Deuter. 27. 20. Prou. 7. 16. & infra Cap. 3. 1.

X.

Floridum autem dixit, Quia in eo ſpes futuræ infinitæ prolis. Nam flores ſymbola ſpei. Quia nullus autumnus ditior fructibus. Quam quem præceſſit floridiſſimū ver. Hinc factum vt originalis vox, vſurpata ſit, Quæ & florere, & virere ſignificat. Vnde LXXII vmbroſum reddidere, Emortua ergo Eccleſiæ virtus in Abrahamo, Ita vt Sara ipſa deſperaret futurā prolem Quod à Paulo monitum eſt,

Flores ſpei ſymbola profanis & ſacris.

Nullus Autumnus vberior, quā quem præceſſit floridiſſimum ver.

Raan Hebr. Virere, germinare, florere. LXXII. cur Vmbroſum reddiderint.

Abrahami & Saræ mortua virtus ſuſcitata.

Nec minore eum ratione *Florum* eſt facta mentio, qui tum in ſacris, tum in profanis Scriptoribus, certa ſunt *Spei* ſymbola: in hunc ſenſum ille:

------ Manibus date Lilia plenis,
Purpureos ſpargam Flores, animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis.

Quaſi in vnius morte, omni præciſa *ſpe* futurorum, quidquid fęlicitatis ſperari, eo ſuperſtite, poſſet, eodem cum illo buſto clauderetur. Ac verò nulla certior futuri agrorum prouentus coniectura eſt, quam cum arborum germinantium viror multa *Florum* venuſtate diſtinguitur: vt Autumnus nullus opulentior futurus exiſtimetur, fructuum obertate, quā quem florentiſſimum præceſſit ver. Iure ergo eum *Lectulum* Eccleſia *Floridum* pronuntiat, in quo futuræ olim in pietate, ac fide ſobolis multitudinem, tanquam in *Floribus* quibuſdam, in Iacobi filijs incluſam, dum ad maturitatem adoleſcerent, iam videbat. Hinc etiam factum puto, vt originali voce ſit vſo, quæ non minus *virere*, quam *Florere* ſignificat, vt alio loco obſeruatum à nobis eſt. *Raan* enim & *virere*, & *germinare*, ideſt, *in frondes erumpere* ſignificat, cui & *Florere* coniunctum eſt. Ideo LXXII. Interpretes & eorum ſequuti translationem, reddidere: *Lectulus Noſter Vmbroſus.* κλίνη ἡμῶν σύσκιος, ſiue *Opacus*, vt Ambroſius legit. Quæ enim germinare ſolent arbores, eædem & vmbram facere incipiunt. Aquila autem habet εὐθαλής, quod æque *viridem, frondentemque* & *Florentem* ſignificat. Emortua quodammodo Eccleſiæ virtus fuerat, in Abrahamo, ac Sara ſterilibus; ille enim ætate grauis erat; huic autem præciſa omnis ſpes futuræ prolis. *Erant*, inquit, *ambo ſenes, prouectæque ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria*, (quod indicium certum ſterilitatis Phyſica ſtatuit diſciplina) *quæ riſit occultè, dicens. Poſtquam conſenui, & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo?* Gen. 18. 11. 12. Id autē ipſum eſt, quod à Paulo Rom. 4. 19.

dictum

Digitized by Google

Reſurgere viſa eſt in multa Iacobi ſobole,
Et mortuus truncus germinare,
Hac ergo gaudia ſua narrat Eccleſia.

dictum eſt; *Et non infirmatus eſt in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam fere centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ*. Reſurgere ergo quodammodo ſibi viſa Eccleſia, in multa vnius Iacobi ſobole; certè reuireſcere, & in grandem excitari ſpem. Truncus ergo, qui mortuus videbatur, germinare tunc incipere viſus eſt, atque eductis frondibus ramiſque veſtiri, noua futuræ fœlicitatis ſpe. Id ergo eſt, *Lectulus Noſter Viridis* ſiue *Florens*. Gaudere Eccleſia Mater potuit, futuræ ſobolis magna ſpe; duodecim enim illos Iacobi filios, velut totidem ramos de ſtirpe Abrahami eſſe videbat, vnde in omnem cœli plagam Fidelium Gentium ſurculi, in magnas euaſuri arbores, pangerentur, vt Filiorum Dei numerus augeretur.

Eccleſiæ gaudia excitatæ in nouam ſpem poſteritatis.

XI.
Noſtrum autem lectum dixit,
Quia Dei etiam filij erant,
Eoſque beneficio illius habuerat,
Quod ad gratitudinem ſpectat.

Sed cur non ſuum ſolius, ſed *Noſtrum*, velut ſibi & Sponſo communem *Lectulum*, dixerit, facilis quæſtio eſt. Quidquid enim in ea ſpe animum illius lactabat, beneficio acceptum Dei ſciebat, ſe quidem Matrem agnoſcebat, ſed non ſolam; nec ignorabat, ni Deus fidei ſemina genitali aruo committeret, infamiam ſe ſterilitatis effugere minimè poſſe. Communis ergo *Lectulus* iure eſt dictus, cuius in multa ſobole fœlicitatem & Eccleſiæ Matris fœcunditas, & Dei ipſius in myſtico iaciendo ſemine ſedulitas, peperiſſet. Semper illa ſcilicet ſuæ conſcia fœlicitatis ſimul, ac tenuitatis, in Dei notitia proficit; &, id, quidquid eſt, quod à Deo accipit, refundit in illum: eo ipſo dignior cui plura donentur.

Lectulus Eccleſiæ communis Deo & ſibi, quia Filij communes

NOTATIO XLIII.

TIGNA DOMORVM NOSTRARVM CEDRINA.

I.
Eccleſia ſolita in tabernaculis degere,
Domos cogitat, & Palatia,
Id ad multam ſobolem referēdum.
Nam Domus ſæpe pro familia.
Et ædificare domum, multa prole fundare.
Notatum id à Hieronymo,
Sed eſt inſignis locus Ruth. 4. 11.

SOLITA hactenus in tabernaculis habitare, mobili plerumque ſtatione, iam *Domos*, & quidem multas, ac ſtabiles Eccleſia cogitat; nec *Domos* ſolum, ſed & Palatia, eaque grandi exculta cultu, ideſt Regio. Id *Domorum* indicat appellatione, quarum ædificationi precioſæ quæque arbores materiam ſubminiſtrent. Hæc etiam ad amplificationem familiæ pertinent ex S. S. vſu, in qua *Domum* ſæpe pro familia poſitam legimus. Prouerb. 12. 7. Et: *Domum Iacob, Domum Dauid, Domum Iſrael*, pro eorum familia. Eccli. 24. 33. Iſai. 10. 20. Luc. 1. 33. 69. 2. 4. Matth. 10. 6. Act. 2. 36. & paſſim locis alijs. Et, *Ædificare Domum*, pro multa prole fœcundare. Ex. 1. 21. *Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit illis Domos*. Sic Deut. 25. 9. Et 1. Reg. 2. 35. 2. Reg. 7. 26. 27. Immo, quod legimus Gen. 16. 2. *Ingredere ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex ea ſuſcipiam filios*, in Hebræo ad verbum eſt, *Fortè ædificabor ab ea*, aut, *ſi fortè ædificer ex ea*. Notatum id à Hieronymo in Trad. Hebr., Et, quod maximè in rem præſentem facit. Ruth. 4. 11. inter benedictiones alias, fauſtaque, quæ Booz imprecantur Principes ciuitatis, dicunt: *Faciat Deus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt Domum Iſrael: ſiatque Domus tua ſicut Domus Phares, quem Thamar peperit Iuda, de ſemine, quod tibi dederit Dominus ex hac Puella*. Quibus certè mirè hic locus illuſtratur.

Eccleſia Domos cogitat, & Palatia, ſolita hactenus in tabernaculis degere.

Domus pro familia.

Ædificare domum pro multa prole fundare.

II.
Hanc domum cæptam ædificari gaudet Eccleſia.
Immo domos dicit, quia futuræ multæ
In Gentium latitudine,
Sed & Palatia Regum ſcilicet ædes,
Quæ ad futurum ſplendorem referenda.

Hanc *Domum* Eccleſia intelligit, hanc ædificari cæptam gratulatur ſibi, poſt tranſactam ſterilitatem, non vna prole beata. Nec ſine magna cauſa non *Domum* ſingulari numero, ſed *Domos* plurali cogitat. Sciebat docta à Deo, in ſingulis Iacobi filijs ſingulas fundari Domos, quæ, immenſa prole fœcundæ, innumerabili hominum multitudine ſuperbirent. Quin & in illis futuram olim Gentium Eccleſiam, præſagiebat, quæ fide ac pietate in Deum inter Abraham poſteros cenſerentur, lateque propagato religionis ſemine, non iam vnam, alteramue prouinciam, ſed totum orbem implerent; multis fundatis Eccleſijs, velut ſingularum familiarum *Domibus*. Quod ſi ad futuram opulentiam reſpicias, ac vim opum immenſam, regiamque potentiam, non iam *Domos* priuatas, ſed Palatia, ac Prætoria cogitabis. Quod enim pollicitus Deus Abrahamo eſt, naſcituros de eius ſemine Reges; non ſolum in carnalibus, ac temporarijs poſteris impletum eſt, ſed multo magis in ſpiritualibus; ſed de his commodiore loco, & tempore, ne rerum ordinem confundamus.

Domos cogitat Eccleſia, quia multæ futuræ in Gentium latitudine.

III.
Tigna autem hoc loco ſunt,
Trabes ad ſuſpendenda tecta,
Quæ potiſſima ædium pars.
Et impenſione cura ornari ſolita,
Ideo Iacobi filij tignorum nomine ſignificati.

Tignorum autem nomine, quanquam Iuriſconſulti Vlpianus, & Caius omne materiei genus, ex qua conſiſtere ædificia ſolent, contineri volunt, neque id hoc loco eſt improbabile; probabilius tamen eſt, vnum aliquid deſignatum, quod in toto ædium ædificio præcipuum ſit. Eæ autem ſunt trabes, quæ tranſuerſim, ad ſuſpendenda tecta, ſuper parietes erectos collocari ſolent. Ea *Tigna* ſunt hoc loco, cum mox addatur, de *Laquearibus*. Ac quemadmodum potiſſima, ac nobiliſſima ædificij pars tectum eſt, ideoque impenſiore cura, atque exquiſitiore arte ſolet ornari, auratis ſæpe *Laquearibus*, fornicibuſque ex arte depictis: ita iure & merito primi illi velut fundatoris familiæ Dei, atque Eccleſiæ illius Filij *Tignis* comparantur, quæ in tecto, non decori modo, ſed & firmitudini ſeruiunt, vtpote quæ inter parietes nectant, ne vitium facere poſſint, aut in alterutram partem inclinare;

Potiſſima pars ædium tecta, tectorum, tigna.

Tigna Patriarchæ filij Iacob.

O extra

Quæ in tecto firmitati feruiunt. Magni enim intereſt, quales maiores habueris, Qui exemplo virtutis præiuerint.

extra latum perpendiculum, aut normam. Ea *Domus* meæ ſuſtentacula; eæ veluti baſes ſunt, quibus tota moles incumbat. Magni enim refert, quemadmodum *Domum* bene fundare ad durationem, & cultum; ita & familias ab illis originem trahere, qui fortibus factis poſteris ſuis ad virtutem, ac pietatem præiuerint. Magnum enim eſt, ſi oculos in originem reuoces. Tales inuenire maiores, quorum non te pudeat genere ortum: vt cum admiratione, ac veneratione intuearis, quos tu factis, ac moribus expreſſurus es.

IV.

Eo refer quod de bonitate materiæ dicitur. Eſt enim in eo cedri principatus. Potes & ad laxitatem referre, De quo dictum à Propheta Iſaia, Licet alia verborum forma, Et à Zacharia etiam ſub alia. Prædicta & ſtabilitas, & duratio. Quæ alia Cedrorum dos eſt. Id prius promiſſum à Deo. Hic autem impleri cœptum. Quam futuram felicitatem Eccleſia augurqatur.

Id autem eſſe exiſtimamus, quod additur de bonitate materiei, cum *Cedrina* dicuntur *Tigna*, quarum arborum inter cæteras nobilitas tanta eſt, vt abiiſſe in prouerbium in ſacro ſermone videantur, ſiue tu celſitatem, ſiue ſoliditatem, ſiue bonitatem, non obnoxiam putredini, ſeu demum vim odoram conſideres, in toto lignorum genere *Cedrus* regnabit. Vno ergo vocabulo multa Salomon complexus eſt. Nam *Tignorum* longitudinem ad *Domus* capacitatem refero. Non deinceps anguſtius habitandum nobis, atque in exiguis caſis, aut anguſtis tabernaculis: omnia magnifica ſunt futura: Atria, aulæ, cubicula latis ſpatijs commoditatem habitandi multis dabunt. Ideſt, quod auguratur Propheta: *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida: ad dexteram enim, & læuam penetrabis, & ſemen tuum Gentes hæreditabit; & Ciuitates deſertas inhabitabit*. Iſa. 54. 2. & Zachar. 2. 4. *Abſque muro habitabitur Ieruſalem, præ multitudine hominum, ac iumentorum in medio eius*. Hæc ad Eccleſiæ laxitatem nullo termino cohibitam. Ac ne quis putaret, quod nullo muro Ciuitas cingeretur, ideo minus tutam ſtationem ab extrinſeco hoſte eſſe, ſubdit: *Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu*. Quæ ad ſecuritatem, ideoque ad durationem ſunt referenda: quo etiam pertinet *Cedrorum* alia dos, materiæ imputribilitas, vt quæ ea conſtant habeantur æterna. Id pollicitus Deus Eccleſiæ in Abrahamo, dum diceret: *Et ſtatuam Pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno; vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Dabo tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in poſſeſſionem æternam; eroque Deus eorum*. Gen. 17. 7. Sic etiam Gen. 13. 15. & 48. 4. Eam ergo promiſſorum fęlicitatem, qua tunc primum ſe exſoluere cœpiſſe, ſobole multiplicata, viſus eſt Deus, in imputribili ædium materia auguratur ſibi: & quidquid olim per Chriſtum largiendum ſibi erat, ſub his verborum ambagibus aptè deſcribit. Adde & odoris ſuauitatem, quæ etiam *Cedro* propria eſt, quo bonum nomen ſymbolicè intelligi alijs locis eſt monitum: ne quid ſcilicet ad fęlicitatem deeſſet.

Tigna Cedrina Fundatorum populi Iudaici nobilitas.

Anguſtiæ Eccleſiæ olim laxandæ.

Eccleſiæ ſtabilitas & duratio, ex promiſſis Dei.

NOTATIO XLIV.

LAQVEARIA NOSTRA CYPRESSINA.

I.

Cupreſſo & Cedro communia multa. Sed melior Cupreſſo Cedrus, Vtpote procerior, & compactior, Sed vtraque tectis aptiſſima. Laquearijs autem Cypreſſinis, Patriarcharum vxores intelligimus. Fœminas ſcilicet lectiſſimas. Nec deeſt ratio probabilis, Ideo dictæ ædificaſſe domum Iſrael. Nec ſine cauſa viri tigna. Fœminæ dictæ laquearia. Nam virorum eſt domum firmare, ac ſtabilire, Sic dictus Ioſeph firmamentum populi.

CVPRESSO cum *Cedro* communia multa ſunt: imputribilis materia, quæ non ſentiat cariem: odorata eadem, & grata recreans proximos ſuauitate; demum ſoliditas fiſurarum non patiens. Sed vincitur *Cupreſſus* celſitate, quæ ingens eſt *Cedri* dos, & quanquam alicubi *Cupreſſus* procera admodum audet aſſurgere, id tamen & rarum eſſe conſtat, & nunquam in tantam altitudinem tolli: & materiæ ipſius duritie, mollior enim *Cupreſſus* eſt; compactior, & durior *Cedrus*. Sed mira inter vtramque concordia, vt facilè in artificijs jungantur, mutuamque ſibi præſtent ſocietatem, velut congeneres ſint. Ideo ſuſpendendis tectis, ſimul & extendendis aptiſſimæ ſunt; vt non ſine magna cauſa, cum *Tigna* dixiſſet *Cedrina*, *Laquearia Cypreſſina* eſſe ſubdiderit. Quod ſi in *Tignis* Proceres illos Iudaici Populi Iacobi Filios, per quos *Domus* Iſrael latè propagata eſt, ac latiſſimè laxatis ſpatijs orbem impleuit, intelleximus; nihil incommodi fuerit, ſi in *Laquearibus Cupreſſinis* eorum fœminas, tot Filiorum futuras Matres, accipiamus, vt myſticæ *Domus* tecta ex vtroque cōſtarent: nec videretur minus Abrahæ poſteritas Matribus debere, quam Patribus. Et verò qui lectiſſimas illas fœminas Saram, Rebeccam, Rachelem, Liamque, ac cæteras cogitarit, quantiſque laudibus in ſcriptura, & quidem merito, donentur; quanta concordia cum viris vixerint, quam ſedulam operam & educandis liberis, & gubernandæ familiæ, & peculio augendo contulerint, haud mirabitur, eas in Eccleſiæ *Domo* nobilem partem conſtituere, ſi dicamus. Eæ ſunt, quæ ideo dicuntur *ædificaſſe Domum Iſrael*, Ruth. 4. 11. Nec ineptè inter viros, vxoreſque id diſcrimen poſitum eſt, vt illi per *Tigna Cedrina*, hæ per *Laquearia Cypreſſina* ſignificati ſint. Nam virorum eſt *Domum* ſtabilire tanquam firmiores ipſi ſint partes, ac velut oſſa, & neruos conferant, qualia ſunt ad imponendam ædificij molem fundamenta; ad ſuſpendenda verò tecta *Tigna* & *trabes*, è materia ſolidiſſima. Sic dicitur Ioſeph *Firmamentum Gentis, & ſtabilimentum Populi*. Eccli. 49. 17. Et de Simone Oniæ Filio, *In vita ſua ſuffulſiſſe Domum, & in diebus ſuis corroboraſſe templum*. Eccl. 50. 1. Vt Vulgatus habet;

Cupreſſus Cedro congener, ſed melior Cedrus.

Tectis ſuſpendendis Cupreſſus aptiſſima poſt Cedrum.

Laquearia Cypreſſina, vxores Patriarcharum.

Fœminæ Patriarcharum vxores, non infimæ partes in Eccleſiæ domo.

Viri firmitatem domui, fœminæ ornatum præſtant.

Digitized by Google

Et Simon Onia ſuffulſiſſe domum Ideſt moribus & doctrina Labantem religionem ſuſtentaſſe, Et populi mores correxiſſe. Quod colliges ex textu ipſo.

habet; licet textus Græcus variet. Alia enim Exemplaria habent, *ναὸν, templum*. Alia λαὸν Populum, quo pacto legunt Complutenſia: ſed tantundem eſt. Nam tametſi Simonem hunc deformatum poſt Zorobabelis inſtaurationem templum nitori priſtino reſtituiſſe, ex hoc loco quidam colligunt; id tamen incertum eſt, & multo probabilius orationis hanc formam figuratam eſſe; & id ſolum indicari, eum, & vita, & moribus, & doctrina veluti fulcra quædam collabenti religioni ſubdidiſſe, qua ſuffulta myſtica *Domus* ſtetit. Fauetque, quod paulo poſt ſubditur: *In diebus ſuis emanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum*. Quæ omnino figuratè dicta de ſapientia, ac doctrina illius, qua Populum ad bonos mores ac laudabilia facta reuocauit, id intelliges ex ijs quæ ſequuntur iam planis verbis. *Qui curauit Gentem ſuam, & liberauit eam à perditione*, quaſi digito Sacer Scriptor indicarit, quo ſenſu, quæ de templi dixerat ædificatione, velit intelligi.

II.

Fœminarum autem proprium, Ornare domum ac ſplendorem addere. Virorum oſſa tribuere, Fœminarum ea carne induere. Cuius rei typus Eua formatio. Iure ergo Laquearibus ſignificata Nec ſine ratione, Cum tigna ad firmitatem tectorum Laquearia adornatum addantur. In quo honeſti coniugij ſymbolum.

Contra, Fœminarum eſt proprium *Domum* non tam ſtabilire, quam ornare, ac velut ſplēdorem ad vſum addere. S.D.E. *Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit*. Eccli.26.16. Quaſi viri quantumuis ſtrenui ſtudium, ſine vxoris ope, oſſa quidem conferre poſſit; eadem autem oſſa carne contegere, & cute veſtire non poſſit, quod fœmineæ ſollicitudini reſeruatum eſt. Quod eodem loco Ieſus Siracides pulcherrimis verbis obſeruat, maximèque in rem noſtram. *Sicut Sol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum Domus eius*. Eccli.26.21. Atque id eſt, quod in typo olim factum: *Tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea*. Geneſ. 2. 21. Quaſi viri ſit oſſa tribuere, ideſt, robur ac firmitatem; fœminæ carne ea induere, ad ſpeciem, & ornatum. Iure ergo, qui virile robur à quo firmitas, ac ſtabilitas *Domui* tribuitur, *Cedrinis Tignis*, ſeu *trabibus* comparauit, ſedulitatem fœmineam, à qua & cultus, & ſpecies, & ornatus eſt, *Laquearibus Cypreſſinis* expreſſit. Vtroque autem & conſtant, & continentur tecta. Si apta inter ſeſe proportione, ac iunctura commiſſa ſint. Firmitas enim *Tignorum*, *Laquearium* ordinem ſuo genere infirmorum, vtpote ex dolatis ex arte aſſeribus, tabuliſque conſtantium, firmiſſimè continet: vt quantum ornamenti ad ſpeciem à *Laqueato* artificio tectis accedit, tantūdem à *Tignorum* firmitate ſecuritatis præſtetur: ſibique mutuo ſingula præſtent, quibus indigere ſe ſentiunt. In quo coniugij honeſti, atque laudabilis aptiſſima ſymbola continentur: & officia viri, atque vxoris deſignantur; ſine quibus nullum coniugij vinculum durare poteſt. Nam familiarum fęlicitas, ac poſteritatis gloria in eo maxima ex parte fundatur; atque ad durationem certis præſidijs, atque ad ſplendorem ſtabilitur. Atque hic ſit Commentariorum Capitis primi finis.

Virorum eſt oſſa tribuere, fœminarum carne veſtire.

Patriarcharum vxores ſignificatæ per laquearia.

Tigna firmitatē tectis præſtant, laquearia decorem.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

ARGVMENTVM.

AB illa quiete, & otio, ſub tantis Dei fauori- Verſ. I.
bus excitata Eccleſia, inuitatur ad ingreſ-
ſum in Prouinciam Ægyptum, vbi labori-
bus multis probanda. Sed, ne fatiſcat, ſe
illi Deus pollicetur adfuturum, qui etiam
ſolitarijs locis beare illam omni fęlicitate
ſit potens. * Sequitur illa vocantem, du- Verſ. II.
centemque: eamque Deus in medio natio-
nis prauæ veluti inter *Spinas* natum *Lilium*, tutam, pulchram, &
odoris ſuauitate, bonorum ſcilicet morum fama, fragrantem
conſeruat; quin ab Ægyptiorum conſortio vllum damnum pa-
tiatur: Ideo illius pulchritudinem miratur, & prædicat.* Reddit Verſ. III.
illi Eccleſia vices, eiuſque magnitudinem, diuinitatem, maieſta-
tem venerabunda prædicat; ſed maximè ſe protegendi ſtudium:
cum quo ſi componantur Ægyptiorum numina, *ligna* ſint *infæli-
cia*, ſolis ignibus nata. Ipſe inter illos velut *Malus*, recta trunco,
pulchra comis, diffuſa ramis, vberrima fructu; vmbra etiam ſa-
luberrima. Quid ageret, ſub Dei tanta cura? *Sediſſe* ſe dicit; &
ſub illius Vmbra quieuiſſe; ideſt, illo ſe protegente, ſecuram tutam-
que fuiſſe; mox & guſtaſſe fructus ſuauiſſimos: ſolatia ſcilicet, &
intimas conſolationes, quæ ſibi dulciſſimæ fuerint.* Pergit dein- Verſ. IV.
de benignitatem in ſe Dei laudibus tollere, ſuauitatemque com-
municatam inter tot anguſtias: vnde & in amorem illius acrius
ſe accenſam. Immo beneficiorum in ſe Dei multitudinem, ve-
lut aciem, fuiſſe, forti inſtructam milite, quam in ſe Deus impu-
lerit, cuique ipſa reſiſtere non potuerit, nec efficere quin nobili

victori

Verſ.V. victori ſeruiret. * Imparem ergo tam validæ impreſſioni, defe-
ciſſe ſe dicit, & remedium quæſiuiſſe, quo fugiens animus ad ſe
rediret. Quo pulchrè ſtatus illius Eccleſiæ, adhuc iuuenis, de-
ſcribitur, nondum ſatis capacis tanti amoris. Ideo fatiſcenti ſibi
Verſ.VI. medicinam fieri poſtulat. * Nullum autem validius languori re-
medium, affirmat, quam ſi Dei brachijs ſinuque, foueatur, ex-
cepta. Ideſt, quam ſi ea ſibi auxilia ſubmittantur, quibus ſubni-
Verſ.VII. xa, amoris illam flammam pati poſſit. * Id conſequuta, ſub tan-
ta Dei in ſe cura quieſcit, edicente illo, ne quis audeat illius il-
lum ſomnum turbare. Ideſt, illi in ea ſecuritate moleſtus eſſe.
Verſo ergo ſermone ad Angelos, eos *Adiurat*, per eas mortalium
animas, quæ illorum cuſtodiæ ſunt commiſſæ, maximè iuſtorum,
ſæpe à prauis hominibus, velut à venatoribus feras imbelles, ve-
Verſ.VIII. xatas, omnes vt illi perturbationis cauſas remoueant. * Quieſcit
illa quidem, ſed poſt tempus excitatur, inuitaturque ad exce-
dendum ex Ægypto. Hæc *Vox Dei* eſt, qui ſpreta militari via,
per compendia ſemitarum, montium prærupta, & collium ac-
cliuia, veniſſe dicitur; (quia in educenda ex Ægypto Eccleſia,
Verſ.IX. ſupra conſuetum naturæ ordinem, miracula multa patrauit) &
ad auxilium ferendum properaſſe. * Ideo illum & *Capreæ*, & *Hin-
nulo Ceruorum* comparat, quæ animantes velociſſimæ, & in abru-
ptis, & auijs montium ſolitæ degere. *Reſpicere* autem dictus *per
Feneſtras, proſpicere per Cancellos*, quaſi qui diſſimularet ſe eſſe: quia
variè illam Eccleſiam exercuit, nunc ſpe proximi egreſſus ex
Ægypto, nunc metu; negante non vna vice Pharaone diſceſſum.
Verſ.X. * Hæ ſunt hortamenta illa, quibus per Moſen Deus Eccleſiam ad
exeundum proximè inuitabat; exterius vocando, interius deli-
Verſ.XI. niendo. Ideo *Amicam*, *Columbam*, *Formoſam* vocat. * Admonet
temporis opportunitatem adeſſe. Finem aduenisſe laborum,
aduerſitatum *hyemem tranſijſſe*, *deſijſſe imbrem* malorum, non vltra
Verſ.XII. reuerſurum. * *Flores apparere cæpiſſe*, ideſt, indicia pacatioris animi
Pharaonis, vnde nouæ ſpei materia. Tempus eſſe ſegregandi
Ægyptios ab Iſraelitis, veluti inutiles palmites. Auditam vocem
Turturis, ideſt, vel *Moſis*, vel *Dei vocantis* Eccleſiam: quo nullum
Verſ.XIII. certius indicium opportunitatis ad diſceſſum. * Immo inter hæ-
rentes dubitanteſque, ac vix credentes, non paucos eſſe, qui affir-
manti Moſi aſſenſi ſint. Hos eſſe veluti *Ficulneæ* primulos fructus,
quorum ſenſus ſatis eſſet, ad ſuadendum de proximo ridere li-
bertatem. Eoſdem eſſe *Flores* vineæ illius, quibus ſuſtentaretur
Verſ.XIV. ſpes futuræ fęlicitatis. * Vrget ergo iterum, & demulcet Eccle-
ſiam, vt tandem perſuadeat. Addit & argumentum validum ab
incommoda habitatione, anguſta, & ſordida: vbi velut *Columba*
in *rupis Foramine* verſare ſolita, quam laxè habitatura in terra pro-
miſſa eſſet, minimè cogitabat. Orat vt tandem aſſentiatur, ad

ſeque

Digitized by Google

Verſ.XV. ſeque Faciem vertat, ſequutura ſe præeuntem. * Reſtabat poſtremus tragediæ actus, vt tandem vel inuitus flecteretur Pharao: ſcilicet *Primogenitorum interemptio*. Id poſtulat Eccleſia vt tandem perficiatur. Aptiſſimè autem *Paruarum Vulpium* nomine *Primogenitos* intelligit, à quibus multum timendum, ſi adoleſcerent; &, exemplo Patrum docti, odijs in populum furerent, eo maximè articulo, quo in proximam abeūdi ſpem

Verſ.XVI. erigebatur. * Id peractum tandem vna nocte; & vrgente domito iam Pharaone, Eccleſia egreſſa ex Ægypto eſt: ac ſiccato mari tranſitum præbente, in alterum littus euaſit, merſo cum exercitu Pharaone. Hinc laudes Dei liberatoris auditæ, præcinente Maria. Id innuit hoc Verſu Eccleſia, certa tandem de Dei in ſe profectione, ſeq; illi totam mancipat, quem

Verſ.XVII. ſibi nunquam defuturum certò intelligit. * Tot ergo tantiſque experimentis docta, ſequuturam ſe illum profitetur, quacumque ducat, etiam per vias inuias, & minantia cœlo ſaxa. Quod factum poſtea eſt, donec tandem induceretur in promiſſam hæreditatem.

VERSVS I.

EGO FLOS CAMPI, ET LILIVM CONVALLIVM.

COMMENTARIVS.

A LECTVLI quiete, & otio, ideſt, à vita illa, ſecuritate, & pace, qua ſub illa initia promiſſæ fœlicitatis, ac fœcunditatis fruebatur, in terra Chanaam, in Ægyptum inuitatur Eccleſia, eoq; labores, inibi ſubeundos, quibus Deus conſtituerat Populum ſuum exercere, ſub impotenti eius Gentis dominatu; vt eum probatum, ingentibus patratis prodigijs, tandem in libertatem, & promiſſam opulentiam educeret. Senſim ſcilicet fit Eccleſia robuſtior, aptaque nouis experimentis exerceri, ad robuſtam vſque ætatem. Ac ne, ſi ſolam abituram ſe ſentiat, eiſque laboribus obiectandam, animum ipſa deſpondeat, viribuſque fatiſcat, ſe, ait Deus velle, in laboribus, atque anxietatibus cum illa verſari. Nec verendum eſſe, ne minus exemplo, ac vitæ integritate oleat ſibi potius preſſuris probatam, ſuauiore fragrantia ſibi futuram gratiorem. Se autem Florem eſſe dicit Camporum, & Lilium Conuallium, ne ſe putet, ſi comes adſit, ariditate vexandam; quandoquidem quocumque loco ipſe verſetur, vernatura omnia ſint, ſua ſcilicet ipſius ſocietate beanda.

ENARRATIO.

ET *tu*, inquit, *ad prima meæ benignitatis indicia, fælicia omnia cogitas: & quaſi omni iam anxietate defuncta, certa futurorum, ac grandi ſpe, iuuenili hilaritate exſultas. Sed alia mihi mens, aliæ te fortunæ manent. Dabuntur quidem olim illa, quæ ſum pollicitus tibi: ſed poſtquam non vno labore exer-*

Digitized by Google

exercita, duris, & aſperis per patientiam ad grandem fælicitatem diſponaris: Domos meditaris & Palatia, & quidem ingenti ſumptu, ac apparatu exculta Regio, in quibus & delicatius, & opulentius habites. Mihi nondum ea placet habitatio: Ruſtica, & ſola loca in delitijs ſunt: & ſolitaria Camporum, ac Conuallium vberrima gratiora ſunt. Euocatam ſemel è Chaldæorum regione, Chanaanitidem habitare iuſſi: nunc hac regione relicta, Ægyptus excipiet te. Ingens tellus, atque vbere gleba fælix, & propagandæ ſoboli commoda. In eam migrandum eſt tibi, nec ſoli tamen: comes ipſe ero, nec à latere diuellar tuo. Nihil eſt, quod vereare, me comite, qui & ſocietatem ſoli & ſecuritatem in diſcrimine verſanti præſtare poſſum. Imitari delectat Flores Campeſtres, & Lilia Conuallium, quæ, quanquam nulla hominum cura exculta, inter cœli, temporumque iniurias, pulchro ſe decore tollunt: ſparſoque circum odore, proximos monent, etiam inter aſpera, ſæpe & dura, fælicitatem regnare.

NOTATIO I.

EGO FLOS CAMPI.

I.

Horum cum ſuperioribus nexus. In flore Chriſtum incarnatum, agnoſcunt quidam. In Campo humanum genus. In Lilio eundem, Quod in humilibus lætius floreat. Alij campum Hebræorum populū, ſterilem. Conualles Gentilitatem eſſe volunt. Vnde Liliorum multa progenies.

Flos & Lilium Chriſtus liberis locis natus.

Campus humanum genus.

Cāpus Hebræorum Populus, Conualles Gentium multitudo.

DE nexu non poſtrema nobis ſemper cura, ſed de ea re ſatis in Commentario dictum eſt. Ad ſenſum quod attinet, plerique hic *Chriſtum* agnouére, qui *Flos* ſæpe in ſcriptura dici ſolitus; hic autem ab Incarnatione ſumi exordium, temporis autem circunſtantiam à coniunctis indicari, verno enim tempore, Martio menſe nimirum, facta eſt, quo *Flores* incipiunt humum pingere, ac germinare arbores. *Campum totum hunc eſſe mundum*, aut *humanum potius genus*, cui ſcilicet hic *Flos* in honorem, gloriam, & vtilitatem naſcitur; non iam ſeptis ſynagogæ clauſus, ſed libero, & aperto loco, vt omnibus ſuauitatem aſpergat. *Lilium Conuallium* eundem eſſe, quòd *in humilibus pulchrius ſeſe efferat, & ſuauius ſpiret*. Sic cum Caſſiodoro, atque Honorio alij. Origenes autem *Campum Hebræorum Populum* eſſe vult, legis excultum doctrina: *Conualles Gentium multitudinem*, nullo adhuc doctrinæ cultu ſubactam. Illis *Florem* fuiſſe tantum, cum in illis non potuerit quidquam ad perfectum adducere: his autem *Lilium*, quia in Gentibus mirificè floruit: tum quia, dum in *Campo* ſynagogæ plantatus, ſolus fuit, nec vllum habuit, qui eius imitatione Flos fieret; tranſductus autem ad Gentes, continuo, pulchritudine communicata, multos habuerit, qui, eum imitati, *Lilia* dici poſſent: Ideo ſtatim Eccleſiam ab eo *Lilium* dictam. Subtilia hæc ſunt, ſed nec iniucunda, nec inutilia.

II.

Alij Florem dicunt, propter terrenum corpus. Lilium conuallium, Quod humilitatis carnem indutus. Sed vtriſque obeſt rerum ordo, & temporum ſeries.

Chriſtus & ſuperis & inferis decorem attulit.

Longe aliter Theodoretus, *Campi Florem Chriſtum* ait, quia *Verbum terrenum corpus aſſumpſit; Lilium autem Conuallium*, quia *humilitatis noſtræ carnem induit*. Aut certè *Florem Campi, Liliumque Conuallium*, quòd non ſupernis modo, ſed & inferis decorem attulerit: non enim viuentibus modo ſalutem, ſed mortuis vitam reddidit: *Deſcendens in inferiores partes terræ, vt impleret omnia*. Et hæc etiam ſatis ſubtiliter dicuntur, & quantum ad doctrinam etiam verè. Aliorum interpretandi rationes, de Veteribus loquor, & multas, & varias apud illos habes: nobis ſat fuit potiſſimas indicaſſe. His autem omnibus, & quæcumque hic Incarnatum Verbum agnoſcunt, id in commune obeſt, quod ſæpe monitum eſt, quòd rerum ſeriem perturbant, euentuſque multum anticipant, nec ordinem temporum admodum curant, cum alioqui librum hunc partim Hiſtoricum, partim Propheticum eſſe docuerimus; &, vt arbitramur, non ex inanibus fundamentis.

III.

Hebræi ad exitū ex Aegypto hæc referunt. Ideo factam florum mentionem, Quia vere id contigit, Sed aptius hæc quadrant in ingreſſum in Ægyptum. Nec obeſt Campo optimè deſignari labores ſolitudinis.

Hebræorum ſenſus hæc referentium ad liberationem ex Ægypto, improbatur.

Camporum ac Vallium appellatione deſertū deſignatum.

Hebræorum Doctores ad Iudaici populi liberationem ex Ægypto hæc referunt, atque ad ea beneficia, quæ præſtita illi Populo & tunc, & in deſerto: nec ipſi quidem ſatis aptè, cum prius Populus ille inducendus in Ægyptum eſſet, quam inde alio deducendus. Monent autem iure factam *Florum* mentionem, qui nonniſi vere monſtrantur, quòd eo tempore magnum illud facinus patratum fuerit: nec incongruè ſolitudinem per *Campos* & *Conualles* deſignatam. Sed multo melius hæc quadrant, in verſum octauum, quo, veris propoſita amœnitate, inuitatur Eccleſia ad *Camporum ſolitudinem*, vt eo loco dicemus. Nec huic interpretandi rationi fauet, quo non nemo eam ſuſtentare vult, *Camporum Valliumque* appellatione, in quibus & *Flores* adoleſcant, & *Lilia*, aptè labores ſolitudinis indicari, famem, ſitim, æſtum, ventorum procellas, hoſtium incurſus, quibus Populus ille exercitus à Deo eſt totis annis quadraginta; inter quæ tamen mala mirè ſe Dei benignitas in eum extulit, cum, eo protegente, inter ea pericula, atque incommoda, & durauerit, & creuerit; & omnibus circa Nationibus terrori fuerit, & fama nominis eas impleuerit. S. D. E.

Adduxit

Digitized by Google

In quibus tamen adſitis populo ſuo Deus,
Ne quid damni pateretur.
Immo & vireret, & floreret.
Sic flores in campis
Expoſiti temporũ iniurijs tamen florent, & vernant.
Nam hæc aptius quadrant verſanti populo in Ægypto.

Adduxit vos quadraginta annis per deſertum; non ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſunt, Panem non comediſtis, Vinum, & ſiceram non bibiſtis; vt ſciretis, quia ipſe eſt Dominus Deus veſter. Et: *In omnibus magnificaſti Populum tuum, Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti; in omni loco, & in omni tempore aſſiſtens ei.* In quo ſimilitudinis vim ſitam volunt: quòd in *Campis Flores*, atque incultis locis, tametſi & cœli iniurijs, ventorumque turbinibus, atque ſolis ardoribus expoſiti, ac nulla mortalium cura exculti, nihilominus tacitis aſtrorum foti influxibus, & vernent, & vireant, eoque oleant fragrantius, quo ſecerius ipſi habiti videbantur interituri: vt, vnde pernicies timeri poterat, inde & ſalus, & vita, & pulchritudo omnis exiſtat. Hæc, inquam, minimè rationem hanc interpretandi ſuſtentant, quia multo aptius quadrant in illud tempus, quo laboribus preſſi, Ægyptiorum ſub Regum tyrannide, mirabili tamen auctu creuiſſe leguntur, vt ſuo dicemus loco.

Deut. 29.5.

Sap. 19. 20.

Flores in Campis, contra temporum iniurias mirè adoleſcentes.

IV.

Nos putamus hortamenta hæc eſſe Dei.
Quibus in Ægyptum inuitatur Eccleſia.
Quod non improbandum lectori putamus.

I.

Verus horum verborum ſenſus, de Eccleſiæ inductione in Ægyptum.

Hæreamus ergo veſtigijs ſemel ſignatis, atque hæc dicamus hortamenta continere Dei, quibus Eccleſiam ab illa ſpe proximæ fęlicitatis, quam conceperat, maiorem adhuc animo reputans, in nouos labores in Ægypto ſubeundos tacitè euocat, ſe profeſſus futurum comitem, qui omnia tuta præſtare poſſit: &, ſiue obiectam periculis, ac perſequutionibus preſſam, ſiue multa fęlicitate beatam, incremento mirabili eam augere. Id enim indicatum arbitramur vtraque forma loquendi. Quod vt probabile iudicet prudens Lector, facile ſpero impetrabimus, ſi, in quo ſita ſit ſimilitudinis vis definiamus.

V.

Campus oppoſitus horto.
In quo tamen non minus vernent flores.
Inter cœli & terræ iniurias.
Id prædicatum de Chriſto.
Et cum admiratione grandi;
Duo enim ab eo coniuncta,
Quæ iungi poſſe nemo crediderat,
Vitæ anxietates, & labores,
Cum ſumma gloria,
Mors cum infinita poſteritate,
Ideo virgultum dictus eſt
Aſcendens de terra ſitienti.
Et radix in magnam arborem ſurgens,
Quæ vertice cœlo ſit proxima.

Campum hic poſitum plerique Interpretum arbitrantur, vt locum Horto, ſedula cura exculto, oppoſitum. Nam quod in Hortorum irriguis adoleſcat *Florum* decor, nec adſpectantium minus nares odore, quam oculos ſpecie recreet, mirum certè non eſt: in apertis, atque incultis nati *Flores*, nec hominum ſati manu, ſed naturæ ipſius orti iniuria potius, quã indulgentia, quòd, dum fremente ventorum ira, Soliſque adurente omnia radio, ac negante cœlo pluuias, omnis agri vel extinguitur, vel marcet gloria; tacitis illi incrementis indies augeantur; ac inuitis nubibus vernent, odoremq. latè ſpargant, id verò miraculo proximum eſt. Id ſcilicet de Chriſto prædicat Iſaias. *Quis credidit* (credet, præteritum pro futuro) *auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt?* En admirantem rem nouam, nec ante auditam, iureque dubitantem, an inueniẽdus quiſpiam, qui rei inſolitæ fidem habeat. Quid autem illud ſit tam admirandum, mox ſubdit. *Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & tanquam radix de terra ſitienti.* Iſai. 53. c. 2. Duo toto illo Capite de Chriſto ſcribit, inter quæ omnis admirationis ratio verſatur: Nam cum labores primùm, anxietates, ac quæ pro ſalute mortalium mala, vſque ad mortem turpiſſimam, toleraturus erat, enarret; & quidem magno verborum apparatu; poſtmodum ad quantam gloriam, eiſdem illis exagitatus procellis aſcenderit, verbis lectiſſimis, & grandibus recenſet. *Si poſuerit*, inquit, *pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum; & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo, quod laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur; Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia.* Iſai. 53. 10. Gemina hæc, quæ nulla arte coniungi poſſe videbantur, ſumma ignominia cum ſumma gloria: mors inter dolores acerba cum infinita poſteritate, illis verbis comprehendit: *Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.* Nam in *aſcendendi* verbo ingens augmentum, in eo autem quod addit, *Coram eo*, iuxta Sacræ Scripturæ phraſim loco alio obſeruatam, miris modis, ac minimè certè fidem inuenturis incrementis, virgulti augendum decorem & gloriam, indicauit. In ijs autem, quæ ſubiungit, *& ſicut radix de terra ſitienti*, extremum aliud notat, ad eam ſcilicet tantam gloriam per labores, anxietates, atque ignominias, quaſi conferto agmine irruentes, extollendum. De ſterili ſolo
» radix ſurget, & quamuis aut auara, aut indiga mater, negatura pabulum eſt, quo alenda
» vtcumque erat; tacito tamen fauore, cœlo auxilia ſubmittere, in ingens ſe decus explicabit;
» verticeque in nubes ſublato, ramiſque circum exporrectis vel Cedros ipſas Libani, ac lætiſ-
» ſimas quaſque, ac fęliciſſimas arbores, & ſpecie, & vbere fructu ſuperabit.

II.

Flores in ſterilibus locis adoleſcere, res mira, & raro viſa.

Duo coniuncta in Chriſto ſumma infamia, cum ſumma gloria.

Infr. Cap. 8. not. 34. & Ex Comm. Dram. c. 8. not. 34.

III.

Paraphraſis.

VI.

Hoc ſenſu dictus Sponſus Flos Campi.
Amat enim ſuos re dura probare.
Exemplum habes in Abrahamo,
Cui Deus euentus duros nepotũ edixit.
Et poſt illos fœlicitatem,
Etiam ſuam ſocietatem pollicitus.

Hoc ſenſu dictus Sponſus hoc loco *Flos Campi*, non in hortorum locis excultis natus, ſed in apertis, omnibuſque ventis peruijs, temporumque iniurijs expoſitis. Amat ſcilicet ſuorum duris experimentis exercere virtutem, & aduerſis firmare; ne, quæ pace ſolet pingueſcere, in bello languere, viribus defecta, videatur. Sic militaris, & laboribus caſtrorum aſſuetus Pater, & Solem & puluerem pati doctus, per eadem exercitamenta probari filios gaudet, eruditque à pueris in magna conari, & ad robuſtam gloriam promoueri; cui veram ſolummodo laudem deberi non ignorat. Hæc, intelliges, quàm verè dicantur, ſi memineris, qualibus verbis Abrahamum Deus, atque in eo Eccleſiam, de futuris nepotum rebus erudierit: *Scito*, inquit, *prænoſcens, quod peregrinum ſit futurum ſemen tuum in terra non ſua: & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen Gentem cui ſeruituri ſunt ego iudicabo. Et poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.* Gen. 15. 13. Laborum, ac ſeruitutis meminit, ne otio torpere ſinat: fęlicitatis admonet, ne deſperet, moliſque tantæ ſuccumbat. Se autem futurum comitem pollicetur, vt ſciat, nihil illi defuturum, cum om-

Deus amat ſuorum virtutem exercere.

Abrahamus admonitus à Deo de futuris nepotum laboribus in Ægypto, & maiore fælicitate.

Digitized by Google

Quo facient Bernardi cantata verba.

nia etiam defutura videantur. Aduoca hic Bernardi verba, in alium quanquam ſenſum, tametſi huic congenerem, ab eo ſcripta. *Illa monſtrante lectum, ille vocat ad Campum: ad exercitium prouocat; nec quidquam putat perſuaſibilius fore illi ad ineundum certamen, quàm ſi ſe ipſum certantis, aut exemplum proponat, aut præmium,*

NOTATIO II.

ET LILIVM CONVALLIVM.

I.

Conualles ad humilitatem quidā referunt,
In qua Chriſtus fælicius floret.
Alij ad humilitatem parentum,
Alij ad humanū genus.
In quo Deus liliū ſit, qui flos in cœlo.

Conuallium variæ variorum acceptiones.

QVO ſenſu addita hæc prioribus ſint, non eadem omnium ſententia eſt. Et quia in *Conuallibus* profunditas eſt, montium comparatione, quidam hæc ad *humilitatem* retulere, vt Deum in humilibus mentibus *Lilium* eſſe dicerent, ideſt, & lætius vernare, & ſublimius ſe tollere. Sed nec, qui hæc ſequuti ſunt eadem ſemita ſequuti ſunt, Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, & quidam alij, qui horum preſſere veſtigia, Chriſtum *Lilium Conuallium* dictum volunt, quod ex humilibus natus Parentibus, ſe tamen ingenti decore orbi ſpectandum dederit. Aponij autem ſingularis eſt ſententia, in *Conuallibus* intelligentis *Humanum genus*, quòd idem ille, qui ante Incarnationem in totum cœlorum *Campo Flos* fuerat, in lachrymarum vallem ſe demittens, *Lilium* fuerit, & candore doctrinæ, & odore exempli, & medicandi vi, humanas infirmitates, ideſt, peccata delens.

II.

Pleriquæ humiles accipiunt.
In quo apparet difficultas generis ſymbolici.
Sed Conualles poſſite pro locis pinguibus
In quas defluit humor, ab celſioribus.
Ideo in illis lætiora proueniunt omnia,
Siue ergo Verbum Flos Campi.
Seu Lilium ſit conuallium.
Vbique vernat.
& floret,
Quo exemplo Eccleſia inducitur.
Ad labore Ægypti,
Non ideo minus fælix futura.

Genus ſymbolicum multis difficultatibus implicatum.

Conualles pro locis pinguib.

Verbum Flos & Lilium vbique fælicisſimé frequens.

Sed plerique Veterum *Conualles* interpretantur *humiles*, quòd in illis Verbi gloria & lætius ſurgat, & ſuauius oleat. Sic Gregorius Papa hic, Ambr. lib. 3. de Virg. & Serm. 5. in Pſal. 118. quos ſequuti alij. Tam variè vocem vnam à varijs intellectam, mirabile eſt. Quod magnum argumentum, quanta difficultate implicatum ſit, hoc genus ſymbolicum: in quo tot ſenſus comminiſci quiſque poteſt, quot ſint, aut eſſe videantur vnius rei cum multis ſimilitudines. Nos *Conuallium* arbitramur factam mentionem, non tam quia humilia loca ſunt, quam quia *Campis* pinguiora, propter defluentem naturali pulſu in ima humorem, qui celſiora fugit, atque inquieto ſemper conatu, aut ſonante murmure, per accliuia demittit ſeſe, donec in imo quieſcat; aut muta ſecretaque vi, nec oculis aſpectabili, per occultos meatus inuiſus, atque incognitus ſe condat in infimis. Quo fit, vt lætiora multo in *Conuallibus*, quam in editis locis ſemina terræ commiſſa creſcant. Et quanquam id ipſum ad humilitatis commendationem à Patribus trahitur, & quidem cum ratione, hoc tamen loco tantum id ſignificari voluiſſe arbitramur, ſeu *Flos In Campis, Seu Lilium In Conuallibus* Verbum ſit, vbique ſe fęliciſſimè, ac pulcherrimè efferre, ſeu decoris ipſa gratia, ſeu odoris ſuauitate. Ne ergo quis exiſtimaret, tametſi Eccleſiam hortaretur ad ſola camporum, ventiſque & procellis expoſita, quorum implacido vexaretur incurſu, ideo infęlicius ſurrecturam, ideſt, laboribus in Ægypto preſſam, vel opprimendam, vel minuendam, addidit de *Lilio Conuallium*: ne ſibi minus fęliciter omnia proceſſura arbitraretur, quam ſi, non in *Camporum* incultis, ſed in *Conuallium* irriguis eſſet plantata. Itaque ſicuti *Campus* epitaſin continet eius ſoli, quod ſterile ſit, & aridum, (tametſi Origenes contrà arbitratur) ita *Conualles* eius telluris, quæ, humore largo pota, ſtirpibus, plantiſque non auara alimenta miniſtret.

III.

Sed in Ægypto duplex Populi fuit ſtatus.
Prior fælicitatis ſub Ioſepho,
Quo nemo illi moleſtus fuit,
Tametſi inuiderent multi,
Hic ſignificatus Lilio conuallium,
Poſterior aduerſitatis mortuo Ioſepho.
Qui ſignificatus per Florem campi.
Tūc vexatus maxime Populus.
Cum nullus eſſet qui odia Gentis frenaret.

Hebræorum ſtatus viuente Ioſeph fælix, lilio conuallium ſignificatus.

Status mortuo Ioſeph aduerſus, Flore campi expreſſus.

Sed eſt, quod in rem præſentem addamus, ſecundum eam interpretandi, quam iniuimus, viam. Nam certè in Ægypto Hebræi Populi duplicem quaſi fortunam conſiderare poſſumus, ſecundiorem prius, aduerſam poſterius. Nam & ſuperſtite Ioſepho, rerumque ſecundum Pharaonem omnium arbitro, & multis poſt eius obitum annis dum illius vigeret memoria, & fama, omnia in procliui illi populo fuére; nemo moleſtiam exhibebat; nemo iniurius factis, nemo verbis grauis erat: inuidebant quidem multi, quod malum fęlicitatem, velut vmbra, corpus omnem ſequitur, ſed alios tamen timor pœnæ, alios gratiæ ſpes in officio continebat. Itaque ſine obice fęlicibus eſſe licebat. Hunc rerum ſtatum ſignificatum putamus ſymbolo *Lilij in Conuallibus* adulti, quod liquore multo ebria tellus, pinguique ſucco diues, aleret ad decorem. Huic deterius tempus ſucceſſit, quo è viuis rapto Ioſepho, vt ſolet plerumque fieri, omnis cum illo rerum ratio commutata eſt. Perfricuit frontem inuidentia, & quantum prius diſſimulatione iuuerat, tantundem obfuit Hebræorum rebus, auſa, quidquid odij diſſimulatione contraxerat, profeſſione publica oſtentare. Hunc ſtatum ſignificatum arbitramur per *Florem* in *Campis* natum: diuerſum quidem à primo, quando omnia in eum Populum inſurrexiſſe ſunt viſa, perflantibus perſequutionum ventis impunè, ſeſeque calamitatibus in vnum coaceruantibus, cum nullus iam eſſet, cuius authoritate odia popularia contineri in officio poſſent: cum & ipſi Principes ſua ſtudia cū ſtudijs vulgi coniungerent, eamque Gentem deletam vellent, cuius opibus ipſi diteſcerēt. Sed non minus interim, quæ Dei fuit in eam Gentem prouidentia, ac paternum ſtudium, & nu-

Sed iuuit Populũ ſuum Deus, ne quid noceret.
Hic duplex ſtatus expreſſus in Exodo.
Et quidem verbis clariſſimis,
Vt in altero florẽ agnoſcas campi.
In altero lilium in conuallibus.

Duplex Populi ſtatus in Exodo deſcriptus.

& numero aucti ſunt; & rerum abundantia, atque opulentia diſtenti. De prima ſorte dictum eſt; *Ioſeph autem in Ægypto erat; quo mortuo, & vniuerſis fratribus eius, omnique cognatione illa, Filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis impleuerunt terram*. Ex.1.5.6.7. De ſecunda autem: *Surrexit interea Rex nouus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Ioſeph; & ait ad Populum ſuum: Ecce populus Iſrael multus, ac fortior nobis eſt; Venite, ſapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur. Præpoſuit ergo eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus: Quantoque opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & creſcebant*. Exo.1.8. En *Florem* in *Campis*, qui paulo antè *Lilium* fuit in *Conuallibus*. En vt in altero Eccleſiam ſuam, per dura, & aſpera probandam, in Ægyptum inuitet; in altero ſpem ſuſtentet illius; pollicitus eius in aduerſis, & proſperis eandem futuram fęlicitatem, & abundantiam.

VERSVS II.

SICVT LILIVM INTER SPINAS, SIC AMICA MEA INTER FILIAS.

COMMENTARIVS.

EN Eccleſiam illam, ante latam legem, ſed quæ ſenſim tamen ad eam ſuſcipiendam præparatur à Deo, in medio Nationis prauæ conſtitutam in Ægypto. (eo enim hæc manifeſto referenda ſunt) Ideo *Lilium Inter Spinas* dicitur: quorum illud ad illius profectum in externis, internisque bonis ſpectat; hoc autem ad eorum, quos inter verſabatur, peruerſitatem, & odium in illam. Nam in *Lilio* & pulchritudinis ſpecies eſt, minimè alterius indiga. Ille autem Populus & abundantia rerum, & opulentia breui tempore clarus fuit. Adde *Lilij* flores ſuaue-olentiam, qua & proximos recreat, & longe diſſitos ad ſe trahit. Quod ex S. S. vſu ad bonum exemplum, quo cæteri alliciantur, atque ad virtutem animentur, trahi debet: quo bono eo tempore Hebræi excelluére, multoſq; de Ægyptijs ad veram religionem induxére. Poſtremum in Lilio fœcunditas eſt, cuius ſcilicet ſymbolum habetur: ideoque nihil inueniri aptius potuit, ad eam fælicitatem indicandam, qua non adeo multis annis è paruo numero in ingentem multitudinem excreuére. Atque eam ob cauſam *Lilio* Eccleſia illa comparatur. Ægyptij contrà *Spinæ* dicuntur, non ambientes modo *Lilium* ſed vexantes. Nam & inutiles *Spinæ* ſunt ſibi, nullum parientes fructum, quemadmodum Ægyptij bonorum operum ſteriles: & noxiæ alijs, quos nimirum & puncturis vexant, & vulneribus cruentant: quod illi conati ſunt, ſed fruſtra, protegente Gentem ſuam Deo, eiſque laboribus velut cultura vtente, qua proſciſus ille ager vberiores fructus ferret. Tandemque, quemadmodum ſpinas, poſtquam adoleuerint, vnus manet ignis, cui deſtinatæ ſunt; ſic Ægyptijs factum eſt, quibus, poſtquam Dei Populum crudeliter vexauére, interitus paratus eſt, & infælicitas extrema. Sed hæc Deum ſuis loquentem verbis audiamus.

ENARRATIO.

NVNC tandem ad meum incipis genium, ingeniumque formari: nunc verè Lilium compellare poſſum, quam video & in alienum ſolum tranſductam, & apertis camporum plantatam; Gentibuſque, ſola infidelitate, atque impietate nobilibus, velut Spinis, circumſeptam. Sed nihil eſt, quod, me protegente, verearis: nam & diuitijs, & omnium rerum abundantia, vſq; ad Ægyptiorum inuidiam, cumulabo; & ijs moribus, ac pietate inſtruam, cuius bonus

ab laudabilibus exemplis odor in omnem ſe partem diffundat; vt & proximos alliciat, & longe diſſitos inuitet ad imitationem virtutis: & tandem ea fœcunditate beabo, vt ſobolis numero creſcas, iamque cum aſtris, ac arenis ipſis de multitudine certes. Sic ſcilicet Lilij dotes omnes implebis. Contrà illi ipſi, quibus propter multiplicem fælicitatem odio eris, tametſi inuidia tabidi: vt te deleant omnem operam ſtudiumque poſituri ſunt, fruſtra omnia molientur. Et ſibi bonorum operum fructu inutiles, & prauis exemplis noxij cæteris, non tibi: illis enim ego velut inſtrumentis vtar, ad ſubigendum hunc agrum, vt grauiter aratro proſciſſus, verſa ſæpe gleba, vbertore cumulo Dominum beet. Poſt ſequutam eorum opera vbertatem, velut inutiles Spinas, flammis additam, vt in interitum ruant.

NOTATIO III.

SVM. COM.

SICVT LILIVM INTER SPINAS.

I.

Nexus cum præcedentibus. Sed non vna de ſenſu quæſtio. Primum in quo ſita Eccleſiæ cum lilio ſimilitudo. Lilio pulchritudo, ſuaueolentia, fœcunditas notatur. Pulchritudo autē ad fælicitatem transfertur. Id docuit bonus magiſter Chriſtus. Lilij gloriam Salomonis gloriæ anteferens. Regis ſcilicet potentiſſimi & opulentiſſimi. Cum maxime gloria floreret. Ergo in Lilio eius fælicitate latet imago. Sic Iſaiam accipies, Cum Eccleſiæ gloriam florenti lilio comparauit. Totum ergo id in lilio intelliges, Quod infælicitati opponitur. Scilicet abundantiam opulentiam, ſplendorem.

DICTVM ſuperiore Verſu, verbis illis, *Ego Flos Campi*, inuitari à Deo Eccleſiam ad migrationem in Ægyptum: nunc autem, velut in eas Regiones iam deductam, alloquitur, in quo ſenſu tradendo vix, quem ſequamur, vnum habemus, ſed non ſoli tamen viam calcamus, tametſi & inæquali paſſu, & diuerſa ſemita, ſed in horum verborum interpretatione tradenda, non vna ſe quæſtio offert. De Eccleſia hæc à pleriſque accipiuntur, quibus litteralem ſenſum expendere cura fuit. (Taceo illos, qui tropologiam ſequuti de pia anima interpretantur, quorum ſententias loco alio examinabimus) Abſtrahamus ergo nunc ab ſtatu eo, cui hæc aptari debere cenſemus, & quæramus, in quo ſit hæc cum *Lilio* ſimilitudo ſita, quod argumentum ab alijs vberius tractatum vellemus. In *Lilio* & *Pulchritudinem*, & *Suaue-olentiam*, & *Fœcunditatem* notamus: quæ ſingula, ad arcanam ſententiam traducta, nos in veram loci huius intelligentiam deducent. *Pulchritudinem* autem eam, quæ in toto illo Flore, eiuſque caule reſplendet, ſeu celſitatem, ſeu formam, ſeu colorem conſideres, aptiſſimè ad *fælicitatem in bonis externis* transferimus. Huius autem documenti optimus Magiſter Chriſtus eſt, cuius de eo flore nobili illud elogium extat, quo nullum ad laudem maius, ſiue rem ipſam, ſiue dicentis authoritatem conſideres. *Conſiderate, Lilia agri quomodo creſcunt; non laborant, neque nent; Dico autem vobis, quod nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex his*. Matth. 6. 28. Salomonem nominauit, non alium de Regibus, quod omnino potuiſſet, quod obſeruauit Doctus Euangeliorum Interpres ex Societate noſtra, quia & opibus, & potentia, omnes, qui antè, quique fuére poſt illum, antecelluit; quibus rebus & excogitari, & parari ſolent, quæ ad cultum, ac ſplendorem pertinent. Addiditque: *In omni gloria ſua*, vt tempus illud indicaret, quo Rex ipſe tantus in ſummum potentiæ, atque opulentiæ euectus, mortalium cæteros, aliorumque Regnorum opulentiſſimos Reges longè ſuperauit. Vnius opibus, potentiæ, opulentiæ, ac ſplendori agreſtis *Lilij* oppoſuit gloriam: ſatis innuens in *Lilio* earum rerum latere imaginem: in celſitate, qua mirè ſe tollit, potentiam, faſtigiumque; in aureo, argenteoque colore diuitias opeſque; in forma ipſa ſplendorem & pompam. Qua forſitan obſeruatione nonnulla Iſaiæ loco celebri, de futura Eccleſiæ fęlicitate affulgebit lux. *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo; Florebit quaſi Lilium. germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans*. Iſai. 35. 1. 2. Nam cum *florentis Lilij* gloriam ſterilitati deſertorum locorum, ac ſolitudini opponat, quæ ingentis miſeriæ, atque infęlicitatis, extremæque anguſtiæ, atque indigentiæ ſymbola ſunt; (quo ſenſu dictum alicubi: *Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis*. Deut. 32. 10.) opus eſt in *Lilio* totum id, quod his opponitur, accipiamus; vnde ſcilicet & lætitia, & exultatio ei, cui omnia ad abundantiam, ac fęlicem copiam ſuppetant; vt nullius rei indigum ſe agnoſcat. In *Lilio* ergo hoc loco id accipiemus omnino, abundantiam opulentiamque, & vberem rerum copiam, quæ non ad vitæ ſolum neceſſaria ſuppetat, ſed ad ſplendorem etiam, & potentiam. Nec ignotum id Profanis. Ille de iuuene, in ingentem ſpem potentiæ, atque opulentiæ nato, ſed immatura morte defuncto, (quod alias alit de cauſa induximus)

Lilij dotes Pulchritudo, Odor, Fœcunditas.

Lilij pulchritudo ſymbolum bonorum externorum.

Maldon.

Nec ignotum id Profanis.

----- Manibus date Lilia Plenis
Purpureos ſpargam flores.

Habes Virgilij locum.

Nam quemadmodum iniectis in ſepulchrum floribus ſpem omnem in eo præciſam teſtatus eſt, ita *Lilijs* potentiam, imperium, opulentiamque, & rerum omnium beatam copiam cum eo interijſſe profeſſus eſt.

Sua-

Digitized by Google

II.

Odore famam indicari dictum alias eſt,
De fœcunditate non minus certum,
Vel authoritate Plinij,
Nam de ſacris res conſtantior,
Habes Iſaiæ locũ inſignem.
Qui in ea re vſus verbo germinandi,
Quod proprium grauaminum eſt,
Sicuti & Oſeas in eadem re.

Suaue-olentia altera erat *Lilij* dos, quam hic notatam monebamus; ea autem in ſacro ſermone bonum nomen famamque, & illam, quæ rebus ex præſcripto rationis, Diuinæque Legis factis ineſſe ſolet, fragrantiam indicari, plus vno loco notatum à nobis eſt, ne ea hic repetere ſit neceſſe. Vide quæ diximus Comm. Dram Cap.1. Not.6. & hoc ipſo litterali Cap.1. Not.6. *Fœcunditatem* autem, quod tertium erat, *Lilio* ſignificari Plinij verba perſuadent, Lib.21. Cap.5. *Nihil eſt Lilio fœcundius, vna radice quinquaginta ſæpe emittente bulbos.* E ſacris vel vnus Iſaiæ locus proximè indicatus confirmat. *Florebit*, inquit, *quaſi Lilium: germinans germinabit.* Iſai.36.2. Vnum alio declaratur, nec aliud *florere Lilium*, quam *germinare*, habet autem ingentem vim eiuſdem vocabuli repetitio, ex vſu Sacræ Scripturæ, qua præcedentis augetur ſignificatio. Vt: *Veniens veniet, & non tardabit. Plorans plorauit in nocte.* Ingentem lachrymarum vim profundet, nec conſolationem admittet, ad triſtitiæ leuamentum. Ita hic: *Germinans germinabit:* in omnem partem erumpentibus gemmis, rami diſſipabuntur. Et Oſeæ 14.6. *Ero quaſi ros: Iſrael germinabit ſicut Lilium; & erumpet radix eius vt Libani; ibunt rami eius, & erit quaſi Oliua gloria eius, & odor eius vt Libani; viuent tritico, & germinabunt quaſi vinea.* Quo loco tria illa coniuncta vides, Abundantiam, rerumque vberem copiam, *Viuent tritico:* boni nominis odorem, *Odor eius vt Libani:* Fœcunditatem ſobolis, *Germinabit quaſi Lilium.* Vt videatur is Oſeæ locus huic, quem tractamus, vice Commentarij eſſe.

Suaue olentia lilij ad bonum nomen tranſlata.

Fœcunditas lilij.

Conduplicatio Verbi eiuſdem auget ſignificationem.

III.

Dicta hæc in commune,
Applicanda Populo Hebræorum in Ægypto.
Cuius mira tunc multiplicatio,
Cum è paucis capitibus
Infinita ſit propagata multitudo,
Vt ad tricies centena millia capitũ pertigerit ſub egreſſum.
Cum ſexagintanouem capite ſolum
Ingreſſa in Ægyptum fuiſſent.

Hæc in communi ſint dicta de fęliciore Eccleſiæ ſorte, ſed ea tamen de eo illius ſtatu accipienda eſſe arbitramur, cum, euocata de terra Chanaam, deducta in Ægyptum eſt, vberrimi ſoli bonis beanda. Nam quod ad abundantiam, opulentiamque attinet, ſatis vno verbo innuitur Exo.1.7. quo etiam loci de fœcunditate, quam ingens filiorum multitudo conſequuta eſt, dicitur. *Filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt.* Hæc ad multiplicationem pertinent, quæ mira certè fuit; cum enim pauci admodum ingreſſi fuiſſent Ægyptum, primo poſt egreſſum anno numerati viri bellatores, ideſt, qui militiæ idonei per ætatem, ac vires erant, inuenti ſunt, ſexies centies mille, ac præterea tria millia quingenti, & quinquaginta. Adde his vniuerſam tribum Leuiticam, cuius initus numerus minimè eſt, quod militiæ vacationem haberent: Adde iuuenes minores viginti annis, quorum ſine dubio numerus adultorum numerum ſuperabat; Adde cæteros ætate graues, quibus ob inualitudinem, aut imbecillitatem ceſſatio à militaribus eſt conceſſa. Adde fœminarum vulgus virorum omnium numerum vel æquantium, vel excedentium, cum viris indulta polygamia eſſet, ad ſobolem procreandam; colliges ſine dubio ingentem numerum; vt infra verum mihi videantur conſtitiſſe, qui ad tricies centena millia animarum pertigiſſe arbitrantur. Cum tamen innumera ea virorum fœminarumque multitudo ex capitibus ſexaginta nouem, quæ ingreſſa in Ægyptum fuerant, propagata fuerit. Vt aptiſſimè tanta, tam breuis, tam facilis ſobolis procreatio *Germinandi* voce videatur expreſſa, quod non aliter in lucem editi, quam ſemina terræ mandata ſolent, centenario fœnore, quidquid commiſſum fuerat, reddente tellure.

Eccleſiæ ſtatus fęlix in Ægypto.

Populi Hebræi mira in Ægypto multiplicatio.

Sexagintanouẽ capita in Ægyptum ingreſſa.

IV.

Nec opulentia infra numerum fuit,
Quæ cauſa odij Ægyptiorum.
Ideo roborati nimis dicti,
Et à Dauide firmati ſuper inimicos.
Non ſolum prolis numero ſed opibus.

Additur eodem loco: *Roborati nimis, impleuerunt terram.* Quod ad opulentiam pertinere, res docet ipſa, cum conſtet toto illo tempore immenſum in modum fuiſſe ditatos, vt nullam maiorem odij in eos excitati cauſam fuiſſe ſit certum, quam eorum fęlicitatis inuidentiam, quos ſciebant & paucos, & ſub tenui fortuna ingreſſos Ægyptum, vt ſordes ac miſeriam domeſticam vtcumque depellerent, in tantam rerum veniſſe copiam, vt nec eorum greges capere terra poſſet, neque ædes ſubſtantiam ipſæ. Ideo *Roborati Nimis* fuiſſe dicuntur, ſcilicet & potentia, & opibus aucti. Vtrumque etiam coniunxit Dauid Pſalm. 104.24. *Et auxit Populum ſuum vehementer, & firmauit eum ſuper inimicos eius.* Non enim ſolum mirum in modum numerum *auxit*, quod Auguſtinus vix ſine miraculo factum fuiſſe ſcribit; ſed etiam opibus & rerum abundantia *firmauit*, vt eam ob cauſam inuiderent eis Ægyptij, vt monuit Ioſephus 2.Antiq. cap.5.

Hebræorum in Ægypto opulentia.

V.

Odor autem ad pietatis famam pertinet,
Qua inuitati multi ex Ægyptijs
Ad Iudaica ſacra tranſiere.
Qui cum Hebræis etiam exceſſere,
Quod indicatum Ex.12.38.
Ex ſententia grauium Scriptorum.

Tertium illud de *Odore*, & *fama nominis* ſupereſt explicandum; nec loquor de exteriore diuitiarum, opulentiæ, ac multitudinis fama; quæ ſemper ſupra rem eſſe ſolet, & creſcere: ſed de bono nomine, quantum ad pietatem attinet, quo ad proximos, longèque diſſitos manante, multi compulſi ſunt, ad ſacra Iudaica amplectenda. Itaque Proſelytorum multitudine auctus ille Populus in Ægypto eſt. Tantam vim habet veræ Religionis cultus, vt etiam apud eas nationes, quæ puerilibus ſuperſtitionibus impensè deditæ, alienas omnes pertinaciſſimè abominantur, ſectatores inueniat. Nouum id forſitan alicui videatur, ſed rei fidem facere haud admodum eſt difficile. Exo.12.28. dicuntur de Ægypto profecta *ſexcenta fere millia peditum, virorum, abſque paruulis; vulguſque promiſcuum innumerabile.* Quibus verbis nec intelligendæ fœminæ ſunt, earum enim nulla in huiuſmodi cenſibus haberi ratio ſolita erat; nec minores viginti annis, hos enim minimè ſcriptura numerat, immo expreſsè à cenſu excludit, cum affirmat, numerum illum initum eſſe virorum à viginti annis & ſupra: ſed nec vulgi nomine Leuitica tribus accipienda, vt conſtat; ſupereſt vt verbis illis

Odor bonus & fama pietatis Eccleſiæ in Ægypto.

Multi de Ægyptijs ad Iudaica ſacra conuerſi exemplo fidelium.

Digitized by Google

Nec ſine ratione probabili Immo hic alia radix ad Ægyptiorum. Quod ægre ferrēt de ſuis multos Iudæorum amplexos legem. Quod decus proprium veræ doctrinæ.

Toſtatus. Pererius.

lis comprehenſa tantum ſint ſeruitia, cæterique alieni à genere Hebræorum, cuiuſcumque tandem nationis cenſerentur, qui ad eorum ſacra tranſierant, ac peregrinationis comites adiuncti ſunt. Atque in hunc ſenſum ea verba interpretantur graues Scriptores, & quidem merito. Ioſephus autem lib. 1. contra Appion. Gram. inter odij cauſas quo Ægyptij Hebræorum Gentem proſequuti ſunt, eam recenſet: *Quia eorum inuiderent fælicitati, & quòd multos viderent ad Iudaica ſacra tranſire de Gente ſua.* Habes cauſam ſimplicem, cur Hebræorum Populus in Ægypto, penes quem tunc quemadmodum vna veri Dei religio, ita & nomen, & honos Eccleſiæ ſeruabatur; Lilio comparatus ſit, Abundantiam, Numerum, Sanctitatem: Cur autem non ſimpliciter Lilio, ſed Spinis circumuallato comparata Eccleſia ſub illo ſtatu fuerit, proxima, quæ ſequitur Notatione dicetur.

NOTATIO IV.

INTER SPINAS.

I.

Sed. cur Lilio ſpinæ ſunt additæ? An ad ſolam ſimilitudinem indicandam? An ad cuſtodiam ac ſecuritatem? An contrà ad iniuriam? Omnia vera & ſenſui neceſſaria.

Spinæ poſitæ; hic vel ob ſolam comparationē, vel ob cuſtodiā, vel ob iniuriam.

QVO ſenſu hæc verba ſint addita, dubium vt ſit, & varietas ipſa munerum, quæ in *Spinis*, ad *Lilium* comparatis, poſſumus intelligere; & diſcrepantes Interpretum ſententiæ faciunt. Poſſumus *Inter Spinas dictum* intelligere, vt mera, & ſola comparatio inter vtrumque ſignificetur: vt ſcilicet, quantum decor *Lilij* vincit *Spinarum* horrorem; tantundem Eccleſiæ ſiue ſpecies à pietate, ſeu gloria cæteras mortalium Congregationis exſuperet. Poſſumus intelligere non ſolam eſſe comparationem, ſed id additum ſolum, vt intelligamus, additas *Spinas* ad meram cuſtodiam; quemadmodum ſepibus circundari Horti, aut Vineæ ſolent, ad ſecuritatem. Poſſumus intelligere *Spinas* additas ad puncturam, vt ſcilicet indicetur Eccleſia odijs, ac perſequutionibus infidelium vexata, nec ideo minus pulchrè ſe efferens, ac ſuauiter olens. Quæcumque horum dixeris, verè dixeris: ſed niſi omnia iunxeris, loci huius ſenſum haud expleueris: & languebit omnis lepor ſimilitudinis.

II.

Eſt autem ſcita comparatio, Eccleſiæ cum varijs religionibus omnibus. Quæ iure dictæ ſpinæ Horridæ, fœdæ, noxiæ. Etiam illis qui illis impenſè dediti. Immo & vmbra noxia.

Eccleſiæ ſpecies comparatione aliarum religionum.

Spinæ horridæ; turpes, damnoſæ, & noxiæ.

Ineſſe hic ſcitiſſimam comparationem, loco alio monuimus, ac per eam explicatam Sponſæ Pulchritudinem, quæ tantum emineret cæteris Puellarum, quantumuis ſpecie ſuperbientium, quantum *Spinis Lilium* præſtat. Id ſemper verè de Eccleſia dictum eſt, diceturque, cui cæteræ Congregationes quarumcumque religionum comparatæ, deformes ſint neceſſe eſt; vtpote quæ omni pietatis decore priuentur; omni potius fœditate infidelitatis, atque impietatis ſint turpes. Eas autem eas ob cauſas dictas *Spinas*, non mirabere, quibus nulla ſpecies eſt; non viror frondium, non florum decor, non ramorum diſpoſitio, non vmbrę in æſtus leuamen, non ſaltem fructus aliquis, vel hominibus, vel beſtijs ad cibum vtilis. Itaque quidquid in illis eſt, horridum, ac fœdum eſt. Sic ſectæ aliæ à Catholica Religione ſunt, quas nec Fidei viror, nec pietatis decorant Flores; nec ſaltem exterior ſacra politia, & partium conformitas, atque diſpoſitio aptè in vnum ordinata corpus aſpectabiles facit: non operum fructus, qui mortiferi potius, quam ijs ipſis, qui eis impensè ſunt dediti, vtiles, ac ſalubres ſunt: quin vmbra ipſa defectæ, vel noxiæ, neque vitiorum æſtum temperant: & interitum potius; quam commoditatem aliquam adferunt. Tales omnino ſunt Hæreſes, quod magno Eccleſiæ malo omni tempore experimento oſtenſum eſt. His ſi Eccleſiam compares, ac in medio ſtatuas, ſtatim intelliges, quantum interſit diſcriminis, vt à proxima fœditate illius creſcat in immenſum gloria, & decor; & contrà.

Tales Hæreſes ſunt, Quibus comparata Eccleſia A proxima earū fœditate Decorem mutuari cenſebis.

Hæreſes ſpinæ

Longè maius id eſt, quod indicatur his verbis, quam quod Ieſus Syracides de Simone dixit: *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet; & quaſi Sol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei: quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ; & quaſi flos Roſarum in diebus vernis; & quaſi Lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ.* Eccli. 50. 6. 7. 8. Hic enim vna ſimilitudo ſpecioſarum rerum cum Simone deſcribitur; hoc autem Canticor. loco comparatio initur, à qua Eccleſiæ ſpecies & gloria creſcat.

III.

Si autem de ea in Ægypto hæc accipias, Verè Ægyptios ſpinas dici. Stultiſſimis ſuperſtitionibus deditos, Illam Lilium diſcrimine manifeſto.

Eccleſia in Ægypto lilium, Ægyptij ſpinæ.

Religionis Iudaicæ ſanctitas cauſa odiorum in eam Gentiliū.

Hæc autem ſi ad Eccleſiam eam transferas, quæ in Ægypto fuit, videbis, quam verè, quamque appoſitè dicta ſint. Quam enim verè Ægyptij, ſuperſtitionibus vaniſſimis dediti, ac ridiculis commentis à vera fide alieni, morumque turpitudine infames, *Spinæ* dici potuére, tam verè Eccleſia illa *Lilium* fuit, cuius decor Pietatis à proxima turpiſſimarum cæremoniarum fœditate, fęlicioribus augmentis tollebat ſeſe, vt iure in ſe Dei charitatem prouocaret. Id autem diſcrimen tam obuium oculis erat, vt ne ipſis quidem Ægyptijs eſſet inobſeruatum, vt de potiſſimis odiorum cauſis vna hæc fuerit. Ioſepho iudice lib. 1. contra Appion. *Veram maximè*, inquit, *diuerſitas ſacrorum multas inter eos fecerat inimicitias, tanto præſtantiore noſtra pietate, quam ſolemnitates illorum, quantum Dei natura animantibus, ratione carentibus, antecellit. Communis namque apud illos ritus eſt, genera quædam animalium arbitrari,*

Digitized by Google

Quæ vna de cauſis odiorum in illam.
Ita monente Ioſepho graui ſcriptore.

ri, & venerari vt Deos; vani omnino & fatui homines, & ab initio prauis eiuſmodi opinionibus aſſueti: & propterea nequaquam imitari noſtram plenam veritatis, & honeſtatis, & decentiæ religionem potuére. En tibi *Lilium inter Spinas* à proxima fœditate, & ſterilitate, & ſpeciem, & decorem accipiens.

IV.

Inde autem profectus Eccleſiæ in pietate,
Quod miraculo proximum
Cum eo tempore nullus legatur
Ad profana ſacra defeciſſe.
Prona alioqui gente in idolorum cultum.
Eius rei prima cauſa,
A magna diuerſitate cultus,
Altera à Dei prouidentia.
Qui vbi maius diſcrimen, maiora ſubſidia ſubmittit,
Ne ſcilicet ſuccumbamus.

Eccleſia in Ægypto, prauis ſuperſtitionibus Ægyptiorũ minimè contaminata.

Parum id fuiſſet, niſi, vnde à diuerſitate cultus pulchritudo creſcebat Eccleſiæ illius, & Dei in illam amor augebatur, inde etiam admirabili Dei prouidentia illius in pietate, & religione ſecuritate exiſteret, & cuſtodia. Nam profectò miraculo ſimillimum fuit, totis ducentis quindecim annis (tot enim, non plures, abijſſe à primo Iacobi, ac filiorum in Ægyptum ingreſſu ad exitum, certa ſententia eſt, & ratione, & authoritate Veterum, Recentiorumque ſtabilita) nullum ſcribi de Hebræorum populo, qui relictis veri Dei caſtris, profanæ militiæ Sacramento initiaretur. Et tametſi non defuiſſe aliquos, arbitrari quis poſſit, tamen magnum eſt argumentum, eos fuiſſe quam pauciſſimos, aut certè nullum, ſilentium ſcripturæ de ea re: quæ tamen ſcelera illius Populi, etiam ſingularium perſonarũ, in Religionis negotio, tacere non ſolet, ſed omnibus contrà probris inſectari: cum alioqui ea natio pronitate ad Deorum cultum alienorum infamis fuerit. Expendenti autem, cur qui tam facilè in alienas cæremonias tranſire ſoliti, dum Ægyptia ſeruitute premerétur, nõ legantur tanto ſe ſcelere contaminaſſe, ea occurrebat cauſa, ingens ſcilicet ſacrorum diuerſitas, quod Ægyptij viua animalia, & fœda pro Dijs colerent, quod & peculiari ratione ridiculum erat, & Hebræis abominandum, quam rationem & Ioſephus loco citato innuit. Sed præſtat in Dei prouidentiam cauſam reijcere, cuius eſt, facili negotio, ea, quæ in perniciem noſtram inuenta ſunt, in commodum vertere. Ea autem Dei prouidentia tunc maximè, dum Hebræa Gens in Ægypto fuit, animaduerſa eſt: vbi enim proximum diſcrimen ab eorum cum ea Gente conſortio erat, decebat & diuina præſidia magis in promptu, ac certiora eſſe. Id enim Dei eſt proprium, pro ratione periculi imminentis præſidia & maiora, & valentiora ſubmittere. Acceſſit & tertia ratio, quam proximè indicabimus, quam ingentis fuiſſe momenti, & quidem meritò arbitramur.

Sacrorum diuerſitas ingens, Religionis cuſtodia eſt.

Vbi maius diſcrimen ibi præſentior Dei fauor.

V.

Spinæ poſtremo dicti Ægyptij,
Propter odium in Hebræos,
Ideo laboribus preſſi,
Etiam præpoſitis qui vexarent,
Immo vetitum filios alere,
Iuſſique illos in flumen abijcere.
Addita probra & maledicta,
Quæ omnia ſpinarum fuere aculei.
Quibus pungerentur, immo & lacerarentur.

Ægyptij ſpinæ propter odium in Hebræos.

Tertia ratio, cur Ægyptij *Spinarum* ſub ſchemate ſignificati ſint, inde ſumenda eſt, quod infenſiſſimo odio in Hebræam Gentem, eam de medio tollere omni arte conati ſunt. Id indicatur illis verbis, quæ ore noui Pharaonis iactantur. Ex. 1. 10. *Venite, ſapienter opprimamus eum.* Ea autem oppreſſio, non vno malo grauis fuit: *Præpoſuit eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus.* Hoc primum omnium malum, homines liberos natos, ac nemini noxios, publicis deputarunt oneribus; nec modo vt vrbes extruerent, ſed vt laboribus affligerent, atque oneribus preſſos ad mortem properare cogerent. Itaque in vno opere & libertatem, & vitam ſuſtulere. Alterum malum opprobria erant, quibus miſeri, ac laboribus oneribuſq. exhauſti impetebantur, etiam à viliſſimis è plebe. *Oderant filios Iſrael Ægyptij & affligebant, illudentes eis; atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur.* Ex. 1. 13. Vt nihil paterentur, niſi durum; nihil aſpectarent, niſi implacidum; nihil audirent, niſi probroſum. Miſera hæc vitæ conditio erat, ſed nondum extremum malum. Solatio fuiſſet in tantis anxietatibus, ſi ſaltem filijs, & imbelli infantium turbæ parceretur, vt in futuros labores adoleſcerent. Addita crudelitati maior crudelitas, imperatumque obſtetricibus, vt maſculam omnem prolem interimerent, ſcilicet vt ſeminarijs, plantarijſque deletis, omnis ſpes Generis conſeruandi ſimul interiret. Ludentibus autem obſtetricibus inimicorum conſilia prudenti aſtu, imperatum eſt, vt quidquid maſculini ſexus ex Hebræis matribus naſceretur, abijceretur in flumen. Vide quam verè *inter Spinas*, non pungentes modo, ſed dilacerantes *Lilium* Eccleſia illa inter Ægyptios fuerit.

Onera Hebræis impoſita.

Opprobria & illuſiones.

Maſculæ prolis interitus.

VI.

Sed verſa aduerſa in bonum
Et punctura in ruſtica inſtrumenta.
Ad ſubigendum agrum,
Vt vberius fructũ redderet,

Sed vertit ſcilicet Deus omnia in bonum, & vnde interitus imminebat, inde fęlicitatem, & ſalutem aduolare coegit. *Quantoque,* inquit, *opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & creſcebant.* Ex. 1. 12. Pungebantur quidem illi, ac lacerabantur, ſed puncturis illis Deus velut ſarculis vtebatur, & ruſticis inſtrumentis, ad excernendum agrum ſuum, ſubigendũq. vt acceptum ſemen fęlicius ſurgeret, ac vberius redderetur: ac vt illi ait:

Duris vt ilex tonſa bipennibus,
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna per cædes ab ipſo
Ducit opes, animumque ferro.

Horatius.

Hinc multiplicatio gentis.
In pietate profectus.
Licet non defuerint imperfecti, qui quærerentur.

Infirmiorum queſtus de ſua ſorte.

Hinc Gentis illius multiplicatio, quæ ingens quidem illius bonum fuit, multo autem maius in Pietate profectus, & in vera religione retinenda firmitas, & conſtantia. Et quanquam non defuére infirmiores, qui laboribus preſſi fatiſcenteſque, quererentur ſuam ſortem, dicerentque ad Moſen, & Aaronem: *Videat Dominus, & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius, & præbuiſtis eis gladium, vt interficerent nos.* Ex. 5. 21. Tamen id certum eſt, nunquam Populum illum propius adhæſiſſe Deo, quàm cum tot anguſtijs, ac duriſſimo ſeruitutis genere premeretur. Id ſcilicet tribulationis eſt bonum;

à ter-

Digitized by Google

Sed nunquam melior ille populus, Quam dum in Ægypto eſſet.

Tribulatio animum à terrenis auocat, & reuocat ad cæleſtia.

à terrenis auocat, atque ab amore creaturarum mentem ad cœleſtia reuocat; &, vbi nihil commodi animus à cæteris rebus ſperat, amorem omnem ad Deum transfert, à quo ſcilicet vno & malorum, quæ patitur, leuamen; & bonorum, quibus ſe carere dolet, copiam obuenturam credit. Sed hæc ſatis fuerit indicaſſe.

NOTATIO V.

SIC AMICA MEA INTER FILIAS.

I.

Vere Amica Eccleſia in Ægypto, Sed altius myſterium latet, Videbat in ea Verbum imaginem ſui. Cum homo factus duris probandus erat. Ideo amicam vocat, velut in ſe ſimilem. Et imaginē Chriſtianæ Eccleſiæ.

Amica quo ſenſu dicta Eccleſia.

VERE *Amicam* vocitat eam, quæ nulla hoſtium tribulatione, ac vexatione ab Spōſi amore recedit; potius impenſius, ardentiuſque ſtudium in eo ponit, vt ei penitus adhæreſcat, atque ab omni aliarum rerum conſortio diuellatur. Sed hoc loco arbitramur altius quiddam in ea appellatione latere myſterij. Se dixerat *Florem* eſſe *Campi*, quod interpretati ſumus, amare ſe in ſuis ſeceſſum, & vt in puluerem, ac ſolem prodirent, nec lectuli affixi quieti, otium actioni, ac exercitio præparerent. Meminerat autem iam tunc Verbum, qualibus, poſtquam corpus humanum circundediſſet ſibi, preſſuris, atque anxietatibus eſſet vexandum: iamque tunc eam imaginem animo verſabat, quam olim exhibiturus mundo erat, cum Diuinus Gigas ad currendam ſtrenuus viam promptus, multos, qui ſe, quanquam non paſſibus æquis, ſequerentur, haberet, idque glorioſum reputaret. Hanc ſuam olim futuram voluptatem, velut in imagine, & vmbra, in Eccleſia illa ſpectabat: nec poterat non amare illam, quæ præpropero ſtudio, quo poterat conatu, futuram olim Chriſtianæ Eccleſiæ gloriam exprimebat; quaſi anxietatibus, ac laboribus Ægyptijs, maioribus futuris prælijs victorijſque præluderet. Iure ergo Amicam vocat eam, in qua futurarum victoriarum imaginem, earumque fructum ſpectabat; ac velut ſibi ſimilem factam noua ex cauſa diligebat. Omnis enim amor ſimilitudinis in bonis eſt proles: nec fieri poteſt, quin quod ſimile tibi eſt, eodem paſſu proſequaris amore. Atque eam ego ob cauſam *Amicam* dictam Eccleſiam tunc puto, vt intelligeret ea ipſa, non minus eo ſtatu Deo placere, immo & eo gratiorem eſſe, quo duris, & aſperis exercita, animum nec deſponderat; nec in Dei amore quidquam remiſerat.

Verbum olim grauia paſſurus gaudet ſuā imaginem in Eccleſia patiente videre.

Eccleſia in Ægypto imago Chriſtianæ.

Amor enim ſimilitudinis proles eſt. Simile enim ſimili gaudet.

II.

Sed filias quidam Angelos interpretatur, Sicuti & nos alicubi; Sed non apte loco hoc. Quo ſola inſtituitur comparatio, Lilij cum ſpinis. Sicuti Verſu proximo Mali cum lignis ſyluarum.

Filiæ quibuſdam Angeli ſunt cuſtodes Eccleſiæ.

Sed in *Filiarum* appellatione quidam, & quidem vt arbitramur ſoli, *Angelos* accipiunt; *Spinas* enim ad vnam cuſtodiam hoc loco pertinere cenſent, cum Auguſtino loco ſuperius indicato. At quod *Filiæ* dicantur *Angeli*, nouum non eſt, nobis maximè, qui ſuperius Cap. 1. Not. 15. ea verba; *Nigra ſum, ſed formoſa Filiæ Ieruſalem*, de Angelis interpretati ſumus. Id nouum eſt, verba hæc ad cuſtodiam ſtringi, quo langueſcit ſententiæ vis, & rerum minuitur granditas; & vis omnis comparationis friget. Nam certè horum verborum ſenſus cum verſu proximo affinitate coniungitur, ex Amœbæi Carminis lege, quo ludunt amantes: at *Ligna Syluæ*, inter quæ velut *Malus* comparatur Deus, ad cuſtodiam pertinere non poſſunt ſolam, immo tota in eo comparationis ratio ſita eſt, vt, quemadmodum *malus* arbor & pulchritudine, & ſpecie, & vtilitate *arboribus ſyluarum* infelicibus antecellit; ſic *Sponſus Ephœbarum* comparatus *choro*, ſupereminéat. Fruſtra ergo in *Spinis*, quibus *Filiæ* comparantur, *Angelos* ipſos intelligas ad cuſtodiam Eccleſiæ vigilantes: cum quantumlibet Pulchram Eccleſiam fingas, æquare decore cœleſtium ſpirituum ſpeciem, vt poſſit vtcumque, ſuperare certè non poſſit; quod Sponſo propoſitum in ea comparatione. Nec Iſaiæ locus Cap. 5. 2. *Et ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea*, ad rem pertinet; cum eo loci de vinea ſermo ſit, cui ſepem circundare gnauus agricola ſolet: hic de *Lilio*, & quidem vnico, cui ſepem circundare, maximè ex ſpinis, breui tempore florere ſolito, & breui etiam interire, nemo ſolet. At naſci haud raro *inter Spinas* ſolet, nec quidquam ideo de ſpecie perdere. Itaque ſepem è ſpinis fieri rarum non eſt, ad vineam includendam: *Spinæ* non ſemper ad ſepimentum natæ, ſæpe ad iniuriam; maximè ſi propius *Lilium* ſtatuas, florem & teneritudine, atque imbecillitate non minus, quam decore, & ſpecie notum. Itaque non quia vineæ ſepimentum Angelorum cuſtodiam, quidam de veteribus arbitrantur, ideo hic vni flori ſepem impones è *Spinis*. Accedit *Spinarum* nomine nunquam in ſacris litteris bonum quid ſignificari, nunquam vocabulum in bonam accipi partem, ſemper in deteriorem. Vt nec hoc loco accipi debeat, validum ex eo vſu argumentum duci videatur: atque adeo nulla ſit cauſa, cur hic pro Angelis, eorumque cuſtodia accipiendæ ſint. Sed id magis confirmabitur ex Verſu ſequente, cuius ſententiam ſimilem indicauimus.

Sola hic comparatio lilij cum ſpinis.

Nec obeſt Iſaiæ locus. Vinea enim ſolet ſepibus claudi, Non Lilium Ac multo minus ſpinis. Immo illæ in ſcriptura, Semper in deterius ſumi ſolitæ. Nec aliter loco hoc.

Spinæ in Sacrā Scriptura ſemper in deterius ſumptæ.

VER-

VERSVS III.

SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM, SIC DILECTVS MEVS INTER FILIOS.

COMMENTARIVS.

ET hinc intelliges Eccleſiæ illius in Ægypto ſtatum; quamque ſit verum, quod diximus, omnes moleſtiæ, ac ruinæ cauſas verſas eſſe illi à Deo in occaſiones augmenti, ac veræ fælicitatis inſtrumenta. Ergo in Ægyptum deducta, & anxietatibus, & laboribus preſſa, Deo, ſe miris modis exercenti, ac per aſpera, & dura in ſumma euehenti, gratiam refert. Ac medijs anguſtijs ſubleuari ſe multis & corporis, & animi ſubſidijs ſentiens, vnde ſecundior illa aſpiret aura profitetur. Sibi inter Ægyptios, velut *Inter Spinas Lilium*, verſanti, quaſi arborem Deum eſſe, ſub cuius *Vmbra* ſecurè dormiat. Nec vero vnam de arboribus eſſe, quas, tametſi vmbra commendat, flores fructuſque deſtituunt: Malum eſſe, non vtilibus ſolum guſtui, atque eſui *Fructibus* onuſtam, ſed & odoratui gratis. Sic protectionem ſui notat, qua Deus illam & auxit in immenſum ſobole, & promouit in pietate; haud paſſus eam quidquam noxia Ægyptiorum vmbra capere detrimenti. Eæ ſunt ſcilicet arbores infælices, *Syluarum* inutilia *Ligna*, & fructu ſterilia, & inſalubria vmbra; nec in aliud, quam in flammarum alimenta nata, atque adulta.

ENARRATIO.

ME tu quidem preſſuris vaniſſima, atque inimica gentis exercitam, Lilio Inter Spinas ſimilem eſſe dixiſti; quem florem tametſi & puncturis lacerent, & ſterilitate infament; ad omnem tamen & ſpeciem, & odoris ſuauitatem promoueant. Sim certè quidquid volueris; ſed id tamen omne bonum beneficium vnius eſt, qui mihi verè arbori Malo comparandus es, cui ſterilia omnia Syluarum Ligna nec quidquam de pulchritudine demant, nec de vbertate deminuant: vtrumque potius miris modis adaugeant. Nam me, medijs anguſtijs illis, ac laboribus, ita ſecretis ſubſidijs ſentio promoueri, vt optanda mihi potius ea ſeruitutis infælicitas, quam deprecanda videatur. Nam quod ad exteriora attinet, & beata rerum copia video me vſque in inuidiam inimicorum beari; & ſobolis multitudine, mirum in modum augeri. Quod autem ad ea pertinet bona, quæ animi propria ſunt, nunquam mihi viſa ſum fuiſſe fælicior; cum & fide firma, & charitate ardente, & ſpe ſecura meliorem, quam fuerim vnquam, eſſe me ſentiam. Quod ſi mihi ſic futurum fuerat, non eſt, quod fortunam accuſem meam, eſt multum quod gratulor ſorti, multum quod aduerſitatibus imputem; per quas id conſequuta ſum, vt habeam te, & quidem propitium, & amantem.

NOTATIO VI.

SVM. COM.

I.

Nexus cum ſuperioribus facilis,
Laudarat Deus Eccleſiam in Ægypto.
Omnia illa refert in Deum.
Se Lilium eſſe,
Sed nomine admoneri imbecillitatis.
Deum ſibi Malum eſſe,
Cui cæteri comparati ſyluarum ligna.

II.

Bernardus objicit,
Non videri decorum ſeruatum,
Non enim magnum, inter non pulchros pulchrũ eſſe.
Si alij pulchriores ſint.
Sed ſermonem eſſe de Chriſto homine,
Cuius non diuinitas ſed humanitas commendatur.

III.

Verum in Verbo non celſitas commendatur,
Qua ſimilis Cedris dici poterat.
Sed quod beneficum, & commodum Eccleſiæ.
Protector, ac defenſor illius,
Quæ aptè in Malo ſignificata.
Nondum ergo hic Incarnatum agnoſcimus.
Comparatio ergo Verbi cum hominibus initur.
Ex ſenſu Origenis,
Theodoreti, & aliorum,
Sed cum diſcrimine.

IV.

Ligna ergo in deterius exponenda.
Sicut etiam ſpinæ.
Quod facit Origenes,
Et ex illo vel poſt illum alij.

SICVT MALVS INTER LIGNA SYLVARVM.

Nexus cum ſuperioribus.

FACILEM hæc nexum cum ſuperioribus habent, certant, vt alio loco obſeruatum eſt, & dictis, & officijs Eccleſia, Deuſque; ille, non auarus in ea laudanda, à multiplice virtute, qua medijs Ægyptiorum afflictionibus, effulgebat; illa, in eum vnum quidquid id erat, quo placebat, tanquam in authorem referens. Eo ſe protegente, augeri, ac fortiorem indies fieri; eius ſe patrocinio, non tutam modo medijs in periculis, ſed indies meliorem. Se quidem *Lilium Spinis* ſeptum preſſurarum eſſe, ſed floris ipſo nomine admoneri, leue id eſſe, quod placeat, nec duratura felicitate tutum, niſi ſub illius vmbra, qui ſecuritatem, ac diuturnitatem præſtare poſſit. Quid enim flores, niſi flores, eſſe, quos vnus dies ad pompam oſtentet, idemque abſcondat? ſibi verè Sponſum *Malo* arbori ſimilem exiſtimari, totius honorem ſyluæ, qui fructus proferat ſcilicet duraturos, & eſui aptos, guſtu ſuaues, odore gratiſſimos. Itaque illi cæteros Deorum, quicumque cenſentur hoc nomine, hominumq. comparatos, infelicia eſſe *Ligna*, in id tantum nata, vt & *Syluas* inutili coma obumbrent, tandemque in ignium alimenta cedant.

Lilium imbecillitatis ſymbolum.

Cæterum Bernardi nunquam torpens acumen, hoc loco quæſtionem mouit. Nec enim ſatis ex decoro *Mali* arboris ſumptam ſpeciem, ad Verbi Incarnati pulchritudinem indicandam, quam aliæ arbores & ſtipitis celſitate, & denſitate comæ, & bonitate fructuum vincant. Hæc prima quæſtionis facies in appellatione *Mali*. Altera in *Syluarum Lignis*, quibus *Verbum* excellere dicitur, cum magna laus minimè ſit, inter ſteriles, inutileſque arbores obtinere regnum; nec magnum ſit, ſic pulchritudine tolli, vt tamen alios æquales habere dicaris, immo etiam ſuperiores. Hoc totum Bernardus objicit ſibi, Serm. 48. in Cantic. Soluit, quòd non de *Verbo* in ſe, ſed de illo carne induto ſit ſermo, quo ſenſu *minoratus ab Angelis* dicitur. *Paruum autem paruam decerè laudem, qua non maieſtas extollitur, ſed commendatur humilitas; non diuinitatis gloria, ſed humanitatis benignitas: ac merito, quod Dei infirmum eſt, hominum fortitudini anteſertur: homines enim omnes Ligna eſſe Syluarum, de quibus dictum: Non eſt qui faciat bonum. Quia ergo Sponſæ id dulcius, quod ſe imminuit, ſapit, libentius attollere gratiam, præferre miſericordiam, ſtupere dignationem.* Hæc Bernardus.

Pulchram inter non pulchros eſſe exigua laus.

Sed videndum prius fuerat, quid illud ſit, quod in *Verbo* ſub *Mali* ſchemate commendatur. Nam certè ſi naturæ celſitas, quæ ſupereminet omnia, tantum prædicaretur, aptius Cedris, quarum arborum ea eſt laus potiſſima, ſimilis diceretur. Sed aliud ſcilicet agebatur: & idem ille ſua proceritate alioqui inacceſſus, eò laudabatur, quod comis, ac beneficus Eccleſiæ ſuæ; & protectione vmbroſus, & ſalutaris; & facilitate commodus eſſet: quæ ſi quæras omnia in arborum genere, neſcio an in vno id *Malo* inuenturus ſis, quæ & patula ramis, ac frondibus vmbram, fructuque abundans cibum, & obuia facilitatem vtroque fruendi præſtat. Poterat & alias arbores inducere de frugiferis, ſed aptius ad rem fortaſſe nullam, cum in ſingulis aliquid eorum deſideres, quod in *Verbo* quærebat Eccleſia. Nec opus, hæc, vt aptè dicta defendas, de *Incarnato* accipias *Verbo*: illius enim œconomiæ meminiſſe nondum tempus eſt, niſi forſitan in typo earum rerum, in quarum adhuc ordine deſcribendo Drama verſatur. Comparationem autem iniri, non cum *Angelis*, ſed cum *hominibus*, non primus Bernardus ſenſit, præceſſére alij. Origenes Homil. 2. ex 2. cuius ea ſunt verba lectiſſima. *Ad Chriſtum ſalius eſt omne quod dixeris, & infructuoſa ſunt omnia; quæ enim poſſunt dici, ad eum comparata, fructifera? Etiam Ligna, quæ videbantur fructibus incuruari, ad collationem aduentus eius infructuoſa monſtrata ſunt.* Homines iuſtos intelligit, de quibus dictum; *Verè ſcio, quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo.* Iob. 9. 2. Ambroſius autem ad Prophetas, atque Apoſtolos ſtringit: *Eo quod ſuper Prophetas, & Apoſtolos intima corda hominum ſuauiter mulcebat.* Loquitur de Chriſto. Hos Filios dictos arbitrantur, quod gratia Dei geniti in illius Filij computantur.

Verbi comitas benignitas, in Eccleſiam hic laudantur.

Quæ laudanda in verbo, in ſolo Malo ſignificata

Verbi comparatio cum omnibus iuſtis.

Cum Prophetis & Apoſtolis.

Verum hoc loco *Ligna Syluarum* malam in partem ſumi, quantum attinet ad arcanam ſententiam, probabilius vt arbitremur, ſeries ipſa rerum, & analogiæ ratio facit: ſi enim *Spinas* ſuperiore Commate, non in bonam, ſed in malam partem ſumendas eſſe docuimus; eadem ex cauſa, *Syluestria Ligna* propter analogiæ rationem, ac comparationis vim, in malum debere accipi demonſtratur. Ideo Origenes idem homil. 3. ex 4. *Hæreticorum magiſtros*; Theodoretus autem, & tres PP. *Homines prauis moribus imbutos*; Alij *Iudæos*, alij *Gentiles* interpretantur. Et quidem omnia hæc, quantum ad doctrinam, verè dicuntur: ſed hoc loco, quid aptiſſimum ad filum interpretationis trahendum ſit, quærimus, atque ad enodandum hunc locum accommodatiſſimum.

Ligna ſyluarum in deterius interpretanda.

Per-

Digitized by Google

V.

Initur ergo comparatio cum Ægyptiorum Dijs. Inutilibus noxijs, infælicibus. Qualia ſyluarum ligna, Cum Deo ſemper beneficio. Id diſcrimen indicatum in S.S. ſub alijs verbis. Nec vno loco, ſed pluribus, Hinc Dei conqueſtiones, Quod ſe relicta, vanis Dijs cultus tribueretur. A quibus nihil ſperari bono poſſet, Etiam ſi multa prece exorarentur. Et ſicut hic Malus cum lignis ſyluarum, Ita alibi fons viuus cum ciſternis diſſipatis.

Pergamus, vt cœpimus, dicamuſque, hic de *Deo Verbo* ſermonem eſſe, eiuſque iniri cum Dijs Ægyptiorum comparationem, ſeque fateri Eccleſiam, in vno habere omnia; in illis verò nihil eſſe aliud, quam ſterilitatem, infęlicitatemque: quod cum illius ſtatu Eccleſiæ mirè quadrat, & cum modo loquendi Scripturæ S. mille locis obſeruato. Itaque Deum verum *Malo arbori*, & opacæ ramis, & vmbra ſalubri, & vberi fructu: Deos autem Gentilium *infælicibus Syluarum Lignis*, nullam commoditatem hominibus adferentibus, ſolumque aptis fouendis ignibus, ſimiles eſſe dicit. Quod autem ſub eo ſchemate hic ab Eccleſia prædicatur, planiſſimis ſæpe verbis à Sacris Scriptoribus dictum eſt. Sed vnus pro omnibus locus ſuffecerit Deuter. 32. 31. *Non enim eſt Deus noſter vt Dij eorum, & inimici noſtri ſunt iudices.* Mox de illis, non modo vt ſterilibus, ſed vt noxijs *Lignis*. *De vinea ſodomorum vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrha: vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi: fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.* Et aliquanto inferius. *Vbi ſunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. Videte, quod Ego Sum Solus, & non ſit alius Deus præter me.* En *Syluarum* illa *Ligna*, & fructu noxia, & vmbra inſalubria, quibus Deus tanquam *Malus arbor*, frugifera, ac ſaluberrima, comparatur. Hinc illæ Dei iuſtiſſimæ conqueſtiones apud Iſaiam, ex grandi indignatione profectæ, quod cœcus impietate Populus ad externum cultum inclinaſſet, illiſque Dijs honorem, Deo vero debitum, impendiſſet, à quibus ſperari nihil boni poſſet. *Cui aſſimilaſtis me, & adaquaſtis, & comparaſtis me, & feciſtis ſimilem? Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis, conducentes aurificem, vt faciat Deum. Et procidunt, & adorant. Portant illum in humeris, geſtantes, & ponentes in loco ſuo: & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur. Sed & cum clamauerint ad eum, non audiet; de tribulatione non ſaluabit eos.* Iſai. 46. 5. 6. 7. Et Ier. 2. 13. *Me dereliquerunt Fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Hic verus Deus *fons viuus* eſt, Dij vani *ciſternæ* non continentes aquas. Sicuti hoc loco Cantic. Deus *Malus arbor frugifera* eſt, Dij Ægyptiorum *Ligna ſterilia*.

Malus arbor Deus, ligna ſyluorum Gentiliũ numina.

Deus fons viuus Dij falſi ciſternę carentes aqua.

VI.

Hæc autem in Ægyptiorum Deos ridiculos Multo iactari verius poterant. Nam aliæ Gentes homines habuere pro Dijs, Sed beneficos in commune, Ægyptij ridiculos animantes. Immo & olera in hortis ſata. Volucres, boues, dracones, & canes. Porros, cepa, & ſimilia.

Quæ ſi verè de omnibus Gentilium Dijs dici potuére, multo magis de Ægyptijs, propter illius Gentis ſtultiſſimæ ſuperſtitionis atrocitatem: nam Gentes aliæ ſæpe pro Dijs homines habuére, quorum inclytum nomen ob communem vtilitatem populis multis impenſam, aut inuentum vinum, aut ſatas tritici ſpicas, aut inuentionem rei alicuius vſui mortalium commodæ. Errarunt illi quidem, & craſſis obducti tenebris Mortalium alios, nec ſe quidem natura meliores, pro numinibus coluére. Ægyptia autem ſuperſtitio non in hominibus hæſit, ſed etiam ad beſtias tranſijt, in eorum obſequium à Deo creatas. Aut Crocodilum de Nilo, aut bouem de aratro, aut de ſylua feram, diuinis honoribus coluére. De his ille:

Ægyptiorum ſtulta ſuperſtitio.

> *Quis neſcit, Voluci Bithynice, qualia demens*
> *Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat;*
> *Porrum, ac Cepe nefas violare, & frangere morſu.*
> *O ſanctas Gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis*
> *Numina.* — —

Et Poeta Chriſtianus, haud omnino inelegans,

> *Quis furor eſt? quæ tanta animos ſententia ludit,*
> *Vt volucrem, turpemq. bouem, tortumq. Draconem,*
> *Semihominemque canem, ſupplex homo pronus adoret,*
> *Nonnulli venerantur olus, molleſque per hortos*
> *Numina ſicca rigant, verique hac arte videntur*
> *Tranſplantatorum cultores eſſe Deorum*

Iuuenalis. Herod lib. 2. Strabo lib. 17. Philo de Decal. Damaſc. in vita Barlaami. Hieron. in cap 46 Iſai. Sedul Operę Paſch. lib. 1. Orig. Con Celſ. Plin. lib. 19 c. 6. Minut. Felix in Octau. Lact. Inſt l. 1.

Quos acriter ideo inſectati Veteres, Immo & Gentiles. Merito numinibus talibus verus Deus opponitur, Quam inſaniam obiectat Dauid populo ſuo. Deum per deſertũ rogans, Vitulum conflauit adorauitq.

Lucianus de Sacrif. *Hæc igitur cum ſic habeant, & tamen à vulgo vera, ſeriaque credantur, mihi quidem poſtulare videntur, non qui reprehendat, ſed vel Heraclitum potius aliquem, vel Democritum, quorum hic amentiam eorum rideat; ille deploret inſcitiam.* Loquitur de Ægyptiorum numinibus. Vide quanta eum ratione hanc Deorum fæcem verò oppoſuerit Deo, illumque *Malo arbori* ſimilem, hos autem *ſterilibus Syluæ Lignis*, ac noxijs affirmarit. Atque id eſt, quod de ſua Gente abominatur Dauid. Pſal. 105. 19. 10. *Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile; & mutauerunt Gloriam ſuam* (Deum in quo gloriari deberent) *in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.* Poſt tot experimenta quibus docti fuerant, qualem, quantumque Deum haberent, quamque ſordida Ægyptia numina eſſent, eadem illa, quæ in Ægypto abominati fuerant, in deſerto victimis placauére mactatis, quæ vero Deo, ac magno benefactori, ac miraculorum patratori, debebantur.

Inſania Hebręorum in deſerto colentium vitulum, quem abominati in Ægypto.

VII.

Hic ergo ſenſus Eccleſiæ eſt.

" Hic ergo nec alius illius Eccleſiæ ſenſus eſt. Notum ſatis eſſe ſibi, quale diſcrimen inter
" Deum verum, & vana Ægyptiorum numina eſſet, ſibi illum, præter naturæ excellentiam,
" magnitudinemque, nullis circumſcriptam terminis, beneficentiſſimum eſſe, à quo & hacte-

Paraphraſis huius loci.

Digitized by Google

Quem habes per paraphraſim expoſitum.
Sed ineſt vis formæ ſermonis ingens,
Qui ſi vbi primũ Deus illi comparetur,
Agnoſcitur diſcrimen.

„ nus ſciret, quidquid habuiſſet boni, tributum eſſe, & ab eodem vno futura ſperaret. Ægy-
„ ptiorum Deos, non vanos modo, ſed & inutiles eſſe, à quibus ſcilicet cultores ipſi, nec quid-
„ quam ſperare boni poſſent, neque vnquam habuiſſent. Ideoque vni ſibi Deo hærendum,
„ nec magis curanda vana numina, quam ſi non eſſent. Ineſt autem formæ ipſi ſermonis vis
„ ingens. *Sicut Malus*, inquit, *Inter Ligna Syluarum*. Ad dignoſcendum diſcrimen ſatis eſt, ſi
„ vnum in medio multorum ſtatuas, verum Deum inter vanos, vel ſimplice oculorum iudi-
„ cio diſcrimen agnoueris: ſtatimque intelliges, illum verè & merito Dei cenſeri nomine;
„ illos ne appellatione quidem dignos eſſe: quemadmodum ſi media infrugiferarum arbo-
„ rum ſylua Malum pomis ſuis diuitem ſtatuas, ſtatim omnem bonitatis laudem, atque vtili-
„ tatis in illam accumules; illis ſterilitatis infamiam.

Vis comparationis.

NOTATIO VII.

SIC DILECTVS MEVS INTER FILIOS.

I.
Obeſt noſtræ ſententiæ,
Filiorum appellatio, quæ in falſos Deos non quadrat.
Sed id non obeſt, cum alij prauos homines interpretantur,
Vel Hæreticos, vel Gentiles,
Nam quo ſenſu dicti ligna,
Eodem filij dici poſſunt.

Obiectio in noſtram ſententiã, & illius ſolutio.

HOC vnum fortaſſis opponi poteſt interpretationi noſtræ de Ægyptiorum Dijs, quod *Filij* dicantur, quod in vana numina minimè videtur conuenire. Ideo quidam hic iuſtos homines agnouêre, qui iuſtitiæ, & ſanctitatis ſimilitudine *Dei* dicantur *Filij*. Sed animaduertere oportuiſſet, hic non *Dei Filios*, ſed *Filios* ſimpliciter appellari, quod longè diuerſum eſt. Quare alijs magis placuit prauos homines, immo & Hæreticos interpretari, Iudæoſq. & Gentiles, vt monitum ſuperiore Not. num. 4. Quod vel ſecundum naturam à Deo per creationem acceptam; vel per gratiam, qua remiſſa ſemel originaria noxa donati ſunt, quam tamen ipſi poſtea amiſêre, illius dicantur *Filij*. Sed minimè id neceſſe eſt, ad vocis ſeruandam proprietatem. Cum quo ſenſu dici potuêre *Ligna*, ſeu *arbores Syluarum*, cum tamen *Deus* ipſe *arbor Malus* diceretur, potuerint dici *Filij*. *Arbores* ſcilicet cum *arbore*, tametſi infructuoſæ, & inutiles: *Filij* etiam cum *Filio*, licet praui & nullius frugis.

II.
Sed Dramatis ordo conſiderandus.
Quo iuuenem ſponſum cum iuuenibus comparat ſponſa.
Filium cum filiis.
Sic etiam Filiæ dictæ adoleſcentulæ,
Itaque Filiorum non propriè nomen poſitum eſt,
Non ergo hærendum in vno vocabulo.

Filij pro iuuenibus.

Sed eſt vna ratio cur dici potuerint *Filij*, nulla verbis illata vi, Dramatis ipſum artificiũ, ad cuius explendum corticem, magni erat momenti, in altera Commatis parte, figuratam loquutionem, quæ in priore poſita erat, explicare. Volebat oſtendere Sponſum ephœborum circunſtantium eminere choro, & pulchritudine, & ſuauitate morum, & in ſumma omnibus gratijs: Hos autem *Filios* appellauit, Hebræorum ex vſu, hoc maximè carmine. Itaque poſiti *Filij* pro *iuuenibus*; quemadmodum cum de Virginibus ſermo eſt, eas etiam *Filias* dicit, vt ſuperiore Commate, & Cap. 6. 8. Et Pſal. 144. 11. Et Prou. 31. 29. Et locis alijs. Corticis autem expleto ordine, ſenſuque, mutanda oratio non erat, ad arcanam intelligentiam perſcrutandam. Siue ergò *Filios* diceret, ſiue quiduis aliud, vt ſi *Iuuenes*, tantundem eſſet: *Filios* enim non ſimpliciter pro *Filijs*, ſed pro *Adoleſcentibus* poſuit; quanquã ijdem illi eſſent alioqui ſuis de parentibus prognati. Nulla ergo cauſa illis Interpretibus erat, hærendi in vnius vocabuli ſignificatu, quod non propriè poſitum, ſed metaphoricè eſt, ex vſu Hebræi ſermonis.

III.
Iuuenes autem dicti Ægyptiorũ Dij,
Quod noui atque recentes.
Quod alicubi obiectum Populo Hebræorum.
Quod eos colerent Deos,
Quorum nomina auditum quidem Patribus.
Opponit ergo natiuam diuinitatem, nuperæ.

Dij Ægyptiorũ dicti iuuenes quod noui atq. recentes.

Quod ſi hæc probabilia eſſe conceſſeris, & *Filios* pro *Adoleſcentibus*, aut *Iuuenibus* poſitos; non ineptè eo nomine appellatos Ægyptiorum Deos fatebere, vt ſcilicet nuperam, tametſi falſam, eorum diuinitatem irrideret, non ante multum tempus natam, quod commune Gentilium numinibus probrum erat; cum nati Dij non eſſent, ſed ab hominibus facti, quaſi commodata, aut certè precaria diuinitate. Id autem eſt, quod falſi, & cum vehementi irriſione Populo ſuo obijcit Deus. Deut. 32. 16. 17. *Prouocauerunt eum in Dijs alienis* (in ijs qui cum Dij non eſſent, ſe tamen eſſe ſimulabant) *& in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt Dæmonijs, & non Deo; Dijs, quos ignorabant*, (vnde eſſent orti) *Noui, recenteſque venerunt, quos non coluerunt Patres eorum*. Tam nupera ſcilicet Diuinitate donatos, vt nec parentibus nomen illorum auditum fuerit. Opponit ergo tacitè Diuinitatis prærogatiuam, quæ Deo vero natura inerat, ab omni æuo, cum vanorum Deorum ſimulato numine, quod, tametſi inane, atque mentitum, ne id ipſum antiquum erat, ſed paucis ante annis ſtultorum hominum errore inuectum.

IV.
Quin & Filij dici poſſunt,
Sicuti & Dij dicuntur,
Errore mortaliũ ſcilicet.

Dij Gentium ſicut Dij dicti, ita & Filij poſſunt mortalium errore.

Quin ſi rem ſtrictius premas, & *Filiorum* appellationem propriè ſumendam contendas, ne id quidem noſtram de Ægyptiorum numinibus ſententiam infirmabit. Gentium enim numina, quemadmodum Deorum appellatione donata, non quòd verè eſſent, ſed quòd errore mortalium; eadem ratione dici *Filij* potuêre, quod eodem errore *Filij* haberentur *Dei*: quemadmodum ſupra de Dæmonibus, ideſt Angelis apoſtatis nomen *ſodalium* interpretati ſumus. Quod ſi hæc velis non de Dijs, ſed de Ægyptijs accipere ipſis, qui verè dici potuêre *Syluarum Ligna*, & ſterilitate infamia, & vmbra noxia, quemadmodum etiam *Spinæ* ſunt dicti, non admodum repugnabo. Senſus autem tunc erit. Inter ea pericula corporis

ani-

Et ſi placeat de gente Ægyptio ſumere, Haud improbandus ſenſus exiſtet, Se enim tutam ab eorum odijs ſignificabit. Protegente ſe Deo.

Filij proI Hebræa Gẽte, inter quos tuta Eccleſia.

animique, quæ ſubire illa Eccleſia cogebatur, ex odio Ægyptiorum, tutam ſe ſtationem habere, nec vlla diſcrimina formidare, Deo ſibi ſemper adſtante, ac protectionis ſuæ vmbra fouente, qua quidquid ab infelicium *Lignorum* vmbra pati ipſa poterat, velut potenti manu auerteretur, atque verteretur in bonum. Quocumque ergo hæc modo interpretere, gratiarum actionem continebunt, laudemque ab Eccleſia in Deum coniectam, quòd ſe ingruentibus pelagi fluctibus, quos ventus ille ab odijs inimicæ Gentis perflans, in ſe concitaret, tutam illæſamque præſtaret, ſed præſtat prior interpretatio.

EX VERSV III.

SVB VMBRA ILLIVS QVEM DESIDERAVERAM SEDI, ET FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO.

COMMENTARIVS.

HÆRET cœptæ metaphoræ, & cum dixiſſet, ſibi Deum inter illas preſſuras *arborem* eſſe *Malum* comparatione *Sylueſtrium Lignorum*, ſub illius *Vmbra Sediſſe* ſe dicit, *Dulceſque Fructus* guſtaſſe, qui ſibi omni melle ſuauiores ſint viſi: Hæc autem eo pertinent, vt indicet duo: alterum, quanta, tametſi tot afflictam malis, tot obiectam periculis mentis tranquillitas recrearit; quam nulla cura ſollicita fuerit, nulla anxietate turbata, ſub Dei illa amantiſſima protectione: alterum, quam ſæpe ſolatijs fota, fauoribus aucta fuerit, ſiue animi bona, ſiue corporis conſideres. Primum illud *Sedendi* vocabulo indicatur, quod ex S. Scripturæ phraſi & *otium*, & *quietem*, nulla cura ſollicitatam ſignificat; immo *pacem* altiſſimam, ac beatam ſecuritatem, quam nullus præliorum rumor, aut periculorum metus infamet. Secundum autem *Fructuum guſtatorum* metaphora, qui ſibi *Dulciſſimi* viſi fuerint: qua aptiſſimè non ſolum interni fauores, ac ſolatia, quibus à Deo in tot malis ſuſtentabatur; ſed & temporalium rerum abundantia in multa ſobole, in opulentia magna ac fælicitate, quæ illi Populo contigit, ſignificatur.

ENARRATIO.

MALVM te arborem, dixi, inter Sylueſtria Ligna, nec ſine ratione dixi, non modo, quia inter Deos omnes, hominesque diuinitate, & potentia eminet: ſed quia mihi quidem & Vmbra ſaluberrima, & Fructu ſuauiſſimo, & ſecuritatem præſtas, & copiam. Quid facerem, diſcriminibus animæ corporiſque obiecta, & ab omni alio præſidio derelicta? Abieci me ſub Vmbra tua, ideſt, tui fauoris protectione ſum vſa: medijſque quanquam fluctibus, quos in Ægyptio pelago ſeu Regum furor, ſeu populare odium, velut immiſſis flatibus, commouebant, tanquam tranquillo æquore, & ſecundiore blandiente aura, nauigaui. Ridebam ipſa pericula, ac minitantia diſcrimina immota ſpectabam: tua enim ſuauiſſima ſpirans aura omnia componebat; & haud ſecus ad illius halitum, quam ad venti faciem puluis, quidquid aduerſum erat, diſſlabatur. Ergo, te omnia ſecundante, in bello pacem, in diſcrimine ſecuritatem inueni. Parum id fuiſſet, niſi etiam ille idem fauor tuus, qui animum ſolatio recreabat, indigentiæ rerum omnium, quæ ne premerer, timere poteram, ſubueniret. Omnia mihi contigere ex voto; teque præſtante, & ſobolis multiplicatione beata, & rerum omnium abundantia fælix, didici, quam vbere ac ſuaui fructu eos paſcas; qui ſub vmbra fauoris tui conſedére.

NO-

Digitized by Google

NOTATIO VIII.

SVB VMBRA ILLIVS QVEM DESIDERAVERAM SEDI.

SVM. COM.

I.

Loci huius obſcuritas ex voce Vmbra.
Quæ luminis priuatio eſt.
Ideo quidam Moſis legem interpretantur,
Quæ vmbram habere dicta,
Alioqui vmbra non permanet,
Sicuti nec lex duratura erat,
Sed nunquam Eccleſia ſub lege ſedit.
Currens ſemper ad futura,
Et ab imperfectioribus ad magis perfecta.

II.

Alij Fidem maluere,
In qua quidam ſunt, ſed non viuunt,
Alij viuunt, non ſedent,
Quod vni ſponſæ ſeruatum.
Hinc fructum capere conſolationũ,
Et contemplatione paſci.
Sed non hæc dicuntur apte,
Cum Eccleſia ſemper ſub fide fuerit.
Hic autem quid ſingulare velit.

III.

Alij ad ſpiritale refrigerium referunt.
In quo argumento
PulchreGregorius ſpaciatur.
Verba illius habes,
Id ad tropologiã ſpectat,
Sed & aptari ad litteram poteſt.

IV.

Vmbra in bonam partem,
Protectionem ſignificat.
Tum ex vſu Sac. Scripturæ.
Tum ex ſenſu Patrum.
Is ſenſus maximè pertinet ad hunc locum.

VMBRÆ vocabulum, quod poſitum hic, obſcuritate ſua nebulas intulit in hunc locum. Hinc Interpretum diſſidium, & ſententiarum varietas in indicando ſenſu, ſequutis ſingulis ſuam ſemitam, qua vel tenue lumen, creperumque ſplendens, viam monſtrabat. Eſt autem omnis *Vmbra* lucis priuatio, quam interiectum opacum corpus inducit. Hinc quidam hæc ad *Moſis Legem* retulére, quæ *futurorum bonorum Vmbram habere* dicta eſt: ſub qua Eccleſia ſynagogæ tempore *Sedere* ſit ſolita. Sic Origen. homil. 3. & Philo. Eſt autem & alia metaphoræ ratio: *Vmbra* enim diu permanere non poteſt, ac natura mutabilis nunquam in eodem ſtatu permanet, & adueniente tandem die prorſus deletur. Quod aptiſſimè in Legem quadrat, quam velut *Vmbram* excepturus erat Gratiæ ſplendidiſſimus dies. S.D.E. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit*. Rom. 13.12. Sed vereor, ne hi Interpretes ſub *Sedendi* vocabulo laborent, hunc ſequuti ſenſum. Nunquam enim Eccleſia ſub lege verè *Sediſſe* dici poteſt, qua ſciebat nihil ad perfectum adduci, ac aliquando exoriente Chriſto Sole deſituram. Sic ergo ſub *Vmbra* Legis fuit, vt ſemper, quod perfectius eſſe ſciebat, futurum, meditaretur; eoque omnibus votis properaret. Quod ſi & totam huius Cantici ſeriem perpendas, videbis Eccleſiam ab imperfectioribus ad perfectiora proficiſci, nec in prioribus hærere, anxiam poſteriorum, quibus ſe ſciebat tandem optata requie fruiturã. Huic ergo ſententiæ rarum fauiſſe ſubſcriptorem, haud miramur.

Vmbra lucis priuatio à corpore interiecto.

Vmbra lex Moſis, haud permanſura.

Eccleſia ſub lege nunquam quieta, quia currebat ad Chriſtum.

Alij *Vmbram* intellexére *Fidei*: qua in re Bernardus ſerm. 48. acumine ſolito loquitur. Alios in *Fidei Vmbra* eſſe quidem, ſed minimè viuere; illos ſcilicet, quibus Fides mortua eſt: viuere alios, qui gratia & charitate ſemel acceptos retinent ſpiritus, quibus ſub Fide quieſcere ſi non poſſunt, viuunt ſaltem: conſcij enim præteritorum peccatorum, adhuc ſub timore ſeruiunt, ac *cum tremore ſalutem operantur*, nondum de perſeuerantia ſecuri. Vnam Verbi Sponſam habere prærogatiuam *Sedendi*; quia non iam ſub timore ſeruit, ſed amore ſuo tuta requieſcit, haud anxia, ne vllo caſu eo de ſtatu deijciatur. Hinc *fructum* carpere contemplationis, quo & ſuauiter veſcatur, & vtiliter adoleſcat. Id de *Fide* indicatum etiam à Theodoreto. Verè hæc dicuntur omnia, ſed non quæcumque verè, eadem accommodatè dicuntur ad hunc locum: in quo rerum ipſe nexus, & ordo aliud videtur exigere. Nam cum ab initio Eccleſia & Fide fundata, & Spe ſuſtentata, & Charitate Deo hærens omnino ponatur, cur magis hoc loco quam alijs, ſub *Fidei Vmbra* requieſcere dicatur, nec ratio redditur ab his authoribus vlla, nec facilè reddi poſſe putamus. Id ergo quærendum erat; nam quin magna ſit cauſa, quæ Eccleſiam in ea verba coëgerit, & nunc maximè ſe gaudeat *Sedere Sub Vmbra Dei*, negare non poteſt.

Sub Fidei vmbra non omnes eodem modo verſantur.

Eccleſiæ vni dotum vt ſub vmbra ſedeat.

Probabilius alij eo referunt, vt ſpiritale refrigerium intelligant, quo ſe ſentiat Eccleſia in membris ſuis ab æſtu cupiditatum, & tentationum laſſitudine recreari: quem ſenſum & Theodoretus idem, & Pſellus indicauére, copioſius à Gregorio Romano tractatum: *Vmbra Chriſti protectio eſt, Spiritus Sancti, Spiritus quippe Sanctus mentem, quam replet, obumbrat: quia omnium tentationum feruorem temperat; & dum aura ſuæ inſpirationis ſuauiter mentem tangit, quidquid noxij caloris ſuſtinebat, expellit; & quam iam forſitan nimius vitiorum æſtus marcidam fecerat, Vmbra Sancti Spiritus protegens recreat; vt dum in eius ſpiratione Sedens pauſat, vires colligat, quibus ad æternam vitam robuſtius currat*. Quæ quin pulcherrimè dicantur, & ad tropologiam aptè, nemo negauerit; quæ nos coegit cauſa, vt ea totidem è Gregorio verbis redderemus; ſi tamen aliquid addiderimus ad pleniorem intelligentiam, accommodatè ad viam, quam hactenus premimus.

Vmbra ſpiritale refrigerium.

Vmbra in ſacris litteris, vnde vocabuli potiſſima acceptio petenda eſt, cum in bonam partem accipitur, (nam haud raro in malam ſumitur, vt, cum dicitur *Vmbra mortis*. Iob. 3.5. & 10.22. Pſal. 22.4. & 43.20. Ierem. 13.16.) *Protectionem, auxiliumque* deſignat, & omnimodam ſecuritatem, vt alio loco monuimus, ex varijs ſcripturæ locis. Huc reſpexére Origenes Hom. 3. in Cant. Nyſſenus Hom. 4. Ambroſ. ſerm. 5. in Pſal. 118. Caſſiodor. Beda, Aponius, Philo, Iuſtus, & Anſelmus. Hinc *Obumbrare, protegere, auxiliari, ſecuritatem præſtare*. Pſal. 90.4. 139.8. Luc. 1.35. Hæc autem *Vmbra* acceptio aptiſſimè in eum Eccleſiæ ſtatum quadrat, ſeruientis in Ægypto; &, tametſi & odijs illius Gentis petitæ, ac perſecutione vexatæ, omnique corporis, & animi afflictatione exercitæ, nunquam tamen Dei protectione, certioreque auxilio magis ſecuræ. Id grata illa recordatione fatetur, ſibi per omnia malorum genera, ſub graui infælicitatis ſarcina fatiſcenti, Deum continuas miſiſſe ſuppetias, quibus & fatigatio omnis, & anxietas abigeretur, & reficerentur vires, & animus,

Vmbra tropice Protectio, fauor, auxilium.

Obumbrare, protegere, auxiliari, ſecuritatem præſtare.

alioqui

Digitized by Google

Et ad ſtatum Eccleſiæ in Ægypto. Sub protegente Deo. In eo autem documentum habent. Qui Deo vel authore, vel permittente duris probantur.

Animus ſciens adeſſe ſibi Deũ in aduerſis vires excrit.

alioqui mole laborum opprimendus, ſe ipſo ſemper maior exiſteret. Qui locus aptiſſimè transferri ad mores poteſt, admonitionem enim continet ſalutarem ijs omnibus, qui, Deo vel authore, vel permiſſore, vitæ laboribus atque anxietatibus exercentur. Nihil enim magis vel vires recreat, vel animum erigit, quam ſi intelligas, adeſſe tibi Deum, nec paſſurum obrui mole malorum. S.D.E. *Non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed facit cum* „ *tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere*. 1.Cor.10.13. Ad menſuram, ponduſque tribula- „ tionum auxilia ſubmittet; ne vel mole opprimamini, vel pondere fatiſcatis.

V.

Sed & de gaudijs interpretari poſſumus, Ex complexu Dei, Quibus amara dulcia erant. Nam licet non defuerint imperfecti, ſub eo ſtatu. Fuere non pauci perfecti, Quibus dura blanda, Et amara ſuauia erant.

Vmbra pro quiete & gaudijs è complexu Dei.

Eccleſiæ ſub Ægyptijs, nunquã defuere, qui etiã laboribus preſſi Deum ſequerẽtur.

Sed hoc loco fortaſſis *Vmbram* melius de *quiete, gaudijſque*, quæ ſibi ex complexu Sponſi obuentura ſperabat, accipiemus: nam cum optaſſe ſe dicit hærere illi, id ſatis indicat, vnum ſe Dilecti complexum exoptaſſe, atque obtinuiſſe, ſiue ergo illi per proſpera, ſiue per aduerſa coniuncta, id prædicat, ſibi pleno alueo ſpiritales delitias propinatas, illiſque ſe mirũ recreatam in modum, tribulationes illas, quibus ab Ægyptijs vexabatur, non modo neglexiſſe, ſed amaſſe etiam, velut breuiſſimam ad Deum viam. *Vmbra* certè in ſacris haud „ raro ea ipſa quies, ac ex quiete gaudia indicantur. Iob.7.2. Tam non mihi tribulatio id, „ quod ſonat nomen fuit, vt potius quietem, ac gaudium arbitrata ſim. Et verò Eccleſia illa, tametſi nunquam in ea deſiderati fuerint imperfecti plurimi, quibus aſpera illa odiorum intollerabilia videbantur; multos ſemper habuiſſe certum eſt, quibus maior Dei, Diuinorumque communicata notitia, altius mentem euehebat; eamque viam, qua appropinquare ſe ad Deum ſciebant, ſentibus licet, ſaxiſq. aſperam, velut floribus inſperſam, læto veſtigio, ridentique ore calcabant: haud dubij, eam breuiſſimam eſſe ad vera gaudia conſequenda, quibus animus ex Dei conſortio largè donatur; vt ſcilicet ſuis malis audeat indormire, nec furentium horrore fluctuum excitetur.

VI.

Id verò, dicas, illum ſtatum non docere. Cum nondum tã robuſta eſſet Eccleſia. Vt aſpera vltro ſubiret, Immo & amaret, Quæ dos Chriſtianæ ſeruabatur. Dicta à Chriſto Domino. Sed non diximus, amaſſe, aut quæſiſſe, Sed poſt gaudia, Labores poſuiſſe in lucro.

Eccleſia ſub natura nondum robuſta ad optandos & quærendos labores pro Deo.

Huic verò interpretandi rationi obeſſe illa videntur, *Quem Deſideraueram*, quibus ſatis innuit, ſibi ad votum omnia ſucceſſiſſe, nec aliud conſequutam, quam quod ante ardentibus votis cupiuiſſet. Nondum autem eo ſtatu erat Eccleſia, vt vltro labores, atque anxietates appeteret, & aſpera pro Deo ſubire. Adhuc iuuenis deſcribitur, necdum adulta. Et quanquam ſenſim ad maiora perducitur, nondum arduam illam perfectionis Chriſtianæ metam attigerat; necdum Incarnato Chriſto doctore didicerat, quantum eſſet *pro nomine Ieſu contumelias pati*; Act.5.41. tantiq. Ducis in ea re ſectari veſtigia. Quo ergo pacto dicimus, eam optatam Eccleſiæ illi quietem, qua ad complexum Verbi per aſpera itur, & dura? ſed nodi huius haud difficilis eſt ſolutio. Nec enim dicimus, eam Eccleſiæ illi optatam quietem per aſpera & dura, vt duris illis exerceri amaret, & quæreret, vt conſortio frueretur Dei: ſed, poſtquam ſe afflictionibus preſſam, animaduertit, appropinquaſſe ad Sponſum, eiuſque ſibi conciliaſſe fauorem, ac gaudia deguſtaſſe; tunc, quidquid laboris ſubijſſet, verè probaſſe: ac conſequutam quidquid optarat, quidquid fuerat paſſa, poſuiſſe in lucro; velut etiam illud omni mentis contentione quæſiuiſſet Chriſtianæ autem Eccleſiæ virile robur vltra aduerſa laceſſit, & prouocat, tuncque maximè in tribulationum phalanges immittit ſeſe, cum confeſtiſſimas videt, certa per pugnas in victoriam, per hanc in triumphum properari.

NOTATIO IX.

SEDI.

I.

Sediſſe autem quo ſenſu dixit? Significat id Verbum firmitatem, ac durationem. Sine quibus nulla felicitas nomen, meretur. Sic Spiritus S. ſuper diſcipulos ſedit, Sic Chriſtus ad Patris dexteram. Id ergo Eccleſia dicit, Duratura ea gaudia eſſe, Nec breui deſitura, Semper enim in melius proficit.

Sedere, firmitatem, ſtabilitatẽ, durationem ſignificat.

SEDISSE ſe *ſub illius vmbra, quem deſideraueraт*, dixerat: ſed quo ſenſu Sediſſe ſe dixerit, quæri poteſt, cum non vna, eademque eius vocabuli ſit acceptio, ex Sacræ Scripturæ vſu. Cyrilli monitum in id Oſeæ 14. 8. *Conuertentur ſedentes*, in hunc locum quadrat, *Sedendi* vocabulum *firmitatem* ac *ſtabilitatem* quandam ſignificare: ideſt, ſtatum ac perſeuerantiam in ea ipſa quiete, ac ſecuritate, ne exiſtimetur ad breue tempus duratura, & breui turbanda, ſæpe pax eſt, ſed non ſecura, neque longa quies: tunc eo nomine verè digna, cum duratura eſt. S. D.E. *Sedebit Populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta*. Iſai.32.18. Sic de Diuino Spiritu legimus; *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis; Seditque ſupra ſingulos eorum*. Act.2.3. Non abiturus ſcilicet breui, ſed manſurus ſemper. Sic Chriſtus *ad Patris dexteram Sediſſe* dictus, æternum æquali cum Patre maieſtate fruiturus. Nam *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, Mors illi vltra non dominabitur*. Rom.6. 9. Id ergo voluiſſe ſignificare Eccleſiam arbitramur, cum ſe *Sub Dei Vmbra Sediſſe*, dicit. Non ad breue aliquod tempus datum ſibi eſſe ea fęlicitate frui, ſed duraturam ſemper: ne ſcilicet ea illi conditio deeſſet, ſine qua nulla fęlicitas, ea appellatione digna eſt; vt nullo nimirum metu futuræ infęlicitatis angatur. Semper Eccleſia in melius proficit, ac tenacius illigata Deo ſtrictius hæret, quoad ſimul cum illo beatitudinis æternæ gaudijs perfruatur.

Sed

Digitized by Google

II.
Sed & lubentiã, & voluptatem notat id Verbum. Non enim quicumque ſedet, Volens & libens ſedet. Id etiam vult Eccleſia, Libentiſſime ſe ijs gaudijs frui. Quo ſtatus illius imperfectus indicatur. Solet enim initio Deus animum mulcere ſolatijs, Quo ardua virtutis condiat. Subit autem animus illo facile diũ ſuauitas durat, Talis Petri ſenſus in monte, Qui gaudio ebrius, Quam incommodo loco verſaretur non cogitabat, At ſi ea ſuauitas deſit, Robuſta virtute opus eſt ad durandum.

Sed præter eam *ſtabilitatem*, ac *diuturnitatem*, *Sedendi* vocabulo indicatam, etiam *lubentiam, voluptatemque* in eo ſtatu perſeuerandi ſignificari credimus. Neque enim quicunque *Sedet*, volens,& libens *Sedet*. Sedet ad tranſtrum remex, ſed nec volens nec libens ſedet. Et illi *ſuper flumina Babilonis ſedebant*, ſed flentes tamen, & dilectam patriam ſuſpirantes. Contra autem de pace, quæ futura fuerat per Meſſiam, dictum olim: *Sedebit vir* (vnuſquiſque hominum) *ſubtus vitem ſuam, & ſubtus ficum ſuam; & non erit qui deterreat*. Mich. 4. 4. Summa ſcilicet cum iucunditate,ac voluptate; adeoque & volens, & libens, haud veritus, ne vllo aduerſo caſu prouocetur, aut pulſetur terrore. Eam hoc loco animi diſpoſitionem ſui Eccleſia indicat, ſe & libentiſſimè,& voluptuoſiſſimè ea pace gaudere; neque quidquã ſibi gratius eſſe, quam ea quiete frui. Quo mirè exprimitur Eccleſiæ illius adhuc iuuenis ſtatus, nondum robuſtus: ita enim ſolet fieri, vt, qui ſub initium ſpiritualis vitæ dulce illud diuinæ conſolationis experti ſunt, quo Deus illorum animis ſe inſinuat, velut indulgentiſſima mater, lacte illos ac melle recreans, quaſi nihil ſit aliud, quod eo ſit melius, ibi hæreant, ſeque iam beatos reputent; cæteraque omnia robuſtioris virtutis opera,(cum ſcilicet qui ad ſpiritualis vitæ faſtigium peruenére, & auſteritatibus, & repulſis Dei probantur) ne cogitando quidem admittant in animum. Omnis enim, qui extrinſecus adueniens labor animum exercet, ſi illa dulcedo delinientis amaritudinem, & duritiem omnem, & velut condientis Dei adſit, facilè contemnitur; immo & appetitur ab illis, qui quam *dulcis*, ac *ſuauis Dominus* ſit, guſtare incipiunt. Neque id, quidquid eſt laboris, ſubire graue eſt, ſuauitate illa omnem amarorem condiente. Hoc ſtatu Petrus dicebat: *Domine bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moiſi vnum, & Eliæ vnum*. Matth. 17.4. Ebrius eo gaudio quo glorioſi Magiſtri aſpectu ſe beatum ſentiebat, cætera contemnebat omnia, & omnino non curabat, ac ne meminerat quidem, cum loco aſpero verſaretur, & manendum ſub dio eſſet, die feruenti, noctu frigida,& humente,ſine cibo,ſine potu,ſine vlla vitę commoditate. Omnia libenter contemnit dum fruatur illis bonis. At ſi ea abſit dulcedo, & Deus recedat, piamque,& ſe cupientem animam & abſentia,& repulſa multa,nec breui probet,tunc ſcilicet,niſi robuſtus amor,ac fortis virtus animum roboret,fatiſcat neceſſe eſt; & ad ſemel abiectas creaturarum dapes recurrat, ac ſocietati Sponſi Ægyptiarum carnium ollas,& cepos,& allium olentes, anteponat.

Sedere, etiam lubentiam dicit, & voluptatem.

Eccleſiæ ſtatus incipientis,blandis à Deo recreatæ.

Solatio Dei durante aduerſa facili contemnuntur.

Petrus dum Chriſti glorioſi aſpectu fruatur cætera non curat.

NOTATIO X.

ET FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO.

I.
Ea autem dulcedo ad duo capita reuocatur, Vtrumque apte per fructum ſignificatum. Qui proles quidẽ arboris, non arbor ipſa. Sicut enim coniugio iuncti inter ſe amant, Sed ſi prole communi careant,ſterilis amor eſt, Sic anima in Deũ charitas ſi ſuauitas abſit, Miſeretur ergo Deus, & addit ſuauitatem. Talis Eccleſia in Ægypto. Immo & in deſerto. Sed & Dauid ſe ſe exemplum proponit. Et ad hæc inuitat gaudia.

EODEM hæc pertinent, ad ſuauitatem ſcilicet ex Dei illo fauentis conuictu perceptam; quæ ad duo capita reuocatur; ad animi ſcilicet interiora ſolatia, quibus recreari ſe ſentit; & ad externarum rerum prouidentiam, quæ ad corpus pertinent. Vtrumque autem aptiſſimè *Fructus* nomine ſignificatum. Quemadmodum enim *Fructus* non arbor quidem ipſa eſt,ſed illius proles; ita ſolatia hæc animi,ac corporum commoda,quibus Deus Eccleſiam illo rerum ſtatu ſuſtentabat, non ipſa immediata Dei coniunctio cum illa erat per amorem, charitatemque: ſed eiuſdem coniunctionis veluti quædam proles. Solent ſæpe coniugio iuncti & amare inuicem, & ſecurè connubiali charitate gaudere: ſed ſi ſobole careant, qua velut communi pignore charitatis ille calor acrius accendatur, amant quidem, ſed amor viduus, ac ſterilis eſt, qui ſcilicet ſolatio illo filiorum careat, qui *Fructus benedictionis* dicitur. Ita ſæpe contingit, mutuum eſſe amorem inter Deum animumq. ſub vitæ ſpiritualis initia, ſed niſi Deus dulci illo conſolationum paſtu amorem nutriat, quaſi ſterilis amor ſit, cum animi triſtitia iunctus eſt; viduas ergo quodammodo noctes agit, nondum doctus pati Dei repulſas, nondum fortis ſine illa ſuauitate amare. Ergo imbecillitatis Sponſæ, nondum ſatis adultæ,miſeretur Sponſus, eique amorem condit, vt non modo ad ſalubritatem, ſed ad guſtum etiam faciat. Sic cum Eccleſia illa ſe geſſit,& tunc cum in Ægypto ſeruiret, & poſtea cum in deſerto peregrinaretur. Et verò nondum perfectis, & pueris adhuc, inque hiſce caſtris tyronibus nullo fortius argumento probatur, quantus, qualiſque ſit Deus, quam ab ea ſuauitate. Sic illi cum reuerſi, explorata terra promiſſa, Populo narrarent, quæ viderant, dicebant: *Venimus ad terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt*. Num. 13.28. His dicebat Propheta: *Accedite ad eum, & illuminamini* (confortamini animos reſumite, quos deſponderatis: *Dad bos por remediados*) *& facies veſtræ non confundentur*. Pſal. 33. 6. (Haud vos pœnitebit acceſſiſſe ad illum.) Mox quam promptus ad ſubueniendum afflictis ſit Deus, exemplo oſtẽdit ſuo. *Iſte pauper* (miſer, afflictus, deſertus, omni hominum auxilio deſtitutus) *clamauit: & Dominus exaudiuit eum; & de omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum*. Addit adhortationem

Fructus duplex ſuauitas,interior & exterior protectio.

Amor coniugatorum ſine filijs ſterilis.

Amor Dei velut viduus gemit ſi ſolatia deſint.

Digitized by Google

Sed hæc virtutis ſunt nondum robuſtæ, Qualis fidelium ante Chriſtum. Quo ſatis illius Eccleſiæ ſtatus deſcribitur.

Eccleſię ſtatus imperfectior, in Ægypto.

ex fructu propinquitatis ad Deum. *Guſtate, & videte, quam ſuauis eſt Dominus. Beatus vir, qui ſperat in eo.* Omnia hæc virtutem ſapiunt, atque Dei amorem, qualis proprius erat fidelium ante Chriſti aduentum; cum ſcilicet Eccleſiæ ſtatus imperfectior erat; cum & ſine interioribus ſolatijs, & externis auxilijs, facile homines animis fatiſcebant. Optimè ergo hic Eccleſiæ ille imperfectior ſtatus deſcribitur; optimè Dei in illam tener, & qualis matris eſſe ſolet in tenellum filium, affectus. Robuſtior caritas, etiam inter repulſas, & abſentiam Sponſi, clara reſplendens luce, ardenteque face ardens, Chriſtianæ Eccleſiæ ſeruabatur, vt ſuo loco monſtrabimus.

II.

Gutturi autem fructus dulces fuiſſe, dicit, Quod ſolida eſſent gaudia, Non vt carnales delitiæ, Quæ ſummo adhærent ori, Nam diuina, animi intima penetrant, Et cor ipſum peruadunt.

Gutturi dulces fructus pro ſolidis & veris.

Diſcrimen inter voluptates carnis & ſpiritus.

Cum autem addit: *Fructus* illos *Dulces Gutturi* fuiſſe, quam veri, & ſolidi, quam nō imagine ſolum placentes, vt carnales ſunt omnes, fuerint, ſatis indicat. Non hæſiſſe in extremis labris, ſed ad animi intima penetraſſe. Et vero hoc vel potiſſimum ſolet eſſe diſcrimen inter humanas, diuinaſque conſolationes; quòd illæ præterquam fallaces, minimèque duraturæ, oculis potius, quam animis blandiuntur, ſummo adhærent ori, interque labra, denteſque vix percipi incipiunt, cum celeri ſe fuga proripiunt; eoſque ipſos ludunt, quibus paulo ante blandiri videbantur: & eos, quibus felicitatem duraturam pollicebantur, infortunio damnant. Hæ vero haud ſe vana oſtentatione commendant; multoque plus in receſſu habent, quam habere primo aſpectu videantur: & recreant expetitæ, & ſaturitatē adferunt præſentes: nec contentæ deliniuiſſe palatum, ideſt, primum animæ guſtum, etiā vſque ad *Guttur*, ideſt, ad animi receſſus intimos penetrant. Ideo quanquam Originalis vox, *palatum* etiam ſignificat, Vulgatus non *palatum*, ſed *Guttur* tranſtulit, vt frequenter locis alijs. LXXII. autem, *fauces*, ob eandem cauſam: quod non ſatis intellexére, qui reddidere *palatum*.

VERSVS IV.

INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM, ORDINAVIT IN ME CARITATEM.

COMMENTARIVS.

PERGIT Eccleſia in Ægypto illius temporis felicitatem, tametſi inter aduerſantium incurſum, enarrare; quantamque in ſe Dei benignitatem experta fuerit: ſiue beneficia ſpectes, quæ propriè ad animum, ſiue ea quæ ad corpus, atque exteriora bona pertinent. Addit & eius in ſe benignitatis, quam experiebatur, fructus vberrimos fuiſſe. Suam in Deum caritatem multiplicatis beneficijs, velut flammam, flantibus ventis, magis accenſam, ac, velut lignis congeſtis, auctam. Id vero elegante admodum metaphora, *Introductionis In Vinariam Cellam*, aptem ſignificat. Se, fauoribus illis paſtam, velut multo ebriam vino, ſui iuris non fuiſſe. Itaque ſe totam, quin repugnare poſſet, & cultu, & deuotione tradidiſſe Deo, vt bello capti ſolent Dominis militari iure: paratam quacumque Deus vellet, viuere lege. Quod & poſtea factum eſt, cùm per Moſen docta, quo Deus à ſe cultu vellet honorari, paruit libens.

ENARRATIO.

DVLCE illud, ac ſuaue fuit, quod guſtandum præbuit Deus: ſed maius illud, quod ex guſtu manſit in animo bonum. Ingeſtis ſæpe lignis ignis augetur, ac repetitis ventorum flatibus creſcit, vt ſyluas totas abſumat, ac viciniis montibus metus faciat. Sic mihi contigiſſe ſentio, cui tanta Dei indulgentia, ac beneficia accumulata vice fuère lignorum, ventorumque, vt noua addita materia, ac valentioribus flatibus adiuuantibus, charitatis ignis in animo meo, per ſe quidem ſatis ardens, magis arderet. Amore ſcilicet amor creſcit, latenſ-

que amantis in corde, beneficijs ſtimulatus, prodit ſeſe: quorum velut conferta acie impreſſione facta in me, nec reſiſtere valens, male ad ingruentem illius vim robuſta, cedere ſum coacta. Ergo, velut prælia victa, belli iure in victoris mei tranſij poteſtatem, illius deinceps legibus omnino victura, quibuſcumque me viuere collibitum illi fuerit. Nondum id omne verbis expoſui, quod ſum experta. Velut Introducta In generoſi Vini Cellam, ac repetitis calcibus prouocata, emota mente, vt ebrij ſolent, mutatam me ſenſi: haud ſatis gnara, quid mihi peragendum eſſet. Id vnum poſſum affirmare, vnum me Sponſum ſuſpiraſſe, vnum quæſiſſe; nec vitam vllam ſine illo reputaſſe.

NOTATIO XI.

INTRODVXIT ME IN CELLAM VINARIAM.

SVM. COM.

I.

De nexu & ſenſu diuerſe ſententia.
Sed cum loco alio ea verba legantur,
Id non ſine cauſa factum eſt.
Scilicet eo loci verba optantis ſunt.
Nondum gaudentis fruentiſque.
Futura ergo gaudia cogitabat.
Id nunc conſequutam ſe dicit,
Et multo plura quam ſperarat accepta.
Ideo eiſdem propemodum verbis vſa.

QVO hæc referenda ſint, non vna Interpretum ſententia eſt, tam diuerſis certè iudicijs, vt, cui adhæreas, difficile ſit ſtatuere, ſiue nexum cum præteritis, ſiue ſenſum exquiras. Et quanquam prior de nexu quæſtio erat, eam in poſtremum locum reijcere cogimur, facilius, vero tradito ſenſu, expediendam. Sed cum ſupra cap. 1. 4. Similis huic contineatur ſententia, exiguo verborum diſcrimine, quin ad eam reſpiciat hoc loco, dubitari vix poteſt. Huius ergo Commatis ſenſus maximè ex illo pendet, vellemuſque in ea re exigenda attentius Interpretum quoſdam laboraſſe: neque enim fruſtra geminatam eſſe diuerſis locis ſententiam, arbitramur, aut inani repetitione vſum ſacrum Scriptorem. Et quidem eo loci nondum Eccleſiam in penitiſſima Dei introductam eſſe monuimus, tametſi verbum *Introduxit*, præteritum tempus notet. Sperantis ergo potius vocem, ac cupientis, quam fruentis, gaudentiſque, ex grandi confidentia profectam eſſe, monuimus; cogitantis apud ſe futuram felicitatem; ac gaudijs, quæ nondum obuenerant, ſed obuentura ſperabantur, ſe oblectantis. Id autem ex proximis verbis, *Exultabimus, Et Lætabimur*, quæ ſine dubio, non præſentia, ſed futura gaudia notant, oſtendimus: non enim ad aliud, quam ad illud tempus referenda monuimus, quo *introducenda* erat. Cur autem, quod futurum erat, velut iam tranſactum, enarraret, eo, & alijs locis ratio reddita eſt. Ergo tunc ſperata gaudia vel ſuſpirabat, vel agitabat: ſeque illorum cogitatione, quæ re non poterat, oblectabat. Nunc, quidquid tunc ſperabat, conſequutam ſe dicit; nec conſequutam modo, ſed cum auctario, ideſt, multo aſſequutam plura, quam accepturam crediderat. Ideo eiſdem propemodum verbis vſa, ne quis ambigere poſſet, non alio hæc accipienda ſenſu, quam illa: niſi quantum vnius additæ vocis ſenſus diſcriminis faceret. Quid autem illud ipſum ſit, & ex eo loco, eaque interpretatione, quam illis adhibuimus verbis, elicere, & ex nunc etiam dicendis, lector poterit. Si tamen prius, quid alij ſenſerint, dixerimus, curque nobis minus probentur.

Eadem ſententia cap. 1. 4. continetur Cur geminata ſit.

Eccleſia nunc cōſequuta, quod alios optauerat.

II.

Sed quidam hic Eccleſiam vinariam cellam interpretantur.
Si tropologiam reſpexere probabiliter,
Sed obeſt nunquā animā piam extra Eccleſiam poni hoc Cantico.

Theodoretus, Beda, Anſelmus, quos ſequuti alij, *Vinariam Cellam Catholicam Eccleſiam* interpretantur. Sed ſi tropologicum ſenſum exquirunt, animamque Sponſam faciunt, probabilis exiſtimari hic ſenſus poteſt; tametſi illud obeſt, quòd fidelis anima iam intra *Eccleſiam* eſſe ponatur, nec eo *introduci* vere dici poſſit, quo iam ſit. Id autem ſatis intelligitur ex tota Cantici ſerie, quam hactenus duximus. Alio ergo hæc *Introductio* referenda. Et quanquam id verum eſſe daremus, & verè de fedeli anima dici, aptari is ſenſus ad Eccleſiam non poſſet, quam litterali ſenſu Sponſam eſſe, dubium eſſe non poteſt. Neque enim dices, Eccleſiam *in ſe ipſam à Deo introduci*, ſi eam *Vinariam Cellam* eſſe velis.

Cellam vinariā Eccleſiam qui voluerint.

III.

Alij ſacram ſcripturam volunt.
In quam introducta Eccleſia, per notitiam illius,
Quæ negata ſynagogæ.
Vinorum varijs generibus refertā, qui varij ſenſus ſunt.
Sed obeſt quod vino magis qua ad affectum.

Alij *Sacram Scripturam* eſſe volunt, *Introductionem* autem *reſerationem* eiuſdem, cum receſſurus Saluator, ac rediturus ad Patrem Eccleſiæ Suæ *aperuit ſenſum, vt intelligerent ſcripturas*; quæ gratia, negata ſynagogæ, vni illi ſeruabatur. S. D. E. *Vſque in hodiernum diem id ipſum velamen in Lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum, (quoniam in Chriſto euacuatur) ſed vſque in hodiernum diem, cum legitur Moſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cum autem conuerſus fuerit ad Dominum auferetur velamen* 2. Cor. 3. 14. 15. Hanc *Cellam* non vnius muſti feruere genere: varij enim ſenſus, qui ſub eiſdem verborum inuolucris, veluti dolijs, clauduntur, vini variæ ſpecies ſunt. Hæc illi in eam ſententiam, & plura alia, etiam tractata minutius, quæ ſi cui faciant ad palatum eos adeat. Huic ergo ſententiæ (præterquam quòd nondum hic de Eccleſia Chriſtiana, collatiſque in eam Incarnati Verbi donis agi certum puto) quod opponam, illud habeo: Non ſatis ex analogiæ legibus hunc ſenſum quadrare cum verbis, nam *Vini* vocabulum, cum affinibus, ex S. S. vſu, potius ad ea, quæ ad affectum, & voluntatem, quàm quæ ad notitiam, ac intellectum ſpectant, applicari videtur:

Vinaria cella ſacra ſcriptura quibuſdam.

Vinum & affinia ad affectum potius quam ad notitiam referenda.

Digitized by Google

Quam quę ad notitiam pertinẽt ſignificantur.
Siue in bonam, ſiue in malam ſumatur partem,
Nec aliter toto Cant. vſurpatur.

IV.

Et licet ſubtiliter diſtinguere potes.
Introductionemque ad notitiam.
Vinum ad affectũ referens,
Obſtat quod caritas ordinata.
Non Eccleſiæ amor in Deum, ſed contra eſt.

V.

De Spiritus S. aduentu alij interpretantur,
Et quidem non ſine magna ratione,
In quem ſenſum Bernardus piè & luculenter,
Eius hic verba habes.
Ex vini hauſtu Apoſtoli, animati,
Vltro in pericula irruére,
Ordinata in aciẽ ſcilicet eorum caritate,
Hæc autem tam aptè quadrant,
Vt nihil probabilius dici poſſe videatur: ſed ſequi non poſſumus.

VI.

Alij demum Euchariſtiam hic agnoſcunt,
Iñ quo Nyſſenus obſcure loquutus,
Quod haud raro illi ſolitum,
Sed perſpicue tres Patres,
Sed rerum conſequentia cogit, alio ire.

VII.

Eccleſia Deo reconciliata,
Futurorum diuinatrix,
In intima fauoris admittendam ſe ſperauit.
Nec vanam fuiſſe ſpem, nunc affirmat,
Cellam ergo vinariam, lætitiæ exceſſum interpretamur,
Medijs Ægypti laboribus,

cum ad myſticam ebrietatem indicandam ſoleat vſurpari, caloremque illum, qui in animo gigni ſolet, quo caritatis feruorem, atque exceſſum intelligimus; cum in bonam partem ſumitur. Cum autem in malam, ad animi eiuſdem affectiones prauas, hominem dementantes. De primo, loca habes. Pſal.21.5. Et,59.5. Et,35.9. Et toto hoc Cant. quoties *Vini* fit mentio, ad affectum, non ad notitiam transfertur: vt ſuis locis obſeruatum partim, & reliquis obſeruabitur. In deterius autem, Deut.33.32. Prou.20.1. Epheſ.5.18. Apoc.17.2. & 18.3. Hinc *vino incaleſcere*, ad luxuriam Eſter.7.2. Gen.33.34.

Video quidem ſubtiliter magis, quam ſolidè diſtingui duo poſſe *Introductionem in Vinariam Cellam*, qua intelligamus ſcripturarum communicatam notitiam; & eius communicationis effectum myſticam ebrietatem, à potu *Vini Sapientiæ*, quod & hoc loco accommodari ad verba poteſt, cum poſt *Introductionem*, *Ordinatæ Caritatis* mentio fiat. Sic certè Gregorius *Cellam Vinariam* arcana contemplationis interpretatur, *quibus in hac vita mens, quantum ſibi conceditur guſtat, etſi adhuc, quia in corpore corruptibili detinetur, ſe perfectè non ſatiat. Tamen ex illo minimo, quod curſim ſumit, conſiderat, quantum debeat amare, quod amat.* Sed hæc ego verè dicta non nego, in hunc autem locum quadrare, non affirmo. Verba enim illa: *Ordinauit In Me Caritatem*, non ad amorem, quo Sponſa in Sponſum afficitur, ſed ad eum, quo in eam ille, velut agmine facto, inuectus eſt, omnino pertinent, vt paulo inferius oſtendam.

Ordinata caritas Dei verſus Eccleſiam, non contra.

Probabilius alij, qui hæc de *Spiritus Sancti in diſcipulos illapſu die Pentecoſtes*, accipiunt. Dux aciei Bernardus ſerm.49. in Cant. quanquam præceſſerat Iuſtus Vrgel. vetus, & bonus author. Quo tempore ita diuino illo *Vino* repleti ſunt, vt ebrij putarentur. Et vero tam verba hæc cum re quadrare videntur, vt nihil vltra deſiderari poſſe videatur. Lectiſſima Bernardi verba omitti non poſſunt, quibuſdam tamen circuncisis. *Stans in medio eorum Petrus, Non, inquit, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt. Attende interim, quod non omnino ebrios, ſed ebrios, ſicut ab illis exiſtimati ſunt, denegauit: erant enim ebrij, ſed Spiritus Sancti muſto; & quaſi teſtificarentur ad plebem, reuera ſe in Cellam fuiſſe Vinariam Introductos. An non Cella tibi Vinaria fuiſſe videtur illa domus, in qua erant Diſcipuli pariter congregati? & nonne vnuſquiſque eorũ exiens inebriatus ab vbertate domus illius, & torrente voluptatis tanta potatus, potuit dicere: Introduxit Me Rex In Cellam Vinariam?* Hæc Bernardus. Et vero, qui animaduertat, poſt illum generoſi vini hauſtum, quales induerint animos Diſcipuli, vt, qui paulo antè trepidi, vel ad periculorum vmbras pauebant, iam in ipſa ſe mortis diſcrimina conijciant, intelliget quid ſit: *Ordinauit In Me Caritatem,* cum conſtet *Ordinandi* verbum hic eſſe caſtrenſe; & ad aciei ex militari diſciplina *Ordinationem* pertinere. Quæ rei tam bellè quadrant, vt, ſi quæ interpretatio nobis aliorum amplectenda eſſet, vna hæc ſit. Sed cogimur alio proram obuertere, nec rerum grandium toto hoc Cantico ſignificata myſteria ſuis de locis in non ſuos transferre: aduentui enim Spiritus Sancti, ijſque, quæ illum conſequuta ſunt, ſuus infra ſeruatur locus, & quidem tam plenè planus, vt arbitrer neminem futurum, qui non ea probabiliſſimè diſputari affirmet, filumque interpretationis aptiſſimè duci.

Spiritus S. illa plus in diſcipulos, tunc introducta Eccleſia in vinariam cellam.

Effectus eius introductionis fortitudo ad ſubeũda pericula.

Caritas Apoſtolorum ordinata in aciem.

Poſtrema ſententia, quæ & ipſa ſua ſe probabilitate tuetur, *Vinariam Cellam Altare Chriſtianum* arbitratur, *Vinum Euchariſtiam*, quo pota Eccleſia, ac diuino velut furore ebria, iam nulla pericula formidet, ſed agmine victricis *Caritatis* vallata, vltro ſe in prælia audax immittat, victoriæ ſecura. Quidam Nyſſenum pro hac interpretandi ratione citant, & quidem eo reſpicere videtur. Hom. 4. in Cant. Sed tam perplexis loquitur verbis, quod huic Authori in hoc commentando libro proprium eſt (ſiue granditas ſenſuum nunc verba ſubtrahat interpreti, ſeu nunc cogat ijs vti, quibus vtcumque res difficilis explicetur) vix vt intelligi detur mediocribus ingenijs, quale noſtrum eſſe fatemur, quo oratione collimet. Sed ita perſpicuè tres Patres; nec negari poteſt, ſatis aptari ſenſum ad hæc verba, & ſingula ſingulis applicari: ſi rerum conſequentia pateretur, huic adhærere ſententiæ, ſed ea cogit nos aliam premere viam pedibus, qua rerum ſeries ducit.

Vinaria cella altare, vinum Euchariſtia.

Olim Eccleſia recentiſſimè Deo per gratiam reconciliata, nondum tamen ad intimos fauores admiſſa, recenti docta experimento, magnam venerat in ſpem, futurum, vt placato in totum Deo aliquando frueretur. Futurorum ergo non tam præſcia, quam diuina, auſa ſibi polliceri eſt, *Introducendum Se In Cellaria Dei*, ibique *Exultaturam* cap. 1.4. ac *lætabundam* eius in ſe benignitatem *prædicaturam*; *Vberumque* illius dulcedinem nunquam de *memoria* poſituram. Haud vana fuére auſpicia; tandemque in Ægyptum deducta, voti compos facta, id prædicat; &, quaſi prioris voti rea, votum ſoluit, ea in ſe Dei benignitate commẽdata. *Cellaria* ergo, ſiue *Vinariam Cellam*, aut vt Hebræus ſermo appellat, *Domum vini*, nihil interpretabimur aliud, quam eam lætitiam, voluptatemque, qua ſeſe perfundi ſentiebat, tam paterna Dei cura ſuſtentata, vt ea ipſa, quæ inimica Gens, ad eam perdendam, machinabatur, in maius ſuum bonum verſa animaduerteret. Vexabant quidem Ægyptij Hebræos extremis laboribus, vt perderent: illos contra Deus laboribus eiſdem, quanquam per inimicos exercebat, velut exquiſitis dapibus ſaturabat. Hinc mirabile augmentum in ſobo-

Eccleſia ab initio ſpe diuini fauoris ſuſtentata.

Voti facta compos, ſoluit læta.

Digitized by Google

Ex multiplicata prole, & abundantia.
Id introductione in vinariam cellam ſignificat.
Nam vinum lætitiæ ſymbolum,
Non profanis modo
Apud quos multa eius rei mentio.

Vinum lætitia ſymbolum.

le; hinc rerum omnium abundantia, ac læta felicitas. Addidit & interna ſolatia, quibus fatiſcentes anxietatibus animos ſubleuaret. Hunc ergo interioris lætitiæ exceſſum, *Vinariam Cellam* vocat, & quidem maxima cum ratione: cum *Vinum lætitiæ* ſymbolum ſit, non Profanis modo Scriptoribus, ſed & ſacris. Hinc ille:

Horatius.

Natis in vſum lætitiæ Scyphis
Pugnare, Thracum eſt, potite barbarum
Morem, verecundumque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.

Ouidius.

Et alius: *Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,*
Tunc dolor, & cura, rugaque frontis abit.

Non apud Poetas modo,
Sed apud alios Scriptores.
Ideo lætitiæ dator dictus ab Virgilio,
Ab alijs aliter.

Et apud Tibullum maximè in rem præſentem: nam ſicut *Vino* mœſtitiam omnem fugari; ita exundante lætitia corporis, animique anxietates deleri conſtat.

Bacchus & agricolæ, magno confecta labore,
Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.
Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert,
Crura licet dura compede pulſa ſonent.

Ideo à Virgilio *Lætitiæ Dator* Bacchus dicitur: ab Homero *Lætitia Vini Fructus*: apud Varronem autem *Vinum Conuiuiorum Coagulum, Hilaritatis Dulce Seminarium, Ad Ægritudinum medelam inuentum*.

VIII.

Sed etiam ſacris:
Apud quos lætitia grandis potu vini indicata,
Et in eo vinum muſicæ comparatum.
Et lætitiæ defectus, vini defectu.
Ideo oculi hilares vino comparati.
Et vinum dictũ lætificare Deum.
Quia ſacrificium ferme non ſine vino,
Ne in Eccleſia Chriſtiana quidem.
Ideo nos hæc interpretati de lætitia.
Qua velut vino largiter pota,
Cogebatur Eccleſia, malæ illa.
Inter quæ verſabatur obliuiſci.

Lætitiæ granditas vini potu ſignificata.
Oculi hilares vino comparati.
Vinum ſolenne in ſacrificijs, etiã in Chriſtiano.
Vinum lætitiæ largiter potum omnium malorum obliuionẽ adducit.

Nec pauciora apud ſacros inuenies. Ruth. 3. 7. Eſth. 1. 10. Iudith. 12. 12. Pſal. 103. 15. Eccli. 31. 37. Immo *Lætitiæ* granditas, nulla re magis, quam potui vini comparata, ſignificatur. Zach. 10. 7. *Et erunt quaſi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quaſi à Vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur; & exultabit cor eorum in Domino.* Eccli. aut cap. 40. 20. muſicis concentibus, quibus etiam ad lætitiam adferendam, recreandumque animum ingens eſt vis, componitur *vinum*: *Vinum & Muſica lætificat cor*. Et Iſai. 24. 9. extrema triſtitia defectu eius licoris indicatur æquè ac muſicæ: *Ceſſauit gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætantiũ, conticuit dulcedo citharæ; cum cantico non Bibent Vinum, amara erit potio bibentibus illam.* Hilaritas vero illa oculorum, qui, ſi aſpectu lætiore mulceant, mirè recreant inſpectantes, *Vino* comparatur: qui ſenſus verborum illorum. Gen. 49. 12. *Pulchriores oculi eius Vino.* (Quemadmodum loco alio animaduertimus) ideſt, *hilariores*. Alioqui nulla in pulchritudine inter oculos *Vinumq.* ſimilitudo, niſi per longas ducta ambages. Quid vero illud, quod legimus Iudic. 9. 13. *Nunquid poſſum deſerere Vinum meum, quod Exhilarat Deum Et Homines?* ſcilicet, quia ſacrificiorum fere apparatus ſine libatione non fiebat, ex legis præſcripto Ex. 39. 40. Numer. 15. 5. 10. Immo ne ſacrificium quidem in Eccleſia Chriſtiana ex Chriſti inſtituto, ſine *Vino* conſiſtit. Quæ nos omnia præter moram noſtram congeſſimus, vt lector animaduertat, non abſque ratione probabili hoc loco nos *Introductionem In Cellam Vinariam gaudiorum*, ac *lætitiæ* interioris, & exterioris exceſſum interpretatos fuiſſe nos, Eccleſiæ illi medijs anguſtijs, quibus ab Ægyptijs affligebatur, à Deo ingeſtum. Qua voluptate animus recreatus; nihil eorum ſentiebat, quibus à crudeliſſima, atque inimiciſſima Gente vexabatur. S. D. E. *Date ſiceram mærentibus, & Vinum ijs qui amaro ſunt animo: bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius.* Prou. 31. 6. Quod ſi ea lætitia, quam *Vinum* largiuſculè potum animo indit, tanta eſt, vt obliuionem laborum, & anxietatum inducat; quid quæſo facturam putas eam voluptatem, quam Deus, lætitiæ omnis fons, animis ingerit, cum large illos conſolationum ſuarum *Vino* inebriat? Quæ tam horridæ eſſe poſſunt meſtitiæ nubes, quibus ſeruorum ſuorum opprimitur, & quaſi obruitur cor, quas Solis illius ſplendidiſſimus radius non diſpellat, vt hilaritatis pleniſſimum diem reducat?

IX.

Et licet non eadẽ ſit originalis vox.
Quæ capite quarto,
Id tamen non infirmat noſtrum ſenſum,
Quia non alius vtriuſque loci eſt.
Immo ſignificat plura ſibi tributa,
Quam ſperaſſet.
Semper enim Deus largior in reddendo eſt,
Quam nos ſimus in ſperando audaces.

Cheder, & Beth Haiain, quo differant.
Deus ſemper largior in dãdo, quam nos in petendo audaces.

Sed hoc loco illud animaduertendum eſt, tametſi non eadem ſit Originalis vox, pro *Cella Vinaria*, quæ Cap. 1. 4. pro *Cellarijs*, (illic enim eſt *Cheder*, hic autem *Beth Haiain, Domus vini*,) nihil id obeſſe ſententiæ noſtræ, qui arbitramur, gemina hæc eſſe loca: &, quod priore illo ſperare audebat Eccleſia, hoc pleniſſimè accepiſſe: cum *Cheder* eo loci eodem ſenſu, ſed voce generaliore, locum interiorem, in quo quæ maioris ſunt æſtimationis, ſiue ad cultum corporis, ſiue ad victum, repoſita ſunt, ſignificet. Qua de re Dramatico Comment. dictum eſt ſatis. Hic ergo, cum, quæ antea appellauit *penetralia*, ſiue *interiora*, *Cellam Vinariam* dixit, multo plura ſibi tributa ſignificat, quam fuerat ſperare auſa: cum non hauſtu ſolum *Vini* vno, vel altero recreatam ſe ſignificet, ſed immiſſam in *Vinariam* ipſam *Cellam* largiter *Vino* implendam; ac generoſiſſimo; vt nihil inuidiſſe Sponſæ ſuæ Sponſus
„ videretur. Mihi ad votum ſatis fuerat, poculis & exiguis, & non multis prouocari, vt in-
„ telligerem, mihi in totum Sponſum eſſe reconciliatum: largiore ille flumine ſitim extin-
„ xit, vt & ebrietatem induceret; omniumque præteritorum, præſentiumque malorum obli-
„ uionem afferret. Semper Deus ſcilicet largior in reddendo, quam in promittendo fuit, & cum ſpem ſuorum audacia iuuet, nunquam tamen, quantumcumque audeant, eo votis

per-

Digitized by Google

peruenire poſſunt, quo Deus eorum exhibitione, ad quæ ipe contendebant. Gaudet enim vinci,& flecti precibus, & fiducia ſuorum: ſed vincere ſemper largitate donorum: neſcit enim auaritiam, qui paupertatem ignorat.

NOTATIO XII.

ORDINAVIT IN ME CARITATEM.

SVM. COM.

I.
Quæſtio hic duplex:
De caritate vna,
De ordinandi voce alia.

DVPLEX hic quæſtio, neutra facile componenda. Altera de qua Caritate loquatur, ſua ne ipſius, qua Deum amet; An de *Caritate Dei*, qua ſe ſcilicet amari à Deo, ex præſtitis tantis beneficijs, intellexerit? Altera de *Ordinandi* ipſo vocabulo, quo ſenſu ſit poſitum. Nam de Lectione LXXII. Interpretum, quæ diuerſa à noſtra eſſe videtur hoc loco, poſteà dicemus.

II.
Caritas in Deum Eccleſiæ à quibus agnita ſit,
Nam ea ordine indiget.
Caritas Dei ſe ipſa ordinata eſt.
Quæ autem in vinariam cellam introducta
Et vino caritatis ebria,
Recte inducitur, de ordine amandi instructa,
Ne per inſcitiam quid peccaret.

Caritas Eccleſiæ in Deum ordinis capax, & indiga.

Caritatem hic *Eccleſiæ in Deum* multi accipiunt, nec, vt videtur, ſine magna ratione: eam enim *Ordinis* eſſe capacem, quidquid tandem *Ordinandi* vocabulo velimus intelligere, de quo poſtea: cum *Dei Caritas* tam *Ordinata* natura ſua ſit, vt *Ordinis* non ſit capax. Huius autem ſunt ſententiæ, quicumq. de *Ordine* hic *Caritatis* ſermonem eſſe ſunt arbitrati; qua ſcilicet ſerie, quæ amanda ſunt, conſtituenda ſint; ne ſit ipſe amor inordinatus, & confuſus. Hi ſunt de Veteribus Græcis, Latiniſq. plerique; & de Recentioribus nonnulli. Origen. Hom. 2. ex 2. & 3. ex 4. Theodoretus, Nyſſenus, Auguſtinus lib. de Subſtantia Dilect. ſi illius eſt fœtus, & lib. 15. Ciuit. cap. 20. Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 20. Aponius, Honorius, VVilleram. Bernard. ſerm. 49. & 50. in Cant. Guilielm paruus, Thom. Ciſtercienſis, & alij. Recentiorum ſyllabum tenere opus non eſt. Recte autem quæ *In Vinariam Cellam Introductam ſe*, ac *Larguer potam Caritatis Vino* memorabat, inſtitutione indigebat, vt *Caritatis* theſauros prudenter diſpenſaret, & *Ordinate* largiretur. Dixiſſe velle

Eccleſia ordinis egat, vt caritatẽ prudenter diſpenſet.

exiſtima: Haud quidem largo illo potu vini, quanquam ebria, mente ſum mota, adhuc
,, mihi conſto: non furit animus, vi illa abreptus; nec bacchabunda ſine ratione vagor. Amo
,, quidem vehementiſſimè, ſed ſobrie tamen: rerumque ac perſonarum merita, atque *ordinem*
,, teneo: quia vna *Caritas* mihi & vim ad amandum infert, & leges præſcribit amandi. Itaq. hi omnes *Caritatem* eam intelligunt, qua Eccleſia in Deum fertur.

Paraphraſis.

III.
Immo cum beneficia commemoraſſet,
Sibi à Deo præſtita in Ægypto.
Vnde tanta illa Lætitia,
Recte de ſuo in Deum amore ſubiunxit,
Nondum robuſto.
Vtpote qui ſic foueri exigeret.
Ne deficeret ſi diutius haberetur.

Amor beneficijs extorquetur.

Accedit & valida ratio, qua ſit, non aliam illius mentem fuiſſe quam de ſe loqui. Nam cum beneficia recenſuiſſet, ſibi à Deo in Ægypto præſtita, & plurima, & ingentia; cum non contentus exterius fouiſſe, ac rerum omnium copia beaſſe; atque inimicorum conatus omnes in bonum vertiſſe illius; etiam interius benignitatis ſuæ aura triſtitiæ nubes diſpulerat, & lætitiam eam adduxerat, quæ malorum omnium, quibus hactenus preſſa fuerat, obliuionem, ac præſentium indolentiam induceret; reliquum erat, vt, quæ ſe tam largo Dei fauore ſentiebat donatam, ardentiſſimo in eum amore ferretur: nihil enim potètius ad amorem ſiue excitandum, ſiue augendum, quam beneficiorum illud flumen, quo ſe animus, vel inuitus, abripi ſentit. Indicatur autem optimè illius Eccleſiæ imperfectus adhuc, & minime fortis amor; eius enim, qui talis ſit, proprium eſt, vt donis potius ac beneficijs velut ingeſtis lignis fotus ignis, & ardeat, & creſcat. Imbecillus enim adhuc, ac necdum robuſtus, nec ſeipſo ſtare, aut ingredi doctus, ſed ſerpere, fauoribus hiſce veluti fulcris admotis ſuſtentatus, ſenſim euadit in ſumma, quo ad robuſtior factus, confirmatis viribus, etiam ſine illis adminiculis, audeat ventos, & turbinum incurſus prouocare. Tantis ergo beneficijs in Ægypto ſuſtentata à Deo, *Caritatem* ſuam veluti fulcris admotis ſuffultam etiam, ac ſtabilitam affirmat; ne facile fluctuaret, & ad quemcumque aduerſum conatum trepidaret.

Eccleſiæ amor adhuc imperfectus fulcris beneficiorum ſuſtentatus.

Id ordinandi Verbo indicatum.
Fouere autem videtur Ambroſij lectio,
Conſtitui te me in dilectionem,
Stabilite, & firmate.

Paraphraſis.

Id autem *Ordinandi* verbo aptiſſime declaratur, ſi *Ordinem militarem* intelligas, quo nihil magis multitudinis diſcors turba formidabilis eſt, & prope inuicta. Fauet Ambroſius
,, ſerm. 5. in Pſal. 118. legens: *Conſtituite me in Dilectionem*. Stabilem, ac ſecuram reddite,
,, ne quo flatu aduerſo moueatur; ſed ſcopulos imitetur, qui tametſi furentium fluctuum in-
,, curſu petiti, immoti tamen eorum deſpiciunt minas, & conatus rident. Vnum Sponſum
,, Deum reſpiciat, vnum quærat, vni adhæreat: vt, ſi etiam velit, auelli non poſſit. Et vero, quæ de ſuo in Deum *Amore* iam certa erat, alioqui experta, quam grande malum eſſet, ab eo per culpam abeſſe, quid aliud iam optare poterat, quam vt ſtabilitatem acciperet *Amor*, ac ſua ſe ſecuritate iactaret?

IV.
Senſus probabilis.
Et facile aptandus noſtro filo,

Hic ſenſus probabilitatis multum habet, quantumque attinet ad doctrinam laudandus eſt, & magni faciendus; & vt poſtremo explicatus eſt, non inuitus ad ſeriem noſtræ interpretationis trahi poteſt. Sed eorum verborum *Ordinauit In Me Caritatem* alius ſenſus eſt: tametſi ex eo ex quadam conſequentia id ipſum, quod de ſtabilitate dicitur *Amoris* Eccleſiæ in Deum, ſatis colligitur. Sed cum ſuperioribus verbis dixiſſet, *introductam ſe in vinariam*

riam

Digitized by Google

Sed alius ſenſus verborum. Nam quæ ſe introductam dixerit, Grandem amorē ſuum indicarat, Qui autem talis Granditate ſua firmatur. Haud indigus præſidijs alijs, Quibus ſtabilis conſiſtat. Vtrumque ergo eiſdem verbis complexa, Et lætitiam ex Dei fauoribus, Et granditatem & firmitatem amoris.

Beneficij accepti prima proles amor eſt benefactoris.

Amor grandis granditate ſua ſtabilis.

riam cellam, ideſt, ingenti ſe lætitia ex Dei præſentiſſimis collatis in ſe fauoribus, perfuſam, id ipſum de ſtabilitate *Amoris* ſatis indicatur, *introductione in cellam*. Primus enim accepti beneficij fructus, *Amor* eſt *benefactoris*; eo grandior, quo maiora beneficia ipſa; eo robuſtior, quo frequentiora, *Amori* autem grandi grandes vires eſſe neceſſe eſt; ſe ſcilicet magnitudine ipſa tuetur; &, quidquid aduerſum eſt, omnino conſumit. Sic grandis flamma, ac multo alimento fota, quo grandior eſt, eo robuſtior eſt; nec facile aduerſis ventorum flatibus extinguenda: creſcete potius ſolet ipſa aduerſantium contumacia. Ergo *Caritati* non alia ſtabilitas, aut firmitas eſt quærenda, quam granditas ipſa. Quod ſi eam lætitiam, quam in ſe ipſa ingentem ſentiebat, non alia melius ſimilitudine, quam *introductionis in vinariam cellam*, quaſi multo vini hauſtu exhilaranda, potuit explicare; profecto, & id, quod de ingenti ſuo in Deum *Amore* dictura videbatur, ſatis dixit; quo ſe ſcilicet ebriam fatebatur; nec ſui compotem, ad non amandum illum, quem vnicum *Amatorem*, & fidiſſimum, & liberaliſſimum eſſe, beneficiorum ille, atque fauorum cumulus confirmabat. Ergo eiſdem verbis: *Introduxit Me In Cellam Vinariam*, vtrumque complexa eſt; & quantum lætitiæ ex tantis in ſe Dei beneficijs, animo percepiſſet; & quantum in *Amore* creuiſſet, cum animaduerteret, eam Dei in ſe beneficentiæ largitatem, nonniſi ex ingenti *Amore* profectam: Adeoque nequiuiſſe ei non totam ſe & cultu, & caritate impendere, qui tam prodigus in ſe amanda, colenda, ac fouenda fuiſſet. Atque id argumentum eſt, quod proximis vrget verbis, vt mox dicemus.

V.

Nec obeſt ratio ex ordine caritatis, Si intelligas amorem noſtrum in Deum, Qui vere caritas ſit. Nam imperfectus amor Doctore indigit, Quo docente diſcat quo ordine ſe impendat. Caritas perfecta ſibi magiſtra eſt. Non ante illum diſcipuli adhuc carnalis doctrina egebant, Et vere haud ſemel à Chriſto docti De legibus caritatis. Poſt illum, robuſta caritas, Se ipſa docta doctrina non indiga Satis gnara quo ſe ordine deberet impendere. Non ergo hic ſermo de caritate Eccleſiæ in Deū.

Caritas perfecta in ſe impendendo non exorbitat.

Caritas imperfecta inſtitutore egens.

Diſcipuli ante aduentum S. Spiritus adhuc imperfecti doctrina indigentes de ordine caritatis. *Matth.* 22. 34. *Matth.* 18. 22.

Caritas diſcipulorum poſt aduentum S. Spiritus doctrina alia non egens.

Quod autem pro oppoſita ſententia argumentum ſumebatur, ex *Ordine Caritatis*, tunc maximè neceſſario, cum illa feruentiſſima eſt, imbecille admodum eſt. Nam ſi *Caritatem* accipiamus amorem noſtrum in Deum, haud periculum eſt, ne, dum feruentiſſima eſt, & recta in Deum fertur, (nam alioqui *Caritas* ipſa non eſt) exorbitet: ipſa ſibi optima magiſtra eſt, non rectore, non inſtitutore, non duce egens: quod illi ſolum neceſſarium eſt, quæ tenera adhuc, viribuſque infirma, nondum feruet, nondum puro ac nudo affectu fertur in Deum; ſed admixtum multum habet imperfectioris affectus. Huic & inſtitutio, & doctrina neceſſaria, ſub pædagogo ſcilicet adhuc verſanti, ne *Ordinem* turbet, &, quæ prius amāda ſunt, in extrema reijciat. Sed huic nondum datum, vt animum forti illo vino inebriet; nondum qui ita amant, *In Vinariam Cellam Introducti* ſunt, frequentibus, atque ſpumantibus meri calicibus inebriandi. Tantum abeſt, vt, quia ebriam amore ſe fatetur Eccleſia, aliquo indigeret, quo docente diſceret, *Ordinem Caritatis*. Haud dignè de illa ſentiunt, qui ita ſentiunt: maximè qui hæc ad S. Spiritus illapſum in Diſcipulos referenda exiſtimarunt. Nam certè dum Diſcipuli adhuc ex parte carnales, rogari à Chriſto ſolerent, *An ſe, & quantum amarent*, tunc, tenero adhuc amore, & imbecillo, moneri oportebat à Chriſto, quo *ordine*, quaue ratione *Caritatis* illud agmen *Ordinandum* eſſet. Tunc rogatus de ordine Præceptorum, primum locum *Dei Caritati*, proximum amori proximorum, tribuit. Tunc interrogatus, *quoties dimittendum ei, qui in se peccauerit, an tantum vſque ſepties?* Reſpondet: *Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties*. Tunc noua doctrina Diſcipulos imbuit Dilectionis: *Audiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Ego autem dico vobis: diligite inimicos veſtros*. Matth. 5. 43. At poſtquam illabente S. Spiritu, completi ſunt omnes, quæ ante *Caritas* imbecilla adhuc, ac tremula flamma, latebat, non auſa publico ſe committere, atque aperto cœlo verſari, in immenſum viribus aucta, prodit, ac velut nobilis pugil, nudam ſe ſiſtit; quidquid aduerſarij, & multi & graues minarum euomant, contemptura. *Ibant*, inquit, *gaudentes Apoſtoli à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Act. 5. 41. Nunquam feruentior, quam tunc Eccleſiæ in Deum, & proximos *Caritas*; nunquam minus indiga doceri, quo *Ordine* eſſet in aciem proceſſura: ea enim ignoratio incipientis potius, quam perfectæ *Caritatis* eſt. Probabilius ergo multo, de ſua ipſius hoc loco *Caritate* minime loquutam, ſed de Dei in ſe: de ſua enim ſatis dixiſſe videbatur, dum ſe *In Vinariam Cellam Introductam*, ac quod inde ſequitur, frequentibus, ac grandibus generoſi vini poculis, vſque ad myſticam ebrietatem, inuitatam: ideſt, & grandi Amore ſauciam affirmauit, quod mox dictura eſt, & ingenti voluptate perfuſam.

NOTATIO XIII.

ORDINAVIT IN ME CARITATEM.

I.

Agi hic de ordine caritatis,

MVLTORVM ſententia, hæc *De Ordine Caritatis* accipienda, paulo ante monitum eſt. Eam autem ſentiendi rationem, propter tantorum hominum authoritatem, antiquitatemque, venerandam nobis dicimus eſſe; &, quantum ad doctrinam attinet, grauem,

Senſus multorum eſt.
Doctrina vera & vtilis.
Sed id proprium imperfecti amoris
Qua labes ab Eccleſia remouenda.
Quę multis indicijs confirmarat,
Amare ſe ordinatiſſimum Deum.
Quin vel particulam amoris
Conferret in alium.
Ideo ab intentionis puritate laudata,
Et quanquam imperfecti nunquam defuere,
De ordine caritatis docendi.
Non opus hoc ad imperfectos ſolos referre.

uem, & ampiectendam. Nihil enim magis *Caritatem* commendat, quam ſi, in ſe impendenda, ſuos per gradus currat; nec præcipiti ſeruore, eodem cenſu omnia locet. Quid enim inordinatius, quam ſi, prius amanda, poſteriora ducat; poſteriora autem prioribus anteponat? Sed hunc næuum illius eſſe *Caritatis* monuimus, quæ rudis adhuc, & inexperta, multum admixtum habet terrenæ fæcis, nec ſatis purgato affectu, præceps ſæpe, ac turbidum cernens, effuſis habenis rapitur potius, quam currit. Hanc autem labem ab Eccleſia (quamquam nondum adhuc ad apicem *Caritatis* perducta deſcribitur) longe abeſſe, tum res ipſa confirmat; tum quæ ſuperius de ſe ipſa confeſſa fuit, perſuadent. Hæc enim illa eadem eſt, quæ *meliora Dei vbera vino* eſſe clamabat; ideſt Dei voluptates cunctis mundi voluptatibus præferendas. Hæc illa eadem, quæ de Dei anxia abſentia, *indicari* ſibi poſtulabat, quo loco verſaretur, ideſt, qua via & breui, & expedita eum propitium in totum, placatumque ſibi poſſet habere: ne iam, vllo blandiente, diuelli ab eo poſſet; amoriſque vel particulam conferre in alium. Hæc illa eadem, quæ difficilia & ardua præcipienti Deo, in circuncidenda prole, ac mactandis proprijs filijs, prompta paruerat: &, ſeuerum quanquam atque auſterum, amare ſe ingenti facto monſtrarat. Hæc illa eadem quæ à puritate, ac ſimplicitate intentionis, amoriſque merita laudari à Deo, auſa eſt cum illo de laudandi certare ratione. Hæc de mamilla eſt eadem, quæ ſe *introductam in vinariam cellam*, vinoque diuini amoris, ac ſpiritalis lætitiæ potam ad ſatietatem, profeſſa eſt. Quid inordinatum hic in amore vides, quod ordine indigeat vllo? At dices Eccleſiam quocumque ſtatu, in ſuis membris imperfectioribus, inſtitutione indigere, & ea doctrina, cuius in magis perfectis non eſt indiga. Ita quidem eſt. Sed nulla ratio, nullum indicium cogit, hæc de imperfectioribus membris accipere; ne propterea illam de *ordine caritatis* doctrinam traditam hic eſſe, fateamur. Hanc ergo, tametſi multorum, interpretandi rationem veneramur quidem, ſed minimè loco hoc, vt ſequamur, adduci poſſumus: cuius in commodiorem ſenſum verba interpretanda cenſemus.

Caritatis imperfecta nota ordine indigere, quę labes ab Eccleſia ablegande.

Cant. 1. 1.
Cant 1 6.
Eccleſia recto ſemper Deum ordine amauit.
Cant. 1. 12. 13.
Cant. 1. 14. 15.
Cant 2. 4.

II.

Sed de ordine hoc alij aliter diſputant,
Intelligunt autem,
Deum diligendũ propter ſe
Cætera propter illum.
Huius ordinis ante Incarnationem indigam fuiſſe Eccleſiam.
Poſt incarnationem à Chriſto doctam.
Nunquam ab amore impeditam,
Id illam nunc dicere.

Quidam cum hæc animaduerterent, aliam iniuère viam, ne *ordinem caritatis* omnino cõtempſiſſe viderentur. Interpretantur autem non de ordine inter obiecta, vt vocant, quo ſcilicet primum Deum, deinde nos ipſos, tertio nobis propinquiores amare debemus: ſed de ordine rerum ad Deum, vt ad vnum ſcilicet omnia dirigantur: quo pacto & Deus dicitur diligi propter ſe, & cætera propter Deum. Quo ſenſu vnus ille eſt, cui amor omnis impenditur; quando nullã in rem, niſi propter illum, impenditur. Quod Schola vocat Obiectum caritatis formale, à quo ſcilicet ſpeciem habet. Monent autem ſolitos ante Incarnationem, Fideles etiam, homines multiplici amore terrenarum rerum flagrare; ea autem affectus velut pigritia impeditos, minus potuiſſe leuari ad Deum. Id autem eſſe, quod Propheta alicubi queritur: *Filij hominum, vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem?* Pſal. 4. 3. Poſt Incarnationem autem Eccleſiam, à Deo doctam, in vnum illum amorem conferre omnem, & ab creaturis auocare, iam liberius ad Deum volare potuiſſe, & illi tenacius hærere, minimè aliarum amore rerum impeditam. Id ergo Eccleſiam his verbis velle, *Ordinatam* ſibi ſuam à Deo *Caritatem*, cuius inſtructa ipſa doctrina didicerit, omnem illi amorẽ impendere; eumque propter ſeipſum amare, cætera propter illum. Atque in hunc ſenſum dictum: *Ordinauit In Me Caritatem*.

Ordo caritatis quo Deus propter ſe, alia propter ipſum amãda ſunt.

III.

Licet autem non eadem ſemper caritatis perfectio.
In Eccleſia ſub omni ſtatu fuerit,
Nunquam tamen defuere perfecti,
Secundum cuiuſque ſtatus exigentiam.
Opus ergo non eſt de ſolis imperfectis hæc accipere.
Cum de perfectis poſſimus,
Siue ante, ſiue poſt Chriſtum,
Nec deerunt rationes diſcriminis aliæ
Inter ætates Eccleſiæ.

Et quidem quod ad *Caritatis* attinet perfectionem, dubium minime eſt, Eccleſiam ſemper in maius prouectam, ſuaſque per ætates in eo affectu adoleuiſſe: quod toto hoc Cant. obſeruamus. Neque enim maius vllum argumentum eſt, ad afferendam ſeriem interpretandi, quam inſtituimus, quam diuerſitas illa ſtatus, atque amoris, toto Canticorum obſeruata libro. Sed exiſtimamus tamen, eam doctrinam, quanquam veriſſimam, non aptè ad hunc locum accommodari; & longè aptius ſuum in locum reſeruari. Obſeruandum autem eſt, nunquam in quocumque Eccleſiæ ſtatu, fuiſſe deſideratos viros perfectos, qui cuiuſque ſtatus caritatis modum implerent, ſeque Deo per eam coniungerent, quantum ratione illius ſtatus daretur. Ne ſit neceſſe ad ſolos imperfectos ire, vt diſcrimen in Eccleſiæ varijs ætatibus caritatis inueniamus, ſemper enim ante oculos verſari debet, quod loco alio monuimus, laudes toto hoc Cant. Eccleſiæ, non probra contineri, quod Epithalamici generis proprium eſt. Quod ſi totus *Caritatis Ordo*, quem ſe didiciſſe Eccleſia hoc fatetur loco, ex eorum Interpretum ſententia, in eo eſt, vt amoris finis ſit Deus, cætera autem propter illum amentur, fatendum omnino eſt, ſub nullo Eccleſiæ ſtatu eum *Ordinem* fuiſſe deſideratum: cum ſi ille abſit *Ordo*, nulla *Caritas* eſſe poſſit, quæ hoc nomine digna ſit. Cum, quàm certum eſt, omnem Dei amorẽ propter Deum eſſe debere, ſi *Caritatis* ſit amor; cæterorum autem propter illum; tam certum etiam ſit, ſiue ante Chriſtum, ſiue poſt, eum in Eccleſia *Caritatis Ordinem* tenuiſſe. Fruſtra ergo in ea re, ſi ſerio expendas, & ex Theologiæ legibus definias, diuerſitatem agnoſcas inter Eccleſiæ ætates. Alijs in rebus, ac circunſtantijs *Caritatis* multum quidem diſcriminis inuenies; immo in eo vel potiſſime ſtatus ab ſtatu, velut ſuo charactere diuerſus agnoſcitur. In ea re non inuenies vllum diſcrimen.

Eccleſia ſemper in maius prouecta in caritate.

In nullo ſtatu defuere, qui legem caritatis implerent ſecundum exigẽtiam illius.

Ergo

SVM. COM.

IV.

Quis ergo ordinandi vo bum caſtrenſe eſt.
Id velle Eccleſiã intelliges,
Caritatis Dei in ſe aciem impulſũ,
Vt cedere ſit coacta.
Amor autem Dei mutationis in ſe expers.
In effectibus videtur mutari,
Et granditate effectuum grandis probatur,
Sic Eccleſia beneficiorum multitudine,
Quibus ſe donatam ſentiebat,
Velut impulſa acie ſe victam fatetur,
Caritate copiarũ ductrice.
Id ergo eſt: Ordinauit in me caritatem.

V.

Potes & ſtationẽ militarem intelligere.
Beneficiorum illum multitudinem,
Impoſitam Eccleſiæ tanquam expugnatæ vrbi.
Et ſolet haud raro Deus
Quoſdam ita vocare ac præuenire,
Vt quaſi cogat ad ſeſe.
Ita Paulum ad ſe traxit.
Et victo gratiarũ aciem impoſuit, velut ſtationem.
Ideo ſe Dei ſeruũ vocat,
Quia belli iure in poteſtatem acceptus,
Et vinctum, catenis ſcilicet beneficiorum.
Ea ſeruitus nobiliſſima,
Cum maxima membris omnibus cuſtodia datur,
Quod de ſe fatetur Propheta,
Et quis fem non vno loco.

VI.

Is Eccleſiæ ſenſus in Ægypto,
Beneficiorum ſe acie victam,
Impoſitamque ſibi ſtationem,
Ne alia lege viuere poſſet, quam Dei victoris.

Ergo *Ordinandi* vocabulum, cum è media caſtrorum conſuetudine ductum, & fontes ipſi ſatis indicent, & vſus Vulgati locis alijs, non alio ſenſu accipiendum eſt, quam ſi Eccle- (Ordinandi vox hic caſtrenſis eſt.) ſia dicat, omnem in ſe *aciem Caritatis* à Deo impulſam, eo compuliſſe, vt cedere illi, tanquã victori, coacta fuerit, quin reſiſtere potuerit ipſa. Itaque vno vocabulo, & Dei in ſe ingentem Caritatem, atque inuincibilem prædicat; & per quandam conſequentiam ſuam in Deũ exaggerat. Qui ſenſus & pulcherrimus eſt, & ad ſtatum Eccleſiæ, qui deſcribitur, accom- (Eccleſia Dei beneficiorum multitudine, velut acie victa.) modatus. Dei autem amor, tametſi in ſe ipſo mutatiouis omnis expers, ſi tamen externos ab eo procedentes effectus conſideres, mutari quodammodo, & alias minui, alias videtur augeri: granditatem ergo illius ea prædicant, quæ in homines ille conijcit pleniſſima manu beneficia: quoque ea maiora, ac frequentiora ſunt, eo maior æſtimatur. Nec alio argumento fortius Patris in homines Dilectionem confirmauit Chriſtus, quam quòd illis dediſſet Filium, quod donum omnium omnino maximum fuit, omniumque cæterorũ fons. (Amor Dei in ſe immutabilis in effectibus mutari videtur.) *Sic Deus*, inquit, *dilexit mundum, vt Filium Suum Vnigenitum daret.* Ioan. 3. 16. Multitudinem ergo beneficiorum in ſe, dum Ægyptia ſeruitute premeretur, coniectorum, Eccleſia conſiderans, quibus ſe ſentiebat, & ſobolis auctam mirabili numero; & multa opulentam ſubſtantia; &, quod omnium caput eſt, odia ipſa, atque inimicitias Gentes crudeliſſimæ, arteſque omnes & Principum, & plebis, quibus eam de medio tollere contenderant, in cauſas verſas felicitatis ſingulari Dei prouidentia; ea omnia velut fortem fortium militum aciem conſiderabar, in ſe à Deo immiſſam, quam ſcilicet ingens illa *Caritas*, velut nobilis copiarum Imperatrix ductaret. Id eſt ergo quod dicit, *Ordinauit In Me Caritatem*. Caritatis to- (Caritas copiarum dux.) tam aciem fauoribus multis, & grandibus beneficijs, velut fortibus militibus, confertam, ſtipatamque, in me vnam impulit: nec reſiſtendi tantis viribus poteſtas eſt data: ne me quis miretur totam in illius ius tanquam belli iure Domini, poteſtatemque veniſſe.

Quod ſi eam aciem beneficiorum conſideres, velut expugnatæ Arci, aut Vrbi impoſitum militare præſidium, quod potes, alius ſenſus exiſtet, non quidem à priore diuerſus, ſed (Præſidium militare victæ vrbi imponi ſolitum, ſic Eccleſiæ.) qui illi aliquid addat, quo multum iuuetur. Sæpe, capta Vrbe, niſi multo, ac forti milite, ſuis ſtationibus diſpoſito, ſit firmata; qui vigili cura prouideat, ne quid à victis ciuibus, nec adhuc imperium pati doctis, detur turbarum; libertatis amans Populus arma reſumit, in eos ipſos inſolens, à quibus antea victus fuerat. Additur ergo militaris ſtatio, omni demendo periculo, qua velut fræno coërcitus, iugum impoſitum non detrectet. Sæpe Deus in quoſdam ita videtur affectus; vt nullum non lapidem moueat, vel vt eos ad ſe trahat, vel (Deus quoſdam videtur ad ſalutem cogere. Pauli exemplum. *Actor cap.* 8.) tractos retineat, quaſi in eo de ſuæ agatur fortunis Diuinitatis. Cogita, quo pacto Paulum ad ſe vocarit, quo tempore, quo rerum ſtatu, qua loci circunſtantia; quibus ſtudijs deditum; qua animi corporiſque paratura diſpoſitum; qua luce interius, exteriuſque perculerit, qua terruerit voce, quibus auxilijs præuenerit, quibus gratijs obruerit; quam forti impreſſione *Caritatis* ſuæ aciem in eum impulerit, coëgeritque arma iactare, ſeque victori dedere. Adde (Paulo gratiarum cumulus additus velut ſtatio militaris.) & victo gratiarum cumulum, velut fortium militum ſtationem impoſitam, ne ſe deinceps commouere poſſet, aut imperium detrectare: quarum ille gratiarum ſeriem enumerat non vno loco. Propterea *Dei ſe Seruum* appellat non vno loco, ac *Ieſu Chriſti Mancipium*, non (Paulus cur ſe Chriſti ſeruum dicat, & vinctũ.) ſolum, quòd illius ſe emptum ſanguine ſciret; ſed & quòd nobili bello captus, ac belli iure in poteſtatem, ac ius victoris conceſſiſſet, ac velut impoſitis ferreis vinculis, ſeruitutem teſtaturis, incederet impeditus. Ideo tam frequenter ſe *Ieſu Chriſti Vinctum* vocitat; non ſolum, quod illius cauſa catenis onuſtus; ſed ideo maximè, quòd ea ipſa vincula eorum eſſe ſciebat imaginem, quibus ſe impeditum interius ſentiebat, & ad nobiliſſimam ſeruitutem damnatum. Cui ſic ſeruire Deo contigit, iam, velut ſui iuris non ſit, totus ſeruit, vt ne commouere quidem ſe poſſit, aut imperio repugnare. S. D. E. *Funes ceciderunt mihi in præclaris;* (Deus quandoque membris ſingulis cuſtodiam addit.) *etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commonear. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea; inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.* Pſal. 15. 8. Et: *Deus, qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuens me. Qui docet manus meas ad prælium; & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.* Pſal. 17. 33. 34. 35. Quaſi non contentus Deus vtcumque habere ſeruum catenis vinctum, membris ſingulis cuſtodiam adhibuiſſet militarem, ne ſe vnquam, niſi ad illius nutum, commouere poſſet.

Id ergo Eccleſia, eo rerum in Ægypto ſtatu, de ſe fatetur: tam multis ſe Dei præuentam (Eccleſiæ in Ægypto beneficia collata tanquam militaris ſtatio.) beneficijs, tot interius, exteriuſque gratijs, velut ſtipatæ aciei impreſſione petitam, vt ſe dedere tantæ Dei caritati coacta ſit, atque omnino ſeruire. Inſuper ea ipſa beneficia, velut ſtationem militum firmam impoſitam ſibi, ne ſe, ſi etiam velit, poſſit commouere aut iugum nobiliſſimæ ſeruitutis abijcere. Quo pulcherrimè granditas illa *Caritatis*, qua Deus illam, tot preſſam malis, tot anxietatibus afflictam, fouet, muniuitque, commendatur. Id ergo eſt, *Ordinauit In Me Caritatem*, ideſt, *Caritatis ſuper me præſidium, ſtationemque militarem collocauit.*

Sed quia aliter hodie in Originibus hoc Comma legimus, *Vexillum Eius Super Me Caritas*,

Digitized by Google

VII.
Sed premenda Origines. Vexillorum vſus in bello, Ad cogendos ordines, Et reordinandas acies, Id volunt Eccleſiam dicere, Sublatum in ſe vexillum caritatis, Ne neſciret ſub quo duce militandum ſibi eſſet, Sed praſtat ſublatum vexillum intelligere, Velut in capta Vrbe, Tanquam victoriæ ſignum, Sed hæc eodem ferme pertinent, Vt ſe amare coactam fateatur.

tas, & ei lectioni accommodandus hic ſenſus eſt. Quidam, vt ſublatum ſpectauêre *Vexillum*, eo reſpexére, quod in caſtrenſi diſciplina ſolitum, vt ad cogendos ordines tollantur *Vexilla*, tum ad cohortes diſtinguendas; vt ſcilicet quiſque militum, agnito ſigno, eo ſe ſciat recipi oportere, ſi quid aduerſum contigerit, atque ordines aliquo caſu turbari. Id volunt Eccleſiam dicere. Sublatum ſibi *Caritatis Vexillum*, ne ſcilicet ignoraret, quem ſe ducem ſequi oporteret, ſi quo caſu ſuos ordines perturbari animaduerteret. Itaque non iam alia ſe, quam *Caritatis* lege decere viuere. Acutè id inuentum eſſe, loco alio monuimus. Cæterum ſi ſuper illam *Vexillum* impoſitum eſſe velis, quod verba ipſa manifeſtè affirmant; potius, vt alij ad *Vexillum* ſeſe, & ad eam ipſam reciperent, ſublatum fateri debes; quam vt ea ad illud reciperet ſeſe: cum, ſi ſuperſe ſublatum ſciret, recipere ſe ad illud nec neceſſe eſſet, nec poſſet, quod eorum eſt, qui ſub *Vexillo* non ſint, aut ab eo receſſerint; non eorum qui ſub eo verſentur. Potius dixerim, quod in Comm. Dramat. Cap. 2. Not. 14. dixi, ad eum morem eſſe alluſum, qui frequens in militari diſciplina eſt, vt ſumma arcis captæ, aut Ciuitatis turri ſignum victoris ſuſtollatur, quo velut ſigno ſit notum, Vrbem, aut arcem in poteſtatem veniſſe, cuius in *Vexillo* conſpiciantur inſignia. Ea prima ac ſolenniſſima victoris eſt cura. Sic & militi victori animos addit; ac victis terrorem: nulla enim re maior animorum fit commutatio. Id ergo & grauius, & accommodatius eſt ad hunc locum. Senſus ergo Eccleſiæ erit; *Caritatis in ſe ſublatum Vexillum, eoque ſigno indicaſſe Deum, ſe in totum victoria poſitum: ſibi vero in poſterum illius ad leges imperiumque viuendum*: ea enim initi dominij indicia eſſe clariſſima. Hæc autem omnia eodem prorſus eunt, vt exaggeret ſcilicet vim illam *Caritatis*, qua eam Deus ſibi totam mancipauit. Vnde & ſua in Deum *Caritas* etiam oſtenditur; cum eum ſe fateatur amare coactam, qui tantum ſibi *Caritatis* impendiſſet; velleque adeo ſeſe illi totam tradere in mancipium; ac nobilem illam ſeruitutem omni alia libertate ducere potiorem.

Signa militaria quem in finem inuenta.

Eccleſiæ vexillũ caritas, quod ſequatur.

Illi impoſitum; vt in victa Ciuitate.

NOTATIO XIV.

INTRODVCITE ME IN DOMVM VINI: ORDINATE IN ME CARITATEM.

I.
Lectio LXXII. expenditur, Quidam ad Angelos ordinari verba volunt. Alij ad Apoſtolos & Prophetas, Sed de Angelis difficile eſt intelligere. Quomodo Eccleſiam introducere poſſint, Sed facilius id à Deo peteret, & obtineret. Nec obſtant verba numeri multitudinis, Nec alius dixi LXXII. quam quod fontes.

LXXII. Interpretes ſic ea verba reddidere, vt deprecationem videantur continere, quaſi Eccleſia alios roget, vt ſe in *Vinariam Cellam Introducant*, inibique *Caritatem In Ea Ordinent*. Interpretes autem Græci, & de Latinis ſi qui ſunt ſequuti LXXII. lectionem, ad alios quoſdam referenda hæc verba cenſuére: ad quos autem, non eadem omniũ ſententia eſt. Pſellus ad Angelos dicta arbitratur; Philo Carpathius ad Apoſtolos; Origenes ad vtroſque, immò & ad Prophetas. Horum quodcumque difficile eſt, explicatu, & intellectu. Nec enim ſatis apparet, quo pacto Angeli Eccleſiam *introducere* poſſint *in domum vini*. Niſi vero hæc ad eorum referas preces, qui ſolliciti ſemper de illius profectu in caritate, id illi beneficium expoſcerent, & impetrarent. Aut certè per internam doctrinam, quod libentiſſime faciunt, illuſtrationeſque, & externorum impedimentorum amolitionem, illi tantum bonum conciliarent; aut ei conſequendo ſuppetias ferrent. Sed quanto facilius decentiuſque, & ex verè amantis affectu, quidquid impetraturam ſe à Sanctis Angelis ſperaret, à Deo ipſo obtenturam ſe crederet? Si ergo decorum perſonarum conſideres, multo aptius ad Deum hæc, quam ad Angelos, referas. Nam quod plurali numero dicat: *Introducite, &c, Ordinate*, argumentum firmum non eſt, ad aſſerendum, cum pluribus illam loqui. Et alioqui ſi lectionem hanc LXXII. conciliare volueris cum Fontibus, & Vulgati verſione, multo facilius facies, ſi alium ſenſum ſequáre. Neque enim cauſa eſt, cur arbitremur, aliud voluiſſe Græcos Interpretes, quam quod in Fontibus erat, exprimere.

Lectio LXXII. in aptum ſẽſum expoſita.

Angeli quomodo Eccleſiam introducant in vinariam cellam.

Numerus pro numero.

II.
Difficilius ad Apoſtolos aptabis. Sunt enim ipſi Eccleſia pars Cum ea introducti in cellam, Et cum illis Eccleſia. Ab vno eodemq. ſponſo Deo.

Difficilius adhuc hæc ad Apoſtolos referre. Certè illi, quibus primitiæ Spiritus communicatæ ſunt, & ipſi ad Eccleſiam pertinebant, immo illius potiſſima membra erant; adeoque quidquid illi in *Caritate* profecerant, eiuſdem Eccleſiæ bonum erat, nec poterant illi in *Vinariam Cellam Introduci*, quin in illis Eccleſia *introduceretur*. Fruſtrà ergo ab illis ſe peteret *introduci*, quæ cum illis *introducta* iam fuiſſet. Quod ſi hæc ab ea dicta reſpectu ad imperfectiora membra velis, redit iterum eadem illa ratio, qua ſupra monuimus, nullum hoc loco indicium eſſe, hæc ad imperfectiores pertinere: multa contrà eſſe quæ cogant, de perfectionibus explicare. Quod ſi mox, velut impotenti amoris icta ſagitta, ſeſe & ſauciam fatetur, & medicinam quærit vulneri, certè iam *introducta in intima gaudia* ſatis probatur. Quid ergo peteret *introduci* ab alijs, quæ intro iam verſaretur; atque ab extraneis

Apoſtoli introducti cum Eccleſia in vinariã cellam.

 obti-

Digitized by Google

obtinere, quod iam haberet? Quæ ratio in vtramque ſententiam fortis eſſe videtur.

III.
Sed hic enallage eſt modi & perſonæ.
Et obtantis vox potius quam petentis
Eius ſcilicet, quæ vix ſui compos,
Præ amoris magnitudine,
In voces erumpit affectus indices.

Enallagê modi & perſonæ, vox optantis potius quam iubentis.

Ergo quod in Comment. Dramat. Cap. 2. Not. 15. notatum eſt, probabiliſſimum exiſtimamus; modi hic, & perſonæ Enallagen contineri; potiuſque optantis, quam precantis eſſe verba: optantis quidem *introduci*; aut certè, vt iam *introducta*, eodem loci per otium voluptatibus illis frui ſinatur: non petentis vt *introducatur* ab alijs. Quemadmodum ſi Hiſpane diceret: *Entrenme en la bodega, y dexenme alli de eſpacio*. Aut Latinè: *O ſi quis me Introduceret In Domum Vini, Meamque Ibi Caritatem Ordinaret*. Aptè autem is ſenſus indicatur, qui tunc Eccleſiam exercebat, quæ præ amoris magnitudine vix ſui iam compos, (qualis proximo verſu inducitur) in voces illas erumpit, quas affectus vehemens, nec facile iam vlla ratione cohibendus, ſuggerebat, nec ſatis meditatas, nec ex artis legibus apte diſpoſitas. Quibus graphicè ſtatus illius Eccleſiæ adhuc imperfectus, deſcribitur, tantarum rerum haud ſatis adhuc capax.

IV.
Probabilius autem hæc ad Deū refer.
A quo introduci petat.
Et introducta quieſcere.

Eccleſia non ab alio, quā à Deo ſponſa introduci digna.

Sed probabiliſſimum omnium, hæc ad Sponſum dicta eſſe: per Enallagen ſolius numeri, à quo illa petat, *Introduci In Domum Vini*, aut certe iam *Introducta per otium recreari*. Illius enim vtrumque beneficium erat; nec ab alio certius ſperare, atque obtinere id ipſum poterat, quam ab illo cuius in poteſtate omnia erant; & à quo quam multis hactenus fuiſſet beneficijs cumulata, & longis, & certis experimentis didicerat. Huius autem interpretationis mihi indicium Ambroſius fecit, ſerm. 5. in Pſal. 118. *Ergo vbi guſtauit fructum ſuauitatis, impatiens ad perfectiora feſtinat, dicens: Introducite Me In Domum Vini: Conſtituite Me In Dilectionem. Merito quærit cum, merito deſiderat*. Hæc Ambroſius.

VERSVS V.

FVLCITE ME FLORIBVS, STIPATE ME MALIS, QVIA AMORE LANGVEO.

COMMENTARIVS.

SVMMVS his verbis Eccleſiæ, ſub naturalis legis ſtatu, cupientis adhuc ſcilicet, & ſperantis, in amore gradus deſcribitur; quo nimirum ad Sponſæ honorem initiabatur, quo donanda per legem erat. Graphicè autem, velut tanti adhuc incapax boni, inſolita male preſſa fatiſcens inducitur, quod eorum eſt proprium, qui nondum per myſticam ætatem adulti, grandium in Dei amore mutationum patientes ſunt. Ergo tam inſolito Dei fauore, ſub ea quamquam Ægyptiacæ ſeruitutis mole, donata, ſeſe tāti gaudij, ni idem ille, qui, largiter in eam infuſa ſuæ benignitatis vnda immerſerat, ferat ſuppetias, vireſque ad tantum onus ferendum ſufficiat, incapacem eſſe fatetur. Id autem Salomon aptiſſima ſermonis forma exequitur: Alterum, eam præ *Amoris* illa flamma *Languentem*, ac pene collabentem, deſcribens; alterum, opem implorantem, ſiue contubernalium puellarum, ſiue potius ipſius Sponſi; vt, vnde ſcilicet vulnus obuenerat, quo ſe ſauciam dolebat, inde medicina veniret. *Fulciri* autem *Floribus* ſubſtratis poſtulat, aggeſtiſque *Malis Stipari*, quo nihil aliud indicari arbitramur, quam ea auxilia, quæ ſubmitti à Deo ſolent, prouidente amanter, ne quibus fauoris ſui auram plenis velis immittit, immenſo illo conſolationum gurgite hauriantur.

ENARRATIO.

ME vero in altum amoris pelagus deductam, iamque dulciſſimis verticibus hauriendam, vires deficiunt. Tanta ſcilicet Dei in me indulgentia ſupra naturæ captum fuit. Sed bene eſt, quòd idem ille qui tanto me beneficiorum onere premere dignatus eſt; poteſt & idem vires ad tolerandum, feren-

Digitized by Google

dumque tribuere; vt vni nimirum omnia debeam. Me certè eo ſentio perdu-ctam, quo ardentiſſimis votis vt deducerer, optaueram; vt ſcilicet Deo reconci-liata, in intima fauoris admitterer. Nunc id conſequuta, ſub tanta felicitatis mole laboro, impar viribus, nec ſatis conſtans animi, coacta ſuccumbere. Tu mihi ſupra omnia, Deus Dilecte, omnia præſtare potes: & quandoquidem tota in me Amoris tui Acie impulſa in tuum ius, ac poteſtatem redegiſti, vt mei iam minimè iuris eſſem, perfice opus tuum, nec patere vt victoriæ nobiliſſimæ fru-ctus vlla ex parte corrumpatur. Ergo, qui ad amandum pene coëgiſti, male ad amandum forti vires ſuppete: & quemadmodum, qui animo ex ægritudine de-relinquuntur, & odoribus foueri, & Floribus recreari, & Malorum odoratorũ aggeſtu ſolent, qua ope animus vel abiturus retineatur, vel iam iam fugiens re-uocetur; ſic mihi ſub tuorum bonorum cumulo laboranti, ſubſidia ea ſubmitte, quibus eos confouere ſoles, quos Amoris Tui vulnera confecére.

NOTATIO XV.

FVLCITE ME FLORIBVS STIMATE ME MALIS.

SVM. COM.

I.

Summus amoris gradus Eccleſiæ ſub hoc ſtatu. Cui proprius languor ex imbecillitate. Et ad magnas mutationes nondum apto. Quo ad aſſuetudine roboretur Amori ferendo ſit ſatis. Apte ergo Eccleſia inducitur Deliquium ex amore paſſa. Quod incipientibus ſolet contingere. Notatum id ab Scriptoribus rerũ ſpiritualium, Et exemplis monſtratum.

Eccleſiæ ſũmus in amore gradus ſub ſtatu naturæ.

IN eo Eccleſiæ iuuenis adhuc ſtatu, qui deſcribitur his verbis, gradum hunc *Amoris* ſummum, vel ſummo proximum eſſe, monitum in Commentario eſt. Senſim ſcilicet Eccleſia proficit, & nouis augmentis ad maiora diſponitur; donec tandem cum Deo iuſta connubij lege per Incarnationem coniungatur. Verſari autem adhuc in primo *Caritatis* ſtatu, hæc ipſa verba ſatis confirmant. Si enim analogiam ſpectes, ideſt, ſi ad Dramatis ſenſum arcanam intelligentiam exigas, videbis, *Languores* hos, ſiue animorum deliquia, incipientis, & pueri adhuc *Amoris* eſſe, ac necdum adulti, robuſtique. Inexpertus enim adhuc amandi animus ad primos igniculos, ſi maximè lucidiore ſe flamma prodant, velut ad rem inſolitam, titillatur; vtpote ad quamcumque grandem mutationem & ipſe mutandus: quoad aſſuetudine ipſa velut in naturam quandam *Amore* conuerſo, impulſus ille inſolitus manſueſcat; & quod nouitate intulerat, familiaritate deponat. Ergo Eccleſia ſub eo ſtatu, ad Dei familiaritatem admiſſa, cuius indicia beneficia illa erant, tot, & tanta, in vnam accumulata, vtpote id conſequuta, quod maximè cupiebat, quoque totis votorum expanſis velis properarat, ad inſolita gaudia, & ingerentem ſeſe voluptatem, haud ſatis capax, velut anguſtioris orificij vas, quodammodo ſtrangulari, maximè ex decoro fingitur: Atq. in ea anxietate *languere*, viribus omnino defecta. Sic incipientibus, atque earum voluptatum rudibus adhuc, ſolet quotidie contingere, quibus Deus velut effuſis benignitatis ſuæ theſauris ſe largiter inſinuat: quoſque ſic ad intimam ſui per caritatem perfectam vnionem diſponere conſtituit. Cuius rei multa habes documenta in ijs Authoribus, qui de rebus ſpiritualibus edidére tractatus: vel eorum, quos per eam formam Deus ad perfectioris vitæ gradum inſtituit, perduxitque, vitas ſcripſére. Quibus loco hoc, quoniam alterius propria ſunt, & ad Commentarium Tropologicum ſpectant, qui hunc conſequetur, conſulto ſuperſedimus. Hic ſolummodo attingenda fuere.

Languores a-mantium, incipientium proprij.

II.

Sed ad quos verba hæc diriguntur? Quidam ad Angelos, Alij ad Apoſtolos volunt, Sed præſtat indefinite dicta, Et cupientis eſſe, magis quam petentis. Aut certe ad Deũ ipſum referre, Cuius mox auxilium poſcit. Nam præſte Deo fruſtra ab alijs petat.

Sed duplex hic moueri quæſtio poteſt; altera, ad quos hæc dicantur verba: altera, quid arcano ſenſu *Flores*, quid *Mala* ſint, quæ aggeri ſuper ſe poſtulat, in medelam deliquij. Plerique Veterum hæc ad *Angelos* verba dicta exiſtimant, ſic Pſellus, & tres PP. apud Theodor. & quicumque LXXII. Interpretum lectionem: *Ordinate in me caritatem*, interpretati ſunt, eaque verba ad *Angelos* referenda eſſe, ſunt arbitrati, idem hic dicturi ſunt: quemadmodum ad *Apoſtolos*, aut *Prophetas* referre debent, qui illa ad eos dicta voluére. Sed præſtat exiſtimare, hæc aut abſolutè poſita, & indefinitè, & potius cupientis affectum, quam petentis continere, aut iubentis imperium: vel potius ad Deum ipſum referre à quo quemadmodum omnis orta cauſa *languendi* erat, ita medicinam ſperari decebat, quod quidem magis Eroticum eſt, & ex amantium vſu tractum: cum omnino ignorare illa non poſſet, nullum alium mederi malo, quo cruciabatur, poſſe, præter illum, qui ſolus potuerat vulnerare. Quod ſi rem ipſam, ac decorum perſonarum ſpectes, nihil aptius dici poſſe fatebere. Certè cum mox dicit: *Laua Eius Sub Capite Meo*, deprecantis vox potius, quam iubentis eſt; & ad Deum potius, quam ad *Angelos*, vel *Apoſtolos* referenda. Alioqui alienum eſt, præſente Deo, cuius vnius amore ſaucia *languebat*, aliunde ſubſidia poſcere, quam ab eo, qui & facilius poſſet, & amantius vellet, malo, cuius ipſe cauſa fuerat, adhibere remedium. Si ergo Eccleſiæ ipſius ſtatum conſideres, eoque iam deductam fauoris, quo maximè deduci

Origenes.

Eccleſia verba optantis ſenſum continentia.

Si petitionem continent, ad Deum referenda.

Digitized by Google

Nam quanquam ante timida, Confidentiam amori iam addiderat, Sic enim ſolent, qui ſecurè amant. Habes exemplum in Abrahamo, Qui auſus pene leges Deo præſcribere, Nec iam amor Eccleſiæ manu ductore egebat.

Deo præſente indecorum eſt ab alijs auxiliũ petere.

Eccleſia manu ductoribus non eget, ad agẽdum cum Deo.

cupierat, multo magis ex decoro factum fatebere, vt ea cum Deo loquatur; iam enim eo venerat amor, vt ſecurè amare ſe ſciret; vbicumque autem amor ſecurus eſt, indiuiduam comitem con fidentiam habet. Ergo quæ antè timida vix in vota conari audebat, iam certa non amplius repellendam ſe, audaciam addit confidentiæ, nec votis contenta, maiora molitur; haud dubia minimè vanos futuros conatus. Habes in Abrahamo exemplum. Gen. 18. 23. & ſequentibus. Cui cum Deus amicè indicium feciſſet conſilij ſui, de excindendis Sodomis, auſus interponere pro eis preces, propter iuſtos cum impijs permiſtos, (ſic enim ille exiſtimabat) à quinquagenario numero vſque ad denarium ſuos per gradus deſcendit, impetrandi certus cunctis propter paucos ſalutem, ſi vel pauci inuenirentur. Quo loci quid mirari potius debeas, dubitabis; aut Dei cum vno homine familiaritatem, ac, vt ita dicam, condeſcendentiam; aut vnius hominis ſecurè iam amantis confidentiam, & audaciam eò prouectam, vt legem quodammodo Deo poneret, & ſupplicio modum, quo decreuerat impiam Gentem cum ciuitate delere. Non iam loco hoc amor Eccleſiæ eo ſtatu deſcribitur, vt ad flectendam maieſtatem manuductoribus, aut interceſſoribus opus haberet, cum de familiaritate cum Deo nemo hominum, aut Angelorum eſſet, cui cedere vellet, aut poſſet.

III.

Difficilius de ſenſu definire. Quidam floribus catechumenos, Malis baptizatos accipiunt Vtriſque enim ſuſtentatur Eccleſia, Alioqui breui interitura, Niſi decedentibus noui ſuccedant. Et vacuas ſedes occupent, Sed facile non eſt huic ſenſui aptare languorem, Aut illius cauſã ac remedium aſſignare.

Flores catechumeni, mala baptiſmo intincti.

Eccleſia durare non poſſet, niſi continuo noui credentes accederent.

Operoſior de ſenſu quæſtio erit, propter Veterum authoritatem, Recentiumque Interpretum varias ſentiendi rationes. Plerique Veterum ad legis gratiæ ſtatum hæc referunt, quanquam in applicando ſingula ſingulis, diuerſiſſimas ſemitas ſunt ingreſſi. Origenes Hom. 3. *Floribus Catechumenos, Malis eos* intelligit, *qui, per gratiam baptiſmi reparati, bonorum operum fructus ferunt.* His Eccleſiam *Fulciri*, atque *Stipari*, quia ex vtroque firmatur: ijs, qui denuo in fidelium cætum aduocantur, in decedentium locum ſubſtitutis. Futurum enim, vt Eccleſia breui intereat, niſi continuo nouis de Fidei trunco pullulantibus ramis, eorum, qui per mortem in Chriſto in æternæ vitæ arborem inſeruntur, loca vacua impleãtur. Rite autem initiandi per myſteria Fidei, ſanctumque baptiſma *Floribus* comparantur, in quibus ſcilicet ſpes maturorum fructuum, velut in *Floribus Mala*, deliteſcunt. Id eſſe, quod Eccleſia à Deo poſcit, cum orat. *Deus qui Eccleſiam tuam nouo ſemper fœtu multiplicas, concede famulis tuis, vt Sacramentum viuendo teneant, quod Fide perceperunt.* Itaque *Fulciri Floribus*, ac *Malis Stipari*: ſiue *Confirmari In Vnguentis*, & *Stipari In Malis*, vt LXXII. tranſtulére, nihil aliud erit, quam multa ſobole myſtica fœcundari: vt & noua ſemper augeatur numero, & adultior nouis quotidie acceſſionibus gratiæ creſcat. Hæc verè dicuntur; quam ad hunc locum aptè, non audeo dicere: cum difficile aptari ad hunc ſenſum poſſe, videam, hunc Eccleſiæ *Languorem, ſiue deliquium*, in cuius remedium, & aggerari ſibi *Flores*, & conſeruari *Mala* deſiderat. Neque enim facile eſt, *Languoris*, vel *deliquij* cauſam inuenire in ea, quæ id cupiat vnum, vt multa ſobole noua fundetur, & adultiore firmetur, dum robuſtior fit. Itaque vnum cum alio minimè cohærere videtur.

IV.

Alij Flores incipientes, malo perfectos malunt. Sed eadem obeſt ratio, Difficile deliquij cauſam, & remedium Si id placeat, aſſignari poſſe. Veneramur ergo hanc ſententiam, Sed ſequi non poſſumus.

Flores incipientes, mala perfecti.

Latinorum Veterum alia eſt interpretandi ratio, per *Flores* incipientium progreſſus per Fidem, caritatemque; per *Mala* perfectorum opera intelligentium: & quidem aptè ad analogiam; cum, quod *Flores* ſunt, ſi ad *Fructus* comparentur, id videantur incipientium opera, ſi cum perfectorum operibus componantur. Sed obeſt eadem illa ratio, difficile ſi ita interpretére, reddi cauſam deliquij poſſe, cui medendo ſuppetias poſcit. In quocumq. enim ſtatu Eccleſia & incipientium *Floribus* delectatur; & perfectorum maturis ſuſtentatur fructibus. Nec vlla cauſa erat, cur hoc maximè loco vel *deliquio Languida* induceretur, à vulnere caritatis; vel tanquam *deliquij*, *Languoriſue* remedium imperfectorum, & perfectorum opera procuraret. Aliquid ergo intelligendum eſt, quod in *Languida ab Amore* remedium optimè quadret. Itaque ſententiam hanc veneramur, propter Authores quidem, quibus tum ab authoritate, tum à numero reuerentia debetur; ſenſum ſequi non poſſumus, alio nos vocante tum interpretationis noſtræ conſequentia, tum analogiæ ratione, ac rerum ipſa cohærentia.

V.

Sicuti nec aliorum, Qui Flores caſtas animas, mala Apoſtolorum exempla malunt, Hæc enim ad deliquij remedium non faciunt, Ne Bernardo, qui ad paſſionem & reſurrectionem refert. Propter eandem cauſam.

Aponij ſenſus reijcitur.

Bernardi ſenſus de myſterijs paſſionis & reſurrectionis.

Eodem autem cenſu numeramus aliorum interpretandi rationes; Aponij, qui *Floribus pudicas animas, Malis Apoſtolorum exempla*, interpretatur. Nam neque ſatis intelligitur, cur *Floribus caſtas* potius *animas*, quam virtutibus alijs inſignes accipiamus; aut *Malis Apoſtolorum* potius *exempla*, quam aliorum in Eccleſia ſuo gradu conſpicuorum, eos dico, qui ratione ſtatus, perfectione chriſtiana ſunt inſignes, vt Prophetas, Epiſcopos, Martyres; neque quid hæc, ſi vera etiam eſſe ponamus, ad deliquij remedium, aut quomodo valeant. Bernardi, qui *Mala* interpretatur *Dominicæ paſſionis myſteria, Flores reſurrectionis*. Tametſi enim cur *paſſionis myſteria Mala* dicantur, *reſurrectionis* autem *Flores*, acuta ratione definit, tamen quo hæc pacto *Languenti* ab *Amore* afferant medicinam, nõ ſatis intelligitur: cum maximè Eccleſiam, ſeu piam animam meditatione myſteriorum paſſionis, amoris ſimul, dolorisque ſenſu pulſatam, viribus deficere dicat; nec puto cauſam languoris in remedium procuraret. Aliunde enim vulnus erat, aliunde vulneris medicina. Bernardi poſui verba. *Cernit Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.* *Cernit viſum Patris crucem ſibi baiulan-*

tem:

Sed Bernardi verba habes
Pietate & deuotione plena.
Ex quibus intelliges,
Hæc haud facile cohærere.

tem: cernit caſum, & conſputum Dominum maieſtatis: cernit authorem vitæ, & mortis confixum clauis, percuſſum lancea, opprobrijs ſaturatum; tandem illam dilectam animam ſuam ponere pro amicis ſuis: cernit hæc, & ſuam magis ipſius animam gladius amoris tranſuerberat, & dicit: Fulcite Me Floribus, Stipate Me Malis, Quia Amore Langueo. Vides hæc difficile cohærere, nec intelligi poſſe Languoris eandem cauſam eſſe, & medicinam.

VI.

Vt ſenſum noſtrũ tradamus, obſeruamus.
Deum fatiſcẽtem conſolationum affluentia animã,
Vel ſubtracta cõſolatione reſpirare ſinere,
Vel additis viribus roborare vt pati poſſit,
Ideo qui ſic aguntur, clamant, vt ſuſpendantur ſolatia.
Sicuti ſolebat S. Fran Xauerius.
Hic ſtatus Eccleſiæ deſcribitur.
Multitudine ſolatiorum penè obruta.
Et remedium expetentis.

Deus quo pacto medeatur animæ vi conſolationẽ fatiſcenti, languentique.

Voces S. Franc. Xauerij, cum cõſolationem vi premeretur.

Eccleſia ſub mole ſolatiorum laborans, remedium à Deo petit.

Poſuimus aliorum ſententias, curque nobis minus probarentur, indicauimus: ſupereſt, vt quo ſenſu dicta hæc ſint, vt nobis quidem videtur, dicamus. Imbecillem ſæpe animam, ac conſolationis, ac lætitiæ interioris velut fluctibus obrutam, iamiamque fatiſcentibus corporis viribus morituram, Deus idem lætitiæ illius, ac conſolationis Author, vel, ſubtracta ad tempus conſolatione, reſumere amiſſas vires ſinit, aut additis viribus firmat, vt, quod ſola non poteſt, diuina ope ferente auxilium, oneri non ſuccumbat. Hinc voces illæ piarum animarum, cum eo pelago immerſæ, prope eſt, vt inter eos vortices vitam amittant, quibus à Deo petunt, vt recedat tantiſper, donec reſumpto ſpiritu, nouorum fauorum impulſui recipiendo ſint pares. Sanctus Franciſcus Xauerius, ille Apoſtolici ſpiritus vel hæres, vel æmulus, ætatiſque noſtræ, multoq. magis Societatis Ieſu decus, & columen, ſæpe ea mole conſolationum oppreſſus, admota vtráque pectori manu, diductaque veſte, impar tãtarum rerum, quantis animum affici ſentiebat, in eas voces ſolebat erumpere: *Satis Eſt, Domine, Satis Eſt.* Hunc nos ſtatum Eccleſiæ loco hoc deſignari putamus: quod enim de ſingulis Fidelium qui ad perfectionem contendunt, dicere haud raro poſſumus, poſſumus ſemper de Eccleſia affirmare, quæ ex illis conſiſtit. Ergo Eccleſia in Ægypto, tot inter labores, atq. anxietates, paternam Dei in ſe benignitatem experta, eodemque omnino gradu & vexata laboribus, ac Dei fauoribus fota, non exterioribus modo, ſed magis multo interioribus, incapax tantarum conſolationum, minutis corporis viribus, animoque defectu, ſuppetias à Deo petens, ſub tanta ſcilicet felicitate laborans deſcribitur, & quidem maximè ex decoro.

VII.

Nec aliud Flores, & Mala ſunt,
Quam auxilia illa, quibus Deus huic medetur malo.
Quo vero id faciat pacto, explicare,
Expertorum animorum eſt.
Nobis nondum tantum facultatis eſt datum,
Sed tamen ſimilitudinis ratio indicata eſt.

Flores & Mala myſticè, ea auxilia, quibus Deus medetur huic myſtico languori.

Quo pacto id fiat, ſoli illi poſſunt dicere qui experti.

Quod ſi pertinacius exquiras, quid velit, cum ſe *Floribus Fulciri, Stipariqué Malis* poſtulat: quidue *Flores*, quidue *Mala* arcano ſint ſenſu, dicam, nihil aliud *Floribus*, aut *Malis* indicari, quam ea ipſa auxilia, vireſque, quibus Deus animam ſub eo ſtatu roborat, vel laxatis ſpiritus ſpatijs, vt, capacior factus, exuberantiam lætitiæ, ac conſolationis ſpiritus capiat; vel ſubminiſtratis viribus robuſtior, ſuſtinendæ impoſitæ moli fiat. Quo autem id pacto Deus præſtare ſoleat, haud facile explicare eſt, nondum perfectionis culmen aſſequutis. Aliorum exquire ſententiam, quibus à Deo datum eſt, experimento didiciſſe, *quam ſuauis ſit Dominus;* quamque in eos beneficus, quos inter multos delegit, quibus amoris ſui fauorem impendat. Id ſatis ad loci huius intelligentiam eſt, totam rationem ſimilitudinis in eo eſſe; vt, quemadmodum deliquio laſſos, aut defectos viribus ſolemus vel vino, vel odoribus recreare, & odoratis pomis ſuſtentare; ſic Eccleſia velit, ſibi ab *Amore Dei Languenti* remedia procurari, qualibus Deus illis medetur, qui eo ſuauiſſimo morbo ægri, & mori ſe ſentiunt, & mori non piget; tametſi è contrario, ne mori cogantur, adhiberi ſibi medicinam volunt, inter contraria vota diſtracti. Qua de re fortaſſe proxima Notat. nonnulla.

NOTATIO XVI.

QVIA AMORE LANGVEO.

I.

Languorem hunc alias deſcripſimus,
Nec omnino ratio alia de caritatis hoc effectu.
Et ſolent ſæpe ea pulſari, qui ſummum contigere coniunctionis cum Deo gradum.
Quem tamen nõdum aſſequuta Eccleſia ponitur,
Quoad per incarnationem Deo copuletur.

Qui ſummum gradum coniunctionis cũ Deo contigere, ſolẽt deliquia pati.

Eccleſia nõdum eũ gradum contigiſſe inducitur.

HVNC amoris effectum, ſi de naturali loquamur affectu, loco alio deſcripſimus, eiuſque phyſicas cauſas tradidimus, internas, ac proximas, & externas, remotaſque. Si de ſupernaturali *Caritate* ſit ſermo, de qua arcano ſenſu accipienda hæc verba omnium omnino ſenſus eſt, partim eadem ratio eſt, partim non eadem, cum *Languor* ſiue *deliquium*, non idem in omni ſtatu ſit, quia cauſæ non eædem. Solet in ijs, qui ad ſummum gradum coniunctionis cum Deo, ingenti eiuſdem Dei benignitate vocati ſunt, ſæpe contingere, vt *Languere* ſe ad mortem ſentiant, corporis omnino viribus fatiſcentibus. (Cuius rei documentum habes apud B. Thereſiam, vitæ à ſe ſcriptæ Cap. 20. quo loci & cauſas, & remedia leges.) Si tamen, qui eo vulnere icti ſunt, aut remedium pati poſſunt, aut optare. De his alio fortaſſe dicemus loco. Hoc ſtatu Eccleſia nondum in id familiaritatis ac coniunctionis cum Deo deducta deſcribitur, cui ſuus infra locus ſeruatus, cum pleno Dei connubio iuncta illi, nihil erit vltra quod quærat. Hic initia eius Caritatis, coniunctioniſque notantur: ſed ea tamen, quæ certam ſpem generent, futurum, vt aliquando ſummam illam coniunctionem conſequatur.

II.

Deliquij huius cauſam quidam conficiunt,

Huius ergo *deliquij* cauſas vt exquiramus, res ipſa poſtulat. Plerique hoc ad Dei abſentis repulſam, qua Sponſam exercet, reuocant. Cupientem ergo Deo hærere, cum ſe animaduer-

In abſentiam ſponſi.
Bernardus ducit agmen,
Cuius habes verba lectiſſima,
Et pietatis plena.
Tum de anima ſancta.
Tum de ſancta Eccleſia.
Cupiente Deo coniungi,
Per viſionem beatam,
Huius autem affectus,
Multa habes in Paulo, & Dauide documenta.

Eccleſia lãguẽs præ deſiderio Dei abſentis.

maduerterer non permitti, velut impatientiæ ictam mucrone, dolori medicinam quærere. Bernardi verba omitti non poſſunt, quæ omnium inſtar erunt. *Cum præſto eſt, quod amatur, viget Amor: languet cum abeſt; quod non eſt aliud quam tædium quoddam impatientis deſiderij, quo neceſſe eſt affici mentem vehementer amantis abſente quem amat; dum totus in expectatione, quantamlibet feſtinationem exiſtimat tarditatem: & ideo poſtulat, accumulari ſibi bonorum operum fructus, cum Fidei odoramentis, in quibus, moram faciente Sponſo, interim requieſcat.* Hæc de pia anima Chriſti Sponſa. De Eccleſia autem ſimilem in modum loquitur: cum enim prius dixiſſet, in *Floribus animas imperfectiores,* ideſt, *nouellam, ac teneram incipientium conuerſationẽ:* in *Fructibus* vero *proficientium fortitudinem, ac perfectorum maturitatem* deſignari: addit: *His ſtipata Mater peregrinans, & fructificans, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, profecto æquanimius fert, moleſtiam ſuæ dilationis, quoniam datur ei de fructu manuum ſuarum, tanquam ex primitijs ſpiritus.* Eccleſiæ ergo ſecundum hanc ſententiam verba ſunt, cupientis Deo per viſionem beatam coniungi, cui, eo abſente, omnia tædium pariunt. *Languet* ergo præ vehementia deſiderij. Hinc illa per Paulum voces, *Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Phil. 1. 23. Et: *Viuo ego, iam non ego, viuit vero, in me Chriſtus.* Gal. 2. 20. Et: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Rom. 7. 24. Et per Dauidem: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie; vbi eſt Deus tuus?* Pſal. 41. 2. 3. Et: *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes; Quando conſolaberis me? Quia factus ſum ſicut vter in pruina.* Pſal. 118. 82. 83. Et ſimilia alia tota ſcriptura paſſim ſparſa.

Eccleſia per fidem ambulans hærere per viſionem beatã Deo cupiens.

III.

Vere hæc dicuntur, ſed minime apte ad locum.
Semper enim Eccleſia patriam ſuſpirat.
Hic aliquid ſingulare vult.
Languor ergo ſtatui accommodandus eſt
Et ſi id nobis placeret,
Potius ad tarditatem incarnationes,
Quæ connubium verum, referremus.
Id deſiderium pungebat illam in Ægypto.
Et poſt modum ſub lege.
Hæc ſi placeant,
Facile hæc nectes cum ſuperioribus.
Eius autem deſiderij multa ſponſa toto Can. ſigna.

Eccleſia dum peregrinatur ſemper abſentẽ Deum ſuſpirãs.

Eccleſia tardantis incarnationis deſiderio languens.

Dramatis finis Incarnatio.

Vere hæc dicuntur, ſed quo pacto aptari huic loco probabiliter poſſint, non ſatis video, quo huius abſentiæ indicium nullum eſt. Nam tametſi ambulanti per fidem Eccleſiæ ſemper Deus eſt abſens, quoad fides in gloriam verſa fuerit: minus id in verba hæc quadrat, cum, quocumque ſtatu Eccleſiam conſideres à ſui exordio, hac Dei abſentia torqueri neceſſe ſit, dum peregrinatur à Domino. At, cum loco hoc & *amore Languens*, & viribus defecta inducitur, non alio, profecto aliquid omnino intelligitur, quod in hunc locum, non in omnes alios, quadret. Status ergo Eccleſiæ, qui deſcribitur, conſiderandus eſt, eique *Languor ex amore* aptandus, ita vt in alium ſtatum non quadret. Quod ſi verba hæc ita interpretanda cenſerem, vt *Languoris* cauſam in aliquam Dei abſentiam reijciendam arbitrarer, mallem de tardantis connubij vnione per Incarnationem, ac legem gratiæ interpretari: quo ſcilicet ſub ſtatu legis ſcriptæ ſponſali iure iam Deo copulata; & ſub naturalis legis quaſi infantia, cum candidata ſolum ſponſalium eſſet, velut amans, ſperanſque tantum, votis omnibus currebat. Omnis ſiquidem Dramatis huius actio, quod non vno alias loco monitum eſt, coniunctionem Eccleſiæ cum Deo per Incarnationem, tanquam finem reſpicit. Ne neceſſarium putes, quidquam in toto Dramate eſſe, quod cœleſtem ad Patriam referendum ſit. Itaque Eccleſiam ſi cogites ſub naturalis legis ſtatu, atque in Ægypto adhuc verſantem, non minus laboribus, atque anxietatibus preſſam, quam Dei fauoribus ſubleuatam, ſed nondum per legem ſponſam, nondum per Incarnationem maritatam, haud mirabere, impatientia deſiderij ſtrictioris vinculi, quo Deo coniungatur ſtabili fœdere, fatiſcentem, ac viribus prope defectam. Huic ergo ſtatui, ſi quidquid à Bernardo acutè, ac piè dictum eſt, accommodaueris, & facile hæc cum prioribus nectes, & fortaſſe aliquid dices, quod faſtidioſus Lector non damnet. Eius autem deſiderij, quo ſub vtroque ſtatu torqueri ſe Eccleſia ſentiebat, multas toto Cantico ſparſas voces animaduertes. Cap. 3. 1. *In lectulo meo per noctes, quæſiui quem diligit anima mea.* Cap. 5. 1. *Veniat Dilectus meus in hortũ ſuum.* Quorum priora illa Eccleſiæ ſunt verba, properantis ad Sponſæ honorem, per legem Moſis: poſteriora ad vxoris dignitatem per Incarnationem, per quo legem Gratiæ; vt illis locis oſtendemus.

IV.

Sed neque id neceſſarium,
Nam languori cauſam veram.
Ex verbis ipſius ſatis intelliges.
Dixerat de ſuis gaudijs ſub illius vmbra,
Et in vinaria cellæ perceptis,
Et amoris in illã vi, vnde languor.
Non ergo aberat ſponſus.

Eccleſiæ languoris vera cauſa, fauores ſponſi, & amoris granditas.

Eccleſia lãguẽs ſponſo præſente.

Cæterum ne id quidem neceſſarium eſt, ad enodandum hunc locum, cuius alium omnino ſenſum eſſe & ſuperius indicauimus, & hic oſtenſuri ſumus. Certè quæ huius deliquij cauſa fuerit, non aliunde melius, quam ex verborum ipſo ordine, intelligemus. Dixerat, immenſo ſe perfuſam gaudio, ex Dei conſortio, nam & ſub illius vmbra conſederat, eiuſque ſe ad ſatietatem ſuauiſſimo fructu implerat; Addidit adhuc maiora collata ſibi, introductamque in vinariam cellam, vbere liquore potam, velut ebriam ſui iuris nõ fuiſſe; in quam ſcilicet Deus, tota caritatis ſuæ acie impulſa, ſub ius, ac poteſtatem redegiſſet, vt iam illius omni iure eſſet, haud ſecus, quam bello victi, victoris ad arbitrium, viuere compelluntur. Quæ omnia ſatis indicant, hæc ab Sponſo non abſente, ſed præſente geſta, quantum ille ſolet per Fidem ambulantibus prope eſſe, cum proximè adhæreſcit. Non ergo, cum *languere* ſe clamat, & *languori* remedium quærit, ex abſentia Sponſi præ impatientia deſiderij *languidam* arbitrabere: Quo enim pacto abſentia illius conficiatur, cuius potentiſſimis fauoribus impleri ſe ſentit, & gaudet? Aliquid ergo *Languore* ſignificat, quod cum præſentia Sponſi probè conueniat. Atque hæc ratio ex ijs, quæ præceſſere, deſumpta eſt.

Nec minus ab ijs, quæ proximè ſequuntur, validè argumentari licebit. *Læua* Dilecti ſu-

Digitized by Google

V.
Quin cum læua ſuſtentari
Dextera cingi poſtulat, cum præſente loquitur
Immo cum fauente impenſè
VI.
Cauſa ergo languoris,
Ex Dei præſentis amantiſque amore orta.
Ideo licet alias dormiat,
Et quieti illius proſpiciat Deus,
Nec languet, nec queritur.
Vtpote vſu robuſtior ad amandũ facta,
Sic lignum viride igni iniectum,
Prius ſtridet, & gemit,
Poſtea ſedatius agit.
Donec totus igneſcat.
Hos per gradus amor Eccleſiæ creuit,
Hic languet, & medicinam malo quærit.
Poſtea neutrum patitur,
De hoc ſtatu locus Pſalmi.
Nam pluuia voluntaria ad fauores pertinet,
Infirmatio ad lãguorem,
Perfectio & confirmatio, ad remedium.
Ineſt vero vis magna verbis,
Indicant enim nõ fuiſſe opus multa prece,
Ad extorquendũ fauorem.

ſtentari poſtulat, *dextera* vero arcto complexu ligari. Quo ſatis oſtenditur, hæc ad præſentem verba iactari: alioqui imprudenter id peteret, quod fieri minime poſſe ſciret. Hæc vero verè dici, quæ ſequuntur Sponſi verba confirmant, quibus dum ſomno languida illa membra recreat, ſilentium edicit, ne quis audeat obſtrepere, ac quieſcentis otium impedire. Non ſolum ergo præſente Dilecto, hæc geruntur omnia, ſed & fauente, atque impensè curante, quidquid ad Dilectam languidam recreandam iuuare poterat. Omnia ſibi concinunt ſcilicet, coguntque aliam *Languoris* hic cauſam exquirere, quam Dei abſentiam.

Ergo ad amorem præſentis Dei, & impensè fauentis granditatem, cuius eo ſtatu Eccleſia nondum capax erat, cauſa omnis *Languoris* referenda eſt, quod ſatis ab illa indicatum, cum ſe aït, non abſentia Sponſi, ſed *Amore Languere*. Ergo Dei ingeſta ſine modo beneficia, ac interna ſolatia, velut inundatione quadam, immiſſa, nondum ſatis capacem obruére: ex ea autem conſideratione auctus eſt *Amor* cuius vulnere icta, *languere* ſe ſenſit, niſi eiuſdem ſuffulta ope, à quo vulnus obuenerat, moritura. Atque hæc eſt cauſa, cur, cum alias & ſomno ſe dedat, & otium illi acquietem ſponſus precetur, Cap. 2. 5. & 8. 4. non tamen ab *amore ſe languidam* dicat, nec remedium poſcat; nec vulnere icta medicinam vulneri quærat: quia ſcilicet amandi aſſuetudine facta robuſtior, ac capacior, patiens iam ardentioris Caritatis erat, quin ad illius impreſſionem, tametſi valentiorem, de ſtatu deijceretur. Recens à ſua ſylua exciſum lignum, ſi in ignem inieceris, ad primos immittentis ſe caloris impulſus horret, ſtridetque, ac repetitis gemitibus, manantibuſque lachrymis, velut conqueratur ſe de priſtino gradu, ſtatuque deijci, vtcumque licet, facit indicia. Mox ſenſim humore minuto, & frigiditate depulſa, quo ſimilius introducendæ ſit formæ, aptiuſq. excipiendæ, ſedatius agit, tametſi ſenſim etiam aucto calore, acrius imperatur, donec tandem omnino pulſis contrarijs qualitatibus, inuectoque ſummo calore, tametſi totum in ignem mutatum, ardet quietè; ac velut icto cum inimica paulo antea fœdere, amicam flammam complectitur. Per hos gradus, hoc toto Cantico, Sponſa deducitur. Ardere loco hoc incipit, atque ad primas flammas & gemitu, & lachrymis *languorem* teſtatur, nondum capax illius flammæ, quæ ſe mutari de priſtino ſtatu, tametſi gaudet, ſimul & dolet. Sed amandi ipſa conſuetudine & robuſtior, & capacior facta. Cap. 3. 5. mitius agit, nec vltra queritur, aut medicinam dolori quærit: donec tandem Cap. 8. 4. per omnia ſimilis Sponſo ſacrum hunc ignem vltro complectitur, quoque magis ardet, ad maiorem flammam diſponitur. Hoc primo forſitan ſtatu Eccleſia erat, cum de ea dictum: *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu vero perfeciſti eam*. Pſal. 67. 10. Namque hæc ad Eccleſiam dum de Ægypto educeretur, pertinere, ex Pſalmi ipſius ſerie certum eſt. *Deus*, inquit, *cum egredereris in conſpectu Populi tui, cùm pertranſires in deſerto, terra mota eſt; Etenim cæli diſtillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael*. Verſ. 8. 9. *Pluuiam voluntariam hæreditati ſuæ ſegregauit*, cum fauoribus auxit, beneficijs cumulauit, infinita prole beauit, vbereque conſolationum imbre inebriauit. Tunc autem *infirmata eſt*, quia ſcilicet tantæ caritatis nondum capax, viribus ſe deficere ſenſit; indeque malo, quo præmebatur, medicinam quæſiuit, vnde illius originem eſſe ſciebat. Nec tamen defuit geminatus Dei in eam fauor, eam *perficiens*, ſiue, vt in Hebræo eſt, *eam confirmans*. Habet autem magnam vim forma ipſa loquendi: *Tu vero perfeciſti eam*, ſiue, *confirmaſti*. indicatur enim vnius Dei fuiſſe opus, vires infirmæ tribuere; nec fuiſſe opus multa prece, vt ad *perficiendam, confirmandamque* admoueret manum: ſuopte ingenio impulſuq. accinxiſſe ſe ad opus. Quod eam Dei in Eccleſiam illam benignitatem, ac indulgentiam mirè exaggerat. Quo ſatis luminis in hunc locum illatum arbitramur.

Languoris vera cauſa amor ex præſentis Dei fauore.

Cur Eccleſia alias magis amãs, tam non langueat.

Simile appoſitiſſimum.

VERSVS VI.

LÆVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXTERA ILLIVS AMPLEXABITVR ME.

COMMENTARIVS.

VOTI ſe compotem factam indicat: tam ſcilicet facile eſt, Deum amantem, & ad fauendum procliuem, exorari. Subiectam autem laſſabundo *capiti* fatiſcentis *Læuam*, qua ſcilicet fulciretur, *Dexteram* autem *Complexui* reſeruatam. Itaque pectori Dilecti admotam, atque arctè brachijs

chijs illigatam, inuitatam ad quietem, quæ *Languori* vnicum erat remediũ. De his dictum ſatis Dramatico Commentario Cap. 2. Notat. 19. Cum autem languoris omnem cauſam, in amoris granditatem retulerimus, orti ex duplicium beneficiorum ingenti inundatione, externorum, internorumque, huc etiam referendam *Lauam*, *Dextramque* arbitramur: & *Laua* quidem Dei ea auxilia accipienda, quæ ſub onere eorum beneficiorum, quæ ad exteriora pertinent, laboranti vires adderent, ne ſuccumberet; *Dextra* autem ea ſubſidia omnia, quæ magis animum, grandibus conſolationum imbribus fatiſcentem ſubleuabant. Vtroque ergo auxiliorum genere largiter ſe donatam affirmat; ſicque *Languori* factam medicinam.

ENARRATIO.

CVM me Caritatis ipſo exceſſu languere ſenſiſſem, ſuppetias ab eo petij, quem ſciebam non minus vulnerare, quam mederi vulneribus, quæ ipſe intuliſſet, poſſe. Vires ergo mihi ſubdi, ad tantum onus ſuſtinendum, cum popoſciſſem, mea ſenſi vota Dei liberalitate præuenta: & feſtinaſſe ad auxilium amantem prius, quam me languentem, atque indigam ad preces. Nam & beneficiorum mole obrutam, quibus me, quantum ad exteriora pertinet, donarat, ſubſidijs ſecreto ſubmiſſis, ſubleuauit; iam iamque ſuccumbentem ſuſtentauit: vt nouis ſcilicet gratijs veteres cumularet, intelligeremque ab eo omnia eſſe, & quod felix ipſa eſſem; & quod nimia felicitate non opprimerer. Et inſuper interioris lætitiæ velut pelago immerſam, iamque fluctibus placidiſſimis hauriendam, emiſſa de alto manu, prehendit, & locauit in tuto: ne quid illi non deberem, qui & implere animum tanta bonorum affluentia poſſet, quantam capere ipſa non poſſem: & nouo immiſſo fauore ſpatia ipſa laxare ſpiritus, capere vt poſſem. Iam alio mihi videor ſtatu locata, alio verſari in orbe; nec eadem eſſe, quæ fui. Scilicet ex Dei mei ſuauiſſimo conſortio, ſenſim me ſentio proficere, & ad maiora diſponi. Erit, cum, quæ nunc in aditu ferme verſor, ab adytis ipſis non arcear; ac prorſus illi coniuncta, nec diuelli timeam, nec poſſim. Interea ſub tanta Dei protectione ſecura quieſcam; illiuſque excepta brachijs dormiam in id ipſum.

NOTATIO XVII.

LÆVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXTERA ILLIVS AMPLEX. ME.

SVM. COM.

I.

Nexus cum ſuperioribus.
Languori leuando non ſatis eſſe Flores & mala videns,
Certius remediũ quærit,
A brachijs ſponſi & ſinu,
Hæc Dramati ſatis,
De littera alia ratio.

II.

Difficilior de ſenſu quæſtio
Manus Deus non habet.

NECTENDI hæc cum ſuperioribus ratio non omnibus vna eſt. Quidam, cum leue id remedium *Florum*, *Malorumque* animaduertiſſet, ad depellendum languorem, quo ſe languere ſentiebat, eam affirmant, validius medicamen optaſſe, excipi ſcilicet Dilecti brachijs, ac ſomno tantiſper indulgere laſſitudine leuandæ, & recreandis ex deliquio viribus. Hæc, ſi Dramaticum ſenſum expendas, non inepte dicta exiſtimes, vt ſuo obſeruauimus loco, ſi *flores*, & *mala* propriè accipias; arcano ſenſui difficile aptabis, quidquid *Flores*, & *Mala* volueris eſſe. Fortaſſis probabilius dicamus, ſuperiore quidem Commate, generatim ſibi ab amore languenti, remedia popoſciſſe, nomine *Florum Malorumque*, quæ deliquio languidis mederi ſolent, ſignificata: hoc autem qualia illa fuerint remedia, dicere: ſcilicet multo maiora Deum contuliſſe, quam auſa ipſa fuiſſet petere: & quidem tam feſtinato ſtudio, vt vix perficere preces potuerit, cum ſe Dei illo fauore præuentam ſenſit.

Eccleſia prius generatim remedium deliquio quæſiuit, nunc qualia fuerint dicit.

Ad ſenſum, quod attinet, difficilis locus eſt, nec vna impeditus quæſtione. *Manus* in Deo non eſſe, ſicuti nec membra cætera, quæ in hominibus corpoream molem cõponunt, certum eſt. Ideo Origenes duo monet; alterum vt à corporeis auocemus mentem, & ad ſpiritualia traducamus; quod & à Theodoreto eſt monitum: alterum, vt meminerimus,

Auocanda mens à corporeis.

Sponſam

Auocanda ergo à corporeis mens,
Sed per illa Eccleſia volo exprimit plenè connubij.
Quanquam hæc nondum ad Incarnationem ſpectant,
Nobis ergo hærendum eſt noſtro filo.

Ecclefia properans ad connubiũ gaudet corporis appellationibus.
Nunquam abrumpendum interpretationis filum.
Horatius.

Sponſam feſtinare ad connubium Sponſi, ideo apertioribus corporis appellationibus gaudere. Quod ſi Connubium nonniſi per Incarnationem factum arbitrere, mirum non eſt & *Læuæ* & *Dextræ* mentionem fuiſſe factam. Sed nondum hæc ad Incarnationem ſpectant, tametſi ſunt, qui de Chriſto & lege Gratiæ interpretantur. Verùm interpretationi noſtræ inhærere præſtat, ne, ſi abrumpamus ſemel filum, nectere poſtea non poſſimus. Id enim ſemper ob oculos debet verſari, quidquid hoc Cant. ſcriptum eſt, vnum & ſimplex eſſe, ſuis partibus apte conſtitutum, nec diſperſis membris multiplex.

Vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ.

III.
Duæ igitur quæſtiones,
Quid caput & corpus
Quid læua & dextera
Quid am Caput Prælatos interpretatur,
Corpore Fideles reliquos,
Nos ſtringendos brachijs caritatis, ne pereant,
Illos eadem ſuſtentandos ne vertigine circumagantur.
Ita corpus totum in tuto eſſe.

Caput quibuſdã Prælatorum ordo, Corpus fidelium multitudo.

Sed cum Capiti *Læuam* ſuo ſuppoſitam, *Dextram* autem in *Amplexum* aptatam, dicat, duæ ſtatim oriuntur quæſtiones. Prima, quid *Caput*, quid *Corpus* in Eccleſia ſit: Secunda, quid in Deo *Læua* quid *Dextra* exiſtimandum ſit. Priorem quæſtionem pauci attigère. Sed quidam *Caput Prælatorum ordinem* accipiunt; *Corpus* reliquorum *Fidelium multitudinem*: vtrumque autem ſuſtentari velle, nec eodem tamen modo, ſed pro vtriuſque indigentia: *Caput ſubiecta manu*, *Corpus amplexu*. Multitudo enim, ac membrorum varietas, niſi vnione caritatis ſtringatur, facile diſſoluenda eſt: ideo aptè, vt ſtringatur amplexu; atque ad Dei pectus applicetur, in quo caritatis reconditi ſunt theſauri, poſtulari, ne quod membrum, diuulſum à cæteris pereat. Ordo autem Prælatorum, eorum ſcilicet, quibus cura gubernandæ plebis commiſſa eſt, niſi Dei Gratia ſuſtententur, facile eſt, vt vertigine circa Fidei dogmata, vel circa morum inſtructionem, circumagantur; quod omni niſu malum fugiendum eſt. Hoc autem bonum etiam à Dei in Eccleſiam caritate eſſe, ideo per *Læuam* ſignificatum, quam in partem vergere cor, certum eſt, amoris omnis promptuarium. Ita totum *corpus*, ex *capite & cæteris* conſtans *membris*, inter duo Dei brachia arctè conſtrictum, ſecurè quieſcere, & deliquio laſſum ſuſtentari, ne viribus defectum collabatur.

IV.
Subtilia hæc, ſed minime apta,
Nam caritas in Prælatis magna
Eos tutos à vertigine præſtat,
Qui morbus imperfectorum eſt
Sicut ergo lãguor in laude ponitur,
Sic ſubiectio læuæ non in vertiginis remedium,
Quæ morbus eſt, ponenda eſt.

Caritas perfecta vnde & languor propriæ Prælatorum.
Caritas ſi perfecta ſit, vertiginẽ omnem excludit.
XI
Languor Eccleſiæ morbus, ſed à nobili origine caritatis.

Subtiliter hæc dicuntur, vereor vt aptè ad analogiæ rationem: nam certè, cum languore ſe ex amore dicit, de caritatis loquitur exceſſu quo ſe rapi in Deum ſentiebat. Caritas autem hæc tanta in membris potiſſimis intelligenda eſt, in illis dico, qui ſtatus ſui ratione, perfectiſſimi vt ſint, anniti debent, quales omnino Prælati ſunt; quos hi Authores *Caput* Eccleſiæ volunt eſſe. Quod ſi eorum maxime ratione Eccleſia ſe caritate vulneratam, & ex vulnere languidam queritur, profecto ſuſtineri hos *Læua* Dei, ideſt, abundanti gratia; non apte poſtulans introducitur, timens ne vertigine mentis in tranſuerſum agantur; cum illa ipſa eorum granditas amoris in Deum ſecuros illos ab eo morbo præſtaret; qui non perfectiſſimas illas animas, ſed imperfectas, ſuiſque adhuc affectuum fæcibus inuolutas, vexare ſolet. Quemadmodum ergo languor ille caritatis in laude Eccleſiæ ponendus eſt, vel propter originem, quæ non alia quam Dei feruens amor; ita *Læuæ* ſubiectio, qua *Caput* ipſum languidum ab amore ſuſtentetur, non in vertiginis remedium; (quod vitium eſt, nec in laude ponendum) ſed in languoris medicinam, qui tametſi morbus erat, nobiliſſimam agnoſcebat originem, caritatem, numeranda eſt. Quod autem morbus eſſet, non à caritate, ſed ab ſtatu Eccleſiæ habebat, nondum tanti affectus per myſticam ætatem capacis: quo ad laxatis ſpiritus ſpatijs Dei maiore fauore, nec deliquium pati poſſet, & ipſo vulnere icta, vulneri ſuperſtes eſſe poſſet, quod tandem conſequuta eſt.

V.
Sed hæc non tam ſtricta premenda videntur,
Pertinent enim ad Dramatis ſeriem,
Non ad arcanum ſenſum,
Duplex enim Languoris ab amore medicina,
Ab odoratis rebus & à ſomno.
Somno autem nullum ſtratum accomodatius
Quam Sponſi ſinus, & brachia.

Somni remediũ in languore ab amore.

Nobis hæc non tam ſtricte videntur premenda, nec anxiè quærendum, quale hoc *Caput* Eccleſiæ ſit, quod *Læua* ipſa ſuſtentari Dei vel poſtulat, vel affirmat. Totum ergo id ad Dramatis ſenſum ſpectat. nam cum Sponſam deliquio languidam, ab amoris induceret impotentia, pronum erat vt languenti ea remedia procuraret, quæ ſolent ab adſtantibus deliquio defectis miniſtrari: ea autem ad duo capita reuocantur, ad odores, quibus fugiens animus retineatur; & ad quietem, qua fatigata mens, viribus reparatis per ſoporem, ad ſolita munia reuocetur. Dormituris autem & ſtrato eſt opus, ac ceruicali; amanti vero nec aptius poteſt ſtratum fingi, quam amati ſinus; nec mollius puluinar, quam brachia. Eo ergo habitu fingendus Sponſus erat, quo præſtaret vtrumque. Ideo maximè ex decoro fingitur, *Læuam Capiti* ſuppoſuiſſe, *Dextra* autem eam *Complexus*. Ad arcanum autem ſenſum cum veneris, haud opus eſt hæc per minutiſſimos apices exigere: ſatis eſt ſi Eccleſiæ, ab amore languenti, languoris remedia à Deo procurata intelligas, qualia ſecundum eam, quã ingreſſus viam ſis, aptiſſima eſſe ex analogiæ legibus intellexeris: quæcumque alia dixeris, acutè fortaſſe fuerint dicta, ſolidè non item.

VI.
Si autem importune vrgeas,
Caput dicam molem cogitationũ,
Quibus Eccleſia premebatur.

Caput, cogitationum moles animum opprimẽs.
Amor amatæ rei noticiam matrem habet.

Quod ſi hæc omnino non probes, & importunius vrgeas, malim *Capitis* appellatione *molem illam cogitationum* accipere; *quibus, in merita in ſe Dei defixa, obrui opprimique ſibi videbatur* Eccleſia. Illa autem mentis granditate cogitationum oppreſſio iure per *Languorem* indicata eſt, cui remedium procurandum eſſet. Quod ſi ab ijs, quæ ſolent hominibus in amoris negotio contingere, argumenta ducas, facile ſenſus huius probabilitatem agnoſces. Omnis enim amor, amatæ rei notitiam genitricem habet: hærente namque cogitatione in ijs, quæ placuére in amato, animi corporiſque donis, alio vix flecti poteſt; vt ne illa quidem

Amor enim omnis cogitatione fouetur.
Vnde capitis imbecillitas,
Cuius vnica medicina à cogitatione ceſſare.
Id autem fit vel ſomno, vel abſentia.

Cogitatio aſſidua caput grauat, cui malo remedium à ſomno.

meditetur, quæ neceſſaria ſunt, conſumptis, in vno negotio, animi mentiſque viribus. Hinc *Capitis imbecillitas, viriumque defectus*, vt ſæpe ad mortem ægrum corpus opprimatur. Huic malo remedium à cogitando deſiſtere; ſi deſiſtere tamen in poteſtate amantis eſt, à ſuauiſſima cogitatione amatæ rei. Ergo in medicinam vel *ſomni quies* procuranda eſt, vt, dum ceſſat à cogitando animus, quas conſumpſerat vehemens cogitatio vires, otium reparet: vel *abſentia amatæ rei*, qua mens, importunitate præſentis libera, ſenſim reficiatur, & ad ſe redeat.

VII.

Id maxime verũ in amore ſpirituali.
Cum animus guſtare incipit, quã ſuauis ſit Deus.
Nam ea cogitatione defixus
Sæpe langueſcit.
Sequente mentis veſtigia voluntate.
Cui morbo facile medetur Deus,
Id ergo Eccleſia ſibi præſtitum dicit,
Et menti, & voluntati vires additas.
Ad vim amoris tolerandam.

Qui experire guſtare quam ſuauis ſit Deus, frequenti cogitatione facile langueſcentem.

Languori aſſidua cogitatione facile medetur Deus.

Id vero, quod in amore naturali ſæpe contingit, maximè in ipſis amandi initijs, quibus nondum aſſuetus amori animus, velut ad nouam inſolitamque rem percelli ſolet; etiam in caritate Dei euenire compertum eſt, ſub initia maximè, dum recens à creaturarum amore auulſus animus, quantus, qualiſque ſit Deus, quam bonus, quam ſuauis, & amari dignus, incipit experiri. Ergo multus in diuinæ bonitatis cogitatione eſt; eoque meditantis diuina mentis conatu, velut impreſſione facta, perculſus, pene fatiſcit, defectiſque viribus omnino labaſcit. Sequitur autem cogitabundæ mentis veſtigia voluntas, eodemque ſimul malo percellitur; conſumptiſque in cogitando, quæ delectant, viribus, languere ſe ſentit; vt medicina ſit opus. Ergo & *Capitis* mole cogitationum preſſi; & cordis, quæ ſedes amoris eſt, amandi ipſa contentione velut laqueo ſtrangulati, remedium procurandum: quod facillimum Deo eſt, qui vnus poteſt, & vires ſubminiſtrare menti, ad molem illam cogitationum ſuſtinendam; & cordi ſeu, voluntati, ad vim amoris tolerandam. Id ergo Eccleſia, ſub eo ſtatu *amore languens* ſibi præſtitum dicit. Nec aliud arbitramur velle, cum *Lauam Dei Capiti ſuppoſitam ſuo; Dextram autem ad complexum extenſam*, affirmat, quam & menti vires, ad cogitandum Dei in ſe merito, tributas; & cordi, voluntatique ad amoris illam vim excipiendam, ſpatia fuiſſe laxata. Hinc datam quietem, otiumque, & ſomnum, de quo proximo verſu dicturi ſumus. Sed quanquam hæc ſatis probabiliter diſputata videri poſſunt; & ſimilitudinis ratio explicata omnis, præſtat prius illud ſuperius obſeruatum: idque ſatis eſt, ad enodandum hunc locum.

VIII.

Sed quid læua, quid dextra Dei?
Nec erat id minutius exquirendũ.
Sed ſequamur Interpretes.

Reſtat alia, & forſitan potiſſima quæſtio: Quid *Dei Læua*, quid *Dextra*, loco hoc dicenda ſit. Et quanquam ne id quidem minutius examinandum eſſe, noſtra ſententia eſt, ſed ſatis eſſe, intelligere, per arcanos motus vires Eccleſiæ miniſtratas, ne amando deficeret; quia tamen authores omnes Veteres, recentioreſque in ea re myſterium agnouiſſe, animaduertimus; ne omnium noſtro calculo damnare iudicium videamur, age, & id etiam tentemus iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam enucleare: Forſitan aliquid dicetur, quod ſolers Lector non improbet.

IX.

Quorum varia ſunt ſententia.
Nam quidam præſentem & futurã vitam intellexere.
Aut temporalia & æterna.
Quanquam non ſatis explicant,
Quomodo ea pertineant ad remedium deliquij.
Et obſunt quædã huic ſenſui,
Nam languoris cauſa tota ab amore.
Amor à Dei in ſe largitate.
Non ergo remediũ inde, vnde natus morbus.
Alioqui Cantici nulla pars
Ad futuram vitam pertinet, niſi fortuito ſpe.

Læua temporalia, dextra æterna quibuſdam.

Languoris remedium eſſe non potuit Dei prouidentia in temporalibus.

Quidam *Læua præſentem vitam*, *Dextra futuram* intelligunt, nam & hic Deus Eccleſiæ ſuæ bona perpetua præbet, & in futuro eam ad *Dexteram* collocabit cum Electis, cum audient: *Venite benedicti Patris mei*. Sic Philo Carpath. cui & Iuſtus Vrgel. hæret, in *Læua temporalia, in Dextra æterna* accipiens. Nec aliud fere Gregorius, Anſelmus, Petrus Damianus, & Auguſtinus in Pſal. 144. Quibus præiuit omnibus Origenes, Hom. 2. ex 2. quanquam verbis ſatis obſcuris. Omnibus autem pro face fuit, ad illuminandum hunc locum, quod dicitur Prouerb. 3. 17. *Longitudo dierum in Dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria*. Quo autem pacto prouidentia Dei circa temporalia *laſſabundam* Eccleſia *Caput* ſuſtentet, ipſi non dicunt; nec, vt exiſtimo, facile explicari poteſt. Sed duo ſunt, quæ huic interpretationi obſunt: nam, cum dicit ipſa *Dei Læuam Capiti ſuppoſitam ſuo*, *Dextram* autem *Amplexui datam*, aliquid ſibi præſtitum dicit, *in languoris remedium*, quod datum antea non fuiſſet: cum tamen eam Dei prouidentiam temporalium, æternorumque nunquam Eccleſiæ defuiſſe ſit certum. Quod ſi Languoris omnem cauſam ab ardenti amore profectam, ipſa affirmat; amor autem non aliunde auctus quam à conſideratione Dei in ſe largiſſimæ liberalitatis, qua ſe & temporalibus auxerat, & internis ſolatijs perfuderat; profecto tam abeſt, vt ſuppoſita *Capiti Læua* in deliquij remedium eo dicatur, quod Dei prouidentia temporalibus aucta ſit bonis, vt potius ea vna de potiſſimis deliquij cauſis fuerit, cui medendo, *Læuam Capiti* ſuppoſitam fuiſſe dicit. Adde, quod alibi monitum eſt, atque ex tota interpretationis ſerie confirmabitur, nullam Cantici huius partem, ad futuram pertinere vitam; niſi velis futurorum nomine, eorumque prouidentia, ea intelligere, quæ dãda Eccleſiæ poſt huius vitæ curſum in cœlo ſunt, quorum hic ſpe ſuſtentetur; quod ne ipſum quidem Eccleſiæ defuit, aut vnquam negatum eſt, cum tamen hic aliquid ſibi tributum dicat, quod hactenus non habuerit.

X.

Eadem argumento aliorum ſenſus reijciuntur.
Quidquid enim à varijs dicitur.

Quo eodem argumento aliorum etiam reijciuntur ſententiæ, vt Trium Patrum, qui *Læua comminationem ſuppliciorum*, *Dextra promiſſionem præmiorum* intelligunt. Theodoreti qui altero *metum ſupplicij*, altero *præmij ſpem* interpretatur. Bernardi, qui *remiſſionem peccatorum*, & *gloriæ largitionem* intelligit. Caſſiodori, qui mauult *Læuam huius vitæ chariſmata ſpiritualia*, *Dextra beatitudinem* interpretari. Aponij, qui *fidei ſcutum* illa, hac *orationis gladium*; quorum altero aduerſarius depellatur, altera proſternatur: aut altera Dei *protectionem*, in

vitio-

Nunquam negatum Eccleſiæ. Secundum cuiuſque ſtatus indigentiam, Cum hic tamen aliquid ſibi datũ dicat, Quod hactenus non ſit tributum. Horum ergo Interpretum veneramur authoritatem, Senſum ſequi non poſſumus. Sed Origenis ſingularis ſententia eſt.

vitiorum incentiuis implanetur (ſic loquitur *ſed continuis compunctionibus ſublimetur ad Regnum*; altera *Dei ſubſidia, ne in ſuperbiam elata faciat lapſum in Dextera, in qua Diabolus corruit*. Omnibus his interpretandi rationibus, tametſi id commune eſt, vt veram contineant doctrinã, & moribus accommodatam; id etiam commune eſt, vt huic loco minimè videantur poſſe aptari, quo aliquid ſibi datum Eccleſia profitetur, in languoris remedium, quo hactenus caruiſſet; cum quidquid hi Authores *Læuæ*, ac *Dextræ* nomine volunt intelligi, Eccleſiæ nullo tempore negatum ſit. Certè eam Deus ſemper & ſuppliciorum metu, & præmiorum ſpe continuit in officio: ac poſtquam primam illam originariam labem in Adamo per pœnitentiam deleuit, nunquam eſt paſſus, vt tota iterum à gratia ſemel accepta excideret, aut à ſpe gloriæ arceretur. Nunquam illi ſpiritalia chariſmata, ſecundum cuiuſque ætatis indigentiam, negata ſunt. Nunquam non clypeo munita Fidei, Orationiſque gladio nobiles de communi hoſte egit triumphos. Nunquam illi Deus defuit ſubſidijs neceſſarijs, ad vitiorum incentiua comprimenda, aut ad humilitatem conſectandam, etiam cum impenſa Dei cura larga manu beneficia illi conferrentur. Veneramur ergo in hac parte horum interpretum authoritatem, interpretandi rationem ſequi non poſſumus.

Eccleſia aliquid ſibi datum affirmat, quod hactenus non ſit tributum.

XI.

Læuã opera Chriſti hominis, Dexteram Verbi opera interpretantis, Sed id non hæret, quia vtraque cognitio. Omni tẽpore fuit Eccleſiæ neceſſaria, Cum id ſingulare aliquid velit.

Origenis Hom. 3. ſingularis eſt ſententia, qui *Læuam* vult eſſe *opera Dei poſt Incarnationem Verbi peracta*. *Dexteram* autem *eiuſdem Verbi ante Incarnationem geſta*. Et quanquam ille ſubtiliter ſatis, vt aſſolet, nomina rebus accommodat, rationemque reddit, cur per *Læuam* Incarnati Verbi myſteria, per *Dexteram* eiuſdem antè aſſumptam carnem arcana intelligantur; quoque pacto *Eccleſiæ Caput* Fide Incarnationis fulciri dicatur; notitia autem eorum arcanorum, quę propriè ad diuinitatem pertinent, velut amplexu beari, haud tamen quadrat; cum vtraque cognitio omni tempore, ſecundum cuiuſque ſtatus capacitatem, fuerit Eccleſiæ neceſſaria, neque vnquam negata. Deinde, quia quo pacto hæc valeant ad languorem, quo ſe premi ſenſerat, reparandum, nec ipſe dicit, nec facilè poteſt intelligi. Atque adeo hæc Origenis interpretatio eodem cum cæteris cenſu numeranda eſt; vtpote quæ, tametſi veram contineat doctrinam, rerum ordini facilè non aptetur.

Læua opera Verbi, ante incarnationem: dextra, Chriſti hominis

XII.

Recentiores læuã veterem legem, dextram nouam maluut accipere. Veterem ſubiectã Capiti Chriſto. Quia implendo ſoluit illam. Naua complexũ Eccleſiam. Quæ lex caritatis eſt, Illam, læuã, quia imbecilla. Hanc; dextram, quia robuſta, vires præſtat.

Recentiores quidam Interpretes alio obuertère proram. Conijciam in pauca, quæ ipſi ſubtili quidem, ſed prolixa diſputatione tractarunt. *Læua, Dextraque Veterem, Nouamque legem* accipiunt, iuxta Hieronymum Comment. in cap. 4. Zachar. & Eucherium lib. 2. in Geneſ. Illam *Eccleſiæ Capiti Chriſto* ſubiectam, quia per eum onus importabile legis ab Sponſæ humeris deiectum, vacua autem cum prius eſſet, impleta per Chriſtum eſt. Sic dictum fuiſſe ab illo, *Non veni legem ſoluere, ſed adimplere*. Subiecit ergo ſibi legem Chriſtus, quia, ſe illi ſubijciens, eam ſuſtulit. Hanc autem, *Nouam* ſcilicet, *Dexteram* fuiſſe *Dei*, qua complexus Eccleſiam eſt, quia lex amoris, caritatiſque, qua omnes Gentes & moribus, & inſtitutis diuerſæ in vnum corpus conſtrictæ ſunt, & velut Chriſti amplexu confotæ. Rite autem per *Læuam legem Veterem* indicatam, vtpote imbecilliorem viribus, ad ſpiritalis vitæ opera perficienda; contra *Gratiæ legem* per *Dexteram*, per quam Fidelibus virtus communicata eſt, & robur, ad difficilia quæque, non aggrediend a modo, ſed peruincenda. Hæc eorum Authorum interpretatio eſt, in pauca verba coniecta, ſubtili quidem illa ratione tractata. Sed hæc litteræ (vt noſtra ſententia eſt) tam ſubtilia minime amant.

Læua lex Vetus Chriſti capiti ſubiecta, quia illã ſuſtulit.

Dextra noua lex quæ caritatis,

Lex Moſis imbecillior, Gratiæ fortior.

XIII.

Sed cum læua ſuſtentatum caput dicatur, Id in remedium deliquij factum intelligitur, Chriſtus nũquam deliquio vexatus, Caput ergo hic Chriſtus non eſt. Nec ſibi aliqui conſtant ſatis hi Authores. Nam præſtitum hic Eccleſiæ id quo antea carebat, Nunquam vero oculus auertendus, A conformitate arcani ſenſus cum Dramatico.

Et vero cum laſſa deliquio Sponſa inducatur, mox *Læua Sponſi Caput* illius *ſuſtentatum*, ſatis intelligitur, *Capiti* à languore imbecilli, quod fieri in deliquijs ſolet, remedium procuratum. Quod ſi non alia cauſa *manus capiti* ſuppoſita, niſi gratia ſuſtentandi à deliquio male valens, profectò vt *Caput Chriſtum* interpretemur, res non patitur ipſa, qui nunquam eo languore petitus dicendus eſt. Tota hæc ergo interpretandi ratio extra analogiæ rationem eſt; & quærendum aliud *Eccleſiæ Caput*, cui imbecillitas, & infirmitas à deliquio aptè conueniat. Accedit & ratio eadem, qua proxime aliorum ſententias minimè probari nobis indicauimus, quòd ſi hæc de ſtatu Euangelij interpretere, vt certe illi Authores interpretantur, tametſi verè dicatur, & onus Moſaicæ legis eam conſtrictam, aptè in hunc locum non quadrat, quo ex eorum ſententia Eccleſia ſub Chriſto languore preſſa inducitur; antè ſcilicet quam langueret, & iugo legis liberata, & lege gratiæ confirmata. Non ergo id remedium illi exhibitum, vt à deliquio reuocaretur; ſemper enim intelligendum eſt, aliquid hic ſignificari, quo antea careret Eccleſia, quod in languoris medicinam exhibitum illi ſit. Id autem in toto hoc interpretandi genere obſeruandum eſt, vt quidquid ſtatuatur in arcano ſenſu, ſecundum analogiæ rationem ad corticem ipſum ita accommodetur, vt velut veſtis ſit, quæ tum demum in alicuius vſum facta probatur, cum corpori toti, ſinguliſque membris aptè accommodatur. Aliorum mitto ſententias & multas, & varias, ex ijs enim, quæ ſunt dicta, quale de ſingulis iudicium ferri oporteat, intelligi ſatis poſſe non dubito.

Chriſtus vt caput Eccleſiæ nũquam deliquio languens.

Regula. Semper accommodandam arcanam ſententiam Dramati.

Reiectis aliorum ſententijs, quid in re admodum difficili nobis videatur probabilius, dicendum eſt, *Manum Dei eius virtutem, ac potentiam* ſæpe intelligimus, ex vſu Sacræ Script. 2. Eſdræ 1.10. &, 2.8. Pſal. 77.4. &, 73.2. &, 103.28. &, 144.16. & paſſim locis alijs.

Dei manus, eius virtus & potentia.

Digitized by Google

SVM. COM.

XIV.

Manus Dei virtus illius intelligenda,
Ex vſu ſacræ ſcripturæ.
Ex analogia ad modum operandi hominum per manus.
Dixerat autem ſe amore Dei languere.
Nunc addit, remedium ab eodẽ procuratum.
Viribus ſibi additis, ad vim amoris tolerandam.
Nec opus hæc minutius exigere.
Quod ab alijs factum eſt.

Nam quemadmodum nobis hominibus *manus* inſtrumenta ſunt, ad externa opera peragẽda, ita quidquid Deus exequitur, per *virtutem*, ac *potentiam* ſuam, exequi manibus dicitur; ſiue ſupplicia iratus intentet, ſiue amicus auxilietur. Dixerat, ſeſe ingenti illa beneficiorum mole velut preſſam defeciſſe, atque ex conſideratione tantæ in ſe Dei prouidentiæ, dum tantis malis premeretur in Ægypto, nouis ſeſe amoris facibus exarſiſſe in Deum, vt pene in fauillas verteretur. Id autem apte languore, ac deliquio, quo ſe infirmam dixerat, explicarat: addit nunc, eundem illum, à quo vulnus illud eſſet, adhibuiſſe medicinam, *ſuppoſita Capiti ab imbecillitate male languenti, manu altera; altera autem corruentem, fatiſcentemque arcte complexum*. Id ſcilicet vult, vires ſibi, auxiliumque paratum, vt & tantorum beneficiorum onus ſuſtineret; & animi laxata ſpatia, capere vt tantum bonum poſſet. Nec neceſſarium videtur minutius exigere, quid per *Læuam*, quid per *Dextram Dei* intelligendum ſit; cum id ſolum velit, præſto ſibi fuiſſe Deum, & tuliſſe ſuppetias indigenti. Et vero ita ſæpe contingit, vt largitatis, ac beneficentiæ diuinæ in ſe conſcius animus, ſub tanti fauoris onere, velut oppreſſus, fatiſcat; qui niſi tunc Dei ſuffultus virtute roboretur, tantæ moli cedat neceſſe eſt. Id ergo eſt Deum manu altera ſuſtentare laſſabundum Caput, altera Sponſam complecti.

Læua ſub capite, & dextra cõplectens, Dei auxilia ad tolerandam amoris vim.

Sæpe animus ſub beneficiorũ onere labaſcit.

XV.

Sed Veterum authoritas cogit penſiculatius hæc exigere.
Dicamus ergo caput molem eſſe cogitationum, in mente.
Corpus voluntatem minime tanti amoris capacem.
Læuam, & dextram ſubſidia vtrique collata.
Nam ſicut aurũ in igne fumat,
Dum ignobilioribus metallis mixtus,
Sic & animus dũ affectibus carnis male purgatus.
Quoad amandi aſſuetudine purus ſplendeat.

Cæterum, vt monuimus, concors Veterum, ac Recentium Interpretum ſententia in *Læua*, ac *Dextra* agnouit diſcrimen: quod nos cogit & id exquirere, iuxta noſtræ interpretationis ſeriem: id autem duplici ratione poteſt intelligi. Nam ſi Capitis appellatione molem illam cogitationum, quibus ex alta Dei beneficiorum conſideratione mens Eccleſiæ agitabatur, vt pene obrueretur: pectoris autem, (quod domicilium cordis eſt, in quo ſedẽ habet amor) nomine voluntatem intelligamus, cui ad tantam caritatem qua ſe preſſam ſentiebat, vires minime ſuppetebant; haud inepte, analogiam ſequuti, per Læuam ſuppoſitam Capiti ea auxilia intelligemus, quibus Deus Eccleſiæ mentem erexit, roborauitque, ne tanta illa cogitationum mole preſſa labaſceret. Dextera autem ſubſidia omnia illa quibus voluntatem illius, vel laxauit, vt tanti amoris capax eſſet; vel roborauit, ne tanti incendij ardoribus in fauillas verteretur. Sic autem eſt, vt ſicuti aurum, aut argentum, iniectum in ignem, tamdiu fumat, ac fuliginem emittit, quamdiu ignobilioribus metallis, nec patientibus ignem, permixtum eſt; at, vbi perpurgatum, conſumptis ſordibus illis, purum, ſolumque nitet, & ignis, quantumcumque grandis, patiens eſt; tamque illo non conſumitur, vt mirabili prorſus ſplendore perficiatur, ac fulgeat; ita animus, dum terrenorum ſordium, ideſt, affectuum carnis, mixtura fæculentus eſt, Dei amoris iniectus in ignem, nec illarum flammarum ſit capax, tamdiuq. fumoſa quadam fuligine inuolutus ſit, donec ea conſumpta, tandem medijs illis ardoribus duret, quo diutius ardet, ſplendidior, ac perfectior. Id eſt quod dictum ab Iſaia eſt, *Conuertam Manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum.* Iſai. 1. 25.

Caput hic Eccleſiæ mens, in qua cogitandi vis.

Pectus in quo cor amoris ſedes voluntas.

Aurum in igne donec purũ eſt, fumat, Animus amans Deum dum terrenis permixtus.

XVI.

Sed ſtrictius hæc premamus,
Beneficia alia exteriora,
Interiora alia,
Læua ergo ſit vis data à Deo ne exteriorum pondere obrueretur,
Dextra, ne interiorum vi, concideret,
Sic nobis cum PP. conueniet,
Qui in læua exteriora, in dextra interiora bona agnouere,
Nec capiti ſuppoſitam læuam ad ſubiectionem referremus,
Sed ad fulcimentum.
Amplexabitur autem poſitum eſt pro præſenti.
Licet alij aliter ſentiant.

Poſſumus & hæc alio ſenſu interpretari, quin analogiæ leges negligamus: Nam cum beneficia à Deo ſub eo ſtatu Eccleſiæ collata, non vnius fuiſſe generis, obſeruatum ſit; alia enim ab ea prouidentia erant, quæ exteriora bona, abundantiam, fœcunditatemque, ac rerum omnium beatam copiam, ſiue in gregum multiplicatione, ſiue in vbere glebæ prouentu, præſtabat: alia autem ab ea, quæ interiora gaudia, ac ſolatia ei Eccleſiæ prouidebat, ne triſtitia, exaduerſis, quibus ab ea gente exercebatur, concideret; non inepte alia auxilia *Læua Manu* intelligemus, alia *Dextra*: nam quo differt manus à manu, & *Læua* à *Dextra* dignitate vincitur; eo etiam & temporalia ab ſpiritualibus, & auxilia differunt ab auxilijs. Tametſi enim Deus idem eſt, qui vtrumque præſtat, in altero tamen naturæ ordinem non tranſcendit, in altero ſupra illius leges, captumque exerit ſe. Quo puto factum, vt communi Interpretum ferme ſenſu, hoc loco *Læua temporalia*, *Dextra* autem *æterna* ſignificari ſint dicta. Cum qua interpretandi ratione conuenit noſtræ in hac parte. Non ergo quod dicitur: *Læua Eius Sub Capite Meo*, ad ſubiectionem referemus, (quod voluit Auguſtinus in Pſal. 120. 5. *Ergo ſi eſt ſiniſtra, ſit ſiniſtra; ſed ſub capite ſit; ſupra illam ſit caput tuum, ideſt, ſupra illam ſit fides tua, vbi habitat Chriſtus. Noli temporalia præponere fidei tuæ; & fidem tuam præpone omnibus temporalibus, & erit ſiniſtra ſub capite tuo*) ſed ad fulcimentum, auxiliumque Capiti ab imbecillitate languenti collatum. Quod autem additur, *Amplexabitur*, tametſi futurum ſignificat, pro præſenti eſt poſitum. Et quanquam hæc nonnulli precationis habere formam volunt, vt ſcilicet à Deo auxilium Eccleſia poſtulet; concinnius multo eſt, ſi dicamus, affirmationis habere vim; vt non tam indicet, quid præſtari ſibi poſtulet, quam quid iam Dei benignitate ſit præſtitum: promptiore Deo ad annuendum votis optantis, quam ea ad vota ipſa promenda. Sic dictum eſt; *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Pſal. 36. 4. Atque hæc de difficili loco ſint dicta.

Beneficia à Deo collata Eccleſiæ alia exteriora interiora alia.

Auxilia à Deo præſtita duplicia, exteriora & interiora.

Læua ſub capite ad fulcimentum, non ad ſubiectionem.

Amplexabitur, pro, amplectatur.

VER-

VERSVS VII.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM, PER CAPREAS CERVOSQVE CAMPORVM, NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM, QVOADVSQVE IPSA VELIT.

COMMENTARIVS.

EA ſecuritate Eccleſiæ præſtita, quam tanta Dei in illam indulgentia, & ſollicitudo rerum illius attulerat, nullius anxia rei, vtpote quæ in Dilecti ſui ſinu iaceret, ac brachijs ſtringeretur, quieti ſe dedit; ideſt, ac ſi nullius rei ſollicitudine pulſaretur, quemadmodum dormientes ſolent, placidiſſimè agebat. Hunc nos *ſomnum* fuiſſe putamus. At quia magni intererat, non ignorare illam, quanta hæc Dei in eam eſſet benignitas, & rerum illius cura: ideo Deus inducitur eius quietis ſollicitus, non modo per ſe ipſum, in cuius ipſa amplexu ſecura iacebat; ſed, quaſi vnius ſtudium ſatis non eſſet, etiam aliunde adiutrices manus aduocans, ſcilicet vt omnia vni famulari intelligantur. *Angelos* ergo (eos enim nomine *Filiarum Ieruſalem* intelligendos, alio loco monuimus) aduocat; eoſque per fideles animas, quæ adhuc in huius vitæ verſantur montibus, impiorum hominum perſecutionibus agitatæ, ſed illorum protectione, cuſtodiaque tutæ, obteſtatur, ne Eccleſiæ illam quietem, placidumque ſomnum turbari permittent; immo omnia impedimenta ſubmoueant, atque Ægyptiorum conatus auertant, quibus illius ſecuritas poſſit turbari: quoad illa diſpoſita ſit, per noua opera exerceri, ſomni illa quiete recreata. Quod nihil aliud eſt, quam indicari, ſuum & tempus, & locum expectare Deum, olim apud ſe conſtitutum, ad eam Eccleſiam euocandam ex Ægypto; atque in promiſſam Patribus terram inducendam. Hic horum verborum nobis videtur eſſe ſenſus, ſed ea Deum ipſum exarrantem audiamus.

ENARRATIO.

BENE eſt, quod Eccleſia tanta mea benignitate fota, ac fauoribus aucta, in vno me omni ſollicitudine, ac ſtudio collocato, ſecura quieſcit, quæ eam deinde fortuna maneat, haud ſollicita. Quieſcat porro; ac protectionis meæ excepta ſinu, auxiliatricisque dextræ cincta amplexu, bonis tantis læta fruatur. Vos Æthereas Mentes, illius beatæ Ciuitatis Ciues æterni, meo docti parere imperio, ac legibus viuere, quibus Eccleſiæ tutela commiſſa, eiuſque Filiorum cuſtodia commendata, in id omni ſtudio incumbite, vt quies hæc, & ſecuritas nullo illi rerum tumultu mutetur, nulla hominum incurſione minuatur. Ita fidelium animarum, quarum innocua ſimplicitas prauorum ſemper hominum, Dæmonumque fraudibus eſt obiecta, quæ ſollicitudini veſtræ commiſſa eſt ſalus ad mortem vſque perduret: eaſque in Abrahæ Patris ſinum inferatis gaudentes. Erit tempus, nec magna mora, cum, viribus quiete reſumptis, noui excipiant illam labores. Diſponatur illa interea per arcanos motus in animum illius, nec ſentientis, immiſſos, vt volens euigilet, & inſtante perfectionis hora, per vias inuias, ac ſolitudines inhoſpitas me deducentem, in promiſſas terras, læta ſequatur.

NO-

NOTATIO XVIII.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM.

SVM. COM.

I.
Verba Sponſi ex ſenſu Vulgati, Ex ſenſu LXXII. dubia. Græci PP. Eccleſiæ tribuunt, Quæ velit in ſe caritatis flammã augeri. Alij, vt Adoleſcentulæ in ſe ſemper viuam ſeruent. Sed caritatem Deum interpretantur. Alij aliter ſentiunt. Ambroſij autem ſenſus ſingularis eſt. Nec aptus huic loco.

NECTENDI hæc cum ſuperioribus ratio facilis: ea indicata in Commentario eſt, nec aliud hic adijcere, eſt neceſſe. Cui hæc tribuenda verba ſint, ſiquidem Vulgati ſenſum expendas, extra controuerſiam eſt. Certum enim eſt Dei eſſe, ſomnum Eccleſiæ quieſcenti vel conciliantis, vel apprecantis, LXXII. Interpretes ita hunc locum tranſtulére, vt dubium ſit, cui tribuenda ſint. *Adiuraui Vos, Filiæ Ieruſalem In Virtutibus, Et In Viribus Agri, Si Suſcitaueritis, Et Reſuſcitaueritis Dilectionem, Quoaduſque Velit.* Quæ cauſa fuit vt Græci Patres Sponſæ, ſiue Eccleſiæ velint eſſe. Quidam volunt eam, expertam pretium Dilectionis, hortari Adoleſcentulas, ne patiantur in ſe Caritatis flammam extingui: ſed eam potius, repetitis affectuum flatibus, excitant, augeantque nouis in dies incrementis. Sic Origen. Hom. 2. ex 2. & 3. ex 4. Theodoretuſque illum ſequutus. Alij Sponſæ quidem tribuunt, ſed alio ſenſu. Volunt enim Eccleſiam animas adhuc in virtute rudes *adiurare*, vt in ſe ipſis perferuens ſtudium ſuſcitent, ac magis per contemplationem excitent Deum ipſum, qui *Caritas*, & *Dilectio* eſt, *donec ipſi placuerit per gratiam eas prouehere ad Diuinitatem, & ad beatam vitam perducere*. Sic tres apud Theod. Patres: à quibus diuerſus abit Pſellus, qui Eccleſiam vult orare Sponſi *Amicos*, ne ſe prius decorare deſiſtant, quam partibus omnibus ornata, ac moribus expolita, ſiſtere ſe Deo poſſit, cuius voluntas eſt, vt homines ſalui ſint. Ambroſij omitto ſententiam, qui ſermone 5. in Pſal. 118. hoc quidem loco ſingularem ſententiam, & ſemitam à nemine tritam ſequutus eſt, hæc de Chriſti Reſurrectione explicant.

LXX. lectio dubia.

Deus caritas, & dilectio.

II.
Hebræa non minus ſenſu dubia, Sed ſine dubio ſponſi ſunt verba, Somnum Eccleſiæ conciliantis. Quod intellexit Vulgatus, Qui pro caritate, Dilectam poſuit.

Cæterum, quod monui, Græca quidem hoc loco dubia ſunt, immo & Hebræa ipſa, vt non niſi ex antecedentibus, & conſequentibus inter ſeſe collatis argumentum duci poſſit, ad dijudicandum, cuius ſint verba. Sed ſi ea inter ſe conferas, ſtatim intelliges, nonniſi Spõſi ſermonem eſſe, ſomnum Eccleſiæ conciliantis, edicentiſque, ne quiſquam obſtrepat quieſcenti. Id ſolerter animaduerſum à Vulgato, vt notatum alio loco eſt, qui pro *Caritate* ſeu *Dilectione* (quod habent Hebræa, & Græca) *Dilectam*, poſuit: nam tametſi ex Amantium conſuetudine tenerius illud, & magis Eroticum eſt, (dicere enim ſolent inter reliquas blanditias, *mi Amor, mea Lux, mea Vita*,) maluit tamen omnem dubitationem demere, ne quis imprudens alterius eſſe verba, quam Dei ipſius, arbitraretur; quam Originum ipſas blanditias latinè, quod alias non feciſſet, repræſentare.

Hebræa etiam dubia.

Vulgati iudicium.

III.
Maior de ſenſu lis, Quidam enim de anima exponunt, Deo per contemplationem hærente. Quæ prohibeatur excitari, Per cœleſtes ſpiritus, Ab animabus imperfectioribus, Sed hæc ad tropologiam ſpectant, Quanquam & applicari Eccleſiæ poſſunt. Quæ in quibuſdã contemplatur. In alijs actuoſa eſt. Eadem enim in domo verſantur, Maria & Martha ſorores.

Sed de ſenſu totius Commatis maior inter Latinos Interpretes lis eſt, vix vt vni cum alio conueniat. Bernardus pulcherrimè, & quaſi ad pompam in hoc campo ſpatiatur, ſerm. 52. in Cant. *Sponſam dormientem animam* eſſe *Deo per contemplationem hærentem*, hanc ſæpe ab *Adoleſcentulis* imperfectioribus ſcilicet animabus interpellari. *Adiurari* has ab cœleſti Sponſo, ne importunius, dum ſuis ſibi ſubueniri neceſſitatibus cupiunt, obſtrepant quieſcenti, *Per Capreas Ceruoſque Camporum*, quos interpretatur *beatas, iamque in cœlo regnantes animas*: ſimulque *Angelos* ipſos, qui nulla iam impediti corporis mole, liberi per diuinorũ arcanorum vagantur *Campos*, facileque ſumma petunt; ac viſus acumine etiam longe diſſita, id eſt, Diuinitatis in receſſu locata, perſpiciunt. Scire Sponſam diſcernere tempora otij, & negotij; quando ſibi cum Deo vacare, quando proximorum vtilitati debeat. Id autem eſſe *non excitari permitti Donec Ipſa Velit*. Hæc pulcherrimè dicuntur, ſed ad tropologicum ſenſum potius, quam ad litteralem pertinent: quanquam & ſuo modo id applicari Eccleſię poſſit, cui, tametſi militanti, ac negotioſæ, gratum ſæpe otium, ac neceſſarium eſt, & receſſus ille, quo Deo per intimam cum illo vnionem adhæreſcit. Eadem enim in quibuſdam per contemplationis ſomnum quieſcit; in alijs per negotioſam, actuoſamque vitam torpere non poteſt. Dormit ergo, ac per interualla vigilat; nec decet vel perpetuo negotijs implicari, vel otiari perpetuo. Vtraque enim ſoror Maria & Martha in vna domo amice verſantur, vnam Eccleſiam conſtituunt; nec eſt, quod Martha queratur, quod à ſorore mole laborum ſola premi ſinatur; aut quod Maria ſorori inſultet, velut eius negotium minus vtile, aut neceſſarium ſit bono multorum. Ab eo ſomno prohibetur excitari Eccleſia *Donec Voluerit* illa, cuius iudicij eſt, & prouidentiæ vtrumque tempus diſponere, & otij, & negotij, eius enim ſollicitudinis velut Matris familias eſt, cuique Filiorum, ſecundum rerum, ac temporum indigentiam, prouiderè.

Anima contemplationi dedita prohibetur impediri ab eo otio.

Eccleſia militanti gratum ſæpe otium eſt.

Maria & Martha in eadem domo pacifice verſantes.

IV.
Alij Filias, animas Dei amicas eſſe volunt,

Haud multum diuerſi à Bernardo abiére Caſſiodorus, & illi plerumque hærens Beda: niſi quod *Filias Ieruſalem* interpretantur *Animas Dei amicas, æternis deſiderijs intentas, ac pacis requirentes viſionem* (id enim eſt Ieruſalem) *Capreas* autem, ac *Ceruos, earundem virtutes*, munda

Capreæ earundẽ virtutes.
Alij Filias carnales homines,
Qui ſanctam animam negotijs mundi implicare conantur.
Sed omnia hæc [illegible]
Hic litteram requirimus.

Animam ſanctã mundi negotijs implicate, carnales homines ſæpe conantur.

da enim illa ſunt animalia, ac ſerpentibus inimica; quemadmodum Virtutes vitia inſectantur. Contra Gregorius *Filias Ieruſalem carnales homines* eſſe vult, qui, ſenſibilibus hærentes, ſanctam Animam mundi negotijs implicare conantur, ac velut illius vita nulla vtilitate commendabilis ſit, auocant à ſancto otio. *Filias* autem, non *Filios* aptè dici, quòd effœminatis moribus id ſint meriti, vt pro fœminis habeantur, atque appellatione infamentur ſexus infirmioris. In cæteris fermè conuenit cum Caſſiodoro. Sed omnibus id commune eſt; quod hæc non de Eccleſia, quæ prima, ac potiſſima Sponſa eſt, ſed de Anima interpretantur. Hic autem litteralem ſenſum rimamur. Fortaſſe difficile viſum eſt illis, ad Eccleſiam ſomni quietem accommodare; & quinam reſpectu illius per *Filias* Ieruſalem intelligendi eſſent; quinam per *Capreas Ceruoſque Camporum*, definire. Quo ſatis loci huius difficultas appatet.

V.
Alij Filias Doctores malunt,
Qui iubentur non excitare dilectã,
Ideſt, non cogere illam ad opera ex conſilio.
Quod & Chriſtus præſtitit,
Id nec aptẽ huic loco.
Nec conforme cõſuetudini Chriſtianæ.
Doctrina enim Chriſti,
Et Apoſtolorum voces, id agunt.
Vt ad perfectionẽ hortentur,
Quæ ſine operibus ex conſilio non conſtat.
Quod nil aliud eſt, quam ſomnũ Eccleſia turbare.

Ad opera ex cõſilio nemo cogendus.

1. Cor 7. 25.
Matth. 19. 9.
ibid.

Perfectio chriſtiana ſine operibus ex conſilio non conſtat.

Id, vt quidem arbitramur, coëgit Iuſtum Vrgelitanum, bonum alioqui Authorem, vt ſingulari ſenſu hæc interpretaretur, quanquam breuiſſimis ſuo more verbis. *Filias Ieruſalem, ſanctas, ac pacificas Doctorum animas*, dicit; quas per munda ac velocia animalia, quæ ruminare non deſinunt, & in *campis ſanctarum ſcripturarum* aluntur, *Adiurat, ne ſuſcitare eam faciant, donec velit*: Tunc enim Dilecta, *quoaduſque velit, non ſuſcitatur*, quando Sanctorum vota voluntate ſpontanea Domino offeruntur. Id autem exemplo Pauli confirmat, qui conſilium, non præceptum, de Virginitate tulit: Et Chriſti, cum dixit illi: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes*. Et: *Sunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter Regnum cælorum. Qui poteſt capere capiat*. Mirum eſt non inueniſſe, quo pacto dormire poſſet Eccleſia: ſomnumque ideo maluiſſe interpretari, de bono quocumque opere ex conſilio; immo non de opere ex conſilio, ſed de ceſſatione ab opere; ab ea enim ceſſatione prohibet inquietari Fideles, vt quidquid ſcilicet eius generis aggrediantur, libera aggrediantur voluntate: ſeque ipſos ipſi à ſomno excitent, cum voluerint. Quod ſi ſequare, ſomnum hunc, otiumque Eccleſiæ, non in laudem ponendum dicturus es, cum ceſſare ab operibus ex conſilio nunquam ſit laudandum. Accedit, tota Euangelica doctrina nihil frequentius audiri, quam Chriſti, atque Apoſtolorum voces, quibus ab huiuſmodi otio excitatur Eccleſia: cum is ſit verè chriſtianæ inſtitutionis character, adhortatio ſcilicet ad perfectionem Euangelicam, quæ ſine conſiliorum obſeruatione non conſtat. Quod ſi ſomnus hic Eccleſiæ talis ſit, potius cœleſtis Sponſus de illius ſemper profectu ſollicitus, hortaturus erat *Filias Ieruſalem*, quas *Sanctos Doctores* interpretatur hic Author, vt frequenti ſtrepitu, ac clamore illius non ſomnum, ſed torporem turbarent, eamque ad vigilandum, agendumque prouocarent. Lege SS. Patrum elucubrationes, audi exhortationes, nihil frequentius leges, aut ſonantius audies, quam has voces, quibus Fidelium animos ad opera hæc ex conſilio præſtanda omni ſtudio adhortantur; ſciebat enim, id à Deo Sponſo Eccleſiæ imprimis ab ea exigi.

VI.
Recentiorum ſenſus,
De Eccleſia contemplatione,
Cuius ſuauitate illecta cætera non curare videatur.
Ideo imperfectos adiurari ne hanc illius quietem turbent,
Sic id otium futurum æternum.

Eccleſia haud raro contemplationi dedita, curare alia non videtur.

Recentiorum ſtudium in hac quidem parte diligentius verſatum eſt. Doctus quidam Interpres, magnique in his litteris nominis, ita interpretatur. Eccleſiam haud raro contemplationis ſuauitate abreptam, ſic abſorberi, vt ſui iuris eſſe minimè videatur, vnum Deum cogitantem, vni hærentem, cætera non curantem. Hanc illius aberrationem, ſeu mauis, ſeceſſum, gratiſſimum eſſe Sponſo: ideo Fideles ſingulos, maximè imperfectos, qui ideo *Filiæ* dicantur, non *Filij*, per *Capreas Ceruoſque Camporum*, ideſt, per *Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos*, ſemper inſidijs venatorum, (malorum ſcilicet hominum) expoſitos, ne Eccleſiam ſic quieſcentem excitent, obteſtari: ideſt, ne tumultu, ſchiſmate, prauis moribus, & exemplis eam inuitam à cœleſtibus curis ad ſæculares auocent, *Donec Ipſa Velit*. Sic eam pacem otiumque futurum perpetuum, nunquam enim illa volens ab eo ſeceſſu abſcedet.

VII.
Sed neque hæc hærere videntur,
Nam eadem hæc poſtea excitatur à ſponſo,
Nec ſine cauſa ter ponitur dormientis, excitari.
Semel autem ibi languoris remedium hic.
Non ergo eadem locis omnibus ſomni cauſa,
Cuius diuerſitatis altum in alijs ſilentium,
Id nos cogit cauſam exquirere.

Eccleſia non ita ſomno dedita inducitur, quin excitetur aliquando.

Ter per interualla dormit, ter etiam excitatur.

Hæc acutè excogitata, non inficior; vt aptè ad hunc locum, de ea re vt dubitem, quædam faciunt. Nam ſi id otium ſiue ſeceſſus tam gratus Eccleſiæ, tam Deo Sponſo probatus, vt nunquam ea ab illo volens auocanda ſit, quid cauſæ eſt, quod ſtatim ab eo ſomno excitatur ab Sponſo? *Vox Dilecti Mei*, & quæ ſequuntur alia? Quid cauſæ eſt, quod ter omnino per interualla inducitur ſomno preſſa, & Sponſus de illius quiete ſollicitus, illi concilians ſomnum, ac eam deinde excitans? Cap. 3. 5. & 8. 4. Excitari enim à ſomno neceſſe eſt, quæ inducitur ſtatim poſt ſomnum ea agens, quæ à dormientibus agi minimè ſolent, aut poſſunt. Hæc certè indicant, maius quiddam arcani his locis contineri; & talem eſſe hunc ſomnum, quo non ſemper, immo nec frequenter Eccleſiam premi oporteat; ſed per interualla quædam, & raro. Quid demum cauſæ eſt, quod cum tribus omnino locis ſomno indulgens inducatur, hoc ſolum loco languore, ac pene deliquio fatiſcens, collabenſque deſcribitur? Alijs locis nulla imbecillitatis, nulla languoris eſt mentio, cui per ſomni otium medendum ſit: vt omnino fiat, non vnam locis omnibus fuiſſe ſomni, ac otij cauſam, ſed ſecundum diuerſos, qui illius deſcribuntur ſtatus, diuerſas. Qua ego in re enucleanda diligentiores Interpretes voluiſſem, vt haberem magis, quos ſequerer, quam quos præcederem, in impeditiſſima ſentibus, ac ſaxis ſemita. Hæc eo à me obſeruata ſunt, non quo Doctiſſimi Interpretis detraherem ſenſui, ſed quo indicarem quæ mihi in eo difficilia viſa ſint. Mitto

nunc

Digitized by Google

nunt dicere, minus aptè ſenſum hunc verbis accommodari, ſi interpretationis noſtræ filum velimus ducere, quod hactenus conati ſumus.

Quidam alius hæc ad Eccleſiam reuocat eo tempore, quo mortuo ac ſuſcitato Chriſto, immo & in cœlum ſublato, Apoſtoli ſeceſſerant in cœnaculum, nondum robuſti, ad labores prædicationis ſubeundos. Tunc mirabili factum Dei prouidentia, vt Populi illius Principes, ac ſacrorum præfecti, tametſi odio infenſiſſimo in Chriſtum, velut rabie efferati, illius res omnes peſſundare, & memoriam abolere conarentur; nihil tamen aduerſus Diſcipulos moliri ſpectiſſi ſint. Quam enim facilè & ſolos, & pauentes, & inualidos, delere potuiſſent? Hos Filias eſſe Ieruſalem, qui Adiurantur Per Capreas Et Ceruos, Prophetas ſcilicet, & Patriarchas, ne Eccleſiæ illam pacem turbent, aut otium interpellent, quoad adueniente de cœlo S. Spiritu, viribus ſopore reſumptis, ea vltro euigilet: & in ſolem & puluerem Euangelicæ ſementis ſpargendæ egrediantur. Sic illi tametſi copioſius hæc ipſa perſequuti, ſingulorum cauſis, ac rationibus indicatis, non inerudita tractatione. Et quidem omnia quantum ad doctrinam verè ſunt dicta: hic autem aliud agimus, ſcilicet quærimus; quæ aptiſſima ſint hiſce verbis enodandis. Illud miramur hos Authores, cum venerint ad Cap. 3.5. & 8.4. quibus ſimilia legimus verba; quaſi omnibus locis eadem quadrare ſententia poſſet, quod ad horum verborum ſenſum attinet, Lectorem remittere ad hunc locum: quaſi & illa etiam ſimilem interpretationem paterentur, de ſeceſſu & quiete Apoſtolorum diebus illis, qui intercurrére à Chriſti morte ad Spiritus Sancti in eos illapſum. Deinde cum ea verba, quæ legimus, Cap. hoc Ver. 4. Introduxit me in cellam vinariam, probabiliter, vt quidem ipſi arbitrantur, de cœnaculo interpretentur, in quod Eccleſia in perſona imperfectorum ſe poſtulat introduci, experta olim in Apoſtolis Sancti Spiritus myſticam ebrietatem; hic rurſus eandem Eccleſiam cœnaculo includant, otio quietique vacantem, eiuſdemque Spiritus, quem iam acceperat, expectantem aduentum. Quo ſatis efficitur minore hæc conſequentia rerum videri dicta. Mitto Filias Ieruſalem Iudæorum Principes interpretari, inimicos Eccleſiæ ſcilicet: cum ſemper eorum ſit nomen, qui amici & fauentes ſint, quod alio loco oſtendemus.

Quod noſtrum de aliorum ſententijs ſit iudicium, dictum eſt; quo hæc ſenſu dicta exiſtimemus, & indicatum in Commentario eſt, & hoc loco firmandum. Exiſtimamus ergo hæc ad Eccleſiæ, ſub Deo prouidente ſecuritatem, ac quietem referenda eſſe, tam hoc, quã locis alijs huius Cantici, quibus Eccleſia dormiens introducitur, tametſi diuerſa ratione, ſecundum illius diuerſos ſtatus, vt ſuis locis oſtendemus. Hunc illi ſomnum Deus conciliat, quia, velut amantiſſimus Sponſus, vigili ſtudio in eam curam incumbit, vt, tametſi preſſa aduerſantium hominum, Dæmonumque incurſu, ita prematur, vt non opprimatur; quin ex ipſis preſſuris ſecurior, robuſtiorque conſurgat. Ea igitur Eccleſiæ ſub Ægyptia ſeruitute ſecuritas, ac pacifica quies, cum certis experimentis didiciſſet, nihil ſibi timendum ſub Dei illa protectione, omnia potius in tuto eſſe; hic deſcribitur ſub ſchemate ſomni. Arcano certo ſignificatu ſomno in ſacris litteris quies illa & ſecuritas ſolita ſignificari, S. D. E. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine, dediſti lætitiam in corde meo. Pſal. 4. 7. Quæ ad Dei fauentis prouidentiam, illiuſque effectum, gaudium, & lætitiam referenda eſſe, proxima iudicant verba. A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt. Inde pax, quies, & ſecuritas, ex ea in Deum propitium, fauentemque confidentia: In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Siue vt Hebræa habent: In pace pariter, ſiue, iugiter accubabo, & dormiam, quia tu, Domine, ſolus in fiducia facies habitare me. Sed eſt inſignis locus Prou. 3. 24. qui verbis hiſce inſtar eſſe poteſt Commentarij. Cuſtodi legem, atque conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis: tunc ambulabis fiducialiter, in via tua, & pes tuus non impinget, ſi dormieris non timebis; quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus, ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. Hæc ſi conferas cum illis, Læua Eius Sub Capite Meo, Et Dextera Illius Amplexabitur Me; & cum ea adiuratione; qua Adiurantur Filiæ Ieruſalem, ne dormienti obſtrepant importune, fortaſſis aſſentiére, hæc probabiliter diſputari: nec alium quærendum horum verborum ſenſum. Atque ea temporis illius Eccleſiæ quies & ſecuritas, velut præludium illius fuit, quæ adultiori illi, ideſt, iam Chriſtianæ promittebatur, de qua dictum: Et percutiam cum eis fœdus in die illa, cum beſtia agri, & cum volucre cœli: & cum reptili terræ; & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra; & dormire eos faciam fiducialiter. Oſeæ 2. 18.

Quando neminē habemus quem ſequamur.

VIII.

Alij ſomnum referunt ad Eccleſiam,
Sed cœnaculo incluſum,
Cum Deo prouidente à Iudæis nihil in illos tentatum,
Donec virtute induti ex alto,
Violentas prædicationi manibus . . .
Sed quid dicunt hi Authores,
Cum, venerint ad ſimilia verba locis alijs?
Remittunt lectorem ad hunc,
Quaſi omnium eadem ſit ſententia.
Deinde, alijs ſupra locus Spiritus S. aduerſum agnouere,
Nec toties eadem reponenda.

IX.

Somnus ergo hic, ſecuritas eſt,
Sub Deo prouidente,
Qui velut blandus amator,
Non ſinit illam ita laboribus premi,
Vt opprimatur,
ſed eam ſubleuat.
Nam ſomnus ſignificatu myſtico, id eſt.
Id oſtenditur ex Dauidis loco inſigni,
Sed Prouerbior. inſigniore,
Qui huic loco inſtar Commentarij pleni
Haberi poteſt.
Si cum his verbis conferas,
Fortaſſis noſtram ſententiam non reijcies,
Sed probabilem arbitrabere.

Eccleſia in cœnaculo dormiēs, ex aliorum ſententia.

Filiæ Ieruſalem Iudæorum Principes.

Eius ſententiæ incommoda.

Cant. 2. 4.

Somnus Eccleſiæ myſticè ſecuritas Eccleſiæ, ſub Deo protegente ſe.

Somnus in Sacra S. quies & ſecuritas.

Prouerbiorum locus inſignis vnde lux his verbis.

Quies Eccleſiæ in Ægypto, typus ſecuritatis eius ſub Chriſto

Digitized by Google

NOTATIO XIX.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM.

SVM. COM.

I.
De Filiabus autē Ieruſalem ſic cenſemus,
Angelos per illas deſignari.
Bernardus mauult animas imperfectorum,
Alij contra Dei amicas, aut Doctores,
Alij Sacerdotum Principes,
Sed quod officiū exigitur ab illis probat,
Amicos & fauentes eſſe, nec alios quam Angelos.

II.
Adiurantur vero non vere,
Cum id illius ſit, qui non poſſit cogi
Angeli autem ſeruiſunt Dei.
Indicatur Dei voluntas certa
Fouendi Eccleſiam,
Procurandique quidquid ad illius ſecuritatem,
Ratione aliqua iuuare poterat,
Per ſe, per quã ſuos Angelos.

In Filiabus Ierũſalem Angeli intelligantur.

FIliarum *Ieruſalem* nomine *Angelos* accipiendos toto hoc Cant. Commentario hoc litterali Cap. 1. Not. 15. oſtenſum eſt, quo loco multorum aliter ſentientium ſententiæ improbatæ ſunt, & hic etiam reijciendæ. Bernardi, quem ſequutus doctus Author, qui *animas imperfectiorum* intelligit, quæ ideo dicantur *Filiæ*, quod infirmiores ſint. Caſſiodori, & Bedæ, qui *animas Dei amicas, ad cœleſtia adſpirantes*, interpretantur. Iuſti Vrgelitani, qui *Doctores* mauult. Gregorij, qui contra *carnales homines, carnis ſcilicet adhuc voluptatibus implicatos*. Aliorum, qui *Iudaici Populi primores, & Sacerdotum Principes*, intelligunt. Vide diuerſitatem. Sed, ſi tu, quale officium exigatur ab illis, quid illæ Eccleſiæ præſtent, perpendas, ſtatim aſſentiere, nihil dici aptius poſſe, quam ſi *Angelos* dicas, quibus Eccleſiæ cuſtodiendæ, fouendæque demandata cura eſt; & Filiorum illius commiſſa cuſtodia. Sic enim verba ſunt poſita, vt ad amicos, fauenteſque directa eſſe intelligantur. Blanda enim compellatione eos *Filias* vocat; nec tam vt imperans, ſeuerè edicit, quàm vt rogans, placidè loquitur. Adijcit *Adiurationem* per ea ipſa, quæ gratiſſima illis eſſe ſciebat, atque cariſſima. Quæ omnia ſatis confirmant, ad amicos, propitioſque hæc dici.

Angelos adiurari à Deo quomodo intelligendum.

Sed, cum Dei hæc ſint ad *Angelos* verba, quo pacto *Adiuratio* hæc accipienda ſit, quæri poteſt. Nam difficile videtur *Angelos* à Deo *Adiurari* ad id agendum, quod illi, eius ſimpliciſſimè indicata, atque percepta voluntate, facturi omnino, ac libentiſſimè eſſent. *Adiurare* enim eius eſt, qui eum, quem *Adiurat*, cogere non poſſit, vtique repugnare valentem: additur *Adiuratio*, vt Numinis reuerentia id præſtetur, quod petitur. Quod certè in *Angelis* locum non habet, ad obſequendum non modo diuino imperio paratiſſimis, ſed vel ſimplici nutui ad parendum promptiſſimis. Sic ergo hæc accipienda ſunt, vt indicetur certa, ac firma Dei voluntas eius Eccleſiæ, quieſcentis, ſub benigniſſimæ prouidentiæ protectione, ſecuritatem promouendi. Magis ergo ad Dramatis ex decoro formam explendam, hæc pertinent verba, quam ad arcani ſenſus neceſſitatem: ad quem cum veneris, ſatis eſt, ſi intelligas, ſollicitum Dei ſtudium, & ex verè amantis profectum affectu, quo quidquid facere ad Eccleſiæ ſuæ bonum, ac quietem poteſt, ſolerti cura procurat: vt quaſi vnius ſtudium ſatis non ſit, auxilia vndequaque conquirat; miniſtroſque *Angelos* hortetur, vt in ea re ſuppetias ſibi ferant. Id enim ordo poſtulat Hierarchicus, ne omnia per ſe ipſum Deus tametſi exequi poteſt, exequatur: ſed pleraque per *Angelos* ſuos, quos *propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis mittit ſæpe in miniſterium*. *Hebr. 1. 14.*

Dei prouidentia de ſecuritate Eccleſiæ.

NOTATIO XX.

PER CAPREAS CERVOSQVE CAMPORVM.

I.
Capreis aliquid indicatur quod ad Angelos pertineat,
Inde verus ſenſus rimandus,
Sed LXXII. lectio diſperſit interpretes,
Quidam opera bona interpretãtur,
Sic Origenes, cuius tamen ſenſus minime hæret.
Nec huic loco ſatis aptatur.

II.
Probabilius idem Origenis,
Angelorum ſtudia interpretatur.

LXXII. lectio, & iuxta eam varij ſenſus Græcorum PP.

MODVS ipſe loquendi ſatis indicat, *Caprearum, Ceruorumque* appellatione aliquid arcano ſenſu accipiendum, quod proximè ad *Angelos* ipſos, quos *Filiæ Ieruſalem* eſſe diximus, pertineat. Id ergo ſi obſerues, facilè in veram intelligentiam horum verborum penetrabis: ſi tamen nec analogiæ iura negligas, vt id, quidquid eſſe volueris, ſimilitudine aliqua affinitatem cum ijs animantibus habere videatur. Veteres ſeu Græci, ſeu Latini, ſequuti LXXII. Interpretum lectionem: *In Viribus, Et Virtutibus Agri*, variè diſtracti ſunt. Quidam *virtutes, & opera ex diuinæ legis ſacta præſcripto*, quibus iuſti Homines animi ſui agrũ excoluére, accipiunt. Sic Origen. Homil. 3. ſed cum verba hæc Eccleſiæ tribuat, quæ imperfectiores animas alloquatur, horteturque, ne in ſe ipſis caritatem dormire ſinant, non admodum hæret hic ſenſus; non enim admodum pertinebant ad imperfectiores animas, eorum virtutes, ac opera, quibus perfectiores vitæ ſuæ agrum ſolebant excolere. Niſi velis, hic eas, vtpote imperfectiores, ad perfectiorum imitationem commoneri, vt earum exemplo, ſemper in melius proficere conarentur. Quod tametſi verum eſt fieri ab Eccleſia ſolere, tamen difficilè adducimur, vt credamus, id illis verbis ſignificari.

Aliquanto probabilius, nec ineptè ad noſtræ interpretationis conſequentiam, quod Origenes idem indicat: *Virtutes, ac Vires Agri* ea eſſe opera & ſtudia, quibus *Angeli Eccleſiæ Agrum* ſolent excolere, vt aſſiduo cultu non frondibus modo, ac floribus deſideriorum vireat, vernetque, ſed etiam vbere fructu diteſcat. Si hæc ſequare, obteſtari hic Deum *Angelos*

V

Digitized by Google

In colendo Eccleſiæ agro.
Id non ineptum ad noſtrum filū.

gelos ſuos dices, per illud ipſum ſtudium, ac diligentem operam, quam in procuranda Eccleſiæ tranquillitate, atque in ſanctitate profectu ſolent adhibere, ne patiantur eam illius quietem, ac tranquillitatem turbari. Qui ſenſus non ineptè ad filum noſtræ interpretationis aptari poteſt.

Angelorum ſtudium in excolendo Eccleſiæ agro.

III.

Alij Patriarchas Prophetas, Apoſtolos malunt,
Alij alio eunt, quiſque viam ſuam,
Nobis non facile probantur.

Theodoretus autem *Poteſtates Angelicas*, aut *Prophetas*, atque *Apoſtolos* intelligit. Pſellus autem *Verbi poteſtatem*; à quo non longius abit Philo, qui *miracula, ac diuina opera a Chriſto in mundo patrata* intelligit. Hæ ſententiæ omnes eo minus videntur probandæ, quod analogiæ leges videantur negligere, cum, quidquid eſſe velis *Vires, ac Virtutes Agri*, opus ſit, vt ad *Filias* ipſas *Ieruſalem* proximè pertinere definias, per quas illæ ſcilicet adiurantur, tanquã per res ad ſe maximè pertinentes, quod in nullam harum ſententiarum quadrat.

IV.

Sed latinum ſequamur,
Qui capreas & ceruos reddidit,
Quos communis ſenſus interpretatur,
Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos.
Satis apte ad analogiam,
Sed id ſequi non poſſumus,
Qui Filias Ieruſ. Angelos interpretati ſumus.
Et quædam ſunt in animantibus illis,
Quæ Prophetis & Apoſtolis non quadrant
Timidum ingenium, & natura fugax.

Sed Latini Vulgatam ſequamur lectionem, quæ ſine dubio Fontibus eſt conformior; quidque *Caprearum Ceruorumque* nomine ſit intelligendum exquiramus. Et vero communior Latinorum ſenſus *Patriarchas, Prophetaſque*, & *Apoſtolos* eſſe definit: quorum alij acutè viderunt legis gratiæ myſteria; alij manibus, quod dicitur, palparunt. Omnes autem aſſiduè venatorum mundi inſidijs fuére expoſiti; alij ſola fide caritate formata; alij corpore etiam ad Chriſtum vitæ fontem cucurrerunt: atque halitu ſuo ſerpentes infidelitatis, & vitiorum, de cauernis extractos, occiderunt. Habitationem autem in editis collium, abruptiſque montium, ideſt, in cœlis per contemplationem, & ſanctam conuerſationem habuére. Hic ſenſus & analogiam ſequitur, & ſua ſe probabilitate ſuſtentat. Sed nobis, qui *Filias Ieruſalem ſanctos Angelos* ſumus interpretati, quin eis penitus adhæreamus, illud impedimento eſt, quod rationem non inueniamus cur maximè *Angeli per Prophetas, & Patriarchas, & Apoſtolos Adiurentur*, cum tamen ſi analogiam expendamus aliquid dicturi ſimus, quod propriè ſpectet ad illos. Accedit; tametſi aliquid *Prophetis, Patriarchis*, & *Apoſtolis* inſit, quo ſimilitudine aliqua cum illis animantibus affinitatem habeant, Viſus perſpicacitatem, qua futura Chriſti myſteria perſpexére Prophetæ, & inimicitiam cum ſerpentibus, qua Apoſtoli & vitia, & infidelitatem vel deleuére omnino de orbe, vel prædicatione fugauere: aliquid tamen eſt, quod minimè in illos quadrat, timidum ingenium ſcilicet, quo pericula horrent omnia, fugiuntque, ea vſæ celeritate, qua velut imbellia animalia donata ſunt à natura. Cum contrà & *Prophetæ* olim, & poſtea *Apoſtoli* intrepido animo in pericula omnia, & mortis diſcrimina conijcere ſeſe minimè dubitarent: vltro ſæpe venatores ipſos; ideſt, tyrannos prouocantes.

Vulgati melior lectio.

Communis ſenſus de Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, apte ad analogiam.

Capreæ, & Cerui animantes timidæ, ingenio fugaces in eare diſſimiles Apoſtoli.

V.

Capreæ ergo, & Cerui nobis ſunt Fidelium animæ, Angelorum commiſſæ cuſtodiæ,
Ideo per illos adiurantur,
Quorum bono miſſi in miniſterium.
Apte ergo adiurantur per eos quos caros habẽt.
In eo autem hæret ſimilitudo,
Adoleſcentularũ cum Angelis,
Caprearum & Ceruorum cum hominibus,
Hæ animantes ſunt.
Quarum illi venatu delectantur.
Cum de ſpelæis erutas,
In gratiæ campos educunt.
Sic Apoſtoli in eo ſtudio Angelis ſimilibus,
Et Piſcatores, & Venatores dicti,

Capreas ergo, *Ceruoſque Fidelium omnium animas Angelorum cuſtodia commiſſas* intelligemus: nec aliud puto prudens Lector arbitrabitur, ſi ſingula rationum momenta æqua iudicij lance librauerit: in hunc enim ſenſum omnia quadrant; & quidquid in typo ad Dramatis formam explendam poſitum eſt, in arcanam intelligentiam aptiſſimè conuenit: nihil enim propius eos contingit, quam Fidelium cura ſingulorum. Eam ſpartam ornandam promouendamque ſuſcepére: cum fundum colendum, ſubigendumque, velut gnaui, expertique Coloni: *Omnes enim ſunt adminiſtratorij Spiritus propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis*, Hebr. 1. 14. Rite ergo per illos ipſos *Adiurantur*, quos & cariſſimos habent, ac velut conſortes eiuſdem felicitatis olim futuros, iam penè vt fratres colunt. Hæret autem in eo ipſo ex hac parte tota analogiæ ratio: nam quemadmodum Solymitanas Puellas, ruſticis delitijs impenſe deditas, atque in primis imbellium animantium venationi, decebat per *Ceruos* & *Capreas Adiurari*, per earum delitias ſcilicet, (eam enim eſſe *Adiurationis* huius vim, Comment. Dramat. Not. 21. monitum eſt) in eum ſenſum: Ita vobis dum ſyluas
„ venando pererratis, feliciter labor obueniat; vt, quodcumque votis, id ipſum venabulo cõ-
„ ficiatis, aut iaculo, aut laqueo capiatis: ſiue hinnulus occurrerit, aut Dama, aut adultior
„ Ceruus. Ita in arcano ſenſu decebat *Angelos* per eorum hominum animas adiurari, quæ illorum cuſtodiæ eſſent commiſſæ. Hæ enim illæ ſunt animantes, mortalis huius vitæ ſyluas, campoſque pererrantes, quarum illi venatu delectantur; vt *gaudium* ſæpe toto *fit cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*; gratulantibus inuicem *Angelis* de ſingulorum hominum, ſtudio cuiuſcumque, profectu. Venantur ergo illi has feras, quoties eorum inſtinctu, & opera profectus animarum vrgetur: ſiue ab infidelitatis tenebris in Fidei lumen quiſquam, velut de ſpelæis eruitur; ſiue de ſcelerum ſordibus ad pietatis nitorem ſplendoremque, velut ex horridis in mitiores plagas, transfertur; ſiue in eo ipſo pietatis ſtudio tacitis incrementis augeſcit, donique ad delitias enutritus pingueſcit. Ea ergo vis *Adiurationis* eſt. Ita veſtra ſtudia in hominum procuranda ſalute vobis ex voto proueniat, vnde gaudia veſtro cœtui, Deo autem gloria creſcat. Sic de Apoſtolis, qui in munere Angelis ipſis compares ſunt, (ideoque: & Angeli *Dei Apoſtoli*, & Apoſtoli *Chriſti Angeli* dicti ſunt) dicitur; *Ecce ego mittam Piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos; & poſt hæc, mittam eis multos Venatores; & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum*. Ierem. 16. 16. Atque in eo ex hac parte analogiæ ratio ſita eſt.

Angeli adiurantur per eos quos cariſſimos habent, Fideles ſcilicet.

Noſter ſenſus de animabus fidelium cuſtodiæ Angelorum commiſſis.

Fideles ceruis & capreis cur comparati.

Hebr. 1. 14.

Apoſtoli in munere Angelis compares. Piſcatores & venatores.

Eſt autem & ſua ratio, cur Fidelium animæ & *Capreis* comparentur, & *Ceruis*, in qua ſimi-

Digitized by Google

VI.
Capreis autem comparantur Fideles
Quod ingenio mites, nemini noxij ſint.
Tales volebat Chriſtus,
Et ad ſui imitationem inſtituebat,
Et Paulus Magiſtri optimi bonus diſcipulus
Sed & fugax animal ceruus,
Et ſæpe fideles fugere coacti,
Nec aliter inſtituti à Chriſto.

Capreà animal mite, nemini noxium, ſic Fideles.

ſimilitudine enarranda Viri omnino magni, Auguſtinus Pſal.41.1. & Gregorius M.lib.30. Mor. cap. 36. & Honorius, & Rupertus loco hoc verſati per otium ſunt. Sed potiſſimæ dotes, Naturæ imbecillitas, ac ingenium mite, nemini timendum, nemini noxium. Imbelle enim eſt genus, doctumque, cum inſtar diſcrimen, aut pernici curſu ardua montium, mortalibus inacceſſa, petere: aut totis ſe abdere ſyluis. Ea ſi ad Fideles animas, promiſcuumque piorum hominum vulgus applices, videbis, quam aptè illis animantibus comparentur. *Mites* volebat ſuos, qui dicebat; *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*. Matth.5.4. quique ad ſui imitationem diſcipulos inuitans, aiebat: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*. Matth.11.29. *Imbelles*, cum diceret: *Mitto vos, ſicut Oues in medio luporum*. Matth.10.16. Et optimi Magiſtri bonus diſcipulus, *Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes; non vos metipſos defendentes, ſed date locum iræ*. Rom.12.17. Ad *pernicitatem* ad vitanda diſcrimina pertinent illa: *Cum perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.* Matth.10.23. Quod omni tempore feciſſe ſanctiſſimos viros, ſæpe legimus, ſub omni ſtatu Eccleſiæ. Feciſſe autem frequentiſſimè piorum hominum minus probatam, exercitamque multitudinem, eo probabilius eſt, quo facilius in fugam timidiſſimi verti ſolent.

Caprea animal fugax, in eo ſimiles illi Fideles perſequutione renati.

VII.
Sed & cerui celeres ad fontes currunt, ſitientes,
Quod Auguſtinus transtulit ad fideles.
Sicuti quod vulgatum eſt,
Paſci ſerpentibus, eductis è ſuis cauernis.
Id fideles imitari cum inuehuntur in vitia,
Sed & cum tranant flumina cerui,
Capita ſupra præcedentium dorſa reclinant,
Sibi mutuo opem ferentes,
Tales eſſe debere Fideles onera Fratrum portantes.
Pertinent omnia ad ſimilitudinis formam,
Alioqui vtilem doctrinam continent.

Sed Auguſtini acumen *Cerui velocitatem* tranſtulit, ad currendi anxietatem ad Deum fontem viuum, ſedandæ ſcilicet ſiti, qua diuinos illos latices ſitimus. *Curre ad fontes, deſidera aquarum fontes: apud Deum eſt fons vitæ, & inſiccabilis fons: in illius luce lumen inobſcurabile. Lumen hoc deſidera. Quendam fontem, quoddam lumen, quale non norunt oculi tui, cui lumini videndo oculus interior præparatur. cui fonti hauriendo ſitis interior inardeſcit. Curre ad fontem, deſidera fontem; ſed noli vtcumque; noli vt qualecumque animal currere: curre vt Ceruus.* Alterum quod Auguſtinus in *Ceruo* obſeruat, ideſt, quod peruulgatum eſt, atque omnium in ore verſatur, an ex vero, an ex vulgi opinione? neſcio enim, an cuiquam experimento notum: ſerpentes enecare *Ceruus* dicitur; immo anhelitu ſolo de cauernis extractos deuorare, *veneno paſtus in iuuentutem*, vt Tertullianus loquitur; Iuueneſcere enim veneno ſerpentum, velut cathartico medicamine purgata ſenecta. Sed de eo Auguſtinus ſilet; enecare ſolum ſerpentes affirmat, eiſque voratis, acrius ſiti vexari, ideoque ocyus ad fontes ferri. *Serpentes*, inquit, *vitia tua ſunt: conſume ſerpentes iniquitatis; tunc amplius deſiderabis fontem veritatis*. Tertium in hac animante notabile apud Auguſtinum eſt, quod ab alijs etiam proditum. Cum agmini *Ceruorum* tranandum eſt flumen, prægrauata cornibus capita ſingulos ſupra præcedentium proximè dorſa reclinare, ponderi facilius ferendo, ne mergantur in vndis. Mutari per vices ducatum totius agminis; eumque, qui præceſſerat fatigatum in poſtremis conſiſtere; eo, qui proximus erat, in nouum ducatum, laboremque ſuccedente. Id eſſe, quod Paulus monet: *Alter alterius onera portate*. Galat.6.2. Et luculentius alio loco. *Induite vos ergo, ſicut electi Dei, Sancti, & Dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam: ſupportantes inuicem, & donantes vobis metipſis, ſi quis aduerſus alium habet querelã.* Coloſs.3.12. Quæ mihi præter morem aliquanto luculentius dicta ſunt, quod animaduerterim, & ad ſimilitudinis rationem percipiendam, multum facere; & ad mores formandos aptiſſima eſſe: docendumque, quam verè Fidelium animæ, ſub omni Eccleſiæ ſtatu & *Ceruis*, & *Capreis* comparentur.

Cerui ſitientes ad fontes, nec minus fideles ad aquas vitæ.

Cerui ſerpentibus inimici, fideles vitijs.

Ceruus ſerparũ paſtu purgatus, iuueneſcit.

Cerui quã arte fluuios traxent.

Fideles onera Fratrum ſuſtinentes.

VIII.
Adde, vtrumque animal eſſe iniuriæ obnoxium,
Sic Fideles etiam malorum præda.
Non modo ſub tyrannos,
Sed & Eccleſia illa ſub Pharaone.

Sed nihil tam laudabile eſt, quo abuti malitia non ſoleat in ſuum commodum. Ea ipſa naturæ imbecillitas, ac ingenij manſuetudo, quæ hiſce animantibus ineſt, eas & rapacitati ferarum, & mortalium expoſuit prædæ. Ea poſtrema ſimilitudinis ratio eſt: nam & piorum hominum innoxia ſimplicitas ſemper malorum hominum patuit prædæ. Nec nunc Eccleſiæ Chriſtianæ ſub ſæuiſſimis tyrannis pugnas loquor: non profuſos cruoris imbres, non ſtrages, non cædes, per ſæuiſſimos cruciatus: ea loci alterius materies eſt. Statum mihi Eccleſiæ illius, ſub iugo ſeruitutis in Ægypto conſidera: quidque paſſi fideles, non ab impijs ſolum Regibus, eorumque ſæuioribus adminiſtris: ſed à promiſcua populi multitudine, quorum nonnulla ſuperius indicata ſunt, eaque habes prioribus Exodi Capitibus à Moſe ſcripta, affirmabis credo magna cum ratione, vel vno hinc argumento ducto, fideles ſub eo ſtatu *Ceruis*, & *Capreis* comparatos.

Cerui & capræ prædæ expoſiti, fideles iniuriæ potentiorum.

Fideles in Ægypto grauia paſſi, & dura.

Digitized by Google

NOTATIO XXI.

NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM.

SVM. COM.

I.

Origenes expenduntur,
Et LXXII lectio examinatur,
Quam varij varie reddidere.
Immo & intellexere.
Sed, ſi, particula ſæpe prohibitiua vim habet,
Sic conſentiunt cum Vulgato.

II.

Quidam moneri imperfectos volunt
Ne pacem Eccleſiæ turbent,
Videntur hi ſequuti primumque obijcitur ſenſum,
Nobis alia interpretandi ratio.
Nam iuberi Angelos arbitramur,
Vt ſomnum Eccleſiæ cuſtodiant,
Id officium proprium eorum,
Quod præſtant tacitis inſpirationibus,
Et amolienda impedimenta.
Vtrumque indicatum his verbis,
Vtrumque ab Angelis præſtitum eſt,
Maxime ſub illo Eccleſiæ ſtatu.
Per eos enim peracta prodigia ſunt omnia,
Virga Moſis in ſerpentem verſa
Aqua in ſanguinem fluuij.
Ranæ infinito numero genitæ
Sciniphes è puluere nati
Muſcarum importunitas,
Lues in beſtias ſæuiens,
Grando in campos & ſata.
Locuſta quidquid viret deuorans.
Primogenitorum interitus,
Opera fuere omnia bonorum Angelorum.

Lectionis Origenis, & LXXII. expenſæ.

IN Originibus ad verbum legimus: *Si Suſcitaueritis, Et Si Euigilare Feceritis Amorem, Donec Voluerit.* LXXII. autem Græcè: *Ἐὰν ἐγείρητε, καὶ διεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ.* Quæ alij tranſtulere: *Vt ſuſcitetis, & excitetis* (ſiue *reſuſcitetis*) *Dilectionem donec voluerit.* Quo pacto accepiſſe videntur Theodoretus, & tres apud illum Patres, & Pſellus. Alij autem: *Si leuaueritis & ſuſcitaueritis Caritatem, quoaduſque velit.* Qua ratione Origenis Interpres tranſtulit, accepitque: quanquam ille in Commentario eodem fere cum alijs ſenſu interpretatur. Sed formam eſſe loquendi S. S. alio loco monuimus, ac particulam, *Si*, vim habere prohibitiuæ, *Ne*, quo ſenſu, ne ſoli Latini eſſent, ſequuti Vulgati authoritatem, etiam Philo Carpathiorum Archiepiſcopus interpretatus eſt.

Si ſæpe nō conditionalis particula, ſed prohibitiua.

Quorundam ſenſus minus probandus.

De ſenſu diſſentio eſt. Quidam, qui Filiarum nomine imperfectiores animas accepere, ita exponunt. *Ne tumultu, ſchiſmate, diſcolis, vel difficilibus moribus inuitam à cœleſtibus curis, ad ſeculares auocent, Ne ſint illi ſcandalum, & ſpinæ.* Pro hac Eccleſiæ pace vt oremus, monere nos Paulum 1. Timot. 2. 2. Et conturbatoribus illius, ſiue excitatoribus importunis minari ſupplicia. Galat. 5. 10. *Qui conturbat vos, portabit iudicium, quicunque eſt ille.* Hi itaque ſenſum verborum, qui primus fere auribus exhibetur, ſequuti ſunt: non puto animaduertentes, formam eſſe loquendi in qua aliquid lateat figuratum. Nobis, qui nec in Filiabus Ieruſalem, animas imperfectiorum agnouimus, ſed omnino Angelos Fidelium cuſtodes: nec in ſomno contemplationis receſſum, ſed ſecuritatem ſub Dei protegentis manu, alia hæc ratione interpretanda ſunt. Nec enim periculum erat, ne Angeli Eccleſiæ illam tranquillitatem, ac ſecuritatem aliqua ratione turbarent. Id ergo iubentur, vt ſomni illius ipſi vigiles ſint cuſtodes; neu patiantur ab vllo eam quietem interrumpi: omnia potius diligenti ſtudio amoueant, quæcumque id efficere poſſint, vt minus illa ſecurè quieſcat. Quod certè Angelorum eſſe proprium munus, res ipſa loquitur. Itaque cum vnum Sponſus edicat, aliud vult intelligi: Nec tam prohibet ne turbent, aut quieſcenti obſtrepant, quam iubet vt omnia præſtent, quæ diuturnam quietem faciant. Facitis id illi motibus ſecreto immiſſis in animum, quas inſpirationes appellamus, faciunt; ea animo inſtillata dulcedine qua ille delinitus, quietem illam, ac ſoporem vltro amet; ſeque beatum reputet, dum ſomno indulget. Addunt ſollicitudinem amoliendi impedimenta omnia, & quidquid moleſtiam quieſcenti poteſt adferre; qua in re ſe Deo placere maximè ſciunt. Rite autem non contentus dixiſſe: *Ne Suſcitetis*, addidit, *Neque Euigilare Faciatis*: in altero id omne ſignificans, quod per arcanos, interioreſque motus præſtare Angeli Eccleſiæ ſolent, ei vel adhortandæ ad ſpiritualem profectum, vel iuuandæ ad myſticum hunc ſomnum ſeu conciliandum, ſeu conſeruandum: in altero, quæcumque illi vigili ſtudio moliuntur, vt extrinſecas omnes turbationum occaſiones procul arceant. Quod ſub illo Eccleſiæ ſtatu maximè illos perfeciſſe, ex ijs colligimus, quæ geſta à Deo pro illa Gente in Ægypto legimus, quorum certè adminiſtros Angelos fuiſſe, par eſt credere. Cogita ingentia illa patrata miracula, ad molliendum ſilice omni durius pectus Pharaonis: ſiue mortua, atque arida virga, in viuum ſerpentem ſinuatur; ſiue aqua omnis fluminis cruore mutatur; ſeu ranarum agmina domos priuatas publicaſque, immo & regiarum ædium penetralia, repleant, mox ad Moſis imperium moritura; ſeu percuſſo terræ puluere Sciniphes ſurgunt, ſuas diuiſi per turmas infeſti hominibus, & iumentis: nec minore muſca numero, aut mitiore aculeo importunius irruit, &, quidquid ſatum ſupereſt, corrumpit. Quid cum peſtifera lues in iumenta ſæuit, & greges; ſparſuſque de camino cinis, quæcumque inſederit, vlceribus fœdat? Quid cum inter horrores tonantis de cœlo Dei, fulguribus omnia velut flaminis arſura, fulgent; interque ignium globos grando diuerberat agros, quidquid virens fuerat, corruptura, quidquid viuens perditura? Quid cum in prælium armatus, locuſtarum loricatus exercitus, prodit in aciem, non germina modo omnia, ſed & germinum truncos vaſtaturus? Sole autem negante diem, tenebrarum horror terris incumbit, vt medio diei adulta non regnet, nullo lumine depellenda. Primogenitorum interitus loquitur, totiuſque Ægypti orbitas familiarum, vt nulla ſine lachrymis, ac eiulatu domus eſſet. Hæc omnia tametſi ad Moſis ſiue vocem, ſiue nutum geſta, quin per Angelos tutelares ſint geſta vix vocari in dubium poteſt. S.D.E. *Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos.* Pſal. 77. 49. Nec puta Dæmonum id opera factum fuiſſe, quia

Angeli monentur ſomnum ſiue quietem Eccleſiæ cuſtodire

Angeli quietem Eccleſiæ procurant, per inſpirationes, & impedimentorum amolitiones,

Miracula in Ægypto Angelis miniſtris patrata.

mali

In bonum Eccleſiæ vigilantium. Et in hoſtium vltionem, Cum interim apud Hebræos, Omnia fauſta eſſent, Sic pacem Eccleſiæ turbari non permiſere.

mali dicuntur; non enim nomen ad mores, ſed ad nocendi, & malum inferendi facultatem, ac voluntatem, imperante Deo, referendum. Sic Baſilius, Theodoretus, & Euthymius. Ideo Symmachus reddidit ἀγγέλων κακῶν. Angelorum *nocentium*, ſiue, *male inferentium*. Nec alia exiſtimatio Chryſoſtomi Homil. 4. in Acta. Vide Auguſtinum in eum locum Pſalmi 77. Itaque Angelis bonis adminiſtris ea geſta fuére omnia, cum interea Hebræis, vbicumque tandem eſſent, fauſta omnia agerentur: vt inter populum & populum, non locus, non tempus, ſed religio diſcrimen faceret. Hæc ſcilicet illæ ſunt artes, quibus cœleſtes illi milites illius quietem Eccleſiæ turbari ab Ægyptijs minimè paſſi ſunt, imperio Dei iubentis obſequuti, qui de ſua Eccleſia ſollicitus inter ſumma diſcrimina viam inuenit, qua creaturæ omnes cœli terræque illius quieti, ac ſecuritati litarent.

Angeli mali dicti à Dauide, nō moribus, ſed monere, pro nocentibus.

NOTATIO XXII.

QVOADVSQVE IPSA VELIT.

I.

Eccleſia ab illo ſomno excitanda, indicatur, Non ergo perpetuo dormitura, Quod quidā exiſtimauere. Hic nodus diſſoluendus eſt.

ECCLESIÆ voluntati quies permittitur; nam non antè excitanda dicitur, *quam voluerit*: volitura ergo aliquando prædicitur ab ea quiete ceſſare, & quidem libens. Quo mihi eorum minimè probatur ſententia, qui in ea loquendi forma, *quietis*, ac *ſomni* perpetuitatem agnoſcunt: *Nunquam enim*, inquiunt, *volet ipſa pacem amittere, quæ ſtudet eſſe pacifica, etiam cum odientibus pacem*. At mox euigilans, immo voce ipſa Dei excitata, inducitur: nec niſi *volens excitata*. *Excitanda* ergo ſomno ſe dedidit, nec ipſi *volens* interruptura quietem. Hic nodus horum verborum eſt; videndum ergo, quo ſenſu accipiendum id, *Donec Voluerit*, vel, *Quoadusque Ipſa Velit*. Mirum enim videtur, eam volentem, libentemque ab ea excitandam quiete.

Cuiuſdam ſenſus reijcitur.

II.

Excitatur ſæpe Eccleſia ad negotium, Mouente Deo arcanis impulſibus, Quibus illa volens paret, Monitum hoc Bernardi eſt, Nubit ergo gratia arbitrio, Et mutuo fœdere copulatis, Proles valida ac legitima editur, Excitatur ergo Eccleſia ſed non niſi volens.

Hæc duplici ratione interpretari poſſumus: alteram indicauére nonnulli, altera tota noſtra eſt; ſeliget doctus Lector, quidquid probabilius dictum arbitrabitur. *Excitatur* ſæpe Eccleſia ab otio ad negotium, & tametſi à Deo verè interius operante, ac mouente *excitatur*, non tamen niſi *volens* negotium quieti præponit. Mouet quidem Deus ipſe arcano impulſu, ſequitur mouentis, inuitantis, incitantiſque impulſum illa; adeoque, cum ad negotium ab otio tranſit, non niſi *volens*, *libenſque* id præſtat. Bernardi huc verba faciunt ſerm. 58. in Cant. *Trahi ſane à Sponſo Sponſam eſt, ab ipſo accipere deſiderium, quo trahatur: Deſiderium bonorum operum, deſiderium fructificandi Sponſo, quippe cui viuere Sponſus eſt, & mori lucrum*. Sic ſcilicet Gratiæ vis genitrix libero voluntatis arbitrio iungitur, vt fœtus ipſe nec ſolius ſit gratiæ, nec voluntatis ſolius. Sed altera alteri ferens ſuppetias, quod ſola non poteſt, coniunctis viribus præſtet. Si ergo loco hoc de illius Eccleſiæ ſub eo ſtatu quiete, ideſt, ſub Dei protegentis, iuuantis, promouentis manu ſecuritate, quod fecimus, hæc interpretére; viam ſenſim parari dices ad egreſſum ex Ægypto; Nec aliam eſſe hanc *excitationem à ſomno*, intelliges. Qua de re proximis verſibus dicetur. Sed hæc eo nobis minus probantur, quod ex ſubtilioris Theologiæ adytis magis petita ſunt: dixi enim alias, litteras haſce tam ſubtilia raro amare.

Eccleſia excitatur per arcanos motus, quibus ipſa paret libere

Via ſenſim paratur ad egreſſum ex Ægypto.

III.

Sed probabilius dicas, Deum & locum, & tempus expectaſſe Ab initio conſtitutum Ad egreſſum ex Ægypto, Nec voluit ab Angelis preueniri, Is ſenſus per paraphraſim exponitur.

Probabilius ergo arbitramur, ſub his verbis illum latere ſenſum. Deum & locum, & tempus expectaſſe, olim ſcilicet apud ſe conſtitutum, ad eam Eccleſiam educandam ex Ægypto, atque in promiſſam Patribus hæreditatem inducendam. Nam certè ſciebat Deus, placida illa ſomni quiete, ac paterna illius in eam indulgentia diſpoſitam Eccleſiam, noua opera aggreſſuram; inuitatamque ad nobile facinus, libenter obſequuturam. Non ergo vult temporum momenta, rerumque turbari, nec antè illam ad excedendum præpoperaſinuitari Angelorum diligentia: ſed illud expectari tempus, quod à ſe iam olim conſtitutum, ad rem tantam peragendam.
„ Sinite eam nunc quidem ſua frui quiete, nec illius
„ ſomnum turbari permittite. Imminet dies, à me olim deſtinatus, quo robuſtior vſu facta,
„ ac viribus, præſenti rerum ſtatu, dum ſomno indulget, reſumptis, noui illam excipiant la-
„ borioſæ profectionis labores. Diſponetur interim illa per arcanos motus, in illius animum
„ non ſentientis immiſſos, vt volens euigilet: & inſtante proficiſcendi hora, nec pelagi mi-
„ nantes fluctus, nec horridæ cautes, nec inhoſpitæ ſolitudines, me ſequentem, remorentur.

Deus tempus illud quod deſtinatum, ad egreſſum, expectauit.

Paraphraſis.

VERSVS VIII.

VOX DILECTI MEI; ECCE ISTE VENIT SALIENS IN MONTIBVS, TRANSILIENS COLLES.

COM.

COMMENTARIVS.

ID ipſum, quod fuerat pollicitus præſtat Deus: atque Eccleſiam illam, nihil minus cogitantem, euocat ex Ægypto: atque ad longæ, ac difficilis peregrinationis labores, non modo per arcanos motus, ſed Moſis etiam voce, atque ſermone inuitat. Cogita, quam ab ea cogitatione aliena eſſet Eccleſia illa, tardè vt crederet Moſi, nec niſi viſis ſignis, quibus à Deo ſe miſſum confirmaret. Quin ne Moſi quidem ipſi viſa ſtatim res facilè perficienda, aut feliciter proceſſura: ideoque & hærere, & tergiuerſari, & excuſationes obtendere perrexit. Id ergo eſt, quod his verbis Eccleſia dicit, *Dormienti ſibi Dei auditam Vocem*. Deus autem in ſolis illis, vaſtiſque terrarum Moſi apparens improuiſus, optimè deſcribitur *Saliens In Montibus*, *ac Colles Tranſiliens*. Totum enim id ad feſtinatas Dei curas pertinet; immo ad agendi modum ſupra omnem naturalium cauſarum captum, quibus de illius Eccleſiæ ſalute pulſabatur.

ENARRATIO.

ET *mihi quidem*, inquit Eccleſia, *ſub Dei illa prouidente manu in Ægypto quieſcenti, eiuſdem Dei Vox, me excitantis vocantiſque, audita eſt. Et dormiens quanquam, ideſt, nihil minus cogitans, improuiſo vocantis ſonum vocis agnoui, aſſuetudine audiendi ipſa admonita. Nec vocantem ſolum, ſed Venientem, properantemque vidi ad me, cum Moſi, ducenti ſoceri ſui gregem, in ſolitudine apparuit in Rubo; ſuaque præſentiæ certa indicia fecit: cum flammis correptus Rubus, totuſque ardens, minime amburereretur. Feſtinantis hæc ad auxiliandum mihi fuére ſtudia, curæque ſollicitæ. Nec aliter Deus, in ſolitudine improuiſus apparens, viſus, quam ſi præ feſtinandi auiditate, trita via neglecta, quidquid obuium eſſet, ſaltu frequenti tranſiliens, ac prærupta montium tranſcendens, per compendia ſemitarum ad me venire properaret. Tam auidè mihi ſcilicet, ſub Ægyptia ſeruitute laboranti, auxilium tulit: vt moræ omnis impatiens, ſolitam agendi rationem omnem inuerterit, nouamque per compendia inierit, ad ſalutem meam procurandam.*

NOTATIO XXIII.

VOX DILECTI MEI.

SVM. COM.

I. *Edixerat ſponſus ne quietem Eccleſiæ quis turbaret, Id factum, ſed tādem eam vocauit. Audijt illa, & vocem ſe audiſſe profeſſa eſt.*

EDIXERAT Sponſus, ne quiſquam Eccleſiam illam ab ea excitaret quiete, qua ſub illius protectione paterna fruebatur, quoad ipſa volens, libenſque excitaretur. Præſtitum id ab Angelis eſt egregiè, eamque illius ſub tanta cura ſecuritatem, quantum in ſe fuit, promouere conati ſunt. Sed vocante tandem interius Deo, otium illa ſepoſuit, & negotium eſt aggreſſa; ſeque ad diſceſſum ex Ægypto, ac veram libertatem parauit. Properantem ergo ad ſe Deum, nihil ipſa minus cogitans, ad ducatum præbendum profecturæ, conſpicata, noua exilijt ſpe; & blandienti, ridentique fortunæ læta occurrit. Hæc ad nexum faciunt horum cum proximis: Nexus horum cum ſuperiorib.

II. *Et quidem in typo, Eccleſia ſe ſomno dederat. Sed dormientem ſolitæ curæ interpellarunt, Ita audiſſe ſponſum ſibi viſa,*

Diximus dum Dramaticum ſenſum traderemus, atque eorum confutaremus ſententiam, qui hæc, & quæ ſequuntur alia, per ſomniorum ludibria acta exiſtimarunt. Sponſam ſuis anxiam curis, quanquam ſopori deditam, id ipſum agitaſſe dormientem, apud ſe, quod vigilem diuexabat. Ergo totam in Sponſi cogitatione fuiſſe, viſamque ſibi vocantis audiſſe vocem, in amato ſono euigilaſſe: tinientemque adhuc auribus ſonum, reciprocante velut citharæ pulſu, deguſtaſſe. Mox eodem illo Dilecti amore, ſtudioque fauente, aduentantem per compendia ſemitarum ad ſe vidiſſe: nec compotem tanti gaudij, in hæc, quæ commen- Sponſa cū dormiens ſuis anxiaueris, audire ſibi viſa ſponſū. Videt aduentantem per compendia ſemitarum.

In ea voce euigilarat,
Et venientem vidit.

III.

Sed quæ hæc fuit vox?
Quidam Prophetarum putant,
Alij Ioannis qui dictus vox clamantis,
Quem ſequutus eſt Chriſtus.
Senſus grandis, & Cantico dignus,
Si rerum ſeriei accommodatus.
Nam cum hi Authoris, aduentum Sp. Sancti antea agnouerint,
Non apte hic aduentum Chriſti ponunt,
Qui præceſſerat ſcilicet.

IV.

Probabilius interpretabimur.
De arcanis motibus, immiſſis Eccleſiæ,
Quibus incitabatur ad diſceſſum.
Et vno magnum fuit, tantam multitudinem educere,
Cui Ægyptus iam patria erat.
Audit eas voces Eccleſia, & agnouit eſſe Dei,
Id enim Dei vox habet,
Vt audiri ſe faciat, & agnoſci.
Et vires præbeat ad ſequendum,
Præeuntem, ſe ducentemque.

V.

Sed hæ vocationes, Dei arcanæ ſæpe ſunt,
Et nobis dormientibus, id eſt incogitantibus immiſſæ.
Semper enim Deus incipit.
Id vult Eccleſia, cum dormienti auditam vocem affirmat.
Sic Moſi loquutus Deus,
Nihil minus cogitanti,
Sed admonitus, Dei agnouit vocem, de rubo.
Alias forſitan nō auditam
Et quidem vox externus ſonuit,

mentamur verba, ora ſoluiſſe. Hæc ad corticis enodationem omnia pertinent: quæ num per analogiam applicari ad arcanam ſententiam poſſint, nunc videndum eſt. Nodus haud facilè, vt videtur, diſſoluendus.

Sed quid hac *Dei voce* intelligendum ſit, prius oportet conſtitui. Recentiorum de hac re ſententias examinare haud libet, ne reijcere ſit neceſſe, parum ſcilicet huic loco accommodatas, nec ad interpretationis conſequentiam multum aptas. De Veteribus Origenes Hom. 3. *Dei Vocem Prophetas* interpretatur, per quos olim loquutus Eccleſiæ Deus eſt, quã poſtea per ſe ipſum alloquutus. S.D.E. *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio.* Hebr. 1. 1. Pſellus autem ſequutus præeuntem eſt; nec admodum ab vtroque diuerſi tres Patres, qui ad *Ioannem Baptiſtam*, qui Chriſti dictus eſt *Vox*, reſtringunt; quo illius vias præparante, tandem ingreſſus eſt, Eccleſiam ſuam reuiſurus per doctrinam, prædicationem, exemplum. Hic ſenſus, & in ſe grandis eſt, & Cantici maieſtate digniſſimus. Immo ad verba hæc ita accommodatus, ſi ſeiuncta ab alijs tractes, vt vix quidquam poſſit aptius excogitari. Sed monui ſæpe, potiſſimam Interpretis curam, ſeriem interpretationis eſſe. Certè vir Doctus, cui mirè hæc ſententia placuit, illa huius Capitis Verſu quarto: *Introduxit me in cellam vinariam*, de Spiritus Sancti die Pentecoſtes in Diſcipulos illapſu, cum Iuſto, & Bernardo interpretatur: immo & de Euchariſtia cum Nyſſeno, & Pſello, vt ſuo loco notatum eſt. Quo ergo pacto hic, & Chriſti *vocem in Ioanne*, & aduentum in ſua perſona agnoſcit? Prius ſcilicet illapſus Spiritus in Diſcipulos, quam vox Ioannis inter deſerti antra hominum auribus inſonaret. Hæc certè niſi omnia peruertas, quadrare non poſſunt; cum inordinatè dicantur, & quod prius eſt geſtum, poſterius enuncietur, & contrà.

Vox Dei Prophetæ ſunt.

Ioãnes Baptiſta Chriſti vox.

Interpretis curã potiſſima, conſequentiæ rerũ.

Nos ergo hic nondum agnoſcimus Chriſtum, nondum Ioannem; & multo probabilius *Dilecti Vocem* interpretabimur, *interiores per vocantem, incitantemque gratiam motus*, quod ex parte animaduertimus, tribus Patribus placuiſſe: qui ſignificari hac Voce aiunt, *Minas, & promiſſiones, quæ partim auditores ad pœnitentiam impellunt; partim vias Domini ex virtute conſtituunt; & rectas per cognitionem in ipſis faciunt vias eius.* Nam & minæ, & promiſſiones, animæ internus per Dei lumen repræſentatæ, ad gratiæ mouentis, incitantiſque ſeriem ſpectãt. Sed ſatis eſt, ſi arcanos impulſus intelligat, Eccleſiæ illi immiſſos, impellenteſq. ad grande illud facinus aggrediendum. Nam quantum fuit facinus, tantam promiſcui vulgi multitudinem ad egreſſum ex ea regione cogere, quam tot annis incoluerant, vt iam non peregrini, ſed inquilini omnino & eſſent, & haberentur, cum nullus eorum in viuis eſſet, qui aliam patriam agnouiſſet? Id certè ſine ingenti Dei, intus operantis, auxilio præſtari non potuit. Hanc ſibi *Vocem* auditam Eccleſia profitetur, immo & agnitam. Habet enim neſcio quid Dei interior ſæpe *Vox*, vt ea ipſa ſe prodat, & agnoſci faciat ab his, qui in ouibus computantur. S.D.E. *Oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas; & cum proprias voces emiſerit, ante eas vadit; & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.* Ioan. 10. 3. 4. Quæ quanquam cum proferret Chriſtus aliud agebat: tam aptè tamen in hunc ex Ægypto Eccleſiæ diſceſſum quadrant, vt de eo videantur dicta. Nam & *Paſtoris Dei Vocem* audijt Eccleſia, eamque agnouit; & nominatim appellata *Amica*, *Columba*, *Formoſa*, ſequuta vocantem eſt, immo & præeuntem, ducentemque per inculta ſolitudinum, & aſpera montium, donec, multo diſcrimine ſuperato, promiſſam in terram inducta eſt; ſed de his alias inferius.

Dei vox arcani motus immiſſi in animum.

Minæ & promiſſiones ad excitantem gratiam referendæ.

Dei vocis character, ſui indicium facere.

Eccleſia Dei vocem audijt, agnouit, & ſequuta eſt.

Sed quia *dormienti eam vocem auditam*, diximus, & id ipſum quo pacto aptari ad hunc Dei vocantis ſonum poſſit, exquirendum eſt, ſæpe motus hi vocantis Dei tam arcani ſunt, & incogitantibus inditi, vt non vigilantibus, ſed ſopore preſſis, videantur immiſſa. Id eſt, quod Theologi noſtri, cum de excitante, ac mouente gratia diſputant, obſeruant: quam vnam ob cauſam, hi motus *in nobis ſine nobis*, dicuntur, *fieri*: quia nobis ſcilicet minime cogitantibus, aduertentibuſque, aut libere operantibus, immittuntur. Ideo iuſtificationis opus in nobis Deus incipere dicitur; quod idem verum eſt, de reliquis ſupernaturalibus actionibus, quibus promouemur ad bonum. Quia ergo ſe incogitantem, inſcientemque ſenſerat *Dilecti voce* præuẽtam, ideo *dormienti ſibi auditam vocem*, fatetur, agnitamque. Quod ſi hæc geſtis aptare placeat, Moſen cogita, in montem Horeb, & interiora ſolitudinis ſoceri Iethro gregem in paſcua ducentem, nulla anxium alia cura, quam vt vberrima ouibus paſcua quæreret, aut apricos ad meridiandum collium ſinus, aut fontes ad adaquandum ſitientes, ſub inclinantis iam ſe diei vmbra. Nihil de Gente cogitantem ſua, aut de preſſuris anxium, quarum cum rerum cura, poſt quadraginta ferme annorum exilium, minime ſollicitabat. Quid amplius in dormiente requireres? Vocatus de medio Rubo, admonituſq. ponere calceamenta, in reuerentiæ ſignum, *Vocem Dei agnouit* ſcilicet, tametſi fortaſſe hactenus non auditam, quia is ipſe, qui loquebatur, arcano lumine intelligentiam perfundebat, ne quis eſſet, in dubium vocare poſſet, qui illum alloquebatur de Rubo. En *Dei Vocem*, extrinſecus quidem auribus inſonantem; ſed fortius, clariuſque interius impellentem, inci-

Motus interni ſæpe incogitantibus immiſſi.

Moſen nihil minus cogitantem vocauit Deus de rubo.

Dei vox ad Moſen vox Dei ad Eccleſiam.

tan-

Digitized by Google

Sed fortius inte-rius operata eſt.

VI.

Eſt autem Eccleſiæ proprium, Dei audire vocẽ, & agnoſcere. Nec vllo modo in eo falli, Et adulteri ſonũ à ſponſi ſono diſtinguere, Sed id ſingulis fidelium non datur. Vnde dubium ſæpe iudicium. Sic Samueli contigit puero. Nec audiendus Nyſſenus, qui contra exiſtimauit. Magis fuiſſe coniecturam quam certam cognitionem, Nam contra affirmat ipſa. Cum ſimpliciter vocem appellat Dilecti.

tantemque. Hoc ſtatu rerum Eccleſia in Moſe deſcribitur, *Dei vocem & audiens, & agnoſcens*: neque aliud intellige, cum dormienti ſibi affirmat auditam.

Neque ſine magna ratione *Dilecti Vocem* agnoſcens, ſonoque ab cæterorum diſtinguens voce, Eccleſia inducitur. Ea Congregationis Fidelium prærogatiua eſt, ſingulis minime conceſſa ſcilicet; vt in agnoſcenda *Dei* loquentis *Voce*, falli non poſſit, ſiue aſſuetudine audiendi amicum ſonum didicerit ab aliorum internoſcere ſono; ſiue ea potius Dei loquentis ſit gratia, ita temperantis ſonum, vt vera, atque expreſſa, ac velut ſpirans imago illius ſit, qua dignoſcatur. Huc Theodoretus aptè. *Nouit Sponſa Vocem Sponſi: nouit quid inter adulterum, & Sponſum interſit. Atque adulteros quidem & lupos, & mercenarios auerſatur; Sponſi autem, & Paſtoris ſermonibus paret.* Singulis minimè id beneficium præſtatur ſemper, vnde dubium illis ſæpe, & multus metus, ne pro *Dei Voce* alienorum ſonum accipiant. Sic Samueli, cum puer in Prophetam initiaretur, legimus contigiſſe. Qui *Cum necdum ſciret Dominum, nec reuelatus illi fuiſſet ſermo Domini*, iterum & tertio vocatus, cucurrit ad Heli, & dixit: *Ecce ego, vocaſti enim me*: arbitratus hominis eſſe ſonum, quæ *Dei Vox* erat. 1.Reg.3.6.7. Si ergo Eccleſiam conſideres & *Amicam*, & *Columbam*, quidque his nominibus Deus præſtare debeat, haud aſſentiére Nyſſeno, qui Hom.5. in Cant. ex hoc colligit loco, quam Deus agnitu ſit difficilis. Verba poſui. *Vox*, inquit, *Patruelis mei: non forma, non facies, non figura expreßam oſtendens naturam illius: ſed Vox, afferens magis coniecturam, quam firmam cognitionem, quis ſit is, qui loquitur.* Nam certè cum dicit, *Vox Dilecti Mei*, non conijciendo, non dubitando dicit, ſed certo aſſenſu profitetur, quod certo ſe agnouiſſe ſciebat. Sic enim decebat *Dilectum* agere cum *Dilecta*, eo maximè tempore, quo illam ad colligenda vaſa, atque ad diſceſſum ex Ægypto blandis vocibus inuitabat, eam in minimè notas terras, per inuias, & aſperas rupes, perducturus.

Eccleſiæ character Dei vocem agnoſceres nec in eo falli.

Singulis non ſemper Dei vox immiſſa, agnita.

NOTATIO XXIV.

ECCE ISTE VENIET SALIENS IN MONTIBVS TRANSIL. COLLES.

I.

De Verbi aduentu qui hæc exponentur. De illius ſaltibus multa dicunt, Præiuit Ambroſius, Sequutus illum Gregorius, Qui montes & colles illius vitæ myſteria interpretatur. Hominum captũ ſuperantia.

QVI comma hoc de verbi in carne aduentu interpretantur, interpretantur autem de Veteribus plerique, nec de Recentioribus pauci, pulchrè in pulchro argumento ſpatiantur; & de *Saliente* multa *Verbo*, & de *Montibus Collibuſque*, quos dicitur *Tranſilire*, haud pauciora obſeruantes, tametſi non vna omnes, atque eadem via à carceribus ad metas currunt. Ambroſij illa ſunt, ſæpe cantata, ſerm.6. in Pſal.118. quæ imitatus poſtea Gregorius eſt, Hom.29. in Euangelia. *Videamus Salientem, Salit de cœlo in Virginem, de vtero in præſepe, de præſepio in Iordanem, de Iordane in crucem, de cruce in tumulum, in cœlum de ſepulchro.* Cur autem *Salire In Montibus*, & *Colles Tranſilire* dicatur, explicat Gregorius hoc loco, quia illius vitæ myſteria ſublimitate ſua ſupra hominum ſe tollebant captum; in ijs nimirum operibus *Colles Tranſilijt*, quia ſanctos homines, quantumcumque exercuerint, potentia ſuæ pietatis tranſcendit. Quæ quin pie dicantur maximè nemo negauerit.

De verbi in mũdum aduentu interpretatio quorundam.

II.

Bernardus malunt cœleſtes ſpiritus. Quibus minor factus homo voluit eſſe. Verſatus in montibus, & concionatus. Pie omnia dicta, Sed ad ſeriem parum apta.

Bernardus aliam viam ingreſſus eſt, ſerm.53. in Cant. *Montes ac Colles cœleſtes* accipit *ſpiritus*, quos tranſgreſſus dicatur Dei Filius, quod *paulo minus ab Angelis minoratus*, vſque ad Hominem ſe demiſerit: immo & infra Hominem, humilitate ſua hominnm vtilitatem ſupergrediens, cum de ſe dixerit ille; *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*. Vide illum ſerm.54. in Cant. Et tamen alio idem loco *Montes*, & *Colles Virtutum altitudines* accipit; immo & *veros Montes*, in quibus ſæpe Chriſtus vel oraſſe dicitur, vel ad turbas concionatus, vel transfiguratus, vel in cœlum vſque leuatus. Piè omnia: ſed ea ipſa diuerſitas interpretandi ſatis perſuadet, Virum ſanctiſſimum, in vna re non hæſiſſe, ſed varia pro rerum varietate ſequutum, prout dicendi impetus propellebat.

Montes cœleſtes ſpiritus.

III.

Nyſſenus montes dæmones eſſe vult Origenes imperia. Vtriſque Chriſtus ſuperior fuit. Alij malunt delubra & lucos. Dæmonumque deleta templa.

Aliorum alienior adhuc eſt interpretandi ratio. Nyſſeni, qui *Montes*, ac *Colles Dæmones* eſſe vult, quorum ſcilicet tyrannidem, Chriſtus calce detriuit, ſubiecitque ſibi. Origenis, qui *Regna*, & *Prouintias*, quibus per Chriſtum chriſtianæ legis iugum impoſitum eſt; *Salit ergo In Montibus Chriſtus, magna quæque Regna Saltibus ſuis ſuperans, & ad ſuſcipiendam Diuinæ Religionis cognitionem inclinans*. Nec multum diuerſus abit Theodoretus, à Nyſſeno, qui *Montes*, & *Colles Lucos*, ac *delubra Dæmonum* eſſe vult, in *Montibus* olim ſita, atque ædificata, *ſuper quæ verborum ſapientia, ac miraculorum virtute*, *Saliens*, *atque Tranſiliens*, *ea penitus deleuit*. Hi omnes vna ratione permoti ſunt, quod arbitrarentur in *Montibus*, *Collibuſque*, atque eorum *Tranſilitione* myſterium grande latere, quo ſignificaretur aduenientis in carne Verbi ſupereminens illa virtus, qua ſeſe ita ſuſtulit, vt Deum oſtenderet, inferiora omnia

Montes Dæmones, Imperia & Regna.

vel

Digitized by Google

Omnes arbitrati grande myſteriũ in hiſce ſaltibus latere.
Si vero rem atten tius pendas,
Hæc ad ſolam feſtinantiam refe- res,
Quia Deus ad auxilium properauit.
Indicatum id ab Origene.
Obſeruans hanc ſponſi properantiã ad ſponſam.
Et ab Ambroſio ſimiliter.
Cuius verba hic habes.
Immo & à Ruperto,
Quamquam de Verbi aduentu interpretante,
Sed perſpicue de feſtinante.

Dei hi ſaltus ad properantiã pertinent, venientis ad auxilium.

vel conculcans, vel trangrediens. Ideo quiſque id excogitauit, quod placuit: Alius Imperia, & Regna; Alius Angelos, ſiue bonos, ſiue malos; Alius lucos, & delubra, & quidquid vanarum religionum quibus Dæmones colebantur, in orbe in mortales tyrannidem exercebat. Cum, ſi rem accuratius pendas, longe aliud Eccleſia intellexiſſe videatur, cui vna Dei feſtinandi, properandique, atque ad ſe veniendi, omni poſthabita mora, cura deſcribitur. Ideo & *ſalientem in montibus, & tranſgredientem colles ſe vidiſſe* affirmat; quia præ feſtinandi auiditate, trita relicta via, per compendia ſemitarum, ſaltu ſæpe obuia impedimenta ſuperans, feſtinauit ad illam. Neque nos primi hæc obſeruamus; agnouit in hac loquendi forma *Dilecti* feſtinantiam Origenes Hom. 3. qui, *primum auditam vocem illius Sponſæ* obſeruat, *poſt hæc vero, etiam eius conſpectibus apparuiſſe, ſuper montes quoſdam vicinos illi loco, in quo Sponſa morabatur, Salientem, & magnis quibuſdam non tam paſſibus, quam Saltibus Colles Monteſque, in modum cerui, vel capreæ tranſcendentem; & ita ad Sponſam ſuam omni cum properatione venientem.* Agnouit Ambroſius ſerm. 6. in Pſal. 118. *Ecce*, inquit, *iſte venit; adhuc ego eum quæro, & ille iam venit: adhuc Ego ſuffragia capto, vt veniat, & ille iam proximus eſt; Ego ſuſcitari mihi caritatem cupio*, (Ea verba; *Adiuro vos:* Ambroſius Sponſæ tribuit) *Ego me vulneratam caritate cupio, & ad me plus caritas ipſa feſtinat. Ego dixi: Veni, ille Salit, & Tranſilit.* Agnouit & Rupertus, qui tametſi de Verbi in mundum aduentu interpretatur, ſignificatum tamen cenſet, licet ſero factum hoc myſterium videretur, celerrimum tamen fuiſſe. S.D.E. *Et eleuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ:* (*En apparentem eius aduentus tarditatem*) *Et ecce feſtinus velociter veniet.* Iſai. 5. 26. Quæ ad illius feſtinationem omnino ſpectant: Augetque vim geminatio eiuſdem vocis *feſtinus*, ac, *velociter*; nam & in Hebræo ad verbum legimus: *Et ecce cito, & velox veniet.*

IV.

Nec in typo referuntur hæc alio, quam ad feſtinationem,
Interpretabimur ergo dupliciter,
Primo de feſtinantia Dei ad educendam Eccleſiã ex Ægypto.
Cuius multa indicia in Exodo.
Toto fere Capite tertio.
Quo Moſen vrget,
Ne tardet ad auxilium ferendum.
Quaſi vna cura eum pungeret tũc quidem.

Indicia feſtinantis ad auxilium Dei.

Deus vrget Moſen ad ferẽdum auxilium ſuis.

Quod ſi in typo non alio hæc, quam ad properantiam, feſtinationemque referenda ſunt, nec cum arcanum ſenſum exquirimus, alio videntur eſſe trahenda, niſi analogiæ negligimus leges. Duplice ergo ſenſu *Saltus* hos interpretabimur, &, vt arbitramur, appoſitè ad mentem loquentis Eccleſiæ, noua ſpe ad libertatem à ſeruitute duriſſima excitatæ. Primo, ſimpliciſſimè; vt indicetur *feſtinatum Dei ſtudium in euocanda Eccleſia illa, atque educenda in promiſſam hæreditatem.* Id autem intelliges, ſi Dei ad Moſen de Rubo verba perpendas, anxietatis, vt apparet, ac ſollicitudinis plena. *Vidi afflictionem Populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolorem eius, deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum.* Exo. 3. 7. Et mox: *Clamor Filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur: ſed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas Populum meum Filios Iſrael de Ægypto.* Exo. 3. 9. 10. Et toto illo Capite ſæpiſſimè vrget Moſen; & tametſi tergiuerſantem impellit, cogitque, ne tardet, ad auxilium ferendum oppreſſis; vt nulla eum, tunc quidem, cura alia ſollicitare videatur: omni in vnum facinus ſtudiorum conatu collocato. En Deum properantem ad auxilium ferendum: en *Salientem In Montibus, & Tranſilientem Colles*, præ veniendi feſtinantia.

V.

Potes & in montibus. & collibus. Difficultatis & impedimenta cogitare.
Quæ peruincenda fuere,
Et velut montes inacceſſi ſuperandi.
Scilicet frangenda fuit Pharaonis durities,
Et multitudo ad id diſceſſum perſuadenda,
Cum graue eſſet, Ægyptum relinquere.

Montes & colles, difficultates, & impedimenta in executione tantæ rei.

Pharaonis domanda obſtinatio.

Multitudo perſuadenda ad egreſſum, quę inſueuerat Ægypto.

Quod ſi in *Montibus, Collibuſque* altius aliquid latere arbitrandum eſt, malim *difficultates, atque obiecta executioni impedimenta* intelligere; nam & arduos montes nobis obiectos dicimus, cum in peragenda re quam maxime cupimus fieri, inſuperabiles difficultates obijci nobis animaduertimus. Quod ſi perpendas quanta facinoris tanti executio difficultatum mole retardata fuerit, ſeu locum, ſeu perſonas conſideres, ſeu capitum multitudinem; quãtumque Deo per Moſen laborandum fuerit, vt ad optatum deduceretur exitum, ſtatim aſſentiere, quam vere Deus ſit dictus aduenìſſe *Saliens In Montibus, Colleſque Tranſiliens*: ideſt, *impedimenta ſubmouens omnia, ac difficultates peruincens.* Nam & Pharaonis ipſa durities vel mollienda, vel comminuenda fuit; & inimicæ Gentis aſperitas demulcenda; ac, quod caput eſt, Hebræorum ipſum vulgus, non verbis minus, quam oſtentis inducendum, vt ſe fineret perſuaderi, & vellet libertate donari; demumque ſtupenda patranda opera, ſupra naturæ vires, atque hominum captum, qualia in Exodo legimus; quod nihil aliud fuit, quam obiectos altiſſimorum *Montium* vertices, non ſaltu modo, ſed volatu *tranſiliſſe*. Vt hic ſenſus aptè in hunc locum quadrare videatur. Et hic ſecundus eſt horum verborum intellectus.

VI.

Potes & Deum cogitare,
Communem modum agendi inuertentem,

Deus naturæ ordinem tranſcendẽs in prodigijs & ſignis.

Tertius, duobus præcedentibus quodam velut ordine connexus, ea probabiliſſimus eſt, quod magis arcana intelligentia verbis aptatur, & in ſe grandior eſt. Deum certè ſi conſideres, ad tantum facinus patrandum accingentem ſeſe, videbis leges omnes naturæ, & ſolitam agendi formam tranſcendentem: vt moræ impatiens videretur, communes rebus fixaſque leges tranſgredi, modumque, atque ordinem cauſarum; immo & totius naturæ inuertere. Id eſt, quod dicebat ille; *Sed ego ſcio, quod non dimittet vos Rex Ægypti, vt eatis, niſi per manum validam. Extendam enim manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum; poſt hoc dimittet vos.* Exo. 3. 19. 20. Et rurſus: *Nunc videbis, quæ facturus ſum Pharaoni; per manum enim fortem dimittet eos: & in manu robuſta eijciet eos de terra ſua.* Et: *Ego Dominus, qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorum, & eruam de*

Digitized by Google

Naturæ ordinem tranſgredientem, Vt tandem patratis tot portentis, Ad optatum finē res deduceretur. Ergo naturæ leges negligens Deus Montes colleſq. ſi dicas non errabis. Tunc dicitur Dei manus fortis, & valida, & excelſa. Cum omnipotentia viribus vtitur, Præter naturæ ordinem operatur, Hic ſenſus & grauis eſt, & huic aptus loco.

ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & iudicijs magnis. Exo. 6. 1. 6. Quod & poſtea peractū eſt. Eas ergo naturæ leges ſtatas, fixaſque dum negligit Deus, vſus Omnipotentiæ ſupra rerum exigentiam viribus, ſolitumque & ordinarium curſum tranſgrediens, ſi *montium colliumque* appellatione accipiamus, haud credo multum aberrabimus à vero. Id ſignificatum ab ipſo Deo per *Manum Validam, Fortem, Robuſtam*: & per *Brachium Excelſum*. *Tranſilit* ergo *Colles*, *Salitque Deus In Montibus*, aut *Super Montes*, (vt & Hebræa habent & Græca) cum, ordine rerum, cauſarumque neglecto, ſua vſus, præter cauſarum naturalium exigentiam, potentia, ad finem ſibi conſtitutum properat: ne ſi via militari velit incedere, moras longas cogatur, velut per quoſdam circuitus, trahere; ſemitarum compendijs vſus ad properandum. Qui modus interpretandi, & ad rem, prout geſta eſt, ſignificandam; & ad feſtinatas Dei curas de ſalute illius Eccleſiæ exaggerandas; & ad ſenſum Eccleſiæ grato animo omnia recolentis, intelligendum, aptiſſimus eſt: & ad nexum horum cum proximis, quæ antecedunt, quæque ſequuntur, facillimus, expeditiſſimuſque, nihil vt vltra prudens Lector ad probabilitatem iure poſſit exigere.

Deus montes & colles tranſ. tiens cum ſupra naturæ vires operatur.

Militari relicta via ſemitas conſectatur vt properet.

VERSVS IX.

SIMILIS EST DILECTVS MEVS CAPREÆ, HINNVLOQVE CERVORVM: EN IPSE STAT POST PARIETEM NOSTRVM, RESPICIENS PER FENESTRAS, PROSPICIENS PER CANCELLOS.

COMMENTARIVS.

QVIA Deum *Salientem In Montibus, Et Tranſilientem Colles*, ad ſe properaſſe dixerat, hærens metaphoræ ſemel cæptæ, ſimilitudine rem iuuat, *Capreæ, Hinnuliq.* quarum animantium dos propria *celeritas* eſt, & *in curſu velocitas*, vt nullo rupium obſtante incurſu, vel hiantium valliū obiectu, à currendo deſiſtant. Itaque & hæc ad feſtinatas Dei curas, in Eccleſiæ illius acceleranda ſalute, referenda ſunt. Alioqui nulla apparebat cauſa, cur aliarum animantium, quarum aliæ dotes ſunt, animoſitatis in Leone, roboris in Elephanto, celeritatis ad prædandum in Tygride, ſimilitudine minime vteretur. Quod autem addit; Viſum ſibi *Reſpicientem Per Feneſtras, Proſpicientem Per Cancellos*, ad modum agendi pertinet, quo vſus idem ille eſt Deus cum Eccleſia illa, dum eam ad diſceſſum præparat, editis ſignis, atque prodigijs. Variæ ergo Populi illius affectiones deſcribuntur, nunc ſpei, nunc metus. Nam viſis operibus ſingulis, ſpes iactabatur, augebatur confidentia, certa ſalus in proximo videbatur ridere: Pharaonis animaduerſa duritie, ac tantorum prodigiorum neglectu, Gentiſque inimicæ furore, metus redibant, nihilque minus ſperabatur, quam rei felix euentus. Plantata ſcilicet recens ſpes flante vrente vento languebat; ceſſante reuireſcebat. Sic videbatur Deus ludificari Eccleſiam, nunc ſe benigniorem oſtendens, nunc velut implacidus vultum abſcondens. Quemadmodum cum Sol radios ſub nube premit, mox ſeſe orbi redditurus, rurſus abſceſſurus, vt iterum diem reducat. Sic oportebat nimirum Eccleſiæ Fidem probari, Spem exerceri, Caritatem, velut repetitis per interualla flatibus, inflammari, Virtuteſque cæteras ad perfectum ſtatum adoleſcere. Sic autem hæc ſcripta ſunt, vt, ſi decorum ſpectes perſonæ loquentes, nihil concinnius, & magis ex arte dici potuiſſe, affirmare cogaris, ſed Eccleſiæ voces agnoſcamus.

ENAR-

Digitized by Google

ENARRATIO.

ET ſic quidem meus ad me Dilectus ad auxilium aduolauit, moras perrumpens omnes, ac impedimenta ſubmouens. Sic ſcilicet & Caprea, & Ceruorum ſolent Hinnuli, camporum nacti libertatem, properare; ſiue matres ipſi totis montibus fugientes anxia celeritate ſequuntur; ſiue venatorum, aut ferarum aliarum metu premente, ſalutis omnem ſpem poſuere in fuga. Nulla rupium obſtantia eorum morantur curſum; nulla vallium profunditas metas velocitati ſtatuit. Vno ſæpe ſaltu, quidquid obuium eſt, tranſiliunt, ſiue ſuperandæ ſunt obiectæ cautes, ſiue torrentes tranandi, ſiue hiantium rupium in acceſſa latera ſaltu iungenda. Sed & miras Dei mei artes in tanti executione facinoris notare libet. Nam velut amorem condiat, vel accendat, mira varietate ſe prodit. Nunc patratis prodigijs, alit de proximo ſpem: nunc Pharaone repugnante minimum ſpei, velut laqueo ſtrangulante, ſupereſſe ſignificat. Iam placato Pharaone, & abeundi faciente copiam, confidentiam ſuſtentat; nunc fauore reuocato rurſus confidentem in arcto conſtituit. Sic Deus per vices, & fauore, & neglectu exercet caritatem meam, acuitque confidentiam; velut qui ſpectari præſens velit: rurſuſque latére vt mox ex inſperato gratior aſpectus ſit, iucundiorque conuictus. Sed erit breui, cum Sol, qui nunc dubia mihi, atque interrupta luce, nec diem in totum facit, nec noctem ſinit incumbere, toto ſplendore ſe monſtret, diemque ſplendidiſſimum, duraturumque reducat.

NOTATIO XXV.

SIMILIS EST DILECTVS MEVS CAPREÆ.

SVM. COM.

I.

De nexu dictum in Comm.

De ſenſu variæ ſententiæ.

Cur hoc loco ineatur comparatio Dei cum his animantibus.

Quidam ad varias capreæ dotes reſpexere.

Alij ad viſus acumen,

Vnde & nomen illi Græcum,

A qua origine & Dei nomen,

Ideo dictum ſimilem capreæ.

Quod omnia peruideat,

Nec ſolum videat ipſe, ſed alios videre faciat,

Et laqueos monſtret, quos effugiant.

II.

Vere hæc dicta, ſed minus apte ad locum,

Quo ad Sponſam venire propere dicitur Deus.

DE horum verborum cum præcedentibus nexu, ſatis dictum in Commentario eſt. De vero ſenſu non vna ſententia eſt, & plerique anxij de vi ſimilitudinis, cur Deus *Capreæ*, & *Ceruorum Hinnulo* comparetur, quæſiuére. Mihi ſtrictius hæc premenda videbantur, potiuſque, cur hoc loco maximè ea ineatur comparatio, cum animantibus illis? Id enim ſemper ob oculos verſari debet, interpretationis conſequentia, & ſeries ipſa rerum. Nam ſi res ſolitariè ſpectes, nec quid earum nexus, & ſermonis exigat ſeries, diſquiras, multa videbere verè fortaſſe dicere, quæ inepta tamen ſint, ad veram ſententiam ſtatuendam. Hæc minus obſeruaſſe videntur de Veteribus, Recentioribuſque non pauci, qui ad varias harum animantium dotes animum aduertentes, in varias ſunt diſtracti ſententias; neſcio an ad id, quod quærimus, aptas, δορκάδα dictam *Capream* à viſus acumine, Theodoretus hic & Origenes, & Nyſſenus, & plerique alij obſeruauére, & nos alio monuimus loco. Verbo certe δέρκεσθαι, idem ſignificari quod verbo, θεᾶσθαι, Author idem Nyſſenus eſt, à quo Dei nomen apud Græcos Θεὸς. Quaſi *inſpectorem*, ſiue *ſpectatorem* dictas, natum eſt. Ab hac ergo cernendi, ſpectandique omnia vi factum, vt *Capreæ* comparetur, volunt: ſiue quia perſpiciat omnia, ſiue quia nihil eum lateat, eorum quæ in ſcrinijs humani cordis ſunt clauſa. Quin ex medica diſciplina obſeruat Origenes, ineſſe in viſceribus *Capreæ* humorem, quo peruncti lippientium aut alioqui obtuſiores acie, oculi perſanentur, & acutiſſimè cernant. Itaque non ipſa modo acutiſſimi viſus eſt, ſed & aſpectandi vim communicat alijs. Ideo Chriſtum (nam ad Incarnationem hæc trahit) iure δορκάδα, ſiue *Capream* dictum: quia non modo *Patrem* videt, ſed & videre alios facit. S.D.E. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Ioan. 14. 9. Nec enim modo ipſe *Lux* ſibi eſt, ſed *omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum*. Ioan. 1. 9. Addit Philo Carpath. meates etiam hominum illuſtrare, vt peruidere laqueos, ſeque illis eripere poſſint, dæmonum.

Regula, ab interpretationis ſerie

Caprea δορκάς, dicta à viſus acumine.

Deus ſimilis capreæ propter cernendi vim.

Chriſtus non modo vidẽs, ſed videre alios faciens.

Hæc vere dicuntur omnia: ſed quid nunc ad Sponſam Eccleſiam pertinebat, eius in perſpiciendo Dei virtutis meminiſſe? Aliud agebat ſcilicet, idque volebat ſolum, Deum ad ſe liberandam ex Ægyptia ſeruitute celerrimè properaſſe. Certe ad ſe inuiſendam, quacumque id ratione interpretari volueris, accurriſſe ſignificat. Ideo illum & *Salientem Super Montes, & Colles Tranſilientem*, ideſt, militari relicta via, ad ſeſe per compendia ſemitarum,

Deus ad inuiſendam Eccleſiam propere veniſſe.

 ſolis

Quaſi militari neglecta via ſemitas ſeltetur. Alij ad humilitatem referũt, quia Caprea humile animal. Alij alio, quorum idem iudicium eſt.

ſolis Capreis peruia, veniſſe, confirmat. Quo eodem argumento aliorum minus probari poſſunt ſententiæ: vt Caſſiodori, & Bedæ, qui propter humilitatem *Capreæ* ſimilem dictũ volunt, quod animal ſit humile, ac deſpectum, propter imbellem naturam. Aponij, qui obſeruat, *Capream* parte corporis poſteriore candidiorem, quia Chriſtus in ſæculi fine ſuam præſentiam, & gloriam exhibebit. Quæ quanquam verè dicuntur omnia, aptari huic loco non poſſunt: nihil enim horum nunc quidem vt diceret, ad Eccleſiam pertinebat.

III.

Reſpectum ergo ad ſolam celeritatem. Quæ propria caprearum dos. Sic intellexere Hebræorum DD. Neque id inficiat Græci PP. Quanquam alio diuertêre. Id colliges ex locis alijs, Non modo Cantici huius, Sed aliorum S.S. librorum. Quæ à nobis loco alio animaduerſa, Alioqui ſi ad acumen viſus reſpectum fuiſſet, Non deerant Aquilæ & lynces, quibus in eo ſimilis diceretur.

In ſimilitudine Dei cum caprea ad ſolam celeritatem reſpectũ.

Ergo ad vnam comparatio *celeritatem* referenda eſt: illuſtratur enim ſimilitudine, id quod ante dixerat, Vidiſſe ſe Deum ad ſe properantem, vt auxilium ferret, omni neglecto ordinario, vt vocant, rerum curſu, *Salientem* ardua ſuper quæque, ac tranſgredientem quæcumque remorari properantem poſſent. Atque hunc locum ita intellexêre Hebræorum DD. R. Selomo, & Abenezra, qui properantiam notari affirmant, qua Deus ad populum liberandum ab Ægyptia ſeruitute veniſſe legitur. Eam autem ſimilitudinis eſſe vim, nemo Scriptorum Græcorum, Latinorumque negauit: omnes potius cum Hebræis agnouêre: tametſi & alias agnouere rationes ſimilitudinis. Sed non omnes, vt diximus, in locum hunc quadrant. Duplice autem argumento, quod à nobis alias obſeruatum, id ipſum de vi ſimilitudinis firmari poteſt: & quia locis alijs, quibus haud ſemel vſurpata eſt, celeritatis tantum cauſa inducta eſt, vt infra Verſ. 17. & Cap. 8. 14. Et alioqui in ſacris litteris eius animantis non alia dos commemoratur, quam velocitas. Cætera, quæ in hac animante Profanorum curioſitas obſeruauit, aut Veterum diligentia, Scriptores ſacri non agnoſcunt. Vide, quæ obſeruata à nobis ea de re ſunt, Commentario Dramat. Cap. 2. Not. 27. Num. 1. Ne eadem inutili labore cogamur repetere. Alterum argumentum inde ſumendum, quod ſi ad viſus acumen hic reſpectum velis, præſtitiſſet aliarum animantium, quarum nota eſt viſus perſpicacitas, ſimilitudines vſurpare. Nam de Aquilino genere in auibus, omnium confeſſione conſtat; vt ſæpe de ſummo cœlo volans Aquila, & piſciculos in aquarum gurgitibus, & lepuſculum ſub virgultorum latentem fronde ad prædam volatu certiſſimo depoſcat. De Lynce autem in terreſtribus etiam maiora ab harum rerum obſeruatoribus ſcripta ſunt. Quid ergo cauſæ eſſe putes, cur *Capreæ* ſolum mentio fiat, niſi quia ſola in illa quærebatur in currendo velocitas, cui Dei illa in ferendo Eccleſiæ auxilium, apud Ægyptios onere importabili laboranti, feſtinata ſollicitudo ſimilis videretur?

Scriptura non alias dotes in caprea agnoſcit, quam velocitatem.

Aliæ animantes acumine viſus capream vincunt.

NOTATIO XXVI.

HINNVLOQVE CERVORVM.

I.

Sed Origeni nihil inobſeruatum, Prius Capream dictum affirmat, Quia prior fidei agnitio, Poſterior operum perfectior, Illa ſignificari per Ceruum. Sed hæc ad enodandum huius locum non valent.

NIHIL acumini Origenis in his litteris inobſeruatum: etiam minutiſſima quæque rimatur, &, quod maximè mirum eſt, etiam in minutiſſimis myſticas rationes agnoſcit. Cur prius *Capream*, poſterius *Hinnulum Ceruorum* poſuerit, hic inquirit. Læuiſſima ſcilicet non nemini quæſtio videatur, quam ille tamen grauiter ſoluit, ſuæ illi hærens de viſus perſpicacitate ſententiæ. Dupliciter credentium conſtare rationem, ad ſalutem; per agnitionem Fidei, & operum perfectionem. Alterum in *Caprea*, alterum deſignatum in *Ceruo*. Fidei autem agnitionem primum eſſe ſalutis gradum; huic addi opera, quæ in ſecundo conſiſtunt. Ideo de *Caprea* prius, de *Ceruo* poſterius dictum. Origeni etiam Theodoretus adhæret, tantum valuit præiudicata viri authoritas. Sed hæc ad enodandum hunc locum minime neceſſaria ſunt; quo celeritatis ſolius rationem habitam definiuimus.

II.

Illud valet. Additum videri ceruum ſine neceſſitate, Cum de ſola celeritate diceretur, Quæ eximia in caprea. Leuis quæſtio, alibi à nobis expedita, Sed Theodoretus, Hinnuli factam mentionem vult, Quod Chriſtus etiam puer, Dæmones vicerit. Ideo dictum filiũ hominis.

Cur non ſolum caprea, ſed ceruorum hinnulo ſimilis dictus Deus.

Verum cum ad hanc Dei properantiam in ferenda ope, ſatis videretur, ſi *Capreæ ſimilis* ſimilis diceretur, quod & alijs locis factum legimus, 2. Reg. 2. 18. & 1. Paral. 12. 8. Cur etiam de *Ceruo* additum eſt, nec ſimpliciter de illo, quod locis alijs eſt factum. 2. Reg. 22. 34. Pſal. 17. 34. Habac. 3. 19. Iſai. 35. 6. Sed de *Ceruorum Hinnulo*, cui propter imbecilliorem ætatem, nondum viribus confirmatis, minus aptè videri poſſet accommodari ſimilitudo? Similem quæſtionem, quantum ad ſenſum Dramaticum facit, loco alio exagitauimus: hic in arcana verſamur intelligentia, ſed ne hæc quidem quæſtio magni momenti eſt, licet à Veteribus minimè prætermiſſa. Indicata à Theodoreto eſt, qui diuerſitatem eò retulit, vt de *Hinnulo* factam mentionem diceret, quod *Chriſtus, non adultus modo, & in ætate prouectus Dæmones, ſed infans etiam ſubegerit*. Itaque & grandæuus, & puellus cucurrit ad palmam, & victoriam de illo hoſte, qui tyrannide ſua mundum opprimebat. Addit Theodoretus: *Capream* dictum, quia *homo*; *Hinnulum*, quia *hominis filius*. Nec ſolum Leonem ſcilicet, ſed Leonis catulum. S.D.E. *Catulus Leonis Iuda, ad prædam, Fili mi, aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna.* Gen. 49. 9. Sed hæc nimis eſſe ſubtilia, vſus Scripturæ perſuadet, dictus enim *hominis filius Chriſtus* eſt, non quod *Puer*, ſed quod *homo*: quandoquidem

Comm Dramat. Cap. 2. Not 28.

Chriſtus dictus Filius hominis, quia verus homo.

SVM. COM.
Sed Chriſtus filius dictus hominis,
Non quia puer, ſed quia homo.
Etiam cum grandæuus,
Et Leonis catulus, etiam pro Leone,
Bernardus Hinnulum ceruorum,
Quia Patriarcharum Filius.

III.
Et vtrumque dictum.
Quod miſericors & iuſtus.
Hinnulus, quia miſericors,
Caprea quia iuſtus iudex.
Quæ quidem magis piè, quam aptè dicta,
Nam eum ſenſum originalia non admittunt,
Quæ ad ſolam velocitatem reſpexere,
Vide quam ſit difficile hoc genus interpretandi.

IV.
Additus ergo capreæ ceruus,
Ad maiorem velocitatis exaggerationem,
Qua Deus ad ſponſam venit.

V.
Dictus autem cerui hinnulus, non ceruus,
Quia nondum armatus potentiæ cornibus,
Si quibuſdam credimus,
Sed nondum hic de Chriſto ſermo,
Niſi fortaſſe in typo.

VI.
Nos in Dramate Hinnulum ad honeſtatem retulimus,
Caſtiſſimi coniugij,
Id transferre potes in hunc locum
Quanquam ſatis intelligitur Amor Dei in Eccleſiam honeſtiſſimus,
Totum ergo id ad typum pertinet,
Non ad arcanum ſenſum,
Immo Hinnulus Cerui, pro Ceruo poſitus videtur,
Sicut locis aliis Catulus leonis pro leone,
Filii taurorum pro tauris.

quidem etiam grandæuus de ſe dicebat, *Filius hominis, non habet vbi caput ſuum reclinet.* Matth. 8. 20. Et: *Filius hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo: Væ autem homini illi per quem Filius hominis tradetur.* Mar. 14. 21. Catulus autem Leonis pro Leone poſitus ſimpliciter, ex Hebræi ſermonis vſu, vt cum de Samſone dicitur Iud. 14. 5. *Apparuit Catulus Leonis ſæuus & rugiens.* Cum mox qui Catulus dictus eſt, Leo ſimpliciter dicatur. *Irruit ſpiritus Domini in Samſon, & dilacerauit Leonem, quaſi hœdum in fruſta diſcerpens.* Bernardus ſerm. 54. in Cant. alio reſpexit. Dictum *Hinnulum Ceruorum*, vt & *Patrum* mentionem faceret, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem: & *infantia Saluatoris*, vt *Hinnulus* quippe apparuit *paruulus, qui natus eſt nobis.* Id autem prius ab Origene indicatum eſt, Hom. 3.

Chriſtus Capreæ & Hinnulo ſimilis, quia miſericors & iuſtus.

Addit idem Bernardus loco eodem. Vtriuſque animantis factam mentionem propter *miſericordiam*, & *iudicium*. *Oportuit*, inquit, *profecto cum Hinnulo etiam de Caprea ſimilitudinem dari; quatenus & per illum ſalientis deſiderium. & per hanc eligentis exprimeretur iudicium. Chriſtus nempe Iuſtus, & Miſericors, Saluator, & Iudex; & quia amat, vult omnes homines ſaluos fieri; & ad agnitionem veritatis venire*: &, quia iudicat, *nouit qui ſunt eius*, & ipſe *ſcit, quos elegerit* à principio. *Iudicium* autem ideo in *Caprea* ſignificatum indicat, quia perſpicacitate viſus curſum dirigit. Quia niſi acuto, ac perſpicace intuitu, non poſſet omnino, præſertim inter currendum, diſcernere in quos ſalire, & quos tranſilire deberet. Pia hæc maximè ſunt, & pijſſime animaduerſa: ſed Originalia hanc diuerſitatem minimè patiuntur. Nam illud *Tranſiliens*, quod à Vulgato eſt poſitum, non ſignificat ita currere Sponſum ad Sponſam, vt in montes inſiliat, ſaltu autem colles tranſgrediatur, nec contingat: ſed velociſſimè currere, ſiue montibus arduis via, ſiue collibus mitioribus capeſſenda ſit. Ideo quidam tranſtulere, verbum verbo reddentes; *Ecce Ipſe Venit, Tranſiliens Super Montes, Accurrens Rapium* (ſiue *Subſiliens*, vt alij maluère) *Super Colles*. Quo ſatis apparet, hoc interpretandi genus, tametſi veram, vtilemque doctrinam contineat, quam ſæpe verbis, rebuſque non quadret.

Originalium vis expenditur.

Ergo cur *Capreæ Hinnulus* additus ſit, alia fortaſſe ratio eſt, niſi nulla omnino eſt, præterquam forma loquendi, qua exempla ad maiorem rei exaggerationem geminantur: qui maximè vſus ſacris Scriptoribus frequens eſt. Duas ergo animantes, quarum ſæpe in ſacris litteris prodita celeritas eſt, nominauit, ad indicandum, quam celeri curſu ad ſe Sponſus properarit, nullo maiore myſterio, quod & locis alijs factum eſt, ſupraque à nobis obſeruatum.

Non à ſola Caprea, ſed ab Ceruo ſimilitudo ſumptu, ad maiorem exaggerationem celeritatis.

Quod autem non ſimpliciter *Ceruum*, ſed *Cerui Hinnulum* dixerit; alia ratio eſt. Qui ad Incarnationem hæc trahunt, *Hinnulo* ſimilem volunt dictum, quod nondum elatis potentiæ cornibus, quibus in ſecundo aduentu ventilabit gentes, apparuerit, ſed mitis, humanus, mánſuetus: *calamum quaſſatum minimè contriturus*, aut *fumigans linum extincturus*. Sic Aponius, & Angelomus, ex quibus non nemo de Recentioribus. Aut quod nulla carnis mole oppreſſus, & omnibus virtutibus diſtinctus, in orbem venit, ſicut *Ceruorum Hinnulus* maculis diſtinctus eſt. Sic interpreratur Anſelmus. Sed nondum, vt ſæpe monitum eſt, hic ſermo eſt de Incarnato Verbo, niſi fortaſſe in typo; fuit enim ea liberatio Hebreæ Gentis ex Ægyptia ſeruitute eius typus, qua humanum genus de captiuitate Dæmonis; Chriſto vindice, liberatum eſt.

Cerui Hinnulus dictus Chriſtus, quia ſine potentiæ cornibus apparuit.

Dum Dramaticum ſenſum traderemus, *Hinnulum* ad honeſtatem, caſtitatemque retulimus puriſſimi, atque candidiſſimi inter honeſtiſſimos Amantes amoris: ne quis cum tantam auiditatem currendi ad Dilectam in Dilecto animaduerteret, turpe aliquid, aut minus decens, honeſtumque in tam ardente affectu cogitaret, in eo, qui *Hinnulus* diceretur, nondum ſcilicet per ætatem calens in Venerem. Quod ſi & id ipſum in arcano ſenſu placeat, non repugno; eſt enim totus hic amor, qui inter Deum, & Eccleſiam deſcribitur, & ſanctiſſimus & puriſſimus, qualis Deum, & Eccleſiam illi adhærentem decet; tametſi id omne ſatis dabatur intelligi, etiam ſine vlla *Hinnuli* mentione: neque enim periculum erat, ne, ſi Dei erga Eccleſiam feruentiſſimum amorem quis legeret, quidpiam cogitaret, non diuinum, ſimplexque, & purum. Fuit ergo ea in typo obſeruatio neceſſaria, quo humani inter homines amores deſcribebantur, quos haud raro ſuſpicio minus honeſti affectus infamat. In arcana, ac ſpiritali intelligentia, in qua nullum tale erat periculum, minime neceſſaria erat. Hanc ergo ſi reſpicias, nullo myſterio *Hinnuli* facta eſt mentio; & probabile eſt *Ceruorum Hinnulum* pro *Ceruo* poſitum, ſicuti *Catulus Leonis* pro *Leone*. Gen. 49. 9. Iud. 14. 5. Iob. 4. 10. 11. Pſal. 16. 12. Et, 56. 5. Iſai. 31. 4. Sed eſt inſignis locus Ierem. 51. 38. *Simul & Leones rugient, excutient comas veluti Catuli Leonum.* Nam certè comas, ſiue iubam promittere, atque in ira excutere, non catulorum, ſed adultorum Leonum eſt. Sic etiam *Filij taurorum* pro *tauris*, *Arietum* pro *arietibus*. Quod in ijs maximè libris obſeruamus, qui forma dicendi ad Poeticam elegantiam accedunt: quale Canticum hoc. Variandæ ergo orationis gratia, & ſermonis elegantiæ conſectandæ, factum eſſe conijcimus: quod Poetis omnibus familiare eſſe, aſſidua te earum lectio docebit.

Hinnuli mentio honeſtatis & pudicitiæ cauſa.

Ceruorum hinnulus pro Ceruo, ſicuti Catulus leonis pro leone.

N O-

Digitized by Google

NOTATIO XXVII.

EN IPSE STAT POST PARIETEM NOSTRVM.

SVM. COM.

I.

Locus difficilis propter varietatē ſententiarum. Quidam humanum corpus Parietem volunt, Poſt quod Diuinitas latens, Quibuſdā ſignis prodebat ſe. Veluti per feneſtras, cancelloſq.

II.

Sed ante tempus Chriſtum inducunt, Nondum enim ſponſi cohabitant. Adhuc ſponſus foris eſt, Necdum ergo incarnatum Verbū, Quia ſemel incarnatus nunquam ab Eccleſia ſeiunctus. Non ergo tūc poſt parietem latuit, Nec per feneſtras proſpexit, Id enim amantiū adhuc. Non connubio iūctorum eſt.

III.

Origenis obſcurus ſenſus, Quem imitatus Ambroſius. Copioſius, non minus obſcure loquutus. Verba habes. Non diuerſus Theodoretus. Sed nemo eorum explicauit, Quo pacto Deus poſt parietem ſtare, Nec facile aptari is ſenſus ad hæc verba, poteſt.

IV.

Aliter alibi Origenes, Parietem vetus teſtamentum, Feneſtras legem & Prophetas eſſe ait. Per quos Chriſtus ſe videndum exhibuerit, Moneri Eccleſiam vt exeat à mortua littera.

VIX locus alius eſt, qui, variantibus grauium Scriptorum, veterum, & recentium ſententijs, magis diſtractus ſit: vt tanta ea ſentiendi diuerſitas magis confundat, obruatque, quam iuuet intelligentiam. Contraham in pauca, quæ apud alios lego; non quidem omnia, nec omnium, id enim & moleſtum, & minime neceſſarium. Plerique *humanum corpus* interpretantur *Parietem*, quo deliteſcens in Chriſto diuinitas, ſeſe humanis oculis ſubtrahebat; Quæ nonnunquam per *Feneſtras, Cancelloſque Reſpiciebat*, quia ſigna quædam latentis Verbi exterius manifeſtabat, miraculis, operibuſque diuinis ſeſe oculis hominum prodens. Sic grauiſſimi prorſus Interpretes, Gregor. M. hic, & Homil. 13. in Ezech. & lib. 18. Mor. cap. 32. Author lib. de Viſit. Infirm. inter Auguſtini opera, lib. 2. cap. 2. Caſſiodorus, Angelomus, Honorius, Iuſtus Vrgel. & hos ſequuti de Recentioribus quidam.

Paries humanitas in Chriſto, poſtquam latebat diuinitas, operibus prodens ſeſe.

Is ſenſus præterquam iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam, ante tempus Chriſtum velut in theatrum educit, minus Dramatico ſenſui, in quo rei totius typus eſt, accommodari poteſt. Nam certè hactenus Sponſus domum ingreſſus ad Sponſam non eſt; ſed adueniens quidem extra illius ſepta, poſt *parietem* ſiue *maceriam* latens, per clathratas feneſtras oculo curioſo deſpicere fingitur, quid intro ab Dilecta rerum agatur, quod notatū Origeni. Eius enim ſolius cura illum ſollicitabat. At Verbum, humanæ carnis aſſumptione, iam Eccleſiæ legitimo coniugio iunctum, illi conuiuere intelligitur, non iam extra domum habitans; quæ meta totius Carminis eſt: poſtquam enim Eccleſiæ iunctus per Incarnationem eſt, ab ea nunquam vel abfuit, vel diſceſſit. Quo ergo pacto vis, eundem illum, quem conuiuentem Eccleſiæ, ac eiuſdem domus clauſtris ſimul hærentem fateris, extra domum eſſe, *poſt parietem* latere, *feneſtris* inſidiari, per *clauſtra proſpicere*, quod certe Amantium adhuc eſt, cum properant votis ad nuptias, ambiuntque futuras vxores; non cum à votis ad gaudia, conuictumque connubialem tranſiére? Vides cum typo, & Dramatis ordine ſenſum hunc minime cohærere. Aliud ergo dicendum eſt, quod ſtatui horum Amantium, qui deſcribitur, aptius hæreat, nondum coniugio iuſto iunctorum, ſed adhuc ambientium nuptias, eaque peragentium, quæ ij ſolent, qui, cum inter ſe ament, nondum tamen mutui amoris fructum percepére, iuncti connubio. Ne cum adhuc eſt in herba meſſis, triticum iam in area ventilantes introducas.

Eccleſiæ nondū iunctus per Incarnationem.

Origenes loco hoc obſcurius loquutus, quantum conijcere datur: Vult *Parietem* eſſe, *ædium, à nobis per bona opera extructarum ſeptum*. Sic enim inquit, Hom. 2. ex 2. *Si ædificaueris Parietem & feceris ædificationem Dei, veniet poſt Parietem tuum*. Vnde Ambroſius, non clarius, ſed copioſius. *Si habeas fundatum Parietem, non illum medium, qui domus vnius ſeparat membra; ſed ædificatum ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, vt compaginata eius ſtructura creſcat in templum; nec diſterminet eius interna, ſed muniat. Si habeas ergo in te ædificationem Dei, & ad Orientem ſemper pateant feneſtræ tuæ, Venit Verbum, ſtat poſt Parietem tuum, Proſpicit Per Feneſtras tuas*. Nec multum diuerſus abit Theodoretus, *Parietem* enim hunc eſſe vult ad cuſtodiam extructum. Velut murum ad cuſtodiam Ciuitatis, ne ab hoſtibus diripiatur; & tanquam maceriam horto, aut viridario circumſeptam, ne à prætereuntibus viam vindemietur; ne ve *ab apro de ſylua*, vt prior illa, *quæ ex Ægypto tranſlata fuerat, diſſipetur*. Pſal. 79. 9. Huic ſenſui id obſtat, quod quomodo Verbum *Poſt Parietem* hunc *Stare* dicatur, non autem *intra Parietem*, non explicat. Et alioqui minus anxij hi Scriptores de rerum, ac ſententiarum nexu fuiſſe videntur. Fortaſſis loci huius, quæ ingens viſa eſt difficultas, eos difficilem ſemitam calcare coegit.

Origenes & Ambroſius obſcurius hunc locum tractauere.

Nec huic hæſit Origenes interpretationi, nam Hom. 3. ex 4. *Domum* in qua habitat Eccleſia, *ſcripturas* eſſe ait, *legis*, & *Prophetarum*. *Parietem* autem *Vetus Teſtamentum*. *Poſt* eum *Parietem Stetiſſe* Chriſtum, cum non manifeſtaretur ad Populum: vbi vero affuit tempus, cæpitque per *feneſtras legis & Prophetarum*, per ea ſcilicet, quæ de eo prædicata fuerant, apparere, & oſtendere ſe Eccleſiæ intra domum hoc eſt, intra litteram legis ſedenti, prouocaſſe eam ad exeundum, & veniendum foras ad ſe. Niſi enim exeat à littera ad ſpiritum, non poſſe Sponſo coniungi, neque Chriſto ſociari. Hæc autem tam ſunt ſublimia, vt ea me non ſatis aſſequi fatear; rem mihi gratiſſimam fecerit, quis quis rem inuolutam, ac perplexam enodarit, vt poſſim capere. Id aio. Quidquid id ſit, quod Origeni in mentem venit, (quod ita tamen mihi videre videor, veluti Solem per craſſam nubem ſolemus) rerum conſequentiæ aptari non poſſe: qualia pleraque ſunt huius Scriptoſis, in ſe quidem grandia,

Paries vetus teſtamentum, feneſtræ Prophetæ.

Origenis ſæpe ſublimes ſenſus, ſed vna ſerie nō nexi.

SVM. COM.
Obſcure omnia dicta,
Et licet ſublimia, vna ſerie non cõnexa.
Quod idem de Pſelli interpretatione iudicium.
Qua mire perplexa.

V.

Alij parietem volunt eſſe incredulitatem,
Et peccata omnia quæ Deum ad nos accedere prohibent,
Et remorata ſunt incarnationem.
Siue mortalem conditionem.
Quam Paulus vocat peccati legẽ.

VI.

Sed facilis ſenſus, ſi ſeriem ſequare interpretationis noſtræ.
Venientem aiœrat Deum ad ſe liberandum,
Non ſolita via, ſed per compẽdia,
Nunc modum agendi ſeſum deſcribit,
Non facie ad faciem, ſed velut interiectio pariete.
Hic paries rubus fuit, e quo loquutus Moſi
Quo ex voce agnito Moſes faciem abſcondit.
Reuerentia in ſignum,
Stans autem inductus,
Quia ad auxiliũ paratus.

VII.

Hebræi aut DD. parietem nubem malunt.
Fulgura ex nube, feneſtras,
E quibus ſe Deus ſpectandum dabat quodammodo
Sed nondum in ſolitudinem deducta Eccleſia eſt.

VIII.

Cur autem Rubum parietem dixerit,
Leuis quæſtio eſt,
Fingebatur Puella ædibus incluſa.
Nec cum illis aliud, quam paries commemdabat,
Datum id ergo Dramatis artificio.

Hebr. 1. 1.

dia, ac ſublimia, ſed raro vna ſerie connexa. Quo eodem cenſu Pſelli interpretatio numeranda, exiſtimantis *legem* antiquam *Parietem* eſſe, vmbram, & errores hominibus inijcientem; *feneſtras* autem & *retia* Oracula Prophetarum. Nam ante Diuini Verbi Incarnationem, *Multifariam, multiſque modis loquutus Deus* eſt. Itaque hæc Verbo in eo ſtatu verſanti tribuit, qui ante aſſumptam carnem fuit; cum tamen verba illa, *Vox Dilecti Mei*, & quæ ſequuntur, de Incarnatione exponat: *per quam animas, in tenebris conſidentes, liberauit, iuſſu ſolo fugatis Dæmonibus vniuerſis*: quos per *montes* & *colles* ipſe intelligit. Quæ certe mirè perplexa ſunt.

Paries incredulitas, Peccata, Mortalis conditio, Corpus peccati, quæ ad nos accedere Deum impediunt.

Multo magis mirum eſt fuiſſe, qui *Parietem* hunc in prauum ſenſum accipiant; quidam *incredulitatem*, ac *opera præter ius fuſque à nobis obita*; Vocare autem nos ad Fidem, ac Pœnitentiam. Sic Aponius non malus alioqui author. Alij *peccata noſtra*, quæ properantem Deum ad remedium per Incarnationem remorata ſunt, velut intercepto *Pariete*. Sic Rupertus. Alij *mortalem noſtram conditionem*, quæ inter nos & Deum, velut obſtaculum quoddam interiectum, vetat nos ad Deum per contemplationem accedere. Sic Caſſiodorus; cui ex parte Bernardus hæret, qui *Parietem* hunc, quod Paulus appellat *corpus peccati*, interpretatur. Hunc *Parietem* ſolum inter Chriſtum & Sponſam interiectum; nos miſeros & hunc à complexu illius arcere, & plures alios, quorum interiectu, nimium à nobis elongauimus Sponſum: intelligit peccatorum impedimenta.

Paries, rubus è quo Deus Moſi loquutus, non viſus.

Sed, ſi ſeriem Interpretationis noſtræ ſequamur, facile erit, hiſce vitatis diuerticulis, veram, ac expeditam tenere viam. Aduenientem propere ad ſalutem Populi ſui, in Ægypto ſæuiſſima preſſi tyrannide, Deum in illis verbis agnouimus. *Vox Dilecti Mei: Ecce Iſte Venit, Saliens In Montibus*; quibus verbis modum aduentus, non quidem ſolita alias Deo via, ſed per compendia deſcriptum, notabamus. Pergit nunc modum non ad ſe properandi, ſed agendi, & colloquendi recenſere: non quidem coram, & facie ad faciem, quod dicitur; ſed velut maceria, aut pariete interiecto. Id autem intelliges ſi memineris *Rubi* illius *ardentis*, vnde Deus loquutus ad Moſen voce ſonante, ſed minime tamen viſus. Et ille quidem *Parietem* viderat, cum dixit: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur Rubus.* Exo. 3. 3. Sed latentem poſt illum Deum minime viderat; nec niſi poſtquam illius vocem audiuit, dicentis: *Ego ſum Deus Patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Exo. 3. 6. an quiſquam ſub ea flamma lateret, agnouit. Agnita autem Dei voce, *abſcondit faciem ſuam, non enim audebat reſpicere contrà Deum*, de medio Rubo diuina voce ſonantem. Deus ergo de *Rubo* loquens, Sponſus eſt poſt *Parietem Stans*. Nec ſine ratione *Stantem*, dicit, quem ſciebat ad opem afflictis ferendam paratum accedere. *Stantis* enim habitus, eius eſt, qui auxilium ferre paratus ſit. Sic Stephano viſus eſt Chriſtus, haud quidem ad dexteram Dei ſedens, ſed omnino *Stans*. Act. 7. 55. Vbi enim ſalus ſuorum periclitatur, vel de dextera Patris ſurget, vt auxilium ferat: & ſtrenuè præliantibus faueat, coronamque paret victoribus.

Poſt parietem ſtans dictus Deus, quia paratus ad auxilium ferendum.

Hebræi pariete, nubem interpretantur, è qua Deus Moſi loquebatur.

Hebræi Doctores, tametſi hic ſuæ Gentis de Ægyptia ſeruitute liberationem agnoſcũt, in *Pariete* malunt, *nubem* illam intelligere, quæ Deum à Populo dirimebat: coruſcationes autem, ac fulgura, quæ ab ea nube inſpicientium oculos feriebant, *Feneſtras* eſſe volunt, per quas veluti per rimas quaſdam, quodammodo ſe ſpectandum dabat; & inde ipſe velut è cortina reſpiciebat, & velo, vti Reges ſæpe ſolent. Sed id ordinem interpretationis non mutat; & eſt magna cauſa, cur potius *Parietem ardentem Rubum* agnoſcamus: nam certè adhuc in Ægypto Eccleſia deſcribitur; nondum in ſolitudinem deducta eſt: adhuc ad egreſſum per internos motus, ac voces externas, ad tantum facinus adhortatorias, diſponitur: mox auditura; *Surge, propera, Amica mea*, & quæ ſequuntur.

Rubus, cur ſub parietis ſchemate ſignificatus.

Sed cur, cum de *Rubo* ſit ſermo, ſub quo Deus ipſe latebat, *Parietem* nominet, non quiduis aliud, leuis eſt quæſtio. Multum decori rerum adimeretur, niſi ita factum fuiſſet. Fingebatur Puella penetralibus ædium paternarum incluſa, ac multa cuſtodia munita, Deus autem Amatoris perſonam indutus, in ſcenam dabatur: nec certè quidquam magis ex decoro fingi poterat, quam quod in re ſimili ſolet contingere, ſecundum amantium conſuetudinem: qui, dum nondum conuiuere datum eſt, furtim ſæpe colloquijs mutuis amorem nutriunt. Quod ſi decoro Dramatis ſeruiendum fuit, ſemel inductis Amantibus, profectò non aliter tranſigenda res fuit, ac ſemel cœptis hærendum fuit. Deus ergo nec in totum ſe prodens, nec in totum latens; nec tam ſe videri, quam audiri de *Rubo* permittens, iure *Poſt Parietem Stare* dicitur, nec palam domum ingrediens, ad Eccleſiam, ac per internuntium Moſen cum ea agens. Atque hæc & aptè ad rerum conſequentiam, & ad interpretationis ſeriem dicta ſint.

Digitized by Google

NOTATIO XXVIII.

RESPICIENS PER FENESTRAS, PROSPICIENS PER CANCELLOS.

ſVM. COM.

I.

Pro Cancellis LXXII. Retia poſuere.
Vnde Græci PP. in varios ſenſus diſperſi;
Origenes: multis nos laqueis implicari,
Qui à Chriſto diſrupti.
Magno mortaliũ bono.
Theodoretus: non deſeri à Deo iuſtos,
Sed in tentationibus iuuari.
Id proſpicere eſſe per retia,
Remque exemplo Abrahami confirmat:
Omnia autem vere, & vtiliter dicta,
Sed ſilo noſtro minus apta.

II.

Vulgati iudicium ſequamur,
Qui maluit Cancellos.
Intererit autem obſeruatio Theodoreti,
Ad verum ſenſũ eruendum
Ea eſt: ſuas Deũ ſeruare vices,
Nunc quaſi abſens lateat,
Nunc quaſi præſens adſit,
Sed adeſſe ſemper ſuis.
Id oſtenſum exemplis
Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & Ioſephi,
Danielis, & triũ puerorum.
Apoſtolorum in carcere,
Et Pauli ſimiliter,
Sic cum ſponſa factum.

III.

Sic cum Eccleſia,
Quam ſinit Deus tẽtatione vexari,
velut abſens ſit,
Mox recreat præſens,
Sic amantes mutuo amorem condiunt.

HIC rurſum Interpretes diſtracti ſententijs ſunt: & quia Originalem vocem, quam Latinus, *Cancellos*, reddidit, LXXII. *Retia* reddidere (ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων), qui eorum hæſere lectioni, in *Retibus*, velut plagarum ipſi errore implicati eſſent, mira quædam commentati ſunt. In typo Origenes fingit *Retia* ædibus circumpoſita, ne ſcilicet quiſquam facile egredi, multoque minus Sponſa poſſet: at Sponſum, vtique valentiorem, acceſſiſſe quidem, diſruptiſque plagis, ſuperque incedentem inde proſpexiſſe. Arcanam autem intelligentiam premens, dicit, vndequaque nos laqueis implicari, omnia *Retibus*, ad captandas animas, plena eſſe, vix vt detur effugere. Ieſum deſcendiſſe ad terras, mundi ſe *Retibus* ſubieciſſe, eaque ſua virtute dirupiſſe, vt dicere poſſimus: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Anima noſtra erepta eſt de laqueo venantium.* Pſal. 123. 7. Quæ eorum ſunt voces, qui libertatem nacti. Et: *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Pſal. 115. 7. Similia Theodoretus habet: *Ex Retibus* Sponſum *Reſpicere*: neque enim Sponſus Sponſam ſuam Dæmonum inſidijs capi permittere, aut *Retibus* comprehendi: in ipſis potius tentationibus *per Retia Proſpicere*, ac Sponſam oppugnatam recreare. Exemplum ponit in Abrahamo, cuius vxorem cum rapi permiſiſſet à Pharaone, intactam præſtitit. *Retibuſque* diſiectis, ſaluam prædam viro reſtituit, mœſtumque recreauit. Id fuiſſe *Per Retia Reſpicere*. Sic ſæpe nobis contingere tentationum laqueis circumſeptis, adſtat enim Deus, & non viſus, videns ipſe, ſubſidia laborantibus ſubmittit, donec diſcrimini ereptos locarit in tuto. Et hæc quidem verè dicuntur omnia, ſed huic loco minus aptè videntur dicta, quo *Retia* non propriè, ſed ſimilitudine quadam ſunt dicta: non pro laqueis ad capiendum, ſed pro *Feneſtrarum Cancellis*, è decuſſatis virgis ferreis, aut ligneis, arcendis inſidiantibus, aut furibus, aut certè prohibendo aſpectui eorum, qui foris verſentur, vt hodieque videmus fieri. Vide quæ diximus Dram. Comment. hoc loco.

LXXII. lectione eminata.

Vndique nos laquei circunſtãt, quibus per Chriſtum liberamur.

Deus nunquam ſuos in tentationibus deſerit, & ſi abſens videatur.

Hæreamus ergo Vulgato, qui maluit *Cancellos* reddere, & quidem merito: ac exquiramus, quid arcana intelligentia *Feneſtra*, quid ſint, *Cancelli*, ac quomodo *Deus Proſpicere per eos* dictus ſit. Magni hic momenti Theodoreti eſt obſeruatio, quanquam ſententiæ illi ſuæ de *Retibus* adhærentis. Suas Deum ſeruare vices: nunc palam apparere, ſeque ſuis ſpectandum dare; nunc latere malle, nec videri, vt quodammodo ludo quodam cum Sponſa agat. Quanquam ſiue palam oſtendat ſeſe, ſiue malit abſcondi, nunquam auxiliari, opemque ferre deſiſtat. Doctrinam alias veriſſimam, exemplis illuſtrat, quæ quia magni refert obſeruari, ad veram eruendam interpretationem, voluimus illius verbis, quanquam aliquanto longioribus referre. *Cum permiſiſſet, vt Sara raperetur à Pharaone, proſpexit per Retia, & Abrahamum recreauit, retibuſque diſiectis, prædam ipſi ſaluam, atque integram reddidit. Capta iterum fuit ab Abimelech, & rurſum pro Retia proſpexit, & non ſolum prædam ſeruauit, verum etiã beneficio venatorem affecit. Idem & Iſaac præſtitit, cum eadem illi de Rebecca quæ de Sara contigiſſent. Idem præſtitit & Iacob. Cum enim ſocer eius vt illum comprehenderet, atque ſpoliaret, ardenti animo proſequeretur, per Retia ſe illis proſpicientem exhibuit; ac Iacob quidem bono ac forti animo iuſſit eſſe, Laban vero deterruit; cumque rurſus Fratris aduentum formidaſſet, apparuit ei, metum abſtulit, audaciamque ſuggeſſit. Nec non & Ioſeph vendito, & in ſeruitutem abducto, cum in qua ſeruiebat domo, tum etiam in carcere præſto fuit, & vbique per Retia proſpiciens ſemper illum conſolatus eſt. Eodem modo ex Retibus reſpiciens ſanctiſſimum conſolatus eſt Danielem cum leonibus ad deuorandum obiectus eſſet. Eodem modo cum beatis illis pueris, in horrendam illam fornacem coniectis, ſimul ingreſſus eſt. Eodem modo Sanctis Apoſtolis, à Iudæis in cuſtodiam detruſis, fiduciam ſuppeditauit; iuſſitque, vt pietatis verbum audacter promulgarent. Eodem modo poſtea B. Paulum comprehenſum, & mortem expectantem confirmauit. Hoc & ipſa Sponſa innuens ait: Ecce Ipſe Stetit Poſt Parietem Noſtrum, Proſpiciens Per Feneſtras, Deſpiciens E Retibus.*

Vulgati laudatũ iudicium.

Suas Deus ſeruat vices, ſæpe abſens, ſæpe præſens, ſed nunquã ſuos deſerit.

Theodoreti verba maxime in rem præſentem.

Ergo *proſpectus* hic Sponſi *per Feneſtras*, *Cancelloſque* eo trahendus eſt, vt intelligatur Dei non vna agendi ratio cum Eccleſia ſua, quam ſcilicet ſæpe ſinat tentatione vexari, exponique diſcrimini, velut abſens ipſe, quid apud illam rerum agatur, minimè curet: mox, velut præſens, adſit; ac de illius ſit anxius ſalute, & ſubſidia conferat, & ad victoriam vires. Et certè his verbis habitus illius deſcribitur, qui & ſe ab alijs cupit videri, & vt ſe occultare illi arbitrentur, ſtudet. Ludunt ſe ſic ſæpe amantes, amoremque condiunt; nunc ſui videndi copiam facientes amatis, nunc è conſpectu ſubtrahentes ſeſe, ne toti pateant, & deſiderium accendant. Qua de re ſatis multa dicta Dramatico Comment. hoc loco.

Dei non vna ratio agendi cum Eccleſia, lætis triſtia permiſcentis.

Nunc

IV.

Status Eccleſiæ conſiderandus, Laboribus in Ægypto preſſa. Quibus mox nūc liberanda videbatur Nunc durius habebatur. Ad vocem Moſis, vocantis ad pileum, læta, Mœſta cum geminarentur labores operum, Vt imperfecti deſperarent, Et Moſes ipſe ſe pene deluſum clamaret. Et noua ad Populum preferente mandata Multi non crederent, imperfecti Perfecti fidem haberent Mox duro adhuc Pharaone, Parum illud lucis euaneſceret, Rurſumque ſplenderet eo mutato. Rurſumque pene extingueretur, Donec in totum ortus eſt dies.

Nunc ſtatum mihi Eccleſiæ conſidera in Ægypto eo temporum articulo, ac rerum circunſtantia, cum Deus per Moſen illius ſe liberationi accinxit videbis *Per Feneſtras, Cancelloſq; reſpectantem*, velut videri agnoſciq; velit, nunc cunſpectum velut negantem, tanquam nec videri velit, nec agnoſci. hæc ſunt illæ ſcilicet mutationum vices, quibus Eccleſiam exercuit. Vt, inter ſpemque, metumque conſtituta, iam lætitia exiliret, velut mox liberanda; iam mœſtitia rediret, velut de ſalute deſperanti. Videbatur nunc ſibi Dei præſentis auxiliū cernere, vnde & gaudiū: in contrariū nunc omnibus verſis, diſparuiſſe lux illa videbatur, & tenebræ incubuiſſe mœroris: vt videatur ſibi ſæpe vana deludi ſpe, mox nouis auxilijs excitari. Nā quale fuiſſe eius Gentis gaudiū putas, cū, eloquēte Moſe, ac Dei proferente mandato, editis firmata ſignis, in proximo ſalutē eſſe arbitraretur? Mox cū Pharao negaret diſceſsū, nec Moſen audiret, quali mœſtitia deiectos arbitraris? Cū viderēt maximè ſpei lætitiam noua infelicitate mutatam, labore operum geminato, vt prope deſperantes dicerent: *Videat Dominus, & iudicet, quoniā fœtere feciſtis odorē noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius; & præbuiſtis eis gladiū, vt occiderent nos*. Exo. 5. 21. Quia & Moſes ipſe pene ſeſe deluſū clamitans, dicebat: *Domine, cur affixiſti Populum iſtum, quare miſiſti me? Ex eo enim, quo ingreſſus ſum ad Pharaonē, vt loquerer in nomine tuo, afflixit Populū tuum, & non liberaſti eos*. Exo. 5. 22. Noua autē Moſe eodē ad Populum perferente mandata: *Ego audiui gemitum Filiorum Iſrael, quo Ægypti oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic Filijs Iſrael: Ego Dominus, qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & in iudicijs magnis*: tametſi non ſatis multi crederent, tum pro magnitudine promiſſorum; *tum propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſſimum*, tamen in nouam ſpem erigi Eccleſia viſa eſt, in eius Populi viris perfectis, qui non defuiſſe credendi ſunt, fidemque habuiſſe Moſi, ex nomine Dei dicenti. Mox negante Pharaone ſecundò diſceſſum, creperum illud dubiæ lucis, quod paulo antè exortum fuerat, viſum eſt occubuiſſe, ac diſparuiſſe Deus. Demum cum per plagas pene ſingulas pertinax ille, ac durus animus Pharaonis flecti videretur, copiamque facere abeundi, noua oriri lux oculis videbatur. Speſque libertatis reuiuiſcere, velut in proximo eſſet: mox illo mutante Sententiam, ac Populum retinente, deſperatio quodammodo animis incumbebat; & quidquid Spei reuixerat, ſtrangulabat. Sic ſuas per vices, lætis, & triſtibus alternantibus rebus, oſtendere ſeſe Deus: iterumque videbatur abſcondi: donec in totum exorſente lætitiæ die, diſiectis mœroris tenebris, gaudium plenum fuit. Id ergo Eccleſia ſignificat, cum Deum deſcribit *Reſpicientem per Feneſtras, proſpicientem per cancellos*.

Status Eccleſiæ in Ægypto.

Vices variæ Eccleſiæ, quibus exercetur à Deo

Exo. 5. 21.

Moſes queritur ſe deluſum à Deo.

Exo. 5. 22.
Exo. 6. 5.

Exo. 6. 9.

Lætitiæ lux ſæpe exorta, ſæpe extincta donec dies ſplenduit libertatis.

V.

Nec opus quærere, quid Feneſtra & Cancelli, Quod quidam anxie fecere Origenes, & Theodoretus ſenſus, Aut legem & Prophetas, Quod Ambroſio placuit, Et Nyſſeno, Aut claras ſcripturas, quod Anſelmo, Aut alia quæ alijs placuere.

Nec neceſſariū eſt exquirere, quod fecere multi, quid *Feneſtræ, quid Cancelli* ſint arcano ſignificatu: nam quidquid tandem dixeris, minimè ſenſum explebis, & multa dicere cogere, parum apta ad rerum nexum, & ad interpretationis ſeriem. Quæ vna obſeruatione quorundam rationes interpretandi minimè probabis: Origenis, qui *Feneſtras ſenſus* interpretatur. Quia dictum eſt, *Mors aſcendit per Feneſtras*. Ier. 9. 21. Cui hæret Theodoretus, dicens: Tunc Deum has *Reſpicere per Feneſtras, cum nos in lege Domini meditantes, Diuinis Sermonibus oblectamur: cumque alios Diuinas Scripturas interpretantes, ac de Deo diſſerentes, ſtudioſè audimus*. Origenis eiuſdem, qui Hom. 3. *Legem*, atque *Prophetas Feneſtras* eſſe vult, per quas ſcilicet Deus ſæpe Eccleſiam reſpicere viſus eſt; ac per ea, quæ prædicuntur apparere. Cui Ambroſius fauet ſerm 6. in Pſal. 118. Gregorij Nyſſ. *Prophetas Feneſtras* eſſe ait, per quos ſapientiæ lumen admittitur: *Cancellos* autem *legalia præcepta*, per quæ ſcilicet tenuis radius luminis illatus in orbem eſt, cui per Euangelium plenus, ac ſplendens dies ſucceſſit. Nyſſeno ex parte Philo Carpathius adhæreſcit, Anſelmi, qui *Feneſtras apertas, ac claras ſcripturas* interpretatur, vt Euangelia, ac reliqua Apoſtolica ſcripta, *Cancellos* autem *Patriarchas*, per quos *proſpicere Deus* ſit dictus, quòd propter eos noſtri miſertus eſt, promiſſionum recordatus. Trium Patrum, qui adhuc aliehius interpretantur, vt apud eos curioſus Lector videre poteſt: ne omnia vnum in Commentarium conferamus.

De feneſtrarum & cancellorum arcano ſenſu quęſtio minime neceſſaria.

Origenes.

Ambroſius. Nyſſenus.

Philo Carp. Anſelmus.

Tres Patres.

VI.

Haud probabilius Recentiores, Ad Euchariſtiā retulere. Sub qua lateat Verbū velut poſt parietem, Vocem ad Sacerdotis verba, Aut qui ad S Spiritus aduentum, Qui in Apoſtolis poſt parietem carnis lateat, Subtilia hæc, ſed parum apta.

Nec magis probandæ quorundam recentium interpretandi rationes, qui quidquid Commate hoc continetur, vel ad *Euchariſtiam* referunt, ſub cuius ſpeciebus velut poſt *Parietem* lateat, indeque non viſus Reſpiciat ipſe fideles, quibus per illam menſam auxilium parat, ac ſalutem fouet. *Vocem* auditam eſſe Secerdotis *verba*, per quæ eiuſdem nomine illum euocat, *tranſilientem* aduentu de Cœlo ſuo Cœlorum ordines, atque Angelorum choros omnes: qui *Montes, Colleſque* propter ſtatus, ac naturæ altitudinem dicantur. Vel ad *Spiritus* S. aduentum, modumque, quo in Apoſtolos inſilijt, quos *Montium* nomine ſignificatos volunt; *Capreæ* autem, & *Hinnulo* ſimilem dicunt, quòd mira celeritate, etiam ventorum velociſſimos flatus anteuertens, de Cœlo adueniſſe legatur. *Stare poſt Parietem* carnis, animis, ac mentibus Apoſtolorum abditum, inde velut è *Cancellis Feneſtriſque*, omnia intueri. Hæc ſubtilitèr ſatis dicuntur, & ſingulis applicantur: ſi, quemadmodum verbis, ſeorſim ſumptis aptantur, ita prioribus, ſequentibuſque necterentur. Aut ſeries ipſa, ordoque rerum pateretur hoc loco de myſterijs Gratiæ miſceri ſermones, quorum alius

Chriſtus in Euchariſtia, Deus poſt parietem.

Spiritus S. in Apoſtolis, poſt parietem carnis loquens.

Digitized by Google

Nondum enim intra domū ſponſus ſponſæ, Adhuc verſatur foris, Nondum ergo Verbum in ſe, Nondum Spiritū S. habet, Quia nondum Deum ſponſum, aut verum habet, Licet per gratiam habeat.

Nondum Deus vnitus Eccleſiæ tâquam vxori.

locus eſt. Aut demum ſi analogiæ habita maior fuiſſet ratio. Nam, cum ipſa diceret: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum*, eum certè extra domum adhuc verſantem, ſe autem intra, omnino ſignificat. Quo ergo pacto vis, Sancti Spiritus in Apoſtolos illapſum, ideſt, iam cum Eccleſia eodem tecto verſantem, conuiuentemque, velut virum cum iuſta vxore, inde velut è *Cancellis* proſpicere, quid extrà rerum agatur? Tametſi enim verum eſt, latentem ſpiritum ſeſe per quædam ſigna exterius manifeſtare qua ratione per *Feneſtras proſpectare* dici poteſt, tamen illud ſemper obeſt, Eccleſiam cum *Deum poſt Parietem ſtare*, ac *proſpicere per Feneſtras* affirmat, id ſatis indicare; Nondum Deum apud ſe eſſe, ſed adhuc foris verſari. Non quidem per Gratiam, ſic enim ſemper cum illa fuit, ſed ratione illa, qua nondum dicitur deſponſata per legem, nondum connubio iuncta per Incarnationem, & legem Gratiæ, eoſque Dei fauores, qui huius ſtatus vel proprij ſunt, vel eum omnino conſequuntur. Adhuc enim amans, & nuptias ambiens deſcribitur; quod ſatis ex his, quæ ſunt hactenus dicta, conſtat, & ex ipſa verborum ſerie.

Per gratiam ſemper vnitus Deus Eccleſiæ.

VII.

Verba ergo ſunt Eccleſiæ. Vox, Dei de rubo loquentis cum Moſe. Venientem vidit ad ferendum auxilium. Impedimenta ſubmouentem, Se per vices contrarias exercentē.

Ergo ſi totam Commatis huius ſententiam in vnum, poſt diſputationum excurſus, conferamus, verba eſſe Eccleſiæ dicemus, ſed de proximo ad libertatem ex Ægyptia ſeruitute vocatæ. *Vocem* audiuit *Dilecti*, cum de Rubo ardente Moſe aduocato, de liberanda Eccleſia cum eo miſcuit ſermones; *Aduenientem* vidit, cum animaduertit, ad ſalutem ferēdam properantem: *Salientem in Montibus, & Colles tranſilientem*, cum impedimenta ſubmoturus omnia, ordinarium agendi curſum inſolito mutauit! quaſi militari via neglecta, cōpendia ſectaretur: *Stantem poſt Parietem*, cum non viſus ipſe, de Rubo mandata Moſi daret, ad Populum perferenda: *Perſpicientem per Feneſtras Cancelloſque*, cum nunc quidem velut præſens eſſet, agnoſcique vellet, egrediendi ſpem de proximo, editis ſignis, lactaret; mox autem ſpe omni euaneſcente, atque ſpei cauſis, de ſperatio rediret: quoad in totum tenebris pulſis felicilatis dies illuxit.

Senſus noſter per ſumma capita traditus.

VERSVS X.

EN DILECTVS MEVS LOQVITVR MIHI: SVRGE, PROPERA AMICA MEA, COLVMBA MEA, FORMOSA MEA, ET VENI.

COMMENTARIVS.

VERBA ſunt Eccleſiæ, ſed referentis quæ audierat à Deo loquente, ſeque compellante, & inuitante verbis tenerrimus ad profectionem. Et quidem eo temporis articulo rerumque ſtatu conſideranda Eccleſia eſt, cum edomita tandem, vel certè proximè edomanda Pharaonis duritia per Primogenitorum cædem, vltimus in Ægypto Actus Tragediæ dandus in ſcenam erat; ac Pharaone, atque Ægyptijs ipſis vrgentibus Hebræi de Regione illa exceſſuri erant, Deum ſequuturi. Pertinent ergo hęc ad adhortationes Dei per Moſen, maximè autem per arcanos motus in mentem immiſſos Eccleſiæ, quibus non modo inuitata ad profectionem eſt, ſed inducta, vt, volens, libenſque, Deum ducem ſequeretur. Nam primo, vt voluntati ſuæ omnia ſubdita eſſe probaret, etiam ipſis Ægyptijs vſus eſt, ad educendum Populum ſuum ex ea Regione, ſua deinceps libertate vſurum. Hinc illæ Pharaonis voces: *Surgite, & egredimini à Populo meo. Vrgebantque Ægyptij Populum de terra exire velocitèr.* Exo. 13.31.33. Sed valuere maximè Dei ipſius adhortationes per internos impulſus obiectis egreſſionis commodis. Eæ ſunt illæ appellationes, affectu amātis plenæ, cum illam *Amicam*, ſe ſcilicet amantem; *Columbam*, à ſe amatam: *Formoſam* amati nimirum digniſſimam, compellat. Sed puta ſic loquutam Eccleſiam.

ENAR-

ENARRATIO.

DEI me vocantis vocem audio, qua nihil ſuauius, ac, ſiue ad amoris flammas acrius incitandas; ſiue ad ſuadendam profectionem, potentius eſſe poteſt, Et id maximè mirum eſt. Deum illum tantum, qui nutu cuncta gubernat. Dignatum tamen in me tantum amoris conijcere, & familiari ſermone, vt Amicum cum Amica agere. Verum quid ille dixerit vt efferam, ſatius eſt. Surge, inquit, & ad ingens patrandum facinus, accinge te. Cuncta vides parata eſſe, ac de proximo hilari ſe facie monſtrantem libertatem. Reſtitit hactenus peruicax Pharaonis ingenium, durumque, ſed ſenſim incipit, quanquam inuitum malis repetitis, acceptiſque cladibus, flecti, atque molleſcere. Erit cum breui, non modo per illum liceat tibi profectionem adornare, ſed, pene coacta, vrgere cogaris. Supremus tragediæ ſupereſt actus, quo res tota ſuum ad finem perducatur: Eia, quid hæras? Quid reſtitas? Scio me vnice à te diligi, vt vere dici merearis Amica, quod verè es. Amanti pro Amato quiduis agere, quiduis pati, arduum minimè eſt. Scis votorum meorum vnicam metam te eſſe, inquam tota caritatis vi rapiar ipſe, Columbam ſcio, ſimplicitate, candore, pudore, ac fide: ideo velut compari hærere volo. Hæ faciunt virtutes, vt vnam pulchram arbiter, ſolumque dignam cui tandem & Sponſæ nomen, honoremque communicem.

NOTATIO XXIX.

EN DILECTVS MEVS LOQVITVR MIHI.

SVM.COM.

I.

Nexus horum cū ſuperioribus,
Eſt autem, En, particulæ vis ingens,
Videtur enim invitare alios ad audiendum ſponsū.
Fortaſſis et iactat ſortem ſuam,
Quod à tali & tanto tam domeſtice habeatur.
Vt maieſtate inclinata dignatus ſit ad ſe venire.
Indicat etiam admirationis affectū
Vnde noua amoris cauſa.

II.

Mirum autem in tanta inæqualitate,
Coaleſcere amorem potuiſſe,
Niſi ſemen aliquod diuinum in homine ſit
Cui diuinitas inſeratur,
Aut Deus ipſe æqualitatem faciat, quam non inuenit.

AVDIVISSE vocem Dei ſe vocantis dixerat, poſtmodum properantem vidiſſe ad auxilium ferendum oppreſſæ, ſic tamen, vt per interualla & videri velle, & abſcondi videretur, ad acuendam ſcilicet confidentiam, ac condiendum amorem: nunc quales illæ fuerint voces, enarrare aggreditur. Sed ingentem vim particula vna habet, *EN*, quam alias quamquam demonſtratiuam, hic emphaticam eſſe, alio loco monuimus: Vt non modo hortari contubernales ad eas voces audiendas videatur, quaſi haud ingratas illis futuras, quæ ſibi fuiſſent gratiſſimæ, ſed etiam admirationem contineant; forſitan & honeſtam, nobilemque iactantiam (in quo fœminarum ingenium mire exprimitur) quod à tanto illo Deo, cui *Cælum ſedes, terra pedum ſcabellum eſt*, & amari, & coli digna ſit habita. Eam enim vim habere illam loquendi formam, arbitramur: *En dilectus meus loquitur mihi*. Qualis quantuſque Deus hic ſit, non ignoratis: nec tamen dedignatus eſt, inclinare maieſtatem, & immenſitatem numinis coercere, ac velut contrahere, vt me vnam & amaret & coleret; ac velut cum æquali ſermones blandos conferret. Quid eam apud me cogitationem poſſe arbitramini? Quanta ſum ei me tradidi, nihil vt reliquū ſit, quod illius eſſe non optem. Quis enim Amatorem talem, tam commodum, placidumque, vltro non amet? Sic dicebat illa, cum Chriſtum ſuos ad pedes obiectum, contractas vt ablueret ſordes, videret: *Domine, tu mihi lauas pedes?* Ioan.13.6. Et illa: *Et vnde hoc mihi, vt Mater Domini mei veniat ad me?* Luc.1.43.

En, particula vis emphatica. *Com. Dramat. Not.* 23 n 2.

Iſai.66: 1. Nobilis Eccleſiæ iactantia de amore in ſe Dei.

*Ioan.*13.6. *Luc.*1.43.

Et vero nihil in hoc toto negotio admirandum magis, quam in tanta Dei cum hominibus inæqualitate, tantæ ſcilicet maieſtatis cum vilitate tanta, inueniſſe tamen Dei ſapientiam amoris ſui materiam; cum alioqui nihil magis æqualitatem, ac ſimilitudinem exigat, quam amor ille, quo amicitia inter duos copulatur. Quo certè omnino fit; aliquod in hominibus diuinitatis eſſe non modo veſtigium, ſed & ſemen, quod in nobilem ſtirpem, ac pene diuinam ſeri poſſit, & naſci, & adoleſcere, cui Diuinitatis amor, velut generoſior ſurculus inſeratur, Diuinos prorſus fructus relaturam. Niſi vero amor ipſe Dei, quā non inuenit, ſimilitudinem, atque æqualitatem faciat: tranſmutataque natura, atque in nouum ordinem cooptata, iam per Dei beneficium id habeat, quo carebat: terrenis fæcibus ſcilicet perpurgatis, ac velut conſumpta ſcoria, terræque nomine in amoris igne relicto, omni radios auro ſplendidiores emiſſura. Sed de hoc alias.

Ineſt homini diuinum ſemen, cui inſeratur per amorem Deus.

Amor Dei vbi non inuenit, facit æqualitatem.

Digitized by Google

NOTATIO XXX.

SVRGE, PROPERA, AMICA MEA.

I.

Voces Dei olim prolata, nunc relata ab Eccleſia. An qua nunc proferantur, ha ſint, dubium eſt. Praſtat poſterius intelligere, Quod ad Drama tis ſeriem accommodatius, Aliud enim eſt ſi rem geri videas, Aliud cum narrari, cum agi poſſit. Ea enim ſola narranda, Qua vel agi non poſſunt, vel agi non decet. Quam & ſermonis ſeries, id perſuadet. Si attente perpendas, Quanquam erũt qui aliter ſentiãt, Qui ſomniantem ponſam inducũt.

VOCES Dei has eſſe con conſtat. Sed dubium eſſe poteſt, an vere à Deo prolatæ olim, nunc autem ſit ab Eccleſia referantur, quemadmodum auditæ prius, hæſſerant illius memoriæ; An contra verba ſint, quæ nunc quidem eloquatur Deus, nec ab Eccleſia referantur auditæ, ſed audiantur ſonantes; & ad ea audienda contubernales ipſa inuitet. Et quidem ad ſenſum quod attinet, vtrumlibet dicas, tantundem eſt. Ad ſeriem Dramatis, & decorum perſonarum, reique totius concinnitatem, & gratiam, forſitan poſterius hoc magis probandum. Nam ad Dramatis ſeriem multo aptius eſt, ſi Sponſum interloquentem, ac ſua verba ſonantem inducas, quam ſi Sponſam, quidquid prius audierit, referentem. Pertinet id ad varietatem, quæ delectationis eſt mater, quæ vna fortaſſe cauſa totius Dramatici artificij. Aliud enim eſt, ſi res geri ante oculos ſpectes, quam ſi alibi geſtas audias. Et alioqui in Dramate id ſolum alienis eſt referendum verbis, vel quod geri, daríque in ſcenam non poſſit; aut difficile & ægrè poſſit. Sic excidia Vrbium, & quidquid tam grande eſt, vt theatri vnius anguſtijs capi non poſſit Sic ſi Virgini ſit vis illata, aut parricidio ſublati Patres, ſpectatoris oculis ſubducitur: alterum, quia ſpectari non decet: alterum quia horret ſpectare talia animus. Hic autem vt alienis verbis offerretur, quod in propria Sponſi perſona dari in ſcenam poterat, nulla cauſa erat. Pluſque decoro ſerulebatur, ſi loquens ipſe Sponſus audiretur; quã ſi tacente ipſo quidquid eſſet eloquutus, alio ſpectator narrante audiret. Accedit ſeries ſermonis ipſa, nam cum infra Sponſa dicit; *Capite nobis vulpes paruulas*; in propria certa perſona loquitur, nec quid antea ipſa ſit eloquuta, narrat: Sed verè orat, vt quidquid impedire profectionem poterat, ablegetur. Hactenus ergo Sponſus intelligitur loquutus, ſuiſque verbis hortatus Dilectam ad eam profectionem, quam adhuc illa impediri poſſe, niſi vulpeculæ caperentur exiſtimabat. Alioqui & ſua ipſius dicta, & facta referentem Sponſam induces nõ agentem. Quod tametſi ſcio ij admittent, qui ſomniantem Sponſam prius, deinde, quidquid per vana ſomni ludibria, menti fuiſſet obuerſatum, narrantem fingunt: eorum tamen ſentiendi modum loco alio conſtituimus.

Dei voces loquentis, non ſolum relatæ ab Eccleſia quaſi olim auditæ.

In Dramate ea ſolum narranda quæ agi non poſſunt, aut non decet.

Decori ratio, & ſtudium.

Com. Dramat. cap. 2. Notat. 25. num. 3.

II.

Audijt ergo Eccleſia Dei vocem Se interius vocantem, Et dixit: Vox hac Dilecti eſt; Mox venientem vidit, Deinde ſpe metuque diſtracta, Loquentem exterius audijt, Sodaleſque ad audiendum hortata eſt.

Verba hæc ergo à Sponſo prolata agente ſunt: non relata ſolum à Sponſa. Sed quo ordine ſibi hæc inuicem reſpondeãt, explicandum eſt. Eccleſia ergo ſub ea Diuinæ protectionis ſecuritate, nihil minus cogitans, quam de diſceſſu *Vocem* excitantis *Dei* per motus internos, impulſuſque audire ſibi viſa eſt: ſequuta lingua affectum eſt, &, *Vox*, inquit, hæc eſt *Dilecti mei*, attentiuſque conſiderans: num vera præſagienti animo fuiſſent obiecta, venientem, properantemque ad auxiliandum vidit, paratum impedimenta omnia ſubmouere, nec ſolita via ire, in tanti facinoris executione, ſed compendia agendi conſectari. Mox inter ſpem, metumque diſtracta, nuncque fauentem Deum, nunc velut negligentem, minimè curantem animaduertens, illius ſecum, vera, ac ſonante voce loquentis, ſono interpellata, ad Contubernales verſa, *En*, inquit, *Dilectus meus loquitur mihi*. Atque in his verbis oratione finita, tota animi corporiſque contentione in loquentem intenta, exemplo ſuo admonuit ſodales, qua ſuauiſſimi Amantis verba eſſent attentione captanda, qua voluptate audienda. Atque ad nexum hæc faciunt.

Ordo quo hæc geſta ſunt, & totius ſententiæ venus.

III.

Sed verum ſensũ exquiramus. Nam quidam excitari ab otio contemplationis putent, Ad negotium animarum, In quibus Bernardus eſt, Cuius verba hic habes. Alij ad Eccleſiã in ſaculi fine referunt, Qua inuitetur ad coronam. In quibus & Ambroſius eſt, Verbis, qua hic habes.

Pergamus verum ſenſũ exquirere. Plerique hæc de alloquijs Chriſti ad piam animam, quamquam non eodem omnes modo, interpretantur. Horum ſententias Commentario tertio examinabimus. Hic de Eccleſia agimus, de qua ſenſum potiſſimum eſſe ponimus. Eam excitari à Chriſto ab otio contemplationis, ad actionis negotium, ideſt, ad ſalutem animarum procurandam; quidam arbitrantur. Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, quibus Bernardus ſuffragio fauet. Serm. 58. in Cant. Hortari, vt *Surgat*, quo ſatis innui, hæc adiacentem verba iactari. Bernardi verba omitti non poſſunt. *Sponſus vbi dilectam paululum inſinu proprio quieuiſſe preſenſit, ad ea denuo, qua vtiliora viſa ſunt, trahere non cunctatur: nõ tamen quaſi inuitam, nec enim, quod fieri vetuit, faceret vllatenus ipſe: Sed trahi ſanè à Sponſo* Sponſam eſt, *ab ipſo accipere deſiderium bonorum operum, deſiderium fructificandi* Sponſo, *quippe cui viuere Sponſus eſt, & mori lucrum. Et eſt deſiderium vehemens, quod eam, non tantum ſurgere, ſed ſurgere feſtinanter ſollicitat.* Origenes autẽ Hom. 4. Prophetico, quaſi impulſa dicta hæc à Salomone arbitratur. Quaſi id velit, hæc ad Eccleſiam in ſæculi conſummatione dicta, quibus ad proximam, poſt ardua præliorum, coronam inuitetur. Ideo & *Amicam*, & *Columbam*, & *Formoſam* dici, quia, innouum ſtatum reſurrectione mutata, nihil habitura ſit, quod Dei oculis minus placeat. Placuit ea interpretatio Ambroſio, ſolito hærere Origeni, ſerm. 6. in Pſal. 118. vbi Deum ſic loquentem inducit; *Carne medium parietem maceria*

Eccleſia excitatur à Deo ad negotium animarum, ex ſe vſu quorumdam. *Caſſiodorus, Beda, Anſelmus. Bernardus.*

Origenes. Eccleſia in fine ſæculi inuitatur ad coronam, ex cuſu aliorum.

Ambroſius.

Digitized by Google

Sed mirum eſt vno ſaltu.
Ad finem ſæculi deduxiſſe eam.
Quam adhuc manent multa pugnæ & graues.
Ideo nobis hic ſenſus probari non poteſt.
Qui vno filo cum cæteris necti non poteſt.

Eccleſia adhuc procul á corona, quam multa prælia manent.

cetis iam ſolutum, qui internorum affectuum concordiam diuidebat, & in diuerſum excitabat diſſenſionem corporalium paſſionum. Veni ergo ſecura, vt iam non me per retia videas, ſed facie ad faciem vultibus Amatoris Dilecta potiaris. Mirum certè eſt & Origenem, & Ambroſium tantum temporum ſpatium vno velut ſaltu tranſiliuiſſe: & tam breui momento Eccleſiā à carceribus ad metas deduxiſſe; præmiumque ſtatuiſſe, velut omni feliciter confecto bello, victrici, ei, quam adhuc manent acriores pugnæ, & pugnanda prælia ſunt grauiſſima, & difficillima. Hæc ergo ſententia, quamquam ſenſum continet grauem, rerum ordinem mire videtur perturbare: & quamquam verbis hiſce vtcumque aptatur vno cum cæteris interpretationes filo non nectitur. Prior illa Caſſiodori, & aliorum probabilior videtur interpretatio, quamquam & illud commune habet, quòd ad rerum nexum, & conſequentiam aptatur difficilè.

IV.
Minus probabilis aliorum ſenſus,
Moneri exire à mortua littera
Ad ſpiritales ſenſus.
Id placuit Ambroſio.
Sed ne id quidem litterale eſt.

Monetur Eccleſia, vt eat à mortua littera ad ſenſus ſpiritales.
Id nō probatur.
Ambroſius.

Longe alienior aliorū eſt interpretatio, qui moneri his verbis volunt Eccleſiā, vt à lege, & mortua littera, ad ſpirituales ſenſus id eſt, Euangelicos conſurgat, eaque doctrina imbuat filios, qua ſemper ad ſuperiora contendant, ad myſteriorum Gratiæ notitiam ſcilicet. *Eccleſiam*, inquit Ambroſius, ſerm.6. in Pſal.118. (Quod & tribus PP. placuiſſe video) *vocat, vt per legem, & Prophetas ad Euangelij verticem ſublimis aſſurgens retia Iudaicæ interpretationes, & nodos, intrepido calcet veſtigio: ideoque* Proxima *vocatur* (ſequitur Ambroſius 72.) *vt adhæreat Chriſto, mundana non quærat; ideo* Formoſa, *vt ſpatioſos eo angelizantium pedes proferat; ideò* Columba, *vt ſpiritalia petat, terreſtria derelinquat.* Bene omnia, ſed aptiora in alium locum videntur.

V.
Eccleſia ergo inuitatur ad egreſſum ex Ægypto.
Quod & Hebræi volunt,
Neque id obeſt vero ſenſui.
Et ſunt de noſtris qui fauent.

Eccleſia inuitatur ad iugū ſeruitutis excutiēdum.
Chald. Paraphr.
Salomon Sarrhinus.
Abenezra.
R. Anonymus.
Genebrardus.
Legionenſis.

Ergo nos hæc de illa Eccleſia pergamus exponere, quæ adhuc ſub Ægypto ſeruiens, prope erat vt iugum excuteret, duriſſimæ ſeruitutis. Cui ſententiæ hæſiſſe Hebræorum magiſtros Chald. Paraphraſten, R. Salomonem, Abenezram, & Anonymum, eius probabilitatem non minuit, ſi alioqui & aptè cum verbis conuenit & rerum ſeriei ita aptatur, vt vnum cum cæteris corpus efficiat. Nec nos primi eius interpretationis de Chriſtianis Authoribus ſumus; præceſſere docti viri, quorum nos ſenſum plurimi facimus. Voces ergo ſunt Dei per Moſen, cum prope iam erat, vt poſtremo Actu tota illa Actio finem haberet.

VI.
Nam qui de illapſu S. Spiritus in diſcipulos, hæc exponunt,
Audiendi non ſunt.
Nam accepto diuino ſpiritu,
Non fuere vrgendi, vt prodirent,
Ad Euangelium prædicandum.
Hic Eccleſia inuitatur,
Et blandis verbis delinitur,
Et vt infans demulcetur,
Vt tandem ducentem ſequatur Deum.

Apoſtoli accepto Spiritu Sancto momēto eodem in publicū prodiere.

Eccleſia ad egreſſum ex Ægypto regenda, demolanda, cogenda.

Nam certe ijs aſſentiri non poſſumus, qui hæc ad interiorem Sancti Spiritus influxum, cum illapſus in Apoſtolos eſt, referunt, quo inuitabantur ad prodeundum in Solem, & puluerem, accincti ad laborem prædicationis. Nam ſi rectè conſideras, eodem illi momento, quo ſpiritu pleni diuino in nouos homines mutati ſunt, de Cœnaculo prodeuntes in publicum, incredibili animo ardore, de myſterio Crucis, & Chriſti Regno diſſertare cæpere, & animarum manipulos in Dei Arcas conterendos importare. Non diu fuere verbis vrgendi, non perſuadendi longa oratione, non precibus, non blanditijs, quod hic videmus factum per multa verba, & quaſi per otium, pertrahendi: Sed ardore apud ſe concepto in alios ſtatim eiaculauere ſcintillas, quibus eos inflammarent. Alio huius loci ordo ipſe nos vocat, ex quo ſtatim apparet, Sponſum cum illis colloqui, qui rogandi, inuitandi, multaque prece & blanditijs, repetitiſque tenerioris affectus compellationibus, pertrahendi eſſent, ad egreſſum. Omnia enim indicant, cum cunctātibus, hærentibus, dubitantibus hæc tractari: quibus omni artificio perſuadendum eſſet, vt ſe aſſeri in libertatem, atque in pinguem hæreditatem immitti finerent: velut infantes ægri, qui miris artibus inducendi ſunt, ſanari vt velint. Quod certe in illam quadrat Eccleſiam, quæ & ratione ſtatus iuuenis adhuc inducitur, atque ex eo conſtans populo, in quo pauci perfecti eſſent multi imperfecti, ac velut pueri, qui vt tales tractandi. S. D. E. *In ſolitudine (ipſe vidiſti) portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum, in omni via, per quam ambulaſtis, donec veniretis in locum iſtum.* Deut. 1. 31.

Deut. 1. 31.

VII.
Sed cur qui excitari Eccleſiam vetuerat, eam ipſe excitat?
Ambroſius excitari eam vult,
A delectationib. mundi.
Nyſſenus autem à peccati cœno.
Neutrum probandum,
Quia hic laudes Eccleſiæ non probra continentur.
Et ſemper ponitur grata,
Quæ Amica dicta eſt ſæpe,
Vt peccatis iam purgata.

Ambroſius.
Surgere iuſſa Eccleſia à delectationibus carnis, peccatorum cœno.
Nyſſenus.

Is ſenſus improbatur, ſemper enim Eccleſia ponitur grata.

Sed de *Surgendi* vocabulo duplex eſt quæſtio, de ſignificatu vna; altera, Cur Deus, quam paulo antè excitari à ſomno vetuerat, tam breui interuallo temporis eam excitet ille; nec modo excitet. Sed & in publicum prodire præcipiat. Et quidem dicere quis poſſit, quia dormientem induxerat, iure excitatam Sponſi voce, moneri vt *Surgat*. Quod in malam partē interpretatus Ambroſius lib. de Iſaac. Cap.4. *Surge*, inquit, *à delectationibus mūdi, Surge à terrenis, & Veni ad me; quæ adhuc laboras & onerata es, quia ſollicita es, quæ ſunt mundi. Veni ſupra mundum, Veni ad me, quia ego vici mundum.* Sic etiam Gregor. Nyſſen. Hom. 5. in Cant. Surge, *quæ lapſa es in lubrico peccati cœno; quæ à Serpente fuiſti impedita, & cecidiſti in terram, & fuiſti in lapſum inobedientiæ*, Surge: *non autem tibi ſufficit à lapſu ſolum erigi, Sed etiam progredere per virtutum profectum, curſum peragens in Virtute.* Sed monui toto Cant. nulla Eccleſiæ probra contineri, ſed laudes. Deinde ſemper ſupponi gratam, & à peccato per gratiam purgatam; quæ prima præparatio illius eſt, quæ ad Sponſæ honorem aſpiret. Adeoque ſenſus hic parum huic loco eſt aptus: non enim probabile eſt, eam à cœno excitari culpæ, & inobedientiæ malo, quæ & *Amica* ſit dicta, & *Columba*, & *Formoſa*: quæ ſatis indicant, ad eam, quæ iam peccati ſeruitute ſit libera, ſermonem eſſe. Quod tametſi

loco

Digitized by Google

Nec nodum ſoluit Nyſſenus, Cum toto Cantico, amica ponatur & pulchra.

loco hoc Nyſſenus idem ſubtilitèr ſoluit argumentum, dicens, eodem verbo Sponſum, & iuſſiſſe, vt ſurgat, & vt ſurgeret præbuiſſe vires, & gratiam ſurgenti, & pulchritudinem addidiſſe, potentem & iubere quod cupiat; & dare, quod iuſſerit: id nodum minimè ſoluit, cum ante hæc verba *Amica* dicatur, & toto Cantico, ſiue cum in intima penetratio admittitur: ſiue, cum à pulchritudine laudatur, gratiſſima intelligatur. Alio ergo *Surgendi* vocabulum eſt trahendum.

VIII.

A ſtrato contemplationis eam excitari alij volunt. Sed ſurgere iubetur non tam dormiens, Quam imparata ad profectionem. Ea enim ſubeſt notio ſurgendi verba. Id colliges ex ritu quo agnum comedere iuſſi ſunt.

Eccleſia ſurgere iuſſa à contemplatione ad actionem. Neque id probatur. Eccleſia iubetur ſe accingere à profectionem. Exo. 12. 2.

Alij à ſtrato contemplationis vt *Surgat*, & ad actionem paret ſeſe, moneri volunt. Sed monuimus, non de ea quiete hic haberi ſermonem, ſed de ſecuritate ſub Dei protegentis manu, ſub cuius cura nulla ſollicitudine pulſaretur. Nihil ergo minus cogitans interpellatam ſe ſenſit; atque ad exeundum ex Ægypto inuitatam. *Surgere* ergo iubetur, nõ tàm dormiens, quam imparata ad profectionem. Accingat ſe ergo ad opus, & parata ad profectionem ſit, monetur. Quam ſubeſſe in ſacris litteris *Surgendi* verbo notionem, locis alijs oſtenſum eſt. Id intelliges, ſi memineris, quali ritu Hebræorum familiæ iuſſæ ſunt Agnum comedere. *Sic autem*, inquit, *comedetis illum: renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantèr: eſt enim Phaſe, ideſt, tranſitus Domini.* Exo. 12. 2. Id ergo vult, nec aliud, cum Surgere eam iubet. Atque hæc de priore quæſtione ſatis.

IX.

Cur excitatur cũ ortus ne excitaretur iuſſum fuiſſet. Similis nodus in Euangelio ex Bernardi ſententia. Cum iuſſi diſcipuli dormire, mox excitati. Sed non idem nodus eſt. Nunc cum iubet dormire Chriſtus, Ironice loquitur. Cum ſurgere, propria. Addit Bernardus varias rerum viciſſitudines eſſe. Otij ſcilicet & actionis. Sed adhuc nodus ſtringit.

Bernardus. Matth 26. 45. Locus Matthæi expoſitus. Chryſoſthomus. Theophilactus. Euthymius. Bernardus. Vices rerum, & otij, & actionis. Eccleſ. 3. 1.

Poſteriorem excitauit Bernardus. Serm. 58. in Cant. *Nonne ipſe eſt, qui paulo antè ſuſcitari Dilectam tantopere prohibebat? Quo pacto ergo nunc, non ſolum, vt ſurgat, ſed vt acceleret iubet?* Similem obſeruat in Euangelio nodum Matth. 26. 45. Cum Chriſtus dixiſſet Diſcipulis: *Dormite iam, & requieſcite.* & mox, velut dicti pœnituiſſet, *Surgite*, inquit, *Ecce appropinquauit qui me tradet.* Sed ſimilis nodus non eſt; nam hiſce apud Matthæum verbis idem vtraque ſententiæ parte vult Chriſtus, niſi quòd in altera figuratè, & ironicè, in altera propriè loquutus eſt. Nam cum dicit: *Dormite iam, & requieſcite*, illorum increpat ſomnolentiam, qui admoniti toties de tanto diſcrimine, quale inſcientibus imminebat, Somno tamen indulſiſſent, quod hominum eſſet non ratione vtentium: in altera autem parte, propriè acceptis verbis, eos ad vigilandum hortatur. Vt quibus inſtaret de proximo tantum periculum. In quem ſenſum exponunt hæc Chryſoſtomus, Euthymius, ac Theophilactus. Sed nodum illum ſoluit Bernardus dicens. *Rerum hic viciſſitudines commendari Sancta Eccleſia, quietis, ac neceſſaria actionis: & quia non ſit in hac vita contemplandi, nec diuturnitas otij, vbi officij, & operis cogentior vrget, inſtantiorque vtilitas.* Quod idem Serm. 57. etiam inſinuat. Id verè quidem dicitur, quantum ad rerum hanc viciſſitudinem, qua de vna itur ad aliam, nulla in ea durandi ſecuritate. Immo ſæpe tranſitus à contrario fit in contrarium. Quod & à ſapiente ſapienter eſt obſeruatum. Eccleſ. 3. 1. 2. *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa.* Et quæ ſequuntur.

X.

Cur Deus excitet, quam excitari vetuerat. Eius modi facilis nobis ſolutio. Qui ſomnum diximus ſecuritatē Eccleſiæ. A qua non excitatur. Sed vt ſe accingat iubetur. Quod contrarium non eſt.

Eccleſia ſurgere iubetur non à ſomno ſecuritatis ſub Deo fauent. ſed accingere ſeſe ad egreſſum.

Sed hic non id quærimus, cum eadem, quæ antè inducitur ſomno vacans, nunc vigilet, & à Sponſo excitata vigilet, quod ad eam doctrinam ſpectat; Sed cur, quam vetuerat excitari ab alijs, excitet ipſe: quod non iam ad eam viciſſitudinem rerum ſpectat. Sed ad mutabilitatem conſiliorum, vt, quaſi illum pœnituerit prioris mandati, nouum conſilium ineat, eam auocando à ſomno. Nobis, qui ſomnum interpretati ſumus ſecuritatem ſub Dei protegentis manu, etiam inter moleſtias, atque diſcrimina, facile eſt quæſtionem ſoluere. Non enim, vt ab eo ſomno, ideſt, à ſecuritate, & quiete, ceſſet inuitatur; Sed vt ſe ad proximam profectionem accingat, quod alterius contrarium minimè eſt; cum non minus tuta, ac ſecura, Deum per auia montium ducentem ſequens, futura eſſet, quam in Ægypto fuiſſet. Surgendi ergo vocabulum non ſomno opponitur, ideſt, ſecuritati illi ſub Dei cura: Sed manſioni, quæ diuturna fuerat, tot ſcilicet annorum à primo in Ægyptum ingreſſu. Quo ſatis reſponſum ad quæſtionem.

XI.

Etiam properare iubetur Non ſolũ à Deo, ſed à Pharaone. Et Populo Ægyptiorum Et licet vox propera, abſit ab Originibus Vterque tamen ſignificatus latet in voce originali.

Eccleſia iuſſa properare à Deo, coacta à Pharam.

Nec modo *Surgere*, ſed *Properare* iubetur, quo ſatis & idipſum, quod dictum proximè eſt, confirmatur. Quod ſatis intelliges, ſi, quo pacto etiam per ipſos Ægyptios Eccleſiam ad feſtinandam profectionem incitarit, memineris. *Surgite*, dicebat Pharao, (vt verborum verbo reſpondere ex æquo videas) *& egredimini à Populo meo vos, & filij Iſrael. Ite, immolate Domino, ſicut dicitis. Oues veſtras, & armenta aſſumite, vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantque Ægyptij Populum de terra exire velocitèr.* Exo. 12. 31. 32. 33. Et quamquam vox illa, *Propera*, nec in Hebræo nunc nec apud 72. legitur, additam tamen à Vulgato, & claritatis, & energiæ gratia; & quia intellexit vtriuſque verbi vim, & *Surgendi*, & *Properandi* in vno Hebræo latere, alio loco monuimus Dramatici Comment. cap. 2. Notat. 33. num. 2.

NOTATIO XXXI.

AMICA MEA, COLVMBA MEA, FORMOSA MEA.

I. *Blandientis voces ſunt ad ludendũ. Sed de arcano ſignificatu lis eſt. Nam vſum Hebræum varij varie reddidere, Quos loco alio cõfutauimus.*

BLANDIENTIS has eſſe voces, ad permulcendum animum,ſuadendumque Sponſæ, vt in procinctu ad diſceſſum ſit, loco alio monitum à nobis eſt : Sed quid per ea verba arcano ſenſu voluerit indicare, nonnulla quæſtio eſt, propter veterum maximè Interpretum non vnam ſentiendi rationem. Et quidem 72.pro *Amica* *Propinquam* habent; alij quidam *Sociam*; non nemo *Paſtricem* ; quòd vocabulum Hebræum eam ſignificare arbitrentur, quæ ſimul paſcatur ; vtpote quæ ſimul gregis curam ſuſceperit, agatque. Sed horum ſententiam alio loco confutauimus, & oſtendimus, Vulgatum prudentèr *Amicam* reddidiſſe : vtpote voce in re amatoria, & Profanis, & Sacris Authoribus vſu frequenti trita. 72. pro Amicâ proximam habent.

II. *72.proximam pro Amica habent. Ideo plerique interpretantur, Deo coniunctam. Per caritatem ſcilicet. Cur fides hoſpitiũ parat, in anima, Quæ tunc vera Amica, & proxima. Amica ergo Eccleſia, quia Deũ amans Magnum argumentum ad ſuadendum, Amantis enim proprium, amato in omnibus morẽ gerere*

Proximam, ſiue *Propinquam*, plerique veterum dictam arbitrantur, quia Deo coniuncta, vnus cum eo iam Spiritus facta ſit. Accedimus enim ad Deum per Fidem, ac Caritatem; quo magis amamus, propius adhæſuri : ideo eam Paulus appellat *Vinculum perfectionis*, id eſt, *perfectiſſimum* : nullo enim arctius Deo ſtringimur. Atque hoc multo melius eſt, quã quod Aponio placuit. *Amicam* fieri animam agnoſcendo Deum. Nam certè tametſi Fide accedimus ad Deum quodammodo, notitia ſcilicet illius, *Amici* nondum ſumus, quoad Caritate Fides formetur ; præcedit ergo Fides velut diſpoſitio, ſequitur Caritas velut forma, id tribuens animæ vt & *Proxima Deo* ſit, & illi iungatur, & *Amica* donetur nomine. Ergo *Amicam* cum compellat Eccleſiam, intelligemus, non tam de ſuo in eam amore, quam de Eccleſiæ in ſe Caritate loqui. Et verò nihil fortius ad ſuadendam profectionem ex Ægypto, quam ſi in memoriam reducat, quo Deum Eccleſia amore proſequatur. Nam id amori proprium, vt ad amatum amantem non ducat modo, ſed rapiat ; nec ab eo velit diſcedere, eandem cum illo ſubiturus aleam fortunæ. Si me amas, inquit, » vt verè amas, nam ne id quidem ignoro, me inuitantem, hortantemque ſequere, quacun- » que ducam, nam ſequendi cauſas apud te habes, amorem ſcilicet, cuius alis ſubleuata ad » Dilectum volabis. Magni ſcilicet ponderis argumentum. Nihil enim gratius ei, qui amat, quam ſi intelligat, conſcium amatum eſſe eius amoris, quo fertur in illum.

Proxima Eccleſia, quia Deo coniuncta per caritatem. *Coloſ.3.14.* Caritas an dicta vinculum perfectionis. *Aponius.* Fides caritatis præcurſor. Eccleſia dicta Amica, quia Deũ ipſa amans.

III. *Sed amica dicta Bernardo quod Sponſi lucra quærat. Sed is effectus amoris eſt, ac quadam nota, Vera ergo nominis ratio amor eſt. Nec obeſt Christi ad Apoſtolos dictum, Quod eo demum modo interpretandũ. Ab effectu enim cauſa bene colligitur, Tunc probatur amicus cum lucra quærit amati.*

Bernardus alio traxit vocis ſignificatum. *Meritò Amica dicitur, quæ Sponſi lucra ſtudioſè, ac fideliter, prædicando, conſulendo, miniſtrando conquirit*. Id quidem verum eſt ; nam non poteſt, qui verè *Amicus* ſit, non pro amato multa ſubire. Sd is potius amicitiæ effectus quidem eſt, ac veluti nota ; non enim ideo *Amicus* eſt, quòd pro amato paratus eſt grauiã ſubire ; ideo potius grauia ſubire paratus, quod vere *Amicus* ſit. Vera ergo nominis ratio, amor eſt, quo Eccleſia ferebatur in Deum : & ideo *Amica*, quia verè amans, eſt dicta : ac nomine ipſo admonita, æquum eſſe, vt vocanti obſequatur, atque abituro ſit comes. Nec obeſt huic ſenſui vox Christi : *vos Amici mei eſtis, ſi feceritis omnia, quæ ego præcipio vobis*. Ioan.15.14. Eſt enim ſenſus : » tunc vere vos *Amicos* eſſe probabitis, cum quidquid à » à me præceptum fuerit, feceritis. Ab effectu enim ad cauſam, & à ſigno, ac nota ad rem optimè ducitur argumentum. Hortatur ergo diſcipulos Christus, vt, quandoquidem *Amici* ſunt, tales ſe eſſe re ipſa oſtendant, ea præſtando, quę ipſe præceperit. Sic dicere ſolemus : *Si hoc feceris, amicus meus eris* ; id eſt, verè te amicum exhibebis, verè probabis. Hoc » ergo eodem modo, ab *Amica* compellatione Deus argumentatur. *Amica* es, *Amicos* au» tem decet, *Amicorum* acquieſcere voluntati : decet ergo vt me vocantem, ducentemque » ſequare. Ideo ergo *Amicam* vocat.

Bernardus. Amoris effectus amari quærere lucra. *Ioan.15.14.* Ioannis locus expoſitus.

IV. *Columbam verò dictam volunt quidam, Quod Spiritum S. inſe habeat, Qui ſub ſpecie Columbæ viſus. Sed nondum Spiritus S. ſub Columba ſpecie viſus. Cum Eccleſia ex Ægypto vocaretur. Reſpectum ergo ad eius auis naturam moreſq;*

Columbam autem cur appellet, alia ratio eſt. Plerique Veterum, quia Spiritus Sanctus *Columbæ* ſpecie ſuper Christum deuolaſſe viſus eſt, vocari *Columbam* volunt, quòd Spiritum Sanctum in ſe habens, eius vel imitatione, vel ſimilitudine, *Columba* eſſet. Id indicaſſe illum, qui dicebat. *Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ : & volabo, & requieſcam*: Et ſtatim : *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*. Pſal.54.7.8. Quod mirè in hunc locum quadrat, quo Eccleſia ad ſurgendum, properandum, euolandumque inuitatur. Sic Origenes, quem ſequuti de Veteribus Theodoretus, Tres apud illum Patres, indicat etiam Philo. ſenſus probabilis : niſi quod nondum Spiritus Sanctus *Columbæ* induerat formam, vt appareret, ſi hæc referas, quod facimus, ad eã Eccleſiam, quæ profectionem ex Ægypto moliebatur. Quanquam nihil obeſt, ſi dicas, ad futura reſpectum. Sed neceſſarium non eſt, ad Spiritum Sanctum, quem inſe habitantem haberet, hæc referre : & multo videtur probabilius, ad *Columbæ* naturam reſpectum, & naturæ dotes, vt mox dicemus : quod & aptius ad rerum nexum, & ad decorum perſonarum eſt.

Eccleſia dicta Columba, quia Spiritu S. plena, ex ſenſu quorũdam. *Pſal.54.7.8.* *Origenes. Theodoretus. Tres Patres. Philo.*

Am-

Digitized by Google

ſolis *Capreis* peruia, veniſſe, confirmat. Quo eodem argumento aliorum minus probari poſſunt ſententiæ: vt Caſſiodori, & Bedæ, qui propter humilitatem *Capreæ* ſimilem dictũ volunt, quod animal ſit humile, ac deſpectum, propter imbellem naturam. Aponij, qui obſeruat, *Capream* parte corporis poſteriore candidiorem, quia Chriſtus in ſæculi fine ſuam præſentiam, & gloriam exhibebit. Quæ quanquam verè dicuntur omnia, aptari huic loco non poſſunt: nihil enim horum nunc quidem vt diceret, ad Eccleſiam pertinebat.

Quaſi militari neglecta via ſemitas ſectetur.
Alij ad humilitatem referũt, quia Caprea humile animal.
Alij alio, quorum idem iudicium eſt.

III.

Reſpectum ergo ad ſolam celeritatem,
Quæ propria caprearum dos,
Sic intellexere Hebræorum DD.
Neque id inficiat Græci PP.
Quanquam alio diuertêre.
Id colliges ex locis alijs,
Non modo Cantici huius,
Sed aliorum S. S. librorum.
Quæ à nobis loco alio animaduerſa,
Alioqui ſi ad acumen viſus reſpectum fuiſſet,
Non deerant Aquilæ & lynces,
Quibus in eo ſimilis diceretur.

Ergo ad vnam comparatio *celeritatem* referenda eſt: illuſtratur enim ſimilitudine, id quod ante dixerat, Vidiſſe ſe Deum ad ſe properantem, vt auxilium ferret, omni neglecto ordinario, vt vocant, rerum curſu; Salientem ardua ſuper quæque, ac tranſgredientem quæcumque remorari properantem poſſent. Atque hunc locum ita intellexére Hebræorum DD. R. Selomo, & Abenezra, qui properantiam notari affirmant, qua Deus ad populum liberandum ab Ægyptia ſeruitute veniſſe legitur. Eam autem ſimilitudinis eſſe vim, nemo Scriptorum Græcorum, Latinorumque negauit: omnes potius cum Hebræis agnouére: tametſi & alias agnouere rationes ſimilitudinis. Sed non omnes, vt diximus, in locum hunc quadrant. Duplice autem argumento, quod à nobis alias obſeruatum, id ipſum de vi ſimilitudinis firmari poteſt: & quia locis alijs, quibus haud ſemel vſurpata eſt, celeritatis tantum cauſa inducta eſt, vt infra Verſ. 17. & Cap. 8. 14. Et alioqui in ſacris litteris eius animantis non alia dos commemoratur, quam velocitas. Cætera, quæ in hac animante Profanorum curioſitas obſeruauit, aut Veterum diligentia, Scriptores ſacri non agnoſcunt. Vide, quæ obſeruata à nobis ea de re ſunt, Commentario Dramat. Cap. 2. Not. 27. Num. 1. Ne eadem inutili labore cogamur repetere. Alterum argumentum inde ſumendum, quod ſi ad viſus acumen hic reſpectum velis, præſtitiſſet aliarum animantium, quarum nota eſt viſus perſpicacitas, ſimilitudines vſurpare. Nam de Aquilino genere in auibus, omnium confeſſione conſtat; vt ſæpe de ſummo cœlo volans Aquila, & piſciculos in aquarum gurgitibus, & lepuſculum ſub virgultorum latentem fronde ad prædam volatu certiſſimo depoſcat. De Lynce autem in terreſtribus etiam maiora ab harum rerum obſeruatoribus ſcripta ſunt. Quid ergo cauſæ eſſe putes, cur *Capreæ* ſolum mentio fiat, niſi quia ſola in illa quærebatur in currendo velocitas, cui Dei illa in ferendo Eccleſiæ auxilium, apud Ægyptios onere importabili laboranti, feſtinata ſollicitudo ſimilis videretur?

In ſimilitudine Dei cum caprea ad ſolam celeritatem reſpectũ.

Scriptura non alias dotes in caprea agnoſcit, quam velocitatem.

Aliæ animantes acumine viſus capream vincunt.

NOTATIO XXVI.

HINNVLOQVE CERVORVM.

I.

Sed Origeni nihil inobſeruatum,
Prius Capream dictum affirmat,
Quia prior fidei agnitio,
Poſterior operum perfectior,
Illa ſignificari per Ceruum,
Sed hæc ad enodandum huic locum non valent.

NIHIL acumini Origenis in his litteris inobſeruatum: etiam minutiſſima quæque rimatur, &, quod maximè mirum eſt, etiam in minutiſſimis myſticas rationes agnoſcit. Cur prius *Capream*, poſterius *Hinnulum Ceruorum* poſuerit, hic inquirit. Læuiſſima ſcilicet non nemini quæſtio videatur, quam ille tamen grauiter ſoluit, ſuæ illi hærens de viſus perſpicacitate ſententiæ. Dupliciter credentium conſtare rationem, ad ſalutem; per agnitionem Fidei, & operum perfectionem. Alterum in *Caprea*, alterum deſignatum in *Ceruo*. Fidei autem agnitionem primum eſſe ſalutis gradum; huic addi opera, quæ in ſecundo conſiſtunt. Ideo de *Caprea* prius, de *Ceruo* poſterius dictum. Origeni etiam Theodoretus adhæret, tantum valuit præiudicata viri authoritas. Sed hæc ad enodandum hunc locum minime neceſſaria ſunt; quo celeritatis ſolius rationem habitam definiuimus.

II.

Illud valet. Additum videri ceruum ſine neceſſitate,
Cum de ſola celeritate diceretur,
Quæ eximia in caprea.
Leuis quæſtio, alibi à nobis expedita.
Sed Theodoretus, Hinnuli factam mentionem vult,
Quod Chriſtus etiam puer, Dæmonas vicerit
Ideo dictum filiũ hominis.

Verum cum ad hanc Dei properantiam in ferenda ope, ſatis videretur, ſi *Capreæ ſimilis* ſimilis diceretur, quod & alijs locis factum legimus, 2. Reg. 2. 18. & 1. Paral. 12. 8. Cur etiam de *Ceruo* additum eſt, nec ſimpliciter de illo, quod locis alijs eſt factum. 2. Reg. 22. 34. Pſal. 17. 34. Habac. 3. 19. Iſai. 35. 6. Sed de *Ceruorum Hinnulo*, cui propter imbecilliorem ætatem, nondum viribus confirmatis, minus aptè videri poſſet accommodari ſimilitudo? Similem quæſtionem, quantum ad ſenſum Dramaticum facit, loco alio exagitauimus: hic in arcana verſamur intelligentia, ſed ne hæc quidem quæſtio magni momenti eſt, licet à Veteribus minimè prætermiſſa. Indicata à Theodoreto eſt, qui diuerſitatem eo retulit, vt de *Hinnulo* factam mentionem diceret, quod *Chriſtus, non adultus modo, & in ætate prouectus Dæmones, ſed infans etiam ſubegerit*. Itaque & grandæuus, & puellus cucurrit ad palmam, & victoriam de illo hoſte, qui tyrannide ſua mundum opprimebat. Addit Theodoretus: *Capream* dictum, quia *homo*; *Hinnulum*, quia *hominis filius*. Nec ſolum Leonem ſcilicet, ſed Leonis catulum. S. D. E. *Catulus Leonis Iuda, ad prædam, Fili mi, aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna.* Gen. 49. 9. Sed hæc nimis eſſe ſubtilia, vſus Scripturæ perſuadet, dictus enim *hominis filius Chriſtus* eſt, non quod *Puer*, ſed quod *homo*: quandoquidem

Cur non ſolum capreæ, ſed ceruorum hinnulo ſimilis dictus Deus.

Comm. Dramat. Cap. 2. Not. 28.

Chriſtus dictus Filius hominis, quia verus homo.

Digitized by Google

ſVM. COM.
Sed Chriſtus filius dictus hominis,
Non quia puer, ſed quia homo.
Etiam cum grandæuus,
Et Leonis catulus, etiam pro Leone.
Bernardus Hinnulum ceruorum,
Quia Patriarcharum Filius.

III.
Et vtrumque dictum.
Quod miſericors & iuſtus.
Hinnulus, quia miſericors,
Caprea quia iuſtus iudex.
Quæ quidem magis pie, quam apte dicta,
Nam eum ſenſum originalia non admittunt.
Quæ ad ſolam velocitatem reſpexere,
Vide quam ſit difficile hoc genus interpretandi.

IV.
Additus ergo capreæ ceruus,
Ad maiorem velocitatis exaggerationem.
Qua Deus ad ſponſam venit.

V.
Dictus autem cerui hinnulus, non ceruus,
Quia nondum armatus potentiæ cornibus,
Si quibuſdam credimus,
Sed nondum hic de Chriſto ſermo,
Niſi fortaſſe in typo.

VI.
Nos in Dramate Hinnulum ad honeſtatem retulimus,
Caſtiſſimi coniugij,
Id transferre potes in hunc locum
Quamquam ſatis intelligitur Amor Dei in Eccleſiam honeſtiſſimus.
Totum ergo id ad typum pertinet,
Non ad arcanum ſenſum,
Immo Hinnulus Cerui, pro Ceruo poſitus videtur,
Sicut locis alijs Catulus leonis pro leone,
Filij taurorum pro tauris.

quidem etiam grandæuus de ſe dicebat, *Filius hominis, non habet vbi caput ſuum reclinet*. Matth. 8. 20. Et: *Filius hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo: Væ autem homini illi per quem Filius hominis tradetur*. Mar. 14. 21. Catulus autem Leonis pro Leone poſitus ſimpliciter, ex Hebræi ſermonis vſu, vt cum de Samſone dicitur Iud. 14. 5. *Apparuit Catulus Leonis ſæuus & rugiens*. Cum mox qui Catulus dictus eſt, Leo ſimpliciter dicatur. *Irruit ſpiritus Domini in Samſon, & dilacerauit Leonem, quaſi hædum in fruſta diſcerpens*. Bernardus ſerm. 54. in Cant. alio reſpexit. Dictum *Hinnulum Ceruorum*, vt & *Patrum* mentionem faceret, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem: & *infantia Saluatoris*, vt *Hinnulus* quippe apparuit *paruulus, qui natus eſt nobis*. Id autem prius ab Origene indicatum eſt, Hom. 3.

Chriſtus Capreæ & Hinnulo ſimilis, quia miſericors & iuſtus.

Addit idem Bernardus loco eodem. Vtriuſque animantis factam mentionem propter *miſericordiam, & iudicium*. *Oportuit*, inquit, *profecto cum Hinnulo etiam de Caprea ſimilitudinem dari; quatenus & per illum ſalientis deſiderium. & per hanc eligentis exprimeretur iudicium. Chriſtus nempe Iuſtus, & Miſericors, Saluator, & Iudex; & quia amat, vult omnes homines ſaluos fieri; & ad agnitionem veritatis venire*: &, quia iudicat, *nouit qui ſunt eius*, & ipſe *ſcit, quos elegerit* à principio. *Iudicium* autem ideo in *Caprea* ſignificatum indicat, quia perſpicacitate viſus curſum dirigit. Quia niſi acuto, ac perſpicace intuitu, non poſſet omnino, præſertim inter currendum, diſcernere in quos ſalire, & quos tranſilire deberet. Pia hæc maximè ſunt, & pijſſime animaduerſa: ſed Originalia hanc diuerſitatem minimè patiuntur. Nam illud *Tranſiliens*, quod à Vulgato eſt poſitum, non ſignificat ita currere Sponſum ad Sponſam, vt in montes inſiliat, ſaltu autem colles tranſgrediatur, nec contingat: ſed velociſſimè currere, ſiue montibus arduis via, ſiue collibus mitioribus capeſſenda ſit. Ideo quidam tranſtulere, verbum verbo reddentes; *Ecce Ipſe Venit, Tranſiliens Super Montes, Accurrens Rapim* (ſiue *Subſiliens*, vt alij maluère) *Super Colles*. Quo ſatis apparet, hoc interpretandi genus, tametſi veram, vtilemque doctrinam contineat, quam ſæpe verbis, rebuſque non quadret.

Originalium vis expenditur.

Non à ſola Caprea, ſed ab Ceruo ſimilitudo ſumpta, ad maiorem exaggerationem celeritatis.

Ergo cur *Capreæ Hinnulus* additus ſit, alia fortaſſe ratio eſt, niſi nulla omnino eſt, præterquam forma loquendi, qua exempla ad maiorem rei exaggerationem geminantur: qui maximè vſus ſacris Scriptoribus frequens eſt. Duas ergo animantes, quarum ſæpe in ſacris litteris prodita celeritas eſt, nominauit, ad indicandum, quam celeri curſu ad ſe Sponſus properarit, nullo maiore myſterio, quod & locis alijs factum eſt, ſupraque à nobis obſeruatum.

Cerui Hinnulus dictus Chriſtus, quia ſine potentiæ cornibus apparuit.

Quod autem non ſimpliciter *Ceruum*, ſed *Cerui Hinnulum* dixerit; alia ratio eſt. Qui ad Incarnationem hæc trahunt, *Hinnulo* ſimilem volunt dictum, quod nondum elatis potentiæ cornibus, quibus in ſecundo aduentu ventilabit gentes, apparuerit, ſed mitis, humanus, māſuetus: *calamum quaſſatum minimè contriturus*, aut *fumigans linum extincturus*. Sic Aponius, & Angelomus, ex quibus non nemo de Recentioribus. Aut quod nulla carnis mole oppreſſus, & omnibus virtutibus diſtinctus, in orbem venit, ſicut *Ceruorum Hinnulus* maculis diſtinctus eſt. Sic interpretatur Anſelmus. Sed nondum, vt ſæpe monitum eſt, hic ſermo eſt de Incarnato Verbo, niſi fortaſſe in typo; fuit enim ea liberatio Hebreæ Gentis ex Ægyptia ſeruitute eius typus, qua humanum genus de captiuitate Dæmonis; Chriſto vindice, liberatum eſt.

Hinnuli mentio honeſtatis & pudicitiæ cauſa.

Dum Dramaticum ſenſum traderemus, *Hinnulum* ad honeſtatem, caſtitatemque retulimus puriſſimi, atque candidiſſimi inter honeſtiſſimos Amantes amoris: ne quis cum tantam auiditatem currendi ad Dilectam in Dilecto animaduerteret, turpe aliquid, aut minus decens, honeſtumque in tam ardente affectu cogitaret, in eo, qui *Hinnulus* diceretur, nondum ſcilicet per ætatem calens in Venerem. Quod ſi & id ipſum in arcano ſenſu placeat, non repugno: eſt enim totus hic amor, qui inter Deum, & Eccleſiam deſcribitur, & ſanctiſſimus & puriſſimus, qualis Deum, & Eccleſiam illi adhærentem decet; tametſi id omne ſatis dabatur intelligi, etiam ſine vlla *Hinnuli* mentione: neque enim periculum erat, ne, ſi Dei erga Eccleſiam feruentiſſimum amorem quis legeret, quidpiam cogitaret, non diuinum, ſimplexque, & purum. Fuit ergo ea in typo obſeruatio neceſſaria, quo humani inter homines amores deſcribebantur, quos haud raro ſuſpicio minus honeſti affectus infamat. In arcana, ac ſpiritali intelligentia, in qua nullum tale erat periculum, minime neceſſaria erat. Hanc ergo ſi reſpicias, nullo myſterio *Hinnuli* facta eſt mentio; & probabile eſt *Ceruorum Hinnulum* pro *Ceruo* poſitum, ſicuti *Catulus Leonis* pro *Leone*. Gen. 49. 9. Iud. 14. 5. Iob. 4. 10. 11. Pſal. 16. 12. Et, 56. 5. Iſai. 31. 4. Sed eſt inſignis locus Ierem. 51. 38. *Simul & Leones rugient, excutient comas veluti Catuli Leonum*. Nam certè comas, ſiue iubam promittere, atque in ira excutere, non catulorum, ſed adultorum Leonum eſt. Sic etiam *Filij taurorum* pro *tauris*, *Arietum* pro *arietibus*. Quod in ijs maximè libris obſeruamus, qui forma dicendi ad Poeticam elegantiam accedunt; quale Canticum hoc. Variandæ ergo orationis gratia, & ſermonis elegantiæ conſectandæ, factum eſſe conijcimus: quod Poetis omnibus familiare eſſe, aſſidua te earum lectio docebit.

Ceruorum hinnulus pro Ceruo, ſicuti Catulus leonis pro leone.

NO-

NOTATIO XXVII.

EN IPSE STAT POST PARIETEM NOSTRVM.

SVM. COM.

I.
Locus difficilis propter varietatẽ ſententiarum. Quidam humanum corpus Parietem volunt, Poſt quod Diuinitas latens, Quibuſdã ſignis prodebat ſe. Veluti per feneſtras, cancelloſq.

VIX locus alius eſt, qui, variantibus grauium Scriptorum, veterum, & recentium ſententijs, magis diſtractus ſit: vt tanta ea ſentiendi diuerſitas magis confundat, obruatque, quam iuuet intelligentiam. Contraham in pauca, quæ apud alios lego; non quidem omnia, nec omnium, id enim & moleſtum, & minime neceſſarium. Plerique *humanum corpus* interpretantur *Parietem*, quo deliteſcens in Chriſto diuinitas, ſeſe humanis oculis ſubtrahebat; Quæ nonnunquam per *Feneſtras, Cancelloſque Reſpiciebat*, quia ſigna quædam latentis Verbi exterius manifeſtabat, miraculis, operibuſque diuinis ſeſe oculis hominum prodens. Sic grauiſſimi prorſus Interpretes, Gregor. M. hic, & Homil. 13. in Ezech. & lib. 18. Mor. cap. 32. Author lib. de Viſit. Infirm. inter Auguſtini opera, lib. 2. cap. 2. Caſſiodorus, Angelomus, Honorius, Iuſtus Vrgel. & hos ſequuti de Recentioribus quidam.

Paries humanitas in Chriſto, poſtquam latebat diuinitas, operibus prodens ſeſe.

II.
Sed ante tempus Chriſtum inducunt. Nondum enim ſponſi cohabitant. Adhuc ſponſus foris eſt, Necdum ergo incarnatum Verbũ. Quia ſemel incarnatus nunquam ab Eccleſia ſeiunctus. Non ergo tũc poſt parietem latuit, Nec per feneſtras proſpexit. Id enim amantiũ adhuc, Non connubio iũctorum eſt.

Is ſenſus præterquam iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam, ante tempus Chriſtum velut in theatrum educit, minus Dramatico ſenſui, in quo rei totius typus eſt, accommodari poteſt. Nam certè hactenus Sponſus domum ingreſſus ad Sponſam non eſt; ſed adueniens quidem extra illius ſepta, poſt *parietem* ſiue *maceriam* latens, per clathratas feneſtras oculo curioſo deſpicere fingitur, quid intro ab Dilecta rerum agatur, quod notatũ Origeni. Eius enim ſolius cura illum ſollicitabat. At Verbum, humanæ carnis aſſumptione, iam Eccleſiæ legitimo coniugio iunctum, illi conuiuere intelligitur, non iam extra domum habitans; quæ meta totius Carminis eſt: poſtquam enim Eccleſiæ iunctus per Incarnationem eſt, ab ea nunquam vel abſfuit, vel diſceſſit. Quo ergo pacto vis, eundem illum, quem conuiuentem Eccleſiæ, ac eiuſdem domus clauſtris ſimul hærentem fateris, extra domum eſſe, *poſt parietem* latere, *feneſtris* inſidiari, per *clauſtra proſpicere*, quod certe Amantium adhuc eſt, cum properant votis ad nuptias, ambiuntque futuras vxores; non cum à votis ad gaudia, conuictumque connubialem tranſiére? Vides cum typo, & Dramatis ordine ſenſum hunc minime cohærere. Aliud ergo dicendum eſt, quod ſtatui horum Amantium, qui deſcribitur, aptius hæreat, nondum coniugio iuſto iunctorum, ſed adhuc ambientium nuptias, eaque peragentium, quæ ij ſolent, qui, cum inter ſe ament, nondum tamen mutui amoris fructum percepére, iuncti connubio. Ne cum adhuc eſt in herba meſſis, triticum iam in area ventilantes introducas.

Eccleſiæ nondũ iunctus per Incarnationem.

III.
Origenis obſcurus ſenſus, Quem imitatus Ambroſius. Copioſius, non minus obſcure loquutus Verba habes. Non diuerſus Theodoretus. Sed nemo eorum explicauit, Quo pacto Deus poſt parietem ſtare, Nec facile aptari is ſenſus ad hæc verba poteſt.

Origenes loco hoc obſcurius loquutus, quantum conijcere datur: Vult *Parietem* eſſe, *ædium, à nobis per bona opera extructarum ſeptum*. Sic enim inquit, Hom. 2. ex 2. *Si ædificaueris Parietem & feceris ædificationem Dei, veniet poſt Parietem tuum*. Vnde Ambroſius, non clarius, ſed copioſius. *Si habeas fundatum Parietem, non illum medium, qui domus vnius ſeparat membra; ſed ædificatum ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, vt compaginata eius ſtructura creſcat in templum; nec diſterminet eius interna, ſed muniat. Si habeas ergo in te ædificationem Dei, & ad Orientem ſemper pateant feneſtræ tuæ, Venit Verbum, ſtat poſt Parietem tuum, Proſpicit Per Feneſtras tuas*. Nec multum diuerſus abit Theodoretus, *Parietem* enim hunc eſſe vult ad cuſtodiam extructum. Velut murum ad cuſtodiam Ciuitatis, ne ab hoſtibus diripiatur; & tanquam maceriam horto, aut viridario circumſeptam, ne à prætereuntibus viam vindemietur; ne ve *ab apro de ſylua*, vt prior illa, *quæ ex Ægypto tranſlata fuerat, diſſipetur*. Pſal. 79. 9. Huic ſenſui id obſtat, quod quomodo Verbum *Poſt Parietem* hunc *Stare* dicatur, non autem *intra Parietem*, non explicat. Et alioqui minus anxij hi Scriptores de rerum, ac ſententiarum nexu fuiſſe videntur. Fortaſſis loci huius, quæ ingens viſa eſt difficultas, eos difficilem ſemitam calcare coegit.

Origenes & Ambroſius obſcurius hunc locum tractauere.

IV.
Aliter alibi Origenes, Parietem vetus teſtamentum, Feneſtras legem & Prophetas eſſe ait. Per quos Chriſtus ſe videndum exhibuerit, Moneri Eccleſiam vt exeat à mortua littera.

Nec huic hæſit Origenes interpretationi, nam Hom. 3. ex 4. *Domum* in qua habitat Eccleſia, *ſcripturas* eſſe ait, *legis, & Prophetarum*. *Parietem* autem *Vetus Teſtamentum*. *Poſt* eum *Parietem Stetiſſe* Chriſtum, cum non manifeſtaretur ad Populum: vbi vero affuit tempus, cæpitque per *feneſtras legis & Prophetarum*, per ea ſcilicet, quæ de eo prædicata fuerant, apparere, & oſtendere ſe Eccleſiæ intra domum hoc eſt, intra litteram legis ſedenti, prouocaſſe eam ad exeundum, & veniendum foras ad ſe. Niſi enim exeat à littera ad ſpiritum, non poſſe Sponſo coniungi, neque Chriſto ſociari. Hæc autem tam ſunt ſublimia, vt ea me non ſatis aſſequi fatear; rem mihi gratiſſimam fecerit, quis quis rem inuolutam, ac perplexam enodarit, vt poſſim capere. Id aio. Quidquid id ſit, quod Origeni in mentem venit, (quod ita tamen mihi videre videor, veluti Solem per craſſam nubem ſolemus) rerum conſequentiæ aptati non poſſe: qualia pleraque ſunt huius Scriptoſis, in ſe quidem grandia,

Paries vetus teſtamentum, feneſtræ Prophetæ.

Origenis ſæpe ſublimes ſenſus, ſed vna ſerie nõ nexi.

Digitized by Google

ſVM.COM.
Obſcure omnia dicta,
Et licet ſublimia, vna ſerie non cõnexa.
Quod idem de Pſelli interpretatione iudicium.
Quæ mire perplexa.

dia, ac ſublimia, ſed raro vna ſerie connexa. Quo eodem cenſu Pſelli interpretatio numeranda, exiſtimantis *legem* antiquam *Parietem* eſſe, vmbram, & errores hominibus inijcientem; *feneſtras* autem & *retia* Oracula Prophetarum. Nam ante Diuini Verbi Incarnationem, *Multifariam, multiſque modis loquutus Deus* eſt. Itaque hæc Verbo in eo ſtatu verſanti tribuit, qui ante aſſumptam carnem fuit; cum tamen verba illa, *Vox Dilecti Mei*, & quæ ſequuntur, de Incarnatione exponat: *per quam animas, in tenebris conſidentes, liberauit, iuſſu ſolo fugatis Dæmonibus vniuerſis*: quos per *montes* & *colles* ipſe intelligit. Quæ certe mirè perplexa ſunt.

Hebr. 1. 1.

V.
Alij parietem volunt eſſe incredulitatem,
Et peccata omnia quæ Deum ad nos accedere prohibent,
Et remorata ſunt incarnationem,
Siue mortalem conditionem,
Quam Paulus vocat peccati legẽ.

Multo magis mirum eſt fuiſſe, qui *Parietem* hunc in prauum ſenſum accipiant; quidam *incredulitatem*, ac *opera præter ius fuſque à nobis obita*; Vocare autem nos ad Fidem, ac Pœnitentiam. Sic Aponius non malus alioqui author. Alij *peccata noſtra*, quæ properantem Deum ad remedium per Incarnationem remorata ſunt, velut intercepto *Pariete*. Sic Rupertus. Alij *mortalem noſtram conditionem*, quæ inter nos & Deum, velut obſtaculum quoddam interiectum, vetat nos ad Deum per contemplationem accedere. Sic Caſſiodorus; cui ex parte Bernardus hæret, qui *Parietem* hunc, quod Paulus appellat *corpus peccati*, interpretatur. Hunc *Parietem* ſolum inter Chriſtum & Sponſam interiectum; nos miſeros & hunc à complexu illius arcere, & plures alios, quorum interiectu, nimium à nobis elongauimus Sponſum: intelligit peccatorum impedimenta.

Paries incredulitas, Peccata, Mortalis conditio, Corpus peccati, quæ ad nos accedere Deum impediunt.

VI.
Sed facilis ſenſus, ſi ſeriem ſequare interpretationis noſtræ.
Venientem aiceerat Deum ad ſe liberandum.
Non ſolita via, ſed per compẽdia,
Nunc modum agendi ſecum deſcribit,
Non facie ad faciem, ſed velut interiectio pariete.
His paries rubus fuit, e quo loquutus Moſi
Quo ex voce agnito Moſes faciem abſcondit.
Reuerentia in ſignum,
Stans autem inductus,
Quia ad auxiliũ paratus.

Sed, ſi ſeriem Interpretationis noſtræ ſequamur, facile erit, hiſce vitatis diuerticulis, veram, ac expeditam tenere viam. Aduenientem propere ad ſalutem Populi ſui, in Ægypto ſæuiſſima preſſi tyrannide, Deum in illis verbis agnouimus. *Vox Dilecti Mei: Ecce Iſte Venit, Saliens In Montibus*; quibus verbis modum aduentus, non quidem ſolita alias Deo via, ſed per compendia deſcriptum, notabamus. Pergit nunc modum non ad ſe properandi, ſed agendi, & colloquendi recenſere: non quidem coram, & facie ad faciem, quod dicitur; ſed velut maceria, aut pariete interiecto. Id autem intelliges ſi memineris *Rubi* illius *ardentis*, vnde Deus loquutus ad Moſen voce ſonante, ſed minime tamen viſus. Et ille quidem *Parietem* viderat, cum dixit: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur Rubus*. Exo. 3. 3. Sed latentem poſt illum Deum minime viderat; nec niſi poſtquam illius vocem audiuit, dicentis: *Ego ſum Deus Patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob*. Exo. 3. 6. an quiſquam ſub ea flamma lateret, agnouit. Agnita autem Dei voce, *abſcondit faciem ſuam, non enim audebat reſpicere contrà Deum*, de medio Rubo diuina voce ſonantem. Deus ergo de *Rubo* loquens, Sponſus eſt poſt *Parietem Stans*. Nec ſine ratione *Stantem*, dicit, quem ſciebat ad opem afflictis ferendam paratum accedere. *Stantis* enim habitus, eius eſt, qui auxilium ferre paratus ſit. Sic Stephano viſus eſt Chriſtus, haud quidem ad dexteram Dei ſedens, ſed omnino *Stans*. Act. 7. 55. Vbi enim ſalus ſuorum periclitatur, vel de dextera Patris ſurget, vt auxilium ferat: & ſtrenuè præliantibus faueat, coronamque paret victoribus.

Paries, rubus è quo Deus Moſi loquutus, non viſus.

Poſt parietem ſtans dictus Deus, quia paratus ad auxilium ferendum.

VII.
Hebræi aut DD. parietem nubem malunt,
Fulgura ex nube, feneſtras,
E quibus ſe Deus ſpectandum dabat quodammodo
Sed nondum in ſolitudinem educta Eccleſia eſt.

Hebræi Doctores, tametſi hic ſuæ Gentis de Ægyptia ſeruitute liberationem agnoſcũt, in *Pariete* malunt, *nubem* illam intelligere, quæ Deum à Populo dirimebat: coruſcationes autem, ac fulgura, quæ ab ea nube inſpicientium oculos feriebant, *Feneſtras* eſſe volunt, per quas veluti per rimas quaſdam, quodammodo ſe ſpectandum dabat; & inde ipſe velut è cortina reſpiciebat, & velo, vti Reges ſæpe ſolent. Sed id ordinem interpretationis non mutat; & eſt magna cauſa, cur potius *Parietem ardentem Rubum* agnoſcamus: nam certè adhuc in Ægypto Eccleſia deſcribitur; nondum in ſolitudinem deducta eſt: adhuc ad egreſſum per internos motus, ac voces externas, ad tantum facinus adhortatorias, diſponitur: mox auditura; *Surge, propera, Amica mea*, & quæ ſequuntur.

Hebræi parietẽ, nubem interpretantur, è qua Deus Moſi loquebatur.

VIII.
Cur autem Rubum parietem dixerit,
Leuis quæſtio eſt.
Fingebatur Puella ædibus incluſa,
Nec cum illis aliud, quã per paries conueniebat,
Datum id ergo Dramatis artificio.

Sed cur, cum de *Rubo* ſit ſermo, ſub quo Deus ipſe latebat, *Parietem* nominet, non quiduis aliud, leuis eſt quæſtio. Multum decori rerum adimeretur, niſi ita factum fuiſſet. Fingebatur Puella penetralibus ædium paternarum incluſa, ac multa cuſtodia munita, Deus autem Amatoris perſonam indutus, in ſcenam dabatur: nec certè quidquam magis ex decoro fingi poterat, quam quod in re ſimili ſolet contingere, ſecundum amantium conſuetudinem: qui, dum nondum conuiuere datum eſt, furtim ſæpe colloquijs mutuis amorem nutriunt. Quod ſi decoro Dramatis ſeruiendum fuit, ſemel inductis Amantibus, profecto non aliter tranſigenda res fuit, ac ſemel cœptis hærendum fuit. Deus ergo nec in totum ſe prodens, nec in totum latens; nec tam ſe videri, quam audiri de *Rubo* permittens, iure *Poſt Parietem Stare* dicitur, nec palam domum ingrediens, ad Eccleſiam, ac per internuntium Moſen cum ea agens. Atque hæc & aptè ad rerum conſequentiam, & ad interpretationis ſeriem dicta ſint.

Rubus, cur ſub parietis ſchemate ſignificatus.

NO-

Digitized by Google

NOTATIO XXVIII.

RESPICIENS PER FENESTRAS, PROSPICIENS PER CANCELLOS.

HIC rurſum Interpretes diſtracti ſententijs ſunt: & quia Originalem vocem, quam Latinus, *Cancellos*, reddidit, LXXII. *Retia* reddidere (ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων), qui eorum hæſere lectioni, in *Retibus*, velut plagarum ipſi errore implicati eſſent, mira quædam commentati ſunt. In typo Origenes fingit *Retia* ædibus circumpoſita, ne ſcilicet quiſquam facile egredi, multoque minus Sponſa poſſet: at Sponſum, vtique valentiorem, acceſſiſſe quidem, diſruptiſque plagis, ſuperque incedentem inde proſpexiſſe. Arcanam autem intelligentiam premens, dicit, vndequaque nos laqueis implicari, omnia *Retibus*, ad captandas animas, plena eſſe, vix vt detur effugere. Ieſum deſcendiſſe ad terras, mundi ſo *Retibus* ſubiecciſſe, eaque ſua virtute dirupiſſe, vt dicere poſſimus: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Anima noſtra erepta eſt de laqueo venantium.* Pſal. 123. 7. Quæ eorum ſunt voces, qui libertatem nacti. Et: *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Pſal. 115. 7. Similia Theodoretus habet: *Ex Retibus* Sponſum *Reſpicere*: neque enim Sponſus Sponſam ſuam Dæmonum inſidijs capi permittere, aut *Retibus* comprehendi: in ipſis potius tentationibus *per Retia Proſpicere*, ac Sponſam oppugnatam recreare. Exemplum ponit in Abrahamo, cuius vxorem cum rapi permiſiſſet à Pharaone, intactam præſtitit. *Retibuſque* diſiectis, ſaluam prædam viro reſtituit, mœſtumque recreauit. Id fuiſſe *Per Retia Reſpicere*. Sic ſæpe nobis contingere tentationum laqueis circumſeptis, adſtat enim Deus, & non viſus, videns ipſe, ſubſidia laborantibus ſubmittit, donec diſcrimini ereptos locarit in tuto. Et hæc quidem verè dicuntur omnia, ſed huic loco minus aptè videntur dicta, quo *Retia* non propriè, ſed ſimilitudine quadam ſunt dicta: non pro laqueis ad capiendum, ſed pro *Feneſtrarum Cancellis*, è deueſſatis virgis ferreis, aut ligneis, arcendis inſidiantibus, aut furibus, aut certè prohibendo aſpectui eorum, qui foris verſentur, vt hodieque videmus fieri. Vide quæ diximus Dram. Comment. hoc loco.

Hæreamus ergo Vulgato, qui maluit *Cancellos* reddere, & quidem merito: ac exquiramus, quid arcana intelligentia *Feneſtræ*, quid ſint, *Cancelli*, ac quomodo *Deus Proſpicere per eos* dictus ſit. Magni hic momenti Theodoreti eſt obſeruatio, quanquam ſententiæ illi ſuæ de *Retibus* adhærentis. Suas Deum ſeruare vices: nunc palam apparere, ſeque ſuis ſpectandum dare; nunc latere malle, nec videri, vt quodammodo ludo quodam cum Sponſa agat. Quanquam ſiue palam oſtendat ſeſe, ſiue malit abſcondi, nunquam auxiliari, opemque ferre deſiſtat. Doctrinam alias veriſſimam, exemplis illuſtrat, quæ quia magni refert obſeruari, ad veram eruendam interpretationem, voluimus illius verbis, quanquam aliquanto longioribus referre. *Cum permiſiſſet, vt Sara raperetur à Pharaone, proſpexit per Retia, & Abrahamum recreauit, retibuſque diſiectis, prædam ipſi ſaluam, atque integram reddidit. Capta iterum fuit ab Abimelech, & rurſum pro Retia proſpexit, & non ſolum prædam ſeruauit, verum etiã beneficio venatorem affecit. Idem & Iſaac præſtitit, cum eadem illi de Rebecca quæ de Sara contigiſſent. Idem præſtitit & Iacob. Cum enim ſocer eius vt illum comprehenderet, atque ſpoliaret, ardenti animo proſequeretur, per Retia ſe illis proſpicientem exhibuit; ac Iacob quidem bono ac forti animo iuſſit eſſe, Laban vero deterruit; cumque rurſus Fratris aduentum formidaſſet, apparuit ei, metum abſtulit, audaciamque ſuggeſſit. Nec non & Ioſeph vendito, & in ſeruitutem abducto, cum in qua ſeruiebat domo, tum etiam in carcere præſto fuit, & vbique per Retia proſpiciens ſemper illum conſolatus eſt. Eodem modo ex Retibus reſpiciens ſanctiſſimum conſolatus eſt Danielem cum leonibus ad deuorandum obiectus eſſet. Eodem modo cum beatis illis pueris, in horrendam illam fornacem coniectis, ſimul ingreſſus eſt. Eodem modo Sanctis Apoſtolis, à Iudæis in cuſtodiam detruſis, fiduciam ſuppeditauit; iuſſitque, vt pietatis verbum audacter promulgarent. Eodem modo poſtea B. Paulum comprehenſum, & mortem expectantem confirmauit. Hoc & ipſa Sponſa innuens ait: Ecce Ipſe Stetit Poſt Parietem Noſtrum, Proſpiciens Per Feneſtras, Deſpiciens E Retibus.*

Ergo *proſpectus* hic Sponſi *per Feneſtras, Cancelloſque* eo trahendus eſt, vt intelligatur Dei non vna agendi ratio cum Eccleſia ſua, quam ſcilicet ſæpe ſinat tentatione vexari, exponique diſcrimini, velut abſens ipſe, quid apud illam rerum agatur, minimè curet: mox, velut præſens, adſit; ac de illius ſit anxius ſalute, & ſubſidia conferat, & ad victoriam vires. Et certè his verbis habitus illius deſcribitur, qui & ſe ab alijs cupit videri, & vt ſe occultare illi arbitrentur, ſtudet. Ludunt ſe ſic ſæpe amantes, amoremque condiunt; nunc ſui videndi copiam facientes amatis, nunc è conſpectu ſubtrahentes ſeſe, ne toti pateant, & deſiderium accendant. Qua de re ſatis multa dicta Dramatico Comment. hoc loco.

Nunc

SVM. COM.

I.

Pro Cancellis LXXII. Retia poſuere.
Vnde Græci PP. in varios ſenſus diſperſi.
Origenes: multis nos laqueis implicari,
Qui à Chriſto diſrupti.
Magno mortaliũ bono.
Theodoretus: non deſeri à Deo iuſtos,
Sed in tentationibus iuuari.
Id proſpicere eſſe per retia,
Remque exemplo Abrahami confirmat:
Omnia autem vere, & vtiliter dicta,
Sed ſilo noſtro minus apta.

II.

Vulgati iudicium ſequamur,
Qui maluit Cancellos.
Intererit autem obſeruatio Theodoreti,
Ad verum ſenſũ eruendum
Ea eſt: ſuas Deũ ſeruare vices,
Nunc quaſi abſens lateat,
Nunc quaſi præſens adſit,
Sed adeſſe ſemper ſuis.
Id oſtenſum exemplis
Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & Ioſephi,
Danielis, & triũ puerorum.
Apoſtolorum in carcere,
Et Pauli ſimiliter,
Sic cum ſponſa factum.

III.

Sic cum Eccleſia,
Quam ſinit Deus tẽtatione vexari,
velut abſens ſit,
Mox recreat præſens,
Sic amantes mutuo amorem condiunt.

LXXII. lectione eminata.

Vndique nos laquei circunſtãt, quibus per Chriſtum liberamur.

Deus nunquam ſuos in tentationibus deſerit, & ſi abſens videatur.

Vulgati laudatũ iudicium.

Suas Deus ſeruat vices, ſæpe abſens, ſæpe præſens, ſed nunquã ſuos deſerit.

Theodoreti verba maxime in rem præſentem.

Dei non vna ratio agendi cum Eccleſia, læta triſtia permiſcentis.

Digitized by Google

IV.

Status Eccleſiæ conſiderandus, Laboribus in Ægypto preſſa. Quibus mox nūc liberanda videbatur Nunc durius habebatur. Ad vocem Moſis, vocantis ad pileum, læta, Mœſta cum geminarentur labores operum, Vt imperfecti deſperarent. Et Moſes ipſe ſe pene deluſum clamaret, Et noua ad Populum preferente mandata Multi non crederent, imperfecti Perfecti fidem haberent Mox duro adhuc Pharaone, Parum illud lucis euaneſceret, Rurſumque ſplenderet eo mutato. Rurſumque pene extingueretur, Donec in totum ortus eſt dies.

Status Eccleſiæ in Ægypto.

Vices variæ Eccleſiæ, quibus exercetur à Deo

Nunc ſtatum mihi Eccleſiæ conſidera in Ægypto eo temporum articulo, ac rerum circumſtantia, cum Deus per Moſen illius ſe liberationi accinxit videbis *Per Feneſtras, Cancelloſq; reſpectantem*, velut videri agnoſciq; velit, nunc cunſpectum velut negantem, tanquam nec videri velit, nec agnoſci. hæc ſunt illæ ſcilicet mutationum vices, quibus Eccleſiam exercuit. Vt, inter ſpemque, metumque conſtituta, iam lætitia exiliret, velut mox liberanda; iam mœſtitia rediret, velut de ſalute deſperanti. Videbatur nunc ſibi Dei præſentis auxiliū cernere, vnde & gaudiū: in contrariū nunc omnibus verſis, diſparuiſſe lux illa videbatur, & tenebræ incubuiſſe mœroris: vt videatur ſibi ſæpe vana deludi ſpe, mox nouis auxilijs excitari. Nā quale fuiſſe eius Gentis gaudiū putas, cū, eloquēte Moſe, ac Dei proferente mandato, editis firmata ſignis, in proximo ſalutē eſſe arbitraretur? Mox cū Pharao negaret diſceſsū, nec Moſen audiret, quali mœſtitia deiectos arbitraris? Cū viderēt maximè ſpei lætitiam noua infelicitate mutatam, labore operum geminato, vt prope deſperantes dicerent: *Videat Dominus, & iudicet, quoniā fœtere feciſtis odorē noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius; & præbuiſtis eis gladiū, vt occiderent nos.* Exo. 5. 21. Quia & Moſes ipſe pene ſeſe deluſū clamitans, dicebat: *Domine, cur afflixiſti Populum iſtum, quare miſiſti me? Ex eo enim, quo ingreſſus ſum ad Pharaonē, vt loquerer in nomine tuo, afflixit Populū tuum, & non liberaſti eos.* Exo. 5. 22. Noua autē Moſe eodē ad Populum perferente mandata: *Ego audiui gemitum Filiorum Iſrael, quo Ægyptij oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic Filijs Iſrael: Ego Dominus, qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & in iudicijs magnis*: tametſi non ſatis multi crederent, tum pro magnitudine promiſſorum; *tum propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſſimum*, tamen in nouam ſpem erigi Eccleſia viſa eſt, in eius Populi viris perfectis, qui non defuiſſe credendi ſunt, fidemque habuiſſe Moſi, ex nomine Dei dicenti. Mox negante Pharaone ſecundò diſceſſum, creperum illud dubiæ lucis, quod paulo antè exortum fuerat, viſum eſt occubuiſſe, ac diſparuiſſe Deus. Demum cum per plagas pene ſingulas pertinax ille, ac durus animus Pharaonis flecti videretur, copiamque facere abeundi, noua oriri lux oculis videbatur. Speſque libertatis reuiuiſcere, velut in proximo eſſet: mox illo mutante Sententiam, ac Populum retinente, deſperatio quodammodo animis incumbebat; & quidquid Spei reuixerat, ſtrangulabat. Sic ſuas per vices, lætis, & triſtibus alternantibus rebus, oſtendere ſeſe Deus: iterumque videbatur abſcondi: donec in totum exoriente lætitiæ die, diſiectis mœroris tenebris, gaudium plenum fuit. Id ergo Eccleſia ſignificat, cum Deum deſcribit *Reſpicientem per Feneſtras, proſpicientem per cancellos*.

Exo. 5. 21.

Moſes queritur ſe deluſum à Deo.

Exo. 5. 22. Exo. 6. 5.

Exo. 6. 9.

Lætitiæ lux ſæpe exorta, ſæpe extincta donec dies ſplenduit libertatis.

V.

Nec opus quærere, quid Feneſtra & Cancelli, Quod quidam anxie fecere. Origenes, & Theodoretus ſenſus, Aut legem & Prophetas, Quod Ambroſio placuit, Et Nyſſeno, Aut claras ſcripturas, quod Anſelmo, Aut alia quæ alijs placuere.

De feneſtrarum & cancellorum arcano ſenſu quæſtio minime neceſſaria.

Nec neceſſariū eſt exquirere, quod fecere multi, quid *Feneſtra, quid Cancelli* ſint arcano ſignificatu: nam quidquid tandem dixeris, minimè ſenſum explebis, & multa dicere cogere, parum apta ad rerum nexum, & ad interpretationis ſeriem. Quæ vna obſeruatione quorundam rationes interpretandi minimè probabis: Origenis, qui *Feneſtras ſenſus* interpretatur. Quia dictum eſt, *Mors aſcendis per Feneſtras*. Ier. 9. 21. Cui hæret Theodoretus, dicens: Tunc Deum has *Reſpicere per Feneſtras, cum nos in lege Domini meditantes, Diuinis Sermonibus oblectamur: cumque alios Diuinas Scripturas interpretantes, ac de Deo diſſerentes, ſtudioſè audimus*. Origenis eiuſdem, qui Hom. 3. *Legem*, atque *Prophetas Feneſtras* eſſe vult, per quas ſcilicet Deus ſæpe Eccleſiam reſpicere viſus eſt; ac per ea, quæ prædicuntur apparere. Cui Ambroſius fauet ſerm 6. in Pſal. 118. Gregorij Nyſſ. *Prophetas Feneſtras* eſſe ait, per quos ſapientiæ lumen admittitur: *Cancellos* autem *legalia præcepta*, per quæ ſcilicet tenuis radius luminis illatus in orbem eſt, cui per Euangelium plenus, ac ſplendens dies ſucceſſit. Nyſſeno ex parte Philo Carpathius adhæreſcit; Anſelmi, qui *Feneſtras apertas, ac claras ſcripturas* interptetatur, vt Euangelia, ac reliqua Apoſtolica ſcripta, *Cancellos* autem *Patriarchas*, per quos *proſpicere Deus* ſit dictus, quòd propter eos noſtri miſertus eſt, promiſſionum recordatus. Trium Patrum, qui adhuc alienius interpretantur, vt apud eos curioſus Lector videre poteſt: ne omnia vnum in Commentarium conferamus.

Origenes.

Ambroſius. Nyſſenus.

Philo Carp. Anſelmus.

Tres Patres.

VI.

Haud probabilius Recentiores, Ad Euchariſtiā retulere, Sub qua lateat Verbū velut poſt parietem, Vocem ad Sacerdotis verba, Aut qui ad S. Spiritus aduentum, Qui in Apoſtolis poſt parietem carnis lateat, Subtilia hæc, ſed parum apta.

Chriſtus in Euchariſtia, Deus poſt parietem.

Nec magis probandæ quorundam recentium interpretandi rationes, qui quidquid Commate hoc continetur, vel ad *Euchariſtiam* referunt, ſub cuius ſpeciebus velut poſt *Parietem* lateat, indeque non viſus Reſpiciat ipſe fideles, quibus per illam menſam auxilium parat, ac ſalutem fouet. *Vocem* auditam eſſe Secerdotis *verba*, per quæ eiuſdem nomine illum euocat, *tranſilientem* aduentu de Cœlo ſuo Cœlorum ordines, atque Angelorum choros omnes: qui *Montes, Colleſque* propter ſtatus, ac naturæ altitudinem dicantur. Vel ad *Spiritus* S. aduentum, modumque, quo in Apoſtolos inſilijt, quos *Montium* nomine ſignificatos volunt; *Capreæ* autem, & *Hinnulo* ſimilem dicunt, quòd mira celeritate, etiam ventorum velociſſimos flatus anteuertens, de Cœlo adueniſſe legatur. *Stare poſt Parietem* carnis, animis, ac mentibus Apoſtolorum abditum, inde velut è *Cancellis Feneſtriſque*, omnia intueri. Hæc ſubtilitèr ſatis dicuntur, & ſingulis applicantur: ſi, quemadmodum verbis, ſeorſim ſumptis aptantur, ita prioribus, ſequentibuſque necterentur. Aut ſeries ipſa, ordoque rerum pateretur hoc loco de myſterijs Gratiæ miſceri ſermones, quorum alius

Spiritus S. in Apoſtolis, poſt parietem carnis loquens.

Nondum enim intra domũ ſponſus ſponſæ,
Adhuc verſatur foris,
Nondum ergo Verbum in ſe;
Nondum Spiritũ S. habet,
Quia nondum Deum ſponſum, aut verum habet,
Licet per gratiam habeat.

Nondum Deus vnitus Eccleſiæ veluti vxori.

locus eſt. Aut demum ſi analogiæ habita maior fuiſſet ratio. Nam, cum ipſa diceret: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum*, eum certè extra domum adhuc verſantem, ſe autem intra, omnino ſignificat. Quo ergo pacto vis, Sancti Spiritus in Apoſtolos illapſum, ideſt, iam cum Eccleſia eodem tecto verſantem, conuiuentemque, velut virum cum iuſta vxore, inde velut è *Cancellis* proſpicere, quid extrà rerum agatur? Tametſi enim verum eſt, latentem ſpiritum ſeſe per quædam ſigna exterius manifeſtare qua ratione per *Feneſtras proſpectare* dici poteſt, tamen illud ſemper obeſt, Eccleſiam cum *Deum poſt Parietem ſtare*, ac *proſpicere per Feneſtras* affirmat, id ſatis indicare; Nondum Deum apud ſe eſſe, ſed adhuc foris verſari. Non quidem per Gratiam, ſic enim ſemper cum illa fuit, ſed ratione illa, qua nondum dicitur deſponſata per legem, nondum connubio iuncta per Incarnationem, & legem Gratiæ, eoſque Dei fauores, qui huius ſtatus vel proprij ſunt, vel eum omnino conſequuntur. Adhuc enim amans, & nuptias ambiens deſcribitur; quod ſatis ex his, quæ ſunt hactenus dicta, conſtat, & ex ipſa verborum ſerie.

Per gratiam ſemper vnitus Deus Eccleſiæ.

VII.
Verbũ ergo ſunt Eccleſiæ.
Vox, Dei de rubo loquentis cum Moſe,
Venientem vidit ad ferendum auxilium.
Impedimenta ſubmouentem,
Se per vices contrarias exercentẽ.

Senſus noſter per ſumma capita traditus.

Ergo ſi totam Commatis huius ſententiam in vnum, poſt diſputationum excurſus, conferamus, verba eſſe Eccleſiæ dicemus, ſed de proximo ad libertatem ex Ægyptia ſeruitute vocatæ. *Vocem* audiuit *Dilecti*, cum de Rubo ardente Moſe aduocato, de liberanda Eccleſia cum eo miſcuit ſermones; *Aduentantem* vidit, cum animaduertit, ad ſalutem ferendam properantem: *Salientem in Montibus, & Colles tranſilientem*, cum impedimenta ſubmoturus omnia, ordinarium agendi curſum inſolito mutauit! quaſi militari via neglecta, cõpendia ſectaretur: *Stantem poſt Parietem*, cum non viſus ipſe, de Rubo mandata Moſi daret, ad Populum perferenda: *Perſpicientem per Feneſtras Cancelloſque*, cum nunc quidem velut præſens eſſet, agnoſcique vellet, egrediendi ſpem de proximo, editis ſignis, lactaret; mox autem ſpe omni euaneſcente, atque ſpei cauſis, de ſperatio rediret: quoad in totum tenebris pulſis felicilatis dies illuxit.

V E R S V S X.

EN DILECTVS MEVS LOQVITVR MIHI: SVRGE, PROPERA AMICA MEA, COLVMBA MEA, FORMOSA MEA, ET VENI.

COMMENTARIVS.

VERBA ſunt Eccleſiæ, ſed referentis quæ audierat à Deo loquente, ſeque compellante, & inuitante verbis tenerrimus ad profectionem. Et quidem eo temporis articulo rerumque ſtatu conſideranda Eccleſia eſt, cum edomita tandem, vel certè proximè edomanda Pharaonis duritia per Primogenitorum cædem, vltimus in Ægypto Actus Tragediæ dandus in ſcenam erat; ac Pharaone, atque Ægyptijs ipſis vrgentibus Hebræi de Regione illa exceſſuri erant, Deum ſequuturi. Pertinent ergo hęc ad adhortationes Dei per Moſen, maximè autem per arcanos motus in mentem immiſſos Eccleſiæ, quibus non modo inuitata ad profectionem eſt, ſed inducta, vt, volens, libenſque, Deum ducem ſequeretur. Nam primo, vt voluntati ſuæ omnia ſubdita eſſe probaret, etiam ipſis Ægyptijs vſus eſt, ad educendum Populum ſuum ex ea Regione, ſua deinceps libertate vſurum. Hinc illæ Pharaonis voces: *Surgite, & egredimini à Populo meo. Vrgebantque Ægyptij Populum de terra exire velocitèr.* Exo. 13.31.33. Sed valuere maximè Dei ipſius adhortationes per internos impulſus obiectis egreſſionis commodis. Eæ ſunt illæ appellationes, affectu amãtis plenæ, cum illam *Amicam*, ſe ſcilicet amantem; *Columbam*, à ſe amatam: *Formoſam* amati nimirum digniſſimam, compellat. Sed puta ſic loquutam Eccleſiam.

Digitized by Google

ENARRATIO.

DEI me vocantis vocem audio, qua nihil ſuauius, ac, ſiue ad amoris flammas acrius incitandas; ſiue ad ſuadendam profectionem, potentius eſſe poteſt. Et id maximè mirum eſt. Deum illum tantum, qui nutu cuncta gubernat, Dignatum tamen in me tantum amoris conijcere, & familiari ſermone, vt Amicum cum Amica agere. Verum quid ille dixerit vt efferam, ſatius eſt. Surge, inquit, & ad ingens patrandum facinus, accinge te. Cuncta vides parata eſſe, ac de proximo hilari ſe facie monſtrantem libertatem. Reſtitit hactenus peruicax Pharaonis ingenium, durumque, ſed ſenſim incipit, quanquam inuitum malis repetitis, acceptiſque cladibus, flecti, atque molleſcere. Erit cum breui, non modo per illum liceat tibi profectionem adornare, ſed, pene coacta, vrgere cogaris. Supremus tragediæ ſupereſt actus, quo res tota ſuum ad finem perducatur: Eia, quid hæras? Quid reſtitas? Scio me vnice à te diligi, vt vere dici merearis Amica, quod verè es. Amanti pro Amato quiduis agere, quiduis pati, arduum minimè eſt. Scis votorum meorum vnicam metam te aſſe, inquam tota caritatis vi rapiar ipſe, Columbam ſcio, ſimplicitate, candore, pudore, ac fide: ideo velut compari hærere volo. Hæ faciunt virtutes, vt vnam pulchram arbiter, ſolumque dignam cui tandem & Sponſæ nomen, honoremque communicem.

NOTATIO XXIX.

EN DILECTVS MEVS LOQVITVR MIHI.

SVM. COM.

I.

Nexus horum cũ ſuperioribus.
Eſt autem, En, particula vis ingens,
Videtur enim inuitare alios ad audiendum ſponsũ.
Fortaſſis et iactat ſortem ſuam.
Quod à tali & tanto tam domeſtice habeatur.
Vt maieſtate inclinata dignatus ſit ad ſe venire.
Indicat etiam admirationis affectũ
Vnde noua amoris cauſe.

II.

Mirum autem in tanta inæqualitate.
Coaleſcere amorem potuiſſe,
Niſi ſemen aliquod diuinum in homine ſit
Cui diuinitas inſeratur,
Aut Deus ipſe æqualitatem faciat, quam non inuenit.

AVDIVISSE vocem Dei ſe vocantis dixerat, poſtmodum properantem vidiſſe ad auxilium ferendum oppreſſæ, ſic tamen, vt per interualla & videri velle, & abſcondi videretur, ad acuendam ſcilicet confidentiam, ac condiendum amorem: nunc quales illæ fuerint voces, enarrare aggreditur. Sed ingentem vim particula vna habet, *EN*, quam alias quamquam demonſtratiuam, hic emphaticam eſſe, alio loco monuimus: Vt non modo hortari contubernales ad eas voces audiendas videatur, quaſi haud ingratas illis futuras, quæ ſibi fuiſſent gratiſſimæ, ſed etiam admirationem contineant; forſitan & honeſtam, nobilemque iactantiam (in quo fœminarum ingenium mire exprimitur) quod à tanto illo Deo, cui *Cælum ſedes, terra pedum ſcabellum eſt*, & amari, & coli digna ſit habita. Eam enim vim habere illam loquendi formam, arbitramur: *En dilectus meus loquitur mihi*. Qualis quantuſque Deus hic ſit, non ignoratis: nec tamen dedignatus eſt, inclinare maieſtatem, & immenſitatem numinis coercere, ac velut contrahere, vt me vnam & amaret & coleret; ac velut cum æquali ſermones blandos conferret. Quid eam apud me cogitationem poſſe arbitramini? Quanta ſum ei me tradidi, nihil vt reliquũ ſit, quod illius eſſe non optem. Quis enim Amatorem talem, tam commodum, placidumque, vltro non amet? Sic dicebat illa, cum Chriſtum ſuos ad pedes obiectum, contractas vt ablueret ſordes, videret: *Domine, tu mihi lauas pedes?* Ioan. 13. 6. Et illa: *Et vnde hoc mihi, vt Mater Domini mei veniat ad me?* Luc. 1. 43.

En, particula vis emphatica. *Com. Dramat. Not. 23 n 2.*

Iſai. 66: 1. Nobilis Eccleſiæ iactantia de amore in ſe Dei.

Ioan. 13. 6. *Luc. 1. 43.*

Et vero nihil in hoc toto negotio admirandum magis, quam in tanta Dei cum hominibus inæqualitate, tantæ ſcilicet maieſtatis cum vilitate tanta, inueniſſe tamen Dei ſapientiam amoris ſui materiam; cum alioqui nihil magis æqualitatem, ac ſimilitudinem exigat, quam amor ille, quo amicitia inter duos copulatur. Quo certè omnino fit; aliquod in hominibus diuinitatis eſſe non modo veſtigium, ſed & ſemen, quod in nobilem ſtirpem, ac pene diuinam ſeri poſſit, & naſci, & adoleſcere, cui Diuinitatis amor, velut generoſior ſurculus inſeratur, Diuinos prorſus fructus relaturam. Niſi vero amor ipſe Dei, quã non inuenit, ſimilitudinem, atque æqualitatem faciat: tranſmutataque natura, atque in nouum ordinem cooptata, iam per Dei beneficium id habeat, quo carebat: terrenis fæcibus ſcilicet perpurgatis, ac velut conſumpta ſcoria, terræque nomine in amoris igne relicto, omni radios auro ſplendidiores emiſſura. Sed de hoc alias.

Ineſt homini diuinum ſemen, cui inſeratur per amorem Deus.

Amor Dei vbi non inuenit, facit æqualitatem.

NOTATIO XXX.

SVRGE, PROPERA, AMICA MEA.

I.

Voces Dei olim prolatæ, nunc relata ab Eccleſia. An quæ nunc proferantur, hæ ſint, dubium eſt. Praſtat poſterius intelligere. Quod ad Dramatis ſeriem accommodatius, Aliud enim eſt ſi rem geri videas, Aliud cum narrari, cum agi poſſis. Ea enim ſola narranda, Quæ vel agi non poſſunt, vel agi non decet. Quum & ſermonis ſeries, id perſuadet. Si attente perpendas, Quanquam erũt qui aliter ſentiãt, Qui ſomniantem ſponſam inducũt.

VOCES Dei has eſſe con conſtat. Sed dubium eſſe poteſt, an vere à Deo prolatæ olim, nunc autem ſic ab Eccleſia referantur, quemadmodum auditæ prius, hæſerant illius memoriæ; An contra verba ſint, quæ nunc quidem eloquatur Deus, nec ab Eccleſia referantur audita, ſed audiantur ſonantes; & ad ea audienda contubernales ipſa inuitet. Et quidem ad ſenſum quod attinet, vtrumlibet dicas, tantundem eſt. Ad ſeriem Dramatis, & decorum perſonarum, reique totius concinnitatem, & gratiam, forſitan poſterius hoc magis probandum. Nam ad Dramatis ſeriem multo aptius eſt, ſi Sponſum interloquentem, ac ſua verba ſonantem inducas, quam ſi Sponſam, quidquid prius audierit, referentem. Pertinet id ad varietatem, quæ delectationis eſt mater, quæ vna fortaſſe cauſa totius Dramatici artificij. Aliud enim eſt, ſi res geri ante oculos ſpectes, quam ſi alibi geſtas audias. Et alioqui in Dramate id ſolum alienis eſt referendum verbis, vel quod geri, darique in ſcenam non poſſit; aut difficile & ægrè poſſit. Sic excidia Vrbium, & quidquid tam grande eſt, vt theatri vnius anguſtijs capi non poſſit Sic ſi Virgini ſit vis illata, aut parricidio ſublati Patres, ſpectatoris oculis ſubducitur: alterum, quia ſpectari non decet: alterum quia horret ſpectare talia animus. Hic autem vt alienis verbis offerretur, quod in propria Sponſi perſona dari in ſcenam poterat, nulla cauſa erat. Pluſque decoro ſeruiebatur, ſi loquens ipſe Sponſus audiretur; quã ſi tacente ipſo quidquid eſſet eloquutus, alio ſpectator narrante audiret. Accedit ſeries ſermonis ipſa, nam cum infra Sponſa dicit; *Capite nobis vulpes paruulas*, in propria certa perſona loquitur, nec quid antea ipſa ſit eloquuta, narrat: Sed verè orat, vt quidquid impedire profectionem poterat, ablegetur. Hactenus ergo Sponſus intelligitur loquutus, ſuiſque verbis hortatus Dilectam ad eam profectionem, quam adhuc illa impediri poſſe, niſi vulpeculæ caperentur exiſtimabat. Alioqui & ſua ipſius dicta, & facta referentem Sponſam induces nõ agentem. Quod tametſi ſcio ij admittent, qui ſomniantem Sponſam prius, deinde, quidquid per vana ſomni ludibria, menti fuiſſet obuerſatum, narrantem fingunt: eorum tamen ſentiendi modum loco alio confutauimus.

Dei voces loquentis, non ſolum relatæ ab Eccleſia quaſi olim auditæ.

In Dramate ea ſolum narranda quæ agi non poſſunt, aut non decet.

Decori ratio, & ſtudium.

Com. Dramat. cap. 2. Notat. 25. num. 3.

II.

Audijt ergo Eccleſia Dei vocem Se interius vocantem, Et dixit: Vox hæc Dilecti eſt, Mox venientem vidit, Deinde ſpe metuque diſtracta, Loquentem exterius audijt, Sodaleſque ad audiendum hortata eſt.

Verba hæc ergo à Sponſo prolata agente ſunt: non relata ſolum à Sponſa. Sed quo ordine ſibi hæc inuicem reſpondeat, explicandum eſt. Eccleſia ergo ſub ea Diuinæ protectionis ſecuritate, nihil minus cogitans, quam de diſceſſu *Vocem* excitantis *Dei* per motus internos, impulſuſque audire ſibi viſa eſt: ſequuta lingua affectum eſt, &, *Vox*, inquit, hæc eſt *Dilecti mei*, attentiuſque conſiderans: num vera præſagienti animo fuiſſent obiecta, venientem, properantemque ad auxiliandum vidit, paratum impedimenta omnia ſubmouere, nec ſolita via ire, in tanti facinoris executione, ſed compendia agendi conſectari. Mox inter ſpem, metumque diſtracta, nuncque fauentem Deum, nunc velut negligentem, minime curantem animaduertens, illius ſecum, vera, ac ſonante voce loquentis, ſono interpellata, ad Contubernales verſa, *En*, inquit, *Dilectus meus loquitur mihi*. Atque in his verbis oratione finita, tota animi corporiſque contentione in loquentem intenta, exemplo ſuo admonuit ſodales, quã ſuauiſſimi Amantis verba eſſent attentione captanda, quã voluptate audienda. Atque ad nexum hæc faciunt.

Ordo quo hæc geſta ſunt, & totius ſententiæ venus.

III.

Sed verum ſenſũ exquiramus. Nam quidam excitari ab otio contemplationis putant, Ad negotium animarum, In quibus Bernardus eſt, Cuius verba hic habes. Alij ad Eccleſiã in ſæculi fine referunt, Quæ inuitetur ad coronam. In quibus & Ambroſius eſt, Verbis, quæ hic habes.

Pergamus verum ſenſũ exquirere. Plerique hæc de alloquijs Chriſti ad piam animam, quamquam non eodem omnes modo, interpretantur. Horum ſententias Commentario tertio examinabimus. Hic de Eccleſia agimus, de qua ſenſum potiſſimum eſſe ponimus. Eam excitari à Chriſto ab otio contemplationis, ad actionis negotium, ideſt, ad ſalutem animarum procurandam, quidam arbitrantur. Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, quibus Bernardus ſuffragio fauet. Serm. 58. in Cant. Hortari, vt *Surgat*, quo ſatis innui, hæc adiacentem verba iactari. Bernardi verba omitti non poſſunt. *Sponſus vbi dilectam paululum in ſinu proprio quieuiſſe preſenſit, ad ea denuo, quæ vtiliora viſa ſunt, trahere non cunctatur: nõ tamen quaſi inuitam, nec enim, quod fieri vetuit, faceret vllatenus ipſe: Sed trahi ſanè à Sponſo Sponſam eſt, ab ipſo accipere deſiderium bonorum operum, deſiderium fructificandi* Sponſo, *quippe cui viuere Sponſus eſt, & mori lucrum. Et eſt deſiderium vehemens, quod eam, non tantum ſurgere, ſed ſurgere feſtinanter ſollicitat.* Origenes autẽ Hom. 4. Prophetico, quaſi impulſa dicta hæc à Salomone arbitratur. Quaſi id velit, hæc ad Eccleſiam in ſæculi conſummatione dicta, quibus ad proximam, poſt ardua præliorum, coronam inuitetur. Ideo & *Amicam*, & *Columbam*, & *Formoſam* dici, quia, innouum ſtatum reſurrectione mutata, nihil habitura ſit, quod Dei oculis minus placeat. Placuit ea interpretatio Ambroſio, ſolito hærere Origeni, ſerm. 6. in Pſal. 118. vbi Deum ſic loquentem inducit; *Cerne medium parietem maceriæ*

Eccleſia excitatur à Deo ad negotium animarum, ex ſe vſu quorumdam. *Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, Bernardus.*

Origenes. Eccleſia in fine ſæculi inuitatur ad coronam, ex cuſu aliorum.

Ambroſius.

ceriæ

Digitized by Google

Sed mirum eſt vno ſaltu.
Ad finem ſæculi deduxiſſe eam,
Quam adhuc manent multæ pugnæ & graues.
Ideo nobis hic ſenſus probari non poteſt.
Qui vno filo cum cæteris necti non poteſt.

Eccleſia adhuc procul á corona, quam multa prælia manent.

cetria iam ſolutum, qui internorum affectuum concordiam diuidebat, & in diuerſum excitabat diſſenſionem corporalium paſſionum. Veni ergo ſecura, vt iam non me per retia videas, ſed facie ad faciem vultibus Amatoris Dilecta potiaris. Mirum certè eſt & Origenem, & Ambroſium tantum temporum ſpatium vno velut ſaltu tranſiliuiſſe: & tam breui momento Eccleſiã à carceribus ad metas deduxiſſe; præmiumque ſtatuiſſe, velut omni felicitèr confecto bello, victrici, ei, quam adhuc manent acriores pugnæ, & pugnanda prælia ſunt grauiſſima, & difficillima. Hæc ergo ſententia, quamquam ſenſum continet grauem, rerum ordinem diire videtur perturbare: & quamquam verbis hiſce vtcumque aptatur vno cum cæteris interpretationes filo non nectitur. Prior illa Caſſiodori, & aliorum probabilior videtur interpretatio, quamquam & illud commune habet, quòd ad rerum nexum, & conſequentiam aptatur difficilè.

IV.

Minus probabilis aliorum ſenſus,
Moneri exire à mortua littera
Ad ſpiritales ſenſus.
Id placuit Ambroſio.
Sed ne id quidem litterale eſt.

Monetur Eccleſia, vt eat à mortua littera ad ſenſus ſpiritales.
Id nõ probatur.
Ambroſius.

Longe alienior aliorũ eſt interpretatio, qui moneri his verbis volunt Eccleſiã, vt à lege, & mortua littera, ad ſpirituales ſenſus id eſt, Euangelicos conſurgat, eaque doctrina imbuat filios, qua ſemper ad ſuperiora contendant, ad myſteriorum Gratiæ notitiam ſcilicet. *Eccleſiam*, inquit Ambroſius, ſerm.6.in Pſal.118. (Quod & tribus PP. placuiſſe video) *vocat, vt per legem, & Prophetas ad Euangelij verticem ſublimis aſſurgens retia Iudaicæ interpretationes, & nodos, intrepido calcet veſtigio: ideoque Proxima vocatur* (ſequitur Ambroſius 72.) *vt adhæreat Chriſto, mundana non quærat; ideò Formoſa, vt ſpatioſos eo angelizantium pedes proferat; ideò Columba, vt ſpiritalia petat, terreſtria derelinquat.* Bene omnia, ſed aptiora in alium locum videntur.

V.

Eccleſia ergo inuitatur ad egreſſum ex Ægypto.
Quod & Hebræi volunt,
Neque id obeſt vero ſenſui.
Et ſunt de noſtris qui fauent.

Eccleſia inuitatur ad iugũ ſeruitutis excutiẽdum.
Chald. Paraphr.
Salomon Sarrbius.
Abenezra.
R. *Anonymus.*
Genebrardus.
Legionenſis.

Ergo nos hæc de illa Eccleſia pergamus exponere, quæ adhuc ſub Ægypto ſeruiens, prope erat vt iugum excuteret, duriſſimæ ſeruitutis. Cui ſententiæ hæſiſſe Hebræorum magiſtros Chald.Paraphraſten, R. Salomonem, Abenezram, & Anonymum, eius probabilitatem non minuit, ſi alioqui & aptè cum verbis conuenit & rerum ſeriei ita aptatur, vt vnum cum cæteris corpus efficiat. Nec nos primi eius interpretationis de Chriſtianis Authoribus ſumus; præceſſere docti viri, quorum nos ſenſum plurimi facimus. Voces ergo ſunt Dei per Moſen, cum prope iam erat, vt poſtremo Actu tota illa Actio finem haberet.

VI.

Nam qui de illapſu S. Spiritus in diſcipulos, hæc exponunt,
Audiendi non ſunt.
Nam accepto diuino ſpiritu,
Non fuere vrgendi, vt prodirent,
Ad Euangelium prædicandum.
Hic Eccleſia inuitatur,
Et blandis verbis delinitur,
Et vt infans demulcetur.
Vt tandem ducentem ſequatur Deum.

Apoſtoli accepto Spiritu Sancto momẽto eodem in publicũ prodiere.

Eccleſia ad egreſſum ex Ægypto regenda, demolanda, cogenda.

Nam certe ijs aſſentiri non poſſumus, qui hæc ad interiorem Sancti Spiritus influxum, cum illapſus in Apoſtolos eſt, referunt, quo inuitabantur ad prodeundum in Solem, & puluerem, accincti ad laborem prædicationis. Nam ſi rectè conſideras, eodem illi momento, quo ſpiritu pleni diuino in nouos homines mutati ſunt, de Cœnaculo prodeuntes in publicum, incredibili animo ardore, de myſterio Crucis, & Chriſti Regno diſſertare cæpere, & animarum manipulos in Dei Arcas conferendos importare. Non diu fuere verbis vrgendi, non perſuadendi longa oratione, non precibus, non blanditijs, quod hic videmus factum per multa verba, & quaſi per otium, pertrahendi: Sed ardore apud ſe concepto in alios ſtatim eiaculauere ſcintillas, quibus eos inflammarent. Alio huius loci ordo ipſe nos vocat, ex quo ſtatim apparet, Sponſum cum illis colloqui, qui rogandi, inuitandi, multaque prece & blanditijs, repetitiſque tenerioris affectus compellationibus, pertrahendi eſſent, ad egreſſum. Omnia enim indicant, cum cunctãtibus, hærentibus, dubitantibus hæc tractari: quibus omni artificio perſuadendum eſſet, vt ſe aſſeri in libertatem, atque in pinguem hæreditatem immitti ſinerent: velut infantes ægri, qui miris artibus inducendi ſunt, ſanari vt velint. Quod certe in illam quadrat Eccleſiam, quæ & ratione ſtatus iuuenis adhuc inducitur, atque ex eo conſtans populo, in quo pauci perfecti eſſent multi imperfecti, ac velut pueri, qui vt tales tractandi. S. D. B. *In ſolitudine (ipſe vidiſti) portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum, in omni via, per quam ambulaſtis, donec veniretis in locum iſtum.* Deut.1.31.

Deut. 1. 31.

VII.

Sed cur qui excitari Eccleſiam vetuerat, eam ipſe excitat?
Ambroſius excitari eam vult,
A delectationib. mundi.
Nyſſenus autem à peccati cœno.
Neutrum probandum,
Quia hic laudes Eccleſiæ non probra continentur.
Et ſemper ponitur grata,
Quæ Amica dicta eſt ſæpe,
Vt peccatis iam purgata.

Ambroſius.
Surgere iuſſa Eccleſia à delectationibus carnis, peccatorum cœno.
Nyſſenus.

Is ſenſus improbatur, ſemper enim Eccleſia ponitur grata.

Sed de *Surgendi* vocabulo duplex eſt quæſtio, de ſignificatu vna; altera, Cur Deus, quam paulo antè excitari à ſomno vetuerat, tam breui interuallo temporis eam excitet ille; nec modo excitet. Sed & in publicum prodire præcipiat. Et quidem dicere quis poſſit, quia dormientem induxerat, iure excitatam Sponſi voce, moneri vt *Surgat*. Quod in malam partẽ interpretatus Ambroſius lib.de Iſaac.Cap.4. *Surge*, inquit, *à delectationibus mũdi, Surge à terrenis, & Veni ad me; quæ adhuc laboras & onerata es, quia ſollicita es, quæ ſunt mundi. Veni ſupra mundum, Veni ad me, quia ego vici mundum.* Sic etiam Gregor. Nyſſen. Hom. 5. in Cant. *Surge, quæ lapſa es in lubrico peccati cœno; quæ à Serpente fuiſti impedita, & cecidiſti in terram, & fuiſti in lapſum inobedientiæ, Surge: non autem tibi ſufficit à lapſu ſolum erigi, Sed etiam progredere per virtutum profectum, curſum peragens in Virtute.* Sed monui toto Cant. nulla Eccleſiæ probra contineri, ſed laudes. Deinde ſemper ſupponi gratam, & à peccato per gratiam purgatam; quæ prima præparatio illius eſt, quæ ad Sponſæ honorem aſpiret. Adeoque ſenſus hic parum huic loco eſt aptus: non enim probabile eſt, eam à cœno excitari culpæ, & inobedientiæ malo, quæ & *Amica* ſit dicta, & *Columba*, & *Formoſa*: quæ ſatis indicant, ad eam, quæ iam peccati ſeruitute ſit libera, ſermonem eſſe. Quod tametſi

loco

Digitized by Google

Nec nodum ſoluit Nyſſenus,
Cum toto Cantico, amica ponatur & pulchra.

loco hoc Nyſſenus idem ſubtilitèr ſoluit argumentum, dicens, eodem verbo Sponſum, & iuſsiſſe, vt ſurgat, & vt ſurgeret præbuiſſe vires, & gratiam ſurgenti, & pulchritudinem addidiſſe, potentem & iubere quod cupiat; & dare, quod iuſſerit: id nodum minimè ſoluit, cum ante hæc verba *Amica* dicatur, & toto Cantico, ſiue cum in intima penetratio admittitur: ſiue, cum à pulchritudine laudatur, gratiſſima intelligatur. Alio ergo *Surgendi* vocabulum eſt trahendum.

VIII.

A ſtrato contemplationis eam excitari alij volunt.
Sed ſurgere iubetur non tam dormiens,
Quam imparata ad profectionem.
Ea enim ſubeſt notio ſurgendi verba.
Id colliges ex ritu quo agnum comedere iuſſi ſunt.

Alij à ſtrato contemplationis vt *Surgat*, & ad actionem paret ſeſe, moneri volunt. Sed monuimus, non de ea quiete hic haberi ſermonem, ſed de ſecuritate ſub Dei protegentis manu, ſub cuius cura nulla ſollicitudine pulſaretur. Nihil ergo minus cogitans interpellatam ſe ſenſit; atque ad exeundum ex Ægypto inuitatam. *Surgere* ergo iubetur, nõ tàm dormiens, quam imparata ad profectionem. Accingat ſe ergo ad opus, & parata ad profectionem ſit, monetur. Quam ſubeſſe in ſacris litteris *Surgendi* verbo notionem, locis alijs oſtenſum eſt. Id intelliges, ſi memineris, quali ritu Hebræorum familiæ iuſſæ ſunt Agnum comedere. *Sic autem,* inquit, *comedetis illum: renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantèr: eſt enim Phaſe, ideſt, tranſitus Domini.* Exo. 12. 2. Id ergo vult, nec aliud, cum Surgere eam iubet. Atque hæc de priore quæſtione ſatis.

Eccleſia ſurgere iuſſa à contemplatione ad actionem. Neque id probatur.
Eccleſia iubetur ſe accingere à profectionem.
Exo. 12. 2.

IX.

Cur excitatur cũ prius ne excitaretur iuſſum fuiſſet.
Similis nodus in Euangelio ex Bernardi ſententia.
Cum iuſſi diſcipuli dormire, mox excitati.
Sed non idem nodus eſt.
Nunc cum iubet dormire Chriſtus, Ironice loquitur.
Cum ſurgere, propria.
Addit Bernardus varias rerum viciſſitudines eſſe.
Otij ſcilicet & actionis.
Sed adhuc nodus ſtringit.

Poſteriorem excitauit Bernardus, Serm. 58. in Cant. *Nonne ipſe eſt, qui paulo antè ſuſcitari Dilectam tantopere prohibebat? Quo pacto ergo nunc, non ſolum, vt ſurgat, ſed vt acceleret iubet?* Similem obſeruat in Euangelio nodum Matth. 26. 45. Cum Chriſtus dixiſſet Diſcipulis: *Dormite iam, & requieſcite.* & mox, velut dicti pœnituiſſet, *Surgite*, inquit, *Ecce appropinquauit qui me tradet*. Sed ſimilis nodus non eſt; nam hiſce apud Matthæum verbis idem, vtraque ſententiæ parte vult Chriſtus, niſi quòd in altera figuratè, & ironicè, in altera propriè loquutus eſt. Nam cum dicit; *Dormite iam, & requieſcite*, illorum increpat ſomnolentiam, qui admoniti toties de tanto diſcrimine, quale inſcientibus imminebat, Somno tamen indulſiſſent, quod hominum eſſet non ratione vtentium: in altera autem parte, propriè acceptis verbis, eos ad vigilandum hortatur. Vt quibus inſtaret de proximo tantum periculum. In quem ſenſum exponunt hæc Chryſoſtomus, Euthymius, ac Theophilactus. Sed nodum illum ſoluit Bernardus dicens. *Rerum hic viciſſitudines commendari Sancta Eccleſia, quietis, ac neceſſaria actionis: & quia non ſit in hac vita contemplandi, nec diuturnitas otij, vbi officij, & operis cogentior vrget, inſtantiorque vtilitas*. Quod idem Serm. 57. etiam inſinuat. Id verè quidem dicitur, quantum ad rerum hanc viciſſitudinem, qua de vna itur ad aliam, nulla in ea durandi ſecuritate. Immo ſæpe tranſitus à contrario fit in contrarium. Quod & à ſapiente ſapienter eſt obſeruatum. Eccleſ. 3. 1. 2. *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa*. Et quæ ſequuntur.

Bernardus.
Matth 26. 45.
Locus Matthæi expoſitus.
Chryſoſthomus. Theophilactus. Euthymius.
Bernardus. Vices rerum, & otij, & actionis.
Eccleſ. 3. 1.

X.

Cur Deus excitet, quam excitari vetuerat.
Eius modi facilis nobis ſolutio.
Qui ſomnum diximus ſecuritatẽ Eccleſiæ.
A qua non excitatur.
Sed vt ſe accingat iubetur.
Quod contrarium non eſt.

Sed hic non id quærimus, cum eadem, quæ antè inducitur ſomno vacans, nunc vigilet, & à Sponſo excitata vigilet, quod ad eam doctrinam ſpectat; Sed cur, quam vetuerat excitari ab alijs, excitet ipſe: quod non iam ad eam viciſſitudinem rerum ſpectat. Sed ad mutabilitatem conſiliorum, vt, quaſi illum pœnituerit prioris mandati, nouum conſilium ineat, eam auocando à ſomno. Nobis, qui ſomnum interpretati ſumus ſecuritatem ſub Dei protegentis manu, etiam inter moleſtias, atque diſcrimina, facile eſt quæſtionem ſoluere. Non enim, vt ab eo ſomno, ideſt, à ſecuritate, & quiete, ceſſet inuitatur; Sed vt ſe ad proximam profectionem accingat, quod alterius contrarium minimè eſt; cum non minus tuta, ac ſecura, Deum per auia montium ducentem ſequens, futura eſſet, quam in Ægypto fuiſſet. Surgendi ergo vocabulum non ſomno opponitur, ideſt, ſecuritati illi ſub Dei cura: Sed manſioni, quæ diuturna fuerat, tot ſcilicet annorum à primo in Ægyptum ingreſſu. Quo ſatis reſponſum ad quæſtionem.

Eccleſia ſurgere iubetur non à ſomno ſecuritatis ſub Deo fauent, ſed accingere ſeſe ad egreſſum.

XI.

Etiam properare iubetur
Non ſolũ à Deo, ſed à Pharaone.
Et Populo Ægyptiorum
Et licet vox propera, abſit ab Originibus
Vterque tamen ſignificatus latet in voce originali.

Nec modo *Surgere*, ſed *Properare* iubetur, quo ſatis & idipſum, quod dictum proximè eſt, confirmatur. Quod ſatis intelliges, ſi, quo pacto etiam per ipſos Ægyptios Eccleſiam ad feſtinandam profectionem incitarit, memineris. *Surgite*, dicebat Pharao, (vt verborum verbo reſpondere ex æquo videas) *& egredimini à Populo meo vos, & filij Iſrael. Ite, immolate Domino, ſicut dicitis. Oues veſtras, & armenta aſſumite, vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantque Ægyptij Populum de terra exire velocitèr.* Exo. 12. 31. 32. 33. Et quamquam vox illa, *Propera*, nec in Hebræo nunc nec apud 72. legitur, additam tamen à Vulgato, & claritatis, & energiæ gratia; & quia intellexit vtriuſque verbi vim, & *Surgendi*, & *Properandi* in vno Hebræo latere, alio loco monuimus Dramatici Comment. cap. 2. Notat. 33. num. 2.

Eccleſia iuſſa properare à Deo, coacta à Pharam.

Digitized by Google

NOTATIO XXXI.

AMICA MEA, COLVMBA MEA, FORMOSA MEA.

I. *Blandentis voces ſunt ad ludendũ. Sed de arcano ſignificatu lis eſt. Nam vſum Hebræum varij varie reddidere, Quos loco alio cõfutauimus.*

BLANDIENTIS has eſſe voces, ad permulcendum animum, ſuadendumque Sponſæ, vt in procinctu ad diſceſſum ſit, loco alio monitum à nobis eſt: Sed quid per ea verba arcano ſenſu voluerit indicare, nonnulla quæſtio eſt, propter veterum maximè Interpretum non vnam ſentiendi rationem. Et quidem 72. pro *Amica* Propinquam habent; alij quidam *Sociam*; non nemo *Paſtricem*; quòd vocabulum Hebræum eam ſignificare arbitrentur, quæ ſimul paſcatur; vtpote quæ ſimul gregis curam ſuſceperit, agatque. Sed horum ſententiam alio loco confutauimus, & oſtendimus, Vulgatum prudentèr *Amicam* reddidiſſe: vtpote voce in re amatoria, & Profanis, & Sacris Authoribus vſu frequenti trita. *72. pro Amicâ proximam habent.*

II. *72. proximam pro Amica habent. Ideo plerique interpretantur, Deo coniunctam. Per caritatem ſcilicet. Cur fides hoſpitiũ parat, in anima, Quæ tunc vera Amica, & proxima. Amica ergo Eccleſia, quia Deũ amans. Magnum argumentum ad ſuadendum. Amantis enim proprium, amato in omnibus morẽ gerere.*

Proximam, ſiue *Propinquam*, plerique veterum dictam arbitrantur, quia Deo coniuncta, vnus cum eo iam Spiritus facta ſit. Accedimus enim ad Deum per Fidem, ac Caritatem; quo magis amamus, propius adhæſuri: ideo eam Paulus appellat *Vinculum perfectionis*, id-eſt, *perfectiſſimum*: nullo enim arctius Deo ſtringimur. Atque hoc multo melius eſt, quã quod Aponio placuit. *Amicam* fieri animam agnoſcendo Deum. Nam certè tametſi Fide accedimus ad Deum quodammodo, notitia ſcilicet illius, *Amici* nondum ſumus, quoad Caritate Fides formetur; præcedit ergo Fides velut diſpoſitio, ſequitur Caritas velut forma, id tribuens animæ vt & *Proxima Deo* ſit, & illi iungatur, & *Amica* donetur nomine. Ergo *Amicam* cum compellat Eccleſiam, intelligemus, non tam de ſuo in eam amore, quam de Eccleſiæ in ſe Caritate loqui. Et verò nihil fortius ad ſuadendam profectionem ex Ægypto, quam ſi in memoriam reducat, quo Deum Eccleſia amore proſequatur. Nam id amori proprium, vt ad amatum amantem non ducat modo, ſed rapiat; nec ab eo velit diſcedere, eandem cum illo ſubiturus aleam fortunæ. Si me amas, inquit, » vt verè amas, nam ne id quidem ignoro, me inuitantem, hortantemque ſequere, quacun- » que ducam, nam ſequendi cauſas apud te habes, amorem ſcilicet, cuius alis ſubleuata ad » Dilectum volabis. Magni ſcilicet ponderis argumentum. Nihil enim gratius ei, qui amat, quam ſi intelligat, conſcium amatum eſſe eius amoris, quo fertur in illum.

Proxima Eccleſia, quia Deo coniuncta per caritatem.

Coloſ. 3. 14. Caritas an dicta vinculum perfectionis. Aponius. Fides caritatis præcurſor.

Eccleſia dicta Amica, quia Deũ ipſa amans.

III. *Sed amica dicta Bernardo quod Sponſi lucra quærat. Sed is effectus amoris eſt, ac quadam nota, Vera ergo nominis ratio amor eſt. Nec obeſt Chriſti ad Apoſtolos dictum, Quod eo demmodo interpretandũ. Ab effectu enim cauſa bene colligitur, Tunc probatur amicus cum lucra quærit amati.*

Bernardus alio traxit vocis ſignificatum. *Meritò Amica dicitur, quæ Sponſi lucra ſtudioſè, ac fidelitèr, prædicando, conſulendo, miniſtrando conquirit.* Id quidem verum eſt; nam non poteſt, qui verè *Amicus* ſit, non pro amato multa ſubire. Sed is potius amicitiæ effectus quidem eſt, ac veluti nota; non enim ideo *Amicus* eſt, quòd pro amato paratus eſt grauiã ſubire; ideo potius grauia ſubire paratus, quod vere *Amicus* ſit. Vera ergo nominis ratio, amor eſt, quo Eccleſia ferebatur in Deum: & ideo *Amica*, quia verè amans, eſt dicta: ac nomine ipſo admonita, æquum eſſe, vt vocanti obſequatur, atque abituro ſit comes. Nec obeſt huic ſenſui vox Chriſti: *vos Amici mei eſtis, ſi feceritis omnia, quæ ego præcipio vo-* » *bis*. Ioan. 15. 14. Eſt enim ſenſus: tunc vere vos *Amicos* eſſe probabitis, cum quidquid à » à me præceptum fuerit, feceritis. Ab effectu enim ad cauſam, & à ſigno, ac nota ad rem optimè ducitur argumentum. Hortatur ergo diſcipulos Chriſtus, vt, quandoquidem *Amici* ſunt, tales ſe eſſe re ipſa oſtendant, ea præſtando, quæ ipſe præceperit. Sic dicere ſolemus: Si *hoc feceris, amicus meus eris*; ideſt, verè te amicum exhibebis, verè probabis. Hoc » ergo eodem modo, ab *Amica* compellatione Deus argumentatur. *Amica* es, *Amicos* au- » tem decet, *Amicorum* acquieſcere voluntati: decet ergo vt me vocantem, ducentemque » ſequare. Ideo ergo *Amicam* vocat.

Bernardus.

Amoris effectus amati quærere lucra.

Ioan. 15. 14. Ioannis locus expoſitus.

IV. *Columbam verò dictam volunt quidam, Quod Spiritum S. intus habeat. Qui ſub ſpecie Columbæ viſus. Sed nondum Spiritus S. ſub Columbæ ſpecie viſus. Cum Eccleſia ex Ægypto vocaretur. Reſpectum ergo ad eius auis naturam moriſq;*

Columbam autem cur appellet, alia ratio eſt. Plerique Veterum, quia Spiritus Sanctus *Columbæ* ſpecie ſuper Chriſtum deuolaſſe viſus eſt, vocari *Columbam* volunt, quòd Spiritum Sanctum in ſe habens, eius vel imitatione, vel ſimilitudine, *Columba* eſſet. Id indicaſſe illum, qui dicebat. *Quis dabit mihi pennas ſicut Columbæ: & volabo, & requieſcam:* Et ſtatim: *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*. Pſal. 54. 7. 8. Quod mirè in hunc locum quadrat, quo Eccleſia ad ſurgendum, properandum, euolandumque inuitatur. Sic Origenes, quem ſequuti de Veteribus Theodoretus, Tres apud illum Patres, indicat etiam Philo. ſenſus probabilis: niſi quod nondum Spiritus Sanctus *Columbæ* induerat formam, vt appareret, ſi hæc referas, quod facimus, ad eã Eccleſiam, quæ profectionem ex Ægypto moliebatur. Quanquam nihil obeſt, ſi dicas, ad futura reſpectum. Sed neceſſarium non eſt, ad Spiritum Sanctum, quem inſe habitantem haberet, hæc referre: & multo videtur probabilius, ad *Columbæ* naturam reſpectum, & naturæ dotes, vt mox dicemus: quod & aptius ad rerum nexum, & ad decorum perſonarum eſt.

Eccleſia dicta Columba, quia Spiritu S. plena, ex ſenſu quorũdam. Pſal. 54. 7. 8.

Origenes. Theodoretus. Tres Patres. Philo.

Am-

Digitized by Google

V.

Alij ad celeritatem reſpexere.
Qua Eccleſia ad Cœleſtia rapitur.
Alij ad dolorem præterito numeri minum.
Sed non id quærimus, ſed cur hic nam ſic appellet.

Ambroſius. Ex ſenſu Ambroſij, ob volãtũ ad Deum celeritatem.

Bernardus. Ex Bernardo ob pœnitentiam delictorum.

Ambroſius ſerm. 6. in Pſal. 118. ad *Columbæ* volandi celeritatem reſpiciens, qua ſeſe in altum ſæpe à terra tollit, *Columbam* dictam vult. *Vt doceatur Cœleſtia petere, terreſtria derelinquere.* Quod fere ſequuturus Aponius eſt. *Columba*, inquit, *efficitur, nihil de terrenis cupiditatibus, abſque cibo viliſſimo, indumentoque corporis, requirendo; Sed ſemper Columbarum ſimplicitatem ſequens, Spiritui Sancto ſe conſociat.* Bernardus contra ad dolorem præteritorum criminum refert. Serm. 6. in Cant. Sed potiſſima quæſtio non eſt, cur *Columbam* vocet: in quam quęſtionem hæc belle quadrant, aliaque, quæ Recentiores accumulant; Sed cur hoc loco maximè, cum eam & ad ſurgendum, & ad properandum, euolandumque inuitat eo nomine compellet, incitetque ad egreſſum.

VI.

Argumentum aliud ad ſuadendum diſceſſum.
Quod amata ea à Deo ſit.
Ideo morem quærere amãti debere.
Nam fides incomparem Columbi nota,
Et amor in unam ſolamque
Si ſenſus per Paraphraſin expoſitus.
Vnam ob initio amaui,
Cũ poſſem alias:
Et in futuram ſponſam declinaui.
Addidi & cultũ, & ornatum,
Et dotem paraui pinguem.
Haud debes ergo moras nectere.

Argumentum aliud ad ſuadendum, ab amore Dei in Eccleſiã.

Columbarum in comparas fides, & amor.

Paraphraſis.

Continet ergo nomen hoc argumentum aliud, quo Eccleſiam illam Deus ad profectionem inuitat. Et quemadmodum paulo ante Eccleſiæ in ſeipſum amore commendato, eam ad properandum hortatus eſt, quod deceret, quæ Amans, eſt, & *Amica*, Amato in omnibus morem gerere; ita nunc ſuo in illam amore propoſito, nouo eam argumento premit, & ad ſe ſequendum inducit. Decet enim, vt, in quam ille tenerrimo feratur affectu, eum illa ſequatur, ei hæreat, nec ab eo ſe diuelli ſinat. Multa in *Columbis* commendantur, ſed illud maximè, quod ad tori fidem ſpectat: Vna in vnum, & contra reſpicit; nec adulteria norunt, nec alienis inſidiantur. Quiſque ſuam & amat, & colit, eaq; contentus, compari fidus, procreandæ ſoboli vacat. Meretur ea maſculi fides, & inno-
,, cuus amor, vt ei fœmella hæreat, obſequiaque ad omnia ſit parata. Meretur id caritas
,, inte mea, vt mihi in omnibus morem geras. Vnam ab initio colui, vni adhæſi, in vnam
,, multa contuli, & infinita bona accumulaui. Omnia confirmant, quam tenero te affectu
,, complectar: qui cum mihi de multis Gentibus vnam ſeligere potuiſſem, cui curam, ſtu-
,, diumque omne impenderem, te cunctis Gentibus prætuli, in quam vim omnem Caritatis
,, conijcerem; quam mihi deſtinarem olim in Sponſam futuram per legem. In eam educa-
,, ui ſpem, coluique ſemper, ac teneram foui, donec in maturam deſponſationi ætatem de-
,, ductam arctius mihi coniungerem. Eo ſcilicet hæ meæ curæ currunt, eo ſtudio prope-
,, rant: & tempus iam inſtat, quo mihi per legem deſponſanda es. Ideo fœmineum cultum
,, feſtino, ac dote parata ornare propero. Ideo velut *Columbus* compari fidus meam *Colum-*
,, *bam* inuito, compar comparem. Nec te decet ſic amatam, ſic cultam, ſic ornatam necte-
,, re amplius moras, ſed totam te ducatui meo permittere. *Surge* ergo, atque accinge te; hoc
,, enim tempus lentos amatores non patitur. Hanc ergo ob cauſam Columbam dictam ar-
,, bitramur. . . .

VII.

Formoſam autem dictam vult Origenes
Quia in ea imago ſplẽdebat Dei.
Aliter Ambroſius.
Et alij aliter
Et diuerſus & iam Bernardus.
Sed nemo dicit cur hic ſic dicta.

Origenes. Formoſa Eccleſia quo ſenſu dicta.
Ambroſius.
Theodorettus.
Aponius.
Matt. 11. 29.
Bernardus.

Formoſam vero cur etiam vocet, hoc maximè temporis articulo, quærendum etiam eſt, non cur ſit, aut dicatur, quod alij quæſiuere, vt Origenes, qui ideo *Speciosam* dici arbitratur, quia illius imago, qua Deum referebat, de die in diem renouata ſplendebat. Et Ambroſius, qui ſic dictam vult, vt ſpecioſos Euangelizantium pedes proferat. Et Theodoretus, qui nominis rationem reddit, quia operibus, & præceptis exequendis mundata eſt. Et Aponio, qui obſeruat, *Formoſam* fieri, humilitatem ſeruando: ideo à Chriſto monitos Apoſtolos, ac in illis Fideles omnes: *Diſcite á me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matth. 11. 29. Et Bernardus, qui ait; merito *Formoſam* dici, quæ Cœleſti deſiderio fulgens, ſupernæ contemplationis decorem ſe induit. Hæc verè omnia dicuntur. Sed cur hoc maximè loco, ea ſit appellatione donata, quod quærimus, nemo eorum Authorum explicat.

VIII.

Argumento vrget alio Sponſus.
Et vero omnis ſpecies animæ à gratia eſt.
Gratia autẽ omnis Dei donum.
Et virtutes cum Gratia
Quod vtrinſque largitur Eccleſia fuerat,
Immo & bona extrinſeca.
Hæc ergo omnia reuocat in memoriam.
Vt meminit quid acceperit,
Et quid debeat reddere.
Tribus ergo appellationibus.

Pulchritudo myſtica animæ à Gratia, & illius donis.

Gratia omnis Eccleſia, & virtutes, Dei ſolius donum.

Tribus verbis tria argumenta conuẽta ad ſuadendum diſceſſum.

Nos ea appellatione tertium argumentum contineri arbitramur, ad perſuadendum diſceſſum. Omnis certè myſtica ſpecies animæ in Gratiæ donis, ac Sanctitate ſita eſt: ea enim animam & peccato fœdam ſuo decori reſtituit, quod à Caritate præſtatur; & ornamentis ſpiritualibus excolit, vt non modo Deo Diuina forma, ſed eximio virtutum cultu ſit grata. Id autem omne cum ſupra naturæ ſit captum, poteſtatemque trãſcendat, ſolius Dei donum eſt, qui Gratiæ ſuæ theſauros indigenti donat, non minus in bonorum affluentia locuples, quam in largiendo profuſus. Et hactenus quidem vtrumque Deus Eccleſiæ illi contulerat, ab initio donatæ culpæ, ad finem vſque, non largitus modo ſanctitatem, ſed & addito Virtutum cultu multiplice: qua de re ſatis multa ſuis ſupra locis indicata ſunt. Quidquid ergo id erat, quo *Formoſa* Eccleſia erat, ſiue in vera Gratiæ ſpecie, ſiue in reliquarum virtutum ornatu, ſiue in extrinſeca forma, quæ hominibus apparebat, beneficiũ erat Dei, quæ in futuram *Sponſam* profuſus. Suas illi diuitias, ac ſpiritales theſauros non inuiderat: inſuperque externis, ac viſibilibus bonis eam bearat. Vno ergo vocabulo *Formoſam* compellans, id omne illi reuocat in memoriam bonorum, quæ in eam olim coniecerat, paratus maiora conferre, ſi prioribus laudabiliter vteretur. Hortatur ergo, vt grato animo tanta recolat beneficia, eique morem monenti gerat, qui & eorum bonorum olim indigam ditare potuerit; & diuitem amplius in poſterum locupletare. Hortamenta ergo, & multum ad ſuadendum valentia, tria vocabula continent, ſiue ſeipſam Amantem conſideret, ſiue Deum Amatorem, ſiue quantum in eam liberalitatis & olim profuderit, & paratus in poſterum ſit profundere. Ideo per ſingulas appel-

lationes

Digitized by Google

Argumenta totidem continentur, Ad ſuadendum egreſſum. Et ſequendum vocantem.

lationes additur pronomen poſſeſſiuum, *Mea*, vt intelligat omni ſe titulo illius eſſe: Vel quia in eum vnum omnem amorem coniecerit; quiſquis enim amat, iam non in proprijs, ſed in Amati, cui ſe donauit, bonis comphtandus eſt. Vel quia ei Sponſus tenerrimo amore coniunctus, dignus propterea, tenerrimè redamari: vel tandem quia profuſis theſauris diues, quidquid in ſe agnoſcit, acceptum vni largitori debet; omni propterea lege ei obſequutura, qui profectionem, ex Ægypto in promiſſam hæreditatem, ſuadeat.

NOTATIO XXXII.

ET VENI.

I. *IALAC vox Hebraa à varijs variè reddita, Sed melius à Vulgato. Veni. Quaſi euntis ſit futurus. Ne quidquā aduerſi timendum ſciat. Quartum ergo argumentum eſt, Ad ſuadendam profectionem. Id autem, quod hoc loco indicatū, Suo tempore peractum eſt Præcedente Deo in columna nubis, & ignis, Et velut Aquila prouocante ad volandum pullos.*

IALAC vox Hebræa bene redita à vulgato, Veni.

Bernardus. Deus ſe comitē ad diſceſſum futurum affirmat.

Iob 17 3. Pſal. 22. 4.

ORIGINALE vocabulum, *Ialac*, quidam *Abire*, aut *Vadere* interpretantur: *Et abi*, ſeu, *Vade* 72. interpretati non ſunt, niſi præpoſuiſſe velis: *Surge, Veni*, *Propinqua mea*. Sed de peritioribus plerique, non *Abire*, non *Vadere*, Sed *Venire*, reddidere. Et, vt nullus eſſet alius, ſatis nobis vnus Author Vulgatus eſſet, qui ſic reddidit. Rationem indicauit acutè Bernardus, ſerm. 58. in Cant. cuius verba intererit legi. *Nec parùm confortat, quod audit, Veni: & non Vade: per hoc ſe intelligens non tam mitti, quàm duci; & ſuum pariter Sponſum eſſe venturum. Quid enim ſibi difficile eo comite reputet? Pone me*, inquit, *iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me*. Iob. 18. 3. Item: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quia tu mecum eſſes*. Pſal. 22. 4. Habet ergo verbum hoc quartā ad ſuadendum rationem: Vt quia Eccleſia illa, vix ex ephœbis egreſſa, ſenſimque ad ſponſalia adoleſcens inducitur, ideoque nundum viribus ſtatu firmatis, animoque robuſto; ne quid timoris illam ab ea proficiſcendi cognitione deterreret, ſe ſciret, ituram quidem, ſed non ſolam: adfuturum ſemper illi eundem Deum, qui ad illud facinus patrandum hortaretur: neç eſſe quod quidquam, eo duce, comiteque, timeret; qui poſſet vel pericula amouere omnia; Vel vires ad peruincendum tribuere. Id autem quod vno verbo hic pollicitus illi eſt, poſtea præſtitit; S. D. E. *Dominus autem præcedebat eos, ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: Vt dux eſſet itineris vtroque tempore*. Exo. 13. 21. Et: *Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. Dominus ſolus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus*. Deut. 32. 11. 12. Qua Aquilæ prouocantis ad excedendum è nido pullos ſuos, ſimilitudine, & cura illius populi hoc tempore, & illius infantilis ſtatus aptiſſimè deſignatur. Vide quæ diximus in Comment. illius Cantici.

Exo. 13. 21: Præcedit Deus Eccleſiam in columna nubis.

Deut. 32. 11. 12.

VERSVS XI.

IAM ENIM HYEMS TRANSIIT: IMBER ABIIT, ET RECESSIT:

COMMENTARIVS.

PERGIT Deus argumenta congerere, ad perſuadendum diſceſſum; Eccleſiamque exhilarat, alacremque reddit, oblata à ſe felicitate. Hæc autem duobus capitibus comprehenditur, & malorum depulſione; & affluentia bonorum. Hoc Commate prius illud, proximis alterum exequitur. Finem adeſſe laborum, anxietatumque, quibus hactenus preſſa fuiſſet, ſub Ægyptiorum impotenti dominatu: ridere omnia fauſtè, mutatamque fortunam, ſibi, qui omnis ſit fortunæ arbiter, coactam ſeruire. Id autem pulcherrimo Schemate *Hyemis*, eorumque, quæ comitari illam ſoluet, horridiſſimam ſcilicet anni tempeſtatem, exequitur. Fœdi autem *Imbres* cum infamare *Hyemem* ſoleant, &, quæ *Imbrium* ſolent eſſe comites, tonitrua, fulgura, fulmina, ac cæterę infelicitates; niues, grandines, quæ iratarum nubium proles monſtroſę ſunt, & fere in agrorum cladem natæ: omnia vna *Hyemis* appellatione intelligenda putamus. Abijſſe iam ea, non

Digitized by Google

ulterius reditura, atque ideo nec timenda. Siue ergo qualibus officijs demeritus eam ipſe fuerit, cogitat; Siue qualibus ea colere ilium debeat; Seu demum qualis facinori patrando tempeſtas, quamque apta redierit; omnia ſuadere diſceſſum. Vtendum ergo tempore, nec fortunæ indulgentiam contemnendam; bonoque oblato fruendum.

ENARRATIO.

NEC vero, qui te ad profectionem inuito, ſine magna cauſa id facio: Vides qualibus in Ægypto laboribus preſſa, ſæpe ingemitus ſis coacta. Quoties oppreſſa libertate, ſub vinculorum pondere iacueris. Quam ſæpe in opus damnata durum, flagris laborem redemeris. Quot paſſa preſſuras, ſine vlla leuamenti ſpe: vt & Filiorum ſolatio priuarere, tuoſque ante oculos crudeliter neci dedi ſpectatrix miſera, atque infelix mater ſpectare ſis coacta. Adhuc tui illi gemitus, quos tantus dolor expreſſerat, meis auribus tinniunt. Neque adhuc anxietatum finis, niſi maior te felicitas illis exemerit. Remedium omne in fuga ſitum; nec effugias has ærumnas, niſi fugeris ipſa. Parata omnia ad diſceſſum ſunt, & vna proficiſcendi meditatione aſpera manſueſcunt, & melior fortuna ridet. Si ſequare Hortatorem tuum, omnia triſtia abijſſe exiſtima: ac velut, adueniente vere, abire horridior tempeſtas ſolet; deſinit ventorum furor, nec iam ſyluas laceſſit, & nemora; micat miti ſplendore cælum, non iam nubibus fœdum triſtibus; non tonituorum mugitibus, non fulminum horrore pauidus pallet ruſticus, agelli ſui proximam calamitatem deplorans: Sic prorſus, quidquid te hactenus triſte vexauit, mutata ſorte, in placidum, gratumque vertetur. Nulla ergo moras nectendi cauſa eſt tibi, omnia contra ad perfectionem inuitant.

NOTATIO XXXIII.

IAM ENIM HYEMS TRANSIIT.

SVM. COM.

I.

Hyems ſymbolice pro aduerſis. Tā profanis, quā ſacris litteris. Aduerſa autem alia animum. Alia corpus affligunt. Hinc nata diuerſa ſententia. Quidam Idololatriam Hyemē eſſe volunt, Immo & peccatum, Quod argumentum pulchre tractat Nyſſenus. Herent Nyſſeno alij, Et de ſupplicijs peccatorum accipiunt, Vel poteſtate tenebrarum.

Aduerſa, Hyeme ſignificata. *Horatius.* Animum alia, alia corpus exercent. *Nyſſenus.* Hyems myſticè Idololatria, & infidelitas. *Matth. 8. 26. Caſſiodorus. Beda Anſelmus. Bernardus. Rupertus.* Hyems peccatorum ſuplicia, & poteſtas tenebrarum. *Aponius.*

HYEME aduerſa tempora ſymbolice indicari; & quidquid aſperum, horridumque mortalem vitam infamat, non abſque cauſa profanis litteris, & ſacris vulgatum eſt.

Non ſemper imbres nimbus hiſpidos
Manant in agros, aut mare Caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſque: nec Armenijs in oris,
Menſes per omnes ſtat glacies iners.

Aduerſa autem, quæ ſunt, alia animum, alia corpus exercent, vexantque. Hæc rerum aduerſarum diſtributio Interpretes hoc loco diſtraxit, quibuſdam de animi, alijs de corporis malis interpretantibus, ſecundum eam, quam quiſque ingreſſus eſt viam. Gregor. Nyſſenus, Hom. 5. in Cant. *Hyeme*, *Idololatriam* intellexit, & aptè quidquid homines *Hyeme* patimur, Gentibus accommodat. Intelligit enim *peccatum*, & quæ illud attulit orbi damna. Initio inobedientiæ *Hyemem* germinum myſticorum exſiccaſſe radices; eis emortuis flores, & fructus decidiſſe in terram; omni extincta futuri prouentus ſpe. Prauarum affectionum inſurrexiſſe flatus: inde animarum tempeſtates, inde naufragia. Sed redijſſe tandem cum Chriſto meliora tempora: aduentaſſe veris temperiem; omniaque in pacem, tranquillitatemq; verſa. In cuius figura rei, turbatum ſæuis fluctibus mare, increpitum à Chriſto, imperantis audita voce, & iras, & rabiem poſuiſſe, factamque, hominibus admirantibus, tranquillitatem magnam. Matth. 4. 39. Pulchrè omnino. Hærent Nyſſeno in eo, quod *Hyeme Idololatriam*, ſiue *infidelitatem* deſignari arbitratur, Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, & ex parte Bernardus. In parte altera Rupertus Abb. addit, non *peccata* modo *Hyeme*, ſed peccatorum, quæ Deus comminatur *Supplicia*, ſignificari. Nec multum diuerſius abit Aponius, qui *poteſtatem tenebrarum* intelligit, hæc enim vna de potiſſimis peccati pœnis, cum in ſceleris primi ſupplicium Dæmoni permiſſum fue-

Digitized by Google

Qui omnes ſequuti Origenem,
Quamquam vni ſenſui non hæſit.
Et 72. lectionem premis, Abijt ſibi,
Peccatum notat abire,
Nihil ex eo remanente.
Sed illud, ſibi: paragogicum eſt.

fuerit, omni machinarum apparatu Genus humanum diuexare, atque in malum impellere. Præceſſerat Origenes Hom. 4. qui tamen hunc locum varie tractauit, vni interpretandi rationi non hærens: Sed tamen etiam *Hyemem, vitia*, & *peccata* interpretatus eſt. Premens autem ſolito acumine lectionem 72. iuxta Hebræa, *Imber abijt, & receſſit ſibi.* notat: Bene additum, *Sibi*, vt indicaretur, nullam eſſe ſubſtantiam peccatorum. *Non enim decidentia de homine vitia ad aliquam aliam ſubſtantiam peccatorum congregantur; Sed ſibi abeunt; & in ſemet reſoluto euaneſcunt, atque in nihilum rediguntur.* Ideo dixiſſe, *Abijt*, ſeu *receſſit ſibi* S. D. E. De homine peccatore: *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Pſal. 13. 36. Subtilia hæc ſunt, & tametſi vera, non ex hoc loco firmanda, quo illud, *Sibi*, ex proprietate ſermonis paragogicum eſt, vt alio loco oſtenſum eſt, nec aliud myſterium continere. Sic nos dicimus: *Taſeſue el inuierno: yaſebando las lluuias.*

Origenes.
De peccato cum patratum fuerit nihil manet.
Pſal 9. 36.
Hiſpaniſmus

II.
Idem aduerſitates interpretatur,
Quod & nos ſequimur,

Sed Origenes idem loco eodem *Hyemem* interpretatur, *aduerſitates temporum, atque huius vitæ moleſtias, perſequutiones, vexationes*: Sequuti apud Theodoretum Tres Patres; nec aliter fere Iuſtus Vrgel. vt & Gregorius ex parte. Id vt probabiliſſimum amplectemur, aptiſſimumque ad texendam noſtram telam.

Hyems aduerſitates.

III.
Sunt autem, qui hæc ad tempus referunt,
Hyemem Idololatriam fuiſſe
Tempus horridũ, frigidum, obſcurũ.
Succeſſiſſe vergratiæ.
Tempus placidũ, ac ſerenum
Tunc illuxiſſe ſcientiæ diem,
Rediſſe calorem caritatis.
Senſus grauis, & Cantico dignus.

Sed quia hic plerique tempus Gratiæ deſcribi arbitrantur, age, & hoc videamus, quo hæc pacto inuicem ſibi reſpondeant. Nolumus autem docti Interpretis, ex familia noſtra, verba præterire, quo nemo melius, præſſiuſque hæc vno quaſi faſciculo comprendit. *Hyems fuit, non modo tempus Idololatriæ, quoad infideles, ſed etiam totum illud tempus legis Moſaicæ, aſperum legali rigore, & frigidum legis inefficacia: obſcurum, ac nubilum propter poteſtates tenebrarum, tunc regnantes per infidelitatem, & peccata, quibus humanum Genus oppreſſum iacebat. Tunc erat tempus iræ, quia Deus, Omnia concluſerat ſub peccato, & lex iram operabatur. Huic nocti tenebroſa infidelitatis Iudaicæ, & Gentilium, quæ præceſſit, Fidei Chriſtianæ dies appropinquauit; huic aſperæ hyemi ſucceſſit tempus Gratiæ Vernum, dies ſalutis, tempus acceptabile, quando Sol Iuſtitiæ ſeſe exeruit, ſcientiæ lumen emicuit, Euangelij lux effulſit; & calor Vernus Caritatis per ſpiritum Sanctum in cordibus diffuſus eſt.* Hæc pulchrè dicta, & applicata, nemo credo inficias iuerit. Habet hic ſenſus multum authoritatis, tum propter patrones, tum quia ſententiam continet grandem, & Cantici huius dignam maieſtate, eoque Spiritu, qui Salomonis, & Calamum direxit, & linguam.

Ad tempus gratiæ hæc quidam referunt.
Delrius.
Hyems tempus legis, & infidelitatis.
Galat 3. 22.
Rom 4. 15.
2. Cor. 6. 2.

IV.
Sed ſunt quæ obijciat.
Nam hæc ei applicant tempori.
Cum mortuo Chriſto.
Et illapſo ſpiritu, prædicatio vrgebatur.
At iam Ver. 7. agnouerant aduentum ſpiritus,
Hæc ergo cum illis nectenda.
Cum tamen Verſus 8 & 9.
De Chriſti prædicatione interpretantur,
Quæ aduentum ſpiritus præceſſerat
Immo de Morte, & Reſurrectione, non meminere,
Quarum tamen mentio omittenda non fuit.

Verum quid in eo diſpliceat, tacendum non eſt, ne ſine cauſa eum videamur reijcere, ſi nihil obiecerimus, quod minus probemus. Series in eo rerum, & Dramatis ordo confunditur. Statum hic Eccleſiæ ponunt, cum intra Ieroſolymæ muros, poſt Chriſti necem latitans, è contemplationis otio ad prædicationis negotium voce Chriſti, per Spiritum Sanctum ſcilicet compellatur. Itaque omnia hæc ad arcanos motus, in Apoſtolorum immiſſos corda, referenda ſunt. Et hi quidem Authores agnouerant Spiritum Sanctum, eiuſque in Diſcipulos illapſum, in illis verbis, quæ præceſſerant, Hoc Cap. Ver. 4. *Introduxit me in cellam vinariam*, vſque ad Ver. 7. Illa ergo immediatè nectenda cum præſentibus, quibus idem ille Spiritus ponitur excitans Eccleſiam ad prædicationis labores, propoſita temporis commoditate, & animorum diſpoſitione. Qua ergo rerum conſequentia, quo Dramatis ordine, quæ inter hos duos Verſus interiecta ſunt. *Vox Dilecti mei: Ecce iſte venit*, & quæ ſequuntur, de Chriſti prædicatione interpretantur, cum id Chriſti opus aduentum Sancti Spiritus præceſſerit? Vides omnia inuolui, nec vllo filo necti poſſe. Adde, cum mors etiam Chriſti, & reſurrectio, & aſcenſio anteceſſerit Diuini Spiritus miſſionem, & illapſum in Diſcipulos, de illis tamen ne indicium quidem in horum authorum interpretatione, cum tamen tanta myſteria in hoc, ſiue prophetico, ſiue hiſtorico ſcripto omiſſa fuiſſe à Sacro Scriptore, incarnati Verbi geſta percenſente, non ſit par credere. Vides, quod ſæpe monitum eſt, non ſatis eſſe ad verum totius Cant. ſenſum eruendum, ſic interpretationem aptes ad verba ſolitaria, atque diuulſa à cæteris, niſi apte cum ijs, qui præceſſere, quæque ſequuntur, nectantur: alioqui multa dixeris, quæ aptiſſima quidem primo aſpectu videantur, optimèque verbis quadrare; quæ tamen ſi cum cæteris velis connectere, ſtatim eſſentiare, ritè non dicta.

Eccleſia in Cœnaculo hic agnita, à quibuſdam, inuitata ad prædicationem, accepto ſpiritu.
Inconſequutio huius ſententiæ.

V.
Turbatur & Dramatis ſeries omnis.
Et verũ ordo confunditur.
Qui ſimplex, & planus in Dramate eſt
Aptius alij, qui in præcedentibus.
Agnouere aduentum Spiritus Sãcti.

Adde, & Dramatis artificium, ordinemque peruerti. Nam quæ dicuntur Ver. 8. *Vox Dilecti mei, ecce iſte venit, ſaliẽs in Montibus*, & quæ Ver. 10. ſubduntur, *En Dilectus meus loquitur mihi.* ad eãdẽ materiã pertinere, Dramatis ipſa ſeries probat, vt ſupra obſeruatũ à nobis eſt; prius enim vocem vocantis audiuit, mox ea excitata voce, venientem vidit, atq; ad ſe properantem: proximum audit loquentem ſibi, & ad ſurgendum, properandumque hortantem, ac propoſito anni tempore, prouocantem. Quis non videat, hæc eiuſdem eſſe generis, atque vno filo connecti! Non ergo, niſi analogiæ leges omnes velis contemnere, deuellenda ſunt myſtico ſenſu, quæ Dramatico ſunt connexa. Quo mihi prudenter feciſſe viſi ſunt, in ea certè re attentiores, qui illa etiam: *Ecce iſte venit ſaliens in Montibus, tranſiliens colles. Similis eſt Dilectus meus capreæ: En ipſe ſtat poſt parietem*, & quæ ſequuntur, de Chriſti Spirituali in Diſcipulos aduentu per Spiritum Sanctum, quem in

Dramatis ordo peruerſus ſecũdum eam ſententiam.

Digitized by Google

Ne quæ coniuncta erant diuellerent
Quorum in eo attentionem laudamus,

in ipſius nomine Pater miſit, interpretari vtcunque ſunt; quia acutè animaduertere, diuelli non poſſe, niſi incommodiſſimè. Quorum nos ſententiæ, tametſi, aliam ingreſſi viam, minimè ſubſcripſimus, tamen non poſſumus non attentionem ad interpretationis ſeriem commendare.

VI.

Hyemem ergo labores interpretemur,
Quos paſſa in Ægypto Eccleſia,
Cui ſenſui fauent Hebræi,
Et de noſtris docti quidam.
Nam Hyemē frigus infamat,
Quo afflicta tellus horret,
Arbores velut mortua lugent.
Feræ ſuis in antris continentur,
Furunt Venti infeſti terra, & mari.
Inter ſeſe prælio decertantes.
Nubes eripiunt Cœlum,
Et grandine, ac fulmine ſauciunt.
Triſte mortalibus tempus.
Donec ſuccedat felicius.

Hyems labores Eccleſiæ ſub ſeruitute Ægyptia.
Origenes.
Genebrardus; Legionenſis.
Hyemis deſcriptio.

Ergo alio obuertenda interpretationis prora, qua propitior, conſtantiorque ventus impellit. *Hyeme* ergo *labores*, *anxietates*, atque *ærumnas*, quibus Dei Populus in Ægypto tot annorum ſpatio diuexatus eſt, accipiendas arbitramur; in quam ſententiam nobiſcū præter Hebræos, Tarrhium, Abenezram, & Chaldæum, conuenit etiam Origenes, Hom. 4. ex parte: interpretatur enim *Hyemem* tempus illud, in quo vel Ægyptios grando, & turbines, ac reliqua decem plagarum verbera flagellabant; vel cum diuerſa bella perferebat Iſrael. De Recentioribus autem Duo, quos tanti facimus, vt nobile hæc ſtrenuorum militum par integris aliorum aciebus opponamus, Genebrardus, & Legionenſis. Nec difficile eſt ſecundum analogiæ leges, rebus aptare res. Nam certe *Hyemem* multa infamant; & frigoris rigens vis, qua vel ipſi amnium fluxus, præcipites alioqui, ligantur, vt immoti conſiſtant: mœret afflicta tellus, horretque, omni honore ſpoliata herbarum, florumque: arbores ipſæ velut mortuæ, ſqualore multo obſitæ, lugubrem indutæ veſtem, orbitatem gemunt. Feræ ipſæ, atque aues, ſpeluncis, cubilibuſque clauſæ, velut iuſtitium ſit, triſti ſilentio, quid ſentiant, teſtantur. Furit interea ventorum rabies, atque impune campos, ſyluaſque laceſſit: nec terræ contenta imperio, tyrannidem in mari exercet, atque facilitate elementi obſecundāte, leuantur in Cœlum fluctus, velut eodem, vnde originem traxerant, reuerſuri. Sed & in ſeipſos ciuili prælio decertantes, colliſu mutuo iras dum colligunt, ponunt; mox velut de integro in pugnam ituri, viribus reparatis. Nubium interea ſordidus ſqualor, eripit diem, ſæuoque mugitu terras territat, immiſſiſque imbribus latè inundat, aut demiſſa grandine vexat. Triſte mortalibus tempus, quos nec in ruſtica opera ire, nec ciuilibus curis vacare permittit. Tolerandum ergo quidquid atrox minatur dies, quoad fauentiora aſtra tempora blandiora reducant. Hæc fere in Poetarum morem, nec ſine exemplo tamen magnorum Interpretum, dicta ſint: nam & loci huius pulchritudo exerrandi hanc licentiam fecit.

VII.

Ideo ſeruitutis Ægyptiæ tempus Hyeme ſignificatum.
Id intelliges ex ſcriptura.
Iuſſi opprimi Hebræi
Operibus duris occupari,
Priuari ſolatio filiorum,
Qui iuſſi in flumen projici.
Hinc voces aures Dei ferientes,
Et gemitus iterari.
Additus, & labor quærendi paleas,
Nec ideo quidquā de labore operis detractum.
Vt afflictos, & iā vitæ tæderit.
Ergo Hyems hæc ſæua fuit
Horrida frigida, triſtis.

Status Eccleſiæ ærumnoſus in Ægypto, ex ſcriptura.
Exo. 1. 10. Oppreſſio multiplex filiorum Iſrael in Ægypto.
Exo. 1. 11. 13.
Exo. 1. 22.
Exo. 3. 7. 9.
Exo. 5. 7 8 9.
Exo. 5. 21.

Cogita nunc, quam merito ſtatus ille Hebrææ Gentis in Ægypto *Hyemi* comparetur. Quæ autem tunc temporis illius fortuna fuerit, nullis melius verbis exequar, quam ſcripturæ ipſius Sacræ. *Venite*, inquit ille, *Sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, &, ſi ingruerit contra nos: bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis, egrediatur de terra.* Exo. 1. 10. Nec tardius egit quam eloquutus eſt. *Propoſuit eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus, ædificaueruntque Vrbes tabernaculorum Pharaoni.* Ver. 2. Et Principis exemplum ſequutum reliquum vulgus, *Oderant Filios Iſrael Ægyptij, & affligebant, illudentes eis; atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum, operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in operibus terræ premebantur.* Ver. 13. Quid, cum imperatū obſtetricibus eſt, vt maſculam omnem prolem perimerent? Quid, cum ludente earum aſtu regium imperiū. *Præcepit Pharao omni populo ſuo, dicens, Quidquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen projicite: quidquid fœminini, reſeruate?* Ver. 23. Hinc miſerorum voces, quibus vel Cœlum ipſum pulſabatur, vt diceret Deus. *Vidi afflictionem Populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præſunt operibus.* Exo. 3. 7. Et rurſus, quaſi congeminato eiulatu adhuc interpellaretur, *Clamor, inquit Filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur.* Ver. 2. Mox quaſi recrudeſcente *Hyeme* horror increuit, dicente Pharaone: *Nequaquam vltra dabitis paleas, Populo, ad conficiendos lateres ſicut prius: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas: & menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quidquam. Opprimantur operibus, & expleant ea, vt non acquieſcāt verbis mendacibus.* Exo. 5. 7. 8. 9. Eoque euaſere labores corporis, animique anguſtiæ, vt vitæ tæderet miſeros, & ad Moſen verſi dicerent: *Videat Dominus, & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrum, coram Pharaone, & ſeruis eius: & præbuiſtis ei gladium, vt occideret nos.* Cap. 5. 21. Hic ergo populi illius ſtatus aptè *Hyemis* nomine deſignatus eſt: nec opus eſt hæc minutius præmere, quod non nemo de veteribus, ac recentioribus fecit. Satis eſt, ſi totum toti componatur, vt quemadmodum *Hyems* anni pars eſt horrida, ſqualenſque; atque & hominibus, & animantibus odioſa, ita ſtatus ille rerum Eccleſiæ in Ægypto fuiſſe intelligatur.

VIII.

Tranſiſſe autem dicitur.
Quod mox futurum erat vt tranſiret.
Quod prope eſt vt fiat factum reputatur.

Hyems tranſiſſe dicitur, quod mox deſituri labores.

Cum autem *Tranſiſſe* dicitur, haud intelligendum eſt, iam ceſſaſſe, & omnia in melius commutata; id enim minimè contigit, antequam Populus excederet de Ægypto, ac mari tranſito, ſub Dei ſolius vmbra meliore fortuna frueretur: Sed quod prope erat vt fieret, velut factum ponitur; quæ ſolita ſcripturæ forma loquendi: tum ob rei certitudinem; nam quod certo futurum eſt, factum apud Deum reputatur. Quæ, tametſi aliud agentis, Gregorij obſeruatio eſt, & poſt illum Ruperti. Vel certe ſenſus eſt, adueniſſe iam tempus, quo tot tantiſque laboribus finis eſſet imponendus.

N O-

Digitized by Google

NOTATIO XXXIV.

IMBER ABIIT, ET RECESSIT.

SVM. COM.

I.
Hyemis, & Imbris ſenſus myſticus,
An idem an diuerſus.
Variæ Doctorum ſententiæ.

II.
Quidam hæc de Eccleſia poſt aduentum S. Spiritus interpretantur,
Hyemem timorem Apoſtolorum,
Imbrem lege Moſis,
Sed obeſt analogiæ ratio,
Nam Imbres effectus ſunt Hyemis,
Quod legi Moſis non quadrat,
Reſpectu timoris Apoſtolorum.

III.
Præit hyems tanquam cauſa,
Sequūtur imbres velut effectus,
Quo eodem ordine procedendum,
In arcana ſententia eruenda,
Hyems ergo ſit lōga captiuitas,
Imbres malorum congeries,
Quibus vexatus Dei Populus,
Nam aquæ aduerſitatum ſymbola.
Quod planum ex Iſaia,
Ex Ezechiele
Cum quaſi agminatim irruunt.
Si apud Ezechielem, non vno loco
Quos hic habes.
Nec aliter à Chriſto vſurpata vox.
Tametſi loquuto de ædificio Chriſtianæ vitæ
Sit ergo hoc loco imber calamitatum congeries.

SIGNIFICATV myſtico quidam tàm de Veteribus, quàm de Recentioribus, *Hyemem* ab *Imbre* diſcreuere, quidam minimè. Quæſtio nec magnæ molis, nec ad verum indagandum ſenſum admodum neceſſaria. Sed omittenda non fuit. *Imbrem* ergo *Vitiorum procellam* interpretati quidam cum Origene: Aponius *Philoſophorum manem doctrinam*: Iuſtus Vrgel. *Paganorum perſequutiones*: Gregorius PP. *Legis doctrinam*: Varius Bernardus eſt, aliicubi tamen intelligit per *Imbrem Philoſophorum manes ſermones*, *Hæreticorum doctrinam*, *Phariſæorum traditiones, ac nenias*, quæ ipſi ſeniorum mandata dicebant.

Origenes.
Aponius.
Iuſtus.
Hregorius.
Bernardus.

Sed nemo plenius hac in parte locum hunc expendit, quam doctus è recentioribus Author; qui totum hoc de ea Eccleſia interpretatur, quam poſt Spiritus Sancti aduentum, ad prædicationem per ſecretas voces inuitabat Chriſtus. *Hyemem* autem interpretatur *timorem*, quo hactenus Apoſtoli ab opere ſementis Euangelicæ iaciendæ impediebantur. *Imbrem* autem *Legem Moſis*; ob quam velut ob vehementem *Imbrem*, clauſi continebantur, nondum auſi ſe permittere publico. Et quidem tam minutè hæc tractat, & acutè applicat, & ſingula ſingulis accommodat, vt, ſi nihil aliud cogites, aſſentiare dicenti. Sed obſtat analogiæ ratio, ſi hæc per tam minutos apices exigas. Nam certe *Imbris* nomine aliquid intelligas neceſſe eſt, quod cum *Hyeme* non affinitatem modo habeat, qualem *Imbres* habent, ſed etiam ab *Hyeme* velut à ſola cauſa promanare videatur. Nihil autem horum *Legi Moſi* quadrat, ſi cum *timore Apoſtolorum* eam compares; neque enim Apoſtolorum ille timor ignauus cauſam in ſe habuit legis. Hic autem maximè verum eſt, non quamcumque ſimilitudinem eſſe ſatis ad arcanos ſenſus eruendos; opus eſt ab analogiæ legibus, & rerum ſententiarumque nexu non recedere, niſi in auia rapi velis.

Hyems nutus Apoſtolorum poſt mortuum Chriſtum, Imber lex Moſis e. ſ. q.

Si ſenſus reijcitur.

Ergo quemadmodum tempore *Hyems* præcedit, cuius cauſa, Solis à vertice noſtro verſus Capricorni tropicum abſceſſus; ſequuntur autem *Imbres*, ac cæteræ temporis illius tēpeſtates; ita vt *Hyemem* veluti generalem putemus cauſam, cuius ſingulares quidam effectus cætera ſint, quæ conſequuntur, neceſſe eſt. Ita, cum veneris ad arcanos ſenſus rimandos, aliquid *Hyeme* ſignificari dices, quod quodammodo cauſa videatur eſſe eorum, quæ ſub *Imbrium* ſchemate latere arbitraris. Id nobis facillimum eſt, qui hæc ad ſtatum Eccleſiæ ſub Pharaone, ſed iam inſtante profectione retulimus. Nam *Hyemis* nomine ſi *Captiuitatem* intelligamus ipſam, totumque illud ſeruitutis tempus ſub impio dominatu, quod aptiſſimè poſſumus: *Imbrem* interpretabimur, *ſuperuenientem, incumbentemque malorum, ac calamitatum nimbum*, quo Populus ille multis annorum circulis eſt oppreſſus: quę non aliam originem habuiſſe mala dici poſſunt, quam ſub Ægyptia tyrannide ſeruitutē. Et vero ſi expendas, calamitates, ærumnaſque, immo & perſequutiones, aquis ſæpe cōparatas, intelliges. Pſal. 17. 17. & 68. 2. 15. 16. Iſai. 43. 2. & 28. 2. Sed ſunt duo inſignes loci, alterum Iſai 8. 7. *Propter hoc, Ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, Regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius: & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper omnes ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & tranſiens vſque ad collum veniet.* Alterum Ezech. 26. 19. *Cum dedero te Vrbem deſolatam, ſicut Ciuitates, quæ non habitantur; & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ.* Si hæc, inquam, expendas, facile aſſentiere, labores, atque ærumnas, calamitateſque, cum non ſingillatim, ſed velut agminatim irrūpunt, aptiſſimè per *Imbres*, deſuper de nubibus, quin quiſquam impedire poſſit, decidentes, deſignari. Nec nouum id in Sacri Sermonis vſu. *Dic ad eos, qui liniunt abſque temperatura, quòd caſurus ſit: erit enim Imber inundans: & dabo lapides prægrandes, deſuper irruentes; & ventum procellæ diſſipantem.* Ezech. 13. 11. Et mox: *Et erumpere faciam ſpiritum tempeſtatum, in indignatione mea; & Imber inundans in furore meo erit.* Ver. 13. Et Cap. 38. 22. *Et iudicabo cum peſte, & ſanguine, & Imbre vehementi, & lapidibus immenſis.* Et Chriſtus Matth. 4. 25. *Et deſcendit Pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam.* Quæ tametſi Chriſtus de ſtudio Chriſtianæ diſciplinæ, Fidei operibus formatæ fundamento ſuperſtructo, dicit, haud tamen inuita trahi poſſunt ad ſtabilitatem ſolidæ virtutis, quam nullæ aduerſitates, ac diſcrimina labefactare poſſunt. Aptè ergo hoc loco, *Imbre* incumbentem calamitatum, ærumnarumque procellam, populo ſub dura captiuitate gementi, intelligemus. Niſi magis placeat hæc non tam ſtrictè premere, ſatiſque eſſe, & *Hyemem*, & *Imbrem* generatim duram temporum ſortem, atque aduerſam fortunam intelligere, quod multis, & quidem doctis, video placuiſſe.

Hyems longa captiuitas ſub Ægyptijs.

Imbres labores ſub captiuitate.

Aduerſitates aquis ſignificatæ in S. S.
Pſal 17 17.
Et 68. 2.
Iſai 43. 2.
Et 28. 2.
Iſai 8. 7.
Ezech. 26. 19.

Ezech 13. 11.

Ezech. 38. 22.
Matth. 7. 25.

Digitized by Google

VERSVS XII.

FLORES APPARVERVNT IN TERRA NOSTA; TEMPVS PVTATIONIS ADVENIT: VOX TVRTVRIS AVDITA EST IN TERRA NOSTRA.

COMMENTARIVS.

HACTENVS remota impedimenta, quæ morari diſceſſum ex Ægypto poſſent, dixit: nunc temporis oportunitatem indicat, qua vti oporteret. Eo autem omnia tendunt, vt omni argumentorum genere, ſiue ab intrinſecis cauſis, ſiue ab extrinſecis, Eccleſiam ad abitionem inuitet, donec tandem conſenſum extorqueat. Cæptos videri *Flores*, ideſt, indicia quædam, quibus in meliorem ſpem excitaretur. Id factum, cum ſignis, prodigijſque repetitis, tandem illa Pharaonis duritiës cæpta eſt mitigari *Flores* autem vocat, quia nundum fructus viſebantur, tot laborum: ſed adhuc in *Flore*, ideſt, in illa Pharaonis iam cæpta mutari voluntate, tametſi adhuc repugnante. Tempus aduenisse *Putandis* aptum vitibus inutileſque pampinos ab vtilibus diſcernendi: nam mox de grandi illa Vinea, quam de Ægypto vt transferret in meliorem glebam properabat, inutiles, Pampinos, ideſt infidorũ ex ea Gente multos ſecerni à Fidelibus oportebat, vt cum Ægyptijs, quorum imitabantur impietatem, afficerentur communi clade. Aut certè Vineæ nomine Ægyptiam Gentem accipimus, quorum multi Iudaicis ſacris initiati, cum Hebræis transferendi, prius ab Ægyptijs, ideſt à Parentibus, Fratribuſque, diſcludendi erant, velut vtiles, & prolifici à ſterilibus ramis. Demum *Turturis auditam vocem*, comparem vel vocantem, vel allicientem: ſe ſcilicet ipſum comparat *Turturi maſculo*, qui iteratis internis motibus, & ſonante per Moſis os *Voce*, Eccleſiam illam velutcomparem inuitabat, alliciebatque. Omnia eo tendunt, vt probet, in procinctu omnia eſſe, nec iam tempus eſſe moras trahendi, ſed potius properandi.

ENARRATIO.

NEC diffugere modo niues, cæteraque frigida tempeſtatis mina, imminente libertatis proxima ſpe; omnia potius te ad profectionem vrgendam inuitant. Quid moraris vocantem ſequi? Vides ne, vt Pharaonis illa pluſquam ſaxea durities ſenſim molleſcat? Negabat initio pertinax abeundi facultatem: Sed edomitus, tametſi nondum in totum, ſignorum prodigiorumq; vi, cæpit timere, coactus de ea re cogitare, quam ne ad aures quidem volebat admittere. Breui alium experiere, votorumque maturos colliges fructus, quos nunc in Flore vix erumpente conſideras. Nihil tam tardum, quod ſuum diem non habeat, ſecerni cito videbis de tua Gente infideles à Fidelibus (nam in tanto numero quis miretur, non omnibus eandem mentem fuiſſe?) Ac de Ægyptia Gente, ſi qui ſunt, (qui tamen ſunt multi) qui ab impijs ſacris ad Iudaicam pietatem tranſiere, quemadmodum religione diuerſi, ſic loco: Parentes à Filijs, à Fratribus Fratres ſecerni incipiunt; quemadmodum ruſtica falce inutiles, nec ferentes fructum palmites, à frugiferis præciſi, ignibus deputantur. Vel meas voces audi, inuitantis, vocantiſque ad neceſſarium diſceſſum: nullo enim certiore indicio intelliges, hoc maximè oportunum tempus ad

diſce-

Digitized by Google

diſceſſum eſſe. Hanc impensè te amantis, & ad Sponſæ honorem aduocantis agnoſce vocem, nec ingrata contemne. Vide Turturem poſt liminio reducem, & comparem gemitu ſæpius repetito adhortantem, ad liberos ſyluarum receſſus, proli vt vacet. Huius imitare tu Fidem, vt Vocem æmulor ipſe. Haud Ægyptiorum placet ſocietas; montium me auia, ac ſola camporum delectant; ne quid ſit, quod pietatis tuæ ordinem interturbet.

NOTATIO XXXV.

FLORES APPARVERVNT IN TERRA NOSTRA.

SVM. COM.

I.

Locus difficilis ad ſenſum arcanum.
Mxxime nobis, in via, quam ſequimur.
In qua non aberrare, difficile.
Sed facile eũ eſſet, hic generaliter interpretari.
De monitis Dei ad Eccleſiam vt egrediatur,
Quod omnia impedimenta remota ſint.
Singula autem ordini Dramatis ſeruiant,
Non arcanæ ſententiæ,
Quo pacto omnia apte cohærerent,

Arcani ſenſus difficultas hoc loco.

VIX locus alius hactenus fuit, quo minus nobis placeremus, in ea, quam iniuimus, via; ne ſperemus ſcilicet noſtram interpretationem lectori probandam, quæ noſtro prius ſuffragio probanda non fuit. Sed ita eſt: in longo itinere, ac nullius fere ſignato veſtigijs, difficile eſt rectiſſimam tenere viam, nec diuerſitate ſemitarum, in diuerſum vel ſemel abripi; in hoc maximè commentandi genere, & de ſe difficillimo, & rerum ipſa cohærentia impeditiſſimo. Et verò facile erat, quidquid ſe hic impedimenti obijcit, vno velut ſaltu ſuperare, nec planta premere incertam, obſcuramque viæ partem, cui ne te committeres, incertitudo ipſa, atque implicitorum ramorum, virgultorumque inacceſſibilis nexus, admonebat. Cum aliorum maximè virorum grauium, quorum te veſtigijs inſiſtere non puderet, præirent exempla. Dicere poteram, nihil aliud hic arcani latere ſenſus, quam commonitionem Sponſæ, qua intelligeret, parata omnia ad diſceſſum eſſe, nec quidquam omnino eſſe, quod impedire properantem poſſet: Omnia potius in obſequium abituræ eſſe compoſita. Nec neceſſe eſſe, ſingula ſtrictius premi; &, velut apicibus numeratis, ad arcanam ſententiam ſcrupuloſo conatu aptare. Itaque hæc omnia Dramatis ordini, atque decoro ſeruire; nec ideo poſita eſſe, vt ad arcanum ſenſum quidquam pertinere putarentur. Sic Legionenſi placuit docto viro, quem vnum, quem ſequamur habemus in ſolitaria hac via. Sic omnia bellè quadrabant; nec quidquam erat, quod rerum ordini, ac interpretationis noſtræ conſequentiæ non faueret: & diu nos hæſiſſe fatemur, dubios, an id omnino ſequeremur; in quam omnino partem nos & ratio ducebat, facilitas ipſa, ſimplicitaſque commentandi.

Grauium virtutũ ſequi veſtigia, nemini pudendum.

II.

Placuit aliorum exemplum ſequi,
Et experiri, quid poſſit
Ingenium in arcto poſitum,
Cui ſæpe fortuna fauit.

Tutis conſilijs ſæpe aliorum exẽpla obſunt.

Martialis.
Ingenium in arcto poſitum ſæpe valomnus vires exerit.

Sed obfuit tutiſſimo fortaſſe conſilio Veterum, Recentiumque Interpretum ſenſus cõcors: qui, quamquam diuerſiſſimas ingreſſi vias, in eo tamen conuenere, vt preſſius hæc expenderent, ac minutiſſimè interpretarentur; nihilque omnino in Dramatis ipſa ſerie omitterent, quin ſub eo aliquid in arcano ſenſu latere monſtrarent, quod contemnendũ non eſſet. Tentandum ergo, quid in arcto compulſum ingenium poſſit, cuius inſubitis, atque inexpectatis ingentem eſſe vim, quidam prudentèr admonuit. Sed qua alij forte hanc ſyluam ingreſſi, egreſſique ſint; aut potius exſciderint, vt viam manibus patefecerent, vt videamus, res exigit ipſa, & erit forſitan, cui aliorum gratiora, quam noſtra, ſint.

III.

Flores populos credere incipientes, quidam dixere.
In quibus ſpes futuri fructus,
Innocentes alij infantes,
Qui martyrum flores dicti.
Alij Apoſtolos, quorum odor ſuauis Eccleſiæ.
Sed hi nimis ſtringunt.
Alij Sanctorum ordines.
Qui nimis laxãt.
Alij locum varie tractauere.
Vni rei minime herentes.
Alij Sanctos animos,

Qui hæc ad Incarnati Verbi œconomiam retulere, fuere autem plerique de Veteribus, ac Recentioribus, non eandem iuere viam, vix vt vnus ſit, cui conies alius adſit. *Credentium Populos, atque Eccleſias captas fundari*, Origenes intellexit, Hom. 4. neque, vt videtur, ſine ratione: *Flores* enim futuræ frugis continent ſpem: in paruis autem initijs præſagiebat Eccleſiam, quanta olim fructuum vbertate, orbe toto vocato ad fidem, eſſet beanda, inque ea ſpe gaudebat, & ſuam ſolitudinem ſolabatur. Nec longius Aponius abſceſſit, qui *Innocentes infantes*, impie pro Chriſto ab Herode cæſos, maluit accipere, qui Eccleſiæ voce, & Auguſtini, & Prudentij teſtimonio, *Flores* fuere præſagia eorum, qui per agmina integra fuſo ſanguine, teſtes olim futuri erant, quorum Fide religionis cultus ſtaret, Deique hominis honor, & gloria. Hæret his quodammodo Ambroſius, *Flores*, *Apoſtolos* dicens eſſe, quanquam ratione alia, quod diuerſorum ſcriptorum ſuorum, immò & operum fuderunt Eccleſiæ odorem. Serm. 6. in Pſal. 118. Itaque non ad ſpem reſpexit, fructuum futurorum, ſed ad odorem eiuſque ſparſam ſuauitatem, nimis ſtringens. Laxius Iuſtus Vrgel, & ex eo Rupertus, qui varios, ac multiplices Sanctorum ordines, eſſe volunt. *Sancti*, inquit, *Iuſtus*, *redundauerunt in mundo menſe nouorum, quando Paſcha celebratur; exorti: quibus Apoſtolus dicit*: Si *conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite*. Coloſ. 3. 1. Philo auten non in vna quapiam hæſit re, ſed variæ locum tractauit. Eius poſiti verba, quia lectiſſima mihi viſa. *Sanctorum Apoſtolorum odor veræ Fidei per totum flagrauit* (potius *fragrauit*) *orbem; iamque certiſſima apparuerunt argumenta deleti Chirogra-*

Origenes.
Flores Eccleſia fundari cæptæ.

Aponius.
Innocẽtes pueri.

Ambroſius.
Apoſtoli bonum odorem ſpirantes.

Iuſtus Vrg.
Sanctorum ordines.
Rupertus.

Coloſſ. 3. 1.
Philo Carp.

phi

Digitized by Google

Cum poſt vitæ huius hyemem. Recipiũtur in cælũ. Alij delitias quibus viri ſpirituales, In hac vita mulcentur.

phi humanæ ſeruitutis, diabolicæ olim poteſtati addicta. Iã capit Sponſa bene olere, Sanctitatis odorem, ac ſpirare odoramenta virtutum, Iuſtitiæ, Caſtitatis, Innocentiæ, Temperantiæ, Fortitudinis. Diuerſus abit Gregorius M. qui ad futuram reſpexit beatitudinem, *Flores* intelligens *Sanctas animas*, cum à corpore ſeiunctæ, in Cęlo recipiuntur; *quæ, quanquam vitæ huius Hyeme prȩmente, minimè torpuerunt; Ideoque mox vt receſſerunt, in terra viuentium floruerunt.* Quanquam Hom. 6. in Ezech. ad eas voluptates retulit, quibus in hac vita viri ſanctitate inſignes permulceri ſolent, quaſi prægustationibus futuræ ſatietatis; Vt quibus fructibus ipſis ſatiari non datur, *Floribus* ſaltim recreentur. — Gregorius M.

III.

Sed plerique virtutes, malunt Quæ in hac vita præcedunt. Sequuntur in alia fructus. Id quanquã pluribus placuit, Non optimum eſſe analogia docet. Cum nondum Eccleſia ſponſa ſit, nondum marita. Quid hæreret cõiux, Quæ ſe ſciret legibus viri debere viuere.

Sed pleriq; *Flores Virtutes* accipiunt, quarum odore ſtatim poſt Chriſti ad Patris dexteram conſeſſum Eccleſia recreari cœpit. Sic Pſellus, & Tres apud Theodoret. Patres, Caſſiodorus, Beda, Bernardus Serm. 58. in Cant. Præceſſit Nyſſenus, qui acutè monuit, Præcedere in hac vita *Virtutum Flores*, ſuo tempore, ideſt, in æternitate, ſuum fructum præbituros. Vides Lector diuerſitatem, vt neſcias, quid ſequare: Nam poſtremum hoc ſi placeat, quia pluribus placuit, facile haud fuerit, analogiæ hærere legibus, quæ negligendæ non ſunt. Nam certè, cum *Apparuiſſe Flores* dicit, tempus notat oportunum ad ſe ſequendum, liberoſque agrorum receſſus petendum; quibus ſe locis, ſine vlla teſtium importunitate, oblectare poſſint. Adhuc ergo Sponſa domi hæret; nondum è ſecreto progreſſa in publicum eſt; immo nec dum ſponſali iure copulata, ac minus connubiali: eius enim coniunctionis nullum hactenus indicium eſt: alioqui, quid connubiali iure in manum Sponſi iam tradita, hæreret? Quid moras traheret? Quid tanto rationum molimine opus eſſet, ad ſuadendum egreſſum? Nulla coniugata eſt, quæ ſe neſciat ea victuram lege, quam maritus dixerit: quæ ſe ſciat nimirum, non alterius iam eſſe, immo nec ſuam, ſed totam viri; & in illius rebus computandam. Alioqui quæ cauſa eſt, cur vſque ad caput quartum extremum nec *Soror* dicitur, nec *Sponſa*, niſi quia ad eum vſque locum nec *Sponſa*, nec *Vxor* eſt?

Flores, virtutes cæpte apparere poſt Chriſti aſcẽſionem. *Pſellus. Tres Patres. Caſſiodorus. Beda. Bernardus. Nyſſenus.*

Hic ſenſus non ſequitur i analogiam.

Vxor lege coniugij viro adhæret, & ſequitur.

IV.

Ergo nondũ Chriſtiana eſt. Per incarnationẽ verbo copulata. Flores ergo virtutes Chriſtianæ nõ ſunt. Minus innocentes infantes, aut Apoſtoli Nec Sanctorum ordines ſub gratia.

Quidquid ergo placuerit ſequi, loco hoc, nondum Eccleſia Sponſa eſt, nondum connubio iuncta cum Deo: nondum ergo Chriſtiana, quo nomine ſimul cum coniugatæ honore, & iure donata eſt, Chriſto per Incarnationem coniuncta inſolubili carnis nexu, perque nouam legem fœdere ſempiterno cum Deo ligata. Quidquid ergo hic dicitur, ad alium Eccleſiæ ſtatum pertinet. Adeóque per *Flores*, qui *apparuiſſe* dicuntur, virtutes Chriſtianæ, quæ, poſt aſcenſum Chriſti in Cœlum, apparere ſunt viſæ, intelligendæ non ſunt. Qua etiam ratione multo fortius efficitur, nec Innocentes infantes, quod Aponius voluit; nec Apoſtolos, quod Ambroſio placuit; nec Sanctorum ordines, quod arbitratus eſt Iuſtus, ſi ad Chriſtianam Eccleſiam referat, ad hæc verba pertinere. Multoque minus credentium populos, & Eccleſias fundari cœptas, quod indicauit Origenes.

Eccleſiæ cũ appellatione Chriſti ante vxores communicatum nomen.

Aponius. Ambroſius. Iuſtus. Origenes.

V.

Hic ergo Florum mentio, Quia veris indicia, & honor, Sicuti & putationis & turturis. Flores ergo indicia proxima felicitatis, dicemus.

Illud autem hic maximè obſeruandum, quod ad huius loci enodationem multum valet, Quanquam *Flores* & pulcherrima ſpecie, & odore ſuaui commendentur, hoc tamen loco ad neutrum eorum eſſe primò reſpectum; nec in virtutum odore, aut Apoſtolicæ doctrinæ ſuauitate, *Flores* quærendos arbitreris. Ideo *Florum* facta mentio, quia Veris indicia, immo & honor, & ornatus: quemadmodum mox & *Putationis*, & *Turturis*, eandẽ ob cauſam. Id ergo Flores interpretabimur, quo adueniens de proximo felicitas indicetur, quodcunque tandem ſit illud. Quam ſi regulam obſeruemus, forſitan aliquid inueniemus, quod, vel verè adhuc locum enodandum facit, vel certè accedat proximè.

Flores poſiti ſolum pro inditio Veris, myſtice erunt indicia futuræ felicitatis.

VI.

Educere Eccleſiã ex Ægypto volebat Deus, vel per prodigia, Ranarum autem immiſſa plaga, Miteſcere cœpit Pharao. Hi primi fuere flores. ſed flores tantum Geminantur ſupplicia, iterumque flectitur Pharao Sed ſtatim mutat ſententiam Durius caſtigatur peſte, & grandine & flammis. Sic coactus diſceſſum pollicitus, Sed redit ad vomitum, Adductis locuſtis, iterum flectitur,

Deſtinarat Deus Eccleſiam de Pharaonica ſeruitute in libertatẽ aſſerere; obduratumq; Regis animum vel prodigijs flectere, vel ſupplicijs cogere, vt poteſtatem faceret abeundi. Sed irrito conatu omnia: quo ad properantę rem Deo, Ranarum plaga (quæ ſordida multitudine Genti vbique locorum moleſtiam exhibebant) immiſſa eſt. Tunc primum manſueſcere Pharao viſus eſt, vocatiſque Moſe, atque Aarone, dimiſſurum ſe Populum eſt pollicitus, ſi plaga ceſſaret. Hæc prima facta eſt Hebræis abeundi ſpes; hoc indicium futuræ libertatis primum. Oriri ſcilicet viſi *Flores*, felicioris tempeſtatis indicia. Sed fuere *Flores*, quos, qui exortus Sol eduxerat, eoſdem ſub meridiem ardore corrupit. Geminantur ſupplicia rurſum, & in obſequium imperantis Dei, & Sciniphes, & Muſcæ copias inſtruunt, totaque acie adoriuntur contumaces. Viſus redire ad mentem Pharao, diſceſſum promittit. Emicuere rurſum *Flores*, & Spes reuiuiſcere viſa eſt: Sed ſtatim areſcere, negante Rege abeundi poteſtatem. Duriore manu peragenda res erat, & tanta feritas edomanda. Redeunt ſupplicia. Peſte iumenta pereunt, homines vlceribus ſcatent, grandine ſegetes verberantur, aduruntur flammis tecta; & quidquid pabulum miniſtrare poteſt igni, vertitur in fauillas. Tunc Pharao: *Orate*, inquit, *Dominum, vt deſinant tonitrua Dei, & grando, vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis*. Exo. 9. 28. Riſere iterum prata *Floribus* diſtincta, ſed haud duratura hilaritate, profectionis legem, quam tulerat, abrogante Pharaone. Pergit obdura-

Flores apparere viſi, cum Pharao miteſcere cæpit.

Pharao ad ſingulas plagas mitior, ſed ſtatim mutatur.

Exo. 9. 28.

Digitized by Google

Haud duraturus in ſententia.

duratum pectus Deus tundere, immiſſis per Moſen agminibus locuſtarum, quæ omnia vaſtent: ſparſis tenebris, quibus omnia ſpiſſiſſima inuoluantur nocte, diei medio. Flectitur iterum & tertio ferreus animus; noua ſe ſpes oſtendit, & *Florum* decor geſtire viſus, tametſi breui interiturus, redeunte Cane ad vomitum.

VII.

Hi ſunt flores viſi Eccleſiæ. His indicijs Deus perſuadet In proximo eſſe felicitatem. Finemque captiuitatis aduenisse.

Hoc nos ſtatu Eccleſiam illam conſtitutam arbitramur, cum has ex Dei ore voces audijt: „ Felicioris tempeſtatis lux ſenſim effulget. Vides Pharaonis duritiem iam miteſcere: „ & quanquam contumax obdurat in ſcelere, tamen quod toties abeundi poteſtatem fecit, „ reuocatis licet mandatis, ſatis te docuit, mutari ſe poſſe, & ponere omnino „ contumaciam. Ergo in proximo libertatem tuam eſſe arbitrare. Florere ſpes incipit,& „ quanquam decidui, nec duraturi Flores, placidæ te admouent tempeſtatis, quæ iam de „ proximo videt. Nihil eſt, quod vltra moras nectas; nam breui, non modo proficiſci li- „ cebit; Sed ille idem Pharao, nunc durus, edomita contumacia diſceſſum vrgebit.

Paraphraſi ſenſus expoſitus.

VIII.

Origo de vocabulum gemmas prægnantes ſignificat. Mox adducturas frondes, & flores. Spes ergo illa erat ex mitiori Pharaonis animo. Sed adhuc dubia, nec du proxima. Et ſpei veluti ſemen. Ideo apparere flores dicti. Quaſi nondum ſe ſolos oſtentarent. Sic ſignificata ſpes metu commixta, nondum certa.

Nec ſine cauſa á nobis monitum alibi eſt, Vocem originalem *Nitſanim*, à radice *Nuts*, non de *Floribus*, vt ita dixerim, adultis, atque decorem ſuum velut oſtentantibus, dici; *Nuts*, enim propriè, *Gemmare*, eſt, aut certè *Gemmas intumeſcere*, ſeſe ad partum ramuſculorum, *Florumque* parantes: non ſum oſtendentibus ſeſe *Floribus*, ſed velut conantibus eminere extra folliculos adhuc occluſos caloris defectu: magis ergo velut *Florum* ſunt ſemina, quam verè *Flores*. Id autem pertinet ad minuendum id, quod de ſpe proxima dictum eſt. Nam tametſi promiſſa Pharaonis ipſa & acuebant Eccleſiæ deſideria,& ſpem vtcumque lactabant; tamen, quia duratura non erat, ſtrangulante illam, ac velut opprimente Pharaonis contumacia, vix apparere videbatur. Potius ergo veluti ſpei ſemen adhuc latens, quam vera ſpes erat dicenda. Sed & in voce, *Apparuerunt*, idem intellectus latet, ſiue latinum expendas vocabulum, ſiue origines conſulas, quas alij expreſſere dicentes: *Flores cœpti ſunt videri*. quaſi nundum ſe totos ſpectandos darent, nondum quaſi ex condicto erumpentes: quemadmodum vere ſolent, Sole Vernum æquinoctium ingreſſo, qualibus pingi prata Aprili menſe videmus; ſed latentes adhuc ex naturæ ſeuera lege in gemmis; quæ tamen ſolet alicubi in ea lege diſpenſare, apricis maximè locis, & Soli expoſitis, quibus oſtendi *Flores* ſolent, velut feſtinato editi partu ante ſuum tempus. Quæ eo etiam tendit obſeruatio, vt eo temporis articulo intelligamus, Eccleſiam inter ſpem tenuem, & malè tutam, metumque pendentem.

Nitſanim. Gemmæ turgentes nondum eductis floribus.

Apparere, quid ſit.

NOTATIO XXXVI.

TEMPVS PVTATIONIS ADVENIT.

I.

Hic de Vinearum putatione ſermo Non de collectione fructuum, Aut balſami inciſione. Aut ſegetum meſſe Eſt autem putatio ſterilium pampinorum deciſio. Inde multa à multis dicta, Quæ minus ad locum hunc accommodantur. Quidam de baptiſmo exponunt, Quo peccata delentur. Sed ea peccatorũ deletio, fuit omni tẽpore neceſſaria, Hic autẽ aliquid de nouo aduenisſe dicitur, Quod prius non aduenerit.

VARIE hanc partem à varijs verſam, & vtra lectio præponenda, alio diximus loco. De ſenſu autem Dramatico ſatis ibidem multa ſunt dicta; Vbi de *Vinearum putatione* Sermonem eſſe monuimus: non de collectione fructuum; quod voluere quidã, quæ non vere, ſed Autumno contingit: non de Balſami prouentu, qui non niſi adulta Æſtate ſolet prouenire; vt voluere alij: non tandem de Segetum meſſe,quæ etiam æſtate feruet; quod arbitrati ſunt Ambroſius, & Philo, qui legere: *Tempus ſecandi aduenit*: Vnde Hiſpani dicimus *Segar las mieſſes*. Qualis autem his verbis Dramaticus ſenſus ſubſit, magni intererat definire; inde enim per analogiam arcanus ſenſus eruendus eſt. Ergo quia *Vitium putatio* nihil eſt aliud, quam ſterilium palmitum quædam præciſio, vt latens adhuc in fęcundis virtus noui vigoris creſcat eceſſu;acutè à multis excogitata ſunt multa, quorum ſingula ſi acri cenſura examines, quantum ad ſententiam gratia, & vera reperias; quantum ad ſeriem interpretandi, minimè forſan amplectenda. Origenes Hom. 4. *De peccatorum per baptiſmum remiſſione*, qua quodammodo à bonis operibus ſeparantur, velut infructuoſa ſarmenta, ſuoque ſolum igne digna, interpretatur. *Amputantur enim*, inquit, *& exſecantur ab hominibus peccata, cum per baptiſmum donatur remiſſio peccatorum*. Hęc ſequuti Philo, & Caſſiodorus. At vero cum omni tempore, ac ſtatu Eccleſiæ hæc *Putatio Peccatorum* neceſſaria fuerit, nullo tempore, ac ſtatu homines deſtituti ſunt, præſidijs illis, atque armis, quibus exerceri poſſet. Et quanquam id & facilius,& melius per legis Gratiæ Sacramenta, quam per vlla alia legis Naturalis, & Scriptæ prouiſa à Deo remedia, tamen parum id eſt, vt propterea dictum hoc loco putas *Putationis tempus aduenisſe*. Cum id ipſum indicet, antea non veniſſe: quod verum eſſe non poteſt. Aliquid ergo dicturus es, quod ita in hæc verba quadret, vt prius non extitiſſe demonſtres.

Senſus Dramaticus horum verborum, de Vinearum putatione.
Ambroſius. Philo.
Segar, Hiſpanis pro metere, à *Seco*.

Origenes. Putatio peccatorum per baptiſmum.

Philo. Caſſiodorus.

Eccleſiæ nullo tempore negata remedia ad abolenda peccata.

II.

Alij ad reſecationem ſuperfluorũ retulere.

Perſpexere id alij, & vt hunc effugerent ſcopulum, ad reſecationem retulere,non tàm inutilium palmitum, quàm ſuperfluorum: nam & vitibus etiam, non modo infrugiri, ſed & ſæpe frugeri alioqui deputantur ſurculi, ſuiſque in Autumno racemis onerandi: ne ſi luxu-

Putatio ſuperfluorum palmitum myſtica, mortificatio.

Et ad mortificationum ſtudia,
Quæ legis gratiæ dos propria
Et propria etiam doctrina Chriſti
De rerum omniũ renunciatione.
De myſticis Eunuchis.
De odio propinquorum
De gladio à ſe in terram miſſo.
Senſus grauis.

luxurians vitis virtus minime caſtigetur, defecta paucis annis vis, ipſa progignendi contentione, tabeſcat, atque intereat. Hæc legis gratiæ propria eſt dos: hæc diuini Præceptoris diuina, nec antè audita doctrina, toto Euangelio ſparſa: hæc Chriſtiani hominis perfectio, ad quam Diſcipulos ſuos vocat, ac ſuo exemplo prouocat. Huc illa pertinent: *Qui non renuntiat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus* Luc. 14. 33. Et: *Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum*. Et: *Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum & Matrem, & Vxorem, & Filios, & Fratres, & Sorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe Diſcipulus*. Et: *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium; Veni enim ſeparare hominem aduerſus Patrem ſuum, & Filium aduerſus Matrem ſuam; Et nurum aduerſus* Socrum *ſuam; & inimici hominis domeſtici eius*. Sic Tres Patres, Iuſtus Vrgel. Hieronymus lib. 1. contra Iouinian. & Bernardus.

Chriſti doctrina de mortificatione.
Matt. 19. 12.
Luc. 14. 26.
Matth. 10. 34.
Tres Patres.
Iuſtus Vrg.
Hieronymus.

III.
Si ad Euangelij tempus hæc referas.
Sed nondum hæc ſapiunt Euangelium.

Hic ſenſus & grauis eſt, & facile aptatur ad verba. Et vero ſi hæc de lege Gratiæ interpretanda arbitrarer, huic ſubſcriberem, nam Patronorum authoritati multum debetur. Sed obſtant multa, quin adhuc hæc mihi Chriſtum, illiuſque doctrinam ſonent, niſi vero in typo, qua de re & alias dictum eſt, & proxima notatione forti, vt putamus, argumento oſtenſum eſt.

IV.
Ergo hæc diſcretione bonorum à malis accipiamus,
Quod quibuſdam placuit,
Licet de tempore aliter arbitramur
Huic ſenſui fauet Chriſtus,
Qui ſterilis palmites abſcindendos docuit.
Relinquendos in vita fecundos.
Vt maiores fructus afferant.

Aliorum ergo omiſſa ſententia, qui hæc ad diſcretionem bonorum malorumque, quę extremo die facienda eſt, retulere, eorum placet interpretandi ratio, qui ſimpliciter de ſecretione iuſtorum, peccatorumque in hac quidem vita, interpretantur; quanquam in eo non ſequimur, quod hæc ad tẽpora poſt Chriſti aduentũ referunt. Sic Theodoretus, & ex parte Tres Patres. *Amputantur enim*, inquit, *per fidem, & virtutem iſti noui à Spiritu renouante ab ijs, qui infidelitate; & malitia inueterati ſunt*. Quid autem hæc ſit myſtica *Putatio*, nemo melius Chriſto Magiſtro docuit. *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat*. Ioan. 15. 1. 2. *Putatio* ergo eſt hæc bonorum à malis diſcretio, manentibus illis in Chriſto per fidem, & caritatem, donec adoleſcant in maturos fructus: exciſis his, ne contagio bonos inficiant; abiectiſque in ignem, quo in fauillas ſoluantur, *Palmiti* enim aut *Vitis manet, aut ignis*, vt monuit ſubtiliter Auguſtinus Tract. 81. in Ioan.

Vinearum myſtica putatio, ſecretio iuſtorum à peccatoribus.
Theodoretus.
Tres Patres.
Chriſti doctrina de hac putatione.
Ioan. 15. 1. 2.
Auguſtinus

V.
Ea autem putatio triplex intelligi poteſt.
Sub eo ſtatu Eccleſiæ in Ægypto.
Aut de diſcretione Hebræorum, qui adhæſerant vanitati Ægyptiæ
Qui fortaſſe fuere non pauci.
Licet eius labis Scriptura non meminerit.
Potuit tamen cõtingere.
In tam longo conuictu cũ ea gẽte.
Hi ergo ſegregandi erant
Et in Ægypto relinquendi.

Atque ex his intelligimus, *Putationem* hic non alio referendam, quam ad ſecretionem Fidelium ab Infidelibus. In ea autem via, quam ingreſſi ſumus, triplice id ratione poteſt intelligi. Nam & ſermo eſſe poteſt de Hebræis ipſis, è quibus fortaſſe nonnulli, conuictu ac contubernio Ægyptiorum, eorundem exemplo à vero Dei cultu ad Ægyptias impietates traducti ſunt: nec mirum id fuerit, in tanto Hebræorum numero, totque annorum contubernio, tam procliui Gentis ingenio ad Idolorum cultum: nam ſi cum procul ab ea Gente, nullo iam cum illis commercio iuncti, nec alijs Sacris inſtituti eſſent, quã Iudaicis, tam ſæpe tamen eorum, quorũ regione exceſſerant, impietatem reuocabant; quid adeo mirum fuerit, dum inter illos verſarentur, non defuiſſe, qui vaniſſimæ ſuperſtitioni nomen darent. Ante latam certè legem multos de Iſraelitis ad impia Gentilium Sacra traductos, Abulenſis grauis Author affirmat. Et tametſi loco alio in magnis Dei beneficijs ei Populo præſtitis numerauimus, eam paternam, vigilemque curam, qua, ne in profanum dilaberantur cultum, præuenti ſunt, cum nullum legamus, cuius in ea re ſcelus, atque impietas toto eo tempore traducatur; fieri temen abſolutè potuit, forſitan & factum eſt, vt qui ſeſe turpi impietate macularent, non omnino deeſſent. Hi ergo, quicunque eſſent, in Ægyptios mores, cultumque degeneri ſenſu mutati, ſub ea temporis circunſtantia, qua excedendum erat, præcidendi ſcilicet à cæteris erant; ac, ne contagio damnum cuiquam pararetur, inter Ægyptios, quandoquidem Ægyptij impietatis erant, imitatione, reliquendi. Sic futurum ſcilicet, vt & illis idem, quod impiæ genti maneret ſupplicium, & piorum cætus purgaretur, vt fructum vberiorem afferret.

Hebræi Ægyptia ſuperſtitione imbuti ſecernendi a Fidelibus.
Hebræa gens prona in Gentilium Sacra.

VI.
Fauent voces Prophetarum
Qui ſub ſchemate Vineæ,
Inuecti ſunt in ſcelera illius populi,
Iſaias acriter & grauiter.
Nec minus dolenter, Ieremias ex Dei perſona
Et Moſes in Deuteronomio

Iuuat hanc interpretandi rationem Prophetarum forma ſermonis, qui ſæpe illi Populo futura prædixere ſupplicia; aut, quibus ſe confœderat, abiecere ſcelera, ſub *Vineæ* ſchemate de eo loquentes. Iſai. Cap 5. 5. Poſtquam ei ingrati vitium animi obieciſſet; *Et nunc*, inquit, *oſtendam vobis, quid faciam Vineæ meæ: auferam ſepem eius & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem; & ponam eam deſertam: Non Putabitur, & non fodietur: & aſcendent vepres, & ſpinæ; & nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem*. Et mox Parabolæ ſenſum ediſſerens: *Vinea enim Domini exercituum domus Iſrael eſt; & Vir Iuda germen eius delectabile; & exſpectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iuſtitiam, & ecce clamor*. Et Ierem. 1. 21. *Ego te plantaui Vineam electam, omne ſemen verum* (Hæc ad *Putationem* inutilium germinum refer) *Quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum, Vinea aliena?* (degenerans ab ea, quæ eras, vt aliena viderere) Eodem ſenſu Deuter. 32. 32. *De Vinea Sodomorum Vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ: Vua eorum vua fellis, &*

Prophetarũ de ea gente vaticinia, ſub ſchemata Vineæ.
Iſai. 5. 5.
Ierem. 1. 21.
Deut. 32. 32.

botri

Digitized by Google

Ac de Eccleſia ſub hoc ſtatu Dauid.
Et illius felicitate poſt exceſſum ex Ægypto.
Quin & Chriſtus accinit,
Itaque dubium minime eſt,
Populum Hebræorum Vineam eſſe,
Palmites autem, ſingulos homines.
Bonorum ergo à malis ſecretionem aduenıſſe dicit.

Pſal.69.9

Matth.21.33.

Vineæ Populus Hebræorũ, palmites ſinguli homines.

botri amariſſimi. Ac ne ab eo ſtatu recedamus, ad quem hæc Cantici verba referenda dicimus, Dauidem audi, de hac ipſa profectione loquentem. Pſalm.79. 9. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti; eiecisti Gentes* (Ex *Putationem* aliam) *& plantaſti eam, Dux itineris fuiſti in conſpectu eius; plantaſti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius Cedros Dei. Extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius.* Hæc eſt illius poſt *Putationem* vbertas. Accinxit & Chriſtus, qui totam Vineæ Parabolã Iudæorum Populo applicat, Matth.21.33. Itaque dubitare non poſſumus, *Vineam* Iſraeliticum eſſe Populum, *Vites* ſingulos homines, ſeu viros, ſeu fœminas. aut ſi *Vitem* Populum eſſe velis, palmites homines erunt. Sed putanda ſcilicet vitis erat, non niſi Fidelibus eius Populi ab infidelibus ſeiunctis: vt hi quidẽ in ſuis ſordibus perirẽt, ſteriles; illi, vberiores relaturi fructus, adhuc impenſiore cura fouendi. Hoc ergo aduenıſſe tempus, dicit, *Sectionis*, vt legit Ambroſius; *Putationis* vt cæteri; idque indicium eſſe aduentantis veris, ideſt, illius temporis, quod à ſe iam olim erat profectioni ex Ægypto deſignatum.

VII.
Si id non placeat, Interpretari poſſumus de Ægyptijs, Ad Iudaica Sacra traductis, Qui non fuere pauci
Et hi ſegregandi ab impijs erant.
Et cum Hebræis educendi.

Putatio myſticã ſub hoc ſtatu ſecretiõ Ægyptiorum, qui crediderunt, ab infidelibus.

Quod ſi, quia incertum eſt, an ex Hebræis aliqui ad ritum Ægyptium tranſierint, id, quod dictum de ſecretione Fidelium ab Infidelibus, minus probabile videatur; facile erit de illis accipere, qui, cum Ægyptij Gente eſſent, & in ea impietate nutriti, ad Iudaica Sacra ſuſcipienda vocati à Deo ſunt, ſicut interius mouente, ſiue Hebræorum exemplo prouocante. Horum enim ingentem fuiſſe numerum, ac ſimul cum Hebræis patrias reliquiſſe ſedes, ne ſuorum impietate, quam exuerant, fœdarentur iterum, ſupra monuimus. Horum ergo, qui iam alumni pietatis Iudaicæ erant, ideoque iam frugiferi palmites, in eam vitem inſerti, ſecretionem ab cæteris, qui patriæ impietatis ſordibus fœdabantur, adeoque non inutiles modo palmites, ſed & peſtilentes erant, *Putationis* nomine quin intelligamus, nemo prohibet: idque datum ſignum myſtici huius veris, temporiſque ad proficiſcendum deſignati. Atque hæc ſecunda eorum verborum explicatio eſt.

VIII.
Aut certè de Ægyptijs intelligemus ipſis,
Qui ſegregandi ab Hebræis,
Hactenus cum illis permixti,
Et relinquendi in Ægypto,
Hæc putatio erãt in proximo,
Cuius & Dauid meminit,
Sub nomine & iam Vineæ.
Non enim poterãt Hebræi ex Ægypto transferri,
Niſi ab ea gente ſecernerentur.

Putatio myſticã ſecretio Hebræi Populi ab Ægyptio.

Tertia forſitan facilius lectori probabitur. Nam certè dum in Ægypto Populus Hebræorum hæreret, velut vnus Populus cum Ægyptijs videbatur, eiſdem legibus politicis parens, ſub communi eiuſdem Principis imperio degens, eiſdem moribus viuens, ac per omnia Ægyptius, ſi vnam demas religionem. Erat ergo ex Ægyptijs, Hebræiſque multitudo omnis, velut grandis vna Vinea, quanquam non eiuſdem generis vitibus omnino plantata. Facienda ſecretio erat, & generoſæ inde vites, ac frugiferæ in pinguius ſolum transferendæ, educto ex Ægypto Iſraelitarum genere, & in vberes Chananææ campos traducto; relictis in eo ſolo Ægyptijs, velut inutilibus vitibus in ſterili gleba. Hanc *Putationem* appellat, eiuſque tempus aduenıſſe dicit; quaſi ex vtroque populo multitudo coalita, vnica vitis eſſet, cuius ſinguli homines eſſent palmites, frugiferi quidem alij, alij prorſus inutiles, ſteriliſque. Id intelliges, ſi memineris, quibus verbis Dauid eius tranſmigrationis meminerit, quæ tam apta in hunc locum ſunt, vt ei pro Commentario poſſint eſſe. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eiecisti Gentes, & plantaſti eam.* Pſal.79. 9. Pſal.59.9.
Nam tametſi illa: *Eiecisti Gentes, & plantaſti eam*, de ijs Populis accipienda ſunt, quibus deletis, in eorum Regna, ac poſſeſſionem Iſraelem induxit: nihil tamen prohibet, quin etiam de Ægyptijs interpretemur, à quorum conſortio Hebræum Populum, ne prauis eorum moribus inficerentur, euocauit. Hoc *Tempus Putationis aduenıſſe*, monet; neque enim transferri ex Ægypto poterant, quin ab ea Gente ſecernerentur, præciſis illis velut infelicibus palmitibus. Totum ergo id ad hortamenta ſpectat Dei, quibus ad profectionem parata omnia eſſe affirmat.

NOTATIO XXXVII.

VOX TVRTVRIS AVDITA EST IN TERRA NOSTRA.

I.
In Turture quædam virtutum Vmbra,
Pro cantu gemitus.
Quo ſignificari quidam putant, Sanctorum pios gemitus.
Qui licet multi vnus eſt gemitus,
Quia Spiritus S. vnus.

Turturis mores virtutum quædã rudimenta, Bernardus.

Vox Turturis; vox gemẽtium, Rom.8.26.

Origenes.

Turtur ſoliuagã auis,

HIC rurſus varietas ſententiarum nebulas intelligentiæ offundit: nam cum in Turturem multa ſint, velut virtutum rudimenta, & quaſi vmbræ, quiſque interpretum id ſequutus eſt, quod placuit affinitate aliqua rerum prouocante. Pro cantu aiunt *Turturi* gemitum eſſe: ideo Bernardus *Sanctorum gemituum Vocem* intellexit; ac ſolito acumine, ac pietate, cum gementes multi ſint, cur non *Turturum voces*, ſed *Turturis* auditam, quærit. Nec minus acutè ſoluit: Gemere quidem multos, atque aſſiduo gemitu Dei aures fatigare: Sed vno ſpiritu gemere, qui pro nobis poſtulat gemitibus inenarrabilibus. Rom. 8. 26. *Ita eſt*, inquit, *ipſe inducitur gemens, qui gementes facit; & quamlibet multi ſint, quos ita gemere audias, vnius per omnium labia vox ſonat.* Quoniam autem ſoliuaga *Turtur* eſt auis, & nemora, & ſyluas amans, & ſilentia ſolitudinis, eo traxit cogitatum Origenes, vt *Vocem Turturis*, *Sapientiã in myſterio abſcondita* (vt loquitur Paulus) *Doctrinam* intelli-

Digitized by Google

Qui genere docet, Aliter Origenes.

gat. *Hoc namque*, inquit, *indicat Turturis appellatio, quæ in ſecretioribus, ac remotis à multitudine locis, vitam tranſigit: aut deſerta montium diligens, aut ſecreta ſyluarum, procul ſemper à multitudine poſita.*

II.

Et alij aliter doctrinam Chriſti de caſtitate exponentes, Quæ vox non prius audita. Quam Chriſtus appareret. Olim hominibus ignota, Quibus dictum Creſcite, & multiplicamini.

Ambroſius. Auguſtinus. Hieronymus. Aponius. Rupertus. Bernardus. Vox Turturis doctrina Chriſti de Virginitate, antea non audita. Gen. 8. 17. Matth. 19. 12. Ambroſius.

Alio reſpexit Ambroſ.lib.de Iſaac,c.4.& ſer.6.in Pſal.118.Auguſtin.Hom.33.Tom.x. Hieronymus lib.x. contra Iouin. Sequuti bonos duces Aponius, Rupertus, Bernardus citatus. *Turturis vocem doctrinam* Chriſti *de Virginitate* interpretantes, ac de ea caſtitate, quæ eſt in conſilio, non in præcepto. Hanc Bernardus vocem non ante auditam docet, quam Verbum ex Virgine naſceretur. Nec ſine cauſa partum Virgineum *Turturibus*, aut Columbarum pullis redemptum, caſtitatis vtrumque teſſeram, alterum natura, alterum ætate. Olim quidem auditam vocem: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*. Gen. 8.17.& 9.1.7. Poſtea vero; *Sunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt, propter Regnum Cœlorum*. Matt.19.12. Vt prior vox terram hominibus impleuerit, poſterior Angelis Cœlum. Nam Virgines non Angelis ſolum ſunt ſimiles, ſed *Angelorum* etiam *Domino copulantur*; vt alicubi Ambroſius monet.

III.

Alij vocem Ioannis in deſerto malunt, Haud inepte, ſi hæc ad Euangelium referas. Quãquam hi non conſequenter loquuntur, Cum ſupra aduentum Spiritus Sancti agnouerint, Et prædicationis vocem, Quam Ioannes præceſſit. Et alioqui adhuc ſponſa domi hæreat, Quæ Apoſtolis prædicantibus. Iam in publico verſabatur. Et prædicationis vox audiebatur.

Vox Turturis Vox Ioannis. Tres Patres. Nyſſenus. Epiphanius. Pſellus.

Vtrumque coniunxere alij, & ſolitariam, & pudicam vitam, ideo maluere *Ioannem Baptiſtam* intelligere, qui *clamantis* ſe *vocem* eſſe *in deſerto*, interrogatus, reſpondit. Sic Tres Patres, Gregor.Nyſſen.Hom.1. in Cant. Epiphanius Hær. 59. & Pſellus: eoſque ſequuti quidam de Recentioribus, nec indocti. Et vero ſi hæc de Chriſti œconomia interpretare, ſatis aptè dici affirmes: cum Ioannis vox venturi mox Saluatoris ad prædicandum, qui innouaturus ætatem ſeneſcentem mundi eſſet, indicium certum fuerit. Sed miror virum doctum qui, cum ea, quæ paulo antè præceſſerant: *Surge propera Amica mea*, cum quibus hæc omnino connexa ſunt, de internis Spiritus Sancti vocibus, quibus Apoſtolos, poſt Chriſti aſcenſum in Cœlum, ad prædicationem hortabatur, interpretetur, non animaduerterit, hunc de Ioanne ſenſum non quadrare, cuius vox multo antè audita eſt, quam Spiritus illaberetur in Diſcipulos, quo ipſo tempore iam in viuis eſſe deſierat. Vigilantem hominem, ac raro dormitantem, attentiorem hic voluiſſemus: quemadmodum illos, qui in *Turturis voce Pauli*, aut *Apoſtolorum Euangelizantium prædicationem intelligunt*: Cum Sponſi voces ad Sponſam, adhuc domi clauſam, ferantur: Apoſtolis autem prædicantibus, iam Eccleſia verſaretur in publico; & domeſtico damnato receſſu, & otio, tota in negotio eſſet; nec eam vt ædes relinqueret, adhortari neceſſe eſt, quæ iam Euangelicæ ſono tubæ fora, & plateas implebat. Paulo autem Apoſtolo, tametſi *Turturis* ſimilitudo vtcunque quadrat, tempus non quadrat: cum eo tempore, quo is vocatus, & conuerſus, ad munus Apoſtolicum ſe accinxit, iam hyeme veteris legis intepeſcente, nouæ legis Ver blandum feliciora tempora reduxiſſet.

Eccleſia Apoſtolis prædicantibus, iam verſabatur in publico.

IV.

Omnibus autem obeſt, Quod ad Scriptoris ſcopum minime reſpexere, Qui in Turture ſolum indicium Veris conſiderauit. Id ergo obſeruandum eſt, Cum ad ſenſum arcanum transferas te.

Regula. Opus eſt ſemper reſpicere ad ſcriptoris ſcopum, qui hic eſt, notas Veris deſignare.

Atque omnibus his interpretationibus id maximè obeſt, quòd ad id quod in rem præſentem maxime facere videtur, earum Authores minimè reſpexiſſe videntur. Scriptoris certè ſcopus reſpiciendus erat; neque enim ille *Turturis* mentionem ingeſſit, aut quia ſoliuaga auis eſt; aut quia pro cantu gemitu implet ſyluas; aut quia caſtitatis eſt amans, ſideique in comparem ſeruandæ tenax: Sed quia Veris aduenientis indicium eſt; cum non antè reuertatur ad nos calidiores fugiẽs plagas, quã intepeſcere annus cœperit, Sole Arietem ingreſſo, atque ad æquinoctium Vernum properante. Quamcumque ergo ingrediare viam, id ob oculos verſari debet, vt quidquid *Voci Turturis* ſubeſſe notionis velis, id ſit, quod indicium ſit eius rei, quam Veris nomine ſignificari volueris. Cætera tametſi doctè obſeruata; & piè dicta, & acutè applicata, ad rem non admodum facient; &, apta quamquam alijs locis, huic difficile aptari poterunt.

V.

Nos facilius expedire rem poſſumus. Et hæc duplici ſẽſu interpretari. Primo. in Turture Moſem agnoſcentes, Qui vt Turtur ſtationes mutare ſolitus, Nam quanquam natus in Ægypto, Turbidis rebus, in ea regione, Propter cædem Ægyptij, Madianitarum petijt regionem.

Turturis vox, Moſis voces hortantis Populum ad libertatem. Moſes vt Turtur ſtationes mutat turbidis temporibus.

Hæreamus nos Interpretationis noſtræ filo, & quandoquidem hæc de ſtatu Eccleſiæ ſub Ægyptia ſeruitute, ſed iam de proximo blandiente libertate, interpretanda cenſuimus, videamus, quo pacto verba hæc intelligenda ſint, vt, cum iis, quæ ſunt tradita, non inuita nectantur. Ergo duplice ſenſu accipi hæc poſſunt. Primo, ſi in *Turture Moſen* agoſcamus, Dei miniſtrum ad tantum facinus aggrediendum, peragendumque. Quod ne cui mirum videatur, aut nouum, Salomonem Larrhium producimus Authorem, Hebræum quidem, ſed inter Hebræos non minimæ authoritates. Qui in *Turturis vocem magni ductoris vocem* agnouit. Nec ſua deeſt rei ex analogia ratio. Nam *Turtur* auis eſt ſolito ſtationes mutare, & à nobis ſub æſtatis finem recedens, appellente Vere redit. Fugit itaque frigidioris tempeſtatis incommoda, cum recedit, nam præſagiente natura in proximo eſſe diuinat: quærit rurſum blandioris auræ commoda, eadem illa natura arcanis motibus edocente, calidæ regionis futurum Æſtate ardorem. Sic fit vt nuntia habeatur Veris, quæ non niſi aperire ſe incipiente anno, & aere intepeſcente, poſt liminio redit. Vide nunc Moſen hos *Turturis* mores vel imitantem, vel exprimentem. Natus adultuſque in Ægypto, immo & educatus in Pharaonis Aula, turbidis tamen temporibus velut ſæuiente coactus Hyeme, Solum vertit, atque ex Ægypto petijt Madianitarũ Regionem, tunc quidem blandiore, ac ſuauiore ſecuritatis aura reſpirantem. Exo.11.14. Exo.2.14.

Cæſo

Digitized by Google

Quaſi hyemem fugiens. Aut Æſtatis certe ardorem. Appropinquante ſenſim Vere. Mortuis, qui illius vitam quærbant.

Cæſo Ægyptio faciente fratri iniuriam, *Timuit Moyſes, & ait; quomodo palam factum eſt verbum iſtud? Audiuitq; Pharao ſermonẽ hunc; & quærebat occidere Moſen: qui fugiens de conſpectu eius moratus eſt in terra Madian.* Sed miteſcere iterum incipiente tempore, ſenſimque appropinquante Vere, ac luce libertatis exoriente Hebræis, in Patriam poſtliminio regreditur, hortatore Deo, ſuum Populum in libertatem aſſerturus. *Vadam,* inquit, *& reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam, ſi adhuc viuant.* Exo. 4. 18. Hæc ille ad Socerum: Deus autem ad illum: *Vade, & reuertere in Ægyptum, mortui ſunt enim, qui quærebant animam tuam.* Verſ. 19.

Exo. 4. 18. 19.

VI.

Nec in cæteris diſſimilis turturi, Nam & ſolitudinis amans, Et pudicitia amicus. Vnicam duxit vxorem. Nec mortua illa aliam duxit. Et poſtquam cum Deo conuerſari cæpit, Ab vxore ſecubuit. Et ſæpe iratum numen in Populum Gemitus, & prece placauit.

Quod ſi & dotes alias, quas in ea auicula homines commendamus, in Moſe quæras, facile intelliges, non vnam eſſe cauſam, cur *Turturi* comparetur; nam & ſolitudinis amãs, montium ſola loca, & reductarum vallium ſinus, & vmbroſa ſyluarum quærere ſolitus, greges ſoceri ductabat, quo factum, vt Dei conſortio dignus haberetur; qui, vt ſolus Deus eſt, ſic ſolitudine delectatur. Sed & caſtimonia inſigni pudicitiam coluit, vnica ducta vxore Sephora, quam, tametſi colore fuſcam, & Gente Madianitam, ita vt exprobrarent ei fratres, quod talem duxiſſet, tamen & impensè amaret, & ſtudioſè coleret, eaq; mortua aliam non duceret: quod ex Hebræorum traditione notauit Genebrardus in Chron. Sub initium quarti ſæculi. Cumque de vxore duos liberos ſuſcepiſſet, Gerſam, ſiue Gerſom, & Eliezer, apud ſocerum adhuc verſans, nullos ſuſcepiſſe alios memoratur, quia ab eo tempore, cum frequenter cum Deo ageret, gignendis liberis non vacauit, ſed ab vxore ſecubuit. Notauit Epiphanius Hęr. 78. Viduas ergo caſtaſque noctes ab eo tempore egit, vt cui fas erat facie ad faciem cum Deo colloqui, nullo carnis etiam licito contagio fœdaretur. Habes in Moſe *Turturem* pudicum, & poſt conſortis mortem cœlibem. Quod ſi *Turturi* pro cantu gemitus eſt, ne in eo quidem diſſimilis fuit Moſes. Nam quoties ab irato in Populum Deo, eumque delere volente, arma de manibus & multa prece, & *Gemitibus* repetitis detraxit? Quoties dura natio in interitum ijſſet, niſi oratione ſua delinitum Deum coegiſſet mentem ad mitiora transferre?

Moſes turtur ſolitudinis amator, & caſtimoniæ.

Moſes apud Deũ frequens abſtinuit ab vxore, & ea mortua aliam non duxit.

Moſes gemebũdus, & mitis vt Turtur.

VII.

Sed Turturis vocem audi ſonantem, Et gentem ſuam inuitatam ad libertatem. Editis Dei nomine ſignis Quibus habita tandem fides. Quoniam nullũ aliud ſignum certius, felicitatis proxima.

Sed accedamus propius, & *Vocem Turturis*, Veris proximi ſignum, audiamus. *Veni*, inquit Dominus, *& mittam te ad Pharaonem, vt educas Populum meum Filios Iſrael de Ægypto*. Exo. 3. 10. Et: *Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque te, quid loquaris.* Exo. 4. 12. Obſequutus autem Aarone comite Dei mandatis. *Venerunt ſimul, & congregauerunt omnes ſeniores Filiorũ Iſrael, loquutuſq; eſt Aaron* (vt interpres Moſis) *omnia verba, quæ dixerat Dominus ad Moſen; & fecit ſigna coram Populo, & credidit Populus: audieruntque quod viſitaſſet Dominus Filios Iſrael; & quod reſpexiſſet afflictionem eorum; & proni adorauerunt.* Poſt auditam ſcilicet *Turturis vocem*, adueniſſe Ver libertatis credidere. Nullum enim certius mutãdæ mox fortunæ ſignum, quam Moſis illæ voces repetitæ, quibus Genti ſuæ conteſtabatur, & ſeruitutis adeſſe finem, quam duriſſimam perpeſſi fuerant, & initium fauſtiſſimę libertatis, ad quam Deo authore vocabantur. Atque hęc probabiliter diſputata ſint.

Exo. 3. 10.

Exo. 4. 12.

Moſis vox futuræ libertatis nũtia.

VIII.

Quibus hæc minus probatur, Quod noua ſint, Quanquam liberum cuique eſt ſuum ſenſum promere, In argumento difficili.

Sed erunt forſitan, quibus hæc minus probentur, vel propterea quod noua ſint, nec à quoquam noſtrorum, quantum meminiſſe poſſumus, prodita: tametſi in re, vt apparet, difficili, & implicata, nullius ſenſus, licet nouitate ſuſpectus, neglidendus eſt, in hoc maximè commentandi genere in quo velut in libero campo, nec vllis metis incluſo, liberius Veterum, ac Recentiorum ingenia hactenus euagari permiſſa: dummodo talis ſit interpretatio, vt & verbis aptè conueniat, & digna Spiritus Sancti magiſterio ſit: digna autem erit, ſi locis alijs Sacræ Scripturæ per planiora verba tradatur. Sed videamus tamen, an dicere aliquid poſſimus, quod nauſeanti ad alia Lectori excitet guſtum.

Quomodo liceat cuique ſuum ſenſum promere in hoc interpretãdi genere.

IX.

Habent, qui vocem Chriſti turturis eſſe vocem dicunt, Aut Spiritus S. Quamuis non facile hærere huic loco poſſunt. Quamquam Origenes fauet, Quam Spiritum Sanctum alias Columbam, Alias turturem eſſe vult. Alterum, cum facilia ſuggerit. Alterum cum difficilia, & grandia reuelat.

Vocem Turturis Chriſti vocem interpretatus eſt Cyrillus Alexandrinus lib. 15. de Adorat. Alcuinus, & Angelomus id etiam ſequuti ſunt, hoc loco: Theodoretus autem, *Spiritus Sancti voces*, quem dictum *Turturem* vult, propter ſolitudinis amorem, & ſtudium nidificandi in locis ſemotis nemorum, montiumque: atq; in eũ ſenſum trahit verba illa Pſal. 83. 4. *Paſſer inuenit ſibi domum, & Turtur nidum ſibi, vbi reponat pullos ſuos.* Nos eos eſſe pullos, per baptiſmum excluſos, ac genitos. Domum autem, & nidum altaria, in quibus, & alimur, & nutrimur, & plumas induimus, donec paulatim ad perfectionem adoleſcamus. Hæc autem quomodo huic loco aptentur, nec ſatis ipſe explicat, nec facile intelligitur. Præceſſit Origenes, qui *Turturem* eſſe vult *Spiritum Sanctum*, qui & Columba ſit dictus, propter non vnum cum hominibus agendi modum. *Spiritus enim Sanctus, quando de magnis, & occultioribus Sacramentis, & quæ multi capere non poſſunt, loquitur, in Turturis appellatione ſignatur; id eſt, eius auis, quæ ſemper in montium iugis, & in arborum verticibus commoratur. In vallibus autem, & ijs, quæ ad homines vſque perueniunt, Columba aſſumitur.* Ideo ſuper Chriſtum in Iordane velut Columbam deuolaſſe, ad hominem ſcilicet inter homines, & quidem peccatores. Velut *Turturem* viſum Moſi, & vnicuilibet Prophetarum, recedentium in montes, & deſerta, & ibi accipientium ſermones Dei. Quæ quanquam acutè excogitata ſunt, nec aptè in hunc locum quadrant, cum non explicet, quop acto

Cyrillus Alex. Alcuinus. Angelomus.

Spiritus Sanctus Turtur.

Pſal. 83. 4.

Origenes. Spiritus Sanctus Columba, & Turtur.

Matth. 3. 16.

Turtur

Sed neque hæc ſolida ſunt, Nec apta huic loco.

Turtur Veris aduenientis ſignum ſit, ſi *Turturis voce Spiritus Sancti voces* intelligamus: nec omnino ſolida ſint, nec certum diſcrimen: cum nuſquam tota ſcriptura legamus *Turturem* figuram eſſe Spiritus Sancti, aut ſub *Turturis* ſpecie apparuiſſe.

X.

Id tamen docemur ab his Authoribus, Deum non inepte ſignificatum in Turture, Tum maxime, cũ ſolitudine delectari ſolitum. Vt cum Moſi de rubo loquutus. Et per eum Eccleſiam repetitis vocibus euocauit. Cui enim ſemper adhæſit Et libertatis indicium fecit, Vtpotè qui tempus aptũ probè noſſet. Ab initio conſtitutum. Tunc ergo Turturis vox ab Eccleſia audita eſt.

Deus Turtur non ineptS dictus; quia ſolitudinis amans.

Et quia vnius Eccleſiæ ſponſus.

Et quia libertatis à ſeruitute nuntius.

Sed id tamen ex horum Interpretum ſententia conficitur, *Deum* ipſum *Turturis* ſchemate ſignificari non incommodè poſſe: ſiue Verbum ipſum perſonam ſecundam Trinitatis, ſiue tertiam Spiritum Sanctum, ſiue Deum ſimpliciter intelligamus. Nam & id maximè in rem facit, quod Origenes in Deo, Moſi de rubo loquente, *Vocem Turturis* agnoſcit. Id ergo nunc ſequamur. Certe ſi ſoliuaga auis *Turtur* eſt, ſecreta amans ſyluarum, & vmbroſa conuallium, & ardua montium, vnde voce repetita per interualla crebra cõparem ad conuiuendum inuitat: nihil impedit, quin eo nomine Deum ipſum intelligamus de interioribus deſerti aduocantem Moſen, ac amicè alloquentem, ac per interualla Eccleſiam illam, per eundem Moſen, inuitantem, ad excedendum ex Ægypto, ſeque per deſerti ſolitaria ſequendum. Quid enim tot illius repetitas eſſe voces dicas, quam *Turturis gemitus* comparem allicientis? Accedit, quod ſæpe obſeruatum eſt, *Turturem* vni adhære ſolummodo, pudicumque torum ſeruare ad mortem vſque; quod & Deo mirè conuenit, in vnam Eccleſiam omnem vim caritatis conferenti; quod & ſupra ſæpius, & ſæpiſſime infra toto Cantico profitetur. Quod ſi *Turturem* memineris *Veris* eſſe *prodromũ*, ac velut ante ambulonem, quo ſenſu maximè loco hoc de eo fieri mentionem, monuimus, habes cauſam potiſſimã, cur Deum, Eccleſiam ad profectionem inuitantem, *Turturem* compellatum probes. Nam certè nouerat ipſe altiſſima ſua, ac perſpicaciſſima Sapientia tempus oportuniſſimum ad exceſſum. Adeoque nullus eo certius facinoris illius patrandi articulum poterat deſignare. Cum ergo vox illius & ſemel & iterum auribus inſonat, aduocantis ad diſceſſum, hortantiſque ad feſtinandum, Verè ab Eccleſia *Turturis vox audita eſt*, Veris temperiem indicantis, atque oportuniſſimum tempus, quo *Hyemis* ablegato horrore, ſuauior aura ſpiraret, ac lætiores dies redirent. Is ergo horum verborum ſenſus videtur probabilis, quem & in Commentario indicauimus.

VERSVS XIII.

FICVS PROTVLIT GROSSOS SVOS: VINEÆ FLORENTES DEDERVNT ODOREM SVVM. SVRGE AMICA MEA, SPECIOSA MEA, ET VENI.

COMMENTARIVS.

PERGIT Deus ſtationem oportunam ad profectionem ex adiunctis, ac comitantibus monſtrare. *Groſſos* in *Ficulnea turgere cæpiſſe*, quod extremo Martio, aut initio Aprilis contingit, *Vineas florere* cœpiſſe, atque odorem ſpargere, quod incipiente Maio ſolet fieri. *Ficum* autem ſynagogam eſſe conſtat, ideſt Eccleſiam illam ſub Moſe. Quod ſi *Ficus* ille eſt Eccleſia, *Groſſi* Fideles illius populi erunt, qui Moſi ex nomine Dei mandata promenti de profectione, primi aſſenſi ſunt, alijs hærentibus, & dubitantibus. Hi præcoqui fuere fructus, quamquam nondum plenè maturi, certè ſuo tempore percoquendi, vt guſtari à Deo poſſent. Tales Moſes, & Fratres Aaron, & Maria, Tales Aaronis filij, immo & Moſis, qui quanquam ex Madianita nati fauore Patris Leuiticam allecti in tribum ſunt. 1. Par. 23. 14. Tales Ioſue, & Caleb, & alij, qui non defuiſſe in eo populo credendi ſunt, qui vt multum authoritate in eo populo valebant, ita tempus adeſſe confirmabant, quo Deus decreuiſſet ſuam Gentem à ſeruitute duriſſima, ſub Pharaone liberare. Adijcit, & *Vineas florere cæpiſſe*, quo idem alia ſermonis forma confirmauit, Nam Eccleſia illa Latifundium quoddam erat, in multas tribus, vel familias velut priuatas *Vineas* diffuſa, in quibus multorum ſpes futuræ felicitatis florere iam cœperat, quod argumentum aliud erat proximæ commoditatis ad profectionem. Adijcit demum & hortatorias voces, blanditijs repetitis, vt argumentis conuicta tandem aſſentiatur monenti, & inuitanti.

Digitized by Google

ENARRATIO.

QVOD ſi non ſatis tibi perſuaſum eſt, adueniſſe tempus, quoad profectionem parata omnia dixi, & adhuc vlterius noua argumenta deſideras: intuere primores tui Populi, quibus & prudentius iudicare, & ſtabilius conſtituere tributum eſt, quali, quantaque animi alacritate, ac promptitudine dictis meis fidem habuerint. Quantam in ſpem, nec vanam, erecti, ſignum exſpectent abeundi. Sic Ficulneorum primalis fructus, ſeſe in ramis oſtendentes, priuſquam enaſcantur folia, tepidi temporis indicia faciunt, & adueniſſe teſtantur Ver placidum, tranſacto omni horrore Hyemis. Horum ergo vel ſequuta, vel imitata exemplum, alacris, ac parata, colligere vaſa incipe. Quin & per omnes tribus ſparſi multi, quos libertatis à dura ſeruitute vota pungunt, horam illam præſtolantur, qua ſublato ſigno inuitentur ad profectionem. Et inter dubitantium, hærentiumque, nec ſatis credentium examina, firma fide ſpem ſuſtentan, de proximo iam videntem: & tametſi nondum de fructu maturo licet guſtare, in flore tamen fructum meditantur, & odore admonentur florum, properare tempus frugibus maturandis. Sic nempè agricultor in florentibus Vineis, atque odorem latè ſpargentibus, opimum Autumnum cogitat, & ſpe futuræ vbertatis recreatur. Eia Amica mea, quid mea vota fruſtraris? Eia fœminarum Specioſiſſima, quid adhuc negas aſpectum? O! rumpe tandem moras: & facinus grande aggredere. Nihil, niſi alacri ſuſceptum animo, ſucceſſu beatur.

NOTATIO XXXVIII.

FICVS PROTVLIT GROSSOS SVOS.

SVM.COM.

I.
Nectendi facilis ratio.

II.
Ficus Synagoga eſt.
Ex authoritate Chriſti.
Qua ideo areſacta.
Quòd nullum fructum iam ferret.
Itque id dubiæ quæſtionis non eſt.

III.
De Groſſorum autem ſignificatu ardua quæſtio eſt.
Quidam Synagogæ fructus immaturos, volunt.
Sed Ficus areſacta eſt, quod nullos ferret.
Non quod immaturos.
Alij malunt ex circumciſione fideles.
Alij ſcripturæ ſenſus carnales.

NECTERE hæc cum ſuperioribus, nullius negotij res eſt. Factum id ſatis in Commentario, nec maius ſtudium requirendum. De ſenſu ſi quæcumque à quibuſcumque ſunt dicta, referre velim in Chartas, dies me deficiat. Præcipua quædam de more notanda, atque cenſenda.

Ficum Synagogam multi accipiunt, quæ grauium virorum ſenſu ſententia probata eſt. Omnibus autẽ vna Chriſti de *Ficu* Parabola Luc.13.6. in qua plerique Synagogam ſignificatam putant, acuit intelligentiam. Ambroſius in Luc. Thophilus Alex. lib. 3. Allegor. Beda, Euthymius, Theophilactus. Et quod de areſacta *Ficu*, quod fructu careret, ad Chriſti vocem, narrant Matth.cap.21. 19. & Marc.cap.11. 13. Quo loco *Ficum Synagogam* eſſe, quæ ideo deleta eſt, quod fructum iam nullum, tanquam ſenio defecta virtute, ferret, dubiæ quæſtionis non eſt. Id ergo ponamus ex horum Interpretum ſententia. Sic Ambroſius lib. de Iſaac cap.4. Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, Hieron. lib.1. contra Iouin. Bernardus ſerm. 60. in Cant. Iuſtus Vrgel. Tres apud Theodoretum Patres, Philo Carpath. Aponius, & de Recentioribus quidam non indocti.

Sed de *Groſſis* ardua quæſtio, quid arcano ſenſu ſignificent. Quidam, quia non niſi deciduos naſci arbitrati ſunt; *Groſſorum* appellatione in deteriorem partem ſumpta, variè diſtracti ſunt. Ambroſius Synagogæ fructus, vt immaturos, diciduoſque, ab Eccleſiæ maturis, percoctiſque diſcriminat. *Quid*, inquit, *dubitas, quia dixit Groſſos? Priores diſcutit, vt poſteriores meliores adſerat: Sicuti Synagoga fructus abijcitur, Eccleſia autem renouatur*. loco citato. *Ficum* Dominus maledictione peremit, non quod immaturos, ac deciduos fructus, ſed quod nullos haberet omnino. Et alioqui ſententia hæc, *Groſſos* ad maturitatem non perduci ponit, nec edules eſſe, quod falſum eſt. Beda autem apud Caſſiodorum, *ex Circũciſione Fideles* intelligit, adhuc Iudaica Sacra tenentes, ac Moſen cum Chriſto iungentes, qui magis delectabantur Legis authoritate, quam Euangelij ſuauitate. S.D.E. *Æmulantur vos non bene: ſed volunt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur*. Galat.6.13. Sed & hi eadem ratione vrgentur, quemadmodum & Anſelmus, qui *Inanes fructus* intelligit, qui ſunt ſecundum carnalem intelligentiam legis, nec perueniunt ad maturita-

Ficus Synagoga ex doctrina Chriſti eſt.
Luc 13.6.
Ambroſius.
Theoph. Alex.
Beda.
Euthymius.
Theophilactus.
Matth.21.19.
Marc.11.12.
Ambroſius.
Caſſiodorus.
Beda.
Anſelmus.
Hieronymus.
Bernardus.
Iuſtus.
Tres Patres.
Philo
Aponius.
Groſſi Synagogæ fructus immaturi.
Ambroſius.
Ex circunciſione fideles.
Beda.
Gal. 6 13.
Anſelmus.

Digitized by Google

turitatem. Quod ſumpſiſſe ex Hieronymo videtur lib. 1. contra Iouin. Eodem cenſu cenſe Bernardum, ſerm. 60. in Cant. qui hæc, mirabili certè ſenſu, ad Chriſtum Cruci ſuffixum refert, quod Synagogæ poſtremum opus, ſed immaturum, & peſtilens, eduxit, velut *Groſſum* nunquam ad maturitatatem percoquendum. Adeoque, cum in Cruce Chriſtus dixit: *Conſummatum eſt*, Ioan. 19. 30. dicere potuit: *Ficus protulit Groſſos ſuos*. Cum iam videlicet illius populi legitima euaneſcere cœpiſſent, vt nouis ſuperuenientibus, vetera abijcerentur: haud aliter, quam, quo modo *Groſſi* decidunt, Suborientibus Ficubus bonis. Sed ſententiam hanc non agnoſcentem niſi deſides, atque euanidos *Groſſos*, alio loco confutauimus, ex re ipſa, & ex ſcripturæ vſu. Quin ſi attente conſideres, Eccleſia ſub Moſe, cum de *Groſſis* admoneretur, velut *Amica* tractatur, immo & *Specioſa* dicitur; ne hæc trahas ad Synagogam cum mox delerenda erat.

Bernardus ad cru cifixionem Chriſti refert, Quod opus poſtremum ſynagogæ Sed immaturum, & deciduum Verum hoc loco de groſſis deciduis ſermonem non eſſe, Suo loco confirmatum eſt.

Hieronymus: Bernardus. Extrema opera ſynagogæ in crucifixione Chriſti. Ioan. 19. 30.

IV.

Alij primos diſcipulos intelligunt, Aut Ioannis diſcipulos. Quæ ſatis apta loco huic. Si de Gratiæ tempore ſermo eſſet Alioquin Apoſtoli non ſynagogæ filij ſed Eccleſiæ.

Ex his qui *Ficum* Synagogam accipiunt, Aponius, & Philo *Groſſos primos Diſcipulos*, ad Chriſtiana ſacra vocatos è Iudaiſmo, accipiunt, quos effœta iam virtute, & mox moritura mater, quaſi poſtremo conatu peperit. Tres autem Patres, *Ioannis Diſcipulos*, qui appropinquante Chriſto, vero ſcilicet Sole, percocti, baptiſmoque Ioannis abluti, aduenientis iam Veris nouæ legis indicia fuere mortalibus. Probabiliora hæc ſunt, & ſatis commodè huic loco aptantur, ſi de Chriſti aduentu pergas interpretari. Sed prius illud de Apoſtolis minus videtur eſſe probandum, cum ij non verè Synagogæ fructus, ſed Euangelij fuerint, Alioqui Synagoga ſub ſchemate *Ficus*, alibi *areſacta eſt*, alibi *exciſa*, quòd nullum redderet fructum. Hæc ergo intelligi de Sinagoga non poſſunt, ſub eo rerum ſtatu, quo de illius mox cineribus ſurrectura Eccleſia erat.

Tres Patres. Groſſi diſcipuli Ioannis, ad Chriſtum adducti.

Apoſtoli non ſynagogæ fructus, ſed Euangelij.

V.

Alij de Chriſtiana Eccleſia exponunt Et groſſos martyres eſſe volunt Alij Eccleſiaſticas dignitates, Non interpretatione, ſed accommodatione ſequitur Quorum pietas veneranda, Senſus minime probandus.

Qua forſitan ex cauſa alij maluere hæc de Chriſtiana Eccleſia interpretari. Sic certè Gregorius, & Bernardus. Sed magno diſcrimine. Nam illi *Martyres* placuere, ab Eccleſia velut fœcunda arbore ad patriam æternam, in ſui Sponſi menſales primitias, delitioſque præmiſſos. Hic autem mirabili prorſus ſenſu *Groſſos Eccleſiaſticas dignitates*, atq; honores. *Ficus* autem *Beatitudinis Sedes* interpretatur. Et: *Caueant*, inquit, *qui primas Cathedras amant, ne contingat carere ſecundis: & qui primos nunc recubitus eligunt, incipiant cum rubore locum tenere nouiſſimum*. Sed hæc non tam ab Interprete, quam declamante ſunt dicta: & quæ in alium dicta fuere ſenſum, ad vtilitatem audientium piè accomodante ſimilitudine quadam. Bernardi ergo pietatem, ac doctrinam veneramur ſcilicet, ſenſum autem ſequi non poſſumus, vtpote loco huic minimè cohærentem. Qua ratione accipiendus idem Bernardus ſermone 60. in Cant. circa finem; & initio ſermonis eiuſdem, quem legere ipſe, ſi velis, potes.

Gregorius. Groſſi Martyres

Bernardus.

VI.

Alij demum Ficum legem Groſſos ſenſus ſpiritales intelligunt. Sed neque id literale

Poſtremò Origenes hom. 4 in Cant. *Ficum Legem* intelligit, & *Groſſos ſenſum ſpiritalem*, quem non ante, latentem, protulit, quam aduenientis Chriſti calore vires, torpentes hactenus, excitari ſibi ſenſit. Sed hoc allegoricum eſt, nimiſque ſubtile, qualia pleraque illius Authoris, qui amat plerumque ingenij ſublimis alis ſublatus, ſe altiori, paucos habituros ſectatores.

Origenes: Ficus lex, groſſi ſenſus ſpiritales.

VII.

Difficillimus ergo locus. Sed non amouendi oculi à ſcriptoris ſcopo. Qui in Groſſis, & florentibus Vineis, Veris indicia deſignauit. Sicut prius fecerat ex adiunctis Groſſi ergo myſtici ſignificant proximæ libertatis.

Hinc intelliges, locum hunc nemini non viſum arduum, & quæſtionem habere moleſtam: ne mirum ſit ſi nos in tantis tenebris, manuum potius iudicio, quam oculorum inſpectu veram ſemitam exploremus. Ea autem regula loco hoc etiam obſeruanda, quã locis tradidimus alijs: id quærendum in *Ficu*, & *Groſſis* eſſe, quod aptè conueniat, non in eas ſolum res, ſed à ſcopo Sacris Scriptoris non abſcedat. Scopus autem, vt alibi notatum eſt, alius non eſt, quam ex adiunctis oſtendere, egrediendi ex abdito domus in libertatem agrorum tempus eſſe maximè opportunum. Eo pertinet Veris deſcriptio, tam otioſe quæſita, factis earum rerum indicijs, quas vel conſequitur anni ſtatio temperatior, vel certè comitatur. Præceſſiſſe Hyemem dixerat, atque imbres diffugiſſe, qui frigidum annum infamant; apparere cœpiſſe Flores, ac putatas Vineas, tum Turturis auditam vocem: addit nunc *Ficum Groſſos proferre, Vineas florentes* cœpiſſe *Odorem ſpargere*: quod omnino ſolet Aprili ineunte contingere. *Groſſorum* ergo appellatione aliquid intelligere oportet, quòd cum ea re, quam *Veris* nomine ſignificandam arbitramur, cum habeat connectionem, quam *Groſſorum* cũ *Vere* productio, niſi ab ſcopo Scriptoris aberrare velimus.

Ficus, & groſſi poſiti hic pro Veris indicis.

VIII.

Sit ergo Ficus ea Eccleſia. De qua multi dubia fide credidere Moſi. Alij nec pauci firmius Quales Aaron, Maria, Ioſue alij. Hi ergo groſſi ſũt,

Sequamur in ea parte communem interpretationem: dicamuſque *Ficum Hebræorum eſſe Eccleſiam*, ſed in illo adhuc ſtatu, cum profectio ex Ægypto eſſet in proximo, verſantem. Credidere quidem plerique hortanti Dei nomine Moſi, libertatis tandem tempus aduenisse: Sed inter ſpem, metumque incerti, adhuc animo fluctuabant, haud ſatis credentes affirmanti. Itaque infirma admodum fide vacillantes, puerorum more, ex vno in alium ſenſum facile mutabantur. Hos inter non defuiſſe, qui firmius adhærerent, haud dubij de re tanta, & vocanti Deo, & adhortanti Moſi, etiam certum eſt, quorum ſenſus, etiam cum res tota diſturbari videretur, non facile vacillaret. Tales Moſes ipſe, & Aaron, & Ioſue, & Caleb, & eorum vxores, alijque de primoribus, ac pietatis Iudaicæ obſeruantioribus, quibus Deus maiorem ſui notitiam indiderat, & animos ad aſſentiendum parauerat.

Multi credidere Moſi, ſed dubia, & infirma fide.

Multi fide ſtabili, etiam in dubijs euentibus.

Digitized by Google

uerat. Horum ergo Fidem, nullo contrariorum flatu ventorum deciduam, & tunc primum de Ficulnea illius Eccleſię germinantem *Groſſorum* nomine deſignatam arbitramur: indeque factum iudicium blandioris temporis imminentis. Et certè bonorum exemplū virorum quantum valeat ad vulgus promiſcuum permouendum, & in meliorem partem mutandum, continendumque: Si maximè exemplis addantur verba, nemo non nouit. Et alioqui, quid ij ipſi poſtea præſtiterint, cum longi itineris pertæſus populus, pauiduſque reditum in Ægiptum cogitaret; qualibus verbis, animiſque compeſcere multitudinis murmur conati fuerint; ac in meliorem ſpem deiectos Gentis animos erigere, narrat Sriptura, Num. cap. 13. & 15. Senſus ergo erit. Nec modo *Turturis audita vox*, ideſt, *Moſis ipſius adhortationes authore Deo*, quibus Eccleſia illa ad pileum vocabatur, immo & Dei ipſius *Voces* è locis deſertis per inter nuntium ſuum eam, velut comparem, moxque futuram Sponſam per legem, inuitantes ad libertatem agrorum, montiumque ſilentia, & aeris purioris hilaritatem: Sed cœpere etiam ex arbore illius Eccleſiæ primuli fructus, ac veluti *Præcoces Ficus*, apparęre, viri ſanctitate inſignes, ac Fide in Deū firma & ſtabili, qui nullo aduerſo flatu deijci potuère de ſtatu, cogique, vt cæterorū promiſcuū vulgus, vt de Dei promiſſis dubitarent. Ideſt: *Ficus protulit Groſſos ſuos.* Nec ſine cauſa horū meminit, ſub ſchemate *Ficuū præcoquarū*. Tū quia magni intererat intelligere, nō omnes *deciduos* fuiſſe *Groſſos*, ac quolibet vento cedentes, ideſt, promiſcuam Plebem mali firmam, ac facile commutandam, atque inter ſpem, metumque incerta ſorte flectuantem: Sed ſtabiles multos, ac firmitèr ſuis ramis hærentes, Fide, & Caritate in Deum, quorum exemplo, & verbis cæteri animarentur, & meliorem ſenſum induerent. Tum etiam, quia eorum inter cæteros, velut plenam maturitatem conſequutorum fructuum ſuauitatem deguſtans Deus, gratiſſimo ſapore delectabatur. Sic dicebat alias ille: *Quaſi Vuas in deſerto, inueni Iſrael; quaſi Prima poma Ficulneæ in cacumine eius vidi Patres eorum.* Oſeæ 9. 10. Quo loco pro *Primis Pomis* in Originibus legimus vocabulum *Bicurah* quo etiam nunc nomine noſtrates Valentini *Groſſos* appellant, ex conſuetudine Arabum, qui non ante multos annos cōmuniter habitarunt, atq; linguæ cōmercio patriā infecere. Habęs in his Oſeę verbis, & *In deſerto vuas, & in Ficulnea Groſſos*, ac vtriuſq; vocis arcanū ſenſum, qui litteralis eſt. Vt poſt tantam lucem nullis tenebris obſcurari veritas poſſit: nec dubitare quiſquā quin hoc loco viri pietate, & fide inſignes *Groſſorum* nomine deſignari videantur valde probabilitèr.

Primuli ſcilicet Eccleſiæ illius fructus.
Et Veris myſtici indicia certa.
Nam bonorum exemplum momenti magni eſt.
Ad continendos dubios,
Et animandos timidos,
Si maximè verbis exempla iuuentur,
Sic factum cum adultis in deſertū,
Longinquo itinere pertaſi
De reditu cogitarent,
Oportebat autem intelligi.
Fuiſſe multos in fide ſtabiles.
Groſſis autem myſticè, Viros perfectos ſignificari.
Colliges ex Oſeæ verbis,
Qui Groſſos interpretatur Patriarchas.
Vocat autem Bicurali
Quo nomine dicuntur apud Valentinos groſſi.

Groſſi viri illius Eccleſiæ perfecti.
Num. 13. & 15.
Oſeæ 9. 10. Prima poma ficulneæ, ideſt, Groſſis, pro viris iuſtis.
Bicurale, Groſſi vnde nomen illis apud Valentinos.

X.

Contra Mich. 7. 1. quæritur, & iure quidem, Deus, in tanta populi illius *Vinea* tot Ficubus in eā depactis, neque botrum à ſe inuentum: neque *maturam Ficum*. Ideſt, nullum omnino inuentum eſſe, cuius Fide, & Caritate, veluti maturis percoctiſque fructibus paſceretur. *Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in Autumno racemos: non eſt botrus ad comedendum, Præcoquas Ficus* (*Bicurah*) *deſiderauit anima mea.* Quin, ſi obſerues, videntur Scriptores Sacri, eo ſermonis ſchemate delectari. Ierem. 8. 5. Cum ex nomine Dei fuiſſet dictum; *Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi, & auſcultaui, nemo, quod bonum eſt, loquitur, nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo dicens: Quid feci? omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus, impetu vadens ad prælium.* Et alia in eandem ſententiam; mox ſubditur: *Congregans congregabo eos, ait Dominus: non eſt Vua in Vitibus, & non ſunt Ficus in Ficulnea.* Vt ſcilicet omnis ſpes fructus euanuiſſe diceretur. Sed & Ierem. 24. toto capite, ſub ſchemate duorum Calathorum, in quibus *Ficus*, in altero *matura*, in altero *incocta*, id agitur, vt inter bonos, & malos diſcrimen grande ſignetur. *Sicut Ficus hæ bonæ, ſic cognoſcam tranſmigrationem Iuda, quam emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum, in bonū. Et ponam oculos meos ſuper eos.* Et quæ ſequuntur. Sic Habac. 3. 17. *Ficus enim non florebit, & non erit germen in Vineis.* Nec aliud indicare voluiſſe Chriſtum puta, cum non inuento in *Ficulnea* fructu, maledixit ei, ac maledictione areſecit, quam extremam populi illius reprobationem deſignare, propter illius ſcelera, defectumque bonorum. Vides quam hæc probabiliter dicta ſint: & ex fide paucorum, qui Dei promiſſis per Moſen fidem habuerant, argumentum ſumat, ad oſtendendum, in proximo eſſe libertatis Ver. Sic dicebat Chriſtus. *Ab arbore Fici diſcite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt Æſtas: ita & vos cum videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in Ianuis.* Matth. 14. 32.

Et apud Michæā quæritur Deus,
In tanta populi Vinea nec Vuam.
Nec groſſum à ſe inuentum,
Licet anxie deſideratum, & quæſitum.
Similia habes apud Ieremiam.
Qui duobus calathis ficuum,
Bonorum, malorumque
Diſcrimen inter iuſtos, & iniuſtos notauit.
Nec aliter Habacuc.
Immo nec aliter Chriſtus,
Qui ideo ficulneæ maledixit.
Quod fructu careret omnino.

Mich. 7. 1.
Ierem. 8. 5.
Ierem. 24.
Habac. 3. 17.
Matth. 21. 19.
Matth. 14. 23.

NOTATIO XXXIX.

VINEÆ FLORENTES DEDERVNT ODOREM SVVM.

I.

Facilis horum ſenſus.

EX his quæ notatione proxima dicta ſunt, facile eſt verum horum verborum ſenſum elicere, atque aliorum minus aptas ad filum noſtrum interpretationes reijcere.

Sed cenſenda aliorum ſententia.
Quidam Ficum ſynagogam. Vineas Eccleſiam interpretantur.
Quod minime hæret.
Adhuc enim Spõſa domi hæret.
Nondum verſatur in publico.

Ficus an à Vineis myſtico ſignificatu diſtincta.

Plerique ſignificatu *Ficum* à *Vineis* diſtingunt: illa *Synagogam*, his *Eccleſiã Chriſtianam* intelligentes, collectam ex Gentibus. Illam *Groſſos* progerminaſſe primorum credentium, hanc autem *Flores* odoratos, multis breui tempore de Gentibus conuerſis ad fidem Chriſti. Sed haud hæret interpretatio: cum verba hæc ad eam Sponſam, quæ domi adhuc reſidet, habeantur, Eccleſiam autem, cum numero credentium ex Gentibus auctu mirabili cœpit creſcere, non iam certè domi clauſa indigebat vocibus hortatorijs, quibus ad exeundum, progrediendumque inuitaretur. Non ergo in *Florentibus Vineis* de Gentibus conuerſam Eccleſiam intelligemus: cum adduci ad Chriſtum Gentes non potuerint, quin iam Apoſtoli, atque in illis Eccleſia in propatulo eſſet. Adde non antè initium ſexti Capitis videri Eccleſiam tranſijſſe ad Gentes, vt ſuo loco dicemus.

II.

Alij vineas particulares Eccleſias malunt,
Qui eodem argumento vrgentur.
Sequi ergo non poſſumus.
Etſi multorum, & grauium ſenſus eſt.
Alij Gentilitatem interpretantur,
Florentem in tribus Magis.
Sed ne ij quidem probandi.

Vineæ florentes priuatæ Eccleſiæ.

Origenes. Nyſſenus. Hieronymus. Ambroſius. Epiphanius. Gregorius. Caſſiodorus. Beda, Philo. Anſelmus. Rupertus. Bernardus. Tres Patres.

Vineas florentes Gentilitas, in tribus Magis florere incipiens.

Quo eodem argumento eorum ſentẽtia minus probatur, qui hanc *Vinearum floritionem*, & *odorem*, ad particulares Eccleſias poſt aduentum Chriſti *Virtutibus Chriſtianis florentes*, *ac bonum famæ odorem toto ſpargentes orbe*, referunt. Adhuc enim intelligenda eſt ſe continere domi, quæ adhuc iteratis Sponſi vocibus euocatur, audituraque adhuc eſt: *Surge Amica mea, Speciosa mea, & veni*. Et: *Oſtende mihi faciem tuam; Sonet vox tua in auribus meis*. Id obeſt, quin hanc interpretandi rationem amplectamur, tametſi ſtare pro ea animaduertamus grauiſſimos Interpretes, & quidem magno numero. Origenem hom. 4. Nyſſenum hoc loco, Hieronym. lib. 1. contra Iouin. Ambroſ. ſerm. 6. in Pſal. 118. Et lib. 9. in Lucam cap. 20. Et Hexam. lib. 3. cap. 12. Epiphan. Hær. 59. Gregor. M. Caſſiodor. Bedam, Philonem, Anſelm. Rupert. atque Bernard. ſerm. 60. in Cant. Aptius ad Dramatis ſeriem, & conſequentiam rerum Tres Patres, Qui *Vineas* quidem Gentilitatem accipiunt, florere in tribus Magis incipientem, qui, primitiæ illius, Chriſto obſequium cum muneribus detulere: nam tametſi ne id quidem interpretationis noſtræ filo aptari poteſt, tamen multo ad nexum conſequentius dictum eſt; cum, quo tempore Magi Ieroſolymam, atq; inde Bethleemiticum venere antrum, nondum Eccleſia prodijſſet in publicum, ſed adhuc infans cum infante Chriſto, atque obuoluta pannis, lactaretur.

III.

Origenes mauult virtutes Angelicas.
Sed neque id commodum eſt.
Nam aliquid nouum hic dicitur,
Nec antea viſum.
Cum Angelorum protectio, nunquã Eccleſia deſuerit.

Origenes. Vineæ florẽtes Virtutes Angelicæ.

Nec magis hærere poſſunt, quæ ſcripſit Origenes hom. illa 4. Vni, vt aſſolet interpretationi minimè hærens. *Vineas* intelligi poſſe *Virtutes Angelicas*, quæ hominibus largiũtur *odorem* ſuum, ideſt, doctrinæ bonum per inſpirationes, arcanos animæ motus ſcilicet. Nam certè cum *Florentes Vineas* odorem dediſſe, dicit, veluti rem nouam, indicium Veris aduenientis, notat, tanquam ea quidem minime *florere* ſint viſæ, tunc autem primum videri ſint cœptæ in primos *Flores* depingi, atque *odorem* circumſpargere. At Angelorum illa cura inſtituendi per arcanos motus homines, iugis eſt, & cum orbe nata. Non ergo de illis intelligi poſſunt hæc verba: Semper, n. rerũ ipſa cohærentia ob oculos debet verſari vigilantis Interpretis: ne quid excidat, quod attentè lector damnare in ea parte poſſit. Qua ex Regula iudicium de aliorum interpretationibus ferri poterit: Si enim ſingula percenſere velimus, lectoris obruemus intelligentiam, illiuſque otio abuti videbimur.

IV.

Vineæ ergo tribus ſint.
Magni illius fundi ſortes
Nam Eccleſia illa & Ficus, & Vinea eſt,
Groſſi, & Flores viri fide ſtabiles,
Nec aliud quærẽdum diſcrimen.
Sicuti apud Oſeã, Michæam, & Ieremiam.

Eccleſia Hebræorum, fundus latè patens. Vineæ ſingulæ tribus.

Vinearum flores viris ſanctitate inſignes.

Oſee 9. 10.

Mich. 7. 1.

Ierem. 8. 13.

Ergo hæc de eadem illa Eccleſia Hebræorum pergamus exponere: quæ diuiſa per tribus ſuas aptè *Vinearum* nomine ſignificata eſt; ſicuti ſolet grandis, ac latè patens fundus, ſuis diſtingui ſortibus, aut pangendis *Vineis*, aut ſeminandis meſſibus, aut oliuetis plantandis. Nec alio hæc ſenſu interpretanda arbitramur, quam priora illa. Quemadmodum ergo eadem illa Eccleſia, & *Ficus*, & *Vinea* eſt, ita ijdem illi Fide ſtabiles, nec vllo aduerſarum rerum impulſu de ſtatu mouendi, & *Groſſi* ſunt, & *Botri efflorescentes*, ſpemq; futuri fructus ſuſtentantes. Sunt enim *flores* ſpei ſymbolum. Nulla ergo cauſa eſt anxiè perquirendi, quid *Vinearum flores* ſint; & an arcano ſignificatu à *Ficu Groſſis* ſuis vbere diſtinguantur. Quemadmodum, cum Oſeæ 9. 10. dicitur, *Quaſi Vuas in deſerto inueni Iſrael; & quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi Patres eorum*. Et Mich. 7. 1. *Factus ſum ſicut qui colligit in Autumno racemos, non eſt botrus ad comedendum; præcoquas ficus deſiderauit anima mea*. Et Ierem. 8. 13. *Non eſt vua in vitibus, & non ſunt Ficus in Ficulnea*. Non aliud *Vite*, & aliud *ficulnea*; nec aliud *botris*, aliud *ficubus*, intellectum eſt, ſed duplice loquendi forma eadem res ſignificata.

V.

Probabiliter hæc dicta,
Sed nõ vſquequaque placentia nobis.
Adijcimus aliquid forſitan magis probandum.
Tenebat adhuc populum annonæ difficultas.
Intanta captiuum multitudine,

Annonæ difficultas magnum impedimentum ad profectionẽ.

Et hæc quidem vel verè, vel in ſpeciem ſaltem veri, diſputata ſint. Nobis non omnino probari fatemur. Sed nec aliud habuimus, quod aptius diceretur, ſi cuncta ſtrictè premenda ſint, quod fecere plerique, & filo interpretationis hærendum, quod pauci admodum fecere. Aliud ſeſe offerebat, in quo ſedatius animus conquieſceret, tametſi fortaſſe rarum de Lectoribus approbatorem habiturum. Sed promamus tamen id quidquid eſt audacter, ſimpliciterque. Omnibus ad profectionem paratis, vnum retardare Eccleſiæ abeundi conſilium poterat, & quaſi inuitam continere, Annonæ difficultas. Nam certè, ſi rem ſuis momentis expendas, & eorum in eas numerum, qui inuitabantur ad libertatem, & ſexuum, ætatumque differentiam, ingeniorumque diuerſitatem: Si loca ipſa, perquæ agenda via erat, vaſtas ſcilicet per ſolitudines, & inhoſpita ſaxa; ſtatim ſenties, rem eſſe humanis auſibus, & animis inacceſſam, Populum educere ex Ægypto,

Per loca deſerta, & vaſta. Ac ſteriles ſolitudines. In quibus ne aqua quidem ad bibendum.

Exo. 16. 3.

Populi clamores in deſerto, ob defectum aquæ. Exo. 17. 3.

ſolo ſcilicet vbere, ac beata rerum copia diuite. Audi eorum in Deſerto voces, cum annonæ difficultate præmerentur. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in Ægypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate. Cur eduxiſtis nos in Deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem fame?* Exo.16. 3. Rurſus, cum præmerentur ſiti, nec vſpiam aquæ, vel tenuis funticulus oberraret. *Cur feciſti*, inquiũt, *nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti?* Exo. 17. 3.

VI.

Ea cogitatio multis obſtabat. Rem humano iudicio metientibus. Fuiſſe autem multos, ex ſcriptura colligitur. Horum minuit metus Deus. Pollicitus abundantiam, Et quidem vſque ad delitias. Quod & poſtea præſtitit. Largius quã fuerat pollicitus.

Ante exceſſum ex Ægypto, metus de futura diſficultate annonæ. Exo. 14. 12.

Abundantia promiſſa, hortatur Deus Eccleſiam ad egreſſum. Deut. 32. 10.

Quodſi etiam, poſtquã ingenti miraculo, & carnibus ad nauſeam, & panibus paſti eſſent, puerili clamore, ac flebili eiulatu, actum de ſe arbitrati, retro, vnde venerant, regredi cupierunt, de rerum ſucceſſu deſperantes; quid mirum fuerit, non defuiſſe de eo populo multos, qui, rem tantam humano æſtimantes conſilio; vel diſcedere ipſi vererentur, vel alios ab ea cogitatione deterrerent? Fuiſſe autem, qui ita facerent, colliges ex illis verbis Exo.14.12. cum iam in deſerto verſarentur. *Nonne iſte eſt ſermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis, vt ſeruiamus Ægyptijs? multo enim melius erat ſeruire eis, quam mori in ſolitudine.* Horum ergo metus minuit, animoſque ad quietem componit, ea propoſita abundantia, quam illis velut vnius familiæ œconomus, ac prouidus annonæ curator, paraturus vbique erat; ne vel in ipſius faucibus ſterilitatis, omniumque defectu rerum, quidquam deeſſet illis, quos ipſe ſcilicet euocabat ex Ægypto, non vt famæ conficeret, ſed vt paſtos, victoreſque, in pinguiſſimos Chananææ campos induceret. Id nimirum, quod nunc hiſce verbis, & quaſi per quædam ambages pollicetur, eſt, quod olim largius præſtitit, quam pollicitus fuiſſet. S.D.E. *Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis; circunduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit, quaſi pupillam oculi ſui.* Deuter. 32.10. Quibus verbis id indicatur omne, quod ad victum, veſtitum ſecuritatem, ac commoditatem omnimodam pertinebat; vt eo loco notauimus.

VII.

Nec modo neceſſaris ad victum, Sed & commoda ad delitias. Id enim Ficuum, & vinearum nomine ſignificatũ, Ex vſu ſacri ſermonis. Hortatur ergo ad egreſſum Prius ſtatione tẽporis propoſita. Nunc abundantia promiſſa,

Ficus, & Vites, pro rebus delitioſiſſimis. Num. 20. 5.

Num. 13. 28.

3 Reg. 4. 25. Mich. 4. 4. Zach. 3. 2.

Deus hortatur Eccleſiam pollicitus delitias cũ abundantia.

Nec modo quæ neceſſaria ad victum ſunt, verbis illis curaturum ſe profeſſus eſt, ſed & quæ ad delitias, ac voluptatẽ. *Ficus* certè, & *Vites* ſacro ſermone pro delitijs ſæpe ponũtur, & duratura felicitate. Id eſt, quod obijciebant illi: *Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt: nec Ficum gignit, nec Vineas, nec Malogranata.* Numer.20. 5. Contra illi, vt oſtenderunt, quantis ea tellus, quam explorauerant, delitijs abundaret, & *Vuas*, & *Ficus*, & Malogranata, vbertatis in argumentum detulere. *Venimus*, inquiunt, *in terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt.* Num.13.28. *Ficus* ergo & *Vuarum racemi* pro delitioſiſſimis cibis vſurpantur. Sed & de ſumma felicitate temporum cum ſermo eſt, ſine *Ficu*, & *Vite* beatitas nulla eſt. Vide 3. Reg. 4. 25. Mich.4.4. Zachar.3.2. & locis alijs. Hortatur ergo Deus Eccleſiam ad excedendum ex Ægypto, & vt prius anni propoſita ſtatione blandiſſima, ac fauore Verni temporis, ſuadet profectionem: ita nunc profeſſus, nihil illi de futurum, quod ad victum, veſtitumque neceſſarium eſſet; immò nec quidquam eorum, quæ ad voluptatem facerent, ac delitias, ſe ſcilicet omnia ſollicito ſtudio curante.

VIII.

Cur non de groſſis vuiſque maturis meminit Sed immaturis? Vere, nondum ad maturitatem perduci poterant, Sed miraculo poterant, extra ſuũ tempus maureſcere.

Deus pollicetur Eccleſiæ, ſe, vel intra ſua tempora, alimenta ſuſfecturum.

Latet & in eiſdem verbis aliud, vt quidem arbitramur, quod maximè ad hanc Dei curam, quam Eccleſiæ illi pollicetur, pertinet, Nam cur non de *Groſſis*, atque *Vuarum racemis* ad maturitatem deductis, ſed de immaturis adhuc mẽtionẽ facit? Si Dramaticum ſenſum quæras, ratio eſt, quia Vere, nec *Groſſi*, nec *Vuæ* niſi immaturæ, & crudæ ſunt, ideo non de maturis, ſed de crudis adhuc dixit. Si arcanam exquiras ſententiam, vt intelligeret Eccleſia, poſſe illum extra ſua tempora fructus ſuis de ramis pendentes, ac omnino maturos ad eſum ſuſpendere. Itaque etiam ſi miraculis opus eſſet, ad eam in deſertis locis ſuſtentãdam, non defuturum officio, quin omnes naturæ leges neglecturum, dummodo nihil illo populo deeſſet, qui ſe hortatore, atque duce tantum facinus aggrederetur. Hunc ſenſum haud improbabilem arbitramur, Lectori optare licebit, & de duobus illi fauere qui præſtabilior videatur, niſi vtrumque reijciat.

NOTATIO XL.

SVRGE, AMICA MEA, SPECIOSA MEA, ET VENI.

I.

Blanditur iterum Deus, Sed cur eaſdẽ repetit voces? Surgere iuſſa, ſurrexerat,

REDIT ad priores blanditias, ac, velut iam rationibus perſuaſerit, ad ſurgendum, ac properandum hortatur. Sed in paucis, ac clariſſimis verbis vna ſe difficultas offert. Cur eadem iteret verba, quod ſine neceſſitate factum, videri alicui poteſt. Facilis quæſtio, in qua tamen enodanda, & pietas, & acumen Veterum Interpretum verè elucet. Origenes iacentem adhuc, ait, hærentemque alloquutum Deum, dicentem: *Surge:*

Sed nondum venientem, hortatur Deus vt veniat.
Nec enim ſatis ſurrexiſſe, niſi ſequare.
Sic Origenes,
Ideo laudatam.
Sed iam ante amicam dixerat nondum ſequutam.
Alij, ſemper ſurgere, ſemper venire opus eſſe
Pertingi enim ad metas in hac vita non poteſt.
Ea doctrina Pauli eſt.
Itaque ſemper conandum,
Vt nomen Sponſæ, & Amicæ merearis
Grauis, & vera doctrina,
Sed ad litteram non pertinens.

ad quam cum illa vocem ſurrexiſſet, iam propter obſequium collaudatam, ac *Amicam*, & *Specioſam* appellatam, ad veniendum ad ſe inuitare. Neque enim ſatis eſt, ſi ſurrexeris ad Dei vocem, niſi vocantem ſequare. Illud incipientis eſſe, hoc proficientis. Ideo *Amicam*, & *Specioſam* dici. Doctrina vera, ſed huic loco neſcio an apta. Nam certè iã prius ad ſurgendum, ac veniendum inuitarat, & *Amicam*, & *Columbam*, & *Formoſam* appellarat, cum nec dum ſurrexiſſet, nec dum veniſſet. Non ergo ideo blandis illis vocibus compellat, quod ſurrexiſſet, ſequutura. Obiectionem ſoluit Nyſſenus ſubtilitèr. Excitaſſe illam prius, atque ad veniendum inuitaſſe; illam & ſurrexiſſe, & ad eum contendiſſe; & tamen iterum excitare, iterum ad ſe venire iubere. Nam neque ei, qui ſurgit, deerit ſemper, quin ſurgere poſſit; neque ei, qui venerit, quin ſemper veniat. Latum virtutis eſſe campum, quique ad perfectum decurri non poſſit: nam quantumcumque ad metas videaris accedere, nunquam continges. Hortari ergo Eccleſiam ſuam Deum ad meliora, & vt ſemper altiora petat, haud contenta in imis conſiſtere. Sic dicere Paulum optimum huius doctrinæ, & Diſcipulum, & Magiſtrum: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim, ſequor autem, ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.* Et mox: *Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens ad ea, quæ ſunt priora* (Τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος *Ad ea quæ antè extant*) *extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis* Philip. 3. 12. 13. Conandum ergo ei ſemper eſt, quæ ad dignitatem Spõſæ aſpiret. Nam qui *Pulchram*, ex *Pulchra*, iubet fieri, appertè ſuggerit illud Apoſtolum, iubens *eandem imaginem à gloria transformari ad gloriam*, adeo vt ſemper videatur eſſe gloria, quod accipitur, & quod ſemper inuenitur. Quæ quidem, ad doctrinam quod attinet, pulcherrima ſunt: Sed huic loco aptari difficile, & nexus rerum ipſe, & analogiæ ratio perſuadet.

Non ſatis ſurrexiſſe ad Dei vocem, niſi ſequare vocantem.

Semper ſurgendum ſemper currendum, quia nunquam metæ in hac vita contingendæ.

Phil. 3. 12. 13.

Conadum ſemper ei, qui ad dignitatem Sponſæ adſpiret.
2. Cor. 3. 18.

II.

Facilis quæſtionis ſolutio,
Multis rationibus inuitarat ad Egreſſum
Ideo blandis vocibus appellarat.
Nunc quaſi perſuaſerit, eaſdem geminat,
Quod in genere ſuaſorio ſolet fieri.
Hæc vis geminationis eſt.

Facilis quæſtionis ſolutio; Totus erat in perſuadenda perfectione ex Ægypto, ergo ab hortamentis incipit, eamque vt ſurgat, feſtinet, veniat, inuitat. Addit ad perſuadendum blandiſſimas voces, & in quibus lateat vis ingens, quod & ſe amet, & à ſe ametur, multis inſuper à ſe ornata, & exculta beneficijs. Tertio proponit temporis commoditatem, ridere dies, florere prata, gẽmare vitis, Ficus fructus primulos parturire, Vites odorẽ ſpargere, Turturis audiri gemitus comparem inuitantis: omnia ſuadere diſceſſum, in libertatem agrorum. His quaſi perſuaſerit, & in partes pertraxerit, redit, quod in genere ſuaſorio fieri ſolet, ad caput oratio; iterũq; & blande appellat, & ad diſceſſum inuitat. Hic rerum ordo eſt, quantum attinet ad Drama ipſum. Quantum ad intelligentiam litteralem, non alius eſt. Geminat ergo Deus voces, & quaſi iam Eccleſiam illam in ſuas partes pertraxerit, & verè, quantum ad vota, animique deſtinationem pertraxerat, arcanis motibus pergit delinire, atque hortari, vt ſe ſequatur, ſub cuius auſpicijs omnia felicia ſint futura. Atque ea vis eſt geminationis earundem blanditiarum, & verborum.

Cur repetitæ hoc loco eædẽ blanditiæ.

VERSVS XIV.

COLVMBA MEA, IN FORAMIMIBVS PETRÆ, IN CAVERNA MACERIÆ: OSTENDE MIHI FACIEM TVAM, SONET VOX TVA IN AVRIBVS MEIS: VOX ENIM TVA DVLCIS, ET FACIES TVA DECORA.

COMMENTARIVS.

HÆRET adhuc, vt videtur Eccleſia, ſeu granditate facinoris, ſeu difficultate deterrita. Et quanquam & blanditijs delinita, & rationibus inducta, & promiſſis inuitata, nondum tamen profectionis conſiliũ in totum approbare videtur. Et quanquam voluntate forſitan, & ratione eo ducitur, nondum pedibus viæ ſe dat, quam & longam, & laboris plenam potius futuram ſuſpicatur, quam verè intelligit. Vrget ſic hærẽtem, ac reſtitantem Deus, & nouis delinimentis permulcet, donec tandem conſenſum extorqueat. Et quia *Columbam* dixerat, hæret pulchrè metaphoræ, eique amanter in faciem ingerit, quod tamdiu nidulo hæreat, idest, Ægyptio illi, cui aſſueuerat, ſolo: nec audeat, ſe vocante, alliciente, ac ducatum, ſocietatemque pollicente, libero aere Cœloque vagari. Explicet

tandem

Digitized by Google

tandem ſeſe ex illius vitæ anguſtijs, ſecretoque cubili, quo tot iam annis latet, relicto, videri ſe ſinat, faciemque pulcherrimam & amanti, & ambienti oſtendat. Nec aſpectu contenta recreaſſe futurum mox Sponſum ſermonem inuideat. Auere ſe non minus videre illam quam audire: nam quemadmodum nihil gratius accidere oculis ſuis poteſt, quam illius facies; ita nihil auribus ſuauius, quam eius verba. Continent autem verba hæc, præter additas blanditias, argumentum aliud ad ſuadendum diſceſſum à ſordida illa, atque anguſta in Ægypto habitatione, in ampliſſimas, & ſplendidiſſimas Chananeæ plagas.

ENARRATIO.

SED necdum vt video perſuaſi. adhuc vel Ægyptij amore ſoli, vel rei difficultate, incerto voto vagaris; nec certo conſilio ſtatuis manendum ne tibi, an abeundum ſit. Erroris me tui miſeret. An non Columbam te meam dixi? Cur ſaltem vel appellatione ipſa non diſcis, quid te facere deceat? Hæres ſcilicet in nidulo tuo, & tanquam carcere clauſa, (Nam vere non carcer iſte modo concluſa, ſed ergaſtulum eſt captiua) liberos camporum exhorres excurſus, ac ſplendido, latoque Cælo vagari. At non ita Columbis eſt ſolitum; Sæpe, relicto nido, liberiore vagari aere amant; cumque comparibus ſpatiari. Sæpe ſterili relicta manſione, vberiora loca, quibus paſcantur, quærunt. At ego erroris tui potius miſertus, quam offenſus officio, adhuc moras trahentem amo, coloque: neſcit enim vera caritas tepeſcere,& facile erratis ignoſcit Omnis ſi qua offenſio animum meum pungit, te viſa, quieſcet: quemadmodum exoriente Sole nox abit, & quidquid horroris noctem infamat. Eia Columba mea faciem tuam illam exhibe, quæ mihi iam olim amorem extorſit. Nec Faciem ſolum videre, etiam Vocem audire geſtio; Faciem, vel nutu ſolo votis annuentem meis: Vocem, amantibus verbis pronum ad obſequendum animum atteſtantem. Vtrumque mihi gratiſſimum ſcito futurum, ſeu oculis, ſeu auribus oblectandis.

NOTATIO XLI.

COLVMBA MEA IN FORAMINIBVS PETRÆ.

SVM.COM.

I.

Lectionum diuerſitas alibi conciliata.

Sed dubium an vocetur ad foramen petra.

An vt ab eo egrediatur.

Quæſtio ad arcanam ſententiam maximè faciens.

Multi prius illud amplexi.

QVIDQVID hoc loco diuerſitatis in lectione eſt, hoc loco Dramat. Commentario eſt expenſum. Dubiæ illud quæſtionis erat, An Sponſa inuitaretur ad *Foramina petra*, & *Maceria cauernas*, ad conuiuendum cum Sponſo, quod plerique voluere: an contra moneretur, de eo loco, in quo hærens Sponſi deſideria fruſtrabatur, vt in liberos campos excideret. Nec adeo contemnendam quæſtionem putes, ex ea enim arcani ſenſus pendet ſeries, & coherentia rerum. Eam nos quæſtionem eo loco definiuimus, quantum ad Dramatis ordinem ſpectat: hic ſolum applicandus litteralis ſenſus ad verba ex analogia rerum ad res. Sed quia multi, & graues arbitrati ſunt, eam ad ſolitudinem, ideoque ad nidum, conuictumque cum Sponſo inuitari, vnde cum ad arcanum ſenſum venerint, & piè, & grauitèr multa dicunt, age, nec ijs auidum Lectorem priuemus, ne alibi eum cogamus quærere, quæ apud nos forſitan inuenturum ſe putauit.

II.

Foramina petra, Chriſti vulnera interpretantur.

In qua vt recipiat ſeſe moneatur Eccleſia,

Vt rapaces aues fugiat.

Petra foramina multi *Chriſti* volunt eſſe *vulnera*, ad quæ ſe Eccleſia vt recipiat, moneatur. *Chriſtum Petram* eſſe vel docente Paulo; quidni & *Petra foramina Chriſti* ſint *vulnera*? Præcipua quinque, quinque enim ſenſibus vulnerati fueramus, per quinque *Chriſti vulnera*, toto profuſo ſanguine, redditi ſanitati. In hæc ſe recipere Eccleſiá quoties miti *Columba* rapacium auium, ideſt perſequutorum, tentationumque furor immicant: alis ſcilicet Fidei, Speique creberrimè motis. Illic nidificare, quia fructu *Vulnerum Chriſti* Filios alit, donec viribus confirmatis, enatiſque alis ſequi volantem poſſint imitatione

Petræ foramina Chriſti vulnera, ad quæ vt ſe recipiat Eccleſia inuitatur.

virtutis,

Digitized by Google

virtutis, ac tuto leuari in Cœlum contemplatione diuinorum. Aut certè quando in eiſdem vulneribus, velut promptuarijs quibuſdam, bonorum operum accumulat fructus. Ita piè Petrus Damianus, Epiſt. 3. Cap. 2. & ante eum ſic fermè Caſſiodorus, Beda, Bernardus, Gregorius M. Sententia, quam & pietas, & authoritas tanta commendat. Sed qua rerum conſequentia, ac nexu, nunc de Chriſti Paſſione, & Vulneribus mentio fiat, Authores hi minimè explicant, aut difficulter explicant. Græci Patres huic interpretationi minimè hærere poſſunt, quia aliter legêre ſequuti 72. Interpretes: de qua re loco alio: Nam tametſi Origenes *Petram Chriſtum* interpretatur, alio tamen ſenſu, & fine: vulnerum illius non meminit, quia ea, quam ſequebatur lectio id minimè patiebatur. Videntur ergo Latini non tàm ad rerum ordinem, quàm ad verba hæc ſolitaria reſpexiſſe, quaſi nullo cum cæteris nexu vincirentur.

Aut in eis congerat fructus bonorum operum.
Sed quo pacto ſuperioribus annectantur hæc,
Ipſi non dicunt, aut ægre dicunt.
Hic Latinorum ſenſus.
Qui videntur ad verba magis quā ad nexum reſpexiſſe.

Petrus Dam. Caſſiodorus. Beda. Bernardus. Gregorius.

Origenes.

III.

Sed nec omnes in eam conuenire ſententiam; nam Gregorius idem, *Sacramenta Dominica Incarnationis* per *Petræ foramina* intelligi poſſe arbitratur. Aponius autem *Chriſtum Petram* mediam inter homines, & Deum: per eam autem eundum ad Patrem, ideo multo *Foramine* pertuſam, perque, veluti per quaſdam Ianuas, ingrediamur ad illum. *Foramina* hæc virtutum eſſe altiſſimarum exempla, quę nobis ad imitandum propoſita ſunt. Per hæc Diuinitatis lucem immiſſam in mundū, qua & noctis tenebræ pulſæ, & dies illatus Fidei. Itaque per ea Deum ad homines, homines ad Deum facile permeare. Et hæc quidem & pulchrè, & ſubtilitèr dicta, & aptè ad Plebis inſtructionem. Sic enim dicebat Chriſtus: *Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Ioan. 10. 9. Et: *Ego ſum via, veritas, & vita; nemo venit ad Patrem, niſi per me.* Ioan. 14. 6. Certè de increata ſapientia dictum Prou. 8. 22. iuxta 72. *Dominus creauit me initium viarum ſuarum ad opera ſua.* Ideſt, viarum primam Principemque, ſiue Militarē (*Camino Real*) qua ſcilicet, & Deus ad creaturas, & creaturæ ad Deum permeant. *Omnia .n. per ipſum facta ſunt.* Ioan. 1. 3. & omnia per ipſum redeunt ad Deum. Quod & ipſum in ſupernaturali ordine de *Chriſto homine creata ſapientia* verum eſt. Neque enim quidquam Deus hominibus largitur gratiæ, niſi per illum: nec quidquam eſt, quod placere Deo poſſit, niſi in Chriſto ſit factum. Itaque & ipſe oſtium eſt, & via, & *Petra*, in quo homines omnia habemus, & perfugium in aduerſis, & firmitatem in ſecundis rebus, & aditum ad Patrem nunquam occluſum. Sed quanquam hæc omnia verè, piè, & vtilitèr dicuntur, vereor vt aptè ad hunc locum, quo aliud quiddam ſignificare voluiſſe videtur Sacer Scriptor.

Alij aliter arbitrantur,
Chriſtum petram multo foratu pertuſam
Per quam aditus nobis ad Patrem,
Quod & ipſe Chriſtus profeſſus eſt.
Et increata ſapientia dicta viarum initium,
Ideſt prima, & regia via,
Quod & de Chriſto homine vere dicitur
Per quē & Deus ad nos, & nos ad Deum accedimus.
Sed non videntur hæc huic loco ſatis poſſe aptari.

Foramina petræ Sacramenta Incarnationis.

Chriſtus petræ multo foramine pertuſo, perque ad patrē aditus.

Ioan. 10. 9.

Ioan. 14. 6.

Prou. 8. 22. Chriſtus via regia quę ducit ad Patrem.

IV.

Nec magis in rem videtur, quod Aponius idem indicat. *Foramina* eſſe *quatuor Euangelia*; perque ad Chriſtum credendo accedimus, atque in eo per fidem manemus, velut in nido. Nimis enim hoc longè petitum videtur. Aut quod Anſelmus arbitratur, *Foramina petræ* perfugium ad Chriſtum eſſe, cum ad ſe venientem nullum à ſe reijciat; exceptum autem, contra pericula, atque impugnationes varias, tutum præſtet: eam autem varietatem per *Foramina* multitudinis numero indicatam. Quæ quanquam verè dicuntur, aptè ad locum hunc minimè videntur dici: nec ad rerum conſequentiam accōmodate: cum ponant omnia, ſermonem hic eſſe de Chriſto, & Gratiæ myſterijs, de quo tamen vſque ad caput quintum minimè agi, nos arbitramur; vt rerum ipſa, atque interpretationis ſeries demonſtrabit.

Alij foramina Euangelia interpretantur,
Alij generatim perfugium in Chriſto
Sed neque hæc apta ad locum.
Nondum enim de Chriſto ſermo.
Vſque ad cap. 5.

Petræ foramine quatuor Euanlia.
Aponius.

Anſelmus. perfugium quod habemus in Chriſto foramina petræ.

V.

Docti cuiuſdam Interpretis, quia ſingularis ſenſus eſt, examinandus eſt, quem, tametſi acutè traditum, an quiſquam ſit, qui ſequatur, ambigimus. *Foramina petræ* interpretatur, *Vmbroſa Moſaicæ Legis Latibula*; (Sic enim loquitur) iure autem ſic dicta, quòd ſaxea illa lex eſſet, ideo in tabulis lapideis ſcripta. Hortari Spiritum Sanctum Eccleſiam, quandoquidem ſublata erant impedimenta alia, quæ remorari Euangelij prędicationem poſſent, ne verecundia impediatur, atque erubeſcentia Euangelicæ ſimplicitatis, quin ad opus Apoſtolicum alacris accingat ſe. Ne ergo hæreat obſeruantijs, ac cæremonijs Iudaicis, tanquam antiquis cubilibus; quin omnibus ſpretis, ad grande negotium progrediatur. Sic Paulum ſolitum dicere: *Non erubeſco Euangelium, virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.* Rom. 1. 16. Et prius Chriſtum: *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc Filius hominis erubeſcet.* Luc. 9. 26. Et verò magnum impedimentum obiectum huic Euangelio, per hanc erubeſcentiam, vel factum illud ſatis probat, cum etiam ipſe Petrus Eccleſiæ Princeps, non nihil eo languore correptus; *Priuſquam venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat; cum autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat ſe, timens eos, qui ex circumciſione erant.* Gal. 2. 12. qua cauſa auſus Paulus ei reſiſtere in faciem. Et hic ergo obex demendus erat, ne per illum curſus Euangelij impediretur: quod nunc facit Sponſus hortatus Eccleſiam, vt ex illis *Foraminibus legis* in patentes Euangelij campos exeat; &, cæremonijs legalibus abdicatis, ſyncerè & ſimplicitèr prædicet Euangelium. Hæc ſumma ſententiæ huius eſt, acutè quidem excogitatæ, atque in eo laudandæ, quod Eccleſiam nōn in *Foramina petræ* ad conuiuendum inuitari, quod multi arbitrati ſunt; ſed vt ab illis ſub-

ducat

Alij foramina petræ latibula legis malunt
Quia ſaxea lex, & in lapidibus ſcripta.
Moneri Eccleſiam ea latibula contemnat,
Nec cæremonias Iudaicas curet.
Ne erubeſcat Euangelium.
Quod in Petro reprehenſum à Paulo.
Obicem autem hunc demendum fuiſſe,
Ne curſus Euangelij impediretur.
Quæ quidem acutè excogitata,

petræ foramina legis ſaxeæ cæremoniæ, quas cōtemnere moueatur Eccleſia.

Rom. 1. 16. Erubeſcentia Euangelij magnum impedimentum prædicationis.
Luc. 9. 26.

Galat. 2. 12.

Digitized by Google

Sed coacta omnia ſunt. Illud maxime ante Chriſtum vnicum fuiſſe foramen, Legis obſeruationem. A Chriſto ruptã petram, & fuiſſe multa.

ducat ſe, & in libertatem agrorum egrediatur, exiſtimat. Sed coacta videntur omnia & quibus difficile ſe ſenſus accomodet. Ea maximè, quę, vt huic ſenſui lucem inferant, addunt. Ante Chriſtum vnicum fuiſſe *Legis Foramen*, atque perfugium hominibus, generalem præceptorum illius obſeruationem: poſt Chriſtum autem, abrogata lege, quoad cæremonialia, diſruptã *Petrã* in partes multas, Latibula præbuiſſe multa; habuiſſe moralia præcepta, cæremonialia, iudicialia, & traditiones, atque ex his, demptis moralibus, euocari Eccleſiam ad libertatem Euangelij.

VI.

Scilicet moralia, cærimonialia, iudicialia. Sed lex nõ ſtatim in totum abolita. Immo quędã iuſſa obſeruari de cæremonialibus. Cum tamen ferueret opus Euangelij. Et gẽtibus aditus ad illum pateret. Et Apoſtoli fortiter agerent. Nondum ergo cæremonialibus nũtius in totum remiſſus, Quoad inualeſcente Euangelio, Docente Eccleſiã Spiritu Sancto. Senſim abijcerentur in totum. Quin nondum hic de lege gratiæ ſermo, & perſecutionibus Eccleſiæ.

Hæc, vt dixi, acutè ſunt excogitata, vereor vt admodum ſolidè. Nam certè Iudaica Lex, non ſtatim à principio ita abrogata eſt, vt nihil eorum liceret Chriſtianis, quæ in lege conſtituta. Et conſtat multa permiſſa initio fuiſſe, atque cum Euangelio obſeruata: Adeo vt in primo Concilio Apoſtolorum, abrogata circuncifionis lege, abſtinentia à ſanguine, & ſuffocato quodammodo lege ſtabiliretur. *Viſum eſt*, inquiunt, *Spiritui Sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria; vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione; à quibus cuſtodientes vos bene agetis*. Act. 15. 28. Vt videatur eadem neceſſaria obſeruationis lege comprehendere, fornicationem, quæ ad moralia, cum abſtinentia à ſanguine, & ſuffocato, quæ ad cæremonialia pertinebat. Et tamen iam tunc Euangelij feruebat opus: Iam Apoſtoli per varias diſperſi partes prædicationi incumbebant: iam Gentibus in Eccleſiam aditus factus erat; iam iuſſi Apoſtoli, vt abſtinerent à miniſterio Verbi, audacter reſponderant; *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate*. Act. 4. 19. Quin & pulſati verberibus, & mulctati carcere, *Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*. Non ergo loco hoc iubentur Apoſtoli, è *Foraminibus* obſeruantiarum exire, in Euangelij libertatem, quibus diu poſt non licitum modo, ſed neceſſarium fuit, nonnulla, quæ ad cæremonialia pertinebant, obſeruare. Quanquam enim per Chriſti mortem ſublatum legis onus, quantum pertinebat, vt ita dixerim, ad ius, nondum facto in totum abolita erat; quoad inualeſcente Euangelicæ doctrinæ authoritate, ſenſim homines dediſcerent, quidquid Iudaicum erat; docente interim Spiritu Sancto Eccleſiam ſuam, & tempora deſignante, quibus quæque abijcienda, veluti vetera, ac ſordida, vſuque detrita veſtimenta. Atque hæc ſunt, quæ hanc ſententiam difficilem videntur facere, ne & illud obijciamus, nondum loco hoc de Euangelij tempore, & Chriſtianis myſterijs eſſe ſermonem. Ac multo minus, nondum ſtatum illum deſcribi, quo ſub Gentilibus Principibus omni perſecutionum genere vexata Eccleſia eſt, quod idem ille Author tempora permiſcens, arbitratur.

Iudaica lex quo ad cæremonialia nõ in totum initio exauthorata.

Act 15. 28. Abſtinentia à sãguine, & ſuffocato, initio retẽta.

Act. 4. 14.

Act. 5. 41.

Per Chriſti mortem ſublatum legis onus, ſed nõ ſtatim executio ſequuta.

VII.

Vltima hæc ſunt hortamenta ad egreſſum. Nam dubio adhuc populo. Extremo erat opus impulſu, Vt eã ſcilicet ſiſteret in vberrimã poſſeſſionem. Duce, & comite Deo. Sic cenſent Hebræi DD. Licet referãt ad Gentem iã egreſſam, Antequam mare tranſmitterent.

Facilius, & ſimplicius interpretabimur, ſi dicamus, iuxta eam viam, quam ingreſſi ſumus, extrema hic hortamenta contineri ad profectionem ex Ægypto. Nam reſiſtante adhuc in imperfectioribus Eccleſia, & poſt tot patrata facinora; nondum ſtabili conſilio decernente, migrandum ne ſibi, an manendum eſſet, hinc Dei promiſſis allicientibus, ac per os Moſis inſtantibus; inde rei difficultate deterrente, ac retinente reuelarum amore, fortaſſis & deliciarum Ægypti; opus certè erat nouo impulſu, quo tandem velut valida impreſſione facta moueretur, atque extra Ægyptium ſolum traheretur, & in Chanaanitidis vberes campos ſtatueretur. S.D.E. *Dominus ſolus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus: Conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra oleumque de ſaxo duriſſimo*. Deut. 32. 13. In quam ſententiam conueniunt Hebræi omnes Chaldæus, Iarrhius, Abenezra, quanquam in deſignando temporis articulo, cui hæc aptanda ſint, nobiſcum non conueniunt. Referunt enim ad Hebræos egreſſus iam ex Ægypto, ſed ab omni tamen parte progredi impeditos, hinc mari, hinc montibus; inde autem exercitu Pharaonis tergis inſtante. Sed nondum inducũtur egreſſi ex Ægypto; adhuc dubitantes, hærentes, timentes, nec auſi deſerere ſolum patrium, in quo geniti, nati, educatique fuerant, vocantur, inuitanturque.

Extrema Dei hortatio ne ad egreſſum Eccleſiam.

Deut. 32. 13.

Chaldæus. Iarrhius. Abenezra.

VIII.

Sed pulchre eo ſub ſtatu Eccleſia dicta columba, Alio ſenſu quam prius, Pauida enim columba, Nec docta vitare diſcrimina. Nec filios defendere, Quod aliæ aues ſolent, Quin illis orbata, nidum non deſerit,

Sed vt videas, quam hæc facilè, & accommodatè dicantur, & id explicandum eſt, cur ſub eo ſtatu, temporiſque articulo *Columba* dicatur illa Eccleſia, & cur Ægypti regio, in qua verſabatur, dicatur *Petra*, ipſaque in illius *Petræ* hærere fiſſuris. Compellarat ante *Columbam*, ſed alia cauſa, comparem ſcilicet, à ſe dilectam, & quidem vnicè, vt eam, quã mox in Sponſam per legem ſuſcepturus erat, vt ſupra notatum eſt; hic autem non eam ſolum ob cauſam, eodem compellat nomine, ſed vt *nutu pauidam*, quo vrgente non audebat ex nido ſuo proficiſci. *Pauidum enim animal Columba eſt*, non roſtroferum, non vngue armatum, non animo ſaltem generoſum, quo pericula vel contemnat, vel obeat. Nõ calidum, doctumque vel arte, vel aſtu vitare diſcrimen. Id inſuper illi proprium, vt etiam filiolis ſpoliata non repugnet: non (quod vel gallinæ faciunt, dum matres ſunt) aut roſtro, aut alis furem arceat, ac pullos defendat: Sed quaſi alieni ſint, haud curet, quid illis fiat. Quod à Hieronymo obſeruatum eſt, Oſeæ 7. 2. Quin etiam pullis orbata ſuis tam non dolet, vt ne nidum quidem deſtituat, in quo tantum acceperit cladis, ſed ad

Eccleſia hic dicta colũba quod pauida.

Filiorum parum curam, nec priuatã illis nedum deferens.

Cur dicta ſeducta facilis, nec habens cor.

Digitized by Google

Ideo dicta non habere cor. Et ſeduci facilis ab Oſea. Apud quem graphice deſcriptum illius ingenium.

eundem reuertatur, atque eoſdem dominos, alios excluſura pullos, quos iterum perdat. Itaque nidi amorem, etiam proprio ſuo, ac pullorum diſcrimini ſimplex auis proponit. Ideo *non habere cor* dicta, quod mira ſimplicitate, quæ cauenda maximè ſint, minimè caueat. S.D.E. *Factus eſt Ephraim, quaſi Columba ſeducta, non habens cor.* Et mox cauſam indicans appellationis. *Ægyptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt.* Oſeæ 7. 2. Stulti, ac ſtupidi inde petebant auxilium, vnde minimè ſperandum fuerat: nec interea, quod ab Aſſyrijs inſtabat malum, peruidere potuerunt. Pergit in metaphora; *Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum, quaſi volucrem Cœli detraham eos.* Quibus huius auis ingenium graphice deſcriptum eſt, vt nihil aptius, atque elegantius poſſit.

Ephraim tribus cur columbæ cõparata. *Oſea 7.2.*

IX.

Eas ob cauſas Columba hic dicta Eccleſia. Paſſa in Ægypto multa, Et filijs orbata, ne auolare quidem auſa, Et toties inuitata adhuc nidum amabat. Sed iuuat hunc ſenſum Per paraphraſim expandere Quam hic habes.

Has ego ob cauſas loco hoc *Columbæ* appellationem ei Eccleſiæ inditam puto, quæ tã multa in Ægypto paſſa, vt & Filijs ſpoliaretur, & bonis, tamen nidum illum Ægyptium vt deſereret, difficile perſuaderi ſe ſineret: non modo non auſa bello repugnare, & ſuam ſibi aſſerere libertatem, ac Filios defendere; Sed ne auolare quidem, & vel generoſa fuga locare ſe in tuto. *Columba* ergo erat, non ſimplicitate modo, atque ſtupore illo, quo, vexata, ac preſſa tot calamitatibus, minimè aut reſtitabat, aut vlciſcebatur iniuriam; Sed quia tot inuitata Dei vocibus, tot blanditijs delinita, tot promiſſis animata, tot miraculis inducta, nondum audebat vocantem ſequi: & ſtulta ſocordia, ac puerili metu ſeruitutem miſeram nobili, ac generoſa libertati præferebat. Quid adhuc hæres in nido? & poſtquam te vides tot preſſam malis, tot vexatam cladibus, nondum audes ad libertatem aſpirare; & vel generoſa fuga tot te malis eripere? Aude ſaltem, quod reliquæ ſolent aues, etiam imbelles, pernici volatu collocare in tuto te: Et quandoquidem Columba es pudicitia, & fide in comparem, noli ſocordia atque ſtupore imitari Columbas; vt etiam vexata minimè doleas, & laqueis irretita, tua vincula ames, atque etiam fortiore manu mea diruptis, non effugias.

Eccleſiæ tã multa paſſa in Ægypto, & filijs ſpoliata, non auſa vel bello, vel fuga ſe in libertatem aſſerere.

Paraphraſis.

X.

In petræ autem foraminibus. Ineſt tacita comparatio, cum Chanaanitide. Cui comparatione Ægyptus ſterilis haberi poterat. Quid adhuc hæres, Cum melior te tellus exſpectet, Et vberior Ægypto

Petræ autem *foramina* quo ſenſu ſint dicta, non adeo difficilis eſt quæſtio, ſi analogiam ſequare. Ineſt enim tacita comparatio Ægypti cum Chanaanitide, in quam terram euocabatur Hebræorum Gens ei dominatura, cuius comparatione Ægyptus, ferax alioqui tellus, potius ſterilis; & ſaxoſa videretur. Ideo dicta illa lacte, & melle manare. Hunc ſenſum habes Deuter. 11. 10. *Terra enim, ad quam ingrederis poſſidendam, non eſt ſicut terra Ægypti, de qua exiſti, vbi iacto ſemine hortorum in morem aquæ ducuntur irriguæ: Sed montuoſa eſt & campeſtris, de Cœlo exſpectans pluuias, quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit; & oculi illius in ea ſunt, ab initio anni vſque ad finem eius.* Quid adhuc dubitas, Ægypto excedere, quæ quanquam tibi vberrima videtur eſſe tellus, ſi cum ea comparetur, ad quam te inuito, ſterilem, & ſaxoſam poſſis exiſtimare: aut certè haud aliter te in ea verſari, quam ſolent Palumbi, aliæque aues ſylueſtres, in rupium ſterilium, & horridarum cautium habitare fiſſuris: vnde ſi paſci velint, exeundum illis eſt, & vberrima loca quærenda.

comparata Ægyptus cum chanaanitide, ſterilis haberi potuit

Deut. 11. 10.

XI.

Quid & in foramine petræ, Notata terræ Geſſen anguſtia pro tanta populi multitudine Ibi enim ſolum habitare permiſſos, Conſtat ex Sacra Scriptura Multiplicata ergo gente. Nec dilatatis ſpatijs. Et mixtis ex indegenis plurimis. Anguſtiſſimè vt habitarent neceſſe fuit. Ideo terram tam anguſtam, petræ foramina, & cauernam dixit maceriæ. Quid in terra hæretis, Tam anguſta finibus,

Ineſt & alius ſenſus, nec minus ad perſuadendum accomodata ratio. Nam ea ipſa *Foraminum in petra* mentio admonere illos poterat, quam incõmodè, & anguſtè tot mortalium capita habitarent in Ægypto, quibus ab initio ſola terra Geſſen, nec magna, nec lata, ſed tunc quidem cum exiguus eorum numerus eſſet, ſatis ſufficiens, deſignata fuerat. Et, quanquam multiplicata in immenſum Gente, nunquam laxius habitaſſe, facile eſt ex Sacra Scriptura colligere. Gen.47.27. *Habitauit ergo Iſrael in Ægypto, ideſt, in terra Geſſen, & poſſedit eam, auctuſque eſt, & multiplicatus nimis.* Quod ſi hæc ad Iacobum referas, vt referenda ſunt, non ad vniuerſum Populum, habes rei rationem Exo. 8. 22. *Faciamque mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua Populus meus eſt, vt non ſint ibi muſcæ.* Et Exo.9.26. *Tantum in terra Geſſen, vbi erant Filij Iſrael, grando non cecidit.* Vides, cum de locis ſermo eſt, vbi Hebræorum populus habitabat, ſolam nominari terram Geſſen, quia ſcilicet extra illam nemini habitare licebat. Multiplicata ergo in infinitum Gente, & per innumerabiles familias propagata, nec anguſtæ regionis ſpatijs dilatatis, cum inter eos maximè multi Ægyptiorum verſarentur; nec enim, qui ſub Hebræorum aduentũ eas terras incolebant, inde diſceſſiſſe, vt vacuas eas aduenis relinquerent, credendi ſunt. Et id alioqui colligitur ex Cap. Exodi 12.) neceſſe fuit, vt anguſtiſſimè habitarent, vt miraculo videatur proximum, capere tantam multitudinem iam anguſtam regionem potuiſſe. Iure ergo eam habitationem, quæ propter anguſtias incommodiſſima eſſet; *Petrarũ foramina, & maceriæ cauernam* appellauit; quo nomine eos admonuit illius incõmoditatis, quæ magna certè reputatur, maximèque moleſta. Sic dicebant illi, *Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis, & funiculi vnius, cum ſint tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus?* ad quos Ioſue: *Si populus multus es, aſcende in ſyluam, & ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezæi, & Raphaim, quia anguſta eſt tibi poſſeſſio montis Ephraim.* Ioſue 17.14.15. Dixiſſe ergo exiſtima, vt latentem in vna voce ſenſum explicemus: Quid in ea regione hæretis, quæ propter finium anguſtias multitudini tantæ ad habitandum incomodiſſima eſt, cum poſitis in terra, ad quam vos inuito, latiſſimè, ac commodiſſimè degere. Placet nimirum

Foramina petræ anguſta, & incommoda habitatio in terra Geſſen.

Exo. 8.22.

Exo 9.26.

Hebræi in Ægypto in ſola terra Geſſen habitare permiſſi.

Exo. 12.

Ioſ.17.14.15.

paraphraſis.

ſicut

Qua capi vix poſſitis
Cum vos maneat ampliſſima tellus,
In qua poſitis & domos & palatia,
Et vrbes grandes ædificare.

„ ſicut aues in nidulis habitare, quibus vix cum prole capi poſſitis: cum interim vos maneat
„ ea tellus, in qua longè, & latè dominaturi eſtis; ac domos amplas, immo & Palatia, &
„ vrbes grandes, quibus habitetis, ædificaturi. Quam vero probabilitèr obſeruata hæc à
nobis ſint, ex ijs intelliges, quæ Ieremias de Moabitis vaticinatur: *Relinquite Ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab, & eſtote quaſi Columba nidificans in ſummo ore foraminis.* Ierem. 48. 28. Cum hactenus laxè in Vrbibus, ac Ciuitatibus habitaueritis, ex illis eiecti;
„ in arctum ita compellemini, vt in hiatibus rupium, & petrarum ſciſſuris, palumborum
„ more, anguſtiſſime habitare cogamini, vix vt capere vos loci anguſtiæ poſſint.

Ierem. 48. 28.

NOTATIO XLII.

IN CAVERNA MACERIÆ.

I.

Ad arcanam ſententiam nil hæc conferunt.
Sed plerique diſtinxere,
Et ſubtilitèr diſſere multa,
Quidam cuſtodiam Angelorũ, interpretati.
Alij vulnus lateris in Christo.
Alij aliter expoſuere Vel Sacram, Scripturam.
Vel Apoſtolorum doctrinam.
Qua fideles velut maceria quadam communiti.
Hi enim maceriã de ſolis lapidibus, agnouere
Sed nõ ſemper ita extruitur.
Sæpe calce lapides iuncti.
Nec nomen hoc loco propriè ſumitur,
Pro ſepimento ad cuſtodiam,
Vbi palumbi nidificare non ſolent,
Sed pro parietinis quæ in montibus, viſuntur.
E ruinis veterum ædificiorum.
In quorum fiſſuris libentèr nidulantur,
Quibus & aliorum ſenſus minus apti probantur.
Qualis noui Interpretes,
Exponentis doctrinam Philoſophorum,
Caritatis calce nõ iunctam.

NIHIL ſub horum verborum cortice contineri arbitramur, quod ad arcanam ſententiam pertineat; nec aliud *Cauernam* eſſe *maceriæ*, quam *Petræ foramina*: ſed quia vtrobique Palumbi nidum ſolent conſtruere, vtroque dictum eſſe. Cæterum, quia pleroſque videmus ſingillatim hæc tractaſſe, & mira quædam de *Cauerna* hac piè, & ſubtilitèr commentatos eſſe; ideo ne hac quidem in parte quidquam lectori auido inuidere voluimus. Quidam cum Caſſiodoro *Cauernam maceriæ* interpretantur, *Angelorum cuſtodiã*, in quam Eccleſia tutum confugium habeat, & aduerſus diaboli fraudes præſidium. Gregorius autem, & eum ſequuti alij, qui per *Foramina petræ* vulnera intellexere Chriſti, *Cauernam lateris vulnus*, interpretati ſunt, multaque piè, ac vtilitèr meditantur, ſed aptiora ad pietatem fouendam, quam ad litteralem ſenſum indagandum. Alienius adhuc Iuſtus Vrg. & ex eo Aponius, quorum ille, *Recipitur*, inquit, *in Cauernam Maceriæ, cum ſancta ex Scripturis conſolatione fouetur: Vel cum præcedentium Sanctorum meritis atque orationibus, ex toto protegitur.* Hic autem: *Cauernam*, inquit, *Maceriæ Apoſtolorum doctrinam intelligi opinamur, de quibus, vt Vineæ, credentium plebi firmiſſimam Maceriam ob infeſtationem malignorum ſpirituum Deum conſtruxiſſe probatur: nam ſicut de multitudine petrarum vna, ad communiendam vineam, maceria fit; ita & in hi Chriſto vnum ſunt, per Sancti Spiritus coniunctionem.* Hi eo videntur reſpexiſſe, quod *Maceriam* arbitrati ſunt è ſolis lapidibus ſuperſtructis, nullo calcis, aut bituminis vinculo, erectum parietem: quales plerumque beſtijs prohibendis magis quam hominibus, Vineæ circundari ſolent. Sed nec certum eſt *Macerias* de ſolis, ſiccíſque lapidibus ædificari ſolere, quin ex teſtimonio veterum etiam addi ferrumen aliquod, ad vinciendos lapides, conſtar. Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 12. *Quis ignorat ſepta è Macerijs ita eſſe oportere, in Leporario vt tectorijs tecta ſint, & ſint alta?* Cat. de re ruſt. cap. 15. *Maceria ſi ex calce, & cæmentis, vel ſilice ædificetur.* Nec hoc loco vſurpatum nomen, quatenus ſepimentum ad cuſtodiam ſignificat, adeoque nec quidquam facit ad arcanam ſententiam, ſepiendi munus. Nec demum Originale vocabulum propriè *Maceriam* ſignificat, nec propriè poſitum à vulgato, pro Vinearum è lapidibus ſepimento; non enim ſolent Palumbes locis tam humilibus nidos conſtruere: Sed pro parietinis, aut antiquis ædificiorum ruinis, quæ ſæpe ſolitarijs locis, montiumque viſuntur iugis, quæ temporum iniuria deformata, ac ruinoſa & fiſſuris hiant, & rimis, vnde lapides ſunt exciſi. Has *Cauernas* vocat, in illis enim palumbes procul ab hominum conſortio nidulari ſolent. Vt alibi obſeruatum à nobis. Nulla ergo cauſa eſt exiſtimandi, in *Maceriæ* nomine altius myſterium contineri, ſiue immiſſa calce lapides coaluerint, ſiue interliti luto rudi ſtructuræ genere; ſeu ſolis in ordinem vtcunque digeſtis, in parietum imitamentũ, ad cuſtodiam. Qua eadem ratione etiam aliorum ſententias minus huic loco aptas iudicabis. Vt Anſelmi, qui eos ſignificari arbitratur, *qui ex diuerſis Gentibus aggregantur, in vnione Fidei, Eccleſiæ, & ſic ſunt ordinati, vt nullus defluat.* Quanquam in eo argumento & pulchrè, & piè ſpatiatur. Vt Recentiorum, qui (quemadmodum, vt Not. proxima notatum eſt, *Petræ foramina* interpretati ſunt, *vmbroſa legis Latibula*) ita *Cauernam maceriæ, obliquam, ac tortuoſam Gentilium ſapientiam, Philoſophorum ſententijs, inſtar ſaxorum per obſtinationem obduratorum, quaſi in altum murum erectam; ſed nulla caritatis calce iunctorum: adeoque nec ſtabilem, & ad quemcumque Veritatis flatum impulſumue caſuram.* Quæ quidem tam acuta ſunt, vt me ea fatear haud aliter intelligere, quam calculi interiecta aqua, haud admodum pura, ſpectari ſolent.

Caſſiodorus. Cauerna maceriæ cuſtodia Angelorum.

Caſſiodorus. Chriſti lateris vulnus.

Iuſtus Vrgelit. Sacra ſcriptura. Aponius.

Maceria non de ſolis lapidibus erigi ſolita, ſed calce vinctis lapidibus.

M. Varro. Cato.

Maceria pro vniuerſis ædificijs in montibus, ac deſertis locis.

Anſelmus.

II.

Nullum ergo in cauerna maceriæ myſterium latet,

Reſtat ergo, vt, *In cauerna maceriæ*, dictum arbitremur, tantum exornandæ ſententiæ gratia, nec alium latere ſignificatum, quantum attinet ad arcanam ſententiam, quam in *Foraminibus petræ*: aut ſi quid certè latere arbitrandum eſt, referenda hæc eſſe ad ſordidã

Digitized by Google

Sed eadem geminatur verbis ſententia.
Niſi velis referre ad ſordidam in Ægypto habitationem.
In caſis paruis, & humilibus.
Nulloque cultu ornatis.
Quod aliud argumentum ad perſuadendum.

Cauerna maceriæ ſordida Hebræorum in Ægypto habitatio.

Gentis in Ægypto habitationem, quibus nec ædium ſtructura magnifica, qualis honeſtorum Ciuium eſſe ſolet, permiſſa; neque ciuili cultu inſtructæ domus, quales mediocris fortuna permittit; Sed caſæ, & forma inconcinnæ, & ſpatijs anguſtæ, & parietibus humiles, & tectis è ſtramine arcendis pluuijs vtcunque contectæ. Tales communitèr apud nos Arabum fuere, qui ſeptem fermè ſæculis Hiſpaniæ noſtræ partem non exiguã inhabitarunt; vt gurguſtia potius ad latendum, quam domus ad inhabitandum viderentur. Ergo & in his verbis ratio alia ad ſuadendum diſceſſum latet, hoſpitij miſerrima ſtatio, nec tam hominibus ad vitam agendam, quàm beſtijs ad arcendas Cœli iniurias parata: ne quid eſſet, quod abituram Eccleſiam, & alibi laxè, ac magnificè habendam, moraretur. Id ritè per *Cauernam maceriæ* ſignificatum arbitramur, ſi quid tamen ſignificatũ.

NOTATIO XLIII.

OSTENDE MIHI FACIEM TVAM.

I.
Quid his verbis velit in cortice, Facile intelligitur. In arcano ſenſu difficilius eſt. Sed h[illegible] ad repulſas refer[illegible]. Siue tamen verba eſſe Sponſi ponas, Non enim leues animæ, repulſis Deum exercere. Tametſi haud raro ex confidentia quid ſimile fiat. Vt factum à Moſe [illegible] à Petro Apoſtolo.

Repulſis probare Deum animã ſibi caritatẽ coniunctam ſæpe ſolet.

QVID hac loquendi forma velit Sponſus, haud facile definiri poteſt: nam cum *Faciem oſtendi ſibi* poſtulet, ſi Dramaticum exquiras ſenſum, facile, quid velit, intelligitur; Scilicet vt videri ſe ſine ambagibus, aut vllo impedimento, ſinat: nec amãtem diutius, negato aſpectu, torqueat: nihil enim ægrius ei, qui amat, eſt, quam ſi ſe repulſis obiectum ſentiat. In arcana autem intelligentia, haud facile hæ intelligi repulſæ poſſunt; Siquidem hæc verba Dei eſſe velis, quod plerique exiſtimauere, (tametſi & Nyſſenus, & Pſellus, & Philo Eccleſiæ tribuunt.) Nam vt Deus repulſa Eccleſiam, aut animam ſe amantem exerceat, nouum non eſt. Facit id pro poteſtate, quia Deus eſt; facit pro authoritate, quia Rex eſt; facit pro doctrina, quia Magiſter eſt. Vt autem Eccleſia, aut anima repulſis exagitet Deum, quantumcumque ab amore familiaritas, à familiaritate confidentia creſcat, haud ſatis intelligitur: niſi velis, in eo gradu nonunquam amicitiam conſiſtere, vt quodammodo leges dicere homo audeat Deo. Sic Moſi licuit dicere; *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*. Exo. 32.3. Et Petrus dicente Chriſto de futura paſſione, & morte: *Abſit a te, Domine, non erit tibi hoc*. Matth.16. 22. Nam quòd nemo Apoſtolorum auſus eſt, Chriſtum abſterrere à morte, ſed ſolus Petrus, ab amore profectum eſt, quo cæteros anteibat; amori autem coniuncta eſt confidentia; maximè, cum paulo antè audiſſet; *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues Regni Cœlorum*. Matth.16.18. A promiſſi granditate creuerat confidentia.

Familiaritas ſæpe confidentiã parit.

Exo 32. 3.

Matth.16 22.

II.
Sed faciem quidã exponunt rationẽ agendi, Ex præſcripto Diuinæ legis. Verum hic Deus aliquid ſibi fieri poſtulat, Quod factũ prius non fuerit Eccleſia autem opera bona ſemper vidit.

Faciés agendi ratio, ex Diuinæ legis præſcripto. Origenes.

Theodoretus. Caſſiodorus. Tres Patres. Iuſtus. Gregorius. Anſelmus. Bernardus.

Plerique *faciem* interpretantur, *rationem agendi ex Diuinæ legis præſcripto*; quoties ſcilicet ita aliquis viuit, vt viuere cum vult Deus. Sic Origenes hom.2. ex 2. & 4. ex 4. *faciem* enim *Animæ* interpretatur eam, *quæ quotidie renouatur ad imaginem eius, qui creauit eam; quæ non habet in ſe maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Sed eſt Sancta, & immaculata, qualem ſibi exhibuit Chriſtus Eccleſiam*. Origeni Theodoretus hæret, & Tres apud illum Patres, Caſſiodorus, Gregor. M. Beda, Anſelmus, Bernardus, Iuſtus. Sed cum *oſtendi ſibi faciem* poſtulat, id videre cupit, quod non videbat ſcilicet. Si enim videbat, quid oſtẽdi ſibi vult? Nemo ab alio poſtulat, quod apud ſe habet. Viderat autem Eccleſiæ *faciem* ſæpe, immo & continuo videbat, ſi *faciem opera ex Diuinæ legis præſcripto facta* intelligas: nunquã .n. eam faciem Sponſo ſuo negauit Eccleſia. Aliquid ergo quærendum, quod magis Deus in votis habeat, quam verè, & iure.

III.
Nec placet hæc ad Iudæos referre, Conuerſos in fine mundi. Quod quibuſdam placuit

Aponius.

Qua eadem ratione aliorum minus probandæ ſententiæ. Vt Aponij, qui verba hæc ad Iudæos recens conuerſos refert; per Apoſtolorum prædicationem, fide iam, & caritate Chriſto coniunctos, immo & ſimiles. Nam certè non erat, quod *faciem* videre vellet, id eſt, eorum fidem caritate formatam, quam iam viderat: nam ſi nondum viderat, certè hæc ad inimicos, non ad amicos verba dicerentur: cum tamen eam, qui cum loquebatur & *Amicam*, & *Columbam*, & *Formoſam* nuncupaſſet.

IV.
Sed videamus vſum ſcripturæ. In qua, Auertere faciem indignationis eſt, Et cum ad peccata refertur, ignoſcentis. Quærere faciem amantis,

Faciẽ auertere, & quærere quid ſit in S. S.

Mihi hæc videtur haud difficulter definiri poſſe, ſi expendamus, quid ea forma loquẽdi, *oſtendendi faciem*, ex vſu Sacræ Scripturæ, intelligendum ſit. Diximus alias *facie* totum hominum quodammodo contineri: immo velut ſpeculum eſſe, quo quidquid internus latet, oculis obijciatur. Hinc *Auertere faciem*, habitus eſt indignantis, reijcientis, fauorem, & gratiam abnuentis, iraſque coquentis, & vindictam meditantis. Pſal. 12.1. 43. 24. 103. 29. Cum autem ad peccata refertur, ignoſcentis eſt, minimeque vlciſci volẽtis. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele*, Pſal. 50.11. Sic *Quærere faciem*, amantis eſt, confugientis ad alicuius auxilium, obſequentiſque, & ad obediendum parati. Pſal. 23.6. 26. 8. & 104.3. *Et verterunt, ad me terga, & non faciem*. Sed quantũ ad

Sed oſtendere faciem amantis fauentiſque.
Nec aliud illuminare faciem ſuper aliquem
Id ergo vult Deus Dum oſtendi ſibi faciem Eccleſia vult.
Scilicet ſibi vt gerat morem amanti amans,
Quo amor Dei in Eccleſiam mire extollitur.
Tot modis trahere eam ad ſe conantis.

Faciem oſtendere, habitus eius, qui paratus ſit fauere, immo & obſequi,

Monetur Eccleſia morem vt gerat hortãti Deo.

Dei amor in illã Eccleſiam mirus

ad huius loci enodationem attinet, *Oſtendere faciem*, benignitatis, & fauoris eſt eius ſcilicet, qui paratus ſit impendere gratiam, & morem alicui gerere in aliqua re. Pſal. 79. 4. *Deus, conuerte nos, & Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* Quæ eadem habes Verſ. 8. & 20. Aut, *illuminare faciem ſuper aliquem.* Pſal. 118. 135. & 66. 2. Quæ ſi ſequare loco hoc, facile quid Deus velit intelliges. Reſtitabat nempe adhuc illa Eccleſia, nec ſtatuebat, quid ſibi faciendum eſſet: hinc Dei vrgente per Moſen imperio, eodemque per arcanos motus alliciente, contantemque vrgente, ac promiſſis ingentibus animante: inde rei deterente difficultate: hortatur nunc, vt ad ſe *Faciem obuertat*, ſeque ſpectari ſinat: ideſt, vt ſibi & amanti, & allicienti, & promiſſa implere parato, morem gerat, tandemque Ægypto excedat, in pingues Chanaanitidis campos introducenda. Facit id ex Amantium more, qui vel ſuboffenſas Sponſas, aut errore aliquo auerſas blanditijs ad ſe trahere, ſibique conciliare ſolent. Quo certè mirum in modum Dei in illam Eccleſiam amor deſcribitur, quantoque molimine, & conatu, nec tempori, nec labori parcens, eam ad ſe trahere, & ſeruitute Ægyptia eripere, laborarit. Contra eius Eccleſiæ ingenium, nondum pueriles mores exutæ, cui ſe ſcilicet prudentiſſimus Amans accommodabat.

V.

Eſt etiam oſtendere faciem,
Magnum aliquid aggredientis.
Magno animo, & forti pectore,
Contemptis periculis omnibus,
Monetur ergo Eccleſia.
Vt magno animo, grande illud facinus aggrediatur.
Habes hunc ſenſũ paraphraſi expoſitum
Nec quidem contemnendum.

Oſtendere faciẽ, magnum aliquid aggredientis. 4. Reg 12. 17. Luc. 9. 51.

Paraphraſis.

Eſt etiam *Oſtendere faciem* habitus magnum aliquid aggredientis, alacri, & ingenti animo. Qua etiam loquendi forma, vulgi ſermone, vti ſolemus. *Mueſtrale la cara; Hazle roſtro.* Sic Hazael, expugnata Vrbe Geth dicitur; *Direxiſſe faciem ſuam, vt aſcenderet in Ieruſalem.* 4. Reg. 12. 17. Et Dominus Luc. 9. 51. *Faciem ſuam firmauit, vt iret in Ieruſalem.* Quod nihil fuit aliud, quam *Faciem* paſſioni, & cruci obuertere: *Boluer la cara a la paſſion, y cruz.* Atque occurſantibus, quaſi ex condicto, angoribus *faciem* ſuã totã *oſtendere*, atq; ingenti animo alacrique ſeſe paratum ad omnia profiteri, quaſi vltro occurreret ipſe laboribus, vt facere ſolent ij, qui antequam aduerſarius impreſſionem faciat, in eum inſiliunt. Hortatur ergo Eccleſiam ſuam Deus, vt magno animo, alacrique facinus illud aggrediatur; &, quidquid tandem obuenturum ſit, illius præſidio freta, contemnat. Quaſi dicat: Tu quidem adhuc inter ſpem, metumque, velut pelagi fluctibus agitaris, dubia quid facias: age *obuerte faciem*, & magnis animis aggredere fugam. Nam auertere certè à profectione animum, à me *auertere faciem* eſt, diſceſſum impetante, parataque habente auxilia, ne quid grande facinus impediat, aut moretur. Tantum aude, & rem omnem puta confectam. Diu expecto ſollicitus. Quid tandiu Amantem, pronumque ad auxiliandum, protegendumque tenes? Age: & me tandem & hortantem audi, & ducentem ſequere.

VI.

Voluit etiam vt in procinctu eſſet
Et parata ad profectionem
Inſtat proficiſcendi tempus.
Miteſcit iam Pharao,
Opus eſt te paratam eſſe,
Obuerſa facie ad longum iter.
Id ergo moneo, vt facias,

Oſtendere faciẽ habitus parati ad agendum.

Ierem. 42. 15.

Dan. 9. 17. Ezech. 10. 22. Paraphraſis.

Fortaſſis quia de profectione agebatur, nihil aliud voluit, niſi vt in procinctu eſſet, quaſi miles, cum collectis vaſis, ac iniectis in tergum ſarcinulis, profectionis ſignum expectat. Qua ex cauſa Hebræi agnum ſtantes, calceati, baculos tenentes in manibus, & accincti lumbos, comedere iuſſi ſunt. *Faciem* enim *aliquo obuertere*, aut iter agentis, aut ad agendum parati habitus eſt. *Si poſueritis faciem veſtram, vt ingrediamini Ægyptum vt ibi habitetis* Ierem. 42. 15. Sic Dan. 9. 17. Ezech. 10. 22. *oſtende* ergo *faciem* hoc ſenſu dictũ forſitan eſt. Inſtat profectionis tempus, nam res ſenſim ad effectum properat; nec diu erit, cum Pharao, tot ſignis, ſupplicijſque coactus, abeundi copiam faciat. Tuum iam erit, nihil vltra tardare, ſed tanquam cui mox profectionis ſignum eſt dandum, non ſarcinarum modo impedimenta habere parata, ſed *faciem* etiam *obuerſam* qua iter eſt agendũ: ne vel id momentum, quod inſumendum eſt ſola corporis conuerſione, morari diſceſſum poſſit. Nihil enim mihi contingere gratius poteſt, quam ſi eo animo comparatam ad capeſcendam viam videro. Sic omnia plenè ſunt plana, & iuxta noſtræ interpretationis ſeriem obſeruata.

NOTATIO XLIV.

SONET VOX TVA IN AVRIBVS MEIS: VOX ENIM TVA DVLCIS, ET FACIES TVA DECORA.

I.

Prædicationis vocem, quidam hic agnoſcunt.
Senſus grauis, & ſuis dignus Authoribus.
Sed nondum Eccleſia verſatur in publico.
Eſt ergo hoc referendum ad obſequium.

Eccleſiæ vox Deo dulcis prædicationis ſonus ex ſenſu quorũdam.

Vox Eccleſiæ, ea, qua vocanti Deo annuit.

VOCEM Plerique veterum, Recentiumque *Prædicationis ſonum* exponunt, qui tunc Dei gratum auribus eſt, cum operibus, ad eius legem exactis coniunctus eſt. Authorum nomina Superiore Notatione poſuimus. His interpretandi modus grauis eſt, & ſuis dignus Authoribus, iuxta eam quam ſequuti viam ſunt. Sed monuimus ſæpe nondum induci Eccleſiam foris verſantem, & in publico prædicationi vacantem. Adhuc hæc ad Iudaicam Eccleſiam pertinent, in Ægypto conſtitutam, ſed mox in promiſſam terram profecturam: Ideo probabilius arbitramur, *Vocem* hanc ad *obſequium* referendam; vt tandem ſcilicet votis Dei vocantis, inuitantis, allicientis *annuat*, aut reſpondeat. Eo enim eunt hæ Dei repetitæ voces, geminatę blanditiæ, atque argumenta propoſita. Quo

Ex quo intelliges, quantæ molis fuerit,
Eccleſiam ex Ægypto educere.
Repugnante Pharaone,
Et hæſitante Hebræa gente.

ſatis innuitur, quanti operis fuerit, Hebræos educere ex Ægyptia ſeruitute in candidam libertatem: vt non modo multum negotij ſubeundum cum Pharaone fuerit, atq; Ægyptia Gente, vt adeundi copiam facerent, nec diſceſſum impedirent, (quo reſpexere tot patrata prodigia) ſed multo etiam magis cum Hebræis ipſis, vt liberari vellent, ſeque finerent tanto donari beneficio. Sed diuerſus agendi modus adhibendus fuit. Pharaoni graui manu, ac ferrea virga occurrendum fuit: nec enim eius durities animi ratione alia mollienda fuit: Eccleſiæ non niſi blanditijs, promiſſiſque ſuadenda profectio fuit. Iuuenis enim adhuc, nec ſatis robuſta puerilibus blandimentis inducenda erat.

Quantæ molis opus Hebræos ex Ægypto educere.

II.

Vocem ergo illius audire deſiderat.
Annuentis hortamentis ſuis
Nulla enim ſuauior Deo vox,
Quam illa Samuelis, & Iſaiæ, Ecce me.
Si memineris tergiuerſantem Moſen,
Et munus deprecantem,
Intelliges ſtatum Eccleſiæ,
Donec annueret Deo.

Eam *faciem* ſibi morigeram, & ad obſequendum paratam, nihilque aliud exſpectantem, quam profectionis articulum, aduerſus omnia, quæ obijci poſſent diſcrimina, aut impedimenta ſtrenuè armatam, viſu ſibi *Pulchram*, atque *decoram* fatetur. Eam *vocem* ſuis ſeu monitis, ſeu iuſſis annuentem, *ſuauem* auribus eſſe, ac *dulcem* confirmat. Et vero nihil Deo gratius eſſe poteſt, quam ea Samuelis vox ad iteratos ſermones ingeminantis *Ecce ego, quia vocaſti me*. 1. Regum 3. 10. Et: *Loquere, Domine, quia audit ſeruus, tuus*. Et Iſaiæ vocem Dei audientis. *Quem mittam, & quis ibit nobis*? reſpondentiſque: *Ecce ego, mitte me*. Iſai. 6. 8. Quod ſi memineris Moſen, à Deo de rubo vocatum, iuſſumque cum mandatis ad Hebræorum populum ſuis proficiſci, reſtitantem tamen, & ſemel, atque iterum tantum munus deprecantem, cauſantemque nunc conditionis vilitatem; nunc linguæ impedimentum, atque infantiam; nunc populi incredulitatem: &, poſtquam nihil erat, quod imperio Dei obtenderet, quin obſequeretur, adhuc orantem, vt alium potius mitteret; quoad iraſceretur Deus, & poteſtatis partem in Aaronem fratrem transferret: ſi hæc, inquam memineris, fortaſſe ſtatum illius Eccleſiæ perſpicies; quamq; merito Deus gratiſſimam ſibi futuram illius *faciem*, ad profectionem paratam, ac ſuauiſſimam *vocem*, ſuis votis annuentem, fateatur.

Eccleſiæ annuẽtis Deo vox ſuauiſſima.

1. Reg 3. 10.
Iſai 7. 8.

Status illius Eccleſiæ, cuius voce audire Deus cupiebat.

VERSVS XV.

CAPITE NOBIS VVLPES PARVVLAS, QVÆ DEMOLIVNTVR VINEAS: NAM VINEA NOSTRA FLORVIT.

COMMENTARIVS.

VOX hæc Sponſæ eſt, Eccleſiæ inquam: Hanc Deus audire cupiebat, iteratis illius monitis annuentem. Pollicitus illi fuerat Deus ſeſe impedimenta omnia ſubmoturum, miris patratis prodigijs, quoad Ægyptium Tyrannum vi cogeret ad aſſenſum, quod & perfecerat hactenus. Reſtabat totius Tragediæ Cataſtrophe, ac luctuoſiſſimus Actus, quo tandem velut validiſſima impreſſione duriſſima obſtinati animi caures perrumperetur, Primogenitorum ſcilicet cædes. In eam ſpem vigilabat Eccleſia Paſchali agno commanducato, litiſque domorum ſuperliminaribus, illius ſanguine, noctemque, & horam tanto facinori definitam auida exſpectabat non minus ſpe, quam ſollicitudine plena. Ea ergo exſpectatio hoc Commate pulchrè deſcribitur. Ad deſignandos enim *Ægyptiorum Filios*, nihil aptius fingi potuit, quam ſi eos *Vulpes paruulas* nominaret *Vineas* autem intelligit, eam ipſam Gentem Hebræam, ſuas per tribus; veluti per minores *Vineæ* grandis ſortes diſcretam, vt magnatorum prædia ſolent: aut certè familias Hebræorum, quarum ſingulæ, velut *parua vineæ* erant familiarum capitibus excolendæ traditæ. *Demoliebantur* autem eas *Vulpeculæ*, cum *Florere* iam cœpiſſent, proxima libertatis ſpe vernare: quod durus hactenus, atque inexorabilis Pharao, nec molliendus erat, nec abeundi poteſtatem facturus, dum *Primogenitis* parceretur. Atque interea ſua illa ſpe, ac ſpei fructibus fruſtrabatur.

ENAR-

Digitized by Google

ENARRATIO.

QVID non tanta tua, Domine, in Eccleſiam tuam indulgentia cogat? Et paratam iubes ad profectionem eſſe, & toto obtutu in illum temporis intentam articulum, quo per Ducem tuum Moſen profectionis dandum eſt ſignum. En me prorſus expeditam, & momentum illud praſtolantem. Nam quis aut libertatis bonum ſpernat oblatum; aut eripi tantis ærumnis nolit; aut te Ducem, comitemque ſequi detrectet, qui beneficijs in me maximis id promeritus es, vt vni hæream, vnique obſequi ſummam reputem felicitatem? Sed video tamen Pharaonis adhuc indocile ingenium flecti non poſſe, & multiplicatis prodigijs obdureſcere. Tuum eſt, rem tantam perficere, cuius & incæpiſſe fuit. Age. atque Actu extremo fabulam claude. Vides, dum Primogeniti viuant, futuram in incerto ſpem; &, quæ hactenus à te patrata ſunt, fruſtra fuiſſe. Quidquid hactenus à te mihi praſcriptum eſt, peractum ſcilicet eſt. Paſchalis agni cæna, grandis olim myſterij figura, ritu ſolenni facta eſt: ædium poſtes, atque ſuperliminaria innocuo tincta ſanguine, Populum tuum ab infida Ægyptiorum plebe diſcriminant. Atque occluſis foribus, nocte ſilente, tantæ rei euentus expectatur, in vnam omnium animis ſuſpenſis. Vineam hanc tuam vides, à te ſcilicet plantatam, excultam, ornatam, velut adoleſcente Vere, in flores conantem; ac proxima felicitatis ſpe vernantem. Fruſtra floruiſſe videatur, niſi olim fructu opulenta cellaria impletura eſt tua. Nec certam ſpem Flores faciunt, dum Vulpeculis liceat tenera illius germina morſu corrumpere, aut afflatu fœdare. Quid putas contubernium hoc impiæ Gentis tuis prodeſſe? Quid non damni imminere à turpiſſimo conuictu? O! deleantur hæ Vulpes, quæ tametſi paruulæ, contemnendæ videntur, adoleſcere tamen poſſunt, in perniciem meam! Opprimatur Ægyptiorum impia ſoboles, ne opprimar ipſa. Eorum interitus mea eſt ſalus; eorum clades felicitas mea.

NOTATIO XLV.

CAPITE NOBIS VVLPES PARVVLAS.

SVM.COM.

I.
Verba Sponſæ id eſt Eccleſiæ.
Nec loquitur cum contubernalibus,
Nec cum Sponſi comitibus.
Eſt enim loquutio vel figurata,
Et numerus pro numero poſitus,
Vel indefinita, ad nullum ſingillatim directa.
Vt aliàs monitum eſt.

CVIVS hæc ſint verba, multi quærunt: quod quæſierint, minimè mirandum eſt; quod fuerint, qui Sponſo tribuerint, id, ſi ſeriem rerum, & decorum perſonarum conſideres, mirum eſt. Eam quæſtionem Dramatico Comment. definiuimus, vt nihil hic addere ſit neceſſe. Quicum Sponſa loquatur, alia quæſtio eſt, quam quia ſuo loco omiſimus, explicare hic cogimur. Plerique, vel cum contubernalibus puellis, vel cum Sponſi comitibus ſermonem eſſe volunt: credo verbum pluralis numeri *Capite*, eos in illam coegit ſententiam. Sed præſtat exiſtimare, formam eſſe loquendi indefinitam, quēadmodum ſi Hiſpane diceres: *Cojan me las Zorrillas, que me deſtruyen la Viña*. Sicut ergo, cum dicit, *nobis*, tametſi voce multitudinem ſignificante, non de multis, ſed de ſe vna loquitur: ita cum dicit, *capite*, non ad plures, ſed ad vnum Sponſum referenda ſunt verba, vel certe indefinitè poſita exiſtimanda ſunt. Sic Cap. 13. Verba illa interpretati ſumus, iuxta 72. *Introducite me in domum vini*. Sic Cap. hoc verba illa: *fulcite me floribus*: tanquam non ad determinatas directa perſonas, ſed vel indefinitè prolata, vel ad vnum Sponſum directa. Eum ergo ipſum rogat, vt *Vulpeculas Vineis inſidiantes capiat*: non quòd cum ſuis manibus capere eas cupiat; ſed quod eius imperio capiendas ſciat, ſi pro poteſtate velit iubere.

Eccleſiæ verba ad Deum.

Hiſpaniſmus.

II.
Plerique ad Doctores hæc dicta volunt.
Qui moneantur capiant Hæreticos,
Doctrinæ retibus,

De nexu horum cum ſuperioribus alia erat quæſtio, nec minimè neceſſaria, ſed ea, vera tradita ſententia, expedita erit. Celeberrima ſententia, & ſui ratione grauis, & Patronorum authoritate, & numero venerabilis, verba hæc ad Sacros Doctores, ac Prælatos referri exiſtimans: qui moneantur, vt *Hæreticos*, hos enim arbitrantur *Vulpes*; antequam adoleſcant, capiant; atque in ipſo conatu *Eccleſias demoliendi* opprimant: ne, quod meditati fuerant damnum, inferant. Sic grauiſſimi quique de veteribus, Ignatius Epiſt. 5.

Hæretici dum nondum in errore confirmati capiendi. Hi Vulpes ſunt.

ad

Eum nondum viribus confirmati in errore.
Senſus in ſe grauis
Et authoritate multorum fultus.
Magna enim ſimilitudo Hæreticorum cū Vulpibus.

ad Philadel. Origenes hom.4. Nazianz. Orat.2. de Theol. Chryſoſt. in Pſal. 96. Ambr. lib.2. de Spiritu Sancto, Auguſt. in Pſal.80. & ſerm.107. de temp. Innoc. 3. Orat. 1. de B.Gregorio, Gregorius idem hoc loco, Theodoretus, Caſſiodor. Beda, Aponius, Iuſtus, Anſelmus, & Bernardus ſerm.64. quos de recentioribus ſequuti plerique. Equidem nec authoritatem huic ſententiæ abiudicare; nec quin magna cum ratione id affirmari videatur, poſſum negare; Tanta enim affinitas *Hæreticis* cum *Vulpibus* intercedit, non vt magis *Vulpes* ipſę ſin *Vulpes*, quam *Hæreticis Vulpium* quadrat nomen. Et fuere, qui otioſe rationes parteſque omnes ſimilitudinis explicarent, poſt Auguſtinum citato loco.

Ignatius mart. Origenes. Nazianzenus. Chryſoſthomus. Ambroſius. Auguſtinus. Innoc. 3. Gregorius. Theodoretus. Caſſiodorus. Beda. Aponius. Iuſtus Vrg. Anſelmus. Bernardus.

III.

Sed Hæreticos Vulpibus ſimiles nemo negauerit,
Quod hoc loco de illis ſit ſermo,
Id vocari in dubium poteſt.
Similitudinem exſequuti quidam ſunt
Quos conſules ſi hęc placeant

Cæterum aliud eſt, ſi & *Hæretici Vulpes* verè dicantur, *Vineam Domini*, quæ Eccleſia Catholica eſt, prauis dogmatibus corrumpentes, in quos omni ætate Catholici Doctores velut Chriſti ſodales, ac Eccleſiæ ipſius adminiſtri, diſputationum retia tetendere, vt *caperent*, quod veriſſimum eſt; aliud ſi id ipſum, quod verum alias eſt, huic loco litteralitèr aptare volueris, rerum ipſo nexu, atque interpretationis ordine aliud exigente. Sed in argumento graui grauiter quidam verſati ſunt, & vtilitèr, quos tute videre poteris, ſi ſenſum hunc amplectare. Hi ſunt Ambroſius locis citatis, & ſerm. 11. in Pſal. 118. Bern. ſerm.64. in Cant. Et de Recentioribus vnus ex noſtro ordine, qui inſtar omnium ſit, hoc loco ex Ignatio, Origene, Gregorio M. Auguſtino, quibus & ipſe ſymbolam adiecit.

Mart. Delrio.

IV.

Sed latus Scripturæ campus
Quam plures poſſint decurrere,
Quin ſibi occurrant
Alij Vulpes Dæmonum nequitias exponunt.
Quas vt capiant Angeli moueantur,
Miratur autem Pſellus Chriſti potentiam,
Cui Dæmonum poteſtas omnis comparata,
Non Vulpes adulta ſit, ſed Vulpecula
Facile capienda, & vincienda,
Verba illius habes,
Et ſimilia Nyſſeni
A quibus non multum diuerſus Bernardus,
Licet limitet ad vitia,
Quæ virtutū ſpecie fallunt.
His ſenſus grauis eſt, non literalis.

Sed latus ſcilicet eſt Scripturæ campus, in quo multi decurrant, nec tamen ſibi inuicem occurrant, aut impedimento ſint. Nam quidam *Vulpeculas* interpretantur, *nequitias Dæmonum*, qui per prauas cogitationes, peruerſamque intelligentiam, exterminant in anima virtutum efflorеſcentium decus. Ideo mandari Angelis, eas vt *capiant Vulpes*: quia eorum eſt munus, per arcanas illuminationes, mentem illuſtrare, vt eas agnoſcat cogitationes, non à bono, ſed à malo ſpiritu eſſe. *Paruas* autem *Vulpes* dictas, quia initijs obſiſtendum eſt, antequam tentatio radices agat, & *Vulpecula* adoleſcat, difficilius, quo adultior, capienda. Sic Origen. Hom.4. cui & Nyſſenus hæret, hom. 5. in Cant. Tres Patres, hic, Ambroſ. lib. 2. de Spiritu Sancto, Pſellus verò miratur Chriſti potentiam, ad quam comparata Dæmonum omnis poteſtas, minima ſit, vt non *Vulpis* adultæ, ſed *paruulæ* virtus videatur, facile ſuperanda. Eius verba, tametſi raro ſoleo, integra poſui, quia lectiſſima ſunt. *Totam deſertricem Dæmonum poteſtatem, Draconem illum maximum, illum rebellem natura, qui non aliter in nos, quam Leo in greges, deſæuit, mundi Principis Sathan, Principem tenebrarum: Infernum ſuas tenebroſas fauces aperientem, habentem, ac ferentem mortis imperium; qui ſe paſſeris nidum, orbem ſcilicet vniuerſum, tanquam oua putrida, & abiecta cœpiſſe, & diripuiſſe gloriatur: qui terra montes, & mare euerſurum, & in nubibus ſedem ſe iactat collocaturum; cuius quidem latera ſunt aenea, & dorſum ferreum, viſcera autem Similites lapis, Serpentem ipſum grauem, illum ſenem, ingentē il[l]ū, & totam eius hoſtilem manum; virus vero potentiæ, tanquam Vulpeculas paruas, & natura fraudulentas appellat.* O virtutem omnipotentem Verbi! ò robur incredibile. Similia Nyſſenus habet: *Illæ quidem omnes terreſtres poteſtates, aduerſus quas eſt colluctatio hominibus: Principatus, Poteſtates, ac Rectores tenebrarum harum, & ſpiritus nequitiæ, ſunt paruæ Vulpes, doloſæ, & infelices, ſi cum noſtris conferantur viribus.* Scilicet quas nobis Dei per Chriſtum ſuperabundans gratia confert. Nec Bernardus multum diuerſa, tametſi limitat, ad vitia illa, quæ virtutum ſpecie minus aduertentibus, quibuſque nondum contigit virtutum apicem aſcendiſſe, ſolent imponere. Quæ quidem omnia etiam verè dicuntur & aptè ad hunc locum; nam tametſi immediatus ſenſus alius eſt, hic tamen, & ſimiles alij ſub illo, tanquam ſub typo, continentur, vt mox dicam. Ne videamur omnino tantorum Interpretum authoritatem neglexiſſe.

Vulpes paruulæ Dæmonum nequitiæ.

Origenes. Nyſſenus. Tres Patres. Ambroſius. Pſellus.

Ingens Chriſti potentia, cui cōparata omnis poteſtas Dæmonū parua eſt Vulpes.

Nyſſenus.

Bernardus.

V.

Nos ſequamur noſtrum filum.
Et Vulpes paruulas interpretemur.
Ægyptiorum primogenitos.
Qui aptè dicti Vulpeculæ.
Quod in ſpem ſobolis creſcerent
Et licet tūc nullū à primogenitis damnum imminerет,
Creſcere poterant,
Auctoque ingenio cum viribus, nocere poterant,

Hæc nos de ea Eccleſia interpretanda cenſemus, quæ matura iam Spe profectionis ex Ægypto concepta, momentum expectabat, illud, quo deletis *Primogenitis*, eiſdem illis hortatoribus, qui antè impediebant, abdicata ſeruitute duriſſima, ſera libertate donanda erat: haud minus tunc exſpectatione tantæ felicitatis ſuſpenſa, quam ij ſolent, qui, poſtquam totam euigilauere noctem, horrida tempeſtate iactati, primos aduenientis lætiſſimæ lucis radios excipiunt oculis, ac multo magis animis, placido ſubito mari, ac ridentibus vndis cum die. Hunc ſenſum facile ſuadebimus lectori prudenti, ſi quam aptè *Vulpecularum* nomine *Soboles omnis Ægyptiorum* indigitata ſit, oſtenderimus. Tota autem analogiæ ratio in eo videtur ſita, quod & in ſpem futuræ ſobolis creſcerent, & quanquam nondum per ætatem nocuæ, futuræ olim crederentur damnoſiſſimæ; imitaturæ ſcilicet generis ſui mores, quos & ab vtero traxiſſent; & cum lacte confirmaturæ eſſent. Et à *Primogenitis* quidem, vt hinc ordiamur, tunc temporis nihil, maximè quod timendū eſſet, approbat, quorum nec ætas ad fraudes, nec imbecillitas ad iniuriam apta erat. Vt quantum ad præſentem ſtatum illorum, omnia in tuto Eccleſiæ illi eſſent; Atque in eo ſimilitudinis pars continebatur. Sed creſcere iidem illi poterant, ac cum ætate ingeniū, non modo fraudibus aptum, ſed maturum: auctis autem ſimiliter viribus, timeri iam poterant, cum nec ad machinandum calliditas, nec ad exequendum vires eos deficerent,

Vulpes paruulæ Ægyptiorum Primogeniti.

Primogenitorū cum Vulpibus paruis ſimilitudo.

quod

In tanto odio Gẽtis in Hebræos. Et tam antiquis ſimultatibus. Nec oportebat inimicorum numerum creſcere. Id votum Dauidis In filios Chaldæorum.

quod ſcilicet in *Paruis Vulpibus*, ſi adoleſcere ſinerentur timẽdum erat. Ea altera ſimilitudinis eſt pars. In tanta autem impiæ Gentes cum Hebræis, torque annorum ſpatio coalita ſimultate, odiorumque furore, dubium minimè erat imitatione morum Filios parentibus fore ſimillimos: fortaſſe & peiores, vt ſolent odia, & inimicitiæ, cum lacte ab vbere matrum tractæ, facilius augeri, quam minui. Nec è re erat inimicorum multiplicari numerum, ſed exſcindi; vt pauciores haberent à quibus timendum ſibi eſſe ſcirent. Ex hoſtibus enim pauciſſimi, vt Hiſpana paræmia canit, *De los enemigos, los menos*. Atque hæc tertia eſt ſimilitudinis ratio. Similia illius vota erant, qui Chaldæorum ſeruitute Gentem ſuam oppreſſam cernens, quantiſque, & qualibus anxietatibus, ſub dominatu ſæuo præmerentur, ſimili imprecatione dicebat. *Filia Babylonis miſera. beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad Petram*. Pſal. 136. 8. 9.

Hiſpana paræmia. De los enemigos, los menos.

Pſal. 135. 8.

VI.

Fuit autem ea captiuitas typus captiuitatis ſub Diabolo Qua liberati ſumus per Chriſtũ, Ideo ſenſu ſecundario, de Dæmonibus, Et eorum partiarijs exponi hæc poſſunt

Quia autem ea Populi illius captiuitas in Ægypto, eius typus fuit, qua ſub Dæmone crudeli Domino humanum genus ſeruiuit, qua liberati per Chriſtum ſumus, poteſtate nobis per illius merita tradita eundem vinciendi, cum partiarijs ſuis, & ad Chriſtum myſticam rupem alidendi, ideo non quidem ſenſu immediato, ac litterali, ſed in primario contento, eaſdem illas *Vulpeculas, Dæmones*, atque eorum partiarios ſiue *Hæreticos*, ſiue *impios homines*, nec minus exemplo, quam doctrina nocentes, licet interpretari, quod plerique fecere, nec enim aliud voluiſſe exiſtimandi ſunt. Sed ſi ſenſum immediatum exquiras, maxime iuxta noſtræ interpretationis ſeriem, de *Ægyptiorum Primogenitis* interpretabere,

Captiuitas, & libertas Hæbreorum. Typus captiuitatis ſub Dæmone, & libertatis per Chriſtum.

VII.

Sed cur capi non interfici iubet? Quia Hæretici capiendi ſunt argumentis ex ſenſu Bernardi Si non reſipiſcãt, exterminandi. Gratum id illis, Vitari Non cogi ſeueriore cenſura, Sed is morbus nõ niſi cauterio ſanatur. At hoc loco dum capi iubentur Etiam iubentur interfici vulpes. Alioqui quid captis fieret? Non ergo hinc colligat Hæreticus, Summo iure in ſe non debere agi ſed mitius,

Sed nihil intentatum reliquit ſeu pietas Interpretum Sacrorum, ſeu acumen. *Cur Capi ſibi Vulpeculas*, non interfici poſtulet, quæſiuere quidam: & cur etiam, non *Capite mibi*, dixerit, ſed *Nobis*? Leuis vtraque quæſtio, nec ad verum ſtatuendum ſenſum maximè neceſſaria. Bernardus, qui hæc verba tribuit Chriſto, & *Vulpes Hæreticos* eſſe vult, *capiendos* quidem eſſe affirmat, non armis, ſed argumentis, atque ad Eccleſiam pertrahendos, non occidendos; vt ſcilicet de *Vulpibus*, ſi fieri poſſunt, oues fiant. Quod ſi reſipiſcere nolint, ablegandos eſſe in deſerta loca, in quibus nocere iam minimè poſſint. Id voluiſſe Paulum, cum monet Titum: *Hæreticum hominem, poſt vnam, & ſecundam correptionem, deuita: Sciens, quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinquit: cum ſit proprio iudicio condemnatus*. Tit. 3. 10. 11. Gratias, acturi ſcilicet Bernardo & ſui, & noſtri temporis ſectarij, quibus gratiſſimum hoc ſupplicij in eos genus, vt ſolum vitentur; non vi, ac poteſtate ſeueriore coerceantur, vt ſi reſipiſcere nolint flammis vltricibus abſumantur. Sed malum hoc tam grande eſt, tam certum corpori Fidelium incentum allaturum, vt non niſi cauterio extirpari in totum poſſit. Omnis miſerationis ratio crudelitas eſt: nec boni medici ars permittit, ne brachium exſcindat, totũ hominẽ incertũ diſcrimen adducere. Sed hoc loco in voce, *Capite*, ſi analogiæ leges obſerues, non *captio* ſola, ſed & *occiſio* intelligitur *Vulpium paruularum*. Nam cur capi iuberentur? An vt iterum redderentur libertati? An vt vinctæ tenerentur donec adoleſcerent? Quo autem commodo Vineæ? quo compendio vinitoris, cum alere inſuper cogeretur, futuras olim nocentiſſimas: Si, quod calidiſſimę animanti ſolitum, vincula, quibus conſtrictæ tenerentur, euaderent? Ergo in *Capiendi* verbo, etiam interficiendæ ſignificantur, niſi deſinant Vulpes eſſe, quod certè non faciunt. Ne ex hoc loco fruſtra argumentum ſumat Hæreticus, ad efficiendum ſine vllo iure, & contra ſcripturæ legem ſummo iure in eum agi; dum non reſipiſcens improbitas, extremo ſupplicio coercetur. *Abſcindantur qui conturbant* Dei gregem: nam, qui viuus Leo pauor eſt ouium, huic mortuo vel Lepores inſultant, & barbam vellunt.

Hæretici capiendi rebus rationum.

Bernardus.

Tim. 3. 10. 11.

Hæretici niſi reſipiſcant, ſummo iure puniendi.

Dum iubentur capi Vulpes, & iam iubentur interfici.

Galat. 5. 12.

VIII.

Cur autem capite nobis, dixit? Id Bernardus refert ad benignitatem Dei Qui ex quo duxit Eccleſiam Nihil proprium habet, Sed omnia cum illa communia. At nec ſunt verba Sponſi Nec aliud, quam numerus pro numero poſitus.

Nobis autem, non, *Mihi Capite*, cur dixerit, altera quæſtio eſt: Quam Bernardus pulchrè, & piè mouet, ſoluitque. Verba habes, quæ & pietatẽ ſubtilẽ, & ſubtilitatẽ continent piã. *Aduertere eſt, quod ait, Nobis, Quid hac voce ſocialius? An non ſibi videtur hoc dicere, quaſi quidam Paterfamilias, qui per ſe nihil habeat; Sed omnia communia cum vxore, filiis, atque domeſticis? Et, qui loquitur, Deus eſt; minimè tamen, vt Deus, id loquitur, ſed vt Sponſus. Vides quam ſocialiter loquitur, qui ſocium non habet? Poterat dicere, Mihi, ſed maluit, Nobis, conſortio delectatus. O ſuauitatem! ò gratiam! ò amoris vim! Itane ſummus omnium factus eſt vnus omnium? Quis hoc fecit? Amor dignitatis neſcius, dignatione diues, affectu potens, ſuaſu efficax. Quid violentius? Triumphat de Deo Amor*. Pulchrè omnia. Sed hoc loco nec verba Sponſi, ſed Sponſæ eſſe monuimus; nec in verbo multitudinis numero poſito alium latere myſterij, quã orationis figuram, qua numerus pro numero poni ſolet: aut, ſiquid latet aliud, Eccleſiæ vox eſt, quæ vt ex multis conſtat Fidelibus, quidquid ad ſe vtilitatis obuenturum putat, communi filiorum commodo ſe indicat deputare.

Bernardus. Deus poſtquam duxit Eccleſiam omnia communia cum illa habet.

Numerus pro numero.

NOTATIO XLVI.

QVÆ DEMOLIVNTVR VINEAS.

SVM. COM.

I.

Demoliri, corrumpere, perdere, diſſipare,
Vinea autem florens.
Multis modis poteſt damnum accipere.
Sic Eccleſia ab Hæreticis, & impijs hominibus.
Sub eo autem ſtatu, à primogenitis,
Florebat enim propter proximam libertatis ſpem.
Quæ firma non erat, dum primogeniti viuerent:
Vides florere cœpiſſe vineam,
Et libertatis ſpem conceptam.
Perfici rem eſt opus, nec ſatis cœpiſſe,
Nec perfici poterit,
Dum primogeniti viuunt.
Deleantur ergo, quid tardas.

Originalis vocabuli ſignificatus.

ORIGINALE vocabulum, *Corrumpere, perdere*, ac *diſſipare*, ſignificat, vt alio loco monuimus: &, cum de ædificijs dicitur etiam *demoliri*, atque *vaſtare*, ſiue *ſubruere*. *Vinea* autem, dum flore primulo vernat, non vno modo poteſt dammum accipere; aut abſciſſis palmitibus, & cum illis omni Vineæ ſpe; aut eſcuſſis racemulis, in primos ſe fœtus explicantibus; aut impeditis quacumque ex cauſa, ne creſcant, adoleſcantque in maturos fructus. Has tanti mali radices ſi expendas, & ad Hæreticos, aut alioqui homines impios, aut eorum Doctores Dæmones transferas, intelliges, quam merito *Vulpibus* comparentur, ac *Vineas Demoliri* dicantur. Regrediamur ad id, quod cœpimus; nam certè non ſatis intelligitur, qua ratione Eccleſia illa, ſe *Demoliendam*, aut diſſipandam dicat, niſi *Primogeniti Ægyptiorum* deleantur, cum ab illis, dum pueri eſſent, nihil eſſet maximè timendum. Sed facilis nodi ſolutio. Nam ſi, quod ſequitur: *Nam Vinea noſtra floruit*, ita accipias, quemadmodum accipiendum monuimus, vt ideo *Floruiſſe* dicatur, quod de proximo libertatis ſpes tanquam in *flore* rideret, & proximum fructum promitteret; cum ea ſpes, dum *Primogeniti* ſuperſtites eſſent, aduerſis velut ventis fluctuaret, haud admodum tuta; iure certè, & merito id periculum *Demolitionis* nomine ſignificatum eſt: Floruiſſe Vineam noſtram vides, ac in primos ſe ſpei floſculos explicaſſe, id eſt, certam de proximo ſpem concepiſſe, nec concepiſſe modo, ſed etiam quodammodo parturiſſe, futuræ felicitatis. Itaque nondum ſe libertatem amplectendam, ac retineadam dare, ſed ridentem faciem oſtendiſſe illam, qua mœſtitia omnis captiuorum in hilaritatem mutatur. Perfici à te decet, quod cœpiſti, nec poterit perfici, niſi Pharaonis illa ſaxea durities vel arte molliatur, vel vi dirumpatur: neutrum autem futurum ſpero, dum Primogenitis parcitur, qui dum ſuperſunt, quin botrorum illud florens decus mutetur in frugem, prorſus impediunt. Eia. Quid tardas? Audendum aliquid grande eſt, niſi omnia vis videri perdidiſſe. Et temporis quidem ſolius factum diſpendium, contemnandum eſt; rei vt fiat, poſt tot conatus, & patrata prodigia, id dolendum eſt, ac multo magis honoris, qui oppigneratus in prioribus officijs tibi eſt. Quid putas, aut dicturos Ægyptios, aut Hebrços arbitraturos? Sentiant vtrique diuinam manum, alij vt paueant, vt reuereantur alij, ſeu ſeueritatem punientis, ſeu auxiliantis præſidium.

Multis modis damnoſę vulpes vineis, multis Hæretici Eccleſiæ.

Dum primogenitorum differtus cædes, ſpes Eccleſiæ fluctuabat.

Paraphraſis.

II.

Sed cur multas Vineas diſſipandas timet,
Cum vna floruerit?
Eccleſia vna gradis vinea eſt.
Ex multis conflata Eccleſijs.
De multis ſingulæ demoliri poſſunt,
Et vero multæ diſſipatæ ſunt.
Vna ſemper floret, nec demoliri poteſt
Quia ſemper duratura.

Eccleſia vna vinea, ſed de multis collecta Eccleſijs ſcilicet priuatis.

Sed cur multæ *Vineæ*, quas dixerat à *Vulpeculis diſſipari* ſolere, in vnam mutatæ ſunt, quam *Floruiſſe* ſignificat? Leuis quæſtio, ſed & facilis. Idem fundus tametſi latus, grandiſque, vite multa ſatus *Vinea* eſt vna, ſi ad vniuerſum reſpicias; ſi ad ſortes, & partes, per quas cultui colonis locatur, multæ iam *Vineæ* ſunt, ſed minores, in grandem *Vineam*, ac latifundium vnum coaleſcentes. Eccleſia Catholica vna eſt, vnius poſſeſſio Dei, vnius Sancti Spiritus cura, vnius Summi in terris Coloni Rom. Pontificis labore, ſtudioque colenda, fodienda, putanda. Sed eam tamen per ſortes, parteſque Eccleſiarum diſcretá, tanquam *Vineis* multis, quibus multorum cultorum, quos Epiſcopos dicimus, cura incumbit; qui vocati *in partem ſollicitudinis*, *non in plenitudinem poteſtatis*, quiſque Spartam ſuam ornare contendit, aut, vt loquitur Paulus *miniſterium ſuum honorificare*. De multis cum ſermo eſt, *Demolitionem* timere poſſunt, quia cadere ſingulæ poſſunt; Diſſipata Alexandrina eſt, diſſipata Antiochena, diſſipata Conſtantinopolitana, diſſipata Carthaginenſis, diſſipabuntur forſitan & aliæ. De vna cum dicitur, *Floritionis* eſt mentio, non *Demolitionis*, quia vna illa diſſipari non poterit, nec *aduerſus illam portæ inferi præualere*. Sic fermè Caſſiodorus, Beda, Haimo, & quidem verè, ſi hæc de Chriſtiana Eccleſia placeat interpretari: quem tamen ſenſum nos non immediatum arbitramur eſſe & litteralem, ſed ſecundarium, & verè allegoricum.

Eccleſiæ ſingulę diſſipari poſſũt, vna communis non poteſt.

Caſſiodorus. Beda. Haimo.

VERSVS XVI.

DILECTVS MEVS MIHI, ET EGO ILLI; QVI PASCITVR INTER LILIA, DONEC ASPIRET DIES, ET INCLINENTVR VMBRÆ.

COMMENTARIVS.

ANNVIT tandem Deus Eccleſiæ ſuæ votis, cum nihil aliud exſpectaret, quam vota illius, & preces. Et nocte adulta immiſſa Cœleſti Militia, momento vno ingenti mœrore Ægyptum impleuit, Primogenitis omnibus familiarum deletis. Hinc luctus, hinc multus clamor. Quin & Pharao ipſe, calamitatis admonitus, ſero reſipuit, quod homines improuidi ſolent. vocatiſque Moſe, & Aarone diſceſſum non modo permiſit, ſed imperauit. Ergo abeunti Hebræo plauſit Ægyptus; & quidquid in ſupellectili pretioſum erat, tanquam reuerſuris, commodauit. Sed ſtatim facti pœnituit; & quos amicus liberos dimiſerat, abeuntes hoſtis perſequutus eſt, in priſtinas ſedes compulſurus, & duriorem priore ſeruitutem. Obſtabat fugientibus mare, & minaces ab vtraque parte ſcopuli aditum denegabant. Sic in arcto conſtitutis adfuit Deus, & grandi miraculo mari diuiſo, iter præbuit expeditum. Euaſit in aduerſam ripam admirabundus Dei Populus, cum ſe profunda Pelagi ſicco preſſiſſe veſtigio ſtuperet magis, quam crederet. Haud deſijt diuinum auxilium, ſed miraculum miraculo cumulauit: Suſpenſique hactenus, atque immoti fluctus, velut laxatis habenis, quæ ante deſeruerant, petiere profunda, Pharaone cum omni exercitu vorticibus hauſto. Hoc temporis articulo inducitur Eccleſia hæc loquens. Ergo gaudia hic illius Populi exprimuntur. Voces ſunt gratitudinis plenæ, cum tunc tandem intelligerent, quam tutum in Deo ſuo haberent perfugium, cum ne medijs quidem Pelagi fluctibus ſalutem periclitari grandi experimento didiciſſent. Et quidem oratio eſt, quam non vnus affectus expreſſit. Stupor, gaudium, timor, fides, pietas, charitas, confuſis quodammodo viribus, in anguſto animorum æſtuauere. Ac tum demum Eccleſia illa, imperfectorum perſonam induta, Deo liberatori totam ſe tradidit in mancipium. Id eſt, dilectus meus mihi, & ego illi. Ille mihi vt Deus præſens adſtitit, amans fauit, potens tutatus eſt, ac ſeruauit inualidam, & omnino perituram. Ego illi me totam ſubdo, dedoque. Et, vt me tot inter Populos vnam delegit, cui Deus eſſet; ſic Dijs Gentium omnibus abdicatis, vni adhæreo: Et merito illi quidem, qui maris profunda, & ſteriles ſabulo vias Lilijs Floribuſque diſtinxit; ne mihi putem defuturum, cum per ſolitudines inuias, ac rigentia ſaxa, iter expediat, illius auxilium; qui media ſolitudine hortorum vbertatem poſſit inducere. Nec ſtudium illius vlla temporis diuturnitate tepeſcet; nec vlla variabit dierum noctiumque viciſſitudo. Hic ſenſus horum verborum eſt.

ENARRATIO.

NVNC tandem tot per prodigia ſeruitute exempta duriſſima, atque extra Ægyptias anguſtias in tuto locata, qualem Deum habeam ſatis intelligo: O diem mihi aureum, & omnium feliciſſimum, non tam quòd, ſeruitute exempta, libertate fruor; quam quòd noua luce mente perfuſa, Deum agnoſcere docta ſum. Ille ſe mihi ſcilicet ingenti facinore Deum probauit, quam inter tam multas Gentes vnam delegit, quam ſibi ſponſam deſtinaret, quam & officio coleret, & cultu ornaret, & ſeruitio eximeret; ſcilicet vt vni ſeruirem, vniuſque tota ſim in poteſtate, nec vno titulo. Nam quòd viuo, quod ſpiro, quòd libertate fruor, totum illi debeo. Nec deſijt adhuc fauor. Quidquid hactenus impendit immeritæ, aditum maioribus fecit: nec tanta præſtitiſſet, niſi am-

 pliora

pliora pararet. Profundi pelagi humum ſiccą calcaui; ac ſpectantibus, ſtupentibuſque marinis monſtris ſua cubilia acceſſa mortalibus, haud inter ea aliter, quam ouium inter greges euaſi: neque aliter vada ſalſa pede ſignaui, quam conſitos hortos floribus. Riſere ſcilicet eunti prata, hilari gramine conueſtita: Liliumque cum viola, cum viola roſa explicauere decus ſuum, & ſpirauere odorē. Quid deſertis terræ locis, ſola ſiccitate infamibus, futurum non ſperem? Quid in ſolitudine vaſto horrore terribili viam agēti deſit, cui medijs in fluctibus licuit abundare? Vt bonum Paſtor Populum ſuum pinguibus paſcuis oblectabit, ac floridis, vt vbertatem delitiæ coronent. Nec eā tamen cura vnquam otiabitur, aut tepeſcet. Non illam dies adultam, non ſeneſcentem videbit: Sed dies nocteſque coniungent, tametſi morituræ, felicitatem victuram. Hac me nunc ſpes ſuſtentat, tantis oppignerata fauoribus.

NOTATIO XLVII.

DILECTVS MEVS MIHI ET EGO ILLI.

SVM. COM.

I.

Loci huius difficultas magna,
Nec de nexu minima.
Theodoreti nectendi modus.
Sed languet ſententia,
Quia non aptè Deus à dæmonibus in amore præponitur.
Quos illa dicat abdicaturam ſe,
Vt Deo adhæreat.
Neque enim id magnum eſt,
Alij de nexu parum ſolliciti fuere.
Nam & Bernardus ad vim affectus hæc refert.
Erumpentis ſine ordine, aut iudicio.
Vt ructus ſolent, è pleno ſtomacho.
Faſſus necti non poſſe.

LOCVS difficultatibus multis implexus, nec omnium minima de nexu cum proximis, quæ ſe pauci expediuere ad votum. Nam quid attinet rogaſſe, vt Vulpeculas arceret à Vinea, ſiue tu vulpes Hæreticos, ſiue prauos dæmones, aut homines; ſeu etiā, quod maluimus, Ægyptiorum intelligas hæredes; mox autem ex abrupto, ac nulla, vt videtur, rerum conſequentiā, ad amoris blandimenta de cura tanta redire? Theodoretus, *Sicut ipſe*, inquit, *me omnibus prætulit, ſic ipſum ego omnibus antepono, cum alijs coniungi non patior. Ab iſtis, qui Vulpes, & fraudulenti vocantur, abhorreo. Abſurdum enim eſt, me, quæ tantopere dilecta, & ornata ſum, Amanti in amore pro viribus non reſpondere.* At ſi ita nectas, ſententia languet, nam nec comparatio eſt ex decoro: nec magnum adeo de Sponſo, & ſe prædicat, quæ ſolum illum vulpibus anteponat, Deum ſcilicet Dæmonibus, aut Hæreticis: vt ſe illi adhæſuram dicat, cæteris nuntium remiſſuram. At Hæretici Dei nomen mentiuntur, vt Prophetæ falſi ſolent, *Videntes vana, & diuinantes mendacium, dicentes: Hæc dicit Dominus, cum Dominus non ſit loquutus.* Ezech. 22. 28. Adeoque optimè Eccleſia facit, quæ ſe reiecturam eos, Deum amplexuram, affirmat. Facit quidem optimè, ſed non grande aliquid tamen de ſe, Deoque affirmat. Nec enim adeo magnum eſt, ſi Deus Hæreticis melior ſit; aut ſi ea, quos Hæreticos ſit confeſſa, contemnat, &, quem Deum nouit, ei vni adhæreat. Cæteri de nexu horum cum præteritis non admodum videntur fuiſſe ſolliciti. Certè Bernardus Voces eſſe Amantis ait: nec tam voces, quam affectus indices ructus: Flagrantem autem (ac maximè diuinum) amorem, ſeſe apud ſe cohibere haud valentem, non attendere, quo ordine, qua lege, quaue ratione, aut quibus verbis ebulliat: interdum nec verba quærere, interdum nec voces vllas; ſolis ſæpe contentum ſuſpirijs. Hinc Sponſam pro captanda quantulacumque euaporatione ardoris (ſic enim loquitur) nec conſiderare quid, nec qualiter eloquatur: ſed quidquid in buccam venerit: non tam enuntiare, quam eructare. Quæ quidem omnia verè dicuntur; Sed hæc ipſa ſatis docent, nullum hoc loco ex Bernardi ſententia nexum verborum rerumque quærendum.

Nectendi hæc cum præteritis difficilis ratio.

Theodoretus.

Eccleſia anteponens in amore Deum Dæmonibus, aut Hæreticis, nō magnam rem facit.
Ezech 22. 28.

Bernardus.
Eccleſię voces ex affectu natæ, ſed immediatæ, & ſine ordine, velut ructus.

II.

Sed facile necti poſſunt.
Sunt enim Eccleſiæ voces ab affectu gratitudinis.
Ex agnitione tantorum beneficiorum.

Nobis haud arduum eſt, aptè nectere ſuperioribus, quæ hic dicuntur. Dicimus enim Eccleſiæ voces eſſe, ab animi grati affectu manantes. Senſerat ſeſe tot auctam in Ægypto beneficijs, tot donis ornatam, tot prodigijs ad libertatem non vocatam modo, ſed præparatam. Nouiſſimum autem facinus, poſt Primogenitorum cædem, (quo tandem ferrea Pharaonis voluntas eſt edomita) Erithræo diuiſo pelago, Populoque, pendentibus hinc inde fluctibus, traducto in aduerſum littus; ruſuſque aquis in vada ſe ſua recipientibus, Ægyptio Rege cum copijs, apparatuque omni bellico demerſo, Amantem iam ante Deum nouis caritatis flammis in eum impulit: vt ſui iam eſſe iuris minimè videretur. Quidquid ergo in illo amoris æſtu animum percellebat, ore depromit; ſeque totam illi in perpetuum mancipat, cui ſe totam deberi ſciebat.

Voces Eccleſiæ ex affectu gratitudinis ortæ, ob ingentia accepta beneficia.

Caritatis mutuæ inter Deum, & Eccleſiā expreſſio

III.

De ſenſu nō vnus conſenſus.
Quia oratio concisa, ſubticet verborum.

De ſententia non minus anxiè ab Interpretibus diſquiſitum: nam cum oratio ſit conciſa, ac nullo connexa expreſſo verbo, Varia comminiſcendi, multis occaſio data eſt. Sed plerique tamen conueniunt, mutuam hic inter Deum, & Eccleſiam caritatis expreſſionem contineri. Sic Theodoretus, Caſſiodorus, Gregorius, Anſelmus, Beda, & alij.

Theodoretus.
Caſſiodorus.
Beda
Gregorius.
Anſelmus.

Hoc

Licet mutua caritas exprimatur, Sed vtrobique idē verbum ſubaudiendum. Neque hic de donis mutuis ſermo eſt. Parū enim id eſt, ad pragnantiſſimi loci ſententiam. Et maius eſt ſe ipſum donare. Quam alia ſe à Bernardi expoſitio probabilior, Et etiam ſubtilior. Sed nondum integer ſenſus patet.

Hoc quidem verum eſt, ſed adhuc quo pacto mutuus hic amor verbis illis exprimatur, non dicitur: & alioqui omnes intellexere, verbum aliquod ſupplendum, quod ſubricetur. Theodoretus. *Dilectus meus mihi ſecundum imaginem cernitur; Ego illi viuo, non autem mihi.* Sed ſtatim ſi formam loquendi expenderis, ſenties, vtrobique verbum idem intelligendum; vt per omnia paritas inter verè amantes ſit. Philo Carpathius longius receſſit. *Dilectus mihi meus ſapientiam: ego autem illi cor dabo: ille mihi de Cœlis ſapientiam,* (Suſpicor nondum eſſe, & vocem vnam geminatam, veram interceptam; nec quę illa ſit, diuinare volo.) *Ego vero illi de Gentibus fidem, ſpem, caritatem rependam.* Sed non de donis adhuc ab amore profectis, ſed de amore ipſo ſermo eſt. Sequitur Philonem Aponius, & quamquam prolixius, eodem modo interpretatur, de donis, quæ ſibi mutuo Deus & Eccleſia exhibuere. Sed grandius eſt, quod dicitur; meliuſque eſt ſeipſos donare mutuo ſibi, atque accipere, quam ſua. Nam quicumque ſeipſum donat, ſecum etiam cætera donat: nec dona placent, niſi quia donator eſt gratus. Bernardus vero propius acceſſit ad rem *Dilectus meus mihi intendit, & ego dilecto meo.* S.D.E. *Exſpectans exſpectaui Dominum. Hoc Deo intendere eſt: & intendit mihi.* Pſal.39.2. *Ille mihi, quia benignus, & miſericors eſt; ego illi, quia non ſum ingrata: Ille mihi gratiam ex gratia, ego illi gratiam pro gratia; Ille meæ liberationi; ego illius honori: Ille ſaluti meæ; ego illius voluntati: Ille mihi, & non alteri, quia vna ſum Columba eius; ego illi & non alteri, quia non audio vocem alienorum.* Pulchrè hæc dicuntur. Sed nondum arbitror aſſequimur quid illa velit.

Philo Carpath. — *Aponius.* — *Bernardus.* Amore æſtuans animus, in voces parum meditatas erumpit.

IV.

Subaudiendum ergo verbum ſubſtantiuum. Quod alio loco ex vſu S.S. firmauimus. Quod non ignotū Hieronymo. Et Hiſpaniſmo pulchrè exprimitur. Totam ergo ſe Eccleſiam Dei eſſe dicitur, Quia Deus totus illius. Properat ergo Eccleſia ad honorem Sponſi. Cuius paranymphus amor mutuus. Quo ſe inuicem ſibi tradunt, futuri Sponſi.

Verum ſenſum expreſſimus Dramatico comment. Not.51. Num.5. ex Ezechiele, & Paulo, Rhut, & Oſea: quo remittendus eſt Lector, ne eadem nullo opere pretio repetamus. Summa Diſputationis plenæ, ſubaudiendum verbum ſubſtantiuum. *Dilectus meus eſt mihi, & ego ſum dilecto meo.* Sicut 1. Reg. 9. 20. *Et cuius erunt optima quæque Iſrael? Nonne tibi, & omni domui Patris tui?* In fonte ex proprietate ſermonis: *Et cui omne deſiderabile Iſrael? Nonne tibi, & omni domui Patris tui?* Latinus doctè, quod ſubaudiri verbum ſubſtantiuum intellexit, addidit, illuminandæ ſententiæ, & caſum mutauit tertium in patriam, vt Latinis auribus ex parte ſeruiret prima, ſeruato hebraiſmo in ſecunda. Ergo loco hoc non aliud ſubaudiendum verbum, quam ſubſtantiuum: nec aliud quodcumque addideris, ſenſum explebis. Hiſpaniſmo illuſtrabis locum ex linguæ proprietate: *Mi amado para mi, y yo para mi amado.* Subauditur etiam ſubſtantiuum verbum. Itaque Deum totum Eccleſiæ, Eccleſiam Dei totam eſſe, intelliges. Nondum de donis agitur, quæ mutuo tradita ſint, vel tradenda. Qui ſe totum alterius eſſe profitetur, nihil eorum excipit, quæ ſua ſint: nec ſibi ſeruabit extraria, qui ſe tradiderit ipſum. Senſim ſcilicet Eccleſia proficit, ſeque fit melior ipſa, mox in plenum ius Sponſæ ventura per legem. Omnis enim coniugij Paranymphus eſt Amor, & tunc demum futuri Sponſi maturuere ad ſponſalitios nexus, cum nihil in viro eſt, quod futuræ Sponſæ non ſit; nihil in illa, quod affectu non donarit, tametſi nondum re. Donorum autem omnium fons amor eſt, donorumque primum, quo ſibi mutuo Deus, & Eccleſia ſunt coniuncti, & ad ſponſalia iura parantur, Ergo ſenſus erit: *Totus meus Deus eſt, qui ſe tradito mihi, nihil ſibi aut alij reſeruauit; tota ergo illius ſum, nec mihi quidquam feci reliquum, quod dare alteri poſſem.*

Subſtantiuum verbum tacitū. — 1. Reg. 9. 20. — Vulgari iudiciū. — Hiſpaniſmus. — Eccleſiam ſe totam Dei profitetur eſſe, cuius etiam Deus ſit. — Amor connubij paranymphus ſi mutuus ſit.

V.

Et vero multa Deus contulerat in eam Eccleſiā, Antequam educerit ex Ægypto, Et libertate donauit, facinore duplici, Primogenitorum cæde, & mari trāſmiſſo. Beneficia autem tāta magni erant amoris proles, Et in Eccleſia amoris incitamenta. Cœperat quidem Deus & ſequuta eſt illa. Quo ſtatus illius imperfectus deſcribitur, Cuius amorē incitarunt beneficia Alioqui ea forma connubialis eſt. Diuinat ergo ſpōſalia eſſe in proximo. Vide ingens gaudium.

Sed cur nunc maximè in eum ſe deductam ſtatum dicat, partim indicatum eſt, nuncque loco velut proprio eſt explicandum. Multa quidem hactenus ei Eccleſiæ Deus præſtiterat; & antequam è Chanaanitide eam in Ægyptum euocaret, & dum captiua ſeruiret. De ijs ſatis multa ſupra ſunt dicta. Addidit liberalitati colophonem duplice facinore, & cæde Primogenitorum, qua, velut claui regia, aperta eſt libertati porta; & tranſitu Rubri maris, donec in litus aduerſum tantum Populum ſaluum ſtatueret, hoſte demerſo: quo iterum libertatem durius ſeruituro impertitus eſt. Tanta autem, ac talia, nō, niſi ab efflictim Amante, manare poterant: nec ab illa Eccleſia ignorari. Beneficia autem grandia, vt granditate ſua amorem conferentis teſtantur; Sic accipientis amorem cient, & nutriunt, imo extorquent. Ideo ab Sponſo incipit: *Dilectus meus mihi,* ſequitur ipſa præeuntem, & ſe amatam ſentiens ex beneficiorum multitudine, & granditate, amat & ipſa amantem ſe. Quo ſtatus deſcribitur incipientium, & imperfectorum in amore, qualis Eccleſiæ ſtatus adhuc deſcribitur: ideo addit, *Et ego illi,* quaſi ſubſequatur ipſa ducentem, & monſtrantem viam. Haud ergo mirum eſt eam Eccleſiam, quæ ſe ſenſerat tam impenſè totam, tam fortiter in libertatem aſſertam, tanto Dei amore præuentam, totam ſe eius eſſe profiteri, cuius tanta caritate obrutam ſe ſentiebat. Eſt & alia ratio, nec minus huic loco apta. Nam ſicut monuimus Dram.Com.Cap.2.Not.51.Num.5. Forma illa loquendi connubialis eſt, vt Sacræ Scripturæ locis inductis oſtendimus. Cum autem ſe videret Eccleſia ex Ægypto eductam, & ſolam in ſolitudine conſtitutam, quæ diſpoſitio neceſſaria ad Sponſalia Sacra erat, diuinabat eum honorem in proximo eſſe: nec feſellit eam ſenſus ſuus. Ideo appropeat ſua gaudia, audetque, licet tectis & obſcuris verbis, ſuam iactare ſortem, & felicitatem oſtentare.

Beneficia ingentia, non niſi à magno amore venire poſſunt. — Eccleſiæ ſtatus adhuc imperfectus, amātis Deū ob accepta beneficia. — Eccleſia diuinat, in proximo eſſe ſponſalia cum Deo.

Digitized by Google

VI.
Ideſt quod dicitur poſt tranſitum maris.
Quo liberatur populus ab perſequente Pharaone,
Timuiſſe Deum, credidiſſe Moſi, ſeruo illius.
Nam timor hic pro omni cultu Dei poſitus eſt.
Atque hæ illæ ſunt voces mutantis Eccleſiæ,
Iſte Deus meus, & glorificabo eum.
Et quæ ſequuntur alia.

Exo. 14. 28.

Exſultantis Eccleſiæ voces, poſt tranſitum maris.

Timor Dei pro omni cultu religioſo.

Exo. 14. 2. 5. 11.

Ac ne quæ hactenus dicta ſunt, ex ſolo ingenio, nullo ſcripturarum præſidio dicta putes, verba mihi Moſis narrantis perpende, quo ſenſu Eccleſia, & ſe ſaluam, & hoſtem deletum ſpectarit: *Reuerſaque ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant pro muro, à dextris, & à ſiniſtris. Liberauitque Dominus in die illa Iſrael de manu Ægyptiorum: & viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos, Timuitque Populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſeruo eius.* Exo. 14. 28. 29. 30. En fidem, en dilectionem: *Timore enim Dei*, quidquid ad Dei cognitionem, ac cultum facit, comprehenſum eſt. Agnouere ſcilicet ex operibus Deum, agnitoque eum exhibuere cultum, qui ſoli Deo debitus eſt. Id autem eſt: *Dilectus meus mihi*, Vnum Deum agnoſcam, vnum diligam, vni me totam tradam, vindici, Saluatorique meo. Ideſt, quod inter tripudia, & plauſus canit Populus: *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Iſte Deus meus, & glorificabo eum. Deus Patris mei, & exaltabo eum. Dominus quaſi vir pugnator: Omnipotens nomen eius. Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui? Magnificus in ſanctitate; terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia.* Exo. 14. 2. 3. 11. Exſultabundæ ergo Eccleſiæ voces ſunt, grato animo Dei tanta beneficia recolentes, ſeque propterea vnius honori, ac cultui mancipantis.

NOTATIO XLVIII.

QVI PASCITVR INTER LILIA.

I.
Horum nexus difficilis,
Nec minus ſenſus, de quo prius.
Paſcitur, hic quidam actiuè ſumunt.
Nec immerito, Cum Deus Paſtor inducatur toto Cantico.
Alij paſſiuè malunt,
Quia & Deus & eam cibum ſumere dicitur.
Et alioqui Ouis Chriſtus eſt,
Et Agnus etiam dicitur
Non ergo de Ape cogitabimus,
Quæ pro Chriſto nunquam expreſsè poſita.

Paſcitur, actiuè, quia Paſtor Deus.
Hieronymus.
Ambroſius.
Nyſſenus.
Theodoretus.
Bernard. ſerm. de Nat. B. M.

Paſcitur, paſſiuè, quia Chriſtus, Ouis, & Agnus.
Caſſiodorus.
Iuſtus
Aponius.
Gregorius.
Beda.
Gregorius.
Anſelmus.
Bernardus.

Apis nuſquam Chriſtus dictus.

NEQVE hic de modico nobis cum nonnullis eſt lis: quam cum proximis affinitatem hæc habeant, quoque pacto ſint nectenda. Nam de ſenſu haud facilior eſt diſputatio. Sed quia ab hac illa pendet, eam prius expediemus, memores, quo loci Eccleſiam, quidque agentem reliquerimus. De *Paſcendi* verbo an actiuè ſumendum, an paſſiuè, quæſiuere nonnulli. Actiuè maluere de veteribus Hieronymus lib. 1. contra Iouin. Ambroſius ſerm. 14. in Pſal. 118. & Nyſſenus, & Theodoretus hoc loco, & alicubi Bernardus. Et certè qui Paſtor introducitur toto Cant. mirum non eſt ſi oues paſcendos in pingues campos deducat. Nam quod vir doctus voluit, latentem hic Chriſti cum apum Rege comparationem iniri, nollem viro vigilantiſſimo excidiſſet, Sed de ea re mox dicam. Paſſiuè alij accepere, vt is ipſe ſit, qui *Paſcatur in Lilijs*. Caſſiodorus, Iuſtus, Aponius, Gregorius, Beda, Anſelmus, Bernardus, viri omnes & docti & graues. Ac certè, cum paſtio hæc figurata ſit, mirum non erit, ei etiam tribui, qui dicebat: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Ioan. 4. 32. Quod ſi & idem, qui *Paſtor* eſt, ſimul etiã *ouis* eſt, ducenda olim ad occiſionem; qui vt *Paſtor paſcit oues*, vt *ouis Paſcetur*. Sed & *Agnus eſt, qui peccata mundi ſuſtulit*, nec ſine paſtu adoleſcere potuit, quoad maturus eſſet ſacrificio. Non ergo in tanta authoritate ſcripturarum, quæ nobis Chriſtum & *Ouem*, & *Agnum* prædicat, de Ape cogitabimus, cuius vix vno ſcripturæ loco nomen in bonum ſumitur; nunquam expreſsè pro Chriſto: nec, quòd de *Florentibus paſcuis*, in quibus *Lilia* candicant, ſermo eſt, ideo arbitrabimur de Ape, non de *Oue*, aut *Agno* ſermonem induci: cum *Liliorum paſcua* pro pinguibus poſita ſint, vt loco alio monitum à nobis eſt.

II.
Probabile vtrunque, probabilius primum
Nondum enim Deus Agnum induit.
Non dum incarnatus.

Vtroque ſententia probabilis, ſed probabilior prima, & huic loco accommodatior, in quo nondum Verbum *Agnus* eſt, quia nondum incarnatum inducitur: Sed adhuc Eccleſiam illam per Moſen gubernans, & *Paſcens*. Immo & hoc Cantico gregem ipſe *Paſcens*, & boni Paſtoris ſtrenue munus implens, deſcribitur. Denique multo magis Deo conuenit Paſcere, quam Paſci: tametſi certa ratione dici poteſt, paſtum ſumere. Sed hic, quid aptius loco huic ſit, quærimus.

III.
Sed lilia quidam Sanctorum ordines eſſe volunt,
In quibus ſe ſoleat Sponſus oblectare.
Alij malunt lilia virtutes eſſe.
Quibus paſcatur Chriſtus.
Sed hic Paſtor Deus eſt, nondum Agnus, aut Ouis.

Lilia varie varij interpretantur. ſed huic loco nõ apte.

Caſſiodorus.
Iuſtus Vrg.
Aponius.
Gregorius.
Beda.
Bernardus.

Nunc quid *Lilia* ſint videndum eſt: in qua re tam fere diuerſæ ſententię, quam Authores ſunt ipſi. Qui *Paſcendi* vocabulum paſſiue, accepere, Alij *Lilia* multiplices Sanctorum ordines interpretantur; pulcherrima ſcilicet prata, in quibus in multitudine Fideliũ Spei vires gratia, roſæ purpurans color in Martyribus, *Lilij* candens decus in Virginibus, Violæ pallens aſpectus in confeſſoribus, pinguibus Paſcuis augent honorem. Hic oblectare ſeſe Sponſum, factumque de regio Leone, Agnum mitem, vbere ſe paſtu implere, paſtumque niteſcere. Indicant id Caſſiodorus, Iuſtus, Aponius, Gregorius, Beda, alij. Sed Bernardo magis placuit *Lilia virtutes* interpretari, quo ille in argumento, mira pietate, & varietate ſpatiatur. Illum vide ſerm. 70. & 71. in Cant. Sed horum Authorum ſenſus, tametſi doctrinam continet, & grauem, & piam, minus nobis probari poteſt, & quod nondum Chriſtum hæc ſonant: & quod certius arbitrati ſumus, hic *Paſcendi* vocabulo Paſtoris officium, non Ouis, aut Agni paſtionem indicari.

Qui

Digitized by Google

IV.

Alij lilia Diuina Sacramenta malunt eſſe. Aut Diuinas Scripturas, Aut Sanctorum ſplendores. Alij Choros Virginum. Alij ſalutaria documenta. Quæ omnia piè dicuntur, & grauiter.

Ambroſius. Liliorum myſtica ſignificatio ſecũdum varios Interpretes.

Qui actiuè interpretantur, ne ij quidem inter ſeſe conueniunt. Ambroſius *Diuina Sacramenta* interpretatur. *Carpis illic*, inquit, *nouum florem, qui bonum odorem dedit Reſurrectionis; carpis Lilium, in quo ſit ſplendor æternitatis; carpis Roſam, hoc eſt, Dominici corporis Sanguinem.* Etiam *Diuinas Scripturas: In quibus quotidiana lectione paſcimur, recreamur, & reficimur.* Etiam *Splendorem Sanctorum, quorum exemplis abundè ſaginamur.* Serm. 14. in Pſal. 118. Iam variè locum hunc tractauit. Hieronymus, Virginitatis acerrimus vindex, *Candidiſſimos Virginum Choros*, quæ ritè *Lilijs* comparantur. Libro 1. contra Iouin. Theodoretus generatim, *Salutaria documenta*, quibus Chriſtus per Doctores ſuos, ac Verbi Miniſtros Chriſtianum populum *Paſcit*. Poſtremo Bernardus hæret in eo, quod *Lilia* dixit, multitudinis numero. *Nam non in ſingularitate complacet ſibi.* S. D. E. *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Serm. de Natiuit. B. Mariæ. Piè hæc dicuntur omnia, & ſi verba hæc ſeorſim conſideres, nec, quid proximè præcedat, quid ſequatur examines, prorſus appoſitè: Si illis velis adnectere, forſitan ſine magno pretio operæ laboris multum ſubibis.

Hieronymus.

Theodoretus.

Bernardus.

V.

Sed ducamus noſtrum filum. Non modo viam in mari aperuit Deus. Sed & herbis, & floribus iter ſtrauit, Id habes Cap. 19. Sapient. Enata ſubitò germina de profũdo, Fortaſſe & arbores ſuis pomis onuſtas. Indicatur id eodem loco, Potius quam exprimitur. Id magnum Dei fuit opus, Cui creaturæ ſeruiunt omnes, Et, natura mutata, effectus contrarios pariunt.

Sequamur interpretationis noſtræ filum, & hæc pergamus exponere, de ijs officijs, quibus Eccleſiam illam Deus, poſtquam tranſmiſſo mari eam in deſertum eduxiſſet, demereri perrexit. Et verò meminiſſe oportet, non modo pelagi diuiſis aquis planum iter in profundo aperuiſſe, quo tuti, ſaluique poſſent ire: Sed Salebroſa, atq; Sterilia multa ſalſugine vada, herbis, ac floribus de repente enatis conueſtiſſe ad pompam quod miraculũ aliud fuit, nec prorſus de minimis. S. D. E. *Ex aqua quæ ante erat, terra arida apparuit; & in mari Rubro via ſine impedimento. Et campus germinans de profundo nimio.* Sap. 19. 7. Habes *ſine impedimento viam*, complanatos montium arduos vertices, æquatas profundas valles, vt nihil ambulantes moraretur. Habes germinibus ſubitò campos veſtitos, ac floribus diſtinctos, vt hortos Midæ putares: forſitan & arbores ſuis pomis, extra ſuum tempus, onuſtas, vt guſtatui facerent ſua maturitate lenocinium, ac famem depellerent. Mihi ſequentia conſidera: *Omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu: Videntes tua mirabilia, & monſtra. Tanquam enim equi depauerunt eſcam,* (Quam eſcam? hominibus certè, non beſtijs, aptam) *& tanquam Agni exſultauerunt, magnificantes te, Domine, qui liberaſti eos.* Sap. 19. 8. 9. Et ſolet alioqui Deus contraria contrarijs delere, immo naturas rerum mutare, vt ſolida ſolidis cedant, fluida & mollia ſolidis omnino reſiſtant. Quid Danielis contigerit ſocijs, nemo ignorat. Iuſſi ſunt pro pietate in fornacem ardentem iactari: Sed inuenere in flammis, quod flammæ dare, non, niſi Deo iubente, poterant; non ardorem, quo verterentur in fauillas; Sed refrigerium, quo vis hebeſceret ignis. *Et fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem. Et non tetigit eos omnino ignis, neque quidquam moleſtiæ intulit.* Dan. 3. 49. Tam facile Deo eſt, vbi ſuorum periclitatur ſalus, rerum ordinem, ac naturam totam inuertere, & ad non ſuos effectus cauſas cogere.

Via in mari herbis, & floribus conneſtita, fortaſſe, & arbores pomis onuſtæ. *Sap. 19. 7.*

Sap. 19. 8. 9.

Deo creaturæ obſequuntur, & naturam ſæpe mutant.

VI.

Quibus ſi aſſentiare. Affirmabis Deũ boni Paſtoris impleſſe munus. Huc reſpexit Dauid Pſal. 22. Sub Paſtore Deo nihil deerit mihi. Non opus de annona vt curem, Virebunt prata, Et locis aridis ſcaturient fontes Et placida vnda potum ouibus præbebunt, Et viatorem ad quietem inuitabũt laſſum. Et ſi mari faciendum ſit iter, Placidos fluctus dabit, Solidabitque, vt toto pede premantur. Immo etiam ſi in vmbra mortis verſor Nullo metu pulſabor.

Deus optimi Paſtoris functus munere cum

Quod ſi etiam profunda pelagi nouo virore graminis vernauiſſe, nouis floribus ſplenduiſſe, maturiſque fructibus medio Vere nec Æſtati inuidiſſe, nec Autumno, credis; vt ſcilicet Dei populo nec alimenta deeſſent, nec delitiæ; quid amplius deſideras, vt Deum dicas, Optimi Paſtoris, functum munere, tantum illum ſui populi gregem vberrimis pauiſſe paſcuis, vt poſſet dicere; *Dominus regit me* (*paſcit me*, in Hebr.) *& nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocabit. Super aquã refectionis educauit me, animam meam conuertit.* Pſal. 22. 1. 2. 3. Quæ ſi dixero, hunc ad locum, & quæ tunc ſunt geſta, reſpicere, non puto errauero. Nam pro illis: *Nihil mihi deerit*, Hebr. eſt. *Non deficiam.* Non eſt, quòd de annona curem, aut anxius de alimentis ſim ſub tali Paſtore: ipſe mihi abunde prouidebit; Virebunt, eo præſente, gramina, (eam vim habet illud: *in loco paſcuæ*, Hebraicè, & Græcè: *In locis germinantibus, aut virentibus* εις τόπον χλόης, *in loco germinis*) & medijs rupibus, aridiſque locis ad illius iuſſum fontes ſcaturient, quibus depellere ſitim poſſim (Ideſt, *ſuper aquã refectionis educauit me.* In fonte: *ſuper aquã requietũ ducet me.* ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως. leniter, placidèque fluentem, vix vt moueri videatur, ea enim ouibus aqua ſolet eſſe gratiſſima) Nam quod Latinus reddidit: *ſuper aquam refectionis.* Hebraicè eſt, *Super aquam requietum, duces me*, vt intelligere poſſis, *Aquam requietis*, quæ viatorem fatigatum, ac ſitibundum requiei admonet, vt toto corpore procumbens in herbido ſolo, & quietem capiat, & frigida ſe ad ſatietatem impleat. Sed præſtat prius illud, ne à paſcendi metaphora recedamus. Propius ad id, quod agimus, ſi aquam requietis intelligamus, pelagi fluctus ipſos, prius tempeſtatibus iactari ſolitos, & ad ventorum arbitrium commoueri, ideoque minaces, Dei iuſſu, ad pacem compoſitos, vt ſaxei viderentur. S. D. E. *Erat aqua quaſi murus à dextera illorum, & læua.* Exo. 14. 22. Et: *Interrupit mare, & eduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in vtre.* Pſal. 77. 13. *Aqua* ergo *requietis* erit, aqua quietiſſima, atque nullo ſe fluctu commouens. Sed omnino immota, vt mortua videretur. Sequitur ſecuritas illius populi ſub tam amico ducatu. *Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quia tu mecum es. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Verſ. 4. Pro illis:

Pſal. 22. 1. 2. 3.

Locus Dauidis expoſitus de hoc ſtatu Eccleſiæ.

Sub Deo Paſtore omnia abundant.

Aqua requietis quæſit apud Dauidem.

Exo. 14. 22.

Pſal. 77. 22.

Pſal. 22. 4.

In

Nec in medijs fluctibus,
Periclitari poterat.
Hic ſenſus huic loco aptus.

Valles vmbræ mortis, quæ.

In medio vmbræ mortis, in fontibus eſt: *in Valle vmbræ mortis*, Optimi autem intelligitur, Vallis vmbræ mortis, profundus ille aquarum hiatus, qui vitam Hebræis, mortẽ Ægyptijs attulit. Hinc tot ſolatij cauſæ, quot ſecuritatis fuere, ſub Dei Paſtoris ducatu. *Virga* enim, & *Baculus* ad regimen, ac ducatum referuntur. Atque in hunc ſenſum dictum arbitramur: *Qui paſcitur inter lilia.*

Virga, & Baculus Paſtoris ſceptrum.

VII.

Fuit autem hoc beneficium aliorũ pignus.
Vnde noua Gentis ſpes.
Tanto experimento ſtabilita,
In illius Eccleſiæ bonum.
Quam ſibi Sponſam deſtinarat.

Tranſitus maris pignus aliorum beneficiorum.

Paraphraſis.

Et hoc quidem grande fuit beneficium illi collatum populo; ſed velut aliorum pignus, quo fidem Deus ſuam obſtringebat illi Eccleſiæ, nunquam ſe illi defuturum, ac locis etiã deſertis, & ſterilibus vel hortorum amœnitatem inducturum, ne quid illi ad victum atque delitias deſiderarent. Ergo Spes multitudinis, quæ paulo antè, cum Pharao tergis inſtaret, mare autem nondum tranſituris iter præberet expeditum, in arctum compulſa, animam agere videbatur, tanto experimento erecta, vires reſumpſit; cum certi eſſent ex proximo documento, quid Deus, rebus in arcto conſtitutis, poſſet, & quid vellet facere, in illius Eccleſiæ gratiam, quam per tot prodigia ſibi Sponſam deſtinarat. Latet ergo ſub illis verbis & hic ſenſus: *Qui paſcitur inter lilia*; cui nunquam deeſſe paſcua pinguia, quibus Gregem ſuum Paſcat, poſſunt: cum ipſe ſecum omnes felicitatis, & abundantiæ cauſas habeat, ac vel horridis, ſoliſque ſyluis, & cautibus vbertatem rerum omnium poſſit inducere. Vt videantur verba hæc aliam cauſam continere eius amoris, quo ſe totam Deo diligenti ſe, tradiderat.

NOTATIO XLIX.

DONEC ASPIRET DIES, ET INCLINENTVR VMBRÆ.

I.

Dei in paſcẽdo eo populo perſeuerantia.
A diei initio ad Veſperam
Ideſt, iugiter & perpetuo
Non vt ſtudia hominum,
Initio ferventia, poſtea ſ[illegible]gentia.
Tale Dei in Eccleſiam ſtudium.

Paſcendi in Deo ſtudium nunquã intepeſcens.

AD paſcendi diuturnitatem referenda hæc eſſe, Dramatico monuimus Comment. Vt intelligeretur Sponſus, non modo à cura paſcẽdi gregis pinguibus paſcuis cõmendari; Sed etiam à perſeuerantia in ſtudio, ac labore paſcendi; qui cum oues diei initio in Paſcua duceret, non ante reduceret, quam Sol idẽ occiduas orbis partes lumine colluſtraret, hoc Hemiſpherio nocte ſepulto. Quæ ſi hic applices, verum horum verborum ſenſum, quantum attinet ad arcanam intelligentiam, facile elicies. Nec enim aliud Eccleſia vult, quam id ſtudium Dei, ac paſcendi curam, id eſt, ei Populo prouidendi, nunquam finem habiturum, ſed perpetuum fore. Nec futurum, vt hominum plerumque ſolent eſſe etiam propenſiſſima in alios ſtudia; quæ initio quidem feruent, mox intepeſcere incipiunt, ac poſtremo frigent. Talẽ ſe habere Paſtorem, cuius cum ipſo paſcendi vſu creſcat paſcendi deſiderium. Quo propenſa Populi illius eiuſque rerum cura Dei deſignatur. Hanc ergo puto loci huius propriamſententiam nec quærendam aliam.

II.

Sed pleraque ſubtilius hæc commentantur.
Et quia diei nomine felix rerum ſtatus ſignificetur
Nocte infelicitas,
Quidam diem Euangelium Vmbram legem eſſe volunt
Habentque pro ſe Paulum
Alij autem lumen quo cognoſcimus.
Rerum humanarum vanitatem.
Quæ fugiunt velut Vmbra
Aut ſpatium vitæ totius, & die, & vmbra ſignificatum
Quo toto paſcimur à Deo.
Quamquam paſcuis minimè duraturis.

Dies felicitas, Nox ſeu vmbra infelicitas ſenſu myſtico.

Hebr. 10. 1.

Auguſtinus.
Iuſtus.
Nyſſenus.

Lumen quo vanitatem humanarum rerum cognoſcimus.

Theodoretus.

Caſſiodorus.

Sed quia video tum veteres, tum nouos Interpretes, altius ſeſe demittere in hoc mare, atque in profundo maiorum myſteriorum gemmas & quærere, & fortaſſis inuenire; Age, videamus an iuxta eorum ſenſum iuuari noſtra Interpretatio vtcumque poſſit: aut aliquid eorum exemplo inueniri à nobis, quo lucem accipiat, & quidem cum *Diei* nomine ex inſtituto Profanæ, & Sacræ Doctrinæ, felix rerum ſtatus indicetur, *Vmbra* autem, ſeu *Nocte* infelicitas, & quæ infelicitatem mala comitari ſolent, quiſque ex analogiæ ratione id maxime amplexus eſt, quod placuit. Quidam *Lucem Euangelij Diẽ* interpretantur, *Vmbram legis cæremonias*. Habentque pro ſe Paulum: *Nox præceſſit, Dies autem appropinquauit*. Rom. 13. 12. Quanquam enim hoc loco infidelitas generaliter intelligitur, *Noctis* nomine. Tamen & ipſa *Lex* poſt Chriſtum infidelitas eſt. Sed & *Legem vmbram* Paulus idem appellauit: *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum*. Hebr. 10. 1. Sic Auguſt. Orat. contra Iudæos. Cap. 6. & Iuſtus Vrg. At Nyſſenus per *Diem Sancti Spiritus nobis infuſum lumen*, quo illuſtrata mens rerum humanarum vanitatem, (quam *Vmbræ* nomine ſignificatam arbitratur) agnoſcit, & contemnit. Theodoretus autem, Nyſſeno adhæret. Atque elegante oratione humanarum rerum inconſtantiam, incertitudinem, ac vanitatem, inductis etiam Sacræ Scripturę teſtimonijs, cum *Vmbra* comparat. Sed *Diem* etiam in partem deteriorem videtur interpretari. *Sponſus*, inquit, *nos paſcit*, *donec ardor Diei prætereat, & ros ſalutis adſpiret, & moueantur Vmbræ; & futura, quæ ſtabilem, ac perfectam naturam habent, appareant*. Spatium ergo vitæ totius deſignari arbitratur, duplice metaphora, *Diei*, atque *Vmbræ*, *quo tempore* inquit, *à Sponſo paſcimur*, Doctrina ſcilicet, & exemplo; & motionibus illis arcanis, quibus & lumen menti, & cordi calorem infundit, ad operandum ſecundum legem, quam mortalibus ſuo redemptis ſanguine, tulit. Ea paſcua duratura minimè ſunt, ſed in alia ſtabiliora, pinguiora, atque vberiora commutanda in Cœlo. Non placuit Caſſiodoro

ea

Digitized by Google

Alij beatitudines diem malunt,
Qui tamen minime probandi,
Ordinem enim rerum peruertũt.
Sicuti primæ ſententiæ authores.
Sed ſunt tamen omnia probabilia in ſe.
Nam ordini non ſatis apta videntur.

ea Dei interpretatio, & quidem merito, maluitque accipere æterni illius *Diei* lucem clariſſimam, cui nulla iam *Nox* inſidiabitur, nulla *Vmbra* ſuccedet. Nobis hæc minus ſententia probanda videtur. Cum & rerum peruertat ordinem, & minus apta ad nexum, & interpretationis conſequentiam ſit. Nam certè modus ipſe loquendi, prius *Aſpirare diem*, indicat, deinde *Vmbras inclinari*: & vero ſi ordinem ipſum Dierum Noctiũque obſerues, id planum eſt. Qua etiam ratione minus placet Auguſtini, atque Iuſti indicata ſuperius ſententia; cum *Vmbra* aut *Nocti* Legis Moſaicæ *Gratiæ dies* ſucceſſerit, contra quàm videmus in Symbolo. Omnibus autem hiſce ſententijs id commune eſt, quantum ad ſententiam, ac doctrinam probabiliſſimè tradi: Sed nobis non de ſententia ſolum, ſed de rerum ordine, ac nexu potiſſima cura eſt; cum nulla interpretatio probanda ſit, niſi quam connexio rerum ipſa & interpretationis ſeries commendarit.

Auguſtinus, Iuſtus.

III.

Nos innuere putamus Eccleſiam,
Eam felicitatem duraturam ſolũ,
Dum ille populus in Dei fide, & amore perſeuerarat,
Hic dies ſcilicet eſt
Vmbra autem infidelitas,
Propterquam abijciendus erat.
Id tota loquitur Scriptura.
Clarius Chriſtus & Apoſtoli.

Nobis hic tacitè, haud duraturam tantam populi illius felicitatem, ſed aliquando in miſeriam luctumque mutandam, denunciari certum eſt: Si quid tamen ea forma loquendi, præter durationem, ac perſeuerantiam Dei in eo populo paſcendo, ſignificari putandum eſt. Ergo *Diem* totum illud tempus puta, quo populus ille pro veræ religionis cultum adhæſurus Deo erat; *Vmbram* autem totum illud tẽpus, quo velut multo vino ebrius, aduentanti nouo Euangelij *Diei* occluſurus oculos mentis, ac cordis erat. Itaque *Paſcendus* dicitur *inter lilia*, Grex ille à Deo dilectus, delectuſque, dum in fide, ac vera pietate perſiſteret. Adueniente infidelitatis, ac perfidiæ *Nocte*, deſerendus, nec vltra paſcendus. Vt à Paſtore abiectus *Vagus abiret in viam cordis ſui*. Hunc Populi illius caſum omnis loquitur ſcriptura, ſæpe ſub vmbra, ac ſchemate vario, ſæpe expreſſis verbis. Sed nullibi crebrius, aut clarius, quam in Euangelio, in quo ſæpe Chriſtus ſuæ Genti Synagogæ abdicationem, & Gentium electionem iamiam inſtare, prædicit. Factum agnouere Apoſtoli, maximè Paulus, qui toto oris hiatu ſæpe in ſuam Gentem tonat; atque exemplo tã memorabili Gentes hortatur, ne Dei abuſæ gratia, per Vanitatem, Superbiam, Auaritiam, ac Laſciuiam, Dei in ſe indignationem concitent. Qui plura de hoc argumento volet, alibi quærat; ne arceſſere occaſiones videamur omnia permiſcendi.

Ea populi illius protectio duratura dum ille in fide, ac pietate perſiſteret.

Abdicationem Synagogæ ob infidelitatem tota Scriptura loquitur.
Iſai. 2. 8.
Zach. 11. 9.
Oſee 9. 16.
Matth 21.43.
Rom. 9.22.

IV.

Et quidem Eccleſiam nunquam deſerendam à Deo poſuimus,
Non abdicata Synagoga, abdicata eſt illa.
Eccleſia enim varias perſonas induit.
In perfectis Dei amore ardet
In imperfectis tepet, & ſæpe labitur,
In multitudine fidelium à potiore parte
Nomen habet, & honorem Sponſæ.
Poteſt ergo in pleriſque labi,
Et in multitudinis parte maxima abdicari.
Abſolutè non poteſt, manentibus fidelibus, & iuſtis
Poteſt & de gente in gentem migrare,
Sed eadem ſemper.
Abdicata ergo Iudæorum multitudine,
In Apoſtolis manſit, in Gentibus priorem gloriam ſuperatura.
Id Eccleſia diuinat, & dolet.
Id per Chriſtum executione mandatum.

Sed eximendus ſcrupulus eſt, quo forſitan angi poſſint minus in his litteris verſati. Eccleſiam, ex quo eam Deus, poſt primum admiſſum ſcelus, ad ſe per pœnitentiam vocauit, nunquam deſtituturum ad finem vſque certum eſt. Id illi ſignificatum monuimus illis verbis Cap. 1. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, Amica mea*, Quo ergo nunc pacto dicimus eam ipſam abdicandam, atque in eius locum eam aduocandam, quæ de Gentibus colligenda erat! Facilis nodi ſolutio, ſi rem ipſam, non rerum nomina nuda penſemus. Eccleſia ſæpè perſonam induit Perfectorum. Sæpe Imperfectorum: Sepe multitudinem ſignificat Fidelium, inter quos, & boni, & mali, vna Fide Deo coniuncti, quæ in alijs Caritate animata, viuit; in alijs ſine Caritate, mortua eſt. Hinc Eccleſia eadem in Perfectis Dei amore ardet, ab eo nunquam diuellitur, immo nec diuelli in omnibus poteſt, neque enim iuſtis carere omnino poteſt; in Imperfectis tepet, & frequenti lapſu terræ affligitur, ſurrectura: nunc Deo per caritatem hæret, nunc diuellitur per peccata. In multitudine autem Fidelium à meliore parte ſcilicet, nomen, honoremque ſortita, Deo iuſto connubio iuncta eſt, ac pleno Sponſæ iure gaudet, nunquam eo honore priuanda: nihil enim impediunt ſingulorum membrorum labes, quin Sponſo placeat, qui bonorum pulchritudine delectatur, cui nihil adimit turpitudo cæterorum. Poteſt ergo in pleriſque ſuorum, ſcelerum, immo infidelitatis malo vexari; Sed vt primum ſtolam Fidei exuere, iam ad Eccleſiam vt illius membra non pertinent. Puniri ergo abdicatione multitudo poteſt, ſed manentibus paucis, manet in paucis Eccleſia, velut arbor ramis præciſis, atque exareſcentibus, manet in trunco, atque radice, viuit in ſurculis, trunco, ac radici hærentibus: è quibus mox noua germinum cohors, priorem repenſura gloriam eſt, quali ſe Cœlo probauit, cum primum plantata eſt arbor. Migrare ergo Eccleſia à Gente in Gentem poteſt, interire ipſa non poteſt: & quãquam abdicata Iudaici Populi perfidia, ac reprobata Gente, ingenti viſa eſt imminuta clade, mãſit tamen in paucis, qui cum Apoſtolis ſequuti ſunt Chriſtum; cæteris iudicio Dei iuſto in ſuis ſe ſordibus volutantibus. Sed mox illa ad truncum ipſum ſeuera Dei falce detonſa, nouis ſe ſuſtulit ramis, in eam amplitudinem breui mutata, vt orbem impleret. Redeo ad orationis caput. Eam Iudaicæ Gentis futuram cladem præſagit his verbis Eccleſia illa. Et ſciebat quidem, ſe nunquam à ſuo Dilecto diuellendam; ſed mater filiorum amans eorum damna propria reputat, deploratque: & id dolet, futurum aliquando tempus, cum ea ipſa Iudæorum natio, paucis de tanta multitudine exceptis dereretur à Deo. Totum ergo *Fidelitatis* tempus *Diem* vocat, dumque is *Aſpiret*, ac luce ſua orbem perfundat, Bonum Paſtorem Gregem illum in pinguia paſcua ducturũ, aucturum fauoribus, affluentia rerũ omniũ beatorũ; quoad *Infidelitatis vmbra* & *Diem* demeret, & Paſtorem cogere alias Oues quærere quibus paſcendis laborem impenderet. S.D.E. *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili,*

Cant. 1 18.

Eccleſia aliquãdo pro perfectis, aliquando pro multitudine fidelium ſumitur.

Eccleſia à meliore parte fidelium honorem habet Sponſæ à quo nunquam decidet.

Migrat Eccleſia à gente in gentem, ſed non interit.

Iudæorum abdicatio ſæpe prædicta.
Ioan. 10. 16.

Digitized by Google

Cantatum à Prophetis,
Et quidem ſub metaphora paſtoris,
Sæpe ſub alijs.
Et à Chriſto ſub ſchemate Regni, quod transferendum erat ad Gẽtes.

ouili, & eas oportet me adducere; & vocem meam audient. Ioan.10.16. Id cantatum à Prophetis: *Et dixi: Non paſcam vos, quod moritur, moriatur: & quod ſucciditur, ſuccidatur; & reliqui deuorent vnuſquiſque carnem proximi ſui.* Zach.11.9. *Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exſiccata eſt: fructum nequaquam facient. Quod etſi genuerint interficiam amantiſſima vteri eorum. Abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.* Oſeæ 9.16.17. Et: *Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur Genti, facienti fructus eius.* Matth.21.41.43. Sed de his ſatis.

Ioan.10.16.
Zach.11.9.
Oſeæ.11.16.
Matth.21.41.

VERSVS XVII.

REVERTERE: SIMILIS ESTO, DILECTE MI, CAPREÆ, HINNVLOQVE CERVORVM SVPER MONTES BETHER.

COMMENTARIVS.

QVAM vere, & ex animo dixiſſet, ſe totam in illius eſſe poteſtate, valida ratione confirmat, ſeſe paratam exhibens ad Deum ſequendũ, quacumque ducere vellet. Dixerat ad ſe veniſſe Deum ſalientem ſuper montes, tranſilientem ſuper colles, atque ad auxilium ferendum properaſſe, quemadmodum velociſſimæ animantium *Caprea Hinnuluſque* decurrere ſolent, quin eas vel iuga montium, vel horridæ cautes, vel minantia ſaxa morari poſſint; auxilio autem periclitanti lato, reſtabat, vt idem ille, qui author fuerat excutiendi ſeruitutis iugum, dux itineris eſſet, quoad illam tandem in poſſeſſionem immitteret promiſſæ terræ, quod ſæpe pollicitus Patribus fuerat, nec ſemel ſibi ipſi per Moſen: Paratam ſe ergo ad viam tali ſub duce, ac comite capeſſendam profitetur. Ducat porro quocumque, & quacumque velit: Scire ſe nihil ſibi, eo ſocio, timendum; quæ experimento didiciſſet, etiam in deſertis locis, omnique humano præſidio deſtitutis, non defuturum, quidquid vel neceſſitas exigeret, vel voluptas quæreret. Omnia ſibi futura in promptu; & medijs vaſtæ ſolitudinis horroribus, hortorum non deſideraturam abundantiam, & delitias. Et certè qui ducentem Deum Eccleſiam per deſerta, ac ſola loca, ac prorſus inhoſpita, cogitet, nullo certo itinere, nunc ingredientem, nunc regredientem; cumque in conſpectu terra promiſſa eſſet, vt mittendus breui in illius poſſeſſionem Populus videretur, iterum Ægyptum verſus reuertentem, facile intelliget, quanta eum cum ratione Eccleſia & *Capreæ*, & *Ceruorum Hinuulo* compararit, aſperis ac perruptis montibus (id enim *Montes Bether ſunt*) ſalienti, ac decurrenti.

ENARRATIO.

ET, quando, tantis patratis prodigijs, dum me in libertatis felicitatem aſſereres, effeciſti, vt me tibi totam libens traderem, cuius me totam eſſe ſciebam, reſtat, vt, quam id ex animo dixerim nouo experimento confirmem, Experire, quid te auſpice velim; quid duce, ac comite poſſim, experiar ipſa. Venientem vidi ad me, dum ad auxilium properares, ac feſtinatis ſtudijs ad libertatem vocares, atque ad excutiendum tot annorum iugum hortareris, ea velocitate, qua Caprea, aut Ceruorum hinnulus ſolet aſpera montium ſaltu tranſilire, profunda vallium curſu ſuperare. Tibi ſcio, dum me in promiſſam hæredita-

reditatem induc os; omnis eſt feſtinatio tarda. Age, & more tuo vrge digreſſum; neque enim periculum eſt, ne te ipſa ſolum ire permittam. Harebo comes itineris, nec à te diuellar, horridas licet per cautes, atque inuias ſolitudines eundum ſit. Qui medijs in maris fluctibus vbertatem induxiſti, idem medijs deſertis locis, ac ſola ſterilitate nobilibus, rerum omnium abundantiã, aruorumque pinguium commoditatem induces. Cumque te habeam, habitura omnia ſum. Quid ceſſas viam capeſſere? Quid, experiri vires, quas mihi ipſe miniſtras? Quantulum id erit, quod ipſa præſtabo, ſi te ſequar praeuntem? qui & eunti viam aperis, & progredienti animos facis, & laſſa refrigerium & indigenti omnia dare potes? Video quidem aſperas obiectas ad viam rupes, & extremam locis deſertis, ac vaſtis ſolitudinibus indigentiam: Sed & tu rupes perrumpere, atque expedire viam potes, & de tuo penu indigentia ſubuenire.

NOTATIO L.

REVERTERE SIMILIS ESTO DILECTE MI CAPREÆ, HINNVLOQVE.

SVM.COM.

I. *Eccleſia ha voces ſunt, Adhortãtis Deũ, Ad proſequendũ iter per deſertum.*

Hortatur Deum Eccleſia, vt iter aggrediatur, per ſolitudinem ſe comite;

QVO ſenſu dicat, vt *Reuertatur*, an abiturum, aut abſentem reuocet; an contra diſceſſurum ad maturandam profectionem inuitet, quæſtio eſt, nec minimi momenti, ad verum huius commatis ſenſum eliciendum. Eam Dram. Cummentario Cap. 2. Not. 55. pro loci indigentia ſatis expeditam, hic iterum agitare minime eſt neceſſe. Ponamus ergo vocem eſſe adhortantis Deum ad diſceſſum: non vt ſoli proficiſcendum ſit, ſed eadem illa Eccleſia comitante, & ad Sponſæ honorem properante, vt mox dicemus.

II. *Sed quidam contra interpretãtur, Et orari Deum volunt, Vt tranſeat ad Gentes. Sed minus apte ad verum, Minus conformiter ad rem ipſam. Cum incogitanti Eccleſiæ ea mutatio ſit iniuncta.*

Iſai.6. 10. Philo Cap. Orat Eccleſia Deum, vt ad gẽtes tranſeat.

Eccleſiæ incogitãti iuſſum vt ad Gentes ſe tranſferret.

Qui *Reuertendi* vocabulum contrario ſenſu interpretantur, varijs ſunt diſtracti ſententijs. Quidam orari ab Eccleſia Chriſtum, vt à Synagoga ad Gentes tranſeat, nec vltra tempus terat, in eorum conuerſione procuranda, qui in ſuis obdurati ſceleribus, lucem Euangelicam cæci ipſi reijciebant: ne *Videntes viderent* ſcilicet, *& audientes intelligerent*. Sic ferme Philo, qui neceſſario *Montes Bether* interpretaturus eſt, Gentium multitudinem, neſcio quam aptè: certè ad nexum cum proximis parum accommodatè; cum ex illius ſententia, quæ præceſſere: *Donec adſpiret dies*, & Iudicij diem, ac futuram poſt illum lucem, nulla iam noctium viciſſitudine variandam, referantur. Quod ſi velis Eccleſiam hic tranſitum Euangelij à Synagoga ad Gentes vrgere: certè nec cum re ipſa conuenit, cum potius incogitanti illi, & alia omnia procuranti Gentium prædicationem imperarit Deus. Vix vt ipſa crederet, tam aliena ab ea cogitatione erat: ne vltro eam id poſtulaſſe à Deo velis, atque ab ea re veluti alienum inuitaſſe.

III. *Alij ſecundum Chriſti aduentũ hic agnoſcunt. Sed nimis properant. Cum adhuc Eccleſiæ multa ſint prælia ſubeunda.*

Hortamẽta Eccleſiæ ad Chriſtum vt in Cœlum regrediatur, *Gregorius hic, Bern.ſer. 73.*

Quidam alij ſecundum Chriſti aduentum hic agnoſcunt, idque peti ab Eccleſia volunt. Abiſſe Chriſtum per aſcenſum in Cœlum, reuerſurum ad exigendam à ſingulis negotiationis commiſſę vſuram. Eam diem ſitire iuſtorum animas, eam multo clamore exposcere. Sed obeſt huic interpretationi, præproperas has Iuſtorum, ac multo magis Eccleſiæ voces videri, cui tam latus adhuc reſtabat campus decurrendus, qualis toto reliquo Cantico deſcribitur, cum adhuc eſſet electorum complendus numerus: quod nec ignorare Eccleſia poterat, cui multi adhuc, & graues ſubeundi pro Sponſo labores, haud patiebantur de requie cogitare.

IV. *Alij de Aſcenſu in Cœlum malũt accipere. Tunc Capreæ ſimilis Chriſtus, Quia mundus à peccato. Super Cœlorum, ac Sanctorũ montes ſeſe extulit. Sed nondum de myſterijs gratiæ hic ſermo eſt.*

Iuſtus Vrg. Chriſtus vt in Cœlum regrediatur orатur ab Eccleſia.

Atque hi *Reuertendi* vocabulum ita interpretati ſunt, vt abſens Sponſus ad reditum inuitetur. Iuſtus Vrgel. ad abitionem induci vult; explicat autem de Aſcenſu Chriſti in Cœlum, quo, cum à peccato mundus, immo peccatorum mundator peteret, iure animãtibus mundis comparatum, *Capreæ, Hinnuloque*. Velocitate etiam ſimilem, cum & illæ mentium iuga tranſiliant: Chriſtus autem ſuper omnes Cœlos aſcendiſſe dicatur. Qui ritè *Montes* dicti *Bethel*, (Sic enim legit) ideſt *Dei domus*, quia ſuper Sanctos omnes eleuatus eſt. Sed nondum de legis Gratiæ myſterijs ſermo: & alioqui hæc cum his, quæ præceſſere ex Iuſti ſententia non facile necti poſſunt, aut aptè non poſſunt. Quod facile lectori attento ordo ipſe verborum ſatis probabit. Aliorum mitto interpretandi rationes, qui cum hæc de pia anima interpretentur, ad tropologiam potius, quàm ad litteram reſpexiſſe videntur: de quibus alio loco ſermo erit.

V. *Facilius interpretabimur.*

Noſtra per procliuia currit interpretatio. Inferat ſe ex Ægypto vocatam, atque ite-

Voces eſſe Eccleſiæ, Poſt tot ſibi præſtita beneficia, Paratæ ad ſequendum Deum. Per inuias ſolitudines, Quod mox factũ eſt.

Deum orat Eccleſia, poſt maris tranſitum, vt ſe per deſertum ducat ad promiſſã hæreditatem.

ratis blandis appellationibus delinitam: Viderat Dei præſentem opem, tot prodigijs, ſignisque, & in Ægypto, & in mari editis; nihil iam ſupererat, niſi vt ſe totam vni mancipareт, & vindici libertatis, & mox futuro Sponſo per legem. Id fecerat verſu proximo, & quidem luculenta oratione, & affectu plena; pollicita ſibi ſub eo ducatu fauſta omnia fore. Reſtabat, vt ſe itineri alacris dederet, quidquid in eo laboris ſubeundum eſſet, hilari animo, & pronis affectibus amplexura. Hoc commate, hoc, nec aliud profitetur. Deumque hortatur pergat porro ducere ſequuturam, per auia montium, & inculta terrarum. Habet autem tota oratio multum ex ſperantis, fidentiſque affectu, qualem nimirum eſſe illius decebat, quæ verè amabat, ac feſtinabat ad Sponſæ honorem, quo mox donata per legem eſt.

VI.

Reuertẽdi autem vſa vocabulo. Quia cum Deum ad ſe ex ſolitudine veniſſe ſciret. In eandem vt reuertatur monet.

Deum è deſerto ad Eccleſiam venit, ideo vt eo reuertatur monet.

Sed cur *Reuertendi* vocabulo vſa ſit, optima ratione monſtratur. Apparuerat Deus Moſi in deſerto, initiaturus illum in populi ſui Ducem, miniſtrumque ſuum ad eam dura ſeruitute eximendam; Viderat autem illum ad ſe accedentem per prodigia illa, quibus ſe præſentem teſtatus fuerat, quaſi de deſerto ad ſe veniſſet. Id indicauit, cum diceret: *Iſte venit ſaliens in Montibus*. Hortatur ergo nunc, vt in eandem, ex qua veniſſe videbatur, *Reuertatur* ſolitudinem: haud tamen, quemadmodum cum accederet, ſolus, ſed ſeipſa omnino comite, quod cupierat. Id eſt, nec aliud: *Reuertere dilecte mi*.

VII.

Sed capreæ ſimilitudinem ad viſus acumen quidam referunt, Quod Deo ſint omnia peruia. Sed minimè ad id reſpectum ſupra monuimus. Sed neque ad mãſuetudinem, Quia venturus Chriſtus vt homo, Cum ex carne quam à Patriarchis accepit. Sed eſt Bernardi ſingularis ſenſus, De Chriſto venturo ad indicandum. Quem quia non capimus ſatis. Venerari poſſumus, non ſequi.

Cur autem addat: *Similis eſto, Dilecte mi, Capreæ, Hinnuloque Ceruorum*, non vna ratio eſt, neque vnum ſolummodo ſenſum habet, iuxta huius interpretationis ſeriem. Nyſſenus ad *Dorcadis* viſus perſpicacitatem, & *Hinnuli* in Serpentes odium reſpiciens, ideo dicta exiſtimat, quod Deus & hominum cogitationes introſpiciat, & peccata, velut Serpentes, afflatu deleat. Similia ferme Theodoretus, & plenius Tres apud illum Patres. Sed monui alio loco, ad neutrum horum hic eſſe reſpectum, tametſi dem ad eas animãtes eas proprietates pertinere. Sed ad ſolam celeritatem, conſuetudinemque viuendi in locis aſperis, ac perruptis montium. Gregorio M. magis placuit ad earum animantium manſuetudinem, myſticamque ſignificationem referre. Venturum ergo ſecundo aduentu, vt *Capream*, quia vt homo veniet, cum eadem carne, quam cum Eccleſia communem habet, & à Patriarchis accepit, qui *Ceruus* ſignificantur, *Hinnulus* propterea etiam ipſe. Sed cur vel Eccleſia *Caprea* ſit, vel *Patriarcha Cerui*, ipſe non dicit, nec facilè intelligi poſſe puto. Sed nec ob eam cauſam exiſtimamus, vel *Capreæ* vel *Hinnulo* comparari hoc quidem loco: cum maximè nondum agi de myſterijs Chriſti certum putemus, vſque ad Caput quintum. Eodem cenſu Bernardi numerandus ſenſus, qui ad infirmitatem naturæ referre maluit. Ideo in *Caprea* infirmiorem ſexum notatum; in *Hinnulo* imbecilliorem ætatem. Quanquam etiam ad acumen ipſius *Capreæ* in cernendo, & ſaliendi morem in *Hinnulo* putat reſpectum. *Quia ad diſcernendos bonos à malis* (Bernardi ſunt verba) *opus erit quodammodo Chriſto tunc Capreæ luminibus, & ſaltibus Hinnuli, quatenus videre, & diſcernere in tanta multitudine, & turbatione poſſit, in quoſnam ſalire, in quos tranſilire oporteat.* Quæ quia non intelligo, venerari malo, & alio ſermonem conuertere.

Nyſſenus. Deus ſimilis capreæ, quia illi nota omnia ſunt, Ceruo, quia peccata delet. *Theodoretus. Tres Patres.*

Gregorius.

Chriſtus Capreę quia homo. Hinnulus, quia Patriarcharum proles.

Bernardus.

VIII.

Sed facilis nobis ſenſus, Viderat ad ſe venientem ſimilem vtrique animãti, Ideſt mira celeritate, Adhortatu ad abitionem eadem celeritate. Et naturæ leges tranſiliendo, quod fecerat.

At enim verba hæc non vnum continere ſenſum, iuxta eam quam premimus viam monuimus. Dixerat, ad ſe cum veniret, *Similem ſibi viſũ Capreæ, Hinnuloque* quod de feſtinatis Dei curis ad Populum liberandum, interpretati ſumus. Rogat ergo, vt, qui feſtinarat ad remedium, feſtinet ad facinoris complementum. *Capreæ, Hinnulique* imitatus celeritatem, ad me veniſti, vt ſcilicet captiuæ libertatem impertirere, eandem imitari te decet, in deducenda me in promiſſam terram, ac mittenda in opulentam poſſeſſionem. Hæc ad velocitatem pertinent, qua properandum ſibi eſſe intelligebat, ad illius exemplum, cuius vna fuiſſet cura, ad eam per compendia ſemitarum, ideſt, ordinariam communemque agendi rationem, negligendo, & naturæ leges omnes tranſiliendo, properare: ne videretur ad ſequendum tardior, quam ille ad eam vocandam, incitandam, educendam, per tot prodigia, fuiſſet. Quo argumento probat, quod dixerat: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Atque hæc vna ratio eſt, cur illum & *Capreæ*, & *Hinnulo* compararit.

Deus ſimilis capræ, & Hinnulo venerat ad Sponſam, ſic etiam vt regrediatur orat, ideſt celeriter.

IX.

Sed & ſimilis Deus illis animãtibus, Quia ſolitudinis amans. Sic Moſi de rubo apparuit, Et poſtea verticibus Oreb, & Sinai ſe continere ſolitus, Deus ergo quodãmodo montanus, & ſylueſter. Huic illius ingenio ſe aptauit ea Eccleſia,

Altera à conſuetudine earum animantium habitandi in deſertis locis. Nam certè qui conſideret Deum, non modo in deſerto loco (quem ideo Scriptura vocat *Interiora Deſerti*, ideſt, maximè ſola, ad deſerta loca) Moſi apparuiſſe, ſed deinde totis annis quadraginta in ſolitudine verſantem, vertices montium Oreb, ac Sina frequentiſſimè obeuntem, ſiue vt legem ferret Populo, ſiue vt Moſi oracula ſua panderet, haud ſine ratione, non ſolitarium modo, ſed Montanum, ac Sylueſtrem Deum appellauerit; cultorum locorum inimicum, ac mortalium conſortium fugientem. Ritè ergo & *Capreæ*, & *Hinnulo* comparatus, quorum mores aut imitabatur, aut referebat. Decebat illi Eccleſiam prorſus accomodari, & quandoquidem in eius Sponſam fuerat initiata, vt ad futuri Sponſi ſeſe mores, ac conſuetudinem fingeret. Atque vt videas, quam hęc dicantur probabiliter, mihi quæſo conſidera, quam ſemper ſolitudinis amans illa eſſet Eccleſia, aduſque Chriſti aduentum; cum Deus ſcilicet ſolitudinis, ac deſerti pertæſus, verſari inter homines, eoſque

Deus ſoliuagus, & montium habitator, in eo ſimilis Capreis, & Ceruis.

Deus Hebręorũ quodammodo ſyluanus, montanuſque.

Eccleſia Hebręorum illi ſimilis, oderat commercia cum alijs gẽtibus.

ad

Talis vſque ad Chriſti aduentū. Sola ſibi erat in Paleſtina. Nec gentibus alijs ſua communicans ſacra. Scio te ſolitudine delectari, Et frequentiam odiſſe hominum, Similem ideo Capreis Ceruiſque Fingam me ad tuos mores, Et ſolitudinē præferam frequentiæ ciuitatum.

Paraphraſis.

ad ſeſe allicere cœpit: & in omnem ſe Gentem fingere, per ſeſe, perque Diſcipulos ſuos, vt omnes faceret ſaluas. Ita Eccleſia ſubſcripta lege, ſolitarios egit dies, atque Palæſtina terra, velut ſolitudine quadam, clauſa, nec alienigenis ſua communicabat ſacra, nec moribus ſe eorum accomodabat. Syluestris ergo quodammodo, ac montana, cum Syluestri, ac montano Deo erat. Cum *Caprea*, & *Himulo* earum animantium induta mores ingeniumque, ac per omnia Sponſo ſimillima. Hunc ego puto ſenſum in illis latere videoverbis. : Te video, mi dilecte, ſolitudine delectari, & ardua montium, ac ſola terrarum & aſpera incolere rupium. Atque ita deſertorum amicum, vt frequentia Vrbium, ac hominum conſortia moleſtiam pariant. Decet autem me tuos induere mores, cuius in Sponſam inſtituor. Eſto. Imitare *Capreas*, ac *Ceruos*, fingam me ad futuri Sponſi ingenium: & *Caprearum* in morem per deſerta vagabor; nec vlla me montium aſperitas, aut ſolitudo deterrebit, quin hæream tibi, ſolique præſtem ſocietatem. Sed omnia ſcilicet in figura contingebant illis, & quidquid tunc rerum agebatur, futura cogitabatur Eccleſia, mundi vaſtum per deſertum vagans, donec in promiſſam Cœli hæreditatem, ac futuræ vitæ poſſeſſionem immitatur.

NOTATIO LI.

SVPER MONTES BETHER.

I. Vocis Bether incertus ſignificatus, Sed multa exemplaria pro Bether, habent Bethel. Quo modo multi legerē de Patrib. Ex cenſu viri docti, Nobis omnes videre non contigit.

Latina exemplaria pleraque pro Bether, habent Bethel.

Ambroſius. Bernardus. Iuſtus. Aponius. Caſſiodorus. Gregorius. Honorius. Gulielmus. Anſelmus. Haimo. Rupertus.

LOCVS obſcurus propter vocis *Bether* ſignificatus incertitudinem. Eam quæſtionem, quantum attinet ad Dramatis ſenſum, loco alio examinauimus; hic quæ propria huius loci ſunt, nos vocant. Aliqua Latina Exemplaria, immo fere omnia ante Sixtinam correctionem, retinuere pro *Bether*, *Bethel*; hodieque retinent non modicæ authoritatis libri *Complutenſes*, & *Regij*: agnouere de veteribus plurimi, immo pauci de Latinis, vſque ad noſtra tempora, legere *Bether*. *Bethel* legit Ambroſius lib. de Interp. Dauid Cap. 1. Bern. ſerm. 73 Iuſtus, Aponius, Caſſiodorus, Gregorius, Honorius, Guilielmus, Anſelmus, Haimo, Rupertus, ex cenſu viri docti, nobis omnes videre, in hac tāta librorum parcitate, qua damnati ſumus, in hoc Segobricenſi ſeceſſu, non licuit. Id facit vt hanc omnino lectionem non contemnendam ducamus, quam tot & tanti Interpretes probauere.

II. Quia autē Bethel domus Dei eſt, Et domus Dei Eccleſia, Supra omnes Sanctos ſe oſtenſurum Chriſtum in die Iudicij. quidam exponunt. Alij aliter ſed nimis anticipant. Facilis illſus ſi memineris Iacobo Deum in ſomnis, Pollicitum terræ illius poſſeſſionem, Euigilantem autem locum nominaſſe Bethel, Is ergo locus in quo viſus Deus propitius Iacobo Bethel, domus Dei dictus eſt, At quanto familiarius egere ſolitus cum Moſe. Quod legem tradere ſua ſcriptam manu. Quanto maiore cum ratione illi Montes dici potuere Bethel?

Bethel Dei Eccleſia, quæ Dei domus dicta.

Gregorius.

Iuſtus Vrg.

Anſelmus.

Locus in quo viſus Deus Iacobo, pollicitus eius terræ poſſeſſionem Bethel dictus.

Montes in quibus toties viſus Deus Moſi familiariter colloquens, maiore cum ratione dictus Bethel.

Quia ergo *Bethel domus Dei* eſt, Domus autem Dei Eccleſia; Ideo Chriſtum ſuper Eccleſiam *Capream*, aut *Himulum* eſſe volunt, quod ſupra Sanctos omnes, qui Eccleſiæ mōtes ſunt, ſe in die Iudicij tollet. Sic Gregorius, &, quantum ad ſignificatum *montium Bethel* etiam Iuſtus, quanquam hæc non de ſecundo aduentu Chriſti, ſed de regreſſu poſt reſurrectionem in Cœlum, interpretatur. Sic etiam Anſelmus, licet alio vertat interpretationem. Sed hi omnes nimis anticipant res, earumque ordinem turbant. Nos facilius rem expediemus omnem, ſi meminerimus Iacobi factum, ex quo nomen manauit: de quo Geneſ. 28. 16. Dormienti Dominus apparuerat, pollicituſque eius, in qua dormiebat, terræ poſſeſſionem, Sobolis immenſam multitudinem etiam adiunxit. Immo & Chriſtum ex eius olim ſemine naſciturum. Cum autem Spei plenus, adhucque auribus. Dei voce tinnientibus, euigilaſſet, *Verè*, ait, *Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauenſque, quam terribilis eſt, inquit, locus iſte! Non eſt hic aliud niſi Domus Dei, & Porta Cœli, appellauitque nomen Vrbis Bethel*. Locus ergo, in quo Deus ſeſe Patriarchæ monſtrauit, quo audiri voluit, & futurarum rerū arcana nudare, iure *Bethel*, id eſt, *Domus Dei* dictus eſt. Quid Iacobum facturum putas, ſi, quod Moſes poſt expertus eſt, ipſe vidiſſet? Nec ſemel, & dormiens: ſed ſæpe, & vigilans Deum montibus obambulantem illis, immo inhabitantem, nec iam vtcunque ſermones miſcentem cum dormiente; Sed Sanctiſſima præcepta vigilanti, & videnti tradentem, loquentemque facie ad faciem. Immo legem illam ferentem Moſe internuntio, ad conſertam multitudinem; quibus tabulis continebantur Pacta Sponſalia, quibus ſibi Eccleſiam illam ſtabili, ac firmo fœdere copulabat. Hi ergo *Montes Bethel* merito dicti ſunt, quibus Deus, non vt hoſpes in diuerſorio, ſed velut Ciuis in ædibus, morabatur. Nam, etſi ſtationem ſæpe mutabat de loco ad locum, totis tamen annis quadraginta in deſerto manſit, comite illa Eccleſia, veluti Sponſus cum Sponſa ſub tecto eodem, tametſi tanquam earundem ædium aulis, cubiculiſque pro temporum ratione, ac rerum oportunitate mutatis.

III. Sed retineamus Bether,

Vera lectio Hebræa, & Latina correcta, Montes Bether.

Sed, quanquam ſatis accomodatè videntur hæc dicta, retineamus *Bether*, cum correctiſſimis Exemplaribus Sixti Authoritate vulgatis: quemadmodum hodie Hebræa habent; legiſſeque videntur Interpretes Græci 72, qui reddidere ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων: *Super Montes cauitatum*, quemadmodum Romana Latina editio habet, tametſi Typographi

Sic enim Hebræa, & Latina correcta habent.
Cui lectioni, & iã ſauent Græci interp.
Alij enim habent montes circuituũ,
Alij, conuallium.
72. Cauitatum.
Intelliges montes aſperos, & confragoſos.
Et valde hiatibus interruptos,
Inde montes cauitatem dixere 72.
Inde orta lectiones aliorum.
Quæ ex hac obſeruatione,
Facilè conciliari poſſunt.

errore, *Ciuitatum*, ſcriptum eſt. Pſellus, Theodoretus, & Tres Patres legunt, *Super Montes Conuallium*; quemadmodum & Philo Carpathius, qui tamen ſuperius verſu nono, *Similis eſt Dilectus meus Capreæ Hinnuloque Ceruorum*; addit, *Super Montes Bether*, noto errore. Quidam alij Græcam vocem, *Circuitus*, interpretantur. Sed Originalem vocem volunt doctiores *Diuiſionem*, ſiue *Sciſſionem*, eſſe: Vt intelligantur Montes acres, atque perrupti, multiſque hiatibus diuiſi, quemadmodum Martialis de Hiſpaniæ locis loquens dixit:

Pſellus.
Theodoretus.
Tres Patres.

Montes cauitatum, cõuallium, circuituum.

Martialis.

Sterilemque Caunum niuibus, & Fractis acrem
Vadaueronem Montibus.

Qua ratione hunc locum mirè corruptum iuuenes emendandum putabamus. Inter anfractus autem inteſciſſarum rupium & cauitates multæ, & antra ſunt, captando frigori ſub æſtum apta. (Quo reſpectum fuiſſe vir impensè doctus affirmat) Hinc orta 72. lectio *Super Montes Cauitatum*; ideſt, maximè cauos, interruptoſque. Has alij *Conualles* appellant; ab eadem enim Montium diuiſione Valles exſiſtunt. Et quia cum tales ſunt Montes, iter per eos fieri non niſi per multos gyros, circuituſque poteſt; hinc alij, *Montes circuitum* legere malunt. Quo lectiones variæ conciliatæ ſunt. Libuit autem hoc loco, tametſi, vt videtur, alieno, hæc obſeruare, quia Dram. Commentario, Cap. 2. Not. poſtrema, hanc partem minus plene tractauimus, ad alia properantes.

Variæ lectiones conciliatæ.

IV.

Sed variè varij interpretati ſunt, de Græcis.
Pſellus ad complanationem montiũ retulit,
Alij, conualles homines malunt rudes.
Montes, magis intelligentes, ſupra quos ſe efferat Chriſtus.
Sed neutrum litterale eſt.
Quia ſolum ſignificantur perrupti montes, & aſperi.

Senſum de Græcis attigere pauci: Origenis enim Interpretatio, magno harum litterarum damno, deſijt in Verſu 15. *Capite nobis Vulpes paruulas.* Pſellus, *Super Montes Conuallium* interpretatur ita: *Colles, nimis elatos, ex aqua: ſic enim curſibus tuis omnis Vallis implebitur, & omnis malitiæ collis humiliabitur.* Itaque *Montes* interpretatur in deterius. Non placet ea Theodoreto interpretatio, qui *Valles* eſſe vult *quoſdam mente humiles*; (Simplices intelligo, & parum intelligentes) *inter quos, veluti quidam Montes efferunt ſeſe quidam, qui mente ſunt clara, & ſublimi ſenſu. Vtroſque ſcilicet Chriſtus tranſilit, quia vtrique Sponſi præſentia perfruuntur.* Quæ ſatis perplena ſunt, & magis ad allegoriam, quam ad litteram ſpectant. Tres autem Patres *Montibus, Magiſtras animas, quæ inter diſcipulas perturbationibus, velut fluctibus, oppreſſas, montium inſtar excellunt*, exponunt. Neque hæc ſatis perſpicua, nec ad literam apta. Vides omnes *Montes à conuallibus*, ſeu *Cauitatibus* diſtinxiſſe. Cum tamen horum verborum ſenſus eſſe videatur, vt ſolum *Montes perrupti*, atque hiatibus fracti, intelligantur.

Origenis interpretatio deſijt hoc Cap. Ver. 15.
Pſellus.

Theodoretus.

Tres Patres.

V.

Facilis ſenſus ad ſeriem noſtram,
Significat Eccleſia ſe paratam ſequi per aſpera,
Et labores quoslibet ſubire,
Comite, & auxiliante Deo.
Scopus autem eius Eccleſiæ deſcribere, ad iter arduũ per deſertum.

Facilius poſſumus hiſce ambagibus expedire nos, ſi dixerimus, ſolum voluiſſe, aſperitatem eorum locorum, quibus iter agendum erat, ſignificare. Non futuram viam expeditam, & perplana, ac campeſtria facilem: multos ſubeundos labores, multa aſpera perrumpenda, multum denique ſudandum, donec in promiſſam hæreditatem pateret ingreſſus. Seſe ergo, ad ea omnia perferenda, alacris parat, quæ ſibi obuentura in longo itinere difficilia per loca diuinat: certa, haud ſibi eius præſidia defutura, qui & dux futurus, & comes itineris. Ea autem omnia, quæ hoc & ſuperiore commate ſunt obſeruata, graphicè ſtatum, paratumque eius Eccleſiæ nobis exprimunt, quæ tanta Dei prouidentia, tot editis facinoribus, recenti libertate fruebatur, tanta cum clade eorum, quorum iterum iugum duriſſimæ ſeruitutis ſubitura videbatur. Atque hic finis Commentariorum Secundi Capitis.

Alacritas Eccleſiæ ad ſequendum Deum per deſertum.

CAPVT TERTIVM

ARGVMENTVM.

SVB ea Dei ſe protegentis cura quieſcenti Verſ.I.
Eccleſiæ, velut *Lectulo* ad Somnum com-
poſitæ, euigilandum fuit, fame, ſitique
premente. Excitata ergo ab eo ſomno,
exercentem ſe Deum nouo labore, *quæſiuiſſe*
ſe dicit, velut abſens eſſet; nec *inueniſſe* ta-
men; quia tametſi & multa prece, & ge-
mitu eum orans, vt ſubueniret indigenti,
non ſtatim adfuit. * Illo itaque pergente Eccleſiam probare Verſ.II.
ſuam, *ſurrexiſſe* ſe dicit, ac *circumiſſe Ciuitatem*, ſi forte alicubi la-
tentem *inueniret*, ideſt, per ſe ipſam totis caſtris appellaſſe Dei
opem. Sed fruſtra, adhuc illo probante illam; & fame ſitique
præmente. Id *quæſiſſe* fuit, *nec inueniſſe*. * Sed dum *circuit*, dum Verſ.III.
quærit, dum orat, incidit in Moſen, Aaronemque, & cæteros
illius Populi primores; quibus cura adminiſtrandi rem com-
munem delata. Hi *Cuſtodes Ciuitatis* ſunt. Hos cum interrogaſ-
ſet, an quid opis alicunde appareret, & tacentibus illis, inſtan-
ti malo etiam oppreſſis, illis relictis vlterius progreſſa eſt, perſe-
ueranter ſcilicet & feruenter orans. * Vix ab illis diſceſſerat, Verſ.IV.
cum annuens oranti, atque interpellanti Deus adfuit, ac mira-
culo non vno famem, ſitimque depulit. Hinc nobis amoris fa-
cibus ardens illa, *inuento Sponſo* coniungitur arctius: Ille tandem
Sponſali nexu eam ſibi fortius ſtringit, tradita *Lege*. Confiden-
tior illa nouo vinculo facta, *non ſe dimiſſuram illum* profitetur,
quoad *in Domum Matris introducat*, ideſt, donec ſibi per Incarna-
tionem arctius iungat, & ex Sponſa in iuſtam vxorem tranſeat.

Verſ.V. * Redit quies & ſeueritas ſub nouo ſtatu, ideo in ſomnũ delapſa
fingitur. Tum nouus Sponſus ſomnum illi conciliat, Angeliſ-
que edicit, ne patiantur eam illius quietem, ac ſecuritatem tur-
bari, donec ad nouos bellorum labores volens euigilet. Addit
adiurationem per eas fidelium animas, quarum illis cuſtodia de-
Verſ.VI. mandata. * Obſequuntur Angeli, ac nouis Sponſis Epitala-
mium concinunt, eorum inceſſum, & pompam per deſertum
enarrantes, ac prius Eccleſię quã mirãtur *Aſcendentem per Deſertum*,
nouo cultu, id eſt, nouis cęremonijs ex lata nuper Lege ornatam.
Comparãt autẽ *Virgulæ Fumi* ex odoratis rebus ſe fundentis, tum
propter bonæ famæ odorẽ; tum propter ſuauitatem ſacrificiorũ.
Verſ.VII. * Hinc gradum faciunt ad Sponſum Deum, ſub nomine *Salomo-
nis*: atque eum *quieſcentem* deſcribunt, in *Tabernaculo*. Hic *Lectu-
lus* eſt: tanta illa multitudine Populi circumfuſa, & cohorte for-
tiſſimorum militum ſtipante. Poſitus autem *Sexagenarius nume-
rus* pro *myriadibus totidem* vt artificio Dramatis ſeruiretur. Tot
enim myriades efficiunt ſexcenta armatorum millia, quæ ex
Verſ.VIII. Ægypto egreſſa conſtat. * Hi omnes geminis inſtructi *Gladijs*,
altero *manibus ſtricto*, altero ad *femur* ex balteo *pendente*; & *Vigiles*
per vices, ne nocturnis tenebris abuſus Hoſtes, incautos inua-
deret; nec armati ſolum, & in omne diſcrimen parati, ſed vſu
Verſ.IX. armorum inſuper docti, & militari diſciplina præſtantes. * Eo
tanto apparatu & pompa procedentem Deum pergunt deſcri-
bere, *Arca* ac *Tabernaculo* vectum, quæ illi viatoria *Carruca*, ſeu
vehiculum Regium: quam à materia, forma, arte commendant:
Verſ.X. * *Cedrinum* opus eſſe, aduecta ex *Libano* materia: columellis *Ar-
genteis* opus ſuſpendi; *Auream* aſſurgere *Sedem*, periſtromate ex
auro texto, puluinarique tumente; *Velum* deſuper pro Cœlo ſu-
ſpenſum, è *Purpura* diphaba: *Stratum* gemmis diſtintum, quales
fœminæ habere in pretio ac delitijs ſolent, id eſt prætioſiſſimis.
Verſ.XI. * Tum *Filias Sion*, animas ſcilicet illius Populi pietate inſignes
euocant ad viſendum ſpectaculum, non antè viſum. Nec ſolum
ad pompam ſpectandam, ſed multo magis Deum ipſum Eccle-
ſiæ iam per Legem Sponſum, & quidem Regio indutum cultu,
ac *Diademate* tempora cinctum, quali illum *Mater coronauit in die
tanta lætitiæ*. Continent autem omnia hæc imaginem futurorum,
cum Dei filius, verus *Salomon*, humanam carnem indutus, Ec-
cleſiæ iungendus erat, coniugio iuſto, eoque nunquam diſiun-
gendo.

VER-

VERSVS I.

IN LECTVLO MEO PER NOCTES QVÆSIVI QVEM DILIGIT ANIMA MEA; QVÆSIVI EVM, ET NON INVENI.

COMMENTARIVS.

AD ſecundum Eccleſiæ ſtatum ſenſim acceditur deſcribendum. Erepta Eccleſia præſentiſſimo periculo, demerſiſque Ægyptijs, venerat in Spem certiſſimam, nihil ſibi ſub Dei ducatu, ac comitatu defuturum, vt paulo antè dictum eſt. Eam quietem, nulla interpellatam cura, nulla pulſatam ſolitudine *Lectulum* vocat, qui locus quietis & ſomni. Sed ſtatim noua mala incogitantem, ac, quod multo grauius eſſe ſolet, ſecuram oppreſſere, fames, ſitiſque. Ab ea ergo quiete, & ſpei ſecuritate, ipſa quærendi victus anxietate, excitatam ſe dicit. *Noctu* autem id factum, & quia mox dormiendi, ac quieſcendi tempus eſt, & quia aduerſitas omnis tenebrarum nomine myſticè intelligitur. Et quia omnem Spem in Deo collocarat, eum *quæſiuiſſe* ſe dicit: adeſſe enim videtur cum fauorem impendit, abeſſe, cum ſuos laboribus patitur exerceri. *Quæſiuit* autem & prece multa, & gemitu, nouis, quæ premere cœperant, malis remedium vt adferret, quemadmodum alias fuerat experta, in arctis rebus conſtituta. Sed oportebat ſenſim eam Eccleſiam, hactenus iuuenem, per aſpera probari, vt viribus firmaretur. Tardante ergo Deo, nec afflictam ſubleuante, *quæſiuiſſe* eum ſibi viſa eſt, ſed minimè *inueniſſe*: quo & ſollicitudo creuit & anxietas.

ENARRATIO.

POST tam grandia in me Diuinæ propenſionis documenta, omnem rerum mearum curam in eum iactaui, ac, velut quæ nulla pulſarer ſollicitudine, ſecura quieui: veluti, Lectulo blando compoſita, ſomno indulgerem: & verè ſopore premebar, quæ quid mihi futurum, minime cogitarem. Libertatem nacta, nec minus marinis fluctibus, quam Ægyptiorum odijs erempta, haud minoribus malis, fame, ſitique vexari me ſenſi; quibus moriendum, nec ſimpliciter erat, ſed, lentiſſimo mortis genere per momenta ſingula anima exalanda. Ea me anxietas excitauit ſcilicet, eumque coegit quærere, à quo omnis mea fortuna pendebat. Præſentem mihi fauore, ac protectione putaram, ac verè erat: Sed abſentem ſentio. At quanto cum dolore ſentiam, haud facile dixero. Quæſiui ardentibus votis; multo gemitu, ac repetita prece; verita ne meam aliquam culpam punire abſentia vellet: Sed fruſtra labor fuit; nam quem paulo antè vocantem, inuitantemque audiui, experta ſum ſurdum. Ergo viciſſitudines rerum mirari ſubit,, quamque breui limite triſtia lætis diſtent, inuicemque ſuccedant. Ea manet vna conſolatio: Niſi enim me Spes multa confirmaret, non diuturnam repulſam fore, malum malo cumulaſſem: &, quod extremum in malis eſt, dolori ceſſiſſem.

NO-

SVM. COM.

I.
Multiplex hic de ſenſu quæſtio.
Quid lectus, quid nox, quid quærere ſit,
Cur non inuenerit quæſitum,
Ordine ſingula expedienda ſunt.

NOTATIO IV.

IN LECTVLO MEO.

NECTENDI hæc cum ſuperioribus ratio indicata in commentario eſt. De Veteribus plerique non admodum de nexu videntur fuiſſe ſolliciti. Ad ſenſum quod attinet, non vna, nec vnius modi quæſtio eſt; quin tot difficultates, quot vocabula ferme. Quid *Lectulus* hic ſit? Quid *Nox*? Quo modo *quæſiſſe* ſe dicat, quem paulo antè & præſentem allocuta ſit; & præſentem, loquentem ipſa audiuerit? Cur, cum *quæſierit*, non *inuenerit*? Cuiuſque culpa ſit factum, vt *quæſitus* fuerit fruſtra? Singula ſunt ſuis difficultatibus implicata, facilius forſitan expedienda, niſi & multitudo, & diuerſitas ſententiarum, loco de ſe ſatis obſcuro nouam noctem induxiſſet, vix vt ſtatui poſſit, qua ei ſit eundum, qui ex hoc ſe labyrintho explicare voluerit. Sed ſuas per partes tradenda doctrina, ne eam magis inuoluat confuſa tractatio.

Variæ quæſtiones tractandæ.

II.
Quidam lectum carnales voluptates interpretantur.
Sed ad locum parum apte,
Illis enim dediti, Deum quærere dies non poſſunt.
Alij eos, qui in fide dormitant,
In quibus Chriſtus inueniri non poteſt,
Alij malunt humanum ſenſum,
Quo quidam myſteria Chriſti rimantur.

Sed hanc Sponſæ actionem ſint fortaſſe qui in vitio ponant, in laude alij. Adeoque & *Lectum* contrario ſenſu accipiant. Tres Patres, quibus & Caſſiodorus, & illius aſſecla Beda, & Anſelmus adhærent, *carnales voluptates*, aut ex carne natas affectiones, atque ex affectionibus ſcelera *Lectulum* interpretantur. Sed parum hi aptè ad locum, & tempus, ad perſonas; nam, qui tali verſantur ſtatu, tam abeſt, vt *Deum quærant*, qua ſollicitudine Sponſa ſe quæſiſſe dicit; vt, quæſiti ipſi potius, & ſæpe vocati, immo & grandibus vocibus interpellati, non audiant. Non ergo *Lectulum* interpretabimur prauorum hominum in ſuis ſceleribus, ac voluptatibus ſomnum. Haud tam alienè Iuſtus exponit, *eos, qui in fide dormitant*, & ignorantiæ ſunt obruti tenebris, in quibus Chriſtum ſæpe Eccleſia *quærit*, nec *inuenit* tamen. Id ſolidum non eſt, nec huius loci ſententiam implet, quod grandius aliquid, quod ad ſe propriè pertineat, Eccleſia narrat: nec tam quod *quæſierit in Lecto* reprehendenda, quam miſeranda, quod *quærens* minimè potuerit *inuenire*. Quo etiam cenſu numerandus Aponius eſt, qui Lectum eſſe vult *humanum ſenſum*, in quo per *Noctes* ſecretarum, ac confuſarum cogitationum Chriſti myſteria quidam curioſè rimantur; ad quæ non niſi Fidei lumine aditus patet, per eum infuſo.

Lectulus in deterius à quibuſdam expoſitus. Voluptatis carnis. *Tres Patres. Caſſiodorus. Beda. Anſelmus.*

Qui in fide dormitant, in quib. Eccleſia Deum quærit, nec inuenit. *Iuſtus Vrg.*

Aponius. Lectus humanus ſenſus, in quo Deus non inuenitur.

III.
Contra ſunt, qui profectum in virtute lectum velint,
In eo ſtatu quæri à quibuſdam Deum.
Quaſi iam perfecti ſint,
Sed ſtatim experiri in nocte ſe quærere.
Obſcuritate myſteriorum admonitos
Sed ne id quidem cohæret?

Qui *Lectulum*, & in eo quietem in laude ponunt, & ij etiam de ſenſu diſſentiunt. Pſellus Eccleſiam inducit, iam fortem inter animas perfectas adeptam, quæque profecerit in Dei cognitione. Nunc profectum, quem ille progreſſionem vocat, *Lectulum* interpretatur. Exiſtimaſſe quidem eam, eo ſe iam ſtatu eſſe, vt *inuenire Dilectum* poſſet, vt pote, quæ ad perfectionis faſtigium perueniſſet. Poſtquam ad myſteriorum Diuinorum *noctem* veniſſet, omnia ſibi fuiſſe tenebris inuoluta, nec potuiſſe illum conſpicuum cernere. Nec mirum id eſſe, cum nemo, etiam ſi ad Angelorum perfectionem propius acceſſerit, rerum penitus arcanarum notitiam habere queat. Quæ videtur Pſellus ex Nyſſeno mutuatus. Sed ne id quidem cohærere videtur, cum eadem illa paulo poſt, quem nunc *quæſitum non inuenit*, tandem *inueniat*, nondum autem de ſtatu mutata, ſed adhuc in eodem manens, cum nondum militare deſierit, nondum coronam adepta triumphet. Aliud ergo quiddam dicendum eſt.

Pſellus. Somnus in lecto laude poſitus ab alijs. Profectus ſcilicet in virtute.

Nyſſenus.

IV.
Quidam de Recentioribus, Fidē accipiunt.
In qua fideles quieſcere debent.
Id minime quadrat Eccleſiæ,
Nec quia in tenebris Fidei Deum quærat, reprehendenda.
Cum quæri aliter, dum in via ſumus, non poſſit.
Eſt ergo Sponſa commiſeratione digna.
Non reprehēſione,
Quod quærens anxie Dilectum, non inuenerit.
Immo id ſtudium in laude ponēdū.

De recentioribus quidam *Lectulum Fidem* interpretantur, in quo *qui Deum quærit* ita, vt eum conſpicuum ſe viſurum arbitretur, nunquam *inuenit*. Tunc enim rectè quieſcunt Fideles, cum in Fidei lecto ſimplicitèr cubant; ideſt, quando ſimplicitèr credunt, nec in Fidei tenebris euidentiam quærunt. At hæc minimè quadrant Eccleſiæ, cuius ſtatus hic deſcribitur ſenſim perfectior auctiorque in Dei notitia, & amore, tametſi imperfectiſſimis aliquid huiuſmodi contingere ſolere concedam. Nec vero quod in *Lectulo*, & *Nocte*, id eſt, in Fidei obſcuritate quæſieris, ideo humana inueſtigatione quæſiſſe probaris, & euidentiam in myſteriorum caligine quæſiuiſſe. Immo quicunque Deum, dum in via ſunt, *quærunt*, vt *quærere* omnino debent, non niſi in *Lectulo*, & *per noctes*, ideſt, in Fidei obſcuritate quærunt. Vnde tu probas, eam, quæ ſe *quæſiuiſſe* dicit, *in Lectulo & per noctes*, ita *quæſiuiſſe*, vt *quærendi* ſtudium, & officium in vitio poneretur? Accedit ratio ſuperius indicata, quidquid hic ab Eccleſia dicitur, ita dici, vt commiſerationem illius potius, quam ſtomachum moueat. Mentior, ſi non quicunque hæc legit, etiamſi eorum, quæ hic latent myſteriorum ignorans ſit, infelicitatis illius miſeretur, cuius, cum omne ſtudium de *Dilecto* ſit *quærendo*, & *inueniendo*, tamen fruſtra conatus ſit omnis, cuius immerito ardentiſſimus amor repulſa probatur. Haud equidem patiar, amantem, cupientem, *quærentem*, & poſt omnem anxietatem, laboremque ſucceſſu fruſtratam, eo reprehenſionem hominum incurrere, quod *quæſierit*; eique vitio verti, quod laudi tribuendum eſſet. Adde & rationem aliam, qua hæc interpretandi ratio validè, vt putamus, conuellitur.

Lectulus Fides in qua quieti iacere debemus.

Qui in Fide Deū quærit, non humanā inueſtigatione quærit.

Eccleſia commiſeratione digna Deum quærens nec inueniens.

Digitized by Google

Alioqui qui humana ratione aſſequi velit Diuina myſteria,
Tametſi quærere videatur Deum,
Vere non quærit.

Qui humanis rationibus inueſtigat fidei myſteria, is nec in fide quærit, nec vere quærit.

Nam certè ea dum ſe *quæſiuiſſe*, dicit, *in lectulo Dilectum*, verè *quæſiuiſſe* intelligenda eſt; at, qui humanis rationibus obſcura illa Fidei myſteria aſſequi per euidentiam ſe poſſe credit, is certe, tametſi *quærere* ſe arbitretur, verè non *quærit*. Sed nec *in Fide quærit*: neque ergo *quærit in Lectulo, nec per Noctem*, ſi *Lectum Fidem, Noctem obſcuritatem myſteriorum* intelligas. Reſtat vt aliud ſit dicendum, quod & aptius huic loco conueniat, & magis ſit ex Eccleſiæ, quo ſtatu deſcribitur, dignitate.

V.

Alij lectum Synagogam interpretantur,
In qua Eccleſia Deum quærat,
Aptant autem ei tempori,
Cum vexati Diſcipuli, non defuero officio.

Synagoga lectus in qua Eccleſia Chriſtum quærit, nec inuenit.

Videre id de Recentioribus alij, vtque hos vitarent ſcopulos, ad quos impegiſſe aliorum naues viderant, *Lectum* hunc *Synagogam* interpretari maluere, de cuius ſollicita ſemper ſalute Mater optima, etiam neceſſariam quietem interpellat, vt ſuam Gẽtem ex ignorantiæ tenebris ad Chriſti lucem traducat. Hæc enim Eccleſiæ aptant, dum lapidato Stephano, diſperſis Diſcipulis, ſollicitis Apoſtolis, anxia de ſuorum ſalute, omnem mouit lapidem, vt ad Chriſtum adduceret. Id ſequeretur, ſi interpretationis ſeries pateretur, ſed nondum hic Eccleſia inducitur, iam Chriſtiana, de ſuorum populariũ ſalute ſollicita.

VI.

Sed præſtat lectulum & in eo requiem, accipere.
Eccleſiæ quietem, ac ſecuritatem,
Sub Deo ſe protegente.
Idque cũ magna ratione.
Sicut ſomnum loco alio interpretati ſumus,
Nam & lectus quietis eſt locus,
Et dormire, ſecure agere.
Quod alibi oſtenſum eſt,
Eſt præterea Ezechielis locus in rẽ aptiſſimus.
Ergo hoc ſtatu cõſideranda Eccleſia,
Educta ex Ægypto, & in deſerto poſita.

Vera ſententia de quiete, ac ſecuritate Eccleſiæ ſub Dei protectione.

Lectus locus quietis, & ſomni, & dormire ſecure agere.

Ezech. 34 23.

Nos de ea Eccleſia exponenda putamus, quæ nuper & interfectis Ægyptijs, & mari transmiſſo, liquida libertatis luce gaudebat, Deo per gratitudinem, ac caritatem hæres, nec diuelli ab eo parata, vt monuimus, ſuperioris Capitis verbis poſtremis; inſuper ſub certa Dei protectione ſecura, cum documentis recentiſſimis didiciſſet, ſibi Deum omnia eſſe, in aduerſis æquè, atque ſecundis rebus; adeoque, tametſi per incertas vias, deſertaſque, & vaſtas ſolitudines expediendum eſſet iter, nihil ſibi deeſſe poſſe, eo duce, ac comite, qui ſi res exigerent, rerum naturas, quod fecerat, mutare poſſet: & vbertatem Paradiſi medijs rigentibus ſaxis inducere. Hanc ego *quietem*, ac *ſecuritatem* nomine *Lectuli* ſignificatam exiſtimo, nec, vt mens ſenſus, immerito: quemadmodum ſuperius ſomni appellatione Cap. 2. Verſ. 7. Not. 17. qui locus videndus eſt. Ritè autem *Lectulum* dictam eam vitę ſecuritatem, nulla cura pulſatam, *Lectuli* munus ſatis confirmat, ad quietem ſcilicet ſecurè agendam, captandumque ſomnum, poſt diei labores, ac negotiorum curas. Nam & *dormire* pro ea vitæ ſecuritate, omni ablegata ſollicitudine, vſurpatur à Sacris Scriptoribus. Ac præter ea, quæ loco citato obſeruata à nobis ſunt, ad rem maximè facit locus Ezechielis: quo quamquam de Chriſto Propheta loquitur, vice Commentarij huic loco poteſt eſſe: *Et ſuſcitabo ſuper eas Paſtorem vnum, qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid. Ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in Paſtorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid Princeps in medio eorum. Et faciam cum eis pactum pacis; & ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra; & qui habitant in deſerto, Securi dormient in ſaltibus*. Ezech. 34. 23. Hoc ſtatu conſideranda eſt illa Eccleſia, ſub Dei cura ſecura, quin res vlla minus ſecunda turbare illius ſecuritatem poſſet, vt ea quidem arbitrabatur. Sed breui experta eſt, aliam eſſe Dei mentem, eamque oportere per varia, & dura probari.

VII.

Non autem myſticè aduerſitas eſt.
Quod hoc loco agnouit Ambroſius
Cuius verba his habes,
Et quidem in rẽ aptiſſima.

Non pro aduerſo tempore.

Ambroſius.

Dies eſt quibus adeſt Deus, nox quibus ſe denegat.

Nocte autem *aduerſum tempus* notari, quæ ſecunda quæſtio eſt, notius eſt, quam vt in eo demonſtrando tempus terendum ſit. Id certè loco hoc Ambroſius agnouit, cuius verba vice multorum ſint, tamque illuſtria, vt vel vnum omiſiſſe, piaculum ſit. *Quæſiuit in Noctibus, orando, deprecando, etiam lachrymis deplorando. Quæſiuit in Noctibus, quia poſuit tenebras latibulum ſuum, vt quærere cum ſollicitius diſceremus: Quæſiuit in noctibus, in perſecutionibus, & aduerſis, in tribulationibus, & laboribus duris. Nox eſt omnibus, quibus non eſt perfecta ſecuritas. Vnde ait Dominus: Veniet nox, quando nemo poteſt operari; Dies eſt, quibus adeſt Chriſtus: Nox eſt, quibus ſe denegat.* Hactenus ille & piè, & grauitèr.

VIII.

Ex cuius doctrina, locum hunc poſſumus exponere
Nam illi Eccleſiæ dies fuit ſub fauẽte Deo.
Nox autem eo ſe ſubtrahente per vices.
Rurſus dies, cum aquam ad bibendum præbuit,
Et nox iterum cũ cibaria deeſſent.
Vnde populi quæſtus
Scilicet imperfectorum,
Et anxietas Eccleſiæ de Filijs ſollicita.

Nullus dies ſine nocte.

Exo. 15. 23.

Eccleſiæ in deſerto dies, & nox per vices.

Exo. 16 2. 3.

Imperfectorum voces fame vrgente.

Sed ex Ambroſij doctrina duplice ſenſu poſſumus interpretari hanc *Noctem* Eccleſiæ. Felicem ſe reputarat, ſeruitute exempta, ac per tot prodigia in loco tuto conſtituta. Hic illi *Dies* fuit, fauentibus Solis radijs illuſtris, & ridens. Sed nullus *Dies* ſine *Nocte* eſt, dũ exſulamus à Domino. Premi ſe fame, ſitique ſenſit, cum nullum omnino locis deſertis maneret ſubſidium. *Tulit autem Moyſes Iſrael de mari rubro, & egreſſi ſunt in deſertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus per ſolitudinem, & non inueniebant aquam. Et venerunt in Mara, & non poterant bibere aquas de Mara, eo quod eſſent amaræ. Et murmurauit Populus contra Moyſen, dicens: Quid bibemus?* En *Noctem* è *Die factam*, & quidem adultam. Vide nunc rurſus è *Nocte* illucentem *Diem*. Immiſſo iuſſu Dei in aquas ligno, quo ex amaris dulces, è peſtiferis ſaluberrimæ redditæ ſunt. Sed rurſum horridiores tenebræ, quàm quas paſſi Ægyptij fuerant. *Murmurauit omnis Congregatio Filiorum Iſrael contra Moyſen, & Aaron in ſolitudine: Dixeruntque Filij Iſrael ad eos: Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate. Cur eduxiſtis in deſertum iſtud, vt occideritis omnem multitudinem fame?* Exo. 16. 2. 3. Atque hæc quidem imperfectorum Populi illius ſunt verba. Eccleſia autem communis mater, de Filiorum ſalute ſollicita, ingenti anxietate pulſabatur: nam, quanquam certo ſciebat, non defuturum ſuis Deum, & vel de lapidibus coquere panes poſſe, tamen tardante Dei auxilio, & ipſa etiam quiddam humanum patiebatur. Ea ergo rerum, quæ ad commeatum pertinent, indigentia extrema, Nox illi, & quidem adulta erat.

Digitized by Google

IX.
Deus autem adhuc tardabat, Et qui prius præſens eſſe videbatur, Iam abſens minimè audiebat, Duplici ſic nocte præmebatur Eccleſia.

Tardabat interea Deus, vt & imperfectorum diffidentiam caſtigaret, & perfectorum confidentiam exerceret; *Ideo audiuit Dominus, & diſtulit, & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael. Quia non crediderunt in Deo, nec ſperauerunt in ſalutari eius*: Pſal. 77. 21. 22. Itaque qui paulo antè præſens adeſſe videbatur, quaſi alio abijſſet, nec videri ſe ſinebat; nec, etiam multa prece, ac repetitis clamoribus interpellatus, audiebat, aut certè diſſimulabat, tanquam non audiret. En rationem aliam *noctis*: ea enim Dei abſentia tenebras induxerat, luce fauoris expulſa: quemadmodum cum Sol lucem ſub nubilo, aut ſub occidente condit, diem adimit, quem ſparſo lumine faciebat, ac noctem reducit. Duplicatis ergo tenebris, anxia Eccleſia præmebatur; & quia aduerſis vrgebatur; & quia Deum abſentem ſentiebat.

Pſal 78. 21.

Nox ex Dei abſentia.

NOTATIO II.

QVÆSIVI QVEM DILIGIT ANIMA MEA.

I.
Sed anxietati Eccleſiæ, comes fiduciæ erat. Sic in deſperatis ſolemus, Varijs pulſari, & cõtrarijs motibus, Quaſi intempeſtate. Tunc malis rememedium vndecumque quærimus Hic ſtatus Eccleſiæ illius, in deſerto, Hæ voces Moſis clamantis ad Deum, Precibus ergo quæ ris illis Deum. Qui quanquam vbique eſt, Abeſſe videtur precantem nõ exaudiens.

HÆC non minus ad anxietatem Eccleſiæ, in arcto poſitæ, declarandam pertinent, quam ad fiduciam ab eo malis remedium exſpectantis, à quo vno ſciebat eſſe ſperandum, quia ſolus deſperatis rebus mederi poterat. A conſequentibus enim præcedens ſollicitudo declaratur. Nam deſperatas res cum animaduertimus, tunc curarum mole anxius animus, aduerſarum rerum æſtu conficitur, redeuntibus, moxque abeuntibus varijs cogitationibus, quibus vehementer affligitur, ac velut diſtrahitur: nunc vrgente metu, nunc affulgente aliqua ſpe; redeunte iterum ſollicitudine, quã momento ſuſcipit confidẽtia; rurſus cõfidẽtiã deſperatio. Hinc autem animus à contrario in contrariũ ſtatũ mutatur; & quaſi quibuſdam fluctibus in tempeſtate ſæua iactatur. Quærimus ergo malis remediũ, atque in omnem partem conuerſis oculis, vndecunque auxilia vel ſperamus fruſtra, vel quærimus. Hoc ſtatu Eccleſia deſcribitur. Nam cum omnem in partem circumſpiceret, nec quidquam ſperaret auxilij locis vaſtis, deſertiſque, vnde tantæ multitudini commeatum præberet, ad Deum confugit orando, deprecando, & iam lachrymis; Hoc eſt, quod legimus Moſen, murmurante, atque obiectante populo, quod multitudinem eduxiſſet, vt in deſerto fame, ſitique tabeſceret, *clamaſſe ad Dominum*, Exo. 15. 24. *Quærit* ergo Deum Eccleſia multa prece, multo gemitu, ferventique Fide, ac Spe confidentiſſima, remedium extremis malis poſtulans. Nam, cum Deus vbique ſit, loco ſeiungi non poteſt, ſed affectu, & voluntate. Adeſſe ergo, ſeque præſentem exhibere dicitur, dum fauet benignus: abeſſe, & abſcondi, dum fauorem negaturus, manum contrahit. Qui ergo affectu, ac voluntate abeſt, non niſi affectu, ac voluntate, quæri poteſt. Clamamus ergo in arcto poſiti, vt eum abſentem reducamus; gemimus, oramuſque, vt inclinemus, nobiſque conciliemus alienatum.

Anxietas Eccleſiæ, iuncta confidentiæ.

Animus in arctis motibus contrarijs agitatus.

Exo. 15. 24.

Deus præſens dum fauet, abſẽs dum fauorem negat, aut differt.

II.
Sed in eo Spes, & fiducia adhuc apparet. Quæ opem ab eo petit, quem ſcit poſſe ferre. Omnipotentem, & Miſericordem teſtata.

Sed in eo ingens Eccleſiæ fiducia, ac viua Spes indicatur: nemo enim auxilium niſi ab eo poſtulat, quem auxiliari poſſe credit; nemo niſi ab eo, quem voliturum credat, aut ſperet. Fruſtra enim Deus videri poſſit, niſi auxilium velit præbere; nec omnino Deus ſit, niſi poſſit. Alterum enim à poteſtate eſt, alterum à bonitate: vtroque vero character Diuinitatis conſtat: qua cauſa & *Maximus*, & *Optimus* dictus eſt à Profanis Scriptoribus; à Sacris autem *Omnipotens, & Miſericors*. *Quærit* ergo *Deum* Eccleſia, tantis in preſſuris ſita, Fide viua, Spe certa, confidentia plena, experimento docta, quid poſſit, cum velit: quid velit, cum ad eum, omni in eundem Spe iactata, contendit.

Eccleſiæ ſub eo ſtatus ſpes, amor confidentia.

Deus Optimus Maximus. Omnipotens, & Miſericors.

III.
Nec tamen repulſa probata, ideo minus illũ amat, Ideo Dilectum animæ vocat, Quemadmodum appellarat, cum faueret. Neque enim magnum, eſt Deum amare dum fauet, Sed cum aduerſis exercet, Amandus ſemper, & quærendus, Sed maxime in nocte tribulationũ.

Ac ne quis arbitretur, quod ſe tantis premi anguſtijs cerneret, ideo in Dei amore intepuiſſe, ideo cum ipſum, quem quærebat, non alio nomine appellat, quam quo amor hic etiam tunc, cum probaretur aduerſis, feruentiſſimus ſignificaretur: quod vel potiſſimum indicium caritatis eſt. *Dilectum animæ ſuæ* appellarat cum fauentem largumque in ſe experiretur, nec alia ratione appellat, cum fauorem aut negat, aut differt. *Non magnum*, inquit Ambroſius citatus, *ſi tunc Domino gratias agas, quando in proſperis, & ſecundis es: Sed ſi tunc adhæreas Chriſto, quando te perſequutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. Amiſiſti filium in illo dolore, in illa nocte in illa deſtitutione memento Domini Dei tui, ne quaſi non exauditus ingratus ſis, & in tua præuariceris ærumna*. Et poſt alia. *Hoc eſt enim mandatum legis, vt in Nocte magis quæras, quando magis exaudiaris à Domino, & poſſis dicere: In tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine. Sed nec quærere perfunctoriè abundat ad gratiam, ſed vt inſiſtas, & intendas muneri. Denique iſta vel Eccleſia, vel Anima, quæ requiſiuit in cubili, Quæſiuit in noctibus*. Quæ quia pulcherrima, & aptiſſimè in rem præſentem, ad declaranda Eccleſiæ illius officia; viſa ſunt, quod rarius ſolemus, integra poſuimus. Serm. 7. in Pſal. 118.

Dilectus animæ Deus non minus eum probat aduerſis, quam cum ſecundis fauet.

Ambroſius.

Pſal. 117. 5.

NOTA-

Digitized by Google

SVM.COM.

I.

Studium Eccleſiæ in quærendo Deū, Significatum in geminatione vnius verbi.
Et ad excitandū miſerationis affectum
Quòd anxiè quæſitum non inuenerit.
Et exprimendum affectum fœmineum.

II.

Sed cur quæſitum anxiè nō inuenit? Eius Spem ac fiduciam probare voluit Deus.
Et perfectorum illius Populi.
Quod ſæpe ſolitū Deo,
Vt eos ad robuſtā virtutem exerceat,
Tentari patitur,
Et opem poſcentibus,
Modo adfert, modo differt.
Vnde illorum ſæpe gemitus,
Cuius rei multa exempla.
Sunt enim Spiritalium rerum vices.

III.

Sicuti, & naturalium.
Hinc anni varietas,
Hinc temporum vices,
Æſtatis, & Hyemis. Autumni, & Veris.
Quæ ſi mutare velis, omnia turbas,
Nam contrarijs alitur annus.
Ideo ſe quærenti Eccleſiæ negat Deus,
Vt deſiderium accendat,
Quod à Gregorio obſeruatum.

IV.

Sed imperfectorū magnus numerus in eo populo,
Qui aliter tractādi certe alio fine.
Immo & caſtigandi, & excruciandi,
Quo malo aliquā tenus perculſi Moſes cum fratre.

NOTATIO III.

QVÆSIVI EVM, ET NON INVENI.

ALTERVM ad exaggerationem ſtudij, in quærendo poſiti; alterum ad Dei conſuetudinem probandi, & exercendi ſuos pertinet. Nam ſatis videri poterat, ſi dixiſſet ſemel ſe *Dilectum quæſiuiſſe*: geminauit vocem, vt non perfunctoriè, vt dicebat Ambroſius, id ſe feciſſe indicaret, ſed ardentèr, ſollicitè, perſeuerantèr; quæ circunſtantiæ ſunt, quibus inquiſitionis ratio commendatur. Pertinet etiam ad excitandum commiſerationis affectum; quòd & in ſummis anguſtijs conſtituta, & *quæſiuerit auxiliantem*, & anxiè ac perſeuerantèr *quæſierit*, nec opis quidquam in eo *inuenerit*, qui ſolus ferre opem poterat. Denique & ad concinnitatem orationis fœmineæ ea congeminatio ſpectat: multo enim mollius, elegantius, & ad affectum fœmineum exprimendum aptius ſonat illa vocis eiuſdem repetitio, quam ſi ſimplicitèr, ſemelque poſita eſſet. Vocis eiuſdem geminatæ vis.

Non autem *Inueniſſe* ſe dicit, *quem quærebat*. Vnde excitata à nonnullis quæſtio eſt, *quæ cauſa fuerit, cur non inuenerit*: an quia non *quæſiuit, vt quærere* certè debebat, & culpæ ſupplicium repulſam tulerit? An quia ſine vlla illius culpa, ſola Dei voluntate ſic factū, vt ſe *Inueniri* non ſineret, qui illius exercere Fidem, & Spem acuere, dilato auxilio voluerit? Poſtremum hoc certum arbitramur, ſi de Eccleſia illa in Perfectorum perſona loquamur, qui nunquam in eo Populo defuere, ſecundum eum ſtatum, in quo verſabatur Eccleſia: quæ vt ſenſim Fidei lumine augebatur, ita in perfectione creſcebat in Filijs. Sed ſæpe Deus piorum animas exercet, & ad robuſtam virtutem inſtituit, ac frigoribus, ac pruinis caſtigat, vt altius radices agant, ſeque mox lætiore culmo tollant, atque vberiore prouentu. Eos ergo in tentationes varias inducit, vel induci permittit, à Diabolo, vel ab alijs hominibus: & flagitantibus opem, modo adfert, modo differt auxilium. Hinc dicebat ille: *Vſquequo, Domine, obliuiſceris me in finem? Vſquequo auertis faciem tuam à me? Quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me?* Pſal. 12. 1. 2. 3. Quod ſi veteris æui monumenta, ac recentioris exempla percurras, haud difficulter intelliges, hanc Dei conſuetudinem eſſe, vt per has aſperitates, varietates, repulſas, quos ſibi coniungere arctius deſtinauit, ſenſim ad ſe, auocando, reuocet, Hæ ſcilicet ſunt rerum Cœleſtium, quemadmodum & terrenarum leges: nec aliter conſtat virtutis abundans ſeges, & grauis ſuis pomis Autumnus, quam ſi præceſſerit laborum, atque anxietatum horrida ſuis pluuijs, ac pruinis acerba Hyems.

Differt Deus auxilium perfectis vt probet, & ad virtutem robuſtam inſtituat.

Pſal. 12. 1. 2. 3.

Sæpe Deus ad ſe auocando reuocat Electos, & arctius complectatur.

Sol ortu ſuo diem pandit, occaſu noctem reducit; conditusque, vel deductus per mundi plagas, quatuor temporum vices mutat, ab Hyeme in Ver; à Vere in Æſtatem; ab hac in Autumnum; ab Autumno verſus in Hyemem ordine quodam perpetuo, & quadam quaſi catena delatus. Hinc tempeſtiui imbres, hinc venti, & haud infœcundæ tempeſtates; hinc alimenta mortalibus ſuppetunt, & earum rerum ſeges, ſine quibus hominum, aut animalium vita non conſtat. Si ordinem hunc temporum mutas, & annum ſolo Vere temperes, arceaſque vel Hyemis horridas pruinas, vel Æſtatis torridos ardores, omnia corrumpas, & breui Orbi toti interitum adferas. Alitur enim oppoſitis annus, neque vlla vberior ſeges eſt, quam ea, quam horridiſſima Hyems oppreſſit. Negat ergo ſe anxiè quærenti Deus Eccleſiæ, vt ad virtutem robuſtam, virilemque inſtituat. Acuitur exſpectatione Spes, & negatis alimentis fames creſcit; quo grauius cruciarit, auidius ſaginanda. Quod ſi quam id Vere dicatur, ſcire aues, Vide quod ſequitur. Quæ enim prius & *domi*, & *noctu*, & in *cubili quæſiuerat*, per aſpera & dura iam extra domum quærit, dignior quærendi ipſo labore ad inueniendum Sponſum effecta. Lectiſſima Gregorij verba poſui, Mor. lib. 5. Cap. 4. *Abſcondit ſe Sponſus cum quæritur, vt, non inuentus, ardentius quæratur. Et differtur quærens Sponſa, ne inueniat, vt tarditate ſua capacior reddita, multiplicius, quandoque inueniat, quod quærebat.*

Anni varia tempora ex motu Solis.

Tempus contrarijs conſtat, & annus alitur oppoſitis.

Sed nimirum in eo Populo multi erant, quibus nundum adulta ætas in pietate contigerat. Hi ad omnem aduerſitatis vmbram pauentes, vt pueri, mortem vbique ſomniabant: Et Fide malè firmi, & Spe defecti, clamoribus, atque eiulatibus omnia permiſcebant: vt ſæpe pœniteret exceſſiſſe ex Ægypto, præoptanteſque inter ollas carnium, ſagine ſcilicet malò, mori, quam in deſerto fame. Nec docti recentiſſimis exemplis quid Deus poſſet; nec arbitrati eum in ea Populi illius protectione duraturum. Hi ſcilicet caſtigandi erant, &, dilato auxilio, non tàm exercendi, quàm excruciandi Quod malum ne Moſes quidem ipſe, atque Aaron frater, qui Populi duces erant, effugiſſe ſunt viſi in totum: ideo etiam ingreſſu promiſſæ terræ prohibiti. *Quia*, inquit, *præuaricati eſtis contra me.*

Imperfectis in eo Populo multi, qui caſtigandi erant.

Moſes cur non permiſſus ingredi terram promiſſam.

Ideo ingreſſu terra promiſſæ prohibiti.

me, in medio Filiorum Iſrael, ad aquas contradictionis, in Cades deſerti Sin, & non ſanctificaſtis me inter Filios Iſrael. E contrà videbis terram, & non ingredieris in eam, quam ego dabo Filijs Iſrael. Deut. 32. 51. Hęc ad Moſen Deus, nã Aaron frater iam exceſſerat. Num. 33. 38.

Deut. 32. 51.
Num. 33. 38.

VERSVS II.

SVRGAM CIRCVIBO CIVITATEM PER VICOS, ET PLATEAS, QVÆRAM, QVEM DILIGIT ANIMA MEA: QVÆSIVI ILLVM, ET NON INVENI.

COMMENTARIVS.

DISSIMVLANTE adhuc Deo, & Eccleſiam ſuam exercente, interim rerum inopia omnium ſæuius Populum vrgebat. His ergo agitatam curarum fluctibus, non modo perſeueraſſe ſe dicit, Dei aures fatigare, & prece & gemitu ſollicitare tacentem; Sed, penetralibus egreſſam, quiete ſcilicet, atque ſecuritate, qua ante fruebatur, interrupta tota *Ciuitate quæſiuiſſe*, quem domi inuenire non poterat. Sed quæ *Ciuitas* hæc eſt, cuius ſe per *Plateas Vicoſque*, anxio curſu, properoque delatam, ſi qua inuenire Deum poſſet, affirmat? *Ciuitatem* non parietes, Ciues faciunt. In deſerto autem verſante Populo tam frequenti, ſola, vt *Ciuitas* eſſet, tecta non erant: ſed erant tamen pro domibus tabernacula, & temporariæ manſiones. Eam *Ciuitatem* appellat, vbique enim anxietas erat, quia eadem indigentia rerum erat vbique. Sed Populus, ſuas per tribus, ac partes diuiſus, diuiſim caſtra opplebat, vt, ſuo ordine cunctis diſpoſitis, confuſio, & ex confuſione rixæ, & ſimultates prohiberentur. Eas Populi maiores partes *Plateas*, minores *Vicos* appellat. Nulla enim ne minima quidam erat familia, vel ſubitario opere exſtructa manſio, quam non commune malum opprimeret. Itaque communem fuiſſe anxietatem indicat, eo per *Plateas Vicoſque circuitu*. Sed negante adhuc Deo conſpectum, &, quidquid erat clamoris, ſurdis auribus excipiente, curarum grauior moles incubuit.

ENARRATIO.

EAM quietem, omni liberam ſollicitudine, quam duraturam ſperaram, breuem experta cum fuiſſem, rurſus nouæ curæ inquietarunt. Creuit ſcilicet remedij dilatione malum, malum autem grauius grauior anxietas, metus, perturbatio ſequuta. Nec me tam mea, quam Filiorum mala premebant: nam Matrem & ſua, & Filiorum pericula tangunt, anguntquè. Omnes ergo per partes Dei fauorem exquirere certa, omnia circumiui. Ordine ſuo Tribus ſingulæ tabernacula tetenderant, familiæ diuidebant tribus. Diceres magnam Ciuitatem, ſuis regionibus, inſulis, domibus, Plateis Viciſque diſtinctam. Omnia mihi perluſtranda fuere, ſicubi inuenirem propitium Deum, à quo vno tanti mali remedium ſperari licebat. Sed vbique multus pauor, & imago mortis plurima. Ibat in Cœlum clamor promiſcuus fruſtra, fruſtra humum lachrymæ, aera gemitus fruſtra vexabant. Quid tum miſera facerem, & meo, & meorum tanto periculo pauida? Preces, lachrymas, queſtus, ſuſpiria vna coniunxi, exorare ſi poſſem eum, quem neſcio qua mea culpa, alienatum ſentiebam. Sed fuere fruſtra omnia, Deo me ſeuerè adhuc, ſeu caſtigante, ſeu exercẽte.

NO-

Digitized by Google

NOTATIO IV.

SVRGAM, ET CIRCVIBO CIVITATEM.

SVM.COM.

I.
Surgendi vox referenda ad lectū. Quem prœſſerat ad quietem. Vnde diuerſa ſententia. Nam alij in laude ponunt quod ſurrexerit, Scilicet à voluptatibus carnis. Alij in laude etiā, quod ad ſuperiora contenderit.

SVRGENDI vocabulum ad *Lectulum* eſſe referendum, res ipſa videtur oſtendere: cum enim ſe quieti in Lectulo dediſſe dixiſſet, atque interpellatam ſuis ipſam curis ſomni otium interrupiſſe, nunc autem vel *ſurrexiſſe* ſe, vel *ſurrecturam* dicat, ſtatim intelligitur, eo ex ſtrato *ſurrexiſſe*, quem dormitura præſſerat. Hinc factum, vt quiſque ſuo ſenſu *Surgendi* vocabulum interpretatus ſit, ſecundum id, quod Lectum eſſe arbitratus eſt. Alij ergo quod *Surrexerit* laudi ducunt, quicumque lectum interpretati ſunt, aut carnis voluptates, aut humani ſenſus cogitatus. Eorum nomina habes Not,1. Sed horum ſenſum reiecimus. Qui contrà arbitrati ſunt lectum ſtatum eſſe animæ, vel Eccleſiæ, iam prope attingentem perfectionis apicem, non quod *Surrexiſſe* ſe dicat, illi ſuccenſent, tanquam quæ id egerit, quod reprehenſione ſit dignum: intelligunt enim *Surrexiſſe* quidem ad altiora; & nouo conatu ſe ipſa meliorem effectam, altius ſuſtuliſſe ſeſe: vt quem longè ſupra ſe conſiſtere ſciebat, aſſequeretur vtcumque, ac complecteretur. Sic mihi videtur innuere Pſellus: tametſi me fateor, non ſatis intelligere, quæ dicat. Fortaſſe ſuperant captum meum.

Surge verbum eius hoc loco vis.

Surgere, carnis ſe exſoluere voluptatibus.

Ad altiorem perfectionis gradū leuari.

Pſellus.

II.
Quidam hæc nimis philoſophicè tractauere, Circuitum mentis diſcurſum, Ciuitatem mundum eſſe. Qua quo pacto aptari poſſint, haud capimus. Nam ſi lectus Fides eſt, in quo quieti eſſe debemus, Surgere erit Fidē abijcere, Qui autem abiecere illam, Iam membra nō ſunt Eccleſiæ.

Qui in Lectulo agnouere *Fidem*, tam hæc Philoſophicè tractauere, vt eorū, quæ dicunt, iudicium, non niſi Philoſophis permitti deceat. *Circuitum mentis diſcurſum* intelligunt, quo animus oberrans mundi huius *Ciuitatem* ratiocinando peragrauit, ſicubi ex rebus creatis euidentem Diuinarum rerum notitiam indipiſci poſſet. Sed nihil aliud, quam laborem, inquietudinem, anxietatem, ac maiores prioribus tenebras retuliſſe. Hæc ego, quo pacto Eccleſiæ poſſint aptari, nō ſatis video, neq; in ſua perſona, neq; in imperfectorū. Nam certè ſi quieſcere in Lecto Fidei, eſt, ſimpliciter, quę credenda ſunt, credere, atque in ea ſimplice notitia conquieſcere, nec aliud vltra exquirere, quod illi Authores volebant: Surgere certè Fidem abijcere erit; cum ſurgere Lecto nemo poſſit, quin abijciat ſtragula. Quiſquis autē eo ſtatu verſatur, iam ad Eccleſiā non pertinet, vt membrum illius: neque ergo dici Eccleſia poteſt, in his olim à ſe deciſis membris Deum quærere, cum ad ſe minimè pertineant. Mitto rationes cæteras, quibus eo loco hanc interpretandi rationem de Lectulo improbauimus, quibus & quæ hoc loco illi Authores arbitrantur, minus aptari huic loco poſſe ſatis oſtenditur.

Circuitus mentis diſcurſus, quibus Ciuitas mūdi peragratur, ad rerum diuinarū notitiam adipiſcendam.

Is ſenſus reijcitur ratione valida.

III.
Alij ad tranſitū Euangelij ad Gētes referunt, Et circuitus Apoſtolorum per totū Orbem. Sed id non hæret, Cum poſt circuitū minimè inuenerit, Quod Apoſtolis non quadrat Et ſunt alia, quibus his ſenſus conuellitur. Ideo nec probare illum omnino poſſumus.

Poſtremo, qui Lectulum Eccleſiæ *Synagogam* voluere, eo ex Lecto *Surrexiſſe* Eccleſiā dicunt, cum Synagoga relicta, omnem per Orbem diſperſa eſt, dimiſſis Apoſtolis, ad Euangelium Gentibus annuntiandum; ac Iudæis etiam per ubique terrarum diſperſis. *Circuiſſe*, quando, quæ in Paleſtina inter paucos à Chriſto audierat, ea per totius Orbis latitudinem, ac ſpatia prædicauit. Sed quo pacto hi, poſtquam omnia *Circuiſſent*, non *Inueniſſe Deum*, dicent; cum Euangelio ad Gentes conuerſo, immo ad Iudæos diſperſos, ſtatim multi fuerint, qui ad voces Apoſtolorum reiectis inanibus ſacris, ad Chriſtum, & Eccleſiæ caſtra ſe tranſtulerint? Quo pacto verè dicent, quod tamen dicunt, interrogaſſe Eccleſiam, num Deum alicubi vidiſſent, cum, quæ interrogat, certè, vt ignorantem interrogaſſe, ſit certum, non vt volentem eius notitiæ, quam quærebat, participes illos facere? Quæ cauſa eſt, quod ſimile ſuum factum alio loco narrans, Cap.5.7. cum incidiſſe ſe dicat in Vrbis ſtationarios *Cuſtodes*, nihil ſe ab eis ſciſcitatam dicat, hic dicat? Niſi quia hic ſciebat, aut certè arbitrabatur, poſſe illos aliquid ſcire, quod ſe docerent inſciam; illic non poſſe: quod quale tandem ſit, eo loco docebimus, & diuerſitatis cauſam non improbabilem indicabimus. Hæc faciunt, vt, tametſi his Interpretibus multum alioqui tribuamus, ob ingentem doctrinæ famam, hic parum certè credamus, alio nos ducente analogiæ ipſa ratione, & interpretationis conſequentia.

Tranſitus Euangelij ad Gentes, & Apoſtolorum circuitus.

Is ſenſus improbatur.

IV.
Sunt ergo voces Eccleſiæ, Indigentia rerum preſſæ. Curas ſuas narrantis, & facta. Scilicet voto, & preces, Quibus Deum exorare conata,

Voces ergo dicamus eſſe eius Eccleſiæ, quæ in ea ſua ſecuritate, ac ſine vlla ſollicitudine earum rerum, quæ ad victum, veſtitumque pertinebant, quiete, interpellari ſe ſenſit, & cibi, & potus indigentia; cogique ad quærendum malo, quo præmebatur, remedium. Ergo quas tūc curas apud ſe agitaret, quid ſecum ipſa in ea ſit anxietate loquuta, moxque perfecerit, narrat. Id *Surrexiſſe de Lecto* fuit, curam, quam depoſuerat, reſumpſiſſe; & Deum ſuum & voce, & gemitu multo fatigaſſe, conatam omni ſtudio eum ſibi placatum reddere, ſi offenſus negabat auxilium; aut alienatum reuocare, ſi qua ſua vel ſuorum culpa alienaſſet ſeſe ab ea. Aut certè, *Surgam*, eo ſenſu dictum ab illa, quo ſupra Cap.2.10. interpretati ſumus. Cum in arcto viderem omnia, nec iam mihi otioſæ, & ſine cura eſſe, licere,

Eccleſiæ voces narrantis quis ſibi ſenſus fuerit, in ea indigentia rerum, quidque perfecerit.

Surgere, accingere ſe ad opus.

Digitized by Google

Per omnes caſtrorum partes diſcurrens.

licere, accinxi ad opus me, vt Quærerē ipſa Deum, quem ſeuerum, durumque experiebar. Si qua arte poſſem eum placare. Neque hic ſenſus priorem conuellit, potius firmat: *Surgens* enim de *Lectuli* ſui quiete, operi accinxit ſeſe.

V.

Et ſatis hæc erant ad enodandum hunc locum.
Sed quidam quæ ſit hæc Ciuitas quæſiuere,
Quum alij rerum naturam, alij mundum,
Alij Eccleſiam interpretantur.
Sed præſtat intelligere Populum,
Suas per tribus, & familias diſcretum.
Nunc circuiuiſſe, nullibi inuento Deo.
Quia vbique eadem mala permebant.
Erat autem illa Eccleſia,
Eius quæ in Cœlis eſt imago quadam.
Quæ etiam vicis, & plateis diſtincta,
Et cæteris myſtica Ciuitatis partibus

Atque hæc ſatis eſſe poterant, ad enodandum hunc locum, quantum attinet ad id, quod ſub ea *Surgendi*, ac *Circumeundi* metaphora latet arcani: omnia ſe exquiſiſſe, ſicubi inuenire fugientem, aut latentem Dei fauorem poſſet. Sed video pleroſque hæc diſtinctius preſſiſſe, & quid nomine *Ciuitatis* intelligi oporteat, magno labore quæſiſſe, tanquam magni intereſſet ad rei impeditæ expeditionem, ſi diceretur aliquid latere in ea voce arcani, & quale illud eſſet. Pſellus *naturam, quæ mundo continetur omnem* intellexit. Alij generatim *mundum*, Alij *Eccleſiam* ipſam, Alij ſingillatim *Eccleſiam electorum*, id quiſque ſequutus quod placuit. Nos intelligere poſſumus *Vniuerſum Iſraeliticum Populum*, ſuas per tribus, conuentuſque, & familias ſub tabernaculis agentem. Nam quid rogo ordinatam illam hominem multitudinem aliud eſſe dixeris, quam *Ciuitatem ingentem*, ſuis regionibus, vicis, inſulis, plateiſque diſtinctam? Nam *Ciuitates* certè non tecta, non parietes faciunt, ſed *Ciues*, ordoque inter illos ciuilis, politicuſq; conſtitutus. Ergo cùm *Circuiſſe ſe Ciuitatē per Vicos, & Plateas*, dicit, id dicit, omnes ſe percurriſſe ordines per tribus, & familias, neque vllibi Deum quē anxiè *Quærebat, inueniſſe*, quia vbique eadem indigentia arguebat abeſſe Dei fauorem: qui cum poſſet malo, quo premebantur, mederi, minimè faciebat, & remedium tardabat, vt interea metus, dolor, anxietas augeretur; quo ad in extrema tegula verſantem Spem, quaſi de machina ſuſtentaret. Et quidem Populus tunc ille moribus, inſtitutiſque à reliquis Gentibus diuerſus, Eccleſiam, quæ eſt in Cœlis, vt ſoror minor, grandiorem, referebat. At de ea quæ in Cœlis eſt, dictum: *Portæ Ieruſalem ex Sapphiro, & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius: ex lapide candido, & mundo omnes Plateæ eius ſternentur, & per vicos eius Alleluia cantabitur.* Tob.13.21. Sed & apud Ioannem Apoc.21. à verſu 10. habes deſcriptam *Ciuitatem Sanctam Ieruſalem*, conſtantem *Muris*, *Portis*, *Fundamentis*, *Plateis*, & reliquo apparatu Ciuico ex prætioſiſſima materia. Ne mirum cuiquam ſit, ſi ad Cœleſtis illius, ac Triumphantis imitationem, etiam Eccleſia quæ in terris eſt, & *Plateis*, & *Vicis* deſtinguatur.

Pſellus.
Delrius.
Gregorius.
Ciuitas Populus ſuas per tribus, & familias diſcretus.
Ciuitatem Ciues & ordo ciuicus, non tecta faciunt.
Eccelſia quæ in Cœlo, Plateis, & Vicis etiam conſtans.
Tob.14.21.
Apoc.20.10.

VI.

Nec obeſt Eccleſiam quærentem induci,
Et in ſeipſa quærentem
Nam quærit in perſona perfectorum.
Qui precibus malo remedium orabant,
Circumeūtes multitudinem,
Vt & ſolarentur mæſtos,
Et animo concidentes ſuſtentarent.
Quod præſtitum à Moſe, & Aarone,
Et reliquis, qui non deerant.

Vnum obijci poteſt, Eccleſiam eſſe, quæ Deum, vel abſentem, vel latentem, anxia quærit; Si autem eam ipſam Eccleſiam *Ciuitatem* ſuis regionibus *Plateis*, *Vicijſque* diſtinctam accipiamus, certè in ſe ipſa dicenda eſt quærere Deum, quod analogiæ non conuenit, nec verè videtur dici. Sed facilis reſpoſio eſt, ex ijs, quæ loco alio obſeruata ſunt. Hic Eccleſiam accipi, non pro complexu omnium vna fide iunctorum. Vt vnum corpus conſtitueretur ex multis, ſed pro Perfectorum in eo Populo numero, qui tametſi nō adeo multi eſſent, pro imperfectorum multitudine, fuere tamen non pauci. Horum perſonam Eccleſia ſuſtinet hoc loco, Si enim erant, qui Dei amore feruentes, & fide firmi, tametſi de Dei futuro fauore minimè dubitarent, admirabantur tamen Dei Auxiliatoris in auxilio ferendo lentas moras; nam certè tardare videbant Deum, tametſi tarditatis cauſas ignorabāt. Hi & prece multa Deum fatigabant, & multitudinem in officio continebant, ne in deſperationem prolaberetur, & facta ſeditione in Ægyptum, vnde tot patratis prodigijs exceſſerant, regrederentur, quod non pauci ſcelus auribus multitudinis ingerebant. Id feciſſe Moſen legimus, cum ſitiente Populo, ac murmurante, *clamauit ad Dominum* Exo.15.25. & 17.4. *Quid faciam Populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me.* Et ad eos: *Veſpere ſcietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam eius.* Exo.16.6. Nec puto ſolum Moſen id præſtitiſſe, ſed fuiſſe non paucos, bene in ea re animatos, qui in retinenda multitudine Moſi ſuppetias ferrent. Atque id fuit *Circuire Ciuitatem per Vicos*, & *Plateas*, & *Deum quæſiuiſſe* vel abſentem, vel latentem, certè tardantem auxiliari.

Eccleſia in perfectis. quærit, in multitudine cæterorum.
Perfectorum ad Deum voces, preces, & vota pro populo.
Exo.15.25.
Ex.17.4.

NOTATIO V.

QVÆSIVI ILLVM, ET NON INVENI.

I.

Deſtinarat Ciuitatem circuniret,
Nunc id ſe præſtitiſſe dicit,
Sed fruſtra fuiſſe laborem,

DIXERAT, quid, non inuento in Lectulo Sponſo, apud ſe cogitaſſet ipſa: *Surrecturam* ſe, & omnes *Ciuitatis* angulos: excuſſuram, ſicubi latentem inueniret, & quæri ſe anxiè, & inueniri gaudentem. Nunc id quod ſe facturam recepiſſet, feciſſe dicit. Sed fruſtra omnem poſitam in *quærendo*, ac *circumeundo* diligentiam, & laborem. Itaque iam tertio ſe *quæſiſſe* aut fugientem, aut latentem affirmat. Pertinet hoc ad Fidei, ac Perſeuerantiæ commendationem, quæ proles veri Amoris ſunt, quæ niſi fatigatione laſſentur,

Perſeuerans Oratio, nunquam dimittitur vacua.

Quæ ad fidem, ac perſeuerantiam referenda.
Quæ nunquam effectu fruſtratur,
Quæ doctrina Chriſti eſt,
Exemplo Patris conniuentis Filio Petenti panem, aut piſcem,
Sed ſi quod bonũ eſt à Deo petamus.
Nam nec Pater damnoſa filio petenti, concedit.
Tardat autem vt importunè petamus,
Aut quia indignè ſumus non tribuit.
Aut quia mala, aut male bona petimus.
Aut quia vt debita nobis.
Ideo Populo Hebræorum petenti non dat,
Eccleſia differt, vt dona commendet.

ſentur, aut difficultatibus, ac laboribus obruantur, nunquam ſuo fraudantur effectu. Initiabatur iam Eccleſia ad Chriſti doctrinam, qui dicturus olim erat: *Petite, & dabitur vobis; Quærite, & Inuenietis; pulſate, & aperietur vobis: omnis enim, qui petit accipit; &, qui quærit, inuenit; & pulſanti aperietur.* Patris autem exemplo propoſito, qui poſcenti filio panem, piſcem, aut ouum, non lapidem, non ſerpentem, non porrigit ſcorpionem: Subdit. *Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare Filijs veſtris, quanto magis Pater veſter de Cœlo, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Luc. 11. 9. 10. 11. 12. Signatiſſimè autem, cum vniuerſim pollicitus eſſet, daturum Patrem quidquid ab eo peteretur, doctrinæ ſuæ bonus ipſe Interpres, ne quis prorſus omnia, quæ nullo delectu peterentur, largiturum eſſe Patrem arbitraretur ſubiunxit: *Dabit Spiritum bonum petentibus ſe*; vt, quo ſenſu doctrina accipienda eſſet, indicaret. Nam ſtultus ſi adeo Filius ſit, vt lapidem, aut ſerpentem, aut ſcorpionem à Patre poſtulet, non puto adeo deſipiet Pater; qui, ne Filium, ſua ſibi damna quærentem, contriſtat, ea largiatur, quæ ſtultè petit: vt magis ſtultus dator, Petitore videatur. Tardat ſæpe Deus, quia vult, vt ſæpe petamus, & importunè: vt duabus illis parabolis, altera importuni amici, nocte intempeſta mutuos petentis ab amico panes, Luc. 11. 8. altera Viduæ petentis ab iniquo Iudice, vt ſe ab aduerſario vindicaret, ſatis oſtenditur. Tardat ſæpe, quia indigni ipſi ſumus, qui mereamur accipere; aut quia, quod petimus, malum eſt; aut quia, tametſi bonum, in bonum non petimus finem: aut, quia, tametſi non in malum finem, tamen petimus, quaſi debitum nobis præſtetur officium, non fauor impendatur, & gratia. Qua forſitan cauſa Populo ſuo petenti hoc loco dare tardat; & quærenti ſe negat, nec fores pulſanti aperit, ſed Eccleſia non accipit, nec *Quærens, inuenit*, quia, *Cum aliquando tardius dat, commendat dona, non negat. Diu deſiderata dulcius obtinentur; cito autem data vileſcunt. Ergo quærendum, petendum, inſtandum, inſta enim petenda, ac quærendo, creſcimus, vt capiamus: Seruat nobis Deus, quod non vult cito dare, vt diſcamus magna magnè deſiderare.*

Luc. 11. 8. 9. 10.

Deus ritè petentibus nunquam negat quod petunt.

Petitorem ſtultum Deus non audit.

Cur tardet ſæpe Deus, quæ petuntur, dare

Auguſt. Serm. 5. de Ver. D. ſecundum Matth.

VERSVS III.

INVENERVNT ME VIGILES, QVI CVSTODIVNT CIVITATEM: NVM, QVEM DILIGIT ANIMA MEA, VIDISTIS?

COMMENTARIVS.

CIRCVMEVNTEM Populum illum per tribus, & familias ſuas, incidiſſe ſe ait in *Vigiles*, quibus Populi eiuſdem *Cuſtodia* demandata. Iam puto intelliges, qui ſint hi *Vigiles* exiſtimandi, Si quibus illius Gentis regimen commiſſum, & *Cuſtodia* commiſſa fuiſſet, repures, Moſes fuit, Aaronque, & ſiqui tantæ authoritatis habebantur, quibus pars aliqua Reipub. eſſet concredita. In hos incurriſſe ſe dicit Eccleſia, ſeque ab his *Inuentam*, quod non ſine ratione eſt dictum, Illorum enim erat pro munere, & Populum ſæpe conuenire per conuentus, vt & Spem erigerent, & blandis verbis ſolarentur mœſtos, ac melius animarent animo collabentes. Sed quid erit, *Interrogaſſe* quod ſe dicit illos, num *quem quærebat, ipſi vidiſſent*? Quid illos nec reſponſo eam dignatos? Quid receſſiſſe illã, cum nihil accepiſſet reſponſi? Omnia cum ratione ſunt dicta. *Interrogauit* illos, quia illorum ſcilicet erat, Dei ad illam mandata perferre, quibus datum id muneris erat, vt internuntij inter Deum, & homines eſſent. *Nihil illi reſponſi reddidere*, quia etiam tametſi Fide conſtantes, ſtupore defixi, admiratique Dei tarditatem, quid ſibi agendum, aut dicendum eſſet, haud poterant conſtituere. *Ea autem abſceſſit*, nullo accepto reſponſo, aut exſpectato, quia ſenſit ſcilicet rem omnem, totiuſque negotij euentum ſibi Deum reſeruaſſe: ideoque merito iudicauit, nihil eſſe cauſæ cur amplius hominibus moleſta eſſet, à quibus ſperare nihil poſſet, in calamitatis tantæ leuamentum.

ENAR-

Digitized by Google

Per omnes caſtrorum partes diſcurrens.

licere, accinxi ad opus me, vt Quętererē ipſa Deum, quem ſeuerum, durumque experiebar. Si qua arte poſſem eum placare. Neque hic ſenſus priorem conuellit, potius firmat: *Surgens* enim de *Lectuli* ſui quiete, operi accinxit ſeſe.

V.

Et ſatis hæc erant ad enodandum hunc locum. Sed quidam quæ ſit hæc Ciuitas quæſiuere, Quam alij rerum naturam, alij mundum, Alij Eccleſiam interpretantur. Sed præſtat intelligere Populum, Suas per tribus, & familias diſcretum. Nunc circuiuit, nullibi inuento Deo. Quia vbique eadem mala premebant. Erat autem illa Eccleſia, Eius quæ in Cœlis eſt imago quædam. Quæ etiam vicis, & plateis diſtincta, Et cæteris myſtica Ciuitatis partibus

Atque hæc ſatis eſſe poterant, ad enodandum hunc locum, quantum attinet ad id, quod ſub ea *Surgendi*, ac *Circumeundi* metaphora latet arcani: omnia ſe exquiſiſſe, ſicubi inuenire fugientem, aut latentem Dei fauorem poſſet. Sed video pleroſque hæc diſtinctius preſſiſſe, & quid nomine *Ciuitatis* intelligi oporteat, magno labore quæſiſſe, tanquam magni intereſſet ad rei impeditæ expeditionem, ſi diceretur aliquid latere in ea voce arcani, & quale illud eſſet. Pſellus *naturam, quæ mundo continetur omnem* intellexit. Alij generatim *mundum*, Alij *Eccleſiam* ipſam, Alij ſingillatim *Eccleſiam electorum*, id quiſque ſequutus quod placuit. Nos intelligere poſſumus *Vniuerſum Iſraeliticum Populum*, ſuas per tribus, conuentuſque, & familias ſub tabernaculis agentem. Nam quid rogo ordinatam illam hominem multitudinem aliud eſſe dixeris, quam *Ciuitatem ingentem*, ſuis regionibus, vicis, inſulis, plateiſque diſtinctam? Nam *Ciuitates* certè non tecta, non parietes faciunt, ſed *Ciues*, ordoque inter illos ciuilis, politicuſq; conſtitutus. Ergo cùm *Circuiſſe ſe Ciuitatē per Vicos, & Plateas*, dicit, id dicit, omnes ſe percurriſſe ordines per tribus, & familias, neque vllibi Deum quē anxiè *Quærebat, inueniſſe*, quia vbique eadem indigentia arguebat abeſſe Dei fauorem: qui cum poſſet malo, quo premebantur, mederi, minimè faciebat, & remedium tardabat, vt interea metus, dolor, anxietas augeretur; quo ad in extrema tegula verſantem Spem, quaſi de machina ſuſtentaret. Et quidem Populus tunc ille moribus, inſtitutiſque à reliquis Gentibus diuerſus, Eccleſiam, quæ eſt in Cœlis, vt ſoror minor, grandiorem, referebat. At de ea quæ in Cœlis eſt, dictum: *Portæ Ieruſalem ex Sapphiro, & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide prætioſo omnis circuitus murorum eius: ex lapide candido, & mundo omnes Plateæ eius ſternentur, & per vicos eius Alleluia cantabitur*. Tob.13.21. Sed & apud Ioannem Apoc.21. à verſu 10. habes deſcriptam *Ciuitatem Sanctam Ieruſalem*, conſtantem *Muris*, *Portis*, *Fundamentis*, *Plateis*, & reliquo apparatu Ciuico ex prætioſiſſima materia. Ne mirum cuiquam ſit, ſi ad Cœleſtis illius, ac Triumphantis imitationem, etiam Eccleſia quæ in terris eſt, & *Plateis*, & *Vicis* deſtinguatur.

Pſellus. Delrius. Gregorius. Ciuitas Populus ſuas per tribus, & familias diſcretus.

Ciuitatem Ciues & ordo ciuicus, non tecta faciunt.

Eccelſia quæ in Cœlo, Plateis, & Vicis etiam conſtans. *Tob.14.21.*

Apoc.20.10.

VI.

Nec obeſt Eccleſiam quærentem induci, Et in ſeipſa quærentem Nam quærit in perſona perfectorum. Qui præcibus malo remedium orabant, Circumeūtes multitudinem, Vt & ſolarentur mæſtos, Et animo concidentes ſuſtentarent. Quod præſtitum à Moſe, & Aarone, Et reliquis, qui non deerant.

Vnum obijci poteſt, Eccleſiam eſſe, quæ Deum, vel abſentem, vel latentem, anxia quærit; Si autem eam ipſam Eccleſiam *Ciuitatem* ſuis regionibus *Plateis*, *Viciſque* diſtinctam accipiamus, certè in ſe ipſa dicenda eſt quærere Deum, quod analogiæ non conuenit, nec verè videtur dici. Sed facilis reſpoſio eſt, ex ijs, quæ loco alio obſeruata ſunt. Hic Eccleſiam accipi, non pro complexu omnium vna fide iunctorum. Vt vnum corpus conſtitueretur ex multis, ſed pro Perfectorum in eo Populo numero, qui tametſi nō adeo multi eſſent, pro imperfectorum multitudine, fuere tamen non pauci. Horum perſonam Eccleſia ſuſtinet hoc loco, Si enim erant, qui Dei amore feruentes, & fide firmi, tametſi de Dei futuro fauore minimè dubitarent, admirabantur tamen Dei Auxiliatoris in auxilio ferendo lentas moras; nam certè tardare videbant Deum, tametſi tarditatis cauſas ignorabāt. Hi & prece multa Deum fatigabant, & multitudinem in officio continebant, ne in deſperationem prolaberetur, & facta ſeditione in Ægyptum, vnde tot patratis prodigijs exceſſerant, regrederentur, quod non pauci ſcelus auribus multitudinis ingerebant. Id feciſſe Moſen legimus, cum ſitiente Populo, ac murmurante, *clamauit ad Dominum* Exo.15.25. & 17.4. *Quid faciam Populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me.* Et ad eos: *Veſpere ſcietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam eius*. Exo.16.6. Nec puto ſolum Moſen id præſtitiſſe, ſed fuiſſe non paucos, bene in ea re animatos, qui in retinenda multitudine Moſi ſuppetias ferrent. Atque id fuit *Circuire Ciuitatem per Vicos*, & *Plateas*, & *Deum quæſiuiſſe* vel abſentem, vel latentem, certè tardantem auxiliari.

Eccleſia in perfectis quærit, in multitudine cæterorum.

Perfectorum ad Deum voces, preces, & vota pro populo.

Exo.15.25. Et.17.4.

NOTATIO V.

QVÆSIVI ILLVM, ET NON INVENI.

I.

Deſtinarat Ciuitatem circuminet. Nunc id ſe præſtitiſſe dicit, Sed fruſtra fuiſſe laborem,

DIXERAT, quid, non inuento in Lectulo Sponſo, apud ſe cogitaſſet ipſa: *Surrecturam* ſe, & omnes *Ciuitatis* angulos: excuſſuram, ſicubi latentem inueniret, & quæri ſe anxiè, & inueniri gaudentem. Nunc id quod ſe facturam recepiſſet, feciſſe dicit. Sed fruſtra omnem poſitam in *quærendo*, ac *circumeundo* diligentiam, & laborem. Itaque iam tertio ſe *quæſiſſe* aut fugientem, aut latentem affirmat. Pertinet hoc ad Fidei, ac Perſeuerantiæ commendationem, quæ proles veri Amoris ſunt, quæ niſi fatigatione laſſentur,

Perſeuerans Oratio, nunquam dimittitur vacua.

Digitized by Google

Quæ ad fidem, ac perſeuerantiam referenda.
Quæ nunquam effectu fruſtratur,
Quæ doctrina Chriſti eſt,
Exemplo Patris conniuentis Filio Petenti panem, aut piſcem,
Sed ſi quod bonũ eſt à Deo petamus.
Nam nec Pater damnoſa filio petenti, concedit.
Tardat autem vt importunè petamus,
Aut quia indignè ſumusnon tribuit.
Aut quia mala, aut male bona petimus.
Aut quia vt debita nobis.
Ideo Populo Hebræorum petenti non dat,
Eccleſia differt, vt dona commendet.

ſentur, aut difficultatibus, ac laboribus obruantur, nunquam ſuo fraudantur effectu. Initiabatur iam Eccleſia ad Chriſti doctrinam, qui dicturus olim erat: *Petite, & dabitur vobis; Quærite, & Inuenietis; pulſate, & aperietur vobis; omnis enim, qui petit accipit; &, qui quærit, inuenit; & pulſanti aperietur.* Patris autem exemplo propoſito, qui petenti filio panem, piſcem, aut ouum, non lapidem, non ſerpentem, non porrigit ſcorpionem: Subdit. *Si ergo vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare Filijs veſtris, quanto magis Pater veſter de Cœlo, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Luc. 11. 9. 10. 11. 12. Signatiſſimè autem, cum vniuerſim pollicitus eſſet, daturum Patrem quidquid ab eo peteretur, doctrinæ ſuæ bonus ipſe Interpres, ne quis prorſus omnia, quæ nullo delectu peterentur, largiturum eſſe Patrem arbitraretur ſubiunxit: *Dabit Spiritum bonum petentibus ſe*; vt, quo ſenſu doctrina accipienda eſſet, indicaret. Nam ſtultus ſi adeo Filius ſit, vt lapidem, aut ſerpentem, aut ſcorpionem à Patre poſtulet, non puto adeo deſipiet Pater, qui, ne Filium, ſua ſibi damna quærentem, contriſtat, ea largiatur, quæ ſtultè petit: vt magis ſtultus dator, Petitore videatur. Tardat ſæpe Deus, quia vult, vt ſæpe petamus, & importunè: vt duabus illis parabolis, altera importuni amici, nocte intempeſta mutuos petentis ab amico panes, Luc. 11. 8. altera Viduæ petentis ab iniquo Iudice, vt ſe ab aduerſario vindicaret, ſatis oſtenditur. Tardat ſæpe, quia indigni ipſi ſumus, qui mereamur accipere; aut quia, quod petimus, malum eſt; aut quia, tametſi bonum, in bonum non petimus finem: aut, quia, tametſi non in malum finem, tamen petimus, quaſi debitum nobis præſtetur officium, non fauor impendatur, & gratia. Qua forſitan cauſa Populo ſuo petenti hoc loco dare tardat; & quærenti ſe negat, nec fores pulſanti aperit, ſed Eccleſia non accipit, nec *Quærens, inuenit*, quia, *Cum aliquando tardius dat, commendat dona, non negat. Diu deſiderata dulcius obtinentur; cito autem data viléſcunt. Ergo quærendum, petendum, inſtandum, iuſta enim petendo, ac quærendo, creſcimus, vt capiamus: Seruat nobis Deus, quod non vult cito dare, vt diſcamus magna magnè deſiderare.*

Luc. 11. 8. 9. 10.

Deus ritè petẽtibus nunquam negat quod petunt.

Petitorem ſtultum Deus non audit.

Cur tardet ſæpe Deus, quæ petuntur, dare

Auguſt. Serm. 5. de Ver. D. ſecundum Matth.

V E R S V S III.

INVENERVNT ME VIGILES, QVI CVSTODIVNT CIVITATEM: NVM, QVEM DILIGIT ANIMA MEA, VIDISTIS?

COMMENTARIVS.

CIRCVMEVNTEM Populum illum per tribus, & familias ſuas, incidiſſe ſe ait in *Vigiles*, quibus Populi eiuſdem *Cuſtodia* demandata. Iam puto intelliges, qui ſint hi *Vigiles* exiſtimandi, Si quibus illius Gentis regimen commiſſum, & *Cuſtodia* commiſſa fuiſſet, reputes, Moſes fuit, Aaronque, & ſiqui tantæ authoritatis habebantur, quibus pars aliqua Reipub. eſſet concredita. In hos incurriſſe ſe dicit Eccleſia, ſeque ab his *Inuentam*, quod non ſine ratione eſt dictum, Illorum enim erat pro munere, & Populum ſæpe conuenire per conuentus, vt & Spem erigerent, & blandis verbis ſolarentur mœſtos, ac melius animarent animo collabentes. Sed quid erit, *Interrogaſſe* quod ſe dicit illos, num *quem quærebat, ipſi vidiſſent*? Quid illos nec reſponſo eam dignatos? Quid receſſiſſe illã, cum nihil accepiſſet reſponſi? Omnia cum ratione ſunt dicta. *Interrogauit* illos, quia illorum ſcilicet erat, Dei ad illam mandata perferre, quibus datum id muneris erat, vt internuntij inter Deum, & homines eſſent. *Nihil illi reſponſi reddidere*, quia etiam tametſi Fide conſtantes, ſtupore defixi, admiratique Dei tarditatem, quid ſibi agendum, aut dicendum eſſet, haud poterant conſtituere. *Ea autem abſceſſit*, nullo accepto reſponſo, aut exſpectato, quia ſenſit ſcilicet rem omnem, totiuſque negotij euentum ſibi Deum reſeruaſſe: ideoque merito iudicauit, nihil eſſe cauſæ cur amplius hominibus moleſta eſſet, à quibus ſperare nihil poſſet, in calamitatis tantæ leuamentum.

ENAR-

Digitized by Google

ENARRATIO.

CVM ea me tanta rei cura per omnem Populum, ſingulaſque familias, Tribuſque vagari coegiſſet, Moſes, atque Aaron, illius Reipub. Duces occurrere, quibus ſcilicet Dei voluntate illius Populi cura demandata; & in eius, quantum poterant, bonum Vigilabant; Et mihi quidem ad eorum adſpectum, & aliquid affulſit noua lucis, & non nihil eſt erecta Spes, reputanti, illos fortaſſe aliquid excogitaſſe, aut inueniſſe remedij communi malo, vel ſaltē quando deſitura clades eſſet, neſcire nō poſſe. Eos ergo vltro interrogo: Num alicubi vel vidiſſent mihi Deum, vel quo loco lateret ipſi ſcirent. Nam vos, inquam, quos ad alloquium ille frequentèr admittit, ac ſequeſtros habet ſuarum rerum, ac conſiliorum ad Populum, ignorare non credo, quid mihi illum, antè tam ſollicitè mearum rerum curam agentem, alienarit; aut quid tandem Spei ſit, poſt grauem repulſam, cum Quærenti, oranti, ac perſeueranti reconciliandum. Sed illi, haud minus ſtupore defixi, admiratique Dei auxiliari potentis tarditatem, nihil certi referre cum poſſent, tacitis me, ac mærentibus oculis intuiti, vocem preſſere. Ego, recenti malo, quod non ſperaram, confuſa, illis relictis, à quibus nihil opis habere poteram, aliunde afflictiſſimis rebus opem quæſitura receſſi.

NOTATIO VI.

INVENERVNT ME VIGILES QVI CVSTODIVNT CIVITATEM.

SVM.COM.

I.

Cur autem ſe inuentam dicat à Vigilibus.
Et qui vigiles ſint, quæri poteſt.
Quidam Angelos interpretantur, vigiles
In hominum bonum vigilantes,
Et eorum facta explorantes
Alij Apoſtolos, Doctores, Prælatos,
Qui pro nobis vigilant,
Et cor ſuum ad vigilandum tradunt.
Sed cur hi interrogati tacent?
Quod non ſine cauſa dictum.

II.

Quidam, ſæculi ſapientes,
Alij Gentilium Sacerdotes,
Sed haud decet à talibus Eccleſiam doceri.
Alienius qui Hæreticos malunt.

DVPLEX hic quæſtio eſt, neutra difficilis explicatu: &, qui ſint hi *Vigiles*, quibus *Cuſtodiam Ciuitatis commiſſam fuiſſe*, dicit; Et, cur, non à ſe illos, ſed contrà ab illis ſe *Inuentum* dicat. Mirum eſt in re haud difficili tam repugnantes eſſe ſententias. Quidam hos *Vigiles Angelos* eſſe volunt, nec vna tamen ratione id explicant. Theodoretus hoc eorum *cuſtodiendi* munus in eo locat, quòd & per actionem purgent, & per contemplationem illuſtrent ſiue Eccleſiam ſiue piam animam. Hos *Circumire* in *Ciuitate* (iuxta lectionem 72.) quia ſcilicet hominum vel benè, vel ſecus facta ſollicita cura explorant, vt vel laudent, vel coarguant ea in die Iudicij. Quæ ſatis videntur eſſe coacta. Alij malunt *Apoſtolos*, Alij *Doctores*, Alij *Prælatos*, quod tantundem eſt, quo in argumento Bernardus & piè, & grauitèr ſpatiatur more ſuo. Serm. 76. in Cant. Eos ritè *Vigiles* dici, qui nobis dormientibus *peruigilant*, *rationem pro animabus noſtris reddituri*. *Cuſtodes* bonos, qui *Vigilantes* animo, atque in orationibus pernoctantes, hoſtium inſidias ſagacitèr explorant, anticipant conſilia malignantium, deprehendunt laqueos, retinacula diſſipant, machinamenta fruſtrantur. Hos eſſe, qui multum ſolliciti, pro ſibi commiſſis Dominicis Gregibus, *cor ſuum tradunt ad vigilandum diluculo, ad Dominum, qui fecit illos*. Sed vereor, ne cum venerit ad proxima, laboret, in aſſignanda cauſa, cur *interroganti non reſponderint*; curque ea, nullo accepto reſponſo, incertior multo ab illis diſcedat, quam venerit. Nec enim ſine cauſa, *nihil interroganti reſpondiſſe* memoratur: cum, ſi aliquid reſponſi reddidiſſent, taceri non deceret. Eius nos rei rationem proxima Notatione reddemus probabilem.

Vigiles Angeli
Nyſſenus.
Ambroſius.
Theodoretus.
Pſellus.
Richardus Vict.

Vigiles Apoſtoli, Doctores, Paſtores.
Aponius.
Anſelmus.
Beda
Gregorius.
Philo Carpath.
Caſſiodorus.
Bernardus.
Hebr. 13. 17.

Eccleſ 39. 6.

Sunt contrà, qui *Vigiles* hoſce interpretētur *ſæculi ſapientes, idolorumque cultores*. Sic Iuſtus; Alij, quod in idem ferè recidit, *Synagogæ Principes, Gentilium Sacerdotes*. Sic doctus quidam de recentioribus. Alienè vtrique, cum à neutris aut inſtrui Eccleſia poſſet; aut, vt inſtrueretur deceret. Quid enim anxia, ſicubi Deum ſibi inueniſſent, illos interrogaret, à quibus ſciebat ipſa, aut de nomine minimè notum, aut ideo ſolum notum, vt ſibi illius nomen & *Scandalum*, & *ſtultitiam* eſſe profiterentur. Alienius multo, qui *Hæreticos* malunt, quos adiri certè ab Eccleſia, ob eandem cauſam, haud decebat, nihil inde luminis reportatura ad inueniendum quem quærebat: vbi non niſi tenebræ regnant errorum, qui perpetuam noctem faciunt, nulla veritatis colluſtratam vel tenui ſcintilla.

Iuſtus Vrg.
Vigiles Gentilium Sapientes, aut Idolorum cultores, aut Hæretici.

Is ſenſus refellitur.

Quid-

Digitized by Google

III. *Quales ergo ſint; Quos interrogare Eccleſiam deceat, Ergo ij ſunt Vigiles, quibus ſacra adminiſtratio credita, Quales Apoſtolos & Prælatos dicerem, Si hæc ad Eccleſiam ſub Chriſto referrem. Sed ſub hoc ſtatu, non alij, quam Moſes, & Aaron. Ad quos omnia referri ſolita, In omni rerum euentu, Siue quæſtiones emergerent, Siue vrgerent pericula, Ab his ſe inuentam dicit Eccleſia, Qui vltro occurrere populo laboranti.*

Quidquid ergo dixeris, opus eſt, vt omnino eos intelligas; quos & interrogare Eccleſiam non pigeat; quique eam docere poſſint, ſi qui poſſunt: tametſi hic non doceant, cuius paulo poſt ſilentij exquiretur cauſa. Eos ergo omnino intelligemus, quibus regimen ſacrarum rerum commiſſum eſt, atque Reipub. Sacræ adminiſtratio quæcumque, quorū ſcilicet eſt in illius commoda vigilare, & ſollicito curare ſtudio, ne quid illa capiat detrimenti. Equidem ſi aliam ingreſſus viam fuiſſem, dicerem *Epiſcopos*, & *Prælatos Vigilum*, *Cuſtodumque* nomine intelligendos, qua vtraque appellatione vtrumque eorum munus, & *Vigilandi*, & adminiſtrandi Sacram Rempub. comprehenditur. Sed cum nondum hæc ad Chriſtianam Eccleſiam pertinere certum putemus, aptè ad ſeriem interpretationis noſtræ, hoſce *Vigiles* eos intelligemus, qui in eo Populo vicem, ac velut imaginem Apoſtolorum, Epiſcoporumque geſſere, *Moſen* ſcilicet, atque *Aaronem*, quos ſibi Deus vicarios præfecerat, ad illius Populi gubernationem, ſiue politicam, ſiue Sacram. Intelliges autem, quam hæc dicantur probabiliter, ſi memineris Populum illum, in omnibus anxietatibus; ac preſſuris, nec alios habuiſſe, ad quos ſuas querimonias referrent; aut à quibus anxietatum earundem leuamentum aliquod aut peterent, aut ſperarent. Siue ſiti exæſtuantes aquas petunt: ſiue carnium deſiderio ſuſpirant Ægyptias ollas; ſiue quo ſe & paruulos vtcumque in deſertis locis ſuſtentent, panem conuitio flagitant. Lege Exo. Cap. 14. 12. cum hinc mari hinc Pharaonis exercitu cingerentur. Et Exo. 16. 3. cum flagitauere carnes, ac panem. Et Exo. 17. 2. cum rurſus pro aqua conuitiati ſunt. Denique ad eos omnia referebant, tanquam ad eos, quos ſibi intelligebant à Deo datos Duces, Cuſtodes, atque Magiſtros. Ab his ergo ſuis preſſuris anxiam *Inuentam ſeſe* Eccleſia dicit, quia non imperfecti modo, ac Fide languidi, ac Spe defecti, & caritate vel frigidi, vel tepentes, ad eos confugere ſoliciti erant; ſed & illi etiam, qui Fide ſtabiles, ac caritate ferventes, magnitudine periculi commoniti, admiratique Dei in auxilio ferendo tarditatem, ſuas ad Moſen vel preces, vel anguſtias deferebant, ab eo remedij aliquid habituri.

Vigiles hi, quibus Sacra adminiſtratio concredita.

Hoc loco Vigiles ſunt, Moſes, & Aaron, ad quos à Populo omnia ſolita deferri.

Exo. 14. 12.

Exo. 16. 3.

Exo. 17. 2.

IV. *Cur autem ſe ab illis inuentam dicat, Anſelmus indicauit, Prælatorum eſſe, præuenire omnium vota, Et vltro occurrere indigentibus. Sunt enim & medici, & Patres. Nec exſpectare vt ad ſe veniant. Quæ & Gregorij doctrina eſt.*

Sequitur quæſtio alia, *Cur ſe ab illis inuentam, non contrà*, dicat? Hanc de veteribus à paucis prorſus indicatam inuenio, certè quidem à Bernardo, quanquam ne ille quidem eam exagitat, ac ſolum quærit, Cur ſe Eccleſia *inuentam* dicat potius, quam collectam ab Apoſtolis? Eum lege, nec fortaſſe pœnitebit. Ad præſentem autem quod attinet, Anſelmus digitum in fontem intendit: *Prælatorum* eſſe vigilantiam, diligentiam, cuſtodiam, quibus ſollicitè in Eccleſiæ commoda inuigilent; & animarum ſalutem promoueant, exemplo, & doctrina; non exſpectantes, vt ad ſe Oues infirmæ veniant, vulnera detegant, medicinam poſtulent. Occurrant vltro illi, *Circumeant, quærant, inueniant*; idque diligentèr præſtent, ne quis eorum exigat officium. Meminerint ſe, non modo medicos, ſed & Paſtores, & Patres eſſe, quorum in Filios amor nec labori parcit, nec ſollicitudini; nec exſpectat vt ad ſe Filij indigentes accurrant; ſed præueniunt ipſi potius, & diuini ad agnoſcendum morbum, & medici ad curandum. Ad hunc ſaporem Gregorius Hom. 25. in Euang. Poſtquam per *Vigiles Doctores* Eccleſiæ deſignari, dixiſſet: *Hi*, inquit, *dum lucrandis animabus, & ſcriptis, & dictis inuigilant, vbi deſiderij ſancti aliquantulum ſentiunt, augmentare ad melius nunquam ceſſant, hi Sponſam quærentem inueniunt, qui piam animam, Chriſtum inuenire ſatagentem, excipiunt; & vt citius Inueniat, præceptis inſtruunt, exemplis accendunt.*

Bernardus.

Anſelmus.

Prælatorum munus vltro omnibus occurrere indigentibus.

Nec exſpectare vt ad ſe veniant.

Gregorius.

V. *Hinc lux loco huic. Nam hoc munus Moſis & Aaronis, Sub illo Eccleſia ſtatu.*

Hac face vera loci huius intelligentia patebit: nam certè id Moſis, & Aaronis, & ſi qui erant, quibus pars aliqua adminiſtrationis publicæ, aut Sacræ eius Reipub. commiſſa, munus erat; & mœſtos afflictis rebus Solari; ac deiectos erigere; & deſperantes ad meliorem ſperandam fortunam animare, *verbis, doctrina, exemplo*. Neque exſpectare, vt, qui indigebant conſilio, aut ſolatio, ipſi ſeſe ſiſterent illis; Sed vltro eis occurrere, & malis, qua poſſent arte, mederi. Ideo Eccleſia *Circumiens Ciuitatem, per Vicos, & Plateas*, id eſt, de re communi omnium ſollicita, non *à ſe Inuentos illos, ſed ab illis inuentam dicit*.

Moſis, & Aaronis illius populi ſolicitudo.

NOTATIO VII.

NVM QVEM DILIGIT ANIMA MEA VIDISTIS?

I. *Hæc ad affectus vehementiam indicandam ſpectãs, Cum prior interrogarit, Sua enim calcaria amor habet.*

ET hoc ad affectus granditatem, & caritatis vehementiam pertinere, obſeruauit ante nos, & quidem ſolerter, Anſelmus; cum non à ſe inuentos illos, ſed ab illis ſe dicat, ante cœpiſſe tamen eorum & mentem, & linguam, & interrogaſſe vltro, quidquid animum ægerrima cura cruciabat. *Non ſuſtinuit*, inquit Bernardus, *vt eſſerentur illi, ad quid veniſſent: ipſa loquuta eſt, & quidem ex abundantia cordis*. Serm. 78. in Cantica. Habet ſua Amantis lingua calcaria: &, vbi cor æſtuat Caritatis flamma, affectuum omnium ſtudia feruent: &, quaſi feruore intumuerint, iam ſuis anguſtijs capi non docti, ſenſibus ſe omnibus inferunt, iactantque, quaſi per caminos quoſdam, fumo per-

Eccleſiæ vehementia caritatis.

Bernardus.

Caritas omnia præuenit.

Digitized by Google

Et vbi feruet cor, per omnes ſenſus ſcintillas mittit, Et per omnia mẽbra loquitur. Sic loquuta Eccleſia, & voce & geſtu.

mixtas ſcintillas: Loquitur ergo verus Amans per omnia membra; &, quidquid in eo deſtinatum munijs alijs eſt, linguæ anteoccupat officiũ. *Interrogauit* ergo, non lingua, ac voce ſolum, ſed totius motu corporis, geſtientibus membris cunctis habere in loquendo primatum: ne ſcilicet vllum eſſet, quod, quidquid animum cruciabat, prius efferret. Atque hæc in feruidè amantis, cupidèque quærentis dicta ſint gratiam: nec mirum Lectori ſit, etiam poſt ſe Scriptoris rapuiſſe affectum, quæ lectorum rapiat etiam.

Amor membris omnibus loquitur.

II.

Interrogaſſe autẽ interpretãtur quidam. Attentè audire. Haud id neceſſe eſt. Satis enim loquitur facies indigentis, Nihil loquutus lingua Paralyticus. Et tamen rogatur à Chriſto, an ſanari velit. Quia tacente lingua grabbatulum loquebatur. Interrogatio autem hæc ad anxietatem referenda. Omnia circumſpicientis, Sic ibi remedium aliquod appareret.

Sed quidam hanc Eccleſiæ interrogationem ita exprimunt. Ita dictam *Interrogaſſe*, quod intenta aure eorum ſermonem perceperit, ſic Aponius, & Beda, quibus Gregorius accinit, inquiens: *Dum eorum ſcripta, vel verba diligenti ſtudio perſcrutatur, tanquam præſentibus, & abſentibus animi intentione loquens, quid de Chriſto ſenſerint, ſciſcitatur.* Sed haud neceſſe eſt ad lectionem, aut attentam auditionem confugere. Satis in indigente indigentia loquitur ipſa; & ſuis centonibus male tecta paupertas, tot per ora obuium diuitem interpellat, quot lacera veſtis lacinijs diſtincta eſt. Nihil lingua quidem loquutus Paralyticus ille ad piſcinam iacens legitur: & tamen vltro interrogatur à Chriſto *an ſanus fieri velit*. Satis ipſa loquebatur triginta & octo annorum paralyſis, ſatis faciei macies, ſatis pallor mortis ſatelles, ſatis vel grabbatulum illud in quo iacebat. Satis hæc vidiſſe Chriſtum, vt ſanitatem offerret. Id non omiſſum Ioanni; *Hunc cum vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet, quod iam multum tempus haberet, dicet ei: Vis ſanus fieri?* Ioan. 5. 6. Iacentem viderat, omni ope hominum deſtitutum, nec valentem ſe commouere. Vt in piſcinam deſiliret aqua mota: omni linguæ officio melius totam cauſam tanta indigentia perorauit. Ergo *interrogationem* hanc non alio referemus, quam ad extremam anxietatem, in omnem partem circumſpicientem, ſi qua, vel tenuis aura, aſpiret remedij: nam quæ vniuerſum Populum, per tribus, domos, familias diſtinctũ circumiens, nihil niſi mœſtitudinem, gemitus, eiulatus, ac propinquam mortem viderat, ne in ipſis quidem Populi ducibus, ac magiſtris aliam agnouit faciem, quam eá, quá cõmunis calamitas effingebat. Pertinet ergo id omne ad miſeriæ exaggerationem, vt, quia dictura mox erat, *Deum ſe inueniſſe*, cum minus *Inuenturam* ſperabat, & id etiam intelligendum daret, cum res in extrema tegula erant, tunc Deum ad auxilium cucurriſſe.

Qui intenta aure audit, audiendo interrogat. *Aponius. Beda. Gregorius.*

Indigẽtis facies pro lingua eſt indigenti.

Ioan. 5. 6.

Interrogat Eccleſia, quia anxia de Filijs.

V E R S V S IV.

PAVLVLVM CVM PERTRANSISSEM EOS, INVENI QVEM DILIGIT ANIMA MEA. TENVI EVM, NEC DIMITTAM, DONEC INTRODVCAM ILLVM IN DOMVM MATRIS MEÆ, ET IN CVBICVLVM GENITRICIS MEÆ.

COMMENTARIVS.

NON eſt paſſus bonus Deus, vt, quod *Se inueniſſet*, alij deberet, quam ſibi. Vix à Moſe, & Aarone diſceſſerat, cum eum ipſum, quem anxiè, ac perſeueranter quæſierat, ſeſe vltro adſpectui ingerentem vidit. Scilicet, quæ attinebant omnia, illa perfecerat: ne non merita videretur tanto bono donata. Sed vide Dilectiſſimi Sponſi benignitatem! Plura donat, quam rogatur. Præſenti, quod premebat, famis malo illa remedium flagitarat; famem ille depellit, inducentibus ſe, illius imperio, in caſtra agminibus coturnicum, & vltro ſe ad capturam offerentibus. De Cœlo autem perpluto pane, quo vel Angeli veſci vellent, ſi indigerent: atque inſuper repulſa probatam, anxietudine exercitam, arctius ſibi coniungit: Scriptiſque *Sponſalibus tabulis*, & dextram iungit, & *Sponſa* honore dignatur. Siquidem haud multos poſt Dies à dato Manna, euocato in Montem Moſe, velut eius Eccleſiæ nutritio, atque tutore, in lapideis tabulis *Legem* ſcripſit, ac tandem ſe promiſſis exſoluit, quibus olim eam ſibi aliquando ſtrictiore nexu coniuncturum, promiſerat. Hinc in noua Sponſa gaudia, hinc nouæ Amoris flammæ, & Amoris indices, non voces modo, ſed geſtus. Nam quod eum ſe *Tenuiſſe* dicit, ad arctius iam

Caritatis vinculum, nec amplius exſoluendum pertinet : id eſt, *Nec dimittam*. Cogitat autem, & mente agitat olim futurum plenum connubium, cum quidquid modo ſperare audet, effectu ipſo conſequatur. Id autem erit, cum Deum ipſum ſumpta humana carne, in *Matris Naturæ humanæ* ſcilicet, *Cubiculum*, ad conuiuendum compellat. Nec aliud eſt, *Donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum Genitricis meæ*.

ENARRATIO.

CVM in populi ipſis ducibus, Moſe, atque Aarone, nihil opis inueniſſem, ac ne ſperare poſſem quidem; quod & ipſi communi malo oppreſſi, quid ſibi, quid mihi agendum eſſet, non ſatis ſtatuerent, relictis illis, redij ad preces, & gemitus. Si poſſem, vel placare iratum Deum, vel alienatum reuocare. Sed amantiſſimus Dominus mei ſuique Populi miſertus, quid ſe Deum deceret, haud inſcius, facile rem expedijt. Vix enim ab illis diſceſſerã, cum mihi adeſſe eum vidi, ſed placidum amicum, fauentem. ac momento eodem & Panibus de Cælo ſubmiſſis, & auium agminibus illatis in caſtra; famem qua premebar, depulit. Ita facile eſt illi mæſtitiam in gaudium vertere, obſequentibus ad nutum Cælo, & terra. Nec ibi felicitas hæſit, maiora ſunt addita; nam poſt dies non adeo multos, aduocato ad ſe Moſe, qui tutor Populi, cuique vices meas ipſa commiſeram, eo Paranympho, deſponſauit me ſibi, ac lege lata, conſcriptiſque tabulis Sponſalibus fœdus firmauit. Quid facerem tãta felicitate beata? Diu exſpectaram, anxiè quæſiueram, votis frequentibus fatigaram, ſi exorare poſſem, ne diutius tardaret, me ſibi arctius coniungere. Obtinui tandem, & quidquid votorum fuit, vno momento donatum. Ergo ſtrictius illi coniuncta, ac nomine Sponſæ & honore aucta, Caritatis nouæ brachijs apprehenſum Tenui, non Dimiſſura nobilem prædam, quæ tanti conſtiterat mihi, quo ad olim, Deus idem, qui nunc Sponſus humana carne ſuſcepta, vinculo æternum duraturo, me ſibi iuſtam Vxorem accipiat, & multa, ac nobili ex me ſuſcepta ſobole & terram impleat inquilinis, & Cælum Ciuibus.

NOTATIO VIII.

PAVLVLVM CVM PERTRANSISSEM EOS.

SVM.COM.

I.

Locus difficilis ob varias ſententias. Quidam tranſitũ à peccatis ad gratiam, interpretantur, Aut à creaturis ad Deum Alij perſcrutari Apoſtolorum doctrinam, Alij, doceri quo pacto quærendus ſit Deus. Omnes alieni à loco hoc.

Philo Carp.

Variæ ſententiæ reiectæ.

Caſſiodorus. Beda.

Anſelmus.

LOCI huius difficultatem Interpretum ſententiæ, non modo variæ, ſed & alienæ ab rerum nexu, & analogiæ ratione, ſatis confirmant. Nam quid alienius, quam interpretari; *Cum pertranſiſſem eos*, vt primum à peccatorum nexibus, ac labe liberati ſumus; & mundi, vtique à malis; ad bona conuerſi ſumus, tunc *inuenimus quem anima noſtra diligit*? Et tamen ſic Philo, quod miramur, interpretatur: tametſi mox, in nulla creaturarum, ac ne in Sanctis illis *Doctoribus*, quos *Vigiles* eſſe dixerat, quieſcere animam debere affirmat, quæ Deum *inuenire* velit. Et quod Caſſiodorus, cui hæret, vt aſſolet, Beda, qui *Pertranſire* interpretantur, Sanctorum Apoſtolorum dicta, ſeu ſcripta diligentèr peruolutare, ac perſcrutari attentè; eum, qui ita fecerit, facile *Chriſtum inuenire*. Ab his parum abeſt Anſelmus, qui exponit: *Pertranſiui ipſos*; quia ipſi me inſtruxerunt, quomodo eum *quærere* deberem, & tandem *inuenire quæſitum*. Cum ex ſerie ipſa orationis conſtet, nihil ad illius interrogationem illos dediſſe reſponſi; alias minime tacituræ, quam Spem feciſſent, inueniendum à ſe eſſe, quem tam anxiè quæſiuiſſet. Mitto aliorum interpretandi rationes, his affines; certè nõ aptiores ad huius loci ſenſum tradendũ, & interpretationis conſequentiam.

II.

Probabilius, qui, ſupra creaturas omnes Deum eſſe monet,

Deus extra creaturas quærendus.

Aptius multo ad rerum ſeriem, qui, cum *Vigiles Angelos* interpretati fuiſſent, non in illis inueniſſe, quem quærebat, dicunt, inueniſſe autem cum eos *Pertranſiſſet*, quia Dei natura ſupra omnes Angelos eſt, immo & ipſis Angelis incomprenſibilis: Sic eum, qui *inuenire Deum* velit, *Pertranſire* creata debere omnia, etiam ſupremos illos, ac Deo proximos ſpi-

Et extra illas quærendum, & inueniendum.
Etiam extra Angelos.
Sed ſi de notitia per fidem ſit ſermo,
Sæpe Eccleſia ab Angelis inſtruitur,
Nec impedimento ſunt ad inueniendum Deum.
Si de cognitione clara,
Nõdum Eccleſia, Deum inuenire poteſt,
Vtpote adhuc militans.
Si de naturali, haud raro iuuatur ab Angelis.

ritus. Sic Theodoretus, & Pſellus; Additque conſequenter Gregorius Nyſſenus: Silẽtio ſuo indicaſſe Angelos, ipſis quoque incomprehenſibile eſſe, quod ab eis quæreretur. At poſtquam, quidquid mundanum eſt, & creatum *Pertranſiſſet* illa, eum *inueniſſe*, qui ſupra omnia illa altitudine ſe ac magnitudine tollit, haut aliter inueniendum. Sed obeſt huic interpretationi, ſi de cognitione, quæ per Fidem eſt, hæc intelligenda ſint, certè nõ magis à quærente Sponſa inueniri Deum poſſe, cum receſſerit ab Angelis, quam illos interrogante, à quibus ſæpe in Fidei myſterijs Eccleſia, per ſecretas illumiuationes, pioſque motus immiſſos, inſtruitur. Non ergo verè dicere poterit, Se, dum Angelos interrogaret, Deum non inueniſſe, inueniſſe poſtquam ab illis abſceſſiſſet. Quod ſi de cognitione alia, qua Deus in ſe cognoſcitur, Interpretes hi loquantur, multo minus verum erit, poſtquam ab eis abſceſſiſſet, ideſt, poſtquam creata omnia poſt ſe reliquiſſet, inueniſſe Deum, cum in ſe Deus à viatore cognoſci non poſſit: Hic autem adhuc anima, vel Eccleſia, viam agens deſcribitur, nondum triumphans. Denique ſi de naturali Dei cognitione loquantur, qua ex effectis creatis, in Dei notitiam aſcendimus, tunc quidem verum eſt, tranſcendendum omnem ordinem creatarum rerum, etiam Angelorum, quibus omnibus Deus altior eſt; Sed ne in ea quidẽ cognitione neceſſe eſt Angelos præterire, qui in eo maximè iuuare poſſunt intelligentiam hominum, ac ſæpe etiam, non interrogati, iuuant. Atque hæc ſunt quæ mihi hanc interpretandi rationem difficilem faciunt; vt non obijciã hæc magis ad anagen, quam ad litteram pertinere.

Theodoretus.
Pſellus.
Nyſſenus.

Eccleſia ſæpe ab Angelis in Fidei rebus eruditur.

Eccleſia adhuc Viatrix, nonniſi per fidem Deũ cognoſcit.

III.

Alij tranſiri Vigiles volunt.
Cum ſanctitate inferiores Deo agnoſcuntur eſſe.
Id mihi diſplicauit,
Sed ea notitia tyronum in fide eſt,
Non eius, quæ veterana in Dei ſchola,
Altius ſe tollebat in ei⁹ notitia.
Et id quidem illa ſciebat.
Sed non magnam rem arbitrabatur, ſic ſentire

Hoc vt ſaxum vitarent alij, ſic interpretantur. Tunc *Vigiles* (ſiue *Angelos* eſſe velis, ſiue *Apoſtolos*) *Pertranſiri*, cum intelligitur, eos ſanctitate, & ſapientia infra Chriſtum eſſe, qui & Angelorum Dominus, & Paſtorum Princeps, & Apoſtolorum Magiſter eſt. Quæ interpretandi ratio plauſum merita eſt, & multos approbatores habuit. Certè Caſſiodorum, Gregorium I P. Philonem, Bedam, Anſelmum, Bernardum, Serm. 90. in Pſalm. *Qui habitat*. Veneratione digna interpretatio; Sed neminem ſuccenſſurum mihi puto, ſi, quid in ea deſiderem, non ſileo. Certe hoc iam ſtatu Eccleſiã eſſe, proxima verba ſatis indicant, vt ſe ipſa in dies maior, ac perfectior, in Sponſæ honorem matureſcat, qua de re mox dicemus. At, quæ eo ſtatu erat, profecto & in nobilia Dei creuerat, quemadmodum in amore. Quid ergo eam magnum feciſſe putemus, ſi & crederet, & intelligeret, nullam creaturarum magnitudine, ac perfectione ſanctitatis, æquari cum Deo vel cum Chriſto poſſe? Puellorum, prima Fidei vbera labris prementium, ea prima, ac ſimpliciſſima notitia eſt. Qui ſolidiore cibo paſti adoleuere in viros, reiectiſque nucibus, Seria tractare cœpere, hi profecto altiora de Deo & ſentiunt & loquuntur: & tametſi ea de illius magnitudine, ac ſanctitate credunt: non ideo magnum aliquid de eo credidiſſe ſe arbitrantur: cum & naturæ ſolius lumine ſatis ſit notum, quid inter finitum, infinitumque diſcriminis ſit; inter creaturas, earumque Creatorem. *Pertranſire* ergo aliquid aliud erit, quod aptius in hunc ſtatum Eccleſiæ quadret.

Deus inuenitur, cum ſanctitate ſuperior Apoſtolis intelligitur.
Caſſiodorus.
Greg PP.
Philo Carp.
Beda.
Anſelmus.
Bernardus.

Deum credere ſanctitate omnibus hominibus, & Angelis eminere tyronum in fide eſt.

IV.

Facilius rem expedire poſſumus nos,
Venerat Eccleſia ad Moſen, & Aaronem.
Opem imploratura, ad famem pellendam.
Ea fruſtrata Spe, rediſt ad vota, & preces, illis relictis.
Tunc inueniſſe Deum ſe dicit,
Scilicet paratum ad ſubueniendũ,
Quod ſtatim eſt factum.

Sequamur noſtræ interpretationis ductum, quo facile hæc poſſumus expedire. Ergo ad *Moſen*, atque *Aaronem*, quos *Vigiles* interpretati ſumus, cum veniſſe fingatur Eccleſia, ſi forſitan malo, quo premebatur, remedium aliquod vel adhibere poſſent ipſi, vel ſperarent alicunde, eoſque interrogaſſe, quid tandem Spei eſſet: nec accepto ab eis reſponſo, quod & ipſi tarditate Dei in ope ferenda ſuis, defixi eſſent, indè diſceſſiſſe, ac *Præteriſſe* etiam dicitur, ne fruſtra eis moleſta eſſet, à quibus nihil opis ſperari poſſe intelligeret. Atque id eſt: *Paululum cum pertranſiſſem eos.* Vix ab eis abieram, qui ſuo ſilentio ſatis indicabant, ſimili ſe ſollicitudine, atque anxietate pulſari; nec quidquam opis poſſe adferre, aut proximè futuræ felicitatis indicium; cum in eum ipſum, quem tãta animi anxietate quæſieram, nec ſciens nec cogitans, ipſa incurri. Incurriſſe autem dicit in eum, quod nõ modo paratum ad ſubueniendum ſenſiſſet, ſed geminato miraculo deſperatæ iam rei ſuccurriſſet, & Auibus agminatim in caſtra, immo in manus Populi deuolantibus: & Cœleſti de nubibus plane perpluto, ea perſeuerantis benignitatis indulgentia, & abundantia, vt, quoad fructibus promiſſæ terræ veſci daretur, non defuerit; nec deſierit Deus vbere pluuia campos beare.

Eccleſia poſtquã diſceſſit à Moſe ſtatim Deum inuenit opem ferentem.

V.

Id paululum, eſt.
Etſi quidam volunt
Modicum quid exiſtimaſſe quidquid fuiſſet paſſa,
Præ gaudio præſenti
Sed ſimplicius interpretabimur.

Sed in voce, *Paululum*, quidem latentem ſenſum indicauere; Si maximè 72. Lectionem premamus. *Sicut modicum cum pertranſiui ab eis.* Siue, vt originalia quidem de Recentioribus efferunt, *Tanquam paululum quod tranſiuiſſem ab eis.* Volunt iudicari, tantum arbitratam bonum, poſt longam tandem & anxietudinem, & fatigationem, incidiſſe in Deũ, vt, quidquid hactenus paſſa fuiſſet, leue putaret, & *modicum*; longumque laboris tempus breue momentũ. Et verò ita eſt; præ voluptate inuẽti theſauri omne diſpendiũ cõpendiũ eſſe. Sed monui ſimpliciorẽ loci huius ſenſum eſſe, nec aliud velle, quam, poſtquam abijſſet à *Vigilibus, modicum quid interceſſiſſe temporis, cum Sponſum inuenit*. In arcano intellectu, quem exquirimus, ſenſus is erit, Vix ſe à Moſis conſpectu digreſſam, cum, quidquid in votis erat, conſequuta eſt. Illud magis ad rem facit. Deum nunquam ſine neceſſitate

Quid Eccleſia paſſa, parum reputat inuento Deo.

Parum temporis effluxiſſe à relicto Moſe. cum adfuit Deus.
Qui ſine neceſſitate non operatur miracula;
Et vult ex parte noſtra omnia tentari.
Gaudet enim patientia noſtra,
Et præmium pugnantibus parat.
Immo de ſolio deſilit, coronaturus victores.

Deus ſine neceſſitate leges naturæ non reuellit.

Deus patitur ſuos vexari, quia gaudet patientiæ ſpectaculo.

Chriſtus ſuis antequam vincant victores coronat.

-ceſſitate Naturæ leges reuellere. Decebat, vt, quæ indigebat, aliquid pro ſe ageret, vt malo, quo vrgebatur, remedium quæreret. Non quòd deſertis locis aliquid ſperandum eſſet humanæ opis, quo tanta multitudine ſuſtentari poſſet: Sed, quòd Deus velit, & agnoſci à nobis rerum, qua premimur, indigentiam; & multa prece à ſe peti, quod aliũde habere non poſſumus. Denique haud ſolitus Deus eſt, diu pati excruciari ſuos. Gaudet patientię ſpectaculo recreari, ſuoſque in arena athletas duris exercitamentis ad robuſtam probari virtutem: probatos, victoreſque, ad præmium inuitat, nec exſpectat vt illi ſe coronandos ſiſtant; ipſe vltro de ſolito deſilit; nec piget ſpectaculi Arbitrum, ſua ipſius manu munerari victores. Parum id eſt, ſe ipſum præmium donat, qui præmij largitor eſt, ne quid ſit, quod nobiles Pugiles vltra requirant. Id intelliges ſi conſideres, quod de Stephano dicitur *Vidiſſe* ſcilicet *Cælos apertos, & Ieſum ſtantem*. Sedebat ad Patris dexterum: at vbi vidit militem egregiè pugnantem, de ſolio deſilit, coronaturus victorem, & omen nobiliſſimi nominis impleturus. Parum id eſt. Nondum pugnantem viderat, ſed pugnaturum ſciebat; Et tamen ante victoriam Coronam parat; nec enim de illius victoria dubitabat; præuenitque præmio donare, mox meriturum.

NOTATIO IX.

INVENI QVEM DILIGIT ANIMA MEA.

I.
Inueniſſe autem ſe dicit Sponſam,
Quia præſenti indulgentia,
Omnis mœſtitia deterſa eſt.
II.
Inuentam vero ſe à vigilibus dixerat,
Quia Moſes. & Aaron promouere,
Per caſtra ſoliti diſcurrere,
Vt afflictis ſolatio, ac conſilio præſto eſſent,
Inueniſſe autem ſe Deum,
Quia multa prece eius aures fatigarat.

Deus inuenitur cum exoratur vt faueat.

Moſis, & Aaronis munus, occurrere afflictis, & ſolatio erigere.

Inuenit Eccleſia Deum, quia multa prece inclinare conata.

QVID velit, cum *Inueniſſe ſe*, dicit, proxima notatione indicatum eſt: ſcilicet omnem anxietatem, qua premebatur, euanuiſſe præſenti remedio. Excepiſſe noctem horridam diem lætiſſimum, ac fauſtiſſimum, deterſaque omni mœſtitia, ac mœſtitiæ cauſis ablegatis, redijſſe hilaritatem. Id ergo totum vno verbo, *inueniendi*, ſignificare voluiſſe, arbitrandum eſt, *Inuenit* ergo *quem quærebat*, quemque experta durum, ſeuerumque in ſpeciem fuerat; fauentem, beneuolum, liberalem.

Sed orationis formam diuerſam alio loco notauimus, ac diuerſitatis cauſam expendimus, quantum attinet ad corticis ſenſum: Cur, cum de *Vigilibus* dicit, *inuentam ſe ab illis* affirmet; cum autem de Deo *à ſe Inuentum*, quæ non modo diuerſa orationis ratio eſt, ſed penè contraria? Diximus Moſen, Aaronemque, pro munere, quod gerebant, circumverſare, & omnem per Caſtrorum partem monendo, ſolando, erigendo ſolitos fuiſſe vagari. Ideo *Inuentam ſe ab illis*, dicit: quaſi non ea illos, ſed ipſi eam adierint; tametſi interrogati, quaſi linguis impeditis granditate curarum, nihil reſponderint. Aut certè, quia nihil in præſenti opis ab illis ſperari poterat, verba preſſiſſe ſint viſi. Hic *Inueniſſe ſe Deũ*, dicit, quia ſcilicet, multa ſollicitudine, ac labore, quæſiuiſſet ſibi Deum propitium facere: què auerſum à ſe, tametſi ignorabat cauſam, tamen experiri videbatur. Ergo & *Inuentã* ſe ab alijs fuiſſe, verè dixit, quod eorum eſſet muneris & mœrentes ſolari, & deiectos erigere, & in meliora tempora ſuſtentare: & *Inueniſſe Dilectum*, verè etiam dicit, cuius vt beneficium ſuum gratiam faceret, tam multa perpeſſa erat.

NOTATIO X.

TENVI EVM NEC DIMITTAM.

I.
Sed iam Caritas tuto æquore nauigat.
Duriorem experta Deum, ſed iam fauentem.
Futuram felicitatem diuinat,
Et Sponſalia eſſe in proximo,
Sed detinendi verbo, quæſtio eſt,
Quidam teneri Deum fide, & caritate, volunt,

Caritatis triumphus.

Deus Fide, & Caritate tenetur, ſed hic aliud dicitur.

Philo Carp.

Cant. 2. 3. 4.

VIDE caritatis, tuto iam æquore, ac fauentibus auris nauigantis, triumphum. Eadem illa, paulo antè vix erepta vorticibus, haud contenta placidis inuehi vndis, Portum cogitat, & quidquid ſecundior fortuna ſolet in eos conuehere, quibus arridet. Duriorem experta Deum fuerat; Sed mox vultu in hilaritatem mutato, blandius ad fauentem: præſaga autem futurorum, maius quiddam ominatur: nec iam aliud quam Spõſalia Sacra cogitat, & hilaritates nuptiales. Huc referenda exiſtimamus ea: *Tenui eum, nec dimittam*. Sed quia non vno ſenſu hoc Interpretes accepere, age, videamus, num aliquid ſit, quod in eorum interpretandi rationibus aut probandum, aut improbandum videatur. Quidam, *Tenuiſſe Deum* arbitrantur, *Fide, & Caritate*, cæteriſque virtutibus, quibus anima quodammodo Deum ſibi coniungit, & quaſi quibuſdam brachijs amplectitur. Sic Philo Carpathiorum Epiſcopus. At ea ratione iam antea *Tenebat illum*, iam complectebatur, iam ſtringebat. Nam eadem hæc eſt, quæ dixerat: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi*. Cap. 2. 3. Et *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me caritatẽ*. Cap. 2. 4.

Digitized by Google

At ea iam ratione tenuerat. Quæ ſub illius vmbra ſederat, Amica dicta fuerat, & Columba, Et ordinari in ſe caritatē ſenſerat. Et noctu Deum quæſierat: Quod ſine fide nō poterat, Aliud ergo hic dicendum eſt. Quod nouum illi acciderit.

Cant. II. 10.

Eccleſia Fide, & Caritate ſemper Deum tenuit.

Cap.2.4. Eadem, quæ audierat. *Ecce tu pulchra es, Amica mea.* Et: *Surge, propera, Amica mea, Columba mea, formoſa mea, & veni.* Cap.2.10. Et certè neque ſedere ſub Dei vmbra, eiuſque veſci fructibus poterat, niſi Fide, & Caritate Deo coniuncta eſſet. Sed neque introduci in vinariam cellam, aut ordinari in ſe Caritatem ſenſiſſe, niſi Caritate Deū complexa. Neque Pulchra, neque Columba, neque Amica dici, niſi per Fidem Caritate formatam, cæteriſque ornatam virtutibus Deo placeret. *Tenuerat* ergo iam antè *Deum*, & quidem ita *Tenuerat*, vt nunquam dimiſſura volens eſſet. Aliud ergo aliud nūc vult, cum & *Tenuiſſe ſe eum, nec dimiſſuram* affirmat. Deinde, cum intempeſta nocte, id eſt, Deo illam per dura probante; lecto digreditur; Plateas, ac Vicos Ciuitatis obit, Vigiles interrogat, Fide, ac Caritate id facit; nemo enim quærere, vt quæri oportet, poteſt aliter. Et tamen, *poſtquam quæſiſſet, inueniſſe ſe eum*, dicit. Aliud ergo *quærere* fuit, aliud *inuenire*. Quod ſi Fide, & Caritate *quæſiuit*, non certè Fide, aut per Fidem, & Caritatem *inuenit*: ac multo minus ſic *inuentum tenuiſſe* dicenda eſt. Poſtremo modus loquendi ipſe, aliquid ſibi nouum contigiſſe, innuit, quod antea non habuerat, ideoque & anxia quæſierat. Id autem quid fuiſſet, explicandum erat.

III.

Alij ad orationem referunt, Qua etiam teneatur Deus. Sed ea etiam ratione iam tenuerat.

Richar. Victor.

Deus oratione tenetur, ſed ſic iam tenuerat eū Eccleſia.

Bernardus.

Hoc autem eodem in numero ponimus Richardi Victor. ſententiam. Nam tametſi verum eſt, *Deum teneri Orationis deuotione, deſiderio, importunitate, memoria, prece, Fide, & exſpectatione auditionis; nec Dimitti, ſi ab intentione non ceſſet anima, nec vultus amplius in diuerſa mutentur.* Quæ Victorini ſunt verba; non hic de ea loquitur Eccleſia ratione *Tenendi*. Sic enim *Tenuerat, vt inueniret*; hic autem *inuentum ſe tenuiſſe* affirmat: quod longe diuerſum eſt. Quod idem iudicium de Bernardo faciendum videtur: *qui Teneri Sponſum*, ait, *glutino Caritatis*: nam eo iam glutino ſibi iunxerat, antequam *Tenuiſſe* ſe dicat.

IV.

Receſſiſſe Deum ſenſerat, Quia duris probabat, amantem. Et cum mederi malo poſſet, Tardabat auxilium. Mox experta propitium, Præſentem ſenſit, Immo & tenere amantem. Sic ſcilicet illum tenuit, Certa non vltra diſceſſurum. Velut valida manu apprehenſus. Non poſſet abſcedere.

Deus recedere viſus cum duris exercet, redire cum ſanet.

Eccleſia Deum ſe tenere affirmat, cum putat non amplius receſſurum.

Sed ſi exquiras ſerio, quid diſceſſiſſe Deum fuerit, & ab Eccleſia receſſiſſe, intelliges, quid *Tenuiſſe* fuerit: quid *ita Tenuiſſe, ac Dimiſſura non ſit*. Receſſerat Deus, non certè Caritate, ſemper enim Eccleſiam amauerat, nec non amare poterat; non ergo Caritate tenendus. Receſſerat, quia tametſi amaret Eccleſiam, ita ſe cum illa gerebat, quaſi infenſus eſſet: ſame eam, & ſiti extremè vexari videbat, in eo ipſo loco, in quo, eodem authore, deductoreque, conceſſerat: &, cum mederi malo poſſet, vel verſis in panes lapidibus, vel ſcopulis in fontes, negabat, aut certè negare videbatur, auxilium. Quid alio modo eam vlciſceretur, cui eſſet inimicus? Id receſſiſſe fuit, id longè eſſe: vt cogeretur Eccleſia eum quærere anxiè, ideſt, & prece, & gemitu multo illius miſericordiam implorare, & auxilium præſenti malo. Mutauit ille perſonam, &, quod verè erat, amicum ſe, propitiumque monſtrauit, miraculo multiplice leuata annonæ caritate. Nam quid aliud Pater Filio, & quidem dilectiſſimo, præſtitiſſet? Id accedere fuit, ſeſeque Eccleſiæ ſuæ ſiſtere, cui hactenus aſper fuerat, blandum, amantemque. Id ergo Eccleſia dicit, *Tenuiſſe ſe, quem quæſierat, inuentum* ſcilicet. Quaſi id indicare vellet, nullo ſe iam metu angi, ne ille à ſe vltra diſcederet, quem facilem, pronumque experta, Spe confidentiſſima velut manu apprehendiſſet. *Quæſiui* anxiè *Deum*, qui à me receſſiſſe videbatur. Suſtulit ille perſonam, &, qualis vere erat, exhibuit ſe mihi, amicum, atque fauentem. Quam ego in me animi propenſionem, protectionemque rerum mearum, haud ex vano, futurā reor æternam: nam quid timeam vltra? *Tenui* ergo eum, quia tam certo à me non diſceſſurum credo, ſperoque, quam ſi valida manu apprehendiſſem, validiore retinerem. Nam neque ipſe diſcedet; nec ego eum vltra *Dimiſſura ſum*.

V.

Sed latet in ea voce altior ſenſus Pertinetque ad arctias vinculum, Quo eam ſibi per legem deſponſauit Deus. Fecerunt enim lapidea tabula In quibus digito Dei ſcripta lex. Inſtrumenta Spōſalia, Ideo lex dicta pactum, & fœdus. Etiam voce ipſius Dei. Ex quo mutua obligatio inter Deum, & Eccleſiam.

Eccleſia Deo deſponſata per legem.

Exo. 33. 17.

Iarrhius.

Lyranus.

Tabulę legis inſtrumenta Spōſalia.

Theodoretus.

Lex dicta pactū, & fœdus, vtrinque obligans.

Sed latere in, *Tenendi*, vocabulo altiorem, & magis arcanum ſenſum arbitramur: atq; hæc referenda ad arctius vinculum, quo cum Deo, quem vnicè diligebat, coniuncta eſt, *Legem* dico, *per Moſen latam à Deo, qua ſibi eam in Sponſam ſumpſit, Sponſali pacto in tabulis lapideis ſcripto, indicatoque, qua eam deinceps lege viuere oporteret.* Nam *deſponſatam per Legē*, & tota Scriptura clamat, & ex Salomone Iarrhio notauit Lyranus, ad id Exo.33.6. *Iam nunc depone ornatum tuum. Tunc enim*, inquit, *Populus fuit Deo deſponſatus per legis ſuſceptionem: & à Deo fuerunt coronati, ad modum Sponſi.* Tabulas autem illas Sponſalium, ac dotalium inſtrumentorum habuiſſe formam, prudenter obſeruauit Theodoretus, Quæſt. 68. in Exodum. Quo loco, cum quæſiſſet, cur tabulas Dei digito ſcriptas Moſes contriuiſſet, reſpondet. *Cum tabulæ eiuſmodi dotalium inſtrumentorū formam haberent, Sponſa vero in ipſo limine thalami nuptialis ad committendum adulterium declinauerit, iure profecto dotales literas effregit.* Ideo ſæpe *Pactum* dicitur, *inter Deum, & Eccleſiam initum*, quo ſibi viciſſim obligauere fidem. Audi Deum de montis ſupercilio, velut de ſolio ſuo, iura dicentem, & ferentem leges. *Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis Populis. Mea eſt enim omnis terra; & vos eritis mihi in Regnum Sacerdotale, & Gens Sancta.* Deut.4.13. Audi & Eccleſiam conſenſu in Sponſalia iura accedentem, ac nunquam ſe *Dimiſſuram* affirmantem *eum*, cui in Sponſam deputabatur. *Reſpunditq; omnis Populus ſimul: Cuncta, quæ loquutus eſt Dominus, faciemus*, Exo.19.5.8. Quibus verbis conſenſu præſtito in Sponſæ honorem lata Lege vocata eſt.

Atque

Digitized by Google

VI.

Ideo non ſine certis cæremonijs lata lex.
Nam iuſſus Populus mundis veſtibus indui,
Ex ritu nuptiali ſcilicet,
Sic comparata Eſther nuptura Aſſuero.
Mundo corpore,
Nam nouæ nuptæ munditijs placent.
Et odorum ſuauitate
Nec ſolum veſtibus mundis præparari ad legem accipiendam,
Sed multo magis mundis animis.

Quibus cæremonijs deſponſata Eccleſia Deo. *Exo.19. 10.11.*

Munditias veſtium, immo & corporum.

Eſth. 11.9.

R. David Kimi.

Munditias animorum.

Atque vt videas, quam verè eo honore tunc donata dicatur, cæremoniarum ordinem, ac mundi muliebris apparatum, quo ad Sponſum deducta eſt, conſidera. *Vade*, inquit, Deus ad Moſen, *ad Populum, & ſanctifica eos hodie, & cras: lauentque veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium. In die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe, ſuper Montem Sinai*, Exo. 19. 10. 11. Ex ritu nuptiali ſcilicet, iubet eos mundari. Sic Legi Eſther. 11. 9. *Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conſpectu eius; & præcepit Eunucho, vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas.* Nam quod noſter vertit, *mundum muliebrem*. Hebraicè eſt, *Thamruk*, quod propriè idest, quod carnis ſordes abſtergat, corpuſque mundum, glabrumque reddat, ex ſententia Kimhij, cui & hebraicè docti de Recentioribus hærent: nihil enim magis in nouis Sponſis probatur, quam munditiarum ſtudium. Ideo & medicamentis vti ſolitæ, affrictu ſuo, non ſolum ſordes, ſed quidquid reiectitium corpori hæret, vel excrementitium ab eo naſcitur, abſtergentibus; & vnguentis ad prauum halitum abigendum, & ſuauem odorem conciliandum. Et vero qui iubebantur *mundis veſtimentis indui*, certè non illotis corporibus videntur accedere permiſſi; ſed in vno aliud etiam intellectum. Fortaſſis & in eo, quod iubentur *ſanctificari, & parati eſſe in diem tertiũ*, non mundis modo corporibus, indumẽtiſq; lotis, iuſſi ſunt venire; ſed & animabus per pœnitẽtiæ actus, ac caritatis, mundis: quo ſcilicet honori tanto excipiẽdo eſſent cõparati.

VII.

Pro facibus nuptialibus fulgura, fuere,
Pro tibijs tubarũ clangores,
Pro flammeo nubes,
Pro paranympho Moſes.
Sed addita pacto conditio,
Si populus in caritate duraret
Nec Deos alienos coleret.
Hac lege deſponſata Eccleſia Deum tenuit.
Nam & id verbũ connubiale eſt.

Sed vide cætera. *Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat; & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat.* Exo. 19. 16. En tibi & tibiarum Symphoniam, & faces ardentes, ſiue, vt in Euangelio habes, *lampades* (etenim *lampades* dicuntur fulgura Exo. 19. 8.) Et in nube, operiente montem, *flammeum* nouis nuptis imponi ſolitum, nam & Moſes cum Legem acciperet, & in eo Eccleſia, caliginem ingreſſus, legitur, Exo. 20. 21. tanquam flammeo ſubijceret caput. Atque hæc fuere Sponſalia ſolemnia, quibus ſibi Eccleſiam deſponſauit Deus: hi ritus, quibus illam, quam hactenus amauerat quidem, ſenſimque ad ſe pertraxerat, & in Sponſam præpararat, coniunxit ſibi, *lege*, vt videbatur, *perpetua*; ſed addita conditione, ſi in caritate duraret; ſi legibus, quas illi tulerat Deus, viueret; ſi nullum alium ſibi quæreret amatorem, tanti ſponſi ſocietate contenta. *Caue*, inquit, *ne obliuiſcaris Pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit*, Deut. 4. 23. Atque in hunc ſenſum dictum arbitramur: *Tenui eum, nec dimittam*; quorum altero Sponſale vinculum, altero vinculi illius duratio ſatis exprimitur. Nam & *Tenendi* verbum Eroticum eſſe immo & connubiale monitum à nobis eſt, Dram. Comment. Cap. 3. Not. 10. Num 3. & 4. Quæcumque autem ſunt dicta ex his, quæ proximè dicentur, lucem accipient.

Exo. 19. 16.

Fulguro pro lampadibus.

Exo. 20. 21.

Legis pactũ cõditionale ſi vni Deo adhæreret Populus.

Tenere, verbum Eroticũ, & connubiale.

NOTATIO XI.

DONEC INTRODVCAM EVM IN DOMVM MATRIS MEÆ, ET IN CVBICVLVM GENITRICIS MEÆ.

I.

Secundus hinc ſtatus Eccleſiæ,
Ideo mox dicta Sponſa, quod antea nunquam.
Sed de his verbis non vna eſt quæſtio.
Prima de particula, donec,
Quo ſenſu ſit poſita.
Quidam, non tempus præcisè ſignari volunt.
Quo tenere deſitura eſſet,
Et matris cubiculum ſynagogam, exponunt.
In quam Eccleſia introductura Chriſtum,
Conuerſis Iudæorum reliquijs in fine mundi.
Itaque hæc ad Chriſtianam Eccleſiam referunt.

EX hoc iam loco ſecundus Eccleſiæ ſtatus incipit, & à votis quodammodo ad rem deducta eſt; cuius rei argumentum validum eſt, nunquam antea vocatam nobili illa appellatione, qua nunc primum à Choro Puellarum, dum Epithalamium concinunt, donatur, Ver. 11. dicta *Sponſa*, vt eo loco dicemus. Sed quo pacto hæc accipiantur verba à viris grauibus, doctiſque videamus; neque enim vnam quæſtionem habent, nec facilem explicatu, qua nos in re eorum pleroſque attentiores voluiſſemus. Forſitan aliquid inueniemus, quo iuuari noſtra ſententia poſſit. Prima quæſtio de particula *donec*, an terminum præcisè ſignet, quouſque duratura ea *Tenendi Deum* contentio eſſet, deſtitura deinde: an contrà, non quidem antè *Dimiſſuram* dicat, *Donec illum in Matris domum introducat*, & tunc quidem arctius retinendum. Sic Procus, dum Virginem ambit, in Sponſam dicere ſolet: amare non deſinam, donec vxorem ducam. Non quòd poſtea amaturus minimè ſit, immo impenſius; Sed vt indicet, ſe amore illo minimè contentum, velut ſterili, ſed ad nuptias adſpirare puellæ. Hunc ſenſum plerique huic aptant loco: interpretantur autem *Matris cubiculum Synagogam*, priorem Eccleſiæ thalamũ, in qua ſcilicet illa nata, & educata: in eum autem thalamum introducturam Chriſtum, cum omnibus in fine mundi conuerſis Iudæis, quos reliquias Paulus appellat, adducat ad fidem: Vnoque iam Paſtore, atque ouili facto, cum Sponſo *in pace in id ipſum*, id eſt iugitèr, ac perſeueranter, *dormiat, & requieſcat*. Pſal. 4. 9. Huic interpretationi ingens pondus à Patronis eſt, eam enim amplectuntur fermè Philo, Iuſtus, Aponius, Gregorius, Angelomus, Caſſiodorus, Beda, Honorius, Wileramus, Alcuinus, & Haimo: quorum nonnullos ex fide aliorum recenſeo. Itaq; hoc commune habet hæc interpretatio, quod hæc ad

Eccleſiæ hinc Sponſæ, ſecundus ſtatus.
Quæſtio de particula donec, quo ſenſu accipienda.
Synagoga Mater Eccleſiæ, ex quorundã ſenſu.
Rom 9. 27.
Pſal. 4. 9.
In eam introducendus Chriſtus cum reliquiæ conuertantur.
Philo.
Iuſtus.
Aponius.
Gregorius.
Anſelmus.
Caſſiodorus.
Angelomus.
Beda.
Honorius.
Wileramus.
Alcuinus.
Haimo.

Digitized by Google

Sed non capimus, quæ dicunt. Nam reliquiæ Iudæorum, Dici Mater Ecclesiæ non poſſunt. Ex quo Chriſtum abiecere. Et ſi de primis credentibus loquare, Iis comparati ad reprobos obſtinatoſque, Fratres dici poſſunt, Sed quales Iſaac, & Iſmael Non matres, id enim nomen eſt blandum amicumque.

Iudæorum reliquiæ nullo vero ſenſu dici poſſunt, Mater Eccleſiæ.

ad Eccleſiam iam Chriſtianam refert. Quod tametſi darem, adhuc me fateor non ſatis capere, quo pacto hæc verè dicantur, & ex decoro. Nam certè demus *Synagogam matrē* Eccleſiæ eſſe, illam dico antiquam quæ ante Chriſtum floruit, vnde & ipſe carnem ſumpſit, & Apoſtoli exciſi ſunt, lapides viui, ad fundandam Eccleſiam: eo certè honore quo pacto donari poſſint Iudæorum reliquiæ, non ſatis video, cum de illis nec vere dici poſſit Eccleſia genita, tot ante ſæculis nata, atque adulta; nec illi vera ſynagoga ſint, ſed Satanæ conciliabulum, ex eo tempore, quo, abrogata per Euangelium lege, obſtinati ipſi in impietate permanſere. Quin ſi reſpiciamus ad veterem Synagogam, tametſi demus pertinere vtcunque ad illam primos credentes, Eccleſiæ Chriſtianæ fundatores, & quidquid Iudæorum ex ea Gente propagatum eſt, (vtriſque enim id commune eſt, vt genus ex Abrahamo ducant) qua certè ratione ſi eos intereſſe compares, potius fratrum habere rationem affirmes, eo diſcrimine, quod inter duos illos fuit, vt notat Paulus, eodem Abrahamo Patre, ſed impare Matre genitos, Iſaacū dico, atq; Iſmaelem: Quo tamen pacto vis, eos *Matris* appellatione cenſeri, quæ tenerum quid, ac blandum, ac caritate plenum ſignificat? Itaque aduocandas tandem ad Eccleſiam Iudæorum reliquias, certum putamus, Chriſtumque in eis introducendum; vt autem ideo dicatur Eccleſia *Introductura Deum in domum Matris ſuæ*, haud ſatis intelligimus. Veneramur ergo tantorum virorum nomina, ſententiam, quia capere non poſſumus, nec ſequi poſſumus.

Gal. 4. 22.

Matris nomen blandum quid & amicum notat.

II.

Ideo alii, Matrem malūt Ieruſalem Cæleſtem. In quam introducat Eccleſia Chriſtum, Cum poſt pugnas, & labores in Cælum inuehatur. Sed hūc ſenſum nō patitur rerum nexus.

Theodoretus. Cæleſtis Ieroſolyma mater Eccleſiæ. Id reijcitur.

Theodoretus, *Matrem Cæleſtem Ieruſalem* interpretatur, eam enim eo nomine Paulus compellat, Gal. 4. 26. *Cubiculum*, ſeu *Domum*, manſiones illas inſtructas, vt Beatos excipiant: Itaque ſenſus erit: *haud ſe dimiſſuram Deum, dum peregrinetur à Domino, ac cum huius vitæ laboribus, ac periculis conflictetur*: decurſo autem hoc ſtadio, & laudabili exitu terminato, vt miles factis ſtipendijs, comite Sponſo, ingreſſuram eam patriam, æternis gaudijs cum illo fruituram. Id accommodatius ad analogiam eſt, ſequererque, niſi aliud ſe offerret, quod & aptius ad rerum nexum, & ad interpretationis conſequentiam accommodatius eſſet. Vt non obijciam, quod locis alis obſeruaſſe me memini, de Eccleſia triumphante nullam eſſe mentionem toto hoc Cantico, ſed Dramatis actionem omnem ad Militantem pertinere.

III.

Eſt autem verbū, introduco connubiale. Hoc verè loco, de re nuptiali accipiendum Id obſeruare intereſt.

Introduco verbum cōnubiale. Gen 24. 67. Et, 29 23. Et, 31. 50. Deut 21. 12. Iudic 12. 9. Tob. 7. 19. Et, 8. 1.

Sed antequam de ſenſu huius Commatis dico, vocabuli, *Introducā*, vis explicanda eſt: Et quidem alio loco monuimus, illam vocem ad rem connubialē pertinere, & inter nuptiales computari. Gen. 24. 67. *Qui introduxit eam* (Iſaac Rebeccam) *in tabernaculum Matris ſuæ*. Sic Gen. 29. 23. 31. 50. Et, Deut. 21. 12. Iud. 12. 9. Tob. 7. 19. Et, 8. 1. Immo, Concubinæ olim *Subintroductæ* dictæ. Quo fit vt hoc loco omnino arbitrandum ſit, eam vocem de re nuptiali accipiendam eſſe. Ex qua obſeruatione ingens huic loco lux, ad indagandum verum ſenſum.

IV.

Sed cur ſe introducturam dicit. Cum id virorum officium ſit Cuius rei veſtigiū alibi in S. S nullum, Latet ergo aliquid in eo arcani. Quod exquirendum eſt

Introducere virum munus, cur hic fœminæ?

Legion.

Delrius.

Iudic. 19. 3.

Sed cur, cum ſoleant viri in ædes paternas, aut certè in ſuas, *Introducere vxores*, hic contrà ea dicit, *non ſe introducendam a Deo*, ſed *ſe Deum introducturam in domum Matris*? Doctus vir inuerſo ordine id dictum ex more Poetarum affirmat, pro *Donec introducar ab eo*. Alius quidam haud minus doctrina clarus, vult, eam amoris vehementia coactam, impatientem que omnis moræ, Sponſi officium præoccupaſſe. Sed perdidere ſententiam: cum enim tota Scriptura vnus hic ſit Liber, in quo fœmina *virum introducturam* ſe dicat, ſtatim fit, aliquid arcani ſenſus in eo latere, tametſi quale id ipſum ſit, obſcurum maximè ſit. Nam quod obijci poſſet ex Iudic. 19. 3. de viri Leuitæ vxore, quæ, cum, viro relicto, reuerſa eſſet in domum Patris, cum poſt quatuor menſes *ſuſcepiſſe* dicitur ſequutum, *atque introduxiſſe in domum Patris ſui*, aliud quiddam eſt; & ad reconciliationem potius pertinet, quam ad eam *Introductionem*, de qua hic agimus.

V.

Aliqua affulget lux ex Iſaia In quo multæ mulieres vnum virū ambiunt. Cum contra virū ambire eas ſoleāt. Quarum gloria multos habere Procos. Deſiderium ſcilicet nubendi proditur, Ita hoc loco Eccleſia ambiens Deū inducitur. Id eſt vehementèr cupiens illi cōiūgi. Tenuit eū per legē.

Iſai. 7. 1.

Fœminarum gloria, ſi multos habeant Procos.

Eccleſiæ ardens deſiderium ſeſe coniungendi Deo per incarnationis nuptias

Paraphraſis.

Mihi hic locus ex duobus alijs lucem accipere poſſe videtur. Primus eſt Iſai. 4. 1. *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur; tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum.* Quod ad nuptiarum deſiderium referendum eſſe, conſentiens Interpretū ſenſus eſt, ſolent quidem viri fœminas ambire; & multa ſollicitudine conari, vt quas amauere, ſibi concilient. Earum gloria eſt, ſi multos habeant Procos, à quibus ambiantur in vxores; hic contrà futurum Propheta teſtatur; multas virum vnum apprehenſuras, non quod multæ vni ſimul coniūgi velint, quod non nemini in mentem venit: ſed quod quæque illius nuptias ſibi ambiat. Ita loco hoc deſiderium Eccleſiæ ea loquendi forma deſignatur, qua
: Deo coniūgi per iuſti connubij ſacra, ac ſtabili fœdere, cupit. Quæſitum anxiè Deum
: tandem inuenire conceſſum eſt; inueni illum placidum, pronum ad benefaciendum, atq;
: vno verbo amantem. Apprehendi autem auide, quem auide concupiui. *Teneus eum ſemel*, haud vltra patiar, à me diuelli: Sed quæ in Sponſæ honorem, & nomen euocatam
: me ſentio, gaudeoque, grandi Spe plena, & quaſi pignore accepto ſecura, ad nuptias
: plenumque connubium properabo. Ego vltro ambiam illum, ego *Introducam in domum*
: *Matris meæ*. Ergo ſicut apud Ieremiam, mulieres ſeptem vnum virum apprehendunt,

quod

Sed adhuc ad arctius vinculum aſpirat, Id eſt ad nuptias plenas per Incarnationem.

quod facere viri ſolent, ac multæ ambiunt vnum, ſicque deſiderium nubendi produnt: Sic hoc loco Eccleſia, *Introducturam ſe Deum in domum Matris*, dicit, quod quanquam ad Deum pertinere videbatur, qui viri ſcilicet partes agit, præſtituram ſe illa dicit, vt deſiderium indicet ſuum, Deo per plenum, iuſtumque connubium adhærendi.

VII.

Rurſum apud Ieremiam, Synagoga accuſatur, Quòd vaga alienos quæreret amaſios, Cum Deum habere poſſet verum amatorem. A quibus tamen deſpecta, Doceturq; vnius exemplo Quem debeat ambire, Loquitur de Virgine Maria, Quæ conceptura verbum erat. Sed circundare ambire eſt, Quod homines ſolent. Fœmina factura eſt. Ea viri officium ſibi ſumet, Et cum quæret, ambietque.

Ierem. 31. 22. Accuſatio Synagogę quod. Deo relicto, Deos alienos colens vagaretur.

Locus alter, Ier. c Cap. 31. 22. *Vſquequo delitijs diſſolueris, Filia vaga? Quia creauit Dominus nouum ſuper terram; Fœmina circundabit virum.* Origines ſi ſcrupoloſius premas, ſonabunt: *Vſquequo vertes te huc, & illuc, Filia vagatrix.* Nam *Sabar* vagari, circuire, ambire ſignificat. Interpretari poſſis: Quouſque tandem circuibis, ambieſq; amaſios tuos, omnem per partem vagans, vt nullibi pedem figas? Quæris ſcilicet delitias tuas anxia, nec tamen, quod quæris, inuenies: atque à loco in locum progreſſa, cum nullibi, quod cupis, inuenias, non tamen reſipiſcis; vt me vnum ſcilicet quæras, atque in vno omnem tuam felicitatem conſtitutam putes. Nec animaduertis, ab omnibus illis, quos amatores quæſiſti tibi, te fuiſſe deſpectam. (quemadmodum 72. vocem illam reddidere) Reſpice, quid dicturus ſum, & vnde bonum omne tibi ſpectandum ſit. Rem audies non antè auditam, prorſuſque mirabilem. *Quia creauit nouum Dominus ſuper terram*; opus ſcilicet Dei ſolius erit; illius bonitas, & potentia id faciet, quod antè non fecit, ſed nec facturus vltra eſt, (eam enim vim habet loquendi illa forma) Quid autem illud ſit, mox dicit. *Fœmina circundabit virum*. Quod tametſi Hieronymus, & eum ſequuti plerique, de Virginis conceptu interpretantur, quæ Virum Chriſtum complexura Virgineis viſceribus erat; id minimè impedit, quin in alium ſenſum interpretari poſſimus, qui priori non opponatur, ſed illum potius iuuet. Nam *Circundare* hoc loco, ſi origines conſulas. *Circuire* eſt, & *Ambire*, idem omnino, quod Cap. hoc Ver. 2. *Surgam, & circuibo Ciuitatem*: nam Hebraicè idem eſt verbum. *Fœmina circundabit, circumibit, ambiet Virum*. Solent quidem fœminæ, quæri, rogari, ambiri, multiſque officijs ab amatoribus flecti, vt ſe Sponſos velint; hic commutabunt perſonas, & Vir induet mores ingeniumque fœminæ, *Ambiri* ſe ac rogari ſinet; Fœmina pro viro erit, ac Viriles induta mores ingeniumque, Proci munere fungetur, ac frequenti officio demereri Virum, atque vt ſibi conſentiat inducere conabitur. En grande miraculum. Quidquid enim, præter conſuetas Leges: ſolet contingere, id miraculum in eo genere dicimus.

Paraphraſis.

Maria Virgo: Verbum concipiens circundedit.

Cant. 3. 2.

Eadem circundedit, quia precibus ambiuit.

IX.

Ea laus Virginis fuit, Quæ Verbum ambiuit. Et coegit properare Incarnationē, Bis circundatum, Et quia vtero clauſit. Et precibus induxit. Quo exemplo docta Synagoga, Quem amatorem quæreret.

Incarnationis acceleratio Mariæ precibus debita.

Quæ ſi placeat de Virgine Dei Matre interpretari, habes argumentum ingentis laudis, quo merita illius, quantumque humanum genus debeat illi, intelligas, extollaſque: vtpote cuius votis, precibus, ambitui debeatur Diuini Verbi Incarnatio: Saltem illius executio myſterij, atque executionis acceleratio. Properauit ſcilicet Deus facere, quod alias facturus erat, votis, ac precibus Virginis obſequutus. Verbum autem Diuinum ante tempus alias conſtitutum, deſilijt in Mariæ vterum, verè tunc quidem *à Fœmina circundatus*, & quia primum quæſiuit, ambiuit, circuituque multo, multis officijs demereri conata eſt; poſtea autem, quia eundem illum, quem ambiuit Sponſū, vtero clauſit; Puerum quidem ætate, & mole carnis, ſed rationis vſu, & ſenſu VIRVM perfectiſſimum. GABBER, *Fortem, Robuſtum, Gigantē*. Vt duplice miraculo doceretur Synagoga, quē quęrere, quem ambire, quem circuire deberet: & quomodo demereri eum, à quo omnis illius & ſalus, & felicitas prorſus penderet. Hunc ſenſum habet Eccleſia, cum de Virgine Beatiſſima canit:

Maria bis virum Chriſtum circūdedit.

Is Eccleſiæ ſenſus.

Hymno ad Laudes in Officio Virginis.

Beata Mater, munere
Cuius, Supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.

Id introducere ſuit in domum Matris.

Quod ſi ea fuit, quæ verbum quæſiuit, ambiuitque, donec ad ſua viſcera traheret, & vtero clauderet & Filium ſimul & Sponſum: profecto *ea ipſa illum introduxiſſe in domum ſuam, dicenda eſt*.

X.

Sic Eccleſia circundedit Verbū. Et introduxit in domum Matris. Talis toto Cantico deſcribitur. Quærens, circumiens, ambiens, Deus contra rogari ſe, & ambiri ſinit. Id nouum certè eſt. Ideo non ea introducitur à Deo,

Puella in Cantico ambiens virum inducitur.

Hinc intelliges, quam merito Eccleſia Dei ambiens nuptias inducatur circumiens Ciuitatem, & Deum quærens, tandemque id conſequuta, vt Sponſa per legem eſſet, properanſque votis officijſque ad pleni connubij per Incarnationem gaudia, dicat, *Introducturam ſe illum in domum Matris ſuæ, & in cubiculum Genitricis ſuæ*. Quod maximè ſpero tibi probandum, ſi qualem toto Cantico Eccleſiam, ſub ficta Puellæ perſona Salomon inducat, cogites. Ea eſt; quæ primo prodit in ſcenam, & malè potens amoris flammas perferre, quali incēdio æſtuet, manifeſtat: ea, quæ ambit, quæ circuit, quærit, in Lectulo, in noctibus, in Ciuitate: ea, quæ circuit Plateas Vicoſque. Id certe nouum in fœmina eſt, Interea Deus, qui Virum agit, qui ambire futuram Sponſam debuit, latet, abſconditur; ambiri ſe, ac quæri, ac tandem perſuaderi ſinit. Mutatos mores amantium, & ingenia vides; & virum in fœminam, fœminam in virum verſos. Noua certè res, nec audita hactenus. Quod ſi ea eſt, quæ virum ambiens, ſolliciteq; omnibus officijs propitium ſibi reddere, & in Sponſum habere cupiens inducitur, quid mirum eſt, eandem illā,

Vir ambiri ſe, ac quæri ſinit.

Officia viri, & fœminę permutata.

Digitized by Google

Sed potius illum introduxit.
In domum matris ſuæ.

id, quod anxie ambiuerat, conſequutam, inuentumque Sponſum amplexatam, etiam *tenuiſſe* ſe illum dicat, nec *dimiſſuram, donec illum in domum Matris introducat?* Hæc ad corticem omnia ſpectant, nec negari poteſt, aliquid arcani ſub ea perſona latere, quod exquiri oporteat, ab alijs certè aut minimè obſeruatum, aut intactum prætermiſſum, aut neglectum omnino.

XI.

Defecerat quidē in Parentibus primis.
Sed reuocata per gratiam,
Adhuc Deū iratum ſenſit.
Sed mox placatū experta,
Educta ex Ægypto,
Laboribus probata, ardentius dilexit Deum
Donec in Sponsā aſſumeretur per legem.
Sponſalia autem via ad coniugiū ſunt.
Ideo pergit ambire ſponſum,
Quoad tandem introducat in domum matris,
Id eſt per Incarnationem ſibi arctius coniugat.

Et nos quidem ſimilem excitauimus, diſſoluimuſque quæſtionem ad ea verba Cap. 1. *Indica mihi, vbi paſcas*. quo ex loco ſatis huic luminis inferri poterat. Sed applicanda huic doctrina eſt; Nam Eccleſia eadem illa eſt, quæ in primis Parentibus tota defecerat, conciſiſque nuptialibus tabulis, ac Deo legitimo viro relicto, riuali adhæſerat Dæmoni. Eadem per gratiam reuocata, amica quidem, quantum ad ſanctitatis donum effecta, nondum Deum placatum in totum experta, varijs officijs conciliari ſibi conata eſt: donec tandem id conſequuta, geſtijt. Hinc nouæ in illam Dei blanditiæ, noui fauores; donec & Ægyptia erutam ſeruitute, & maris iratis fluctibus liberatam, ſtatuit in deſerto, *loco* ſcilicet *horroris, & vaſtæ ſolitudinis*. Ibi iterum duris exercet, fame ſitique vexari ſinit; &, quaſi abſens ipſe eſſet, aut illius anxietates ad ſe minimè pertinerent, etſi non negat, differt tamen auxilium. Semper ſcilicet ille ambiri vult, ſemper orari, & quæri. Creuit repulſis Eccleſiæ amor, creuit & Fides; Speſq; nouo malo, nec exſpectato pulſata, velut adhibito calcari, ſeſe in curſum effudit. Hæc officia omnia ambientis erant, & properantis ad ſponſalia vincula. Reddidit illi ſe tandem Deus, nec modo famem ſitimque ingenti miraculo depulit, ſed & lege lata ad honorem vocauit Sponſę, ſolemni cum ea pactione inita. Sponſalia autem amoris inter duos finem non continent; quin via, ac præparatio ad plenum connubium ſunt. Quid hoc iam ſtatu ſupereret, niſi vt etiam, eadem ſeruata perſona connubium ambiret, vt, quem ſponſali nexu ſibi coniunxerat, coniugij fœdere virum iuſtum ſociaret ſibi? Pergit ergo eodem officio demereri, ſeque recipit cum tandem *Introducturam in Matris domum*; quia in hoc amoris ordine diuerſo omnia gradu conſiſtunt, quam in humano. Quæ enim ambit, quæ rogat, quæritque anima eſt, ea officium partesque agit Proci (ſi eo vocabulo vti in ſpirituali hoc amore licet) Deus contra eſt, qui ambiri, quæri, rogari amat, donec tandem aſſentiatur animæ votis. Non ergo is eſt, *qui Sponſam in domum Matris introducit*, ſed *qui introducitur ab Sponſa*. Quo ſatis luminis illatum huic loco putamus.

Cant. 1. 6. Eccleſia per quos gradus aſcendit ad Sponſæ honorem.

Deut. 32. 10.

Eccleſiæ amor repulſis creſcit.

Sponſalia via ad plenum connubium.

Eccleſia iā Sponſa adhuc ſuſpirat nuptias.

XII.

Sed quæ hic eſt Mater Eccleſiæ?
Verbi nuptiæ per Incarnationem facta.
Hæc properat totū Canticum.
Et finem habet quietum connubiū mutuorum.
Introducere autē connubiale eſt verbum,
Humana ergo Natura,
Quam aſſumpſit verbum,
Mater Eccleſiæ eſt.
Domus, hominū ipſa complexio.
In qua natura humana habitare videtur.

Reſtat poſtrema Quæſtio, quæ hæc ſit Eccleſiæ *Mater*, quæ *Genitrix*. Quid alij ſenſerint, paulo ſuperius indicatum eſt: quid nos ſentiamus ipſi nunc dicimus. Verbi coniugium cum Eccleſia per Incarnationem factum, plenoque nuptiarum iure tunc ſibi inuicem copulatos, nunquam vlterius diuellendos, certum eſt. Huc Eccleſiæ vota properant, huc Dramatis totus ordo currit, vt non alius Cantici finis ſit, quam Eccleſiæ cum Verbo per aſſumptam carnem nuptiæ, ac mutuę ſocietatis ex lege connubiali nexus publicus, pacificus, & quietus, qualis tandem fuſis hoſtibus, deletis tyrannis, id eſt, Gentilitate ad Eccleſiam traducta, conſtitutus eſt, vt ſuo dicemus loco. Quod ſi *Introducere in domum* ex vſu Sacræ Scripturæ formula eſt ad vxoriam rem pertinens, ac connubiū plenum; connubium autem Verbi cum Eccleſia Incarnatio ipſa, profecto ſenſu eorum verborum, *Nec dimittam donec introducam in domum Matris meæ*, is erit, Haud ſe diuellendam à Verbo, cui deſponſata per legem fuerat, prius quam idem Verbum carnem humanam indueret, ac per eius ſuſceptionem ſibi conglutinaret Eccleſiam in vnam Carnem vinculo nunquam ſoluendo. Qui ſenſus & perſe grandis eſt, & maximè arcanus, atque huius Cantici maieſtate digniſſimus. Ex quo ſtatim intelliges, Eccleſiæ *Matrem* non aliā eſſe, quam *Naturam humanam*, ex qua ſcilicet ipſa prognata: *Domum* autem *Matris* hominum ipſam complexionem, in qua *Humana ipſa Natura*, velut in proprio domicilio, habitare videtur. Nec neceſſe eſt anxiè quærere, an *Domus*, à *Cubiculo* diſtincta, quemadmodum *Mater* à *Genitrice* non alia eſt. Eſt enim loquendi forma in Sacra Scriptura frequens, geminare ſententias, verborum mutato ſono, ſed non ſenſu.

Eccleſia haud ſe diuellendam à Verbo, donec per incarnationem ſibi coniugat, affirmat.

Mater Eccleſiæ Natura humana, in cuius domum introducit Verbum.

XIII.

Sed quid erit, donec introducam?
Quidam ad reprobationem Iudæorum referunt.
Id minimè probādum eſt
Facilis quæſtio, ſi filum ſequare
Sponſalium vinculum ait,
Vſque ad connubium plenum.

Sed quid erit, *Donec introducam*, quo terminus ſignari videtur durationis, quaſi non ſit hactenus dimiſſura, adueniente autem Incarnatione dimiſſura ſit? Quidam eo referre fortaſſe velint, quòd adueniente Chriſto, nec à Iudæis recepto, reprobanda Synagoga eſſet, de Gentibus Eccleſia in eundem locum vocata. Sd dixi ſæpe, laudes hic Eccleſiæ non probra contineri: & Eccleſiam hic introduci, quatenus eam partem complectitur hominum, qui Fide vera Deo adhærent. Adeoque, ſi quidquam arcani latet in voce *Donec*, aliud eſt; nec difficile diuinare, quale illud ſit, ſi filum Interpretationis ſequamur. *Tenuerat illum* per legem, qua tabulę Sponſales continebantur, *nec Dimiſſuram* ſe dicit: id ſcilicet innuens, Vinculum illud Sponſalium duraturum quidem, *Donec* in iuſtam vxorem aſſumpta, in ſtrictiorem nexum mutaretur, nempè in coniugij vinculum. Itaque ad honorem vocata iuſtæ vxoris, non amplius futura Sponſa erat; nam vbi coniugium incipit, Sponſalia deſinunt; quæ via quædam & præparatio ad matrimonium plenum ſunt;

Donec particulæ vis expenditur.

Sponſaliorū vinculum in arctius mutandum.

Digitized by Google

Tunc in arctiori coniunctionem mutandum. Ideo abrogata lex ſcripta, Noua inducta nunquam abroganda. Non quod Eccleſia alia eſſet futura, Sed quia Iudæorum pars maxima abijcienda.

nec propter ſe, ſed propter illud procurantur. Qui ſenſus & vim particulæ *Donec* retinet, & aptè in rem ipſam quadrat. Conſcriptæ quidem fuerant per legem tabulæ, quibus pacta Spenſalia continebantur. Sed leges illæ non connubiales, ſed ſponſales fuere: ſi quidem per illas tanquam per Pædagogum manu ducebatur Eccleſia ad Chriſtum, ideoque adueniente coniugio, per Incarnationis gratiam, nouæ nuptiales tabulæ ſunt ſcriptæ, æternum duraturæ, nec per alios abrogandæ. Sponſales autem deſiere, abrogata lege, vtpotè non vltra deſiderandæ, cum firmiores, ac ſtabiliores, eſſent conſcriptę: extinctaque lege ſcripta, legi gratiæ omnis omnino authoritas eſt tributa. Atque hunc nos ſenſum ſub illis latere verbis arbitramur. Si quis tamen ſenſus latet. Nam tametſi magna illius Populi pars abiecta eſt, quod prior ipſe ſalutem, quæ per Chriſtum adferebatur, abieciſſet, nunquam Eccleſia abiecta eſt, in illis perſeuerans, qui de Circunciſione crediderant; mutato illius ſtatu, de Sponſa in Vxorem; ac abrogatis prioribus pactis, nouis, ſed & æternis, conſtitutis.

Abrogata lege Veteri, noua inducta nunquam abroganda.

V E R S V S V.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM, PER CAPREAS, CERVOSQVE CAMPORVM, NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM DONEC IPSA VELIT.

COMMENTARIVS.

ANNONÆ caritate leuata, iteratoque miraculo ſiti depulſa; inſuper accepta Lege, perq; eam in Sponſā ſuſcepta à Deo Eccleſia, quantum illius gaudiū fuerit, quāta in Deo Sponſo quies, ac ſecuritas in ea quies, hiſce verbis exprimitur: Is *Somnus* Eccleſiæ eſt: Nouus autem Sponſus, qui in vna omnem impenderat amoris vim, in ea tuenda, fouendaque, omnem adhibet curam: iam enim cum illa arctiore ſibi fœdere iuncta familiarius agit. *Angelis* ergo *tutelaribus* edicit, omnia vt impedimenta ſubmoueant, quæ illius turbare quietem poſſint. Eandem autem addit obteſtationem, quam alias addiderat, per eorum ſcilicet hominum ſalutem, quorum illis erat cuſtodia demandata, iuſtas animas intellige, quibus ſemper velut imbellibus Capreis, à prauorum hominum crudelitate & damna, & cædes, in huius vitæ campis, & montibus, quibus ipſi vagantur, inferri ſolent. Illa ergo eam quiete, ac ſecuritate frui ſinant, quo ad ipſa velit; quoad ſcilicet per arcanos motus, Deo authore illi immiſſos, ad noua ſe prouocet exercitia: quo tacitè innuuntur futura prælia, quibus confectis felicitèr in promiſſam hæreditatem inducenda erat.

E N A R R A T I O.

ET *vos*, inquit Deus, *Cæleſtes Spiritus, qui, turmis, ordinibuſque diſtincti, in iuſſa mea vigilatis, quanta anxietate, & labore mea Eccleſia eam ſibi quietem, ac ſecuritatem, qua nunc potitur, emerit, minimè ignoratis. Exercui illius Fidem, ac Spem probaui inopia rerum extrema: &, quod alios fortaſſe in deſperationem induxiſſet, eam, vt auidius ſperaret, impulit. Subleuaui tandem annonæ defectum, duplicequе miraculo, de Cœlis panes, de ſaxis aquas ſubmiſi. Addidi & legem, qua ſolemni ritu, eam mihi, futuram olim Vxorem iuſtam, deſpondi. Hoc præmium cupientis, ſperantis, quærentis, amantis fuit. Laborem otio, anxietatem ſecuritate mutaui; ſollicitudinem gaudio. Nec eam patiar eius turbari quietem, quam ipſe feci. Quieſcat porro, placidoque ſomno laſſitudinem præteriti laboris minuat. Veſtrum erit,*

Digitized by Google

quod alias ſolitum eſt, mea hæc vota iuuare: nec pati eam illi pacem, otiumque diminui. Iubeo, ſeu moueri potius, ſat eſt, vos, vt impedimenta ſubmoueatis omnia, cauſaſque, quibus ea turbari poſſit quies, ſic omnia ex voto vobis ſuccedant, eaſque piorum animas, veſtræ cuſtodiæ commiſſas, nullæ poteſtatis aduerſariæ inſidiæ decipiant; nullæ inimicitiæ noceant, nulla iacula feriant: donec fine beato conſummatæ, vobis baiulis, inferantur in Cœlum.

NOTATIO XII.

SVM. COM.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM.

I.

Secundus Eccleſiæ ſomnus. Et ſecundus Eccleſiæ ſtatus. Eſt autem hic ſomnus, Quies & ſecuritas Eccleſiæ. Sed ex alia cauſa. Nam in Ægypto cibaria deeſſe non poterant. Nec prohibebantur colere agros. In deſerto nullū ſubſidium. Vnde maior diffidentiæ occaſio. Fame autem ſubleuata, Maior gaudij cauſa. Maior Spei in futurum. Hinc quies, & ſomnus.

HIC iam *Secundus* Eccleſiæ *Somnus* eſt, quo vel vno argumento, hæc ad ſecundum illius ſtatum pertinere monſtrantur, quo ab Amante, & cupiente, atque ambiente, in Sponſam euecta eſt. Nam quod ter omnino ſua per interualla dormiens inducatur, non abſque cauſa factum eſt. Sed Cap. 2. 7. *Somnum* hunc quietem, ac ſecuritatem ſub Dei protegentis vmbra, interpretati ſumus, nulla cura, aut ſollicitudine turbatam, aut imminutam: cum ſcilicet Deus in Ægypto eius Eccleſiæ ageret curam; &, tametſi ab Ægyptijs vexatam, & rerum abundantia omnium, & multa ſobole bearet. Nec alio hic ſenſu ſomnum illius accipiendum putamus, quanquam occaſione alia, longè quidam efficaciore, ad inducendum ſomnum. Nam in Ægypto certè, tametſi ab inimica Gente, & moleſtijs preſſa, & laboribus fatigata, tamen illud commodi erat, quòd ad victum, veſtitumque neceſſaria, ſubtrahi illi non poterant, vtpotè victuræ ad ſeruiendum Ægyptijs, nec victuræ, niſi & cibo reficeretur, & potu; vtcumque ſuſtentaretur. Itaque nec tam in arcto tunc Spes illius videtur conſtituta, nec tot præſidijs fulcienda, cum à ſtudio, ac labore ſuo, aliquid auxilij eſſet, ad tolerandos, vel minuendos eos labores. Non prohibebantur agellos colere, non arbores pangere, non plantare vineas, non paſcere greges, tametſi & id ipſum magno labore impendijſque, propter ingentia tributa, illis conſtaret. In deſertum autem eductis, locis aridis, ac ſterilibus, non frumento, non vino, non frugibus aptis ferendis, ſubſidia humana omnia deeſſe neceſſe erat. Hinc infirmioribus metus maior, & mors proxima; fortioribus autem in fide occaſio maior exercendæ Fidei, & Spei roborandæ, ac in vnum Deum conſtituendæ. Cum ergo ſe videret Eccleſia poſt famem abundare, ſitimque tanto miraculo leuatam, quis dubitet, & gaudia fuiſſe maiora, & Spem ſtabilius confirmatam, reputante Eccleſia, nihil ſibi defuturum, dum Deum haberet, qui, deficientibus è terra cibarijs, panem aduocaſſet de Cœlo, & negantibus aquam fluuijs, fontibuſque, percuſſa ſilice latices dulciſſimos aduxiſſet? Quid iam ſupererat, niſi, vt, ſicut prouerbio tritum eſt, ſomno ſe dederet, omni rerum cura in eum iactata, qui horridis deſerti locis abundantiſſimarum Regionum induoere vbertatē poſſet?

Somnus Eccleſiæ ſecundus, & nouus ſtatus.

Pax, quies, & ſecuritas Eccleſiæ, poſt acceptam Legem.

Eccleſiæ ſtatus in Ægypto non prorſus in arcto.

In deſerto nullum auxilium niſi à Deo.

Eccleſiæ quies, & ſomnus, leuatam fame, & ſiti.

II.

A quo prohibetur excitari, Ita ſolet Deus ſuos probare, Ad augendam Spem, Mox delinire, in præmium Spei.

Ab hac ergo quiete, ac ſecuritate, omni ſollicitudine poſita in Deo, minimè excitari iubetur. Amat enim Deus in ſuis hanc de ſua protectione confidentiam: Sæpeque omni humano præſidio eos priuari permittit, quo auctiore fœnore creſcat Spes, Fides firmetur, confidentia viribus augeatur. Itaque & rerum ipſa carentia eos exercet, moxque velut aptos ad gratiam excipiendam, vbertate beat: in altero Fidem illorum exigens, in altero Fidei, quam muenerat, præmium parans. Atque ea quietis illius, ac ſecuritatis eſt cauſa: prouidentiſſima ſcilicet Dei protectio.

Deus ſuorū cōfidentiam amat, & exigit.

III.

Alia ſomni cauſa maior Cum amato Deo coniunctio, Dum vt contingat inquietus animus eſt, Qui redditur ſibi.

Altera maior eſt, multoque ad ſomnum inducendum valentior, votorum cumulus, ac deſideriorum finis. Amanti certè efflictim, quærenti, pulſanti, ambientiq; Amato coniungi, neque vllum maius gaudium eſſe poteſt, nec placidior requies, quam Amato coniungi, ac certo pignore ad maiorem, immo extremam, cum eo coniunctionem vocari. Fluctuat, dum cupit, animus; & quiſquis amore pulſatur, eius boni, quod negatur ahuc, dum poſſeſſione arcetur, inquieto rapitur turbine, vt nunquam, ac nuſquam conſiſtat. Hinc animi inquies, ſæpe & corporis fatigatio. Vim laborantis animi in corpus effundente ſæpe affectu. Redditur ergo ſibi, cum eo potiri datur, quod ante cupierat; ac labori quies, laſſitudini otium ſuccedit: Vique gaudij ſeſe animo inferente, & corpus ipſū in felicitatis partem admittitur.

Votorum finis vaga quies occaſio.

Animus cupiditatibus agitatus ſemper in fluxu.

IV.

Hinc Eccleſiæ ſomnus poſt tanta deſideria, Ad nomen Sponſæ euecta,

Cogita nunc, quam verè, & ex decoro, ea Eccleſia & otio, & quieti vacans inducatur, quæ tanta ſua deſideria, per tot annorum dilata curricula, quibuſque ſe diſtractam inter anxias curas, ſollicitaſque ſenſerat, in eum, quem optarat, finem tandem deductam videbat; in eius non amicitiam modo, ſed in Spem proximam contubernij maritalis admiſſo, atque Sponſæ nomine, & honore aucta. Et quanquam nondum admiſſa in thalamum,

Eccleſiæ iam Sponſæ quies poſt tot deſideria.

non-

Digitized by Google

Et quanquam nondum uxor, Tamen certa de futura ſorte Et connubio cum Verbo, Ideo Angeli illius felicitatem prædicant.

nondum matura ad gignendam myſticam prolem, tamen Sponſalium tabularum pignore, & quaſi tradita arrha, nouo firmato fœdere, certa futurum, vt in iuſtam vxorem ad conuiuendum cum Verbo admitteretur, nullo iam metu pulſanda, ne vlla vi nexus ille maritalis abrumpi poſſet, vlloue aduerſo caſu diſſolui. Iure ergo iubentur Cœleſtis aulæ Myniſtri eius felicitati ſeruire; omnique ſtudio curare, ne tata illi felicitas vllo aduerſo caſu libetur, aut tam beata quies turbetur. Non ergo tam iubentur, ne illud Eccleſię otium illi turbent, quam vt ne turbari permittant, *Donec voluerit ipſa*. Quod ipſum qua ratione accipiendum ſit, proxima, quæ hanc ſequitur, Natione dicetur.

NOTATIO XIII.

DONEC IPSA VELIT.

I.
Quidam hunc ſomnum, ad manſiones referunt, Dum iter eſſet per deſertum. Poſitis, ac leuatis caſtris ad Dei nutum. Id autem ſignum nubis motus, Aut quies erat. Id volunt eſſe donec voluerit, Quia ad ſolum Dei nutum mouebantur caſtra. In quo aiunt decorum perſonæ ſeruatum.

DOCTVS Author. Qui hanc interpretandi rationem ante nos tentauit, quantum attinet ad totius Cantici arcanam ſententiam, ſic hæc interpretanda arbitratur. (Siue Sponſæ eſſe verba velis, ſiue Sponſi, nam in Originibus, & in 72. verſione ambiguum eſt, cuius ſint.) Vt, quod de illius ſomno dicitur, de manſionibus intelligatur; cum, poſitis ex Dei nutu caſtris, non antè ex eo loco moueretur, quam indicio à Deo facto, & dato ſigno profectionis, mouerentur caſtra. Id autem ſignum non aliud, aut manendi, aut proficiſcendi erat, quam columnæ nubis; quæ tabernaculo inſederat, quies, aut motus. S. D. E. *Ad imperium Domini proficiſcebantur; & ad imperium Domini figebant tabernaculum. Cunctis diebus, quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculum, manebāt in eodē loco: Et, ſi eueniſſet, vt multo tempore maneret ſuper illud, erant Filij Iſrael in excubijs Domini, & non proficiſcebantur, quot diebus nubes fuiſſet ſuper tabernaculum*. Num. 9. 18. 19. Itaque Populum nemo cogebat iter facere, ſed ſe excitabat ipſe, vnius Dei nutui obſequens. Quia ergo nemo audebat, aut Arcam Dei loco mouere, aut iter ingredi, quoaduſq; Deus ipſe ſignum profectionis daret, mota nube, idcirco, vt eam Arcæ teſtamenti, & Dei in ea requieſcentis, atque cubantis, à nemine interpellatam, quietem exprimeret, inductæ perſonę decoro ſeruato, conuenientiſſimè Salomon eam adiurationem affinxit, *Adiuro vos Filiæ Ieruſalem ne ſuſcitetis Dilectam*.

Manſiones Populi in deſerto ad nutum Dei.

Num.9 18.19.

II.
Id minimè probandum, Cum ea quies toties turbaretur, Nec illi Authores ſibi conſentiunt. Cum eadem verba loco alio aliter interpretati ſint, Et ſomnus ille longus futurus indicatur.

Sed ſi verborum ordinem expendimus, facile intelligemus, non de ea quiete loquutū Salomonem: ea enim tametſi vtcunque ſomnus dici poteſt, cum toties interrumperetur, ipſo proficiſcendi conſilio, non videtur his verbis ſignificari, quibus vnus quietus ſomni tractus indicatur, non plures, Certè ille idem Author ſimilia verba Cap. 2. 7. in longe diuerſum ſenſum eſt interpretatus de cura, qua Deus Eccleſiæ illi in Ægypto aderat, ne malorum pondere premeretur, ſeuerè edicens Ægyptijs, ne ei eſſent moleſti, quod & nobis ex parte placuit. Cur ergo loco hoc eandem formam loquendi ſenſu tam diuerſo, nec omnino arcano interpretatur, ac de quiete, quàm toties interrumpere iubebatur? Deinde, quia cum Deus edicit, vt illius ſomnum nemo audeat laceſſere, certè id iudicat ſomnum haud breuem futurum. Sed Sponſæ ad nutum duraturum: quod verè dici non poterat, ſi palam dato ab eo per motum nubis ſigno, vellet, nollet, proficiſcendum illi erat.

Ea ſententia refellitur.

Somnus in Eccleſia longus futurus indicatur.

III.
Sit ergo ſomnus Eccleſiæ ſecuritas, Accepto pignore Legis, Quoad nouis laboribus excitaretur volens. Quieſcat nunc quidem, Ac reſumat vires, Quibus volens poſtea nouas pugnas aggrediatur.

Longe probabilius interpretabimur, quod fecimus, de ea quiete votorum, ac ſecuritate, qua Deo iam Sponſo fruebatur, poſt latam Legem; certa tanto pignore accepto, futurum aliquando, vt pleno connubio per aſſumptam carnem ei coniungeretur. Quid ergo erit, *Donec ipſa velit?* Vide, quæ eo loco Cap. 2. diximus, hæc enim hæc alium ſenſum habent. Manebant eam Eccleſiam noui labores, non longi modo itineris, ſed difficilium bellorum; cum Decretum Deo eſſet, non, niſi deletis multis hoſtibus, eam in promiſſam terram inducere. Quieſcat nunc quidem, & in ſua ſibi quiete complaceat. Placidam quidem ſecuritatem, qua nunc fruitur, noui, magnique labores excipient. Excitabitur ipſa, & ab otio ad laborem, bellorumque inquietudinem, atque tympanorum, lituorumque ſonum, ſtrepitumque mutabitur, & quidem volens; quia alacri animo, hac tanta quiete recreata, quaſi reſumptis viribus, prælia ingentia aggredietur, tandemque conficiet: donec omni bellorum quieſcente ſtrepitu, longa pace fruatur, paciſque fructibus ſuſtentetur.

Nouis bellorū laboribus excitanda erat Eccleſia, volens, & alacris.

Paraphraſis.

VER-

Digitized by Google

VERSVS VI.

QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT PER DESERTVM, SICVT VIRGVLA FVMI, EX AROMATIBVS MYRRHÆ, ET THVRIS, ET VNIVERSI PVLVERIS PIGMENTARII?

COMMENTARIVS.

NOVIS Sponſis Verbo, & Eccleſiæ canitur Epithalamium ab Angelorum Choro: Sic autem canitur, vt quieſcenti Sponſę ſomnum concilient, id eſt, eã in ea quiete, ac ſecuritate ex coniunctione cũ Deo confirment, eique de tanta felicitate gratulentur. Deſcribuntur ergo & Dei Verbi, & Eccleſię dotes, & concinũtur laudes per deſertũ pererrantiũ, totis annis quadraginta. Sed primum de Eccleſia dicunt. Mirantur ergo illius ſpeciem, & quaſi, quæ illa ſint eius ornamenta, neſciant, interrogant *Quæ illa ſit*. Sed dum interrogant, etiam prædicant. *Aſcendere* autem dicitur *Per Deſertum*, ab Ægypto enim venientibus in Palæſtinam, montium adeundi vertices erant, & quidem altiſſimi: & Chaanitidis ipſum ſolum mõtanum, & campeſtre erat: Verè ergo *aſcendebat* Eccleſia. Sed magis arcano ſignificatu *Aſcendere* dicitur, quia Lege lata, conſtitutis cæremonijs, data Sacrificiorum, Rituumque forma, diſtinctis Sacerdotum, Miniſtrorumque munijs, nouo addito ornatu Sacrarum Veſtium, noua illius facies viſa eſt, & maximè eius emicuit ſpecies: Comparatur autem *Virgulæ fumi, ex aromatibus Myrrhæ & Thuris*, Seſe aera tollentis, & propter odorem ſuauitatis, quem halabant Sacrificia; & propter bonæ famæ odorem, qui proximas Gentes per circuitum excitabat. Sed Angelorum canentium voces præſtat audire.

ENARRATIO

ET quam eſſe hanc dicemus Eccleſiam, quam ex Ægypto loco humili, & ſuperſtitionibus multis infami ſolo, Videmus Aſcendere per deſertas, quidem terras, ac multa vaſtitate horridas, ſed in quibus Dei prouidentia, & in eam fauor, multiplicatis miraculis, maiorẽ Ægyptia vbertatẽ induxit? Quæ eſt iſta, quæ ſeipſa ſemper maior effecta, & pietate in Deum inſignis; & pulcherrimis cæremonijs, tanquam nouo cultu ornata ſpecie, noſtris ſe oculis ſiſtit? Nec enim ſolum vera animi ſanctitate pulchram ſe exhibet, ſed & ſacrificijs, ritibuſque; quaſi nouo addito cultus ſplendore, conſpicuam. Videri Caſtrorum diſpoſitionem, ordinemque; Siue dum Caſtra ponit, ſiue dum mouet? Sacratorum Virorum Dei cultui ſeruientium multitudinem, diuerſitatem, graduſque? Sacrificiorum, Rituumque grauitatem, ac apparatum? Horum cum per ſe ſingula pulcherrimam ſpeciem ingerant, iuncta quid faciant? Nunc demum vere Reginam Verbo Regi deſponſatam licet ſpectare, in veſte aurea varietate multa deſtinctam. Quid de ea ſuauitate dicemus, quam ſiue Thure incenſo, ac cremato Thymiamate, Deo vt cultum impendat, aere toto, immo & Cœlo ſpargit? Siue in omnes circa Gentes, boni fama nominis excitatas, exhalat? Quid aliud totam eſſe dicamus, quam odoratam Fumi Virgulam ex Aromatibus Myrræ, ac Thuris, & vniuerſi pulueris Pigmentarij, igne torrente excitatam, quæ cum recta Cœlum petat, vt nubes penetret, proximos mira recreat ſuauitate odoris?

NOTA-

NOTATIO XIV.

SVM.COM. *QVÆ EST ISTA QVÆ ASCENDIT DE DESERTO.*

I.
Ductus interpretationis noſtræ Hiſce verbis oſtenditur,
Quibus Salomon Hiſtoricus videtur
Deſcribitur hic Eccleſiæ ſtatus in deſerto
Et pulchritudo poſt acceptam Legem.
Sed non ex vnico capite.

NVLLO fortius argumento oſtendi poterat,quam probabilitèr à nobis arcani ſenſus filum ducatur, quam ijs, quæ Commate hoc, & ſequentibus, vſque ad Capitis huius finem, tam perſpicuis verbis ſunt ſcripta, vt Hiſtoricum agere Salomon, non Poetam, Symbolorum nebulis contegentem omnia, videatur. Reductis hic quodammodo aulæis; rem ipſam ita ob oculos locat, vt quaſi intento digito mõſtret ſemitam, qua ducat Interpretem, ne in Cantici totius interpretatione in auia, ac remota ducatur: Sed verũ ſenſum, ſi tamen attendat, rimetur, nec difficulter. Ergo Commate hoc, reliquiſque ad Capitis huius finem, illius Eccleſiæ in deſerto ſtatum, pulchritudinemque deſcribit. Sed quia ea pulchritudo non vna ex parte, ſimpliceque re conſtabat, ſed plurimis, longèque diuerſis, eam per partes tradit,pulcherrimo rerum ſeruato ordine,multo & iam cum verborum delectu. Hoc autem Verſu eius Eccleſiæ ſpeciem deſcribit, tum ab interiore ſanctitate, tum ab exteriore ritu; qui cæremonijs ſacrificijſque conſtabat, à Deo per Moſen nunc primum inſtitutis.

Salomon hoc loco, quaſi reductis aulæis perſonas nudas producit.

Eccleſiæ poſt acceptam Legẽ ſtatus,& ſpecies.

II.
Et vero pollicitus olim Deus rituũ cultum,
Id enim nomine Murenularũ intelleximus.
Quas ſimplici illius cultui additurus erat,
Tectis ergo verbis legem ſe daturum pollicitus eſt,
Quo ſe promiſſo iam exſoluerat.
Cœpit ergo nouo ceremoniarum cultu ſplendere ſanctitas,
Atque id vt quod Angeli hoc loco prædicant.

Et quidem meminiſſe oportet, quæ ſuperius Cap. 1. 2. obſeruata à nobis ſunt, quæ maximè in rem præſentem faciunt. Pollicitus Sponſus fuerat, ſe natiuæ,ac ſimplici Spõſæ pulchritudini extrarium cultum, ornatumque Murenularum ex ſolido auro additurũ, quo illius ſpecies digno patagio ſplenderet. *Murenulas*, inquit, *aureas faciemus tibi, vermiculatas argento*. Quæ in eum ſenſum interpretati ſumus, vt ſimplice Eccleſiæ ſub eo naturalis legis ſtatu ſanctitatis ſpecie, rudibus adhuc cæremonijs, nulliſque ſolemnibus,certiſque vitibus culta, delectatus, additurum ſe exteriorem ſacrificiorum, ac cæremoniarũ cultum, ac inſtrumenti ſacri apparatum polliceretur: quibus ea Pietas, hactenus ſe natiua, vt ita dixerim, ſimplicitate ſola commendans, ſpecioſius eniteret. Indicaſſe ergo Deum, olim à ſe tradendam Eccleſiæ legem, multa cæremoniarum, rituumque varietate viſendam, quibus interior illius ſanctitas & eſſet, quod exterius monſtraretur; & monſtraretur, quod eſſet. Id perfecerat Lege tradita per Moſen, inſuperque ordine rituum, Miniſtrorum, Vaſorumque, ac indumentorum Sacrorum apparatu conſtituto: quo mirum in modum Eccleſiæ ſanctitas cœpit ſplendere. Vt ſi Virgini natiua ſpecie inſigni,& veſtium, & monilium, cæterique mundi muliebris cultum addideris. Eam ergo pulchritudinem Angeli nũc alternis concinunt Choris: ac nobili Epithalamio & ſomnum quieſcenti conciliant, & eiuſdem cum Sponſi laudibus laudes coniungunt. Atque hæc in genere de hoc & proximis verſibus, dicta ſint.

Cant. 1. 11.

Eccleſiæ ſub natura ſimplex cultus.

Eccleſiæ olim pollicitus Deus Legem, & cum ea ritus. Data Lege vtrumque præſtitit.

Hanc illis ſpeciem, & ornamentum Angeli prædicant.

III.
Nam Angelorum ſunt hæc verba,
Sed hæc quidam ad Chriſtianam Eccleſiam referunt.
De deſerto Gentilitatis aſcendentem.
Quam admirentur vel Iudæi.
Vel primi ex illis conuerſi,
Vel Gentiles ipſi ſed id poſtremum dici non poteſt.
Cum dici non poſſint Filiæ Ieruſalem.
Et alioquin voces amicorum ſunt.
Quales nec Gentiles nec Iudæi ſunt.
Infenſiſſimi in Eccleſiam ſemper,
Minus inepte qui de primis Fidelibus interpretantur,

Cui hæc ſint tribuenda verba prima quæſtio eſt, Sponſo Rupertus tribuit, Nyſſenus ſodalibus illius, Caſſiodorus Filiabus Ieruſalem,id eſt,ſodalibus Sponſæ. Eam nos quæſtionem quantum attinet ad Dramaticum ſenſum ſuo loco expediuimus. Quantum attinet ad arcanam intelligentiam adhuc maior veritas eſt. Quidam hæc explicant de pulchritudine Chriſtianæ Eccleſiæ illiuſque profectibus, cuius admirentur gloriam, de deſerto Gentilitatis aſcendentis; vel certè per idem deſertum progredientis; eam terram incultam, inuiamque, in vberem, frugiferamque conuertentes, Vomere ſcilicet prædicationis proſciſſam, ac Diuini Verbi ſemine ſeminatam. Admiratos autem eam vel Iudæos ipſos, vel ex ea Gente primos conuerſos, vel demum Gentiles. Sed poſtremum hoc extra analogiæ leges eſt; cum Gentiles extranei ſcilicet à Ciuitate Ieroſolyma myſtica, nullo vero ſenſu dici Filiæ Ieruſalem poſſint. Miramurque doctum, ac vigilem virum, id non animaduertiſſe. Primum illud de Iudæis, adhuc ſuis hærentibus impietatis ſordibus, minus probabile eſt; cum illi, tametſi vtcumque dici Ieruſalem materialis Filiæ poſſint, myſticæ non poſſint, quæ ſolum Fidelibus conſtat. Quo ſenſu loco hoc vocabulum illud accipiendum eſſe, certius eſt, quam vt argumentis efficiendum ſit. Adde in harum Filiarum ore laudes tam prono alueo ferri, vt ſe premere, ac trudere quodammodo videantur, ac de priore loco contendere; quod clarum indicium eſt, id officium non niſi ab amiciſſimis, fauentibuſque impenſe proficiſci: quod certè in Iudæos peruicaces minimè quadrat, odio in Eccleſiam furentes, & eius gloriæ inuidentia tabidos. Mordere illi quidem, ſi poſſint, velint,& toto de orbe Eccleſiam pellere; non laudibus proſequi, non encomijs tollere, quod non inuidentium, ſed gratulantium officium eſt. Ergo id certum ſit,quidquid Filias Ieruſalem interpretere,nomen eſſe amicum & fauens,quod non vno loco à nobis monitum eſt. Quod ſi non eſſet quod aptius videretur, mallem cum Caſſiodoro, & quibuſdam alijs, Viros primitiuæ Eccleſiæ Sanctos intelligere; Sed

præſtat

Ru-e-tus.
Nyſſenus.
Caſſiodorus.
Angelorum, sũt hæc verbã.

Non Gentium, quæ ad myſticã Ieroſolymã non pertinent. Nec Iudæorum.

Et Iudæi,& Gẽtiles infenſiſſimi Eccleſiæ.

Caſſiodorus.

Digitized by Google

Sed præſtat Angelos dicere. Quibus cuſtodia Eccleſiæ cõmiſſa, Nulli enim propenſiores in eius bonum.

præſtat *Dei Angelos* accipere, quod Nyſſeno placuit, quibus non ſine magna cauſa, velut amicis, & cuſtodia Eccleſię dum dormit, quieſcitque demandatur; ne eam patiantur, ab aliquorum importunitate turbari; & ſtudium illus pulchritudinem, & animi, & corporis dotes commendandi: cum nulli ſint futuri, qui & libentius, & vtilius vtrumq; munus exequi velint, aut poſſint. S. D. E. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne vnquam ad lapidem offendas pedum tuum.* Pſal. 90. 11. 12.

Nyſſenus. Angeli ſemper in Eccleſiæ bonum vigilantes. *Pſal. 90. 11. 12.*

IV.

Et quanquam de Eccleſia ſub Apoſtolis quidam accipiunt. Nemo melius rẽ expreſſit, Luca Abb. Ideo illius verba viſum ſubdere. Quibus admirationis Iudæorum cauſas enumerat, Cum viderent Eccleſiæ ſplendorem ſanctitatis. Et pulchritudinẽ ex multitudine populorum In vnam fide iunctorum.

Eam autem ſententiam de prima Eccleſia in Gentibus conuerſa, tametſi multi amplectuntur, Gregorius, Aponius, Alcuinus, Philo, Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, nemo tamen melius Luca Abbate eam explicuit, tametſi Author hic Aponio ita hærere videtur, vt non ſine cauſa, cum Aponij exemplar hic deficeret, in noſtro quidem Codice, ex Luca ſupplendum cenſuerint, qui Aponium edendum curarunt. *Hoc miraculum eſt plebi Hebrææ, videre Gentium Eccleſiam aſcendentem per deſertum, ad altitudinem notitia Chriſti, Verè enim deſertus eſt locus, vbi Chriſti nomen non fuerit nominatum, Nam quemadmodum mortificandæ Gentes miratæ ſunt Eccleſiam Iſrael aſcendentem de Ægypto per deſertum: ita miratur Plebs Hebræa aſcendentem Eccleſiam per arduam conuerſationis viam, de Ægypto erroris. Et ſicut multa ſuau ſſimi odoris, in vnum puluerẽ redacta, ad delitias Regum à Pigmentarijs aromata præparantur, & dum ſunt multa in vnum corpus collecta, vna magni odoris virgula vaporata ignibus redditur; ita vnanimitate multorum populorum, confeſſio recta fidei, & rationum, vnum ſuauitatis odorem in conſpectu Dei reddere demonſtrantur.* Hactenus Lucas. Cæterorum, qui hæc de anima pia interpretantur, ſententias alio loco examinabimus, cum ſcilicet Commentarium tropologicum, Deo largiente tenemus.

Gregorius. Aponius. Alcuinus. Philo. Caſſiodorus. Beda. Anſelmus. Lucas Abbas.

Admirantur Iudæi Eccleſiæ primitiuæ pulchritudinem.

V.

Sed hæc ad Eccleſiam poſt acceptã Legem nec deſertum. Quod verba perſpicuè ſignificant. Sic Hebræi interpretantur. Et de recentioribus viri docti, Alij alluſionem nec aſſerere non audẽt. Sed ſolomon licet ſymbolis ei obumbrat. Haud raro nudas exhibet, vt viam digito monſtret, Sic aquæ per ſecretos ductus canales, Sepe caſtellis excitatis reſpirant, Docentque quæ ſecreto decurrant.

Vera ſententia. Hic Eccleſiam deſignari poſt latam Legem, iter in promiſſam terrã molientem. Et quidem tam perſpicua verba ſunt, vt tametſi alio ſenſu interpretere, effugere non poſſis, quin reſpectum hic ad Eccleſiam illam, eiuſque peregrinationem per deſerta loca, donec in Palæſtinam terram veniret, affirmes. Sic intellexit Lucas Abbas; alij autem videntur ſupponere, quandoquidem ſic interpretantur, vt eo videantur reſpicere. Præter Hebræos autem R. Abraam, & Iarthium, de recentioribus duo, & graues & docti Gilber. Genebrardus, & Mart. del Rio, eam alluſionem agnouere: Legionenſis autem nullum alium litteralem ſenſum admittit. Hęreamus ergo interpretationi noſtrę, atque hæc de illa Eccleſia pergamus exponere. Meminiſſe autem Lectorem volumus, quod alio loco eſt à nobis obſeruatum, Cantici Authorem ita ſeriem illius texuiſſe, vt quamuis fere ſemper, inductis rerum, hominumque fictis perſonis, arcanam intelligentiam obuoluerit, nonnunquam tamen, quaſi perſona detracta, reductiſque aulæis, res ipſas ſine vllis aduentitijs velut indumentis, nudas ſtatuat; ſuiſque proprijs coloribus viſendas, in theatrum educat. Id autem prudentiſſimè factum eſt, vt, velut intento in rem digito, qua ratione cætera, quæ obſcurius, & per ſymbola dicta ſunt, accipi oporteret, indicaret. Sic ſcilicet ſolent, qui aquas fontanas, ſuo ex capite, per ſecretos ductus, ruboſque in Vrbes grandes deriuant; tametſi ſæpe & montium viſcera, & camporum profunda perterebrent, viam aquæ facturi, haud tamen infrequentèr, vel per patentes, obuioſq; oculis canales aquas corriuant; vel excitatis caſtellis, in quibus ſuas per fiſtulas aqua Cœlum reſpiciat, nec ſpiritus latẽs ſtranguletur, indicia faciunt, quæ per loca latens in profundo latex decurrat: vt non indiligens ſpectator, facile coniecturã faciat, tametſi non videat.

Lucas Abbas. R. Abraham. R. Salomon. Genebrardus. Mart. del Rio. Legionenſis.

Salomon hic pene intectas perſonas producit.

VI.

Id facit hoc loc Salomon. Et quidem verbis planiſſimis.

Hactenus quidem Salomon, tametſi ſenſum principem & nominum, & rerum, & perſonarum multis vmbris abſcondit, (quanquam haud raro indicia fecit, quæ per loca myſterij aquæ decurrerent) hic certè verbis tam planis rem ipſam expreſſit, vt videatur in theatrum producere intectas, nudaſque omnino perſonas: veſtiumque peregrinis lacinijs abiectis, eam & ſpectandam, & agnoſcendam dare velle.

VII.

Continent ergo hæc laudes Eccleſiæ per deſertum ambulantis, Cuius Tunc ſpecies ingens fuit, Lege, & cæremonijs tantis ornata, Hic autem progreſſus eius deſcribitur; Comparatione ad terram, & gentẽ Ægypti, Quæ terra humilis, Gens autem mire ſuperſtitioſa Et in Deorũ cultu ridicula,

Eius ergo Eccleſiæ Laudes hæc continent, quæ acc pta lege Deoque per eam nexu Sponſali coniuncta, ideoque nouo donata, atque induta cæremoniarum, rituumque cultu, læta, atque alacris iter in promiſſa regna per deſertum maturabat. Et vero iure, meritoque eius ſpecies celebri Angelorum preconio tollitur, quæ ingens tunc quidem fuit, cum & ritus additi multi ſint, & cæremoniæ eius ſanctitatis indices, quæ in imo hactenus abſcondita, ſolis ſæpe votis, ac vocibus ſe prodebat. Hiſce autem verbis progrediendi modus, qui & ipſe mirabilis erat, deſcribitur, ſeu terras, quibus exceſſerat, conſideres; ſeu quibus iter moliebatur; ſiue in quas tandem properabat. Exceſſerat ex Ægypto ſolo humili, Nili ſcilicet aquis ſtagnantibus irriguo, eaque Gente inhabitato, quæ mirè ſuperſtitioſa, puerilibus, ridiculiſque ſacris ridiculos Deos placare ſolita erat. Quod ſi ſacra Iudaica, vt tunc quidem, poſt acceptam Legem, conſtituta, Deo Authore, à Moſe fuerant, cum Ægyptijs commiſeris. Videbis ſtatim, hic veram pietatem, illic fucatam contineri: nec fieri poſſe quin apud Hebræos verus Deus, apud Ægyptios vani, ridiculique colerentur. Ea erat Iudaicorum cæremoniarum ſanctitas, grauitas, decus: ea Ægyptiorum rituum inanitas, fucus, ac puerilis prorſus obſeruatio.

Eccleſiæ pulchra facies, ex Lege Sacrificijs, cæremonijs.

Ægyptus terra humilis, ridiculis cæremonijs dedita.

Pro-

Digitized by Google

VIII.
Tum via per deſertas terras,
Herbis, & aquis egenas,
Nulloque fructu arborum vberi,
Et tamen numquam magis Populus abundauit,
Hæc admirationis ingens occaſio,
Cum maximè infinita propemodũ multitudo eſſet,

Progreſſum autem per deſertas terras, eſſe neceſſe erat, ſterilitate ſola nobiles, ſiue enim montium ardua ſpectares, nihil niſi horridum cautibuſque imperuium, nullis arboribus comam porrigentibus vmbroſum, nullis herbis lætum, nullis aquarum fluentis ridens; ſi planiora magis placerent, omnia ſabulo arida, non gramine veſtita, non impedita virgultis, non fluminibus irrigua, vt meritò *horroris locus, & vaſtæ ſolitudinis, & terra deſerta*, dicta ſit. Deut. 32. 10. Et tamen nunquam abundantia commeatus, viliorique pretio comparatus illi populo fuit; Deo omnia velut œconomo prouidente, elementiſque ad cuiuſque nutum ſeruientibus, & apparantibus menſas; Quæ admirationis ingens occaſio: cum maximè non vna eſſet familia paucis capitibus conſtans, quibus vel parcus victus ſufficeret, ad tolerandam vitam; Sed Natio integra, & infinita propemodum mortalium, ac promiſcua multitudo. Vt, ſi ritè calculum ineas, ſupra tricies centena capitũ millia numerarentur. Et tamen nemini *vacuit* quæri ſibi deeſſe cibaria: aut parcius ſibi quam magnatibus diuidi. Atque hæc alia admirationis cauſa.

Eccleſiæ per deſertum progredienti s abundãtiſſimè de annona prouiſum. *Deut. 32. 10.*

IX.
Tum demũ, quia in Palæſtinã feſtinabat,
Per tot gyros, & ambages,
Vt paucorum dierum iter.
Totis pene annis quadraginta factum fuerit.
Ordo etiam caſtrorum fuit mirabilis,
Siue manendum, ſiue progrediendum eſſet,
Ad quietem, aut motum nubis.
Id merito mirantur Angeli,
Et admirantes prædicant.

Poſtremo iter erat in Palæſtina, & longum, & difficile: nam quanquam à Sina Monte, in quo lata eſt Populo Lex, ad Cadesbarne, vndecim tantum dierum iter eſſet, tam lento tamen gradu, & tardis rariſque caſtris, iter Populo faciendum erat, totque per gyros, ac mæandros deducendus; tam longis temporum ſpatijs ſæpe manendum in eodem loco, vbi ſemel fuiſſent caſtra poſita, vt totos annos duo de quadraginta vagati ſint. Quo toto tempore nec Manna eos, nec aqua defecit, nec attrita veſtimenta ſunt. Itaque & hoc mirabile, proximam terram, & inquam diebus paucis deduci ille Populus poterat, non antè aditam quam tot annorum ſpatium laberetur. Adde & caſtrorum ordinem, ſiue manendum, ſiue progrediendum eſſet. De quo Num. 2. latè, qui certè mirabilis fuit: nec minus mirabile tantam rem ſine tumultu, ac confuſione perfici potuiſſe. Quid ſi & ponendi caſtra, & leuandi, manendique tempora conſtituta conſideres, ad Dei deducentis, velut Summi Imperatoris nutum, ſtante, aut progrediente, aut manente columna nubis. Velut elato ſigno, dataque teſſera; an quidquam magis admirandum eſſe potuiſſe dices? Horum ergo omnium formam, ordinem, diſpoſitionemque Angeli merito admirari ſe fatentur; ac velut cauſas ignorent, interrogant, *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per Deſertum?* Et vero tam diuerſa illius Eccleſiæ videbatur facies, poſt acceptam Legem, vt tanquam non eadem, ſed alia eſſet, interrogare potuerint, *Quæ illa eſſet*, quam tamdiuerſam à ſeipſa ſpectabant. Quæ omnia illius formam, ſpeciemque commendant.

Iter in Palæſtinam, paucorum dierum, annis quadraginta confectum.

Ordo caſtrorum mirabilis, ſiue manendum, ſiue progrediendũ.

X.
Aſcendere autem dicitur,
Et quia Ægyptus humilior,
Et quia Eccleſia ſenſim ſe maior erat,
In interiore facie, & exteriore etiã.
Ideo ſub naturæ ſtatu Auroræ cõparatur.
Sub Lege Lunæ plene.
Sub Euangelio ſoli.

Nec ſine cauſa *Aſcẽdere* dicitur: nam præterquam quod, ſi terrarum ſitum ſpectes, Ægyptus, qua exceſſerant, demiſſior, ac humilior erat, deſertum autem ſublimius, & eadem illa terra promiſſa, vtpotè montana, altior eadem Ægypto, vt verè ab hac in illam proficiſcentes *aſcendere* dicerentur; Si profectum in virtute, ac Sanctitate conſideres, ſenſim Eccleſia illa, ſe melior exſurgebat, quo Deus ſcilicet, in ſocianda ea ſibi per Legem, totque ritus, ac cæremonias, ſacrificiorumque formas, reſpexerat. Senſim enim Eccleſia proficit, ſenſim exſurgit, atque à ſtatu minus perfecto in perfectiorem euocatur. Vt non ſine cauſa inferius Cap. 6. 9. de ea dicatur, *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol.* Infantia enim illius, quæ fuit ſcilicet ab initio mundi ad Legem latam, *Auroræ* ſimilis fuit; hinc in iuuenilem ætatem cum veniſſet, ac per iura Sponſalia coniuncta Deo eſſet, non iã *Auroræ*, quæ creperum ſplendet, tametſi dubio ſplendore diem promittat venturum, ſed *Lunæ* pleno ſplendore fulgenti, atque inter aſtra regnanti, comparatur. Hinc enim eam plenus exſpectat dies, & quæ *Luna* ſub Lege fuit, ſub Euangelio *Sol* erit, & quidem tanto ſplendore conſpicuus, vt horridas Gentilitatis tenebras diſpellat, ac pro nocte diem inducat, vt eo loco dicemus.

Eccleſia aſcendere dicitur ex terra humili in excelſiorem.

Sed multo magis aſcendit in ſanctitate, & exteriore cultu. *Cant. 6. 9.*

NOTATIO XV.

SICVT VIRGVLA FVMI.

I.
Qui hæc referunt ad Eccleſiã Vagantẽ per Gentilitatis, deſertum Virgulæ fumi ſimilem volunt,
Propter humilitatem, primorũ credentium,
Quia nihil fumo humilius,

QVI hoc comma de pia anima Chriſti Sponſa interpretati ſunt, alij aliò eunt; De his dicemus loco alio. Qui de Eccleſia Chriſtiana peruagante Gentilitatis deſertum, *Virgulæ fumi* comparatam volunt, propter humilitatem, modeſtiam, abiectionem, quam ſpecie exteriore circumtulit, ex hominibus ſcilicet idiotis, Piſcatoribus, atque ex plebe ima collectis, congregata. S. D. E. *Videte vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: Sed quæ ſunt ſtulta mundi, elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus; & ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* 1. Cor. 1. 26. 27. 28. Nihil autem *Fumo* humilius, nihil contemptibilius eſt, quem ſcilicet nec color

Eccleſia virgula fumi propter humilitatem, & abiectionem. 1. Cor. 1. 26.

Fumo nihil vilius, nil imbecillius.

Digitized by Google

Aut contemptibilius eſt.
Vt imbecillitas caducarum rerum Fumo comparatur.
Sed non comparatur Fumo ſimpliciter,
Sed ex odoratis rebus,
Vnde intelligitur, aliud hic ſignificari.

æter commendat, nec ſtabilitas, ac duratio, quauis aura diſſipandum: vt inſtabilitas, & imbecillitas humanarum rerum, non ſine ratione, *Fumo* comparetur. *Spes impij ſicut Fumus, qui à vento diſpergitur*, Sap.5.15. Et alioqui importuna res, oculis, ac naribus. Verum id eſt, ſed huic loco minus aptum: non enim ſimplicitèr *Fumo* è lignis, flammarum eliquatis vi. Sed *odorato* componitur Eccleſia: ne temere dictum putes, reſpectumque ad ea vitia *Fumi*. Nam tametſi humilitas in quocunque ſtatu, commendat Eccleſiam, tamen hoc loco non id agitur: nec ignobilitas illius, & miniſtrorum traducitur. Et quãquam & id admirandum eſt, tam contemptibilibus inſtrumentis, tantum facinus, quantum fuit Gentium ad Fidem conuerſio, fuiſſe perfectum, id tamen magis in alium locum ſeruandum eſt, quam huic ingerendum.

Sap.5.15. Humanarum rerũ imbecillitas Fumo comparata.

II.
Melius alij, qui ad ſuauitatem referunt.
Et facilitatem leuãdi ſe in altũ.

Potior Theodoreti, Triumque PP. & Pſelli ſententia, qui in vocabulo *Virgula* minimè hærentes, *odoris ſolam ſuauitatem* conſiderarunt, in qua ſimilitudo Eccleſiæ cum *Fumo ex Aromatibus, vi ignis excitato*, ſita ſit. Addunt & Tres Patres *Leuitatem*, qua facile *Fumus* ſurſum tollitur, vel modico igne liquante vnguenta: Sic Eccleſiam facile ſurſum ad Deum è terrena, cui conuiuere cogitur, facie leuari.

Theodoretus. Pſellus. Beda.

III.
Sed aptius referemus ad ſuauitatem oblationum,
Et thymiamatis.
Quæ indicia interioris pietatis.
Inſtituta ad ſymbola quædã Spei, & Caritatis.
Admonita exterioribus illis aliud maius offerendũ.

Nos hæc ad *Sacrificia*, quæ ex ritu nuper conſtituto cœperant Deo offerri; tum ad *ſuffimenta* ipſa, quibus & *incenſum* adolebatur, & cremabatur *Thymiama*, referenda ducimus. Inde autem ingẽte ſuauitate ſolitum perfundi Deum, paſſim Sacra Scriptura teſtatur. Sed omnia illa exterioris cultus munera, aut indicia erant interioris pietatis, aut incitamenta. In eo autem animi paratu creuerat ſenſim Eccleſia, eoque maiore cum alacritate exteriora illa officia frequẽtabat, quo ſciebat, non iã ex ſuo priuato ſenſu, ſed ex Dei iuſſu inſtituta eſſe ad Fidei, Spei, Caritatis, Religioniſque profeſſionem: vt quæ ſe ſciret extrario illo cultu à Deo ornatam, vt iam non ſolum natiua ſpecie, id eſt vera ſanctitate placeret, & gratia, ſed & aſcititio cæremoniarum, rituum, ac ſacrificiorum cultu. Tota ergo in Deum affectu ferebatur; cumque vel ſacrificia offerret, vel adoleret incenſum, illa rituũ extrinſeca forma, admonebatur, grandius aliud, atque pretioſius apud ſe eſſe, quod Deo offerret, atque ad imitationem *odorati Fumi, ex Aromatibus* flamma liquante ſublati in Cœlum emittere.

Eccleſia Virgulæ odorati Fumi comparata propter ſacrificia, & thymiamata.

NOTATIO XVI.

EX AROMATIBVS MYRRHÆ; ET THVRIS, ET VNIVERSIS PVLVERIS PIGMENTARII.

I.
De Myrrha, & Thure variæ ſententiæ.
Neque inter ſe cõformes,
Myſticæ omnes, minime litterales.
Niſi hæc referas ad Eccleſiam ſub Euangelio,
Sed nondum eo ſtatu deſcribitur.

MYRRHÆ nomine plerique hoc loco *Humanitatis Chriſti & Paſſionis memoriam*, *Thure* autem *Diuinitatis confeſſionem* intelligunt, ſequuti Theodoretum, alioſque. Alij *mortificationem*, & *orationem*, Sic Tres Patres; quanquam ſic *Scientiam Diuinarum rerũ Thure* ſignificatam voluere. Pſellus autem generatim ſolum dicit, neminem offerre ſe Deo poſſe, tanquam *Thus*, ni prius *Myrrha*, per carnalium affectionum interitum, fuerit. Sed perſpicuè Bernardus ſerm.49. ex Paruis, *Orationi iunctam mortificationem* aſſeclas peccatorum confeſſiones eſſe debere, affirmat. Ea vera doctrina eſt, ſed alijs locis, quã huic aptior. Sic etiam ferè Philo Carpatius, & ex parte Iuſtus Vrgelitanus, ſed omnino Caſſiodorus, & aſſecla illius Beda, Gregorius Pap. Anſelmus, & Richardus Victorinus. Ea ſententia, ſi hæc ad Chriſtianam Eccleſiam referre placeat, probabilis eſt, cuius omne ſtudium & Paſſionis Chriſti meditatio, & imitatio per Crucem eſſe debet, eiuſque diuinitatis cultus per orationem.

Myrrha, & Thuris varij apud varios myſtici ſignificatus. Theodoretus. Tres Patres. Pſellus. Bernardus. Philo. Iuſtus. Caſſiodorus. Beda. Gregorius. Anſelmus. Richardus Vict.

II.
Nec ſemper Myrrha, & Thus figuratè accipiẽda,
Eſt cum id ſolum ſunt, quod ſonant,
Sed allegoricum ſenſum, etiam tūc admittunt,
Sicut, & alia legis veteris Sacramenta.
In figuris enim omnia illis contingebant.

Sed non ſemper *Myrrha*, & *Thus*, & *Aromata* alia, litterali, atque immediato ſenſu, pro mortificatione, atque oratione ponuntur. Eſt cum *Myrrha*, & *Thus* nihil aliud ſunt, quã *Myrra*, & *Thus*: tametſi non negem adhuc cum ita ſimplice intellectu ponuntur, allegoricè, ac figuratè, aut mortis memoriam, imitationemque; aut orationem Deique cultũ ſignificare. Itaque quemadmodum legis veteris ſacrificia mactationes eorum animaliũ, quæ offerebantur, erant, atque agnus verè agnus, & vitulus vitulus, immediato, ac litterali ſignificatu; allegorico autem Chriſtus, cuius figuram veteres oblationes gerebant, & fidem teſtabantur: ita nunc dico, *Myrrham* quidem, & *Thus*, ſimplice quidem, atque immediato ſignificatu, non pro mortis Chriſti memoria, aut imitatione per mortificationem, aut pro oratione poſita; tametſi mediatè, & figuratè non negem poſſe in eo ſignificatu ſumi: cum omnia ſciã in figuris illis contigiſſe, vel docẽte Paulo 1.Cor.10.11.

Myrrha. & Thus non ſemper figurate poſita, ſed ſæpe propriè.

III.
Pertinent ergo hæc ad adolendi morem,

Hęc ergo omnia ad duo capita referenda putamus, & ad *adolendi Thuris ritum*, à Deo præſcriptum, ac *Thymiamatis incendendi morem, & ad boni odoris famam*, per omnes circa Gentes ſparſam, non modo eorum quæ à Deo in illã Eccleſiam collata beneficia fuerãt, & mul-

1.Cor.10.11.

Et boni nominis famam.
Thymiamatis conficiendi modū Deus præſcripſit,
Ex Stacte, Onyche, Galbano, Thure mixtis.
Vnius Dei cultui dedicatam,
Nec uſurpandum in profanos vſus,
Huc reſpectum hoc loco.

Thymiamatis conficiendi ratio tradita à Deo.
Exo. 30.34.

Thymiama in profanos vſus conuerti, Vetitum ſub capitis pœna.
Exo. 30. 37.

& multa & magna, ſed ſacrorum etiam maieſtatis, ſanctitatiſque, qua eadem illa, ex inſtituto Dei Religionis cultum promouebat. De Thymiamatis compoſitione dictum: *Sume tibi Aromata, Stacten, & Onycha. Galbanum boni odoris, & Thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia; faciaſque Thymiama compoſitum opere vnguentarij, mixtum diligentèr, & purum, & ſanctificatione digniſſimum. Cumque in tenuiſſimum puluerem omnia contuderis, pones ex eo, coram tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum Sanctorum erit vobis thymiama.* Exo.30.34.35.36. Ideoque iure conſtitutum, ne in profanos vſus verteretur. *Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia Sanctum eſt Domino. Homo quicumque fecerit ſimile vt odore illius perfruatur, peribit de Populis ſuis.* Exo.30.37.38. Huc ergo alluſum probabile eſt, eamque ſuauitatem indicatam, quam Eccleſia per miniſtros ſuos, vel *Thure cremato*, vel *oblato Thymiamate* in Dei cultum halabat: multoque magis odorem pietatis ſuauiſſimum, in anima redentis, qui per exteriorem illum ſignificabatur.

IV.

Sed latuere in eo altiora Sacramenta,
Non enim Thimiama, niſi crematum olebat,
Sic nec Chriſtus, niſi thuribulo Crucis impoſitus.
Erat ergo Thymiamatis fumus Deo gratiſſimus,
Quia typus immolationis in Cruce,
Id indicatum à Maria, vaſe confracto,
Et effuſo vnguento in caput recumbentis.

Incenſum, & Thymiama cremata, Chriſti typus Cruce.

Fracti alabaſtri, & effuſi vngueti à Maria myſterium.
Matth. 26. 12.

Sed omnia hæc altioris myſterij ſymbola erant, futuri ſcilicet Chriſti qui *Thuris*, aut *Thymiamatis* in morem, caritatis ſuæ igne torrendus erat, ac perfectiſſima oblatione Deo Patri ſiſtendus. Nam quemadmodum neque *Thus*, neque *Thymiama*, ac ne alia quidem *Aromatum*, *Myrrhaque*, & *Pigmentarij pulueris* compoſitio boni odoris nebulam, niſi cremata, atque ignibus conſumpta, exhalant: Ita nec Chriſtus, niſi thuribulo crucis impoſitus, amoris multo igne colliquaretur, conſumareturque per mortem. Odor ergo ille ſuauitatis gratiſſimus Deo erat, non quod crematorum Aromatum delectaretur ſuauitate, ſed quod Chriſti Crucem, & Mortem repræſentaret, qua delenda peccata erant, & mortalibus placandus Deus. Cuius forſitan in typum rei, Maria, cum ſuper caput recũbentis Magiſtri Vnguentum effunderet, non niſi *alabaſtro fracto*, ſudiſſe dicitur, myſterium latens indicante Chriſto verbis illis: *Opus bonum operata eſt in me: mittens enim hæc Vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Matth. 26. 12. Memoriam mortis, atque ſepulturæ refricauit; non modo quia perunxit Chriſtum, ſed quia *fracto alabaſtro* perunxit, ne quid vnguenti reſiduum eſſet. Fractione ergo vaſis Chriſti Domini vas corporis conterendum, confringendumq; morte deſignauit, vt totum caritatis, obſequijque vnguentum effunderetur in Patrem, haud aliter ſuaue illud, gratumque redditurus.

V.

Chriſtus ergo in Cruce Thymiama.
Crematum in Patris honorem,
Sparſus autem fumus Eccleſia,
In quocũq; ſtatu.
Ideo Virgula fumi comparata.

Chriſtus in Cruce thus thuribulo impoſitum, in Altari Caluariæ thimiama ardens. Fumus inde ſublatus, Eccleſia.

Sit ergo Chriſtus *in thuribulo Crucis Thus*, & in *altari Caluariæ Thymiama*, ex quo cremato, atque conſumpto *Fumi Virgula* leuatur in aera, odorata quidem, & ſuauis, ſed à cremato *Thure*, ideſt, à mortuo Chriſto ſuauitatem mutuata. Ea *Virgula* Eccleſia eſt, in quocumque ſtatu: ideoque & Deo gratiſſima; quia ſcilicet, non niſi in venturi olim Chriſti fide Deo placere poterat. Maturabat ergo & adolere thura, & ſuffitus frequentare, iam tum Deo futurorum myſteriorum profeſſione placitura. Ideo à ſuauitate commendatur, ſimiliſque dicitur *Virgula Fumi ex Aromatibus Myrrhæ, & Thuris, & vniuerſi pulueris Pigmentarij*. Quibus verbis ad Thymiamatis confectionem alluſum monuimus.

VI.

Sed & ad bonum nomen hæc ſpectant
Id vel vnius fœminæ teſtimonio conſtat,
Quo ſimpliciore, eo magis vero.
Ea Raab fuit, Hoſpita,
Quæ ab alijs audita,
Simpliciter prodidit,
Et quidem paucis verbis
Multa cõplectens,
Id pollicitus Deus Populo ſuo,
Et poſtea facto oſtenſum.
Quod & Moſes illi reuocare in memoriam ſolitus,
Vt placeret iratũ.
Hæc fama fortitudinis,
Et protectionis Dei

Bonus odor Eccleſiæ.

Raab de hac fama illuſtre teſtimonium.
Ioſ. 2. 9. 10. 11.

Exo. 23. 27.

Num. 14. 13.

Fama fortitudinis, & Dei protectionis per omnes circum Gentes ſparſa.

Pertinent etiam hæc ad *bonum nomen*, longèque, & latè famam ſparſam per omnes circum Gentes; nam odore famam nomenque ſymbolicè ſignificari, ſuo loco docuimus. Quam vero latè fama hæc propagata breui ſit vel vno mulieris vnius teſtimonio ſatis oſtenditur: quod quo ſimplicius eo validius eſt: cum fœminam nihil aliud dixiſſe ſit certum, quam quod communitèr à Popularibus, nec modo ab illis, ſed ab exteris audierat; cum in diuerſorio cuius ipſa agebat curam, non Ciuibus modo, & inquilinis, ſed plerumque peregrinis præbebat hoſpitium. *Noui*, inquit, *quod Dominus tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus, quod ſiccauerit Dominus aquas maris rubri, ad veſtrum introitum, quando egreſſi eſtis ex Ægypto: Et quæ feceritis duobus Amorrhæorum Regibus, qui erant trans Iordanem, Sehon, & Og, quos interfeciſtis: & hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, & non remanſit in nobis Spiritus ad introitum veſtrum: Dominus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in Cœlo ſurſum, & in terra deorſum:* Ioſ.2.9.10.11. Mirum eſt muliérculam vnam paucis verbis tantas comprehendiſſe res; ſcilicet & Hebræis diuinitus tantam datam eſſe virtutem, qua omnia vincerent; & ciuibus ſuis adéptam, qui fortiſſimè, ac validiſſimi facile poſſent reſiſtere, formidinem illis, ac pauorem inferente Deo. Nimirum illud erat, quod alias Moſe interprete dixerat; *Terrorem meum mittam in precurſum tuum, & occidam omnem Populum, ad quem ingredieris: cunctorum inimicorum tuorum coram te terga vertam.* Exo.23.27. Id prophetans dicebat Moſes ipſe Exo. 15. 15. *Tunc conturbati ſunt Principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.* Et Num. 14. 13. *Vt audiant Ægyptij, de quorum medio eduxiſti Populum iſtum, & habitatores terræ huius, qui audierunt, quod tu, Domine in Populo iſto ſis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat eos; & columna nubis præcedat eos per diem, & columna ignis per noctem, quod occideris tantam multitudinem ſicut vnum hominem.* Hæc fama per omnes illas peruagata Gentes, tum de fortitudine Hebræorum, quibus reſiſtere nemo poſſet; tum de Dei protectione, qui Populo ſuo vt faueret, & animos hoſtibus minuebat, & timorem ingerebat, vt victos quodammodo

Digitized by Google

Per omnes circum gentes peruagata, Hic ſignificata eſt.

ſe, antequam prœliarentur, agnoſcerent. Is autem Dei in ſuam Gentem fauor eius Pietatis, Religioniſque, qua ei cultum impendebant, certum argumentum erat. Nemini enim creditur Deus impensè fauere, niſi merenti: nemo autem mereri, vt ei faueat Deus, creditur, niſi qui multa animi pietate, ſtatiſque ſacrificijs, ac ritibus Deum colat. *Peccatores* enim *non* creditur *exaudire Deus*, vt obiectabat Iudæis ille olim natus cœcus, ſed tunc quidem Chriſti beneficio acutum cernens.

Ioan. 9. 31.

VERSVS VII.

EN LECTVLVM SALOMONIS SEXAGINTA FORTES AMBIVNT DE FORTISSIS ISRAEL.

COMMENTARIVS.

PERGVNT Angeli Epithalamium occinere, & à ſpoſa ad Sponſum transferunt orationem, & apparatum, & pompam ad excipiendam nouam Sponſam deſcribunt. Hic *Lectulum*, & lectæ ad cuſtodiam iuuentutis cohortem. Nos *Lectulum Arcam* intelligimus, & *Propitiatorium* cum binis *Cherubinis*, quæ dicta eſt *Arca Teſtamenti*, quod Tabulas, in quibus erat ſcripta Lex, contineret, quas diximus pacta conuenta, ac Leges nuptiales; Iure autem *Arca* cum *Propitiatorio lectuli* nomine ſignificata eſt, cum in ea Deus requieſcere diceretur, tanquam in ſtrato, toto eo tempore, quo, poſitis Caſtris, Populus à progrediendo ceſſabat. Ideo dictus Deus *Sedere ſuper Cherubim*: nam *ſedendi* vocabulnm, quemadmodum & *Lectuli*, ad quietem, otium, ſomnumque refertur, vt alias monitum eſt. Hunc *Lectulum* circunſtare dicitur, cohors integra *Sexagenam* Iuuenum robuſtiſſimorum, ex omni parte delectu habito, Selectorum: quo nihil aliud ſignificari putamus, quam bellatorum multitudinem, qui circum *Arcam* ſuas per tribus, ac turmas, ſeu maneret, ſeu progrederetur, terni tendebant, id eſt, tres ad quamque Cœli plagam tribus. Poſitus autem *Sexagenarius hominum* numerus, pro *Sexagenario myriadum*. Egreſſi enim ex Ægypto dicuntur ſexcenties mille viri arma ferentes, qui efficiūt omnino *Sexaginta myriades*. Niſi mauis intelligere Angelorum cohortes ſtantes, ambienteſque, velut Prætoriani Milites ſolent Magnos Principes circum Arcam: die noctuque excubantes ſeu ad cuſtodiam, ſeu ad pompam, ſplendoremque.

ENARRATIO.

FELICEM Virginem, tanto deſponſatam Regi! cuius ſi ex domeſtico apparatu, ac frequenti, lectiſſimoque famulitio licet magnitudinem æſtimare, & maximum, & potentiſſimum affirmare ſit fas. Quidni? cum ſummus ille ſit Deus, cui omnis militat Æther? Cui terrarum ipſe Orbis plantis opprimitur? Sed & familiarius diuerſaturus cum Eccleſia. Arcam ſibi de lignis imputribilibus parari fecit; in qua ſupellectilis pretioſiſſima recondita, Sponſales tabulæ. Huic ſuperimpoſitum Aureum Propitiatorium, cum binis Cherubinis item aureis. Ea illius nempè eſt requies, is locus quo ſedere maieſtas ſolet. Hinc leges præſcribit, hinc reddit Oracula; Hinc Eccleſiam ſibi per Moſen coniungit; atque ad intima penetralia vocans, placidus, fauenſq; conſortio ſuo beat. Sic olim Salomon ille Rex tantus, genialis Lectuli Dilectiſſimam Sponſam conſortem faciet, nec honoris minus Regij, quam delitiarum participem. Circum Arcam ad pompam magis, quam ad cuſtodiam, adſtant

Vigiles,

Digitized by Google

Vigiles, ex omni multitudine delectæ, & virium robore, & animi magnitudine; ac corporis proceritate nobiliſſima cohortes, myriades ſcilicet Sexaginta, quæ ſuas per vices excubias agant: ac quemadmodum Prætoriani milites Magnis Principibus ſecuritatem, ac ſplendorem præſtant. Sic Deo ſedenti ſuper Cherubim, ac regio abdito Tabernaculo ſplendorem adaugeant.

NOTATIO XVII.

EN LECTVLVM SALOMONIS.

QVam difficile ſit hoc interpretandi genus, vel ex vno hoc loco prudens lector intelliget, quo tam diuerſi abiere interpretes, vt vix vnus aliquis ſit, cuius in totum interpretandi rationem probes. Et quidem *Salomonis* nomen nebulas tantas induxit, vix vt vllo lumine videantur poſſe diſpelli. Non cum certum videatur eam apellationem non propriè poſitam, pro vero ſcilicet Dauidis Filio, ſtatim intellectum eſt, magis arcano intellectu fuiſſe poſitam. Hic ſcopulus in hoc mari. Ergo plerique in *Salomone Chriſtum* agnouere, cuius ille & figuram geſſit, & perſonam ſuſtinuit, quod argumentum late proſequutus Nyſſenus hoc loco, & ex illo, vt videtur, Theodoretus, alijque. Sed in *Chriſto* naturas fatemur duas, ſed vna eademq; Perſona, ex quo ſtatim fit, *Salomonis* nomine intelligi *Verbum* poſſe vel aſſumpturum olim humanitatem; vel iam illi coniunctum per Incarnationem. Vtrum ergo duorum aptius in hunc locum quadret, id videndum eſt. Et quidem ſtatus Eccleſiæ ipſe, qui deſcribitur, ſecundum noſtræ interpretationis ſeriem, omnino exigit, vt *Verbum* hic potius agnoſcamus, ideſt *Dei Filium* iam tunc meditantem, properantemque ad aſſumptionem carnis, quam ea indutum. Siquidem nōdum inducitur pleno connubio, iuſtoque cum Eccleſia iunctum, nondum ſpirituali proli gignendæ vacans, quòd tum demum factum eſt, cum abrogata lege veteri, reſciſſiſque *Sponſalibus tabulis*, quæ perpetuæ non erant, nouum, æternumque pactum cum Eccleſia iuſta iam *Vxore* inijt, Euangelij lege lata, qua *tabulæ Nuptiales* continebantur, nullo vnquam tempore reſcindēdę. *Salomon* ergo hoc loco *Verbum Diuinum erit*, nec ſine magna ratione, cū & *Sapientia Patris* ſit, & *Pacem* allaturum orbi, olim homo inter homines verſaturum; & imperio latiſſimo, & feliciſſimo, nunquam deſituro gubernatuum, donec pace cœlum inter, & terram conſtituta, de duabus Gentibus, Angelis, & Hominibus, vnus Populus exſiſteret, vna Eccleſia, vna ciuitas, immo & vnum templum. S. D. E. *Faciam illum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum, & ob hanc cauſam Pacificus vocabitur; & pacem & otium dabo in Iſrael, cunctis diebus eius. Ipſe ædificabit Domum nomini meo, & ipſe erit mihi in Filium, & ego ero illi in Patrem, firmaboque ſolium Regni eius ſuper Iſrael in æternum.*

Neque quod *Rex* dicatur caret myſterio; *Regnaturus* enim erat *in Domo Iacob in æternum*, eaque iam ab initio ſeculi conſilia omnia dirigebantur, vt tandem ſuo illo in mentes Hominum Imperio potiretur. Quin & cum legibus: Iſraeliticum Populum coerceret, *Regem* ſe illius Gentis eſſe profitebatur, cui & agendi iura conſtitueret, ac præmia, & ſupplicia deſtinaret, quod proprium Regum eſt munus. Vide Exodum pœne totum, & cæteros libros Moſis, & niſi cœcus ſis, animaduertes, optimi *Regis* partes impleſſe omnes, ſiue Populo *Dux* in bello præit; ſiue in pace multitudinem frenat, & ad obſequium adducit; ſiue annonæ curam agit. Id ſcilicet eſt, quod dicebat, flagitante Regem Populo, & pene conuitio ab Samuele extorquente. *Audi vocem Populi in omnibus, quæ loquuntur tibi; non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos, Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt, à die, qua eduxi eos de Ægypto, vſque in diem hanc.* 1. Reg. 8. 7. 8. Et: *Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ; Dominus Regnabit in æternum, & vltra.* Exo. 15. 17. 18. Et: *Eritis mihi in Peculium de cunctis Populis, & vos eritis mihi in Regnum ſacerdotale, & Gens ſancta.* Exo. 19. 6. A die ergo, qua exceſſit Populus ex Ægypto *Regnare Verbum* cœperat, adeoque cum per deſertum vagarentur, *Rege* eorum agebat: atque vt *Rex* & proficiſcendi tempus, & ponendi caſtra, aut mouendi ſtatuebat, & ad prælium ineundum ſignū dabat. Sic etiam vt *Rex* in medio Populi Prætorium habuit, Caſtra autem circumcirca viſebantur, ſuos per ordines, tribuſque diuiſa. *Tabernaculum* enim *Regij Prætorij* vicem geſſit; nec alio totus ille apparatus, & ſuppellectilis, & cæremoniarum, & Miniſtrorum reſpiciebat, quā vt tanti *Regis* maieſtas ad obſequiū, & cultū indocile adhuc vulgus inſtitueret. Ideo nō ab omnibus promiſcuè adiri ſe permittebat, ſed per pauciſſimos Miniſtros, gratia omni vni Moſi, tanquam amicorum intimo ſeruata. Baſilicæ ſcilicet omnibus conſtitutis.

Hæres

SVM. COM.

I.

Difficile hoc interpretandi genus.
Hic vero Salomonis nomen nebulas intexit.
Cum propriè non ſit poſitum.
Plerique Chriſtū interpretantur.
Verbū Patris ante Incarnationem, & poſt.
Illud prius aptius huic ſtatui Eccleſiæ.
Nondum ienii iugata.
Quod poſtea factum eſt.
Verbum ergo diuinum.
Hic ſub Salomone latet.
Qui & ſapientia Patris.
Et pacem allaturus mundo.
Et Eccleſiam ædificaturus

II.

Idem & Rex Verus
Legibus Populum illum coercens.
Et Regis omni miniſterio functus.
In pace & in bello.
Id conqueſtus, cū Populus Regē popoſcit.
Immo ſæpè eo nomine donatus.
Auſpicatus autē Regnum ab exitu ex Ægypto.
Standi ac proficiſcendi ſignū dare ſolitus
In Populi medio Prætoriū habens.
Nec ab omnib ſe adiri permittens.
Sed per miniſtros gubernans.

Salomon hic Chriſtus, ex quorūdam ſenſu.

Salomon hic Verbum aut Incarnationem.

Verbum ſapientia Patris, Pax hominū & Angelorū, & ſtructor Eccleſiæ.

1. Par. 22. 9. 10.

Verbum cum Hebræa gente Regium omne munus impleuit.

1. Reg 8. 7.

Exo. 15. 17.

Exo. 19. 6.

Verbum vt Rex in medio Populi Prętorium habens.

Digitized by Google

III.

Verbũ ergo Salomon Rex dictus. Aut certe ad eũ alluſio facta Et ad lectulum illius genialem. Et Regium apparatum.

Habes cauſas cur hic *Salomon* ſit inductus, ſiquidem ea appellatione *Verbum* intelligas, immediato, ac ſimplice ſignificatu: Quanquam ita etiam interpretari poſſis, vt ſimplicem tantum alluſionem ad Salomonem; eiuſque genialem *Lectum* loquendi hæc forma contineat, vt ſenſus ſit, Habuiſſe Deum *Lectum*, quo aliquando cum Sponſa Eccleſia otio, ac quieti vacaret, illi ſimilem, quem habiturus olim eſſet Salomon, cum Regno inauguratus duceret ſponſam, quam Genialis lecti participem ſuam faceret. Nec veræ, ac arcanæ interpretationi obeſt, hæc obſeruatio. Cum ſiue comparatio ineatur, *Lectuli* cum *Lectulo*; ſiue ſimplex ſermo ſit, in quo nulla lateat comparatio idem omnino ſit arcanus ſenſus, de *Verbo*, quod *Lectulum* habere dicatur.

Sola fortaſſe hic alluſio ad Salomonem facta.

IV.

Lectulum autem quid eſſe dicemus? Varij varia arbitrati.

Quidam Chriſti humanitatem.

Alij Chriſtũ ipſũ, in quo pia anima requieſcit.

Neutrum huic loco aptum

Nec aptius qui voluere ſepulchrum.

Multo milite cuſtoditum.

Alij ſacram ſcripturam volunt In qua Verbum cum Eccleſia Proli myſticæ vacauit Et id difficile eſt, nec litterale.

Sed quid hunc *Lectulum* eſſe dicemus? Qui hæc de pia anima interpretantur, qui oppido multi ſunt, non vnam iniere rationem. De his loco alio ſermo erit: nunc litteralem ſenſum exquirimus, quem totum de Eccleſia eſſe, certum eſt nobis, ſaltem primarium: illum de Anima & Chriſto tropologicum potius arbitramur, aut, ſi aliquo ſenſu litteralis dici poteſt, ſecundarium. Qui autem hic Eccleſiam Sponſam agnoſcunt, varie interpretantur. Quidam enim *Chriſti D. corpus* ſiue *Humanitatem* eſſe volunt, qui certè *Salomonem* niſi *Verbum* eſſe affirment minimè cætera perſuaſerint. Sed videtur Ambroſius hanc *Lectulum Salomonis* dicere, non, quòd in eo *Salomon* ipſe quieſcat, ſed quòd in eo piæ Animæ ſit parata requies. *Lectulus* enim, inquit, *Sanctorum Chriſtus eſt, in quo vniuerſorum feſſa ſæcularibus vralris corda quieſcunt.* Lib. de Iſaac. Cap. 5. Sed quanquam hæc doctrina vera eſt, non facile huic loco aptari poteſt, in quo *Salomonis Lectus* dictus videtur, non ſolum, quòd illius vt cumque ſit, ſed in quo ipſe ſomnum & requiem, quærat. Haud aptius loquuti, qui maluere Domini eſſe *Sepulchrum*, in quo mortuus requieſcit. Nondum enim mortuus Sponſus inducitur: multum adhuc ſudandum eſt, antequam Caluariæ mons eum moriturum, aut ſpelunca ſepulchralis mortuum excipiat: Quanquam & ſepulchro clauſo, ſignatoque cuſtodia militum ſit addita, de quibus *Sexaginta Fortes* interpretantur, haud rectè, vt mox dicemus. Theodoreto magis placuit *Sacra ſcriptura*, quod qua ratione quadrare poſſit, ipſe non video, niſi per quandam accommodationem, *Per Sponſi Lectum*, inquit, *Diuinas accipiamus ſcripturas: in illis enim veluti cubat Sponſa, cum Sponſo, & doctrina ſemina ſuſcipiens, concipit, atque vterum gerit, & parturit, paritque ſpiritualem vtilitatem: ita vt clamet cum Propheta; Propter timorem tuum Domine in ventrem concepimus, & parturiuimus, & peperimus, ſpiritum ſalutis tuæ fecimus ſuper terram.* Iſai. 26. 18. Citat Iſaiæ locum ex editione 72. Interpretum, quanquam apud Vulgatum alius videtur eſſe ſenſus. Sed haud opus eſt ire per diuerticula, vbi militaris via nobis ob oculos, ſi ſequamur ductum hactenus filum.

Lectulus quibuſdam Chriſti corpus.

Ambroſius.

Lectulus Salomonis Chriſti ſepulchrum ex ſenſu quorundam.

Theodoretus. In ſacra ſcriptura Verbum, & Eccleſia myſticæ proli vacantes.

V.

Lectus nobis Propitiatorium eſt In quo ſolitus ſedere Deus. Id vero probabis, ſi faciem Tabernaculi conſideres. Et maxime ſi munus. Vtrumque hic deſcriptum habes Et materiam ex qua ſtructum. Itaque velut domus erat, Duplice diſtincta cubiculo. Aliud ſancta dictum, aliud ſancta ſanctorum. Hic Dei Lectus, & thalamus. Ideo dictus ſedere ſuper Cherubim. Id eſt ſuper propitiatorium. Quod inumbrabant alis Cherubini. Maxime cum ſitis caſtris, quin erat.

Lectulum ergo interpretabimur *Propitiatorium*, in quo *Deus* & *Sedere* dictus *Super Cherubim*, & *quieſcere*: nec, ſi analogiam ſpectes, aſpernabere hunc ſenſum. Ante nos ſic interpretatus R. Salomo, cuius in Cant. Interpretatio minus inepta eſt, quam cæterorum. Hinc ſumpſere quidam de Recentioribus, & quidem doctiſſimi. Cur autem tabernaculum fœderis, & Arca teſtamenti, in qua *Propitiatorium Lectulus Dei* ſit dictus, haud difficile eſt explicare, ſiue extrinſecam formam tu, ſiue munus conſideres, forma extrinſeca tabernaculum à tribus lateribus tabulatis claudebatur, certa menſura: à ſuperiore parte apertum, ne pateret cœli injurijs, aperiebatur multiplice munimento: primo cortina byſſina retorto filo textà, hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto: Deinde Cilicino Sago: tertio pellibus arietum rubris, poſtremo hyantinis pellibus, ne quid pluuio cœlo penetrare poſſet humoris. Ab anteriore parte patens, & aperta Domus erat qua ſcilicet ad interiora patebat aditus. Huic appendebatur cortina, quam ſacra ſcriptura appellat. *Tentorium*, columellis quinque æquali ſpatio ſuſtinentibus. Hæc autem pro foribus tabernaculi erat. Illius materies è hyacintho, & cocco bis tincto, & purpura, totum Domus ſpatium trãſuerſim velo eiſdem coloribus diſtincto, addita byſſo retorta, opere plumario pulcherrima varietate, quatuor columellis ſuſtinentibus, in partes duas diuidebatur: priori, quæ capacior erat, nomen inditum *Sancta*, & in ea menſa ad Aquilonem, Candelabrum ad meridiem. Poſteriore *adyta* continebantur, quæ *Sancta Sanctorum* dicta. Hic *Arca Teſtamenti*, ſuperque eam *Propitiatorium* cum Cherubinis; vt ſi ritè examines, cubicula duo dicas, alterum communius, & ſacerdotibus per vicem, alterum Secretius, ac ſoli Pontifici ſemel in anno patens. Hic *Dei Sedes*, hic *Thalamus*, hic in *Thalamo* quies erat, & otium. Hinc toties dictus Deus *Sedere Super Cherubim*, quia ſupra *Propitiatorium* cui ſuper extenſis alis bini Cherubini hinc inde, velut vmbraculum faciebant, quieſcere ſolitus, ſi quorumdam ſequare ſententiam, quam poſtea examinabimus. Vt non ineptè *Propitiatorium* ſedem ſeu *Lectum*, Cherubinorum autem alas, vmbellam, aut conopæum poſſis dicere, qualia in ſtratis viſuntur Magnorum Principum; ſiue ad pompam, ſiue ad venerationem. Hic loco hoc *Lectulus* dictus eſt, nec immerito, tunc maximè, cum poſitis caſtris, ac ſuperſtante nube, atque immota, quieſcentis, otiantiſque Dei ſignum præbebat fixum atque immotum *Taberna-*

Lectulus Salomonis, Propitiatorium in quo ſolitus Deus quieſcere. R. Salomon.

Tabernaculi breuis deſcriptio,

Tabernaculum duobus cõſtans cubiculis, aut quaſi aulis.

Digitized by Google

bernaculum : quo ad mutandi ſtationem, profectioniſque eadem illa nubes motu ſuo ſignum daret. Tunc enim iam non cubiculum, aut *Lectus quieſcentis Dei*, ſed *Lectica*, aut *Currus viantis* erat, vt ſuo dicetur loco.

NOTATIO XVIII.

SEXAGINTA FORTES AMBIVNT, DE FORTIISSMIS ISRAEL.

I.
In numero 60. myſterio latet ex 9 5.
Numerus perfectus ſuis conſtans partibus,
Vni id Senario proprium,
In eo ideo perfecti ſignificati,
Imperfecti cæteris infra decem,
Propter exiguũ illorum numerũ,
Reſpectu iſtorum,

NON vacare myſterio, quod *Sexaginta* dicantur regij cubiculi *Cuſtodes*, plerique veterum, ac recentiorum arbitrati ſunt. Numerorum alios perfectos, alios imperfectos eſſe: perfectum illum qui ſuis partibus completur, vt nec exceſſus vllus, aut defectus ſit, *Senario* id eſſe proprium *ſoli*: nam ſi ritè calculum ducas, inuenies illius partes eſſe, vnitatem, binarium, ternarium. Nam ſexies ſi vnitatem ſumas, aut binarium ter, aut ternarium bis, ſex exiſtent: & tamen ſi vnum, duo, tria iungas, etiam exiſtent ſex. Itaque ſuis partibus componitur, ſiue vniuerſas accumules, ſiue ſingulas per alias ducas, ſibi proportionatas. Id autem nemini numerorũ eſt datum. Ergo *Senario* perfecti qui ſunt in Eccleſia, deſignantur: cæteris numeris, imperfecti: vt vnus perfectis competat *Senarius*, imperfectis cæteri infra decem; propter exiguum illorum numerum, quos horum multitudo facile vincit. Sic dicebat Chriſtus: *Spatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quam anguſta porta eſt, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam.* Matth. 7. 13. Sic *Puſillum* appellauit *Gregem*. Luc. 12. 32. ob comparationem maioris numeri, non reproborum, vt quidam arbitrati ſunt, ſed cæterorum Fidelium; quos ſcilicet Apoſtoli, tametſi pauci, bonitate vincebant.

Nyſſenus.

Senarius numerus perfectus, & cur.

Matth. 7. 13.

Luc. 12. 32.

II.
Sed & numeri ſimplices, & cõpoſiti.
Sexagenarius e ſenario & denario,
Denario decalogus ſignificatus,
Senario totũ vitæ tẽpus labori datũ.
Sunt ergo ſexaginta fortes,
Epiſcopi, & Paſtores,
Hi cuſtodes lectuli genialis Salomonis,
Die noctuq; vigiles,

Addunt, Numerorum alios ſimplices eſſe, alios multiplices; ſimplices, qui vnitatibus; multiplices qui denarijs, centenarijſque componuntur. Inter *Senarios* ergo ſimplex ille erit, qui ſolis vnitatibus ſex conſtituitur; multiplex *Sexagenarius*, qui non iam vnitatibus, ſed denarijs conſtat ſex. Eſt ergo *Sexagenarius*, qui in ſe continet *Senarium* cum *Denario*: nam ſexies decem, aut decies ſex *ſexaginta* conficiunt. Adijciunt, *Denario Decalogum Præceptorum* intelligi, myſtico ſignificatu, quemadmodum & Gregorius, & quidam alij de Veteribus exiſtimant; *Senario* totum hoc tempus, quod homini datum eſt ad operandum, vt poſt laborem dierum ſex, ſeptimus requiei ſuccedat æternæ beatitudinis: qui *Sabbatiſmus* eſt, *qui relinquitur Populo Dei*. Hebr. 4. 9. Hinc colligunt *Sexaginta hos Fortes*, eorũ qui in Eccleſia perfecti ſunt, numerum ſignificare, qui nimirum *Lectulum Chriſti* ambiant, dieque, noctuque excubias agant, ne quis rumor quieſcenti obſtrepat. Quia autem Epiſcoporum ordo viros poſtulat, qui & ſpiritales ſint, & Prudentes in Chriſto, perfectique, vt perficere alios poſſint, eorum potiſſimum ordinem accipiendum eſſe. Eos eſſe *Vigiles, Cuſtodeſque Thalami Sponſalis, Fortes* in vitijs animi compeſcendis, abigendiſq; illis omnibus, qui, quietem Eccleſiæ turbare auſi, aut clamore importuni, aut ſtrepitu inurbani fuerint.

Sexagenarius ex denario per Senarium ducto.

Sexaginta fortes, Epiſcopi, & Paſtores.

III.
Sed nimis hæc ſubtilia,
Nec Salomon eo reſpexiſſe videtur
Sicuti nec alibi in eo numero vſurpando.

Subtiliora hæc ſunt, quam vt omnibus poſſint intelligi, & mallem minus ſubtilia, magis ſolida; nec arbitror Carminis huius Authorem, ad myſteria hæc numerorum reſpexiſſe, vt poſt tot ambages intelligeremus *Sexaginta Fortes* eos eſſe, quibus aliorum ſalutis, profectuſque cura cõmiſſa eſt. Quid hi dicturi ſint, cum venerint ad ea: *Sexaginta ſunt Reginæ, & octuaginta concubinæ*, Capit. 6. 7. neſcio: quanquam & id ſcio eodem ordine poſituros, quos eo loci latius refellemus.

IV.
Neque id placuit Theodoreto,
Qui vult hic ſignificatos,
Viros veteris teſtamẽti perfectos,
Sed neque in eo placuit ſibi.

Theodoretus cum hanc in myſterij *Senarij* numeri fundatam interpretationem, aut illi certè ſimilem ex alijs adduxiſſet in medium, minus illi fauiſſe viſus, & quidem merito, quamquam & illi ſine dubio lectus Nyſſenus, exiſtimatque *Sexaginta* numerum nulla alia ex cauſa poſitum, quam vt indicarentur viri in veteri teſtamento ſanctitate inſignes; cur autem ad ſolos veteres Patres hæc referendo cenſeat, ipſe non dicit: tametſi *Senarium* numerum ad veterem legem pertinere, ex quorundam ſententia notet, quibus lex de obſeruando Sabbato data eſt, diebus Sex labori, atque operi reſeruatis. Videtur autẽ Theodoretus non ſibi nimium in ea exponendi ratione placuiſſe.

Theodoretus.

Sexaginta Fortes viri perfecti ſub lege.

V.
Nos facile expedimus rem,
Exceſſiſſe ex Ægypto dicta, ſexcenta millia pugnatorum,
Qui efficiũt ſexaginta myriades,

Nobis facilius erit iuxta noſtræ interpretationibus ſeriem hæc interpretari. Exceſſiſſe dicuntur ex Ægypto de Hebræis. Exo. 12. 37. *Sexcenta ferè millia virorum peditum abſque paruulis.* Num. autem cap. 1. 77. cum initus eſſet numerus eorum, qui apti ad militiam eſſent, anno altero ab egreſſu inuenta ſunt *ſexcentatria millia virorum, & quingentiquinquaginta*, præter leuitas, & eos omnes, quibus propter ætatem vacatio à militia conceſſa. Hunc numerum ſi per *Sexaginta* diuides, totidem *Myriades* efficies, quarum ſingulæ millia decem continent. Nam reſiduum triummillium quingentorum quinquaginta in numerum

Egreſſa ex Ægypto ſex centa millia armatorũ ſcilicet ſexaginta myriades.

Digitized by Google

Hi ſunt ſexaginta Fortes,
Si virum pro myriade ſumas
Quod factum inuoluendi ſenſus gratia.
Ne à metaphora iretur ad Hiſtoriã
Et à cortice ad nucleum.

rum integrum non venit, nec ſæpe ſcriptura eius reſidui curam habet, ſæpiſſimè negligit, vt numerus integer ſit, cui exiguum illud velut appendix adijcitur. Has ergo *Sexaginta Myriades* totidem appellatas *Fortes de fortiſſimis Iſrael*, exiſtimamus, inuoluendi ſenſus gratia, & vt dramatis forma ſeruaretur, in quo res pro rebus omnino ponuntur; ne ſi ſuis nominibus quæque cenſerētur, non iam metaphoræ ratio ſeruaretur, ſed vera eſſet hiſtoria. Ergo quemadmodum *Arcam cũ propitiatorio lectulum* appellauit. *Deum autem Arcæ inſidentem Salomonem*, ita nunc, *ſexaginta armatorum Myriades, ſexaginta fortes dicit*, ne, ſi *Myriades* diceret, prorſus perſona detracta Hiſtoriam ſcribere videretur, ſublatoque metaphoræ velo, myſterium totum pateret.

Vix vnuſquiſq; pro myriade poſitus inuoluendi ſenſus gratia,

VI.

Sic Danielis Hebdomades non dierum, ſed annorũ,
Sic Ezechielis dies pro annis vſurpati,
Quod niſi Deus monuiſſet,
Errori dabatur occaſio,
Et verus ſenſus in obſcuro erat.
Sic hoc loco ſexaginta fortes,
Pro totidem myriadibus poſiti.

Sic Danielis 9. *Hebdomades*, quæ ſæpe nominantur, non dierum, ſed annorum ſunt, vt, qui dierum eſſe arbitraretur, falleretur omnino. Sic etiam Ezechieli dictum, cum iuſſus fuiſſet dormire certis diebus ſuper latus ſiniſtrum, deinde ſuper dextrum: *Ego dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum trecentos, & nonaginta dies; & portabis iniquitatem domus Iſrael: & cum compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dextrum, & aſſumes iniquitatem domus Iuda, quadraginta diebus, diem pro Anno, diem inquam, pro Anno dedi tibi*. Ezech. 4. 5.6. Quod ſi poſteriora hæc verba: *Diem pro anno dedi tibi*, appoſita non fuiſſent, falleretur certe lector, quiſquis diem pro die, non diem pro anno intelligeret. Ne ergo libera relinqueretur errandi facultas, addidit enigmatis ſolutionem dicens, *annos ſingulos ſingulis reſpondere diebus*: ſiue annos ad culpæ, ac præuaricationis tempus, ſiue ad durationem ſupplicij referas, verum enim dixeris ad rem non facit. Sic hoc loco *Sexaginta fortes, ſexaginta armatorum myriades* intelliges. Quod facile admiſeris ſi memineris caſtrorum ordinem, circum *Tabernaculum* tendentium, de quo vide Num. 2. 3. & ſeq.

Hebdomades Danielis nõ dierum ſed annorum.
Ezech 9. 25.
Ezechielis dies pro annis,
Ezech. 4. 5 6.
Num. 11. 5.

VII.

Ex ordine autem caſtrorum intelliges,
Cur dicti cuſtodire Salomonis lectulum,
Fortiſſimi autem, quia de cunctis electi,
A vigeſimo ad ſexageſimum annum
Qui anni ætatis robuſtiſſimi.

Ex quo ordine intelliges, quam verè *Sexaginta Fortes* dicantur, *Lectulum Salomonis ambire*, quandoquidem, ne cum progrediendum quidem eſſet, Caſtrorum ordo negligebatur; quin potius velut per hoſticum iter eſſet, agmine compoſito progrediebantur. Quid autem ſit: *De fortiſſimis Iſrael*, intelliges, ſi memineris, nullum huic militiæ accenſum, cuius ætas intra vigeſimum annum eſſet, his enim militiæ vacatio data quod nondum viderētur ætate ſatis robuſti, ad militiæ labores tolerandos: Sed nec ſexagenario maiores accenſos inter milites fuiſſe, eadem ratio probat, quod ingraueſcente ætate vires deficiant, defecti autem militaria munia obire non poſſunt. Delectus hic, qui haud ſcio an ab vlla Gente ſerio ſeruatus fuerit, faciebat, vt *Fortiſſimi* haberentur, ideſt, robuſtiſſimi, quicumq; albo militum eſſent adſcripti, vtpote diligenti habito delectu caſtris aſſignati. Hanc ſententiam tradidere ex Hebræis Iarrhius, & Abenezra, quos ſequuti de recentioribus pauci, ſed impensè docti.

Ante vigeſimũ annum, & poſt ſexageſimum nemo militiæ addictus.
Cur fortes de fortiſſimis dicti.

VERSVS VIII.

OMNES TENENTES GLADIOS, ET AD BELLA DOCTISSIMI: VNVSCVIVSQVE ENSIS SVPER FEMVR SVVM PROPTER TIMORES NOCTVRNOS.

COMMENTARIVS.

FORTIVM virtus ex adiunctis exprimitur: neque enim ſatis ad ſecuritatem eſt, ſi animi adſit virtus, & vigor ille magnanimitati iunctus, qui proprius ingentium animorum eſt; adſit & corporis robur, & compacta membrorum ſtructura, vt dignum ſuo animo corpus ſit. Sed niſi dotibus his, quæ naturæ fauentis ſunt dona, iungatur armorum veluti Satellitium, parum præſidij in animi, corporiſque virtute erit; exarmata .n. virtus iniuriæ eſt expoſita cuiuſque, vel ignauiſſimi. Arma autem, & ad obſiſtendum, & ad agrediendum ſint apta: ne ingruenti hoſti valens obſiſtere, aggredi ipſe non poſſit, contentus abigere. Iuuat autem & militaris diſciplina, & armorum peritia, ſic inſtructum: ne qui robore, & armis melior eſt, arte inferior ſit, quæ ſæpe pro virtute eſt. Ars autem omnis vſu perficitur, exercitatione firmatur, & quaſi in maturam ætatem adoleſcit. Sed exigitur ad eximiam laudem vigilantia, ac ſollicitudo, ne imparatum hoſtis inueniat; ac, tempore vſus, victoriam canat; virtuti nimium

Digitized by Google

mium ſui ſecuræ inſultans. His omnibus Salomon, tametſi Pacis artibus ipſe nobilis, potius, quam belli. *Cuſtodum lectuli* Cohortem commendat. Quod de *Fortibus electi Fortiſſimi*, ac robuſtiſſimi, quod *armis probe inſtructi*, quod *exercitatione vſque ad Bella doctiſſimi*, quod *vigilantia ſolliciti*, cum minimè ignorarent, vbique eſſe pericula, & vndique timendos hoſtes, *Noctu* maximè, cuius ſæpe abutitur tenebris, qui interdiu nocere non poteſt.

ENARRATIO.

REGII autem thalami cuſtodes, præterquamquod & animi virtute, & robore corporis cæteris antiſtant omnibus, vt potè de Fortibus delecti Fortiſſimi, haud intuta, aut exarmata virtute contenti, Armorum omni paratura muniti, ſiue eundum in hoſtes ſit, ac conſerendæ manus, ſiue reſiſtendum ingruenti, in acie ſemper ſtant: & velut claſſicum incinentibus tubis prælium inſtet, ſtrictis manu Gladijs in procinctu ſunt ſemper. Nec vero Tyrones puta, qui inexperti militarium artium, rudi adhuc, ac præceptis imbuenda fortitudine tument, robuſti magis, quam ſtrenui, & vulgus potius, quam militia. Omnes à Pueris arma tractare docti, ſic adoleuere in milites, vt & ipſi poſſint eſſe Doctores, alioſque præliandi præceptis imbuere, ac formare. Exercitum non militum, ſed Tribunorum, ac ducum, cogita; qui vel ſola fama nominis hoſtem non metu impleant modo, ſed vicerint antequam pugnent. Has dotes omnes, quibus vel natura, vel arte nobiles, vigilantia vna coronat. Neſciunt ſomnum: quemadmodum nec ignauiam, ſed nocte maximè excubias agunt, quaſi in Hoſtico ſint, & momenta per omnia Hoſtem exſpectent; Sciũt enim Vigilantibus ſemper fauere fortunam, & virtutem nimium de ſe ſecuram ſæpe prædam ceſſiſſe vel imbelli, ſed ſollicito hoſti; qui ſæpe fortitudinem arte vel eluſit, vel vicit.

NOTATIO XIX.

OMNES TENENTES GLADIOS, ET AD BELLA DOCTISSIMI.

SVM.COM.

I.

Nexus cum ſuperioribus facilis. Quidam ſingula minutiſſima exigunt Quod ſæpè minimè neceſſariũ eſt. Hic ſenſus dramaticus cum arcano coincidit. Sed videndũ quid alij dicant. Duobus armatos gladijs quidam cuſtodes volunt. Vnum reprahenſionis, alterũ intelligentiũ exponũt. Aut doctrinæ, & zeli. Aut vtrumq; teſtamentum.

FACILE eſt hæc ſuperioribus nectere, nam quos & *Fortes*, & virtute inſignes dixerat, reſtabat, vt & *Armis* inſtrueret, & militari doctrina, & ſtudio vigilandi. De Litterali ſenſu alia ratio eſt, propter eos maximè, qui in ſingulis verborum apicibus magna arcana rimantur. Sed non omnia æque ſunt myſterijs plena: alia continent, velut pyxides, vnguenta, aut ſcrinia gemmas; alia pyxidibus, aut ſcrinijs pro ornatu ſunt tãtum, ne ſcilicet impare, ac rudi theca, quæ ingenti æſtimatione cenſentur, includantur. His ergo verbis arcanus cum Dramatico ſenſu coincidit. Sed audiamus & cæterorum ſententias, ne quidquam in hiſce Commentarijs iure Lector prudens requirat. Atque ijs omiſſis in alium locum, qui de pia anima interpretantur, qui pauci non ſunt, nec incelebres; ex ijs qui in Sponſa Eccleſiam agnoſcunt, quidam *Cuſtodes hos Lecti* geminis armant *gladijs*, vt vnum ſtringere manu dicantur, alterum è balteo appenſum geſtare. Theodoretus interpretatur, *Vnum reprehenſionis, alium Intelligentiæ*: alterum in promptu ad corripiendum, conuincendumque; alterum, tanquam ſua vagina clauſum, ad rimanda myſteria religionis. Acutè hoc excogitatum eſt, & videtur vterque hic *Gladius* ad vnam *ſcientiam Diuinorum*, ex Theodoreti ſenſu, referri, qui duas velut acies habeat ad pugnãdum contra ignorantiam, hæc *doctrina* eſt; & pugnandum contra hæreſes, ac iugulandos Hæreticos, hic *doctrinæ iunctus zelus eſt*. Ambroſius verò maluit, *Vetus Nouumque Teſtamentum* interpretari, quibus velut *geminis gladijs* armamur aduerſus Diaboli inſidias. Lib. 10. in Luc. Cap. 22.

Nõ omnia æque myſterijs plena.

Arcanus ſenſus hic cũm Dramatico idem,

Theodoretus: Gladij duo reprehenſionis, & intelligentiæ,

Ambroſius. Duo gladij vtriũque teſtamẽtũ,

II.
Alijs vnus ſatis gladius,
In quo Aponius ſingularem ſenſum tradit.
Lectulum vterū Virginis, Cuſtodes Angelos,
At Chriſto non opus Angelorum tutela.

Alij vnicum agnoſcunt *Gladium*, ſed nec in ſenſu conueniunt. Aponij ſingularis ſententia eſt, qui cum *Lectulum Sponſi, Vterum Virginis* eſſet interpretatus, *Cuſtodes Angelos* voluit, *Gladium* autem *Creatoris præceptum*, quod nunquam à ſe abijciunt, ſed extra tempus & locum hic Author Chriſtum conceptum agnouit hic, & Angelorum cuſtodiam, minimè vbi Verbum erat, neceſſariam. Nam quemadmodum Chriſto Angelus tutelaris non fuit, qui Verbi virtute tutus erat; ita minimè multorum egebat cuſtodia, qui ſe ipſo erat tutiſſimus: niſi fortaſſis ad ſplendorem, & decus circumſiſtebant Militum Cœleſtium agmina Imperatorem ſuum, ad imperium parati illius.

Aponius.
Chriſtum in Vtero Virginis, Angeli circunſtant ad cuſtodiam.

Chriſtus Angelo Cuſtode non eguit.

III.
Sed pleriſque Dei Verbum gladius eſt,
Quo accincti vt ne abutantur ad ſua commoda,
Ideo in originibus dicuntur,
Alligati, vel tenti gladio.
Inſuper exercitatos eſſe debere doctos facere, & docere.

Sed plerique *Gladium* eſſe volunt *Dei Verbum*, indice Paulo Epheſ. 6. 17. & ſequuti Iuſtum Vrgel. & Philonem, quanquam in exponendi ratione non idem ſentiunt omnes. Qui probabiliſſimè diſputant, ſic aiunt *Verbo Dei accinctos* dici, quod nouerint, ſibi eo non abutendum, ſcilicet non detorquendo eius vſum in ſua commoda, vel vanos animi ſenſus; ſed ſenſum, commodaque ſua ad amuſſin Sacræ Scripturæ exigenda, cui intellectum ſuū obſtringant. Ideo in Fontibus dici *Gladio*, non *Accinctos*, vt noſter tranſtulit, ſed *Alligatos*, ſeu *Tentos*. Eſſe debere in Spiritali militia exercitatos, doctos pugnare cum carne, & ſanguine, & inimicis poteſtatibus; eam artem in eo ipſo poſitam, quod norint exemplo Chriſti *Facere*, & *Docere*; & opera cum doctrina maritare. Sic doctus de recentioribus Author.

Ephe 6. 17.
Verbum Dei gladius
Iuſtus Vrg.
Philo.

IV.
Merito Dei Verbum gladium dici,
Nam cum ventū ad gladios,
Iam non pugna ſed ſtrages eſt
Ita cum ad Dei Verbum ventum fuerit
Dum pugnatur cum Hæreticis.
Hi ſunt gladij ancipites in manib.
Ideo ſermo Dei dicitur efficax.
Et ancipiti gladio penetrabilior
Atq; ad certos ictus à manu remouendū.

Nec immerito *Dei Verbum Gladium* dici, cum, ſi analogiam expendas; multa ſint inter vtrumque vel ſimilia, vel affinia. Nunquam maiorem Hoſtium fieri ſtragem, quam cum ventum ad *Gladios* fuerit: tunc enim cominus, hactenus eminus pugnatum eſt; cum ad ferrum redacta res eſt, iam non prælium ſed cædes eſt. Gemino vulnere peti Hoſtem, per *Gladium*, cæſim, & punctim: non quemadmodum armis alijs, vt iaculis, lanceiſque, quibus Hoſtium corpora incerto ſæpe vulnere petantur. Eſſe autem id *Gladio* proprium, vt manu nunquam abſcedat, ſed ad nutum gubernetur, atque ictu certo in quamcumque partem dirigatur, quod iaculis datum non eſt: Semèl enim excuſa, iam non in ferientis poteſtate ſunt. Sic *Verbum Dei*, quoties ventum ad pugnam cum Hæreticis, aut alioqui ſceleratis hominibus, tunc victoriam certam eſſe, certam ſtragem. S.D.E *Gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in Populis: Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis*. Pſal. 149. 6. Eius autem poteſtatem ad feriendum cædendo, ac penetrando, deſcripſiſſe Paulum, cum diceret: *Viuus eſt Sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni Gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus; compagum quoque, & medullarum; diſcretor cogitationum, & intentionum Cordis*. Hebr. 4. 12. Nunquam autem *Gladium Verbi* remouendum à manu, ſiquidem certos ictus facturus ſit, debet enim Prædicationi Operatio iungi: neque enim *Docere* magnum eſt, ſi *Facere* non adſit: cuius enim vita deſpicitur, reſtat vt Prædicatio contemnatur. Hæc illi fuſè, nec inſcitè.

Cum ad gladios Ventum, tunc certa ſtrages, ita cum ad Dei Verbum ventum in pugnis cum Hæreticis.

Pſal 149. 6.

Hebr. 4. 12.

Prædicationi iūgendum vitæ exemplum.

V.
Sed nemo aptus hiſce pugnis,
Niſi qui verbo & exemplo docere alios poſſit,
Et antequam præficiatur alijs
Horum armorū vſu exercitatus fuerit.
Omnia acutè inuenta,
Sed ad litteram non pertinent.
Fortaſſis ad allegoriam.

Addunt autē *Omnes tenentes Gladios* induci, vt indicetur, neminē aptum hiſce pugnandis prælijs idest. vt in Prælatorum album referatur, niſi ea ſit doctrina inſtructus, qua docere alios poſſit, non verbis minus, quam exemplis. Tunc enim vberes doctrinæ fructus eſſe, cum audientium animi Doctoris exemplo, velut vomere proſciſſi, *Verbi ſemine* imbuuntur. *Doctos* autem *Ad Bella* dici, quod antequam Eccleſijs præficiantur, eos deceat ſpiritualium armorum vſu exercitatos, vt à pueris ſcilicet & virtutem coluerint, & doctrinæ ſpecimen dederint: ne ſcilicet, quod olim damnatum à Patribus eſt, à cura Reipub. & ſæcularibus munijs ad Eccleſiarum regimen aſſumantur. Sed ſuos per gradus ab infimo ad ſummum aſcendant. Qua de re Gregorij extant ſententiæ grauiſſimæ lib. 4. Regiſtri Epiſt. 51. & 53. Quæ quin acutè ſint obſeruata, & ſatis probè aptata verbis, haud inficior; ſi tamen efficere poſſent, litterali hic ſenſu de Doctoribus, aut Prælatis eſſe ſermonem. Forſitan allegoricè huc pertineant: nam immediatè de *Arca*, & *Tabernaculo*, *Deoque* in illa velut in *Lecto* quieſcente ſermo eſt: ac circunſtantibus Caſtris Iſrael, ſuos per ordines, ſtationeſque diſpoſitis; non tamen negamus, quin per allegoriam alio trahi poſſint. Itaque horum Authorum ſenſum minimè damnamus, ſed immediatum eſſe, ſi litteram premas, id vero inficiamur.

Ad regimen Eccleſiarum non admittendi, niſi verbo Dei inſtructi.

Gregorius.

VI.
Ergo Fortiū hæc ad virtutem ſpectant.
In quo Salomon pacificus licet,
Seſe artium belli inſcium non eſſe oſtendit,
Nam virtus ni armata, intuta eſt,

Continent ergo hæc *Fortium* Virorum virtutis commendationem, ab omni circunſtantia. Et quidem tam prudentèr hæc a Salomone ſunt. Scripta, quaſi non in pace & otio natus, atque enutritus in ſinu Matris eſſet, ſed (quod de illo dictum)

In caſtris natus, Patrijs nutritus in armis,

eſſet: ac non modo in Regem Populis in officio continendis legum præſidio, & pacis artibus; Sed Hoſtibus debellandis, expugnandis Vrbibus, magniſque imperijs ſibi ſubijciendis, inſtitutus. Nā omnis, niſi ſuis armis munita, virtus, vbiq; intuta eſt, & Hoſtibus prędæ: armata ſi ſit nec bellis aſſuefacta, multoq; vſu edocta; & arcere aggredientē hoſtē, & aggredi exſpectantē, & inſtare fugienti, ipſa ſibi impedimēto eſt, & callido Hoſti obiecta,

Fortium virtutis commendatio.

Salomon belli artium non ignarus.

Virtus armata, vſu docta. Vigilans vbique tuta.

inſcia

Armata, ſed inexperta, ſibi ipſi impedimento. Si ſui ſecura deſideat. Stulta ſecuritas dat pœnas,

inſcia in manus venit. Omnia ſi habeat ſuique ſecura, aut dormiat, aut deſideat, inanis confidentiæ, ac ſtultæ ſecuritatis, ſæpe pœnam ſubibit. Hæc omnia paucis verbis Salomon comprehendit, cum *Lectuli Cuſtodes*, id eſt *Tabernaculi Excubitores*, ſuas per turmas, Cohorteſque circunſtantes, non ſtrenuós modo, ſed armatos, armorumque peritiſſimos, Vigileſque deſcribit. Quo inuicta Populi illius virtus, ac facile omnium Hoſtium robur diſiectura, deſcribitur. Quod & poſtea factum eſt.

VII.

Sed tunc vnus gladios, aut gladijs apprehenſi dicti, Vt inſe primi ſtringant ferrum. Sed neque id litterale eſt. Neque drammatico ſenſui aptari poteſt. Cui aptari arcanus debet. Id enim proprium huius generis.

Doctores tenui gladijs, vt à ſe prælium.

Sed quod Noſter Interpres tranſtulit: *Tenentes Gladios*, origines habent, *Apprehenſi Gladio*. Sub qua loquendi forma quidem Arcanius quiddam rimantur: Vt ſcilicet non antè intelligantur apti ad ſtringendum in alios ferrum, quam in ſe ſtrinxerint ipſi: nec prius reti prædicationis alios *Apprehendere*, quam *Apprehenſi* ſint ipſi: ne ſi ſecus fecerint dicatur illis *Medica cura te ipſum*; Sequerer id, ſi hæc litterali ſenſu de Doctoribus, ac Prælatis acciperem; quorum eſt, quidquid oneris alijs imponendum ſit, tollere prius: ne cum alios diſciplinæ ſeuerioris pondere premant, ſine lege ipſi viuere velint; & ſarcinis excuſſis liberè, qua libeat, vagari. Sed ſi hæc ad Dramaticum ſenſum, aut nullo modo, aut ægrè, accommodari poſſunt, nulla eſt cauſa, cur in arcano ſuam habeant ſententiam, tametſi vtcumque cum verbis conueniát, præter analogiæ leges. Nam vt aliquid communicamur in ſecretiore intelligentia, quod in cortice, quo ſignificetur, nihil habeat, haud patitur hæc interpretandi forma: cum res arcanæ, non verbis, ſed rebus, quibus cortex conſtat, immediatè ſignificentur; quod proprium eſt huius ſcriptionis, vt alio loco notatum eſt. Vera ergo illa doctrina eſt, ſed ex locis alijs aptius, quam ex hoc colligenda. Et quidquid tandem velis in Allegorico ſenſu, nobis, qui litteralem de *Tabernaculo*, & *Arca*, ac Hebræorum illud ambientium turmis eſſe, arbitramur, ea obſeruatio probari non poteſt. Hebraiſmus ergo eſt, quod agnouere plerique, & tropus, quo verba facile tranſponuntur; quod & plerique etiam de Hebraicè doctis probauere: qui tametſi vim loquutionis non ignorarent, maluere Latine ita reddere, vt facile indicarent, nihil ſe aliud agnouiſſe arcani, quam quòd gladijs ſuis probe inſtructi dicantur. Itaque *Apprehenſi Gladijs*, pro *Gladijs armati*, dicti ſunt. 72. πάντες κατέχοντες ῥομφαίαν. *Omnes tenentes Gladium*: Pagninus: *Omnes iſti tenent Gladium*. Vatablus: *Omnes tenentes Gladium apprehenſum*. Quod ſi aliquid in ea loquendi forma agnoſcendum ſit, malo ita interpretari, quod alio feci loco, vt dicantur tam validè gladios ſtringere, paratique ad pugnam gladijs illis eſſe, vt non ipſi *Gladios apprehendere*, ſed *Apprehenſi* ipſi *à Gladijs*, videantur. Vt indicetur perpetua, ac ſolers cura eorum in agendis excubijs, vt nullo non tempore in procinctu ſint, & ad prælium comparati.

Sequamur ergo litteram quod capimus Hebraiſmus his eſt, Quo verba facile tranſponuntur. Quod intellexere reliqui interpretes. Si quid autem latet arcani, Significari dicas, paratiſſimi ad prælium eſſe.

Regula.

Hebraiſmus: Verba tranſpoſita.

Lectiones variæ ſed omnes eodẽ ſenſu. 72 Int. Pagninus. Vatablus.

VIII.

Id fatebere ſi conſideres, Quas per regiones iter eſſet Id ſignificatum à Moſe

Hebræis iter per Gentes fortes, anim. & corporis robore.

Quod ſi conſideres, quas per regiones proficiſcendum eſſet Hebræis, quæ adeunda Regna, quæ Gentes debellandæ, non numero ſolum, ſed robore corporis, animique cõſtantes; haud mirabere, quibus tot in proximo, atque ex omni parte imminebant bella, & longa, & difficilia, ita comparatos, inſtructoſque progredi, vt omni momento prælium adeſſe arbitrarentur. Nec enim ſine cauſa monitum à Moſe. Exo. 13. 18. *Filios Iſrael Armatos aſcendiſſe de terra Ægypti*. Ergo vbi belli rumor feruet, & hoſtilia arma minantur, arma de manibus ponenda non ſunt. Quo argumento Paulus Epheſios monet: *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; Sed aduerſus* Principes, *&* Poteſtates; *aduerſus mundi Rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in Cœleſtibus. Propterea accipite armaturã Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate*. Epheſ. 6. 11. 12. 13. 14. Quæ, ſi allegoriæ placeant, aptiſſima ſunt ad hunc locũ.

Exo. 13. 18.

Nam vbi praliũ imminet. Dormiendum nõ eſt. Nec arma ponenda de manibus.

Epheſ. 6. 11.

IX.

Sed cur de ſolis gladijs mentio? Cur cum de Eccleſia mentio. Soli clypei nominantur. Hic autem ſoli gladij? Quid ni hic de Prælatis eſſe ſermonem volunt, Qui in procinctu eſſe debent, ad inuadendum. Et docti vtraque manu pugnare. Alibi de fidelium multitudine.

Sed mirum eſt de ſolis *Gladijs* factam mentionem, cum de armis loqueretur, cum peregrinantibus per infeſtas regiones, hoſtibuſque fortiſſimis habitatas, Panoplia opus eſſet; vnde armorum omne genus pararetur. Quidam in eo myſterium cogitauere, nimis auidi arcanorum. Notantque, cum de Eccleſia ſermo eſſet Cap. 4. 4. comparari illius *Collum Turri Dauidicæ, de qua mille clypei pendeant*, nulla armorum aliorum facta mentione: quod certè tàm mirum illic, quàm hic, cum de ſolis gladijs ſermo eſt. Facile autem inuenire ſe diſcrimen arbitrantur; nam hic inquiunt ſermo eſt de *Doctoribus*, ac *Prælatis*, quorum eſt acritèr aggredi hoſtes, & pro ſibi commiſſo grege prælium inire. Militare enim munus Paſtorum eſt, quorum eſt Verbi Diuini Gladium omnem in partem verſare, ac cædere à dextris, & à ſiniſtris, vtraque manu æquè vtentes, quemadmodum de Aod proditum eſt, *qui vtraque manu pro dextra vtebatur*. Iud. 3. 15. Et de Habitatoribus vrbis Gabaa: *Qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi*, & egregij pugnatores, *ita ſiniſtra, vt dextera præliantes*. Iud. 20. 16. Ac de illis, qui ſuperſtite adhuc Saule, in partes Dauidis conceſſere, *Qui erant fortiſſimi, & egregij pugnatores, tendentes arcum*, & vtraque manu fundis ſaxa iacientes, & dirigentes ſagittas. 1. Par. 12. 1. tales eſſe debere Prælatos, Doctoreſque; atque ideo *Gladio Verbi Dei ſolum Armatos*. At Cant. 4. Cap. de vniuerſa Fidelium multitudine eſſe ſermonem, quorum potius eſt Clypeo Fidei ſe defendere

Cur de ſolis gladijs mentio?

Prælati ſemper eſſe debent in procinctu, & parati ad inuadẽdũ hoſtem.

Debent eſſe ambi dextri.

Multitudo Fidelium clypeo fidei latis munita.

Quæ ſolo clypeo fidei tuta eſt.

aduerſus hoſtes: non prodire in aciem, non ferrum ſtringere, non *Gladio*, ne haſta pugnare: non laceſſere hoſtem, ſed eſpectare, ſcuto Fidei totum corpus obtegente. Ideo de ſolis *Clypeis* factam mentionem, dictumque eam *omnem armaturam Fortium eſſe*.

X.

Sed non meminerunt horũ hi Auctores.
Cum cap. 4. collũ doctores interpretentur.
Sed ſub vna ſpecie reliqua intellecta ſunt.
Et hic in gladijs reliqua arma cõprehenſa.
Quibus & vitare hoſtium Iacula poſſunt,
Nec aliter intelligi in dramate poteſt.
Adeoque neq; in arcano ſenſu.
Qui extra metas illius excurrere nunquam debet.

Acutè hæc excogitata, ſed parum ſolida: & videntur hi Authores horum, quæ loco hoc conſtituere, non ſatis fuiſſe memores, cum expenderent ea Capitis 4. verba: cum collum, quod cum Dauidica turri comparatur, etiam Doctores, & Prælatos Eccleſiæ interpretentur, non Fidelium multitudinem. Id ergo potius quærendum videbatur, Cur hic Prælatis ſoli tribuantur Gladij, illic autem ſoli Clypei, tam grandi diuerſitate. Sed æque inanis fuiſſet quæſtio, cum vtroque loco ſub vna ſpecie totum genus ſignificetur, & *Gladijs*, aut *Clypeis*, omne armorum genus, ſiue ad ſe protegendum, ſiue ad aggrediẽdum hoſtem neceſſariorum, quod alio loco notatum eſt. Nulla ergo alia ratione hic de ſolis *Gladijs* dictum, quam quia in *Gladijs* reliqua ſignificata; aut certè, quia qui *Gladijs* dicebantur inſtructi, ad cuſtodiam Tabernaculi, non erant intelligendi aliorum armorum præſidio nudati. Nam certè pugnante eminus hoſte, & ſagittas iaciente, aut intorquente pila, ferientibus certis ictibus Gladij inutiles erant, nec vitare tela volitantia in necem poterant. Quod ſi in Dramatico ſenſu intelligi aliter non poteſt, aut reddi ratio cur de ſolis Gladijs ſit facta mentio; ne in arcana quidem intelligentia cauſa eſt, cur diſcriminis ratio quæratur, (quod ſæpe dictum) in hoc interpretandi genere haud liceat, eo in ſecretione ſenſu interpretationem extendere, quod in typo nullam habeat partem, quæ ſignificari poſſit. Quemadmodum enim, cum abſque vllo tropo, immediatè per verba certæ res ſignificantur, haud licet ſenſum, quo extendere verba non currunt; ita & in ſymbolico genere, nunquam arcanus ſenſus eo vocandus eſt, quo res ipſæ, in quibus latet, trahi in typo non poſſunt.

Sub Gladijs reliqua arma comprehenſa.

Regula.

NOTATIO XX.

VNIVSCVIVSQVE ENSIS SVPER FEMVR SVVM PROPTER TIMORES NOCTVRNOS.

I.

Sed an duplice gladio muniti cuſtodes?
Affirmant quidam.
Nec ſine ratione probabile.
Non enim ſine cauſa eadem ſententia repetita.
Et diuerſa adiuncta id ipſum probant.
Nam quia noctu, maiora pericula,
Cautio maior neceſſaria.
Et ſolent noſtri noctu præter enſem
Pugione accingi.
Iapones autẽ duobus enſibus ẽſibus.

DIxerant de Tabernaculi atque arcæ cuſtodibus, omnes illos gladijs eſſe probe inſtructos, nunc addit, vnicuique ſuum fuiſſe enſem de balteo ad femur pendentem. Hæc occaſio nonnullis exiſtimandi, vnumquemque duplice gladio inſtructum, induci, quorum alterum manu ſtringeret alterum è balteo ad femur demitteret; ſicuti comment. Dramatico obſeruatum eſt. Et vero, ſi rem expendas, vix hæc aliter interpretari poſſis, cum Verba id tantum non perſpicuè videantur indicare. Nam cur eandem ſententiam geminatam putes, ſi in commodum ſenſum poſſis interpretari? Cur, cum loco vno *tenere arma* dicatur, aut, quod in Hebræo eſt, *apprehendere*, quod propriè manuum eſt; alio autem *Super femur* geſtare, ſcilicet de balteo ſuſpenſum enſem, idem vtraque ſententia contineri dicas? Quid quod adiuncta ipſa ſatis indicant, diuerſos eſſe: cum poſtquã ſemel dixiſſent, *gladijs apprehenſis* excubias agere ſolitos, circum Tabernaculum, addiderint, *doctiſſimos ad bellum* eſſe, id eſt in rotandis gladijs exercitatiſſimos; poſtquã autem addidiſſent, *Vniuſcuiuſque enſem ſuper femur* eſſe, ſubiunxerint, *Propter timores nocturnos*. Quod certe ſatis indicat, quia noctu pericula, & frequentiora, & propter tenebras formidabiliora ſolent eſſe, ideo maiore armorum paratura opus eſſe, ne hoſtis imparatos, & male armis inſtructos, adoriretur. Adde & noſtrorum hominum conſuetudinem, qui noctu maximè, non gladio ſolum armati, ſed & pugione inſuper, vel gladiolo appenſo ad cingulum, obeunt ciuitatem. Quin & de Iaponum Populis id narrant occulati teſtes, nemine ad bellũ ire, ac ne domo quidem progredi, niſi duplice enſe ad vtrumq; latus armatũ. Hæc faciunt vt vnumquemq; horum fortium duplice gladio inſtructum induci credamus; cuius rei cauſa eſt exquirenda.

Duplice Gladio Cuſtodes armati.

Noſtri homines præter gladium pugione accincti noctu maximè.

II.

Sed quidam in vtroque gladio,
Reprehenſionem, & intelligentiam agnoſcunt.
Quorum ille Prælatorũ ſemper ſit in manu
In vagina alter,
Sed non ſemper correptionis tẽpus
Et intelligentia ſemper in promptu eſſe debet.

Quibus hæc de Doctoribus, ac Prælatis interpretari placuit, ij fere *duplicem* agnoſcunt *gladium*, ſed non eodem accipiunt modo. Theodoretus, vt vidimus, alterum reprehenſionem, alterum intelligentiam interpretatur; illum in promptu eſſe debere ad coarguendum, hunc quaſi vagina ſua clauſum, ad inueſtiganda myſteria. Sed cur hunc *ſuper femur* geſtitent, ipſe non dicit: nec ſatis intelligo, cur correptionis *Gladius* ſit ſemper manu geſtandus, cum contrà non ſemper corripiendi ſubditi ſint, vt pote qui non ſemper reprehenhendenda committant, ſæpe laudanda faciant; nec minus paratus bonus Prælatus ad alterutrum munus eſſe debeat; vt & approbatione virtutis animos addat; & reprehenſione ſcelerum auertat ab illis. Ex alia autem parte, Intelligentiæ ad rimanda myſteria *Gladius* non ſemper ſua theca abditus, & quaſi ligatus eſſe debeat, inde potius ſæpe educendus, immo continuo habendus in manibus. Itaq; hæc nõ admodum cohærere videntur.

Theodoretus. Gladius correptionis Prælatis in manu, intelligentiæ in vagina.

Id reijcitur quia æquè parati ad vtrumque debẽt eſſe.

Am-

Digitized by Google

III.

Ambroſius obſcure loquutus,

Sed plane de vtroque teſtamento interpretatur.

Nouo ſcilicet & veteri.

Ambroſius locum hunc minimè tractauit, ſed lib. tamen 10. in Luc. cap. 22. expendens illud: *Ecce duo Gladij hic.* Sic habet: *Eſt Gladius ſpiritualis, vt vendas patrimonium, & emas verbum, quo nuda mentis penetralia veſtiuntur. Eſt autem Gladius Paſſionis, vt exuas corpus, & immolata carnis exuuijs ematur tibi ſacri corona martyrij. Mouet tamen adhuc quod duos Gladios Diſcipuli protulerunt, ne forte vnum Noui, alterum veteris intelligamus Teſtamenti, quibus aduerſus Diaboli armamur inſidias.* Semper Ambroſius granditate verborum obſcuros ſenſus inuoluit, vt ſæpe quid velit, intelligi ſatis non poſſit. Sed vtrumque Gladium plane vtrumq; dicit Teſtamentum: & tamen cur alter in manu debeat eſſe, alter adhærere femori, ratio non apparet.

Ambroſius, Luc. 22 38.

Duo gladij, duo teſtamenta.

IV.

Aptius qui Prælatos volunt,
In alios verbi enſem, & in ſe debere vibrare.
Sed gladius ſuper femur.
Habitus vt parari tãtum ad prælium in alios,
Ex vulgari S. S. phraſi.
Non infeſtus ferẽti,
Quanquam ſunt, qui ad iuſtitiam referunt,
Ex Hieronymo & iam in Chriſto.
Non ad neceſſitatem ſed doctrinã.
Nec vbiq; femur ad opera pertinet carnis,
Nec eam ob cauſſam Chriſtus,
Gladio accinctus ad femur inducitus,
Tametſi Didimus, & ex eo Hieronymus,
Aliquid ſimile innuit.
Sed rarus fuit qui id probaret,
Itaque ſolum habitus eſt parati ad prælium.

Aptius Caſſiodorus, Prælatos *duplici Gladio* inſtrui oportere, vt dum aliorum commodo *Dei Verbum* vibrant, velut *Enſem*, ſui ipſorum non abijciant curam: ideo alterum in manu, alterum *Super Femur ſuum* habeant neceſſe eſſe. Sed ne id quidem ſua difficultate caret, cũ ex vulgata ſacræ ſcripturæ phraſi, *Gladius ſuper Femur* habitus ſit parati ad prælium, & armis inſtructi, nec aliud. Exo. 32. 27. *Ponat vir Gladiũ ſuper Femur ſuum: ite & redite de porta vſque ad portam, per medium caſtrorum: & occidat vnuſquiſque fratrem ſ. & amicum, & propinquum ſuum.* Sic Iud. 3. 16. 21. Pſal. 44. 4. Itaque *Gladius ſuper Femur* femori pacificus eſt, non inimicus non infeſtus: nec vt vulneret, ſed vt pendeat, & in hoſtes ſit paratus. Adeoque loco hoc quod dicitur *Vniuſcuiuſque enſis ſuper Femur ſuum*, non ad *femorum* vulnera myſtica referendum, cum nihil minus ea loquendi forma ſignificatum videatur. Scio multos eſſe, & quidem magni nominis, qui ad *pudicitiam* referant, quæ *Gladius* ſit, quo caſtigandi impunè carnis inſoleſcentis motus, quos in *femore* ſignificatos volunt. Hieronymi illa ſunt aduerſus Iouin. lib. 1. *Qui in circuitu Salomonis ſunt. Gladium habent in Femore, ſicut Aod ille Iudex ἀμφιδέξιος qui interfecit Hoſtẽ pinguiſſimum, & totũ carni deditum, omnes amputans voluptates.* Sic & Gregorius lib. 10. Mor. cap. 3. & 4. Philo, Iuſtus, Anſelmus, Nyſſenus. Scio etiam in eam adductos ſententiam, quòd *femore* opera nuptiarum videantur in S. S. ſignificari, immo & libidinis faces. Ge. 46. 26. & 49. 10. Exo. 1. 5. Iud. 8. 20. De impudicitia aurẽ Eccli. 47. 21. Ier. 13. 26. & quod *Gladius* aciem habeat ad ſecãdum. Sed non ideo vbicumq; *femur* nominatur, opera carnis intelligemus. De Chriſto dictum Pſal. 44. 4. *Accingere gladio tuo ſuper Femur tuum, Potentiſſime*, Nec ideo hæc de carnalium affectionum mortificatione accipienda cenſebis, quarum Chriſti caro mundiſſima fuit expers. Non ignoro etiam hoc loco. Didimum antiquiſſimum ſcriptorem in Catena Græca 50. Pſalmorum, & ex eo Hieronymum Epiſt. 140. quæ eſt ad Principiam, agnouiſſe carnis mortificationem, tametſi non ad neceſſitatem, ſed ad doctrinam: Hieronymi potui verba. *Gloria ergo, & decore ſuo, ſiue ſpecie & pulchritudine diuinitatis ſuæ, carnis opera mortificans, & natus ex Virgine futuris Virginibus virginitatis Princeps fuit.* Sed nec ignoro, eius ſententiæ, ſeu Didymum, ſeu Hieronymum rarum habuiſſe approbatorem, cum nec ea interpretatio ſatis loco videatur conuenire, quo de Chriſti fortitudine ad debellandos hoſtes eſt ſermo: nec illius omnino deceat dignitatem: nemirum ſit, ſi nec nos ei adhæreamus. Itaque tametſi admitterem de Doctoribus, ac Prælatis locum hunc, in quo verſamur, eſſe accipiendum, adhuc eam doctrinam reijcerem, quod forma ea loquendi ſolum ex vſu S. Scripturæ ſignificari ſciam, animum ad præliandum inſtructum.

Prælati non in alios ſolum, ſed in ſe verbi gladiũ vibrent.
Exo 32 27.
Iud 3. 16. 21.
Pſal. 44. 4.

Gladius ſuper femur pudicitiæ cuſtodia.
Hieronymus.
Gregorius.
Philo.
Iuſtus.
Anſelmus.
Nyſſenus.
Femore opera carnis ſignificata.
Gen 54. 26.
Et, 49 10.
Exo. 1. 5.
Iudic. 8. 20.
Ierem 13. 26.
Pſal 44 4.
Non vbique femur ad opera carnis referendum.
Didimus.
Hieronymus.
Chriſtus accinctus gladio vt ſtrenuus præliator.

V.

Sed verus ſenſus eſt,
Duobus accinctos gladijs,
Vt vno amiſſo vel diſtracto, alter ſuccederet.
Sic pugnandum cum diabolo.
Exemplo Chriſti Domini.

Duobus ergo Gladijs inſtructos hos Fortes Tabernaculi Cuſtodes, dico altero armatam manum, altero e balteo Super Femur ſuſpenſo: eoque non aliud indicari, quam omnimodam ad præliandum paraturam: vt quia fieri poterat, vt inter præliandum, & pugna incaleſcente Gladius vel feriendo diſtractus, vel excuſſus, deſiliret alius in promptu eſſet, qui in prioris locum ſuccederet ne exarmatis hoſtis victor inſultaret. Quod nec inutile ad doctrinam eſt, cum ſic doceat degladiari cum Dæmone, aut alijs hoſtibus ſpiritualibus, vt nunquam nos exarmatos inueniant, ſed vno emiſſo iaculo aliud ſuccedat, & ſecũdo tertiũ. Sic Chriſtus tentatorem & prima, & ſecunda, & tertia pugna ſuperauit: & vno vulneratum iaculo, & ſecundo, & tertio grauius vulneratum, vertit in fugam, haud vnquam auſurum prælium inſtaurare.

Cuſtodes lectuli duobus inſtructi gladijs, vt parati ad pugnam intelligantur.

VI.

Sed vtrum femorum gladio impeditum?
Hebræi geminis vti ſoliti.
Altero longiore, qui ad leuam.
Altero breuiore ad dexteram.
Vtriuſque vſus nõ idem.
Eius vſus in ſcriptura quædã veſtigia.

Sed cum dicitur *Vnuſquiſq; Super Femur enſem* habuiſſe, quærere forſitan quiſquã audeat, vtrũ de duobus *Femur Gladio* habuerint impeditum? Ridicula videri quæſtio poſſit, & riſu potius, quã doctrina ſoluẽda: ſed fortaſſe non ſit omnino inutilis. Gladijs accingi geminis ſolitos Hæbreos, vt & hodiè noſtris in more eſt, videor mihi ex ſcriptura diuinare potius, quam colligere: longiore altero ad menſurã iuſtam, altero breuiore. Illi ad læuã locus facilius euaginando, quia longior ſi penderet ad dexteram, haud facile educi de vagina poſſet: huic proprius locus ad dexteram, quia breuior è cingulo pendens facile euaginari poterat. Vtriuſque vſus non vnus, quia longior diſtantiam certam inter pugnantes, vt commode rotari poſſet, exigebat. Si corporibus propius adhærẽtibus iniretur pugna, vſu inutilis erat; quia verſari ob lõgitudinem minime poterat: tunc ne ſolis pugnis agẽda res eſſet, & morſibus, breuior Gladius, qui ideo, & gladiolus, & pugio, & ſica dictus, longiori ſuccedebat;

Hebræi geminis gladijs lõgiore, & breuiore accingi ſoliti.

Longior ad læuam breuior ad dexteram pendebat.

Digitized by Google

Ioab breuiori vſus.

Amaſam interfecit.

Id ex ſcriptura colligitur, Ideo menitū, tunica ſtricta fuiſſe indutum.

Id eſt militari Sago.

Sub quo gladiolus abſcondi potuit.

Ioab gladiolo interfecit Amaſam.

11.Reg 20.8.

Hebræi milites ſagulis indui ſolití.

cedebat; adactoque facile vulnere, prælium alterius morte dirimebat. Huius vſus apud nos frequentiſſimi, veſtigia in ſacris litteris exigua ſed ſunt quædam. Ioab interfecturus Amaſam tali gladio vſus eſt. *Porro Ioab veſtitus erat tunica ſtricta, ad menſuram habitus ſui: & deſuper accinctus gladio dependente, vſque ad ilia in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere.* 11.Reg.20.8. Nam quod notanter dicit pependiſſe ſolum vſque ad ilia, indicium breuitatis eſt; & quòd tam facile latere potuerit Amaſam, aliud indicium breuitatis eſt: breuis enim facile abſcondi poterat, vel ſub ſago: nam quia longioribus in pace veſtibus vtebantur militaturi depoſitis longioribus tunicis, ac laciniosis veſtibus, expeditiores induebant. Nec ſine cauſa notatum eſt, veſtitum fuiſſe tunica ad menſuram habitus ſui, id eſt militari Sagò, quod & Romanis & Græcis commune fuit. Quod ſi de breuioribus Gladius erat, vt certè erat; (alioqui mentum illius tenens, velut oſculo ſalutaturus, vulnerare illum minimè potuiſſet) non ad læuam, ſed ad dexteram pendebat, vt expeditior vſus eſſet.

VII.

Simili gladio vſus Aod.

Ad dexteram ſub Sago.

Eglonem interfecit.

Geminis ergo gladijs vſi Hebræi.

Longiore ad ſiniſtram,

Breuiore ad dextrum femur.

Sua vagina contento.

Iud.3.16.21. Aod gladiolo interfecit Eglonē.

Alterum indicium ſumitur ex duobus locis libri Iudicum, cap. 3. Quo loci de cæde Eglon Moabitarum Regis legimus: Aod, *feciſſe ſibi gladium an cipitem, habentem in medio capulum, longitudinis palmæ manus, eoque accinctum fuiſſe ſubter Sagum in dextro femore.* Iud. 3. 16. Et poſt pauca: *Extendit Aod ſiniſtram manum, & tulit ſicam de dextro femore ſuo, infixitque eam in ventre eius.* Iud. 3.21. Nec mirere ſiniſtra, non dextera vſum, erat enim ambi dexter, *qui vtraque manu pro dextera vtebatur.* Iud. 3.15. Itaque gladiolus ex conſuetudine ad dextram ſupra femur pendebat, ille autem ad diſſimulandum, non dextera, quod poterat, ſed ſiniſtra, quod etiam poterat, vſus eſt. Ex his intelliges Hebræos, geminis *Gladijs* accingi ſolitos, longiore altero, altero breuiore: longioris, ac iuſtæ menſuræ locum ſiniſtrum femur fuiſſe; breuioris dextrum. Quod ſi *Fortes* hi *Tabernaculi Cuſtodes, Gladium* manu *Tenentes* inducuntur, certe non alium, quam eum, qui iuſtæ menſuræ erat, longiorem ſcilicet; eius enim vſus in bello potiſſimus; breuioris non niſi vbi alterius vſus vel difficilis eſſet, vel inutilis. Reſtat ergo vt Gladioli adhuc otioſi in vagina laterent, ſuo vſui reſeruati, atque ad dextrum femur, è cingulo dependerent. Quo vides non de nihilo fuiſſe quæſtionem.

VERSVS IX. X.

FERCVLVM FECIT SIBI REX SALOMON DE LIGNIS LIBANI: COLVMNAS EIVS FECIT ARGENTEAS; RECLINATORIVM AVREVM; ASCENSVM PVRPVREVM: MEDIA CARITATE CONSTRAVIT; PROPTER FILIAS IERVSALEM.

COMMENTARIVS.

IDem Tabernaculum cum Propitiatorio duplice numue fungebatur: nam, quod quieſcentis Dei *Stratum*, ſeu *Lectus* erat, immo & ius ei Populo dicentis ſeu *thronus*, ſeu *tribunal*: viam agentis non iam *Lectus*, non *tribunal*, ſed *Currus* erat, aut *Geſtatorium* in quo Leuitis ſuccollantibus, in ſublime actus, geſtabatur, digno tantæ maieſtatis apparatu. Hanc nunc ſeu *lecticam*, ſeu *vehiculum* ſacer ſcriptor ore Angelorum deſcribit: nec aliud, quam *Arcam* ipſam, cum *Propitiatorio*, velisque; eius materiam, formamque, & vſum. Compactum *de lignis Libani*, ſiue *Cedrum* putes, ſiue *Spinam*, quod alij malunt. Quidquid dixeris, imputribilem materiam ſcies; &, quantum ſolet in lignis, pretio æſtimandam. Hanc ſacer textus Exo.25: *Ligna Setim* appellat. *Columnas* fuiſſe *Argenteas*, non quòd totæ ex Argento, ſed ex parte totum denominauit, cum *Baſes* ex *Argento* ſolido eſſent, *Capitula* aut ſummitates *aureæ*, ipſæ autē *Columnæ* deauratæ erant: quanquam atrij *Columnæ* Ligneæ ipſæ, laminis inductæ argenteis. *Reclinatorium*, locus ſcilicet, quo Deus quieſcere, aut ſedere dicebatur, ex ſolido *Auro*: *Cortinæ*, quibus *Tabernaculum* operiebatur, tum vela quæ expanſa, *Columniſque* ſuſtentantibus de pendula, tum ante oſtium tabernaculi, tum ante

Pro-

Digitized by Google

Propitiatorium, contentæ erant ex *Byſſo retorta hyacintho* ac *purpura, coccoq; bis tincto*. Has, quia ex capitibus columnarum pendebant, *Aſcenſum* vocant; & à potiore colore, *Purpureum*, qui color Regius eſt. *Media* occupaſſe, *Caritatem*, quo nomine Deus ipſe cenſetur, qui intima in parte, ideſt, in adytis vehebatur; id eſt, *Propitiatorio*, obunbrantibus expanſis alis cherubinis. Vides itaque *Arcæ*, *Propitiatorij*, ac *Tabernaculi* apparatum deſcribi. Subdunt, ea omnia comparata in gratiam *Filiarum Ieruſalem*. quo nomine vel Angelorum myriades Arcam circunſtantium ad pompam: vel Hebræos ipſos intelliges, quorum bono parata omnia, & cauſa erant.

ENARRATIO.

NEC minus viſenda pompa Deus ille tantus progreſſurus incedit, quam quieſcens, viſitur. Nam arte eximia, eo ipſo deſcribente, & imperante, Tabernaculum, & Propitiatorium, ita factum eſt, vt idem qui Lectus eſt ad otium & quietem, & ad ius dicendum Tribunal, & ſolium ad Regnum, Vehiculum ad iter agendum eſſet. Opus admirandum, ſeu materiam, ſeu artificium conſideres, quo materia ſuperatur. Siquidem in id opus Libanus ipſe Mons materiam contulit, incorruptæ ſoliditatis, & ſua violentem Cedrum. Hinc tabulata, hinc columnæ, hinc veſtes, hinc ſupellex reliqua; ad firmitatem, ac ſpeciem egregie comparata. Tollunt ſe ſe ſpatijs ſuis diſtinctæ Columnæ Auro inductæ pars & pars Argento, (è qua etiam materia baſes exſiſtunt) ſed excellenti cælatura imitante arte naturam, ſæpè & vincente, ſpectandæ. Harum Aureis ex capitibus cortinæ pendent, ac vela, in quibus & Coccus, & Purpura rutilo fulgore oculis blandiuntur, ac de coloris principatu prouocant ad ſpectatorem, dubium vtri, fauendum ſibi ſit. ſed litem omnem Reclinatorium dirimit, totum ex Auro, fulgore ſuo aciem oculorum præſtringens. Hoc Propitiatorium eſt, hæc Dei vehentis ſedes: qui vehiculo medio compoſitus, & diuina maieſtate ſpectãdus, eodem tempore, & Caritatem circumſtantium Populorum, Angelorumque inſe excitat, & venerationem auget, vt ſimul oculos in eum dirigant amatores, & ab eo auocent venerabundi. Hæc Dei pompa eſt, hic apparatus, cum motis caſtris inſtat profectionis neceſſitas, per deſertum.

NOTATIO XXI.

SVM.COM.

FERCVLVM FECIT SIBI REX SALOMON.

I. *Nexus cum ſuperioribus. Dixerat de Propitiatorio. Dei quieſcentis loco. Addit de vehiculo. Dum iter ageret.*

Ratio nectendi hæc cum ſuperioribus.

FAcile hæc ſuperioribus nectunctur, ſi noſtram non reijcias interpretandi ſeriem. Nam cum de *Tabernaculo* ac *Propitiatorio* dixiſſet, qui locus erat quieſcentis Dei ad requiẽ comparatus; nec ſemper Deus vni loco affixus eſſet, ſed ſua tempora profectioni haberet deſtinata, cum mouendorum caſtrorum mota nubis columna daret, reſtabat vt diceret de apparatu, quo, dum iter ageret, vteretur. Eadem ergo *Arca* ac *Propitiatorium*, qua vtebatur, ad quietem, ideoque & *Lectulus* illius eſt dictus, erat ſimul illius *vehiculum* dum iter ageret, cum eadem illa *Arca*, humeris ſacerdotum ſublata, tanquam curru, aut lectica Regia veheretur. Atque hæc ad nexum ſpectant.

II. *De ſenſu diuerſitas magna. Nam Ferculi nomen. Quidã ad conuiualia trahunt, Abuſi; Latina voce. Et de carne & ſanguine Chriſti.*

Ferculum à ferendo dictum.

De ſenſu tam ſunt multæ, ac diuerſæ interpretum ſententiæ, vt difficile admodum ſit, ſingulas recenſere, & difficilius vnam aliquam ſeligere, cui ſuffragio faueas. *Ferculi* autem nomine (quod quanquam à *Ferendo* deductum, ideoque, id ſignificans, quo aliquid deferatur) quia ſæpè latini patinas, ſeu lances ſignificant, quibus inferri cibi in menſam ſolent, nonnulli de latinis interpretibus ſunt abuſi, ac de conuiuio interpretati haud aptè. Sic Aponius, aut potius Lucas Ab. nam in ea parte Aponius mutilus eſt, vt alias obſeruaui. *Videtur*, inquit, *mihi hoc Ferculum Domini in cruce intelligi, vbi totius mundi vitam Deus impoſuiſſe probatur, ſicut teſtatur Dominus. Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.* Ioan. 6. 64. Sed mirum eſt in vno *Ferculo* conui-

Lucas Abbas. Ferculum Chriſti caro in Eucariſtia,

uiali

Digitized by Google

uali coniunctas *Columnas Argenteas*, *Reclinatorium Aureum*, *aſcenſum purpureum*, fuiſſe: cum tanto appatatu menſarum *Fercula* non egeant, nec vero onerari poſſint. Et quanquam totum id aptat vt cumque ad id, quod ſemel in mentem venetat, tamen id conſequutus eſt, vt neminem approbatorem haberet. Minus digreſſi ſunt alij à via, qui, quanquam de inſtructu conuiuali hæc interptetantur, *Stratum* tamen ſiue *Lectum* intelligunt, quo oplonaturi recumbere ſoliti: cui & materiam aptare poterant, nam & lectos hoſce è prætioſiore materia parari ſolitos legimus Cedro, vel citro; immo & Ebore; & quia aliquantum pauimento eminebant, ſuis columellis inſiſtere oportebat, quas argenteas haud raro fuiſſe probabile eſt: *Aſcenſum* autem lecti diſcubitorij ſuperiorem partem, quæ pro facultate ſtragula veſte prætioſa ſubſtrato tomento tegebatur. Eam purpuream ſæpe fuiſſe veterum in conuiuando luxus ſatis confirmat. *Aureum* autem *Reclinatorium* intelligere poterant, puluillos, ac ceruicalia, quæ ad ſuſtinendum erigendumque corpus in vſu, è ſerico, aut oloſerico aureo, tomento multo, aut molli pluma infarta. Vide ſcriptores ad marginem poſitos. Huius ſententiæ Authores lego, tametſi minimè ſingulis applicatis, quod fecimus, Caſſiodorum, eiuſque ſemper lateri hærentem Bedam, & Greg. M. Qui è cortice ad litteram tranſeuntes, *Ferculum Eccleſiam* interpretantur, *Ligna Libani ſanctos in æternum permanſuros*, *Columnas Argenteas Doctores*, *nitore doctrinæ fulgentes*, *Sono prædicationis ſonantes*, *Reclinatorium Aureum*, *requiem*, *quam ſuis amicis repromittit Deus*: *Aſcenſum Purpureum Chriſti crucifixi imitationem*, ſine qua nemini in illam requiem datur aſcendere. Hæc illi, quanquam non omnes in partibus ſingulis applicandis conueniunt. Reſtabat, vt quibus ſtratum triclinium erat, etiam conuiuaturis inferrentur *Fercula*, & dapes, vt typo res ſignificatæ quadrarent.

Sed nec tricliniares *Lecti* ambulatorij, ſed vni affixi cœnaculo erant; nec Originale vocabulum patitur, vt de Lectis conuiualibus accipiatur, cum maximè de *Lectulo* iam dixiſſet commate ſuperiore: nec apparebat cauſa vlla redeundi ad id quod dictum fuerat. Ideo nullus fuit eorum, qui vocabulorum arcana rimare ſoliti, qui *Aprion*, quæ vox loco hoc pro *Ferculo* legitur, ita interpretarentur: Cum alij *Geſtamen* ad pompam; *tentorium geſtatorium*, alij, quidam, *Cameram motoriam*, *ac portatilem*; quidam *Thalamum*; non nemo *Regium thronum*: alius *Eſſedum*, alius *Lecticam*, alius *Palatium*, alius *Templum*, alius *Carpentum*, alius *Conopæum*, alius tandem *Ædificium* interpretati ſunt. Tantæ diuerſitatis vna cauſa vocis vnius inſolentia, quæ non alio, quam hoc loco, legitur, tota ſcriptura, quod alibi ex Abenezra notatum à nobis eſt. Et quanquam Ambroſius Lib. 3. de Vigin. *Lectum* legit, non tamen conuiualem intelligit; ſed nec hæſit in voce *Lecti*, cum de corpore noſtro interpretetur, in quo anima quieſcit. *Quid eſt*, inquit, *iſte Lectus*, *niſi corporis noſtri ſpecies? namque in gemmis aer ſpecie fulguris oſtenditur*: (ſequitur editionem 72. Interpretum) *in auro ignis*; *aqua in argento*; *terra per lignum*: *ex quibus corpus humanum quatuor conſtat elementis*, *in quo noſtra recubet anima*. Quæ quanquam & violenta videtur interpretatio, & huic loco parum apta, ſatis docemur, *Lecti* vocem, quam Ambroſius vſurpauit, nō ad conuiualem referendam fuiſſe arbitratum. Ea ergo ſententia ſuis Authoribus relinquenda.

Theodoreti aptior interpretatio, cui *Ferculum* ſunt *Apoſtoli*, quorum velut humeris Chriſtus per totum orbem velut in *Lectica* portatur. Ideo dictos etiam *Equos*, & *Quadrigas Dei*. Habac. 3. 8. *Qui aſcendes ſuper equos tuos*, *& Quadrigæ tua ſaluatio*. Hoc *Ferculum* de *Lignis Libani* compactum, quòd ſæpè Ieruſalem Libani donata nomine, progenitores Aqoltolorum aduxit. (quod ſatis remotum eſt) Eoſdem eſſe *Columnas*, quemadmodum nuncupati ab Apoſtolo ſunt, Gal. 2. 9. (Sed id extra analogiæ leges eſt, cum *Columnæ* partes *Ferculi* ſint, non ipſum *Ferculum*.) *Reclinatorium* Euangelicam prædicationem, in qua Chriſtus requieſcit, *Aſcenſum Purpureum*, viros perfectos, rudes enim regi decet, perfectos autem vt Sponſam ornari, ideo *Purpura* veſtiri. Sic Theodotetus ſatis quidem impeditè. Nec abſimilia Tres apud ipſum Patres, quanquam in ſingulorum applicatione diuerſi abeunt, nec minus hæc impedite tractant. Nec accommodatius Philo Carpath. qui *Ferculum* vult eſſe *Chriſti carnem*: nec cœtera conſequenter aptat. *Ligni Libani Prædeſtinatos*, *atque electos Abrahamum*, *Iſaacum*, *Iacobum*: *Columnas Argenteas*. *Apoſtolos*, qui ſyncera Fide & recta prædicatione veluti argentum refulſere: *Reclinatorium Aureum Martyres*, propter Fidei probationem, in igne perſecutionis. Mox alio excurrit. *In his Electorum animabus aurum reſpl̄duiſſe*, *dum eis Diuinitatis ſuæ potentiam per contemplationem oſtendit*: *ex qua*, *dum pulchritudo cæleſtium gaudiorum paululum monſtratur*, *quaſi reclinatorium aureum ſit electis*, *in quo ſe vel in hac mortali luce contemplando refocillent*, *ac requieſcant*. *Ad hoc Reclinatorium non niſi per labores viam patere*; *ſæpè non niſi per mortem fuſumque ſanguinem*; *ideo eſſe Aſcenſum purpureum*. Hactenus ille. Quod in veterum ſæpè in hunc librum Commentarijs deſideramus, rerum ipſa eſt conſequentia: ne ſi eam negligat ſolers interpres.

Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè.

Recen-

In Euchariſtia interpretantur
Sed non aptè ad analogiam.
Alij lectum conuiualem agnoſcunt
Qui ſæpè è materia prætioſiore.
Columellis ſuis argenteis
Stragulis veſte purpurea.
Puluillis elegantis.
Qui ſolenne inſtituto apud veteres.
Eſt autē illis ferculū Eccleſia, columnæ Doctores. Reclinatorium æterna requies,
Aſcenſus imitatio Chriſti.
Nec omnes in applicandis ſingulis conueniunt.

III.

Sed tricliniares lecti, fixi.
Nec de illis lectis hic accipi poteſt.
Et Aprion nemo lectum interpretatus eſt.
Quanquam quot homines, tot ſententiæ:
Vna eius cauſa vocis inſolentia.
Quæ ſolum hic legitur.
Solus Ambroſius lectum vidit,
Sed non tricliniarem,
Sed dormitorium.
Et quietis lectum.

IV.

Theodoretus ferculum ſunt Apoſtoli,
Qui & Dei dicti quadrigæ,
A quibus Chriſtus per totum orbem defertur.
Et cætera vtcumque applicat,
Et quidem ſatis impedite,
Sicuti & Tres Patres,
Et minus apte, Philo.
Dupliciter interpretatus,
Cuius hic verba habes.
Nec ſatis expedita,
Et parum conſequenter,
Quod commune pleriſq; de veteribus,

Ferculum lectus tricliniaris, alij.
Plin lib. 13. Cap 13. & 16.
Cic Verr. 6.
Seneca.
Mart. lib. 9.
Lucanus.
Prad.ũ in Eſt. 24. 41.
Amos 6. 4.
Aſth. 1. 6.
Apul lib 10.
Amos 11. 8.
Homer. Ilia. 1.
Virgil Aeſ. 1.
Horat lib. 11.
Satir. 4.
Cic. Tuſc 5.
Lucret. lib. 11.
Prou 7. 16.

Aprion Hebræam vocē nemo de lecto tricliniari interpretatus.
Genebrardus.
R David Kim.
R. Salomon.
Beda.
Abenezra.
Vide Genebr.
Et deri.um.
Ambroſius.
Ferculum corpus humanum quatuor conſtans elementis,

Theodoretus.
Apoſtoli Dei quadrigæ Chriſtum circumferentes per omnem partem.
Habac. 3. 8.

Tres Patres.

Philo Carp.
Caro Chriſti ferculum,

Veteribus pleriſq. exigua de conſequētia interpretationis cura.

Horatius Arte,

Digitized by Google

V.
Nec recentiorum minor varietas,
Quo loci difficultas probatur.
Sed quidam putant alluſum ad ad Tabernaculũ,
Licet grandior ſenſus ſit.
Nos de allegorico affirmamus,
Litteralem de arca eſſe putamus.

Recentiorum autem haud vacat interpretationes referre,quorũ vnus *Romanã Eccleſiam*; alius *Eccleſiam* ipſam *vniuerſam Ferculum* eſſe volunt; alius *Pontificiam,ac Regiam dignitatem*, quibus vna ornatur Eccleſia,ad quam Gentes vocari arbitrantur. Quæ omnia ſatis indicant loci huius difficultatem: vt eos omittam, qui ad tropologiam diuertere de quibus loco alio.Sed bene eſt quod quidam eorum, & quidem de doctiſſimis, digitum intendere in fontem, obſeruantes hic ad *Tabernaculum Fœderis* factam alluſionem; tametſi ſub eo ſchemate grandius myſterium deliteſcat. Sed aliud eſt, ſi velis hæc per Allegoriam trahere ad Eccleſiam Chriſtianam, quod facile admiſerim: aliud ſi immediato & litterali ſenſu de illa velis intelligi,quod negabo. Certe verba ipſa tam ſunt perſpicua, vt ſtatim appareat, quæ fuerit ſcriptoris ſacri mens: nec vllus ſit futurus omnino, qui ſi meminerit, quo apparatu,atque materia *Tabernaculum* conſtructum fuerit, non ſtatim aſſentiatur, hic de illo eſſe ſermonem.

Alluſionem hic ad Tabernaculum, quidã cognoſcunt tantũ.

VI.
Ferculum autem dicunt,
Quem prius lectulum,
Quia viätis Dei vehiculum
Qui ad modum Imperatoris,
Nec certis tantũ temporib.
Ambulantis populi comes erat
Ideo Arca Dei Quadriga dicta.
Et currus eiuſdẽ,
Praſtantior decẽ millibus,
Talis Ezechieli repreſentatas,
Erat ergo populus in deſerto.
Velut magna ciuitas ambulant,

Deus autẽ in medio velut in Prætorio.

In Tabernaculo & arca

Cur autem quod paulo ante dixerant *Lectulum Salomonis*, nunc *Ferculum* nominent, optima ratione monſtratur.Nam ſi aduerſis, illi Populo Deus ſe futurum itineris comitem fuerat pollicitus; ſed ita tamen vt non perpetuo motu circumageret terram promiſſam petentem.Nunc ergo metari iubebat caſtra,nunc mouere: atque vt in militari diſciplina ſtans vexillum, quietis & otij, motum,progredienſque itineris peragendi ſignum eſt: ſic prorſus nubes, quæ *Tabernaculum* obumbrabat interdiu, noctu autem in flammæ modum ſplendebat, quieta quidẽ,manendi; mota proficiſcendi faciebat indicium.Sed nec certis, ſtatiſque temporibus otium, progreſſuſque conſtabat, immo pro Dei ſolius nutu tempora vel coarctabantur, vel producebantur: quod vel mutandi ſtationem, vel ſiſtendi articulus ſignabatur. Habes hæc omnia Num. Cap. 9. à verſu 15. ad finem. Ergo idem illud *Tabernaculum* & quieſcenti Deo *Domus*, & proficiſcenti *vehiculum* erat. Ideo ab ſcriptore *Quadriga* dicitur. 1. Par. 18.18. *Altari autem in quo adoletur incenſum, aurum puriſſimum dedit, vt ex eo fieret ſimilitudo Quadrigæ Cherubim, extendentium alas, & velantium Arcam fœderis Domini.* In originibus clarius. *Et altari ſuffimenti aurum purificatum in pondere; & pro figura Quadrigæ Cherubim aurum.* Vide Pradum noſtrum de prima Ezechielis viſione ſect.4. *Arca* ergo dicta *Quadriga* ſeu *Currus Dei*. Pſalm. 67. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in Syna in Sancto.* Immo & Ezechielis *Currus* Deum in *Tabernaculo*, atque *Arca* inſidentem repræſentabat. Cogita ambulantem vrbem grandem, infinito plenam Populo, cui pro domibus tabernacula ſint: mediam autem Regium Prætorium obtineat, in quo Rex & iura Populo dicat, & ducatum eunti præſtet; & ineunti prælia Imperator ſit, ſic dicebat ille. *Neque enim manſi in domo ex eo tempore, quo reduxi Iſrael, vſque ad diem hanc: Sed fui ſemper mutans loca Tabernaculi & in tentorio manens cum omni Iſrael.* 1. Par. 17. 5.6. Ergo cui manenti,& quieſcenti *Domus*,& *Lectus Tentorium* erat,iure ambulanti, ac ſedes mutanti idem illud *Tabernaculum*, in quo & *Arca*, & *Propitiatorium*, *vehiculum* erat, ac velut *motoria Domus*.

Qui lectus dictus, etiam ferculum,quia Dei virtutis domus.

Deus in deſerto populi de inRex Imperator.

Num. 9. 15.

Arca Quadriga & currus Dei. 1. Reg 18. 18. *Pagumus*.

Pſal 67.18.

H. Pradus.

Iſrael in deſerto Vrbs grãdis ambulans, e cũ illa Deus ſub pellibus. 1. Par 17.5.6.

VII.
Fecit, ſibi, Salomon,
Tribus verbis indicata vehiculi maieſtas.
Nam Salomoni nec ſapientia,
Nec facultas & opes.
Nec voluntas deeſſe poterat,
NamVerbum qui ſapientia Patris delineauit,
Et artificibus ſapientiam indidit, Beſeleeli ſcilicet,

Et Ooliab. qui illi datus ſocius,

Ad quodcumque opus perficiendũ.

Cum autem legis: *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon*, tribus verbis indicatam intelliges eius vehiculi maieſtatem.*Feciſſe Salomon* dicitur,cui ſapientia deeſſe non potuit,de quo dictum. *Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens,in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit; nec poſt te ſurrecturus ſit.* 3. Reg.4. 12. *Rex* idem nunc maximè nominatur, ne quis arbitretur facultatem illi,atque opes defuiſſe, de quo etiam dictum: *Sed & hæc, quæ non poſtulaſti,dedi tibi: diuitias ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in Regibus cunctis retro diebus.* 3. Reg. 4.13. Additur, *Feciſſe ſibi*, ne abfuiſſe voluntas videretur: vbi aderat ſapientiæ iuncta facultas. Quæ ſi transferas ad Deum, qui in hoc ſiue *Tabernaculo*, ſiue *mutatoria Domo* diuerſabatur,intelliges, non ſine cauſa id fuiſſe dictum. Idem ille *Sapientia Patris*, *Verbum* ad *Tabernaculi* opus exemplar exhibuit. *Eriges*, inquit, *Tabernaculum, iuxta exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*, Exo. 26. 30. Quia autem ſæpè, quod ſapienter, & ex arte inuentum,ac deſcriptum eſt,operariorũ imperitia corrumpitur, idem ille Deus ad opus tantum executioni mandandum, viros ſibi delegit in ea arte peritiſſimos, quibus & ipſe tantum addidit ſapientiæ, atque peritiæ, quantum ad tantum opus perficiendum, neceſſarium videbatur. *Ecce*,inquit, *vocaui ex nomine Beſeleel, filium Vri, filij Hur, de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere, ad excogitandum, quidquid fabrefieri poteſt ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum: dedique ei ſocium Ooliab, filium Achiſamech, de tribu Dan: & in corde omnis eruditi poſui ſapientiam, vt faciant cuncta quæ præcepi tibi.* Exo. 31. 1.2. 3. 4. 5. 6. Quæ eadem eiſdem ferme Verbis repetuntur. Exo. 35. 30.

Maieſtas vehiculi tribus verbis indicata, fecit ſibi,Salomõ. 3. Reg 4 12. 3. Reg 4 13.

Verbum ſapientia P. delineator Tabernaculi.

Beſeleeli & Ooliab, data peritia in omni opere, Exo 31. 1.

VIII.
Et Populo voluntatem indidit,
Ad conferendũ pluraquam neceſſaria erant.

Qui autem indere operarijs ſapientiam potuit,ad tantum opus perficiendum,etiam Populo promiſcuo voluntatem indidit, vt quidquid in ſacrum opus neceſſarium erat, animo offerrent promptiſſimo, vt plura multo oblata fuiſſe dicantur, quam in opus neceſſaria erant. *Obtulerunt mente promptiſſima, atque deuota primitias domino, ad faciendum opus Tabernaculi teſtimonij, quidquid ad cultum, & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat, viri cum mulieribus*

Populo indita voluntas ad cõferendum neceſſaria in opus tabernaculi. Exo. 35. 21.

 præ-

Vt pratioſiſſima quæque,
Auri, argenti, Gēmarum.
Pellium lignorum conferrent.
Vt edicto admonendi eſſent.
Ne vltra quid darent.
Quod miraculo proximum,
Maxime in mulieribus,

præbuerunt, armillas, & inaures, annulos, & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt. Si quis habebat Hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, byſſum, & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & ianthinas; argenti, æriſque metalla, obtulerunt Domino, lignaque Setim in varios vſus. Principes vero obtulerunt lapides Onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale, & rationale. Exo. 35. 21. & ſeq. In tantum autem, aucta deuotio eſt, plus offerente Populo, quam opus eſſet, vt voce Præconis cogeretur edicere Moſes, ne quid quis vltra offerret. Et poterat quidem Deus, quæcumque neceſſaria eſſent, vel miraculo, vel aliunde adducere, vel de nouo producere: ſed maius miraculum fuit à volentibus, & vltro offerentibus dari, maximè à mulieribus, quæ mundi, cultuſque, & ornatus nimium ſolent eſſe amantes, & omnino auaræ. Mutauit ergo corda Deus ille, qui cordium Dominus eſt; fecitque, vt, quod eius poteſtatis, qua infinita pollet, fuerat opus, & quidem grande, Fidei, & Pietatis Populi illius etiam eſſet.

Populi in conferendo liberalitas, edicto frenanda fuit.

IX.

Nec voluntas defuit,
Cum ſibi Deus parari omnia iuberet.

Tertium, nempe *voluntas*, deeſſe non poterat, cum *Sibi* deſtinari tantum opus imperaret, in quo & maieſtatem oſtentaturus, & quam impenſe Eccleſiam ſuam amaret, oſtenſurus erat, indicijs manifeſtis. Atque in hunc ſenſum dictum putamus: *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon*, ne quidquam defuiſſe videretur perficiendum, cum & *Sapientia*, & *Facultas*, & *voluntas* ſymbola in illud contuliſſent, quæ tria ſi adſint, omnia magna eſſe, & Regia neceſſe eſt.

Voluntas deeſſe non poterat, opus ſibi vni parauit.

X.

De lignis autem Libani, dubia quæſtio eſt.
Nec videntur eſſe Cedri,
Cum de lignis ſetim factam Arcā conſtet.
Quæ diuerſa videntur.
Sed ſetim nomen loci eſt.
In campeſtribus Moab 6
Vbi Populus cum Madianitis fornicatus.
Huic loco nomen ab arboribus factum,
Non contra hic ab illo.
Is locus ſignificatus à Ioele.
Et vocatus torrens ſpinarum,
Ex quorundam ſenſu.

Cum autem additur, *De lignis Libani*, magna omnino quæſtio oritur, quæ illa *Ligna Libani* ſint; nam ſi velis *Cedros* eſſe quæ, quòd laudatiſſimæ prouenirent in *Libano*, per antonomaſiam *Ligna*, vel *arbores Libani* dicta ſint: obeſt ſcriptura, quæ omnem apparatum ad opus *Tabernaculi*, atque *Arcæ* perficiendum arte lignaria, è *Lignis Setim* factum, ſcribit, iubente Domino. Exo. 26. 15. Ideoque non videtur vnum cum alio quadrare. Hæc nos cogit obiectio quærere, quæ ſint hæc *Ligna Setim* tanti prætij, vt inter reliquas omnes arbores, vna deligeretur, Authore Deo, ad tantum opus. Et vero ponendum eſt, *Setim* & pluralis eſſe numeri, ſi formam ſpectes, cuius ſingulare *Setah*: & quandoque nomen eſſe loci, quandoque arboris; ſiue arbores ipſæ nomen loco, ſeu contra locus fecerit arboribus. Loci nomen eſſe conſtat Num. 25. 1. *Morabatur eo tempore Iſrael in Setim.* Ioſ. 2. 1. & 3. 1. Et Mich. 6. 5. Erat autem locus in campeſtribus Moab, cum nondum Populus Iordanem pertranſiſſet; haud procul ab extrema ora mortui maris, qua reſpicit promiſſæ terræ propinquiſſima. Hic Populus, cum Madianitis mulieribus commixtis polluit ſe ſe, atque iram Dei prouocauit, quem placauit Phinees, cæſis Iſraelita, & Moabitide, dum ſe ſe turpiter commiſcerent. Huic loco nomen factum ab arboribus, quæ in eo lætiſſimè prouenire ſolitæ quidam, nec improbabiliter arbitrantur: nam vt locus arboribus nomen faceret, probabile non eſt, cum diu antequam Hebræi in loco illo morarentur, eæ illic arbores notæ eſſent: vt hic idem locus, & Tabernaculi fabrica perſuadet. Hunc locum ſignificatum arbitrantur ab Ioele Cap. 3. 18. *Et erit in die illa: Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte; & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de Domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem Spinarum*, In Hebr. *torrentem Setim*. Quem locum miramur Toſtatum, virum talem, ex Iſai. 7. 18. citare, hominem haud dormitantem, vel raro Memoria feſellit; qui error translatus etiam in indicem eſt.

Ligna Libani an eadē cum lignis ſetim.

Exo. 26 5.

Setim pluralis numeri, e nomē loci in cāpeſtribus Moab.

Num. 25. 1.
Ioſ. 11. 1.
Et. 3. 1.
Mich. 7. 5.

Nomen loco factum ab arboribus.

Ioel 3. 18.
Setim torrens ſpinarum apud Ioelem.
Toſtatus.

XI.

Volunt autem arbores
Similes ſibi Spinas,
Forma foliorum & colore,
Sed vaſtas, & craſſas
Cedris cōgeneres,
Quia ſimul poſita ab Iſaia,
Sed leuis eſt ratio,
Sed congeneres Cedro non ſunt,
Si enim foliis ſimiles Albæ Spinæ,
Cuius folia longa & lata.
Aculeata per orā.
Diſſimiles Cedro erunt.

Qualis autem hæc arbor ſit, colligunt ex hoc loco, nec enim hic *Spinas*, *vepres* intelligunt, ſed arbores proceras trunco, ramis patulis, Cedris congeneres, eis ſimiles quas dicimus *Albas Spinas*, non quidem magnitudine, ſed frondium forma, & colore: nam *Alba Spina* frutex potius eſt, qui duos cubitos non excedit, craſſitudine pollicem vix æquat, in Carduis numeratur: cum tamen *Spina* arbor tam læta creſcat, ac vaſta craſſeſcat, vt ex ea tabulæ, aſſereſque fiant vnius cubiti cum ſemiſſe latæ, vt patet Exo. 26. 16. ſi *Setim Spinam* eſſe ponamus, congenerem autem eſſe Cedro (quod mihi valde dubium eſt, ex non vna ratione) tametſi ex Iſaia, id quidam ſibi videntur colligere cap. 41. 19. *Dabo in ſolitudinem Cedrum, & Spinam, & Myrthum, & Lignum Oliuæ; ponam in deſerto Abietem, Vlmum, & Buxum ſimul.* Hebraicè *Sittah*, qua etiam ratione tranſtulit Theodotio, teſtante Hieronymo. Sed *Sittah*, ſiue *Spinam* cedro congenerem eſſe, ex hoc loco neſcio quomodo colligant, an quia proximè nominantur? Alioqui & Myrthum, & Oliuam congeneres dixeris, & quod alienius eſt, Abietem, Vlmum, & Buxum eiuſdem generis eodem argumento facias. Et quanquam Hieronymus eo Iſaiæ loco, & Ioelis 3. monet ſimilem *Albæ Spinæ*, non magnitudine, ſed quoad colorem & folia; neſcio qui fieri poſſit, vt ſit Cedro cōgener, cum folio ſit diſſimillima, & colore & forma. Nam ſi *Alba Spina* folijs, forma, & colore ſimilis, certè multum diuerſa à Cedro ſit neceſſe eſt. *Alba* enim *Spina*, dicta Græcis ἀκανθα λευκη; Hiſpanis, *Cardo Syluestre*, folia habet cardui, multum per oram aculeata, reſperſis candidis maculis veluti lactis guttis, itaque folio lato, & longo eſt, quod ſæpe obſeruauimus. Cedrus cōtra folio quidem Spinoſa, aut potius Spinas pro frondibus habet, ſicuti & Iuniperus, cui in eo ſimillima. Vides diſcrimen: nec in tanto diſcri-

Spina arbor, folijs ſimilis Albæ Spinæ.

Exo. 26. 16.

Spina arbor congener Cedro non videtur.
Iſai. 51. 19.

Hieronymus.
Si ſpina arbor, folijs ſimilis Albæ Spinæ diſſimilis Cedro eſt:

ἀκανθα λευκη

mine

Cui pro folijs ſpinæ, vt Iunipero.

Plinius.

minè poſſe dici congenerem alteram alteri. Lego in Plinio lib. Hiſt. Nat. 24. cap. 13. *Eſt ſine dubio hoc nomine Spina ſylueſtris in Oriente, vt diximus, candida, magnitudine arboris iuſta.* Sed arborem magnitudine æquare dicit, arborem eſſe non dicit. Vt vt ſit, ex hoc, Iſaiæ loco colligimus *Sittah*, ſeu *Spinam* locis irriguis, feliciſſimè prouenire, id enim Iſaias vult, arbores, quæ ſolo gaudent irriguo, quales Cedrus, Myrthus, Olea, in ſolitudine alioqui ſterili, ac ſolo arido naſcituras, & in lætiſſimas frondes, ramoſque ſeſe explicaturas; eam ſcilicet locis incultis futuram aquarum vbertatem, vt nec inuideant hortis irriguis: *Aperiam, inquit, in ſublimibus collibus flumina, & in medio camporum fontes; ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.* Iſai. 41. 18. Nec quod de *Settim* in campeſtribus Moab ex nominis coniectura dicunt, firmum eſt, cum ſæpe ductæ ex nominum appellatione coniecturæ, ſint incertiſſimæ. Quin Hieronymus commentarijs in Iſaiam, & Ioelem, his ſcilicet eiſdem locis quæ ſuperius ſunt inducta, *Settim*, ſiue *Spinam arborem* in Eremo Arabiæ naſci affirmat, nec alibi gentium prouenire, quod obſeruandum eſt.

Gaudent irriguis locis, Vt ex Iſaia colligitur. — *Spina arbor humentibus locis gaudet.*

Nec coniectura nominis firma, ad locum deſignādū. — *Iſai. 41. 18.*

Quin Hieronymus in Arabia naſci, — *Spina in deſertis Arabiæ naſci ſolita. Hieronymus.*

Nec alibi gentiū Author eſt.

XII. Id ſaltem certum ponamus, Arborem eſſe deſertis Arabiæ locis familiarem, ne quis quærat, vnde Hebræi in deſerto *Ligna Settim* ad *Tabernaculi* conſtructionem habere potuerint, quod Toſtatus quærit; aut cōfugiendum ſit ad Rabbinorum figmenta, qui volunt, harum arborum radices ſecum Iacobum, cum è Chanaanitide in Ægyptum migraret, intuliſſe, atq; plantaſſe, vnde ſecum poſtea Iſraelitę detulerint, quod miramur plauiſſe Lyrano. Aut dicendum ſit cæſas quidem arbores in Settim campeſtribus Moabitarum, indeque, &, quod mirum eſt, ex hoſtico deductas, per magna viarum ſpatia, in eum vſq; locū vbi *Tabernaculum* conſtructum eſt, cum *Arca*. Quam ſententiam abſurdiſſimam conuincit Abulenſis, in cap. 25. Exodi, quæſt. 6. Aut aſportaſſe ea ſecum ex Ægypto cum cæteris ſpolijs, quod voluit Theodoretus, quæſt. 70. in Exod. Cæſa ergo ea materia ad fabricam *Tabernaculi*, in proximis Arabiæ montibus, eamque in opus contulere tenuiores, quemadmodum & *Caprarum pilos*; non vt prætioſiſſimum lignum, ſed vt neceſſarium. Itaque, quod vnum pauperes poterant, operas contulere, cædendo, dolando, aſportando in caſtra; inque cum locum, vbi opifices operi incumbebant.

Eſt ergo Arabia deſertis familiaris, Inde cæſa ad opus. — *Fabulæ Rabbinorum de lignis Settim. Nic. de Gra.*

Ne fabulis Rabbinorū credamus,

Damnatis meritò a viris doctis. — *Toſtatus. Theodoretus.*

Eam materiam cōtulere tenuiores. — *Tenuiores contulere ligna, ſicuti & pilos caprarum.*

Cæſamque & dolatam aduenere,

XIII. Lecta autem *Ligna Settim* potius in ſacrum opus, quam alia, quòd & cariem non ſentirent, nec timerent, &, cum compactiſſima eſſent, ac fortiſſima, leuiſſima eſſent tamen; quorum alterum opus æternum, & quaſi imputribile faciebat; alterum vectionem facilem; cum humeris omnia ſacerdotum, ac leuitarum deportanda eſſent. Hæ verò huius ligni proprietates faciunt, vt Cedro natura, & vſu ſimilis habeatur hæc arbor. Immo Hebræi DD. de Cedrorum eſſe genere, ſed lectiſſimam, & quæ principatum in eo obtineat, affirmant. Quare quod hic dicitur quidquid ligneum in opere fuit, *De Lignis Settim* factum fuiſſe, Hebræi interpretantur *de Cedro lectiſſima*. Sic Iſai. 4. *Dabo in ſolitudinem Cedrum Sittah*, interpretantur *Cedrum optimam*, *Lectiſſimamque*; vt commēdationem habeat proceritatis, & felicitatis in coma, & ramis. Siquidem hoc loco in originibus abeſt coniunctio, *Et*, quam vulgatus addidit, vt duę arbores viderentur diſtinctæ.

Erat ea materia compactiſſima, & leuiſſima ſimul, Vt & opus æternum eſſet, Et vectura facilior. — *Ligna Settim compacta, & leuia ad vecturam;*

Immo Hebræi Cedrum eſſe voluit, Sed lectiſſimam illius ſpeciem. Nec aliud eſſe Sittah. — *Ligna Settim: Cedri ſpecies lectiſſima. Iſai. 42. 18.*

XIV. Quod ſi *Ligna Settim Cedri* intelligendæ ſunt, ſed lectiſſimæ, atque in eo genere optimæ, vides, quam hoc canticor. loco meritò dictum ſit; *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani*; cum Libanotica Cedrus principatum inter cæteras obtineret, bonitate, proceritate, pulchritudine. Ergo idem fuerit dicere, *de lignis Libani*, quod *de lignis Settim*, id eſt de Cedris lectiſſimis, atque optimis, quales quæ in Libano monte ſolent creſcere, expanſiſque latè ramis inumbrare ſolum. Quibus ſoluta tota manet quæſtio, nec quidquam aliud addere neceſſe eſt.

Ideo de lignis Libani, Cuius Cedri in laude, ſupra cæteras, — *Ligna Libani poſita pro Cedris lectiſſimis.*

NOTATIO XXII.

COLVMNAS EIVS FECIT ARGENTEAS.

I. Pergunt Tabernaculum deſcribere: ſed quia illud ſub *Vehiculi*, aut *Lecticæ* forma depingunt, opus fuit per partes etiam, quæ ad vehiculum, aut lecticā ſpectarent, alias intelligere, quibus *Tabernaculum*, & *Propitiatorium* componebatur. Huius autem geſtatoriæ ſiue carrucæ, ſiue geſtaminis, quantum attinet ad Dramaticum ſenſum, Dramatico Comment. deſcripſimus formam: hic id ſolum reſtat, vt ad *Tabernaculi* fabricam applicemus. Hoc ergo cedrinis compactum tabulis, ex cap. 27. Exodi intelligimus, quarum ſingulæ longæ decem cubitos, latæ vnum cum ſemiſſe, præter extremas duas, quæ poſticam partem iuxta angulos ad occidentem claudebant, quæ dimidio anguſtiores erant, ſingulis duæ additæ inferiore partę *baſes*, ſic .n. ſcriptura appellat, quibus ſtarent erectæ,

Tabernaculi reliquæ partes, Tabulæ Cedri nec certo numero & forma, Longitudo & latitudo. Singulis addita bina baſes, — *Tabernali deſcriptio per ſuas partes. Exo. 27.*

Et quidem argētea.

Acuminata in cuſpidem, Vt infigi ſolo poſſent, Et tabulis ab ima parte infixa.

Baſes acuminatæ ex argento, ſolo infigendæ.

æ quaſi ſolo affixæ ad firmitatem. Hæ baſes fuere Argenteæ, quadraginta ad Aquilonem, ad Auſtrum totidem, cum alterutra parte tabulæ eſſent viginti: ad occidentem ſedecim, quod tabulis octo, ea ex parte *Tabernaculum* clauderetur. Quod ſi ſolo infigendæ ad firmitatem, & prælongas fuiſſe oportuit, & acuminatas in cuſpidem, ſenſim, qua tabulis inſerebantur, craſſiores; ſiue eas putes cuſpidibus ſuperioribus immiſſas in extremas tabulas; ſiue cauatas ad craſſitiei menſuram in eas immittendarum tabularum: quod minus probabile nobis, tametſi magis id Kimhio placuit. *Baſes* ergo dictæ, nō quod columnarum Baſes forma, ſed quod munere imitarentur.

II. *Velum diuidens ab adytis ſancta, Columnis quatuor pendens, Auro inductis & capitellis aureis. Baſibus argēteis.*

Velum diuidens Sancta, ab Sanctis Sanctorum. Exo. 26.32.

Velum autem (quod *Sancta Sanctorum*, ſeu Adyta à *Sanctis* diuidebat, id eſt intimam, in qua *Propitiatorium*, cum *Arca*, ab exteriore, parte in qua menſa, & candelabrum) quatuor *Columnæ* cedrinæ ſuſpendebant; quarum capita aurea, baſes argenteæ erant, ipſæ aureis lamellis inductæ ab imo ad ſummum. *Quod* (velum) *appendes ante quatuor Columnas de lignis Setim; quæ ipſæ quidem deaurata erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas*. Exo. 26.32. Sic *Tentorium*, quod in introitu erat, & valuarū fungebatur officio, quinq; ſuſpēdebatur *Columnis* eadē materia & forma, niſi quod baſes, nō argēteæ, ſed ęreę erant. ver. 37.

III. *Columnæ in atrio viginti. Capitulis argenteis, Ad ſuſtinenda tentoria. A fronte columnæ ternæ, eodem munere. Et velum ad arcendum conſpectum, Vice valuarum.*

Columnarū atrij forma, materia, numerus, partes.

In Atrio autem ex vtroque latere *Columnæ* viginti erectæ, octo in occidentali parte ſpatium claudebant centum cubitorum longitudine, latitudine quinquaginta. Hæ autem capitella argentea mira arte cælaturis diſtincta (qualia & cæterarum *Columnarum* capitula fuiſſe, par eſt credere) habuere, quibus tentoria per circuitum ſuſpendebantur, atriumque claudebant, ſed à fronte *Tabernaculi*, vt pateret introitus, ex vtraque parte *Columnæ* erant ternæ, eadem materia & forma, quibus ea ex parte tentoria, quæ pro muro erant *Tabernaculo*, ſuſtentabantur. At in introitu Atrij tentorium erat, quod id ſpatium occupabat, quod vacuum ad ingreſſum relictum erat, & pro valuis erat; ne facile oculis tranſeuntium interiora paterent. Id *Columnæ* quatuor ſuſpendebant, eiuſdem formæ. De his autem omnibus *Columnis* dicitur; *Omnes Columnæ Atrij per circuitum veſtita erunt Argenteis Laminis. Capitibus argenteis, & baſibus æneis.* Exo. 27. 17.

Velum oppanſum ad arcendū oculos, pro foribus. Exo. 27. 17.

IV. *Has columnas Salomon intelligit, Argenteas à potiſſima parte. Et quia pleraque argento inducta. Niſi velis appellatum omne argenteum intelligere.*

Argēteæ columnæ cur dictæ Salomoni cum Cedrinæ eſſent.

Vides quam honoratus huic metallo locus ſit datus, ſiue intra *Tabernaculum*, ſiue extra, Has ergo *Columnas*, ſiue ſolas *baſes Argenteas* cogites in ijs, quæ intra *Tabernaculum* ſtabant, ſiue *capita*, ac *ſtaturam totam* in ijs, quæ atrium claudebant, ſignificatas exiſtimo loco hoc Canticor. à Salomone, nomine *Columnarum Argentearum*: nam in prioribus ex parte totum ſignificatur; in poſterioribus, quod puri *Argenti Laminis* eſſent inductæ, & quidem ex arte cælatis, ſiue vlla tropi neceſſitate. Niſi placeat, nomine *Argentearum Columnarum* id intelligere omne, quod ex eo metallo confectum erat, ad *Tabernaculi* vſum, quod magis placuit viro docto. Et quanquam tam Veteres, quam Noui libri interpretes, in *Argenteis Ferculi Columnis*, vel Apoſtolos, vel diuina Eloquia, vel ſpiritus dona, vel quiduis aliud intellexere: Id dicimus non ad litteram, ſed ad allegoriam pertinere, cum litteraliter *Tabernaculum*, & eius partes deſcribantur.

NOTATIO XXIII.

RECLINATORIVM AVREVM.

I. *De propitiatorio ſermonem hic eſſe, Negare non potuere, Illi etiam quibus hic myſtica placuit interpretari, Neq; ſi allegoricè placet, nos negamus, Sed ad litteram Propitiatoriū eſt.*

Reclinatorium, pro Propitiatorio. *Delrius*

VIde mihi, quanta ſit veritatis ipſa vis: nō potuere etiā illi, qui hæc de arcanis myſterijs legis Gratiæ interpretantur, nō fateri, hic de *Propitiatorio* eſſe ſermonem. Audi doctum interpretem ex Recentioribus. *Reclinatorium Eccleſia Aureum reſpondet veteri Propitiatorio, vnde Deus fundebat oracula, quod erat ex Auro puriſſimo. Significat autem Fidem viuam, per quam Deus in cordibus fidelium inhabitat; & cui fideles, vt humerali fidiſſimo, innituntur.* Hactenus ille. Itaque negare auſus non eſt, hic de *Propitiatorio* eſſe ſermonem, immediato quidem ſenſu, tametſi in *Propitiatorio* non hæret, ſed ad allegoriam tranſit: *Fidemque Propitiatorio, Propitiatorium* autem *Reclinatorio* ſignificari contendit. Nos autem non negamus, ſi allegoria placeat, aliud quiddam dici poſſe, quod quadret, iuxta cuiuſque viam, quam ingreſſus eſt: id tamen contendimus, de *Propitiatorio* hic litteraliter eſſe ſermonem.

II. *Cur autem dictū Reclinatorium? Dei ſedes erat, & quietis locus. Fortaſſis & Angelus viſibili ſpecie Dei perſonam ſuſtinens,*

Propitiatorium dictum Reclinatorium, quod in eo ſederet Deus.

Cur vero *Propitiatorium Reclinatorium* ſit dictum facilis Quæſtio eſt; erat enim ſedes Dei, & locus requiei illius; non quod verè ſederet, & requieſceret, cum ſpiritui puriſſimo, & infinitæ virtutis, neutrum conueniat: Sed quod eo magis loco eius ſpectaretur Maieſtas, in ibique, tanquam in proprio domicilio, maneret per otium Populo illi beneficia collaturus; & ab eo, à ſe inſtituto ritu, colendus. Quanquam ſi verum eſt, Angelum, qui Dei perſonam in aſſumpto corpore ſuſtinebat, viſibili ſpecie ſpectabilem ſe præbere ſolitum eo loco, haud abſurdum eſt, eum in aſſumpto etiam corpore ſediſſe; quodque illi conuenire ſecundum naturam non poterat, ſecundum diſpenſationem Dei conueniſſe.

Ergo

Digitized by Google

Sic ſedens intelligitur,

Sicut aliis aliis.

Angelus in aſſumpto corpore Deum repræſentans.
Iſai.6.1.
Matth.28.2.
Marc.16.5.

Ergo quo ſenſu dixit Iſaias Cap.6.1. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.* Et Matth.28.2. Marc.26.5. Angelus dicitur *ſupra ſepulchrum ſediſſe*, eodem Deus dici potuit *ſupra Propitiatorium Sedere.* Itaque, ſicut *Propitiatorium* eo dictum *Dei ſedes*, quod in eo *Sedere Deus* putaretur: ita *Reclinatorium* dictum eſt; qui enim *ſedent, acclinare* corpus ſolent.

III.

Sed dubium an Propitiatorio inſideret Deus,
An Cherubinorũ alis.
Sed prius quæras, an Propitiatoriũ Arca pro operculo eſſet,
Id affirmat Toſtatus,
Negant alij, meliori iure.

An Propitiatoriũ pro operculo eſſet Arcæ.

Sed magna omnino Quæſtio eſt, & à Viris doctiſſimis agitata, an Deus ſupra *Propitiatorium* ipſum, an ſuper alas ſederet Cherubinorum, ita vt ſupra *Propitiatorium* pedibus, tanquam ſuppedaneo, aut ſcabello inſiſteret. Hanc quæſtionem alia præcedat neceſſe eſt. An *Propitiatorium* ita operiret *Arcam*, vt illi pro operculo omnino eſſet, vt pote aliud non habenti, quo clauderetur. An contra aliquo ſpatio diſtaret ab *Arca*, ſupra quam tamen ad perpendiculum immineret; ſuſtentatum ſcilicet manibus vtriuſque Cherubini, latera *Arcæ* protegentium, quod alijs magis placuit. Quæſtionem magnus æuo ſuo Vir, & cum quo pauci etiam de ſæculo hoc comparari poſſint, Abulenſis agitauit pleniſſimè. Exo. 25. Quæſt.17. Et quanquam ille in id inclinat, vt *Propitiatorium cum Arcæ operculo idem fuerit*, idque multis argumentis conatur conuincere, adhuc res confecta non eſt, Doctorum hominum iudicio. Ergo ſic ſtatuunt. *Arcæ* quidem *operculum* è ligno ſicuti & illius parietes, ſeu latera, & ſolum fuiſſe, cum nulla ſit cauſa exiſtimandi, cum Deus dixit. Exo. 25.10. *Arcam de lignis Settim compingite, cuius longitudo habeat duos, & ſemis cubitos: latitudo cubitum, & dimidium: & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris: facieſque ſupra coronam auream per circuitum: & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor Arcæ angulos: duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis Settim, & operies eos auro; induceſque per circulos, qui ſunt, in Arcæ lateribus, vt portetur in eis: Poneſque in Arca teſtificationem, quam dedero tibi.* Cum hæc, inquam, Deus dixiſſet, exiſtimandus non eſt, non etiam in *Arca* hac deſcriptione potiſſimam partem *Operculum* ſcilicet, comprehendiſſe. Cum & *annulorum*, ac *vectium*, quæ partes *Arcæ* non erant, mentionem feciſſet. Immo iuſſiſſet in ea etiam teſtimonium id eſt tabulas legis poni, quaſi perfecta Arcæ deſcriptione, quem in finem iuſſiſſet eam fieri, vellet exponere. Cum maxime toto opere *Arcæ* deſcripto, quaſi nouum opus deſcribere aggreſſus, de Propitiatorij materia & forma dicat: *facies & Propitiatorium de auro mundiſſimo*. Modus enim ipſe loquendi ſatis indicat, nouum id eſſe opus, & forma, & materia, & vſu diuerſum: nec omnino vt pars ad *Arcam* ſpectans. Quo eodem ordine ſeruato factum opus ab Artificibus; nouumque *Propitiatorij* opus inceptum. Exo.37.6. *Fecit*, inquit, *& Propitiatorium de auro mundiſſimo.* Quem admodum etiam mox Verſ.7. *Duos etiam Cherubinos ex auro ductili.* Nam in Hebræo vna & eadem particula eſt coniunctiua, quam hoc loco vulgatus duplici tranſtulit *Et*, ac *Etiam*. Exo 15.17.18. *Et*, ac *Quoque*, vt neceſſe ſit, ſi loquendi formam expendas, etiam *Cherubinos* ad *Arcam*, vt partes illius pertinere, ſi illud *de Propitiatorio* placeat. Quidquid autem in contrarium Toſtatus diſputat, aut facilem habet ſolutionem; aut in incertis principijs fundatur, de quibus ideo dicere ſuperſedeo.

Nam Arcæ operculum è ligno,
Id colligunt ex ſcriptura,
Quæ Arcã prius, Poſtea Propitiatorium deſcribit,
Quaſi rem ad Arcam non ſpectantem,
Sed opus omnino nouum,
Materia, forma, & vſu,
Immo id modus ipſe loquendi ſatis probat.
Maxime ſi origines expendas,
Abulenſis autem obiecta.
Facilem habent explicatum,

Arcæ operculũ lignum.
Exo.25.10.
Prad.del.Ezech.
Viſ.ſec.14.
Villalpan. in Schem,Sãmarij.

Propitiatorium opus diuẽ vſum ab Arca.

Exo.37.6.7.
Et, ac, Etiam particularum vis.
Exo.15.17.

IV.

Omnis ergo è ligno arca.
Aureis inducta laminis,
Ad vtrumq; extremum Cherubini extra illam,
Brachijs tabulam aureum ſuſtinentes.
Extenſiſque alis iunctiſque,
Sedem Deo parãtes,
Qui ideo dictus ſuper Cherubim ſedere.
Teſtante id ſæpe ſcriptura,
Vel ad id clare alludente,
Non autem legitur ſediſſe ſuper propitiatorium.
Sed Cherubinis inequitans,
Et ideo ſuperior Arca.

Arca tota cum operculo è ligno auro inducta.

Cherubini manibus ſuſtinentes Propitiatorium, alis ſedem Deo parantes,

Ergo ſic ſtatuimus: Integram *Arcam* è ſolo, parietibus, operculo, ſiue tecto, è *Lignis Cedrinis* lectiſſimis compactam; ab interiore atque exteriore parte laminis aureis conueſtitam, Aurea corona ad oram ſummam circum ornatam: huic ab vtroque extremo, ſed extra illam, Cherubinos ſtantes additos ex ſolido auro, qui vtrumque extremum tegerent: hos protenſis brachijs manibus *Auream Tabulam* ſuſtinere, eiuſdem omnino cum *Arca* menſuræ, aliqua à ſuperiore parte *Arcæ* diſtantia ſublatam, vt videretur ei velut vmbella impendere: Eoſdem autem Cherubinos, alis contra ſe inuicem protenſis, & per extrema iunctis ſupra *tabulam* illam *auream*, quæ eadem *Propitiatorium*, quaſi thronum, aut ſolium conſtruxiſſe, cui Deus inſidere dicebatur, atque inde reſponſa dare. Id autem, quod poſtremo dictum eſt, tam ſæpè, tamque perſpicuis verbis traditum in ſcriptura eſt, vt mirandum ſit Abulenſem, limatiſſimi iudicij virum, ac raro dormitantem, id voluiſſe in alienum ſenſum detorquere. 1. Reg. 4. 4. *Tulerunt inde Arcam Fœderis Domini exercituum ſedentis ſuper Cherubim.* Sic 2.Reg.6.2.4. Reg.19.15.5. Par.13.6. Pſalm.79.2.& 98.1. Iſai.37.16. Dan.3.55. Sed maxime obſeruandus locus 2. Reg.6.2. qui vel etiam ſolus rem omnino conficit: *Surrexitque Dauid, & abijt, & vniuerſus Populus, qui erat cum eo, de viris Iuda, vt adducerent Arcam Dei, ſuper quam inuocatum eſt nomen Domini exercituum, ſedentis in Cheruibim, ſuper eam.* Quã eandẽ ob cauſam dictus *Deus aſcendere ſuper Cherubim* 2.Reg.22.11. Pſalm.17.10. Quo loco, tametſi ſermo eſt de Dei maieſtate, & potentia, qua omnibus creaturis ad nutum vtitur, cuique omnia parent, manifeſta alluſio continetur ad deſcenſum in Sina, & ſtationem in *Arca ſuper cherubinos, quibus inſidebat, velut inequitans*, quæ eſt vis originalis vocis. Contrà nullibi legitur, quod meminerim, *ſediſſe* Deus *ſuper Propitiatorium*: tametſi, ſi id alicubi proditum eſſet, explicandum ita erat, vt *ſediſſe ſupra Propitiatorium*, diceretur quòd *ſuper alas Cherubinorum ſederet*, ac ſic *ſedens Propitiatorium* pedibus præmeret, ei ſcilicet velut ſuppedaneo inſiſtens. Itaque integra *ſedes*, ſeu *Thronus Dei* ex

1.Reg.4.4.
2.Reg.6.2.
4.Reg.19.15.
1 Reg 13.6.
Pſal.79.2.
Et, 98.1.
Iſa.37.16.
Dan.3.55.
Deus aſcendere ſuper Cherubim cur dictus.
2.Reg 22.11.
Pſal.17.10.

Alis

Sedes ergo integra ex alis Cherubinorum & Propitiatorio.

Alis Cherubinorum, ac *Propitiatorio* exſiſtebat, in qua *Deus* verè *Sedere* dictus eſt. Quibus ad primam, ac ſecundam quæſtionem reſponſum eſt.

V.
Dictum autem Oraculum,
Quanquam aliquando, Arca cũ illo ſit dicta.
Sed propriè Propitiatorium
Quod omnino Hieronymo placuit,
Sed latius etiam Arcã, haud raro comprehendit
Sed ſæpe aperte diſtinguit ſcriptura.
Erat autem Propitiatorium totũ ex auro.

E propitiatorio Deus reſponſa dabat, ideo dictum Oraculũ. *Exo. 25. 18.*

Quia autem inde Deus reſponſa dabat, ideo, *Oraculum*, dictum eſt, tametſi haud raro ea voce, & *Arcam*, & *Propitiatorium* donata arbitramur: vt, cum dicitur Exo. 25. 18. *Duos quoque Cherubinos aureos, & productiles*, (forte, *ex auro ductili*) *facies ex vtraque parte Oraculi*. Cherubinos enim non modo ex vtraque parte *Propitiatorij*, ſed etiam *Arcæ* fuiſſe, paulo ante dictum eſt. Cum autem additur: *Vtrumque latus* Propitiatorij *tegant*, *expandentes alas*, *& operientes Oraculum*, nihil ſignificatur aliud, quam extenſis alis Cherubinos *Propitiatorium*, & quidquid infra illud erat, obumbraſſe, quod verum eſt. Capite autem Exodi 37. 6. Cum dicitur: *Fecit & Propitiatorium*, *id eſt Oraculum de auro mundiſſimo*, quo videtur affirmari, *Oraculum*, & *Propitiatorium* duo vocabula eſſe rei eiuſdem; obſeruandum eſt, ea verba, *id eſt Oraculum*, neque in originibus, neq; in Græcis 72. exſtare: vt videatur ea vulgatus maioris claritatis gratia addidiſſe de ſuo. Sed dixi haud raro *Oraculum* pro *Arca cum Propitiatorio* poſitum, non ſemper. Cum haud infrequenter ita loquatur ſcriptura, vt *Oraculum* ab *Arca* diſtinguat. Exo. 40. 18. *Poſuit & teſtimonium in Arca, ſubditis infra vectibus, & Oraculum deſuper*. Quemadmodum enim *vectes* ab *Arca*, ita & *Oraculum* diſtinguit. Supra Arcam autem Propitiatorium erat; Arca vero inter illud, & *vectes* media. Hoc autem Propitiatorium ſiue Oraculum totum ex auro puriſſimo fuiſſe, paſſim ſcriptura teſtatur: ac propter ea Salomon loco hoc canticor. In quo verſamur, *Reclinatorium*, quo *Propitiatorium* ſignificari volebat. *Aureum* fuiſſe, affirmat.

Exo. 37. 6. Oraculi nomine aliquando etiã alia cõprehenſa.

Exo. 40. 18.

NOTATIO XXIV.

ASCENSVM PVRPVREVM.

I.
Aſcenſus purpureus Velum,
Oppanſum Sanctis Sanctorum.
Annulis è columnis pendens.
Vt adduci & reduci poſſet.
Eius longitudo & latitudo.
Illa ſupra nouem cubitos
Vt adduci ac reduci facile poſſet,

Velũ ante Sancta Sanctorum, Aſcenſus Purpureus.

SEquitur de *aſcenſu* dicamus, quo ſignificatum arbitramur *Velum*, *quod Sanctis Sanctorum oppanſum, adyta diuidebat à Templo, ſiue exteriore Tabernaculo*. Hoc monuimus, ex capitibus Columnarum quatuor (quæ obductæ argento erant, eiuſdemque metalli baſibus infigebantur ſolo, aut ſuſtinebantur,) ante Arcam pependiſſe. Fuiſſe autem ſuis à ſuperiore parte annulis virgæ aureæ, aut argenteæ, inſertum, facile vt adduci, ac reduci poſſet, cum opus eſſet, ſcriptura innuit. *Inſeretur autem Velum per circulos, intra quod pones Arcam teſtimonij*. Exo. 26. 33. Sed quanquã de illius, quãtum attinet ad longitudinẽ, quantitate, quidquam non proditur; credibile tamen eſt, nec cubitos impleſſe decem, nec infra nouem fuiſſe: cum & operire deberet *Oraculum*, ne quis Sacerdotum, dum verſaretur in *Sanctis* proſpicere poſſet; & alioqui & adduci & reduci deberet; ei autem adductioni, ac reductioni impedimento futurum eſſet, ſi à ſuperiore parte cortinas, quibus Tabernaculum operiebatur, contingeret, eæ enim ſummis tabulis ex vtraque parte exceptæ, funibuſque diſtentæ, cubitis decem à pauimento diſtabant.

Deſcriptio illius Veli. Longitudo.

II.
Hæc decem cubitorum,
Vt diuideret ſanctuarium in duas partes,
Nam ſanctuariũ decem cubitos latum.

Quod attinet ad latitudinem id *Velum* decem cubitos implebat, vt ex munere, in quod ſuſpendi iuſſum eſt, colligitur, vt ſcilicet diuideret in ſuas partes ſanctuarium, à meridie in Septemtrionem; quod ſpatium decem cubitorum fuiſſe, ex ſcriptura conſtat. Nam & ſagi Cilicini longitudine implebant cubitos triginta, quorum, ſi lateribus ſingulis à ſummo ad imum operiendis, decem cubitos eximas manebunt alij decem, ad operiendum à ſuperiore parte Tabernaculum. Atque hæc de huius *veli* quantitate.

Latitudo.

III.
Materia illius varia.
Subtegmen ex Byſſo,
Propter firmitatem.
Retorta, ex duplici filo,
Tortis ſingulis in vnam partem.
Deinde iũctis, & in cõtrariã tortis,

Materia Veli Byſſus Hyacinthus, Purpura, coccus.

Materia illius ex *Hyacintho, & Purpura, Coccoque bis tincto, & byſſo retorta*, & quanquam, quo hæc pacto fuiſſent texta, ſcriptura non dicit, arbitratur ſuo æuo vir doctiſſimus Abulenſis, ſubtegmen è *Byſſo*, cætera pro tela, aut ſtamine fuiſſe. Id certum putamus: *Byſſum* ad firmitatem additam, ideo retortam, cætera ad pulchritudinem: nam & *Byſſum* tradit Iul. Pollux, ſimilem Lino, ſola excepta denſitate, qua Linum vincit, quod de firmitate intelligendum putamus: ideoque *Byſſum* ita textam, vt color illius oculis non pateret, ſed lateret ſub reliquis. *Retortam* autem intelligo, non filo ſemplice tortam, vt exiſtimauit Abulenſis, haud rectè; id enim tametſi taceretur, ſatis intelligebatur, vt de cæteris tacitum eſt, nec enim niſi torta texi poterant, ſed gemino filo primum torto, deinde iunctis, & in contrariam partem retortis, (quod nos dicimus, *Torcido a dos*) quod etiam ad firmitatem immo ad ſpeciem valet maximè.

Byſſus retorta quę.

IV.
Sed de Byſſo exquirendum.
Patria India Ægyptus, Achaia.
An Goſſipium dubium,

Diſquiſitio de Byſſo, an Goſſipium? *Pollux Onum. Plinius.*

Sed quando eo ventum eſt, haud abſre fuerit, de *Byſſo* quædam exquirere. *Byſſo* patriam Pollux Indiam, & Ægyptum facit: Plinius autem etiam Achaiam, prope Elim vrbem. Sed quæ in vſum Tabernaculi eſt impenſa, Ægyptia fuit, quam ſecum de Ægyptiorum ſpolijs Hebræi, illa Regione excedentes detulere: neque enim aut deſertis locis inueniri, aut aliunde coemi poterat. An autem *Byſſi* perierit, cum re vſus, an hodieque apud nos maneat,

Digitized by Google

Quidam affirmant, *Sed probabilius non eſſe,* *Id oſtenſum non vno argumento,* *A pretio, tenuitate,* *Mollitie,qua tanta Goſſipio nõ eſt,* *Qua vincitur ab alijs telis,* *Et Byſſus ſpecies lini tenuiſſimi,* *Goſſipium velleri ſimile,*

Pradus, Ezech. 16. 10. *Lipſius in tac.* Byſſus non eſt Goſſipium. *Prou. 30 22. 1. Mach.14 23. Luc.14 19. Apoc. 18.12.* Byſſus Goſſipio melior, prætio, tenuitate mollitie,alijs,

maneat, docti viri quæſiere. Quidam manere contendunt, probantque ex Pollucis, & Plinij teſtimonio, quorum cum ille de *Byſſo*, hic de *Goſſipio* loquerentur, ita deſcripſere, vt non aliam agnoſcamus, quam quod nunc *Goſſipium* dicimus. Sed de vtriuſque Authoris verbis poſtea videro. Nunc illud contendo *Byſſum*, non eſſe *Goſſipium*. Primo quia *Byſſus* olim inter prætioſiſſima numerata cultus, vt prope Purpuræ æquaretur, vt vel ex hoc loco fit planum. Et Prouerb. 30. 22. 1. Machab. 14. 23. Luc. 16. 19. Apoc. 18. 12. 16. *Goſſipium* autem apud nos vili diſtrahitur prætio, & fere non niſi apud tenuiſſimos in vſu. Deinde quia *Byſſum* fili tenuitas commendabat, vt ne ſericis quidem vinceretur; quam in *Goſſipio* laudem fruſtra nunc quæras. Vidimus cum Turiaſone iuuenes Dialecticis inſtitueremur, textam de *Goſſipio* tenuiſſimam telam, ex Oriente aduectam, ſed nihil ad ſerica, Si de tenuitate ſit lis. Tertio, quia *Byſſum* alia gratia commendabat, velleris mollities, qua nulla eſſent alia ei præferenda, vt obſeruat Plinius infra inducendus: tantam autem mollitiem in *Goſſipio* non agnoſcimus, & multa ſunt, quibus omnino cedat: certe ſerica quæcumque & eæ telæ, quas Cambraies, & Olandas dicimus, nomine ab ijs regionibus, aut Vrbibus tracto, à quibus ad nos deferuntur. Poſtremo, quia *Byſſus* ſpecies videtur fuiſſe lini tenuiſſimi, quod vulgatum apud ſcriptores, qui de ea re ſcripſere; *Goſſipium* vellera potius lanarum viſu, & tactu imitatur, quam linum.

IV.

Byſſus ex Polluce arboris proles, *Fructus nuci ſimilis,* *Quo lana conditur,* *Goſſipium ex Plinio, frutex,* *Fructus ſimilis barbatæ nuci,* *Quæ quidam cõfundunt,* *Atque eadem eſſe volunt* *Sed non ſunt, immo diuerſa,* *Nam alius arborem, fruticem alius,* *Alius fructũ nuci glabræ,* *Alius capillatæ ſimilem facit*

Pollux Ono, Deſcriptio Byſſi ex Polluce, *Plinius*. Deſcriptio Goſſipij ex Plinio. Diuerſitas inter vtrumque.

Nunc Pollucem audiamus; *Byſſus lini quadam ſpecies apud Indos nunc apud Ægyptios, ex arbore quadam lana fit, ex qua veſtem confectam lino maxime ſimilem eſſe, quiſpiam dixerit, ſola denſitate excepta, denſior enim eſt. Ex arbore fructus naſcitur, nuci ſimilis, duplice munita cortice, quo dirempto, poſtquam inſtar nucis floruerit, interius hoc, quod lanam refert, eximitur, vnde ſubtegmen conficitur; ſtamen autem illi ſubtenditur lineum.* Audiamus & Plinium lib. 10. Cap. 1. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem alij Goſſipium vocant, plures Xylon, & ideo lina indefacta Xylina. Paruulus eſt*, (locus mutilus, adde, *fructus*) *ſimillimus barbatæ nucis: cuius in exteriore bõbyce lanugo netur: nec vlla ſunt ei candore, mollitiaue præferenda.* Ex vtroque autem ſcriptore ſic diſputant *Byſſi* apud Pollucem deſcriptionem per omnia ſimilem ei, quæ Plinius *Goſſipium* deſcribit: erit ergo; *Byſſus Goſſipium*, quod etiam apud nos vſu frequenti cognitum eſt. Sed ſi vtriuſque interſe conferas verba, videbis non eandem rem ab vtroque deſcribi: ſi autem vtriuſque deſcriptionem cum ea planta, quæ apud nos *Goſſipij* mater eſt, (Hiſpanis Algodon Valentinis, & Gallis Cotò) omnia alia potius arbitrabere, quam eandem eſſe: quod miror eos ſcriptores, qui contra ſentiunt, non animaduertiſſe. Pollux *Arborem* eſſe affirmat; Plinius *fruticem*: Ille fructum quidem ſimilem nuci, ſed glabræ, minimeque capillatæ; Hic ſimilem dicit nuci barbatæ: Ille, interius latere lanuginem; hic exterius totam ſe prodere affirmat: Ille, duplice fructum munitum cortice; hic nihil de cortice, vtique ad id quod agebat, minime pertinente, cum ſolam quæreret lanuginem, quę corticem ſcilicet veſtiebat, minime ab illo claudebatur. Vide an probabili argumento effecerimus, vtrumque hunc ſcriptorem non de eadem re loquutum.

V.

Nec Goſſipiũ noſtrum idem cum Pliniano. *Noſtri deſcriptio.* *Fructus folliculo clauſus,* *Qui maturus dehiſcit,* *Semen lanæ tenaciter hæret.* *Quod terræ mãdatum naſcitur in ſpeie generis.* *Id nos ſæpè experti,*

Goſſipium noſtrum diuerſum à Pliniano. Eius deſcriptio.

Quanquam autem in *Goſſipio* noſtro nonnulla agnoſcimus, ijs, quæ ab his Authoribus tradita ſunt de *Byſſo*, & *Goſſipio*, affinia; alia toto ſunt cœlo diuerſa. Nam quæ apud nos *Goſſipium* profert Planta, frutex eſt, duos ſummum altus cubitos, Fructum, ſi tamen fructus, ad magnitudinem nucis profert, cum maturuerit: folliculo non cortice clauſum, tribus velut receptaculis diſtinctum, quibuſdam, ſeu venis, ſeu neruis ab pediculo ad verticem diſcretis. Cum adoleuerit, turgente intus vellere, ac laxiora quærente ſpacia, atque anguſtijs illis ſe eximere properante, dehiſcit triplice hiatu folliculus; candorque tunc demum latentis hactenus lanæ in candidi velleris, aut decidentis è nubibus niuis formã, ſe prodit; donec omnino adultus eximatur. Latet autem inter vellera ſemen tenaciſſimè hærens, aſperum, rugoſum, informe, velut meſpili oſſiculus, vt non ſine multa vi nudari ſe patiatur, vt, etiam ſpoliatus, amati velleris veſtigia ſeruet. Singulis folliculis terna ſummum quaterna clauduntur ſemina; raro quina, quæ mãdata terrę genus propagant. Hæc nos ſæpè, ac per otiũ contemplati; aliquando etiam ſemine manu noſtra terræ commiſſo, eũdem fructum decerpſimus. Sic iuuat nonnunquam animum oblectare, ludentis in rerum naturis Dei operibus.

VI.

Non ergo arbor qualis à Polluce deſcripta, *Nec Plinij Goſſipium* *Alioqui non tacuiſſet linius,* *Quem quidam dum emendare cupiunt,*

Non eſt noſtrũ Goſſipium Byſſus Pollucis. Nec Goſſipium Plinij. Plinij locus deſenſus,

Vides nec *arborem* eſſe, nec *duplice munitum cortice* proferre fructum, neque *florere vt nucem*, quæ omnia ſunt as Polluce prodita: vides fructum haud ſimilem *barbatæ nuci*, cum teres ſit, totũmque vellus intus coerceat, extra non monſtret, vt nihil minus ſuſpicere, quam quod intus latet, donec calore percoctus, creſcente ſcilicet fœtu, atque inſtante partu, dehiſcat. Non ergo *Byſſus Goſſipium* noſtrum eſt, nec de eo ij Authores loquuti. Et profecto mirum fuiſſet, ſi *Byſſum Goſſipium* eſſe Plinius voluiſſet, id ab illo non ſcriptũ, cui leuiora multa chartis mandantur. Quin cum ſeorſim de *Byſſo*, ac *Goſſipio* tractet, certum eſt, diuerſas exiſtimaſſe res eſſe. Monendus autem mihi lector eſt, non nullos eſſe, qui in Plinio; pro illis: *Cuius in exteriore cortice lanugo netur*; legant; *In interiore cortice*, Emendare ſcilicet Plinium voluere, vt cum de *Goſſipio* noſtro loqui probarent, ſed peruertere;

Corrupere omnino.
Sed fruſtra conati.
VII.
De materia veli quæſtio, non facilis.
Sericum quidam putant.
Sed certum Byſſum non tinctum.
Cuius laus prima candor.
Vnde Byſſinum pro candido & contra.
Id oſtenſum ex ſcriptura.
VIII.
Ne Sericum materia colorū veli.
Quod cocco tingi non potuit.
Quo ſola tingitur lana.
Omnis ergo materia è lana,
Si Byſſum demas.
IX.
Sed de opera plumario dubium.
Choſeb, cogitans, imaginans.
Interpretantur acupictorem,
Quod ea ars cogitationis multū exigit.
Et Rakam, acu pingere.
Vtraq; vox haud raro iungitur.
Opus cogitantis, & acupictoris.
Quod nos dicimus bordadura, & recamado.
Cur autem plumarium dictum?
Indicat Nonius ex Varrone.
Quod prius calamo & atramento.
Delineari ſolitū.
Quod acupingendum eſſet.
Habes modum & inſtrumenta.
Qualia hodie in vſu
Apud noſtras matronas.
Quæ multa in eo artificio.
X.
Sed Acupictoria duæ eius ſpecies, Bordadores, & Tapiceros.
Vtro artificio Velum confectum?

tere; nec animaduerterunt, dixiſſe Plinium; *fructum ſimilem eſſe barbatæ nuci*, quod verum eſſe non poſſet, ſi in interiore cortice lanugo lateret. Quo argumento oſtendimus, aliam eſſe Plinij Plantam à Goſſipio noſtro. Sed de his pro loco & tempore plus ſatis.

Redeamus ad *Tabernaculi Velum*, cuius ad texturam *Hyacinthus* & *Purpura*, & *Coccus* conuenere cum *Byſſo*: materies ſcilicet illis coloribus tincta, ſed quæ materia coloribus illis tincta, an *Byſſus* eadem? an *lana*? an *Sericum*. Inutilis fortaſſe quæſtio, niſi alij præceſſiſſent, & quidem magni nominis, qui *Serico* inductos eos colores arbitrati ſunt. *Byſſum* minime fuiſſe tinctura mutatam certum eſt, tum quia *Byſſo* ſemper parcitum à tinctorijs eſt, eius enim ſumma in candore laus, qua ſpoliari neceſſe erat, vbi primum tingeretur: ideoque iam non eodem cenſenda prætio, deficiente candore, vnde potiſſima æſtimatio. Ita haud raro *Byſſinum*, pro *candido*, ſimpliciter poſitum. Apoc. 19. 8. 14. *Datum eſt ei, vt cooperiat ſe Byſſino ſplendenti & candido. --- Et exercitus qui ſequebatur eum in equis albis, veſtiti Byſſino albo, & mundo.* Quemadmodum & *candidum* pro *Byſſino*. Dan. 7. 9. *Veſtimentum eius candidum, quaſi nix.* Hæc enim veſtis ſtola ſacerdotalis erat, quæ byſſina omnino. Exo, 39. 25. Iac. 2. 2. *Si introierit in conuentum veſtrum vir, annulum aureum habens, in veſte candida*. Nulla .n. veſte æque *candida*, vt *byſſina*: nec prætioſa magis, quam ideo mox, *veſtem præclarā* appellat. Tum quia tametſi *Byſſum* infici purpura potuiſſe demus, *Cocco* vix poterat, vt mox dicam.

Sed ne *Serico* quidē conſtare materia potuit, quod Toſtato placuit, in Cap. 26. Exo. qu. 2. Nam, vt dem, conchiliorum, aut buccinarum ſanguine, quo *Purpura* conſtabat, tingi potuiſſe, vt nunc illis vermiculis, quam *Cochinillam* apppellamus, quæ ſucceſſiſſe *Purpura*, videtur; *Cocco* tamen tingi non potuit, quo ex ipſa tingendi ratione, non Sericum, non linum, ſed ſola tingitur *Lana*. Supereſt ergo vt materia *Veli* omnis *Lana* fuerit, dempta *Byſſo*: nam vt *Serico* & *Lana* mixta eſſet, rerum ipſa diuerſitas minimè patitur. Omnis ergo textura, *Byſſo, Hiacintho, Purpura Coccoque* è *Lana* erat. *Byſſus* pro ſubtegmine, cætera pro ſtamine erant.

Addit ſcriptura *Veli* texturam faciendam *opere Plumario*, quod quale ſit, adhuc quæritur, nam vt *plumæ* cæteris intexerentur, veriſimile non eſt, tam diſpare ad vnam texturam materia. Originale vocabulum, *Choſeb*, à radice *Chaſab, cogitare, imaginari*, ſiue *multum eſſe in cogitatione, Cogitantem, Excogitantem*, atque *Imaginantē* ſignificat. Ideo nonnulli reddidere, Exo. 26. 1. quod legimus: *Opere plumario. Opere Cogitantis*, ſiue *Imaginantis*. Sic ibidem Ver. 31. quo ſermo de *Velo* eſt, & Exo. 36. 35. Quia autem acu pictoria, ſeu Phrygionica Ars multum imaginatione indiget, aſſiduoque cogitatu, alij tranſtulere, *Opere Phrygionico*, aut ſi ita loqui fas eſt, *Opere recamatorio*, & *acupictorio*: Et vero non videntur ſine ratione feciſſe: nam *Rakam*, eſt *acupingere (Bordar, recamar)* Exo. 26. 36. *Facies & Tentorium in introitu tabernaculi de Hyacintho, & Purpura, Coccoque bis tincto, & Byſſo retorta opere plumarij (opere Rokem, acupictoris de Bordador, aut Recamador)* Exo. autē c. 35. 35. vtrumque coniungitur. *Ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera Abietarij, Colymitarij, ac plumarij, de Hyacintho, ac Purpura, Vechoſer Verokem, opere cogitantis, & Acupictorijs*. Itaque *Plumarium opus* nullum aliud exiſtimandum, quam *Acupictoris*, quod nos *Bordadura*, & *Recamado* dicimus. Si autem quæras cur *Acupictoris opus Plumarium* dictum ſit, haud facile reddi ratio poteſt. Sed eſt locus vnus Varronis, vel Catonis de liberis educandis apud Nonium, vnde aliqua fortaſſe lux in his tenebris. *Etenim, inquit, nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene iudicare, quid ſit bene pictum a Plumario, aut Textore in puluinaribus plagis*. Vnde intelligi datur *Plumarium* dictum illum qui in linteis depingebat *pluma*, vel calamo per extremas lineas ea quæ poſtea acu inductis coloribus è varijs filis pingebantur: quæ ars etiam apud nos nunc eſt. Vocant Domicellæ, huic ſtudeo deditæ *Dibujadores*, & exercitium artis *Dibujar*, opus autem ipſum, *Dibujo*. Modus autem hujuſmodi Vectes duo, ad menſuram operis faciendi, ita inter ſeſe connectuntur totidem tranſuerſis paxillis, vt adduci, ac reduci poſſint; conſtringi & laxari: Ad vtriuſque latera interiora è craſſiore linea tela frequenti clauiculo firmata tenia eſt, cui per oras extremas aſſuitur pannus lineus, cui opus inſcribendum eſt, mox, diductis vectibus, diſtenditur valenter; diſtentus firmantur vectes ne moueri loco poſſit; huic linteo per extremas lineas, calamo, & atramento, inſcribitur imago pingenda; mox penicillo colores inducuntur pro rerum exigentia: demum acu filis eorumdem colorum ſericis, ſæpè permixto aureo filo perficitur opus. Quia ergo *Pluma* ſeu *calamo* & atramento primum delineatur *Plumarium* opus dictum. Id probabiliter in re dubia dictum ſit.

Sed cum *Acupictoria* in duas ſpecies diuidatur, in eam quæ verè *Acupictoria* eſt, qualem deſcripſimus, quam nos dicimus *Bordadura*; & eam, quæ dum texitur, variorum colorum certa arte fila inducunt, figuraſque efformant varias, immo & Hiſtorias pingunt, quos nos *Tapiceros* dicimus, opera autem ſic perfecta *Tapizes*, quibus ſolent Magnates veſtire parietes cubiculorum frigori arcendo, (qua arte Belgæ ſunt inſignes) vtro duorum artificio, &

Veli colores Hyacinthus, Purpura, coccus.

Abulenſis.
Byſſus non tincta, cuius laus prima candor,
Apoc 19 8 14.
Dan. 7. 9.
Exo. 39. 25.
Iac. 2. 2.

Sericum tingi cocco non potuit.
Omnis veli materia è lana ſi Byſſum demas.

Choſeb, á Chaſab, Acupingere,
Exo. 26. 1.
Exo 36. 35.
Ars Prygionica cogitatione multa conſtat.
Rakam, Acupingere, Bordar recamar.
Exo. 35. 25.

Plumariū opus Acupictoris.

Cur ſic dictum.
Nonius ex Varrone.
Plumarius, qui calamo prius delineat, quæ acupingenda ſunt.

Velum in modū Tapiziorū textum.

Nos Tapiziorum in modum putamus,

Quæ vtraq; parte eaſdem figuras reddunt.

Vt vtraque parte velum decenter ſpectaretur,

Sic velum & Cortinæ confecta,

Additi & Cherubini,

Quod tametſi vulgatus tacuit,

Originalia probant,

Vt quidem non vno loco.

Vtraque facie eaſdem figuras exhibens,

Cherubinorum in velo & cortinis imagines, *Exo. 26. 31.*

2. Par. 3. 14. Exo. 36.35.

Velum & *Cortinæ* contextæ eſſent, quæri poteſt. Nos poſteriore putamus: nam quod priore non tam texitur, quam aſſuitur, ex vna tantum parte figuras oſtendit. Itaque velut pictura in tabula eſt, quæ auerſa parte nihil ſpectandum exhibet. Id autem in *Velo* & *Cortinis* ingratum fuiſſet, cum maximè nec deceret *Velum*, qua parte interiorem domum reſpiciebat, imperfectum eſſe, neque ex parte altera, qua ingredientibus in Sancta ſpectari poterat: præſtabat potius, vt vtraque ex parte, idem repræſentaretur oculis. Id vero ſi textum putes quo pacto texi *Tapizes* ſolent, facile eſt intelligere, tametſi hodiè vna tantum ex parte *Tapizes* noſtri viſendi ſunt, quod vna tantum, vtpote parietibus hærentes, viſantur. Sed poſſunt tamen, quemadmodum vna facie, ita vtraque pictas figuras oculis exhibere, eadem arte. Hoc ergo opere exiſtimamus *Velum Cortinaſque* contextas: vt vna textura facies vtraque viſenda eſſet? Depictos autem in *Cortinis*, ac *Velo* cherubinos, tametſi vulgata latina non dicunt, indicant originalia. Exo.26.31. *Facies & Velum de Hiacintho & Purpura, & Coccino, & Byſſo retorta, opere artificis facies illud figuris Cherubim.* Indicant & 72. *Opus textile Cherubim.* Quemadmodum Vulgatus idem tranſtulit. 2. Par. 3. 14. *Fecit quoque Velum ex Hyacintho, & Purpura, &c. & intexuit ei Cherubim.* Et Exo.36.35. habent origines: *Fecit & Velum ex Hyacintho &c. Opere acupictorio, fecit ea cum Cherubim.* Qua autem cauſa id Vulgatus citatis locis omiſerit, mirari potius, quam dicere poſſumus, cum expreſsè in originibus habeantur.

XI.

Velum ergo Purpureum dictum.

Quod potiſſimum conſtaret purpura,

Aſcenſus, quod eleuaretur,

R. Salomon manuls cortinas operientes Tabernaculum,

Quod non ideo reijciendum.

Quod Hebræus Anthor ſit,

Velum hic purpureus aſcenſus dictum, quod Purpura conſtaret potiſſimum.

R. Salomon.

Ergo vt ad id, quod ad locum hunc Canticorum pertinet, poſt longum, ſed non inutilem, vt putamus, excurſum, redeamus, quod *Velum* hoc *Purpura* contextum eſſet tametſi non ſola, ab eo, qui præcipuus color erat, & Regius habebatur, totum opus denominatum eſt, dictumque *Purpureum*. Quod autem è capitibus Columnarum, inſertum per annulos aureæ, aut argenteæ virgæ, penderet, & à ſolo ſeu pauimento eleuaretur, *Aſcenſus* eſt dictus, nec ſine ratione. R.Salomo *Aſcenſum* interpretatur *Cortinas*, quæ ſupra tabulas impoſitæ pro tecto erant. Fuiſſe autem Hyacintho, Purpura, & cocco cum Byſſo contextas, proditum eſt Exo.26.1. Quod ſi cui magis placeat, non repugnem, cum Comment. Dramatico interpretatus ſim, *Aſcenſum Purpureum*, *Velum* ſuperiore vehiculi parte oppanſum, ſupra capita columarum funiculis diſtentum ad pompam magis, ac ſpeciem, quam ad arcendos ſolis radios. Quæ ſententia non ideo repudianda, quod Authores habeat Hebræos DD. cum, ſi quid attulerint, quod videatur eſſe probandum, aptumque ad veram ſcripturæ intelligentiam, non ideo reijciendum ſit, quod per eos veluti per ligneos, aut è creta coctos canales, ad nos peruenerit.

NOTATIO XXV.

MEDIA CARITATÆ CONSTRAVIT.

I.

Locus difficillimus.

Nos tamen de interiore pauimento currus,

Interpretati ſumus,

Currus pauimẽtum prætioſis lapidibus inſtratum.

LOcum hunc vnum de difficillimis toto Canticorum libro eſſe, non modo originum obſcuritate, ſed diuerſitate ſententiarum. Comment. Dramat. monuimus, Cap.3. Not.27. propter duorum vocabulorum ſignificatus incertitudinem. *Media*, & *conſtrauit*, Sed tamen alterum ad *intima*, ſiue *interiora vehiculi*; alterum ad *ſtratum*, ſiue *pauimentum*, referenda definiuimus. Itaque cum hactenus cætera deſcripſiſſet, quæ ad vehiculi conſtitutionem, fabricamque pertinebant, nunc tandem de *ſtrato*, ſiue *pauimento* dicere, ne quid ad decorem, pompamque deeſſet. Ergo infimam partem, in qua ſedes erecta, ſiue ſolium, prætioſis lapidibus *conſtratam* diximus, ex arte deciſis, politis, dolatis, coniunctis, quemadmodum Aſſueri regius in habitãdo cultus ſimili ornata deſignandus eſt. Eſth.1.6. *Et pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & carbaſini, & hyacinthini, ſuſtentata funibus Byſſinis atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei, & argentei, ſuper pauimentum, Smaragdino, & Pario ſtratum lapide, quod mira varietate pictura decorabat.* Hæc ergo ad Tabernaculum fœderis tranſlata ſignificabunt, ſolum ipſum, ſiue *pauimentum*, ſic ornatum, vt reliquo cultui reſponderet, eius Tabernaculi, in quo Dei maieſtas diuerſatura erat, ſuamque gloriam, potentiam, magnitudinem oſtentatura.

Quod prætioſis lapidibus inſtratũ.

Sicuti de Aſſueri Regia dictum eſt,

Stratam Smaragdino, & Pario Lapide.

Sic Pauimentum Tabernaculi.

Eſth. 1.6.

Aſſueri Regia lapidibus.

II.

Id enim ſolitum magnis Principibus,

Vt Cæſari Iulio,

Et Neroni

Vſus Principum in ſternendis tẽtorijs.

Plinius lib. 37. cap. 2. Sueton. in Iulio.

Hæc autem facile nos probaturos cordato lectori ſperamus, ſi & id fieri ſolere à Principibus viris, vt rem maximè ad Regium ſplendorem pertinentem; & in exemplari, quod Moſi monſtratum in monte eſt, & id ipſum oſtenſum eſſe confirmauerimus. De vſu Regum, præter Aſſueri exemplum, de quo ſupra, ſatis ſit, quod de Cæſare Suet. Tranq. refert. Solere *in expeditionibus, & vbicumque tentorio vteretur ad diuerſandum, pauimentum ſectili lapide, opere teſſellato ſternere.* De Nerone autem, quod à Plinio obſeruatum eſt, ſolitum *cubicula Viatoria*, quæ ego tentoria intelligo *Vnionibus conſtruere*, ſemper enim hoc ad or-

Digitized by Google

Quod ſemper Regium habitum,

natum Regiumque cultum facere intellectum eſt; ne parietibus, tectiſque ad ſummam opulentiam vel pictis, vel ornatis, ſolum *pauimentum* ſorderet; & cum cætera Regia eſſent omnia, *ſtratum* ſolum plebeium cultum oleret.

III.

Nec putamus Deum, Tam minute cætera expendentem, Vnius pauimenti oblitum, Id ergo etiam curatum, Nec ſine cauſa Beſeleeli data peritia Marmorariæ. Inter cæteras facultates. Ad opus Tabernaculi.

Et profecto mirandum fuiſſet, Deum, qui tam minute ſingula, quæ ad Tabernaculi fabricam ſpectarent, facienda curarat, vnius *pauimenti* oblitum, vt ſcilicet inter aurum, argentumque, vnde ſplendor in partes omnes; purpuramque, & coccum, & hyacinthum, quo florebant omnia, vnum *pauimentum* nudam glebam, ſordidamque humum objiceret oculis. Ergo & id etiam curatum fuiſſe credendum erat, etiam ſi nullibi de ea re quidquam ſcriptura prodidiſſet: in qua rametſi nihi clarè de ea re dictum legimus, ſunt tamen tam clara indicia, vt ſatis ſint, ad id probabili ratione ſtatuendum. De Beſeleel, qui totius operis & curator, & executor fuit, legimus Exo.31.3. *Impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabrefieri poteſt, ex auro, argento, & aere, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum.* Quod ſi animaduertas, non ſine cauſa datam illi ſcientiam, ad *marmorea opera* perficienda, examineſque totum Tabernaculi opus, haud inuenies locum alium, aut partem marmori relictum eſſe quam *pauimentum*.

Tabernaculi pauimētū non ſine cultu.

Exo 31.33. Beſeleeli data peritia marmorariæ.

IV.

Quidam datam facultatem, dicūt, Sed non vſum; qui minimè neceſſarius, Nos contra arbitramur, Non fruſtra facultatem datam.

Scio quidem non deeſſe, qui velit, datam illi fuiſſe ſcientiam ad *opera marmorea*, ſed minimè datum vſum artis; vſus enim minimè neceſſarius fuit, cum nihil ex *marmore* faciendum eſſet. At ipſe contra diſputo, fruſtra ſcientiam fuiſſe datam, qua non modo ipſe vſurus minimè eſſet, ſed cuius nulla neceſſitas eſſet futura. Nam cur aliarum facultatum artiumque, vt ferrariæ, ædificatoriæ, plaſtices, data illi peritia minimè legitur, niſi quia earum ſolum ſcientia indigebat, quarum vſus in opere Tabernaculi neceſſarius erat? Optimè ergo à contrario ducimus argumentum ſi cuius facultatis datam illi peritiam conſtet, eius etiam vſum fuiſſe conceſſum, vtpote qui ad fabricam Tabernaculi neceſſarius eſſet.

Abul. in cap. 31. Ex q 7.

Marmorariæ peritia, etiam ad vſum data.

V.

Nec obeſt, datam illi peritiam, In varietate lignorum, Cum tamen ſolā Cedrum impenſam conſtet. In omni enim ligni materia, Eadem ſunt præcepta, & inſtrumenta. Non marmorariæ, & Gemmariæ, Quæ diuerſæ artes ſunt, Non materia modo, ſed præceptis, Probabile ergo ex marmoreis conſtratum Tabernaculi pauimentum.

Vidit huius rationis vim Abulenſis, vt vigilans erat, luditque potius, quam ſoluit. Objicit ea verba, quæ eodem exſtant Exodi capite: immo à nobis paulo ante adducta, in ijs, vnde nos ſumpſimus argumentum. *Ad excogitandum quidquid fabrefieri poteſt, ex auro, & argento, & ære, marmore & gemmis, & varietate lignorum:* cum tamen conſtet ſolam materiam cedrinam in opus Tabernaculi eſſe impenſam: nec ideo dicemus, fruſtra illi datam peritiam operandi in alia lignea materia. Sed facile eſt hunc nodum ſoluere. Satis enim intelligebatur, cui eſſet peritia data ad opera Cedrina perficienda, datam etiam ad cætera ligna: non enim alia requiritur ars, non alia inſtrumenta ad opus lignarium in vna materia; alia, in diuerſa: immo artificium omnino eaſdem per regulas, & inſtrumenta ad omnem materiam ligneam, iuxta cuiuſque capacitatem, applicari poteſt. Adeoque tantundem fuit dicere, quod Cap. 35.31. dicitur; Ad *excogitandum & faciendum opus in auro, & argento, & ære, ſculpendiſque lapidibus, & opere Carpentario,* quam quod Cap. 31.3. dictum eſt, *Et diuerſitate lignorum.* Hæc autem tota deficit ratio, cum ad *marmor* veneris, cuius operandi Ars diuerſa toto eſt cœlo ab alijs facultatibus, quarum præcepta neceſſaria ad opus Tabernaculi. Nam ſi velis, *marmor* etiam ad *Gemmarium* pertinere, cuius artificij eſt gemmas parare, tergere, polire, additoque ſplendore, perficere, errabis certè, cum vna ab alia arte, non modo regulis, ſed inſtrumentorum paratura diuerſa ſit. Probabili ergo coniectura affirmamus, etiam *marmora,* nec vnius tamen coloris, in opus Tabernaculi ſecta, parata, polita, vt ex illis *pauimentum* ſterneretur. Haud ignoramus, in fonte vtrobique eundem eſſe dicendi modum. *In fabrefactione lapidis, in fabrefactione ligni.* Sed id tamen contendimus, intellexiſſe vulgatum, etiam *marmori* ſuum fuiſſe locum ſeruatum: ne ſcilicet vnum *pauimentum* inter alia ſorderet.

Lignaria ratione materiæ eiſdem præceptis cōſtat.

Exo.35.31.

Marmoraria, & Gemmaria diſtincta materia, regulis & inſtrumentis.

VI.

Sed & Moſes iuſſus facere Tabernaculum, Secundum exemplar monſtratum in monte. Monſtratus autē illi Dei thronus, Lapidibus ſapphirinis ſtratus, In modum laterum ſectis. Sicut de Aſſueri Regia dictum, Et de Cæſaris tentorijs. Non quod lapides veri oſtenſi, ſint Moſi.

Altera ratio fortior. Iuſſum Moſi Tabernaculum parari, *ſecundum exemplar, quod illi in monte monſtratum.* Si ergo oſtendero, in eo exemplari non fuiſſe deſideratum hunc cultum, *pauimenti lapidibus ſtrati*, Ne in Tabernaculo quidem, quod ad illius imitationem factum fuiſſe conſtat, negandum erit. Exo.24.10. Sic legimus: *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab, & Abiu, & 70. de ſenioribus Iſrael; & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius, quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cælum, cum ſerenum eſt.* Originalem vocem, Libnath periciores qui putantur Laterem interpretantur, redduntque: *Quaſi opus Lateris Saphiri.* Hebræi autem cum Sarrhio id à Deo factum dicunt, vt indicaret, memorem ſe eſſe eorum, quæ paſſi in Ægypto in lateribus coquendis. Id ad litteram minimè pertinet. Vera interpretatio: fuiſſe *pauimentum marmoreis ſtratum cruſtis,* ex arte ſectis, ad *laterum* ſimilitudinem: non itaque totum *pauimentum,* vno inſtratum lapide, ſed multis ex arte ſectis, ſibique ad normam hærentibus; quemadmodum de Regia Aſſueri palatij cultu, dicitur, *Pauimentum fuiſſe Smaragdino, & Pario, ſtratum lapide,* & de Cæſare proditum à Suetonio, ſternere ſolitum tentorium *Sectili lapide, opere teſſellato.* Non quod verè *lapides* illic eſſent, cum Deus ſe Moſi videndum præbuit; ſed, quod id, quod repræſentabatur, ſimile lapi-

Exo 25.40. Moſes iuſſus facere Tabernaculum ſecundū exemplar ſibi monſtratum. *Exo 24.10.* Libnath, vox Hebræa quid ſit. *Abenezra. Arias Mont.* In exēplari Moſi oſtenſo, pauimētum lapidibus ſtratum ad formam laterum. *Aſth. 1. 6.*

Digitized by Google

Sed imago illorũ quædam. Et licet quidam rubros Sapphiros volunt, De quibus alicubi Plinius. Et vt putant & etiam Ieremias, Sed præſtat cæruleos interpretari, Quod ſcriptura ſatis indicat, Cum cœlo ſereno comparat. Ne preſſioris coloris, quis exiſtimaret.

dibus eſſet, vt ad illius imitationem verum Tabernaculum veris *lapidibus* inſtraretur. Id enim exemplari proprium eſt, colore ergo,& ſectura,& opere toto *Sapphiros* imitabatur ea viſio, quaſi *pauimentum* eſſet, è ſectis ex arte, politiſque *lapidibus*. Quidam id opus arbitrantur colore rubrum, *Sapphirorum* imitatione, quos lapides haud raro rubore tinctos, ex Plinio confirmant. Mihi Plinius dum hæc commentor, ad manum non eſt, in hoc enim Segobricenſi ſeceſſu ingens librorum parcitas,& tenuitas ſæpè impedimento eſt, & ſtudiorum inhibet curſum, ſed ſint tamen *Sapphirorum* quidam rubri coloris, (nunc enim ab ea quæſtione abſtineo. Nam Ieremiæ locus. *Rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores*, quo id firmare contendunt, alium omnino ſenſum habet) loco hoc non cum illius coloris lapillis, ſed cum *cæruleis* comparari contendo : quod ſatis confirmant, quæ ſequũtur. *Et quaſi cœlum cum ſerenum eſt*, neque enim ea alio referenda, quam ad *ſtratum*, ſunt : nam quia dixerat, *lappidibus ſapphirinis* ſtratum, ne quis exiſtimaret, preſſi nimium coloris eſſe cærulei, quales de *ſapphiris* plurimi ſolent eſſe, addidit, coloris fuiſſe, *quale cælum cum ſerenum eſt*. *Cærulei* ſcilicet, ſed dilutioris : quales etiam in *ſapphirorum* genere multi ſunt.

Sapphiri rubri ex Plinio.

Plin lib.37: Cap 9.
Thren 4.7.

Pauimentum è ſapphiro cæruleo.
Stratum ſolij Dei ſapphiris inſtratum, ſed dilutioris coloris,

VII.

Alij aliter ſentiũt. Sed id nobis viſum verius Quod ſi viſus Deus in Sina Pauimento lapidibus ſtrato inniti Sic à Moſe expreſſum, ſit Nam non aliud exemplar illi oſtẽſum Quã imago illa Dei ſedentis in ſolio, Qualis viſus poſtea Prophetis alijs. Licet modica aliqua differentia,

Scio quidem viris doctiſſimis aliter viſum, & aliud ad inferiorem ſolij partem, aliud ad ſuperiorem referre. Sed expendenti ſingula, id quod dictum probabiliſſimum viſum eſt. Quod ſi & in Sina viſus Deus Moſi *pauimento* innitebatur, quod ea, quæ lapidibus inſternuntur repræſentaret, profecto negandum non erit, & id à Moſe in fabrica Tabernaculi expreſſum, vt *ad exemplar, quod in monte viderat*, quantum fieri poterat, exigeretur opus. Nam non aliud exemplar monſtratum Moſi in monte, ad cuius imitationem Tabernaculum conficeret, quam eandem illam viſionem Dei, præterquam & viri antè docti arbitrati ſunt, ratio conuincit ipſa. Nam quod aliud exemplar, ſeu Idæam vis illi exhibitam, ad cuius normam exigeretur fabrica Tabernaculi? certe non in charta, non inciſa in ærea tabula, non exiguis formis, moduliſque vel dolata, vel ſculpta è ligno aut materia alia, vt artifices ſolent, antequam operi accingant ſe. Fortaſſe per imaginariam viſionem menti obiectam; aut per corporea ſpectra oculis corporeis repræſentata. Nam quodcumque tandem velis, negare non potes,& Deum illi ſub imagine viſum ſedentem in ſolio, adſtantibus cœleſtis militiæ Principibus. Sic poſtea Ezechieli, ſic Iſaiæ, ſic Danieli, ſic & Ioanni viſus, vt docti viri diſputant. Has omnes, enim viſiones tametſi temporibus diuerſas eandem eſſe, quoad rem obiectam, probabiliſſimum eſt : licet aliqua, ſed modica differentia, prout rerum exigentiæ conueniebat, omnium tamen in Tabernaculo, Arca, ac Propitiatorio, ac Cherubinis formam expreſſam.

Abulenſis. Pradas.

Exemplar Tabernaculi Moſi monſtratum, quale.

Ezech 1 26. Iſai 6.1. Dan 7 9. Apoc.4.1.

VIII.

Hic ergo ſenſus Verborum cantici, Pauimentum Tabernaculi lapidibus ſtratum prætioſis Quod ſi malis de ſuppedaneo Arcæ intelligere, Haud multum repugnabo.

Ergo vt ad id riuertamur, vnde digreſſi ſumus, ſic arbitramur : cum hoc canticorum libro dicitur, *Ferculi media caritate conſtrata* fuiſſe, id intelligendum de *pauimento* ipſo Tabernaculi. quod lapidib. prætioſis, ſectiſque, atque ex arte politis, & ad normam iunctis eſſet inſtratum. Quod ſi id non de toto *pauimento*, ſed de *Arcæ ſuppedaneo* velis accipere (propter locum Num.5.17. *Aſſumeſque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pugillum terræ de pauimento Tabernaculi; quo indicari videtur, pro pauimento nudam fuiſſe humum*,) non admodũ repugnarim. Nam *Arcam* non immediatè ſolo inſtitiſſe, ſed *ſuppedaneo* aliquantum à communi pauimento eleuato, ac quibuſdam per quatuor angulos innitente globulis, non ſine ratione recentiores doctiſſimi arbitrati ſunt. Hoc ergo *ſuppedaneum Arcæ lapidibus ſtratum prætioſis*, qui arbitretur, cum ego, aud improbabiliter loquuturum dixero.

Medio conſtrata de pauimento Tabernaculi intelligenda.

Num 5.17.

De ſuppedaneo cui inſidebat Arca.

IX.

Sed media cõſtrata, intima ex poſuimus. Et caritatem pro illius obiecto Rebus ſcilicet quæ in nobis Dei amorem creant. Perfecto vero Tabernaculo, Populi in Deum creuit pietas, Qui dignatus inter illos verſari. Quaſi in anguſtã maieſtatem coercuiſſet, Cui vaſtitas cæli eſſet anguſta, In typum humanitatis aſſumendæ.

Sed quid erit *caritate conſtratum, Ferculum*, ſeu *media caritate conſtrata?* Quæ interpretati ſumus, *intima*, id eſt, quæ parietibus claudebantur. Diximus Dramatico comment. Cap.3. Not.27. Num.7. *Caritatem* ibi poſitam, pro *obiecto Amoris*, vt vocant. Siue pro rebus amore,& prætio dignis : has enim amorem noſtrum appellare ſolemus. Vide quæ ibi diximus. Ergo quia opere Tabernaculi perfecto, atq; illius deſcriptione omnes per partes abſoluta, ex ſingularum perfectione ingens operis pulchritudo, ac decus exſiſtebat; & admiratio ſimul,& prædicatio creuit, atque inde amor : ideo, poſtquam de ſtratu dixiſſet, addidit de *Caritate* ſiue *Amore*. Quo nomine arbitramur omnia illa animi corporiſque obſequia intelligi, quibus pij homines, quibus multa eſt Dei, eiuſq; magnitudinis notitia, & grandis æſtimatio, colere illum ſunt ſoliti, hanc vno vocabulo pietatem dicimus. Itaq; id innuitur ſatis obſcuris verbis creuiſſe Populi illius reuerentiam,& ex operis admiratione, ad admirationem illius tranſijſſe, qui dignatus eſſet viſibili Tabernaculo apud ſe diuerſari,& comes,& Dux itineris eſſe. Iam tunc Deo incipiente magnitudinem illam, maieſtatemque, cui anguſta cœli ſpatia ſunt, exiguis anguſtijs vnius viatorij Tabernaculi includere : ſenſimq; aſſueſieri ad conuiuendum cum hominibus: &, ſi ita loqui fas eſt, condoceſieri, ad humanum contubernium : primaſq; iaciente lineas, ingentis illius operis, cũ olim humanos indutus artus, grande illud myſterium operaturus erat, quo iam non vt Deus modo inter homines, ſed vt homo cum fratribus, mortalis cũ mortalibus erat acturus,& ad ſe Gentium, Populorumque *Caritatem* attracturus.

Caritas pro rebus quæ in nobis Dei caritatẽ excitant.

Tabernaculo perfecto Populi pietas in Deum creuit.

Deus Tabernaculo velut incluſus, ad incarnationem prçludebat.

Digitized by Google

NOTATIO XXVI.

PROPTER FILIAS IERVSALEM.

I.
Mibenoth, varie tranſlata vox,
Præ filiabus, ab quibuſdam,
A filiabus ab alijs,
Sed optime omniũ Vulgatus, Propter filias,
Hic enim Dei finis.
Hominum ad ſe amorem excire.
Nec defuere in eo populo,
Qui Dei beneficia agnoſcerent, & grato animo recolerent
Sed in typo, qui finis Incarnationis fuerit,
Hominum nempe ſalus indicatur.
Sunt ergo Filiæ Sion illius populi viri feruentiores.

VOcabulum, *Mibenoth*, quod in Fonte legimus, quidam transferunt, *Præ filiabus*, vt Sponſa intelligatur (eam enim *Caritatem* dictam putant) dilecta, vel amata præ cæteris, Sed id minimè ad rem facit; nondum enim in currum ſubuecta eſt: tantum deſcribitur apparatus, quo Sponſus ad eam ſubuehendam ſe accingit. Quidã alij interpretãtur: *A filiabus Ieruſalem*: illi ſcilicet, qui maximè videri volunt Hebræi ſermonis periti. Exponunt autem *Media caritate ſuccenſa a filiabus*, vt Spõſus dicatur ardere amore *filiarum*: Vel eæ illum curru vectum, de amore prouocare. Sed nullus melius particulæ, *Min*, vim expreſſit, quam vulgatus: *propter filias Ieruſalem*, ideſt, vt *filiarum Ieruſalem ad ſe amorem excitet*. Quod intelliges, ſi memineris vnicum hunc fuiſſe Dei finem, in tot beneficijs in Populum illum, tam anticipatis ſtudijs, conferendis: quare illius ſæpè ingratitudinem exoſus, id conqueſtus eſt. Ergo & eam ob cauſam verſari inter illos voluit, & Tabernaculo vehi toto illo tẽpore, quo ipſi verſati in deſerto ſunt, vt eorum ad ſe amorem & pietatem exciret: quod ex parte perfectum eſt, cum nullo tempore defuerint Fideles, & pij multi, Deumque impenſo affectu colentes; qui tantorum beneficiorum memoriam recolentes, totum id, quod habebant, Deo referendum eſſe acceptum & agnoſcerent, & faterentur. Hi fructus eorum Dei operum fuere ſcilicet, Quod ſi Tabernaculum illud humani corporis, quod indutus olim eſt, figura fuit, vt certè fuit, quo Verbum incluſum apud homines diuerſatus eſt; habes & in his verbis Incarnationis finem, hominũ nimirum in Deum amorem. Id profitemur cũ dicimus in Symbolo, *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis, & incarnatus eſt*. Vt meminiſſe nos ſemper deceat, tanti beneficij humano collati generi, authoremque tanti boni & impenſo ſtudio colere, & ardentiſſima caritate amplecti haud pigeat. Ergo loco hoc *filias Ieruſalem* illius Populi viros fide feruentes, eximièque in Deum affectos, intelligamus. Hi enim *myſtica Ieroſolimæ Filij* verè habendi ſunt, Fide & Caritate Auorum Patriarcharum digni nepotes.

Mibenoth, quo ſenſu poſitum.

Vulgari iudiciũ prudens.
Min, quid proprie Hebr.

Dei finis in opere Tabernaculi populi amorem inſe accendere.

Symb Nicen.

Finis incarnationis in Tabernaculo obumbratus.

VERSVS XI.

EGREDIMINI, ET VIDETE, FILIÆ SION, REGEM SALOMONEM, IN DIADEMATE, QVO CORONAVIT ILLVM MATER SVA, IN DIE DESPONSATIONIS ILLIVS, ET IN DIE LÆTITIÆ CORDIS EIVS.

COMMENTARIVS.

TAbernaculi opere tandem perfecto, atque laudato ab encomiaſtis Angelis, reſtabat vt etiam Dei, in eo vehentis apparatus pompæ, ac gloria deſcriberetur. Inuitantur ergo *Filiæ Sion* (quas interpretamur Gentis illius fideles animas, pietate in Deum inſignes, ideoque & tanto ſpectaculo adeſſe dignas) vt, egreſſæ ſuis quæque tentorijs, progredientis Dei pompam, ambientibus prope vehiculum ſacerdotibus, atque Leuitis: ſtipantibus lectiſſimis armatorum copijs, quas fulgentia arma tegebant, intueantur, admirenturque. Hic autem Apparatus, progredientis per deſertum Dei deſcribitur, velut Sponſi ad Sponſam deducendam euntis pompa. In quo grande ſignificatur arcanum, verè enim Verbum eo per deſertum properabat, vt tandem Eccl. ſuæ in totũ maritali nexu cõiunctus per Incarnationem, illi hæreret æternũm. Rite ergo *Deſponſatus* per *Legem*, ac mutua data futuri olim connubij fide, inducitur, ad cupitos amplexus properans: ideoque & ea traductus pompa, quæ Sponſum tantum deceret. *Egrediantur*

tur porro edicunt Epithalamium concinentes Angeli, *Salomonem* viſuri *Regem*, non quidem illum poſt inditam ſapientiam cœlitus iuueni, delirum ſuum: Sed Verbum Diuinum, cuius ille toto Cant. perſonam ſuſtinet, *Corona Sponſali incinctum tempora*, id eſt, eo apparatu, ac pompa inſtructum, quæ tantum Sponſum deceret. Neque enim aliud ſignificat *Diadema*, *quo* dicitur *Coronatus*. Quia autem totus ille apparatus de donarijs vltroneis erat Populi illius, ſymbolumque eius carnis, quam olim ex eadem illa gente ſuſcepturus; ideo *coronatus à Matre dicitur*. Agitat enim iam mente futuram felicitatem, ſeque memoria oblectat rei, qui nondum re ipſa poteſt. Vocant autem hunc *diem Deſponſationis*; quia ex eo tempore ſeſe vt Sponſus cæpit gerere publicè, & palam, quod antè non fecerat; arduis montium verticibus continens ſeſe, nec permittens ad ſe accedere propius Populum. Quia autem is dies ſolet Sponſis eſſe gratiſſimus, ac feſtiuiſſimus, ideo *Diem* vocat *Lætitiæ cordis ſui.* In quo & illud innuitur, quanta cũ voluptate futuras, Deus Nuptias, quibus ſenſim appropinquabat cogitaret.

ENARRATIO.

NVnc vos maximè, fideles Populi (quorum tenerior rerum cæleſtium amor corda inflammat, ſenſus titillat) decet mentes ad altiora ſuſtollere; neq; enim vulgare eſt, quod oculis veſtris obijcitur, Deum videte; illum Deum, qui maieſtate plenus, arduos montium vertices, inter flammarum globos, ac nubiũ volumina, ac tonitruorum fragorem, latitabat potius, quam habitabat, inclinata maieſtate, ſedem ſibi in medio veſtri ſtatuiſſe; quieſcentium comitem, viantium Ducem, Properat ſcilicet ad Sponſam deducendam, Eccleſiam, cui æterni connubij lege adhæſurum ſe, per ſuſceptionem carnis, fide data recepit. Hæc gaudiorum materia omnis: hæc apparatus, ac pompæ ratio. Arca velut vehiculo Cherubinorum vehitur alis, ſtipantibus progredientis latera Sacerdotum, ac Leuitarum agminibus ſacram ſupellectilem baiulantibus: circummeuntibus fortiſſimorum militum myriadibus, in armis fulgentibus, in cultu conſpicuis, ſuis tribubus, ordinibuſque diſtinctis. Sic lento gradu & ad maieſtatem compoſito progreditur: in acie nimirum Imperator, in pacis otio Sponſus. Sed ab his, quæ oculis obiectantur, ad ea, quæ ſpectari nondum poſſunt, mentem erigite. Quæcumque enim videtis, futurorum Myſteriorum, ingentium ſcilicet rerum, ſunt imagines. Abditum nunc Tabernaculo ex imputribilibus lignis, auroque, argento, & purpura, regium in morem videtis, de Populi donarijs fabricato. Sed eum in illo cogitate carne contectum, ex Abrahæ carne mutuata. Hæc Sponſalis illius futura Corona, quam ſua Mater Synagoga manu capiti illius imponet. Ergo eam feliciſſimam diem mente tractate; illam gloriã cogitate, cum lætitiæ, atque hilaritati illius nullus aduerſus caſus metas ſtatuere, aut gaudij granditatem quo iam Mariti cor æſtuabit, minuere poterit: Vos itaque in partem gaudij inuitati. Læti hunc agite diem, communemque voluptatem plauſu augete ouantique concordibus animis linguiſque laudes concinite: nec lætiſſimam lucem luctu corrumpite.

SVM.COM.

NOTATIO XXVII.

I. *Poſt ſponſæ laudes, & ſponſi apparatũ deſcriptũ. Ad ſpectaculum inuitant.*

HÆC Epitalamij extrema ſunt, Verba, & quidem magna arte ſuperioribus adiuncta, & ex ritu nuptiali. Nam poſt quam & Sponſæ laudes, & Sponſi ad illam properantis apparatum, ac pompam deſcripſiſſent, aduocant ſpectatores, ac repræſentata re ſuas per circunſtantias, excitant animos ad maiora. Eſt autem genus ipſum orationis — Nexus cum ſuperioribus.

grande,

Digitized by Google

Sed ingens diffi-cultas. Et a varijs varie tractata,

grande, & quale decebat rei ipſius granditatem, ſed, cum ita hæc ſint, tam ingens rem ipſam difficultas inuoluit, vt magnum negotium Interpreti exhibeat: quod vel ex aliorum interpretationibus, veterum, Recentiumque, ac nectendi ratione, quæ omnibus pene neglecta eſt, colligere cordatus lector poterit. Nobis non tanta viſa eſt difficultas aut nectendi, aut interpretandi, ſi, quam ſemel ſumus ingreſſi viam, Deo ducente, præmamus.

II.

Quidam coronatum ſpinis. Hic Chriſtū agnoſcunt, Quæ magnorum virorum ſententia eſt. Sed ad litteram non eſt. Nam Synagoga ſpinis Chriſtum coronauit. Non mater, ſed nouerca eſt, Hic autem matris nomen blandum.

Quidam *Diadema* interpretantur, *Sertum ex ſpinis; Matrem Synagogam; Diem deſponſationis Mortem, & Crucem: lætitiam cordis, iubilum* illum quo ſecundum ſuperiorem animæ partem Chriſtus ſe ſenſit imbutum, ex perfecto redemptionis opere, ad quod tota vita properauit. Celebris interpretandi ratio, Authoreſque pro ſe magni nominis habet, eos in marginem reiecimus. Sed audacter dicimus, quandam hæc accommodationem rerum ad res continere, ad ſenſum litteralem minimè pertinere. Veneramur ergo tantorum virorum authoritatem, ſenſum probare non poſſumus. *Matrem*, hic, *caput ſui Salomonis diademate impedientem*, legimus; quæ autem illum *coronauit ſpinis Synagoga*, certè non *mater*, nouerca fuit. Nec puto, cum dicitur *Coronaſſe filium*, repræhenditur, vel vt quæ officio functa materna caritate parum digno: ſed laudatur, quæ tunc primum ſponſali nexu iunctum *Filium* videns iam paruos nepotes, & poſteritatis gaudia cogitabat. Itaque *Matris* hic nomen amabile eſt, fauſtumque, haud triſte, odioſumque, illius ſcilicet, quæ, natura *Mater, Filium* affectu ac caritate, non odio non ferina rabie proſequeretur, qualis *Synagoga* cum *Chriſtum ſerto ſpineo* non tam *coronauit*, quam diriſſimo dolore affecit. Quæ vna mihi ratio, vt alia non eſſent, hanc ſententiam ſuſpectam faceret.

Synagoga Chriſtū ſpineo ſerto coronauit. Bern. Serm.6. in Feſto omn. SS. Rufin. in Symb. Theodoretus. Angelomus. Philo Carp. Iuſtus Vrg. Aponius. Anſelmus. Honorius. Wileramus. Proclus in conc. Epheſ. Athanaſius. Tres Patres. Caſſiodorus. Matris nomen blandum, qualis minimè Synagoga. Eam interpretationem rerum ſeries excludit.

III.

Et intempeſtiue de Paſſione hic ſermo. Cum ex eorum ſententia, Chriſtus iam ſublatus in cœlum, Spiritum S. miſiſſet, Et ſobrios in ebriaſſet.

Sed ſunt alia. Nam intempeſtiuè certè *de morte* hic *Chriſti, ac ſpineo ſerto* mētio videretur fieri: poſtquam ex plerorumque eorum ſcriptorum ſenſu, præceſſiſſet Chriſti à mortis excitatio, aſcenſus in cœlum, & Spiritus Sancti miſſio; vt ſcilicet iterum, abrupto interpretationis filo, redeundum eo eſſet, vnde ſemel eſſes digreſſus. Qua ego in re quorundam, alioqui Doctorum, maiorem deſidero attentionem. Agnouerat Theodoretus in *Ferculo Apoſtolorum prædicationem*, poſt Chriſti in cœlum aſcenſum. Agnouerat Aponius in *Sponſa aſcendente de deſerto Eccleſiam de gentibus aduocatam*, cum Iuſto & Philone. Agnouerant alij in *vinariam cellam introducta Eccleſia Spiritum Sanctum immiſſum in Apoſtolos*, atque vino afflatus ſui ſobrios inebriantem. Qua nunc rerum conſequentia hic de *Paſſione*, ac *corona ſpinea Chriſti*, quæ impoſita illi ab inſolente milite eſt, agi contendent? cum rerum omnis ordo peruertatur, & confundatur.

Theodoretus. Aponius. Iuſtus. Philo. Delrius.

IV.

Ambroſ. ſenſus, De Chriſti corona gloriæ in cœlo, Sed quo pacto ea coronatus dicitur ab Eccleſia? Fortaſſe quia propter illam paſſus, Ab ea ex occaſione coronatus.

Ambroſij Serm. 15. in Pſalm. 118. Senſus eſt, ſi rite tamen percipio, hanc Chriſti *Coronam Gloriam eſſe, qua ob propria merita coronatus. Ioſeph*, inquit, *coronam habuit caſtitatis. Paulus Iuſtitiæ, Petrus Fidei, ſingularum virtutum coronæ ſunt, ſolus Chriſtus habuit coronam Gloriæ; qua eum Eccleſia coronauit. In hac corona omnes coronæ ſunt, quia Gloria, non portio vnius coronæ, ſed præmium omnium coronarum eſt.* At ſi Gloria coronarum eſt corona, & præmium, quo pacto Chriſtum ea corona Glorię coronauerit Eccleſia, neque Ambroſius explicat: nec ſatis ipſe percipio. Forſitan quia propter Eccleſiam & carnem indutus eſt, & dura, & acerba pertulit, quibus Gloriæ coronam meritus ſibi, haud aliter quam eam ob cauſam coronandus, Eccleſiam coronantem dicit: quaſi illi debeat ex occaſione, quod tali Gloria conſpicuus ſedeat ad Patris dexteram. Sed leue id eſt, vt propterea coronatus dicatur ab Eccleſia. Et alioqui ad rerum conſequentiam parum videtur aptus hic ſenſus, cum multa adhuc toleranda ſint Chriſto, vt ea corona donetur; vt ſuis infra locis dicemus.

Ambroſius. Chriſtus gloriæ corona coronatus poſt labores.

V.

Alij coronam humanitatem interpretantur. Qui ſenſus rite tractatus verus eſt,

Probabilius alij *Diadema Humanam Carnem* interpretantur, *Coronatumque* dicunt, cum in Virgineo ſinu humanum corpus indutum Verbum, vt nouus Sponſus introductus in mundum eſt, vt monuit Paulus. Sic grauiſſimi quique ſcriptores. Nos hanc ſententiam, ſi rite intelligatur, veram exiſtimamus: quanquam ſic traditam à pleriſque, vt rerum ordini non ſatis aptetur. Eam ſecundum ſeriem noſtræ interpretationis aptabimus huic commati paulo inferius.

Verbi corona caro aſſumpta. *Philo. Caſſiodorus. Beda. Gregorius. Guilielmus. Haimo. Alcuinus. Bernardus. Pſal 2. de Epiph. Petrus de Tarantaſia in cap. 2. ad Hebr:*

VI.

Sed quanta maieſtate per deſertū, Veheretur Deus in Tabernaculo ſciendum eſt. Baiulantibus Arcam ſacerdotibus. Et reliquum apparatum. Caathitis Gerſonitis, ac Meraritis. Stipante cætera multitudine.

Et vero quanta Deus maieſtate ac pompa in eo tentorio veheretur per deſertū, facile eſt vel cogitatione ſola aſſequi: ſcilicet ambientibus Tabernaculi apparatum, immo baiulantibus Leuitis, ac Sacerdotibus, in quam rem, vt omnia ordinate fierent, munia diuiſa fuerant. Caathitis ſanctuarij vaſa omnia inuoluta, & quidquid vtenſilium in eo fuit, portanda ſunt tradita, menſa, candelabrum, altare, & reliqua mobilia, magis ad miniſterium, quam ad conſtitutionem Tabernaculi pertinentia. Hi fuere à trigeſimo vſque ad quinquageſimum annum (extra eam enim ętatem haud permittebantur miniſtrare) bis mille ſeptingenti quinquaginta: perque vices ſacra oñera baiulabant. Gerſonitis, qui numerum explebant, duorum millium ſexcentorum triginta, data cuſtodia omnium Cortinarum, ac Velamentorum, quæcumque in atrio, ſiue in ſanctuario ſeruiebant; præter eas Cortinas, quibus & Arca, & menſa, & candelabrum, & altare inuoluebantur, ab Aarone & Filijs ante profectionem caſtrorum. Meraritæ, qui fuere tria millia ducenti, deferebant, quid-

Caathitæ vaſorū ſanctuarij vectores. Gerſonitæ Cortinarum, & velamentorum.

quid

Digitized by Google

Cum vexillis, ſignis armis, vt videretur ambulans regnum, Dari autem ſignum ſolitum tuba ad profectionẽ, Tunc ordine certo mouebantur caſtra, Arca præcedente totum agmen, In cuius medio apparatus Tabernaculi. Multitudo autem tota tricies centenis millibus. Quo tanto comitatu nullus vnquã Rex progreſſus,

Meraritæ tabulorũ, columnarumque.

Populus per deſertum, ambulans regnum.

Ordo mouendi caſtra, & profectionis,

Numerum populi, milliones tres.

quid oneris fueat reliquum, quo Tabernaculum velut oſſibus conſtabat, Tabulas, vectes, columnas, & eius generis reliqua. Cætera multitudo propemodum infinita, cum vexillis, ſigniſque, ordine Caſtrorum ſeruato, procedebat; vt non modo ingens videretur exercitus, ſed ambulans Regnum, ac motoria ingens Prouincia. At vero antequam caſtra mouerentur, proficiſcendi ſignum tuba argentea ſolitum dari gemina: tunc ad primum ſignum mouebant caſtra; qui ad Orientem *Arca* tetenderant; ſequebantur, intonante ſecundo tuba, qui ad Meridiem; quique ad Aquilonem habuerant caſtra: poſtremi, & ipſi euocati ſono tubarum, quorum fuerant in poſtremo agmine caſtra, ideſt, ad Occidentem. Porrò *Arca* præcedebat agmen totum, & locum metandis caſtris deſignabat. In medio agmine totus Tabernaculi apparatus, baiulantibus Meraritis, & Gerſonitis, circumuallante toto exercitu. Quod ſi numerum omnium progredientium in eas, infantium, ſexũ, fœminarum, cum reliquis arma ferentibus, & tribu Leuitica, ſupra tricies centena millia capitum fuiſſe inuenies. Hoc tanto comitatu, quanto nullo vſquam tempore Regum quiſquam vſus legitur, Deus dum progrederetur, vehebatur in *Arca*. Vt non ſine magna cauſa excitentur, inuitenturque *Filiæ Sion* ad nouum ſpectaculum, quale nec ante viſum, nec poſtea videndum ſit. Hæc generatim ſint dicta, nam proximis Notationibus ſingillatim reliqua, quæ ad rem faciunt, expendentur.

NOTATIO XXVIII.

EGREDIMIMI ET VIDETE FILIÆ SION.

I.

Sẽſus hic planus. Sed plerique hærent in voce egredimini. Theodoreti ſenſus. Similis Pſelli Nec multum, diuerſus Philonis, Nec Aponij aliꝰ. Paulo aliter Bernardus, Et grauius Ambroſius. Egrediantur de ſenſu carnis, Et Chriſto occurrant,

Theodoretus.

Pſellus.

Philo Carp.

Aponius.

Bernardus.

Ambroſius.

SEnſum hæc planum atque expeditum continent, iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam, quemadmodum proxima notatione monuimus. Num. 6. Sed quia video multos de Interpretibus hærere in voce, *Egredimini*, & id etiam expendendum eſt, an aptari noſtræ interpretationi poſſit. Theodoretus iuberi vt *Egrediantur* arbitratur, ideſt, *vt vita huius omnes occupationes abijciant*, *Neque enim*, inquit, *videre poteſtis, niſi ab occupationibus huius vitæ recedatis.* Similia Pſellus: *Cupio vos vniuerſas ex hac vita fugere, & puris oculis Sponſum Diademate, ex pretioſis lapidibus contexto, redimitum contemplari.* Philo autem: *Egredimini*, inquit, *à legis maledictione, a Iudæorum incredulitate, atque perfidia.* Aponius ſimiliter: *De conclaui ignorantia ad vera ſcientia aulam: de ſenſu Iudaico ad Apoſtolica lucem doctrina.* Nec abſimilia Bernardus: *De ſenſu carnis, ad intellectum mentis; de ſeruitute carnalis concupiſcentia ad libertatem ſpiritalis intelligentia.* Sed nemo grauius Ambroſio argumento inhæſit duobus locis. Ad *animas dicitur, vt è gurguſtijs, & clauſtris exeant corporalib. extra corporis cogitationes exeant; Egrediantur a cupiditatibus, & a curis, & cæteris carnis iſtius, & affectus lubrici paſſionibus: ſupra mundum aſcendant, de hoc mundo exeant, Chriſto occurrant; parata adſint facibus ardentibus relucentes.* Serm. 5. in Pſalm. 118. Similia habet, lib. de Inſt. Virg. Cap. 16.

II.

Nos putamus inuitari ad nouum ſpectaculum, Dei tanta maieſtate gradientis. Multitudinem tantam gubernãtis, Ac de annona prouidentis, Ad famam, ad venientis Philippi Regis, Valentinum totũ Regnum commotum, Vrbem grandem impleuit Valentiam, Vt ex toto Regno vna facta Ciuitas videretur, Quid putas ad progreſſum Dei, Tanta multitudine ſpectante? Id habet Exodi cap. 33.

Filiæ Sion inuitantur ad ſpectaculum nouũ & ingens.

Aduentus Philippi Regis in Vrbem Valentiam magno Populi concurſu.

Exo. 33 8.

Hæc faciunt omnia, vt exiſtimemus, aliquid in ea loquendi forma latere myſterij, ſi non immediato ſenſu, ſaltem ſecundario, mediatoque, ſimpliciter ergo interpretabimur, inuitari *Filias Sion* ad ſpectaculum nouum, & ingens. Nouum certè erat Deum ſibi inter homines delegiſſe ſedem, ad habitandum: nouum ſimul cum viam agentibus peregrinari: nouum præcedere caſtra viam monſtrantem, & metantem locum, quo figenda tentoria eſſent. Ingens ſpectaculum erat, Deum tanta maieſtate & pompa per deſerta loca incedentem, infinito Populo de commeatu prouidentem, legibus temperantem multitudinem, beneficijs incitantem pios, ſupplicijs terrentem impios, videre. Iure ergo *egredi* iubentur id eſt tabernaculis excedere, ad tanti apparatus granditatem oculis ſpectandã. Vidimus ante annos paucos, cum Philippus IV. cui hodiè Regi paremus, Valentiam vrbem aduentaret, infinitam ex circumiectis circa oppidis, immo & toto Regno, in vrbem multitudinem conuolaſſe, vnius Hominis videndi gratia: vt nec publicæ, nec priuatæ ædes hoſpites caperent; nec Plateæ etiam ampliſſimæ, ac ædium feneſtræ, & erecta tabulata, ac ne ipſa quidem ſuprema tecta ſpectatorum ſedentem ne dicam, an pendentem potius multitudinem? Vnius Hominis famam auidum videndi Regem ſuum populum exciente, vt vacuatis vrbibus oppidiſque ex vno Regno vna fieret Ciuitas. Quid futurum fuiſſe cogitas, ad famam inhabitantis, ſimulque iter agentis Dei? Ergo nulla re aptius ipſa ſpectandi auiditas exprimi poterat, quam ſi velut præconio inuitari Populus vniuerſus fingeretur, ad tantum ſpectaculum. Atque hoc eſt, quod legimus. Exo. 33. 8, 9. 10. *Cumque egrederetur Moyſes Tabernaculum, ſurgebat vniuerſa Plebs, & ſtabat vnuſquiſque in oſtio Papilionis ſui, aſpiciebantque tergum Moyſi, donec ingrederetur Tentorium, ingreſſo autem illo Tabernaculo fœderis, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebaturque cum Moyſe cer-*

nen-

Ideo iubentur Egredi, vt videant.

nentibus vniuersis, quod columnæ nubes ſtaret ad oſtium Tabernaculi: ſtabantque ipſi, & adorabant per fores Tabernaculorum ſuorum. Id igitur eſſe arbitramur *Egredimini, & videte.*

III.

Sed Iudaicum hic ſenſum dicas,

Sed erit forſitan, qui hunc ſenſum, tametſi explentem corticem verborum vt cumque, Iudaicum tamen dicat, hæretemq; in nudo cortice, nucleum ſpiritalis ſenſus non curantem. At ego ab his hominibus quæro, nũ, cum Populi illius ſcriptura, & geſta narrat; & prælia ſcribit, & peregrinandi per deſertum modum, formamque caſtrorum ob oculos ponit, etiam qui verbis exprimitur immediate ſenſus Iudaicus habendus ſit? Quod ſi eadem iſta de quibus hiſce Cantici locis Sermonem eſſe contendimus immediatè, alibi; expreſſis expoſita verbis, Iudaicum ſenſum non continent, cur loco hoc, quo per ſymbola & ambages ſignificantur, Iudaicum ſenſum continere exiſtimanda ſint, ego non video: Videant ſcripturam à Geneſi ad Apocalypſim, intelligent, nihil aliud toto annorum, ac Gentium Hiſtoriam continere, quam Eccleſiæ viantis, militantiſque peregrinationes, & prælia; eamque ſuos per ſtatus deductam à Naturæ lege ad ſcriptam, à ſcripta ad Euangelium illiuſque per Chriſtum gratiam. Quod ſi totum argumentum ſcripturæ iſtud eſt, additis præceptionibus ad illius inſtructionem, quod ad doctrinam pertinet; quid reprehẽdas in ea expoſitione, quæ nihil aliud contineat quã eam ipſam Eccleſiæ ſuos per ſtatus deductæ Hiſtoriam, vno Canticorum libro contentam? Iudaicus eſſet ſenſus, ſi quidquid in Can. continetur, de Synagoga exponeremus, quod hebræi faciunt, nec extra illius Populi res, & vlla Eccleſiæ ſub Chriſto ſacramenta contingeret; At cum modicam partem, de octo ſcilicet capitibus duo, ſtatui Eccleſiæ ſub lege ſcripta tribuamus; totidem eidem ſub Natura: quatuor autem integra Chriſtianæ; quid cauſæ eſt, ob quam interpretatio noſtra damnetur, quod ea, quæ Eccleſiæ ſub Moſe ſunt, eidem tribuamus. Niſi præiudicata ſententia velis, Cantici ſeriem extra myſteria Chriſtiana non excurrere, quod nec probare ſolidè poteris; & nos falſum eſſe contendimus, ne Eccleſiam, quæ vnica eſt, triplicem faciamus. Vide quę dicimus in Anteloquijs. Diſp. præuia 3. à Num. 6. Et Diſp. 17. totam maximè Num. 3. Et, Diſp. 18. totam, quæ eſt de hoc argumento.

Cum tamen plane, alijs locis tradatur, Nec tunc Iudaicus. Scriptura Hiſtoriam continet Eccleſiæ, Viantis militantiſque. Nec aliud Cantici argumentum. Quæ noſtra eſt interpretatio, Qui partim de Eccleſia ſub natura, Partem de eadem ſub lege, Maximam de ea ſub gratia exponimus. Nam pertinere totum Canticum, Ad Euangelium nec probatur, nec verum eſt.

Iudaicus hic ſẽſus non eſt.

Scriptura Eccleſiæ Hiſtoriã cõtinet, Nec alia Cãtici materia.

Maxima Cantici pars a nobis de Chriſtiana Eccleſia expoſita.

Diſp. præu. 3. Et, diſp. 17. Et, diſp. 18.

IV.

Sed peregrinatio per deſertum, Futurorum figura fuit, Per allegoriam ergo hæc interpretentur.

Sed diximus tamen & *Arcam*, & *Sanctuarium*, & *Dei* per deſerta loca ducentis Populum Hebræorum *peregrinationem*, figuram fuiſſe futurorum. Quis prohibet ergo, hæc eadem quæ Cantici hoc loco verbis continentur, per allegoriam ad chriſtiana myſteria traducere? Hæreamus ergo huic exponendi formæ, ſenſumque horum verborum mediatum exquiramus, poſtquam de immediato, ac litterali, ſenſum noſtrum expoſuimus. Forſitan aliquid dicetur, quod nauſeanti ad alia lectori, palatum irritet. *Egredi* ergo iubentur *Filiæ Sion*, & *videre Deum curru vehentem* ea pompa, quam paulo antè deſcripſimus: ſenſu ſcilicet magis arcano, mentes ad grandiora ſuſtollere & Fide venturi olim in carne Dei, illius & pompam, & triumphum ſpectare. Ne hæreant in his, quæ oculis obijciuntur, ſed ex illis gradum ſibi ad ea faciant, quæ ſub illis viſibilium rerum inuolucris latent. Eum, quem viſibili Tabernaculo diuerſantem, eodemque velut ſponſali vehiculo vehentem vident, olim inter homines non modo Deum inuiſibilem, ſed viſibilem Hominem diuerſaturum: tecta quidem diuinitatis luce humani corporis nube, de carne ſumpti virginea: ſed manifeſtis tamen latentis Numinis argumentis. Semper enim Deus ab initio conditi orbis & figuris, & imaginibus, futuri tanti miſterij tantum non expreſſa ſigna dare ſolitus eſt: ſiue oblectando ſeſe futuri connubij memoria, iugique repræſentatione; ſiue ſenſim condocefaciendo Homini ad inſolitum lumen: ne ſi ſubito tanti diei fulgor obijceretur, caligaret ab ingenti luce. Ideo cum de Paſſione & morte pro mortalium ſalute ſermo eſt, *Agnus* dicitur *occiſus ab origine mundi*. Apoc. 13. 8. Ideo cum de Incarnatione ac Natiuitate, de eo dicitur. *Et egreſſus eius ab initio, a diebus æternitatis.* Mich. 5. 2. Quo ex loco tametſi plerique diuinitatem Chriſti aſſeri arbitrantur, quod de eo vt Homine dictum ſit; *Ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael*: de eodem autem, vt Deo: *Egreſſus* (ſiue *egreſſiones*, pluralis enim numeri vocabulum eſt) *ab initio, a diebus æternitatis*: id tamen non impedit, quin locum exponamus de eius exortu, ſiue *egreſſu* ex virginis vtero: qui ab initio ſæculi ſit in tot figuris exhibitus. Vt quemadmodum propterea *ab initio mundi occiſus* dicitur, in figuris, atque imaginibus, ſacrificiorum ſcilicet, & oblationum, ac victimarum, quibus non aliunde vis erat ad tollenda peccata, placandumque Deũ, quã à Fide in venturum *Agnum*, qui morte ſua *tolleret peccata mundi*: & mortale genus Deo reconciliaret: ita etiam & incarnatus, & natus dicatur *ab initio, a diebus æternitatis*, quia ſcilicet varijs figuris eadem illa & Incarnatio, & Natiuitas repræſentata ſit.

Dum interque iam ... Non in his quæ oculis obijciuntur. Sed olim venturum Deum contemplentur. Hominem in carne Cuius miſterij figuris Omni euo exhibitus. Ideo Agnus dicitur occiſus à mũdi origine. Ideo egreſſus a diebus æternitatis. Qui locus apte hunc ſenſum accipit, Vt ſicut occiſus dicitur in figuris, Ita natus ab initio dicatur, in illis. Ideſt repræſentatur,

Totum hoc allegoricè, ad myſteria gratiæ trahi poteſt.

Deus latens in Tabernaculo, figura verbi carne contecti.

Apoc. 13. 8.

Mich. 5. 2.

Nihil locus natiuitate Chriſti.

Chriſtus natus ab initio quo ſẽſu dictus,

V.

Nam æternitatis nomen. Nõ ſemper pro duratione æterna. Sæpè pro longo tẽpore vſurpatur.

Nec obeſt huic interpretandi rationi nomen *æternitatis*: *Olam* enim (quam vocem 72. reddere ſolent αἰῶνα; latinus autem Interpres ſæpè *Seculum*) non ſemper id, quod fine, & principio caret ſignificat, quod *æternitatem* dicimus ſed ſæpè longiſſimum tempus, cuius ignoretur finis, aut neſciatur initium. Ideoque hic nonnulli tranſtulere *ab antiquo, a diebus ſæculi*. Quin ſi rite expendas, ex vſu S.S. *æternitatis* ipſum nomen, non ſemper quod *æternum* ſit: ſæpè, quod longiſſima tempora comprehendat, ſignificat. Notauit Auguſtinus, Lib.

Olam. Æternitas, non ſemper pro æternã duratione. *Pagninus. Auguſt. lib. 16. De Ciu. c. 26. Et con. Origen. Et q. 31. in Geneſ.*

Id cõſtat ex Iſaia, Et ex Paulo,cum de natiuitate loqueretur. Vocat myſterium temporibus æternis tacitum. Id eſt per longa tempora abſconditum. Egredi ergo iubētur Filia Sion, Id eſt mentis oculis perſpicere futura.

Lib.16. de Ciu. Cap.26 & ex eo alij. Ita de Ieruſalem dictum Iſai.34.10. *Nocte, & die non extinguetur , in ſempiter num aſcendet fumus eius: a generatione in generationem deſſolabitur; in ſæcula ſeculorum non erit tranſitus per eam.* Paulus autem Rom.16.26. de myſterio Incarnationis,ac Natiuitatis loquens vocat *Myſterium temporibus æternis tacitum* (ideſt, abſconditum, non declaratum , ſed adhuc in figuris latens) *quod nunc patefectum eſt, per ſcripturas Prophetarum,ſecundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem Fidei.* Quo loco cum bis eandem vſurpet vocem,non eodem accipit ſignificatu: ſed prius quidem,*Myſterium temporibus æternis tacitum,* per longa tempora abſconditum,intellexit: poſterius autem, cum *Deum* dicit, *æternum*, in propria ſignificatione vocabulum vſurpat. Ergo *Egreſſiones eius ab initio, a diebus, æternitatis* erunt *Incarnatio*, & *Natiuitas*, quæ quanquam in tempore definito factæ, & ſignificatæ tamen ab initio ſæculi in figuris, atque imaginibus ita fuere, vt omnino latere non poſſent. Itaque cum *Egredi* iubentur *Filiæ Sion*, *& videre*, inuitantur ſcilicet ad acuendos mentis oculos, tranſcenſiſque, quæ exterius monſtrabantur, inde, veluti per ſcalas quaſdam , ſuſtolli ad ea Fide viua ſpectanda,quæ apparatu illo *Arcæ* ac *Tabernaculi,Deique in illis peregrinantis pompa*, ſignificabantur. Scilicet feliciſſima illa tempora,cum idem illud *Verbum*, quod tum apud illos diuerſabatur,ac tam inſigni vehebatur pompa, in vtero Virginis clauſum, corpus ſibi humanum aptaret,quo tanquam *Tabernaculo* abſconditum,peregrinationem innocentiſſimæ,ſed & laborioſiſſimæ vitæ,auſpicaretur.

Damaſ. lib. 2. de fide orthod. Iſa.24.10. Rom 16.26. Incarnatio & Natiuitas, myſterium temporibus æternis tacitum,quo ſenſu dicta. Egreſſiones Dei à diebus æternitatis incarnatio & natiuitas.

Cum Verbū carnis clauſum Tabernaculo. Verſaturum inter homines erat,

Verbum in Tabernaculo carnis peregrinus in mundo.

VI. *Filias autem Siō, non imperfectas animas, Immo perfectas vocant.*

Filias autem *Sion*, quas appellet, facile eſt intelligere: Nam tametſi Bernardus interpretatur, *Animas ſæculares,debiles,delicatas,Filias,non Filios,in quibus nihil eſt fortitudinis, nec virilis animi*; multo tamen probabilius eſt,intelligendas eſſe illius Populi animas, Fide, & Caritate,ad veram, myſticamque *Sionem* pertinentes; ideſt , illius Populi perfectiores, quarum mentes diuinarum rerum tenerior affectus,ſenſuſque implebat. Sic Aponius,qui eos intelligit, qui progenitorum Patriarcharum Fide, atque imitatione, veri Filij dici,digni,quam merito talibus gloriarentur parentibus, factis ipſis oſtendebant.

Bernardus. Filia Sion animæ illius Populi perfectiores.

NOTATIO XXIX.

REGEM SALOMONEM IN DIADEMATE.

I. *Verbum ſub Salomone latens, Quia ſapientia Patris, Pacem attulit mundo, De qua luculētur Iſaias, Et templum vero Deo dicauit, Vel corporis ſui, vel Eccleſiæ,*

QVam merito *Æternum Verbum Salomonis* ſub ſchemate nominis lateat, loco alio indicatum eſt. Ille enim *Sapientia Patris* eſt, vnde in Angelos, & homines ſtillæ ſapientiæ,quibus à brutis differunt: cœleſtiſq; intelligentiæ latices, quibus Pij ab impijs;& ab infidelibus Fideles,ſecernerentur,promanarunt. Ipſe vere *Pacificus*,& *Pacifer*, qui inter Deum & homines inimicitias ſuſtulit & vniuerſum humanum genus ad Pacem compoſuit; vt poſt illius vitam, ac mortem diceretur: *Habitabit Lupus cum Agno, & Pardus cum Hœdo accubabit: Vitulus,& Leo, & Ouis ſimul morabuntur, & Puer paruulus minabit eos. Vitulus,& Vrſus paſcentur ſimul, requieſcent catuli eorum: & Leo quaſi Bos comedet paleas.* Iſai.11.6.7. Ipſe *Templi Domini* non inſtaurator ſolum, ſed & Author; cuius in Salomonico præceſſerat typus, ſiue *Templum aſſumptum corpus* eſſe velis S. D. E. *Soluite Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud* Ioan.2.19. ſiue *Eccleſiam Chriſtianam* per vbiq; Gentiū propagatam; in qua verus æternuſque cultus exhibendus Deo erat. Has ob cauſas dictus *Salomon*.

Salomon figura Verbi,qui ſapiētia Patris, & pax noſtra. *Iſai.11.6.7.* *Ioan 2.19.* Verbum myſtici tēpli extructor.

III. *Corona autem ſæpè pro honore ornatu,& pompa, Vt locis alijs non infrequenter, Quibus gloriæ honorque. Et ex exultatio, corona dicitur. Quin etiam abūdantia, Quæ pinguedinē ſignificata, Sacris & profanis. Hunc ſenſum Iſaias habet, Prædicens decem tribuum captiuitatem,*

Diadematis autem nomine (aut *Coronæ*, v. 72. habent ἐντίμῳ φαύλῳ) non ſemper *Corona*,aut *Sertum* ſtricte; ſed ornatus, ac cultus, & pompa ſignificatur: quidquid ad honorem, dignitatem, hilaritatem ſpectat. Iſai.28.5. *In die illa erit Dominus exercituum Corona gloriæ reſiduo Populi, & ſertum exſultationis. Gloriam* ſimpliciter, *honorem*, ac *decus Coronam gloriæ* dixit: *ſertum* autem *exultationis gaudium* , *hilaritatem lætitiam.* Dixerat paulo ſuperius. *Pedibus conculcabitur Corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim; & erit flos decidens gloriæ exultationis eius.* Opponit Coronā Coronæ,& lætitiā lætitiæ. *Corona* autē *ſuperbiæ ebriorum Ephraim*, abundantiam,ac fælicitatem intelligit, quæ mortales in ſuperbiam efferre ſolet. *Qui eſt*, inquit, *ſuper verticem vallis pinguium.* Quæ ſine dubio ad abundantiam,diuitias, omniumq; bonorum affluentiam referenda ſunt: pinguedo enim frequenter pro abundantia, & affluentia in ſacro ſermone, *Vinea facta eſt dilecto in cornu filio olei.* Iſai.5.1. Loco edito, & pinguiſſimo,& ad oleum ferendū aptiſſimo. *Conſtituit eum ſuper excelſam terram,vt comederet fructus agrorum: vt ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.* Deut.32.13. Et: *In rore cæli, & in pinguedine terræ erit benedictio tua.* Gen.27.39. Quin & latinis agri pingues pro frugiferis dicti. *Heu, heu? quam pingui macer eſt mihi Taurus in aruo.* Id ergo Iſaias vaticinatur, quo tempore decem Tribus eas enim nomine Ephraim intelligit, à felicitate illa ſua, & abundantia in miſerias extremas, & diram captiuitatem abducantur, duabus

Corona pro honore, dignitate, abundantia,lætitia. *Iſa 28.5.* *Iſa.28.1.* Pinguedo pro abundantia. *Iſa.5.1.* *Deut.32.14.* *Gen.27.39.*

Digitized by Google

Et duarum felicitatem.

Ita corona pro ſecundis ſæpe rebus.

Corona pro ſecundis rebus.

Tribubus, quas *reſiduũ Populi Dei* vocat omnia ſuccedent feliciter, vberas agrorum prouentus; negotiationum lucra; pacis ac ſecuritatis bona: inde autem gaudium, & lætitia, atque hilaritas inundabit. Ergo *Corona* pro ſecundis ſæpè rebus, cum ad votum ſuccedunt omnia. Si autem nomen transferatur ad cultum, id omne ſignificabit, quod ad *maieſtatem, apparatum*, ac *pompam* pertinet, ſeu domi, ſeu peregrè.

III.
Tum pro maieſtate
Quo ſenſu hoc loco poſita.

Diadema honor maieſtas pópa, qua Deus per deſertum vehebatur.

Ergo *Diadematis* ſeu *Coronæ* nomine loco hoc, non aliud accipiemus, quam eundem illum apparatum, ac pompam, qua Deo, ſiue quieſcenti in Tabernaculo, miniſtrabatur: ſeu progredienti obſequium præſtabatur. Quidquid aliud dixeris, acutè fortaſſe dixeris: ſed huius commatis ſententiam non implebis.

IV.
Erant autem hæc futurorum typus,
Cum Verbum incarnandum,
Caro enim Coronæ Verbi,
Quod per illius aſſumptionem.
Chriſtus caput effectus omnium,
Et vt caput coronatus,
Qui ſenſus Ambroſij.

Dei maieſtas in tabernaculo, typus maieſtatis in carne.
Corona Verbi caro de Virgine
Ambroſius.

Totum id autem imago erat, vt indicatum eſt, eorum, quæ olim eſſent futura. Itaque hic non vt geſta, rerum diuerſarum imaginibus repræſentantur, ſed vt futura ſignificantur: qua vna obſeruatione ſententia noſtra ab illorum interpretatione diuerſa eſt, qui *Coronam* hanc, ſiue *Diadema* carnem de Virgine ſumptam interpretantur, quorum nomina habes Not. 27. Num 5. quo loco eam cæteris præferendam cenſuimus, ſi tamen huic noſtræ aptari poſſet. Eſt autem non vna cauſa, cur *Humanitas Chriſti Corona* dicatur *Verbi*. Nam certe, quod caput hominum Chriſtus eſſet, humanitati debuit acceptum, qua ad capitis honorem euectus eſt. Huc fortaſſe Ambroſius lib. de Inſt. Virg. Cap. 16. *Beatus & Mariæ vterus, qui tantum Dominum Coronauit, quando formauit. Coronauit eum, quando generauit; quia etſi eum ſine aliqua ſua operatione formauit, quia Spiritus Sanctus ſuperuenit in Virginem: tamen hoc ipſo, quod ad omnium ſalutẽ illum concepit, & peperit, Coronã capitis eius æterna pietatis impoſuit: vt per Fidem credentium fieret omnis viri caput Chriſtus.*

V.
Sed obeſt ignominias Chriſti, ortas ex carne.
Quæ obiectio Gregorij.
Quam non videtur diluiſſe.
Diluit Paulus,
Nam ab ignominijs carnis,
Exaltatio orta illius
Et nomen ſuper omne nomẽ datũ,
Ergo abiectio carnis Verbi corona fuit
Per quam via ad gloriam patuit,

Gregorius.
Quo pacto caro corona Verbi, quæ illi tot peperit ignominias.

Phil. 2. 6.
Chriſti exaltatio, ex paſſione carnis.

Sed obeſſe huic interpretationi videtur, quod & Mag. Gregorius obſeruauit, *Coronam* pro *Gloria* poni, vt paulo ante dictum à nobis eſt: Humanitate autem aſſumpta, maieſtatem potius inclinaſſe Verbum viſum eſt, quam nouam Gloriam aſſequutum. Qua ergo ratione efficiemus, ignominiam atque obiectionem Chriſti illius fuiſſe *Coronam*? Soluit Gregorius, nec ſoluere videtur tamen, dicens, Incarnationem noſtram eſſe gloriam; nos autem Chriſti capitis eſſe membra; gloriã autem membrorum capitis etiam gloriam eſſe. Ita quidam; niſi poſueris prius, illud ipſum, quo membra gloriantur, dedecus eſſe capitis. Paulus mihi optimus horum arcanorum indagator, quæſtionem ſoluet. Phil. 2. 6. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus in Gloria eſt Dei Patris.* Quod ſi ad eam *Gloriam* conſeſſus cum Patre ideo leuatus eſt, eiuſque nomini tanti honores habiti, quod & carnem induerit, & Paſſione, ac morte conſummatus fuerit, certe & ea ipſa abiectio, atque humiliatio carnis, quæ illi ad tantum decus viam parauit *Gloria* illius, & *Corona* erit: immo ſi ſolerter expendas, multo magis & *Corona*, & *Gloria erit*. Quod nec Paulum latuit, cum diceret: *Non rapinam* (idest rem facile parabilem, ac ſine vllo labore, ſola manuum iniectione) *arbitratum eſſe, ſe eſſe æqualem Deo*. Quaſi æqualitas ipſa cum Deo nec *Gloriæ*, nec *honoris* mereatur nomen, ſi ſine labore ſit parta: nec alius verus *honor* ac *Corona*, quam qui præmium ſit laborum. Labores ergo, quibus id contigit, vt pro præmio tantam *Gloriam* mereantur, hi vero *Corona* ſunt; tametſi præmio ſuo fraudati. Verus enim honor à meritis eſt, & quiſquis meritus honorem eſt, is vere habuit; ſatiſque obtinuit præmiorum, tametſi adeptus aliud non ſit. Abnuit ergo Chriſtus *Gloria & honore coronari*, niſi ipſe & carnis aſſumptæ humilitate, atque Paſſione & morte prius *coronaretur*.

Immo ea ignominia verius corona fuit,

Quod nec Paulũ latuit,

Nam corona ſine meritis parta,

Corona non eſt,

Ignominiæ carnis Verbi corona, quia via ad coronam.

Æqualitas in cõſeſſu Chriſti cũ Patre, ſine meritis, gloriæ nomẽ non meretur.

VI.
Ideo Chriſto plauditur,
Etiam cum indutus carnem,
Ad prælia parat ſe.
Tũc ſpecioſus proclamatur,
Et benedictus à Patre
Et regni accipit iura,
Antequam regnũ tradatur,
Qui enim coronari meritus,

Iſai. 63. 4.
Pſal. 44. 3.
Chriſto antequã vincat victoria canitur, & laurus donatur victoris.

Coronari meritus ſatis coronatus eſt, etiã ſi corona negatur.

Hinc eſt, quod non modo illi plauſus excitantur, & concinuntur encomia, cum ad Patris dexteram ſeſſurus aſcendit, ſicut apud Iſaiam legimus, Cap. 63. 1. Sed etiam cum carnem indutus, ad grandia bella ſe fortiſſimus Gigas accinxit. Tunc audit ſcilicet: *Specioſus forma præ Filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis; propterea benedixit te Deus æternum*. Pſalm. 44. 3. Nondum *Coronatus* à Patre, non in Regni aſſumptus conſortium, nondum ad dexteram æquali ſede collocatus; adhuc exercendus duris, multoque ſanguine & Hoſtium, & ſuo madens, victor proclamandus: & tamen & *Specioſus præ hominum dicitur Filijs*, & *Benedictus* à *Patre*, *Coronatus* ſcilicet, antequam *Coronam* adeptus. Pergit Encomiaſtes: *Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum, Potentiſſime: ſpecie tua, & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna.* Nondum traditum Regnum eſt, iam regnandi iura poſſidet, quia tunc ſcilicet vere regnare incepit, cum regnare meritus eſt. Et vero magnum eſt, *Diademate Regni* tempora impediri: Sed maius ſic vixiſſe, vt impediri ſis meritus: alterum ad veram laudem pertinet, alterum ad meriti approbationem. Et puto non minus laude dignus (ſi digna laude perfeceris) ſi approbatore carueris, quam ſi habueris: cum alterum ſit virtutis, alterum ſortis. Non ergo mirum fuerit, *Carnem aſſumptam* Verbo pro

Digitized by Google

Iam coronatum; eſt.
Huc properat in Tabernaculũ verbum
Et ad illud ſpe.

Corona fuiſſe, qua vt inſtrumento nobili & coniuncto vſurum erat ad *Gloriam*. Hinc properatæ illæ Dei curæ, & conferta in vnum tempora, vt ea *Corona* inſignis prodiret in mũdum, viſendus à *Filiabus Sion*: iure inuitantur ab Epitalamium concinentibus Angelis, ad nouum, nec ante viſum ſpectaculum, vt ſcilicet ab iis quæ oculis viſebantur, animum ad grandiora olim futura myſteria, leuarent, quorum in eo apparatu vehiculi vmbræ viſebantur.

Filię Sion ad ſpectãdam Verbi in carne põpam inuitantur.

NOTATIO XXX.

QVO CORONAVIT ILLVM MATER SVA.

I.
Difficilis ad ſenſum locus.
Nam quidam dilectionem matrem dictam volunt,
Id vere minime litterale eſt,

LOcus implexus, ſiue Dramaticum ſenſum, ſiue litteralem exquiras. Sed de Dramatico dictum alibi, quod probabiliſſimum viſum eſt; quantum ad arcanam ſententiam, quanquam & Nyſſenum lego, *Dilectionem Matrem* hic dictam arbitrantem; quod & ipſum indicauere Aponius, & Bernardus; Ambroſius autem ex eo confirmat, quòd Paulus Coloſ. 1. 13. de Chriſto dicat; *Deus nos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum Filij dilectionis ſuæ*, minus hoc ad litteram arbitramur pertinere: nec Chriſtum dictum *Filium dilectionis* alio ſenſu, quam quod ſit *Filius dilectiſſimus Patris*, iuxta Hebræi Sermonis proprietatem. Hac, inquam omiſſa interpretandi ratione, tres alias video, quibus graues omnino Authores & rerum ipſa conexio authoritatem, ac pondus contulere: quas vt examinemus res exigit ipſa.

Nyſſenus. *Aponius.* *Bernardus.* *Ambroſius.* Chriſtus quò ſenſu dictus Filius dilectionis;

Nam Filius dilectionis dictus Chriſtus, prodilectiſſimo.

II.
Alij Eccleſiã matrem malunt,
Sed ea Filia, & ſponſa eſt,

Prima *Eccleſiam Matrem* Chriſti affirmat, quæ *Gloriæ Diademate Chriſtum coronarit.* Sic Ambroſius Serm. 15. in Pſalm. 118. Sed Eccleſiam Chriſti Filiam ſcimus, magnis cum doloribus genitam, nec ſine multo ſanguine editam; Sponſam ſcimus, arctiſſimo ei connubij vinculo iunctam. Matrem, qui dici poſſit, non ſatis intelligimus: niſi illud hic velis quod obſeruatum à Gregorio alicubi eſt. Matrem effici prædicando, dum Chriſtus in infidelium animis Verbi iacto ſemine gignitur. Sed id ad rem minimè eſt. Quare ſenſus hic minus aptus huic loco videtur eſſe.

Eccleſia Chriſti mater. *Ambroſius,*

Mater difficile probatur eſſe.

III.
Alijs Synagoga placuit.

Alij *Synagogam* malunt: Hi ſunt Tres Patres, & Theodoretus, qui Iudæam *Matrem* agnoſcit, ex qua Chriſtus ſecundum carnem natus, ideoque & Filius. S. D. E. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*. Hebr. 2. 16. Hæc ſententia, ſi rite intelligatur, vera eſt, & aptiſſima huic loco interpretando. Sed non omnes ea ratione accipiunt, qua verum, aptumque ſenſum reddat. Sed quo pacto probanda ſit, mox dicemus.

Tres Patres. *Theodoretus.* Synagoga mater Chriſti. *Hebr. 16. 16.*

Quod rite intellectum verum eſt,

IV.
Alij Virginem Mariam.
Quod verum, ſi de incarnatione accipias hæc.
Sed is ſenſus non primarius eſt,

Nec improbiliter qui *B. Virginem Matrem* hic dici arbitrati ſunt. Et verò, ſi hæc primario, & immediato ſenſu de Chriſti Incarnatione interpretanda cenſerem, forſitan huic vni interpretationi hæſiſſem: Sed quia hæc arbitror immediato ſenſu dici de Eccleſia ſub Lege Moſis, eoque apparatu quo Deus apud eam Gentem egit, erecto inter eos Tabernaculo, in quo diuerſaretur, cuique velut vehiculum eſſet, quo motis caſtris veheretur, non poſſum huic adhærere ſenſui, cũ ſub eo Eccleſiæ ſtatu Virgini locum nondum inueniam, niſi ſecundario ſenſu.

Maria V. Chriſti mater. Sed ſenſu non immediato.

V.
Si Synagogam accipias pro eo Populo iam rebelli,
Quæ Spinis Chriſtum coronauit,
Mater eſſe nõ poteſt, ſed nouerca.
Si pro Populo adhuc pio.

Sed *Synagoga* duplice ſenſu accipi poteſt: vel pro illo Populo Deo iam rebellare incipiente, quo pacto in reprobum ſenſum traditus, & à Deo alienatus, iam pro hoſte & ipſe ſe geſſit, & habitus à Deo eſt. Hoc ſenſu accepere, qui *Spinea Corona a Matre Synagoga coronatũ Chriſtum* interpretati ſunt, quia ex ea Chriſtus, tametſi tunc *nouercam* potius, rabie multa efferatã, quã *Matrem* ſe geſſit, cum innocenti Filio. Hunc ſenſum vna ratione reiecimus, quòd loco hoc *Matris* officium in coronando Filio pium, ac laudabile ſit, atque vno verbo *Matre* dignum: non odioſum, non horridum, non illaudatum. Ergo hic *Synagogam* accipiemus cũ Populũ adhuc pium, adhuc Dei amicũ, adhuc libenter in illius ſe cultũ impendentem fideque, & caritate ei hærentem. Quod ſi non defuere vnquam, qui ſecus facerent, id minimè obeſt interpretationi noſtræ, cum ſatis ſit, eam partem, quæ pios, bonoſque complectebatur, ſic animatam fuiſſe in Deum.

Synagoga auerſa a Deo, non Mater, ſed nouerca Chriſti.

Gens Hebræa fide & caritate coniuncta Deo, illius hic mater dicitur.

Et fide & caritate Deo coniuncto, bene eſt.

VI.
Mater dici poteſt Verbi,
Verbum enim omnia peragit.
Quo ad Populum in deſertum eduxit.
In typum maioris facinoris.
Tunc quaſi tyro,

Sed adhuc ſupereſt explicandum, quo pacto Populus ille, pietate ſua meritus à Deo amari, & beneficijs ornari, *Mater Dei* ſub eo ſtatu dici potuerit. Diximus ſæpè, qui Moſi apparuit *Verbum* fuiſſe, aut Angelum Dei ſuſtinentem perſonam. *Verbum* Pharaonis duritiem tandem domuit; *Verbum* Primogenitorum cædem per Angelum peregit; *Verbum* maris profunda ſiccauit; *Verbum* Populum in libertatem aſſeruit, demerſis in mari Ægyptijs: quod ſcilicet olim per mortem, & crucem genus humanum Dæmonis ſeruitute exempturum erat, Præludebat tanto facinori, & vt ita dixerim, nouus ſe miles exercebat ad palum, olim futurus Triariorum Anteſignanus: & imitamentis præliorum veras olim futuras, atque arduas pugnas meditabatur; rerum ſe tantarum vmbris oblectans,

Verbi facinus in liberatione Populi, typus futuri maioris facinoris.

Digitized by Google

Poſtea veteranus,

Id autem humana carne præſtiturus erat,

Ex ea Gẽte ſumpta,

Ideo Filius, & illa mater.

Humanitate olim induendũ præludit, in Tabernaculo Verbum.

qui vero rerum ſucceſſu nondum poterat oblectari. At quidquid *Verbum* & tunc in imagine gerebat, & poſtea re ipſa geſturus erat, non niſi humana vinta ſibi carne, & quidem ex ea Gente (quemadmodum fuerat Abrahamo pollicitus, dicens: *In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes*) geſturus erat. Ergo quam ſciebat olim *Matrem* futuram ſibi, anticipato vocabulo *Matrem* appellat per Angelorũ ora; non quòd iã tunc eſſet, ſed quòd tunc quidẽ deſtinata in *Matrem* eſſet. Suo autem tempore eſſet vere futura. Properat ad myſterium ſcilicet, gaudetque *Filius* dici, & *Matris* audire nomen, & vocem: & gratiſſimis olim dapibus ſaturandus, futuras cogitat voluptates; & quidquid auidus animus habet in votis, ſermone retractat.

VII.

Sed quo pacto coronauit illum.
In apparatum Tabernaculi.
Neceſſaria Populus contulit,
Dei bonitas quidẽ donis ſuis coronã ſibi ferri gaudet.
Officijs ergo noſtris coronatur,
Sic Paulus vocat diſcipulos coronam,
Quia illorum profectus, gloria eſt illius,

Hebræa Gens collatione donariorum, ad apparatum Tabernaculi verbum coronauit.

Sit ergo *Verbi Mater Hebræa Gens*, ſit *Synaga* & fide integra & caritate coniuncta, ex qua olim carnem ſuſcepturus eſt: quo pacto illam *Verbum Coronaſſe* monſtrabis? Facile id intelliges, ſi memineris, *Coronam*, ſeu *Diadema* eundem nobis cultum, apparatumque dictum, quo Deus voluerat inter Iſraelitas coli, ſeu manere, ac quieſcere placeret, ſeu motis caſtris iter agere: quæcumque autem neceſſaria fuiſſent ad eum cultum, apparatumque, Populum viritim tribuiſſe, quemque pro facultatibus ſuis; & quidem prona volunte, & animo promptiſſimo; qua dere alias dictum eſt. Id verè *Diadema* eius imponere capiti fuit. In quo & Dei bonitas ipſa apparet, qui quæ ſunt ſua ipſius in nos dona collata, cum ea in eundem, à quo acceperamus, refundimus, non modo accepiſſe obſequium ſe fatetur. Sed & *Coronam* impoſitam capiti, qua incintus comas, ſeſe ſpectandum præbeat ſuis, quaſi ſuam iactans felicitatem. *Coronatur* ergo officijs noſtris Fide, Pietate, Amore; quo ſenſu Paulus Philippenſes alloquens: *Fratres*, inquit, *mei cariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum & Corona mea, ſic ſtate in Domino*, Phil. 4. 1. Prædicationis fructũ ex ſemine verbi iactato in eorum animis cernens, gloriatur quodammodo, & quidquid laboris in opere impenſum à ſe eſt, ſatis ſuperque muneratum putat ab illis, rediiſſeque ad ſe fœnerato, quod dederat, ſi illi *ſtarent in Domino ſic*, id eſt, in doctrina tradita perſeueranter incumberent, & opere conarentur implere, quod aure perceptum corde fuerant amplexi. Hæc enim Magiſtri laus eſt, hæc *Corona*, ſi non didiciſſe contenti, traditis doctrinæ præceptis etiam pareant, & alacriter quidquid perceptum exequantur. Sic arbor quam plantaſti, rigaſti: coluiſti, cum maturos fructus offert, & beneficio tuo adulta, grata, ſua dona inte refundit *gaudium* tuum eſt, & quodammodo *Corona*. Sic ergo intelligimus, quod dicitur, *Quo Coronauit illum Mater ſua*.

Deus coronatur officijs noſtris.

Philip. 4. 1.

Et boni diſcipuli Magiſtri corona.

Et agricolæ gaudium,
Arbor, cũ ſe ſua cũ fructu abundat,

Magiſtri corona boni diſcipuli.

VIII.

Sed poſſunt hæc trahi ſenſu mediato.
Ad incarnationẽ,
In Tabernaculo repræſentatam,
Quo ſenſũ Synagoga mater eſt Chriſti.

Abraami progenies, Verbũ coronauit, cũ carnem tribuit quã indueret.

Cæterum ſi cui placeat in hoc facto, velut in typo, futura olim myſteria Incarnationis, & Natiuitatis meditari, ſenſu mediato adque allegorico, & id ipſum verè dictum intelliget, cum oſtenſum ſit *Humanam* aſſumptam *carnem* vere *Verbi* fuiſſe *Coronam*, Tabernaculo fœderis omnique illo apparatu repræſentatam. Quod ſi & *Humana caro Corona* eſt *Verbi*, eamque carnem ex Abrahæ progenie mutuatus Dei Filius eſt, quid iam deeſt, vt dicatur à Matre, id eſt, ea Gente, è cuius ſemine naſcebatur, Coronatus? Atque in hunc ego ſenſum veram eſſe illorum ſententiam definio, qui *Matrem* hoc loco *Sponſi* interpretantur *Synagogam*.

NOTATIO XXXI.

IN DIE DESPONSATIONIS ILLIVS.

I.

Sed quis deſponſationis dies?
Quidam diẽ Incarnationis volunt.

Sed eſt dies latæ legis

Dies deſponſationis, dies incarnationis, quibuſdam.

FAcilis huius loci ſententia, ſi ſequare noſtrum filum. Nam quod plerique exiſtimarunt, *diem* dici *deſponſationis* fauſtiſſimum illum, quo annuente Dei votis Virgine, toto ſinu Verbum excepit, atque humanis artubus induit; ad ſecundarium, atque allegoricum ſenſum pertinet, non ad litteralem, & immediatum: cum hic Deus Verbũ Sponſus per legem latam, fœduſque cum eo Populo initum, intelligatur; nondum iuſto connubio Eccleſiæ copulatus per incarnationem, vſque ad initium quinti capitis, vt alias dictum eſt.

II.

Cur ergo ab ea die dictus ſponſus non eſt?
Cur appellatio dilata.
Quoad Tabernaculũ fabricaretur?
Lata lege ſponſalia per acta ſunt,

Cur Deus ſtatim tradita lege non eſt dictus Sponſus.

Cæterum in ſenſu, vt videtur, facili, haud facile dirimenda ſe offert quæſtio. Nam ſi per legem Verbum deſponſauit ſibi Eccleſiam illam, cur non ſtatim *Sponſi* donatus nomine eſt; neque *dies* illæ latæ in monte legis *Dies deſponſationis* eſt dictus? Quid neceſſe erat appellationem Sponſi differri, & cum re potiretur ipſa, nomen renuere? Latere in ea re arcani aliquid, res ipſa monet, tametſi non ſtatim conſideranti appareat, quale ſit. Lata quidem in Sina lege peracta *Sponſalia* ſunt, initumque inter Deum & Eccleſiam *pactum mutuum*, & ſcriptæ pacti leges in tabulis, eius coniunctionis fixum teſtimonium: ne cui iam liceret alteri obligari. Sed id ad iura potius ſibi viciſſim tributa ſpectabat. Reſtabat ſolemnitas, &, vt ita dixerim *Pacti* per præconem enuntiatio. Hæc autem nec ſine pompa atque

Digitized by Google

Sed deſiderabatur ſolemnitas;
Et apparatus, & pompa,
Qua iturus ad deducendam Spõſam
Sic paratis, auditi plauſus,
Et ſponſorum nomina,
Fauſtis apprecationibus vſurpata.

Paratis neceſſarijs ad pompam Sponſi proclamantur.

Apoc. 21. 2.

atque apparatu ſolet fieri, nec fieri decet. Sic inter homines ſolet fieri, ac tum demum publico ritu pro *Sponſis* ſe gerere, qui prius priuatim, & quaſi in occulto data fide ſe ſibi inuicem obligarunt. Cultus præcedit, & veſtium apparatus, & affinium amicorumque inuitatio, & familiæ ad hilaritatem compoſitæ ornatu feſtiua pompa. Ac tunc demum plaudẽtium voces, ac *Sponſorum* ſonant nomina, ac fauſtæ apprecationes, & laudes audiuntur. *Vidi Ciuitatem Sanctam Ieruſalem nouam, deſcendentem de cælo à Deo, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno, dicentem: Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi Populus eius erunt, & ipſe cum eis erit eorum Deus.* Apoc. 21. 2. 3. Quæ ſi huic loco applices, forſitan affirmes, aut hæc rem continere ipſam, illa imaginem, ac figuram; aut ad illorum exemplum totum hunc *Nouæ Sponſæ* ornatum apparatumque inſtructum.

III.

Sed videre eſt totius ordinem.
Iuſſu Dei in mõtem aſcendit Moſes,
Et Tabernaculi formam à Deo diſcit,
Accipit tabulas pacti,
Eaſque cõfringit,
Rurſum alias ſcribit.
Et in opus Tabernaculi incumbit,
Interim Deus iuga montium inhabitat.
Omnibus paratis, Proclamantur Sponſi.
Et publico ritu & plauſu,
Sponſalia publicantur.

Id habet Exo 40. 31.

Series præparationum ad ſponſalia.

Exo. 10. & ſeq.

Exo. 24.

Exo. 31.

Exo. 34.

Sed vt videas, quam hæc in tempore obſeruata ſint: libet breuiter quo ordine ſingula ſint geſta indicare. Poſtquam Ietro Socer Moſis optimum conſilium dediſſet, de conſtituendis Iudicijs, ac deſignandis delectis de Populo, quibus ea prouincia mandaretur, Moſes iubente Deo in montem euadit; atque eius ex ore audito Decalogo, refert ad Populum, qui territus loquentem audit; adijciuntur & quædam iudicialia, Regreditur in montẽ Moſes, eodem Authore Deo, verſatuſque cum eo quadraginta diebus, *Tabernaculi*, reliquique formam apparatus docetur: iubeturque rem ſecundum exemplar ſibi monſtratum exequi. Mox deputantur Artifices, ac Sapientia implentur, ad opus perficiendum. Moſique tandem dantur *Tabulæ*, in quibus digito Dei Decalogus ſcriptus, *pactumque cum Populo*. Deinde acceptas *Tabulas* Moſes confringit, propter Populi, eo abſente, patratum ſcelus vituli. Redit in montem cum nouis tabulis, legemque à Deo acceptam ipſe manibus ſuis ſcribit, deſcenditque cornutus ad Populum: Eum autem pronum aduertens in Dei obſequium, in ſtructuram *Tabernaculi*, & *Arcæ*, & ſacri apparatus donaria poſcit accipitque plura, quam neceſſaria in opus ſint; omnibus, velut ęmulo ſtudio, conferentibus. Et hactenus quidem adhuc Deus iuga mõtium inhabitat, nõdum publico committit ſeſe, nondum diuerſatur cum Populo: neque enim decebat prius conſitem præberet ſeſe, viſendumque de proximo, quam digna ſe pompa, apparatuque inſtructus, maieſtatem aut oſtentaret, aut retineret. Itaque iam verè *Sponſus per traditam, acceptamque Legem*, ſed adhuc in abdito, & in receſſu: nam plauſus, & pompa, & acclamationes in illum diem ſeruabantur, quo *Tabernaculi* opere perfecto, palam in eo cum Populo diuerſaretur. Perfecto tandem toto opere, apparatuque Pontificio, erigitur *Tabernaculum*, ac tunc demum: *Poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes Tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud: nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante; quia cuncta nubes operuerat.* Exo. 40. 31. 32. 33. Hic *Dies deſponſationis* dictus, quia ex eo ſcilicet Deus ſeſe pro *Sponſo* gerere cæpit, publicoque ritu cum *Sponſa* verſatus eſt.

Dum neceſſaria procurãtur Deus iugis montium detinetur.

Paratis omnib. ducitur pompa, & Sponſi nomẽ auditur.

Exo. 40. 31.

IV.

Hic dies lætitiæ cordis dictus.
Ob memoriam futuræ incarnationis.

Dies lætitię cordis cur dictus.

Nec ſine cauſa additum: *& in die lætitiæ cordis eius*, is enim dies & feſtiuiſſimus eſſe ſolet nouis Sponſis, & Verbo hic feſtiuiſſimus fuit, futura cogitanti myſteria, & in ea cum illo Populo contubernij facilitate, qua olim ratione cum hominibus Homo conuerſaturus erat, cuius delitiæ ſunt *cum Filijs hominum conuerſari*. Atq; hic finis Commentariorum Capitis tertij.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

ARGVMENTVM.

Verſ.I. LEGE lata, conſtitutis cæremonijs, & in
vſum inductis, noua Eccleſiæ viſa eſt fa-
cies; nouo illa cultu ornata. Hinc in ea
ſibi complacitus Deus, eam generatim pri-
mum laudat: deinde per partes ſingulas.
Hoc Commate *Oculos*, *Prophetas* ſcilicet,
qui inter reliquum Populum, velut inter
Cincinnos Oculi ſplendebant. Mox *Capillos*,
ideſt, *Gentis promiſcuum vulgus*, quos *Caprarum Gregibus* ſimilis eſſe
Verſ.II. dicit.* *A Capillis* tranſit ad *Dentes*, ſcilicet à *Populo* ad *Doctores*,
qui doctrinæ cibum ſolidum multitudini mandunt, ac primo
digerunt, vt vtilius tranſmutetur. Comparat autem eos *Ouium*
Gregibus recens lautis, ob munditiem doctrinæ, & vitæ cando-
Verſ.III. rem.* *Dentibus* proxima *Labia* ſunt, orationis inſtrumenta;
Hos *Leuitas*, & *Sacerdotes* intelligimus, quorum erat Populi no-
mine cum Deo agere, & illius ad eum preces perferre; & eius
ad illum reſponſa, ſimilia autem *Labra vittæ coccineæ*, ob tacitam
futuri *Chriſti* ac *Morituri* profeſſionem, & Fidem. Tum à *Labris*
ad *Genas* gradum facit, ac *Iuuentutem* ſcilicet Populi illius benè
moratam, & inſtitutam; maxime *Virgines* impenſa Parentum
cura ſeruatas, & pudore inſignes; quam ob cauſam eas *Cortici*
mali punici, ſolis calore torriduli, grana purpurea intus abſcon-
Verſ.IV. dentis comparat.* Mox hæret in *Colli* encomio, quod *Turri Da-*
uidicæ ſimile dicit, omni armorum genere ornatæ. At in eo *Sa-*
cerdotum ordinem laudat, quorum eſt Dei honorem aſſerere;
cultum fouere; Populum cum eo coniungere; doctrinę alimē-
ta in myſticum ſtomachum deriuare; ſpiritum de cœlo trahe-

re,

Digitized by Google

re, quo totum corpus viuat Eccleſiæ. Quæ munia *colli* ſunt. * Verſ.V.
Subiacent *collo vbera*, ideo de illis ordine dicit. *Vbera* autem illius Eccleſiæ, *Moiſes*, & *Aaron* qui dati illi *nutricij*, & ſimiles pene in omnibus, qui tunc demum lacte deficiente extincti ſunt, cum adultior Populus veſci ſolidiore cibo cępit, etiam myſtico. Comparat ea *Hinulis geminis, inter florida prata paſcentibus*, propter germanitatem, ac ſucculentiam myſtici lactis, quo lactare Populum non deſiere; vſque ad mortē. * Harum Eccleſiæ dotium Verſ.VI.
meditatione inuitatus, arctius cum ea vnitur. Comparat autem *monti Mirrhæ*, ac *colli Thuris*, propter laborum in ſe ſequendo tolerantiam, & ſacrificiorum puriſſimum cultum. Niſi manuis *vbera*, montibus comparata, de quibus proximè, *Moſe*, ſcilicet, & *Aarone* ad quos iturum ſe dicat, vt eos ad ſe per mortem vocatos, ſibi coniungat, nunquam diuellendos. * Mox oculis Verſ.VII.
in Eccleſiam coniectis, & ad leges, à ſe, tum politicas, tum ſacras inſtitutas, mirè ſibi placitam affirmat, *pulcherrimam*, ac *nulla macula deformem*: quia quantum ad conſtitutionem Reipub. illius ſiue Sacram, ſiue Politicam, nihil in illa erat, quod non probaret. * Sic placitam ſibi, ſic laudatam, hortatur ad ingreſ- Verſ.VIII.
ſum in promiſſam terram, & ineundam deſtinatæ hæreditatis poſſeſſionem. Ideo *venire* iubet *de Libano*, & cæteris montibus *Libano* confinibus, qua parte ingreſſus Populus Dei in Chanaanitidem: euerſiſque multis infidelium Regnis, in eorum vrbes inducti ſunt. * Hoſtibus debellatis per multa prælia, firmius Verſ.IX.
fundari cæpit Eccleſia, & ſtabili veſtigio conſiſtere. Hinc omnia perfectius conſtituta, ſub *Samuele & Dauide*. Quorum pietate illectus Deus, ſeſe *vulneratum vno Eccleſiæ oculo* dicit; ſiue *Samuelem*, ſiue *Dauidem* accipias, Vtrumque *Prophetam inclytum. Vnum*, propter vnitatem doctrinæ. Ad eorumque normam inſtitutum Populum, *vnum crinem* etiam dicit, propter Fidei, ac Pietatis vnitatem. Si quidem toto Dauidis tempore, nulla mentio alieni cultus in eo Populo. Quod ſi *cor Dei* interpretere *Verbum Patris*, quod *diuinitatis cor*, *vulneratum* intelliges, quia Dauidi de venturo Chriſto noua facta promiſſio eſt; ideo dictus *vir ſecundum cor Dei*. * Ac ne quis putaret, mortuo *Moſe*, & *Fratre* (qui Verſ.X.
pro Nutricibus illi Populo fuere) doctrinæ fontes exaruiſſe, ad *vberum* iterum encomia redit, Hi *Doctores* ſunt, quibus nunquam felicius ea abundauit Eccleſia, quam ſub Dauide, & reliquis Regibus poſt illum, maxime ſub pijs. *Pulchriores* autem *Mammas vino* prædicat, id eſt, potentiores ad animos immutandos; & odorem boni nominis cunctis aromatibus præferendum prædicat. * Redit ad *Labiorum*, ſed alia ex dote, laudationem: nam Verſ.XI.
nullo magis tempore, quam ſub Dauide, Dei laudes per ſacros Hymnos ſonuere: nec ſolum illius tempore, ſed ſucceſſorum

Regum.

Digitized by Google

Regum. Nullæ enim Cantilenæ admiſſæ in ſacris alię ſunt, quam Dauidis. Comparat autem, *melli*, & *lacti*, propter ſuauitatem concentus, & vtilitatem doctrinæ: & quia, non in profana, ſed in ſacra veſte cani ſolitæ laudes, ideo *veſtimentorum odorem*
Verſ.XII. *odori* comparat *Thuris*. * Nunc à ſingulis Eccleſiæ illius partibus oculos in totum conijcit corpus: Eamque *Horto* egregiè culto ſimilem dicit; & *Fonti* viuis aquis mananti, illi *clauſo*, huic *ſignato*, ideſt, vni Domino ſeruato, cæteris omnino occluſo; Quo
Verſ.XIII. Fides Eccleſiæ illius in vnum Deum commendatur. * Hæret metaphoræ, & de *fructibus Horti* dicit, qua forma loquēdi generatim
Verſ.XIV. Eccleſiæ virtutes, ſub eo ſtatu, prædicat. * Mox ſingillatim enumerat aromaticas Herbas per paria: vt indicet eum virtutum concentum, qui ex coniunctione vnius cum alia oriebatur.
Verſ.XV. * Cumque *Fonti* generatim dixiſſet ſimilem *clauſo*, deſcendit ad ſingularia. *Fontem* eſſe non vnius *Horti*, ſed *plurium*, ſi quidem diuiſa per Tribus, ac priuatas Synagogas, omnibus afluente copia doctrinæ miniſtrabat aquas. Eas è *Libano* eſſe, *cum impetu fluentes*; quo intelligimus, de cœlo originem, à *Filio ſapientia Patris*. Qui apte *Libano* comparatus, ob multas cauſas.
Verſ.XVI. * Eam felicitatem perpetuam Eccleſiæ apprecatur. Ideo *Auſtrum*, *Aquilonemque* aduocat, *vt faueant Horto*. *Spiritum* ſcilicet *Sanctum*, qui vtroque munere functus, Eccleſię & in *ardore refrigerium*, & *in frigore temperies* eſt, *vt aromata illius fluant*. Tacite autem *Spiritum Sanctum* aduocat, vt properet officium, & tandem in Virginis *Horto* virginali Incarnationis opus perficiat. Quod mox perfectum eſt.

VERSVS I.

QVAM PVLCHRA ES, AMICA MEA, QVAM PVLCHRA ES! OCVLI TVI COLVMBARVM, ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET.

COMMENTARIVS.

HActenus Epitalamium Angeli nouis Sponſis cecinere, dum Eccleſia illa, nullo interpellata hoſtium incurſu, ſecura ſub Dei protectione agit. Hunc ſomnum interpretati ſumus. Cæterum non is diuturnus ſtatus eſſe poterat; cum ad obtinendam promiſſam hæreditatem, & acribus pugnis, ac multis laboribus eſſet probanda. Debellandi hoſtes erant, multi, & fortes, immo & delendi: vt vnum idemque facinus, & ſedes Dei amico Populo ſtabiles conſtitueret; & ſcelera, atq; impietates, earum Nationum acri ſupplicio puniret. Id ergo excitari à ſomno fuit ad difficilia parari. In eo autem aduerſus Dei hoſtes, procinctu, viſa eſt Eccleſia, & quidem merito, *Pulcherrima* Deo. Illius ergo ſpeciem generatim primùm laudat: mox ad ſingula per otium tranſiturus. Hoc autē

comma-

commate, in *Oculis* hæret, eorumque viuido fulgore: & *Oculis Columbarum* ſimiles dicit, ſcilicet: *Simplicitate, Modeſtia, pudore, & ipſa perſpiciēdi vi, fida in comparem.* Significari autem arbitramur eius Populi *Prophetas*, qui nunquam deſiderati ſunt, ideoque *Videntes* dicti. Eos autem inter obumbrantes *Capillos* ſplendidius enitere affirmat, quia eo *Prophetarum* eminentior, atque illuſtrior honor eſt, in quo inter reliquam rudis, ac ſimplicis Populi turbam, qui ſapientiſſimi, atque a Deo afflati habentur, magis eminere ſolent, & reuerentiam excitare: vt Soli a proxima ſæpè nube gratia creſcit.

ENARRATIO.

NVnc tu quidem *Pulcherrima* mihi viſa, & qualem decebat eſſe, eius Sponſam, quam ex Gentibus omnibus mihi deſtinaui vnam *Vxorem: Pulchram* ante amaui, pietate in me, ac ſanctitate morum inſignem: addidi & extrarium cultum cæremonias, & agendi mecum per ſacrificia rationem, qua decor ille interioris pietatis, velat addito ornatu, eſt auctus. Ad Sanctuarium porro legum normam conſtituta Repub. ſuiſque diſcreta ordinibus, pulcherrima ſpecie omnia ſplenduere. Sic mihi viſa aduerſus hoſtium omne robur, & legibus, & pietate armata, nouis additis viribus increuiſſe; vt etiam antequam prælia Domini aggrediare, victricem proclamem. Sed hæc communia ſunt, & iuuat me pulcherrimo ſpectaculo per otium oblectari, ac ſingulorum ordinum ſtatum, numerum, virtutemque cenſere. Eminent ſcilicet *Propheta* cæteris, qui tibi pro *Oculis* ſunt, ideo *Videntes* dicti, ſimplicitate mentis, animi puritate, pudore atq; modeſtia, ac vi perſpiciendi inſignes. Nam nihil in illis vafrum, nihil ſubdolum: omnia ad illapſum diuini luminis excipiendum parata. Haud inſoleſcunt muneris ipſo honore, quo cæteris præſtant. Ac pro captu mentis intelligentiæ dono aucti, etiam futura perſpiciunt, velut coram gerantur. Ac quemadmodum ſæpè *Oculis* obumbrantes, qui circumuolitant crines, gratiam augent; ita quidquid *Propheta* tui ſupra reliquum vulgus eminent intelligentia, eos quaſi nouis auctibus ſplendidiores facit, quemadmodum a proxima nube Sol ſplendidius ſolet radiare.

NOTATIO I.

QVAM PVLCHRA ES AMICA MEA QVAM PVLCHRA ES.

ſVM.COM.

I.

Deus laudat Eccleſiam,

Nouo legis cultu pulchriorem.

Et à iure ſacro & profano,

Quibus interna pietas quodammodo induta,

Vnde alia illius fama viſa.

Addita & alacritas, & virtus,

HActenus quidem nouorum Sponſorum, Verbi, & Eccleſiæ, Epithalamium Angeli cecinere. Suſcipit illorum vocem, vicemque Verbum, & nouæ Sponſæ Laudes recenſet, occaſione inde ſumpta, quòd non modo ſtrictiore vinculo ſibi coniunctam ſentiat, per Legem; ſed nouo addito à cæremonijs, ritibuſque, & legibus ornatu, pulchiorem. Nam hactenus quidem multitudo potius, quam Reſpublica; & aceruus temere congeſtorum lapidum, verius, quam ædificium: nullis certis legibus gubernari ſolita; nullis certis ritibus ſacris operari; nullo certo loco ſacrificia offerre. Placebat quidem Deo interna fide, ac caritate, virtutibuſque cæteris, quibus hactenus in ſanctitate profecerat. Sed deerat exterior ille cultus, qui tametſi extrarius erat, magni tamen intererat ad ſplendorem, atque ad promouendum interiores illas virtutes, quibus ſe Sponſo probabat. Sed lata lege de ritibus, de cæremonijs, de inſtrumentorum, ac veſtium ſacrarum apparatu, de ſacrificijs, de iudicijs, deque externa politia, atque agendi ratione, conſtituto iure ſcelerum vindice, ac virtutum cuſtode; alia illius Populi facies viſa eſt: & tunc demum id eſſe videri cæpit, quod verè erat. Acceſſit & alia nouæ Pulchritudinis in eo Populo ratio: Nam transactis annis illis, quibus per deſertum errauerat, cum iam adeundæ hæreditatis

Eccleſia ab externo cultu pulchrior.

Ad noua & difficilia prælia. Quibus & ſedes nouas pareret ſibi Et Dei hoſtes vlciſceretur.

promiſſæ tempus inſtaret, nouis bellis, illiſq; difficillimis, cum infenſiſſimis hoſtibus extendus erat; ad quæ peragẽda & magnis animis opus erat, & præſidijs: cũ eam Gentem elegiſſet Deus, quam non modo opulenta poſſeſſione donaret; ſed per quam barbaras illas Chananæorum Gentes, ſceleribus multis infames, atque impietate ſua dignas, quibus Deus inferret ſupplicia, ad ſatietatem, earum deletis vrbibus, ac trucidatis habitatoribus, vlciſceretur. De mortuis demum illis omnibus, qui quòd nati, adultique in Ægypto, nondum in totum Patriæ ingenium, & mores exuerant: atque eorum Filijs, qui in deſerto nati, nec Ægyptum norant, nec mores induerant, atque Moſis inſtitutis ad veram pietatem, Deique cultum adoleuerant, in demortuorum locum ſuccedentibus, quaſi mũdati à veteri lepra; ac velut angues, depoſitis ſenectutis exuuijs, nitentes, ac iuuenes, explicarant ſeſe; aut nihil, aut exiguum quid manſerat, quod Deo minimè probaretur.

De mortuis qui norant Ægyptũ, purior Eccleſiæ.

At demum mortuis qui Ægyptũ norant. Quaſi expiatus cœlitùs. Nitidior apparuit.

II.

Ergo poſt longam 40 annorũ quietem exigilauit, Hæc enim referenda ad illud tempus, Cum in procinctu erat ad ingreſſum,

Inde ergo effectum, vt Eccleſia illa, poſt illam veluti quadraginta annorum quietem, quibus à bellis abſtinuerat, pulchrior Sponſi oculis ſiſteretur; vt illius ore laudari digna ſit exiſtimata. Atque adeo hæc ad illud tempus reuocanda ſunt, quo Populus ille armatus, in procinctu ad belli labores erat; fide in Deum ſtabilis, caritate ardens, zelo honoris illius accenſus, atque iniuriarum vindex: Repub. ſanctiſſimis legibus conſtituta. Sacriſque certo ritu diſpoſitis, præſentem Dei opem ſibi adeſſe ſentiebat, qua non ſecurus modo, ſed munitus, in Hoſtiles campos alacris inuehi feſtinabat. Atque in hunc modum hæc cum ſuperioribus nectenda exiſtimamus.

Eccleſia in procinctu ad noua bella.

III.

Orta ergo hæc Eccleſiæ ſpecies ex quatuor capitibus. Pietas prima fuit, Ideo ſemel dicta pulchra, Iterũ propter alia tria, Ideo geminato ſententia. Talem Balaam laudauit, Nullo iam commercio cum gentibus mixtum, Abiectiſq; alienis ritibus vni Deo hærentem. Quæ pulchritudinis interioris radix, Externo ritu velut veſte induta,

Itaque *Pulchritudinem* hanc, quæ commatis huius prima hac parte laudatur, ex quatuor capitibus ortam dicimus. *Interiore pietate in Deum; cæremoniarũ ſacrarum ritu; iure ad politicam gubernationem conſtituendam*: tandemque *militari diſciplina ad caſtrorum ordinem, vrbium expugnationem, præliorum confectionem, quæque ad id neceſſaria exiſtimantur*. Primum illud, quod ad *pietatem* pertinet, prioribus verbis indicatum eſt. *Quam pulchra es, amica mea*. Tria reliqua eadem oratione repetita, quaſi & ideo *Pulchra*, quòd & fide, & pietate in Deum clara; ſed longe *Pulchrior* poſtquam interiorem animi ſpeciem exterioribus illis ornarit. Quo ſoluitur à nonnullis excitata quæſtio, cur eadem verba geminarit, nec contentus dixiſſe ſemel, *Quam pulchra es*, iterum, ne vocula quidem addita aut mutata, repetierit. Hæc autem omnia non adeo multis verbis comprehendiſſe Deus ore Balaami videtur, qui iuſſus Dei Populo maledicere, in illius laudes ſermone conuerſo, dixit: *Populus ſolus habitabit, & inter Gentes non reputabitur*. Nullo aliarum Gentium commercio, quantum ad ſacra fœdabitur: connubia non inibit, mores non imitabitur, ſacris non polluetur. *Moriatur anima mea morte iuſtorum; & fiant nouiſſima mea horum ſimilia*. Et mox: *Non eſt idolum in Iacob, nec videtur ſimulacrum in Iſrael; Dominus Deus eius cum ipſo eſt*. Hæc ad fidem, ac pietatem pertinent eius Eccleſiæ, qua Deo hærebat, expiatis per interitum cæterorum, qui Ægyptum viderant, omnis impietatis veſtigijs. Hæc *Pulchritudinis* radix *interioris*, & quidem magna, qua tunc gratiſſima Deo erat. Huc annumerandus ſacrorum ritus, & quidquid internam illam ſanctitatem, velut digna veſte, induebat.

Eccleſiæ ſpecies quatuor ex capitibus.

Eccleſia verbis pulchra prædicata. Num. 23. 9. Balaam à ſtrat-tus Eccl ſię pulchritudinem, cã prædicat.

Num. 23. 21. Primum à pietate in Deum, & cæremonijs.

IV.

Addit & politica laudationem, Quæ rebus pub. ſpeciem confert, Et pacis artes fouere ſolet. Optima ſcilicet gubernatio. Demum & virtutem, & militarem ſcientiam. Qua ſe accinxerat ad bella gerenda, Poſt 40. annorum quietem. Omnes circum gentes. Terrore nominis implens.

Tertium ad ordinem Reipub. pertinebat, ac diſpoſitionem regiminis, de quibus paſſim multa leges in libris Moſis. Sed & illa huc referenda ex parte. *Eleuans Balaam oculos, vidit Iſrael in tentorijs commorantem per tribus ſuas, & irruente in ſe ſpiritu Dei, dixit: Quam pulchra Tabernacula tua, Iacob, vt valles nemoroſa; vt Horti iuxta fluuios irrigui; vt Tabernacula, quæ fixit Dominus; quaſi cedri prope aquas. Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas*. Modus autem ipſe loquendi, & vis comparationis ſatis indicat. hæc ad pacis artes, & ciuilem gubernationem, ordinumque Reipub. diſpoſitionem, pertinere. Sequitur de quarto. *Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinoceroti, deuorabunt Gentes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent, & perforabunt ſagittis*. Pertinere autem hæc præciſe adhoc tempus, quod notamus, ſequentia perſuadent. *Accubans dormiuit, vt leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit*. Referenda enim omnino hæc accubatio, ad annos quadraginta, quibus peregrinati ſunt in deſerto, nihil de ballis ſolliciti, nulla prælia cogitantes. Tunc Leo ſomno preſſus, nemini minas intentare doctus, quieti vacabat, quemadmodum ſupra interpretati ſumus: donec euigilans rugitu ſui nominis omnes circum Gentes terrore compleuit. Hoc eſt, quod illa dicebat: *Noui quod Dominus tradiderit vobis terram; etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ*. Ioſ. 2. 9. Similia Gabaonitæ dicunt Ioſ. 9. 9. His ex partibus omnibus eius Eccleſiæ *Pulchritudo*, tum animi interior, tum exterior, quæ patebat oculis conſiſtebat, quam ideo admirabundo ſimilis Deus laudibus proſequutus inducitur.

A regimine & Politico iure, Num. 24. 5.

Num. 24. 8. A fortitudine, & ſcientia militari.

Eccleſia leæna dormiens, excitata terribilis.

Ioſ. 2. 9.

NOTA-

NOTATIO II.

OCVLI TVI COLVMBARVM.

I.

Eadem verba loco alio poſita,
Sed non eodem modo exponenda.
Qui ergo hi Eccleſiæ oculi ſint?
Quorum propriũ cernere.
Apoſtolos & Prælatos quidam interpretantur,
Quorum munus vigilare pro grege,
Exemplo Petri, & Pauli.
Nam qui vigilare neſcit
Miniſterium euacuat,
Habent exemplũ in Iacobo,
Qui nec æſtu nec nec gelu,
A vigilando deterritus,
Somnum compellabat in fugam.

LEgimus hæc eadem verba ſupra cap. 1. 15. Sed ſtatus ipſa diuerſitas, quo vtraque loco Eccleſia deſcribitur, cogit, vt non eodem hic modo, ac eo loco interpretemur: quod quidam minimè animaduertentes, quemadmodum verba geminari viderant, ita & ſententias non diuerſas, ſed eandem, iteratam tamen, arbitrati ſunt, præter rerum ordinem, ac interpretationis ſeriem. Duplex ergo hic eſt quæſtio; & quod *Oculis* ſubſit arcani ſignificatus; & cur *Columbarum Oculis* comparentur. Analogiæ autem ratio efficit, vt id quæramus in Eccleſia illa, quod in ea *Oculorum* munus fungatur. Eorum autem propria dos *cernere*, & *proſpicere*; quare quidam & Apoſtolos, & Prælatos intellexere, quorum munus perſpicere, ac proſpicere, ne quid detrimenti capiat Eccleſia; & vigilare, ne dormientes greges lupus inuadat. Sic Paſtorum ſupremus, poſt Chriſtum, è ſpecula Romanæ ſedis clamabat; *Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret.* 1. Petr. 5. 8. Et eiuſdem miniſterij conſors Paulus, ad Diſcipulum, & in eo ad reliquos, in eodem paſcendi munere Diſcipulo compares: *Tu vero vigila, in omnibus labora, miniſterium tuum imple*, 2. Tim. 4. 5. quaſi omne Epiſcopi munus ſitum in *vigilando* ſit: nec *miniſterium ſuum impleat* ille, qui fas ſibi ducat, vel raro videre ſomnum: ad *vigilandum* vero neceſſaria, ſobrietas ſit; ne crapula opprimente corpus, animus etiam opprimatur, nec ſui ſit ſatis compos. Quod ſi boni Paſtoris exemplum quæris, audi, quid de ſe ille, haud vanus buccinator, affirmet. *Die noctuque æſtu vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis.* Gen. 31. 40. Duriſſimum munus Epiſcopi eſt, cui ad vigilias excubandas, nec æſtus, nec gelu valeat: in aduerſa omnia contumax, oculiſq; ſuis vin pertinace doctis ſomnum odiſſe; atque ita frequenti victoria domuiſſe, vt iam nec aggredi audeat, ſed ante pugnam ſe victum ignobili fuga fateatur.

Cant. 1. 15.

Oculi Eccleſiæ Prælati, quorum munus vigilare.
Gregorius.
Nyſſenus.
Aponius.
1 Petr. 5. 8.

2. Tim. 4. 8.

Prælatus minime vigil miniſterium euacuat.

Gen. 31. 40.

II.

Sed nondum hic de Chriſtiana Eccleſia ſermo.
Transferẽda hæc ergo ad illam ſub Moſe,
Et Prophetas qui videntes dicti,
Aut re vere peruidendi & prouidendi.
Tales 70. ſenes à Moſe lecti, iubente Deo.
In quos partem ſpiritus Moſis transferret,
Qui mox accepto ſpiritu prophetarunt,

Haud multum receſſere à vero, qui ita diſputant, niſi hæc ad Chriſtianam Eccleſiam retuliſſent, ſed adhuc illa intra Proſcenium continetur: necdum ſpectari auida. Erit cum primas ipſa partes agat, diuque & audiri ſe, ac ſpectari gaudeat; & auidum audiendi, & ſpectandi detineat ſpectatorem. Cæterum dummodo hæc transferas ad Eccleſiam adhuc ſub lege, facile aſſenſum obtinebis. Dicamus ergo illius Eccleſiæ adhuc ſub onere legis ſeruientis hic intelligi *Prophetas*, qui ideo *Videntes* ſunt dicti. (*Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque vadens conſulere Deum: Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie vocabatur Videns.* 1. Reg. 9. 9.) quod eorum eſſet munus peruidere, quæ ad populi inſtructionem, ſiue in doctrina cœleſtium rerum, ſiue in morum ipſis præceptis neceſſaria eſſent. De his legimus Num. 11. 16. illa, quæ maxime in rem faciunt. *Congrega mihi 70. viros, de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quod ſenes populi ſunt, ac Magiſtri; & duces eos ad oſtium Tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum, vt deſcendam, & loquar tibi; & auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, vt ſuſtentent tecum onus Populi, & non tu ſolus graueris.* Quæ cum peracta omnia fuiſſent; *Deſcendit Dominus per nubem, & loquutus eſt ad eum* (Moſen) *auferens de ſpiritu, qui erat in Moſe, & dans ſeptuaginta viris, cumque requieuiſſet in eis Spiritus, Prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt.* Num. 11. 25. Quæ vt expendamus res exigit ipſa.

Oculi Eccleſiæ ſub lege. Prophetæ, qui dicti videntes.

1. Reg. 9. 9.

Num. 11. 16.

III.

Qui ideo à Moſe electi,
Vt capiti Eccleſiæ honor impenderetur.
Nec ſe putarent, nihil ad illã pertinere.
Et ſeditionis occaſio eſſet aliqua,
Sed ſenes electi nõ iuuenes,
Quiſque pietas & ſapientia commẽdaret.
Et vtrique Populo noti eſſent,
Magni .n. refert iudicium Populi.
Qui communem ſequutus vocem rare fallitur.

Nam ſua ratione non caret, quòd & eligi iubeantur à Moſe, cum poſſet Deus ipſe, cuius in ea re falli iudicium non poterat, per ſe ipſum electis ſpiritum ſuum infundere, quantum opus ad miniſterium erat: ſed oportebat viſibili illius Eccleſiæ capiti honorem impendi: ne ſi ſe viderent immediate à Deo ad tantum munus delectos, inani vanitate tumerent, nec Moſi honorem debitum deferrent, velut æquo iure cum illo donati. Quemadmodum Aaroni, & Mariæ Moſis fratribus contigiſſe ſcimus *Num, inquiunt, per ſolum Moyſen loquutus eſt Dominus? Nonne & nobis ſimiliter eſt loquutus?* Num. 12. 2. Prouidebat ſcilicet Deus, quod ſolet, Eccleſiæ ſuæ, omnem vt turbarum, ſeditionumque cauſam remoueret: ne politicum illud regimen, in plura diuiſum capita, ſua ipſius diuiſione periret. Sed *Senes* tamen eligi placuit, ne libera electionis facultas Moſi omnino maneret; nec quoſcunque tamen *Senes*, ſed quos, præter ætatis prærogatiuam, *Sapientiæ* ac *virtutis* fama Populo commendaret. Magni .n. intereſt, Rectores populis eos dari, qui publicè verſati, nec vitia nec virtutes diſſimulare, aut ſimulare potuerint; Populo, non tam de facie, quã de factis noti, publicoque probati iudicio, cuius plerumque vt ſimpliciſſimus ſenſus eſt, ita minimè obnoxius errori. Sic electis authoritatum totam tribuit Deus, nec, vltra eligendi, aut deſignandi perſonas iura. Moſis poteſtas extenditur: quod enim reliquum eſt, iam totum Dei ſolius eſt, cuius ad prouidentiam ſpectat, rite deſignatis de ſpiritu ſuo partem infundere: vt in homine ſcilicet, non homo, ſed Deus munus exerceat prophetandi.

Electi à Moſe ne ſe pares illi putarent.

Num. 12. 2.

Senes electi pietatis, & prudentiæ cauſa.

Prophetãdi tribuere gratiam ſolius Dei opus.

Sed

IV.

Sed cur de Moſis ſpiritu detrahi dicitur?
Quidam inepte expoſuit
Dei ſpiritum rigidum olim.
Humanitate induiſſe.
Aptum hominibus gubernandis.
Sic non de ſuo ſed de Moſis ſpiritu
Partem dediſſe, utpote mitiſ[illegible]ctum
Contubernio Moſis purgatiſſimum [illegible]
Sic hodie luditur in ſcripturis.
Hic concio frequens delectatur,
Vt ſi ſecus feceris relinquare ſolus.

Se[d] quid eſt: *Auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis?* An imminutus ſpiritus Moſis eſt, vt de illius ſpolijs cæteri ditarentur? An Dei in vno Moſe promptuaria defecerant, vt nihil ſupereſſet, quod cæteris impertiretur? Quæſtionem duo viri, ſuo quiſque ſæculo magnus, tractauere Auguſtinus, & Abulenſis. Audiuimus quemdam de ſuggeſtu magni apud vulgus nominis ſic, diſputantem. Dei ſpiritum, antequam incarnaretur, rigidiorem nim[i]um, gubernandis Hominibus minus aptum: poſtquam carnem indutus ſpectandum ſe dedit, in Humanitatem transfuſo ſpiritu Humanitatem induiſſe; ac, velut miteſcere doctum, ſeſe gubernandis, tractandiſque Hominibus accommodaſſe. Ante Incarnationem, quaſi crudo adhuc Dei illo ſpiritu, in Moſen, virum ſcilicet mitiſſimum omnium, quotquot inter Homines cenſebantur infuſo, atque in eius animo veluti percocto, ac maturitatem quandam adepto, vſum Deum tanquam inſtrumento, ad illum Populum guburnandum, ac diuinis præceptis imbuendum. Non ergo ſenioribus ſuum immediate ſpiritum infudiſſe, ne velut crudus, atque parum digeſtus adhuc, acerbiore ſucco plus damni, quam v[ti]l[it]atis adferret. Ergo de ſpiritu ſumpſiſſe Moſis partem, ... in ſingul[o]s trans[f]underet, vt temperatus contubernio tot annorum, ac velut humana[t]us ſpiritus vtilior eſſet. Hæc ille mira ingen[ij] ac linguæ volubilitate boabat, audacius ne dicam, an imperitius? Concio autem, ſuo ſcilicet Oratore digna, plauſu probabat. Sic hodie luditur in ſcripturis, poſtquam concionandi authoritas, minore, quam par eſſet, cenſuræ rigore multis tribuitur, quos quantum dicendi facilitas ip[ſ]a commendat, tantum vtriuſque ignoratio Theologiæ, immo & bonarum artium omnium imperitia infamat. Quodque certè dolendum eſt, ſic auditores aſſueuere argutulis hiſce, parumque ſolidis ſcripturæ ſacræ interpretan[ti]um, ne dicam, an ſomniantium delirijs? vt niſi ſimilibus aui[d]as aures pa[s]cas, omninoque prurientes, ad omnia alia nauſeent; cumque veneris in concionem, vacuis auditorijs tacere cogaris. An in ea tempora ventum eſt, quæ deſignauerat Paulus? 2. Tim. 4. 3. *Erit tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus; & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Quid enim niſi fabulas eſſe putes, interpretationes ſcripturarum, quibus nec Philoſophiæ fauent vera inſtituta, Theologiæ autem canones nigrum appingunt theta. atque inter damnata dogmata reijciendas definiunt?

Ventum nimirum in tempora,
Quæ à Paulo prædicta
Poſtquam concionandi [illegible] vulgus eſt.

Auguſtinus. Abulenſis. — *Dei ſpiritus rigidus minus gubernandis hominibus aptus in Moſe mitior,* — *Futilis interpretandi ſcripturas modus reprehenſus.* — *2. Tim. 4. 3.*

V.

Sed id & Auguſtinus [&] Abulenſis [refellunt].
Non enim accidens de ſubiecto in ſubiectum migrat.
Aut diuidi ſpiritualia poſſunt.
Similitudo ergo ſpirituum dicitur.
In quo Moſis honor [quod]ammodo

Sed illud interpretandi genus de diuiſione Moſaici ſpiritus, eiuſque per partes in alios tranſfuſione, & Auguſtinus prius, & poſterius Abulenſis confutauere. Nam nec accidentia de ſubiecto in ſubiectum meant; nec ſpiritualia quæ ſunt diuidi poſſunt: &, vt pati diuiſionem poſſint, quo diuiderentur in plures, minus ſingulis obueniret; nec quantum opus eſſet ad obeundum munus, cui initiabantur ſeniores. Ad ſenſum ergo vulgi dictum eſt: *Auferam de ſpiritu tuo, & tradam eis*; qua ſæpè ratione ſacri ſcriptores loquuntur: aut ſe[n]ſus eſt, Impertiam illis ſpiritum, etiam ſimilem, quo te olim impleui, quaſi tuus ille ſit ſpiritus tibi vere ablatus, illis diuiſus. Similitudinem ergo hæc ſpirituum continent, nō identitatem, vt ſic dixerim, libet enim tantiſper ſcholæ vocabulis vti. Sed ea forma loquendi non minus commēdabatur nouorum *Prophetarum* authoritas. qui in eo dono ſpiritus pares Moſi eſſent, non inferiores & Moſis ipſius honori conſultum, cui id, quidquid ſpiritus accepiſſent, videretur deberi.

Auguſtinus. Abulenſis. Num. 11. q. 43. — *Scriptura ſæpè loquitur ad ſenſum vulgi.*

VI.

Hi oculi illi [illegible] Eccleſiæ.
Qui cæcis [illegible] præſtarent.

Hos ergo loco hoc Cant. cuius hæc occaſione ſunt dicta, *Oculorum* nomine intelligimus, quibus mentis acies ſuper infuſo lumine exacuta eſt, vt & damna Populo illi imminentia perui[d]erent: & authoritate præuenirent: qui & exemplo, & doctrina ducatum inſipientibus, cæciſque præſtarent, ne in foueas errorum impingerent; quique viam planam, expeditamque, diuinæ legis monſtrarent, ne viatum incerti, in auia deerrarent, præcipiteſque corruerent. Atque vno verbo, id corpori Reipub. illius præſtarent, quod *Oculi* humani corporis membris cæteris.

70. Seniores oculi Eccleſiæ, quia Prophetæ.

VII.

Cur autem ſimiles oculis columbarum?
An propter ſimplicitatem, fidē, pudorem?
An quia ſpiritualia ſolum vident?
An quia fœcundos eſſe oportet?

Sed *Columbarum oculis* cur ſimiles eſſe dicuntur? Hæc altera quæſtio eſt. Alij alio eunt, & per ſingulas earum auium dotes currunt, vt in ſingulis quærant ſimilitudinis cauſas, quas ſacer ſcriptor reſpexerit. Simplicitatem mentis, Puritatem animi, Pudorem, Fidem, Modeſtiam. Id ſequuti in comentario ſumus, ex bonis Authoribus. Nam Nyſſenus *Columbas* dictos ait vel *Columbarum* potius *Oculis ſimiles*, ob ſimplicitatem, & innocentiam: vel quia, cum ſpiritualia tantum videant, *Sancti Spiritus* qui in *Columba* viſus eſt, ſimilitudine inſignantur. Sunt qui reſpectum etiam ad fœcunditatem arbitrentur, quæ propria harum auium dos eſt; cum deceat Prælatos, Doctoreſque, myſticæ ſoboli propagandæ ac multiplicandæ incumbere, ne vnquam *Columbini Pulli* deſint, quos in Dei ſanctuario offerant, victimas ſuauiſſimas Deo, vel expiandis ſordibus peccatorum.

Columbarum ſimplicitas, fides, modeſtia. Nyſſenus. Fœcunditas,

VIII.

Vere omnia, ſed non ſatis
Nam 70 illis etiā iudiciorum tradita poteſtas,

Omnia hæc verè ſunt dicta; ſed iuxta noſtræ interpretationis ſeriem aliquid eſt addēdum, obſeruandumque. Nam certè cum deſignatis a Moſe ſeptuaginta ſenioribus authoritas, non prophetandi modo, ſed ad iudicia peragenda, definiendaſque ciuiles controuerſias; immo & ſontibus plectendis tribuenda eſſet, addendæ etiam eæ virtutes erant,

70. ſenibus etiam iudiciorum iura communicata.

quæ

Digitized by Google

Iungenda autem iuſtitiæ miſeratio, *Ne ſummo ſemper iure agant.* *Non enim omnia rigide tractanda.* *Ne medicinæ auſteritate, pereat ægrotus.*

Iudex iuſtitiæ miſericordiam iungat.

quæ ad peragendum rite id munus neceſſariæ erant. Quiſquis autem iudicia tractaturus, tribunal aſcenderit, vt iuſtitiæ ſeueritatem manſuetudine temperet; amarumque ſupplicij dulci commiſerationis condiat; vt ſemper citra condignum ſeueritas maneat, omni niſu contendat, neceſſe eſt. Ne ſi ſummo iure agendum arbitretur ſibi, iure non agat, ſed metas æquitatis tranſiliat. Id eſt quod concionator de ſuggeſtu clamat ſuo: *Noli eſſe iuſtus multum, nec plus ſapias, quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.* Eccleſ. 7. 17. Multa coquenda, multa diſſimulanda, multa, quæ venerint in notitiam, quaſi ignorentur ſubticenda, nec ad viuum omnia reſecanda: ne dum ſuperflua ſcrupuloſe reſecas, ſtringas & cutem: & dum capillorum radices euellere conaris, detrahas & pellem: & medicamenti ſeueritate, ægrotum ſanare dum cupis, vulnere ferias grauiore, & pro ſalute offeras mortem, ſi pro varice tibiam exſcindas.

IX.
Ideo de ſpiritu Moſis ditati dicuntur, Qui mitiſſimus mortalium fuit. Ideo Colũbis ſimiles, Quæ animantia mitiſſima.

Ideo dicti ſenes de ſpiritu Moſis ditari qui mitiſſimus mortalium.

Atque id omnino eſt, quod voluit Deus, cum initiaturus ſeptuaginta illos viros in nouum munus, ablaturum ſe de ſpiritu Moſis, dixit, partem, quam eis impertiretur. Docuit illos ſcilicet, qua animi paratura oporteret eos illo ſiue honore, ſiue munere fungi. Scirent ſe ſicut Moſis Coadiutores, ita & imitatores eſſe oportere, cuius animi manſuetudo effecerat, vt ſupra mortales emineret omnes. *Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Num. 12. 3. Atque hoc eſt. Sanctæ Eccleſiæ *Oculos Oculis columbarum ſimiles eſſe*: ineſt enim ei animanti ingenium mite, vt nec iraſci ſit docta; nec, ſi etiam velit, iraſci poſſit. Ideo & felle carere dicitur. Nec vngue rapax, nec roſtro ferox, nec vllis à natura armis donata ad propulſandam iniuriam, aut ſe ab inferente defendendam. In hunc ſenſum dictum arbitramus: *Oculi tui Columbarum.*

NOTATIO III.

ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET.

I.
Loci difficultas; De qua dictum alibi. Oculi pulchriores, Peplo, ſi crinibus incombrati.

HVius difficultatem loci, quantum attinet ad Dramaticum ſenſum, ſuo loco tractauimus: ac docuimus eam in Sponſæ *Oculis* gratiam commendari, quæ illis ineſſet, vel fluentibus è fronte in genas, negligentia quadam artis, cultuſque, *Capillis* leuiter obumbratis; vel iniectu Pepli, quaſi nube, aliquanto temperato illorum lumine, ne tota ſe proderet acie: quod neſcio, qua ratione, ſiue honeſtatis eſt in pudicis inuentum, ſeu ars in placere viris cupientibus, multum decet. Et id ergo ex Analogiæ regulis, ſecundum litteralis ſenſus exigentiam, explicandum eſt.

II.
De arcano ſenſu variæ ſententiæ, Ex loci difficultate orta. Prælatis id quidã accommodant, Qui dona Dei latere gaudent, Sed ea doctrina ad omnes ſpectat Ex inſtituto Chriſti, Alij monent Prælatorum vitam, Maximè latere, Quã tamen Deus latere non ſinit, Sed nondum plenus eſt ſenſus. Si origini expendas.

Arcanũ hic exquirere ſenſum difficile. *Simile.* *Prælati Dei inſo dona abſcondũt, ſe eo nomine digni.* *Aponius.* *Matth. 4. 2. 3.* *Nyſſenus.* *Deus laudabilẽ Prælatorum vitã latere non ſinit.* *72. Lectio.* *Originũ lectio.*

Et vero tanta eſt huius loci difficultas, vt ſcriptores in varia diſperſerit, quemadmodum contumax exortus in Pelago ventus eiuſdem nauigia claſſis varias diſijcere ſolet in oras, non facile congreganda: ignaris ſæpè gubernatoribus, vbi verſentur gentium, aut quam ſequuturi ſtellarum, vt in portus patrios reuehantur. Quidam contenti, verba hæc Dramati accommodare, vbi venere ad litteram, inexplicata reliquere. Alij *Prælatorum*, qui eo nomine digni ſunt, id eſſe proprium dicunt; vt, quæcumque agunt, intra penetrale cordis abſcondere, quam publicè oſtentare malint; laudibus hominum fugientes ſuſtolli, contentique Deo placere, quid dicant, aut ſentiant illi, haud admodum curantes, dum nihil dicant, agantque, quod iure repræhendi poſſit. Sic ferme Aponius. Et quidem hæc veram continent doctrinam, ſed huic loco minus aptam. Et alioqui id peculiare *Prælatis* non eſt, ſed commune omnibus quicumque in Chriſti ſchola diſcipuli ſunt. Cum omnibus ille loquebatur cum diceret: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Matth. 6. 3. Et: *Cum facis eleemoſinam, noli tuba canere ante te*, & quæ ſequuntur. Matth. 6. 7. Alium ergo huius commatis ſenſum eſſe, res ipſa confirmat. Aliter Nyſſenus, ſolito acumine verba hæc cenſens. Vitam Prælatorum partim hominum oculis eſſe expoſitam, partim latentem & nulla explicabilem oratione. Id circo Deum, cui omnia patent, etiam cordis arcana, teſtimonium Eccleſiæ reddere, ea, quæ in illius Doctoribus peruia oculis non ſunt, maiora, eſſe, quam quæ extrinſecus appareant: id circo neque verbis exprimi poſſe. Sequitur Nyſſenus Editionem 72. Interpretum, qui hoc loco habent: ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου *Extra ſilentium tuum.* Præter ea, quæ intus minimè verbis exprimi poſſunt. Hoc probabile eſt, ſed nondum plena interpretatio eſt. Monuimus Hebræa, prout hodie habent, ſonare. *Oculi tui Columbarum intra comam tuam*; ſiue *intra cincinnos tuos*. Nec diuerſa vulgati ſententia eſt, ſi rite expendas; id enim vult ſignificare, eo, *quod intrinſecus latet*. *Oculos* quidem perſe pulcherrimos eſſe, eis autem decorem addere nouum, quòd lateant intra pendulos cincinnos.

III.
Si ergo Capilli Eccleſiæ Fideles ſunt,

Ergo id videndum eſt, quid *Capilli Eccleſiæ ſint*, ac quo pacto obumbrare *Oculos* ita videantur, vt pulchritudinem addant. Veram ſentẽtiam indicauit paucis Vir Doctus. *Quemadmodum*

Digitized by Google

Facile horum ſenſum aſſequere. Eminent enim inter reliquum vulgus repletæ. Qui cum homines ſint, Aliorum hominū ſimiles, Munere tamē ſupra homines ſunt. Et admonendi originis ſæpè ſint, Ne inſoleſcant ſcilicet. Nam quantum eſt. Dei internuntiū eſſe? Sciant ergo ſe circundatos infirmitate. Ideo Moſes priuſquam initietur in Deum Pharaonis, Miſſam in ſinum dexteram lepra ſcatentem educit. Et qui dixit, Dei eſtis vos Statim admonet mortis. In qua plebeis ſimillimi.

admodum Oculi non nihil obuelati coma è fronte negligente cura dependula, gratiores ſtillentibus ſunt, quam ſi ſoli ipſi ſpectarentur: ſic è medio multitudinis conſpicuos Doctores, & Prophetas. Sicut enim *Oculis Paſtores* ſignificari monuimus, & *Prophetas*, ita *Capillis Populi* multitudinem innui, proximo commate demonſtrabimus. Et vero negari non poteſt, magnum eſſe *Prophetæ* nomine, & honore inſigniri, quorum munus præire alijs exemplo, & doctrina; eſſeque hominibus, in terra degentibus, quod nauigantibus, per incertas pelagi vias, Aſtra ipſa nobiliora, quorum indicio in incerto aquarum certum iter teneatur. Sed neſcio, quo pacto id ipſum multo eſt maius, ſi *Prophetas* non *Angelos*, ſed *homines* eſſe perpendis: ſi naturam ſpectes, eiuſdem cum cæteris conditionis; ſi munus, tanto melioris; ac nobilioris, quanto ſpiritualia corporeis præferuntur. Ideo cum Paulus de Epiſcopis loqueretur (qui *Prophetis* in munere ſimiles) id maximè obſeruat. *Omnis*, inquit, *Pontifex, ex hominibus, aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Heb. 5. 1. Scilicet mirum eſt, eũ, qui natus homo inter homines ſit, interpretem tamen eorum eſſe, quæ non hominum, ſed Dei ſunt: internuntium inter Deum & homines; vixque iam inter vectigales, & capite cenſos numerandum, ſed inter Deos. Qui honor tam ingens eſt, & humanam ſuperans conditionem, & interdum admonendi tales ſint, ne ſe obliuiſcantur id eſſe, quod ſunt, mortales ſcilicet, vt cæteri ſunt. *Qui condolere poſſit ijs, qui ignorant & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate; & propterea debet, quemadmodum pro Populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis.* Hebr. 5. 2. 3. Nec Moſes ante audit Dei ex ore: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Exo. 7. 1. quam eadem illa manus tantorum facinorum, quibus ſe *Deum Pharaonis* exhibiturus erat, in ſinum Dei imperio miſſa lepra ſcatens inſtar niuis educeretur. Exo. 4. 6. Vt ſe intelligeret eiuſdem naturæ cum cæteris eſſe, eiſdem obnoxium infirmitatibus, licet munere tanto donatus. Quin cũ dixiſſet Regius vates; *Ego dixi Dij eſtis vos, & filij excelſi omnes*, protinus addidit, *vos autem ſicut homines moriemini.* Pſalm. 81. 6. 7. Habet vero ingentem vim aduerſatiua, *Vos autem. Vos*, quos dignitate vltra mortalium ſortem euexi, & Dijs accenſui, atque inter Filios meos computaui, vt hæreditate donarem, quæ Filiorum ſunt iura ſcilicet; ſi vitæ finē veſtræ ob oculos ſtatuatis, ſtatim vos haud vltra homines eſſe recordabimini: & ſi quid excelſius animo inſedit, dignitate, atque honore fungentibus in alios homines, detumeſcet: cum non alia vos ſorte natos, nec alia morituros videritis, quam hominum vulgus reliquum, quam & vnus quiſpiam de Tyrannis, qui vſurpata vi, non à me accepta poteſtate, populis graues ſunt, quos tyrannide exercent, dum crudeli imperio pro libidine dominantur.

Oculi crinibus obuelati gratiores.

Prophetæ cum homines ſint ſupra homines eminent.

Hebr. 5. 1.

Admonentur, origi[illegible] ſuæ ſimilis cæterorum ne inſoleſcant. Hebr. 5. 2. 3.

Et finis haud diuerſi à cæteris.

EX VERSV EODEM.

CAPILLI TVI SICVT GREGES CAPRARVM, QVÆ ASCENDERVNT DE MONTE GALAAD.

COMMENTARIVS.

AB *Oculis* ad *Capillos* gradum facit, quoniam & *Oculis* proximi, & comparatione illorum *Oculorum* gratiam creuiſſe dixerat. *Capillis* autem *Fidelium* eius Populi multitudinem ſignificari, indicatum paulo ante eſt. Si autem vim comparationis, & nominum, rerumque nominibus ſignificatarum analogiam expendas, intelliges, aptiſſimam eſſe comparationem, ſiue *Fidelium* ipſam multitudinem cum *Capillis* componere, ſiue cum *Gregibus Caprarum* velis. Vtrumque enim voluiſſe ſcriptorem ſacrum, certum putamus. *Capillorum* certe in fœminis, nam de illis hic ſermo, non modo color rutilus imitatione auri luce perfuſi, ſplendentis, ſed etiam frequentia laudari ſolet; immo & prolixitas; id enim indicium optime corporis conſtitutionis, multique qui excernitur humoris ſuperfluentis, vnde capillis pabulum. Sic & *Fideles* Eccleſiæ illius, vita functis omnibus illis, qui Ægyptum, vorant, & adhuc allium, & porrum & cepæ olebant, carniumque ructabant nidorem, & nitore fidei, & pietatis ſplendore; & multitudine,

Digitized by Google

dine, ac frequentia ipſa conſpicui erant. Atque in eo hæret *Populi fidelis* cum *Capillis* comparatio. Cum *Gregibus* autem *Caprarum* planior adhuc eſt ſimilitudo. Nam ſi totam illam ingentem multitudinem, montibus illis, ſuas perturmas, ac agmina ſparſam, contemplure; magnum ſtatim *Gregem* exiſtimes, ſuos per manipulos, minoreſque Greges diſcretum, totis montibus errantem, & quidquid eſt viride, abſumentem. Id Iſraelitis contigit ſub terræ promiſſæ ingreſſum: eam .n regionem, quæ mōti *Galaad* ſubiecta eſt, ipſumque adeo montem primùm omnium habitarunt Ruben, & Gad, ac dimidia tribus Manaſſæ, vt legimus. Num. 32. Quin edacitate ipſa, qua in alienas ſe regiones introducere, earum animantium edacitatem, ac vorandi virgulta ingluuiem imitati ſunt. Sed Deum ſic arbitremur fuiſſe loquutum.

ENARRATIO.

EO iam deducta es, vt in promiſſam poſſeſſionem mitti incipias: ventum in primos Chananitides campos, monteſque, vnde tota late regiones deſpiciuntur, vrbibus, oppidis, vicíſque frequentes. Pulchrum ſcilicet adituris hæreditatem ſpectaculum, & proxima felicitate viſendum. Mihi autem longe pulchrius ſpectaculum tu ipſa præbes, per Tribus, manipuloſque totis mōtibus, & campis effuſa: ideo geſtientem multitudinem, vt quæ de proximo finem longiſſima peregrinationis iam videat: nunc maximè, poſtquam quidquid promiſſum a me olim eſt, per Moſen, impleri animaduertit, fide firma, ac caritate feruida mihi hærentem, atque ad omne obſequium comparatam. Ea mihi gratiſſima omnia ſunt, maximè poſtquam neminem eorum video, qui Ægypto egreſſi, Ægyptum tamen non in totum reliquerant, adhuc olera, & carnes Ægyptias ſuſpirantes: & niſi aſperitate præpedirentur itinerum, eo adhuc regreſſuri, vt ſcilicet iterum duriſſimæ ſeruituti quæ, tot paratis a me prodigijs, exempti fuerant, ſubderent colla. Indocilis natio, atque indigna, cui tantum conferrem beneficium; atque id ingratitudine ſuo merita, vt me peniteret facti, nec eos finerem in pingues promiſſæ hæreditatis campos immitti. Purgata eorum morte ſunt caſtra, nulluſque iam reliquus eſt, qui, alterius Gentis imbutus moribus, mihi diſpliceat. Hæc mihi magnæ lætitiæ cauſa. Hæc faciunt, vt oculis omnem in partem circunductis Fidelium meorum numerum per turmas, manipuloſque recenſeam. Sic ſolet ſcilicet Paſtor opulentus Vagantium per diuerſa montium Capellarum Greges, lacte diſtentos, fætuque multiplice nixos, lætus aſpicere. Sic amans Sponſus Sponſæ de vertice fluentes capillos in collum humeroſque, rutilo colore ſplendentes, atque ad omnem auram mobiles, ad ſolis omnem radium collucentes, ſimul aſpicere, & mirari.

NOTATIO IV.

CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM.

SVM. COM.

I. *Capilli in quo gregibus caprarum ſimiles. Quid an peccatores reſipiſcentes interpretantur Sanitati vita reſtitutos.*

IN quo maximè Gregibus Caprarum cum Capillis ſimilitudo ſit, ſuo loco, aliorum reiectis opinionibus, explicatum eſt. Hoc loco ſenſus exquirendus, qui ſub rebus latet, quæ vocibus ſignificantur: quod proprium huius generis ſimbolici, ex perpetua allegoria conſtituti. Theodoretus tacito nomine quorumdam ſententiam reijcit, & quidem merito, qui per *Caprarum Greges* adeoque per *Capillos* eos intelligi arbitrabantur, qui ex peccato reſipiſcunt, & ad Deum per pœnitentiam redeunt; atque idcirco *paſcuntur in Galaad*, medicamentaque ſalutaria, & curationem conſequuntur. Decere enim non poſſe, & Sponſæ partes abiectas, & quodammodo mortua illius Gregis dotibus comparentur.

Theodoretus. Capilli Eccleſiæ peccatores reſipiſcentes.

Digitized by Google

Se id ad ſimilitudinem minimè aptum.
Nam auulſi ſemel capilli inſeri non poſſunt iterum,
Peccatores poſſunt.

rentur. Nam vt *Capris* hoc vtcumque ſimiles probent, quo pacto per *Capillos* ſignificari oſtendent, niſi Analogiæ leges omnes contemnant? ſemel enim præciſis *Capillis*, & à ſuo auulſis capite, haud licet iterum in priorem locum inſeri: cum tamen abſciſſi per culpam à reliquo corpore myſtico *Peccatores*, rurſus per Pœnitentiam poſſint inſeri, atque in eundem locum reſtitui. Non ergo *reſipiſcentes Peccatores Capillis* ſignificatos dicas: nec tam nobile in Eccleſia locum occupare affirmabis.

II.
Alij humana negotia malunt.
In quibus etiam ſe laudabiliter gerat Eccleſia.
Ea vero ingens Eccleſiæ laus eſt.
Sed neq; huic loco hæret.
Quo aliæ dotes capillorum commẽdantur.

Theodoretus. Eccleſiæ capilli negotia humana, laudabiliter geſta.

Sed Theodoreti ſenſus non magis fortaſſe probandus, qui *Capillos Eccleſiæ* ea eſſe vult, quæ in ea haud ita neceſſaria ſunt, quæque ad corpus pertinent: Quaſi dicat: *In negotijs etiam humanis, in quibus non poſſumus non implicari, te laudabiliter, decoreque geris.* Et vero negari non poteſt, ingentem eſſe Eccleſiæ laudem, cum, præter aliarum virtutum ſtudium, quæ propriè ad animi profectum quaſi neruos, & oſſa conferunt, etiam in peragendis extrinſecis, quæ magis ad cutem coloremque pertinent, laudabiliter agit: vt in ipſis etiam pietas interior, ſanctitaſque reluceat. Si tamen perſuaderi nobis poſſet, eam ſolam ſimilitudinem quæſitam à ſacro ſcriptore, Deique, quam inducit, perſona: tenue enim id eſt, nec ſatis hæret, vt omiſſis alijs *Capillorum* dotibus, quibus laudem merentur, id vnum in illis quæratur, quod minimè ad laudem pertinet: Neque enim quidpiam ad Capillitij commendationem facit, quod vita careat, & ſenſu, aut tondeři radice poſſit, ſine vllo capitis incõmodo. Hic enim certè *Capillorum* laudes continentur, ex comparatione cum *Gregibus Caprarum*. Atque hinc alia ſumitur ratio, quæ cogit nos eam interpretationem minus huic loco accommodatam affirmare. Nam certè quidquid id ſit, quod *Capillorum* ſub nomine intelligendum arbitreris, tale eſſe neceſſe eſt, vt & *Capillis* ſimile, & *Caprarum Gregibus* ſit. Alioqui fruſtra de *Gregibus Galaaditicis* ſermonem illatum dicas. At in ea ratione interpretandi nec Theodoretus indicat, in quo maximè ſita ſit, cum *Gregibus*, comparatio; nec facile, vt arbitror, explicari poteſt.

Ad capillorum commendationẽ non pertinet, quod vita careant, & ſenſu.

Ex ſimilitudine cum grege caprarum.
Nam quidquid capillos velis eſſe,
Conuenire etiam capris debet.

III.
Diuites alij interpretantur,
Fide tamen pietate ornatos.
Sed neq id placet,
Neque hic ad ſolum ornatum reſpectum eſt,
Et cultum in quo multa ſolent eſſe matronæ.
Sed ad natiuas dotes,
A quibus ſponſa coma laudatur.

Aponius. Diuites miſericordes Capilli Eccleſiæ.

Aponij eodem cenſu numeranda ſententia, qui *Capillos* eſſe vult *Populi Chriſtiani* Diuites quidem, *ſed cum opulentia diuitiarum pietatem copulantes. Hos delicatis tegminibus contectos; auro gemmiſque ſplendere: fragrantiſſimis pulueribus aromatum ſpargi, delibutos vnguento; ſeruulorum miniſterio ſtipari: lumine rectæ fidei, & miſericordiæ decoros, totum Eccleſiæ corpus exornare. Hos quia in corporalibus rebus iucundantur, & Apoſtolicam auſteritatem ſequi non poſſunt, Caprarum Gregibus comparari.* Hæc ferme Aponij verbis: de quibus quid cenſeam non habeo dicere. Repexiſſe viſus eſt, non tam ad *Capillorum* naturam, quam ad ornatum, & cultum, in quem in ea parte effuſiſſimæ ſolent eſſe matronæ, ſeu mithrâ caput exornant, ſuo crine ſuperbum; ſeu vitta circumligant; ſeu tenui velo coercent; omnia auro gratiaſunt; vnionibus gemmiſque ſplendent, ac multo lumine radiant; vt natiuo comæ auro verum addatur, cum quo de rutilo ſplendore certet, vt dubites vtri palmam adiudices. Sed loco hoc non de *Capillorum* ornatu, qualis ſit cumque, ſed de natiuis dotibus ſermo; *colore, frequentia, denſitate, prolixitate,* natiuaque illa forma, quia ſine vlla arte ſinuatur in annulos, vel prolixa ſerie porrectus dorſa permanat, & ceruici incumbit. Quare non eſt, quod ad cultum alium recurramus. Nec decebat Sponſæ comam alia, quam natiua ſpecie commendari: non aſcititia, ſed ſimpliciſſima ſe forma probantem.

Capillorum dotes, color, frequentia, denſitas, prolixitas.

IV.
Præſtat capillos interpretari Fidelium promiſcuam multitudinem.
Quos comere potiſſima cura Eccleſiæ,
Vt niteant. & tenorem ſeruent.
Hæ dotes conſiderandæ,
Et fidelium multitudini applicandæ.

Philo. Carp. Fidelium promiſcua multitudo coma Eccleſiæ, quam illa multo ſtudio comit.

Præſtat Philonis Carpathij hærere ſententiæ ſi tamen non hæc ad Eccleſiam ſub gratia referamus quod ille facit, ſed ad eam, quæ ſub lege fuit. *Comam Eccleſiæ Fidelium eſſe Populorum multitudinem*: is enim verus illius ornatus, ea eſt gloria. Hos illi *Crines* vna eſt cura comere multo ſtudio, ſępiuſque immiſſo pectine velut carminare, vt nitidius ſplendeant. Huc pertinet diſciplinæ ſtudium; actionumque omnium exercitatio præſcripta. Nihil enim equè ſpeciem auget Eccleſiæ, quam ſi *vulgus* ipſum, vt ita dicam, *Fidelium Capillorum nitorem, munditiem, æqualitatem*, atque, vt ita loqui liceat, *paritatem fraternam* imitetur. Qui cum vnam originem à capite habeant, velut eodem geniti patre liberi, amica, ſed minimè perplexa, ſocietate ſeſe complectuntur, tam ſimilis naturæ genio, vt vnum cum videris, omnes te vidiſſe putes: cum coniunctos, largeque fluentes, vnum corpus nullo diſcrimine arbitreris. Ergo cum ſolitarij à radice ad finem currant, ſic tamẽ currunt, vt diſcrimen oculus vix percipiat. Vnus omnes color inficit, vnus nitor illuminat, vna ſpecies oſtentat: vt mirum non ſit Sponſum vno Sponſæ *Colli Crine Vulneratum* ſe dicere, cũ omnibus ſe vere *Vulneratum* ſciret, & ſingulis.

V.
Quas miramur neglectas ab alijs.
Eæ ſunt origo, nitor, æqualitas, ordo.
Vnde gratia omnis capillorum,
Fidelibus vna origo à gratia electionis,

Origo fidelium eadem ab electionis gratia qua nati etiam nutriuntur.

Hæ *Capillorum* ſunt dotes, quas ab alijs miramur neglectas; eas autem ſi ad *Fidelium multitudinem* applices, fortaſſis cauſam idoneam inueneris, cur *Capillis* comparentur. Libet hæc ab alijs minimè animaduerſa, accuratius premere, forſitan futura huic loco enodando accommodata. Ergo quidquid in *Capillis* loco hoc obſeruamus, ad pauca capita reuocemus; *originem eandem*; *Nitorem ſimilem*; *æqualitatem fraternam*; *Ordinem minime perperplexum*. Hinc gratus ille decor, quo ſe inſinuant oculis inſpectantium: nam quodcumque horum demas, gratiam perdas. *Fidelibus* vna eademque origo à gratia electionis, ac vocationis eſt, quemcumq; ſtatum Eccleſiæ conſideres: omnibus enim commune donum

per

Digitized by Google

Ea nutriuntur & augeſcunt.

Chriſto capiti vniti.

Viti enim ipſi, fideles palmites ſunt.

per venturi Chriſti aut Incarnati merita. Ea autem gratia arcana ratione ſingulis applicata, *Fideles genuit verbo veritatis*, eadem pro pabulo eſt, quo alti, nutritique iugiter, auctu mirabili creſcunt: non quidem inſita ipſis natura vi, ſic enim mortui ſunt, ſed de miſericordia Dei extrinſecus communicata. Sed id quidquid eſt in ipſis laudabile, quod ſanè multum eſt, niſi Chriſto capiti coniuncti ſint, durare non poteſt. Id dicebat Chriſtus *Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite; ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.* Ioan.15.4.5.

Iac.1.18.

Ioan.15.4.5.

VI.

Nitor autem à Fide,
Sed caritate formata.
Qua aurum cum ſit, auren omnia facit,
Ideo qui ea caret, etiamſi ſe diuitem putat,
Pauper & nudus eſt,
Sic Tabernaculũ, E cedro licet, tamẽ auro tectum,
Niteant ergo Fideles vera Fide,
Sed caritate ſplendeant.

Hinc *Nitor* ille viuidus, ſplendenſque, qui earum rerum eſt proprius, quæ vel ipſæ viuunt, vel ei, qui viuit, coniunctæ ſunt. Hunc *Nitorem Fides* facit, ſed caritati coniuncta, vnde illi aureus vitæ ſplendor, (nam & caritas aurum eſt) vide, quid illi dicatur, (qui iactabat: *Diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo*) *Neſcis, quia tu miſeres, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris.* Apoc.3.17. Aurum ſe arbitrabatur, quod fide ſe ſatis locupletem putaret, cum caritate vacuus eſſet. Sed errabat ſcilicet, cum fidei omnis ſplendor ab vna ſit caritate, nitor omnis ab vna: qua quidquid attigerit ſuo colore imbuit, ſuo pretio opulentat. Ideo cum apparatum omnem interioris Tabernaculi ſeu ſanctuarij ex lignis lectiſſimis, puta cedris, fieri præcepiſſet Deus, & quidem in cariem contumacibus, veſtiri tamẽ omnia auro puriſſimo voluit: nam licet fides fundamentum ſit ſpiritalis vitæ, qua docetur anima dignum Deo habitaculum præparare, ſine caritate tamen placere Deo non poteſt. Ergo Eccleſiæ coma nitida illa ſit, ſed auri ſplendore coruſca. Sit *multitudo Fidelium eodem colore Fidei tincta, ſed ab auro caritatis lumen accipiat*: quiſquis autem ſe caritate vacuũ ſciat, quantumuis Fide ſibi videatur diues, non ſe pauperem modo, ſed mortuum putet: & quaſi comam de viuo deciſam capite, in ſterquilinium obiectam: nec iam in capitis Eccleſiæ ornamentum, ſed inter eiectamenta ſordium deſtinatam.

Nitor Fidelium ab vna fide caritati iuncta.

Apoc.3.17.

Qui ſe diuitem ſine caritate putat, pauperrimus eſt.

Exo.25.11.

Tabernaculum cur auro inductum interius & exterius, ſanctuarium.

VII.

Adſit & inter illos æqualitas,
Quales viſitur in capillis,
Nunc putat eadẽ, & amor mutuus facit.
Sunt enim vnius Dei Filij,
In vnam vocati ſpem,
Tales primitiua Eccleſia vidit,
Tales ſub lege quaquam ratione alia.
Æqualiter participes bonorum omnium
Et parte terræ donati,
Qua ſorte cuique obuenerat,

Tertium *æqualitas* eſt, ac mira inter *Capillos* conformitas; non vnus alio crinis corpulentior eſt, velut omnes eadem ſint forma expreſſi, æqua omnibus cura augmenti, æqua creſcendi proportio: &, quod maximè mirum eſt, cum diuerſam vnus ab alio originem, velut matrem, agnoſcat, pro diuerſitate pororum, quibus excrementitius humor exprimitur, tam ſunt in omnibus conformes, quaſi eodem vnius vtero Matris, eodemque editi partu eſſent. Hæc eſt mirabilis illa *Fidelium multitudinis paritas*, quam eadem in Deum pietas, eadem in fratres caritas facit: vt nullus alio maior eſſe velit, aut inter cæteros primas tenere. Et hæc quidem ſi ſe nouerint, vnius Dei Filios, vnius gratiæ prolem, vnius fidei alumnos, in vnam vocatos ſpem cœleſtium repromiſſionum. Quod ſi *æqualitatis* huius exempla quæris, quid de primitiua Eccleſia ſit ſcriptum, cogita: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia.* Actor.4.32. Quod ſi hæc ad *Fideles* Eccleſiæ illius, adhuc ſub lege ſeruientis, adhuc per deſerta peregrinantis, referre velis: videbis eodem pane paſtos, & eodem omnes menſura; eadem aquâ potos: nemini detrita tot annis veſtimenta ſunt; communia beneficia fuere omnia, prouidente Deo ſingulis tanquam filijs, ſibi ex eadem matre ſuſceptis. Et cũ miſſi in poſſeſſionem promiſſæ hereditatis, omnibus ex æquo Tribubus diuiſi ſorte campi ſunt; & quanquam cuique Tribui ſua portio aſſignata eſt, ab alijs diſtincta, nec tellus omnis eiuſdem erat bonitatis, & vbere gleba, ſortem tamen omnes æquo iure donaſſe; ſinguliſq; ſingularum Tribuum ſuam datam partem, qua accepta nemini inuideret, contentus eam, quæ ſibi obueniſſet, excolere.

Æqualitas Fidelium ab vna pietate & mutuo amore.

Primitiuæ Eccleſiæ fidelium æqualitas.

Fideliũ ſub lege æqualitas inter ſe.

VIII.

Ordo autem & ſeries, dos poſtrema eſt,
Quæ in illo Populo mirabilis fuit,
Impermixtis tribubus,
Vt extra quamq. non liceret, vxores quærere.
Quod negamus filiabus Salphaad,
Vt hæreditates permanerent, in familijs,
Nec extra tribus ſuas irent,

Poſtrema Capillorum laus *ſeries* illarum eſt, *minime perplexa atque confuſa*; qui arguti pectinis tenui dente diſcriminati, ſuos ordines ſeruant. Nihil enim ingratius oculis accidere poteſt, nihil turpius, quam inordinata in fœmina, atque incompta coma. Eam autem laudem ſingularẽ eius fuiſſe Populi, nemo negauerit: cum multitudo omnis ſuas per Tribus diſcreta, Tabernacula ſeorſim tenderet, atque cæteris impermixta, in prælia rueret; ne quid ſcilicet confuſione ipſa daretur turbarum. Quin tantam ordinis curam habitam conſtat, tanto ſtudio curatum, vt nulla confuſio peruerteret ordines. Vt, cum Filiæ Salphaad de Tribu Manaſſe, mortuo ſine liberis maſculis Patre, in hæreditatem illius fuiſſent immiſſæ, prohibitæ ſint viris alterius Tribus in matrimonium collocari; ne poſſeſſiones cõmiſcerentur, & ab vna tribu tranſirent in aliam. *Nubant*, inquit ſcriptura, *quibus volunt, tantum vt ſua Tribus hominibus: ne commiſceatur poſſeſſio Iſrael de Tribu in Tribum.* Num.36.6.7. Immo generale lege ſancitum eſt, ne quis vir, aut quæ mulier, mulieri aut viro alterius Tribus iungeretur: vt hæreditas permaneret in familijs, nec ſibi miſcerentur Tribus, ſed ita manerent, vt à Domino ſæparatæ fuiſſent. Vides quam aptè *Capillorum* dotes, *multitudini Populi Iſraelitici* applicatæ ſint, vt non immerito videantur *Capillorum* ſub ſchemate ſignificari hoc loco.

Ordo inter Fideles Eccleſiæ ſub Mdſe.

Prohibitæ filiæ Salphaad extra ſuam tribũ nubere,

Num.36.6.

Ibid.

Digitized by Google

NOTATIO V.

SICVT GREGES CAPRARVM QVÆ ASCENDERVNT DE MONTE GALAAD.

I.
Homines gregibus, Reges Paſtoribus comparati, Profanis & ſacris.
Et paſcere pro regnare.
Quæ loquutio frequens in S.S.
Ea obſeruatio ſenſum hunc iuuat,
De promiſcuo Populo,
Antequam Iordanem tranſiret.

Greges Populi, Paſtores Reges.
Homerus.
Pſal 77. 70.
Paſcere pro gubernare,
Ezech. 34. 2.
Iſa. 44. 28.
E. 56. 11.
Ier. 2. 8.

GRegibus pecorum *Hominum* comparari *Greges*, nouum non eſt; nec minus Profanis ſcriptoribus vſitatum, quam ſacris. Hinc *Paſcere Populos* pro *Regnare, ac gubernare*: & Homerus Reges appellauit ποιμένας λαῶν *Paſtores Populorum*. Sed nemo melius, & elegantius hæſit metaphoræ, quam Author Pſalmorum. *Elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de Gregibus ouium: de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam*. Pſalm. 77. 70. 71. Loquutio ſacris Authoribus familiaris eſt, maxime Prophetis, *Homines ouibus, Gubernatores Paſtoribus* ſignificare. Ezech. 34. 2. & locis alijs. Iſai. 44. 28. &, 56. 11. Ierem. 2. 8. Vt magnum argumentum ſit ad affirmandum hoc loco, *Gregib. Caprarum, quæ aſcenderunt de Monte Galaad, multitudinem credentium ſignificatam* eius Eccleſiæ, quæ nunc deſcribitur. Eſt vero magna ratio, cur ita exiſtimemus; nam verè hæc potius hiſtoricè dicta videri poſſunt, quam per allegoriam. Nam ſi rite expendas rem ipſam, intelliges, ſiue locum, ſiue numerum, ſiue ordinem, ſiue motum progreſſumue conſideres, nihil dici aptius potuiſſe, quam ſi promiſcuum Iſraelitarum vulgus, antequam Iordanem tranſiret, promiſſam hæreditatem aditurus; atque è montium, qui trans Iordanem ſunt aduenientibus autem ex Ægypto citra erant, mox poſſidendæ telluri imminens, *Caprarum Gregibus* compararetur.

II.
Eſt autem Capra animal vorax.
Cui nullus locus inacceſſus eſt.
Et fœcundiſſimũ.
Et exſcendens è montibus gratum ſpectaculum præbet,
Tales Hebræi exſcendentes è montibus,
Tribubus, turmiſque diſtincti
Promiſſam poſſeſſionem aditur,
Quin militari ordine aciebus explicatis,
Et quadrato agmine incedentibus,

Caprarum ingenium, edax, gregale, fœcundũ.

Hebræi exſcendentes in plana, ſimiles magno gregi.
Mirandum ſpeſpectaculum.

Similitudo autem non in vna re hæret, Nam & *Capra* animal eſt vorax, nec contenta gramine, auidius virgulta carpit; nullus illi locus inacceſſus eſt, hirtis etiam ſcopulis pendet, dum ſpem aliquam pinguioris paſtus habeat: quin & fœcunditate mira montes replet, ſimili ſobole, vt ſæpè gemellos pariat; certe bis ſemper annis ſingulis: gregatim demum cum incedit, ſummiſque ſe montibus demittit, rupibus pene pendens, ſpectaculum procul deſpicientibus gratiſſimum præbet. De hac poſtrema ſimilitudinis parte indicatum aliquid in commentario eſt: nec maiorem locus lucem poſtulat. Nam certe nulla melius ſimilitudine ſpecies exſcendentis è montibus Populi, vt pingues Chananitidis campos depaſceret, ſignificari poterat à Deo ſub perſona Paſtoris inducto, quam *ingentis Caprarum Gregis*, qui ſuos per manipulos ſparſus, è montibus demittebat ſeſe, meliora quærens paſqua, virgultorumque virentia. Sic Populus ille Tribubus turmis, cohortibus diuiſus, pleno gradu Iordanem ſuperare parabat, bello laceſſiturus eas Gentes, ac felicibus prælijs deleturus, vt in eorum locorum poſſeſſionem, quæ vacua ferro feciſſet, mitteretur. Quod ſpectaculum gratiſſimum oculis inſpectantium non eſſe nō poterat. Nam ſi vnius aciei ex militari iure, & legibus ordinatæ, tanta ſolet eſſe pulchritudo, mixta terrori, vt nihil pulchrius eſſe poſſit, & oculis gratius; quid non ſpectandum oculis exhiberet, ingens illud ſexaginta myriadum exercitus, & vexillis inſignis, & armorum ſplendore coruſcus, & quadrato progrediens, agmine, perque ordines ſuos diſcretus, incinentibus lituis, tympaniſque cientibus ad pugnam: vt quocumq; inueheretur acies, non niſi victorias, ac triumphorum palmas inferret.

III.
Omnia voraturi.
Quod & profeſſi ſpeculatores.
Et Bala, confeſſus eſt,
Eos cõparans boni omnia de paſcenti,
Et Balaam Leonis omnia deuoranti.
Et ſanguinem bibenti.
Diuerſa metaphora, ſed ſenſu eodẽ,

Num. 14. 7.

Num. 22. 2.
Hebræorum Populus edaci boui comparatus.
Num. 23. 24.
Cõparatus leone omnia deuoranti.

Atque id eſt alterum, quod latet in *Caprarum* comparatione; quod animal *edaciſſimum* eſt, nulli omnino vel virgulto, vel germini parcens, omnia voraciſſimo dente corrodens. Sic de Hebræorum Populo dicebat ſtrenuum illud ſpeculatorum par. Qui dicētibus cæteris: *Terra quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos*. Oppoſuere ſeſe, detrahentibus terræ, metumque inferentibus, dicentes; *Terra quam circuiuimus, valde bona eſt; nolite rebelles eſſe contra Dominum, neque timeatis Populum terræ; quia ſicut panem ita poſſumus eos deuorare*. Num. 14. 7. 8. Balac autem haud à pecorum recedens metaphora: *Videns omnia, quæ fecerat Iſrael Amorrhæo, & quod per timuiſſent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non poſſent, dixit ad maiores natu Madian: Ita delebit hic Populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet Bos Herbas vſque ad radices Carpere*. Num. 22. 2. 3. 4. Balaam autem: *Ecce Populus vt leæna conſurget, & quaſi Leo erigetur; non accubabit, donec deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat*. Num. 23. 24. Eodem ſenſu, diuerſa metaphora; alius vſus comparatione *Bouis*, manſuetudine noti pecoris, ſed deuorantis herbi dum quidquid eſt: alius *Leonis* ferocitate animalis cogniti, non deuorantis modo alias animantes, ſed earum ſanguinem bibentis.

IV.
Nec Capris vllus locus inacceſſus,

Sed & illud *Capellarum* proprium nullum habere inacceſſum locum: peruias habere potius editiſſimas rupes; verticeſque montium, atque aſperrimas cautes faciles; dum modo

Digitized by Google

Nec Iſraelitæ, *Qui non contenti plana occupare,* *Etiā aſpera quaq. occupauere,* — modo vel virgulti virentis appareat indicium, quod poſſit carpere. Nec ſecus Iſraelitæ, haud contenti camporum vberrima plana implere,nec aſperis etiam montium pepercere, ne quid illis ſcilicet eſſet imperuium,quod non & armis ſubigerent, & manſionibus implerent, eiectis etiam habitatoribus aſperrimorum locorum,& gladio deuoratis. Sic Chanaæis contigit, quemadmodum poſtea Idumæis, de quibus Ieremiæ ſunt illa: *Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui, qui habitas in cauernis Petræ; & apprehendere niteris altitudinem collis: cum exaltaueris quaſi aquila nidum tuum, inde detraham te.* Ier.49.16. — Hebræi non ſolum plana, ſed ardua occupauere. *Ier.49.16.*

V. *Nec minor fœcūditas Populi,* *Tum in Ægypto; tum in deſerto.* *Ne multo magis in promiſſa terra,* *Id vaticinatus Balaam,*

Poſtremum, quod obſeruamus in *Capris fœcunditas* eſt; cum & bis anno pariant, & ſæpè gemellos,quemadmodum de Galaaditicis proditum eſt, ſuoque loco dicetur. Hanc fœcunditatem imitatus, immo ſuper greſſus Populus ille eſt. Et vt mittamus dicere,quam auctus in Ægypto fuerit, ex paucis, qui illuc inducti fuere, capitibus: longiſſimę peregrinationis laboribus,incommodiſque adeo imminutus non eſt; vt potius auctus fuerit. Poſtquam vero in promiſſam terram inducti, mirabili prorſus auctu creuere. Id auguratus Balaam inter cætera. *Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur, quis dinumerare poſſit puluerem Iacob,& noſſe numerum ſtirpis Iſrael?* Num.22.9. Implendę ſcilicet Dei propromiſſiones erant, futurum numerum Filiorum Iſrael, *ſicut ſtellas cœli, & arenam quæ eſt in littore maris.* Gen. 22. 17. Atque has ob cauſas præcipui *Populi Iſraelitici multitudinem Caprarum Gregibus* comparatam putamus. — Hebræi populi fœcunditas. *Num 22.2.* *Gen.22. 17.*

VI. *Cum Galaaditis autem capris comparatio inita,* *Quia per eam partem ingreſſi.*

Cur autem magis *Galaaditicis Capris*, quam alijs comparati? Litteralem cauſam ſi quęras, non alia eſt, quam, quæ eſt indicata in commentario: quia ea ſcilicet parte ingreſſus in promiſſam terram fuit. Ergo cum montibus illis, ſuas per turmas, & agmina diſcreti in plana Iordanis exſcenderent, iure *Caprarum Gregibus ex Monte Galaad deſcendentibus*, ſimiles dicti ſunt. — Ingreſſus in Chanaanitidem per monté Galaad.

VII. *Myſtice quidam Galaad interpretantur,* *Migrationem teſtimonij, ſed male,* *Eſt enim Tumulus teſtisſiue aceruus teſtimonij.* *Nec ſenſus placet in falſa ſignificatione fundatus.*

Myſticum ſequuti ſenſum alio iuere alij, *Galaad* factum nomen à Iacobo, qui cum eo veniſſet cum vxoribus & liberis,totaque familia,fœdus inijt cum Laban Socero, locoque nomen feciſſe dicitur, *Aceruum teſtimonij*. Gen.31.47. Id enim ſignificat *Galaad*. Quod cum & ex Originibus,& authoritate vulgati, & 72. Interpretum certum ſit,cur & Tres apud Theodoretum Patres, & qui ex illis mutuatus videtur Aponius, moueant, ſignificari eo vocabulo, *Migrationem*, ſeu *tranſmigrationem teſtimonij*, non ſatis video. Adeoque nec probandus Aponij ſenſus, etiam inter myſticos;qui eos hic intelligit, *qui de peccatis ad pietatem conuerſi, migraſſe videntur,à teſtimonio culpæ ad teſtimonium gratiæ*: quod idem è Tribus PP.mutuatus eſt, qui de illis exponunt, *Qui reiecti ſunt à tenebris malitiæ, & ignorantiæ, & impietatis: ex quibus ad veritatem & ſcientiam; & pietatem quaſi demigrarunt, per Euangelium, quod Fidelibus futurum iudicium atteſtatur*; — Monti Galaad vnde nomen? *Tres Patres.* *Aponius.*

VIII. *Nec magis Philonis,* *Qui ad Martyres vrtulit,* *Qui teſtes ſunt fidei.*

Philo autem Carpath.qui Capillorum nomine *Fideles Populos* accipiendos cenſuit, quem in ea nos parte ſequuti ſumus: *Aſcendere* autem *de monte Galaad* interpretatur, quia *teſtimonio Martyrum roborati, in fide ac pietate profecere: aut certe Prophetarum, & Apoſtolorum teſtimonio fulti, ac roborati, alacri animo arduam perfectionis viam ingreſſi, haud deterriti difficultate itineris, ad patriam perrexere.* Omnia hæc veram continent doctrinam,ſed magis locis alijs illuſtrandis aptam, quam hiſce verbis expendendis: quorum ea ſententia litteralis eſt, quam paulo ante tradidimus. Si quid autem myſticum in voce *Galaad* latet, commentario tertio,qui hunc conſequetur, dicemus. — *Philo Carp.*

VERSVS II.

DENTES TVI SICVT GREGES TONSARVM, QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO· OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST INTER EAS.

COMMENTARIVS.

SEd non omnium in eo Populo aut fidei par integritas, aut cœleſtium notitia rerum;ſiue ingeniorum diuerſitati id diſcrimen tribuendum eſt; ſiue labori, ac ſtudio, quo vtroque nonnulli alijs ſolent excellere; ſiue Deo ipſi, qui pro voluntate, atque indigentia rerum maius lumen quibuſdam, quam alijs, indidit, Diuinarumqne notitiam rerum. Id certum eſt,

Digitized by Google

fuiſſe, qui inter cæteros, velut *Doctores*, ac *Magiſtri* eminerent, ſaltem de *Leuitarum*, ac *Sacerdotum* numero. Horum munus imbecillioribus doctrinæ panem diuidere, ſæpè & comminuere, & quaſi primò digerere, vt vtilius & facilius illi manderent, atq; in cordis ſtomachum ingererent. Illorum autem ordinem eæ virtutes complent, quarum veſtigia, & quaſi vmbras commendamus in *Dentibus*. *Æqualitas*, ne vnus ſcilicet ſuper alios velit efferri: *Munditia*, quod ad morum & totius vitæ rationem incorruptam pertinet: *Candor*, ad ſynceritatem doctrinæ, quam tradunt, minimè permixtam errorum maculis; *Iunctura*, ad Caritatis nexum ſine vlla æmulatione, ac ſimultate: *Ordo*, vt gradu inferiores ſuperioribus ſubſint: *Integritas*, ne quis putris, id eſt, vitio aliquo vel notatus infamia, quo aliis ſit offendiculo, aut dedecori ſuo ordini. Quales in eo certe Populo, optimis nuper à Deo legibus inſtituto, non defuiſſe certum eſt. Hos *Dentium* Eccleſiæ nomine intelligendos arbitramur: qui *Ouium Gregi de lauacro aſcendentium gemellam prolem poſt ſe trahentium* comparantur; in quibus eaſdē dotes agnoſcimus, vt commentario *Dramatico* notatum eſt.

ENARRATIO.

Sed & aliunde mihi à tuo aſpectu hilaritas creſcit: cum Doctorum apud te gradum, officiumque conſidero: cum doctrinæ meæ panem imperitæ, ac ſimplici multitudini diuidentes, ſingulorum ad captum accommodant ſeſe; ne cuiquam plus cibi in os ingerant, quam cuius capax cuiuſque ſtomachus fuerit. Nam lac paruulos decet, ſolidus autem cibus firmioribus dandus. Sic Dentium in myſtico hoc corpore funguntur munere, quin & eorumdem dentium imitantur dotes. Æqualitatem, cum ita inter ſeſe afficiuntur, vt nullus ſuprà alium velit extolli; ſed loco ſuo, atque honore quiſque contentus, minimè inuideat cæteris. Munditiam, ac nitorem, cum impenſa cura, quidquid maculoſum, à moribus; quidquid ſordidum ab agendi ratione abijciunt: vt quos munus à vulgo ſecreuit, eoſdem & vitæ integritas meliores præſtet. Candorem, cum doctrinæ ſynceritatem potiſſimam habent, ac, ne qua illius puritas errorum labe turpetur, ſollicitam curam adhibent. Iuncturam, quæ ſtrictiſſimis caritatis vinculis implicitis ſibi, nihil admittunt, quo diuiſioni aliquis aditus pateat, ordinem, cum qui gradu inferiores ſunt, ſuperioribus volentes ſubſint; vt ordine quiſque ſuo ſeruato, in eam operis incumbat partem, quam nouit ſibi commiſſam. Integriatem, cum nemo in illis ſit vllo vitio fœdus, vlla infamia notatus, quæ vel ei dedecus, vel ordini creari poſſit. Hæ Magiſtrorum ſunt tuorum dotes, quibus totius corporis gratia creſcit, mihique gratiſſimum ſpectaculum præbet. Quod ſi qua ſimilitudine res mihi explicanda eſt, aptior videtur nulla, quam ſi eos Gregi Ouium ſimiles dicam, cum à lauacro recentes nitidæ, æquales, ſibi adherentes inuicem, gemelliſque ſequentibus referuntur in caulas.

NOTATIO VI.

SVM.COM.

DENTES TVI SICVT GREGES TONSARVM.

I. *Tranſitum ad Magiſtrorum laudes. Quorum munus doctrinæ panem diuidere.*

Pergit Eccleſiæ illius membrorum recenſere laudes: &, cum, quid ſibi in Fidelium promiſcua multitudine placeret, dixiſſet, vnde ea omnia bona eſſent, nunc dicit, collaudatis illius Populi *Doctoribus*, ac *Magiſtris*: quorum muneris erat, doctrinæ pabulum Populo, iuxta cuiuſque captum diuidere, vt in ſpirituali vita adoleſcerent in dies, ac pingueſcerent, donec abirent in perfectos viros, iuxta illius ſtatus capacitatē, quo *Nondū erat*,

Nexus cum ſuperioribus.

Iuxta cuiuſque capacitatem. Id appoſite Dentium ſimilitudine indicatur. Quorũ dotes varij varie tractauere. Nos in vnum faſce ligabimus. Addemus & ſi quid nouum,

Ioan.7.39. Dentibus appoſite ſignificati Magiſtri. *Nyſſenus. Philo. Pſellus. Iuſtus. Gregorius. Aponius. Caſſiodorus. Anſelmus. Hieronymus. Auguſtinus.* Doctores dentibus, & Ouibus ſimiles,

chal,ad plenum, *Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Quanti autem interſit,ad rudioris plebis profectum *Magiſtrorum*,non doctrina modo, ſed modus ipſe tradendi eam, nemo non nouit. Mirum autem eſt,quam appoſitè *Dentium* ſimilitudine eæ dotes exprimantur, quæ bonum vtilemque *Magiſtrum* conſtituunt. Eas rationes variè varij explicuere,Nos,quod ab alijs ſparſim eſt dictum,vno quaſi faſce complectemur, ſi quid autem poſt alios nouum ſeſe obtulerit, indicabimus.Huius autem interpretandi rationis generatim Authores habemus & graues & multos, vt piaculum videatur ab illis recedere. Eos ad marginem reiecimus. Tantum in eo diuerſi ſumus ab illis,quòd nondum hic Miniſtros Euangelij agnoſcamus; ſed illius Populi viros,in lege doctos, quibus munus datum docendi Populum; ac doctrinam diuinitus traditam,ad cuiuſque captum accommodare, vt vtilius perciperetur.

II. *Comparantur autem Dentes cum Ouibus. Magiſtri cũ Dentibus. Ideo vtraque ſimilitudo exequenda. Ne quid deſit ad ad ſenſum.*

Cum autè loco hoc duplex comparatio ſit, & *Dentium* cum *Doctoribus*, & *Ouium* cum *Dentibus*, ita hæc omnino explicanda videntur, vt quidquid de *Doctoribus* dicas, id commune etiam ſit *Dentibus*,ac *Ouibus*,ſiue *Ouium Gregibus*. Alioqui quod diuerſum in quoq; fuerit in comparationem non vocetur, neque ad ſenſum principem ſpectet. Nam certè cum *Dentes*, dicit, *Ouium Gregibus* eſſe ſimiles, quidquid de *Dentibus* prædicat, à *Gregibus Ouium* mutuatur: quod & ipſum nec aliud ad *Doctores* transferendum eſt, quos ſub *Dentium* ſchemate voluit intelligi. Niſi quod alterum hæret in ſolo cortice,alterum ad arcanã ſententiam totum ſpectat.

III. *Sunt autem Dentium dotes,Æqualitas. Munditiès, Candor, Iunctura, Ordo, Integritas, Et quod excarnes ſint. Eadem & Ouiũ. Nam dentes alijs mandendo laborant. Sine carne ipſi,*

Dentium dotes & Ouium ſimiles.

Oues nudari ſe ſinunt vt alios veſtiant, ſic & dentes.

Ergo in *Dentibus* quæ commendantur hæc ſunt. *Æqualitas, Munditiès,Candor,Iunctura,Ordo,Integritas.*Quidquid horum deſit,id ad pulchritudinem deerit. Transeo ad *Ouiũ è Lauacro Aſcendentium Greges. Æquales* moles corporis facit: *Mundas* lauactum; *Candidas* natura; applicitis preſſas corporibus *Societas*; *Ordinatas*,geminorum cuique ſubiectio; *Integras* valetudo, & optima corporis conſtitutio. Habes habitudinem inter rem & rem. Addere potes,& quod *Dentibus* proprium eſt, vt carne careant,quod & ipſum *Ouibus* non à natura,ſed ab arte ſuo modo eſt; ideoque non ſimpliciter *Oues*, ne vellere graues putares,ſed *Tonſæ* dicuntur.Quæ ſe ſcilicet ipſas nudari ſinunt,vt alios veſtiant: quod & *Dentibus* commune eſt, cum laborem ipſi mandendi ſubeant cibum, vtilitatem non ſibi, ſed alijs membris impertiant, qui manſo à *Dentibus* nutriuntur cibo, immo & pingueſcunt. Vides latum hic ſe campum explicare, ſi libeat rhetoricari. Sed nec totis effuſis habenis ruere calamum in curſum permittam; nec in totum intra carceres continebo, indicatis potius, quam tractatis per otium, quæ in rem videntur facere; quod ſolitum alias nobis.

IV. *Æqualitas Doctorum, Cum ſapiunt ad ſobrietatem. Tam in ſcientia quam in opere. Huc facit Pauli monitum, Ex proportione mẽbrorum corporis inter ſe. Quorum etſi diuerſa munia. Mira cõformitas. Sic & in Dentibus,ſub diuerſis munijs Æqualitas neceſſaria. Ne vnus ſupra alium emineat, Quod fœdum, & importunum.*

Æqualitas Magiſtrorũ,ne vnus ſupra alium eminere velit.

Rom.12.3 9.

Rom.12.6.7.

Dentium diuerſa munia,ſed in eundem finem.

Æqualitatem autem intelligo ſtudium illud,quod in doctis in lege,ideoque & cæterorum Magiſtris viguit, non vltra ſapiendi,quam ſapere oporteret; ſed ſapiendi ad ſobrietatem, quod in Euangelicis miniſtris Paulus exigit; nec minus commune fuiſſe veteribus certum eſt: eſt enim hic character verus,veræ doctrinæ,quæ non modo credenda, ſciendaque complectatur; ſed & operanda. Itaque totus ille locus Pauli vice commentarij huic eſſe poteſt. *Dico enim per gratiam Dei, quæ data eſt mihi, omnibus, qui ſunt inter vos: non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram Fidei: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.*Rom. 12.3.4.5. Hæc ad eam proportionem æqualitatis pertinent, de qua loquimur, Pergit Paulus: *Habentes autem donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentes; ſiue Prophetiam ſecundum rationem Fidei; ſiue miniſterium in miniſtrando; ſiue qui docet in doctrina; qui exhortatur in exhortando; qui tribuit in ſimplicitate; qui præeſt in ſollicitudine; qui miſeretur in hilaritate.* Rom.12.6.7.8. Nam in *Dentium* ordine, tametſi diuerſa ſuoſque per claſſes munia ſunt, omnibus tamen vna eſt cura, vt æqualiter emineant, nec vnus alio excreſcat magis: ſi quid autem in eo peccati contigerit, aut naturæ vitio, aut caſu aliquo, & turpe eſt,& ad comminuendum cibum vel ineptum,vel importunum. Aliorum munus blandiora ſcindere cibi; aliorum duriora diſrumpere; aliorum tandem hæc & illa comminuere; ita tamen vt contenti quique ſuo munere fungi aliorum ſe miniſterio haud immiſceant. Quæ ſi ſingula ad *Doctores*,ac *Magiſtros* applices fortaſſis vim ſimilitudinis approbabis.

V. *Munditiès moribus conſtat, Qui ſint doctrina conformes, Ne qui prædicat non furandum, furetur ipſe, Et quæ alijs prædicat,ipſa non faciat,*

Munditiès Doctorum in vitæ puritate.

Rom.11.19.

Sequitur *Munditiès*, quam ad ſtudium retulimus *Magiſtrorum* quo ellaborare debent, ne quid in moribus maculoſum; ne quid in agendi ipſa ratione ſordidum ſit, quo vitæ nitor maculetur.Hoc autem eo pertinet,vt non magis verbo doceant ſimplices,quam exemplo confirment.Quo faciunt,quæ ſæpè à Chriſto,ſæpè à Patribus tradita ſunt;quibus docemur quanti interſit,ad doctrinæ normã,cõfirmari vitã.S.D.E.*Confidis te ipſum eſſe ducem cæcorũ, lumen eorum,qui in tenebris ſunt,eruditorem inſipientium,Magiſtrum infantium,habentem formam ſcientiæ,& veritatis in lege.Qui ergo alium doces,te ipſũ nõ doces:qui prædicas non furandum furaris; qui dicis, non mæchandum mæcharis; qui abominaris Idola, ſacrilegium facis; qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras.* Rom.11.19.20.21. Balaamus de ſe; *Dixit*

homo

Digitized by Google

Sic Balaamus, ex ſenſu Gregorij.
Talium deploranda miſeria,
Quam dolebat Iſaias,
Sed malum maius,
Quando mores, praui.
Elingues Doctores faciunt.
Aut elumbes in dicendo,
Manu altera aduocant homines,
Altero abigunt, & auertant,
Penelopes telã cogita.

Balaamus Propheta bonus, vir malum.
Num 24.3.
Gregorius.
Iſa 56.10.
Gregorius.
Iſai 56. 10.
Mores praui elingens magiſtros faciunt.

homo cuius obturatus eſt oculus; qui cadit, & aperiuntur oculi eius. Num.24.3.4. Quæ cenſens Magnus Gregorius, Mor. lib.24. Cap.10. *Balaam*, inquit, *in opere cadens, apertos tenuit oculos in contemplatione*. Magna; ac deploranda talium eſt infelicitas, qui dum alios erigunt, ac manu apprehẽſos à præcipitio prohibent, ipſi in præcipitium ruunt; vtiles alijs, noxij ſibi. Id Iſaias, aut dolebat, aut accuſabat. *Speculatores eius cæci, omnes, neſcierunt vniuerſi.* Iſai.56.10. Non videbant ſcilicet opere, quod profeſſione cernebant, vt apte Gregorius interpretatur, loco eodẽ. Hic malum aliud fortaſſe maius, quo pluribus damnoſum magis, quod & Iſaias dolet: *Canes muti non valentes latrare: videntes vana dormientes, & amantes ſomnia.* Iſai.56.10. Nam qua voce audeant tales doctrinam populo, quam ipſi moribus damnant, inſtillare? Quod ſi tam inuerecundè loquaces ſunt, vt dicere audeant, quæ non faciunt, & docere, quorum contraria ipſi amplectuntur, eneruem eſſe oportet ſermonem, & elumbem orationem, quam vera virtus deſtituit, quæ ſolet eſſe anima, & vita verborum. Audiuntur illi quidem, ſed tanquam qui ſomnia ſua narrent, & vana mentis deliria, prurientibus auribus oblectandis inuenta. Hos Nazianzenus ſimiles dicebat illis, qui manu altera quenquam aduocant; altera aduocatum abigunt: vt ſi cani quidem panem porrigas, ſimulque impingas lapidem. Penelopes telam hi texunt, retexuntque; quidquid die ædificant, nocte demoliuntur. *Mundities* ergo in Eccleſiæ *dentibus* commendatur, quemadmodum & in *Ouibus*, quæ & tonſæ, & lautæ de *Lauacro Aſcenderunt*; ne quis arbitretur, ſi ea dote careat, fieri poſſe, vt inter *Dentes*, aut *Oues* illius computetur.

VI.

Candorem ad doctrina ſynceritatẽ refer,
Sine qua vita integritas,
Magis nocet quã iuuat.
Ab integritate .n. authoritas.
Tam bene quam male doctrina conciliatur,
Qua inſcij auditores decipiuntur.

Candor, doctrinæ integritas, ſine quã mores incorrupti magis obſunt, quã iuuant.

Doctrinæ, & vitæ integritas duæ manus quibus leuatur in altum inualida plebs.

Candor Munditiem excipit, quem Doctrinæ ſynceritatem ſumus interpretati, ſtudiumque illud Eccleſiæ *Miniſtrorum* procurandi, ne qua errorum labe fidei puritas inficiatur. Multum ſcilicet vitæ integritas, morumque ad Diuinam legem exactio valet; ſed ſola parum prodeſt, niſi ſcientiæ lumen accedat, cui nulla nebula vel ſplendorem minuat, vel gratiam demat. Quin ſi hæc abſit, exemplum innocentis vitæ tam non prodeſt, vt potius damno ſit. Id enim illius proprium eſt, vt authoritatem Doctori præſtet; authoritas autem refunditur in doctrinam: ac rudi populo tam facile ſuadeas veram quam falſam, ſi, authoritatis quod habes, vel ab apparente, ac ſimulata ſanctitate, vel vera, ad perſuadendum, quod doces, admoueas. Ita ſimplices ſeſe ſenſim pertrahi ſentiunt; vt non antè admoneantur, per auia ſeductari, quam præcipites ſe actos doleant. Vitæ ergo integritas, ac doctrinæ ſynceritas, duo ſunt veluti brachia, quibus inſipiens plebs leuatur in altum: queamodum infans, adhuc reptare, nondum ingredi valens, à robuſto viro ſubleuatur, & locatur in tuto. Vtrumlibet deſit, certum diſcrimen, & frequenti caſui ſalus obiecta.

VII.

Sed ad vitæ obeũdum munus opus iunctura eſt,
Hanc caritas præſtat,
Et ſimilis inſtitutio.
Eius defectus ingentis pacir damni,
Exemplo Iaponia ſit.
Quã pene perdidit,
Miniſtrorũ æmulatio,
Dum quiſque iactabat artem ſuã.
Sed ſedabit tempeſtatem Deus,
Qui vnus poteſt.
Et hi gemitus alterius loci ſunt.
Niſi deſperatus morbus eſt.

Magiſtrorũ cõſenſio neceſſaria, ad inſtitutionem plebis.

Cõſenſionis defectus quanta mala Eccleſię attulerit.

Iaponica pene euerſa.

Math.18.7.

Sequitur proxime *Iunctura*, qua ſeſe mutuo fouent *Dentes*, iuuantque, & quaſi conferto agmine, viribus in vnum collatis, laborem mandendi ſubeunt. Hanc nos dotem ad *mutuam caritatem* referimus, qua ſeſe conplecti *Doctores* debent, inuicemque ferre ſuppetias. Multorum enim in vnum labor collatus omnia peruincit: ſi ſinguli aggrediantur, diuerſis ſcilicet diſtracti ſtudijs, nec agendi ratione conformes, impedimento inuicem ſunt; quod ſæpè ingenti cum ſuo damno experta Eccleſia malum eſt, ac nunc quidem experitur. Nã quid non exemplorum noſtra tulit ætas, vel in ſola Iaponia? Quíd non cladis intulit hęc Doctorum diſcordia ne dicam, an ſtudiorum, ac conſiliorum æmulatio? Florentiſſima Eccleſia ac primitiuæ illius ſub Apoſtolis vel æmula, vel imitatrix, ſecundis auris inuecta, obſecundante conatibus pelago, nauigabat: paucis quidem, ſed concordibus nautis promouentibus puppim: cum multi acceſſere alij velut laturi ſuppetias, non ſufficientibus armamenta tractare: ſed non eadem omnes educati, ſub eiſdem Magiſtris nauticæ, rei peritia, dum quiſque artem ſuam potiorem ducit, nauim pene totam, ſub diuerſis diſtractam ſtudijs, ſubmerſere. Et diu eſt cum luctata cum ſæuis perſecutionis fluctibus, animoſe quidem ſed ſub varia tamen fortuna, plerumque ſæua & truci, adhuc tranquilliorem tẽpeſtatem potius votis, quam ſpe certa à longe ſalutat. Sed dabit tamen Deus procellæ finem, cui & mare, & venti obediunt; cuius prouidentiæ eſt, hominũ errata corrigere; eiſdemque vti ad ſolidè fundandam Eccleſiam, ac per dura, & aſpera exercendam. Nam *Neceſſe eſt vt veniant ſcandala: væ autem homini illi perquem ſcandalum venit.* Math.18.7. Sed hi gemitus alterius ſunt & loci, & temporis: niſi vero iuſtius, quam vtilius iactari iam poſſunt. Deſperato enim morbo, quoque ſe ægrum, qui vexatur, non putat, ne Æſculapius quidem ipſe medeatur.

VIII.

Sed & Ordo neceſſarius.
Inter ſuperiores inferioreſq.ue
Quo gemellos referimus, matribus hærentes,

Ordo interimos & ſummos.

Sed nulla *Dentium* tametſi apta *Iunctura*, commodi multum adferat, niſi *ordo* ſuaſit, vt ſuperioribus inferiores ſubiecti ſint, ſeque mutuo alterno labore iuuent. Id in *Ouibus gemina prole fœcundis* intelleximus, Dramatico comment. Cap.4. Not.7. Num.4. nec immerito: nam & corpore Agni matribus ſunt minores, rumiſque dependuli, ad lactis alimenta trahenda, quadantenus exprimunt *infernos Dentes*, quaſi *ſupernis* pendentes, quibus etiã minutiores ſunt. Huc *Magiſtrorum, Doctorumque* voca ordines, alio ſuperiores, Inferiores alios, ſed ſibi ad amuſſim incidentes, ſeriemque ſeruantes. Quod ſatis intelliges, ſi *Miniſtrorum*

Digitized by Google

Is ordo ſeruatus in Eccleſia,ſub Moſe, Ab imis ad ſupremos. Currente per medios ſerie, Sed magis in Chriſtiana,

ſtrorum veteris Eccleſiæ gradus perpenderis, qua de re toto Leuitici Libro multa ſunt tradita,cuique ſuo munere deſtinato: vt per inferiores ad medios, ſummoſque currente ſerie, *ordo* perficeretur omnis. Quanti autem interſit hic *ordo*, res loquitur ipſa: vt, niſi eo tenaciter ſeruato, nec alimenta myſtico corpori præſtari, nec digeri facile poſſint. Quod longe præſtantius in Euangelica præſtatur Eccleſia, ſpectaturque,vt ſuo loco dicemus,cum hæc eadem verba de ea dicta,Cap.6.5.examinabimus.

Ordo Miniſtrorum Eccleſię ſub Moſe.

IX.

Dos poſtrema integritas, Vt nullus ſit putris dens. In Magiſtris autem, Ne quis infamia notatus. Aut vitio aliquo fœdus,vnde dedecus ordini.

Poſtrema Dentium dos *Integritas* eſt, vt nullus abſit a ſua ſede, ſed ſeriem omnes impleant: nullus putris, aut inutilis alioqui ſit, aut vitio alio fœdus.Nihil enim turpius,quam, ſi cæteroqui ſuis dotibus commendabiles dentes,vacuis ſpatijs lacunoſi, aut morbo putridi ora inficiant,tetroque odore infament.Sic & in eorum numero, qui *Magiſtrorum* ordinem implent,ſi quis infamia notatus, aut ordine motus, aut publicè repræhenſioni obnoxius ſit,& cæteros velut contactu denigrat,& dedecore turpat,& ſimplici Populo offendiculo eſt; pluſque ſæpe vnius vitium damni infert,quam multorum virtus,& ſanitas Miniſtrorum. Atque hæc ſimilitudinis indicanda cauſa ſint dicta: plura fortaſſe, quam ſeuerus Lector voluiſſet.

Integritas Miniſtrorum, in quibus nemo notatus infamia.

VERSVS III.

SICVT VITTA COCCINEA LABIA TVA, ET ELOQVIVM TVVM DVLCE.

COMMENTARIVS.

ENcomium hoc ad *Leuitarum, Sacrorumque virorum ordinem* ſpectat, adque eas functiones, quibus ex Dei per Moſen inſtituto, in Tabernaculo ſeruiebant. Sub commendatione ergo *Labiorum Leuitas* laudat. Quemadmodum enim *Labiorum* munus eſt, & ſermonem digerere, & voces formare,& interpretes eſſe animi, interiuſque latentes cogitationes in publicum mittere: Ita *Leuitarum Chori*, ac *Sacerdotum* fuit (qui etiam de Leuitica gente) & Dei iuſſa referre ad Populum,velut Præcones, & Tubę; & illius ad Deum mandata perferre, velut Internuntij eſſent, pro illo conſtituti in ijs, quæ ad Deum ſunt. Et quanquam eorum etiam fuit muneris, laudes, hymnoſque ſacros Deo concinere, maximè poſt Dauidem, qui, velut ſacer quidam vates, in id à Deo delectus eſt, vt multa caneret; ac præterita Dei in illum Populum beneficia: ac futura olim myſteria verſibus ſtringeret, ac canenda cantoribus traderet; hoc loco tamen, non de hoc eorum munere, cui infra Verſ. 11. ſuus ſeruatur locus, ſermo eſt, vt arbitramur. Rite ergo *Ordo hic hominum Labijs* comparatur. *Coccineæ* autem *Vittæ* ſimilia dicuntur eſſe, quod quidquid tum rerum gerreretur, ſeu Populo, illis eloquentibus nuntiaretur, figura futurorum eſſet: & quanquam fortaſſe multis eorum ignorantibus, Chriſti ſanguinem, olim in cruce fundendum, contineret: vnde vis illa eorum inerat verbis per fidem in illum. Alioqui in cultu ſacro multus & *cocci*, & *purpuræ* vſus ob eandem cauſam. Atque hæc illa *Eloquij Dulcedo* eſt, quæ in *Labijs* commendatur: nihil enim Dei auribus aut gratius, aut ſuauius eſſe poterat, quam ſi identidem Incarnandi Verbi Myſteria, vel ſub typis, obſcuriſque figuris, occini ſibi ſentiret: quo ſcilicet vota illius de proximo properabant.

Digitized by Google

ENARRATIO.

DOctorum agmen proxime ſubit Leuitica Reſpub. in quibus ego Labiorum agnoſco ſimilitudinem, munere ſcilicet, decore, & ſono. Per eum certè ordinem Populi ad me voces, preceſque, & vota perferuntur: per eos mandata ad eum perducuntur mea, ac de rebus dubijs reſponſa feruntur. Eorum eſt, futura olim arcana, cum Filius inter homines aget, ſub figurarum vmbris, & verborum inuolucris, tradere; & quidquid in eam Gentem beneficiorum contuli, audiendi auidis, ad memoriam aciendam enuntiare. Hæ voces ſuauiſſimæ mihi ſunt, loquentium Pietate, & Fide. Video enim in illis Sanguinis illius notas per Fidem in Chriſtum impreſſas, quibus totum intinctum genus humanum, conciliandum eſt mihi. Hic Sanguineus imitatione Cocci, ac Purpuræ color mirabili decore myſtica hæc imbuit Labra, ac gratiſſima hilaritate, & gratia commendat, ſentio enim ad rem ipſam properari, quoque propius tantas res mihi ſpectare videor, eo voluptas maior cor meum titillat; ac, velut iam coram gerantur, non tam ſperantis, quam pene ſpectantis gaudium cumulant.

NOTATIO VII.

LABIA TVA.

SVM.COM.

I.

Labiorum decor, & munus.
Non vnum ſed multiplex
Vocalium ſonum ſola moderantur,
Et in alijs etiam modice operantur
Hinc variatio ſenſuum
Immo & de Coccinea vitta.
Non vna quæſtio eſt.
Seu colorem, conſideres,
Seu vinciendi munus.

LAbiorum id proprium, vt non decori modo, ac totius faciei pulchritudini ſuffragium ferant, ſed & neceſſitati ſeruiant functionum ciuilium, ac ſenſibilium: Siue tacendum, ſiue loquendum ſit, *Labijs* vtimur. Illis lingua coercetur, varieque applicita, voces formantur. Exceptum ſpiritum, ſine quo voces non conſtant, ipſa temperant; & pro vario ſitu vel laxant, vel coercent. Hinc ſonorum, tonorumque diſcrimina. Sed potiſſima vocalium litterarum inſtrumenta ſunt: ſola enim ſpiritus emiſſione; ſine aliûs adminiculo inſtrumenti, prout magis minuſue *Labra* laxantur, vocalium ſingularum ſonus exprimitur. Adde & concinendi rationem omnem & artem, quæ, niſi modulantibus *Labiis*, non conſtat. In *Labijs* ergo cum certum ſit horum aliquid, quantum ad vſum laudari, tanquam inſtrumentis; eadem ipſa rerum ſubiectarum copia, diſtraxit Interpretes. Quin, cum de *Vitta Coccinea* ſimilitudo ſit ſumpta, & id ipſum in quæſtionem venit; cur qui in Eccleſia *Labiorum* ſub ſchemate deſignantur, *Coccineæ Vittæ* comparentur. Inſuper, cum in *Vitta* & *vinciendi, conſtringendique munus*, & *coloris* ipſam gratiam *Coccinei* conſiderare poſſimus; vtrum horum, an vtrumque ad ſimilitudinis formam trahendum ſit, dubium vt ſit, Interpretum non ijdem ſenſus faciunt. Suo ergo ordine examinanda ſunt ſingula, vt, reiectis quæ minus in hunc locum quadrant, quæ probabilius dici poſſunt, ea amplectamus: & quantum locus, & inſtitutum pariter, illuſtremus.

Labia, inſtrumẽta ad varia munia.

Loquendi & cõcinendi ratio.

Vitta etiam ad vinciendum ſeruit, præter colorum.

II.

Quidam labia Prædicatores exponunt
Per quos Eccleſia filijs loquitur.
Quæ quidam minutiſſime expendere
Sed cur ad Prædicatores ſtringũt? Cum etiam alia labiorum munia ſint.

Qui ergo Labiorum nomine deſignentur, prima eſt quæſtio. Plerique eos hic agnoſcunt, *qui in Eccleſia prædicandi Dei verbum funguntur munere:* nec extra analogiæ leges vagari videntur. Hi enim ſunt in Eccleſia, per quos illa ſermonem temperat, Filijſque & credenda, & agenda denuntiat. Senſum hunc indicat magis quam tradit Iuſtus vrgelitanus, luculentius Philo, ſequuti hos de Recentioribus plerique. Quidam vero eorum & exactiſſimè, & minutiſſimè rem tractare aggreſſi, laudem tulere diligentiæ. Sed cur cum *Labia* non ad *loquendum* minus, quam ad *canendum* ſeruiant: nec ad prædicandum magis, quam ad Verbi functiones alias, ad *Prædicatores* hæc ſtringant, cauſam non reddũt. Hi ergo quærendi ſunt, qui *Labiorum* ſub ſchemate agnoſcantur, per quos Eccleſia *Labiorum* fungitur omni munere; ne, cum ad vnum aliquid laxam alioqui vocis ſignificationẽ ſtringas, minus expleas ſenſum, à ſacro ſcriptore intentum.

Prædicatores Eccleſiæ labia.
Theodoretus.
Caſſiodorus.
Gregorius.
Aponius.
Philo Carp.
Angelomus.
Beda.
Recentiores.

III.

Ad Martyres alij referunt.
Propter Fidei confeſſionem ſanguine firmatam,

Aponij ſingularis ſententia eſt, qui *Martyres* hic agnoſcit; *Sermonem* enim ad *Fidei confeſſionem*; *colorem Coccineum* ad *ſanguinis teſtimonium* refert. Eius ſenſum obſcurioribus traditum verbis, an planioribus explicare poſſimus, experiemur. Eccleſiæ os, ait, & *Dentibus* armatum, & *Labijs* ornatum *Coccineis*: ſibi autem vtraque præſtare ſuppetias; vt, ſi quibus

Aponius.
Martyres labia Eccleſiæ, nulla enim efficacior ad ſuadendum lingua.

Docto-

Digitized by Google

Qua nulla prædicatio efficacior.

Sed hi ad ſolum colorē reſpexere.

Omiſſo munere potiſſimo

Quo reſpexiſſe credendus Salomon,

Doctores, (hos *Dentibus* ſignificatos affirmarat) non perſuaſerint verbo prædicationis, his Martyres ſuſi exēplo ſanguinis, ac Fidei teſtimonio, non tam verbis, quā factis prædicēt, eoſque ad Fidei doctrinam amplectendam inducant. Cætera apud illum vide : hæc enim ſola huc faciunt. Sed profectò mirum eſt, in ſola *Labiorum rubedine* hunc Authorem, alioqui vigilem *Martyres* inueniſſe : ac, relicto potiſſimo *Labiorum* munere, in efformando Sermone, quod certè hic potiſſimum eſſe credendum eſt, in eo hæſiſſe, quod in *Labijs* non ad ſubſtantiam, munuſque pertinet; ſed ad decorem, ac ſpeciem, quod ſecundarium eſt. Aliorum mitto referre, atque examinare ſententias, qui hæc myſticè interpretantur, hic enim litteralem ſenſum indagamus.

In Labijs color ad decorem facit, non ad munus.

IV.

Nobis labia leuitæ ſunt,
Qui internuntij Populi ad Deum,
Et legis cuſtodes,
Eiuſque ſcientiæ diſpenſatores.
Ad cuiuſque exigentiam,

Nos hæc de *Leuitarum Ordine* præcipuo in ea Eccleſia interpretamur, quorum erat & internuntiorum fungi munere, inter Deum, & Populum; & mandata illius ad hunc, & huius ad illum vota, precéſque perferre. Hoc primum; Alterum, Legis & inſtituti ſacri ſcientiam velut Promptuaria quædam continere, ſuis locis, temporibus, perſoniſque diſpenſandam, iuxta cuiuſque captum, & indigentiam : alioqui continere, ac velut in ſcrinio theſaurum, ſeruare : quemadmodum *Labiorum* eſt proprium Sermonem & continere, & diſpenſare, ſunt enim *Labia* veluti oris quædam valuæ, cuſtodiendo, emittendoque Sermoni à natura datæ. Eius autem ſeu muneris, ſeu ſtudij fructus, ſpiritalis Populi vtilitas, vt & pij in melius proficerent; & quicumque aberrauiſſent, reuocarentur in viam.

Leuitæ Labia veteris Eccleſiæ.

Labiorum munus duplex.

Labia valuoris.

V.

Id habes apud Malachiam,
Qui maximè in hanc rem.
Vtrumque munus indicans,
Et internuntiandi.
Et cuſtodiendi legem.
Ideo vocat Angelos,
Qui Dei fidi nūtij
Nihil addentes, nihil mutantes.
Non modo in ſententia, ſed in verbis,
Verba enim Dei ipſa pondus habent,
Huc Paulus facit,
Sicut Lyrinēſis intellexit,
Cuius verba habes,
Non aurea modo, ſed gemmea,
Leuitæ ergo ritè labia Eccleſiæ.

Quam autem hæc verè dicantur, quamque merito Eccleſiæ illius hac in parte ſpeciem Deus ſub *Labiorum* ſchemate commendet, intelliges ex Malachiæ verbis, quæ, quia pulcherrima ſunt, & loco huic lucem ſuculentiſſimam, vice Commentarij, inferunt, omnia ſubdidi. *Pactum meum fuit cum eo* (cum Leui ſcilicet, quo nomine totum ordinem intelligit) *vitæ, & pacis : & dedi & timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in Labijs eius. In pace, & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius : quia Angelus Domini exercituum eſt.* Malach. 2. 5. 6. 7. Habes duo illa, ſcilicet, & internuntiandi munus, ideo enim *Angelus Domini exercituum* dicitur : & Legis ſcientiam, quam vt *Labia* quædam Eccleſiæ *Cuſtodire* debet, ſuis temporibus, ac locis diſpenſandā, vel retinendam. Non enim ad Populum in perſona ſua, ſed Dei nomine loqui *Leuitam* decet, monente Cyrillo. Nihil ergo addens, nihil demens, Oracula Dei referre debet ad Populum, qualia à Deo acceperit. Sic certo *Angeli* faciunt, cum à Deo mandata ad homines perferunt, non eadem ſententia modo, ſed eiſdem omnino verbis : ne quid ſcilicet de rerum pondere, ac vi verborum detrahatur. Magni enim intereſt, tametſi Dei loquaris nomine, tuis ne ipſius, an illius verbis loquaris : nam & ordo verborum ipſe, & Dei ſonus pondus habet. Quo fortaſſe Paulus reſpexerit, ad Thimotheum ſcribens: *O Timothee, Depoſitum cuſtodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ : quam quidam promittentes, circa Fidem exciderunt.* 1. Tim. 4. 20 21. Vincentij Lyrinenſis verba ſubdidi, parum erit ſi aurea dicam, gemmea ſunt. *Quid eſt depoſitum ? Id eſt, quod ſibi creditum eſt, non à te inuentum : quod accepiſti, non quod excogitaſti; rem non ingenij, ſed doctrinæ : non vſurpationis priuatæ, ſed publicè traditionis : rem à te perductam, non à te prolatam, in qua non Author debes eſſe, ſed cuſtos.* Et poſt pauca. *Aurum accepiſti, aurum redde. Nolo mihi pro alijs alia ſubijcias. Nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas.* Ritè ergo ſacer ille *Leuitarum ordo*, quandoquidem *Labiorum* munere in Eccleſia fungebatur, *Labiorum* hic nomine intelligetur : quorum eſt inſtrumenta eſſe ſermonis : & latentis interius animi ſenſa foras producere, & audientibus inſinuare : nec aliud eloqui, quā quod à mente ipſa dictatum fuerit.

Mal. 2. 5. 6. 7.

Leuitæ legis cuſtodes, & illius notitiæ diſpenſatores.

Angeli Domini cur dicti.

Verba Dei ipſa pondus habent.

1. Tim 6. 20.
Vinc. Lyrin.

NOTATIO VIII.

SICVT VITTA COCCINEA.

I.

De vitta coccinea multa à multis.
Quidam alluſionē ad funiculum Raab hic putant,
Sumpſiſſe id ex Iarrhio,
Alij melius ad Chriſti ſanguinē referunt,

MVlta hic à multis dicta : vt mirari ſubeat ingeniorum vbertatem, in duabus voculis, velut in diuite vena nobilis metalli, nec vnius, quod mirum eſt, generis, effodiſſe, eduxiſſeque theſauros. De veteribus nonnulli, quos ſequuti de recentioribus quidam, alluſionem hic factam ad *Funiculum Coccineum, quem*, velut ſalutis teſſeram, *Raab* legitur *de feneſtra adium ſuſpendiſſe*, exiſtimant, neſcio quam appoſitè : quanquam idem apud Iarrhium lego. Sed non æque omnes alluſionis rationem expediunt. Hebræus ille ad fidem in promiſſis retulit. *Tanquam filum, inquit, coccini labia tua, pulchra pollicendo, & pollicita ſeruando; vt fecerunt Exploratores Raaba meretrici.* Philo, ac Iuſtus melius ad *Chriſti ſanguinem*, factamque per eam humani generis liberationem, *Vt enim Raab meretrix*, verba

Theodoretus.
Philo Carp.
Iuſtus Vrgelit.

Iarrhias.
Funiculus coccineus è feneſtra Raab ſuſpenſus.

 ſunt

Digitized by Google

ſunt Philonis, *Signum Coccineum in feneſtra ſuſpendit, per quod Domus eius ſeruata fuit; licet Eccleſia per inuictam confeſſionem, Chriſti Fidem, & veram Caritatem Filiorum, veluti in feneſtra Coccineum velum habet, per quod ſanctiſſimam Trinitatem aperte confitetur, adorat, & credit; indeque ſalutem æternam amplexatur.* Labia ergo ad *confeſſionem, Coccineam Vittam* ad *Paſſionem* Chriſti refert. Sed aptius Iuſtus: *Qua propter illorum Labia decora, qui Paſſionem iugiter prædicant, & per Chriſti ſanguinem datam redemptionem annuntiant.* Probabilis ſententia & Cantici digna maieſtate: niſi hæc de Eccleſia Chriſtiana interpretarentur; de qua nondũ eſt ſermo, vt ſæpe eſt dictum.

In quo mortalium ſalus. Sicuti domui Raab a ſigno rubeo. Labia ergo rubeo Prædicatores mortis Chriſti. Hic ſenſus grandis eſt. — Eius myſterium.

II. *Nos in vitta Coccinea, Fidem in Chriſti mortem intelligimus. Sine qua interior affectus, Et exterior ritus placere Deo non poterat. Finis enim legis Chriſtus. Qui velut finis continebatur, In doctrina, tradita populo.*

Sed multo aptius ad noſtræ Expoſitionis ſeriem, ac rerum ordinem dicemus, in *Coccineo Labiorum colore Fidem in Venturum, moriturumque Chriſtum* ſignificatam. Id enim & Lex ſonabat omnis, & figuris, geſtiſque ſignificabatur: nec quidquam erat omnino, quod ad ſalutem, ſine illa Fidei interiore profeſſione, proficeret. Itaque duplice ex cauſa *Labia* Eccleſiæ *Coccinea* dicta ſunt: quod eorum (ad quos ſpectabat in lege, & eius inſtitutis promiſcuam Plebem inſtituere) & interior animæ deſpoſitio, ſine *Fide in venturum Redẽptorem*, ac pro ſalute hominum crucem, & mortem ſubiturum (ſaltem implicita, vt ſchola loquitur) minimè ſtare poſſet: &, quod eam ipſam, quam doctrinam Plebi inſtillabant, Legis omnia præcepta, ritus, cæremoniæ, oblationes, ac ſacrificia ſonabant Chriſtum, qui totius Legis ſcopus, haud alia ratione in ea continebatur, quam finis in illis, quæ ad finem ſunt: ac velut in ſigno, ac typo res per illa ſignificata. *Labia* ergo duplice cauſa *Coccinea* ſunt; & quia ex interiore afflatu *Fidei*, verba ſecum vehebant *mortem Chriſti*: & quòd doctrina ipſa ſecum, velut pixis odores ſolet, *Chriſti morituri pro mortalibus ſanguinem* continebat. Atque in his duobus tota ſimilitudinis ratio continetur.

Vitta coccinea Fides in Chriſtũ moriturum. — Interior ſenſus & externa ſigna ſine ea fide mortua.

III. *Id fortaſſe in funiculo Raab coccineo, Significatum eſt, Nam & vocem originalem, Quidam funiculum interpretati ſunt,*

Quodſi, quia ea ipſa in venturum, moriturumque Chriſtum Fides, futuræ olim redemptionis, aut ſignum, aut fructus erat ſalutis, per *Funiculum Coccineum*, à Raab de feneſtra ſuſpenſum, ſalutemque per eam velut teſſeram, & ſibi, & ſuis partam, ſignificata velut per typum, quod plerique veterum arbitrati ſunt, velis ad *Funiculum* illum eſſe hoc loco alluſum, tametſi non omnino probatur nobis, non prorſus reijcimus, vel propter veterum reuerentiam, qui ita exiſtimarunt. Nam & vocabulum originale *Funiculum*, ſeu *Filum* proprie eſſe, quidam de doctiſſimis voluere: quin & 72. reddidere σπαρτίον *Funiculum*, Ambroſius autem à reſti *Reſticulum*, Hiſpanè diceres *Cordoncito*, aut, *Cuerdecilla*. Quid autẽ de hiſce lectionibus recedentibus à vulgata ſentiendum ſit, alio loco docuimus.

Funiculus coccineus Raab fides in Chriſtum.

IV. *Sed vittarũ vſus olim, Diuerſus, in virginibus, & mulieribus, (Quo reſpexit Catullus) Ad conſtringendos crines. Ideo hæc quidam referunt, Ad conſtringendi vim, Quod eloquentia proprium,*

Vittarum olim vſus in colligendis, viciendiſque crinibus, quin & formam ipſam vittarũ diuerſam in virginibus, ac corruptis fuiſſe, multa indicia ſunt: illarum enim ſtrictior eſſe ſolebat vitta; harum latior. Ideo illa ſimplex dicta, ac ſimplice vitta digna, quæ virginitate nondum libata fuiſſet. Eo fortaſſis reſpexerit ille, quanquam ſcio alter velle alios, cũ de noua nupta poſt primos maritales congreſſus, dixit.

Vittarũ vſus ad vinciendos crines. — Catullus.

Non illam Nutrix orienti luce reuiſens
Heſterno poterit collum circumdare filo.

Quod nimirum mutato ſtatu, non eam liceret factæ mulieri eadem vitta ſubſtringi, qua, dum virgo eſſet, ſtringeretur. Hinc, quod de *Vitta*, aut Funiculo hic dicitur; quidam ad ſubſtringendi, vinciendique munus retulere. Philo: *Veluti vitta Coccinea fluxas cordis hominum cogitationes, ſanctiſſimis ſuis verbis, quaſi capillos ſparſos, ne immoderato fluant, conſtringit, ac firmat; in Deumque bene viuendo colligit, ac comit.* Theodoretus autem ad vim adſuadendum retuliſſe videtur: *Verba profert veritatis, quibus, tanquam vinculo quodam, capiuntur auditores, ac vinciuntur. Nam eloquium tuum eos demulcet, & retinet, nec diſcedere permittit; ſed Labijs tuis obſequi cogit.*

Philo. Cogitationes fluxæ verbo Dei vinciendæ. *Theodoretus.* Vis Verbi Dei ad conſtringendos & retinendos auditores.

V. *Id verum quidem eſt, Sed minus huic loco aptum. In quo ſimilitudo labiorum cum vitta, Alio reſpicit, omnino, Scilicet ad colorẽ & formam, Non ad vinciendi munus. Id enim ad labia immediate non ſpectat, Licet ſermoni vt cumque accommodetur,*

Hæc verè, quod attinet ad doctrinam dici non nego; ad hunc locum vt aptè dicantur id dubium mihi eſt. Nam certè cum *Labia Vitta Coccinea* comparat, id omnino in typo exquirendum eſt, quod & *Vitta*, & *Labijs* ſit commune: alioqui vnum cum alio minimè compoſueris, cum comparatio omnis ſimilitudine conſtet. *Coccinea* autem *Vitta*, & *Labijs* id commune eſt, vt & colore eodem tingantur; & *Vitta* quadantenus *Labra* (non aperta, atque hiantia, ſed modeſte ſibi coniũcta: non hiulca, ſed honeſtè incidentia ſibi) referantur. Quod ſi & *Vitta* alia couueniant, niſi ea ex analogiæ legibus *Labijs* conuenire demonſtres, quod ea ad id, quod miſticè in *Labijs* ſignificatum fuiſſe exiſtimes, transferas, ratio non patitur. Quod ſæpius monendum eſt, quia ſæpius interpretum à loco, qui præmanibus eſt, alieni ſenſus id cogant ingere. Tametſi ergo & *Vitta* & *Sermoni* id vt cumque commune ſit, vt vinciant, & conſtringant; non in eo vim poſitam ab ſacro ſcriptore ſimilitudinis arbitrabere, cum non immediate *Vitta* de ſermone, ſed prius de *Labijs* deinde per *Labia* dicatur; quibus id, quod de conſtringendi vi dicitur, aut vinciendi, & colligendi, minimè quidem quadrat, ſi proprie ſumas; vt in typo quidem, & Dramate ſumenda ſunt. Nam ſi figuratè velis accipere, pro oratione, iam non id ad Dramaticum ſenſum, ſed ad arcanum ſpectat. Quemadmodum ergo ſatis Dramatis

Regula obſeruanda in ſymbolico genere. — Vittæ & ſermoni vincire conuenit, minime labijs immediate.

ſerues,

Digitized by Google

Nec aliud in Vitta quærendum, Cum ad arcanũ ſenſum veneris. Licet ergo ea etiã dos Leuitarum fuerit. Non hic de ea ſermo eſt.

ſeruis, ſi in *Coccinea Vitta* & *colorem*, & *formam* conſideres, quod vtrumque ineſt etiam *Labijs*: ita, cum ad arcanum ſenſum tranſire volueris, ſatis erit, ſi vtrumque etiam applices: vt in altero *Chriſti morituri Fidem* conſideres; in altero *moderationem, modumque diſpenſandi ſermonem* ad captum promiſcuæ multitudinis: nec opus erit, ad colligendi, conſtringendique vim referas: nam tametſi ea ſeu *Prædicatoribus*, ſeu *Leuitis* dos ineſt, non id tamen his verbis ſignificatur; iſque ſenſus in alium aptius locum, aut fortaſſe in proxima verba, quibus *Eloquij* gratia commendatur, quadrabit.

VI.

Nec audiendi qui in vitta ſingulari, Vnã Eccleſiæ vocẽ intellexerẽ Propter conſenſum in vno ſenſu. Id enim ad alium locum pertinet, Hic ad formam labiorum reſpectũ eſt.

Eodem cenſu numeranda aliorum ſententia eſt, qui in eo, quòd non *Vittis pluribus*, ſed *vni Labia* comparantur, arcanum aliud agnouere: vnum ſcilicet Eccleſiæ *Labium* eſſe, atque vnam vocem propter conſenſum partium ſingularum: tametſi in ea eſt ſententia magnus omnino vir Gregorius Nyſſenus: cui vt in eo aſſentiamur difficile adduci poſſumus. Nam licet ea dos Eccleſiam ornet, atque ab vnitate commendet, vt eorum Labia quibus cura docendi Plebem commiſſa eſt, vnum ſapiant, vnum dicant, quod votum Pauli; id tamen locis alijs potius, quam hoc præcipitur, quo vis ſimilitudinis non in eo ſita eſt: nam *vna Vitta* vſurpata, vt *Labra* intelligerentur non hiulca, qualia fatuorum; non nimis preſſa, qualia aut auarorum, aut inuidorum; ſed modeſtè iuncta, ſibique ſororia caritate congermaneſcentia, ac velut oſculum iungentia; ſignificarentur: quod omne ad modeſtiam, honeſtatemque, ac ſimplicitatem eorum, qui *Labiorum* nomine ſignificantur, referendum eſt.

In vna Vitta ſolum ad labiorum formam reſpectum.

NOTATIO IX.

ET ELOQVIVM TVVM DVLCE.

I.

Eloquium auditoribus dulce, Ex quorundam ſenſu, Cui inſit perſuadendi vis. Quæ propria myſticorum labiorũ Non à ſed cõmunicata à Deo. Ideo tubis comparat, Quæ alieno ſpiritu ſonant inflata Alioqui omnino muta. Ideo Paulus dictus vas electionis, Et ſpiritus Domini Chriſtum impleſſe. Prior eſt enim illapſus ſpiritus, Deinde vnctio interior, Quæ ſemen magnorum facinorũ, Sine quo omnis humana vis ſterilis eſt.

AD quem ſit hæc eloquij gratia referenda, ſed *dulcedinem*, ſeu *ſuauitatem* voces, quæri poteſt; id eſt, cui dicatur *Eloquiũ Dulce*. Theodoretus ad *Auditores* referre videtur; nã cum de illis dixiſſet: *Verba profert veritatis, quibus tanquã funiculo quedã capiantur Auditores, ac vinciuntur*: Addit: *Nam eloquium tuum eos demulcet, ac retinet, nec diſcedere permittit; ſed Labijs tuis cogit inſeruire*. Itaque ad perſuadendi vim videtur referre. Et vero negari non poteſt, eam ineſſe vim eorum verbis, quibus ex munere, ac deſignatione, Dei datum eſt, vt *Labiorum* munere fungantur in Eccleſia: ſi quidem & ſe intelligant, ad id delectos; & à ſe habere nihil, quo permouere rudis Populi corda poſſint, & mutare in melius; niſi quod accepere à Deo, cuius primæ ſunt, & potiſſimæ partes in ea re. Agi ergo ſe ſinant, nec agere ipſi velint; vim enim diuinorum inſtrumentorum, aciemque obtundunt, quicumque ad diuiniſſimum opus humanis præſidijs indigere ſeſe, aut opis aliquid adferre poſſe, arbitrantur. Tubis ideo comparantur, quod alieno ſpiritu velut animati, ſonent; ſi is deſit, muti, atque omnino elingues. Tanti intereſt, quo infleris ſpiritu, tuoue, an alieno; humano, an diuino. Id eſt, quod de Paulo ad Ananiam dictum legimus: *Vas electionis eſt mihi iſte*, (σκεῦος ἐκλογῆς: *Inſtrumentum, organum electiſſimum*; à me ſcilicet certo conſilio in id electum) *vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & Filijs Iſrael*. Act.9.15. Id quod de Chriſto Iſaias dixit: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit Dominus me: ad annuntiandum manſuetis miſit me: vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem: vt prædicarem annum placabilem Domino*. Iſai.61.1.2. Prior eſt Diuini ſpiritus illapſus, deinde interior vnctio, qua ſignificatur indita à Deo facultas, & quaſi initiatio ſolemnis ad nouum munus, (ea electio inſtrumenti eſt, & quaſi conſecratio.) & quædam diuinæ virtutis communicatio, quæ ſemen eſt omnis honeſti, magnique facinoris. Quidquid ſine eo homini ineſt, ſubuentaneum eſt, atque euanidum, atque ineptum myſticam prolem gignere. Hominis enim omnia humana ſunt, id eſt, nullius ad frugem virtutis, niſi diuinis ſeminibus excitentur; ac velut indita, ac communicata cœleſti vita, cœleſtia, ac Diuina aduentitia diuinitate reddantur.

Theodoretus. Dulcedo eloquij ad perſuadendi relata.

Miniſtrorũ Eccleſiæ dotti vis ad perſuadendũ.

Iſa 48.1. Tubis comparati alieno ſpiritu ſonantibus.

Act.61.15.

Iſa.61.1.2.

Spiritus illapſus in animum ſemẽ magnorum facinorum.

II.

Ergo vnde vis, inde dulcedo eſt. Qua corda mutãtur. Ita vt mutari ſe gaudeant, Eſt id quiddam diuinum, Quod per aures in cor penetrat, Id donum promiſſum ab Ezechiele,

Ergo vnde vim induunt nouam, inde ſuauitatem participant; inde *Dulcedinem eloquia* habent, vt ſcilicet non modo vi mortalium corda velut, ſaxa perrumpant, comminuantq; (qua cauſa Dei Verbum, & *igni*, & *malleo* comparatur. Ierem.23.27. *Nunquid non Verba mea ſunt quaſi ignis, dicit dominus; & quaſi malleus conterens petram?*) ſed etiam alliciant, vt, frangi ſe, comminuique cum ſentiant ament tamen, velintque comminui, atque confringi. Eam autem *ſuauem, dulcemque vim* nulla Eloquentia habet, etiam ſi Neſtorem loquentem inducas: eſt enim quiddam diuinum, quod ſermoni mixtum ſonanti, ſeſe per aures inſinuat cordi, atque ita ſuauiter mulcet, vt non volenter ſolum, ſed & libenter, & cum voluptate trahatur. Id eſt, quod Deus pollicitus per Ezechielem eſt, ac per hos verbi Miniſtros implet, quos ipſe in opus tantum delegit. *Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum*

Miniſtrorũ hæc vis, dulcedini iuncta, qua ſuauiter corda mutãtur.
Ier 23.29.
Diſcrimen inter humana & diuina verba.
Ezech 34 26.

ponam

Digitized by Google

Poſtea datum Eccleſia,
Idque diſcrimen inter humana, & diuina verba.
Illa torrentes imitantur,
Quæ ſaxa alluunt non penetrant.

Deus corda præparat vt mutati gaudeant.

Verba humana torrentibus ſimilia.

ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra; & dabo vobis cor carneum: & ſpiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & Iudicia mea cuſtodiatis. Ezech. 36. 26. 27. Atque hoc vel potiſſimum diſcrimen eſt, inter hos Dei, per inſtrumenta ſua, emiſſos ſermones, & humanæ artificium Eloquentiæ: quod huius voces aquarum imitantur torrentes, cum per æſtum, immiſſis imbribus ſubitis, intumuerunt, qui alluunt quidem ſaxa, ſæpè & rapiunt, qua fluctu præcipite, ac ſonante labuntur; non rigant; vt, poſtquam deſierit vis illa, ac ceſſauerit fremitus fugientium aquarum, ariditatem ſuam adhuc ſentiant ſaxa, aquarum illa colluuie minimè immutatam: nec ſe de eo loco commouere poſſint, quo vi impellentium aquarum fuere delata.

III.

Hæc iugem habet humorem.
Qui poſtquam ceſſauerint verba, etiam manet.
Sic niues tacite decidunt,
Nec ſentientes terras fœcundant.
Sic ros ſine ſtrepitu terram inebriat,
Cum minimè ſentiatur.

Verba diuina ſimilia niuibus, tacite decidentibus.

Contra hæc Miniſtrorum verbis communicata humiditas, iugis eſt, & ſui vicariam, poſtquam abſceſſerit, relinquit diuini ſpiritus vnctionem in animo, cui iam illud muneris datum eſt, vt quidquid extranea doctrina, velut immiſſis per canales fluentis largiſſimis, irrigatum eſt, conceptum humorem non conſeruet ſolum, ſed ad noua germina educenda promoueat. Sic niuium nimirum vellera, ſua nube decidua, nec ſentientibus aruis incumbunt, vt, cum ſeſe viderint, noua genitrice vi, in nouam multamque prolem fœcunda, mariti imbris conſortium ignorent; quod minimè ſenſerint, inſinuantis ſeſe humoris, tacitos, ſecretoſque complexus. Hunc ille fructū, vel optabat, vel præſagiebat verbis ſuis, qui dicebat, *Concreſcat, vt pluuia, doctrina mea: fluat, vt ros, Eloquium meum: quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina.* Deut. 32. 2. Atque hæc in declamantium ferme morem, modumque dicta ſint nobis huius occaſione ſententiæ, quæ *Eloquij* laudatam *dulcedinem* ad Auditores referendam, non improbabiliter arbitratur.

Deut. 32. 2.

IV.

Sed attendendus loquentis ſcopus.
Nam qui amat ſibi amat,
Sibi gratum cupit quod amat,
Et quidem ſoli, nō alijs,
Laudat ergo dulcedinem eloquij,
Sibi ſcilicet ſuauiſſimi,
Perit alioqui ſententiæ concinnitas,
Id ergo hoc loco ſit certum.

Amans ſibi vni gratum quod amat cupit.

Sponſus ſuaue eloquium ſibi eſſe fatetur.

Sed magni intereſt ad verum ſenſum, ſi & perſonam loquentis conſideres, & loquendi ſcopum. Certè quidem hoc loco inducitur Sponſus à ſingulorum membrorum pulchritudine laudans Sponſam. Quiſquis autem amat, ita comparatus eſt, vt vni ſibi, non alijs, amet. Suam ſcilicet ſpartam ornare contentus, aliorum commoda haud multum curare ſolet. Quin vt omnis Amor indiuulſos habet aſſeclas, ac ſatellites, ſuſpiciones, ac metus, quidquid amat ſibi vni pulchrum, eſſe gratumque; cæteris implacidum, ingratumque cupit: ne ſi contra contingat, per eos gradus, ſeu cuniculos, alienus amor amatum pignus inuadat. Eius autem conſuetudinis multa leges in Profanis: ne, prudens lector, arbitrere, rem amantium vſu tritam inani eruditionis meſſe vel ornandam à nobis, vel obruendam. Ergo cum Sponſus hic & *Labia* Sponſæ laudat, & *Eloquij Dulcedinem*, ſuas ſcilicet delitias loquitur, proprioſque ſenſus exprimit: quidque ſibi & *Labia*, & *Eloquij ipſa grata* viſa ſit, id eloquitur: vt, quo animus interius per oculos, & aures paſcitur, verbis ſæpè, velut palato admoto reficiatur. Sibi ergo *Dulce Eloquium*, gratumque profitetur: alioqui perit tota ſententiæ concinnitas, & affectus flamma frigeſcit; ſi amantem inducas, alienas, in ea, quam amat, delitias exequētem, non ſuas. Quod ſi hæc, non alia tota Dramatis eſt lex, cum de arcana ſententia exquiſieris, id quærendum eſt, quod extra Dramatis artem non currat, nec analogiam contemnat.

V.

Laudatur ergo miniſtrorum vocis ſuauitas,
Licet grata etiam deo ſit,
Suauitas illa qua mulcentur Auditorum corda.
Ad Leuitarum ergo voces hæc pertinent,
De quibus etiam Malachias.
Munus Leuitarum deſignans,
Quo ſi rite ſungantur, gratiſſimi Deo ſunt.

Myſtica labiorū vox gratiſſima Deo.

Id ergo certū ſit, cū Deus Eccleſiæ, ſub ſcripta lege *Eloquii* laudat *Dulcedinem*, quam ſibi illius per *myſtica Labra* vox grata ſit, ac ſuauis, id per ea verba ſignificare velle, nec aliud. Nā licet Miniſtrorū ea vox, qua inſinuāt ſeſe per Audiētiū aures in cor mirabiles illas mutationes oporetur, ideoq; *Dulciſſima*, ac ſuauiſſima Deo, ſit, nō hic tamē de ea ſuauitate, atq; dulcedine, qua hominū corda permulcet; ſed de illa ſermo eſt, qua Deus ipſe affici, ac recreari ſe ſentit. Sequamur ergo, quod cæpimus, atque interpretemur de *Leuitis*, quorū à munere Legis præceptis imbuendi indoctā, rudemq; Populi multitudinē, laudes percenſet, vt pote, qui illorū oratione mirificè afficeretur. Habes in Malachiæ ſuperius inductis verbis indiciū ex parte huius interpretationis. *Lex veritatis*, inquit, *fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in Labijs eius; in pace, & æquitate ambulauit me cum, & multos auertit ab iniquitate.* Malacch. 2. 6. En illam *Eloquij dulcedinem, en ſuauitatem Labiorum*. Nihil enim gratius Deo, quam ſi eos, quos ſibi, velut organa quædam, atque inſtrumenta conſtituit, ad doctrinam cœlitus à ſe traditam, ſeu annuntiandam multitudini, ſeu declarandam, ſuo rite fungantur munere; ac religioſè quidquid mandatum fuerit, exequantur: & quidquid verbis enuntiauerint, exemplo confirment. Id eſt; *Lex veritatis fuit in ore eius*. Humanis inuentis Legem à Deo traditam minimè interpolaſſe, ac velut generoſum vinum aqua permixta minimè perdidiſſe: ſed, qualem acceperat à Deo doctrinam, cæteris tradidiſſe. Quod animosè magis, quam iactanter, de ſe Paulus dicebat. *Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes Verbum Dei.* 2. Cor. 2. 17. Cœlitus inſtillatam doctrinam humanis inuentis, inter quę legitimum coniugium eſſe non poteſt, velut illegitimo vinculo coniungentes. Græca emphatice: καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. *Cauponantes Verbum Dei.* Quod illi faciunt interprete Theodoreto, qui ſua cogitata gratiæ adminiſcent; quemadmodum qui vinum purum aqua diluunt, interpolantque, vt pro legitimo diſtrahant. Addit: *Sed ex ſynceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur.* Opponit ſyncerum id eſt purum, corrupto, atque

Id præſtabunt ſi fideliter doctrinā tradant,
Nec humanis inuentis interpolent.
Quod de ſe Paulus dicebat,
Non adulterans Dei Verbum,
Quod quidam, faciebant,
Quaſi aquā vino miſcerent,

Mal. 2. 6.
Lex veritatis quaſi apud Malachiam.

Diuina eloquia humanis cogitatis minimè interpolanda.
2. *Cor.* 2. 17.

Vino diuinæ humani ſenſus aqua minimè permiſcenda.

Digitized by Google

Sed cum fide proferens Dei verba. Aliter coram Deo ſuffundendus, Vt pote qui ea adulteraſſet. Hec prima dulcedinis radix.

atque permiſto. Syncerum autem interpretatur, *Quaſi ex Deo, & coram Deo*, vt ſine rubore faciem ſuam poſſit Deo probare, qui nihil in negotio verbi egerit, quod eum coram Deo poſſit pudores ſuffundere, & tanquam deprehenſum pœnæ ſubijcere. Id eſt, quod Malachias addit, *Iniquitas* (peruerſitas, deuiatio) *non eſt inuenta in Labijs eius*. Neminem circumſcripſit, neminem in fraudem induxit, vt eum à meo cultu, & auita religione in peregrina ſacra traduceret: ſed ſemper puram, ſalutaremque doctrinam rudioris Populi auribus inſtillauit.

Quid ſit apud Paulum ex Deo, & coram Deo loqui.

VI.

Altera ad exemplum pertinet, Quod nec omiſit Malachie. Magnum eſt tacite lingua ſi factis loquaris. Vileſcit enim inſtitutio omnis. Si facta diue: ſum doceant. Ideo cautio adhibita à Chriſto. Ne prauum magiſtri exemplum, Doctrina vim obtundat, Eſt enim virtus in arduo, Nec facile inducimur ad aſcenſum, Si hortatores videamus in ima ferri Nam hortamenta parum proſunt, Si factis contrarijs confutentur.

Hoc ad primam ſpectat partem, primamque *dulcedinis Eloquij* radicem: ad alteram illa. *In pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.* Vide exempli vim, eo enim hæc referenda omnino. Non voce modo ſed doctrina & factis. Puram ſynceramq; doctrinam Populis tradidit; nec minus exemplo, quam verbis profuit. Magna omnino res eſt, cum etiam tacente lingua, loqueris factis: & ſermone minimè auribus inſonante, exempla muta per oculos in animo clamant fortiore ſono, quam cum lingua non tacet. Adijcit autem & doctrinæ tametſi diuinæ, pondus exemplum: vt fere omnis inſtitutio vileſcat, contemnaturque, ſi non docentis factis, ad eiuſdem normam exactis, ſuſtentetur. Docet id Chriſtus, qui cautionem adhibiturus monet. *Omnia, quecumque dixerint vobis, ſeruate, & facite; ſecundum vero opera eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.* Matth. 23.3. Videbat ſcilicet, quam facile Vulgus oneri diuinæ legis humerum ſubtrahat, ſi Doctores animaduertat ea onera detrectare. *Alligant autem onera importabilia, imponuntque ea in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere.* Omnis ad virtutem via in cliuum, id eſt, in ardua ducit, vt non modo magnis animis, ſed & ingentibus viribus aggredi eam oporteat; Quid facias, ſi, alterius hortatu inductus, capeſſere viam cœperis, & in ardua niſi, ſi interea hortatorem tuum celeri curſu, ac velut torrentes ſolent, magno impetu per decliuia rotari animaduertas? Quid voces? quid hortamenta poſſint factis, atque exemplo doctrinam damnantis? *Omnia*, inquit, *quecumque dixerint vobis, ſeruate, & facite.* Video, arduum eſſe, illorum doctrinæ obſequium commodare; & facilius eſſe eorum exemplo duci, quam prædicatione moueri. Sed me habetis hortatorem, & quidquid illi peccant factis, exemplo firmantem. Me ergo ſpectate, non illos: nam quemadmodum eos ſua ſupplicia, & quidem duplicia manent, ſic vobis geminata parata ſunt præmia: & quia meæ doctrinæ, tametſi auſteræ, faciles aures accommodaſtis; & quia aduerſus eorum malefacta, arduum virtutis iter confeciſtes. Hæc mutæ ſunt Eccleſiæ voces illæ, quarum Deus ſuauitate mulcetur: nec minus illius auribus gratæ, quam quæ lingua promuntur. Hanc Deus *Labiorum* illius, *Eloquijque Dulcedinem* his verbis commendat, qua ſe ſcilicet mirè ſentiebat recreari.

Exemplum tacite lingua fatis loquitur.

Vitæ exemplum Verbo Dei adijcit pondus.

Mat 23.3.

Virtus in arduo.

Hortatoris ad aſcenſum voces vanæ, ſi ipſe per procliuia feratur.

EX VERSV EODEM.

SICVT FRAGMEN MALI PVNICI, ITA GENÆ TVÆ, ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET.

COMMENTARIVS.

IN Eccleſiæ *Genis* eius Populi *Iuniorem Ætatem* viros, ac fœminas agnoſcimus, impuberes ſcilicet & adhuc Virgines, nec immerito. Quemadmodum enim oris totius decor, & corporis totius ſpecies in *Genis* & modicè protuberantibus, & decenter rubentibus cernitur, nulla vt alia pars magis in fœminis emineat: ita nihil magis ad Reipub. ſpectat, ſpeciem, decuſque, quam *modeſta, ſuoque pudore ornata Iuuentus.* Accedit, & alia ratio. Nullius ex alterius partis aſpectu iudicium certius de cuiuſquam indole fieri, maximè in fœminis, ac Iuuenibus, quam ex *Genarum* illa forma, atque tinctura, quæ ad quemcumque minus honeſti ſermonis ſonum, reique aſpectum mutatur: indiciumque eius modeſtiæ, pudoriſq; qui latet in animo, facit. Quod & ipſum in bene morata, atque inſtituta Repub. cernimus, cuius ex *Iuuentutis modeſtia, pudore*, atque *honeſtate*, certo argumento totius corporis ſtatum, moreſque colligimus. Et vero

magnum

Digitized by Google

magnum argumentum eſt, in eo Populo honeſtiſſimè inſtitutæ *Iuuentutis*, quod, quanquam in ſacris libris ob alia ſæpè vitia repræhenditur: quantum ad *Iuuentutem* ſpectat, illiuſque modeſtiam, raro repræhenditur: vixque vnum aut alterum exemplum legimus, quod accuſationi ſubiaceat; idque non in illis initijs, poſtquam, educta ex Ægypto Hebræorum natio, inducta in promiſſam terram eſt; ſed poſtea ſub Regibus: poſtquam ſcilicet abundantia, atque vbertas laxauit habenas alijs vitijs, *Iuuentutis* ergo *Populi illius modeſtiam, pudoremque virgineum* laudat, in *Genis*, nulla inhoneſtioris affectus labe fœdatum. Quia autem *Iuniores* hi, maximè fœminæ Virgines, arcta Parentum diſciplina, matrum præcipue ſtudio, ac cuſtodia proficiebant, velut *grana Punicea ſuo cortice clauſa*, ideo additum: *Abſque eo quod intrinſecus latet*.

ENARRATIO.

ET quid iam, inquit, de tua iuuentute dicam, ſeu impuberes adhuc Pueros, ſeu Virgines ſub Matrum cuſtodia clauſas, conſidero? Quantus in illis honeſtatis decor? Quantus pudicitiæ ſplendet honor? Quanta modeſtiæ curæ? Eas ego in magno, ac pulchro corpore Genas eſſe duco, partes omnino conſpicuas, vnde indoles tota, tametſi in animo latens, velut in penetrali, tanquam per vitreas, perſpicuaſque feneſtras, conſpiciendam ſe probet. Sed ſæpè Genis ipſis, in virginibus, inuolitantes ſimplice neglectu crines, aut veli nubilum, haud meditato iniectu incumbens, gratiam addit, & ipſa latendi cura decorem. Tam ſæpè cultus ipſius, non ſtudium modo, ſed negligentia ad gratiam facit. In tua autem Iuuentute, tametſi ſua indole honeſtatis amante, ipſa Parentum ſtudia, ſolerſque cuſtodia virtuti ſponte currenti addit calcaria: & latens ipſa, vixque ſe inconſpectum dans modeſtia, latendi ipſa contentione, ac ſtudio magis decet. Sic ſcilicet Punici mali, tametſi extrinſeca forma ſua ſe ſpecie, ac grato aſpectu, commendantis, granorum ipſa ſub cortice præmentium ſe, ac continentium pulchritudinem magis ſe gratia probat, ac ſpectantes inuitat.

NOTATIO X.

SICVT ERAGMEN MALI PVNICI ITA GENÆ TVÆ.

ſVM.COM.

I.

Locus in paucis inflexus.
Et ſententijs diſtractus.
Sed non tota ſed pars Eccleſiæ,

Punico malo comparari.

Vni ergo parti accommodanda ſimilitudo eſt.

VIX locus alius toto Cant. Libello eſt diuerſitate ſententiarum magis diſtractus, vix vt vnam aliquam præ alijs poſſis probare. Sed nec omnium texenda ſeries eſt; ſatis erit, ſi præcipuas quaſdam, quibus grauiſſimi Interpretes addiderunt authoritate ſua pondus, examinemus, quidque probabilius arbitremur, definiamus. Atque in primis illud conſtituendum: non totam Eccleſiam Malo Punico comparari, quod & Ambroſius Hex. lib. 2. cap. 13. & Caſſiodorus, Philo Carp. Gregor. PP. & Beda omnes hoc loco, voluiſſe viſi ſunt. Nam certè cum in typo, ac cortice ipſo & oculi ſingillatim, & crines, & labra, & Genæ laudantur Sponſæ, ſingularia quædam illius membra, non totum corpus, à pulchritudine laudari intelligimus: & , quanquam ex ſingularum decore partium tota ſpecies, & ipſa ſua laude digniſſima, exſiſtat; aliud tamet eſt, ſi ſolam faciem, aliud, ſi totum corpus commendes: ſic & in ſignificatu arcano aliud intelliges , cum *Collum*, aut *Genas* audis; aliud, cum totum corpus laudari. Quærenda ergo vna pars in Eccleſia eſt, quæ ſub *Genarum* ſchemate, commendetur.

Ambroſius.
Caſſiodorus.
Philo.
Gregorius.
Beda.
Vni parti Eccleſiæ accommodãda ſimilitudo.

II.

Quidam de Prædicatoribus accipiunt.
Sed ratio non conſtat.

Quidam in *Genis Prædicatores* adhuc laudari exiſtimant, quos paulo ante, & quidam aptius, in *Labijs* agnouerant, vel propter eminentiam muneris, quod Gregorio placuit; vel quia, quemadmodum, vt guſtetur *Malum Granatum*, frangitur. Sic ſeſe illi quaſi fracti, & aperti, in cibos offerunt. Sed ſimilitudinem non in eo, quod in alimentum *Punica Mala*

Genæ Prædicatores ex ſenſu quorumdam.
Gregorius.

ſeruiant

Digitized by Google

Nec analog'a id patitur
Alij ad Paſſionis Chriſti prædicatunem referunt,
Videnturque de ſolo cortice mali Punici loqui.
Suis granis ſpoliati,
Quod alia ratione alij conſiderãt,
Sed neuter ſenſus cohæret.
Nam Genarum decus alio referẽdum eſt.

Caſſiodorus. Beda.
Anſelmus.

ſeruiant, ſitam, ſatis illud perſuadet, quod notatum alio loco eſt, & *Mali Punici Fragmini malas*, & *Malis Geniſque* aliud indicari, quibus omnibus aliquid commune ſit, nec proprium vnius bonum; Caſſiodorus autem, & illius premens veſtigia Beda, propter *Granati Fragminis* externum colorem, è pallido rubentis, quo ſignificari Chriſti paſſionem volunt, quam Prædicatores verbis præferunt; qui, cum docent, quanta in nos à Chriſti ſanguine vtilitas emanarit; ac per illum nos non modo peccatis mundos, ſed & Dei etiam conſortes factos, candidum, quod interiore facie in *Punicis Fragminibus* eſt, videntur oſtendere. Arbitrari videntur ſcilicet, *Genas* cum ſolo *cortice* ſuis ſpoliato granis, comparari: alioqui ſi *Malum* medium diuidas, non candidum, ſed rubore multo ſanguineum cernes. Id etiam conſideraſſe, in *Fragmine Mali Punici* videtur Anſelmus, quanquam alio trahit: exterius enim *mortificationem* agnoſcit, interius bonæ conſcientiæ *Candorem*, ſed eodem hic ſenſus improbatur argumentum: quod in *Genis* id, quòd de interiore candido dicitur, locum non habet. Sed neque in externo earundem roſeo, lacteoque colore, mortificationem intelligamus, ratio patitur: cum hæc longe aptius per pallorem *Malarum* indicetur. Et alioqui floridum illud *Genarum*, ex roſa, ac lilijs mixtũ, alio decẽtius trahendum videatur.

III.

Alij Pudicitiam agnoſcunt,
Et vitæ auſteritatem, quæ illius nutrix,
Vel de taciturnitate interpretantur.
Circa religionis arcana,
Alij de ſeueritate,
Qua diſſolutus, ſermo corrigitur.
Alij de modeſtia, malunt,
Probabilius qui de Virginitate.
Cuius ſatellites virtutes aliæ.

Nyſſenus. Theodoretus.
Tres Patres.
Pſellus.
Virginitatis cuſtodes, modeſtia temperatia, ſeueritas.

Aptius alij, & *Genas*, & *Mala Punica* ad Eccleſiæ *pudicitiam* honeſtatemque trahunt. cuius cuſtos continens, & auſtera vita eſt; quam cortex imitatur auſterus guſtu, nec tactu blandus, grata interius latentia continens, & rubore inſignia, & ſapore ſuauia. Sic ferme Nyſſenus: nec multum diuerſus Theodoretus abit; qui *verecundiam* Eccleſiæ hic conſiderat: quanquam id ipſum alio refert, ad ſtudium continendi ſub arcano pectoris ſacrorum myſteriorem rationes, quemadmodum *Cortex Mali Punici* continet grana. Itaque taciturnitatem, acutamque curam cuſtodiendi Religionis arcana, laudari hic putat. Quod longius videtur eſſe petitum, & præter *Malarum* munus quibus nec tacere, nec loqui conuenit. Contra, Tres Patres, Eccleſiæ in loquendo *grauitatem*, ac *ſeueritatem* in *Genis* agnoſcunt. *Licet enim* inquiunt, *in congreſſibus, mutuiſque ſermonibus, iucunditas meſſe ſoleat: tu tamen propter tuam in illis etiam temperantiam, quod profuſum, ac diſſolutum in illis eſt reprimis*. Pſellus vero maluit de *modeſtia* interpretari. Si rem ipſam ſpectes, probabiliter omnes loquutos dices: probabiliſſime Aponium, qui de *Virginitate* interpretatur; cuius aſſeclæ, aut certe ſtipatrices ſunt, & cuſtodes, *Honeſtas*, *Modeſtia*, *Temperantia*, *Seueritas*, *Verecundia*, *Pudor*: vt qui omnia hæc vna ſimilitu line comprehenſa velit, omne tuliſſe punctum in interpretando videatur. Nam & in *Malo Punico* earum virtutum omnium velut veſtigia quædam videmus: & in *Genis virgineis* expreſſiores imagines.

IV.

Nos ad diuerſos Eccleſiæ ordines referimus hæc encomia.
Genas ergo Iuuẽtutem interpretamur,
Nec à typo Punici mali res aliena.
Genarum enim ſubſtantia carnoſa eſt, & muſculoſa.
Modice tumens, prima in aſpectũ cadunt.
Natiua tincta purpura.
Facile animi affectus produnt.
Et ad ſingulos mutantur.
Pudoris & honeſtatis domicilia ſunt.
Quæ alibi hoſpitantur, hic habitant.

Genæ Eccleſiæ Iuuentus bene morata.
Genarum natura deſcripta.
Genæ ad quemcumque animi motum mutabiles.
Verecundiæ domicilium.

Sed quia encomium hoc ita inſtitutum arbitramur, vt myſtici illius corporis (Eccleſiæ dico veteris ſub ſcripta lege) partes quædam, ac varij perſonarum gradus, quod hactenus fecimus, potius deſignentur, quam dona illi collata; quidquid hoc Commate dicitur eadem interpretandi ſerie exponendum putamus. Hic ergo *Genarum* appellatione, *Iuuentutem* illius Populi, *Pueros* ſcilicet, *Puellaſque* intelligi oportere arbitramur, nulla adhuc minus honeſti affectus labe fœdatos. Siue ergo in *Malis Punicis* naturam, ſiue virtutum imitamenta obſerues, aptã in vtroque viam ſimilitudinis obſeruabis: *Genarum* enim ſubſtantia carnoſa eſt, nullo conſtans oſſe: tametſi ad motus facilitatem muſculoſa eſt; modicè, ac decenter tument, vt contractæ impleant manum, & tactui blandiantur, & quaſi ad ſe alliciant; & propter eum, quem tenent in facie, locum, inſpicientium oculis ſint obiectæ; nulla vt pars prius in aſpectum incurrat. Hæc ad naturalia ſpectant, Natiua dehinc purpura tinguntur, nulla vt corporis parte magis ſanguis traſpareat; earumque faciat qualitatum indicia, quæ in ſanguine vel probantur, vel improbantur. Quin illud proprium *Genarum* eſt, vt facile ad animi ſeſe affectus accommodent, & latentis in imo vel tempeſtatis, vel ſerenitatis indicia præbeant: Pallent in metu, in ſubito terrore liuent, ardent in ira, florent in lætitia, in triſtitia marcent, in verecundis ſubita purpura, quæ omnem coccum vincat, colorantur: in pudicis purpuraſcunt quidem, ſed temperatiore colore mutantur: atque ita demum afficiuntur, vt honeſtatis, modeſtiæ, ſeueritatis eſſe videantur domicilia: quæ cum in alijs humani corporis partibus hoſpitentur, hic habitent, velut in proprio domicilio: vt totus animus, licet aliter, quam in oculis, degere videatur in *Genis*: vt non malus earum, quæ latent interius, affectionum iudex futurus is ſit, qui ex *Genarum* habitu de illis cenſeat.

V.

Sic Iuuenum tenerior natura eſt
Mutari moueriq. facilis.
Quo proprius illius Character.

Genarum dotes Iuuentuti accõmodatæ.
Prou. 20. 29.

Pergamus hæc ad *Iuuentutem* vnius Populi applicare, vt quam apta ſit comparatio, lector videat. Iuuenum certè, propter ætatis teneritudinem tenerior natura eſt, ac necdum confirmatis robuſtiore ætate viribus, imbecilior, vt non immerito carneam dicas, quemadmodum *Genæ* ſunt. Facilitatem autem motus habitus ipſe corporis tenerioris, & ſanguinis feruor præſtat; quod ſatis ipſa inquietudine, ac facilitate morum, *Iuuentus* confirmat: vt proprius eſſe videatur character *Iuuentutis*. S. D. E. *Exaltatio Iuuenum fortitudo eorum; & dignitas ſenum canities*. Prou. 20. 29. Sed & humore affluente, ac ſuperabundante ſanguine, maxime fæculento, totius corporis habitus ſucculentior, quam in viris, aut

Digitized by Google

Corporis habitus [illegible]. Et oculis grata ſpecies, Ideo in myſtico Eccleſiæ corpore [illegible].

aut ſenibus eſt. Vnde illa grata oculis ſpecies, nullo adhuc ætatis vitio libata: quæ ad ſpectandum oculos,& ad contrectandũ alliciat manum.Hęc faciunt,vt myſtico Reipub. corpore nihil in oculos incurrat prius, quam *Iuuentutis* hic *Flos*, maturioris ætatis & fructum promittens, & ſpem ſuſtentans.

VI.

A Dauide autem [illegible]. [illegible] nouellis [illegible]. [illegible] nouellis oleis comparata. [illegible].

Iuuentus nouellis arboribus comparata, Pſal. 143.

Hæc naturæ in *Iuuentute* ſunt bona, quæ vna *Genarum* ſimilitudine deſignata ſunt,& à Salomone deſcripta, quemadmodum pleraque eorum à Dauide Salomonis Patre. Pſalm. 143.12. *Quorum Filij ſicut nouellæ plantationis in Iuuentute ſua.* Nam quo differt germen, recens, plantatum, & adhuc nouellum, ab arbore iam robuſtiore, ac per ætatem vbere, eo differat iunior hæc ſoboles, à Parentibus,neceſſe eſt: vt quemadmodum his & robur plenum,& proferendi fructus vim tribuimus; ſic illis hilaritatem,pulchritudinem, & primulos flores, futuræ olim vbertatis pignora tribuamus. Atque id eſt,quod loco alio de fœlicium Parentum ſobole Dauid idem dixit: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.* Pſalm.127.7.2.Nam in eo quod *Oliuarum*, non arborum aliarum, nulla fruge vtilium, tametſi virore frondium oblectantium oculos,noua germina dixit, ad futuræ vbertatis diuitias reſpexit, vt de Parentibus fœcundis fœcundiores Filij naſcerentur, qui in demortuorum locum ſuccederent,prolemque iuſtorum propagarent.

Pſal. 127. 3. Iuuentus nouellis oleis ſimilis.

VIII.

Sed [illegible] ad [illegible]. [illegible] Parentibus [illegible] infunduntur [illegible]. [illegible] de fortibus fortes de bonis exiſtant boni, Hebræa autem iuuentus nõ abſque laude. [illegible] corruptis [illegible], [illegible] Filij corrupti ſunt.

Filij parentum & ingenium & mores trahunt,

Sed ad electæ *Iuuentutis* in electo Populo bona animi veniamus,ad quæ potiſſimum reſpexiſſe hoc loco Salomonem credendum eſt. Adultioris certè ætatis mores, ac totius Reipub. faciem non alias melius ſpectes,quam in bene inſtituta aut ſecus *Iuuentute*. Transfundunt in Filios, non naturam modo, ingeniumque Parentes, ſed & indolem, & virtutes; nam nec ipſi dare Filijs,quo carent, poſſunt; nec, quo abundant non tribuere, ſiue illaudatum, ſiue laude ſit dignum. Scite ille:

Fortes creantur fortibus, & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis Patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Horatius.

Qualibus autem moribus Hebræorũ *Iuuentus* eo tempore, quo Dei merita laudes eſt, inſtituta fuerit, vel inde ſatis oſtenditur; quod, quanquam aliorum eius Gentis vitiorum, quibus Dei ipſe beneficentiſſimi prouocarunt iras, multa exſtat in ſacris libris mentio, Iunioris ætatis vix vlla ſunt veſtigia,quæ reprehenſione ſint digna: quoad propagato Imperio, diuiſiſque per hæreditates Tribubus, cum vitijs alijs, quibus fœde adultior ætas cõtaminata eſt, etiam licentia morum locum inuenit. Hic promiſcua ſupplicia, & prius à Prophetis prænunciata, & poſtea à Deo per hoſtes immiſſa. *Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor; Iuuenem ſimul, ac Virginem, lactantem cum homine ſene.* Deut.32.25. Et: *Iuuenes eorum comedit ignis, & Virgines eorum non ſunt lamentatæ.* Pſalm.77.63. Vnde Ieremiæ lachrymarum cauſa potiſſima.Thren.1.4.14.Quod ſcilicet pulcherrima Reipub.pars, & in qua potiſſima hærebat poſteritatis ſpes, indignis modis habita fuerit, propter Parentum peccata, & ſua ipſius. *In illa die deficient Virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti, qui iurant in delicto Samariæ; & dicunt: Viuit Deus tuus Dan.* Amos 8.13.14.Vt ſcilicet, qui paternæ erant impietatis imitatores,eiſdem cum illis cladibus interirent.Sed eo tamen tempore,quo hæc referenda putamus calente adhuc memoria beneficiorum, quibus donati à Deo fuerant; debellatiſque nationibus in promiſſam hæreditatem immiſſi; conſtituta pulcherrimè Repub. ſacrorumque ritibus procuratis, maximè Dauidis,ac Salomonis Imperio,Hebræam *Iuuentutem* optimis moribus inſtitutam, ſatis conſtat: in qua ſcilicet & honeſtatis amor,& pudicitiæ cura, & modeſtiæ vigeret ſtudium,& proprio ductu,& Parentum inſtituto, ac ſeueriore legum diſciplina excultum.

Eiſdemque ſupplicijs ſubiecta.

Hinc Ieremiæ lachrymæ

Nihil enim infelicius,

Quam ſi Virgines teneræ communi inuoluantur clade.

Sed eo tempore quod hæc reſpiciunt,

Laudari digna Hebræa Iuuentus.

Iuuẽtus Hebræa raro reprehenſa,

Corruptâ Iuuẽtus eiſdem cladibus ſubdita cum parentibus. Deut. 32.25. Pſal. 77.6.3.

Thren 1.4 18. Amos 8.13.

Dauidis ac Salomonis tempore Iuuentus bene morata.

VIII.

Quo pertinent Dauidis verba Pſal.143. Si originum lectionem premas. Sicuti & Hyeronymus tranſtulit, Et de recentioribus doctiſſimi. Iuuentutem bene enutritam optat, Paternæ pietatis imitatricem. Vt ſcilicet ſit in poſterum,quæ fuerit olim,

Pſal.163.11

Originum diuerſa lectio, & Hieronymi, & Recentiorum.

Sub cortice tẽporalium ſpiritalia intelligenda.

Hoc referre illa poſſumus,quæ legimus Pſalm.143.paulo ſuperiùs ex parte tractata: quæ quanquam 72.Interpretes ad alienas Gentes à Dei Populo, ac ſua felicitate tumentes, retulere; ſi Fontes ipſos Hebræos conſulas, potius de Dei Populo dicta arbitrabere, & in pulchrum ſenſum interpretabere. *Erue me*, inquit, *de manu Filiorum alienorum,quorum os loquutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum Filij ſicut nouellæ Plantationes in iuuentute ſua: Filiæ eorum compoſita circum ornata vt ſimilitudo Templi.* Pſalm.143. 11.12. Sed in Hebræo aliter hodie, vt olim legi ſolita Hieronymus teſtis eſt, qui ea de de Dei Populo interpretatur. *Vt ſint Filij noſtri, quaſi Plantatio creſcens in adoleſcentia ſua: Filiæ noſtræ quaſi anguli,ornati ad ſimilitudinem Templi.* Qua ferme ratione etiam Doctiſſimi de Recentioribus tranſtulere. Precatur ergo Deum erui de hoſtium poteſtate: vt pace fundata,rerum beata fęlicitas in ſuam Gentem inundet. Prima autem cura *Iuuentutis* eſt, ſexus vtriuſque; vt pulchra ſobole genus fundetur; &, non minus hæreditate Patrum, quam æmula pietate diteſcant, ornenturque Filij: neque enim hæc coercenda ad temporalia, parumque profutura bona; Sed ſub cortice temporalium ſpiritualia intelligenda. Illa autem; *Vt ſint Filij noſtri*, non ita dicta intelliges, vt antè, non fuerint,quales optat,

peritque;

Digitized by Google

Vt præterita merita nouis cumulet. Et ex eius adſpectu parentum mores ſe prodant. Quorum iugi inſtitutione profecerint.

petitque; ſed vt eſſe pergant, quod fuerant,& in dies meliores euadant. Id enim eſt, *Plantationes creſcentes, in adoleſcentijs eorum*; quo pacto Sanctes reddidit, aut, *Grandeſcentes*, vt Arias, Vt ſemper nouis augmentis, quemadmodum ætate, in virtutum laude floreant, & ante actæ vitæ merita ſequentis ætatis meritis cumulent. Vt quicumque eorum modeſtiam, verecundiam, ac pudicam honeſtatem conſideret, ex ijs argumentum ſumat, ad dijudicandum, quali Parentes pietate niteant, quorum ſoboles, intenera adhuc ætate, tam laudabilibus, ac conſtantibus inſtitutis profecerit. Eſt enim ſollicita Parētum in educandis Filijs cura, velut iugis aquæ vena, qua influente per radices, nobiles plantæ auctu mirabili adoleſcunt, donec in iuſtas, ac proceras, & vberes arbores euadant. Poſteriora loci huius verba commodius proxima Not. explicabuntur.

Parentum cura velut iugis aquæ vena.

NOTATIO XI.

ABSQVE EO, QVOD INTRINSECVS LATET.

I.
De arcano ſenſu difficilis quæſtio, Propter Græcæ lectionis diuerſitatem, Nam Græci laudari hic ſilentiū putant.

Et vero pudicitiæ dos taciturnitas eſt.

Sed hic ſenſus non ſatis vulgato aptatur.

Niſi aliter interpretere Græca, quod fecimus.

HOrum verborum difficultatem, quantum attinet ad corticis ſenſum, alio expediuimus loco: hic de arcano cura eſt, in quo non facilius eſt ſtatuere, quod doctus, cordatuſque lector, non faſtidiat, & quidem cum in huius interpretatione loci inter Græcos & Latinos non nihil ſit diuerſitatis, inde etiam diuerſitas ſenſuum inter vtroſque nata eſt, haud facile in concordiam reuocanda, 72. reddidere: *Extra taciturnitatem*, ſeu *Silentiū tuum*. Vnde nata perſuaſio Græcorum PP. arbitrantium, hic *ſilentium* Sponſæ commendari. Sic Theodoretus, Pſellus, Tres PP. Et vero ſi in prioribus verbis Pudorem, virgineamque Honeſtatem prædicari exiſtimes, quod probabile ſumus arbitrati, quin ingens decus illi accedat á *ſilentio*, & linguę continentia, negari non poteſt. Eſt enim Pudicitiæ dos parcitas in loquendo. Quod argumentum alij plenius tractauere: nobis pergendum eſt. Sed obeſt huic interpretationi quod nulla arte conciliari poſſe videatur cum Vulgati verbis: qua cauſa minus apta nobis in hunc locum eſt viſa, dum Dramatis ſenſum exquireremus: ideoque interpretati ſumus: *Extra taciturnitatem*, aut *Silentium tuum*, *Præter id, quod verbis explicari ſatis non poteſt*. Vt commendare, præter *Genarum* roſeum honorem, aliquid videatur, quod facultatem omnem orationis ſuperet. Qui ſenſus haud difficulter cum Vulgati verbis componi poteſt, vt eo fecimus loco.

Silentiū hic Eccleſiæ commendari, quidam volunt. *Theodoretus. Pſellus. Tres Patres.* Pudicitia dos ſilentium.

II.
Latinorum quidam laudari hic interna bona volunt. Qui ſenſus grauis, Et Cantici dignus maieſtate. Sed probabilius id ad Genas pertinere, Et bonum aliquod illarum proprium. Quæ malo Punico dicuntur ſimiles,

Extrinſeca ſolūm forma,

Nec aptius, qui intentionem rectam hic agnoſcunt,

De latinis plerique animi hic ea bona commendari volunt, quæ quidem exterius nulli patent ſenſui, interius autem ſoli Deo, cordis intima rimanti, reſplendeant. Sic Gregoriū ſequuti alij. Iuuat hanc interpretationem Punici Mali ſimilitudo, quod & Gregorio Nyſſeno obſeruatum eſt, & Caſſiodoro, & Bedæ, Ambroſio, citato ſuperius loco, ac Gregorio M. Hic ſenſus & grauis eſt, & Cantici dignus maieſtate. Sed obeſt, his verbis aliquid indicari, quòd proprium *Genarum* ſit bonum, vnde earum gratia creſcat, atque ex analogiæ legibus, quidquid arcano ſenſu, per *Genas* vellis intelligi, tale eſſe debet, vt pulchrius niteat ex ipſa latitandi circunſtantia. Id autem huic interpretandi rationi haud facile accommodari poteſt: nam tametſi in Punico Malo, præter eam gratiam, quæ oculis exterius patet, grana interius abſcondātur, ſua purpura florida, ſuo ſapore ſuauia, ſuo ordine mirabilia, verba tamen illa: *Aſque eo quod intrinſecus latet*, non ad id indicandum addita fuiſſe videntur: potius continere ſententiæ, ac ſimilitudinis exceptionem. Id autem facile poteſt oſtendi, ſi conſideres *Genas Malo Punico* ſimiles dici, nec dici ſimiles poſſe, niſi exteriore forma: cum interius nihil habeant, quo ſimiles punicantibus intra malum granis ſint: cum quidquid decorum eſt in *Genis*, in eo ſit ſitum, quod objicitur inſpectantibus, non in eo, quod ſub cortice latet. Aliquid ergo aliud quærendum eſt, quod & proprium ſit *Genarum* bonum, quo earum creſcat gratia, nec ad grana ipſa latentia ex neceſſitate referatur. Qua eadem ratione minus videtur probanda Anſelmi ſententia, qui hic *intentionem rectam*. Agnoſcit, Deoque in omnibus virtutum operibus, placendi deſiderium: cum ea intentio bonorum omnium operum conditio ſit, ſine qua nec laude apud Deum, nec præmio digna ſunt.

Animi interne bona hic laudari, alij malunt. *Gregorius. Nyſſenus. Caſſiodorus. Beda Ambroſius.*

Genæ cortici mali Punici ſimiles non granis.

Anſelmus.

III.
Genarum gratiā creſcere, ab inuolitante crine alibi dictum, Seu à velo obumbrante illos, Nam ſæpe cogitur oculus quod latet probare. Quod quid ſit, quærendum eſt.

Nobis hæc facile expediri poſſe videntur. Si meminerimus, dum corticis ſenſum expēderemus, monuiſſe, quemadmodum ſupra oculorum, ita hic *Genarum* gratiam commendari ab decore inuolitantis à fronte in oculos *Genaſque* negligente licentia *Crine*, vt latinam lectionem cum Hebræo fonte conciliaremus: ſeu *Velum* potius placeat intelligere, à fronte in oculos *Malaſque* dependulum; quod neſcio qua ratione magis decet: vt, cum omnis gratia iudicem, atque approbatorem oculum habeat, hic illud approbare cogatur, quod ſubtrahitur viſui. Quid ergo hi *Cincinni*, *Malas* ipſas obumbrantes, ac noua gratia commēdantes; quid *Velum*, ſeu *peplum*, quod earum decus, dum abſcondit, promat, ſit, videndum

Cap. hoc Ver. 1. Genarum gratia maior ab obumbrante crine, aut peplo,

Digitized by Google

dendum eſt: & an in *Malo Punico* quid ſimile inueniri poſſit, vt ſimilitudo omnis quadret.

IV.

Capillis populum ſignificari diximus promiſcuum. Cui permixta pudica Iuuentus, Gratior ſe oculis ſiſtit, Nam latere Virgines neceſſe erat. In tanta gentis multitudine: Nec ideo minus pulchras Deo eſſe. Nam & virginitati ſua tunc tributa laus, Cui magnus decor à proxima Nuptiarum face. Nunquam enim non viſa diuina hæc virtus, Vt communi afflicta clade, Lachrymas cieret abonis, Pene ſacerdotibus comparata.

Capilli Fidelium promiſcua multitudo.

Capillorum nomine ſuprà illius Populi promiſcuam multitudinem intelleximus, nec aliud loco hoc, Hebraica lectione: *Intra Comam intra Cincinnos tuos*, intelligendum eſt. Erit ergo ſenſus, Pudicam illius Populi *Iuuentutem*, adhuc connubij legibus ſolutam, & cuiuſcumque minus honeſti affectus inexpertam, ex ſe ipſa *Pulchram* eſſe, & gratiſſimam oculis, ſuo honeſtatis rubore tinctam ſuo ætatis flore vernantem; & comparatione cæteræ multitudinis, qua abſcondi quodammodo videretur, magis probandum. Ideſt, *Intra Cincinnos tuos*: intra cæterorum virorum, ac fœminarum turbam. Nam quia in tanta populi multitudine haud exiguus numerus *Iuuenum* eſſe poterat, ac per diuerſas familias ſparſus, quodam modo videbatur latere, non ideo, ait, illis de laude detractum; quin potius ab ea ipſa latebraram iniuria, ex proxima cum cæteris comparatione, gratiam creuiſſe. Si hæc ſequare vides omnia ſatis quadrare, & nullam contemni analogiæ legem, ſed omni ex parte conſtare. Et vero ea etiam tunc *Virginitatis*, ac *Pudicitiæ* gratia erat, vt, tametſi interitura breui, atque in nuptijs velut ſepulchro condenda, mirè tamen Deo placerer, vel ſua ipſius ſpecie, vel imagine futurorum: nec enim poterat tantus decor Deo ipſi, omnis honeſtatis fonti, non eſſe gratiſſimus, vbicumque tandem ſeſe oſtenderet. Omni autem honeſtati, atque integritati, à proximo carnali Nuptiarum, complexu, ac velut dedecore, gratiam creſcere neceſſe eſt, ne vlla omnino aut ætas fuit, aut natio, cui hæc virginei chori pulchritudo viſa non ſit diuina; ac dum exſtaret, etiam matronali honeſtati prælata, & grauitati præhabita. Vt cum comunibus cladibus peteretur hic Reipub. Flos, & bonorum cieret lachrymas, & quæſtus exprimeret. Hinc illa Ieremiæ: *Audite obſecro, vniuerſi populi, & videte dolorem meum: Virgines meæ, & Iuuenes mei abierunt in captiuitatem*. Thren. 1. 18. Vt pene eodem gradu cum Sacerdotum ordine *Virginum Chorus* computaretur; nec minus harum, quam illorum calamitas lugenda videretur *Sacerdotes eius gementes, Virgines eius ſqualidæ; & ipſa oppreſſa amaritudine*. Thren. 1. 4. Atq; hic primus horum verborum ſit ſenſus, ſi eorum lectionem ſequamur, qui, quòd in fontibus eſt: *Leiſammatbec*, reddidere: *Intra Comam Tuam*, ſiue *Cincinnos tuos*.

Virgines inter reliquum populum latẽtes, multo gratiores,

Virginitati etiã morituræ ſuus honor habitus in illo populo; & maior ſplẽdor á nubilo nuptiarum.

Thren. 1. 18. *Et*, 1. 4. Virgines Sacerdotibus æqui paratæ.

V.

Cura parentum, in Virginum cuſtodia, Pudicitia earum gratiam addit. Id Deus affirmat. Placere virgines ſuo genio pudicas, Quibus à parentũ cura gratia maior. Inde nomen Virgini apud Hebraos, Almak. Non modo virginem, ſed clauſam ſignificans, Nunquam denupta vſurpatum ex cenſu Hieronymi. Commendentur ergo Virgines. A latendi ſtudio, & parentũ cura, Atque in eo tota ſimilitudo verſatur. Sicuti Genis ab inumbrante velo, gratia additur.

Sed quia alij maluere teddere, *Intra Velum Tuum*, quod omnino Iarrhius voluit, & id etiam in aptum ſenſum vt trahamus, res ipſa poſtulat. *Curam* ergo hic, ac Parentum ſtudium in cuſtodia *Virginum* ſuarum, & inſtituenda *Iuuentute* laudari putamus: vt *Iuuentus* & indole ſua in honeſtatem, ac pudicitiam prona, laudetur; ac Parentum inſtitutione, ac cuſtodia prorſus melior. Atque id eſſe arbitramur, *Aſque eo, quod intrinſecus latet*. Latet quidem in penetrabilibus paternarum ædium ingenua *Iuuentus*, *Virgines* maxime, impenſa cura ſeruatæ, ne vlla virorum licentia, vel laſciuiore oculo earum pudicitia libetur: ſed nec ideo aut minus obſeruatæ mihi, aut minus gratæ: quin & ſua ipſarum indole mirè placent; virgineoque pudore; & multo magis placent latebrarum ipſa cuſtodia, quæ omnis pudicitiæ, honeſtatiſque, & nutritia eſt, & pædagogus. Id intelliges, quam probabiliter dicatur ſi memineris Virgines eo apud Hebræos vacabulo nominatas, quod has latebras, & cuſtodiendi eas ſtudium ſignificat, *Almak* enim *Virgo* dicta eſt, à verbo *Alam*, latere, abſconditum eſſe; *Ergo Almak* (verba ſunt Hieronymi,) *non ſolum Puella vel Virgo, ſed cum* ἐπιτάσεως *Virgo Abſcondita dicitur, & ſecreta, quæ nunquam virorum patuerit aſpectibus; ſed magna parentum diligentia cuſtodita ſit. Lingua quoque Punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, proprie Virgo Almak appellatur. Et, quantum cum mea pugno memoria, nunquam, me arbitror Almak in muliere nupta legiſſe; ſed tantum in ea, quæ Virgo eſt: vt non ſolum Virgo ſit, ſed Virgo iunioris ætatis, & in annis adoleſcentiæ*. Hactenus Hieronymus. Hoc ergo Cantici loco, quo de Iuniore Populi illius prole, *Virginibus* maximè ſub *Genarum* typo Sermonem eſſe definiuimus, id, quod dicitur *Intra Velum Tuum*, aut iuxta vulgatum: *Abſque eo, quod intrinſecus latet*, commendationem continebit pudicitiæ, atque modeſtiæ *Iuuentutis* illius, cui & à natiua indole honeſtas ineſſet, & è vigili Parentum ſtudio, atque cuſtodia creſceret, nouo addito decore. Ergo quemadmodum *Genis* multa inerat à natiua ſpecie, ac purpura gratia, cuius laudem cumularet *Velum* negligente iniectum ſtudio, & ſecundum partem obnubilans, ne tota pateret; ita & *Virginibus* Hebræis arcta illa Parentum cuſtodia, & proprium latendi ſtudium gratiam, qua Deo erant gratiſſimæ cumulabant.

Larrhius. & ex eo Genebr.

Virgines Hebræę & à ſe pudicæ & cura parentum ſeruatæ.

Almak, virgo nõ ſolum, ſed clauſa.

Hieronymus.

Almak, nunquã appellata quæ nupta.

VI.

His forſitan affinia. Pſalm. 143. Vbi Virgines angulis templi comparantur, Propter latẽdi ſtudium.

Atque id fortaſſe fuerit, quod Dauid de ſuæ Gentis *Virginibus* innuit, Pſalmo illo 143. 12. quem ex parte locum ſuperiore Not. tractauimus. *Filiæ noſtræ quaſi anguli, ornati ad ſimilitudinem Templi*. Sic enim hæc hodie in Originibus ſonare monuimus; & olim à Hieronymo fuiſſe translata. Nam cur *Filiarum ornatum* cum *angulis Templi* componit? Nam certè ſi ad ornatum externum tantum reſpiceret, haud opus fuerat, ad angulos confugere, quos vix vlla edituorum diligentia eſt, quæ admodum curet. In altero ergo ad miſticũ virtutum ornatum, Pudicitiam ſcilicet, cæteraſque illius aſſeclas virtutes reſpexit; non

Virgines cur angulis templi comparatæ. *Pſal.* 143. 12.

minus

Digitized by Google

Qui enim latere vult, Angulos quærit, non cubicula.

minus ſacras Deoque gratas, quam templi ſit ipſa ſanctitas; in altero ad latendi ſtudium proprium, Parentumque cuſtodiam: quiſquis enim latere velit, in magnis ædibus, angulos ipſos obſeruat, quorum ſe vmbris tegat, non cameras, non aulas, non cubicula, cui vis peruia. Habes ergo ex Dauidis teſtimonio in *Virginibus* Hebræis id ipſum planiore ſermone expoſitum, quod Canticor. hoc loco Salomon de eijſdem ſub Dei perſona prædicat: ne à Patris doctrina Filius recedere videretur.

VERSVS IV.

SICVT TVRRIS DAVID COLLVM TVVM, QVÆ ÆDIFICATA EST CVM PROPVGNACVLIS: MILLE CLYPEI PENDENT EX EA, OMNIS ARMATVRA FORTIVM.

COMMENTARIVS.

Collo Ordinem Sacerdotum intelligendum arbitramur; nec aliud exiſtimabit, quiſquis & *Colli* munia, & dotes, vnde illius exiſtit pulchritudo, & comparationem, ex analogia, cum *Turri Clypeata* perpenderit. *Collo* caput erigitur, & ſuſtentatur, vt ſupra reliqua emineat membra, & firmiter hæreat: *Collo* caput cum cæteris iungitur membris, vt vnum corpus efficiant, motumque omnem à cerebro per neruos participent: *Collo* alimenta in ſtomachum tranſmittuntur per œſophagum, quibus inibi excoctis, digeſtiſque, totum corpus nutriatur; breui, ſi id munus deſit, interiturum: *Collo* demum trahitur ſpiritus, quo & viſcerum ardor temperatur, & cor viuere intelligitur; eſt enim reſpiratio interioris vitæ effectus potiſſimus, & indicium. Addere poſſumus, *Collo* id proprium eſſe, vt motus omnis capitis ſit inſtrumentum, ſeu tolli, ſeu dimitti, ſeu in alterutram partem moueri, ſiue antrorſum, ſiue retrorſum velit. Quibus *Sacerdotalis Ordinis* potiſſimas partes muneris graphicè deſcribi exiſtimamus. Eccleſiæ *Caput Chriſtus* eſt, ſeu mauis *Deus*. Hic ordine Sacerdotum, & in altum erigitur, & erectus ſuſtentatur; quia eorum eſt, altum de Deo ſenſum Populis ingenerare, atque ingeneratum animis conſeruare; vt ſemper intelligatur maior omni humana exiſtimatione. Ordine Sacerdotum Deus cum cæteris Eccleſiæ membris coniungitur; quia per illos Deus ad Homines, Homines ad illum tranſmeant: ſunt enim inter vtroſque mediatores, per quos omnis myſtici motus ratio a Deo in cæteros communicatur. Eodem doctrinæ alimenta in myſtici corporis ſtomachum tranſmittuntur: ſunt enim ipſi Verbi omnis adminiſtri, quo Populus alitur, ac nutritur, donec euadat in perfectum virum, in menſuram plenam ætatis Chriſti. Eodem trahitur myſticus ſpiritus, ſeu fidem hunc, ſeu Charitatem, ſeu vtrumque potius velis eſſe, quo vitalia Eccleſiæ, haud raro terrenorum affectuum igne calentia, refrigerari poſſint, illa cœleſti aura quæ vel Babilonis fornacem eſt potens extinguere, quod ſpiritalis omnis vitæ certum indicium eſt. Demum ſacro hoc Sacerdotum ordine velut inſtrumento caput mouetur: eo enim, velut carruca, iuuectum, omnem agitur in partem: ad eos enim ſpectat, pro rerum ipſa ac perſonarum indigentia, locorumque, ac temporum circunſtantijs, Dei in Eccleſiæ corpus influxum vel temperare, vel regere, vel diſpenſare; ac vigili ſtudio prouidere, ne cuiquam quid membro diſcriminis immineat, Ea omnia *Turri Dauidicæ*, ſeu *Arci* in typo communia ſuo modo ſunt, de quo in Notationibus. Quod autem additur de *Propugnaculis*, atque *Clypeis*, non alio referendum, quam ad Sacer-

Digitized by Google

dotalis ordinis illud munus, quo, & vigili ſemper ſtudio, prouidere debent, ne quid Eccleſiæ corpus capiat detrimenti; ſciant ſe pro *Muro*, & *Arce opponere pro Domo Iſrael*; vt & hoſtes arceant, ac omni armorum genere vſi, eos extra teli iactum contineant, ne accedere audeant, Fideliumque pacem turbare. Ea autem *Arma* ſunt, ſana, ac ſolida doctrina, qua & fidei puritas conſeruetur, & confutentur errores.

ENARRATIO.

ET me quidem iuuentutis is flos, virgineuſque candor, & Pudor multum delectat; ſed haud minus iuuat Sacerdotum ordinem, munerisque proprij implendi ſtudium ſæpè ſpectare. Si mihi ordo in pulchro tuo corpore Ceruicis ſe decenter ſurrigentis, ſpeciem præbet. Nam & mihi, ſui ratione gradus, proximè herens, meum quodammodo Nomen erigit, ſuſtinetque, dum altum de diuinis rebus ſenſum rudiori plebi inſtillat; ne ſi humilius quid, aut abiectius de me cogitat, mea apud homines exiſtimatio minuatur; itaque illis quodammodo quod Deus habeat, acceptum fero. Iidem me cum Populo iungunt: per illos enim & mandata mea ad Populum perferuntur; & eorum ad me pietas, cultuſque defertur. Eſt enim ex inſtituto meo vna fere hac forma adeundi ad homines, eoſque ad me deducendi; motumque illis & vitam communicandi. Quid cum doctrinæ pabulum myſtico corpori ſubminiſtrant, prouidente me ne vnquam meis alimenta deficiant? Sic totum corpus ſanum, vegetumque, ſuoque tinctum rubore ſenſim augeſcit, & in maturam ætatem prouehitur. Sed vita nulla ſine ſpiritu eſſe poteſt; per eos, tanquam per tractorias fiſtulas, cæleſtis trahitur ſpiritus Fidei & Caritatis, dum multa prece ac iugi cæleſtium rerum contemplatione imbibunt pietatem, Fideque ac Caritatis vitam, quam in reliquum corpus inſtillent; quo viſcerum ardor, ex terrenarum rerum afflatu tractus, atque in cordibus ſæuiens, ſalubri aura temperetur, velut inſperſo rore frigeſcat: ſi hic ſcilicet ceſſet reſpirandi ordo breui interituris. Quin & mihi quodammodo motum tribuunt, dum, in quam voluerint partem, flectunt. Per eos annuo Populi votis, per eos faciem obuerto, atque ab vna in aliam partem flecto; eiſdemque tanquam baiulis varias in partes deducor. Rite ergo eorum, qui mihi proximi gradu ſunt, Ordinem Collo ſimilem eſſe dixi: ſed necdum totum expreſſi, quod volo. Nam & munitiſſimæ arcis vicem gerunt, ad excipiendos hoſtium omnes incurſus paratæ. Siue enim iratus ſupplicia impijs paro, ſeſe velut murum totis irarum aciebus inuehenti mihi opponunt; atque indignationis inhibent curſum. Siue Erronum, errorumque cohors impreſſionem in ſimplicem multitudinem molitur, niſi perrumpant hanc arcem, irrito conatu labore ſuperfluo fremunt; nam Fidei ipſi clypeis probè contecti, doctrinaque armis muniti, & hoſtium rident conatus, & audaciam frangunt: ſemper vigiles ad omnem inimicam artem præuertendam:

NOTATIO XII.

SVM. COM.

SICVT TVRRIS DAVID COLLVM TVVM.

I. *Tranſitus à Genis ad Collum. De quo anceps ſententia eſt. Maxime propter turrim, Cui comparatur.*

TRanſit à Genis ad *Collum* partem proximam, cuius ad ſpeciem totam in fœmina non minima gratia eſt: illud autem ſuis doribus hic ornatum dicit, ex comparatione cum *Dauidica Turri*. Quidquid autem ad corticis ſenſum pertinet, alio loco expenpenſum eſt; Quantum ad arcanam ſententiam ſpectat, quid *Colli* nomine loco hoc intelligendum ſit, anceps ſententia eſt, nec vna difficultate perplexa; maximè, ſi, quod de *Dauidica Turri*, ſeu *Arce* dicitur, velis ad myſticum Eccleſiæ *Collum* accommodare. Suo

Dram. Com. c. 4. Not. 13. & ſeq.

De collo Eccleſiæ quæſtio non vna.

ergo

Digitized by Google

De quia re alij parce loquuti.

ergò ordine ſingula ſunt tractanda; tam enim aridè hæc à quibuſdam agitata ſunt, vt auidum Lectorem arentem dimiſerint: cum tamen hoc commentandi genus ſtrictam illam, ac per exiguas puncturas interpretandi formam non amet: nec ſe ſatiatum Lector arbitretur, niſi poſt plenas men[illegible]as, analectorum aliquid ſuperſit, quod in alios vſus ſeruet.

II.

Colliautem nomine pars certa diſignata, Myſtici corporis Eccleſia, Quod per ſingula membra hactenus laudatum nō eſt, Niſi modicè, & vniuerſim, Hic per otium & ſingillatim. Sicuti cap.6 & 7. Hactenus enim nondum per ſuos ordines conſtituta repub. Seu ſacra ſeu politica, Partes quæ laudarentur non erant. Hic vtraque Repub. conſtituta, Per legem, & traditos ritus, Et hominum diuiſis ordinibus deſignatis. Integrum corpus conſtitutum, Laudari per ſingula meritum, Quod factum à Deo ſpon[ſ]o. Non ergo hæc ad virtutes, Sed ad varios ordines referenda ſunt.

Id autem, antequam penitius ingrediamur in cauſam, obſeruandum hic eſt, quod & ſuperius eſt monitum, ſi quidem analogiæ hærendum ſit loco per Eccleſiæ *Collum* myſtici illius corporis partem certam deſignari: hoc autem corpus, non affectibus, non virtutibus, tanquam partibus conſtitui, ſed varijs eorum hominum ordinibus, ex quibus ordinata hæc multitudo conſiſtit. Atque eam ego cauſam eſſe exiſtimo, cur in ſingulorum Eccleſiæ membrorum laudes, quaſi ex profeſſo, minime Deus hactenus linguam ſoluerit, Nam quanquam Cap.1. 10. illius genas à Turturum ſimilitudine; & Collum à Monilium comparatione: & oculos à columbarum æmulatione laudarit; tamen id & modicè factum eſt, nec perfecta laudatio; quaſi quidem laudandi auidus in ipſo conatu hæſerit, quòd nondum materia parata ad laudationem ſingulorum membrorum eſſet; ſatis habuit generali ſermone dicere: *ſicut Lilium, inter ſpinas, ſic Amica mea inter Filias*, Cap.11. 2. Hoc autem 4. cap. per otium quaſi iam diſpoſito omni laudationis argumento, omni orationis lumine, ac verborum, ſimilitudinemque delectu laudes Eccleſiæ perſequitur, quod iterum Cap.6. & 7. otioſe etiam præſtat; Quod diſcrimen miramur neque ab alijs animaduerſum, nec diuerſitatis quæſitam rationem: quam nos ex ordine Interpretationis noſtræ facillimè poſſumus indicare. Nam cap.1. & 11. Adhuc Eccleſiæ crepundia, ſub Naturæ lege deſcribuntur: quo tempore Dei Populus neque in Politica, neque in ſacra adminiſtratione ſuis erat ordinibus hominum, gradiduſque diſtinctus. Exiſtima, ad futurum ædificium tollendum ex arte, & lapides & ligna, & materiam reliquam tumultuario inuectam opere: nondum in ædifidio ex Architectonicæ legibus locatam; in quibus tametſi & lapidum prætium, & cæmentorum firmitas, & materiæ dilectus laudem mereatur, nondum ædificij honorem habet: nec quæque ſuis conſtituta locis, quid pulchro ædificio conferant intelligitur. Nondum ergo ſublata mole, laudandi ſingula tempus nō erat. A capite autem 111. Eccleſiæ ſtatus ſub lege deſcribitur, quo iam tempore lata lege, & gubernatio omnis Ciuilis conſtituta, & ſacrorum ritus, & ſacrificiorum forma, & victimarum qualitas deſignata. Additus eſt varius hominum ordo, & Leuitica Tribus in miniſterium Tabernaculi ſegregata, gradus miniſtrorum varios diſtinxit: vt iam corpus illud, quoad vtramque Politiam, omni ex parte ſuis membris conſtitutum, aliam faciem repræſentaret; nec iam informis ad ædificium comportata materia, ſed ex artis legibus apte ſurgens machina videretur. Merito ergo tunc, cum earundem partium & propria pulchritudo & ad ædificium proportio, atque habitudo monſtratur, Dei laudes meretur, non generatim ſolum ad ſpeciem, ac formam ſpectantis, ſed ad ſingulorum membrorum decus & gratiam. Ea ergo membra, quibus myſticum hoc Eccleſiæ corpus componitur, laudari hoc loco arbitrandum eſt; non interiora dona, niſi quantum hæc viſibilia illa membra vel ornant, vel perficiunt. Quale enim eſt, vt, cum Oculis Prophetas, labijs Leuitas, Genis Iuuentutem, Capillis Populi promiſcuam multitudinem laudari arbitratus ſis, cum ad Collum, atque Vbera, ac reliquas partes veneris, aut Fidem, aut Obedientiā, aut Orationem laudari contendas; cum id analogiæ ratio minimè patiatur.

Cur hactenus Eccleſia per ſingula membra laudata non eſt.

Cant.2.2.

Eccleſia ſub natura, nōdum ordinum diuerſitate conſtans.

Conſtituta Eccleſiæ repub. ſacra & prophana, laudatur per partes.

Membra hic Eccleſiæ vari, hominum ſuut gradus.

III.

Sequntur viri docti, ſed non brobamus. Nec tres PP. nec Theodoretum. Ambroſij ſenſus tropologicus, Cuius verba habes. De more grandia. Iuſti aluiior ſenſus. Et Gregorij accommodatior, Qui de condionalo rebus eſt,

Qua ſatis obſeruatione Philonis ſenſum reijcies, qui *Collum Fidem* deſignari eſt arbitratus: cui miramur hæſiſſe de Recentioribus Viros doctiſſimos, quorum nos eruditionis famam reuerimur, ſenſum in eo non probamus: quanquam acutè ſingula ſingulis applicata non negamus. Illos hæbes. Aliorum eandem ob cauſam ſequi non poſſumus: vt Trium PP. qui interpretantur animæ ſuperiorem rationem, tum in actione, tum in contemplatione maximè præſtantem. Quod & ipſum ſequutus videtur Theodoretus; tametſi ſatis inuolutè hæc tradit: vt quæ illius ſit ſententia haud facilè definire poſſis. Ambroſij interpretatio, tametſi ſuo more grandi ſermone ſenſum inuoluentis, ad tropologiā vergit, ſerm.4. in Pſalm. 118. *Bonum eſt*, inquit, *adhærere Deo, nec inflexam ceruicem habere ad iugum mundi: ideoque Eccleſia, vel forti animæ dicit ſapientia, ſicut Turris Dauid ceruix tua. Erecta enim ad Deum ceruix, & iugo Chriſti habilis, quæ nulla in terrarum illecebras inflexione curuetur: ſicut Chriſti regalis eſt Turris, cui iugum ſuum Nabucodonoſor non poſſit imponere.* Nec aliud ferendum iudicium de Iuſto Vrgel. qui *Sacram Scripturam* interpretatur. Et de Greg.M. Hom.15. in Ezech. qui generatim *eloquia Dei* (quia ſcilicet in collo guttur, in gutture vox formatur) quanquam eloquiorum Dei nomine Prædicatorum voces intelligere videtur, quod alio loco tradidit; ait enim: *In Collo Eccleſiæ, id eſt, in ſacri eloquij prædicatione, quæ pro ſua munitione, & altitudine, Turri Dauid ſimilis dicitur, mille Clypei dependent, quia quod illis præcepta, tot ſunt etiam pectoris noſtri munimenta.*

Philo Carp.

Tres Patres. Theodoretus. Ambroſius.

Senſus Ambroſij tropologicus.

Iuſtus Vrgel. Gregorius. Turris Dauid concionatores.

Pro-

Digitized by Google

Probabilior Nyſſeni ſenſus, qui Eccleſiæ Collum Paulum, ſimileſque alios intelligere maluit, quem, quantum ad potiſſimum ſenſum ſequuti ſunt multi, quorum nomina in marginem reiecimus: quamuis non eandem rationem eiuſdē rei omnes reddidere. Haud libet ſingulorum examinare verba, ſatis nunc ſit, ſi ſciamus, hæc à mults magniſque Authoribus de *Eccleſiæ Prælatis*, *Doctoribus*, *Concionatoribus* intelligi. Vnius pro omnibus ſit Nyſſeni ſenſus, cuius cum ad manum Codex minimè ſit, vnius de noſtri æui doctiſſimis reddo verbis *Collum*, docet, *ſuas quaſi radices, inter humeros habere, & caput ſuſtinere, & ſuperincumbenti eſſe quaſi baſis loco. Sic Caput Eccleſiæ Chriſtum eſſe, vniuerſo corpori aptiſſimè cohærentem: Chriſtum vero cum corpore per concionatores quaſi connecti, & ſuaue iugum eius Eccleſiæ imponi, ac ab ijs ferri, ac circumgeſtari. In Collo reperiri oſſa, & arteriam & oſſa quidem non cōtumacia, & continua, vt tibiarum, & brachiorum, ſed multipliciter ſpondylis, ſeu verticillis diuiſa, ſed neruis ac ligamentis varijs connexa; flexibilia, & omnem in partem moueri apta. Arteriam vero eſſe ſpiritus receptaculum, qui extrinſecus immiſſus in nos influit; & per quem ignis qui corde continetur, ad operationem naturalem ſuam excitatur. Denique addit, in arteria illa ſuperiore vniuerſam vocis articulate efformandi officinam eſſe. Per Concionatores etiam ſæpe totum corpus ſpiritū illum recipit, quo agitante caleſcit ad bonum, & cor humanum quaſi igneſcit. Habent ijdem vim altricem, nempe doctrinam, per quam toti Eccleſiæ corpori vires ſuæ conſeruantur. Nec deeſt conditio illa, ſeu aptitudo verticillorum: nam ex ſingulis in Populo Dei collectis, quaſi vnam caritate catenam ſpondylorum efficit Concionator, quæ flecti & erigi poſſit, in quodcumque neceſſitas latus poſtularit; cum docet vt humiliter ſapiamus, collum flectit; cum vt in ſupernis ſit conuerſatio noſtra, idem erigit; cum mala vitare, & ad bona nos iubet extendere, idem in latus vtrumque magna motus agilitate conuertit.* Quæ ideo, ne verbo quidem dempto, omnia poſui, quia & pulcherrima ſunt, & ex parte magna ad noſtram ſententiam faciunt.

Eſt autem non admodum eſt diuerſa, ſi tamen non ad Eccleſiam ſub Chriſto, ſed adhuc ſub lege applicentur, atque ad eam illius partem, quæ ſecundum illius ſtatum maximè *Colli* appellatione deſignari videtur. Ergo ſub *Colli* ſchemate *Sacerdotalem illius Reipub. ordinem* intelligimus, cui tam aptè quæ ſunt *Colli* propriè dotes conueniunt, vt nihil vltra quærendum videatur. Nam quod Midras *Collum Sanctuarium* eſſe vult, Ezræ autem filius *Regem*, fruſtra ſunt. *Ordini* autem *Sacerdotum* in eo Populo ſingula, quæ in Commentario ſunt obſeruata, ex analogia ad *Collum*, ac *Currim*, facile applicari poſſunt. Id autem à nobis ſingillatim fiet, potius, indicatis rebus, quam plenè tractatis, quod aliàs ſolitum nobis eſt.

Collo erigitur ac ſuſtentatur caput. Itaque, quod ſummum locum in humano occupet corpore, & quaſi arcem, atque in eo habitu ſuſtentetur *Collo* potiſſimum debet. Hæc prima *Sacerdotum* dignitas, hoc primum munus. Et vero magnum eſt, Deum, qui Eccleſiæ totius caput eſt, tantum Sacerdotibus contuliſſe, vt, ſit ne quodammodo, aut ne ſit Deus, illorum ex munere pendere voluerit; idque debere paucis hominibus, vt à cæteris pro Numine & habeatur & colatur. Erit quidem ille Deus, tametſi homines nullo illum thure iratum placent; aut beneficum mactata hoſtia profiteantur; ſed hominibus certè non erit, ſi debitus illi ab omnibus cultus negetur. Myſterij plenum illud Iacobi votum ſcilicet fuit, dum in Meſopotamiam ad futurum ſocerum iret: *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ambulo; & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum; reuerſuſque fuero proſpere in domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Gen. 28. 21. 22. Vocem impiam! clamet quiſpiam: vt, niſi ea donet, quæ poſcit, habiturus eum non ſit pro Deo: cum naturæ illi lege, tametſi irato, tametſi pro obſequijs ingerenti mala omnis honor, & cultus debeatur, quia Deus eſt. Sed aliud quiddam Iacobi pietas vult, teſtaturum ſibi pro Deo eſſe ſingulari quodam cultu. (*Lapis*, inquit, *iſte, quem erexi in titulum vocabitur Domus Dei*) cuiuſque & nomen & gloriam apud alios prædicaturum, vt ſcilicet eum etiam, velut verum Deum, colerent, haberentque. Tam ſæpè vnius hominis teſtimonium valet, ad aſſerendam Deo diuinitatem apud alios homines. Quid autem Eliæ factum illud, cum fœdus cum Dei hoſtibus inijt, num ne minore myſterio plenum eſt? Vſquequo claudicatis in duas partes? *Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum; ſi autem Baal, ſequimini illum.* Et mox: *Inuocate nomina Deorum veſtrorum & ego inuocabo nomen Domini Dei mei; & Deus, qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus.* 3. Reg. 18. 21. 24. Quaſi in vnius poteſtate eſſet, vt pro Deo verus Deus haberetur. Nec diſſimile Dauidis illud, tametſi adhuc pueri, & rerum inexperti aliarum. Sed adulti in pietate: *Dabit te Dominus in manu meā, & percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera caſtrorum Philiſtijm hodie volatilibus cœli & beſtiis terræ: vt ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſrael.* 1. Reg. 17. 46. Eleuatur ergo in altum *Eccleſiæ caput Deus* à *Ceruice* myſtica, quoties Sacerdotum fit opera, vt de eo apud Populum ea ſit exiſtimatio, quæ tantum Deum decet. Huc Moſis conatus omnis, eo ſtudium omne iuit, vt in ſtolido Populo, ac gente rerum diuinarum guſtui minime aſſueta, grādis de Deo exiſtimatio plantaretur primum, ac poſtea plantata firmius adoleſceret:

IV.
Probabilior Nyſſeni,
Qui ſequuti alij non vna via,
Qui Prælatos, Doctores, concionatores intelligit.
Et aptè ſingula ſingulis accomodat.
Et partes cum partibus componit.
Habes illius ſenſū explicatius traditum.
A viro docto cui multum tribuimus.
Et minutiſſime tractata ſingula.
Ideo ne verbo fraudato omnia poſuimus.
V.
Sed ſi hunc ſenſum, ad Eccleſiam ſub Moſe referas,
Loci ſenſum implebis.
Sit ergo Collum Eccleſiæ, Sacerdotum ordo.
VI.
Quorum primum munus, Deum caput Eccleſiæ erigere.
Ideſt efficere vt pro Deo habeatur,
Et colatur à cæteris.
Huc Iacobi votū myſterio plenum.
Futurum ſibi pro Deo, ſi illi ad fuerit.
Itineris comes, & annonæ prouiſor.
Id eſt illius diuinitatis ſe cultorē, & prædicatorem futurum.
Nec aliud Eliæ factum,
Cum de vero numine cum falſis Prophetis contenderet.
Nec Dauidis, cum Gigantem prouocaret.
Leuatur ergo in altum Eccleſiæ caput,
Cum Sacerdotum opera illius cultus promouetur.

Nyſſenus.
Paulus Collum Eccleſiæ,
Prælati, Doctores, *Prædicatores.*
Colli munia omnia Prælatis ac concionatoribus applicata.
Collum Eccleſię Sacerdotalis ordo.
Per Sacerdotes Caput Eccleſiæ Deus erigitur & ſuſtentatur.
Gen. 28. 21.
Iacobi dictum & factum.
Vt pro Deo habeatur Deus à ſacerdotibus habet.
3 Reg. 18. 21.
Eliæ factū aſſerendæ Deo diuinitatis.
1. Reg. 17. 46.
Dauidis dictum eandem ob cauſam.
Moſis ſtudium aſſerendæ Deo diuinitatis in Sacerdotes translatum.

Hæc Moſis mens; per tot ritus, & cæremonias, Vt rudi populo altum de Deo ſenſum ingeneraret.

Quod ſtudium in Sacerdotes tranſtulit moriens.

ſceret: nec alio tantus & cæremoniarum apparatus; & rituum varietas; & ſacræ ſuppellectilis opulentia; & Tabernaculi opus admirandum; & miniſtrorum multitudo, ac varietas properabat, quam vt Populus adhuc rudis, nec niſi carnalia cogitare ſuetus, quantus illa eſſet, cui tam grandia parabantur, vtcumque conciperet: vt, qui Deum videre ipſe non poterat, ſaltem ex ijs, quæ verſabantur ob oculos, intelligeret, quo cultu illius maieſtem honorare deberet, qui tantus videretur. Hanc curam Moſes in *Sacerdotum ordinem*, velut hæreditatem, tranſtulit moriturus: ideoque optimè is ordo, cuius ſollicitudini commiſſum erat, vt Dei apud Populum exiſtimationem augeret; & maieſtatem erigeret, ſuſtentaretque, *Colli* nomine deſignatus eſt.

VII.

Alterum Sacerdotum munus, Deum cum populo coniungere. Nam per Collum caput, in membra & motum & ſenſum influit, Sic Deus per Sacerdotes, Qui mediatores, inter Deum & homines,

Collum Caput cum membris coniūgit, vt motum, & ſenſum communicet.

Hoc primum eſt, alterum huic proximum *Colli* munus, & onus, *caput cum reliquo coniungere corpore*, vt vnum iam animal ſit, ab vno capitis influxu per *Collum* & motum habens, & ſenſum: Per neruos enim à cerebro motus omnis animalis & ſenſatio habet originem; omnem in partem per eos, veluti per quoſdam canales, animales ſpiritus deriuantur: qui motricis, ac ſenſitiuæ facultatis ſunt ſemina, ac proximæ vel vt formæ, Si quo caſu ceruicis ipſius nerui vel obſtupeſcant, aut meandi, remeandique viæ obſtruantur, ceſſat omnis & motus membrorũ, & ſenſuum officium. Sacerdotum autem id munus de potiſſimis vnum eſt, Paulo cenſente, vt medius is ordo inter Deum ſit, & Populum, iungatque, in vnam corporis myſtici compagem cætera cum capite membra. *Omnis*, inquit, *Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in ijs, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia.* Hebr. 5. 1. De Moſe autem cui donata lex à Deo eſt, quam Populo ſuo Dei nomine diceret, *lex*, inquit, *propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per Angelos in manu mediatoris: mediator autem vnius non eſt.* Gal. 3. 19. 20. Nexus ſcilicet, & vinculum eſt, quod Deum hominibus, Homines Deo connectit. Id autem eſt, quod de ſe Moſes dicebat: *Facie ad faciem loquutus eſt nobis in monte, de medio ignis, Ego ſequeſter, & medius fui inter Dominum, & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius.* Deuter. 5. 4. Chriſtus autem in Sacerdotem æternum inſtitutus conſecratuſque, tanto melius inter Deum hominesſque ſequeſtrum, ac mediatorem egit, quanto diuinam naturam Deo, per humanam coniunctior erat hominibus: vt, quia in ſe ipſo vtramque naturam coniunxerat, facilius eaſdem in vnum corpus Eccleſiæ compingeret, & quaſi conglutinaret. *Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes.* Hebr. 2. 11. Quam ob cauſam cum dixiſſet Paulus: *Quia ergo pueri communicauerunt, carni, & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem*: eius rei cauſam deſignans, addidit: *Vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta Populi* Hebr. 2. 14. 17.

Sacerdos inter Deum & populum ſequeſter, & mediator, *Hebr.* 5. 1.

Gal. 3. 19. 20.

Id de ſe Moſes vere iactabat.

Deut 5. 4. Moſes ſequeſter inter Deum & homines.

Et multo melius dicere Chriſtus potuit.

Qui per diuinam naturam Deo.

Per humanam hominibus erat coniunctus.

Hebr. 2. 11. Multo verius Chriſtus per vtramque naturam vero mediator,

Quod à Paulo monitum.

Hebr. 2. 14 15.

VIII.

Sed & per Sacerdotes Dei influxus in homines meat.

Per Sacerdotes Deus ſpiritum influit in populum.

Ex hac vero Sacerdotum cum Deo coniunctione, qua Populum illi agglutinant, eius ordinis aliud munus exſiſtit; vt per eos ſcilicet à capite in corpus eat influxus; & eius ſpiritus tranſmeatio, de quo myſtica hæc membra & motum & ſenſum participant, alioqui in mortuis computanda. Per eos placatur mortalibus Deus infenſus; fulmenque ad ſupplicium paratum de manibus ponit. Per eos in gratiam cum Deo redimus; & ex ingratis amici ad pacis oſculum admittimur, omni præterita offenſione deleta. Per eos, ſi quid petimus, impetramus; facileſque aditus ad Numinis illam maieſtatem habemus. Per eos tãdem, noxa omni condonata, Dei Spiritum participamus; acceptoque promouemur ad vitam; vt nihil ſit ferme, quod non à Deo nobis per rerum noſtrarum ſequeſtros conferatur. Vt ex hac etiam parte rite per Eccleſiæ ceruicem *Sacerdotes* deſignentur.

Et gratiarum dona communicantur.

Et ſpiritus & vita participatur.

IX.

At etiam per collum in ſtomachũ alimenta ferũtur, Sed aliũde accepta. Sic per Sacerdotes communicatur doctrina, A ſacra ſcriptura iugi meditatione mutuata,

Per collum cibi in ſtomachum inferuntur aliũde accepti.

Sacerdotes doctrinam, velut cibum populo diuidentes.

Tertium ceruicis munus, per œſophagum in ſtomachum alimenta tranſmittere, vt totum animal *Collo* non modo, quòd moueri poſſit, ac ſentire, ſed & quòd ali, nutririque, debeat. Et quemadmodum nulla ſine alimento vita eſt, ita nec ſine *Collo*. Sed cibos non à ſe, habet, aduentitios extrinſecus, & per os ingeſtos traijcit, ac velut canalis quidam ſtomachum cæteris membris communicat. Quo ſatis id *Sacerdotum* ſtudium intelligimus, quo promiſcuæ multitudini doctrinæ pabulum ingerunt, non quidem apud ſe natum, ſed aduentitium, iugi ſcilicet ſacrarum ſcripturarum meditatione inſtructi. Inde alimentorum apparatum in cætera membra transferunt: nam per aurium traduces in cuiuſque mentem immiſſa doctrinæ pabula, in eaque tanquam in ventriculo myſtico meditatione multa digeſta, animum nutriunt cuiuſque, donec adoleſcant in viros. Nam ſi Miniſtrorum hoc officium ceſſet, quid iam reliquum eſſe poteſt, niſi vt vniuerſum corpus fame tabeſcat? Sed ſæpè in ſtomachum cibus ingeritur, quem tamen, præter naturam afficiente noxia qualitate, retinere non poteſt; ac per eandem, per quam ingeſtus eſt, regerit viam. Huic malo ſæpè inedia ipſa medicinam facit; & quod alimenti ſuperfluo peccatum eſt, detractione corrigitur. Sic ſæpè Deus populis pabulum negat verbi ſui, vel in pœnam præteritæ culpæ, verbique contemptus; vel in medicinam. S. D. E. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram; non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Et commouebuntur a mari vſque ad mare: & ab Aquilone vſque ad orientem, circuibunt,*

Sed affluẽtia ſæpè noxia,

Sæpe cibus ingeſtus in ſtomacum retineri nõ poteſt.

Quæ parcitate corrigitur.

Nauſeanti ex affluentia, remedium a parcitate. *Amos* 8. 11. 12.

Qua arte Deus haud raro huic morbo medetur.

quærentes

Vt qui ad ingeſtum affluentius cibum nauſeant,

Inedia corrigantur.

quærentes verbum Domini,& non inuenient. Amos 8.11.12. Nam ad Dei verbum affluenter ingeſtum nauſeant, ac Sacerdotes auerſantur ingerentes alimenta: ſed erit cum inedia multa caſtigati, pani verbi omni indagine quærant, nec inueniant tamen. Sed nec Sacerdotum, aut Prophetarum aliquem habeant, qui diuidat indigentibus. Sic ſæpè, quod affluentia peccatum eſt, parcitate corrigitur.

X.

Sed & per arteriā ſpiritus collo attrahitur.
Temperādo viſcerum calore.
Sine quo viuamus illo,
Quod munus vel præcipuum Sacerdotum,
Maximè nouæ legis.
Quibus commiſſa ſacramentorū administratio.

Spiritu per collū attractu vitalia fouentur.

Dei ſpiritus per Sacerdotes attractus,& populo communicatus.

Poſtremum Colli munus per arteriam ſpiritum attrahere, attractu vitalia fouere, viſcerumque calorem, velut frigida ingeſta temperare, aut potius corrigere. Itaque frigidiorem aduocat ſpiritum, contubernio autem cordis calore concepto inutilem, qua receperat, egerit. Et hic ille ſpiritus eſt, quo viuimus, ſine eo morituri. Nec in Sacerdotali munere poſtremum hoc eſt, per quos, tanquam per arterias myſtici Eccleſiæ corporis, Dei ſpiritum, quo viuit, participat. Quod quanquam ſuo modo verè de Sacerdotib. Leuiticis dicitur, multo verius in Nouæ Legis Miniſtris impletum eſt, quibus ſacramentorum adminiſtratio omnis commiſſa eſt; qua de re ſuo loco dicetur. Sed per Leuiticos etiam hic ſpiritus vitæ Eccleſiæ ſub lege, illius ſcilicet membris communicatus eſt: nam & ſacrificiorum ritus omnis, qui ſiue illorū miniſterio minimè peragebatur, eò reſpiciebat, vt per eā & peccata remitteret; & gratiæ dona largè ſummitteret Deus, quibus ſpiritalis vita vel amiſſa redderetur, vel reddita nouis in dies augmentis adoleſceret, ſeque ſemper efficeretur melior.

XI.

Ad motum colli caput mouetur.
Et circumfertur omnem in partem,
Sic Deus per Sacerdotes.
Ideo Arca non niſi eorum humeris delata,
In qua Deus ſedere dictus.
Vt ad illorum nutum quodammodo moueretur, & quieſceret.
Habes in Moſe documentum unum,
Aliud in Elia
Quas quodammodo leges diuino Deo ſtatuit.
Sic Sacerdotes.
Maximè legis nouæ
Quibus data Regni claues.

Caput ād colli motum circumlatum.

Arca nō niſi per Sacerdotes loco mota.

Deut. 31 9.
Ioſ. 3 6 13.14.
Et. 4 9 16.18.
Et 8 33.
3. *Reg.* 2. 26.
Et 8 4.
Moſi quantum permiſſum in Deum.

Quantum Eliæ Prophetæ.

Sacerdotes nouæ legit vtriuſquam Leuitici latores arcæ.

Reſtat facilitas ipſa motus, qua in omnem partem flectitur, atque ad ſuum motum caput vel leuat, vel demittit, vel conuertit, in quamcumque partem voluerit; quam illi facultatem ſpondyli, quibus conſtat, neruorumque, ac ligamentorum mirabilis compages præſtat: nec enim vno ac ſimplice conſtat oſſe, vt brachia, aut tibiæ, ſed pluribus, ita interſe connexis, eoque ordine cohærentibus, vt omnem in partem facillimus illi ſit motus. hæc autem ſi ad *Sacerdotum Ordinem* transferas, quam ſit eorum in Eccleſia gradus ſublimis, intelliges facile. In cuius ego rei typum arbitror, non alijs quam *Sacerdotibus* fuiſſe datum vt ſubiectis humeris Arcam velut baiuli circumferrent. Deut.31.9. Ioſ.3.6.13. 14.17.& 9.16.18. &,8.33. 2.Reg.15.24. 3.Reg.2.27.& 8.4. Arcam ſcilicet illam, quę Dei ſedes dicta eſt, in qua ille Cherubinorum alis inſidebat, velut in Regio ſolio, vnde iura Populo diceret, & annueret ſupplicantibus; & thure, & hoſtijs placaretur. Quacumque autem Arcam circumferrent Sacerdotes, eo Deus ibat cum illa, vt quodammodo ad eorum nutum aut moueretur, aut quieſceret, aut omnino verteretur. Quod ſi huius Sacerdotalis poteſtatis documenta quæris, habes in Moſe, cuius ad nutum Deus vel iras ſumere vel ponere videbatur, ex indignabundo verſus in placidum, & contrà. Habes in Elia, qui dum inter homines fuit Eccleſiæ ceruix inflexilis quodammodo, ac indomabilis viſa eſt; Deuſque ad pertinaces illius preces immutabilis, negatis plus tribus annis imbribus, vt exareſcerent omnia; nec antè ad immittendas pluuias flexus eſt, quam idem ille Elias ad miſericordiam, ac mitiores affectus flecteretur. Circumducit ergo ſuum Eccleſia *Caput Deum* per *Miniſtros ſacros*, & inquam partem expedire ſenſerit, flectit; & ad rerū, perſonarumque exigentiam vel inclinat, vel ſtare facit. Et quanquam id verè de Leuiticis Sacerdotibus dictum eſt, longe tamen verius de Chriſtianæ legis Miniſtris affirmatur, quibus dictum eſt: *Tibi dabo claues Regni cælorū; & quodcumq; ſolueris ſuper terram, erit, ſolutum & in cælis.* Matth.16.19. Quæ eadem, ne quis putaret vni Petro dicta, cæteris poſtea Apoſtolis dicta ſunt. Matth.18.18.

NOTATIO XIII.

SICVT TVRRIS DAVID COLLVM TVVM.

I.

Sed & ſimilitudo cum turri exequēda eſt.
Quod non perinde facile.
Si ſingula colli munia. Arci applicare velis.
Et tamen id cōuendum eſt,
Ne in eo interpretatio claudicet,
Si turri Sacerdotes ſimiles non probentur,

Sacerdotum cū Turri regia comparatio.

Regula.

S*Acri ordinis* cum *Collo* ſimilitudinem proxima notatione exequuti ſumus: nunc illius cum *Arce*, ſeu *Turri Dauidica* comparatio in quo ſit maximè ſita, quærendum eſt: nam nec ex decoro inducta videri poteſt, nec ex analogiæ quadrare regulis. Et quidem quod attinet ad ea, quæ propria eſſe *Colli* munia monuimus, & ad *Sacerdotes* applicauimus, illa ad *Arcem* accommodare, non niſi ingenti illata vi verbis poſſe videntur: vt quod caput ſuſtentet, erigatque; quòd illud cum reliquo iungat corpore; quod alimenti ſit portitor, & animalium ſpirituum; ac multo magis quod Verticillorum adminiculo caput in omnem partem inflectat. Quæ niſi ratione aliqua *Arci* vel *Turri* accommodentur, perit gratia comparationis omnis, minimè ea regula ſeruata, quam pleriſque huius Cantici locis enodandis tradidimus: in quibus ſit comparationes iniri monuimus, vt, quæ ſimilitudo & analogia inter rem & rem in Dramatico ſenſu, ſit eadem, nec alia ſit, inter rem, & rei ſignificatum in arcano ſenſu quærenda. Cum autem *Collum Arci*, ſeu *Turri* ſimile

Digitized by Google

Quam regulam alias tradidimus,

Tametſi non approbandam à quibuſdam.

ſimile dicatur, *Collo* autem *Sacerdotum Ordo*, certe ex Dialectica ratione *Sacerdotes* ſimiles *Turri* intelligantur, neceſſe eſt: nec alia ratione quam *Collo*. Scio regulam hanc minime omnibus approbandam: mihi ſatis erit, ſi cordato Lectori videatur eſſe probabilis, cui omnis hic labor ſeruit. Ergo tentemus, an aliqua id ratione poſſimus efficere: nam tametſi acuminis gloriam non amamus, magni tamen intererit oſtendiſſe, non hæc eſſe tã aliena inuicem, quam quibuſdam videri poſſunt.

II.

Sit ergo arx Vrbi Regiæ inædificata,
Ad ſplendorem & cuſtodiam.
Sed milite, & armis inſtructa,
Inde vrbi, & fama creſcit, & gloria.
Sic Collum caput ſuſtentat.

Colli munium applicatio ad Turrim regiam.

Arx Antuerpienſis, & Mediolanenſis.

Ciuitatem gloria ab arcibus & veneratio.

Finge tibi, non cuicumque *Arci*, vel *Turri* Sacerdotum ordinem ſimilem dici, ſed ei, quæ ad Vrbem Regiam, vel prope eam commodo loco ædificata ſit, tum ad ſplendorem, tum ad dignitatem, ſed maximè ad cuſtodiam: qualis in Belgio Anturpienſis, aut in Italia Mediolanenſis. Sit autem & probe omni armorum inſtructa apparatu, & ſtationario munita milite, qui in omne diſcrimen vigil, ſecuritatem vrbi præſtet. Vide quam multa ſiue ad decorem, ſiue ad munimentum vna vni vrbi Arx præſtet. Nam quis neget à proxima, & munitiſſima *Arce* gloriam vrbis creſcere, & famam late vagari; vt ciuibus omnimodam ſecuritatem, exteris autem venerationem inſpiret, & hoſtibus metum? Sic ſcilicet *Collum Caput ſuſtentat, & munit, Deum* autem *Eccleſiæ caput*, *Sacerdotum ordo* venerabiliorem facit Populis, cuius apud hos maieſtatis exiſtimationem conciliat. Hoc primum eſt. Eadem arte Ciuitates Regni reliquæ per vnam *Arcem* vrbi Regiæ coniunguntur; qua ſcilicet per *Arcem* ſoſpite, reliquarum in tuto ſalus eſt; eiuſque præſidio facile inter caput, & membra Regni totius commercium: nihil enim tota politica, ac militari diſciplina aptius inuentum eſt, ad muniendas vias, & eiuſdem Prouinciæ vniendas vrbes, ac conſociendas, & iam diſſitas interſe, quam *Arcium* Caſtellorumque munitio; qua commoditate loca facile ſibi, velut prolatis conſertiſque manibus, ferunt ſuppetias. Hæc ergo eſt illa animalium ſpirituum commeatio à capite in membra per Collum, qui & motum, & ſenſum illis præbent. Hoc alterum eſt. Quod ſi commercia inter vrbes *Arcium* præſidio libera ſunt, & tuta, quibus inuehi commeatus in vrbes poſſint, & illatis abundare ciues; ne id quidem officium, quod per œſophagum *Collum* obit, ingeſtis in ſtomachum alimentis deſiderabis in *Arce*, ne in ea parte claudicare comparatio videatur. Hoc tertium eſt. Huic autem ſimile eſt quartum, ſpiritus per arteriam attractio, ac vitalia puriore aere hilaranda, ac confouenda, quod certe ad ciuilium vtilitatum communionem trahi haud improbabiliter poteſt; cum minores vrbes à Metropoli & iura exſpectent, & leges accipiant, ac per Conuentus iuridicos, negotia expediant, & lites componant; hanc autem ſalubrioris politiæ normam haud ineptè ſpiritui compares, qui per arteriam ad vitalia confouenda & accipitur, & redditur. Reſtat poſtremum *Colli* munus, *Arci* Regiæ accommodare, motum præſtare ſcilicet, quibus inſident Ciuitatibus; ac ne id quidem difficile erit, vtcumque præſtare: cum ab *Arcis* præſidio, & ſtationarij militis robore, facultas vrbi præſtetur, quocumque inferendi poteſtatem, ſeu poteſtatis faſces inſignia: quod certe aliud non eſt, quam myſtico quodam motu commeare vrbes, &, qua expedire iudicetur, authoritatem transferre.

Sed & per arcem Vrbes reliquæ Regiæ iunguntur,

Et tuta ſeruantur,

Quaſi communicato capitis influxu.

Et commercia libera ſunt,

Et commeatus ab vrbe in vrbem migrant.

Et commoditates communes ſunt.

Et iura, & leges vigent.

Et faſces poteſtatis indices inferuntur.

Vrbium cũ Regia per arces cõiunctio,

Commercia faciliora & tutiora, & commeatus importatio.

Ciuilium vtilitatum communio.

Facultas inferendi faſces poteſtatis inditus.

III.

Et dici poſſit Arx Collum regni, & Collum Arx corporis humani.
Sunt ergo Sacerdotes arces, Eccleſiæ.
Quæ ſæpe Regni nomine indicata.

Eccleſia Regnũ, ordo ſacer illius Arx.

Habes in his ſimilitudinis omnia capita indicata, inter *Turrim*, ſeu *Arcem*, & *Collum*; vt non minus *Collum* corporis humani dici *Arx* poſſit, quam *Arx* myſtici vnius Regni corporis *Collum*. Erunt ergo *Sacerdotes* in Eccleſia, quos eius *Collum* diximus eſſe, etiam *Turris*, ſeu *Arx*, ad ſecuritatem Eccleſiaſtici Regni conſtituta: nam non minus Eccleſiæ vniuerſæ vnius corporis, ſuis membris conſtituti appellatio quadrat, quam vnius Regni cuius complexu ſub vna vrbe Metropoli minores vrbes, & oppida multa fouentur. Nec frequẽtius Eccleſiæ in ſacris litteris ſub vnius ſchemate corporis deſcribitur, quam ſub vnius Regni appellatione intelligitur, qua de re alias fortaſſe dicemus: nunc in incepto pergendum.

IV.

Arx ergo Sacerdotum ordo,
Omni armatura inſtructa.
Ad arcendos hoſtes,
Quod munus exigit ab illis Deus,
Qui ſæpè iratus, vult ſibi arma detrahi de manibus.
Ne ſæuire immeritos cogatur,
Ideo velut dux inducitur,
Machinis vrbem diruturus.

Ezech. 22.30. Deus à Sacerdotibus officium exigens. Iſai. 64.7.

Deus gaudet ſæpè vim ſibi inferri ne ſæuire cogatur.

Ezech. 13.5. Dies Domini, dies vindictæ.

Sit ergo in Eccleſiæ Regno *Sacerdotalis Ordo Turris fortiſſima*, vnde illi & munimentum & ſecuritas; & velut in Armamentario communi arma parata, ad repellendos, aut inuadendos hoſtes, Hoc in illis officium exigebat Deus, de quibus dicebat: *Quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me, pro terra, ne diſſiparem eam, & non inueni.* Ezech. 22.30. Id dolebat Iſaias: *Non eſt, qui inuocet nomen tuum; qui conſurgat, & teneat te; abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.* Iſai. 64.7. Cum tu in ſcelerum noſtrorum ſupplicium malorum immitteres acies, nemo fuit qui medius ſtaret; & iacula à te immiſſa in caput noſtrum alio auerteret; aut certe vltricem dextram contineret. Velle videtur Deus ſæpe iraſci, vlciſcique illatas ſibi ab impijs iniurias, quia inuitus ad arma cogitur; optat autem ſibi à pijs hominibus, & multo magis à *Sacerdotibus*, honeſtam vim inferri, vt cauſam habuiſſe decentem videatur continendi manum: ſatis enim ſæpè habet, ſi mortalibus metus ſupplicij pro ſupplicio ſit, quod emendatio ſequatur. *Non aſcendiſtis*, inquit, *ex aduerſo; neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.* Ezech. 13.5. *Dies Domini*, ex vſu ſacri ſermonis, dies eſt, in quo Dei ſæuit indignatio, immiſſiſque ſupplicijs vlciſcitur ſcelera. Ergo vel vt Imperator

Digitized by Google

Sed cupit in ruptis mœnijs aliquem ſe opponere
Quo prohibeatur ſanire,
Id autem propriũ Sacerdotum,
Id præſtitum à Moſe, nec fruſtra.
Id ille obiectabat pertinaci populo.
Nec ſilaet Dauid.
Vnus haud raro homo exarmat Deum.
Iratumque fluctus, ſiſtit.
Habes exemplum Num.16.41,
Pluribus expoſitum Sap.18 20. 21.
Qui locus huic noſtro multam lucem infert.
His ergo de cauſis Sacerdotum ordo, cum arce comparatus.

inducitur præparatis machinis vrbem inimicam oppugnans, donec deiectis mœnijs viam irrupturo militi fecerit; tunc ſcilicet ſi qui de Vrbis defenſoribus virtute præſtantes ſint, ſeſe dirupti muri loco opponunt, obiectoque pectore, infeſtiſque armis hoſtem repellere conantur: quod *Sacerdotum* proprium munus eſt: qui ſcilicet pro *Actibus*, & muris populo ſunt, ad inhibendam hoſtium vim. Id autem & multo gemitu, & feruente prece, & geminatis ſacrificijs perficiendum eſt: non ferro, non iaculis, quemadmodum mox dicemus. His artibus irarum Deus euomens flammas continetur, vt clamare cogatur: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Exo.32.10. Vide contra pugnantem Moſen, ſeque pro muro in mœnium ipſa fractura opponentem. *Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum dicens; cur, Domine, iraſcitur furor tuus contra Populum tuum? quem eduxiſti de terra Ægypti in fortitudine magna & in manu robuſta.* Exodi 32.11. Id ille rebelli multitudini acriter obiectabat; *Semper fuiſtis rebelles à die, quo noſſe vos cœpi: & iacui coram Domino quadrinta diebus, ac noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos, vt fuerat comminatus.* Deut.9.25. Atque id eſt, quod in Pſalmo legimus. *Et dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.* Pſalm. 105. 23. in prærupto muro, illique fortiter ſe oppoſuiſſet, vetuiſſetque in vrbem irrumpere, vt eam deleret. Vide, quid ſæpè vnus vir poſſit, vt irato Deo ſæpè arma de manibus eripiat, & ad pacem, indulgentiamque compellat: ac velut obiecta moles inundantes maris fluctus, furentemue ingentis fluminis impetum, non detineat modo, ſed retro ad fontes redire compellat. Quod ſi exemplum illuſtre rei huius amas ſpectare, lege Num.Cap 16. à Verſ.41. Videbiſque admirandam hanc ſacerdotalis ordinis poteſtatem, incẽdiumque à Domino, flammatumque graſſantium globos, ad fumum ex Aaronis thuribulo prodeuntem, omnino conſiſtere, velut non fumi nebula, ſed rupes ingens, & indomabilis igni eſſet obiecta: de quo dictum ſapient.18.20.21. *Tetigit autem & iuſtos tunc tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis: ſed non diu permanſit ira tua, properans enim homo ſine querela deprecari pro Populis, proferens ſeruitutis ſuæ* (τοῦ τῆς ἰδίας λειτουργίας ὅπλον) *ſcutum, orationem, ac per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, ac finem impoſuit neceſſitati, oſtendens, quoniã tuus eſt famulus. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentia, ſed verbo illũ, qui ſe vexabat ſubiecit, iuramenta Parentum, & teſtamenta commemorans: cum enim iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, & interſtitit, & amputauit impetum; & diuiſit illam, quæ ad viuos ducebat viam.* Quem locum totum ſubieci, quia nullis melius verbis hoc ſacri ordinis munus, ac poteſtas deſcribi poteſt. Ob hanc ergo cauſam nec immerito Sacerdotalis dignitas *Turri* munitæ, ſeu *Arci* comparatur, Nec alienum id ipſum à *ceruicis* munere eſt, in qua virorum fortium non minima fortitudinis pars eſt, non ad onera ferẽda modo, ſed ad ineunda prælia: ideo ea pars ſolet monilibus ornari, vt alias oſtendetur.

Sacerdotes & prece & gemitu Deo irato oppoſiti,
Exo.32.10.
Deut.9 21.
Pſal 105.23.
Vnus homo ſæpe arma de manibus Deo detrahit.
Aaronis factum iubente Moſe. Sap.18.21.

NOTATIO XIV.

QVÆ ÆDIFICATA EST CVM PROPVGNACVLIS.

I.
Lectiones variæ expenſæ.
Quidam ad excelſitatem vſerunt.
Sed parum id ad loci intelligentiã.
Et ſignificatum Propugnaculorũ.
Nec melius Tres Patres,
Nam Propugnacula non fruſtra addita.

LOci huius difficultatem quantum ad lectionem 72. Loco alio examinauimus, qui Hebræum vocabulum inexplicatum reliquere. Aquila: *Super Propugnacula*, reddidit: vt Authores ſunt Theodoretus, & Tres Patres. Symmachus autem, *Altitudines*. *Vt quemadmodum* (verba ſunt Theodoreti) *Turris à Dauid ædificata ſuperat Propugnacula, in quibus conſtructa eſt, ſublimiſque, altaque circumſpiciat, & contempletur.* Itaque hæc ad mentis ſublimitatem, nulla rerum humilium ſorde afflatum referre videantur, iuxta illud:

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Id parum eſt ad huius loci enodationem: non enim *Propugnacula* addita ſunt, vt eorum comparatione *Turris* altitudo commendaretur; ſed vt munita ex militari diſciplina intelligeretur. Suſtinere vtcumque hunc ſenſum conati ſunt Tres Patres, addentes, *hic intelligi Sponſæ rationem* (nam & *Collo* rationem intelligunt) *actione quidem hoſtis conſilia ſuperare; contemplatione vero tolli, ad vera cognitionis ſublimitatem.* Quæ ſi ſequi velimus, qui faciemus *Propugnaculis*? nam fruſtra addita fuiſſe videntur, quorum ſenſus nullus traditur.

Aquila. Symmachus. Theodoretus.
Ouidius.
Propugnacula hic non fruſtra addita.
Tres Patres.

II.
Nec Philonis melior ſenſus.
E myſtico myſticus,

Philo Carpathiorum Epiſcopus, cum prius dixiſſet, *Turrim* hanc Fidem eſſe, mox in aliam diuertit viam. *Sponſum, id eſt, Chriſtum Turrim eſſe Dauidicam, quod ex Dauid ſecundum carnem ſit genitus: ædificatam in altitudine, quia in ſinu Patris ante ſæcula erat, ac fuit, eſtque ſemper*

Philo Carp. Chriſtus turris.

Digitized by Google

Quod alienum à ſymbolico genere

Nam Collum eſt turri comparatur,

Non cum myſtica turris ſignificatu.

Regula. In ſymbolico genere ſimilitudo à ſenſu immediato ſumenda.

ſemper Filius Verbum, quod & caro aliquando factum eſt. Huic Turri ſimile eſſe Eccleſiæ Collum. Quod autem ſecundum hunc ſenſum ſit Eccleſiæ Collum, ipſe non dicit. Senſus minimè probandus, cum alienum ſit, ſimilitudinis vim, in hoc quidem ſymbolico genere, non ab immediato verborum ſignificatu proprio, ſed à figurato, & myſtico ſumi. Nam hic certe, ex ipſa ſtatim verborum ſerie intelligitur, comparationem *Colli* cum *Turri* ipſa *Dauidica*, non cum myſtico *Turris* ſignificatu iniri. Potius id quærendum erat, quam affinitatem id, quodcumque volueris per *Collum* intelligi arcano ſenſu, cum *Turri Dauidica*, cui *Collum* ſimile dicitur eſſe, habeat: quod à nobis ſuperiore Notat. factum pro captu noſtro eſt.

III.
Aponij interpretatio vtilis.

Sed ad tropologiã vergens,

De qua loco alio dicturi ſumus.

Aponius.

Aponius cum *Turris*, & Colli nomine eos intellexiſſet, *qui fide Incarnationis, cæterorumque myſteriorum Chriſti feruent, ac manſuetudine Moſen imitantur: quique quidquid accepere cæleſtis ſapientiæ hominibus cæteris impertiuntur.* *Propugnacula vult eſſe, exempla Chriſti ad bene agendum Fidelibus propoſita: proximi dilectionem, miſericordiæ inconcuſſam veritatem, contemptũ præſentium rerum, mentis tranquillitatem: ieiuniorum, & aſſiduæ orationis conſuetudinem. Hæc eſſe* Propugnacula, *quæ in nobis bonæ voluntatis manibus fabricantur, quæ impetus ſagittarum aerearum repellunt.* Pulchrè id monitum eſt, vereor vt aptè ad hunc locum, & ſtatum Eccleſiæ, qui deſcribitur.

IV.
Sacerdotum præſidia ad munus obeundum.
Propugnacula ad munitionem, Clypei ad defenſionẽ, arma ad offenſionem.
Quibus ſingulis populus indiget,

Ea Sacerdotes præſtare conuenit.

Tria præſidiorũ genera.

Quanta rerum moles Sacerdotum premat humeros.

Sed videamus, quibus præſidijs armati *Sacerdotes* religionis, ac pietatis hoſtes vel adoriantur, vel excipiant, & ſtatim vera huius loci intelligentia, velut inter nebulas ſol, diſiectis illis apparebit. Et quidem tria numinantur, quibus ex analogiæ legibus ſuus ſignificatus quærendus eſt. *Propugnacula* ad monitionem, ad defenſionem *Clypei*, *Arma* ad offenſionem. Iraque in *Arcem*, ſiue *Turrim* recipiendi ciues ſunt, *munitionibus*, *Propugnaculiſque* tegendi: recepti autem *Armandi* ſunt, ne, qui capi, munitionibus tuti, non poſſunt, vulnerari poſſint eminus emiſſis ab hoſte iaculis: denium ferro & ſagittis armandi, ſiue eminus hoſtis feriendus, arcendusue ſit, ſiue cominus cum ipſo pugnandum. Vides quanta rerum moles *Sacerdotum* humeros premat, vt vel gigantæi ſuccumbant: & ſi rem humano æſtimes ſenſu, ſtultum videatur, eum, qui ſe liberum tanto onere ſentit, nulla neceſſitate cogente, ceruicem ſubijcere immenſa mole præmendam, imprudentis forſitan audaciæ ſupplicium ſubiturus.

V.
Sint ergo Propugnacula,
Virtutes ad munitionẽ populi ordinatæ.
Earum enumeratio.
Ideo David Turris author dictus eſt.

In quo virtutes hæ omnes ſplenduere,

Propugnacula virtutes ad populi munimentũ ordinatę.

Cur Dauidis turris inducta.

Regia dignitas Sacerdotali affinis.

Ergo ex analogiæ ratione *Propugnacula* eas ego virtutes in *Sacerdotibus* intelligendas puto, quæ ſui ratione in ſimplicis plebis munitionem, defenſionemque ordinantur. *Feruentem proximi caritatem: animarum zelum; vigilantiam, ne quid obrepat, quo diſciplina laxetur; ſtudium promouendi in omnibus animi profectum:* Huc aduoco etiam, quæ virtutes haſce omnes vel inſtruunt, vel virile robur enutriunt: *Scripturarum ſcientiam: Orationis ſtudium; meditandi conſuetudinem; eorum doctrinam ſolidam, quæ agenda, quæque credenda ſunt.* His quicumque probe inſtructus fuerit, hunc ego iure, meritoque *Arcis Dauidicæ* nomine deſignari dico. Nec ſine cauſa *David* huius *Turris* author dictus eſt, in quo virtutes hæ omnes eminuere: nam, quanquam *Sacerdos* minime fuit, Regio apice fuit inſignis, quæ dignitas magnam cum Sacerdotio affinitatem habet, quemadmodum & vnius officium, cũ officio alterius. Infinitum eſſet in tam aperto, ac lato campo orationi rotas habenas laxare, forſitan & Lectori moleſtum. Sed aliqua tamet pauca vt indicemus, res exigit à nobis ipſa, & commentandi, quam iniuimus viam, perſuadet.

VI.
Pro Propugnaculis, Talpiotk, ad diſciplinas,
Ex ſenſu quorundam,
Et exemplar ad ædificia eſſet,
Vel vt viantibus iter monſtraret.
Sed id vtrumque leue eſt,
Malim intelligi ad artis regulas turrim erectam.
Vt Sacerdotes intelligantur docti,
Vt docere alios poſſint.
Nam ſic inſtructi vere arces Eccleſiæ ſunt,
Quod experta ſæpe Eccleſia.

Talpiotk quid?

Turris erecta ſecundum regulas artis.

Mal. 2. 7. Sacerdos doctus ſit, vt docere alios poſſit.

In Fontibus pro *Propugnaculis* legimus vocabulum *Talpiotk*, quod quidam de Hebraicè peritis volunt ſignificare *Diſciplinas*. *Quæ ædificata eſt ad diſciplinas*, ſiue, *diſcendi cauſa.* In eo autem illorum ſtudium vtcumque laudandum: in eo, quod addunt, non item: ſenſum eſſe: Ædificatã, eſſe vt ea tanquam exemplari, ac prototypo vtantur ſpectatores ad nobilia ædificia deſcribenda, ædificanda, perficienda; Id in non ineptum ſenſum trahi poteſt, quanquam leue eſt, ac Rabbinicum olet ingenium, quod vix ſe vnquam à terra ſuſtollit. Alij haud quidem melius, vt viam capeſſentibus, qua eundum ſit, commonſtret, ne incerti vagentur itinerum. Sed id alio loco reiecimus. Malim, ſi hærendum ſit in cortice, interpretari, ad diſciplinas, ſecundum artis leges, ac regulas; vt non modo *Turris* pulcherrima intelligatur, ſed etiam ad architectonicæ leges prorſus exacta. Sed à cortice penetrandum ad medullam eſt, intelligendique *Sacerdotes* tanta doctrinæ ſupellectile inſtructi, vt docere alios poſſint; nec exemplo ſolum illis præeant, ſed & rerum omni doctrina imbuant, quæcumque ad Fidem, ac Pietatem in illis fouendam neceſſaria iudicentur. Id ad ſcripturarum ſcientiam, aliaſque neceſſarias ſpectat, S. D. E. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius.* Mal. 2. 7. Et vero quid aliud *Sacerdotes* ſcripturarum inſtructi doctrina ſunt, quam myſticæ *Turres*, ad quarum amplexum confugiant ſimpliciores fideles, tanquam intra earum munimenta ſecuri futuri ab omni imminente ab hoſte diſcrimine? Experta hoc ſæpè Eccleſia eſt, ſub omni ſtatu, ſed Chriſtiana maximè, quæ nunquam munitior aduerſus exorientes hæreſum, atque hæreticorum incurſus, quã vbi *Sacerdotes* habuit, hac armorum paratura inſtructos.

Digitized by Google

VII.
At adjiciendâ doctrinæ oratio. Qua populus Deo vnitatur. Sic præſtitum à Moſe, Aarone, & cæteris. Vnde ſecuritas populi, & [illegible].

Sed *ſcientiam* comitetur *oratio* aſſidua, quæ & *Sacerdotem* cum Deo, ac Deum cum Populo iungat, vt ex tribus vnus quaſi funiculus fiat, qui rumpi non poſſit. Quantum autẽ veteris Eccleſiæ *oratione* præſtiterint *Sacerdotes*, ad eripiendum vulgus inſtantibus ſæpè periculis, & Moſis in Ægypto, & in rubro mari, & in deſerto geſta; & Aaronis, eorumque, qui illi ſucceſſere, ſatis demonſtrant, quæ longum ſit recenſere: vnde nata promiſcua illa multitudinis confidentia, ac ſecuritas, qua ad eas ſe *Arces*, ac *Propugnacula* recipiebant, ſeſe ſola *Sacerdotum* præce tutos arbitrantes.

Oratio neceſſaria, qua populus Deo coniungatur.

VIII.
Addenda & caritas, & animarũ zelus. Quorum alterum amplitudinem præſtat. Alterum impenetrabilitatem. Cuius rei exempla paſſim in ſcriptura.

Sed tamen munitiſſima *Propugnacula* ardens proximorum præſtat *Caritas*, atque animarum vrens *Zelus*; laxat illa ſcilicet ſpatia, vt vno complexu infinitus capi, ſtringique poſſit Populus, atque locari in tuto: hic autem fortitudinem molibus tribuit, ne vlla poſſint aduerſa arte perrumpi. Vtriuſque autem rei documentum, & quidem illuſtre, habes in Aarone Num. 16. 41. in Moſe Exo. 32. 10. In Onia, & huius Filio Simone 2. Machab. 3. 19. Eccl. 50. cap. & ſeq. Alijſque, qui laudari in ſacris voluminibus ob ea merita digni ſunt habiti. Hæc ergo harum *Turrium*, ſeu *Arcium* potius *Propugnacula*, ad munimentum, ac ſecuritatem populorum excitata; quibus ſtantibus rara ingens aliqua accepta eſt clades; niſi cum Populus veſano percitus furore à *Sacerdotum* cõplexu totus defecit ad hoſtes.

Caritas ardens animarum vrẽs Zelus.

NOTATIO XV.

MILLE CLYPEI PENDENT EX EA OMNIS ARMAT. FORT.

I.
Mille Clypei pro multis. Quamquam in eo myſterium quidam putarint. Certe tres Patres. Quorum ſenſum probare non poſſumus. Nec opus tanto molimine ad enodandum locum hunc.

MIlle Clypeos pro multis, ſiue innumerabilibus poſitos ex magnorum Interpretum, & S. S. vſu monuimus: adeoque mirum eſt, fuiſſe de veteribus, qui abſtruſa quædam arcana, & maximè ſingularia, hic latere exiſtimarent. Trium PP. in eo ſudauit ingenium. Decem eſſe legis præcepta, quæ dum quis opere exequitur, decies multiplicat, vt numerum impleat centenarium. Has actiones iterum decies multiplicatas per ſubiectas ipſis decem facultates animę (quas ſingillatim enumerant,) in millenarium numerum creſcere: atque hac ratione *Mille Pendentes Clypeos* legem ſignificare, tum ſcriptam tum naturalem, quæ ſibi mutuo ſunt ornamento; dum ex ea Sponſæ parte, quæ rationis eſt compos (Collum enim rationem interpretantur) tanquam ex Collo illius dependent, eamque ab omnibus hoſtium inſidijs protegunt. Hæc ego me fateor non magis intelligere, quam folia Sybillina. Sed nec tanto molimine opus eſt, vt hæc interpretere: cum ſatis intelligantur *Mille Clypei* poſiti pro multis, quotquot ſcilicet neceſſarij ad protegendum quoſcumque eorum, qui ad munimenta confugerint. Intricatius adhuc interpretatur Aponius, quem tute videre potes.

Mille pro multis. Tres Patres. Trium PP. ſenſus operoſe traditus, nec admodum probandus.

I.
Sed in clypeis quidam agnouere Sacram ſcripturam. Alij Fidem maluere. Alij exempla Sanctorum. Neutri apte ad hunc locum. Nec conſequenter ad dicta.

Præſtitiſſet autem quærere, quid *Clypeorum* nomine oporteret intelligi, quod facere alij. Iuſtus Vrgel. *S. Scripturam* videtur accipere, cuius varia documenta ſunt ad doctrinam, & mores: tot autem *Clypei*, quot documenta ſunt. Id haud improbabile eſt. Philo ſatis obſcurè hic loquitur, nec libet, exigua tantum ſe monſtrante face, ac malignè lucente, quis illius ſenſus ſit, rimari. Id generatim videtur velle, ſanctos Dei electos *Fidei Clypeo* tectos, aduerſus Hæreticos, ac vitioſos omnes acerrimè pugnare, & in aduerſarios haſtas intorquere. Alij autem *Clypeos monita* eſſe, atque *exempla Sanctorum* volunt, quos Eccleſia de manu Dæmonis, ac poteſtate ereptos, in exemplum adhuc pugnantibus proponit, illorum commemorans geſta ac velut exuuias ſacras de parietibus ſuſpendit; vnde Fideles cæteris parata habeant arma, quibus ſe muniant. Id verè, quantum ad ſententiam dictum eſt: quantum ad huius loci exigentiam, neſcio quam aptè. Nam cum ex illius ſenſu *Turris* hæc Eccleſiæ *Fides* ſit, quo pacto *exempla Sanctorum* de *Fide* dicantur ſuſpenſa, non ſatis intelligitur, neque ille dicit; vtrumq; ergo ſenſum fortaſſe probes, coniunctos non item. [illegible]

Iuſtus Vrgel. Clypeus ſacra Scriptura. Philo Carp. Fides. Monita & exẽpla ſanctorum.

III.
Præſtat in Sacerdotibus armamentarium agnoſcere: Vnde arma fidelibus ad ſecuritatem. Sint ergo Clypei dogmata Fidei.

Pergamus nos hæc Interpretationi noſtræ aptare. *Sacerdotalis Ordo* non modo ita comparatus eſſe debet, vt aduerſas acies excipere irruentes, & in eas fortiter irrumpere ſit paratus; ſed etiam vt ſe intelligat aliorum defenſioni obnoxium eſſe. Itaque velut *publicum, ac commune armamentarium* eſſe, neceſſe eſt, vnde arma Populis miniſtrentur, quibus inſtructi & prælia ineant, & hoſtes proſternant. Horum autem cum duplex ſit genus, alij Fidem laceſſant, alij vitam, ad vtrorumque artes ludendas, ſollicita *Sacerdotum* cura armandi ſunt: tum vt iacula, ac vulnera hoſtium vitare poſſint ipſe, tum vt ferro laceſſere eos, ac vulnerare ad mortem. *Clypei* ergo intelligemus *veræ Fidei dogmata*; ac doctrinæ quæ operanda præſcribit, & mores format. Nihil enim potentius ad hæbetandas aduer-

Ordo ſacer, armamentarium, Eccleſiæ. Vnde fidelibus arma ſuppetant. Fidei dogmata Clypei ſunt.

Digitized by Google

Qui ſenſus eſt Pauli, Fideles armantis ad pugnam. Per ſingula genera diſtributis armis. Quibus aduerſarium voluit à nobis vinci.

ſas acies, profligandaſque copias, quam vera ſolida doctrina, profunde animis, ac firmiter hærens. Ideo Paulus, optimus huius militiæ, & vſu multo arma tractare Dux doctus, cum Fideles præpararet, & ad pugnam hortaretur, per genera ſingula diſtributis armis, ea vt induerent alacriter monebat. *Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induite loricam Iuſtitiæ; in omnibus ſumentes Scutum Fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.* Epheſ.6 13.14.15. Et: *Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus; induti loricam Fidei & caritatis, & Galeam ſpem ſalutis: quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis.* Theſ.5.8.9. Non tam abiecit noſtri curam Deus, vt velit nos ab hoſtibus profligari, cõficique. Arma ipſe ſubminiſtrat, quibus inire prælia tuti poſſimus, & irruentes in nos hoſtes repellere: ignauiam, aut virtutem noſtram euentus teſtabitur belli: nemo enim vinci poterit, niſi qui vinci velit, & hoſti in ſpolium cedere. *Fidem* ergo *rectam*, ideſt, dogmata à magiſtra *Fide* ſubminiſtrata, arma ſunt, ad munitionem defenſionemque noſtram ſiue *Galeam*, ſiue *Clypeum*, ſiue *Loricam* eſſe velimus: in vna enim ſpecie totum genus comprehenſum eſt.

Epheſ.6.13.14.

Theſ.5.8.9.

Nec enim noſtri curam abiecit,

Deo magnacura de victoria noſtra.

Fides ergo recta Clypeus, & Galea eſt, & Lorica.

IV.

Quæ nobis ſacer ordo miniſtrat, Per doctrinam, hortamenta, conciones. Quod monitum Pauli eſt. Nec ſegniter eſt agendum, ſed alacriter, patienterq.

Hæc nobis arma *Sacer ordo* ſubminiſtrat, in quo tanquam in *communi Armamentario* pendent ad cuiuſque vſum. Miniſtrandi autem ea ratio, per doctrinam, per inſtructionem, & varia tractandi genera, ſermones, exhortationes, conciones, priuata colloquia. Ideſt quod Paulus monebat. *Prædica verbum; inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.* 2.Tim.4.2. Non enim ſatis, ſi vera doctrina ſit, atque vtilis, opus inſuper in opere non ſegniter, aut quaſi obiter verſari; ſed perſiſtere, ac perſeuerare, (id eſt *in omni pacientia*) & patienter ferre muneris tanti moleſtias, & perſeuerantia vincere auditorum ſiue ruditatem ingenij, ſiue mentis contumaciam. Futura bella deſignat, vt arma paret: prælia, eorumque dubiam fortunam docet, militeſque iubet armare, vt in procinctu cum ſint, queri non poſſint exarmatos ſe hoſti obiectos: hic enim maximè decet *Armamentaria* patere, vnde quiſque ſibi arma poſſit aptare, quibus in prælia ruat, certus victoriæ, ſi legitimè ſcilicet certauerit. Ideo addit: *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus; & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Verſ.7.4. Atque hæc ad munienda, tegendaque corpora ſpectant, ne facilè vulneri patere poſſint.

Modus quo hæc arma ſub miniſtrat ſacer ordo. *2.Tim.4.2.*

Patientia pro perſeuerantia in opere.

Ne cui fidelium deſint, quibus miliuet, arma.

2.Tim 4.3.

Hæc ergo admunienda corpora ſpectant.

V.

Sed neceſſaria præterea alia ad feriendum.

Verum aliud præterea *Armorum* genus, ad feriendum hoſtem cædendumque requiritur: Miſſilium ſcilicet genus omne, ac Gladiorum. Hæc omnia nomine *Armaturæ Fortium* intelligimus. Hanc vna voce Paulus expreſſit. Eph.6.17. *Et Gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Quo autem pacto hoc Gladio vti nos deceat, docuit magnus noſter Imperator, cum, prouocatus ad ſingulare certamen ab hoſte, ſolum illi Dei verbum obiecit, & cæſo hoſte meritus Angelorum miniſteria eſt.

Gladi vſu Verbũ Dei.

Quæ vno Dei verbo cõplexus Paulus.

Verbo Dei Chriſtus hoſtẽ proſtrauit.

VI.

Et exemplo docuit Chriſtus. Eſt autem eadem in acie armatura. In pace ornatus & cultus. Sic placet Deo Eccleſia. Sed decent fortes, non timidos. Timore enim trepidi pro victis habentur. Quod primum telum ab hoſte immiſſum.

Sed eadem, quæ militaris ſuppellex eſt, dubijs bellorum temporibus, in pace cultus, & ornatus eſt, quo Sponſæ *Collum* ornatur. Suo Sponſo ſic ornata placitura magis. Nullis enim melius margaritis ornata procedit, quam virtutibus illis, quibus ad omne diſcrimen parata, non ipſa ſolum hoſtiles acies deijcit, ſed ea etiam miniſtrante Filijs docentur eorum *manus ad prælium, & digiti* eorum *ad bellum*, *Fortium* autem *arma* dicuntur, quia non niſi *Fortes*, magnanimoſque decent: ſi quis ignauus velit illis armari, oneri potius ſunt, quam auxilio: & vnde victoriæ decus quæritur, clades eſt certa. Nihil enim maiores edidit vnquam ſtrages, quam metus, & turpis ignauia. Primum omnium telum hoc catus, multoque experimento doctus aduerſarius intorquet: quo vel ſi ſanguinis ſtillam elicuerit, (quanquam quis cruor ab exangui, ac pallido elici poſſit?) velut certus de victoria, canit ante plenam pugnam triumphum. Qua fortaſſe cauſa orabat ille, dicens: *Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam.* Pſal.73.1. Non orat ab *inimico* liberari, ſed ab *inimici timore*. Nam, ſi non timeas, victoria certa eſt: ſi timeas, certa clades: ille enim ſolum eripitur, qui timore non pulſatur: quem timor occupauit, is iam occubuit. Primum ergo ſalutis pignus generoſa virtus eſt; quia, timere neſcia, neſcia ſuperari.

Quæ in acie arma, ornatus in toga.

Pſal.141. Armatura fortiũ, quæ fortes deut.

Ignaui pro victis habitu. *Pſal.63.1.*

VERSVS

Digitized by Google

VERSVS V.

DVO VBERA TVA SICVT DVO HINNVLI CAPREÆ GEMELLI, QVI PASCVNTVR IN LILIIS, DONEC ASPIRET DIES, ET INCLINENTVR VMBRÆ.

COMMENTARIVS.

QVi de *Sacerdotum Ordine* ſub *Colli* ſchemate dixerat, nunc de *Sacerdotum* vtroque apice, *Moſe*, atque *Aarone*, ſub *Vberum* ſchemate dicit: atque ab ea parte, & quidem merito, Eccleſiæ prædicat formam: comparat autem *Vbera duobus Hinnulis Capreæ*, qui, *inter lilia paſcentes*, matres ſequantur, interim ipſi lacte multo diſtenti; nec breui tamen tempore; ſed ab oriente primum diei luce, ad occumbentem ſolem: vt bene paſti, ac pingues intelligantur. Fuere ergo *Moſes*, & *Aaron* fratres *Vbera* illius Populi doctrinæ lacte abundantia; quia verè fuere *Nutricij*, immo & *Nutrices*, quorum vtriuſque curæ Gentis illius educatio eſt à Deo commiſſa, toto eo tempore, quo verſati ſunt in deſerto; quo ſcilicet illius pueritia durauit. Adultioribus, cum proximus in promiſſam terram ingreſſus erat, vti minimè iam indigentibus lacte, & veſci incipientibus ſolido cibo, exaruere hæc *Vbera*, & ſublati *Nutricij* ſunt, & Populus ablactatus. Lac ergo doctrinam ad Populi captum traditam, *Vbera Moſen*, atque *Aaronem* interpretabere: *Hinnulis* autem comparantur *feſtiuitate, manſuetudine, benignitate* quæ virtutes in *Nutricibus* præcipuæ ad nutriendum infantes, vel maximè neceſſariæ ſunt, vel à parentibus in illis expetitæ. *Paſci* autem dicuntur in *Liliis*, id eſt in abundantiſſimis locis, vt pleni, ſucculentique intelligantur. Ad *Vbera* autem ſi transferas, ea intelliges multo, ac ſalubri diſtenta lacte, quod nihil erit aliud, quam *Moſen* & *Aaronem* cœleſtis doctrinæ pabulo probe inſtructos: vt deeſſe illis Lac doctrinæ non poſſet, & abundantia, & dulcedine, & ſalubritate præcipuum. Quod additur: *Dum aſpiret dies, & inclinentur vmbræ*, nihil aliud eſſe intelliges, quam, illud in eis lactandi ſtudium iuge fuiſſe, perſeuerans, ſollicitum ad mortem vſque: quæ vitæ, ſæpè *diei* nomine in ſacro Sermone ſignificatæ, veſpera eſt, inquam deſinit: In eo enim conatu docendi, inſtruendique Populum mortuus eſt vterque. Sed loquentem Sponſum præſtat audiamus.

ENARRATIO.

SAcrum ordinem coronant duo mihi cariſſima capita, Moſes, atque illius Frater Aaron, optimum Sacerdotum par: &, vt loco & dignitate, ita etiam meritis ſublimiores. Eos ego in tuo hoc pulchro corpore, Vberum ſubire vicem dico, quibus, infuſum cælitus, doctrinæ lac continetur, quod in paruuli adhuc Populi alimentum ſeruatum, exſuctumque, conueniens ætati teneriori nutrimentum largiatur, donec adultior ſolido cibo paſcatur. Æqualitatem, quæ vna eſt Vberum laus, in eis germanitas ipſa facit, ac pone par cæleſtis influxus, qui iugi largitione inundans, eorum ita mentes implet, vt numquam deeſſe poſſit, quod lactentibus adhuc Filijs tribuant. Quid dicam de feſtiuitate, manſuetudine, ac benignitate, quæ etiam in Vberibus dotes deſignantur, quibus

Digitized by Google

bus vterque mirè eminet io educanda imbecilli adhuc, ac tenera prole; ſiue in ſimplicium Filiorum importunitate, ac faſtidijs perferendis? Qui ideo cum lactentibus adhuc Hinnulis comparari poſſe affirmet, qui nondum à lacte matrum depulſi, rumis earum adhærent, dum in vberrimis ſe paſcuis cibo reficiunt, haud errauerit: nam & lacte velut turgentes manum implent; & manſuetudine, ac feſtiuitate, ad ſeſe alliciunt inſpectantes. Sed illud maxime vtriuſque Fratris ad laudem pertinet, quod ad ſtudium iuge, ac nuſquam interruptum lactanda prolis pertinet, ne vllo vnquam tempore alimenta deficiant. Nam ab exoriente die, id eſt, ab exceſſu ex Ægypto, quo tempore Nutritiorum hoc officio fungi, me authore, capere, ad ingreſſum in promiſſam hæreditatem, annis ſcilicet ferme quadraginta, nec lactis illa myſtici vena defecit, nec ſollicitum lactandi ſtudium vnquam intepuit; quoad adulta iam proles, ac robuſtiore paſcenda cibo, lacte depelleretur, deficiente per vtriuſque exceſſum liquore lactis in venis.

NOTATIO XVII.

DVO VBERA TVA.

SVM.COM.

I.

De vberũ ſignificatu vna quæſtio.
Altera de Hinnulorum.
Tertia de paſtũ in lilijs.
Poſtrema de die & vmbris.

Quæſtiones diſputandæ.

VBerum nomine quid arcano ſignificatu intelligi oporteat, anceps multum quæſtio eſt, neque in ea nobis cum pleriſque conueniet. Hic primùm ſeſe ſcopulus nauigantibus objicit in pelago, qui omnino vitandus eſt. Alter in ſimilitudine *Hinnulorum*, non cum *Vberibus*, nam de ea dictum ſatis in Dramatico Commentario eſt, & quidem per otiũ: ſed inter eos, & id, quidquid fuerit, quod myſtice per *Vbera* intelligendum cenſeamus. Tertius in illis hæret verbis, *Qui Paſcuntur in lilijs*: quæ nec neceſſaria ad ſimilitudinem videri poſſunt; & potius impedire, quam iuuare ſententiam. Quartus in illis eſt, quæ immediate ſubduntur, verbis: *Donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ*: quæ etiam quo ſenſu addita ſint, non ſatis liquet, ad præcedentem ſententiam: multoque minus ſi ad myſticum *Verbum* ſignificatum applicare volueris.

II.

Vbera quidem Doctores accipiũt,
Quod minus nobis probatur.
Cum Vbera teneræ prolis admoneant.
Id generatim, doctoribus minimè quadrat.
Qui etiam ſolido cibo adultior ſuſtẽtatur.
Qui lacte minimè ſignificatur,
Et alioquin de Doctoribus iam dictum.
Nec oportuam ſæpè de eadem re meminiſſe.
Ideo nec Prælatos vbera intepretabere.
Licet quidam ſubtiliter id conẽtur.

Doctores Vbera Eccleſiæ, ex ſenſu quorumdam.

Multorum grauiumque exiſtimatio eſt, *Vberum* nomine *Doctores* accipiendos eſſe, qui ſcilicet doctrinæ lacte teneram Fidelium prolem ſuſtentant; quanquam in hoc omnes tradendo ſenſu, aut explicando, non ſatis conueniunt interſe. Haud iuuat per ſingulorum currere verba, habet illos auidus lector ſi conſulere libeat. Id generatim dico, minus hanc placere interpretandi rationem, nam quin illi aſſentiar, analogiæ ipſius leges obſunt. Nam certè cum *Vbera* audis, ſtatim lac cogitas, paruulorum alimentum: ergo & paruulos eadem dicendi neceſſitate cogitas; ac generatim eum in Eccleſia ſtatum oportet quæras, in quo iuuene adhuc matre, proles non adulta, ſed tenera ſit, lacteque, non ſolidiore ſuſtentanda cibo. At ſi in *Vberibus* agnoſcere velis Doctores generatim, ſtatim apparet eos non modo Lactis alimenta in paruulorum nutrimentum parata habere, ſed & cibos ſolidiores eius impertinendos, qui myſtica ætate adultiores, non iam lacte opus habent, ſed robuſtiore alimento, vt adoleſcant in viros; aut in virili ætate conſeruentur vegeti robuſtique. Vidit hoc Theodoretus, vt vir erat ſolerti ingenio, atque erudione multa excultο, monuitque Lactis nomine quoſcumque cibos intelligi, qui à *Doctoribus*. Velut Patribus diuidi fidelibus, pro cuiuſque captu poſſunt. Sed ſi hæc amplectare, omnem analogiæ rationẽ corrumpis; neque enim ſine ratione *Vbera* nominata ſunt; ne putares, in *Vberibus*, quæ lactis promptuaria ſunt, vnde ætati teneræ alimenta parentur, penuarias cellas accipiendas eſſe, in quibus omnis commeatus ſit apparatus. Accedit & alia ratio, quod ex eorundem horum Authorum ſententia, ſupra iam in *Dentibus Doctores* accepti ſint; nec credendum ſit, tam paucis interiectis, iterum de *Doctoribus* inductum eſſe ſermonem. Qua etiam ratione eorum minus placet ſententia, qui hic *Prælatos* generatim intelligendos arbitrantur: neque enim neceſſarium eſt, toties de eadem re mentionem fieri: cum facile ſit ad alia Eccleſiæ membra hæc ſingilla adaptare. Videre id illi; &, quanquam ſubtili diſputatione nodum ſoluere conati ſunt, aliaſque in *Collo*, alias in *Vberibus Prælatorum* proprietates deſignauere; adhuc omnino non perſuadent, cum aliam in partem ea flectere, & quidem aptius, facile ſit.

Vbera ad tenerã adhuc prolẽ referenda.

Vbera hic Doctores non ſunt.

Theodoretus.

Lactis alimentũ proprium puerorum.

Prælati hic non ſunt vbera.

III.

Nec trium PP. placet ſenſus.
Nec aliorum, qui vtrumq teſtamẽtum malunt.

Tres Patres.
Philo.
Anſelmus.

Tres Patres in *duobus Vberibus doctrinam duplicem, Naturalem* ac *Moralem* accipiunt, qua vtraque, velut gemino *Vbere*. Eccleſiæ Filij ſuſtententur. Philo autem, & Iuſtus, & Anſelmus vtrumque *Teſtamentum Vetus, & Nouum* malunt, quorum dulci nectare maternum

Eccleſiæ

Tametſi appoſite, & diſerte loquatur.

Singula ſingulis applicare conatur.

Hebræorum verba.

Sed [illegible]

Quæ de duo Teſtamenta.

Sic ū do[illegible] ideas, e[illegible].

Eccleſiæ pectus diſtenditur. Ea *Vbera* rotunda eſſe, & teretia perfectione ſcientiæ, rubicunda caritate, duriuſcula ſenſuum ſoliditate, læta & feſtiua Hiſtoriarum varietate, illebroſa, *ὁμοιμερῆ* cunctis, qui Fidei clara luce contuentur. Prius quidem vetus Teſtamentum natum videri, ſi homines reſpicimus, & humani temporis decurſum; ſi vero Deū, cuius æternæ prouidentiæ, & diſpoſitione cuncta ſunt præſentia, vno & eodem tempore, & vno genitore ambo nata fuiſſe, & ideo gemella eſſe: ambo candida, veritatis Lilijs, puræ, & ſanctæ vitæ exēplis, & ardentis ſucci ſententijs ſatura, & exſultantia: pari ambo niſu in cœlum tendentia, & quaſi inuicem aſſilientia: Spiritus Sancti aura alternatim ambo agitata, paruulos ſuos Iudæorum & Gentium Populos ad pietatem enutrire, donec adoleſcant in perfectos viros. Hæc reddidi vnius eorum, quibus ita interpretari placuit, ſed recentioris fere verbis, quibus multum & acuminis, & gratiæ ineſt. Sed obeſt, haud belle in vnum quadrare corporis membra, ad diuerſum genus ſpectantia, quod alio monuimus loco. Diuerſi autem ſunt generis, Prælati, Fideles Populi, Prædicatores, quos Oculis, Capillis, dentibus ſignificari volunt, ac duo Teſtamenta, quæ in Vberibus agnoſcunt: illæ enim corporis myſtici, ſiue Reipub. ſacræ ſunt partes, ac membra, cuius duo Teſtamenta partes non ſunt, ſed magis ad alia ſpectant extrinſeca bona, & ornamenta: aut, ſi partes cenſeri aliqua ratione poſſunt, alterius corporis partes ſunt, ex alia analogię ratione.

Vbera gemina quibuſdam teſtamentum vtrumque.

Delet us.

Membra diuerſi generis vni corpori non aptanda.

IV.

Nec magis probanda [illegible].

Quæ [illegible] interpretat: ſed minus apte.

[illegible] Synagogā, atque Eccleſiam.

Vbera eſſe contendunt.

Corpus cum membris confundentes.

Quo etiam argumento aliorum etiam minus probamus ſententias, vt Philonis, qui *duo præcepta Caritatis*. Pſelli, qui *aquam, ſanguinem, quæ de Chriſti latere fluxere*; Gregorij lib. 24. Mor. Cap. 20. qui *duos Populos, Iudæum, atque Gentilem* interpretantur, parum, vt videtur accommodate, cum maxime Iudæus, atque Gentilis Populi potius Filiorum adhuc lactentium, rationem habeant, quam *Vberum*. Multoque minus placet Abſalonis Abbatis ſententia, qui *Synagogam*, atque *Eccleſiam* interpretatur; Nam certè ſi Eccleſia congregata ex Iudæis, atque Gentilibus Sponſa eſt, cuius laudantur *Vbera*, haud aptè eædem illę dicuntur *Vbera*, niſi totum corpus cum parte certa confundas, pręter analogiæ leges. Aliud enim eſt humanum corpus in fœmina, aliud brachia, aliud oculi, aliud *Vbera*, tametſi enim omnia ad corpus idem iſta pertineant, corpus tamen à partibus ſingulis diuerſum quid eſt.

Pſellus.
Gregorius.M.

Abſalon Ab.

V.

Sed [illegible].

Quæ [illegible].

Status Eccleſiæ adhuc iuuenis ſub Moſe.

Cuius ſcilicet etiam Vbera intumeſcere viſa.

Cuius ſtatus ab Ezechiele deſcriptus.

Ideo Eccleſia ſub natura,

Vbera non laudata, nondum extantia.

Aliorum reiectis interpretandi rationibus, ſupereſt, vt ſenſum noſtrum indicemus. Ergo *Vberum* nomine *Hebræi Populi* de quo adhuc ſermo eſt, *Nutritios*, *Moſen*, *Aaronemque* vt accipiamus, multa cogunt. Nam & ſtatus ipſe Eccleſiæ, qui deſcribitur, & Populi illius toto eo tempore, quo in viuis fuere *Moſes*, & *Aaron*, ingenium moreſque: & vtriuſque Fratris in educando eo Populo ſtudium, ac indulgentia pene materna perſuadent. Status Eccleſiæ adhuc Iuuenis, & nondum per Incarnationem ad munus, honoremque iuſtæ vxoris vocatæ; tametſi iam Sponſæ, cuius tunc ſcilicet intumeſcere *Vbera*, & quaſi ſororiare incipiebant, quibus poſtea adulta, anniſque matura ad partum, infinitos de Gentibus Filios dulci doctrinæ nectare enutritura erat; de qua dictum: *Lauda ſterilis, quæ non paris; decanta laudem & hinni, quæ non pariebas: quia multi filij deſertæ magis, quam eius quæ habet virum.* Iſai. 54.1. Et: *Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt.* 1. Reg. 2. 5. Quæ de Eccleſia & Synagoga in typo dicta. De Eccleſia autem ſub Moſe dictum: *Multiplicatam quaſi agri germen dedite, & grandis effecta, & ingreſſa es, & perueniſti ad mundum muliebrem.* (Ad eam ætatem quæ mundi iam muliebris ornamenta depoſceret, quaſi iure ſuo) *Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit.* Ezech. 16.7. Quæ ſcilicet in fœminis ſigna ſunt pubertatis, & maturas virgines probant ad viri complexus. Atque hinc intelliges, cum ſermo de Eccleſia ſub lege Naturæ eſt, cur *Vberum* nulla ſit mentio: nempe puellæ, & teneræ nondum pectus intumuerat. De ea ergo ætate Eccleſiæ hic ſermo eſt, dum adhuc in deſerto peregrinaretur; ea enim eſt, quæ adhuc hiſce verbis Canticorum deſcribitur, vt ſeries ipſa rerum ſatis perſuadet.

Vbera Eccleſiæ Moſes, & Aaron.

Status Eccleſiæ ſub Moſe iuuenis, & nec dum maritæ.

Iſai. 54.1.
1 *Reg.* 2.5.
Ezech. 16.5.
Vberum tumor ſignum pubertatis in fœminis.

Eccleſiæ ſub natura cur nō laudata vbera.

VI.

Adde populi illius puerile ingenium.

De quo Moſes ipſe.

Cui ſe Deus accōmodabat.

Ideo toties lactis & mellis mentio,

Quæ infantilia alimenta.

Sed nullo facilius argumento interpretatio noſtra fit probabilis, quam ſi populi illius dum per deſertum vagaretur, mores, ingeniumque conſideres. De eo dictum: *In ſolitudine (ipſe vidiſti) portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum, in omni via, per quam ambulaſtis, donec veniretis ad locum iſtum.* Deut. 1. 31. & loco alio: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* Deut. 32.11. Nec ſine cauſa toties & mellis & lactis mentio, cum ſermo de promiſſa terra eſt, inducendo puero adhuc Populo, nec niſi lac, & mel cogitare docto, ad ſubeundos longi itineris labores. Sic ſæpè Nutrices, ingredi ſuis pedibus incipientes, male adhuc firmo gradu, infantes, oſtenſis papillis lacte diſtentis allicere ſolent, & ad ingrediendi laborem hortari. *Conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum; vt ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo: butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum pinguium, & arietum Filiorum Baſan.* Deut. 32. 13. 14.

Ingenium populi ſub Moſe puerili.
Deut. 32. 11.

Cur toties mellis, & lactis ſub eo ſtatu mētio.

Deut. 32.13.

Quod

VII.
Nec mores alieni à pueritia,
Ingenium facile, mutabileque,
Eiulatus pro cibo,
Mox ex abundãtia nauſea.
Tranſitusque breuis à votis in vota.

Mores populi puериles.

Quod ſi & ingenium eius Populi, dum per deſertas regiones duceretur, & mores perpendas, verè pueros affirmabis, lacte potius, quam ſolido cibo ſuſtentandos. Ingeniũ imbecille, facileque mutandum; atq; indocile, niſi caſtigatum, flecti ad bonum, æquumque: tunc lachrymæ tunc gemitus, tunc prioris errati damnatio voce, & multa prece exhibita, atque reſipiſcentia in poſterunm. Mox vbi dolere flagra diſijſſent, ſubeunte doloris obliuione, in eadem mala, quæ prius dãmnauerat, præcipitatio. Quid? cum cibus aut deficere viſus, aut tardare commeatus? Quæ voces? qui quæſtus? quæ minæ? Mox cum ea ipſa donata eſſent, propter quæ vel vſque ad ſeditiones rixati fuiſſent, ſubeunte earundem abundantiam faſtidio rerum, quas expetierant, in aliud ex alio migrare vota, nunquam in vna hæſura re. Omnia hæc Gentis ingenium puerile teſtantur, nec dum matura intelligendi vi, nec robuſta voluntate; vt nec de rebus ſingulis aptè ſentirent, minimè matura prudentia; nec ſtabili voluntate eligerent, quæ ſemel placerent.

Mens imbecilla, & facile mutabilis.

VIII.
Pueris ergo data vbera,
Moſes & Aaron nutritij.
Quod quæſtus aliquando Moſes.
Deprecatus munus faſtidio plenum.

Quod ſi ingenium, moreſque cum Populum puerum adhuc toto eo tempore fuiſſe cõfirmant, merito *Vberum* nomine eos intelligemus, qui velut *nutritij* educandi paruulum populum curam, Deo authore ſubiere: curam ſcilicet ingentem, ac faſtidij plenam: nam & faſtidia Nutrices ſæpè ſollicitare ſolent. Audi Moſen, & importabile ſibi onus impoſitum conquerentem, & deprecantem. *Cur afflixiſti ſeruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? at cur impoſuiſti pondus vniuerſi Populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi vniuerſam hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet Nutrix infantem ſuum? Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc Populum, quia grauis eſt mihi. Sin aliter tibi videtur, obſecro, vt interficias me: & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.* Num. 11. 11. 12. 14. 15. Quæ tam aptè in hunc ſenſum verba quadrant, vt nihil videatur aptius fingi poſſe.

Nutricandi munus faſtidio plenum.

Num. 11. 11. 12.

Moſes deprecatur munus.

IX.
Hæc pueritia fuit.
Quoad induceretur Populus in promiſſam terrã.
Tunc exaruere vbera
Mortuis Moſe & Aarone.

Sed nondum hæc ſatis ſunt ad elucidandum hunc locum. Nam certe illius Populi tenerior ætas, ac omnino lactens, toto eo durauit tempore, quo vagati ſunt per deſerta loca: annis autem tranſactis ferme quadraginta, cum prope eſſet, vt promiſſa hæreditas adiretur, extinctis omnibus illis, qui Ægypto exceſſerant, nec in promiſſam terram admiſſis, robuſtior ille Populus effectus eſt, nec iam indigens lacte, ſed ſolidiore cibo. Ergo depellendus ab vberibus erat iam minimè neceſſarijs. Hinc ex ſiccato *Vberum* lacte, velut minimè iam vtili, *Aaron* mortuus eſt, deinde & *Moſes*. Quod nihil aliud fuit, quam lactis vtrumque fontem areſcere, & pro liquido alimento ſolidius ſubſtitui. Quod ſcilicet mira Dei prouidentia factum eſt, ne, dum Populus imbecillis erat, ac ætate infirmior, alimenta illum deficerent, quibus maxime indigebat.

Cum in proximo eſſet promiſſa terra, mortui Moſes, & Aaron.

X.
Hic prior; ſolet enim & ſiniſtrum Vber citius exareſcere,
Ille deinde, vt pote robuſtior, quia dextrum vber.
Ne & in ea parte deficeret analogia.
Quanquã & hoc alicui leue videri poſſit.

Quin & (illud tametſi leue cuiquam videre poſſit) haud inobſeruatum prætereundum eſt. Non ſine ratione prius *Aaronem*, poſterius exceſſiſſe *Moſen*. Nam certè ex Phyſica diſciplina, tametſi vtrique *Mammæ* vis inſit, ad attrahendum ſanguinem, excoquendumque in lac, non æquam vtrique eſſe virtutem, ſed imbecilliorem in ſiniſtra, in dextra autem robuſtiorem, conſtat. Quæ enim ſunt dextra, validiora ſunt. Hinc etiam contingit, vt communiter, poſtquam infantes ſolido cibo aſſueſieri incæpere, mirabili Naturæ conſenſu, & menſes, qui toto nutricandi tempore fluere deſierant, euocato in *Mammas* ſanguine, in lac formandum, iterum in locos refluant; & *Vberibus* detrahatur ſanguinis alimentum: ita tamen vt ſiniſtrum citius exareſcat, tardius dextrum. Hinc fortaſſe factum, ne quid ad analogiam deſideraretur, vt *Aaron*, qui *ſiniſtri Vberis* vicem ſubijt, vt pote imbecillioris, quam Moſes virtutis, prior obiret; quaſi lactis deficiente vena exaruiſſet: poſterior autem *Moſes*, vt pote validioris virtutis vt *dextrum Vber*, & ad ſanguinem attrahendum, excoquendumque, & in lac mutandum. Quanquam & ipſe tandem mortuus eſt, cũ cœpit ille Populus ſolidiore cibo nutriri.

Cur prius mortuus Aaron Deinde Moſes.

Aaron vber ſiniſtrum, Moſes dextrum.

NOTATIO XVIII.

SICVT DVO HINNVLI GEMELLI CAPREÆ.

I.
Quæſtio altera de Hinnulis.
In quibus deſignatæ vberũ dotes.
De quibus pauca libanda.

HÆc altera earum quæſtio eſt, quas initio deſignauimus. Et quidem, quantum attinet ad Dramaticum ſenſum, ſimilitudinis vim, ſatis indicauimus: ad arcanum quod attinet, non ita facile forſitan poterit, ſed tentandum eſt. In ſimilitudine *Vberum* cum *Hinnulis*, *Vberum* dotes præcipuas commendari monuimus, quæ eędem reperiuntur in *Hinnulis*. *Æqualitatem* congermaneſcentem, *Candorem* mundum, *Fragrantiam* ab vnguentis, *Abundantiam lactis*, demum *Feſtiuitatem*, cui alliciendi, vis ineſt. Longum ſit per ſingula otioſe vagari, ſed dicere tamen aliquid, neceſſe eſt; vt videat prudens lector,

Vberum dotes præcipuæ.

non hæc à nobis improbabiliter diſputari : immo non ſine ratione ſub *Vberum* ſchæmate *Moſen*, atque *Aaronem* ſignificatos arbitrari.

II.
Æqualitas inter Aaronem & Moſen. A natura, & lacte, A munere & exercitio A Dei intimo cõuictu. A Pharaonis alloquio. Ab odio populi, & murmure. Vna diuerſitas à vitulo. Quo ſe contaminauit Aaron.

Æqualitas inter Moſen,& Aaronem. Ex 6.13. Et 7.8. Et 12.1.43.50. Leuit.11.1. Et 13.1. Et 14 33. Num.2.1. Et 4.1. Et 19.1. Ex.19.24. Et 24.1.9. Ex 5.1.20. Et 7.10 Et 10.3. Ex.8.8. Et 12.31. Ex.7.6.20. Et 8.12. Num 1.17.44. Num 26 9. Ex.16.2. Inter Moſen & Aaronẽ diſcrimẽ Ex.32.21. Ex.7.7.

Æqualitas ſi naturam ſpectes, nulla, quam inter Fratres maior, vno Patre genitos, vna Matre natos, enutritoſque eodem lacte. Parum id eſt, niſi & in cæteris, quæ ad Deũ, quæque ad homines pertinent, eadem æqualitate (ſiue onus ſubijſſent, ſiue honorum) fuiſſent donati. Vtrique Deus ad ſe vocato loquitur, quæque dicenda, quæque agenda ſint, præſcribit. Ex.6.13.7.8.12.1.43.50. Leuit. 11.1.13.1.14.33. Num.2.1.14.1.19.1. Vtrumque ad ſe pariter iubet aſcendere, nec vnus ferme ſine alio rem tantam aggreditur. Exo 19.24.24.1.9. Vterque ad Pharaonem ingreditur, Deique ad illum mandata perfert audacter. Ex.5.1.20.7.10.10.3. Vtrumque ad ſe vocat Pharao, deq. Populi egreſſu ex Ægypto diſputat, ſeu abeundi denegat facultatem, ſeu tribuit. Ex.8.8.12.31. Vterque ſummo conſenſu, velut vnus ſit homo ſe ad opus omne accingit, & ad finem vſque deducit. Ex.7.6.20.8.12. Num.1.17.44. Vterque odia perpeſſus Populi tumultuantis, diſcrimen adijt. Num.26.9. Aduerſus vtrumque Populi murmur auditur, conquerentis, eductum ſe de Ægypto, terra vbere, ac lacte manante; inductum autem in deſertum, vbi fame moriendum ſit. Ex.16.2. In tanta Fratrum æqualitate, & indiuiſa honorum, onerumque communione, vna Pietas diſcrimen inuenit, ac propter Religionem iurgatum eſt, Ex.32.21. Quanquam ſemper Moſi potiores partes ſeruatæ ſunt in ea æqualitate: tametſi ſi ætatis prærogatiuam conſideres, triennio maior Aaron erat. Ex.7.7. Ideo in *Aarone ſiniſtrum Vber*, in *Moſe dextrum* agnouimus, quod dextra ſiniſtris ſemper potiora, certè robuſtiora ſint habita.

III.
Candor à conſcientiæ puritate Quam in Aarone maculauit vituli nece... Timoris proles. Sed correxit Moſes, & pro Dei honore pugnauit.

Candor conſciẽtiæ Moſis & Aaron. Næuus Vituli Aaronem maculauit. Ex.32.2. Ex.32.21.

Candorem, ac cum eo *Munditiem*, quæ propria *Hynnulorum* atque *Vberum* dos eſt, ad conſcientiæ puritatem, ſimplicemque in Deum Pietatem referimus, quæ mira in vtroque fuit. Sed ſæpè in ſummo *Candore* errore lapſa natura, vel næuo, vel macula peccauit, ſic *Aaroni* contigiſſe videmus, cuius, alioqui candidiſſimum animum, ac munditſſimum Vituli conflatilis culpa maculauit: tametſi eam non tam mentis ſcelus, quam timoris infamia peperit; veriti ab ſtolido Populo importuna, ac pertinace voce Deos petente, niſi Deos daret, interfici. Et in hoc ergo *dextrum Vber ſiniſtro* potius fuit: quod enim ſcelus non auſus *Aaron* auertere, *Moſes* eſt vltus, egregieque pro Dei honore pugnauit. Ex.32.2.25. Sæpe autem vlcus in *Vbere* ſanie manans lac ipſum inficit; infectum, quidquid vitij habet, infanti ſugenti communicat. Sic factum ab *Aarone*, quod in eo ſcilicet *Moſes* accuſat. *Quid tibi*, inquit, *hic Populus fecit, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Ex.32.21.

IV.
Dos tertia fragrãtia. Quæ myſticis vberibus non deſiderata. Siue bonum nomẽ eſſe velis. Seu ſuauitatem à thure & thymiamate. Seu odorem à caſtitate. Ideo iuſſus Sacerdos virginẽ ducere.

Odor bonæ famæ Moſis,& Aaronis. Fragrãtia à thure,& thymiamate, Honeſtas comẽdata Sacerdoti. Leuit 21.13.

Fragrantiam Hinnuli à *Lilijs inter quæ paſcuntur*, communicant: & alioqui adhuc coitus inexpertij, graue illud non halant, quo Capellæ, maximè autem adultiores, Capri, graues odore ſunt, fœtentesque. *Vbera* autem in Puellis, & à congeſtis floribus (quod ſolitum illis) & ab infuſis vnguentis ſuauè fragrare ſolent. Neque ea laus à myſticis *Vberibus* abeſt: ſiue bonum hunc odorem ad nomen bonum, famamque Pietatis referas; ſiue ad miniſterij ſacerdotalis vſum, in quo odorum in thure, ac thymiamate, & vnctionis vnguento ſuauis fragrantia, non hominibus modo, ſed Deo, quod haud ſemel teſtatus ipſe, gratiſſima. Sed *Munditues*, quæ *Candori* ſocia eſt, poteſt ad caſtitatem referri: ideo enim non capreis, ſed earum *Hinnulis* comparantur, rudibus ſcilicet ad generandam prolem. Nihil autem commendatum magis Sacerdoti ſummo, quam Caſtitatis amor, & cultus. Ideo iuſſus toto tempore miniſterij abſtinere ab vxoris conſortio; ideo prohibitus aliam, quam virginem, in vxorem accipere. *Virginem ducet vxorem; viduam autem, & repudiatam, & ſordidam, atque meretricem non accipiet: ſed puellam de Populo ſuo: ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ; quia ego Dominus, qui ſanctifico eum.* Leuit.21.13.14.15. De pudicitia autem *Moſis* alio loco dictum eſt.

V.
Dos quarta moderatio Quæ in illis Eccleſiæ vberibus iure notata. Propter ſcientiæ modum illis communicatum. Si cum affluentia Chriſtianæ Eccleſiæ comparet. Ideo Moſi negatũ fatum videre Dei.

In Moſe & Aaronæ diuinorum arcanorum notitiæ moderatio. Cur Dei faciem videre permiſſus non eſt Moſes. Ex 32 20. Iſai.11 9.

Sequitur *Vberum moderatio in mole*, quæ in Virginibus, cum maturæ viro eſſe incipiunt, commendatur. Neque enim *Vbera*, niſi ſuos per gradus intumeſcunt. In prægnantibus autem, ac nutricaturis fœtum, naturæ tacita prouidentia, incrementis maioribus aucta, ſinus laxant (velut horrea ſolemus ad vbertatem annonæ) lactis abundantia diſtendenda. Rite autem cum de Eccleſiæ adhuc iuuenis *Vberibus* ſermo eſt, moderatio notatur: omnis enim veteri Eccleſiæ communicata Dei arcanorum notitia tanta non fuit, cui capiendæ laxari oporteret ſpacia pectoris. Quidquid enim communicatum etiam proceribus illis *Moſi*, atque *Aaroni*, ſi cum Chriſtianæ Eccleſiæ rerum arcanarum, diuinarumque notitia compararetur, modicum quid erat, & potius diuitis olim venæ, largo latice inundaturæ mentes hominum inditium quoddam, ac velut pignus, quam verus theſaurus. Ideo maximè etiam cupienti *Moſi* faciem videre Dei dicitur: *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet; & videbis poſteriora mea faciem autem meam videre non poteris.* Ex.33.20.23. De Eccleſiæ vero Chriſtianæ aureo ſæculo *Iſaias* dicit: *Non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes.* Iſai.11.9.

Sed

VI.
Data ergo Moſi notitia quæ ſatis eſſet,
Ad lactandam prolem teneram
Et obeundum rite munus,
Et Moſi tantum,
Vt de illius ſpiritu implerentur alij.

Vberum myſticorum ſucculētia.

Sed in ea tamen iuuenili Eccleſiæ ætate, quantum res exigebat ipſa, non defuit ea *Vberi* vtrique & plenitudo, & ſucculentia, quæ ſatis eſſet, ad alendam teneram prolem (ea etiam *Vberum* dos *Himnulis* lactentibus ſignificatur,) nam Dei hoc proprium doctrinæ eſt, vt multo ac iugi ſucco ſtillans, Fidelibus infuſa, mirè ad incrementum iuuet, teneramque prolem in eaſdem qualitates tranſmutet. *Moſi* autem *Aaronique*, quos in Duces Populi, Magiſtroſque deſtinarat, immo *Nutricios*, tantum doctrinæ cœleſtis attribuit, quantum opus erat ad obeundum rite munus. Quin *Moſi* tantum largitum fuiſſe conſtat, vt de eius ſpiritu id eſt, doctrina, atque prudentia, ſenioribus tantum tribueret, quantum cuique neceſſarium ad munus implendum. Num. 11. 17. Quod qua ratione ſit intelligendum, alio loco monitum eſt. *Vbera* ergo Eccleſiæ illius, in *Moſe*, atque *Aarone* & plena, & ſucculenta intelligimus; ideoque & ſolida, & rigentia; quia vtrique doctrinæ tantum tributum eſt, quantum iuxta capacitatem, atque exigentiam muneris neceſſarium iudicatum eſt. Dei autem doctrinæ id proprium eſt, vt ſolida, vigens, ac ſalubris ſit.

Moſi tantū largitus Deus ſpiritus ſui vt implere alios poſſet.

Num. 11. 17.

VII.
Immo vt exterius tranſpareret, doctrinæ lac.
Velut turgente papilla.
Quo pertinet ſtudium lactandi prolem lacte doctrinæ.
Quod in Moſe laudem meruit.

Moſis, & Aaronis ſtudium in lactando populo, ſed diuiſi munijs.

Ea lactis abundantia eſt, quæ in *Hinnulis* lactis exſuctu pinguibus, etiam apparet in cute, ac concolore pellicula, quemadmodum & *Vberibus* ſæpe contingit iuuenculorum, quorum exteriore ſpecie latens intus candidus liquor velut tranſparet: tanquam exitum, niſi papillis proles inſtet, omnem per partem minetur. Id autem ad ſtudium vtriuſque *Nutricis*, ac ſimilitudinem alendi prolem, curamque, ne vnquam lac doctrinæ deeſſet, referendum eſt. Quod ſtudium ex parte diuiſum; vt *Aaron* ipſa ſacrorum curam obiret, propitiando Deo illi populo, qui puerili ſæpe inconſtantia declinabat à recta via: *Moſes* autem imbuendo illi incumberet, veræ pietatis documentis: quod ab eo egregiè fuiſſe peractum ſacri Libri Legis paſſim loquuntur: tam pronis ſæpe conatibus, vt ſimilis videretur *Nutrici*, cui lacte multo diſtenta *Vbera*, niſi adſit, qui ſugendo minuat, acutiſſimo doloris ſenſu pulſantur, haud antè ceſſaturi, quam inundantis lactis latices foras emiſerit.

VIII.
Adde & feſtiuitatem & illecebras,
Quod referendum ad placidum ac mite ingenium.
Quo pertulere importunitatem populi,
Sæpè contumacis, ſemper ingrati.
Ideo Moſes omnium hominium mitiſſimus dictus eſt.
Ideo ad eum in aduerſis confugere ſolitus populus,
Tanquam in nutricis ſinum.

Moſis & Aaronis mite ingenium, ac tolerādā populi cōtumaciam.

Poſtrema *Vberum* dos *Feſtiuitas* eſt, & illecebroſum illud, quo infantes maximè alliciuntur, quibus dum inhærent illi, nec continere manus teneras poſſunt, quin, adhuc inſcij, quid faciant, aut cur demum faciant, ductu naturæ contrectent lactis illa promptuaria. Ea autem *feſtiuitas*, &, vt ita dixerim, illicium, etiam in *Hinnulis* obſeruatur, vt ad mulcendum, ac contrectandum inuitent. Id autem nos ad vtriuſque Fratris mite ingenium, placidumque, & doctum ſe ad omnium mores fingere, non abſque ratione, referimus. Nam quantum illos perpeſſos putas à rudi illo, ſæpè etiam petulanti populo? Quam multa tædia, offenſioneſque deuoraſſe? Quanta patientia, ſæpè etiam commiſeratione eorū portaſſe infirmitates? Scilicet expleuere omnes *Vberum* partes, ne quid eſſet, quod Gentem indocilem, ſæpè etiam furentem, à Dei cultu vel auerteret, vel retardaret. Id autem eſt, quod de Moſe proditum eſt: *Erat Moyſes vir mitiſſimus ſupra omnes, qui morabantur in terra.* Num. 12. 3. Cum autem *mitem* audis, in vna virtute multas intelligas: eas ſcilicet omnes quas in matribus obſeruamus, dum teneram lactant prolem. Vt mirum ſit Populum illum, tametſi ſæpè peruicacem, & vtriuſque Fratris abutentem indulgentia, in periculis, aut ſupplicijs à Deo immiſſis, nullum confugium habuiſſe certius, aut tutius, quàm ſi ad eorum ſinum ſeſe reciperent; quemadmodum infantes ſolent matrum, tametſi alias offenſarum, ad quamcumque diſcriminis ſpeciem, *Vbera* ſinumque complecti, certi non alibi tutius latere ſe poſſe, aut ſecurius verſari. Atque hæc de Eccleſiæ iunioris quidem *Vberibus* dicta ſint nobis: quæ ſi quis ad Chriſtianæ prælatos applicare velit, latum campum habet, quo per otium ſpatiari poſſit. Sed de ea nos re alias fortaſſe dicturi ſumus.

Num. 12. 3.

Populus in aduerſis ſolitus cōfugere ad Moſen, tanquam in nutricis Sinum.

NOTATIO XIX.

QVI PASCVNTVR IN LILIVM.

I.
Hinnuli cur dicti inter lilia paſci?
Theodoreti ſenſus.
Secundum lectionem Symmachi.
Philoni aliamens.

QVi ſingulos rimantur huius libri apices; & penitius introſpicientes arcana ſcrutantur, in his etiam heſere verbis. Cur ergo dicti ſint *Hinnuli inter Lilia Paſci*, anxiè quæſiuere, quaſi id ſimpliciter dictum minimè ſit. Theodoretus inter Lilia Paſci ideo dictos arbitratur, quia herbam odoriferam, id eſt, ſpiritus doctrinam percipiunt. Quia autem Symmachus, non Lilia, ſed Flores maluit, & id etiam ad myſterium refert: eos enim ſignificari ait, qui facti ſunt digni, vt ſint ſpiritus Flores: hos Vbera Sponſæ, quibus doctrinæ latices fluunt, ideo nutrire. Quæ mihi non ſatis percipi, plane affirmo. Philonis Carpathij proſpicua magis interpretatio. Eos Lilia intelligendo Depaſci, qui in puritate conſcientiæ, candore vitæ, atque integritate verſantur: mundi, caſti, fideles, & iuſti,

Theodoretus: Lilia ſpiritus doctrinæ.
Symmachus.

Et alia Iuſti Vrgel.
Sed aptior Aponij, Liliorum faſtigium ad ſublimitatem cogitationum referens.
Quæque cogitauerint, ad populum informandum, conferentis.
Sed nimis hic anxie quæſita videtur.

inuictique prorſus, beatitudinis præmia in die iudicij præſtolantes. Iuſtus autem Vrgel. Paſci in Lilijs interpretatur, dum ſanctorum proficiunt pariter exemplis & doctrinis. Sed nemo luculentius Aponio rem expediuit, cuius, niſi me fallit, intellectus talis eſt. Lilia, quod & Profanis obſeruatum, celſitudine Flores alios ſupergredi; atque, cum pleraſque floriferæ herbæ repant, vnum Lilium verticem lætius attollere, in bicubitalem ſæpè altitudinem. Paſci ergo Prælatos, Doctoreſque (quos Vberum nomine deſignatos arbitratur in Lilijs, vt, ſicut Hinnuli Caprearum amplius ſurſum erecta frutetorum, quam ſolum herbidum delectantur Depaſci; ita & illorum, de quibus lac doctrinæ in auditorum corda infunditur, ſemper debent & ſermo, & vitæ exempla, non de inferioribus floſculis ſæcularium litterarum, ſed de ſupernis Apoſtolici montibus, exhortando flores Depaſci: ſemper eis de pudicitia, de continentia, de conſeruanda integritate exhortatorius ſermo ad Populum reſpondere. Quæ tametſi vera ſunt, nimis anxio molimine huic loco accomodantur. Alij autem cum Caſſiodoro Lilia intelligunt puros ſcripturarum ſenſenſus: Alij cum Gregorio M. Munditiem & pudicitiam.

Iuſtus Vrgel. Lilia ſanctorum exempla.
Aponius. Lilia, ſublimis cogitatus & doctrina non de triuio.
Caſſiodorus. Lilia, ſcripturarũ puri ſenſus.
Gregorius.

II.
Sed hic Lilia non ad paſtum ipſa pertinent,
Quo Hinnuli ſuſtententur,
Sed ad abundantem pabuli.
Cum maximè non Flores,
Non ergo in eo quidquam latet arcani.

Pleriſque his Interpretibus in commune eſt, quod *Hinnulorum* pabulum *Lilia* putauere; cum tamen certum ſit, eos *Flores* maximè ab *Hinnulis depaſci* ſolitos; qui, præterquam quòd virgultis potius delectantur, nondum nutriri pabulo ſignificantur, ſed ſolo lacte pingueſcere, matrum hærentes *Vberibus*. Quod ſi contendas, *Paſcendi* verbum proprie eſſe ſumendum, non admodum repugnabo, dummodo fatearis, quod ſolerter obſeruauit Nyſſenus, eam periphraſim eſſe abundantiſſimi pabuli: neque enim facile flores, ac multo minus *Lilia*, niſi in pingui ſolo, atque irriguo naſci ſolent. Non ergo ea verba quidquam pertinere ad arcanam ſententiam ſi dixeris, non admodũ reprehendẽdus eris; vt ſcilicet intelligãtur *Vbera plena, Succulenta, ac lacte pragnantia*, quales *Hinnuli*, aut *Hœduli* eſſe ſolent, qui pingui pactu diſtentas matres, atque vbere alimento ad ſatietatem paſtas, ſequentur, quarum ipſi lacte largè exſucto pingueſcunt, eidem, quod ex ſuxerant, lacti concolores.

Lilia Hinnulinõ paſcuntur.
Nyſſenus. Flores vbertim enat, iudicium affluentis pabuli.

III.
Intelligimus ergo Moſem, & Aaronemque
Iugi doctrina pleni...
[illegible]

Id ergo, nec aliud, ſi hæc contendas ad arcanam ſententiam pertinere, in his verbis intelligemus: *Moſen*, atque *Aaronem*, quos *Vberum* nomine deſignatos monuimus, iugi Dei magiſterio, velut vberrimo paſtu, ad ſatietatem plenos; inde trahere copiam lactis, quæ & ſibi ipſis ſit ſatis in alimentum proprium, (eſt enim lac proprium *Vberum* alimentum) vt & nutriantur, & niteant; & de redundantis laticis vbertate Populo tanto, quod ſatis ad eum nutriendum ſit, vbertim propinare. Continebunt ergo hæc Verba eius doctrinæ commendationem qua familiari illo conuictu vtrumque Fratrem Deus implebat, vt & alijs ipſi prodeſſent.

Moſes & Aaron doctrina pleni qua populũ inſtruerent.

NOTATIO XX.

DONEC ASPIRET DIES ET INCLINENTVR VMBRÆ.

I.
De diuiſione Hebræa.
Quæ hæc ſequentibus nectuntur,
Sed præſtat prioribus necti.

MOnui loco alio, verba hæc in codicibus Hebræis cum proximo verſu necti; quo etiam puncto legiſſe ſcimus Hebræos Interpretes: ſed & recentiores originum indagatores; ac quicumque Hebræis nimium hærent, id ſequuti ſunt. Latinę Editiones ante Sixtinam cum præcedentibus nectunt: quod ſequuti Interpretes, ſeu Expoſitores huius libri ferme tum Græci, tum Latini. Sixtina ſic diſpuncta, vt vtrumque patiantur. Sed plurium, & grauium, Veterum, Recentiorumque potior nobis ſententia eſt, & grauior authoritas. Horum ſyllabum apud alios habes, ſi noſcere de nomine cupis.

Hebræorum diſpunctio à noſtra alia.
Apud Delr.

II.
Senſus non vnus omnium,
Quid im diem & vmbras in malũ accipiunt,
Sed non apte ad locum
Quo ponuntur vt contraria,
Quod alijs itre placuit.

De ſenſu non vnus omnium ſenſus: nam cum omnes exiſtiment, præfiniri paſcendi tempus, &, quod inde conficitur lactationis, ſententijs tamen diſtracti ſunt. Theodoretus nullum inter *Diem*, & *Vmbras* agnouiſſe viſus diſcrimen, interpretatur enim *Diem*, *æſtum*, quem ſcilicet altior ſol cum die ſolet adducere, ideſt, *Vitæ labores*; *Vmbras* autem *negotia præſentia*, quæ *Vmbris* comparantur. Itaque vtrumque malam in partem ſumit. Inſolentia ſentiendi meruit, vt approbatores paucos haberet. Statim enim ex ipſa ſermonis ſerie apparet, *Diem*, & *Vmbras* tanquam oppoſita poni. *Dies* autem luce *Vmbris* aduerſantur non æſtu. Nyſſenus multo ſublimius *Diem* eſſe vult *Spiritus Sancti inſpirationem hic enim niſi Aſpiret Dies, tenebrarum operibus omnes inuoluimur*: ea *Aſpirante luce, errorum, ac vanitatem tenebræ diſſipantur*. Vera doctrina, nec ei quam ſequutus eſt interpretationi forſitan inepta: ſed noſtræ non facilè accommodanda.

Theodoretus. Dies tentationi æſtus, Vmbrę negotia ſecularia.
Dies & vmbræ vt oppoſita poſita.
Nyſſenus.

Multorum

Digitized by Google

III.
Multi diem iudicii hic agnoſcunt.
Quo omnia reuelanda,
Et vmbræ diſſipandæ.
Totum id tempus lactādi filios eſſe.

Dies iudicij quo reuelāda omnia, & vmbræ fugādæ.
Philo.
Gregorius.
Aponius.
Caſſiodorus.
Paſcen. tempus dum ſæculum duret.

Multorum grauiumque ſenſu *Dies, iudicij dies eſt*, quo, illuceſcente, æterna luce reuelanda omnia ſunt: ac, quæ hactenus iacuere tenebris inuoluta & *Vmbris*, proponentur clara ſpectanda luce. Immo quidquid hominum hodie carnalium ſenſu lucidum eſt, quod verè eſt, *Vmbra* ſcilicet apparebit. Itaque lactandi Eccleſiæ Filij dicuntur, dum ſæculum duret: tamdiu enim perſeuerabit hoc ſtudium Eccleſiæ nutriendi prolem teneram. Sic ferme Philo. Gregorius M. Aponius, Caſſiodorus: (quanquam *Vmbras* interpretantur *Mœrores*, ac *perturbationes huius ſæculi*) quando haud neceſſe erit doceri amplius: cum, Iuſtis omnibus in maturam ætatem adultis licebit, *Reuelata facie gloriam ſpeculari*. Nec multum diuerſus abit Iuſtus Vrgel. *Donec abſorbeatur quod mortale eſt.*

IV.
Senſus grauis ſed eſt quod deſideres.
Nam, extra Cantici metas eſt,
Et rerum inuertit ordinem,
Nam dies præcedat neceſſe eſt,
Sequantur vmbræ.

Cum contrà iuxta hunc ſenſum fiat.

Cantici argumētum vſq; ad diem iudicij non extenditur.

Dies præcedit Vmbræ ſequuntur.
Lect. 72.
Theodoretus.
Tres Patres.

Nec negari poteſt, quin huic ſenſui multum inſit, & probabilitatis à ratione, & authoritatis à Patronis. Sed obeſt, Cantici argumentum, non tam latè procurrere, vt Iudicij diem metas agnoſcat. Obeſt, quod orationis ordinem videatur peruertere, nec ſatis cum verborum ipſo ſenſu conuenire; Nam certe *Diem* præcedere verborum indicat ordo, ſubſequi *tenebras*, ſiue *Vmbras*: ait enim *Donec aſpiret dies, & inclinentur Vmbræ*: quo ſatis videtur innui, deficiente *Die, Vmbras* incumbere noctis: cum ſecundum hanc ſententiam contrarium fiat: non vt recedente *Die*, poſtquam illuxerit, *Vmbræ inclinentur*, quod ad veſperam ſolet fieri: ſed recedentibus, *Dies* illuceat, quod mane contingit. Video quidem Græcum textum 72. lectionem repreſentare, quæ huic fauere poſſit rerum tranſpoſitioni: *Et Motæ ſint*, vel, *Moueantur Vmbræ*. At id minimè præmit, & quia plerique de Græcis PP. interpretantur, *Inclinentur*, certe Theodoretus, & tres apud illum PP. niſi fallunt Interpretes latini: Græcus enim Theodoreti textus mihi non viſus: & quia *Vmbræ moueri* videntur, & cum adueniunt, occidente ſole: & cum recedunt, oriente: & vt facile ſit 72. textum ad ſenſum vulgati aptare.

V.
Alij diem dicunt Chriſti aduentū,
Et Euangelij, lucē vmbra legem.
His fauet, Paulus.
Sed neque id probandum,
Cum rerum ordo peruertatur.

Dies Euangelij.

Rom 13.12.
Pſellus.
Tres Patres.

Alij huius Paſſionis, ac lactationis tempus non tam protrahunt, ſed protrahunt tamen nimis, ad mortem Chriſti, qua legi Euangelicæ ſigillum impreſſum eſt; atque, abdicata lege vetere, authoritas eſt tributa, *Diem* ergo aut diem, quo Chriſtus mortuus eſt, aut Euangelium interpretantur; *Vmbras* legem, omnemque impietatem. Habent autem in ſignificatu *Diei*, *Noctiſque* ſuccenturiatorem Paulum. Rom. 13.12. *Nox præceſſit, Dies autem appropinquauit; abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Sic Pſellus, & vt videtur Tres Patres, ſi attente, eorum verba premas; & de Recentioribus quidam. Sed obeſt eadem illa ratio, qua ſuperior ſententia minus probata eſt nobis, turbari ordinem rerum, verborumque ſenſum peruerti, cum *Legis non*, aut *Vmbra diem Chriſti*, ideſt, *Euangelij lucem* præceſſerit; cum contrà loco hoc Dies præcedat, *noctis Vmbra* ſubſequatur.

VI.
Probabilius de toto vitæ tempore interpretabere.
Nam vita diei nomine, Mors noctis ſignificata.
Sic vſurpauit Chriſtus.
Ex cenſu magnorum Authorum.
Qui ſibi operandi tempus diem ſtatuit.

Id eſt vitam,

Ceſſaturus ab opere ſub noctē ideſt, in morte.

Morte enim redemptionis opus finem habuit,

Et pertinent monita illius.

Et etiam Pauli.

Vitæ tempus Dies, mortis vmbræ & nox.

Ioan 9.4 5.
Locus Ioannis expoſitus.

Theodorus Her.
Theodorus Mopſ.
Cyrillus
Auguſtinus.
Beda.

Præſtat Docti Recentioris ſententia, quantum ad hanc partem interpretantis de Vitæ vſque ad mortem duratione: vt tamdiu ſcilicet hoc lactandi officium maneat *Vberibus*, quamdiu duret ſpatium vitæ. Notum enim eſt *Vitam* cuiuſque *Diem*, tempus poſt vitam *Noctem* S. Scripturæ phraſi ſolere dici. Chriſtus de ſe ipſo: *Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec Dies eſt; Venit Nox quando nemo poteſt operari. Quamdiu ſum in mundo Lux ſum mundi.* Ioan. 9.4.5. Qui locus tam genuinus huic eſt, vt mirer à nemine, quam viderim, animaduerſum. Nam quid ſi figurata loquutione dixiſſet: *Me oportet lactare filios, donec dies eſt, venit Nox, quando nemo lactare poteſt?* Certè intelligeremus, lactationi tempus conſtitui *Diem* totum; ceſſationi à lactando *Noctem*. Itaque lactaturum ſe, dum viueret, profiteretur, tempuſque ceſſandi *Noctem* eſſe. Nam loco hoc Ioannis *Diei* appellatione Chriſti vitam intelligi; *Noctis* autem reliquum poſt mortem tempus, præterquam quod graues omnino Authores conſentiunt, vterque Theodorus Heracleotes, ac Mopſueſtienſis, & Cyrillus in catena Græca citati, & Auguſtinus & Beda, ordo ipſe verborum, & Chriſtus in eo Sermone ſcopus confirmat. Accingebat ſeſe ad grande illud miraculum, quo cœco nato oculos, viſumque reſtituit; id autem vocandum in inuidiam ſciebat à Scribis, & Phariſæis, quod die Sabbati in quo ceſſandum ab omni opere erat, illud feciſſet ſignum: præoccupat ergo reſponſo eorum calumniam aptiſſimo, oſtenſa operandi neceſſitate, ſibi a Patre impoſita, dum vita ſupereſſet, cuius iam finis inſtabat. Erit cum operari iam non liceat redemptionis opera; non docere, non exemplis inſtruere, non miracula edere, non pati, non mori; in ſumma nihil eorum operari, ad quæ miſſus à Patre ſum, vt hominum genus à ſeruite in libertatem vocem. Ergo dum temporibus non arceor, operandum mihi impigre eſt, ac nihil eorum omittendum, quæ ad iniunctum redemptionis munus exequendum pertinent. Id ergo nec aliud eſt, *Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec Dies eſt.* Sic etiam mouebat Chriſtus: *Ambulate, dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.* Ioan. 12. 35. Et Paulus optimus verborum Chriſti Interpres: *Dum tempus habemus* (dum viuimus) *operemur bonum.* Gal. 6.10.

Ioan, 12.35.
Gal 6.10.

VII.
Hinc lux huic loco.

Ergo cum hic dicitur; *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ*, tantundem eſt, ac ſi dixiſſet: *Dum dies eſt, & nox excipere diem properat.* *Paſci* ergo *in Lilijs Hinnuli* dicuntur, dum paſcendi tempus ſit, id eſt, *Vberibus* inhærendi matrum. Id autem tempus non aliud eſt,

quam,

Digitized by Google

Nam duraturi in lactandi munere dicuntur Moſes & Aaron

Dum vita ſuppeteret, ad mortem vſque.

Quod ita eſt factum,

Ita in typo defecit manna.

Cum fructibus terræ veſci benit.

Sic filum ſequuti, interpretanda hæc putamus,

Moſis & Aaronis lactandi populi cura, vſque ad mortem non intermiſſa.

-quam, quamdiu in viuis Moſes, atque Aaron futuri eſſent; illis enim datum fuerat, vt pro *Nutricibus*, aut certè *Vberibus* illi Populo eſſent, quem doctrinæ lacte alerent, & indulgenter, & largè paſcerent, dum ipſis vita ſuppeteret; duratura autem vita erat, quoad illi robuſtiores facti, ac ſolidiore cibo ſuſtentandi, depelli ab *vberibus* poſſent, vt grandiuſculi infantes ſolent. Tunc exareſcentibus *vberibus* myſticis per mortem, iam non vlterius lactandi erant; quod ita eſt omnino factum: nam non antè mortui *Aaron*, & *Moſes* ſunt, quam illi omnes exceſſiſſent, qui Ægypto egreſſi, nunquam ſatis Ægypti vota damnauerant, rebelles ſuis Ducibus, Deo ingrati, cæteris prauis moribus, atque vitæ exemplo parum commodi. Tunc robuſtior factus Populus, & in diuinis rebus eruditior, tradendus alijs erat, quorum cura, ac ſtudio imbueretur artibus firmioris ætatis, & militiæ laboribus exercendus. In typo eam ob cauſam abiecto, aut potius deficiente manna terræ fructibus veſci incipit. *Diem* ergo *Aſpirare* hoc loco interpretabimur, *vitam Moſis*, *Aaroniſque durare*; *vmbras* autem *Inclinari*, *morte eoſdem defungi*. Si autem noſtræ interpretationis conſequentiam conſideres, & affectu omni priuato ſepoſito, rem expendas forſitan fatebere, haud omnino improbiliter hæc à nobis fuiſſe diſputata.

VERSVS VI.

VADAM AD MONTEM MYRRHAÆ, ET AD COLLEM THVRIS.

COMMENTARIVS.

EIus Eccleſiæ, ab omnibus, quæ hactenus deſcripſerat, membris pulchritudinem videns Deus, mirè ſibi in ea complacuit, quamque ſibi gratum præberet ſpectaculum, hoc Commate profitetur, Aptiſſimè autem & formam illius, quantum ad politicum regimen; & ſpeciem, quantum ad ſacram adminiſtrationem, *Monti Myrrhæ*, ac *Colli Thuris* ſimilem eſſe dicit: alterum propter laborum in ſe ſequendo tolerantiam; alterum propter ſacrificiorum cultum: quo in vtroque mirus efflabatur odor, prorſuſque ſuauis. Cum autem, *Vadam*, dicit, forſitan altius quiddam, ac grandius innuit, futurum ſcilicet, vt arctiore complexu cum ea Eccleſia iungatur carne ſcilicet ex ea ſuſcepta, cum nimirum pleno coniugij iure cum ea olim copulari dignetur: vnaque cum ea caro, vnum corpus effectus, *Myrrheus* & ipſe, & *Thureus* fit, vtrumque propter mortem pro ea obitam, qua efficiendum erat, vt, qui *Myrram* halaret in paſſione, *Thus* oleret in ſacrificio, quo, ſe ipſo Sacerdote, altari, ac victima, immolandus Patri erat.

Quod ſi *Montis Myrrhæ* & *Collis Thuris* nomine ea ipſa *Vbera* accipias, quæ paulo ante laudauerat, quod probabile arbitrati ſumus ſuo loco. *Monte Myrrhæ Moſen*, *Colle* autem *Thuris Aaronem* intelliges. Nam & *Moſes Myrrheus* totus, propter amorem in illum Populum, pro quo ſummos labores adijt totis annis quadraginta; atque propter illius incolumitatis, atq; incorruptionis ſtudium, erat: Et *Aaron Thureus* propter Sacerdotale miniſterium, adolendique *Thuris*, ac incendendi thymiama munus. Vterque autem propter ingentes animi dotes gratiſſimus Deo erat, libenterque cū eis tanquam cum amicis, conuerſabatur. Fortaſſis & in eo vtrumque ad ſe vocandum per mortem, innuit: ſe autem *Iturum* ad eos dicit, quia ſcilicet eodem authore, ac monitore mortuus vterque eſt, poſtquam ſuo munere egregiæ perfunctus eſt. Sed Deum audiamus ſuis hæc verbis enarrantem.

ENARRA-

Digitized by Google

ENARRATIO.

EX omnibus, quæ hactenus Mire mihi in te placuiſſe, dixi, ea exſiſtit ſpecies, quæ mihi gratiſſima eſt; creuiſſe autem affectum ſentio, ac caritati ſua ſponte currenti, addita fuiſſe ipſa cogitatione calcaria. Ergo totā cū conſidero, ſimilem omnino dico Monti, decēti ſe cumulo ſurrigenti, ſed à radice ad verticem Myrrhæ virgultis plantato, ſua ſerie ex arte diſpoſitis: aut certe Colli, modice ſupra camporum plana ſe tollenti, cui Thuriferæ arbores, latæ, ſe fronde iactantes in auras, decus adijciant. Ea certe laborum, moles, quibus, totis annis quadraginta, per inuias ſolitudines, in promiſſam hæreditatem properans, exercita es virili prorſus tolerantia, quid aliud eſſe dicam, quam Myrrhæ montem validis ceruicibus incumbentem; & quanquam amaritudine ingratum guſtui cibum, odore ſuauiſſimo ingratum ſaporem compenſantem? Quid aliud religioſi cultus in tuis Sacerdotibus ſtudium, gradumque illius ordinis, ſupra reliquum vulgus eminentem, quam Thureum Collem, ſuaui fragrantia in ſacrificijs, ac ſuffitibus auram implentem? meque gratiſſimo afflatu prouocantem, dicam? nec prouocantem modo, ſed inuitantem, vt e proximo eius ſuauitatibus explear? Accedam ergo libens, & qui hactenus Sponſum egi properatis nuptijs, agam Maritum; carneque humana ſuſcepta, te mihi nunquam dirimendo nexu coniungam, non animo ſolum, ſed corpore: tibique iam ſimilis, & morte pro te obita Myrrhæ Monticulus; & oblatus Patri victima, atque amoris igne crematus, Colliculus Thuris ero, ne quid tibi ſim minus, quam fueris ipſa mihi.

Quod ſi hæc de myſticis *Vberibus*, *Moſe*, atque *Aarone* accipere placeat, extra analogiæ rationem non ibis; nam & *Vberum* forma *Colliculos* æmulatur, vt alibi notatum eſt. Erit ergo horum verborum hæc *Enarratio*.

Vbera tua dixi Moſen, atque Aaronem, media pectoris eminentia planitie; nec immerito Colles dixerim geminos propter excelſitatem, qua donis animi, corporiſque ſupra reliquum vulgus ſe tollunt, niſi quòd diſcrimen aliquod inter illos inuenio. Nam tametſi non ſterilibus ſe ſaxis, aut ſalebroſa tellure, aut inutilibus arenis ſurrigunt, ſed vbertate mira commendant, id diuerſitatis intereſt, quod alter Myrrhæ arbuſculis ad ſpeciem, vtilitatemque ſatus: alter Thuriferis arboribus, ſuaue olentibus. Nam Moſes Myrreus totus eſt, tum propter multos aditos labores pro Populo, multaſque amaritudines conſtantiſſimè deuoratas; tum propter ſtudium incolumitatis, atque incorruptionis ſuæ Gentis: Aaron autem Thureus etiam totus propter Sacerdotium, adolendique munus quo fungitur. Vterque vero mihi gratiſſimus, & ſuauiſſimus propter ingentes animi dotes, propter quas digni mihi viſi, quorum conſortio, ac pene contubernio delectarer. Quid nunc reſtat, poſt tot amicitiæ, & familiaritatis documenta, niſi eius tot perfunctos laboribus, ereptoſque periculis, velut emeritos Duces, adme vocem, meritiſque honoribus ornem? Ita ſcilicet faciam, & vtriuſque vitam varijs tempeſtatibus agitatam, placida quiete componam.

Digitized by Google

NOTATIO XXI.

VADAM AD MONTEM MYRRÆ, ET AD COLLEM THVRIS.

I.
Lis cum multis futura hic eſt. Sed non inutilis, Vt pote qua veritas ipſa quæratur.

Nec culpãdi ipſi, ſi viam nouam ingreſſi, ei inſiſtamus.

Sententiarum diuerſitas ſæpe in veritatem ducit.

IN huius Commatis ſenſu cum multis nobis digladiandum eſt,& quidem magnis eruditione, atque authoritate viris. Sed bene eſt,quod hæ ingeniorum lites in verum ſæpè ducunt, vel ſemitam ſaltem deſignant,qua poſſit in illius adyta perueniri, ſæpè imperuia, ſemper abſtruſa.Sic de ſummis montium liquata, & demiſſa è niuibus aqua, per aſpera,& confragoſa viam aut moliens, inueniens crebris ſaxorum incurſibus,colliſionibuſque purgata cum in plana venerit, vitrea ſplendet; cœnoque quo turpabatur relicto, pura renidet. Mihi facilius ignoſcendum ſpero, ſi aliorum veſtigijs viam haud ſignatam prope primus ingreſſus, & non infelici greſſu, vt arbitror, in hunc locum inductus, pedibus, manibuſque adnitens, qua locum ſentibus impeditum euadam, quæſiero. Prudentis lectoris erit, rem aut probare, aut damnare, cuius me iudicio acquieturum libentiſſime profiteor.

II.
Quæſtiones hic tres diſputandæ. Sed ſolita breuitate.

Quæſtiones diſputandæ.

Quis *Mons* hic *Myrrhæ*, quis *Thuris Collis* ſit, ea prima quæſtio eſt; altera cur non *Montem* vtrumque, aut *Collem* dixerit, nam plerique in eo myſterium agnoſcunt: tertia, quo ſenſu ſit dictum, *vadam*; quidque lateat arcani ſenſus in Lectione Hebræa, quam expreſſere 72. *vadam mihi*,aut, *vadam mihi ipſi.* His autem quam breui oratione explicatis quæſtionibus gradum ad alia faciemus.

III.
Montem Myrrhæ, ad mortificationẽ quidam referunt. Thuris colle varie varij interpretati.
Cum ijs,qui carni... libenter verſari Chriſtum.
Cumque ijs qui pietatem colũt,quidã ſæpè ... ...
Qui veluti montes in cœlum tolluntur.

Mons Mirrhæ mortificatio Collis Thuris pietas interior.
Philo Carp.
Iuſtus. Aponius.
Caſſiodorus.
Honorius.
Alcuinus.
Haimo
Gregorius M.
Beda,
Richardus Vict.
Recentiores.
Deus libenter cũ illis verſatur, qui carnis affectus mortificant.
Ioan.14 23.

In *Myrrha* propter amaritudinem,quam guſtata exhibet, & præſeruandi à corruptione vim plerique *mortificationem carnis* agnouere. Philo,Iuſtus,Aponius,Caſſiodorus,Honorius, Alucinus, Haymo, Gregorius M. Beda, Richardus victor, quos ſequuti de Recentioribus alij. In *Thure*,Philo *orationem*, & *preces ad Deum*; Iuſtus *deuotionem*, quod eodem ferme recidit; quod & Gregorius, & Beda, & Alucinus, & Angelomus, & Haymo ſequuti ſunt, & Recentiorum quidam. Aponius maluit *humilitatem*.Probabile vtrumque ſit, quanquam in applicanda doctrina verbis,non omnes conueniunt.Philo, cum illis libenlibenter verſari Sponſum,qui inſoleſcentes carnis motus,freno *mortificationis* coercent; interioreque pietate, quaſi *Thure* cremato,Deo placere contendunt. Sic dictum à Chriſto: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Ioan.14. 23. Hos veluti *Montes* ſurſum ſuſtolli, & proxime ad Deum accedere. Sic etiam ferme Iuſtus, ſic Greg. M. Id autem eſſe: *vadam ad montem Myrrhæ,& ad Collem Thuris*: quaſi ideo ad eos accedat, quod vtroque purgati, digni illius conſortio redditi ſint.

IV.
Alij iturum volunt, vt eos virtutibus illis ornet. Id eſſe volunt: vadam
Vtrumque ſenſus difficilis eſt,
Nec facile aptandus ad verba, & ſcopum ſponſi.
Nec ad rerum analogiam.

Deus veniens ad homines vt virtutibus ornet.

Alij quidam contrà, ideo ſe iturum dicere, interpretantur, vt vtroque dono inſigniat. Quidquid enim animo ineſt laude dignum & præmio, à Deo eſſe fauente, ac largiente: prius ergo propius accedit fouere, ac largitate, non vt inueniat illis virtutibus inſtructos, cum venerit: ſed vt inſtruat; vt aduentus illius fructus ſint virtutes illæ, non illectamentum. Sic Recentiorum quidam. Illa ergo dona ſe largiturum Eccleſiæ ſuæ profitetur, cum dicit: *vadam ad montem Myrrhæ*, quaſi nondum haberet, quod eo veniente acceptura eſt. Mihi vtrouis modo exponas, difficile videtur, ſenſum ad verba aptare, ſi nexus curam, ac conſequentiæ rerum non negligas.Laudarat Eccleſiam à variarum membrorum, ideſt, ordinum, ac ſtatuum pulchritudine: tu vis hic tranſitum ad mortificationem, orationemque fieri; omiſſiſque virtutibus alijs,de ſolis illis eſſe ſermonem, quæ quidem neceſſariæ ſunt, non potiſſimæ, ad illius ornatum. Quæ rerum conſequentia? Quo nexu? Cum, quemadmodum hic mortificationem,& deuotionem inducis,poſſis & cęteras quas, cur omittas, nulla cauſa eſt; nulla cur aduoces duas illas, ſi, quæ præceſſere, conſideres.

Etiam ex eorum ſententia.

Nec erat cur has virtutes, quam alias intelligerent,

Cum tamen poſſent.

Conſequentia rerum maxime attendenda.

Dixerat, *vbera* illius, Doctores ſcilicet, (quod arbitrari fere ſunt, qui verba hæc de mortificatione, ac deuotione interpretantur) multo doctrinæ lacte diſtenta, ad teneram alendam prolem: addit *iturum ſe ad montem Myrrhæ, & ad Collem Thuris*, tu interpretaris, libenter eorum contubernio fruiturum, qui carni fibulam ſtringant, ſeſeque per pietatem Deo coniungant. Quod, tametſi verum eſt, facere ſolere Deum, nullo apto nexu, cum ijs, quæ de Doctoribus dixeras, coniungitur: cum tamen certum ſit, aliquid his verbis innui, quod non modo verum ſit, ſed aptè in ea quadret, quæ fuerant dicta. Id facit,vt tametſi horum interpretum reuereamur nomen,ſenſum probare non poſſimus.

V.
Aliorum ſenſus.

Aliorum id vidit acumen,ac nectere cum ſuperioribus conati ſunt ita; Cum in membris cæteris, ac varijs ordinibus pulcherrima ſis, quod à duabus illis virtutibus bonum

prouenit,

Digitized by Google

Et nectendi ratio.

Nec magis probandas.

Ob eaſdem omnino rationes.

prouenit, mortificationis, ac deuotionis, cumque & cæterorum quærere te bonum deceat, vt eiſdem virtutibus excultis, tota ipſa ſis pulchra, eundum tibi ad eos eſt, vt huiuſmodi ſtudio vaces: *Vadam* autem & ipſe tecum, vel vt auxilio ſim laboranti: vel, vt particeps ſim laborum, aut, vt vtriuſque virtutis ſuauitate delecter. Atqui antea laudarat quidem Eccleſiam per membra ſingula, de virtutibus illis nullam mentionem iniecerat. Quo ergo pacto vis, ideo placuiſſe, quòd virtutibus illis ſpeciem auxiſſet? Nam tametſi verũ eſt, multam ab illis Eccleſiæ gratiam accedere, ſub quorumque ſtatu, id tamen ſatis non eſt, vt hoc loco virtutes illas inducas, cæteris prætermiſſis, vnde pulchritudo maior Eccleſiæ, cum nec id exigant verba, immo minimè patiantur.

VI.

Qui ad paſſionẽ referant, pauci non ſunt.
Et poſt illam ad reſurrectionis gloriam,
Sed neque id ad locum, & ſeriem aptum.
Licet acute adlaborent, vt apte dicta videantur.
Hæc enim ad pulchritudinis laudẽ factum.
Sicuti & quæ ſequuntur mox.
Alioqui nondum hic de Chriſtiana Eccleſia ſermo eſt.

Mons myrrhæ Chriſtus patiens: Collis thuris reſurgens.
Nyſſenus.
Theodoretus.
Tres Patres.
Pſellus.
Theodoretus.

Quorundam aliorum celebris ſententia eſt, hæc ad *Chriſti paſſionis acerbitatem, ac cruciatus; tum ad gloriam poſt crucem referentium*; vt in altero *mors*, in altero poſt mortẽ *triumphus* deſignetur. Sic ferme Nyſſenus, Theodoretus, Tres Patres, Pſellus, præter Recentiores non indoctos: tametſi in applicatione ſingulorum diuerſi abeunt. Et vero *Myrrham Chriſti mortis* eſſe ſymbolum, ſatis conſtat: *Thus* autem, ad *Diuinitatem*, quæ tunc demum apparuit, cum rediuiuus petijt cœlum, pertinere etiam certum eſt. Sed eodem ſub onere laborare videtur hic ſenſus, cum non ſatis appareat, cur ad Chriſti mortem & gloriam poſt illam, tam ſubitus fiat tranſitus, à laudibus membrorum Eccleſiæ. Scio id Theodoretum acute vidiſſe, & conatum ſic nectere: Quando adeo decora es, & amoris erga me vulnere ſauciata, pro te mortem oppetam, & Myrrhæ Montem Sponte conſcendam: ſed iterum glorioſus reſurgam, & tunc Collem ſubibo Thuris. Sed ſtatim apparet, violentius hæc ingeſta, cum immediate poſt hæc verba, iterum ab illius pulchritudinem generatim prædicandam, reuertatur. *Tota pulchra es, amica mea*: vt ſatis appareat, adhuc illa: *Vadam ad montem Myrrhæ*, ad pulchritudinem Eccleſiæ pertinere, non ad promiſſionem futuræ paſſionis. Aliud ergo quidpiam eſt dicendum vt aptiore hæc nexu iungantur, vt non obijciam, quod alias facere ſoleo, nondum hæc ad Chriſtianam Eccleſiam pertinere; & quod multo eſt grauius, eoſdem hos Authores, quæ Chriſti mortem ſequuta myſteria; iam ſuperius agnouiſſe. Vt vel minimè neceſſarium ſit, hic iterum de morte mentionem fieri; aut iterum vt futura repreſentare, quæ iam ſint alias exhibita.

Hic nondum de Chriſto ſermo; & myſterijs illius.

VII.

Pertinent ergo ad Eccleſiam cum Mox adituram promiſſa terra hæreditatem.
Neque hic ſermo de Templo,
In monte Moria ædificato.
Quod voluere quidam.
Non enim huic loco aptè quadrat,

R. Salomon.

Mons myrrhæ non ad templũ referendus.

2. Par. 3. 1.

Ergo hæc adhuc ad eam Eccleſiam pertinere dicamus, quæ inſtante longiſſimæ peregrinationis fine, proximè inducenda in promiſſam hæreditatem erat. Qua in cenſendi ratione ſoli non ſumus, præceſſere præter R. Salomonem, viri docti, tametſi in ratione interpretandi minimè nobis cum illis omnino conuenit. Volunt enim ſenſum eſſe de Templo poſteà à Salomone ædificato, in quo & ſacrificiorum, & ſuffituum odore Deus recreandus erat, quòd ſignificatum *Myrrhæ*, ac *Thuris* nominibus. In *Monte* autem, & *Colle* alluſum ad montem *Moria* in quo ædificatum eſt templum. 2. Par. 3. 1. Non admodum ablandente *Myrrhæ* vocabulo, quæ Hebræis dicitur *Mor*. Itaque ſenſum eſſe: Conferam me tecum Ieroſolymam, quo in loco odore ſacrificiorum, Thuriſque, ac thymiamatis fumo recreor. Sed hæc, ſi ſtrictius premas, coacta eſſe videntur, nec admodum conuenire rerum ordini: cum non appareat, cur interrupta Eccleſiæ laudatione, ad quam mox rediturus eſt, Ieroſolymam, montemque Morià, & in eo Templum, ac ſacrificia, ac thymiata cogitet. Maximè cum paulo poſt dicturus ſit; *Veni de Libano Sponſa mea*: quibus verbis ad promiſſam terram adeundam inuitari exiſtimamus.

VIII.

Sit ergo Eccleſia ipſa Mons Myrrhæ.
Et collis Thuris,
Ad quam venturum ſe dicit.
Nam poſt emenſe laudatam.
Id ſequebatur, vt ſibi eam arctius coniungeret.

Eccleſia ſub lege, Mons Myrrhæ & Collis Thuris.

Monticulo odorato ideo eam comparat,

Apte ad virginis ſtatum,

Poſt Eccleſiam laudatam arctius illi coniungi cupit Verbum.

Puellæ habitus Monticulo cõparatus decentiſſime qualis tunc Eccleſia.

Montem ergo *Myrrhæ*, & *Collem Thuris* eam ipſam Eccleſiam intelligimus, quod nos facile probaturos lectori pio, cordatoque confidimus. Nam quid, poſtquam Sponſam à ſingulorum forma membrorum collaudaſſet, ſupereſſe poterat, niſi vt arctius dilectæ coniungi vellet? Placuerat primum natiua, ac ſimplice ſpecie tametſi nullo extrinſeco ornatu culta, laudari digna fuerit: addidit externi cultus ornatum, præſcriptis legibus, quæ ad profanam, ſacramque politiam pertinerent, quibus vtrique Reipub. forma præſcripta eſt; vnde nouus Eccleſiæ decor, qui amantem acrius impulit, & ardentius amare coegit. Creuit ergo viuidus ille, ac vegetus affectuum ignis; cum affectu laudandi cupido inceſſit. Nihil enim procliuius eſt, quàm vt encomia amatæ rei illius ſequantur amorem. Cucurrit ergo per membra ſingula, velut ſecundo amne lembus. Mox ex ſingulorum interſe membrorum ſeu comparatione, ſeu coniunctione, gratior Eccleſiæ ſpecies viſa eſt Sponſo. Hinc noua vota arctius adhærendi illi, quæ nec continere valuit, exundans pectore, grandis affectus. Eam ergo decentiſſimo tropo comparat *Monticulo Myrrhæ*, ac *Thuris Colliculo*, & more ſeruato ſuo aduocandi e re ruſtica comparationes; & aptè ad virgunculæ, qualis adhuc Eccleſia deſcribitur, corporis proceritatem, & elegantiam, vt quantum *Mons* eminere campeſtribus ſolet, tantundem Eccleſia illa alijs eminere, ſi quæ erant, aut futuræ erant, Congregationibus, ſeu Rebuſpub. videretur.

IX.

De myrrha autẽ & thure ſermo,

Sed cur non ſimpliciter *Monti*, ſed *Myrrhæ*, & *Thuris* ſimilem eſſe dicit? Vt non forma ſolum, ſed ornatu, & cultu inſignem ſignificaret. Is autem cultus ad duo capita reuocari poteſt; & ad Rempublicam optimis legibus conſtitutam, & ad ſacrorum ordinem, appa-

Quia tunc à pietate, & sacro, & profano donata. *Natiuæ speciei cultum addiderat.* *Vnde illius duratio, & cum Deo vnio.* *Si quidē ab institutis legibus non deflecteret.* *Quod posse vnon vno experimento probatum,* *Et dum Dei cultum retinuit populus, felix,* *Et dum abiecit, aduersis castigatus.*

ratumque ex Dei ipſius præſcripto ſtabilitum: quorum ab altero ipſius & duratio, & incorruptio pendebat; ab altero vnio ipſa cum Deo per religioſas cæremonias, ſacroſque ritus: ex vtroque autem & bonum illius nomen, ac fama per omnes Gentes afflabatur, & mirus ſuauitatis odor in cœlum. Nam *Myrrha*, quanquam propter ingrati ſaporis guſtum *mortificationis* habeatur ſymbolum, ex obſeruatione maximè veterum Patrum; & *mortis*, quòd eo aromate defunctorum corpora condirentur; id tamen in ea potiſſimum eſt, quòd carnes à corruptione conſeruat, & quodam modo à morte prohibet; & quòd vnguentis parandis aptiſſima eſt. Rite ergo ea Reſpublica, quam Deus ſanctiſſimis inſtitutis fundarat, atque optimis legibus ordinarat, à quarum obſeruatione omnis illius ſalus, ac incorruptio pendebat, Monti Myrrhæ comparata eſt, quam ſcilicet nulla corrupti, ac peſtilentis afflatus labes poſſet inficere, dum à tradito à Deo iure non recederet. Id animosè Achior profeſſus, quanquam extraneus ab ea Gente eſt: *Non fuit, qui inſultaret Populo iſti, niſi quando receſſit à cultu Domini Dei ſui. Quotieſcumque autem præter ipſum Deum ſuum alterum coluerunt, dati ſunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.* Iudith. 5. 17. 18. Quod & poſtea magno ſuo malo Hebræa natio experta eſt: nunquam enim maioribus cladibus ea Gens afflicta eſt, quam cum à patrijs recederet inſtitutis: tuta, & conſtans, dum amplexa tenaciter eſt. Hinc famæ ſuauis odor, longè, & latè ſparſus per nationes omnes, qui etiam deſignatus in *Myrrha*.

Myrrha carnes à corruptione prohibet.

Eccleſiæ illius incolumitas, à latis à Deo legibus.

Iudith. 5. 17. 18.

X.

Sed & myrrhæ amarore inſignis, Haud ineptè referri poteſt. Ad labores patienter, ac fortiter toleratos, ab ea Eccleſia.

Quod ſi velis & id, quod de *Myrrha* propter amaritudinem ſignificatu dicitur, ad Populum illum, Eccleſiamque ſub eo ſtatu referre, ne id quidem difficile fuerit. Nam certè, non ad mortificationem modo, ſed ad patientiam, laborumque tolerantiam ſignificandam aptiſſima *Myrrha* eſt. Nec alio reſpexere, qui hic Martyrum agnouere diſcrimina; nec alio Aponius, qui tribulationum amaritudinem intellexit. Quantum autem laborum Populus Hebræorum, quam longa ſolitudinis tædia ſuſtinuerit, patienter ſemper expectans promiſſum à Deo laborum finem, quatuor toti Moſis libri teſtantur: vt non immerito propter difficilium temporum tolerantiam, *Myrrhæ Monti* comparata ea Eccleſia fuerit.

Myrrha labores ſignificati, quos paſſa Eccleſia fortiter in deſerto.

XI.

Nec minus thuri, et Eccleſia quadrat. Propter vſum adolendi thymiamatis, & quia in re omnibus eminebat. Vt mons eminet circumiacentibus campis.

Thure autem, cuius multus ex Dei præſcripto in ſacris vſus, non minus aptè ea Eccleſia; propter ſacrorum inſtituta, ac cæremoniarum, rituumque leges, moremque & munus adolendi thymiama, deſignata eſt, & *Thuris Collis* appellata. Nam & in ea re cæteris omnibus, quæcumque religione conſerentur, Gentibus eminebat, vt *Collis* eminet planis. Qua fortaſſe cauſa factum eſt, vt Templum non niſi in parte altiſſima Ieroſolymæ Vrbis, in cacumine ſcilicet Moriæ Montis, ædificaretur: vt quantum loco eminebat Templum, tam eminere Gens religione iudicaretur, & cæteris Gentibus anteferri. Atque in hunc ſenſum verba hæc exponenda exiſtimamus. Quo autem ſenſu dictum ſit, *Vadam*, paulo inferius expendemus.

Thus inter ſacrorum apparatus.

Eccleſia ſub Moſe collis thuris cur dicta.

XII.

Sed & montem collemque referre potes ad vbera. Quibus omnino ſimilia. Vbera autem illius Eccleſiæ Moſes & Aaron. Ad quos iterum ſe dicit Deus. Sed Moſes myrrhæ mons, Propter ſtudium ſeruandi bonos à malis, Et reformandi populum. In quo nemo hominum comparandus illi. Ideo cautè circũduxit, Omni vitato diſcrimine, Quoad in conſpectu promiſſæ terræ conſtituit.

Sed audito *Montis Mirrhæ*, ac *Collis Thuris* nomine, non ſtatim *Vberum* virgineorum *Colles* memoriæ fuiſſe obiectos Interpretibus, quorum immediate Sponſus formam in Eccleſia comendarat, mirum maximè eſt, cum tanta ſit inter *Vbera* ſupra pectoris plana tollerantia ſeſe, & *Montes* ſeu *Colles* ſupra camporum planitiem eminentes, ſimilitudo, atque affinitas, vt ne profanis quidem ignorata fuerit. Quid ergo prohibet, hæc eadem de *Vberibus Eccleſiæ* ſub eo ſtatu exponere, quæ quidem elegantiſſimo tropo *Odorati Colles* ſunt dicta, atque ad eorum complexum inuitari, ſe Sponſus dicat? *Vbera* autem illius Eccleſiæ *Moſen*, atque *Aaronem* interpretati ſumus: erunt ergo ijdem *Colles*, ad quos iturum ſe Deus dicat per mortem, vt mox dicemus. Quanta autem cum ratione *Moſes Mons Myrrhæ* ſit dictus, *Aaron* autem *Collis Thuris*, intelliges, ſi, quo munere ex Dei imperio vterque ſit apud Populum functus, conſideres. Alterius enim curæ tota adminiſtratio ciuilis, & Reipublicæ gubernatio commiſſa eſt; alteri ſacrorum omnis ratio procuranda. Prius autem illud munus aptiſſimè per *Myrrham* deſignatum eſt cuius vis medica eſt, & potens ad ſeparandas putrefactas carnes ab integris, has autem omnino à corruptione vindicandum. Quæ duo ſi ſpectes, optimi Gubernationis officium non conſtituunt modò, ſed & implent: & ſingulari quadam ratione in *Moſe* obſeruata ſunt. Nam nemo eorum, quibus Reipub. alicuius commiſſa eſt cura, tanta vigilantia in puniendis populi ſui ſceleribus fuit, vt ſæpe ſeueritate nimia peccare videretur. Vide Ex. 32. 25. Hic primus *Myrrhæ*, nec poſtremus effectus eſt. Neque quiſquam Gubernatorum fuit, qui blandiore indulgentia ſibi commiſſas Gentes amplexus fuerit, neque acriore ſtudio ſit conatus, quem & rudem, & aſperis moribus, paruumque cum ratione recta conuenientibus præditum, eduxerat ex Ægypto Populum, meliorem reddere, vt omittam nunc dicere, quam cautè prudenterque, omni vitato hoſtium diſcrimine, eum ſeruarit, quoad in aditu promiſſæ hæreditatis inducendum mox à Ioſue, conſtituerit: Vt merito eum Populi illius *ſeruatorem*, ac omnino *Saluatorem* dicere poſſimus. Quo pacto de eo loquitur doctiſſimus Leuita Stephanus, Actor. 7. 25.

Moſes mons dictus myrrhæ propter ſtudium conſeruandi populum.

Moſes cautè populum circunduxit omni vitato periculo.

Moſes dictus Saluator.

Aaronem

XIII.
Aaron Collis thuris.
Propter adolendi thuris munus.
Nam thus communi omnium ſenſu Deo dicatū.

Aaronem autem non etiam ſine cauſa *Thuris Collem* dictum, ſacrum, quo fungebatur ex Dei præſcripto, munus, ſatis confirmat: ſiue tu ſacrificiorum formam, ordinem, diuerſitatem, ſanctitatem, ac ritus, ſiue adolendi thymiamatis, quod & *Thure*, & *Myrrha* magna ex parte conſtabat, conſideres. *Thuris* enim ea ſemper ingens laus, atque exiſtimatio fuit, apud omnes Gentes, vt in vſum ſacrorum impenderetur, neque exiſtimaretur vſus illius alijs in rebus licitus, niſi in diuinitatis honorem.

Aaron propter ſacerdotij munus Collis thuris.

XIV.
Sed & montes dicti vterque frater,
Propter muneris eminentiam ſupra reliquum vulgus.

Montes autem, ſeu *Colles Myrrha*, & *Thuris*, non ſimpliciter *Myrrha* aut *Thus* dicti, & quòd ad ſimilitudinem *Vberum* pertineret forma exſtrinſeca, quod ad corticis ſenſum ſpectat, vt ſuo loco monitum eſt; & ad indicandam vtriuſque Fratris ſuprat reliquum vulgus emimentiam, qua, munere licet diuerſo, ſupra populum omnem tollebbantur; cum quiſque in ſuo ordine principatum obtineret. Notum autem eſt *Principes* ſacri Sermonis vſu *Montibus* deſignari. Et hic alius horum verborum eſt ſenſus. Vter autem videatur præponendus, definire non; cum quemcumque de duobus ſelegeris, aptè hæc cum proximis, ſequentibuſque nectantur.

Aaron & Moſes montes propter muneris emmētiam.

NOTATIO XXII.

I.
In mōtis, & collis nomine quidam myſteriū agnouere,
Et alterum de Paſſione & morte interpretati ſunt.
Cuius aſcenſus Chriſto arduus,
Alterum de gloria
Quod in cœlū redire ad patrem,
Difficile minime fuerit, tanquam aſcenſus in collē,

Hæc altera quæſtio eſt, magis propter alios agitanda quam quòd exiſtimemus in Montis, & Collis nominibus aliquid latere arcani. Qui hæc ad Chriſti mortem, & poſt mortem gloriam retulere, cur, cum de morte loqueretur in Myrrhæ montem nominarit; contrà Collem, cum de gloria poſt paſſionem in Thure, non inepta ratione docuere. Nam quod, qui Deus erat, mortem obiret, eamque & duriſſimam & turpiſſimā, tam nouum hominibus viſum eſt, vt non, niſi difficillimè, fidem apud eos inueniret. Mons ergo Chriſti fuit mors, haud facile ſuperandus, ac ne animo quidem, ac cogitatione comprehendēdus. Id Paulum obſeruaſſe, cum diceret: *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Phil. 2. 6. 8. Vt autem ad propriam, quam exuerat, gloriam rediret, & eo honore donaretur, quem habuerat, antequam mundus fieret apud Patrem, id nec magnum, nec laborioſum erat, nec credito difficile. Immo alterum ipſi Chriſto arduum, & ad quod ſubeundum, & magna virtute, & robore opus eſſet; quo factum, vt ſola *Montem* hunc aſcendendi cogitatione, & viribus quodammodo corpus frangeretur, & per omnes meatus carnis ſanguinis ſtillaret grumis, quoad humus, cui genibus inſederat, madefieret. Alterum eidem Chriſto tam facile fuit, quam lapidi in ſublime elato, centrum ipſum motu naturæ petere. Hunc aſcenſum *Collis* facilem arbitrantur. Ideo qui *Mons Myrrhæ* fuit moriens, *Collem Thuris* fuiſſe in gloria.

Chriſti paſſio mons arduus, & aſcenſu difficilis.

Phil. 2. 6. 4.

Chriſti gloria, Collis facilis ad aſcenſum.

II.
Sic Theodoretus, & tres PP.
In quorum verbis latet ſcopulus duplex.
Et quod Patrem cauſam Filii dicunt.
Qui ſolum principium dici theologice poteſt,
Et quod vt cauſam maiorem.
Cum ſola origine dici prior poſſit.
Sic loquuti de PP. Græcis quidam,
Sed benignè exponendi ſunt,
Vt ſolum voluerint Patrem Filij principium,
Et origine priorem,

Sic ferme Theodoretus, & Tres apud illum PP. De cuius ſenſus probabilitate antequā dico, illud obſeruandum duco, quod apud tres eoſdem Patres lego, aut cautè eſſe legendum, aut in ſanum ſenſum interpretandum, ne quis de minus doctis, qui in eos inciderit, errore labatur. Aiunt, Chriſtum loquentem inducentes; *Sponſe mea, ad montis Myrrhæ ſublimitatem, qua quidem eſt crux, proficiſcar: & rurſum vadam ad me ipſum, ad Patrem rediens à quo exiui, & in mundum veni.* Addunt: *Qui ſane Pater per Collem intelligitur, quoniam, vt cauſa, maior eſt me vnigenito, & Spiritu Sancto, qui ſumus illi conſubſtantiales.* Quibus in verbis duplex ſcopulus latet: & quod Patrem *cauſam Filij, & Spiritus Sancti* appellant: & quòd Patrem ideo *maiorem vtroque teſtantur, & ideo Collem dictum.* Nam Pater tametſi Principiū Filij catholicè dicitur, *cauſa* non dicitur: alterum enim ſolam originem, ſine cauſalitate, aut dependentia dicit; alterum cauſationem, dependentiamque; quæ inter Patrem, Filiumque eſſe non poteſt, quod imperfectionem inuoluat; liceat enim tantiſper ſcholæ vti vocabulis. Et quanquam plerique Græcorum *cauſæ* vocabulum non horruere, dum diuinas proceſſiones, origineſque tractarent, ita tamen accipiendi ſunt, vt ſolum originis ordinem iudicare voluerint, non dependentiam. Quod ſatis Tres PP. indicaſſe videntur, cum Filium, & Spiritum Sanctum Patri conſubſtantiales eſſe monuerunt. Sed nec Pater *maior Filio Verbo* eſt, aut vllo vero ſenſu dici poteſt: aut *Spiritu Sancto* vterque, cum ſola originis inter ipſos diſcrepantia ſit, quæ tametſi vnum alio priorem origine dici patitur, non maiorem. Cum ergo audis *Patrem Filio, aut Spiritu Sancto vt cauſam maiorem eſſe*, id tantum intelliges, & Principium eſſe, & vt principium priorem, non re, aut intellectu, ſed origine tantum, qua Filius à Patre eſſe & naſci intelligitur, ſimiliterque ab vtroque Sanctus Spiritus, non contrà. Itaqua quod *maiorem* dixere, *priorem* tantum *origine* intellexere.

Theodoretus. Pſellus.

Pater Filij cauſa, quo ſenſu dictus à Græcis.

Pater Filij principium, nō cauſa.

Tres Patres.

Nec maior Filio, quod principiū ſit, ſed prior origine ſolum.

III.

Redeo ad id à quo diuerteram, ſed excurſu neceſſario. Eum ſenſum à Theodoreto, diſcriminenque inter *Montem*, & *Collem*, non ſine acumine traditum dico, atque in ſpecie plauſu dignum; vereor, vt ſolidè dictum ſit. Nam certe ſi naturale fuit Chriſto ad Diuinitatis gloriam redire, quam tantiſper, dum viueret, ſepoſuerat, non modo vt ſine labore eo ferretur, ſed ſuopte pondere curreret, non erat, cur *Collis* nomine donaretur; cuius aſcenſus tametſi facilior, quam montis, eſt, difficilis tamen eſt, ſi cum progreſſu per planas regiones comparetur; multoque magis ſi cum accliuibus, ac pronis; cui inceſſui potius regreſſus Chriſti ad gloriam Patris, ad quam velut naturali motu redibat, quemadmodum ad ſuum centrum lapis, comparandus erat. Nihil ergo arcani latere dicendum eſt, in ea vocum diuerſitate, ſed variare orationem voluiſſe tantum ſacer ſcriptor intelligendus eſt, quod alias fecit. Sic Cap. 1.5. *Sicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis.* Sic Cap. 2.8. *Saliens in montibus; tranſiliens colles.* Sic eod. Cap. 14. *In foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Sic Cap. 3.11. *In die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Sic Cap. 4.8. *De cubilibus Leonum, de montibus pardorum.* Sic Cap. 5.5.5. *Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Sic Cap. 6.8. *Vna eſt matri ſuæ, electa Genitrici ſuæ.* Sic Cap. 8.5. *Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Quibus locis omnibus variata oratio eſt, non myſterij, ſed elegantiæ cauſa.

IV.

Quod ſi hiſce nos acuminibus duceremur, facilius eſſet, hanc Theodoreti obſeruationem noſtræ interpretationi aptare, qui hæc de *Moſe*, atque *Aarone* interpretati ſumus, inter quos facile id diſcrimen *Montis*, & *Collis* inueniemus: cum, quemadmodum *Mons* & celſitate, & vicinitate cœli *Collem* exſuperat, ita *Moſes Aaronem*, & caritate & familiaritate cum Deo longe excelleret; & ideo *Mons* ille *Myrrhæ*, hic autem *Collis Thuris* dictus videri poſſit. Sed tam ſubtilia non amamus, minus quærimus: tametſi caſu oblata non ſemper reſpuimus. Cui id placeat, audiat quod Deus diſcrimen inter vtrumque Fratrem conſtituat: *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt* (Amicus, familiaris, intimus, cui ſecreta omnia domus meæ patent) *Ore enim ad os loquar illi, & palam & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Num. 12.6.

Aſcenſus Chriſti ad Patrem aſcenſu collis non apto explicatur.

Geminatio ſententiæ verbis aliis propter elegantiam. Cant. 1.5. Et, 2.8.14. Et, 3.11. Et, 4.8. Et, 5.5. Et, 6.8. Et, 8.5.

Moſes mons propter eminentiam muneris ſupra Aaronem, qui ideo collis.

Num. 12.6.

NOTATIO XXIII.

VADAM AD MONTEM MYRRHÆ, ET AD COLLEM THVRIS.

I.

GRæci Patres Gregorius Nyſſenus, Theodoretus Pſellus, ac Tres PP. qui hæc de morte, ac glorificatione Chriſti interpretati ſunt, in vocabulo, *Vadam*, Chriſti voluntatem liberam, ac, vt ita dixerim lubentiam, in oppetenda morte pro mortalibus agnouere. Vtrumque enim nulla vi, nulla neceſſitate coactus, præſtitit. Sic dicebat ille: *Vado ad eum, qui miſit me.* Ioan. 7.16. Et: *Ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me; ſed ego pono eam à me ipſo: & poteſtatem habeo ponendi eam; & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* Ioan. 10.17.18. Quod autem & in originibus legimus, & 72. exprimere conati ſunt, reddentes: πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης. *Vadam mihi ipſi ad Montem Myrrhæ.* Tres apud Theodor. PP. interpretantur, *Redibo ad me ipſum.* Quaſi poſita diuinitatis perſona, & in forma hominis apparens, quodammodo à ſe receſſiſſet, quemadmodum Paulus indicat, cum de eo ait; *Exinaniuit ſemet ipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Philip. 2.8. Reſumpta autem, quam depoſuerat, maieſtatis, & gloriæ perſona, iterum ad ſe rediiſſet. Cum enim reuerſus ad Patrem eſt, & iam adie redijt; ſicuti cum Princeps aliquis, principalem cultum exutus, ac plebeium indutus, vulgi ſe hilaritatibus adiuncturus, ludicris tranſactis, quam ſepoſuerat purpuram, reſumit, ad ſeſe quodammodo redire dicitur.

II.

Et vero mirandum ſimul, magnique faciendum veterum Authorum ſtudium, in ſacris ſcripturis tractandis, nunquam dormitans, nuſquam non attentum, quo, ingenij exacuta acie, myſteria rimantur; & ibi inueniunt, vbi nulla apparebant myſteriorum veſtigia. Quidquid hoc loco ab illis dictum eſt, verè eſt dictum: idque ſequerer ſi eam interpretandi formam probarem; nunc cum aliud exigere rerum ſeries, ac Dramatis ordo videatur, videndum exemplo eorum, an in ea interpretandi ratione, cui inhæſimus, in vocabulo *Vadam* aliquid latere myſterij monſtrare poſſimus. Et quidem ſi priorem ſenſum probes, atque hæc de corporis totius Eccleſiæ pulchritudine generatim accipias; præterquam

Chriſto mors voluntaria & libera.

Lectio 72. expenſa. *Tres Patres*, Chriſtus reſumpta diuinitatis perſona per reſurrectionē viſus ad ſe redire.

Veterum ſtudium in commētando hoc libro

Laudandum ſtudium Patrum, In arcanis S. S. exquirendis, Sed prohibemur id ſequi Iuxta noſtram vim dicere poſſumus.

Digitized by Google

In Verbo, vadam, indicari maiorem coniunctionem, Mox futuram, Cum per Incarnationẽ, & mortem, Illi nouo nexu iungendus, qui hactenus ſponſus vir futurus erat.

Verbum, vadam, coniunctionem cũ Eccleſia mediatur, per Incarnationem.

terquam ea voluptas ſignificatur, qua cum illa verſabatur, ac conuerſabatur Eccleſia; & id etiam innuit, futurum aliquando, vt cum ea firmiore adhuc nexu iungatur; ac carne ex ea ſuſcepta, qui hactenus ſolum Sponſum, etiam virum agat: ac myſticæ procreandæ proli omnino vacet. Ac, ne quod deſit ad mutuam fœcundam coniunctionem, tandem pro ea mortem oppetat, ſeque Patri in iuge ſacrificium offerat. Tunc ſcilicet & *Mons Myrrha* propter mortis cruciatus libenter toleratos; ac mortalium putreſcenti generi, imputribilitatem, atque incorruptibilitatem ſuo ſanguine præſtitam: & *Collis Thuris* amoris igne crematus, ac ſuauiſſimum Patri halans odorem, futurus. Atque in hunc ſenſum accipimus, quod dicitur: *Vadam ad Montem Myrrhæ, & ad Collem Thuris.*

III.

Vel ſi de Moſe, & Aarone hæc accipias, Illud innuidices. Vtrumque à Deo, per mortem vocãdum. Quaſi matura & grata poma, Suis menſis inferenda. Id eſt quod de vtroque dicitur. Iubente Domino mortuos eſſe. Cum adhuc vires vtrique integra, Ne crederentur mortui natura neceſſitate, Sed voluntate ſolius Dei. Iuuat Hebræa lectio, ſuperos Domini.

Simile oppoſitũ.

Si autem hæc potius accipere placeat de *Moſe*, atque *Aarone* iuxta poſteriorem ſenſum, facile etiam fuerit, hæc in aptiſſimum ſenſum exponere. Cogita mihi Patrem familias, Horti Regij ſe amænitatibus ſolitum oblectare, in quo poma ſuis de ramis pendentia, ſed quæ ſtatione temporis propitia iam percocta, Domini manum expectent: alioqui ſuo pondere de ramis deciſa, ſolo ſpargenda. Is ſi, & aſpectu, & maturitate inuitante, ſua manu ſelecta quædam, & colore, & mole præſtantia, legat, menſis inferenda, profecto iſſe, & collegiſſe poma, quæ guſtaret ipſe, diceretur; quibus ſi aliquis ſenſus ineſſet, in beneficio ponerent Domini indulgentiam, qui alioqui mox inutili caſu iactanda, ad voluptatem ea ſepoſuiſſet, cæteris vel relictis, vel neglectis. Alios quidem Populi illius viros, ac fęminas, velut ignobiles fructus, de vitę arbore, decidi ac morte corripi Deus ſinebat; ſolis Moſi, atque Aaroni cõceſſum id eſt, vt Deus ipſe eos colligeret, tanquam mitia, & ſapore ſuo gratiſſima poma; nec gladio vulneratos, nec morbo correptos, ac ne ſenio quidem impeditos, munus quemque ſuum adminiſtrare. Audi quibus verbis vtriuſque exceſſum ſcriptura exequatur. *Aſcendit Aaron ſacerdos in Montem Hor. iubente Domino, & ibi mortuus eſt, anno quagrageſimo egreſſionis Filiorum Iſrael de Ægypto, cũ eſſet annorũ centũ vigintitriũ.* Nu. 33. 38. Hæc de Aarone: de Moſe autẽ: *Aſcendit Moſes de campeſtribus Moab ſuper Montem Nebo; mortuuſq; eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubẽte Domino. Moyſes centũ & viginti annorũ erat, quãdo mortuus eſt; nõ caligauit oculus eius, nec dẽtes illius moti ſunt.* Deut. 34. 1. 5. 7. Ne quiſquam putaret, aut ſenio, aut morbo defunctos, qui, ſuis pedibus ingreſſi, ardua montium ſuperarunt; quorumq; viridẽ, robuſtamq; ſenectutẽ, nulla ætatis longeuæ mala corruperant. Quod autem vtroque loco vulgatus poſuit, *Iubente Domino*, Hebraice eſt: Ai-*phi*, quod 72. reddue, *Per Verbum Domini*: de Recentioribus autem quidam: *Iuxta Verbum Domini*. At Hebræa ad verbum ſonant: *Super os Domini.* Vt videatur Deus non, tanquam amiciſſimis modo, ſed, tanquam maximè affinibus, & ſanguine iunctis id præſtitiſſe, vt extremum moriturorum halitum ore legiſſe videretur ex vetere ritu, quo morientis corpus proximus ſanguine, dum animam trahit, amplexus, exhalantis ſpiritum ore legere ſolitus, flatumque extremum haurire; mox decedentis oculos, & ora ſugillare. Ouid. Met. 7. morientem deſcribens vxorem.

Moſes & Aaron adhuc viribus integri vocantur per mortem a Deo.
Num. 33 38.
Deut. 34. 1. 5. 7.

Quaſi velut ſanguine iunctis id daret.

Vt extremum ſpiritum ore legeret,

Ex vetere ritu,

Quid ſit mori ſuper os Domini. Extremum ſpiritum Moſis & Aaronis, ore ſuo legere voluiſſe viſus Dominus.
Ouid. Met. 9.

> *Dumque aliquid ſpectare poteſt, me ſpectat, & in me*
> *Infelicem animam, noſtroque exhalat in ore.*

Et Virg. Æneid. 4. de Ana:

Virg. Æn 4.

> *Date, vulnera lymphis*
> *Abluam, & extremus ſi quis ſuper halitus errat,*
> *Ore legam.*

Vt qui prius afflatu dederat animam.

Flatu receptu, quam dederat, reciperet.

Ad quem locum vide eruditum de noſtris Interpretem. Felix, qui in Domini moritur; oſculo eiq; ſpiritum vitæ acceptum primitus, à quo acceperat, reddit; vt qui ſub vitæ initium ore inſpirante dederat, ore eodem trahente, colligat.

IV.

Hunc ſenſum habes Paraphraſi expoſitum. Quo mire Vbera Eccleſiæ commẽdantur.

Paraphraſis.

Ergo in hunc ſenſum dictum arbitramur; *Vadam ad montem Myrrha, & ad Collem Thuris.* Haud expectabo vt naturæ debitum neceſſitate reddant, quos amicos colui, quos pene contubernales habui, quibus id dedit, vt proximi mihi ſanguine viderentur. Ipſe Vadam, vt ab integris, atque adhuc valentibus ſpiritum repetam, ad me colligam: neque enim decet, vt, quorum vulgaris vita non fuit, vulgari, ac communi morte defungantur. Quæ omnia ad vtriuſque Fratris commendationem, ideſt, ad *Vberum Eccleſiæ* laudem, pertinent.

VERSVS

Digitized by Google

VERSVS VII.

TOTA PVLCHRA ES AMICA MEA, ET MACVLA NON EST IN TE.

COMMENTARIVS.

PVlchram laudationem pulcherrimo claudit epiphonemate. Conſurſurgentem ex cunctarum partium pulchritudine ſpeciem, ita commendat, vt omni ex parte talem eſſe dicat, in qua ne inuidia quidem ipſa quidquam inueniat, quod mordeat; cum omnia potius talia ſint, propter quæ ſuos ipſa inſe dentes cogatur vertere. Ecclæſiam ergo ex illis partibus, de quibus ſingillatim dixerat, conſiſtentem *Totam Pulchram* eſſe fatetur, *ac nulla prorſus vel minima labe fædari*: ideoque tam ſibi placere, vt vere *Amicam* dicat, cum autem *Totam Pulchram* prædicat, eam commendat pulchritudinem, quæ ex membrorum complexu omnium, mutuaque inter ſeſe proportione conſurgit, in myſtico corpore: cum addit, *Nullam in ea maculam eſſe*, appoſite ad argumentum loquitur; neque enim omnem omnino *Maculam*, etiam minimam à ſingulis abeſſe profitetur: erant enim in tanto populo non pauci, qui haud raro etiam grauioribus culpis deformarentur, & fœdarentur vitijs: ſed de membris illis intelligit, quorum ſpeciem prædicarat, quibus ordines, ac gradus varij eius Reipub. non ſingulares perſonæ comprehendebantur. His ordinibus, ſiue gradibus, Leuitarum, Magiſtrorum, Sacerdotum, Iudicum, cæterorumque *nullam ineſſe Maculam* dicit, id eſt omnem Eccleſiam quantum ad Politicum, ac ſacrum regimen, optimè conſtitutam, vt nihil omnino deſiderari amplius poſſit: cum ferente Deo leges omnia eſſent conſtituta, & deducta in praxim, illo quidem tempore, quo in proximo erat ingreſſus in promiſſam hæreditatem.

ENARRATIO.

NVnc demum, cum ſingulorum ordinum, ac graduum, quibus Eccleſia mea conſtituitur, ſpeciem contueor; ac conſurgentem ex omnium in vnum corpus complexu pulchritudinem per otium contemplor, ingenti me voluptate perfundi ſentio, vt contineri affectuum vis non poſſit, quin ore ac ſermone ſe promat, Totam ergo Te, o, Eccleſia mea, & amica, & Sponſa, pulchra ſpecie viſendam dico; dignamque prorſus, quam mihi arctiſſimo complexu coniungam: In alijs tametſi ſepe probentur ſingula, cum ad iudicium totius, ex ſingulis ſcilicet partibus prodeuntem ſpeciem, ventum fuerit, multa damnantur. Inte tanta indulgentia artis ſinguli conſtituti ſunt gradus; ea inter ſeſe affinitate nectũtur, inuicemque ſe iuuant; vt & ſingula ſuam laudem mereantur, & vniuerſa maiorem. Nihil exiguum eſt in te, omnia magna ſunt: Nihil eſt quod ſeueriſſimum quanquam iudicium poſſit damnare, vel exigere prudens ratio: ſiue regimen Politicum, ſiue ſacram adminiſtrationem examines. Omnia ſunt ad eas leges exacta, quas ſapientiſſime ipſe conſtitui, Moſique tradidi exe[illegible]uendas. Nunc ergo verè te poſſum Amicam, id eſt, mihi maxime coniunct[illegible] [illegible]lacentem appellare.

NOTA-

NOTATIO XXIV.

TOTA PVLCHRA ES, AMICA MEA.

I.

Locus difficilis & obſcurus, Cui non ſatis ab Interpretibus luminis.

Huius loci difficultas magna.

Locus difficilis, & multis ambagibus impeditus, ſi veterum, ac recentium ſententias expendas: ſi propius inſpicias,& filum ſequare interpretationis, quod hactenus duximus, forſitan ſine magno admodum labore, in verum ſenſum, aut vero proximum, exponendus. Sed impedimenta prius omnia, & obijcienda primum oculis, ac remouenda; poſtea autem vera, quam arbitramur, ſententia tradenda.

II.

Quomodo tota pulchra & ſine macula, Quæ in filijs maculata? Nemo eſt enim qui vſque quaq; ſit purus, Id conteſtante nō vno loco ſcriptura. Et ſanctis Patribus, Et concilijs. Aduerſus errores aliorum. Quod ſi nulla nō languet Eccleſiæ pars. Quomodo tota ſana,& valens?

Eccleſia in ſuis membris non pura. *Iſai* 53.6. *Eccleſ.* 7.25. *Matth Auguſtinus. Conc. Milea.* 1.Ioan 1.8. 2.Iac 2.3.

Potiſſimus nodus in eo hæret, quod *Totam* dicat *Pulchram* Eccleſiam, cum *Tota Pulchra* non ſit: *Totam ſine Macula*, cum multis & deformetur næuis; & fœdetur in membris peccatorum *Maculis*. Hæc enim, inquiunt, eadem illa eſt, de qua dictum in ſuis partibus: *Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in ſuam viam declinauit; & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.* Iſai. 53.6. Et: *Non eſt homo iuſtus in terrà, qui faciat bonum, & non peccet.* Eccleſ. 7.21. Hinc etiam perfectiſſimi,& Prophetæ, & Patriarchæ, & Apoſtoli, cæterique cœli huius veluti Athlantes, ac Eccleſiæ proceres, cæteris in exemplum dari viuendi, dicere neceſſe habebant: *Dimitte nobis debita noſtra*; vt obſeruatum ab Auguſtino eſt, Epiſt. 29. ad Hieron. ſub finem. Et PP. Concilij Mileuit. Can. 6. eorum damnant errorem, qui verba illa 1. Ioan. 1.8. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*; ita interpretantur, vt ea propter humilitatem, non propter neceſſitatem, oporteat ſingulos dicere. Verè enim dictum à Iacobo: *In multis offendimus omnes.* 2. Iac. 2.3. Quod ſi nulla Eccleſiæ pars eſt, quæ, tametſi gratiæ, ac caritatis robore valens, non ſæpe valetudine tentetur, & languore quodam ſe ſentiat imbecillam; quo pacto eadem illa, vix in vlla ſui parte ſana, tam multis nęuis deformata, *Tota* dicitur *Pulchra, in qua nulla ſit Macula, nulla deformitas?*

III.

Multorum torſit ingenia hoc argumentum. Quidam de triũphante Eccleſia dictum volunt. Sed huic loco aptari is ſenſus haud poteſt. Quod ad huc militans Eccleſia deſcribitur. Ideo vocatur de Libano, Et ad prælia futura diſponitur. De triumphante ergo dicta non ſunt.

Eccleſia triumphans in cœlis nulla macula deformis. *Hieronymus. Auguſtinus. Beda. Bernardus.* De militante Eccleſia hic ſermo, non de triũphante.

Et quidem tam hoc argumentum magnorum Authorum torſit ingenia, vt eos in varias ſemitas compulerit, neſcio quam expeditas, vt eos in veram huius loci intelligentiam deducant. Quidem de *Eccleſia Triumphante* interpretantur, quam certum eſt nullo næuo, nulla *macula* fœdatam: nihil enim coinquinatum in eam Ciuitatem intrare permittitur. Quæ ſi amplectare, omnis omnino ceſſat quæſtio. Sic Hieronymus lib. 3. aduer. Pelagian. Auguſt. Retract. lib. 1. Cap. 19. Beda hic, Bern. Serm. 38. in Cant. & de Recentioribus quidam. Sed hæc ratio interpretandi quo pacto aptari huic loco poſſit, ſi præcedentia, ac ſequentia conſideres, non facile apparet: cum & quæ hactenus à principio ſunt dicta, quæque immediate ſequuntur, ſatis oſtendant de *Militante* adhuc *Eccleſia*, eſſe Sermonem; immo de ea, quæ nondum ſit in promiſſam terram introducta. Eadem enim, cuius nobile illud Encomium pulchritudinis canitur, ac *tota* dicitur *Pulchra*, mox inuitatur, vt *de Libano veniat*; ac de cæterorum montium verticibus alacris in plana deſcendat, multis ſe prælijs ſtrenuam probatura. Eadem, quæ *de cubilibus Leonum, ac Pardorum montibus* euocatur: quæ certè in cœleſtem Aulam non quadrant. Immo quæcumque de ea inferiùs ſeu narrantur, ſeu prædicantur, omnino confirmant, adhuc eam cum hoſtibus conflictari, multoque & ſuo, & illorum ſanguine tinctam, medias procurrere acies hoſtiles, tametſi minimè de ſucceſſu dubiam, anxiam tamen. Nō ergo hæc aptè tribues *Triumphanti*, nec eã induces ante pugnas & ſtrages ſpolijs onuſtam in Regiam inuehi, immo regnãtem ſecurè.

IV.

Ad futurum alij tempus referunt, Quaſi poſt victorias multas ſine macula cœlo recipienda ſit. Sed neque idhæret. Nam poſt ſingulorum laudationem, De tota ſpecie prædicatur, Ne perfecta in ſingulis. In coniunctio deſiceret.

Eccleſia poſt pugnas, in cœlum recipienda, pura & ſine macula,

Sæpe quæ ſingula laudem merita, coniuncta non placent.

Videre id quidam, atque ita interpretantur, vt ad futurum referant tempus, non ad præſens; quaſi ſenſus ſit. Eia, Amica Mea, ne deſponde animum: ſi te tuus tangit honor, atque in votis ea felicitas eſt, quæ multorum victricem pugnarum manere ſolet, alacri animo pugnas ſubitura, excende montibus hiſce; & campum latiſſimum nacta ad prælia, fortiter in hoſtes inuehere: ſic ſcilicet fiet, vt victrix inueharis in cœlum, nulla iam labe deformis, nulla *Macula* fœda. Itaque id in illa prædicari volunt, quod habitura olim ſit, nondum habeat. Sed acumine nimio hæc laborat interpretatio; & illius Authores, anxietate euadendi vnum diſcrimen in aliud incidere, & quidem grauius; nam tametſi verum eſt ſæpè ab Hebræis vnum pro alio tempus vſurpari, præſens pro futuro, & contra, id vt hoc loco fiat, nulla ratio patitur; & rerum ipſe ordo, & verborum ſeries prohibet. Nam ſtatim apparet, ea verba, poſt prolixam laudationem ſingularum partium, ad totius commendationem formæ pertinere; ne quis exiſtimaret, in ſingulis quidem membris ſeorſim omnia laudem mereri, coniuncta non item, quod haud raro ſolet contingere. Sæpè enim natura, quas ſingulis prodiga fauit, coniunctis negauit fauorem. Qua de re apud Profanos querelam. Ergo ad præſentem, & de præſente dicta, dicenda ſunt, idque in Eccleſia adhuc *manens*, ac *Militante* commendatum, quod illi ineſſet; non quod poſtmodum eſſet habitura, poſtquam triumphatrix cœlum peteret.

Præſtat

V. *Sit ergo de militante ſermo. Quod pleriſque … Qui tamen in cõmuni dicta exiſtimant.*

Præſtat ergo eorum hærere ſententiæ, qui de *Militante* adhuc, periculiſque præliorum obiecta interpretantur. Ij ſunt Auguſt. idem citato ſuperius loco, & lib. 5. de Bapt. contra Donat. Hieronymus lib. 8. in Ezech. Theodoretus, Iuſtus, Tres PP. Caſsiodorus, Gregor. M. Philo. Tametſi multi & de pia anima interpretantur, & non vna eidem via ingrediuntur. Habes illos. Sed plerique hæc in communi dicta exiſtimant, nec, ad labes ſingulorum eſſe reſpectum, cum *ſine Macula* dicitur. Ambroſij verba omitti non poſſunt, Lib. 1. de Virg. *Pulchritudinem quis poteſt maiorem exiſtimare eius, quæ amatur à Rege, probatur à Iudice, dedicatur Domino, conſecratur Deo? Semper Sponſa, ſemper innupta: vt nec amor finem habeat, nec damnum pudor. Hæc, hæc profectò vera pulchritudo eſt, cui nihil deeſt: quæ ſola meretur audire à Domino: Tota es Formoſa proxima mea.* Ne trium PP. qui quanquam alia via, non iniucundè hæc explicant. *Mente nimirū,* inquiunt, *& anima, & carne Pulchra es; carne quidem, vt per actionem à varijs perturbationibus purgata; & virtutum moribus excellens: anima autem, vt ab omni improba cupiditate ſeiuncta, & ſermonibus decorata mandatorum: mente vero, vt ab exilibus etiam cogitationibus liberata, ac ſplendida, ac per gratiam in Spiritu Sancto diuina effecta: & propterea macula non eſt in te, quæ mihi ob perfectionem propinqua es.*

Auguſtinus. Hieronymus. Theodoretus. Iuſtus Vrgel. Tres Patres. Caſsiodorus. Gregorius M. Philo Carp. Ambroſius. Eccleſia in cõmuni nulla labe deformis. *Tres Patres.* Eccleſia carne, & anima, & mẽte ſine macula.

VI. *Id verò dicere eſt. Laudes Eccleſiæ, non probra canuntur. Et quamquam nemo ſine macula eſt, Etiam perfectiſſimi laudantur tamē a Deo, Qui à maculis auertit oculos.*

Haud id improbabile eſſe definies, ſi memineris, quod locis alijs obſeruatum eſt, laudes hic Eccleſiæ cani, non probra. Sic enim in Epithalamicis ſolitum: in quibus, etiam quæ ad mediocrem ſpeciem ſpectat, impensè laudantur; ceterà, quæ illum minuunt, aut tacentur, aut excuſantur. Et quidem, ſi rem penitius inſpicias, inuenies, nullum in Eccleſia ordinem, aut gradum eſſe, qui vſquequaque ſit perfectus, atque omnimodam laudem mereatur; ſeu Prælatos, ſeu Doctores, ſeu Prophetas, ſeu cæteros demum conſideres, nullum ſingillatim inuenies, qui non ſuis næuis notetur, maculiſque vel puſillis deformetur: vt, ſi ad viuum volueris reſecare, non ſimplice ſpecie pulchri dici poſſint. Et tamen laudantur à Deo impenſe; qui ab ijs auertens oculos, quæ detrahunt cuiuſque ordinis pulchritudini, ea ſolum ſpectat, quæ ſua ſpecie placent, aſpectumque, & fauorem ad ſe vocant. Hæ enim ſunt Panegyrici generis leges. Nec alio ſenſu dictum: *Tota Pulchra es, & macula non eſt in te*, probabile valde eſt. Nam nec cum de Abſalone ſimilia dicta ſunt, 2. Reg. 14. 25. (*Porro ſicut Abſalom vir non erat pulcher in vniuerſo Iſrael, & decorus nimis. A veſtigio pedis vſque ad verticem non erat in eo vlla macula*) haud eſt æquum arbitrari, nihil in eo, vel minimum, reprehenſioni eſſe obnoxium: nemini enim omnino tam prolixo fauore natura indulſit. Nam vt grauiter ille:

Vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur.

Nullam ergo fuiſſe in Abſalone *Maculam* dictum, quia, tametſi aliquid in illo deſiderares, id paruitate ſua effecerat, vt obſeruari non poſſet facile; aut vt obſeruatum contemneretur, in eo ſermone, in quo ſpeciei illius, quæ alioqui eximia erat laudatio inſtituebatur.

Laudes hic Eccleſiæ non probra canuntur. Viri perfecti, & ſi minimis maculati tamen laudantur tanquam omnino puri. 2. Reg. 14. 25. Abſalom licet maculoſus, ſine macula dictus. Horat.

VII. *Sūt ergo qui maculæ nomine lethalem culpam accipiunt. Ideo ſine macula dictam Eccleſiam Quia quæ minima ſunt, Nulla eſſe videntur.*

Atque hinc orta aliorum interpretatio eſt, qui hoc loco *Maculæ* nomine, non quamcumque vel leuiſſimam, ſed ſolum mortalem culpam accipiunt: vt ideo *Sine Macula* dicatur Eccleſia, quòd nulla graui culpa, qua gratia pereat, deformata. Id innuere videtur Anſelmus, ſed de Recentioribus vir apprime doctus, & Catholicus, qui hæc affirmat de Eccleſia quidem dicta, ſed ſolum, vt in perfectis ac iuſtis, id eſt in parte potiſſima, intelligitur exiſtere, vt in Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis reliquiſque viris ſanctis; qui Dei gratia victo per pœnitentiam Dæmone, ac per Chriſti ſanguinem mundati, tametſi non in totum leuibus liberi culpis, graues omnino declinant. Itaque, quantum humana fragilitas in via patitur, perfecti, nulla poſſunt dici labe maculati; quia quod exiguum eſt, & leue, non magis obeſt, quam quod non eſt. Atque hæc probabiliter diſputantur.

Macula pro peccato mortifero. *Gilb. Genebr.*

VIII. *Alij, non hic de Caritate Sermonē, ſed de Fide eſſe volunt. Quæ ſemper integra in Eccleſia. Quod tametſi verum, difficultatē non ſoluit. Nam & in ſuis membris maculatur in fide. In quam nō ſemper graui errore peccatur.*

Alij, rei difficultate coacti, hæc non ad *Caritatem*, ſed ad *Fidem, doctrinamque* referenda arbitrantur. Nam tametſi in filijs ſæpè à Gratia excidat, à Fide non excidit. Itaque ſine Macula dici, non ſecundum vitæ iuſtitiam, ſed ſecundum veritatem doctrinæ. Ideo Virginem incorruptam dictam, à Prophetis autem paſſim, *Virginem Filiam Sion*: Et ab Apoſtolo Paulo: *Columnam, & firmamentum veritatis*. Nemo enim ſanctorum aut in doctrina Fidei, aut morum diſciplina erraſſe eam arbitratus eſt; nemo non ad eam in dubijs, tanquam ad ſacram quandam anchoram, confugiendum docuit. Video quidem hæc omnia vera eſſe, ſed vereor, vt aptè ad hunc locum. Nam certum eſt Eccleſiam nunquam eo fuiſſe ſtatu, tametſi preſſam aduerſis, vt à Fide tota deficeret, aut deficere poſſet: ſemper fuiſſe lapidem lydium, ad cuius contactum doctrinarum metalla explorarentur; ſed eadem illa in ſuis membris haud raro, non næuis ſolum, ſed ingentibus maculis deformata in Fide eſt; nullo enim non ſtatu fuere, qui inter vera dogmatum ſemina noxias herbas errorum ſeminarent. Defecere quidem illi ab Eccleſia, & deſiere inter legitimas illius partes numerari: Fides enim initium omnis boni eſt, nec ſine ea eſſe quiſquam Chriſtianus poteſt, ſed à nobis ſcilicet exiere. Quid quod non ſemper in Fidem, & doctrinam errore graui peccatur, quo Fidei naufragium fiat: abeſt ſæpè pertinax animus, nec

Eccleſiæ Fides ſemper pura atque intacta. Eccleſiæ fides in ſingularibus ſæpè maculata. Nec ideo minus in ſe pura.

correctioni

Sed non à leui culpa excuſabili. Maculæ hæ ſcilicet ſunt ſingulorum. Et Eccleſia in illis. Quod ſi id non obeſt fidei puritati illius, Non eſt, quod de caritate neges, quæ nec ſingulorum culpis deformatur.

correctioni contumax Eccleſiæ; ſed is tamen adeſt, qui ſatis ad culpam ſit, ex ignorantia vtcumque culpabili, & ſocordia, atque deſidia ad verum indagandum. Hi adhuc legitimæ cenſentur partes Eccleſiæ, tametſi deformes & maculoſæ. Et quanquam id fidem Eccleſiæ non turpat, *maculæ* tamen in Fidei doctrina ſunt, quæ Eccleſiam in ſuis membris maculant. Quod ſi ideo eam vis ſine labe dici, quod nebulæ illæ Filiorum Matris ſerenitatem non inficiunt, aut lucem minuunt; non eſt, quòd hæc de Fide ſola interpretere, eaque doctrina, quæ ad ſinceritatem pertinet Fidei; nam cur non etiam de Caritate poſſis accipere, à qua non magis excidere Eccleſia poteſt, quam à Fide; tametſi in ſuis membris ſæpè ab ea deficiat? Sed quemadmodum næui, & maculæ priuatorum communem Eccleſiæ Fidem non deturpant, ita nec Caritatem, & Gratiam ſingulorum ſcelera inficiunt, aut ergo de Caritate accipienda hæc ſunt; aut de Fide, & doctrina non rite accipiuntur: ſi quidem eadem de vtraque ratio eſt. Alius ergo horum verborum ſenſus quærendus eſt; quod proxima Notatione à nobis fiet.

Caritatem Eccleſiæ ſingulorum noxæ non turpant.

NOTATIO XXV.

ET MACVLA NON EST IN TE.

I.

Sed videndum quid hactenus in Eccleſia probatũ. Inde enim loci intelligentia pendet. Laudata ſingula partes.

Et Reipub. corpus optimis legibus conſtitutum,

In quo nulla deformitas.

Vere ergo dici potuit ſine macula.

Puritatem enim non à ſingulis ciuibus.

Sed à ſanctiſſimis legibus mutuatur,

SEd videamus, quid hactenus in Eccleſia per partes laudarit ſacer Sponſus, inde enim intelligemus, quo hæc ſenſu dicta ſint: arbitror enim inde totius nodi ſolutionem petendam, vnde ſumpta multis occaſio diuerſas ingrediendi ſemitas, minus fortaſſe expeditas, quam locus ipſe poſtulabat. Et hactenus quidem Eccleſiæ, adhuc ſub lege ſcripta per deſerta loca peregrinantis, Rempublicam omnem, ſeu Sacram, ſeu Profanam, recens Deo authore, executore autem tantæ rei Moſe, conſtitutam, ſuas per partes laudarat. In oculis Prophetas, in comis promiſcuum Fidelium vulgus, in genis Iuuentutem, in labijs Doctores atque Leuitas, in collo Sacerdotes, in vberibus Moſen, & Aaronem: nondum de ſanctitate loquutus intrinſeca, illiſque donis, quibus ea vel conſtituitur, vel ornatur. Potius ergo id, quod in ea Reſpublica obiectabatur oculis, quo ſcilicet aſpicientibus gratiſſima ſpeciæ placebat, ordine numero, diſpoſitione partium, atque inter ſeſe proportione mira, quamquod ſolis Dei oculis poterat aſpectari, laudarat. Quam ergo certum eſt eam Rempublicam à Deo ſanctiſſimis legibus conſtitutam, ac velut in opus è mentis diuinæ exemplari deductam, nihil habuiſſe, quod hominum vel ſolertia, vel prudentia reprehenderet: tam verè dici de ea potuit *Totam Pulchram* eſſe, ac *Sine Macula*. Optimè enim Reſpublica diſpoſita, tametſi quidam de Populo aliquo ſe commaculent ſcelere, nõ ideo quidquam de ſua ſpecie amittit; ea enim non ſingulorum reſpicit ſynceritatem, nec ab ea pulchritudinem mutuatur: ſed à ſanctiſſimis inſtitutis, ac legibus, quibus in ſuis ordinibus conſtituitur, vt vnum corpus efficiant. Adeoq; dum partes illæ ſuum tenorem ſeruent, nec à recto ordine inter ſeſe, ac cum capite deflectant, durat in toto corpore decor, qui laudari ſit dignus, tanquam nulla macula fœdatus.

Reſpublica Hebræorum optimis legibus cõſtituta, vt nihil deſiderari poſſet.

Sine macula ideo dicta.

II.

Sic viſa Balaamo. Sic laudata à Ieremia. Sub ſchemate oliuæ ſpecioſiſſima. Sed poſtmodum corrupta toto ordine. Iure reprehenſa à Prophetis. Et per omnia membra ſerpente luo, Mutata ſermonis forma, damnata. A Ieremia.

Ab Iſaia.

Qui acriter in eã inuecti.

Hanc ſpeciem Eccleſiæ Balaamo repræſentatam arbitror, cum diceret: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael? vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quaſi Cedri prope aquas*, & quæ ſequuntur alia. Num. 24.5. De hoc ſui Populi ſtatu dicebat Ieremias: *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam, vocauit Dominus nomen tuum*. Ier. 11.16. Tunc ſcilicet, cum ordines ſinguli, velut virentes, ac robuſti rami, vni trunco hærerent, eadem alti radice, & pulchre omnem in partem ſparſa coma, vberes fructus legalis iuſtitiæ, ac religionis Domino Deo redderent. Sed poſt corruptam Rempublicam, cum nihil iam ſyncerum ſupereſſet; ſuſque deque omnia ferrentur, multa Prophetarum vox inſonuit illius turpitudinem traducentium. Ieremiæ ſunt illa: *Dominus exercituum, qui plantauit te, loquutus eſt ſuper te malum, pro malis Domus Iſrael, & Domus Iuda, quæ fecerunt ſibi ad irritandum me, libantes Baalim*. Et illa: *Ego te plantaui vineam electam: omne ſemen verum: quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vitis alienæ*. Acrius adhuc ordinem ſingulorum corruptelam notans: *Incraſſati ſunt, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimi. Cauſam viduæ non iudicauerunt cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt: Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant, manibus ſuis: & Populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouiſſimo eius?* Iere. 5.28.30.31. Atque vt videas, ad eius Reipublicæ mutationem in deterius, mutatos Dei ſermones, Iſaiam audi. *Super quo percutiam vos vltra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circum ligata, nec curata medicamine nec tota oleo*. Iſai. 1.5.6. Eo inſania, ventum eſt, vt, tametſi per membra omnia Reipub. vniuer-

Num. 24.5. Hebræorum reſpub. laudata à Balaamo, & Ieremia. Ier. 11.16. Corrupto reipub. ordine, iure reprehenſa. Ier. 11.17.

Ier. 11.21.

Ier. 5.28.

Iſai. 1.5.6.

Digitized by Google

: ſum corpus vlcerum turpidine, ac fœditate vulnerum ſcateret, medicinam omnem aſper-
: nati ſint, medicoſque à ſe depulerint: quod, qui phreneſi ægri ſunt, facere ſolent.

III. *Sed recens à Deo conſtituta. Singulis partibus ſuum tenorem ſeruantibus. Iure pulchra tota, & ſine macula dicta eſt.*

Dum ergo in ea Republica, recens quidem à Deo ſanctiſſimis inſtitutis, ac legibus conſtituta, tam in Sacra, quam in Profana politia, ſpecies illa viſa eſt Dei oculis gratiſſima, eiuſdem Dei encomia merita eſt, vt non modo *Tota Pulchra*, ſed etiam *Sine Macula* prædicaretur. Quia tametſi eſſent, qui priuato alioquo ſcelere ſeſe fœdarent; ea tamen labes ordines, ac gradus eius corporis non fœdabat, ſuum quoque ordine ſeruante tenorem; nec à conſtituta ſibi per leges norma recedente. Quod tunc maxime contigit, cum mortuo Moſe, omni conſtituta Repub. ac ſacro ordine procurato, ad ingreſſum promiſſæ hæreditatis, eorum morte purgatis caſtris, qui Ægyptum norant, Hebræorum ſe Populus accingebat. Id autem ex his quæ proximè ſequentur ſatis monſtratur.

VERSVS VIII.

VENI DE LIBANO SPONSA MEA; VENI DE LIBANO, VENI: CORONABERIS, DE CAPITE AMANA, DE VERTICE SANIR ET HERMON, DE CVBILIBVS LEONVM, DE MONTIBVS PARDORVM.

COMMENTARIVS.

VOces hæ exhortatoriæ ſunt, quibus poſt captatam prolixa laudatione beneuolentiam Eccleſiæ, atque animum ad obſequendum delinitum, eam hortatur Deus ad exſcenſum è montibus, adeundamque promiſſam hæreditatem, cuius iam in proximo videbat ſpes felicitatis. Vtitur autem ad perſuadendum omni arte. Nam rei difficultatem minuit, ſocietatem ſuam pollicitus, & proptum perpetuumque auxilium: ſpem excitat, oſtentans victrici præmia: Quæ ſubierit hactenus diſcrimina, dum aſperis locis peregrinaretur, commemorat; quæ longè minoribus commutatura ſit. *Libani* autem nomen poſitum fortaſſe non propriè, ſed pro omni loco edito, ac rupibus aſpero: vel certè pro montis illius ea parte, qua cum cæteris, qui nominantur iungebatur. Hos autem nominat, quia per eam partem ingreſſus Dei Populus eſt in promiſſam hæreditatem. Ibi ingenti ſtrage hoſtium edita, ferro ſibi viam aperuit, Genti ſuæ auxilium præbente Domino, & animos acuente, ac fortidinem miniſtrante: vt ſcilicet id verè ſe dixiſſe confirmaret, non ſolam facinus tantum aggreſſuram Eccleſiam, aut demum perfecturam; ſed ſe illi futurum & Ducem ad viam, & Imperatorem ad prælia, & ſocium ad victoriam triumphumque, quo victrix coronanda eſſet, nec alterius quam ſua ipſius manu, ea corona, qua pinguiſſimæ terræ dominatus ſignificaretur.

ENARRATIO.

QVod ſi mihi, pulcherrima viſa es, ac nulla deformis Macula, poſtquam Rempub. tuam ſanctiſſimis fundaui legibus, ſacrorumque omnem diſciplinam certis ritibus alligaui, rationem formamque eius cultus deſignans, qui mihi, vt tanto Deo in documentum Diuinitatis impendendus eſt; qualem meis oculis futuram tuam ſpeciem putas, cum ineuntem fortiter prælia; tuoſque, ac meos hoſtes debellantem, factam de Pacifica Bellatricem, contempler? Eo enim loci iam verſaris, emenſis longiſſimis viarum ſpacijs, vt te in procinctu eſſe oporteat.

Digitized by Google

oporteat. Vel ex hiſce montium verticibus, quos latiſſimis caſtris inſediſti, longè latèque fundentes ſe campos, ac colles promiſſa hæreditatis circumſpice; terram dico pinguem, lacteque manantem, & melle, varijs Regnis diuiſam; Regna vrbibus, vrbes habitatoribus frequentiſſima. Totum id vno conſpectu complectere, quod vna breui poſſeſſione complexuras es. Quod ſi tibi obiecta in tanta re aggredienda pericula tot adeunda diſcrimina metum faciunt, atqui à nobiliſſimo facinore deterrent; cogita, quanto illa maiora fuerint, quibus itinere toto, poſtquam Ægypto, me authore, ac duce, egreſſa, vagata per ſola terrarum, & inacceſſa montium es, te ad omnem virtutem exercui. Quid timere iam potes, poſtquam talia peruiciſti? Virtute ingenti, comite ſpe, ac tolerantia viam tibi per inacceſſas rupes, ac ſitientes arenas, deſertaque ſolis habitata Lonibus, Pardiſque, ac feris alijs, animosè non minus, quam feliciter aperuiſti; iam tibi non cum rupibus, ac ſcopulis: non cum feris vel aſpectu ſolo trucibus; non cum extrema rerum omnium indigentia, ac ſiti pugnandum, ſed cum hominibus eſt, qui, vt fortiſſimi ſint, at vaſtis corporibus validi, homines certà ſunt. Tantum aude in prælia ruere, & victricem reputa. Quid quod, qui Dux tibi toto itinere fui, cuius ſemper præſentiſſimam experta es opem, idem tibi ſum futurus comes prælia ineunti. Experta, quid poſſim, velimque, vincere mecum aude; teque exiſtima magis in ſpolia, & triumphos, quam in bella vocari. Nec præmia experta, ac felici virtuti deerunt. Et ſolent quidem Reges militi poſt victoriam, & parta diuidere ſpolia; & de læta quaque fronde, vel lauro, vel olea, fortitudinis præmium parare coronas: tibi eadem, cuius in Dominatum terra ſuccedes, vtrumque præſtabit: nam & pro ſpolio erit opimo, quo diues exſultes; & pro frondea, ac triumphali Corona, qua læta triumphes.

NOTATIO XXVI.

SVM. COM.

VENI DE LIBANO SPONSA MEA.

I. *De ſenſu Dramatico dictum alibi. De arcano perplena diſputatio, Et lis cum multis nobis futura.*

Loci huius ingens difficultas.

QVidquid facere ad Dramaticum ſenſum poteſt quod ſane multum eſt, & multis difficultatibus implexum, loco alio diſputatum eſt. Hic arcanum exquirimus ſenſum, de quo non minus perplexa diſputatio eſt. Tantus enim locus hic in hoc pelago ſcopulus eſt, vt vix vnus aliquis ſit, qui in eum vel non impegerit, vel ab eo non ægrè, ac difficulter in apertum mare euaſerit. Atque omiſſa de his montibus quæſtione, qui, cum diuerſiſſimi, & maximis inter ſe ſpatijs ſint diſiuncti, vix intelligi poteſt, quo pacto ab omnibus illis Sponſam euocet (id enim ad corticem totum ſpectat) de arcana intelligentia lis nobis cum multis, magniſque viris futura eſt, quorum fere ſinguli ſuam ingreſſi viam ſunt, ſiue hæc de Eccleſia, ſiue de pia anima interpretari placuerit. Horum poſteriorum ſententias alio loco examinabimus, Commentario ſcilicet, qui hunc ſequetur.

Quorum quiſque ſuam viam ingreſſus.

II. *Veteres de vocatione Gentium hæc exponunt, Et ſingula ſingulis non inconcinne aptant. Ex quibus nos totum collegimus.*

Eccleſiæ ex Gentilitate vocatio.

Plerique veterum hæc *de vocatione Eccleſiæ ex Gentibus* accipiunt. Has *Montium* intelligunt nomine aſperas, intractabiles, ſuperbas, indociles: has eſſe *Leones*, has *Pardos*, quibus nominibus feræ aliæ intellectæ truces, carniuoræ: Ex his *montibus*, ac ſpeltis *ferarum* euocatæ Eccleſiæ coronam promitti: *Ter vocari*, aut, quia in *Fide*, *Spe*, & *Caritate* vocatur; quia ideo vocatur, vt perfecta ſit *cogitatione*, *lingua*, *opere*. *Coronari* autem non vna *Corona*, ſed tribus, quæ tribus illis reſpondeant. Hunc ſenſum ex varijs collegimus, quædam à quibuſdam, non omnia à ſingulis mutuantes: nam diuerſi in ſingularibus fere abeunt, quanquam affinitate quadam coniuncti. Videre lector ſtudioſus fontes poterit. Tertul. lib. 4. aduer. Marc. Theodoretum, & Philonem hic, Alios ſuis locis.

Tertullianus. Theodoretus. Philo Carpath.

III. *Grauis ſenſus & Cantico dignus.*

Hæc interpretandi ratio & grauis eſt, & huius digna maieſtate Cantici; ac ſi, ſepoſita tantiſper nexus cura, horum verborum cum ſuperioribus, ad ſolam rerum ad res analogiam reſpicias, non probabilem ſolum, ſed pene ſolam amplectendam arbitrabere. Nam *Montibus* in ſacro ſermone quid frequentius, quam *Superbos*, ac *Principes infideles* deſignari? Id aduenientis Chriſti in mundum facinus à Prophetis cantatum: *Aſpexit, ac diſſoluit Gentes, & contriti ſunt Montes ſæculi: incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* Hab. 3. 6. Et: *Vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes; à facie tua Montes defluerent: à*

Nam montes rite dicuntur Principes,

Montes Reges & Principes ſeculi.

 facie

Digitized by Google

Ex vſu Sacræ Scripturæ.
Pardi & Leones infideles ſunt,
Qui Chriſto credentes,
In manſueta animalia mutandi erant.
Id deſcendere de montibus ſuit,

facie tua Gentes turbarentur. Iſai.64.1.2. Vnum alio declaratur; &, quid ſub *Montium* vellet ſchemate, planis explicat verbis, ne cui libera daretur errandi facultas. Sed & *Leonibus*, & *Pardis* ſpeciebus certis ſcilicet pro toto generé ferarum poſitis, quid aliud ſignificari arbitrandum eſt, quam infidelium multitudinem, totis infidelitatis, atque errorum vagantem luſtris, & rapto doctam viuere? Id etiam felicitatis orbi obuenturum, ſub Chriſto,& Apoſtolis iam olim prænuntiatum: futurum ſcilicet,vt feræ omnes manſueſcerent, quodque multo eſt maius, naturam mutarent, de *Leonibus* factæ oues, & de *Vrſibus* agni: *Habitabit lupus cum agno, & Pardus cum hœdo accubabit; Vitulus, & Leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & Vrſus paſcentur; ſimul requieſcent catuli eorum; & Leo, quaſi bos comedet paleas.* Iſai. 11.6.7. Id ſcilicet eſt *exſcendere* Eccleſiam de *Libano, ac cæterorum Montium vertice: id luſtra Leonum, Pardorumque Cubilia deſerere*; & in locis planis, ac plagis mitioribus habitare.

Leones & Pardi infidelium multitudo, in oues mutanda.

Iſa 11.6.7.

IV.
Sed quidem ad Gentiles non arctant hæc.
Extendantque ad Infideles omnes.
Fundantque in myſtico ſignificato Libani, & cæterorum montiū. Pardorumque atque Leonum.

Theodoretus hæc ad *Gentiles* minimè arctat, ſed ad quoſcumque *Infideles*, ſiue ab *Gentiliſmo*, ſiue ab *Iudaiſmo* ad Eccleſiam vocatos; & lauacro regenerationis per baptiſmum dealbatos extendit, *Libanum* enim *Deorum interpretatur cultum*, fortaſſis propter thus, quod Græcis *Libanus* eſt, *Sanir* autem *traditam a Deo Iudæis legem*, quòd *Sanir* ſignificet *lucernæ viam*: lucerna autem lex dicta à Propheta fuerit. Pſal.118.105. *lucerna pedibus meis verbum tuum.* Aduocari ergo credentes à *Iudaiſmo*, & *Gentiliſmo*. Sic etiam *Leones Iudæos* interpretatur, *Pardos Gentiles*, quod *Iudæi* inſano furore debaccharentur in Eccleſiam, velut furentes *Leones*: *Gentiles* autem fucata ſapientia, & orationis multa copia, ac varietate argumentorum ſectarum ſuarum obtegerint falſitatem: *Pardo* enim propter maculas, quibus notatus eſt, callida ſapientia, ac fallax deſignatur.

Theodoretus.

Vocatio ad fidē Iudæorum, & Gentilium. Pſal.118.104.

Iudæi Leones; Gentiles Pardi:

V.
Alij referunt ad baptiſmum.
Ad quem vt Gentes vocet mittetur Eccleſia.
Quia Libanus de albatum ſignificat.

Alij, quia *Libanus* ex quorundam ſententia *Dealbatum*, ſiue *dealbationem* ſignificat, referunt ad *Baptiſmum*; inde ergo vocari Eccleſiam ad *Coronam*. *Baptiſmo* autem videntur intelligere infidelium conuerſionem, quæ per *Baptiſmum* fit, quo in Eccleſiæ adyta penetrant. *Coronam* ergo eam intelligunt, quæ ei facinori debita eſt, quo infideles ad Fidem adduxit, vt in Dei Filiorum albo locum, & nomen haberent. Sic ferme tametſi cum nonnullo diſcrimine, Philo Carpath. Caſſiodorus, Gregorius PP. Iuſtus Vrgel. & Beda.

Libanus, Dealbatio, quę fit per baptiſmum. Philo Carp. Caſſiodorus. Gregorius M. Iuſtus Vrgela. Beda.

VI.
Sed non ii ſuſe apte videtur connectiſe impoſteribus
Non enim Eccleſia de Gentibus aduocatur.
Potius ex inuitatur ad Gentes.
Et ad eas feras venandas,
Huc Hortamenta Ieremiæ,
Huc monita Chriſti.
Ad Apoſtolos & Diſcipulos.

Dixi hunc ſenſum grauem eſſe, nec extra analogiæ rationem: maiorem autem cum ijs, quæ præceſſere, connexionem me requirere. Nam vt non obijciam rerum ipſarum ordinem minus ſeruari, ab his Authoribus pleriſque, cum alias iam Eccleſiam de Gentibus aduocatam agnouerint; illud hic maximè vrgendum eſt, quod ad analogiam rerum ad res pertinet. Nam certè hic cum Eccleſia ſermo eſt, cum ea ſcilicet, quam *Amicam*, quam *Sponſam*, immo ſi de chriſtiana accipias, ſeſe ad conuerſionem Gentium accingente, (quo eam ſtatu hi Authores conſiderare debuere) & *Sororem* appellat; quo nomine iuſtam vxorem indigitari dicemus. At ea tam non aduocanda de Gentiliſmo erat, monendaque, vt ex illis luſtris, ferarumque latibulis exſcenderet; vt potius monenda eſſet, vt eo aſcenderet ad venationem earum ferarum ſcilicet, quas captas, ac manſuefactas Chriſtiano cultu, Chriſto Sponſo ſiſteret. *Ecce*, inquit, *ego mittam eis Piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos; & poſt hæc* (& præterea) *mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.* Ierem.16.16. Sermonem autem de Gentibus eſſe adducendis ad Fidem, quæ ſequuntur ſatis docent. *Ad te Gentes venient, ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium poſſederunt Patres noſtri; vanitatem, quæ eis non profuit,* Ver.19. Immo cum Chriſtus diceret; *Euntes, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti,* Matth.18.19. cum Eccleſia ſcilicet loquebatur.

Eccleſia nō iuſſa venire de Gentibus, ſed potius ire ad eas.

Apoſtoli venatores ferarum.

Ierem.16.16.

Ierem. 16.19.

Matth.18.19.

VII.
Sed Eccleſia ex Gentilitate, ſpolijs onuſta rediji ad Chriſtum.
Id ſi obijcias, obeſt rerum ordo,
Nam e montibus euocatur in plana.
Semel autem adita Gentilitate, nō reuocatur.
Potius ibi ſtationē figit,
A montibus reuocatur nunquā reditura.

Video quidem dici poſſe, prius Eccleſiam iſſe ad Gentes, eas ad Chriſtum adductaram, mox multitudine Gentium conuerſarum, velut de inſigni victoria ſpolijs onuſtam, ad Chriſtum rediſſe. Quo ſtatu rerum vere ad illam dictum: *Veni de Libano*. Subtile id eſt, non ſolidum: ſtatim enim apparet, ijs verbis moneri Eccleſiam, vt aſpera illa montium in quibus verſata ſit, fugiat, & ad cultiores plagas coronanda veniat: ideo & ab aſperitate montium, & periculis ferarum argumentum ſumptum eſt; vt multo intentato metu, perſuaderi ſe ſinat. At cum Eccleſia inter Gẽtes verſaretur, earum conuerſioni incumbens moneri quidem minimè debebat, vt montibus illis exſcenderet; potius, vt latebras omnes exquireret; ac feras indagine quæreret, caperetque. Quo fit difficillime aptari hæc poſſe ad ea verba, ſiquidem Analogiæ inhæreamus, quæ numquam negligenda eſt, in hoc ſcribendi genere. Quo eodem argumento aliorum etiam interpretandi ratio minus quadrare videtur, qui vel de Gentium ſimul, ac Iudeorum conuerſione interpretantur; vel de Baptiſmo generatim acipiunt. Semper enim intelligendũ eſt, eã de *Libano* ac ceteris *Montibus*, *luſtriſq; Ferarum* aduocari, tanquam à locis aſperis, incultiſq; multiſq; periculis obnoxijs, ferarumq; luſtris infamibus; cum contra Apoſtoli, & in illis Eccleſia, in eadem Ferarum luſtra,

Eccleſia diues ſpolijs de Gentilitate redux ad Chriſtum.

Eccleſia inuitatur ad exſcenſum è mōtibus, eo nunquam reditura.

Digitized by Google

luſtra, & loca horrida, ſcilicet in infidelium nationes inuitetur. *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.* Matth. 11.16.

Matth 11.16.

VIII.

Pertinent ergo hæc ad Eccleſiã. Cum in procinctu eſſet, ad hæreditatem adeundam. Nec ſoli ſenſum hunc tradimus. Etſi alij ſolam alluſionem in eo agnoſcunt, Ad ingreſſum in promiſſam terrã. Sed præſtat ſenſum hunc affirmare præcipuum.

Eccleſia inuitatur ad ineundam promiſſæ terræ poſſeſſionem.

Genebrar. Delrius.

Salomon hic pene ſine tropo loquutus.

Pergamus ergo nos hæc de Eccleſia illa interpretari, quæ ſub finem longæ peregrinationis per deſertum, atque in conſpectu conſtituta promiſſæ hæreditatis, monetur à Deo, vt audacter in eas Gentes inuehatur, ferroque ſibi viam aperiat, ad promiſſam olim felicitatem. Vide autem, quantum inſit virium veritati: nam & idem illi, qui alias in exponendis his verbis ſequuti ſunt vias, agnoſcere coacti ſunt, alluſionem hic factum ad deſcenſum Filiorum Iſrael in promiſſam terram. Sic doctus & pius Author, & è noſtris alius nec minus doctus, nec pius minus. In quo iudicium vtriuſque probamus; in eo non laudamus, quod ſolam alluſionem agnouerint; cum, ſi rem ipſam expendas, ac ſuis momentis examines, affirmaturus ſis, hæc tam perſpicua eſſe, vt non per tropum, ſed hiſtoricè videantur eſſe conſcripta. Mihi fateor ſemper viſus eſt Salomon de induſtria certis quibuſdam locis pene neglexiſſe allegoriam, & hiſtoricè quædam ſcripſiſſe, vt ex illis argumentum ſumeretur, ad coniectandum de cæteris: ne ſcilicet, omni ſublato lumine, in tam denſis tenebris nullus eſſet, qui non incertus veri itineris, in auia inemendabili errore duceretur. Id autem prudenti conſilio factum eſt, vt ex planis, expeditiſque dubia atque obſcura colligi poſſent. Sed de his alias dictum eſt: nunc cætera perſequamur.

IX.

Id vere dictum intelliges, Si loca conſideres, Per quæ ingreſſus Dei Populus in promiſſam terrã, Quæ non alia fuere quamquæ hic nominantur. Scilicet per montem Hermon. Qui dictus & idẽ Sanir.

Et Libani fuit proles,

Dei Populus ingreſſus promiſſam, per montẽ Hermon, qui Libani pars.

Deut. 3.8 Hermon idem qui Sanir.

Id vero, quod dictum eſt, de huius loci ſenſu, facile intelliges, dummodo memineris, quas per partes, Genteſque Dei Populus in plana deſcenderit; quæ bella, & cum quibus Populis geſſerit, quoad, Iordane tranſmiſſo, in intima Chanaanitidis penetraret. Amorrhæum primum deleuit, eoque cum omni Gente ad internecionem cæſo, illius vrbes occupauit. Inde victricia ſigna tranſtulit, & arma in Baſanitidis Regem Og; qui, tametſi de genere Gigantum, ſimilem expertus fortunam, & vitam amiſit, & Regnum. Iacebant autem duo hæc Regna trans Iordanem per longum à mari mortuo ad montem Hermon, qui alio nomine dictus Sanir. Habes hæc Deuter. 3.8. Tulimuſque eo tempore terram de manu duorum Regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem, à torrente Arnon (influit hic in mare mortuum) vſque ad montem Hermon, quem Sydonij Sarion vocant, & Amorræi Sanir. Hermon autem, ſiue Sanir Libano monti non affinis modo eſt, ac conterminus, ſed illius omnino pars, quanquam nomine diſcretus ab illo: nihil enim magis frequens, quam eiuſdem montis varias eſſe appellationes, ſecundum partes, ac Gentes, quarum regiones vel penetrant, vel limitant. Quo ſatis intelligitur, cur Eccleſia ab his montibus euocetur, aditura promiſſam hæreditatem, atque ab ea parte ingens illud facinus aggreſſura.

X.

Nec indignus hic ſenſus Cantici maieſtate, Quod magnis myſterijs plenum. Sed non vbique tanta latent myſteria. Sunt quædã ſimpliciter dicta, Quæ viam ad maiora parant. Et alioqui S. S. quid aliud quam Hiſtoria eſt Eccleſiæ? Ideo quædam narrata ſimpliciter. Alia ſub figurarũ velo.

Nec liber hic, etſi ſymbolicus,

In totum ea diuerſitate priuatus.

Etiam hoc commate.

Nam & loca nominat perquæ Populus terram ingreſſus promiſſam,

Nõ ſub quibuſcumque verbis grandia myſteria latent.

In ſcriptura quædam Hiſtorice, dam tranſlate dicuntur.

Inde Allegoriæ.

In Cantic. quædam ſimpliciter, & fere ſine tropo dicta.

Quædam ſymbolice, & abſcure.

Vnum obeſſe huic ſententiæ poteſt, quod & alias obiectum eſt, atque diſiectum. Non videri hunc ſenſum Cantici huius maieſtate dignum, quo arcana Eccleſiæ myſteria contineri, non concors modo Patrum ſententia docet, ſed perpetuus eorum omnium vſus, qui hunc librum Commentarijs illuſtrarunt. Mihi vero certum eſt, magna toto hoc libro contineri arcana, orationis ipſo cortice, velut ſolem nebulis, obuoluta. Sed neceſſe non eſt vbique, ingentia hæc myſteria arbitrari contenta. Sunt quædam ſimpliciora, & ad maiora, ac magis abſtruſa viam parantia: nec aliter decebat Drama pulcherrimum contexi. Omnia autem hæc eo currunt, vt ad Chriſtiana myſteria ſternatur via; ſuoſque per gradus ea ipſa Eccleſia ad ſummum deducatur. Immo ſi obſerues, nihil aliud ſcriptura eſt, niſi Hiſtoria Eccleſiæ, qua varij illius ſtatus, ac geſta deſcribuntur, quoad temporum conſummato curſu, triumphans inuehatur in cœlum, non vltra iactanda tempeſtatibus, tanquam nauis in portum inuecta, poſt adita pelagi diſcrimina, ac ſcopulorum vitata pericula. Sed id tamen diſcrimen in oratione tota eſt, vt quædam ſimplicem contineant rerum ſeriem, ad Hiſtoriæ narratæ ſimplicitatem; alia figurarum ſint ambagibus inuoluta, vt cum vnum audias, quod vere contigiſſe credas, aliud intelligas latere, quod olim gerendum ſit, & ſupra illud omnino ſe tollat. Hoc autem ad Allegoricum genus ſpectat: Alia demum tranſlate dicantur verborum, rerumque ſymbolis geſta, in quibus id, quod primum auribus inſinuatur, ad veri ſpeciem ſit confictum, ſed ad verum aliud obtegendum, in quo primarius ſcriptoris ſenſus verſetur. Hiſce diuerſitatibus ſcripturæ tela contexitur, qua nihil vel ad ſpeciem pulchrius, vel ad artem exactius. Et quanquam Cantic. hic liber maxima ex parte ſymbolicus eſt, atque ad tertium orationis pertinens genus; ne tamen ab eo illa abeſſet pulchritudo, quæ illa ex diuerſitate conſiſtit, vtriuſque alterius generis, nõ quidem multum, ſed admixtum tamen aliquid habet; ita tamen temperatum, vt in totum ſymbolicum dicendi genus non negligi videatur. Tale autem quid eſt, quod hoc Commate continetur, quod trium dicendi generum aliquid habet. Nam & verbis pene perſpicuis, ſimpliceque Sermone Hebræorum in promiſſa Regna ingreſſum deſignat; & ita tamen temperat dicendi modum, vt non in totum figuratum genus obliuiſcatur; ac demum ſub vera illa Hiſtoria, tanquam ſub figura, myſterium illud inuoluat, quod ſub illa ingreſſus in promiſſam terram Hiſtoria ex conſenſu Patrum continetur. Nam

quid

Digitized by Google

Et Sponſam vocat, & coronam efficerat.
Quod hi ad ſymbolicum genus ſpectat,
Et eo ſacinore myſterium continetur eorum.
Quae a Chriſto geſta ſunt.

quid ſimplicius,quam cum *Libanum*,& *Hermon*, & *Sanir* nominat,atque Eccleſiam ad exſcendendum è montibus illis adhortatur , *Corona* propoſita , quæ nihil aliud eſt, vt paulo dicetur inferius , quam eadem illa nobilium Regnorum poſſeſſio? Cum illi ipſi montes ſint, quos Dei Populus inſedit , & in auſpicium futurarum victoriarum de manu hoſtili armis recepit. Quid magis decenter ſymbolico genere mixtum , quam cum Sponſam nominat, & blanditijs flectit, & præmia oſtentat? Quod ſi & adita promiſſæ hæreditatis poſſeſſio figura eorum fuit, quæ poſtea, Chriſto & duce, & auſpice, geſta ſunt, aut gerenda olim, ne id quidem decus hiſce verbis deſideratur: quod & alijs locis obſeruatum eſt.

Allegorice etſi quædam ſicuti hoc loco, trium generū aliquid eſt.

NOTATIO XXVII.

VENI DE LIBANO, VENI.

I.
Sed in verbo, Veni, ter poſito, Quidam Trinitatem agnoſcunt. In cuius nomine baptizamur, Quæ pia meditatio eſt.

IN eo quod ter ad *veniendum* inuitatur plerique Patrum arcanum aliquid agnouerunt: Alij *Triados ſacræ myſterium* , in cuius confeſſionem ad tanti Regis conſortium venire doceatur: addunt & *trina* ei *remedia* à cæleſti Medico præparari, primum *Baptiſmi* , alterū *Pœnitentiæ*, tertium *Martyrij*. Sic omnino Lucas Abbas S. Cornelij Aponij Abbreuiator, cuius Commentarius deficit in verſu præcedente. Pia interpretatio. Certè ſi aliquid in ternario ſignificari numero arbitrandum eſt,decet *Trinitatem* arbitrari. Nam ſiue Sponſa eo dicatur, quod per gratiam ſacri lauacri vnus cum Deo efficiatur ſpiritus, quod Lucas voluit; ſiue *Libanon* interpretere dealbationem, quæ per *Baptiſmum* fit, quod alij voluere; aptè de *Trinitate* mentio fiet, in cuius ſcilicet nomine baptizamur, ſingulis expreſſis perſonis.

In ter repetito, Veni, trinitatis arcanum.

Lucas Abbas. Philo. Caſſiodorus. Gregorius. Iuſtus. Beda.

II.
Alij ad triplicem profectum referunt. Operum, verborum, cogitationum. Vnde conſonantia illa quæ Deo maximè grata eſt.

Alij triplicem vocationem ad triplicem profectum referunt,*mentis lingua, manus*: vt & *cogitationes* nuſquam exerrent, ſed ſemper in æternis fixæ, terrenarum rerum vmbra minimè obſcurentur, aut halitu inficiantur: & *verba* menti conformia ſint, ad omnem modeſtiam,ac manſuetudinem temperata; ne quid in illis ſit, quod animum maculet , aut proximis ſit offendiculo: & *opera* exacta ad Diuinam legem omnino ſint; nec quid ſit in illis,quod venire in repræhenſionem poſſit; vnde exſiſtit mirabilis illa conſonantia, quę gratiſſima eſt & auditu, & viſu Deo. Hunc ſenſum indicant Caſſiodorus, & illius ſectator Beda. Veram hæc doctrinam continent,ſi etiam huic loco minimè applicentur.

Triplex animæ profectus, mentis, linguæ manus.

Caſſiodorus. Beda.

III.
Alij ad triplicem virtutem, Fidem, Spem, Caritatem. Quibus Iuſtitia conſtat omnis. Aliter etiam Gregorius. Sed aliquo vtro minus aptè ad locum. Quanquam & primum haud ſatis accommodata.

Alij demum triplicem virtutem in triplice vocatione agnoſcunt, *Fidem* , *Spem* , *Caritatem*, quibus ſcilicet ad Deum imus. *Fides* enim initium iuſtitiæ eſt, adeoque per illam ab infidelitate recedimus,qui eſt primus animi conatus, ad Deum accedere feſtinantis. *Fides* autem niſi comitem habeat *Spem*, tametſi notitia vtcumque ad Deum accedat, affectu recedit, ſæpe & horret anima Deum. Sed nec vtraque multum promouet, niſi accedat & *Caritas*, per quam anima cum Deo omnino coniungitur, vt, niſi *Caritate* excidat,ſeiungi non poſſit. In hunc ſenſum Gregorius PP. Addit triplicem præterea progreſſum animæ vel Eccleſiæ ad Deum, primum per *Virtutes* , alterum per *exceſſum a corpore* , tertium per *reſurrectionem carnis*. Id poſterius minus in hunc locum quadrare poteſt: cum,vt alio notatum eſt loco, tota Cantici huius ſeries ad viantem , & militantem Eccleſiam pertineat, nec ad mortem pertingat,ac multo minus ad ea,quæ mortem conſequantur. Illud autem prius,quanquam veram doctrinam continet, vix puto ad locum hunc ſecundum litteram aptari poſſe.

Triplex virtus Fides, Spes, Caritas, ad quas inuitatur Sponſa.

Gregorius M.

IV.
Nihil ergo horum certum, Maximè ſi conſulat Hebræos Codd. In quibus, Veni, Verbum ſemel poſitum eſt. Quo ſenſus illi omnes minus accommodantur. In voce ter repetita fundati.

Generatim autem hæc eadem ſententiarum diuerſitas ſatis indicat, nihil horum certum eſſe, cum vnum illorum loco huic quadrare certo affirmari non poſſit, cum omnibus vna eademque probatio ſit, & vtilem continere doctrinam, & ternario numero conuenire, quæ certe probatio magni momenti non eſt. Quod ſi Hebræos Codices conſulas, inuenies ſenſum alium eſſe. (Quod loco alio notatum à nobis eſt.) *Mecum de Libano, Sponſa, mecum de Libano venies*. Quæ ſi ſequare , ceſſat omnis quæſtio , nec myſterium vllum erit, in voce *Veni* , vel *Venies* ſemel poſita. Et quanquam Latinus ter eam vſurpauit,aut duobus locis addidit,quod latere exiſtimarit, & ad illuminandam ſententiam pertinere (quod viris grauibus placuiſſe video.) Vel eandem vocem Latinam Hebrææ accommodauit, quòd, ſi puncta detrahas, vtrumque ſignificet, & *mecum*, & *Veni*, quemadmodum ſuo loco obſeruatum à nobis eſt. Id ſaltem effecimus, quodcumque ſequare, incertiſſimum eſſe,quidquid in triplice vocatione fundatur, quæ & ipſa incerta eſt.

Hebræi Codd. hic non multū conformis Latinis.

V.
Sed præmamus Latini lectionem,

Sed ſua vulgato aſſerenda authoritas eſt, tametſi origines hodie aliter habeant. Aſſeratur certè. Dicam, Nihil aliud in ea forma loquendi latere myſterij, quam quod ſimpliciſſimum eſt, & vſu ſcripturæ frequentiſſimum: vt inuitantis affectus , ter eadem voce repetita,

Digitized by Google

Dicamuſque, Inter repetito Verbo, deſiderium indicari Dei. Inducendi Eccleſiã in promiſſam terram.

Ter Deus vocat Eccleſiã, vt deſiderium indicet ſuum inducendi eam in terram promiſſam. Ioſ. 1. 2. 9. Hebræa lectio expenſa. Deut. 3. 21. 22.

repetita, indicaretur; ac vehemens deſiderium introducendi tandem Eccleſiam in promiſſam terram. Id eſt, quod legimus. Ioſ. 1. 2. *Moyſes ſeruus meus mortuus eſt; ſurge, & tranſi Iordanem iſtum tu, & omnis Populus tecum, in terram, quam ego dabo Filijs Iſrael.* Et Ver. 9. *Ecce præcipio tibi; confortare, & eſto robuſtus; noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus, in omnibus, ad quæcumque perrexeris.* Eas autem adhortationes Dei inuitantis Populum ad ingreſſum promiſſæ hæreditatis, paſſim leges.

VI.

Addamus: eodem vocabulo hortari Eccleſiam ad ingreſſum. Et auxiliũ præſens promitti. Id colliges non ex vno ſcripturæ loco,

Quod ſi Hebræa premere placeat, *Mecum de Libano, mecum*, intelliges, eodem vocabulo & ad nobile facinus adeundum inuitari, ac promiſſa ſocietate, ac præſenti ſemper ope animari. Id eſt, quod dicit Moſes: *Oculi tui viderunt, quæ fecit Dominus Deus veſter duobus his Regibus. Sic faciet omnibus Regnis, ad quæ tranſiturus es: ne timeas eos: Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis.* Deut. 3. 21. 22. Et, cum ad Iordanis tranſitum Populus pararetur, vt ei animos faceret, dicebat Ioſue: *Tu tranſgredieris hodie Iordanem, vt poſſideas nationes maximas, & fortiores te. Scies ergo hodie, quod Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te, ignis deuorans, atque conſumens, qui conterat eos, & deleat, atque diſperdat ante faciem tuam velociter, ſicut loquutus eſt tibi.* Deuter. 9. 1. 3. Et Deus ad Ioſue, & in eo ad Populum vniuerſum; *Nullus poterit vobis reſiſtere, cunctis diebus vitæ tuæ, ſicut fui cum Moyſe, ita ero Tecum; non dimittam, neque derelinquam te. Confortare, & eſto robuſtus.* Ioſ. 1. 5. Id eſſe exiſtimamus; *Mecum de Libano, Sponſa mea, mecum de Libano veni.* Ne, quod alias fecerant Parentes, audita Chananæorum farocia, ac multitudine, terrore multo perciti, prælia detrectarent: tanquam ſuis ipſorum viribus, nullo auxiliante, diſcrimen eſſent adituri. Ideo poſtquam, auxiliante ſe, omnia in procliui futura eſſet pollicitus, monebat: *Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo: Propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc poſſiderem, cum propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Neque enim propter iuſtitias tuas, & æquitatem cordis tui, ingrederis, vt poſſideas terras earum; ſed quia illæ egerunt impiè introeunte te, deletæ ſunt, vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt Patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob.* Deut. 9. 4. 5. Sic ſcilicet mox futurus Populus feliciſſimus in officio continendus erat.

Sæpe enim Deus hanc ſocietatem pollicitus.

Deut. 9. 1. 3.

Deus Eccleſiæ pollicetur ſe ſocium futurum. Ioſ. 1. 5.

Immo admonitã Eccleſiã voluit,

Huic Dei auxilio omnem rei felicitatem.

Non propriæ virtuti debitam eſſe.

Admonetur Eccleſia ne rei ſucceſſum felicem ſibi tribuat.

NOTATIO XXVIII.

CORONABERIS DE CAPITE AMANA.

I.

Lectionum diuerſitas magna, Eæ conciliandæ cum arcano ſenſu. Recẽtiores vocem Hebraam, aliter reddidere, Aſpicere ſiue proſpectare Quod apte in noſtrum ſenſum quadrat. Nam inuitatur Eccleſia. Ad proſpiciendum ex montibus, Totam late terrã promiſſam. Quemadmodum Deus precepit Moſi, Ex vertice Nebo ſummo. Omnem ſpectare regionem. Vt populum ad aſcenſum animaret, Spe prædæ illectũ,

QVanta ſit hoc loco lectionum diuerſitas inter Hebræos, Græcoſque, & Latinos Codices, loco alio diximus, & interſe conciliauimus; quoque ſenſu, quantum attinet ad Dramatis ſeriem, accipiendæ ſint, definiuimus. Hic an ea varietas trahi poſſit in commodum ſenſum, quantum pertinet ad arcanam intelligentiã, viamque, quam ingreſſi ſumus, diſquirendum eſt. Et quidem vocabulum Hebræum, qui maximè putantur eius linguæ periti, ſignificare volunt, *Aſpicere, proſpicere, deſpectare*, atque ex edito loco *contemplari*. Quæ interpretatio mirè facit ad ſeriem noſtri ſenſus; nam & Recentiores doctiſſimi eo ſenſu interpretantur: Moueri ſcilicet Eccleſiam, vt ex editis illis collibus, quorum dominatum deletis habitatoribus iniuerat, ſubiectam promiſſionis terram deſpiciat. Vrbes ſcilicet frequentiſſimas, habitatoribus redundantes, altiſſimis cunctas mœnibus, turribus, arcibuſque ſuperbas; oppida, vicoſque, latè tota tellure ſparſos: Colles Syluis, nemoribuſque cæduos, multa arbore velut ad ſpeciem veſtiros; Valles vbere ſegetum prouentu diuites, quibus ſeſe inſinuans aura blandior pelagi placidos fluctus imitetur, in terra; Campos in immenſam currentes planitiem, vitibus, arboribuſque ſatas frugiferis ad vtilitatem ac pompam; Iordanem amnium pulcherrimum, qui felici ſolo ab Oriente per longum limes, vitreis aquis inſinuaret ſeſe, quoad mari mortuo redderetur, indignus, qui turbidis aquis, & adhuc ſcelera accolarum odore tetro, & turpi colore teſtantibus, miſceretur. Et certè ex iiſdem locis Moſes Dei iuſſu terram ſpectauit, quam minime ingreſſurus erat, mox moriturus. *Aſcendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in verticem Phaſga contra Iericho, oſtenditque ei Dominus omnem terram Galaad, vſque Dan, & vniuerſum Nephtali, terramque Ephraim, & Manaſſe, & omnem terram Iudá, vſque ad mare nouiſſimum, & Auſtralem partem; & latitudinem campi Iericho, Ciuitatis palmarum, vſque Segor. Dixitq; Dominus ad eũ: Hæc eſt terra, pro qua iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob dicens, ſemini tuo dabo eam.* Deut. 34. 1. 2. 3. 4. Quæ verba loco huic, in quo verſamur, vice Commentarij poſſunt eſſe. Totum id autem à Deo factum, vt ſpe opulentiſſimæ poſſeſſionis, quam ſubiectam oculis Eccleſia illa videbat, animata, forti animo facinus aggrederetur ingens: nihil enim alacriores animos militi facit, quam opulentæ, prædæ ſpes. Eo ergo ſenſu dictum: *Veni de Libano, & aſpicies de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon.*

Vox Hebræa Taſuri, Aſpicere, vel, proſpicere.

Monetur Eccleſia promiſſam omnem terram exalto proſpere.

Moſi ex Vertice montis oſtenditur Paleſtina tota. Deut. 34. 1. 2. 3. 4.

Dixi

II.

Sed Recentiores nollent hunc eſſe ſenſum litteralē.
Sed ſolam alluſionem,
Et ſimilitudinē.
Interpretātur autem de Gentilitate conuerſa
Sed id analogiæ non quadrat.
Nam Hebræi cum terram ex alto deſpectarent nondum adierant,
Ideo referenda hæc potius erant,
Ad Apoſtolos cū in procinctu eſſent
Ad Gentium cōuerſionem,
Sed præſtat ſenſum ſequi priorē.

Quidem ſolam agnoſcunt alluſionem.

Interpretandi facilitas & ſimplicitas, interpretationem cōmendat.

Apoſtoli in procinctu ad prædicationem monti,vt lata in fidelitatis regna deſpectarent. Ioan.4.35.

Dixi Recentiores doctiſſimos hoc ſenſu interpretari, non, quòd hunc primarium eſſe ſenſum arbitrentur; ſed alluſionem fieri ad ea, quæ tunc Populo illi contigere: itaque ſolam agnoſcunt ſimilitudinem; vt, quemadmodum olim Iſraeli iucundiſſimum fuit,expulſis Regibus Og, & Seon, hos vertices montium, per quos ingreſſus exercitus fuit, tranſcendere,atque inde cernere, & adire promiſſam ſibi hæreditatem: ſic Eccleſiæ gratiſſimum fore contueri ex editis virtutum collibus vndique victam infidelitatem: & vernare flores Humilitatis, Caritatis, aliarumque virtutum, iuxta Prophetarum vaticinia. Coegit illos ſcilicet facilitas interpretationis, ſenſuſque ſimplicitas: & quod inducere debuiſſet,ad aſſentiendum, (Nihil enim magis interpretationem commendat, quam & facilitas interpretandi, & ſimplicitas ſentiendi) eo pertraxit, vt in pleniſſimo ſenſu aliud quærerent,quod grandius, non aptius,vt quidem arbitramur, videretur. Sed ne in eo quidem videntur ad analogiæ leges reſpexiſſe: nam ex editis illis montibus Hebræi ſubiecta Regna cum deſpectarent, nondum eorum fuerant dominati: adeunda adhuc illis multa prælia, nec ſine magna hoſtium ſtrage, multoque fuſo ſuo ſanguine, ineunda poſſeſſio erat. Adeoque multo aptius referenda hæc fuerant ad Eccleſiam, cum in procinctu prædicationis Apoſtoli ad excindendum Gentilitatis imperium accingerentur. Tunc, oculis in vaſta illa Diaboli Regna coniectis,eaſdem illas regiones ſpectauere, tunc quidem hoſtium Dœmonum oppreſſas tyrannide,moxque ingenti prælio ſubigendas Chriſto. Tunc ſcilicet dicebat illis Chriſtus: *Ecce dico vobis: Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem*, Ioan. 4. 35. Itaque non ad gaudium Eccleſiæ de Gentilitate ad Chriſtum adducta; ſed ad animi alacritatem ad procurandam illius conuerſionem, fuerant referenda: idque potius ipſe ſequerer, ſi quid aliud, quam quod dixi, ſequendum mihi eſſet. Sed monui ſenſum litteralem,& immediatum illum eſſe: huic ſatis eſt ſi ſecundas demus, & in illo tanquam in figura contineri, dicamus, quod alias obſeruauimus.

III.

72. autem aliter reddidere.
Quorum lectio examinatur.
Ros Caput, & principium, & vertex,
Amana, non rite Fides,cum propriū nomen montis ſit.
Sed Fidem reddere.
Fortaſſis pro Fidelitate,in promiſſis
Non pro Fide Theologica,
Quod quibuſdam placuit,
Senſu aptiſſimo ad ſeriem noſtrā.
Tametſi illud ad allegoriam pertinere nō negamus.

72. Lectio à Vulgata diuerſa examinata,

Gen.1 1.
Prou.8 22.

Hebr.Ros.Principium, Caput, Vertex.

Fides pro fidelitate in promiſſis.

Ambroſius.

Quod autem 72. reddidere: Ἐλεύσῃ, καὶ διελεύσῃ ἀπὸ ἀρχῆς πίστεως *Tranſibis, & pertranſibis à principio Fidei*. Quemadmodum Ambroſius legit.lib. de Iſaac Cap.5. difficilius eſt. *Amana* videntur interpretati *Fidem*: *Taſuri* autem, *Pertranſire*. Et quia, ſi dicerent: *Pertranſibis à Capite Fidei*, minus aptus ſenſus, certè obſcurior, videbatur, maluerunt *Ros*, quod *Caput* eſt, reddere *Principium*. Nam quia *Caput* primum, ac præcipuum corporis membrum eſt, etiam pro eo, quod primum, ac præcipuum in quaque re eſt, vſurpatur: ideoque pro *principio*. Vt habes initio Gen.vocabulo ab hoc deducto. *Bereſcith*, *In principio*. Et 8. Prou. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*. Sed non erat, cur *Amana* interpretarentur *Fidem*, cum nomen ſit proprium, vt ſeries ipſa rerum ſatis confirmat, & & orationis ordo totius. Nec cauſa vlla erat, cur hoc loco *Ros* hic redderent *principium*, & mox, *caput*. *A capite Sanir & Hermon*. Itaque vtroque loco ſummitatem, cacumen,verticemque ſignificat,ideſt excelſiorem partem, vnde deſpectus liber in ſubiectos montes, campoſque. Niſi velis 72. Interpretes, & *principium* pro *vertice* poſuiſſe, & proprium quod erat nomen, in ſuum ſignificatum diſſoluiſſe: aut *Fidem* intellexiſſe, non virtutem theologicam,quod plerique Græcorum PP. arbitrati ſunt, & ex Latinis Ambroſius citatus, ſed *promiſſiones*,& datam à Deo Abrahæ *fidem* de poſſidenda à poſteris Chanaanitide; vt ſenſus ſit: *Tranſibis, & pertranſibis à principio fidei*. Cum ex his culminibus deſpexeris ſubiectam hæreditatem, tibi ab antiquo deſtinatam, intelliges, me fideliſſimum in promiſſis eſſe, quibus me exſoluere incipio, ac fidem datam præſtare: ac licere iam tibi ex iſtorum montium exſcendere cacuminibus, atque totius ſubiectæ regionis poſſeſſionem inire. Sic autem hæc videntur in commodum ſenſum poſſe exponi, iuxta noſtræ interpretationis ſeriem. Qui accipere de *Fide Theologica*, quæ initium omnis boni eſt, à qua ſcilicet iuſtificatio incipit, verè quidem interpretantur,ſed ſenſu non immediato, ſed allegorico.

IV.

Sed præmenda vulgati lectio,
Qui ad coronam retulit.
Quam triplicem quidam notant,
Fidei, Prædicationis, conſecrationis,
Quas referat Eccleſia de victis Gentib.
Quaſi de illis triumphum egerit.

Eccleſiæ triplex Corona propoſitæ.

Hieronymus.

Eccleſiæ triumphus de Gentib. victis,corona ſignificatur.

Sed præſtat Vulgato hærere, qui vocabulum Hebræum ad *Coronæ* decus retulit. Videamus ergo, quæ hæc ſit Corona, quam Sponſæ Eccleſiæ pollicetur Deus, quoque pacto vocabulum *Coronaberis*, cum reliquis coniungatur: nam nonnulli ita interpretantur: Vt Deus Eccleſiam excitet propoſito brauio; & imminentem capiti *Coronam gloriæ*,& ſalutis, propoſitam legitime certantibus, quaſi manu oſtentet: regiones commemorans, quarum illa, velut in triumphorum ferculis, ſimulacra ante ſe ſit latura: Primam de *Amana Fidei* ſcilicet,quam ſemel profeſſa,ad mortem vſque retinuerit: proximam de *Sanir*, *Prædicationis* videlicet, qua *Lucernam* alijs prætulit, *Sanir* enim *Dens Lucernæ* eſt monente Hieronymo lib. 1. contra Iouin. Prædicatores autem *Dentibus* ſignificatos,ſuperius monitum eſt. Tertiam de *Hermon*, qua voce *conſecratio* notatur, tum quia Deo tota conſecrata eſt, ac mortua mundi; tum quia eos, qui anathema, ac ſeparati à Deo erant, Deo ipſi colligauitque. Itaque hic *Coronari de capite Amana, & de vertice Sanir, & Hermon*, interpretantur, quemadmodum Latini dicunt. *Triumphare de Celciberis*, aut *Cantabris*; id eſt,

de

Digitized by Google

de Gentibus victis. Et quanquam alij aliò eunt, ferè in ſimilem huic ſenſum interpretantur. Abſtineo autem eorum referre ſententias, ne inutili labore lectorem detineam.

V.
Hæc aptè ad interpunctionem Hebr. ſunt dicta. Nec difficile ad noſtrā interpretādi rationem aptare.

Hæc quidem acutè ſunt excogitata; vt vulgatorum Codicum, immo & Originum, interpunctio ſeruetur: nec difficile erit ad noſtram interpretationem applicare. Nam meminiſſe eſt opus, iam eo tempore quo hæc geri finguntur, duos fuiſſe à Dei Populo Reges deletos, cum omni Gente. Seonem Amorrhæum, & Ogum Baſanitem, vt ne fœminis quidem, nec pueris parceretur: quod ſupplicijū, tametſi graue meritum ab illis Populis propter ſcelera, quibus ſe hactenus confœdarat, maximè Deo fuerat acceptū; quorū ille turpiſſimos mores ſeuerè puniri ſæpè mandarat. *Deuorabis omnes Populos, quos Dominus Deus tuus daturus eſt, tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec ſerulies dijs eorum, ne ſint in ruinam tui.* Deut. 7. 16. Ergo in præmium nauatæ operæ *Corona* promittitur, & victoribus de ijs Gentibus paratur triumphus. Quale autem hoc præmium ſit, paulo poſt dicemus. Itaq; oſtenſa pingui hæreditate de montium illorum ſupercilio; tantundem præſtitum à Deo eſt, ac ſi diceret: Deleuiſti infamem ſuis impietatibus Gentem, quæ mihi res gratiſſima fuit: viſaque tu propter nobile facinus non modo laude digna ſed præmio; Circumſpice in ſubiectas Regiones amplas ſpatijs, diuitijs opulentas, frugibus pingues; earum tibi omnium poſſeſſio præmium erit præclare nauatæ rei, tantum ingenti animo, infeſtis armis inuehere, ſecura victoriæ: nam & ipſe præibo agminibus, ac terrore in hoſtes immiſſo tibi eos tradam delendos. Et hæc quidem ſint dicta probabiliter, ne eorum Interpretum authoritatem contempſiſſe videamur.

Nam deletis Regibus Og, & Seon,

Et omni gente mactata,

In præmium nauatæ operæ.

Poſſeſſio ampla promittitur.

Reges Seon, & Og, debellati, de quibus triumphum agit Eccleſiæ coronata.

Deut. 7. 16.

VI.
Sed omiſſa Maſoretarum interpunctione, Reque ſerio expēſa, Planior ſenſus erit, Vocari Eccleſiam de Libano, Sanir & Hermon, ad iucundam terræ promiſſæ poſſeſſionem.

Cæterum; ſi non Maſorethærum interpungendi rationem, quam vulgata Exemplaria ſequuta videntur; ſed rem ipſam, ac planiorem ſenſum expendas, aliter potius interpunges; vt ſenſus ſit, moneri quidem vt ex ijs locis, quorum poſſeſſionem ferro parauerat, exſcendat in plana, laxiſſima Regna ſuo imperio ſubditura: poſt victoriam autem ſciat, ſe *Corona*, rebus fortiter geſtis digna coronandam. Itaque ea verba: *De capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon: de cubilibus Leonum, de Montibus Pardorum,* non cum verbo *Coronaberis*, ſed cum verbo, *Veni*, vel *Venies*, coniungenda ſunt. Certè non aliter *Veni de Libano*, quam *Veni de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon* dictum eſt: nec vlla eſt ratio quæ cogat alterum ab altero ſeiungere, cum *Amana*, *Sanir*, & *Hermon* ad *Libanum* etiam pertineant, vt illius partes, quanquam diuerſis nominibus cenſeantur. Nec ideo vt diuerſi montes nominati ſunt, quod in diuerſitate nominum arcanum aliquod immediatè lateret: ſed elegantiæ cauſa, & orationis variandæ, & exornandæ, quod frequentiſſimum in ſcriptura. S. D. E. *Dominus de Sinai venit, & de ſeir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia.* Deut. 33. 2.

Eccleſia de Libano, Sanir, & Hermon vocatur in plana.

Amana, Sanir & Hermon, Libani partes. Elegantiæ cauſa ſæpè geminantur ſententiæ diuerſitatis verbis. Heb. 3. 3. Deut. 33. 2.

VII.
Nemque Coronā illius, nec aliam eſſe. Nā Corona ſymbolum Regni eſt. Corona autē vera Regnum ipſum? In hūc ſenſum Ieremias. Et ante illum Iob. corona nomē vſurpauit,

Coronam autem non aliud intelligit, quam poſſeſſionem ipſam promiſſæ terræ, cui imperatura erat, & iure Regni leges latura. Sic ſuperius Cap. 3. 11. *In diademate, quo coronauit illum mater ſua*; nihil aliud intelleximus, quam apparatum illum, ac pompam, qua Deus per deſertum vehebatur. Et vero *Corona* Regni eſt ſymbolum, vt qui diadematus aſpicitur, intelligatur & Rex. Ergo pro poteſtate, & iure gubernandi, aut potius dominandi *Corona*, ſeu *Diadema* accipiendā. Vera igitur Regum *Corona Regnum* eſt ipſum; & quiſquis regnare dignus, cum inauguratur Regno, tunc verè *Corona Regia* caput incingit; tametſi non auream; non *Diadema* vellere tenuiſſimo textum, gerat, quo tempora impediat. Sic dicebat Ieremias; *Cecidit Corona capitis noſtri*. Tren. 5. 16. excisum Iudaicum Regnum intelligens. Sic. Iob. 11. 9. *Spoliauit me gloria mea, & abſtulit Coronam de capite meo*: cum ſe videret ſcilicet, à priſtina felicitate deiectum, & dominatu ſpoliatum. Id autem dixerim, ſi *Coronam* hanc, quod verba præferre videntur, victricem accipias, aut Regiam, quæ mox Eccleſiæ illi, nationibus multis debellatis, eſt impoſita.

Corona pro regno, cuius inſigne eſt.

Thren. 5. 16. Iob. 19. 9.

VIII.
Sed fortaſſis corona hæc ſponſalis fuit. Nam ſub Dauide republica melius conſtituta, Etiam quo ad ſacros ritus, Velut publico ritu & pompa, Sponſalia celebrata ſunt, Ideo vt ſponſa coronatur.

Sed quia Commentario Dramat. probabilius arbitrati ſumus, de *Sponſali Corona* accipienda hæc eſſe, & id etiam videndum eſt, quo modo in hunc locum quadret. Et quidem reuocandum in memoriam lectori eſt; Nunquam illi Populo felicius fuiſſe, quam poſtquam Chananæis hoſtibus debellatis, latiſſimorum Regnorum dominatum adijt. Tunc tandem inita tantæ hæreditatis poſſeſſione, pace per omnia conſtituta, maximè Dauidis, ac Salomonis imperio, aurea ſæcula rediere: tum Republica multo melius conſtituta, ſacrorum cultus ſplendidius enitere cæpit: pro Tabernaculo, ac mobili domo magnificentiſſimo Templo conſtituto. Hanc ipſe illius Populi fœlicitatem, velut in præmium fortiter geſtorum præliorum, promiſſam illi reor, ac *Coronæ* donatam nomine. Ac quemadmodum non ante *Sponſum* ſe geſſiſſe publicè, ſupra monuimus, quam ſe digno apparatu, & pompa dare in hominum conſpectum poſſet; ita nunc videtur ſuam Eccleſiam tunc *Sponſam* & *Sororem*, quæ illi appellatio nunc primum verſu proximo tribuitur, ore pleno profiteri: cum tantarum Gentium cæde, ac ingentium Regnorum dominatu, eo cultu conſpicuam ſtatuit, qui & *Sponſam*, & *iuſtam* mox futuram *vxorem*, deceret. Hanc ergo *Coronam* intelligit, cum eam ad aſcendendum ex illis montibus inuitat, *Corona* propoſita.

Populo Hebræorum nunquam felicius, quā ſub Dauide, & Salomone fuit.

Eccleſia publico ritu velut Sponſa coronata.

Yy Vel

Digitized by Google

IX.
Niſi præſtat.
Deum ipſum coronam eſſe Eccleſiæ, ſicut cecinit Iſaias.

Vel certe ſe ipſum illius futurum *Coronam*, id eſt, omnino propitium, fauentemque; nec minus illi coniunctum, quam *Corona* ſit capiti. Sic dictum eſt: *In illa die eris Dominus exercituum Corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo Populi ſui.* Iſai. 28. 5. Quod in idem cum ſuperioribus recidet fere: nam ea felicitas non aliam originem agnoſcebat, quam Dei in illum Populum ſtudium propenſiſſimum.

Deus corona Eccleſiæ. Iſai. 28. 5.

NOTATIO XXIX.

DE CVBILIBVS LEONVM, DE MONTIBVS PARDORVM.

I.
Leones autem & Pardos nominat.
Vt aſperitatem eorum montium exaggeret.
E quibus vocabatur.

FAcilis nobis horum verborum ſenſus: nec enim alio pertinent, quam ad exaggerationem aſperitatis eorum montium è quibus Eccleſiam vt excederet, hortabatur. Solent enim ſaltus & ſaxis, & ſcopulis infames eſſe, & periculis ferarum. Poſitæ autem duæ ſpecies pro toto genere: nam & *Leones*, & *Pardi* inter reliquas feras habentur ferocitate, ac crudelitate inſignes. Itaque non tam ſignificatur in ijs montibus feras eſſe, quam in montibus aſperis, locisque ſolitarijs eſſe ſolere.

II.
Sed ſunt, qui has feras principes interpretantur
Et ſunt, qui Dæmones.

Qui alias ſequuti in interpretando ſemitas, non vna eademque ratione interpretantur. Quidam, *Principes, qui crudelitate, atque ſuperbia Leones imitantur; calliditate autem, ac fraudibus Pardos*, qui feruntur eſſe calidiſſimi, certe maculis, quibus pellem totam infectam habent, id teſtantur. Alij *Dæmones*, quos etiam *rugientibus Leonibus* eſſe ſimiles, dixit Petrus, *quærentibus ſemper, quem deuorent.* Omnia verè dicta, ſed ſenſu non immediato.

Leones, & Pardi Principes Gentium.

III.
Nec prim ii deceptum ad noſtram ſeriem
Nam tales Principes gentium,
Quas debellarût Hebræi.
Vnde multis pauor molitus.
Dum debellatæ non ſunt.

Quod ſi & id, quidquid eſt, applicare ad noſtram interpretationem velis, facile poteris: ſi quale iudicium de ijs Gentibus, atque earum Regibus, qui apud eas dominabantur, exploratum illi miſſi facere viſi ſunt, perpenderis. *Terra*, inquiunt, *quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos; Populus, quem aſpeximus, proceræ ſtaturæ eſt; ibi vidimus monſtra quædam Filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur.* Num 13. 33. 34. Inde pauor in Populum promiſcuum, & ſeditio, quæ compeſci vix potuit. *Vtinam mortui eſſemus in Ægypto, & in hac vaſta ſolitudine vtinam pereamus; & non inducat nos Dominus, in terram iſtam, nec cadamus gladio, & vxores & filij noſtri ducantur captiui.* Num. 14. 3. Ideo earum Gentium Ciuitates *Cubilia Leonum*, & *Pardorum Montes* fortaſſe ſunt dicta: non quòd adhuc, poſtquã fuiſſent ad internecionem cæſi, eſſent: ſed quod antea verè fuiſſent, trucibus Gentibus habitatæ regiones illæ, ac feris regnatæ Principibus.

Cananeorũ Reges Leonibus & Pardis comparati. Num. 13. 33.

Num. 14. 3.

V E R S V S IX.

VVLNERASTI COR MEVM, SOROR MEA, SPONSA; VVLNERASTI COR MEVM, IN VNO OCVLORVM TVORVM; ET IN VNO CRINE COLLI TVI.

COMMENTARIVS.

HÆc ad ea tempora ſpectare arbitramur, cum hoſtibus debellatis, ac promiſſæ terræ inita poſſeſſione, cæpta illa Eccleſia eſt, firmius fundari, ac ſtabilius conſiſtere, ſub Samuele, Regibuſque Dauide, ac Salomone; quorum vnius quoad vixit, alterius dum fœminarum amore non deſipuit, ſumma in Deum pietas, & Religionis amor, & obſeruantiæ ſtudium maximè enituit. Populus autem eorum inſtitutione doctus, & exemplo excultus, id vnum agebat, vt Dei legibus obſequeretur. *Pater* autem *Dauid, & Filius Salomon, de Prophetarum* fuere numero; quos ſupra per Eccleſiæ oculos deſignatos, diximus. Vnitas autem & doctrinæ, & vitæ, ad Diuinæ Legis

Digitized by Google

Legis normam exactæ, rite viuius oculi appellatione cenſetur. Doctrinam ſi ſpectes, neminem inuenies Prophetarum, qui ſe altius in arcana Diuinitatis, & futura Eccleſiæ Sacramenta immerſerit, quam *Pater* in Pſalmis, in Cantico Filius, vt ſæpè non Prophetæ, ſed Hiſtorici haberi poſſint. Vt iure, qui tam acutè peruiderint, *Oculi* dicantur Eccleſiæ. His ſe vulneratum Deus fatetur; quia nihil illũ magis ſtimulat, & acrius inflammat, quam recta, & alta de Diuinis rebus cognitio, quæ Caritatis in eum eſt Genitrix. Quod ſi & ad agendi inſtituta reſpicias, nemo fuit Prophetarum, à quo aut lenius, aut efficacius, aut accommodatius ad Populi captũ, viuendi præcepta ſint tradita, ab altero in plerique Pſalmorum, qui Ethica continent; ab altero in Prouerbijs, & Eccleſiaſte: iure vt Reges inter Sacros Scriptores poſſint cenſeri. Hinc Populi toto eo tempore in Deum pietas,& Religionis integritas,vt nulla ſit Idololatriæ mentio toto vitæ illorum tempore, nec praua Salomonis exempla, poſtquam ſenex deſipuit, ſectatorem vllum habuiſſe legantur. Defuncto Salomone ſub Roboamo, diuiſis tribubus, factaque ſeceſſione, id ſcelus inualuit, magnamque Populi partem ea peſtis inuaſit. Ergo vnitas illa Populi in veræ pietatis,ac fidei ſenſu *Vnus Crinis* eſt, à quo *Cor Dei* ideſt, *Verbum*, *Filius Patris*, qui *Cor & vita diuinitatis* eſt, ſe fatetur vulneratum.

ENARRATIO.

ET tibi quidem victricia ſigna in promiſſam hæreditatem inuehenti cælum applauſit; ac terra ipſa, nouo poſſeſſore gaudens, læta exſilijt. Exinde fundari firmius cæpta Religio, & Populus ad Diuinæ legis normam exactius conformari. Succeſſere Reges Dauid, & Filius Salomon, quibus rerum Hebræorum arbitris, omnia in melius proceſſere. Nobile Prophetarum par, & mihi cariſſima capita, quibus ego, ad arcana Diuinitatis, ac futura olim myſteria orbi communicanda, ſum vſus adminiſtris; & ad formandos Populi mores Doctoribus, & ad diuinum promouendum cultum curatoribus. Vnus vtriuſque cæleſtium rerum ſenſus, vnus mei cultus amor, & ſtudium, vnus ad tradenda morum præcepta ſpiritus. Quidni me fatear tanta vnitate affectuum, velut vno ictu Oculi vulneratum? Penetrauit ad Cor ipſum vulnus, & Filium, qui Cor, & Vita Diuinitatis eſt, ad grande opus properandum adegit, carnem ſcilicet induendam ex vtriuſque eorum ſemine, quo certe mihi Cor ipſum quodammodo & demptum, & reſtitutum. Nec ibi hæſiſſe rem video. Nam & Populi totius ad legis meæ, fideique formam exacta conformatio, mirum, quam mihi placuerit, quantum tenerioris Caritatis extorſerit. Additum ergo vulneri vulnus, vt non iam ſimplice Caritatis ictu ferirer, ſed gemino. Nec viſum fuit ei Genti Filium non dare, quæ vno ſpiritu, vnoque affectu, eoque & puriſſimo, & intenſiſſimo, in mei cultum impenditur. Nunc te verè Sponſam, Sororemque proclamo; dignamque cui pleno, iuſtoque iungar connubio: quod me breui facturum ſanctè profiteor.

NOTATIO XXX.

VVLNERASTI COR MEVM.

SVM.COM.

I. *Nexus cum proximis.*

VErba hæc cum proximis nectere quibuſdam arduum viſum eſt: alijs de nexu non admodum cura ſollicita. Sed de ea re, quantum attinet ad corticis ſenſum, alio diximus loco. De arcana intelligentia, ſi interpretationis conſequentiæ, quod omnino

Digitized by Google

Traditus in commentario. De ſenſu non vna ſententia. Quidam Chriſti vulnera cogitarunt. Et vulneratum bis Chriſtum, zelo, & Lancea. Sed id poſtremum huc non ſpectat.

Deus vulneratus in Chriſto Paſſionis vulneribus. Vulnus geminũ. Author lib. de Paſſione D. Philo.

cogimur, inhæreamus, facile negotium eſt, nec major labor, quam quem in commentario poſuimus. Ergo de ſenſu litterali, non vna omnium ſententia eſt. Quidam vt *Vulnera* audiuere, *Chriſti Domini ſuſceptas in cruce plagas* ſtatim cogitarunt, ſequuti Caſſiodorum, & Bedam. Sed anticiparunt ordinem: nondum enim Verbum carnem indutum inducitur: ſuus ei myſterio, & paſſionis angoribus locus infra ſeruatur. Quod autem bis ſe *Vulneratum* dixerit, geminum *Vulnus* inflictum Deo ab Eccleſia, interpretatus eſt, Author libri de Paſſione D. inter Bernardi opera: alterum *zelo amoris* Eccleſiæ alterum *Lancea*. Horum vnum fortaſſe non ineptè accommodari ad hunc locum poſſit; amore enim, quo Eccleſia Deo adhæſit, illius pectus *Vulneratum*, ſatis intelligimus: alterum aptari non poteſt, propter rationem paulo ante traditam, necdum tempus eſſe inducendi Chriſtum natum, nedum paſſum. Philonis ſententia ſingularis eſt, hæc de *Vulnere* per Incarnationem interpretantis, quod tamen minime ſpernendum eſſe, mox intelliget prudens Lector; cum Græcam 72. Interpretum lectionem expenderimus.

II.

At quærendum prius quod Dei ſit Cor. Quodque ab ipſo diuerſum. Nam cor vitæ fons eſt. Et vitalium ſpirituum officina. Deus autem vita eſt. Verbum autem vita Patris. Qui a intellectione procedit. Qui ſupremus vitæ gradus. Ideo vita ſæpe dictum. Quia id illi per quandam appropriationem conuenit. Ideo & lux eo enim & viuimus. Et videmus, & illuminamur.

Cor in homine vitæ fons. Vita in Deo ſupremus gradus. Verbum ex modo proceſſionis vita diuinitatis. Ioan. 5. 11. Ioan. 1. 3. Eph. 5. 14.

Nobis prius quærendum videtur, quod ab alijs minimè factum eſt, quantum quidem meminiſſe poſſumus, quid *Cordis* nomine intelligendum in Deo ſit, quod ſibi ſcilicet *Vulneratum vno Eccleſia oculo*, fatetur; nam quidquid tandem illud eſſe velis, ſi analogiam non negligas, diuerſum quid à Deo ipſo ratione aliqua definire debes: quemadmodum Cor tametſi hominis ipſum ſit pars, tamen homo non eſt: ſed ea ratione diuerſum, qua à toto ſuo diuerſa vna pars eſt. Eſt autem in animali Cor nobiliſſimum membrum, ſine quo non modo vita non conſiſtit, id enim illi commune cum nonnullis alijs membris eſt; ſed vitæ ipſius origo & fons, & vitalium ſpirituum officina, qua mira naturæ arte & generantur, & roborantur, & nunquam fallente fluxu per arterias omnia per membra deferuntur, vt omnia viuant. Ita *Corde* mortuo totum animal interire neceſſe eſt, vt ex areſcente fonte prata ſiccantur. Et eſt quidem in Deo *vita*, ſeu potius *vita* ipſe eſt, vnde & ſibi, creaturis omnibus viuere ſuppetit: ſibi a ſe ipſo, illis ab vno illo. Id autem commune tribus perſonis eſt, quibus vna eademque communis eſt *vita*. Sed, quod commune eſt, per quandam attributionem proprium *Verbo* eſt, propter propriæ proceſſionis modum. Vitæ enim in Deo ſupremus eſt gradus, intellectiuæ ſcilicet. Verbum autem intellectione procedit, quæ vitæ perfectiſſimus actus eſt. Hinc intelliges, cur tam ſæpè ſe Verbum vitam dicat: & ab ſcriptura tam frequenter nobili illa compellatione donetur. Immo cur omnem nos ab eo vitam habere teſtetur. 1. Ioan. 5. 2. *Vitam æternam nobis dedit Deus; & hæc vita in Filio eius eſt; qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium, vitam non habet*. Quaſi proprium illi ſit, vt & ſit *vita*, & *vitam* nobis communicet, non Patris: Non quòd etiam Pater non communicet, ſed quod non per ſe, ſed per *Filium*, qui *Vita* eſt, communicet. Id eſt, quod alibi Ioannes idem dicit: *In ipſo vita erat*; & mox: *Et vita erat lux hominum*. Quę intelliges, ſi memineris, videndi actionem à *vita* eſſe. Cæci nos eramus, quia & mortui; conuiuificati autem per Chriſtum, cum *vita* vſu vſum oculorum recepimus. *Propter quod dicit; ſurge, qui dormis, & exſurge à mortuis; & illuminabit te Chriſtus*, Epheſ. 5. 14. Eſt ergo Verbum quodammodo, quemadmodum mens Patris, ita & *Vita*.

III.

Verbum ergo ſicuti vita eſt diuinitatis, Ita & Cor dici poteſt. Vulneratum ab Eccleſia, Quia eius Caritas in eum collimat vnum Vt in carnatione vniatur illi.

Verbum Cor diuinitatis. Eccleſia amoris iaculo vnũ Verbum petit.

Quod ſi Patris quodammodo, per quandam, vt vocant, appropriationem, *vitam* dicere *Verbum* licet, etiam & *Cor* licet dicere, quem fontem totius vitæ, & vitalium ſpirituum diximus officinam. Nec ſine magna ratione putes dictum, *Verbum Cor eſſe Patris*, *vno* hic *Oculo* Eccleſiæ *Vulneratum*: omnis ab Eccleſiæ Caritate excuſſa ſagitta vnum *Verbum* quærit ad *Vulnus*, donec tandem plena victoria per Incarnationem potiatur: quo ſcilicet tota Dramatis huius actio collimat. Ergo cum dicit: *Vulneraſti Cor meum*, Dei *Filium* Eccleſiæ ſuæ *Sanctum Caritate* intelliges. Nec mirum tibi ſit, nunc tandem ſe amore ſaucium dicere: properat enim ad optatas per Incarnationem nuptias; nec iam caritatis illi ignes inhiberi poſſunt, quin omnia corripiant, ac niſi propere ſuccarratur, in fauillas vertant.

IV.

Quin ſi præmas Lectionem 72. Senſus erit pulcherrimus. Cor abſtuliſti mihi. Nam qui dedit Filium, Etiam & cor dedit. Ita enim dedit, quaſi ab ſe alienaſſet Ideo in typo dictus, relinquere Patrem & Matrē.

Lectio 72. expenſa. Ioan. 3. 16. Cor dei ablatũ ab Eccleſia, cum Filius incarnatus. Gen. Eph. 5. 32. Chriſtus quomodo dictus reliquiſſe Patrem vt adhæreret Eccleſiæ.

Quod ſi hæc non ſubtiliora putes, quam vt approbatorem mereantur: præmaſque 72. Interpretum Græcam lectionem, pulcherrimus ſenſus exſiſter, neſcio quam ſolidus, huic certè loco aptiſſimus. Nam quod in Originibus legimus Libabthini, 72. reddidere. Græce: ἐκαρδίωσας. Quod ſi vno verbo velis reddere eſt: *Excordiaſti*; ſi pluribus: *Cor mihi abſtuliſti*: vt, alicubi legit Ambroſius: *Cor meum cepiſti*. Quod quam vere ſit dictũ, docet apud Ioannem Chriſtus: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret; vt omnis, qui credit in illum, non pereat; ſed habeat vitam æternam*. Ioan. 3. 16. Qui dedit *Filium*, etiam, & *Cor* dedit, & *vitam*, & quidem *æternam*. Quod ſi *Cor* dedit, vere dicere potuit, *Cor* ſibi fuiſſe *ablatum*. Non quod poſtquam dedit ſine *Corde* manſerit; Venit enim ad nos Verbum ſuſcepta carne; ſed Patris ſinum non dimiſit. Sed quòd, quantum ad largitionem ipſam attinet, haud aliter dedit, quam ſi ab ſe alienaſſet. Cuius in typo myſterij olim eſt dictum: *Quam ob rem relinquet Homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*, Interprete Paulo Epheſ. 5. 32. *Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem*

dico,

Digitized by Google

(Quod Sacramentum agnitum à Paulo.)
Et agglutinandus Eccleſia.
Per Incarnationẽ ſcilicet.
Quo pacto interpretatur Hieronymus.
Et alij Patres.

dico, in Chriſto, & in Eccleſia. Nam illud *adhærebit*, Græce eſt. προσκολληθήσεται *Agglutinabitur*. Velut glutino tenaciſſimo iungetur, quin vlla diſiungi poſſit, vi, aut arte; *Sacramenti* autem vocabulum hic ſignum, aut typum ſignificat, ideo *magnum* dictum, quod magnæ rei ſit ſignum, ſcilicet eius coniunctionis, qua Verbum ſibi Eccleſiam, non modo per gratiam, & Caritatem, ſed omnino per ſuſceptam humanam naturam, agglutinauit, Patre & Matre quodam modo relictis. Sic PP. frequentes exponunt. Hieronymi illa ſunt: *Primus vates Adam de Chriſto hoc prophetauit: quod ſcilicet Chriſtus relinquerit Patrem ſuum Deum, & Matrem ſuam cæleſtem Ieruſalem, & venerit ad terras propter ſuum corpus* (Eccleſiam intelligit myſticum Chriſti corpus) *& de ſuo eam latere fabricatus ſit, & propter illam Verbum Caro factum ſit.* Sic ergo intelligimus, quod dictum eſt, ſecundum hanc lectionem Interpretum Græcorum. *Cor abſtuliſti mihi.*

Sacramentum magnum pro typo rei magnæ.
Hieronymus.

V.
Sed Gregorij Nyſſeni alia eſt lectio.
Cor indidiſti mihi.
Quæ licet contraria videtur,
Contraria nõ eſt.
Quia Eccleſia quem acceperat Deum,
Hominem Patri reddidit.
Plus reſtituit quam acceperat,
Cor ergo Patri ablatum,
Reſtituit iterum.

Sed mirum eſt, eandem vnam vocem Hebræam tam varias pati ſignificationes. Certè hoc loco Nyſſenus contrario pene ſenſu interpretatur, quod alibi à nobis obſeruatum eſt, *Cordiaſti me*, ſiue potius, *Cor indidiſti mihi.* Quo autem id ſenſu in toto Amoris negotio accipiendum ſit; quamque vtrumque, tametſi videtur eſſe contrarium, verè dicatur, eo loco docuimus. Hic arcanam rimamur ſententiam. Videndum ergo eſt, an etiam in ea verum ea lectio ſenſum patiatur. Dedit quidem Eccleſiæ Deus Pater Filium Deum, qui quoniam *Cor*, & *vita* Diuinitatis quadam ratione dicitur, poſtquam Eccleſiæ datus eſt, & *vita* illius eſt, qua viuit, & *Cor*, quo vitales ſpiritus ſuggerente, *vita* ipſa actiones exercet; ſine illo & mortua, & ad agendum inepta. At illa Verba humanam naturam dedit, ac de ſua ipſius carne carnem mutuata eſt. Itaque *Deum Filium* à Patre recipit, *Hominem Filium* Patri reſtituit, Quiddam ergo maius, quam acceperat, reddidit: Vt qui hactenus *diuina* ſolummodo *vita* vixerat, iam & *humana* etiam viueret. *Cor* ergo quodammodo Deo Patri ablatum, quodammodo etiam reſtituit: vt idem ille, qui *Cor ſibi ablatum* queri potuit, poſſet *reſtitutum* fateri. Verum ergo vtrumque eſt, tametſi apparet contrarium; vnoque, atque eodem verbo varij Incarnationis affectus effectuſque declarantur.

Eccleſiæ quem acceperat Deũ, hominum Patri reddidit.
Eccleſia per incarnationem ablatũ Deo cor reſtituit.

VI.
Nec Ambroſij lectio ſpernenda,
Corde nos cepiſti,
Nam Deus hactenus liber.
Incarnato Filio veluti corde eſt captus.
Ne diffugeret.

Nondum id totum dixi, quod pertinet ad varias huius loci verſiones: nec Ambroſius omittendus eſt, qui alicubi legit: *Corde nos cepiſti.* Quo autem id ſenſu in Amoris negotio vere dicatur, ſuo loco diximus: *corde* enim amans ab amato, quemadmodum *vulneratur*, etiam *retinetur*, & ad nutum agitur, quin commouere ſe poſſit. Sic poſtquam Verbum carnem aſſumpſit, ſeque Eccleſiæ ſuæ tradidit, viſus Deus hactenus liber, ſuique omnino iuris, *Corde teneri*, & ad nutum Eccleſiæ flecti. Mirum enim eſt, quam mutatus ab illo fuerat antè; è ſeuero blandus; ex iracundo mitis; è Iudice Pater; è Domino Frater; è Deo Homo. Quod argumentum alicubi Bernardus & piè, & grauiter tractat: quem lector videre poteſt; ne in immenſum excurrat oratio, ſi vnum in locum congerere omnia velimus.

Ambroſius.
Poſt Filij incarnationem corde retinetur Deus ab Eccleſia.
Bernardus.

VII.
Nec obeſt huic ſenſui.
Quod nondum hic verbum inducatur incarnatũ.
Nam quia ad incarnationem properat.
Anticipat appellationes,
Et quod mox futurum.
Velut factum reputat.

Sed obeſſe huic toti interpretandi rationi videtur, quod certum nobis eſſe, iuxta ſeriem interpretationis noſtræ ſæpe monuimus, nondum hoc loco, vſque ad initium quinti Capitis de miſterijs agi gratiæ, Verbique Incarnatione; cum tamen, quidquid Notatione hac dictum à nobis eſt, id videatur ponere. Cæterum facilis huius nodi ſolutio eſt: nam quod non vno loco alias dictum à nobis eſt, monendum hic etiam eſt, Sæpe ſcriptura, quod proximè eſt, vt fiat, velut factum enunciat; cuius formæ ſermonis, toto hoc Cantico, ne locis alijs quærere cogaris, exempla habes. Ergo cum ad plenum connubium res properare dixerimus, mirum minimè eſt, quod auide hactenus Deus Hominum amans deſiderare viſus eſt, cum de proximo futurum eſſe conſpiceret, velut factum tractare. Nondum ſibi *Cor ablatum*, iterumque *Redditum* per Incarnationem ſentiebat, ſed ſciebat tamen proximè executioni mandandum; gaudet ergo, quod gratiſſimum ſibi futurum eſt, ſemel, iterumque tractare; ac futuris gaudijs, velut præſentibus, ſe oblectat; quod ij facere ſolent, qui verè amant.

Obiectio, & illius ſolutio.
Regula. Quod prope eſt vt fiat, factum reputatur.

NOTATIO XXXI.

SOROR MEA, SPONSA.

I.
Verum cur dicta Sponſa & Soror nunc maximè?
Quæſtio ab alijs intacta.
Deſcribitur ſcilicet nouus ſtatus,

CVr, quam hactenus amicam ſolum dixerat, à verſu hoc, non *Sponſam* modo, qua illam appellatione verſu antecedente iam donarat, ſed & *Sororem* appellet, non minimi momenti quæſtio eſt; quam tamen ab alijs intactam, quantum meminiſſe poſſumus; prætermiſſam, mirari ſubit: cum tamen id myſterio grandi non careat. Quid autem id ſit, quantum ad Dramaticum ſenſum ſpectat, ſuo loco monui: In arcana ſententia eadem propemodum ratio eſt, ſcilicet iam nouum amantium ſtatum deſcribi, hactenus quidem

Nouus amantiũ ſtatus, à Sponſis in maritos, anticipate deſcriptus.

Digitized by Google

Non qui iam inductus ſit. Sed quod mox inducendus. Pertinent enim, hæc ad Dauidis tempora, Cui factæ promiſſiones. De naſcituro ex eius ſemine Chriſto. Ideo nouo vinculo obſtrictus Deus. Appellationes maritales anticipat.

quidem Sponſorum tantum, per datam viciſſim fidem, lata à Deo lege, & ab Eccleſia acceptata, quas diximus Tabulas fuiſſe Sponſales, authoritate Theodoreti, & vſu ſcripturæ: iam vero *Coniugatorum*. Non quòd iam loco hos *Maritos* induci arbitremur, (id enim non ante initium proximi Capitis factum putamus, vt eo dicemus, probabimuſque loco) ſed quod properans Dei ad nuptiarum ſolemnia, velut impatiens moræ, affectus appellationes anticipet: quodque mox futurum eſt, velut factum iam ſit eloquatur. Nec ratio deeſt, cur nunc maximè & feſtinari nuptias Verbi cum Eccleſia, & anticipari nuptiales appellationes dicamus. Nam cum hæc omnino, quæ hoc Verſu cõtinentur, & ſequentibus, vſque ad quintum Caput, ad eum Eccleſiæ ſtatum referenda putemus, quem ſub bonis Regibus, Dauide, ac dum non deſipuit, Salomone habuit; pietas autem Dauidis, ac mira cum Deo coniunctio, ac Religionis amor, id merita ſit, vt communes alioqui promiſſiones Abrahamo factas, & illius ſemini de venturo Chriſto, in ſuam ipſius familiam tranſlatas, Dei voce, gauderet, per Salomonis ſemen implendas, quaſi nouo pignore fide obſtricta, viſus Deus eſt eius deſiderij feciſſe indicia, quo ad Incarnationem properabat. Mirum ergo non eſt, cum qui nouo ſe adſtrinxerat vinculo, ad magnum illud, ac mirabile opus patrandum: remque properandam decreuerat, eis titulis Sponſam honeſtaſſe, quibus non ſolum eam ſibi gratiſſimam profiteretur, ſed etiam arctiore nuptiarum vinculo copulatam.

Dauidi promiſſio facta de futuro ex eius ſemine Chriſto. Nouo vinculo Deus adſtrictus, ſe maritum Eccleſiæ vocat.

II.

Sponſam autem appellat, ex quodam ſenſu, Quod Sponſorum amor feruentior ſit. Deſiderio futurorum incitatus. Maximè cum in proximo ſacra nuptialia ſunt. Huic ergo amoris feruori indicãdo, Nomen vſurpatur Sponſæ. Nunquam enim amor hic inter Deum & Eccleſiam tepet, Ardet ſic ignis & purus ſplendet. Nullo fumo fœdatus.

Cur autem id *Sponſæ* nomine indicarit, vna, nec difficilis eſt quæſtio: cur *Sororis*, alia eſt, haud multo difficilior. *Sponſam* dictam arbitrantur quidam, non *coniugem*, quod ſponſorum amor, ne tenerior modo ſit, ſed feruentior. Accendit ſcilicet ſemel conceptos igniculos deſiderium, & negata ipſa vel dilata maritalium complexuum gaudia affectum ſollicitant, nec Caritatem torpere ſinunt. Cum te ſitis premit, bibendi ſi negatur facultas, de proximo acquirere vires videtur; tum maximè, cum ridens in conſpectu fons, perſpicuis, frigidiſque laticibus auidum inuitare videtur. Poſtquam, ſitim expleris, placet quidem feſtiuo fluxu fugiens aqua, ſed ſiti depulſa deſpicitur, quo ad iterum ſitias. Sic Sponſis ſolet contingere, nuptias cogitantibus, ac multo magis, cum in proximo ſacra coniugij gaudijs optatis inuitant: poſtquam conuiuere datum eſt, ipſa contubernij aſſuetudine, velut depulſa iam ſiti, amoris ille feruor remittit, nec adeo gaudia titillant, cum habentur, ac, cum abeſſent, excruciare ſolebant. Indicandis ergo hiſce Caritatis feruoribus nihil aptius vſurpari potuit, quam ſi, non mariti, ſed Sponſi dicerentur: ne quis exiſtimaret, eam Caritatis flammam intepuiſſe, poſtquam in proximo ſacra nuptiarum ſpectarentur. Semper ergo Verbum & Eccleſia Sponſi ſunt affectus, ac Caritatis feruore, etiam iuncti connubio; nec cum ſtatu mutatus eſt amor. Non enim ſacras has nuptias, plenaque coniugij iura ea labes infamat, quæ hominum coniugia maculat; qui ad præſentia fere nauſeant, qui ad abſentia, atque futura pronis affectibus, & impotenti curſu ferebantur. Ardet ſacer is ignis eo magis, quo arctior coniũctio eſt, nec ea ipſa Verbi, Eccleſiæque colligatio faſtidia timet, aut ſentit, quibus intepeſcat vnquam: nouis potius acceſſibus validior in dies fit, quo ad in cœlo pleniſſimis gaudijs perfruatur. Atque vna hæc ratio eſt, cur, quæ *coniux* iam ſit, aut proximè ſit futura, *Sponſa* dicatur hoc loco, aliiſq; ad Dramatis vſque finem totius.

Sponſorum feruentior amor maximè cum in proximo nuptiæ ſimulc.

Sponſa vocatur Eccleſia, vt feruor in eam Dei amoris indicetur, ſemper idẽ.

III.

Sed alia ratio appellationis, a, ..., ..., Decorum perſonarum, quæ inducũtur. Nam vbi maritos audis. Operis nuptiarum admoneris. Quod, tametſi legitimum, indecorum eſt. Nec decebat in Dramate niſi ſub decentiſſimis tropis obuelari. Ideo non mariti ſed Sponſi indicantur.

Sed generatim ſi cogites, alia, nec minus fortaſſe apta, ratio eſt, honeſtas ipſa affectuũ, quæ maximè Dei erga Eccleſiam amorem, & contra nobilitat. Nam certe ſic Drama inſtitui decuit, nihil vt in eo eſſet non pudicum, honeſtumque; nihil, quod non decentiſſimum eſſet, vt perſonarum, quæ inducebantur, ac multo magis, quæ ſub ipſis latebant, ſeruaretur decorum. Et vero vbi primum Coniugium audis, & vxoris, & mariti nomen, ſtatim & officij, & maritalis coniunctionis, quam alicubi Hieronymus opus nuptiarum appellat, admoneris. Quod tametſi & ipſum, cum ſuſcipiendæ prolis gratia exercetur, inhoneſtum non eſt, minus quidem decens eſt, & auditu, & commemoratione. In Sponſis tametſi & is ſtatus ad coniugium properat, nondum tamen illa obuerſantur menti, quæ minus honeſta ſunt. Vnus ergo Caritatis regnat affectus, vnus puriſſimo lumine ſplendet, nulla nebula, aut fumo fœdatus. Et tametſi in ſacro hoc Epitalamio, quantum ad arcanam ſpectat ſententiam, omnia properent ad plenum Verbi cum Eccleſia coniugium, & myſticam prolem gignendam, vt ſuis locis obſeruamus; opus tamen fuit, ne quid perſpicui in Dramate carnalem coniunctionem deſignaret, licet per eam myſticam coniunctio, ad ſpiritualem prolem generandam, ſignificetur. Satis fuit, ſi honeſtiſſimis tropis id ipſum vel vt ſub vmbris tegeretur. Nam & cum connubio iuncti opera nuptiarum exercent, oculos aliorum, ſenſuſque defugiunt. Atque hanc ego fuiſſe cauſam puto, cur cum etiam *vxorem* vult ſignificare Dilectam, non vxorem, non coniugem, ſed *Sponſam* pudicus amator compellet.

Affectuum honeſtas nomine Sponſæ indicata.

Maritalis cõiunctionis ſæpè mẽtio, ſed honeſtiſſimis tropis velatæ.

IV.

Similis ratio de nomine ſororis, Hieron. placuit.

Supereſt quæſtio alia de *Sororis* appellatione, cuius rei cauſam eius, quam proximè de nomine *Sponſæ* tradidimus, ſimilem tradit Hieronymus: vt ſcilicet ſuſpicio omnis minus honeſti

Eccleſia Soror dicta, vt excludatur ſuſpicio minus puri affectus.

Digitized by Google

Apte ad Dramaticum ſenſum. Ad arcanum non neceſſario. Nec enim ſuſpicio eſſe poterat. Ne amor Dei in Eccleſiam minus pudicus eſſet.

Hieronymus.

Amor Dei in Eccleſiam omni ſuſpicione carens.

honeſti amoris abeſſet. *Ac ne putaremus*, inquit, *cum amorem carnis, & nuptias ſignificare corporeas, illico excludit hunc ſenſum, & ait; Vulneraſti Cor meum, ſoror mea Sponſa. Vbi Sororis nomen eſt, ſuſpicio omnis fœdi amoris excluditur.* Id vero, ſi inter Dramatici ſenſus cancellos te contineas; verum eſt, obſequatumque à nobis, atq; eius rei cauſæ traditæ Dram. Comment. Cap. 4. Not. 31. Hic arcanam rimamur ſententiam, in qua cum Verbum, & Eccleſiam per Incarnationis coniugium ſibi mutuo hærentes intelligamus, haud neceſſe eſt *Sororis* appellationem ea cauſa inductam arbitremur. Neque enim periculum erat, ne ſi Deum Eccleſiæ copulatum diceremus, quidquam obijceretur menti, quod minus honeſtum, pudicumque videretur: cum omnis is amor, quantumcumque tener, feruenſque cogitetur, & ſpiritalis ſit, nec vlla terrenæ fœcis contagione fœdatus.

V.

Præſtat Sororis nomen, ad naturam ſimilem trahere. Humana ſcilicet, per incarnationē. Hunc ſenſum habet Paulus. Ideo quam hactenus Amicam dixerat. Sororem iam nominat, Cum in proximo incarnatio eſt,

Eccleſia Soror dicta, quia carnis ſocietate cōiuncta.

Cant. 8. 1.

Hebr. 2. 12.

Præſtat ergo aliorum hærere veſtigijs, qui *Sororis* nomen ad ſanguinis, generiſque cōmunionem retulere: poſtquam enim *Verbum Caro factum eſt*, Eccleſiæ ſuæ conſanguineus factus eſt, vt dicere illa poſſet: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.* Ideo quæ ſe *Sororem* dictam ſæpè, animaduertit, audet & illum vocare vel ſemel *Fratrem. Quis mihi det te Fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris.* Cant. 8. 1. Atque id eſt, quod alto conſilio monuit Paulus Hebr. 2. 11. 12. 13. 14. *Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur Fratres eos vocare, dicens: Nunciabo nomen tuum Fratribus meis; in medio Eccleſiæ laudabo te.* Et iterum: *Ego ero fidens in eum.* Et iterum: *Ecce ego, & pueri mei, quos dediſti mihi Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſangui, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem.* Atque hæc potiſſima cauſa eſt, cur, qua voce hactenus abſtinuit Sponſus, ea nunc Sponſam compellet: & quam prius ſolum Amicam dixerat, dicat *Sororem*. Anticipat nobilem, ac gratam appellationem; & futurus mox *Frater* humana carne ſuſcepta, quam ſæpe Amicam dixerat, incipit appellare *Sororem*: non minus vt illam tenerrima demulceat appellatione, ac proximarum nuptiarum erigat ſpe: quam vt ſe indicet, omnis impatientem moræ, ad nuptias feſtinare: & qui re optatiſſima nondum poteſt, ſeſe ſaltem rei gratiſſima appellatione oblectet.

NOTATIO XXXII.

IN VNO OCVLORVM TVORVM.

I.

Locus difficilis, & diſtractus ſententijs. Ambroſij ſenſus difficilis. Cuius verba habes. Sed haud videntur huic loco quadrare. Quo qui ſe vno oculo Vulneratū fatetur. Alijs innuit ſe minime vulnerari. Tametſi alioqui non ingratis. Id ergo eſt exquirendum,

Ambroſius.

Deus cum vno ſe vulneratum oculo dicit, & iam alios agnoſcit, quibus minime vulneretur.

LOcus implicitus, ac mire perplexus, & magnorum virorum diuerſis interpretandi rationibus omnino diſtractus. Ambroſius Serm. 11. in Pſalm. 118. *Duos Eccleſia oculos moralem, ac myſticum: myſticum notitiam myſteriorum per Fidei lumen: moralem per morum doctrinam, & operandi rationem.* Per illum Eccleſiam cernere acutius, per hunc autem videre dulcius. (Sic enim loquitur) Indicat autem vtrumque vnius *Oculi* nomine comprehenſum, quatenus ab *Oculo* diſtinguitur *carnis. Et fortaſſe iſti*, inquit, *ſunt Oculi, quibus Paulus videbat æterna, vbi cœpit corporalia non videre.* Mox id applicat ad locum in quo verſamur. Porro, ait, *Vno Oculo vulneratum ſe eſſe Sponſus ſcribit, dum intellectum ſuum ſpiritalem in ipſius amorem deflectit: dum illius in ſe beneficia perpendit: cum denique cariſſimo ſuo illo Oculo, nullam mundi carniſque laſciuiam expetit, ſed ei ſoli adhærere cupit, cuius ſe eſſe Amicam, Columbam, Formoſam agnoſcit.* Hæc autem quin vera ſint haud ambigimus, ſed qui *Vno* ſe *Vulneratum Oculo* dicit, etiam alios *Oculos* agnoſcit, quibus minimè *vulneretur*. Is autem *Oculus* quo myſtica, & arcana animus noſter agnoſcit; ac operandi agendique leges tenet, *Vnus Oculus* eſt, nec alium anima, vel Eccleſia, quo Deum reſpiciat, habet. *Vno* ergo *Vulnerari Deum* facile intelligimus poſſes, ſi tamen alium vel alios aſſignare poſſimus, quibus, quanquam ſibi placentibus Deus minimè *Vulneretur*. Quod ſi alterum *Oculum carnis* intelligas, quo *Vulnerari* non poſſit, ne id quidem ſolidum eſt, nam ſi *carnalis Oculus* menti conſentiat, iam non alius, ſed vnus idemque eſt: ſi non conſentiat, ſed terrenarum oblectationum amore ducatur, Deo probari non poteſt, in quem ſcilicet ille minimè reſpicit. Difficile ergo in hunc locum Ambroſij is ſenſus poteſt aptari.

III.

Hieronymi ſenſus de virginitate. Qua vulneretur Deus, non coniugio. Sed id accommodatitium videtur:

Vno virginitatis oculo vulneratus Deus. *Theodoretus.*

Hieronymus aduer. Iouin. pro Virginitate depugnans, Virginitati primas, ſecundas, & quidem merito, nuptijs tribuit. *Vtrumque Deo Sponſo Oculum Eccleſiæ Sponſæ placere, ſed non niſi Virginitate Vulnerari.* Cur autem virginitas, & coniugium *Oculi* dicantur Eccleſię, ipſe non dicit; nec puto facile reddi rationem poſſe. Potius ergo hæc à Hieronymo dicta per quandam accommodationem exiſtimo, quam quòd verè hunc horū verborum arcanum ſenſum arbitratus ſit. Quod nouum illi non eſt, vt alio loco notauimus: cum maximè Cantici ſolitaria loca inducit, & in declamantis morem virtutibus fauet, aut in vitia inuehitur acrius.

Theo-

Digitized by Google

III.
Nec Theodoreti aptior ſenſus.
Nec ſibi admodũ conſtruis.
Ex ijs quæ tradiderat alias.
Ex tribus fortaſſe Patribus.

Theodoretus.

Contemplatione diuinorum non ſenſibilium vulneratus Deus.

Tres Patres.

Theodoretus *duos Sponſæ Oculos*, vtrumque ſpiritualem & vtrumque Deo gratiſſimum agnoſcit: *alterum, quo diuina contemplatur; alterum quo ſenſibilia: illo Deum vulnerari, non iſto: rerum enim intelligibilium contemplationem ſenſibilium cognitioni longe ante ponit.* At loco alio cum *Oculos* Eccleſiæ *Columbarum Oculis ſimiles* Sponſus diceret, idem ille *ſpiritualem* interpretatur *contemplationem* Eccleſiæ, *quod non adſpiret ad ea, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt, ſed quæ ſurſum ſunt quærat, vbi Chriſtus eſt.* Duos in contemplatione diuinorum illic agnoſcit *Oculos*, hic autem vnicum. Quod qua ratione conſentiat, conſonetque, ſatis non video. Eodem cenſu numeranda Trium PP. ſententia, quos ſequutus Theodoretus videtur, qui mentem Eccleſiæ intelligunt, quæ intelligibilia contemplatur.

IV.
Sed analogia videtur cura neglecta
Diuerſi generis partibus vni corpori accommodatis.
Ideo alij contemplatiuorũ vnum oculum faciunt.
Quo vulneretur Deus,
Potius quã Apoſtolis.
Quod minimè ſolidum eſt.
Nec conſequenter ab illis dictum.

Contemplatiui non intẽtius vident Deum, quã Apoſtoli & Prophetę.

Sed vnum eſt, quo hæ interpretandi rationes minus probari poſſunt nobis, quòd & alias indicatum eſt, id autem eſt, cum ſingula Eccleſiæ membra laudantur; hoc quidem illius ſtatu, ſub lege ſcilicet, varios illius ordines, ſtatuſque hominum deſignari, non virtutes; qua nos in re quorundam maiorem cautionem requirere cogimur, qui in eo minus ijs hæſere, quæ ſemel conſtituiſſent. Videre id quidam, ideoque *Contemplatiuorum ordinem* per *vnum Oculum* intellexere: qui tamen ſuperius eoſdem *Oculorum* nomine agnouere. Et cum animaduerterent, id obijci ſibi poſſe, vt nodũ ſoluerent, & *Angelos*, & *Prophetas*, & *Apoſtolos*, & *Prælatos Oculos* eſſe Eccleſiæ monuere; ſed nullum eorum tamen *Dei Vulneraſſe* Cor, præterquam *Contemplatiuos*, qui ſcilicet, obtutu nunquam euariante, meditantur diuina. Sed minimè id ſolidum eſſe ſtatim apparet. Neque enim puto *Contemplatiuos* acrius, quam *Apoſtolos*, aut *Prophetas* Dei viſcera ferire, vt propterea ſe fateatur *Vno Oculo Vulneratum*. Deinde cum ſuperius Ver. 1. *Oculos Sponſæ columbarum oculis ſimiles* eſſe dixit; nunc autem *Vno Oculo ſibi Cor Vulneratum* dicit, ſtatim intelligimus, non ab vtroque *Vulnus* inflictum, ſed ab altero tantum. Id ergo diſcrimen quærendum erat; non quos vtriuſque *Oculi* appellatione priore loco intellexiſti, poſteriore vnico velle intelligi.

V.
Nobis alia ſententia eſt,
Quam priuſquam tradimus.
Monemus hæc ad Eccleſiam pertinere.
Meliꝰ conſtitutã, ſub Samuele,
Mox ſub Saule victricem,
Dum Deo gratus fuit,
Deinde per Dauidem imperio propagato.
Et ſub Salomone pace ſtabilita.
Et aucto religionis cultu.
Hæc ergo facies Eccleſiæ deſcribitur,
Quæ tunc luce magna reſplendit.

Status Eccleſiæ, cum hæc de ea ſunt dicta.

Sub Samuele & Saule.

Sub Dauide lõge propagatum Regnum.

Cur aliena minus placeant nobis hactenus diximus; quid vero nobis videatur ſimilius, nunc dicemus. Sed antequam id agimus, quod ad tempus Eccleſiæ, iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam, referenda hæc ſint, videndum, eſt. Deduximus hactenus Eccleſiam, poſt longiſſimæ peregrinationis labores, itinerumque, ac præliorum diſcrimina, in promiſſam hæreditatem. Sequuta, poſt horrida præliorum, aurea pax; quanquam nõ infrequenter nouis bellorum turbata turbinibus, variante fortuna, haud raro Hebræis ſecunda, ſæpe aduerſa: Donec tandem excitato Samuele Populus & vires reſumpſit, & melioribus temporibus reſpirauit. Hoc ſcilicet ruinam minanti Pietati Deus præſidium, ac pene collabenti fulcrum ſeruauit. Deſijt peregrinus omnis cultus, ac dum Samueli ſua authoritas conſtitit, noui riſere dies, ac multa luce ſplenduere. Succeſſere Regni iura, atque inaugurato in Populi Regem Saule, ſub bono ſub initia Principe, ac dum iura Populo dixit, forti Duce, prælijs exercitus multis Populis, ac multiplice victoria potitus (ad extremum vulnus, quo & belli alea hoſtibus fauit; ac Saul cum Ionatha, multiſque de Populo cæſus eſt) & gloria victoriarum eſt auctus, & opimis ditatus ſpolijs, multiſq; receptis vrbibus, propagato imperio, laxius, & ſplendidius habitauit. Hinc Regni Dauidici initia: poſtea bella, & frequentes victoriæ, & Regni finium latiſſima propagatio: quoad Dauidi defuncto Salomon Filius pacificus ſubſtitutus eſt. Omni autem eo tempore, quantum, dum in viuis Samuel fuit, Populus in Pietate profecerit, ſacra narrat Hiſtoria, ingenti cum Prophetæ laude. Nec minor Dauidi Religionis cura fuit, cui id ſtudium potiſſimum, vt, quæ ad Dei cultum pertinerent, auctius ſurgerent, & religioſius agerentur. Ad hunc nos ſtatum Eccleſiæ referenda hæc arbitramur cum proximis: nec aliam alias deſcribi faciem, quam eam, qua Eccleſia illa ſeſe conſpicuam Deo exhibuit; atque in hominum oculis ingenti luce reſplenduit: atque id maxime accommodate ad noſtram ſeriem. Nec mirum eſt, Dei tantas laudes meritam illam Eccleſiam, quæ, ſi animaduertis, nunquam omnino melior fuit, ſiue priora tempora ab accepta lege, ſiue poſteriora ſub alijs Principibus conſideres.

VI.
Erit ergo vnus Eccleſiæ oculus Samuel, vel Dauid.
Qui de numero prophetarum,
Quos Eccleſiæ oculos diximus.
Horum alterutrũ probabile eſt.

Samuel vnus Eccleſiæ oculus.

Quod ſi hæc probabiliter cogitari concedas, fit ſtatim, cum *vno Oculo* Eccleſiæ *ſe Vulneratum* Deus fatetur, *vnius Oculi* nomine aut *Samuelem* accipiendum, aut *Dauidem*: quorum vterque in *Prophetarum* numero, quos *Sponſæ Oculos* eſſe diximus, principatum quodammodo habuiſſe viſi ſunt; & ſimplicitate cultus in Deum, ac Pietatis zelo, cum felici quodam in omni religionis negotio ſucceſſu, omnino inclaruit. Vtrumque probabile arbitramur, vtrum potius amplectendum, nondum definimus. Conſideret prudens lector. Nobis ſatis erit pro vtroque indicia ponere, atque aſſignare rationes, quæ facere pro alterutro videantur, Quod ſi cum duobus etiam *Salomonem* adiungas, dum quidem fœminarum amore non deſipuit, forſitan nõ deerunt argumenta, quibus & cauſam agas illius.

VII.
Nam Samuel dictus videns.

De *Samuele* certè multa pręclara ſunt tradita; nam quod frequentiſſimè dictus ſit *Videns*, myſterio non vacat: &, quod obſeruatum à ſacro ſcriptore eſt, cum de *Samuele* loqueretur:

Digitized by Google

Immo olim ſic di-ẽti Propheta,
Quod oculorum munere fungerẽtur.
Ideo ſub Samuele, alta de Deo notitia,
Atque ob id Fidelis dictus,
Et facere iuxta cor Dei.
Ideo ſibi cor vno oculo vulneratum dicit,
Quod maxime ad hunc locum pertinet.
Fauet & Eccli. locus.
Et teſtimonium ſcriptura de Samuele. 1.Reg.3.19.

Samuel dictus videns.

Matth.6.22. Fidelitas,& ſimplicitas in Samuele laudata.

1.Reg.2.35. Quid ſit facere iuxta cor Dei.

Eccli.46.17. Scripturę de Samuele teſtimonia.

1.Reg.3.19.20 Fidelis proprium Samuelis Epitheton.

lo quereтur: *Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque, vadens conſulere Dominum: venite, & eamus ad videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.* 1.Reg.9.9. *Oculorum* ſcilicet munere fungebantur, per quos & futura, & abſentia corpus Eccleſiæ inconniuente, nec lippiente lumine peruidebar. Nunquam enim illi aut altior de Deo ſenſus, aut arcanorum diuinitaris maior notitia, aut prouectior in Dei cultu, aut Religionis negotio ſollicitudo. Tantum vnius hominis ſæpè pietas poteſt Sic dicebat Chriſtus: *Si Oculus tuus ſimplex fuerit,* (lucidus, ſplendens, non turbidum, non obſcurum cernes) *totum corpus tuum lucidum erit.* Matth.6.22. Membra omnia ſuo rite fungentur munere. Sed hanc *Oculi vnitatem* reſpicere potiſſimè arbitramur, *Simplicitatem, ac fidelitatem in Dei procurando cultu, & formandis Populi moribus*: quod in *Samuele* mirè laudatum ab ſcriptura ſæpè eſt. *Et ſuſcitabo mihi,* inquit, *Sacerdotum Fidelem, qui iuxta Cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei Domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.* 1.Reg.2.35. Quod ſi verba illa expendas, quæ non ſine cauſa ſunt addita: *Qui iuxta Cor meum, & animam meam faciet*; ſtatim intelliges, cur Deus *Vno Eccleſiæ Oculo Vulneratum Cor ſuum* fateatur. Vt poſt tam perſpicua verba, de huius loci ſenſu minimè dubitandum videatur, quin hæc ſint probabiliter dicta, Sed nec illa omitti poſſunt, quæ inter alias illius laudes Eccli.46.17. continentur. *In lege Domini congregationem iudicauit, & vidit Deus Iacob, & in Fide ſua probatus eſt Propheta: & cognitus eſt in verbis ſuis Fidelis, quia videt Deum lucis.* Nec illa: *Creuit Samuel, & Deus erat cum eo; & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram: & cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee, quod Fidelis Samuel Propheta eſſet Domini.* 1.Reg.3.19.20. Vt videatur *Fidelitatis* appellatio, atque encomium proprium fuiſſe illius: vt quemadmodum Moſes Mitis, Salomon Pacificus, ita Samuel *Fidelis* ἀντονομαστικῶς diceretur.

VIII.

Aut ſit Dauid vnus Eccleſiæ oculus.
Cuius ſumma de diuinis rebus notitia,
Et futurorũ arcanorum lux.
Summiſque in illum Dei fauor.
Vt nomine illius gloriaretur.
Quo nihil grandius de Dauide dici poteſt,
Ideo dictus vir ſecũdum cor Dei.
Quod ſimillimus Deo,
Quantum homini fas.
Sicut nihil magis vnum cum homine, quam cor ipſum.
Ideo vno oculo ſe vulneratũ affirmat.
Quaſi dicat: Placent quidem tui oculi,
Id eſt Prophetæ.
Sed vnus Dauid cor mihi vulnerauit.
Immo & abripuit, Filium, qui cor Diuinitatis eſt.

Dauid vnus Eccleſiæ oculus, quo vulneratũ cor Dei.

Verbum Dauidis nomine appellatum.

Dauid vir ſecũdum cor Dei. 1.Reg.13.14. Act.13.22.

Similitudo amoris genitrix.

Dauidi facta promisſio de rẽturo Chriſto ex eius ſemine.

Pſal.131.2.

Nec pro *Dauide* imbecilliora. Nam ſi notitiam in eo diuinarum rerum quæras, nullus vnquam grandius de Deo loquutus; nullus [illegible] in penitiſſima ſe arcana diuinitatis immerſit; ac futurum olim myſteriorum magis perſpicuis verbis fecit mentionem: & quidquid poſt multa ſæcula ſpectandum, aut admirandum orbi erat, ſæpe ſine vllo tropo ſpectandum in theatrum dedit. Eo ergo factum eſt, vt non modo *Propheta* inter Reges, ſed & Rex inter *Prophetas* haberetur. Quod ſi & quanti illum Deus fecerit, conſiderare volueris, affirmabis, nullum aut gratiorem illi, aut coniunctiorem fuiſſe, vt alicubi non ſit dedignatum Verbum *Dauidis* ipſo nomine mutuato ad tempus & cenſeri, & gloriari. Ier.30.9. Ezech.34.24. Et, 37.23. Non quòd ex illius ſtirpe ſolum naſciturus, & nomine Patris Filius appellandus, ſicuti alicubi Hieronymus voluit; ſed multo maximè, quod *Dauid* in pleriſque perſonam ſuſtinuit Saluatoris, ac vitæ integritate, ac pietatis ſtudio meritus, vt idem ille, cuius ipſe figuram factis ſuſtinebat, illius nomine gloriaretur, atque intelligi vellet. Iam mihi illa expende, quibus nihil grandius dici de Dauide potuit; quẽadmodum nec de Samuele: *Quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta Cor ſuum: & præcepit ei Dominus, vt eſſet Dux ſuper Populum ſuum.* 1.Reg.13.14. Quæ videtur interpretatus Paulus Act.13.22. Vbi Deum loquentem inducit, ac de Dauide teſtimonium perhibentem. *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundum Cor meum; ac qui faciet omnes voluntates meas.* Sed amplius quiddam illis verbis ſignificatum arbitramur; vt ſcilicet ſimilitudo indicetur, & vnitas, quanta inter Deum, & hominem inueniri poſſit, vt ſicut nihil magis vnum ac ſimile in Homine eſt, quam *Cor* vitæ fons cum eo ipſo Homine; ita nihil magis vnum, ac ſimile Deo ſit, quam is, qui *ſecundum illius Cor* factus fuiſſe dicatur. Similitudo autem omnis genitrix amoris eſt; atque vnitas caritatis mater. Hinc is amor quo *Dei Cor* percelli ſe ſentit, vt *Vulneratum* ſe vel quæratur, vel glorietur. Atque in hunc ſenſum dictum arbitramur de Eccleſia: *Vulneraſti Cor meum in vno oculorum tuorum.* Placent quidem oculi tui
: ſcilicet, quos in communi laudari, cum columbarum oculis ſimiles eſſe dixi: Sed Vnus
: ille altius Vulnus impreſſit, & Cor transfixit, vt ad mortem fecerit ægrotare. Id dico gra-
: tiſſimum mihi tuorum Prophetarum cœtum, ſed Vnum inter illos Dauidem mihi ſurri-
: puiſſe Cor, ac velut ſine corde reliquiſſe. Quod ſi memineris, & id etiam eſſe ſingulariſſimæ Caritatis indicium, qua *Dauidem* Deus proſequutus eſt, quod vni poſt Abrahamum de naſcituro ex illius ſemine Chriſto promiſſiones ſunt factæ S. D. E. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Pſalmo 131.11. facile aſſentiere, quam verè dicat Deus, *Dauidem* ipſum *Eccleſiæ* ſcilicet *Oculum ſibi Cor ſurripuiſſe,* cum *Verbum Diuinitatis Cor* eſſe monitum à nobis ſit.

Digitized by Google

NOTATIO XXXIII.

ET IN VNO CRINE COLLI TVI.

I.
Variæ Græcorum lectiones.
Alibi conciliatæ ſunt.
Vulgatus crinem tranſtulit;
Quod retinendũ eſt,
Sed in crine multitudo, & frequentia,
Et vnitas in cõplexu conſideranda.
Capilli autẽ mire decent per collum ſparſi;
Nec minus plexi in funiculos, & circum ligati.
Sic populus diſcretus agminibus primum,
Cum exſcenderet e montibus.
Nec minus ſub Dauide, Deo gratus,

Pro crine 72. ἔνδυμα, ornamentum, habent.

Crinis, hic pro capillorum plexu. Hiſp. Trẽza.

Crinium decor cum ſoluti.

Nec minor cum plexi in funiculos.

VAriare hoc loco Gregorij Nyſſeni, ac cæterorum Græcorum lectionem à vulgato, alio loco monuimus. Nam quod in originibus eſt *Anak* 72. reddere ἔνδυμα, *Ornamentum*, vt etiam alicubi Hieronymus legit. Alij aliter reddidere Hebræa. Eæ autem variantes Lectiones, quomodo conciliari poſſint, ſuo loco dictum eſt, quin à Vulgato recedatur. *Crinem* ergo retineamus, & arbitremur plexum in funiculos, ceruici circum ligatum, quod mire virgines decet ruſticulas, & omni ornatius cultu nobilitat formam. Ergo non vnum, vnicumque *Crinem*, ſeu *Capillum* intelligi oportet, ſed complexionem: id omnino, quod Hiſpani dicimus, *vna trenza de cabellos*. Duo ergo conſideranda ſunt, & multitudo in numero, & vnitas in complexu: vt, cum multi ſint & diſcreti vnum quiddam, & ſingulare ſint. Diximus autem ſuperius hoc eodem capite verſu primo, ſub ſchemate *capillorum*, qui dicuntur *ſimiles Caprarum gregibus, quæ aſcenderunt de monte Galaad*, fidelium illius Populi multitudinem intelligi; curque & *Capillis*, & *Capellis* ſimiles eſſe dicantur, haud improbabili ratione monſtrauimus. Nunc ijdem laudantur *Capilli*, ſed alio ex capite: idem ſcilicet Populus ex alia cauſa. Et vero *Crines* cum è vertice in humeros ſoluti, velut ſinuante ſe patagio negligente curaquieſcunt, naturæ ſolius, non artis magiſterio, mire decent: nec minus *Ceruicẽ* nobilitant, plexi in funiculos, omnique torquium ornatu ſplendidius emicant. Sic & Pop[illegible]s ille, cum agminibus diſcretus, ſuaſque per turmas diuiſus, ſummis ſe montibus inferc[illegible]t in plana, armis ſigniſq; conſpicuus, gratiſſimum oculis ſpectaculum offerebat: Sed multo gratius, cum ſub Samuele, Dauide, ac Salomone, vno Dei cultu nexus, vnius Pietatis ſtudio vinctus, quaſi vno ſpiritu animatus, omni alieno culto neglecto, Deum propitiabat ſibi.

II.
Et ſub pijs Regibus, vna Dei cultu ligatus.
Sed ſub malis Principibus diſperſus,
Ad vani cultus auras quaslibet, diſperſus.
Placere Deo non potuit.
Sed ab Prophetis reprehenſus non ſemel,
Sed collectio vni Chriſto ſeruabatur,
Qui vno religionis ritu,
Diſperſos congregauit,
Colligauitque ſolutos.
Quaſi diffluentes ſponſæ crines, vno nexu vinciret.
Id à Ioãne obſeruatum,
Et à Caipha inſciente prædictũ.
Nec Petro in obſeruatum.

DeiPopulus ſub bonis Principibus vna religione ligatus, ſub malis ſolutus.

Ezech. 34. 6. Eccleſiæ crines diſperſi ſub malis principibus.

Iſai. 53, 6.

Iſai 53. 2.

Chriſtus diſperſos Eccleſiæ crines, vno vinculo colligauit. Ioan. 11. 50.

1. Petr. 2. 25.

Et quidem id dum bonorum Regum pietate velut aperiente vel monſtrante viam, Populus, qui ſeſe ad ſuorum Principum mores ſolet fingere, præeuntes ſequebatur. Succeſſere laudatis illaudati, ſub quorum prauis exemplis vnitas illa, & vnius Religionis nexus ſolutus eſt. Tunc diſperſi ac palabundi *Vnuſquiſque ſuam abijt viam*; & quemadmodum diſſoluti *Crines*, ac nullo conſtricti vinculo, arbitrio flantis vndecumque auræ, ludibrio habentur, agitanturque, quo nihil inornatius, atque incultius eſſe poteſt. Sic Populus, nullius ſcilicet ſtudio ſingulos conſtringente, ad quamcumque profani cultus auram vel leuiſſimam, rapi ſolitus, quidquid laudis ab vnitate fuerat meritus, diſperſione, atque euagatione corrupit. S. D. E. *Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet Paſtor; & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt. Errauerunt Greges mei in cunctis montibus & in vniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt Greges mei; & non erat, qui requireret: non, inquam erat, qui requireret.* Ezech. 34. 6. Et: *Omnes nos quaſi oues errauimus; vnuſquiſque in viam ſuam declinauit.* Iſai. 53. 6. En *Capillos* temerè in ventum ſparſos, nullo nexu cohibitos, nullo vinculo conſtrictos, deficiente ſcilicet curatore Id ergo vni Chriſto ſeruabatur, cuius, inter ingentia mortalibus præſtita beneficia, illud in maximis fuit, vt diſperſos congregaret *Capillos*, ac diſſolutos, vna Religione vinciret, Populos. Ideo ſtatim poſt illa verba Iſaias addit: *Et poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.* Nam originalia ſonant, *Et occurrere in eum Dominus fecit, peruerſitatem, ſiue deuiationem, omnium noſtrum.* Quaſi quidquid extra orbitam ſuam decrrabat, in Chriſtum velut in centrum reuocaretur, ne iam amplius exorbitaret. Quod nihil fuit aliud, quam ſolutos diſperſoſque *Crines* Sponſæ vno nexu conſtringere, ne incultu diffluerent. Atque hoc illud omnino arcanum eſt, quod mali Pontificis Caiphæ ore, Deo mouente linguam, minimè tamen ab eo intellectum, teſtante Ioanne, prolatum legimus. Expedit nobis vt vnus moriatur homo, ne tota gens pereat. *Hoc autem à ſemetipſo non dixit; ſed cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit; quod Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente; ſed vt Filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum.* Ioan. 11. 50. 51. 52. Et Petrus, non eiſdem verbis, eadem tamen ſententia: *Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum.* 1. Pet. 11. 25.

III.
Populũ ergo vna fide, religioniſque nexu vinctum
Vnum crinẽ eſſe affirmat,

Crinis vnus Eccleſiæ populus vna religione vinctus.

Ergo vt, vnde digreſſa eſt, eodem reuertatur oratio, cuius ſtatum Populi fidelis, ſub Dauide, ac Salomone, qui quanquam innumerabili auctu multiplicatus, vna fide, vnius Religionis nexu vna morum norma colligatus, Deo hærebat, his verbis prædicari arbitramur. Nam de fidelium multitudine de veteribus quidam interpretantur, Gregorius M. Philo Carpath. Beda, Anſelmus, Lucas Ab. quamquam in eo diuerſi imus, quod non hæc generatim ad Eccleſiam, ſed ad eum illius ſtatum applicamus, quem habuit ſub Samuele,

Digitized by Google

Quo vulneratus ſit.

Fauent de veteribus quidam.

Impulitq; ea vnitas ad properandã incarnationem.

muele, Dauide, & Salomone, ac omnino ſub bonis pijſque Principibus. *Eo ſi crine vno vulneratum* fatetur Deus, quia nihil magis ei, quam hæc vnio in Fide, ac Pietate placet; nihil potentius amorem extorquet, aut ab benefaciendum impellit, & quaſi cogit: ad id maximè præſtãdum, quod cæteris beneficijs coronidem additurum erat, vnigeniti ſcilicet Incarnationem: vt nõ minus ex hac parte *Cor ſibi ablatum, reſtitutumque* verè poſſet affirmare.

Vnitas in religione efficax ad extorquendam à Deo amorem.

IV.

Sed colli crinem cur dixit?

Quidam ad obſequium promptũ retulere,

Quaſi vno crine duci ſe ſinat.

Sed fortaſſis in eo ſola Dramati ſeruitur:

Cum capilli è capite defluentes

In collum incumbant,

Aut ad conformitatem populi cũ ſacro ordine,

Referendum eſt.

Sed quia non ſimpliciter *Crinem* dixit, ſed *Colli Crinem*, in quo plerique aliquid latere arcani arbitrati ſunt, & id etiam exquirendum eſt. *Collo* cui nimirum imponi iugum ſolet, ad aratrum raptandum, aut trahendas rhedas, obedientiam, obſequiumque, ſiue potius animum ad vtrumque paratum deſignari, alio loco monitum. Ideo hic quidam in *Vno Colli Crine* obedientiam agnoſcunt: immo cum *Vno Crine Collum circumſtrictum* interpretentur, tam promptum Eccleſiæ animum ab obſequendum innui dicunt: vt, vel *vnico Capillo*, quod dicitur, trahi poſſit. Nam & nos eam ad obſequendum alteri pronitatem ſignificare cum volumus, ſolemus dicere: *Dexaràlleuarſe de vn cabello*. Subtile hoc eſt, ſed nec omnino negligendum. Nos quibus *Collum Eccleſiæ*, non ad obedientiam relatum, ſed ad Sacerdotum ordinem eſt, ea interpretandi ratio probari non poteſt, legibus analogiæ prohibentibus. Præſtat ergo, aut nihil in ea Colli mentione myſterij agnoſcere, ſed tantum Dramatis ordini ſeruire arbitrari, quia ſcilicet *Capilli* de vertice in humero defluentes, per *Collum* dimitti ſolent: vel certe *Capillos* in funiculum plexos, *Collo* circumductos interpretabimur, Fidelium frequentem multitudinem Ordini Sacerdotum hærẽtem, ac velut mutuo ornatum accipientem & dantem. Mirum enim eſt, quam Deo placeat ea inter Populum, ac Miniſtros ſacros conformitas, ne quid hiulcum ſit, ne quid diuerſum. Certe Caſſiodoro hic ſenſus probatus eſt, tametſi *Colli* nomine non Sacerdotes ſed ſacros Doctores intelligit, quibus Populi adhæreat multitudo, ſicut boni bonis Magiſtris ſolent hærere Diſcipuli.

Colli crines, Populus in Dei cu Sacerdotib. conformis.

VERSVS X.

QVAM PVLCHRÆ SVNT MAMMÆ TVÆ, SOROR MEA SPONSA? PVLCHRIORA SVNT VBERA TVA VINO: ET ODOR VNGVENTORVM TVORVM SVPER OMNIA AROMATA.

COMMENTARIVS.

V*Berum* appellatione ſupra verſu quinto Populi illius Inſtitutores, ac velut Nutricios, Moſen, & Aaronem accipiendos monuimus, quorum fuit doctrinæ lacte puerum adhuc & rudem in Dei cultu, ac pietate Populum nutrire, quoad, ſolidioris cibi capax, alimentis virorum adoleſceret paſtus. *Lac* ergo *Doctrina* ſit. *Vbera* autem ſeu *Mammæ*, lactis promptuaria, *Doctores*. Ne ſcilicet quis exiſtimaret, defunctis Moſe, & Aarone neminem fuiſſe, qui vicem illorum ſuſtineret, in alimentis illi Populo præſtandis. In quem ſenſum video nobis complerïſque conueniſſe. Quod ſi vllo ùnquam tempore ea Eccleſia, ante Chriſtum, *Sacris Doctoribus* abundauit, illud fuit, quo, perfectè conſtituta Reſpub. & quaſi ad culmum felicitatis deducta ſub bonis Regibus, ſtabili ſecuritate videbatur conſiſtere: conſtititque, quoad ſub malis Principibus, ignauiſquè, luxatis, luxatiſque compagibus afflicta eſt. Sacrorum autem inſtituta, ædificato templo, diſpoſitiſque ſuos per ordines ſacrorum Miniſtris, externique cultus inſtrumentis ingenti cura, atque impenſa paratis, nouum ſplendorem, &, quantum fas mortalibus eſt, Dei tanti dignum maieſtate, tenuere. Adfuit Eccleſiæ ſuæ Deus, &, quantum *Doctrinæ* fuit opus iuueni adhuc Populo, per viros doctrina claros impertijt, ſeu *Prophetas*, ſeu *Magiſtros* appellare malueris: quorum etiam ſub diſcolis Regibus parcus non fuit: ne

Digitized by Google

doctrinæ defectu in peius omnia ruerent. Tales Gad, Natan: & ſequutis temporibus Iſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, & cæteri, qui vel ante captiuitatem, vel in illa, Gentem illam exemplo, inſtitutiſque formarunt. Horum ergo commendat ordinem hoc loco, laudatque à *Pulchritudine*, & quidem cum admiratione. Quo nomine id omne intelligit, quod *Doctores, Magiſtroſque* laude ſua preſtat dignos: atque ea comprehendit, quibus tanti muneris magnitudo conſtat, ad omnes partes implendas. Sed præcipuè prædicat eorum vim ad alliciendos adſe paruulos, imbelleſque Filios: virtutemque ad mutandas mentes, moreſque è prauis, corruptiſque in laudabiles vertendos. Qua laude præſtantiores *Eccleſiæ Mammas vino* prædicat, cui id proprium eſt, vt & alliciat intuentes, allectoſque ſuauitate, vi ſeſe illius in membra maximè cerebrum inſinuante, à ſenſu dimoueat. Addit & de *Vnguentis*, a quibus odorem, ſuauitatemque participabant, quod omnino ad bonum nomen famamque referendum eſſe, locis alijs obſeruauimus: vt intelligerentur cum doctrina ſana laudabiles mores iunxiſſe, quibus non minus, quam inſtitutis, proficeret Populus.

ENARRATIO.

PLacuere alias vbera tua mihi, vt ad laudes cogerent intuentem. Nam & Moſes, & Aaron, & quos Nutricios dedi tibi, dum per deſertum vagarere, omnes Magiſtrorum partes impleuerunt. Nunc illis mortuis, teque in opimam poſſeſſionem inducta, ac Regio honore donata, nouoque, ſed & ingenti aucta ſplendore, omnia in melius mutata ſunt. Quærendi ergo fuere, qui in pulchro tuo corpore Vberum vicem ſubirent, Doctores, ac Magiſtros dedi, quorum Populus inſtitutione proficeret, doctus quid ſe credere, quid agere etiam, oporteat: ſucceſſere ad votum omnia, &, qui in te Doctorum funguntur munere, egregie ſuas partes impleuere. Vnum omnibus ſtudium, ſingulisq; par, cæleſtis doctrinæ lacte prægnantia Vbera præbere Populo: oblatoque dulci latice adſe allicere; allectoſque, ac bene nutritos in alios mutare viros: vt iam prioribus abiectis inſtitutis, in nouos homines reformentur. Video rerum nouam faciem, nec ſolitis gaudijs impleor: quid enim mihi contingere gratius poteſt, quàm ſi communes liberos, generis ſcilicet ſpem, mihi videam quam ſimillimos? Nam & id votum eſſe parentum ſolet, vt in prole ſe intueantur ipſos. Accedit & morum ad meam legem conformitas, Doctorumque vita ad regulam omnis virtutis, ac Pietatis exacta, quæ non minus poſſunt, quam doctrina; ne quid in illis appareat, quo ab ijs, quæ voce prædicant, videantur eſſe diuerſi. Hinc bonum illud nomen, quo & apud Populum in pretio ſunt, & mihi ipſi ſuauem afflant odorem, quo omnium odoramentorum vincunt fragrantiam.

NOTATIO XXXIV.

SVM.COM.

QVAM PVLCHRÆ SVNT MAMMÆ TVÆ.

I. *Iterata vberum laudatio, hic addita. Quod mirum videri poteſt. Ac multo magis, quod tertia ſit adiecta.*

VBerum *Eccleſiæ pulchritudinem* alias Sponſus Deus commendarat, eaque cum gemellis hinnulis, ſeu capreolis compararat; in eaque comparatione, quidquid in illis laude eſt dignum, comprehenderat, vt ſuo loco eſt obſeruatum. Quo magis mirari ſubit, iterum hic ad eorundem laudationem rediſſe. Cum maximè poſterius hoc encomium infra priorem commendationem conſiſtere videatur. Multoque magis eſt mirum, minimè contentum iteratæ laudatione, tertio ad eandem chordam oberraſſe, cap. 7. 3. Immo multa repetita totidem verbis diuerſis locis legimus: quod certè non facilè quæſtionem

Vberum iterum & tertio laus addita, quibus ex cauſis.

Digitized by Google

Id quæſtionē habet difficilem.

Ab alijs intactā.

Maxime ſi de arcana ſententia ſit ſermo.

habet; quam vellemus ab alijs attentius agitatam: ne vel ſcriptoris damnemus iudicium, eadem inutiliter repetentis, velut materia cum omnino deficeret, vel id dixiſſe contenti ſimus, quod quidam coacti ſunt affirmare, id ab ſcriptore confictum ex amantium ingenio, qui eadem ſæpe ſolent, quemadmodum in amatis auide ſpectare, ita iterum, & ſæpe laudare. Et id quidem ſi Drammatis ſenſum exquiras, probabile fortaſſe iudices, quemadmodum & nos iudicauimus, cum locum hunc ſecundum corticis ſenſum tractaremus. At cum hic in arcana verſemur intelligentia, aliud quiddam dicendum eſt, quo arcanus ſenſus impleatur.

II.

Inde vero diuerſi ſtatus Eccleſiæ probantur.
Hic iuuenis at nondum marita.
Alibi maritata, per Incarnationē.
Sed diuerſa hic ab ſtatu priore ſub Moſe.
Cum peregrinaretur in mentibus.
Hic autem iam inducta in promiſſam terram,
Decentiore cultu ſe prodidit.
Et maturior pulchritudine.

Diuerſi ſtatus Eccleſiæ hinc colliguntur.

Mihi illud certum eſt, nullo fortius argumento conuinci, cantico hoc diuerſos Eccleſiæ ſtatus, graduſque ætatis deſcribi, atque in ætate mutationes, quod ſæpe monitum eſt. Hoc enim loco iuuenis adhuc Eccleſia eſt, &, quanquam Sponſæ honore donata, nondū tamen connubij vinculo per Incarnationem Verbo coniuncta. Capite autem 7. iam marita eſt, iam fœcunda, iam multa prole beata, aut mox beanda, quam viro *genuit verbo veritatis*. Vtrobique ergo donanda *Vberibus* erat, ſed munere non eodem: de quo cum in eum locum ventum fuerit, dicemus. Huius ea propria quæſtio eſt, cur, cum paulo antè, Verſu ſcilicet quinto, de *Vberibus* dixiſſet Eccleſiæ: *Duo Vbera tua ſicut duo Hynnuli Capreæ gemelli*, Statim verſu hoc, in quo verſamur, iterum de *Vberibus* eiſdem dicat: *Quam pulchra ſunt mammæ tuæ*. Et: *pulchriora ſunt vbera tua vino*. Diuerſitatem Eccleſiæ ſtatus, qui deſcribitur, facit, nam alibi adhuc in deſerto peregrina, & vaga inducitur per incertas ſedes: hic autem iam in promiſſam terram inducta: melior autem ſe ipſa effecta in vtroque ordine & profano, ſeu politico, & ſacro, noua ſpecie, ſed & pulchriore ſe prodidit; vt placere magis potuerit. Ideo nouæ illi accumulantur laudes, quaſi qui & ſolertius intuitus, & auidius, quidquid ante probarat, nouis ex cauſis, amplius probet. Nec puto minores has eſſe cauſas, cur laudes Sponſi ſit merita, quam quibus ante laudarat eadem illa *Vbera*; ſed potiores, vt mox dicemus. Nunc cæteris inſiſtendum eſt.

Eccleſiæ ſtatus ſub Moſe, puellæ, ſub Dauide iuuenis, & maritæ coniugia.

III.

Difficile autem id oſtendere,
Si cum Moſe conferatur Dauid & Salomon.
Sed de ſanctitate ſermo non eſt.
Sed de doctrina.
In qua ſenſim Eccleſia creuit,
Nam Moſes quidem velut oſſa & neruos contulit,
Carnem, & ſpeciem vix addidit,
Ea alijs cura relicta.
Id præſtitum à Dauide, & Salomone,
Quorum inſtituta, ne excellant,
Quo ciuis ruſticum vincit in cultu.
Inde factum vt noua luce ſplenderet Eccleſia.
Ideoque illius iterum laudantur vbera.

Moſes & Aaron cum Dauide ac Salomone in doctrina comparati.

Quam verè dictum à nobis ſit, ſub Dauide, ac Salomone Eccleſiæ ſpeciem auctam eſſe, ea prima quæſtio eſt. Nam certè ſi perſonas ipſas componas, Moſen ſcilicet, & Aaronem cum Dauide, ac Salomone, haud facile eſt, aliquid inuenire, quo hi illos vincere videantur: cum tamen in illis multa obſerues, quibus excelleant; nec pauca in ſcriptura ſint tradita, quibus ea ipſa excellentia iudicata ſit. Sed nunc tamen de interiore ſanctitate quæſtionem non moueo, neque enim puto hoc loco ad eam eſſe reſpectum, niſi ex quadam rerum conſequentia. De *Doctrina* ſermo eſt, non quatenus à Prophetis, ſed quatenus à Doctoribus, ac magiſtris in populum manat. Hæc autem *doctrina* alia ad Diuinitatis arcana, alia ad agendi rationem ſpectat. In vtraque autem Eccleſiam poſtquam inducta in Chanaanitidem eſt, & Regno ſtabilita, & Templo nobilitata, multo ſe maiorem effectam, quam cum vagaretur per deſertum, fuiſſe, dubitari non poteſt. Senſim .n. & ſuos per gradus cœleſte lumen increuit, ac per ſacrorum Hominum os, velut per vitreas feneſtras, illatum in hominum mentes eſt. Et à Moſe quidem multa de Dei maieſtate ſunt tradita, ac de debito illi cultu, ac ſacrificiorū ratione: multa cura latæ leges, tū in ſæculari politia, tum in ſacra. Sed omnia illa merito quidem præceſſere, velut oſſa, & nerui corporis humani fabricæ ſubſternuntur. De cæteris, quibus, velut carne, & cute, reliqua contegenda erant, vt fabricæ ſpecies adderetur, & parcè, & modicè Moſes ipſe præſcripſit, ea ſcilicet alijs cura ſeruata. Succeſſere in opus alij, quibus id potiſſime laboris incubuit, vt nouis inſtitutis Dei Populum informarent, adderentque velut carnem oſſibus, carni cutem, cuti colorem, ſplendoremque. Nec aliud arbitrabere ſi rerum diſcrimen expenderis, & doctrinæ. Nam certè & Dauid in Pſalmis, & Salomon in libris ſuis, ſeu futura olim arcana rimantur, in diemque, & lucem proferunt; ſeu morum doctrinam tradunt Populis, tam mihi videntur excellere Moſis quoad vtrumque inſtituta, quemadmodum vrbanis artibus ciues exculti, ruſticis præſtant; ſeu agendi rationem, ſeu ſentiendi formam expenderis. Effecere autem illis artibus, vt noua illa Eccleſia luce ſplēderet, noua ſpecie commendaret ſe Deo: laudari ergo à noua pulchritudine debuit, nec illorum tacenda Doctorum, Magiſtrorumque merito, quorum inſtitutione profecerat. Quo nos ſenſu putamus dictum quaſi ab admirabundo: *Quam pulchra ſunt mammæ tuæ*.

Moſes oſſa & neruos doctrinæ contulit. Dauid & Salomon carnem, cutem colorem.

Noua Eccleſiæ ſpecies à doctrina Dauidis, & Salomonis.

IV.

A pulchritudine, id eſt ab ijs dotibus.
Quæ probantur in vberibus,
Id Hebræum nomen, id Græcum ſignificat.
Fuit autem tanta hæc doctrina laus,

Pulchritudo mammarum myſticarum in quo ſita.

Doctrina granditas in Dauide & Salomone, & Iſaia.

Pulchras autem cum *Mammas* dicit, id intelligit omne, quod in Doctoribus exigitur, vt eo honore ſint digni: nam vocabulum Hebræum *Caphu*, pro *optimo*, ac *laudabili*, *in quocunque genere* ſumi, loco alio monitum à nobis eſt, & ab ea ſignificatione non longe abſcedere Græcum, ac Latinum nomen. Habet autem & ipſa loquendi forma, qua non ſimpliciter *Mammæ Pulchræ* dicuntur. Sed cum admirationis ſenſu, epitaſin, qua laudationis modus creſcit; quaſi tanta fuerit *myſticorum Vberum gratia*, vt vel ipſi Deo admirationi fuerit. Et vero tanta eſt doctrinæ vis in Eccleſiæ Doctoribus, quantum ad eum attinet ſtatum, in quem hæc referenda diximus, vt vel magnarum mentium ingens capacitas ſuis anguſtijs laborauerit; ac tanta doctrinæ mole obruta, ſuccubuerit. Certe

quidquid

Digitized by Google

Vt nullo ingenio capi poſſit,
Argumentum eſt vel vnus Cantic. liber:
In quem multorum ſudauit induſtria,
Nec adhuc exhauſtæ opes.

quidquid in Dauide, Salomone, Iſaia, & cæteris legimus, nouum ſemper legentibus eſt; & poſt doctiſſimorum virorum proliſſiſſimos, atq; eruditiſſimos Commentarios, hærendum ſæpe eſt, & altius fodiendum, vt nouos theſauros eruamus: quodque multo eſt grãdius, quod falſi veteres ſunt, & nos fatemur ingenuè, & poſteri omni tempore fatebuntur. Vel vnus hic Cantici liber in exemplum aduocetur, in quem numerare ſi velis & veterum, & recentium Commentarios, inuenies fuiſſe ferme centum quadraginta, & tamen nulla ſuperiorum diligentia tanta fuit, quin multa, qui ſequimur, in ſingulis requiramus, multa quæ maiorem lucem optent, cogantque altius infodere, ad nouas, nec ante viſas diuitias eruendas. Iure ergo ea *Eccleſia vberum Pulchritudo* ab Sponſo laudatur.

140. Interpretũ ſtudium in exponendo. Cant. libro.

V.

Sed cur non Vbera, ſed Mammas nominauit;
Quidam Mammas puellarũ eſſe volunt,
Eoſque intelligũt, qui ad huc ſub magiſtro diſcunt,
Sed obſtat Hebræorum nomen,
Quo non ſolæ Mammæ puellares ſignificantur,
Id oſtenſum ex vſu vulgati,
Immo & 72. Interpretum.
Et eorum latina verſione,
Et vſu probatorum ſcriptorum.
Nec rerum ipſe credo id patitur.
Nec ſtatus Eccleſiæ qui deſcribitur.
Mammas ergo Doctores interpretabimur,
In quibus lac doctrinæ maturum continetur.

Cæterum quod non *Vbera*, ſeu *Mammæ* dicantur, quorundam ſententia, ratione non vacat. Volunt *Mammas* Puellarum eſſe, nondum lacte diſtentas, vtpote nondum Matrum: *Vbera* autem, vt pote quæ ab *vbertate* ſint dicta, earum eſſe, quæ Filios lactant. Hic ergo *Mammarum* appellatione *tenellam Fidelium prolem* intelligendam, ideſt, homines adhuc in doctrina rudes, qui ſub Pædagogo, aut Magiſtro diſcunt: nondum alios lacte doctrinæ nutrientes. Sed ſi tamen in diſcendo perſeuerent, aliquando plenis *Vberibus* Lac infantibus doctrinæ inſtillaturos: *Vbera* contra Doctores multa ſapientiæ vbertate pabulum Populo miniſtrantes. Sed hunc ſenſum neq; verba patiuntur ipſa, nec ſententia verbis ſubiecta. Nam Hebræum *Dodaick*, pro amoribus poni, docti quidam arbitrantur, vt loco alio monuimus, tametſi nos eam ſententiam confutauimus. Illud tamen certum eſt, eo nomine puellarum mammas adhuc rudes, & acerbas ſolũ minime ſignificari, & adhuc immaturas ad prolem gignendam. Nam quam vocem hic vulgatus *Mammas* reddidit, multis alijs locis hoc eodem Cantico reddidit *Vbera*: immo hoc eodem verſu ſecundo loco, vt certum ſit, nullum in ea re myſterium agnouiſſe: ſed variandæ orationis gratia vocem mutaſſe. Idem autem à 72. obſeruatum in voce Græca μαςοὺς, qua hic, & locis alijs vſi perpetuo ſunt. Immo Latinus eorũ interpres in Editione Baſileenſi An. M.D.L. quod cap. 8. 8. Legimus apud 72. Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ· καὶ μαςοὺς οὐκ ἔχει reddidit: *Soror noſtra parua, & Mammas non habet*, quod de *Vberibus* eo ſenſu verum eſſe non poteſt, ſi diſcrimen placeat: cum puella *Mammis* carere non poſſet, ſi *Mammas* puellares ſolum, ac necdum lacte prægnantes intelligas. Sed ad latinum vocabulum *Mamma* apud nullum probatum Authorem, pro ſolis Puellarum adhuc crudis, atque immaturis *Vberibus* vſurpatum meminiſſe poſſumus. Ergo ſenſum illum Honorij (illius enim eſt) verba minimè patiuntur. Sed nec rerum ipſe ſtatus, ac interpretationis ſeries eum admittit ſenſum, vt his verbis illi intelligantur, qui adhuc rudes in doctrina, ſolerti inſtitutorum excoluntur ſtudio, vt ex toto interpretationis filo intelligere lector poteſt. Certum igitur ſit, quod pleriſque placuit, *Mammas Eccleſiæ Doctores, & Magiſtros* eſſe, qui hauſtam cœlitus doctrinam mentibus, velut quibuſdam exceptam promptuarijs, percoquunt, atque quodammodo mutant in alimenta Fidelium, quibus nutriantur & creſcant, in maturam ætatem plenitudinis Chriſti.

Mammæ hic puellares non ſunt.

Dodaick. Hebr. quid ſit.

72. Lectio, & verſio latina.

Status Eccleſiæ mammas puellares reſpuit.

NOTATIO XXXV.

PVLCHRIORA SVNT VBERA TVA VINO.

I.

Mammarum cũ vino comparatio difficilis intellectu.
Sed firmãda prius lectio.
72 verſio, & ex ea Nyſſeni ſenſus,
Vbera iam Eccleſiæ non lacte ſed vino turgere.
Ideſt, robuſto virorum potu
Id non ſolidum eſt,
Cum 72. alibi aliter tranſtulerint,
Vt ſola comparatio inſtituta monſtraretur.

SED *Mammarum cum vino* inſtituta ab ſacro ſcriptore comparatio multorum excitauit ſtudium ad exquirendum in quo maximè ſit ſita: nam alienior certè videtur, quam vt facile accommodari ſimilitudo *Vberibus* poſſit. De ea nos re, quantum facit ad Corticis ſenſum, ſuo loco diſſeruimus. Hic antequam de ſenſu dicamus arcano, quid alij ſenſerint iudicandum, expendendumque eſt. Sed ante omnia firmanda lectio eſt. Nam 72. hoc loco, quod in Originibus legimus *Mijain*, quodque Vulgatus reddidit *Super Vinum*, quam optimè, illi reddidere: *A Vino*. Vnde nata Nyſſeni, aliorumque, eius prementium veſtigia, interpretatio, quaſi ſenſus ſit, *Vbera inde commendari Eccleſiæ, quod non iam lacte, infantium nutrimento turgeant, & imperfectorum pabulo, ſed Vino, id eſt doctrina immortalitatis, ad eorum lætitiam, qui perfectiorem ingreſſi ſemitam cœleſti perfundi lætitia mereantur.* Ita vt omnis *Vberum* pulchritudo ab ea doctrina manarit, quam *Vini* nomine intelligendam contendunt. Hærent Nyſſeno, vt in pleriſque, Thedoretus, & Pſellus. Sed vno verbo cõuellitur hæc ſententia. Nam ijdem illi 72. qui Hebræum vocabulum hoc loco, *Mijain*, reddidere, *A Vino*, cap. 1, 1. reddidere *Super Vinum* ὑπὲρ οἶνον, vt certum ſit, hic non alio ſenſu reddidiſſe, *A Vino*, quã illic *ſuper Vinũ*. Scil. non vt pulchritudinis cauſam indicarent, à qua illa eſſet; ſed vt cõparatione augerẽt quemadmodum cũ c. 1. Eccleſia dicit: *Meliora ſunt vbera tua vino*, ſeu, *ſuper vinum*. Optime ergo vulgatus vtroq; loco eodẽ reddidit modo.

72. Lectio expenſa.
Nyſſenus.
Eccleſiæ vbera non iam lacte ſed vino turgere.
Theodoretus, Pſellus.

Quid

Digitized by Google

II.
Sed quidam iniri comparationem volunt.
Eccleſiæ doctrinæ cum mundi ſapientia.
Quæ velut vinū eſt auſterum, & ebrietatem inducens
Sacra vero doctrina velut lac, nutrimentoſa.
Qui fontes haud tempore exaruere,
Sed largo manātes,
Arua irrigauere Eccleſiæ.
Non vt mundana doctrina
Quæ & manca & inſalubris.

Lac doctrina Eccleſiæ, vinum profana ſapientia.

Quid autem ea comparatione Sponſus voluerit, non omnes eodem explicant modo. Quidam iniri comparationem volunt, inter doctrinam cœlitus ad animas informandas inſtillatam,& mundi ſapientiam: illam lac dici, quod & ſuauis guſtatu, & apta ad nutriendum ſit: hanc *Vinum* eſſe, & auſterum guſtu, & ebrietatem inducens. Probabile id eſt,nec ineptum ad noſtræ interpretationis conſequentiam: nam ſacrorum Magiſtrorum, maxime Dauidis,Salomonis,Iſaiæ,ac cæterorum doctrinæ id proprium eſt, vt pabulo,vt ita dicam,ſubſtantiali,& ad nutriendum potentiſſimo, mentes reficiat; quæ velut ſatæ in vbera gleba arbores, iugi irrigatione potæ, comam porrigant, ac proferant fructus: Sic dictum de iuſtis eſt: *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte; Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo; Et folium eius non defluet, & omnia, quæcumque faciet proſperabuntur.* Pſalm. 1. 2. 3. 4. Nec poſt tot annorum curricula exaruit ille fons; iugi adhuc vena, & largiſſimo manat latice, Horto Eccleſiæ irrigando, ac fæcundandis arboribus: vnde æternum Ver, Autumno coniunctum: vt nullo vnquam tempore vel flores, vel fructus deſideres: ſed, mira, ac raro viſa opimitate naturæ, quoad cuiuſque ætatis ſeu honores,ſeu diuitias,tempora miſceātur. Id cæleſtis doctrinæ proprium eſt, quæ de inexhauſto,ac perſpicuo diuinitatis gurgite manat, fluxu nunquam ceſſaturo; aut irrigandi ipſo munere atque impenſa defecturo. Humana omnis ſapientia,niſi de ſacri huius latitis vena participet puritatem, & cœno multo permixta, & inſalubri humore corrupta, fruges corruptione inficit; vt cum ſitim non minuat, victuris afferat mortem: vt de illa videatur ſub vini typo dictum.*Ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & quaſi Regulus venena diffundet.* Prou.23.31.

Pſal.1.2.3.4.

Doctrina Sacra eadem ſemper, nec deficere potens, nec exhauriri.

III.
Minus apte, qui Euangelicam doctrinam,
His legali præponi exiſtimarunt,
Verius Moſis doctrinæ, Dauidis præponi doctrinā dicas.
Nam illa auſtera ſemper,& aſpera,
Et timorem ſolita ingenerare.
Non amorem in populo.
Contrà Dauidis & Salomonis inſtituta
Blanda,ſuauia, & amorem inſtillantia.
Ergo Eccleſia olim crudo adhuc lacte diſtenta,
Crudos nutriens Filios,
Poſtea magis excocto lacte eoſdē aluit,
Nam magnè intereſt ad nutriēdum bonitas lactis.
Itaque Moſes velut nutrix ruſtica,
Ac ruſtice educata.
Ruſtice Filios enutriuit.
Dauid, Salomon, Iſaias,
Nutrices cultius habitæ,
Cultius Filios nutriere.

Caſſiodorus. Euangelica doctrina legali cōparata.

Minus probanda Caſſiodori ſententia,ſi quidē interpretationis noſtræ formam non improbes,qui initium Euangelicæ doctrinæ, (hanc lac interpretatur) legali præſtare exponit, inſtar *Vini* auſteræ.Nam certè hic nondum de Euangelio ſermo eſt: Aptius contra horum,quos diximus Prophetarum doctrinam cum Moſes ipſius comparabimus inſtitutis: in quibus multum auſteritatis. Fere enim, quæcumque à Moſe ſunt tradita, ſeueras leges continebant; vt pauore, atque anſietudine animi hominum complerentur, vix vt auderent reſpirare; ac vel ad auditum Dei nomen,ac vocem auribus inſonantem,& ſupplicia horrerent,& mortem præſentiſſimam cogitarent. *Loquere*, inquiunt, *tu nobis,& non loquatur nobis Dominus: ne forte moriamur.* Quibus ille ad eundem ſaporem; *Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus; & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.*Ex 20.19. 20. Vides *Vini* auſteritatem: cum & Moſes ipſe,cum maximè oporteret, eam ſeueritatem mitigare neſcierit. *Nolite*, inquit, *timere*; & tamen mox admonet pauore multo cōſternatos, non alio id factum fine, quam vt in eis eſſet *Dei terror*, quo à peccando continerentur.Ne timeant,iubet,quos ideo terret,vt timeant: vt nec verbis auſus fuerit ſeueritatis auſteritatem mitigare. Contra ſi propius & Dauidis,& Salomonis, & Iſaiæ doctridoctrinam expendas, vix quidquam, niſi dum impijs intentant, minas, inuenias, quod non mite, ac ſuaue, aptiſſimumque ad amorem Dei conciliandum ſit. Longum eſſet per ſingula currere.Vt quantum diſcriminis inter *Lac*,& *Vinum* eſt,tantundem inter doctrinam ſit,& doctrinam. Sit ergo loco hoc is horum verborum ſenſus: tantum iam Dei Eccleſiam eo tempore profeciſſe,vt quæ Moſis tempore crudo adhuc lacte, atque auſtero populi illius paruulos nutriebat, qui lacte illis qualitatibus inſperſo paſtus, eandem auſteritatē,ac,vt ſic dixerim,cruditatem induebant,iam robuſtior facta,naturę ipſius viribus auctis,excoctius,ac defœcacius lac Filijs inſtillaret,quo illorum in ſimiles qualitates mutata natura, nouum ingenium moreſque indueret: notum enim eſt ex phyſica diſciplina, quanti momenti ſit ad ingenium, moreſque puellis lactentibus vel perficiendum,vel inficiendum nutricum ipſarum lac. Iuuat rem ſimilitudine exornare appoſita, vt putamus. Exiſtima Populum ſub Moſe, tanquam ſub nutrice quidem, egiſſe; ſed ruſticè, & cum ruſticis verſare ſolita; ideoque & ruſticitatis multum retinente: quam partim ruſticorum contubernium,partim victus ruſtica, & dura ratio,& cibi vulgaris induxerint. Hinc lac doctrinæ qualitates traxit,& in Filios,aut alienam,ſed ſibi commiſſam prolem, trāſtulit, Sub Dauide, Salomone,Iſaia, nutricibus, vt ita dixerim, cultius habitis, & ciuilius educatis,ac cibis delicatioribus enutritis,alius Populi color fui, alijt mores cum lacte de nutricantium vberibus tracti. Atqui in hunc ſenſum fortaſſe dictum: *Pulchriora ſunt vbera tua vino.* Probabile id ſit, vt tacita ineatur comparatio inter Moſen,& Dauidem, cæteroſque, adultioris ſcilicet Eccleſiæ *Vbera*,bono Filiorum,ſalubri,ac delicato lacte tumentia. Senſim ſcilicet Eccleſia proficit, atque ad futuram Verbi Incarnationem diſponitur, eamq; altitudinem doctrinæ, quam,eo Doctore, atque inſtillante, hauſturi ſunt de illius *Vberibus* Filij, vt ſuo loco dicetur.

Exo.20 19.20. Moſes etiam ſolaturus Populū acerbius loqui ſolitus.

Dauidis ac Salomonis doctrina Moſaica blandior.

Moſes nutrix ruſticius educata.

Dauid, Salomō. Iſaias nutrices cultius habitæ.

IV.
Non ergo māmæ Eccleſiæ Caritas Dei & proximi.

Gregorius.

Atque id magis forſitan probandum,quam quod M.Gregorius probaſſe viſus eſt. Qui vtramque *Eccleſiæ Mammam* interpretatur *geminam Dei & proximi dilectionem*: *Vinum* autem

rerum

Digitized by Google

rerum curam temporalium, quibus mentes hominum alienantur à Deo, & ebria deerrant ab omni virtutis ſemita. Hoc *Vino* eſſe Eccleſiæ *Vbera Pulchiora*, quia illis parui Filij nutriuntur, & creſcunt: hoc ad mortem ſauciantur. Pulchrè dicuntur hæc, ſi ſola verba, conſideres, à prioribus, ſequentibuſque diſcreta: ſi rerum ordinem, erit quod deſideres. Et alioqui cum *Pulchriora vbera vino* prædicat, quandam inter illa, & *vinum* ſimilitudinem iudicat eſſe. Vt ſcilicet *Vinum* pulchrum ſit quidem, ſed *Vbera pulchriora*. Cum tamen ſi *Vino* temporalium rerum curam, ſtudiumque accipias, pulchrum dicere minime poſſis. Abeſt ergo comparationis totius gratia: nec grande quiddam de caritate Dei & proximi dicas, quæ *Vbera* ſunt Eccleſiæ, ſi ſolum ea pulchra, eius, quod minime pulchrum ſit, comparatione fatearis. Aliquid ergo quærendum in *Vini* ſignificatu myſtico eſt, quod tametſi laudem meritum, infra *Vberum* laudem ſit: ſiquidem *Vinum* ad arcanum ſignificatum pertinere volueris, nec totum illius munus in cortice definiri. Richardi Victor. Interpretatio non litteralis eſt, hæc accipientis *de duplici compaſſione ſeu miſericordia Eccleſiæ, ſpirituali, & corporali; ſi quidem cum ſeueritate iuſtitiæ componatur. Hanc ab illis pulchritudine vinci, quia tametſi laude ſua, ac merito digna, per illas tamen ſi melior Deo Eccleſia eſt, ideoque & Pulchrior, cui proprium eſt, miſereri ſemper & parcere*: vt idem huius Commatis ſenſus ſit, eorumque: *ſuperexaltat Miſericordia iudicium.* Iac.2.13. Longe alienius interpretatus Aponius, qui *Mammas* ab *Vberibus* ſignificatu diſtinguit, atque illas ad *fæcunditatem*, hæc ad *Virginitatem* referenda arbitratur: vt in altero benedictio prolis, in altero integritatis lauderur gloria: quod vtrumque decus commendat Eccleſiam. Nam eam diuerſitatem minime originalia patiuntur, quæ loco vtroque idem vocabulum habent, *Dodaick*; nec aliud membro ſecundo, quam primo voluit ſacer ſcriptor, quam *Vberum* Eccleſiæ commendare *pulchritudinem*: niſi quod priore membro ſimpliciter ea laudar, atq; ad admirationis affectu commendat; poſteriore ſcitiſſima cum Vino comparatione, vt omni orationis forma ſeruiat laudationi.

Nec vinum rerũ temporalium curas.
Quod Gregorio placuit.
Nam vbera & vinum ſub eodẽ genere boni comparantur,
Quod cura temralium non quadrat.
Vino ergo aliquid indicatum, quod bonum ſit,
Quo meliora ſunt vbera.
Richardi ſenſus haud aptior,
Quia nec litteralis eſt.
Nec Aponij, quẽ originalia reſpuũt.
In quibus vtroq; loco eadem vox.
Niſi quod poſteriore, comparatione rẽ illuſtrat,

Vbera & Vinũ ſub genere pulchri comparantur.
Richard. Vict.
Iac.2.13.
Eadem id Hebræa vox pro vberibus, & Mãmis.

Quid in aliorum ſententijs nobis probetur, vel improbetur, hactenus dictum eſt: reſtat, vt quo ſenſu hæc arbitremur dicta, explicemus. In *Vberibus* duo conſiderari poſſe, alio loco monuimus, & nutriendi vim, & aliciendi; immo & ad amorem compellendi, & quodammodo tranſmutandi. Id, *Inebriandi*, verbo ſæpè in ſacris Litteris ſignificatur. S.D.P. *Veni inebriemur Vberibus*. Prou.7.18. Et: *Vbera inebrient te, omni tempore*. Prou.5.19. Hunc nos duplicem effectum myſticorum *Vberum* Eccleſiæ hic ſignificari putamus, vt ſe dicat Sponſus, non modo eorum captum *pulchritudine*; ſed omnino velut illectamento Potentiſſimo, quin reſtitare potuerit, raptu: immo & quodammodo trãſmutatum. Ideo cum *vino* comparat, cui vtrumque conuenit: & allicere, antequam potetur; & inebriare poſtquam potatum ſit: vincere autem in vtroque *vbera*, quod vtrumque potentius præſtent: alterum pulchritudinis aſpectu, alterum lactis hauſtu. Quod ſi Doctores eius Populi ſub bonis Principibus, & florente Dei cultu, quos *vbera* illius Eccleſiæ interpretati ſumus, conſideres, haud forſitan inficiabere hæc probabiliter latis diſputari. Habet .n. eorum doctrina quoddam illicium, quo ad ſe animos trahat, & vel alieniſſimos inuitet. An non illa ſunt in Pſalmis, Cantico, Prouerbijs, Eccleſiaſte; immo & ſapientia, & Eccleſiaſtico frequentiſſima illectamenta ad capeſſendam doctrinam? *venite, Filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis eſt homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Pſal.33.12.13. Et: *Audi, Fili mi, diſciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ; vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Prou.1.8. & ſimilia multa, quæ paſſim occurunt in ſapientialibus libris, quibus benigniſſima mater nihil molitur aliud, aut agit, quam vt nudet *vbera*, lac oſtentet, potus dulcedinem commendet, ad alliciendum vtroque Filiolos, vt in ſinum currant, velut in delitiarum verarum promptuarium? Has Libri Moſis non continent animorum illices voces; omnia potius duriſſima præcepta continẽt, minarum detonante procella, & ſuppliciorum tempeſtates: non blanditias. Sic ſæpè infantibus blandæ nutrices *Mammas* oſtentant: nec alio illicio opus ad aduocandos etiam contumaces.

V.

Sed vberibus duplex vis ineſt,
Et nutriendi, & alliciendi, & ad amorem compellendi.
Id inebriãdi verbo indicat s.s.
Ea autem duplex vis, hic ſignificatur.
Ideo vino comparantur,
Cui vtrumque ineſt.
Vtrumque vero proprium doctrinæ Dauidis.
Et etiam Salomonis,
Quod intelliges ex s.s.
Nudat ergo Eccleſia vbera
Vt alliciat Filios.
Quod non habet doctrina Moſis.
Semper auſtera & dura.

Vberum duplex vis, nutriẽdi, & alliciendi immo & inebriandi.
Dauidis ac Salomonis doctrina illiciũ quoddam habet, quo allicit.
Pſal.33.12.
Prou.1.8.
Eccleſia nudatis vberibus filios inuitat.

Sequitur effectus alius, *Tranſmutatio mentis*, quæ *inebriationis* reſpondet. Et vero quãquã *doctrina omnis, diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo* Dei, *ad omne opus bonum inſtructus*. Teſte Paulo 2. Tim.3.16. non æque omnia ſingulis ſcripturæ partibus conueniunt. Sunt quædam quibuſdam propria, ſunt quædam alijs. Sed Libris Pſalmorum, & quos dicimus ſapientiales, id commune eſt, vt illas formas omnes dicendi, docendiq; contineant. Id enim in illis proprium eſt, vt doctrinales ſint, ad eruditionem animorũ, inſtructionemq; conſcripti. Et quanquam id commune omnibus ſcriptorum ſacrorum partibus eſt. Vt Lectorem meliorem, inſtructioremque, quam venerat, dimittat, peculiare tamen Libris, quos diximus eſt; vt qui paulo attentius eorum lectioni incubuerit, in alium hominem mutari ſe ſentiat, vt ſe propemodum à lectione non eundem agnoſcat, fateaturque. Hanc ergo vim tranſmutandi mentes hominum Eccleſiæ *vberum* Deus commendat. Nihil enim grandius de illius Doctoribus potuit dicere, eo quidem ſtatu illius Reipub. quam ſi potentiſſimos

IV.

Alius vini effectus, mentẽ tranſmutare.
Quod melius doctrina Dauidis conuenit,
Et Salomonis,
A quorum lectione melior lector recedit,
Velut mutatus in alium.
Hanc Eccleſiæ dotem Deus commendat,

Vini effectus alius, mentis tranſmutatio: quæ etiam in eſt vberibus.
II. Tim.3.16.
A lectione Dauidis & Salomonis melior recedit lector.

eſſe

Digitized by Google

Quod idem de Dei verbo dictũ ab Iſaia.

Quod ſemen enīſ ſum

Vacuum nunquã redit,

Sed efficax eſt in omnibus.

Iſ.51.10.11.

Dauidis & Salomonis doctrine raro effectu fruſtratur.

eſſe doctrina ſua fateretur, ad eorum, quos *Papillis* admouerent ſugendo lacti, in viros nouos tranſmutandos, vt de horum ſcriptis dici poſſit, quod de Dei verbo generatim dictum ab Iſaia Cap.51.10.11. *Quomodo diſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur* (nunquam effectu ſuo fruſtratur) *ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit; & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti; ſic erit Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: ſed faciet quæcumque volui: & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.* Hæc ergo duplex *Vberum* Eccleſiæ commendatur vis, & *Alliciendi*, & *tranſmutandi*: nec opus eſt in *Vini* myſtico ſignificatu hærere; ſatis eſt, ſi ex propria, & immediata *Vini* vi, ad demulcendum atque inebriandum, comparatio *myſticorum Vberum* deſumatur.

NOTATIO XXXVI.

ET ODOR VNGVENTORVM TVORVM SVPER OMNIA AROMATA.

I.

De veſtimentorũ odore Nyſſeni ſẽtentia.
Opera ex Euangelis norma,
Legis operibus meliora.
Id ſubtiliter dictum,
Sed ortum ex deprauata lectione 72.
Theodoretus interpretatur veſtimenta Chriſtum,
Ex Paulo ſcilicet.
Sed id huic loco minus aptum.
Neq; locus fauet Apoſtoli,
Induimus enim Chriſtum,
Per imitationem illius.

Nyſſenus.

72. Lectio apud Nyſſenum deprauata.
Theodoretus.

Chriſtus veſtimentum Eccleſ. *Rom.13.14.*

Coloſ. 3 9. Chriſtum induimus imitatione virtutum illius.

QVI 72. Interpretum Editionem ſequuti ſunt, in *Veſtimentorum odore*, id eſt arcano ſignificatu, non omnino conuenere. Gregorius Nyſſenus virtutum opera, ab Eccleſia facta ex Euangelicæ legis norma, quæ legis veteris ſint prælatæ ſacrificijs (hæc enim *Aromatum* appellatione comprehendit) arbitratus eſt, *Veſtimenta* dici: quod quemadmodum indumenta extrinſeca ſunt, nullo impedita obice, quin ſtatim oculis objiciantur: Sic virtutum opera ex Euangelica norma facta, ſine vllis figuris, quibus contegantur, appareant; quod veteris legis operibus minimè contigit. cum omnia in figuris contingerent illis, & ſacrificiorum ſub typo laterent myſteria, veluti ſub veſtibus corpora. Subtile hoc eſt, & ex Nyſſeni ingenio, qui ſæpè ſubtilioribus delectatur: ortumque ex deprauata 72. Lectione, quod alio loco monuimus: niſi *Odorem* illud, qui commendatur in Eccleſia non ab *Vnguentis*, ſed à *Veſtimentis* diffundi, arbitrati ſunt. Vide quæ Com. Dramat. diximus Cap.IV. Not.XXXVI. Longius abſceſſit Theodoretus, qui Veſtimenta Eccleſiæ Chriſtum interpretatur, quia de eo dicit Eccleſia; *Induit me Veſtimentis ſalutis, & indumento Iuſtitiæ circumdedit me.* Iſai.61.10. Et Paulus hortatur nos: *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Rom.13.14. Nam ſtatim apparet, aliud quiddam voluiſſe cum alioqui nõ aliter induamus Chriſtum, quam eius imitatione virtutum nobis propoſita; eaq; velut indumentis nouis ornata anima: quemadmodum loco alio clarius idem Apoſtolus, optimus ſui ipſius interpres hortatur. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem; ſecundum imaginem eius, qui creauit illum.* Coloſ. 3.9.10. Nam quo ſenſu dixit *expoliare nos* oportere *veterem hominum*, imitatione peccati ſcilicet; eodem dixit, neceſſe eſſe, vt *nouum induamus*, ſcilicet imitatione virtutis, & ſanctitatis. Quod ſi id Theodoretus voluit, vt velle certè debuit, eius Nyſſeni ſenſu, ſenſus omnino conueniet, nam & per *Aromata virtutes legales* intelligit. Alijs ergò verbis idem ſenſus traditus à Theodoretò eſt.

II.

Sed Gregor. mãuult,
Vnguenta, opera ex caritate facta,
Aromata, opera reproborum,
At neque id hærere videtur.
Nec bonum quid habendum mali ſolius comparatione.

Greg.M.
Vnguenta opera ex caritate facta. Aromata opere ſine illa.

Exiguum bonũ eſt, quod mali cõparatione eſt bonum.

Qui vulgati verba interpretantur, ne ij quidem, vna eademque iuere ſemita. Gregorius M. *Vnguenta, opera,* interpretatur, *ex caritate facta*; *Aromata* autem, *reproborum opera, quia ad virtutes morales, aut etiam Theologicas, ſine caritate factas ſpectant.* Halant enim hæc etiam in Reprobis odorem boni exempli, ſed ad vitam non proficiunt. Sed ſtatim apparet id litterale non eſſe, nec admodum loco aptum. Nam comparatio omnis inter res aliquo modo ſimilis ſit, neceſſe eſt, ea autem ſine caritate facta opera reproborum Deo placere non poſſunt, nec benè olere, vt pote mortua, odore ſcilicet illo, quo delectatur ille. Nec magnum aliquid de *Vnguentorum*, id eſt operum à caritate ſuauitatem trahentium, ſuaueolentia prædicaret, ſi ſibi ſolum illis ſuauiora fateretur, quæ nulla ſuauitate commendantur. Parum enim id boni habet, quod mali ſolum comparatione bonum habetur; aut eius omnino quod bonum non habetur.

III.

Beda ſenſus probabilior.
De Euangelij odore.

Beda.

Probabilius, quod Beda voluit, *Vnguentorum* Eccleſiæ *odorem ad Euangelij propagationem pertinere; Aromatum* autem *ad veteris Fidei formam curſumque, Iudææ regionis anguſtis terminis, velut carceribus cohibitum.* Id ſequeremur libenter, ſi hic Chriſtianæ Eccleſiæ curſum, ac prædicationem agnoſceremus; nam habuit ea prædicatio magnam cum odorum diffuſione ſimilitudinem, vt alio fortaſſe loco dicemus.

IV.

Potior aliorum ſenſus.
De fama & bona exiſtimatione doctrine,

Iuſtus Vrg.
Anſelmus.
Vnguentorum odor fama doctrinæ.

Sed præſtat omnino Iuſti, Anſelmi, aliorumque ſententia, ſiquidem eam ad noſtræ interpretationis ſeriem aptare poſſimus; qui hæc exponunt de *fama*, & *bona exiſtimatione chariſmatum, quibus Eccleſiam ſuam Deus ſeu ornauit, ſeu inſtruxit.* Nam, quod ſæpè dictum eſt; quæ commendatur hoc libro ſuaueolentia, ad bonum nomen famamque

Quæ ſi referat ad Dauidem ac Salomonem,

Loci ſenſum implebis,

Exemplo ſit Regina Sabæorum,

Quæ audita ſapientiæ fama,

Illum adijt,

Mirata rem fama maiorem,

Id argumentum Chriſti

Aduerſus ſuam gentem,

Quæ ſe Salomone maiorem contemnebat,

Nec præſentem audiebat.

Cum Regina abſentem Salomonem adijſſet,

Aromatum vero mentio ad arcanā ſententiam non ſpectat.

Licet ſint qui miſterium agnoſcāt,

Nulla enim ratio analogiæ ſauet illis.

Chriſtus exemplo Reginæ Sabeorum ſuam gentem accuſat.

Fama de ſapientia Salomonis multo minor quam ipſa.

virtutis ſparſam pertinet frequentiſſimè. Ergo cum *Vbera* de *Doctoribus* ſub eo ſtatu Eccleſiæ, quem ſub Dauide, ac Salomone, cæteriſque bonis Regibus habuit; excellentiq; ad animum inſtruendum, moreſque formandos, doctrina, interpretati ſimus: *Vnguentorum* hunc *odorem*, quo *Vbera* perfuſa dicuntur (nam de *Vberum ſuauitate odoris* accipienda eſſe, non veſtimentorum monuimus, Dram. Com. Notat. XXXVI.) *ad eiuſdem Doctrinæ ſparſam famam* referemus. Quod vt Lectori prudenti probabile ſit, facile efficiemus, vno exemplo Reginæ Sabæorum, quæ veniſſe dicitur à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Vnde nata Chriſti de ſua Gente conqueſtio, quòd, cum Regis illius ſapientia nullis eſſet partibus cum ſua doctrina, vtpote qui Deus eſſet, comparanda: Regina tamen & Gentilis, & alienigena, & longè diſſita habitans in regione, ſedibus relictis patrijs, & Regno, exteras gentes adijſſet, ſola hominis vnius tracta ſapientiæ fama: quam certè, quanta quanta fuiſſet, tenuem eſſe oportuerat, in longiſquas delatam plagas: cum tamen illi & ſe coram haberent, non hominem ſolum, ſed Deum, diuina tonantem arcana, & ad vitam æternam inuitantem: nec tamen audirent; nec vllius apud eos ponderis tantorum rerum præſentia eſſet: cum abſens Salomon ſolo nomine, ac fama ſapientiæ allectam traxiſſet adſe. Id autem ſcelus tantum eſſe, vt ſine ſupplicio abiturum minimè ſit, vel ea ipſa fœmina damnante contumaces. *Regina Auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos; quia venit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis; & ecce pluſquam Salomon hic.* Luc. 11. 31. Sed nullis melius verbis tradi hic ſenſus poterit, quam Reginæ ipſius, quæ poſt multos cum Salomone collatos ſermones; *Verus*, inquit, *eſt ſermo, quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua* (En bonum odorem ſparſum & in diſſitas Gentes delatum, *Vnguentorum*, quibus *Vbera* Eccleſiæ profuſa) *& non credebam narrantibus mihi; donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit; maior eſt ſapientia, & opera tua, quam rumor quem audiui.* 3. Reg. 10. 6. 7. Nec opus eſt anxio molimine quærere, quid arcano ſenſu *Aromata*, quibus *Vnguenta* anteponuntur, ſint, nihil enim ad arcanam ſententiam ſpectant; & quemadmodum *Vnguenta* cum *Aromatibus* comparata excellere ſuauitate dicuntur *Odoris*, ita fama illa ſapientiæ, quæ per *Vnguenta* deſignatur, excellentior eſſe dicitur omni *Aromatum* ſuauitate. Quidquid aliud dixeris, nec neceſſarium ad ſenſum erit, nec forſitan aptum ad ſeriem tenendam Interpretationis: tametſi ſcimus in ea viros graues, veteres, recentioreſque, anxio molimine laboraſſe. Quidam enim mundi ſapientum doctrinam intellexere: quod tametſi nobis ad ducendum expoſitionis noſtræ filium, non ineptum viſum eſt; tamen nullam ex Analogiæ ratione cauſam inuenimus, cur *Aromatibus* generatim fama mundanæ ſapientiæ intelligenda ſit. Satis ergo ſit. Si dixerimus, *Odorem* famæ ſapientiæ diuinę, quo myſtica hæc Eccleſiæ *Vbera* imbuta eſſe dicuntur, odores omnium *Aromatum* longe ſuperiore.

VERSVS XI.

FAVVS DISTILLANS LABIA TVA, SPONSA; MEL, ET LAC SVB LINGVA TVA: ET ODOR VESTIMENTORVM TVORVM SICVT ODOR THVRIS.

COMMENTARIVS.

DE. *Labijs* alias dixerat hoc eodem Cap Ver. 3. ea comparans *Vittæ coccineæ*; atque eloquij dulcedinem, ſeu prædicans, ſeu admirans: redit iterum, non multis interiectis, ad eorudem *Labiorum* encomia, ſed alio ex capite: nam ea comparat *Fauo melle prægnanti; & præ copia haud potenti mel ipſum apud ſe continere, quin largiter Stillet.* Neque id prædicaſſe contentus, quod ſatis multum ad commendationem dulcedinis videri poterat, addit præterea *Mellis* dulcedini *Lactis* potum eſſe coniunctum. Omnia perſuadent, haud fruſtra encomium encomio additum: neque idem loco hoc illi propoſitum argumentum. Commendari ergo hic

bitra-

Digitized by Google

arbitramur, Eccleſiæ illius ſub Dauide, ac Salomone, cæteriſque laudatis Principibus *coniunctionem cum Deo per orationem, deuotionem, ac pietatem*; quibus Eccleſia iugi diuinitatis incaleſcens igne, digna effecta eſt, cui Deus amanter, arctius vniretur; &, tanquam coniuctis oſculis, & ſpiritus ſui ſuauitate bearet, illiuſque inſe ſuſcepto ſpiritu, velut multa dulcedine hauſta, recrearetur. *Labijs* autem eam ſuauitatem tribuit, quòd ex inſtituto Dauidis Pſalmi à Leuitarum choro ante Deum concinerentur, quibus Dei eiuſdem in mortalium genus beneficia, maximè in illum collata Populum, prædicarentur; additiſque modis muſicis laudes reſonarent: Eos Hymnos ſibi ſuauitate melleos viſos eſſe, dicit; quia reuera nihil iucundius illi, quam ſi grato animo ſua ab hominibus recoli beneficia audiat. In *Melle* autem, & *Lacte*, quæ *Sub Eccleſiæ Lingua* ſita dicit, & materiam Hymnorum, ad Populi animos demulcendos, aptiſſimam intelligit; atq; in Dei amorem leuandas mentes; & pietatis ſenſum intimum feruentemque, quo concinentium chorus prolatas exterius voces animabat; vt non vna audientium aures ferirent, ſed gemina vi, nec delectarent ſolum, ſed nutrirent ad omnem pietatis profectum. Addit & *Veſtimentorum ſe Odore* delectatum: quod eodem referendum eſſe putamus; non enim in profana, & communi veſte, ſed ſacra ex inſtituto Moſis huiuſmodi pſallendi munere fungebantur: qua quia futura olim figurabantur myſteria, *Thuris* comparat *Odori*, nam & *Thus* diuinarum rerum eſt ſymbolum: & alioqui multus illius aromatis in ſacris vſus, ex inſtituto Dei.

ENARRATIO.

Leuitarum, Sacerdotumque chorum, meas laudes canentium, alias prædicaui, qui in pulchro tuo corpore Labiorum vicem ſubeunt: ſed te ſenſim in melius prouehi ſentio, ac, Sponſo vt placeas, omnia moliri. Nam & in id incubuiſſe video, vt id officium, & maiore cum maieſtate, ac digna diuinis rebus pietate, obeatur: vt & cantibus omnia perſonent, dulci modulatione productis; &, quod caput eſt, interiore ſenſu deuotionis, velut ſpiritu quodam animatis. Quid dicam? niſi me multa dulcedine perfundi fatear, velut ſi preſſum labijs Fauum primo Melle ſeu prægnantem, ſeu ſtillantem deguſtem? Quid quid in comparationem acceſſam, minus eo erit, quod ſentio. Quid de eo ſapore dicam, quem materies Hymnorum ipſa continet? quo velut exſucto lacte de nutricis Vberibus me reficiſentio, ac velut nutriri? Dulcedini ergo Mellis iunctam nutriendi vim dico, vt cū auide inuitetur guſtatus, vtilius ipſa rerum ſubſtantia corpus nutriatur. Neque ea vtraque vis aduentitia eſt, ſed propria; non aliunde commodata, ſed apud te nata: nec breui deſitura ſuauitate condita, ſed perpetua, ac duratura. Hinc Populo meo alimenti copia ſuppetit, quo, minimè ipſe ſentiens, adoleſcat, donec euadat in virum. Hæc faciunt ſcilicet, vt arctius tibi coniungar in dies, dignaque mihi videaris maritali contubernio, per Filij Incarnationem Properabo itaque nuptias: dumque ſpes tanta differtur, oſcula iungam, ac ſuauitate mei ſpiritus, beabo te; pignuſque futura felicitatis dabo. Nam & Veſtimentorum, quibus ſacri Miniſtri, dum ſacris operantur, induuntur, candor, & ſpecies eorum arcanorum me admonet, quæ olim exhibiturus ſum, quorum ego recordatione velut Odore Thuris perfundor.

NOTATIO XXXVII

FAVVS DISTILLANS LABIA TVA.

I. *Secunda Labioru laudatio: In cortice deoſculorum dulcedine. Quæ pignora ſint coniugij. De ſenſu arcano quæſtio non facilis, Nam labia quidam volunt eſſe concionatores, Non abnuente analogia ratione, Quod alio loco monuimus, Sed obeſt rerum ordo. Niſi nouum quid commendari definias. Ne eadem repetita ſine cauſa videantur. Beda aliud quiddam quærit, Non cur vno loco labiorum encomia coniuncta nō ſint.*

QVÆ hoc Commate dicuntur de *Labijs Eccleſiæ*, ſecundam eorum continent laudationem. Et quidem, quantum attinet ad corticis elucidationem, ea ſuo loco, non tam de eloquij ſuauitate, de qua alias dictum fuerat, accepimus, quam de Sponſalibus oſculis, quæ pignora ſunt, aut vt Ambroſius loquitur, prærogatiua, connubij: ineſſe autem oſculis eam *ſuauitatem, quæ Mellis* ſit, & *pinguedinem, quæ Lactis eſt propria*: vt intelligantur non arida, non euanida, ſed, vt ita dixerim, nutrimentoſa, quæ propria *Lactis* dos eſt. In arcano ſenſu rimando laboramus modo, de quo haud facile eſt definire, quid probabilius arbitrere, propter varias Doctorum hominum, veterum recentiorumque interpretandi rationes. Hoc ergo loco primùm, quid hæc *Labia* ſint *Eccleſiæ*, exquirendum eſt. Communior ſenſus Interpretum *Labia Eccleſiæ* eos intelligit, quorum in Eccleſia munus Verbum Dei Populis annuntiare: quos eoſdem intellexêre ſuperius Ver. 3. Theodoretus, Caſſiodorus, M. Gregorius, Philo, Iuſtus, Aponius, Beda, Anſelmus, alij quos ſequuti Recentiores. Huius autem ſententiæ probabilitatem ex Analogiæ legibus ſatis oſtendi, loco alio docuimus: ne actum agere videamur, ſed obeſt rerum ipſe ordo, niſi eorum Euangelij nuntiorum nouam hic gratiam commendari definias: & alioqui oſtendas, cur eæ eorum dotes, non vno, eodemque loco ſint traditæ; ſed per diſcurſos, nulla neceſſitate, quin arte repugnante, diſperſæ. Nunquam enim fatebor, eiuſdem rei ſine noua cauſa geminatam laudationem. Hanc autem cauſam diuidendi encomia, & enarrandi diſiunctè ſimul poterant, debebantque, nullus, quem quidem viderim, aut notat, aut exquirit: ſatis habent, ſi iterum hic *Labiorum Eccleſiæ* laudes contineri dicant. Hanc autem diuerſitatis rationem haud ij facile aſſignabunt, qui totum Canticum de Chriſtiana Eccleſia interpretantur. Vnus Beda non cauſam indicat diuerſitatis, ſed diuerſitatem potius notat: Cur alibi *Vitta Coccinea*, hic autem *Fauo* Prædicatores comparentur. Sed non id quærimus; ſed cur eorum encomia non vno, eodemque loco ſint coniuncta, ſed per varios ſparſa: quod aliud eſſe res loquitur. Nobis, qui diuerſos toto Cantico ſtatus Eccleſiæ deſcribi putamus, facile eſt eis rei cauſam indicare, quod & alias factum à nobis eſt, & paulo inferius etiam fiet.

Labia ſecundo laudata. Ambroſius. Eccleſiæ labia concionatores ex quor. ſenſu. Theodoretus. Caſſiodorus. Gregor. M. Philo Carp. Iuſtus Vrg. Aponius. Beda. Anſelmus. Cauſa cur diuiſa encomia rei huius Deus à paucis quæſita. Beda.

II. *Labia ergo Eccleſiæ Sacerdotes ſint. Quorum hic munus nouum commendatur, Canendi ſcilicet Deo laudes, Tum voce, tum muſicis modis. Tum interiore deuotione. Id totum hic cõmendatur, Quod ſub Dauide ac Salomone viguit ſtudium. Nam ſub Moſe exiguus Canticorum uſus. Tubarum aliquis ob alias cauſas, Cum cultus fere omnis ſacrificijs conſtaret, Quod ſatis rudi adhuc populo, Et putamus quidem Moſis authorem quorundam Pſalmorum,*

Labia Eccleſiæ Sacerdotum ordinem diximus, quorum ſcilicet per os Eccleſia eadem loquitur: quique Dei homines mandata, ac reſponſa referunt. Hic aliud eorum commendatur munus, *modulandi ſcilicet Deo laudes, atque Hymnos pangendi.* Id autem officium duabus partibus conſtat, & modulatione ipſa, & deuotione. Modulatio ad externam pertinet prolationem, quod totum opus linguæ, ac *Labiorum* eſt, quibus emiſſus à pulmonibus ſpiritus temperatur, & ad leges Muſices variè inflectitur, tonis permixtis ad varietatem concentus: Deuotio interior eſt animi præparatio, qui conſcius quid, cui; & vbi canat, intimos ſenſus verbis accommodat, vt attentè, reuerenter, humiliter, tanquam qui Deum præſentem ſciat, vocem inflectat. Totum id hiſce verbis arbitramur comprehenſum; nec aliud contineri, quam eius Eccleſiæ commendationem, quæ in ea quidem diuini cultus arte Dauidis, ac Salomonis tempore prorſus eminuit. Nam ante id tempus iſtrumentorum muſicorum in Dei cultu parcus, exiguuſque videtur fuiſſe vſus, ſicuti & ſacrorum Hymnorum. Tubarum quidem nuntio multa, nec infrequens vſus, ſed potiſſimè ad conuocandam multitudinem, vel profectionis ſignum dandum. Num. 10. 1. Vel ad dies ſolennes denuntiandos, admonendumque vulgus feſtiuitatis dierum. Num. 10. 10. & 29. 1. Tunc autem nonnullus earum in ſacris vſus, *Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & Kalendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis; vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri.* Num. 10. 10. Quod idem & de Buccinis obſeruauimus. Omnis autem in Dei cultu ratio ſacrificijs conſtitit, & libationibus, & odoramentis thymiamatum. De canticis idem dicimus; quorum tametſi nonnullus toto peregrinationis tempore in eo Populo vſus, ad gratias Deo pro beneficijs agendas, in ſacris tamen nullus fuiſſe conuincitur. Rudi ergo adhuc Populo ſatis fuit, ſacrificiorum rationem tradere, qua Deum ſibi placaret: ac velut fundamenta ſolida Religionis ſtatuere, quibus melioribus temporibus cætera moles ſuperſtrueretur: omniaque, ad Dei cultum, ac ſacrorum apparatum pertinentia, perfectionem acciperent. Exiſtimatur quidem Moſes nonnullorum Author Pſalmorum à quibuſdam ex PP. ſed à pluribus nec minoris authoritatis ei ſententiæ refragatur, & quidem merito: & quidquid toto Pſalmorum libro ſcriptum eſt Dauidi, velut authori, tribuitur: & iam Pſalm. 89. cuius epigraphæ eſt,

Ordo Sacerdotũ labia Eccleſiæ. Munus pangẽdi Deo laudes commendatum. Moſis tempore canticorum parcus vſus. Tubarum aliquis. Num. 10. 10. Et, 29. 1. Rudi populo ſatis fuit ſacrificiorum cultum tradere. Moſes quorundam Pſalmor. Author ex quorundam ſenſu.

Digitized by Google

Sed probabilius negatur.
Et Dauid tribuitur omnium.

Oratio Moyſi hominis Dei. Ita cenſent Chryſoſtomus, Theodoretus, Euthymius, Caſſiodorus, & Auguſtinus, qui quæſtionem agitat lib. 17. de Ciu. Cap. 14. Vt vt fuerit, id certum eſt, quod ad Dei cultum attinet, ante Dauidem minimè probari vſum ex ſacris Litteris.

Dauid omnium Pſalmorum Author.
Chryſoſt.
Theodoret.
Euthym.
Caſſiodor.
Auguſt.

III.

Poſtea additus & ritus;
A Dauide & Salomone.
Non voce ſolum ſed & muſicis organis.
Quod gratiſſimum Deo fuit.
Non etiam ſimplici oratione Pſalmi conſtabant,
Sed numeris adſtricta, & grandi ſtilo.
Vnde vis perſuadendi.
Mutandique animum.
Quod notatum à Baſilio.

Succeſſere cultiora tempora, & is etiam additus ad cæteros, à Moſe præſcriptos in ſacris ritus, impulſore Deo, exequutore Dauide, addente rei extremam manum Salomone; atque rem poſt eum vrgentibus, qui ſucceſſere, optimis Principibus. Sed de materia Pſalmorum (ſic enim placuit Græcis interpretibus vocabulum Hebræum interpretari) alio diximus loco: hic de ſola modulandi ratione ſermonem eſſe exiſtimamus, ſiue voce ſola id, ſiue additis fidibus, aut vocalibus inſtrumentis alijs, fieret: id enim vtrumq; Hebræa voce *Mizmor* ſignificatur, à verbo *Zimmar*, quod *canere*, & *citharam*, ſiue *Pſalterium pulſare*, ſignificat; ſicuti & *Pſallo* apud Græcos. Id autem Dauidis inſtitutum, mirum eſt, quam Deo gratum fuerit: nam is illius in ea re finis, vt noua perſuadendi ratione animos informaret, atque ad pietatem accenderet. Neque enim ſimplici narratione atque enunciatione rerum fuit contentus; ſed diuerſo carminum genere, & menſura; graui, & ab vſu vulgari dicendi ratione ſecreta, arcana cecinit religionis; vt grandibus prolata verbis, venerationem haberent, & non humilior oratio eſſet, quam quæ oratione exponerentur. Hinc vis illa perſuadendi, rapiendique animos in amorem, ac laudem Dei: vt nihil vel auditu dulcius, vel intellectu vtilius dici, aut fingi poſſit. Dauidis ideo Pſalmos, etiam de ſaxeis pectoribus elicere lachrymas, merito dictum à Baſilio: & à Chryſoſtomo, eos, qui Pſalmos rite canunt, cum Angelis ducere choreas; & quodam modo cum eis de Dei amore & laudibus decertare, atque contendere.

Mizmor, Heb. vox, quid ſit.
Inſtitutum canendi Deo laudes Deo gratiſſimum.
Vis Pſalmorum ad mutandos animos.

IV.

Id munus Leuitarum fuit,
Quorum chorus inſtitutus à Dauide,
Vt quidem canerent coram arca,
Beneficia in populum collata,
Qui finis laudationum.
Magni momenti id fuit,
Ideo & ſacris litteris conſignatum.
Has ob cauſas Leuitas hic labia Eccleſiæ arbitramur.

Id autem proprium officium *Leuitarum* fuit, quorum ex ordine certum numerum lectum legimus à Dauide, quibus ea cura incumberet, vt Dei laudes concinerent, ſonumque linguæ concentu inſtrumentorum iuuarent. *Iſti ſunt, quos conſtituit Dauid ſuper cantores domus Domini, ex quo collocata eſt arca: & miniſtrabant coram Tabernaculo teſtimonij canentes, donec ædificaret Salomon domum Domini in Ieruſalem.* 1. Par. 6. 31. & 15. 21. Sed maximè 16. 4. *Conſtituitque coram Arca Domini de Leuitis, qui miniſtrarent, & recordarentur operum eius; atque laudarent Dominum Deum Iſrael: Aſaph principem, & ſecundum eius Zachariam.* Pro illis: *Et recordarentur*, in fontibus eſt: *Ad recordandum*, ſiue, *recolendum*, aut *enarrandum*, ſcilicet vt in memoriam Dei beneficia reuocarent; qui finis potiſſimus laudationis, & Cantus. Et cap. eod. Ver. 41. *Et poſt eum Eman, & Idithun, & reliquos electos, vnumquemque vocabulo ſuo, ad confitendum Domino. Heman quoque, & Idithun canentes tuba, & quatientes cymbala, & omnia muſicorum organa, ad canendum Deo.* Tanta res exiſtimata eſt, ea inſtitutio, vt viſa digna fuerit, quæ ſacris litteris ad memoriam poſteritatis traderetur. Vnde fluxit in Eccleſia Chriſtiana à ſui initio mos cantandi Hymnos ſacros in Eccleſijs. Quod ſi & *Leuitarum* id proprium munus fuit, quod in typo *Labijs* tanquã inſtrumentis perficitur, haud inepte ob eam cauſam, Analogiæ hærentes legibus, *Leuitas* ipſos hoc loco, *Labiorum* ſub ſchemate agnoſcemus, quorum ſuauitate Deus omni *Melle* dulcius recreari ſe fateatur.

Leuitarum munus canere Deo laudes, ex inſtituto Dauidis.
1. Par 4 21.
Et, 15. 21.
Et, 16 4.
Finis Pſalmorũ.
1. Par. 16. 41.
Mos in Eccleſiã Chriſtiana canendi Pſalmos.

V.

Sed Fauo ſtillanti cur comparata labia?
Leuitæ ſunt quædam promptuaria ſcripturarum,
Quæ Faui quidã, ab apibus ſacris ſcriptoribus confecti.
Cera, & Melle conſtantes.
Senſu ſcilicet litterali & myſtico.
Id haud difficile ſenſui noſtro commodatur.

Sed cur, non ſimpliciter *Melli*, ſed *Fauo Eccleſiæ Labia* comparantur? cur non *Fauo* cuicumque, ſed *Stillanti*? Multa hic à multis dicta, nec contemnenda, qui in *Labijs* Prædicatores agnouere. Potiſſima illa, quantum attinet ad primam quæſiti partem; *Fauo* comparari *Melle Stillanti*, quod ſacrarum ſcripturarum promptuaria quædam eos eſſe oporteat; ſcripturas autem rite *Fauos* eſſe, *apum myſticarum* opera, quas Theodoretus *Prophetas*, *Apoſtolos*, *Euangeliſtas*, *cæteroſque ſcriptores ſacros* intelligit; qui per Spiritus Sancti prata volitantes, diuinæ ſapientiæ collectum nectar, libris varijs, velut eiuſdem *Faui* diuerſis cellis, incluſere: eaſq; doctrinæ *Melle* diſtendentes, vtilitatem ad nos tranſmiſere. *Fauum* cera, ac *Melle* conſtare, vt in altero ſenſus Hiſtoricus, in altero myſticus intelligatur: alterum velut fundamentum, alterum velut moles incumbens. Recte id dicitur, nec difficile eſt ad noſtram Interpretationẽ accommodare; cum quidquid à *Leuitis* in Dei laudem caneretur, reuelatam à Deo doctrinam continere; Nihil autem aliud ſcriptura ſacra eſt. Philo Carpath. haud minus appoſitè, in *Melle cibum*, in *cera lumen* intellexit: vtrumque autem ſacra continent ſcripta, quibus & fames depellitur animæ, & lumen infertur menti.

Fauo ſtillanti cur Leuitæ cõparat.
Theodor.
Sacri ſcriptores apes, ſcripturæ faui.
Philo Carp.

VI.

Sed aptius dicas Fauo mel coniunctum,
Vt ſuauitas cantus intelligatur pura,
Simplex, & ſyncera.

Sed probabilius, quod alio indicatum eſt loco, dum Dramaticum traderemus ſenſum: *Fauo Mel* coniunctum, vt intelligeretur ſuauitas illa pura, ſimplex, nec interpolata, aut alterius liquoris mixtura corrupta. *Mel* enim dum *Fauo* ſuo clauditur, adhuc virgo, nullius attactu integritate libata, iure intelligitur. Ac neſcio quo pacto, ſi *Fauum Melle* turgentem *Labijs* preſſis, dulcius quiddam, expreſſo alias *Melle* de *Fauis* guſtare te putas. Ei ergo ſuauitati indicandæ, quæ pura, ſimplex, integra, ac, vt ita dixerim, legitima erat, nihil aptius fingi potuit; quam ſi *Melli* ſuo adhuc incluſo *Fauo*, ac velut ſignato compararetur.

Mel in Fauo liquor ſimplex & ſyncerus.

Digitized by Google

Quale Mellis Fauo. *Id laudatur in Leuitis.* *Quod legitimam formam ſeruarēt.* *A Dauide acceptam,* *Nulla enim cantari permiſſa.* *Niſi quæ à Dauide tradita eſſent,* *Sic à Salomone factum primo.* *Et ab Ezechia poſtea.* *Tantum Pſalmis Dauidis exhibitis ſonos.*

raretur. Id totum ad Dramaticum facit ſenſum, vnde ex Analogia arcanus eruendus eſt. Hæreamus deſignatæ ſemel ſemitæ Interpretationis noſtræ. *Fauo Eccleſiæ Labia*, ideſt, *Leuitarum ordo diuinas laudes modulantium*, comparantur; quod puram, ſimplicemque, atque legitimam in Hymnorum materia formam ſeruarent: non à ſe inuentam, ſed aliunde acceptam: qualem ſcilicet Dauid, qui hic api comparatur, ex Dei inſtinctu tradiderat, nulla ſua diligentia interpolatam, aut cum alia permixtam. Id enim authoritati, ſanctitatique Dauidis datum eſt, vt nulla alia canerentur, quam quæ ille diuino afflatu compoſuerat: neque inſtrumenta alia, aut ea pulſandi, aut inflandi forma, adhiberetur, quam ille præſcripſerat. Vt ne à Salomone quidem die dedicationis Templi quidquam addere, aut detrahere, aut omnino nouare licuerit. S.D.E. *Sacerdotes autem ſtabant in officijs ſuis, & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid Rex, ad laudandum Dominum: Quoniam in æternum miſericordia eius; Hymnos Dauid canentes per manus ſuas.* 2.Par.7.6. Sic etiam de Ezechia: *Conſtituit quoque Leuitas in Domo Domini, cum cymbalis, & Pſalterijs, & citharis, ſecundum diſpoſitionem Dauid Regis, & Gad videntis, & Nathan Prophetæ. Steteruntque Leuitæ tenentes organa Dauid, & Sacerdotes tubas; cumque offerrentur holocauſta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuerſis organis, quæ Dauid Rex Iſrael præparauerat, concrepare. Præcepitque Ezechias, & Principes Leuitis, vt laudarent Dominum ſermonibus Dauid, & Aſaph videntis, qui laudauerunt cum magna lætitia.* 2.Par.29.25.26.27.30. Tam ſæpè rei eiuſdem mentio facta eſt, ne putaremus de nihilo fuiſſe morem, vt Dauidis carminibus is haberetur honor, vt non alias ſui nominis Deus laudes audiret, ore Leuitarum in ſacris, quam quas ille, ſpiritu Dei dictante, compoſuerat. Quod magnum documentum eſt, quid nos oporteat facere, dum ſacra ſolenni ritu obimus, in templis noſtris, ac feſtiuo cantu: nihil profecto admittendum erat, quod alienum eſſet; nihil, quod non graue, decuſque, & ex ſacris codicibus petitum. Nunc etiam cantiunculis vulgaribus locus permittitur, nec ſæpè decentibus, materia & cantu: vt non aliter diuina celebremus, quam profana; nec alia ratione, aut animi, auriumque diſpoſitione conueniamus in Templum, quam ſi conuiuia, aut nuptiarum hilaritates iniremus. Cui malo remedium certe procurari ſeuerisſimis legibus ab Eccleſiarum Prælatis debuerat. Præſtitit aliquid Tridentinorum Patrum prouidentia, arcens ab Eccleſia muſicas eas omnes, quibus ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, aut impurum aliquid miſceatur. Sed aliquid eſt amplius, quod exigimus: vt ſcilicet, quidquid minus graue eſt, decenſque in modulandis carminibus, arceatur: tametſi laſciuum, aut alioqui impurum, prohibitumque non ſit. Debetur ea cautio, & honor etiam virorum grauium honeſtis auribus; Deo ipſi & videnti, & audienti id ſatis non eſt, cuius in cultum inſtituta hæc ſunt. Nulla autem certior Regula, quam ſi ea ſolum inferantur in Templa, quæ ſcripturarum ſanctitas, nunquam ſuſpicioni obnoxia, conſecrauit; aut introduxit Eccleſiæ vſus, quæ errare nō poteſt: ne hominum priuatorum arbitrio liceat definire, quibus cantibus coli oporteat Deum, quod ſæpe falli poteſt, & ſolet: Vbi Dei ipſius cenſura leges canendorum præſcripſit.

Leuitarum cantus purus, ſymplex, legitimus. **Soli Dauidis pſalmi audiebantur in templo.** ***2.Par.7.6.*** ***2.Par.29.25.***

Vt non alij reſonarent in templo, *Quo documento diſcimus,* *Quid agendum in templis noſtris,* *Nihil ſcilicet indecendum,* *Quod non ſanctū & ſerium ſit.* *Sicuti conſtitutū à Trident.* *Nihil certe debebat induci, quod ex s s. non peteretur.* *Aut vſu Eccleſiæ probatum eſſet.*

In templis noſtris in, cantu quæ oporteat ſola induci. *Conc. Trid.* Nihil permittendum cani in templis, quod non ſumptum ex s s.

VII.

Id ergo commendatur in Leuitis, Cum labia fauo mellis comparantur.

Id ergo in Eccleſiæ ſuæ ſecundum illum ſtatum *Labijs*, *Leuitis* dico, atque *cantoribus*, Deus commendat, cum eos *Fauo Mellis*, non *Melli* ſimpliciter ſimiles eſſe dicit. Simplicitatem, puritatem, ac ſynceritatem eorum, quæ canerentur, collaudans; nulla peregrini ſenſus, aut ingenij proprij permiſtione corruptam, quemadmodum ſolet eſſe haud raro *Mel*, quod extra ſuum *Fauum* venale proponitur, adulteratumque à Propolis.

VIII.

Sed quoddā magis arcanum meditari poſſumus Fidem in Chriſtū Deum, & Hominem, *Iudicium facit Gregorius.* *Qui Mel in cera diuinitatē in humanitate eſſe dixit,* *Nā Fauus è duplice conſtat materia,* *Terrena vna alia cœleſti certe aurea.* *Sic Chriſtus duplice natura,*

Sed erit, qui fortaſſe quiddam magis arcanum in *Fauo Mellis*, cui *Labia Eccleſiæ* comparantur, meditetur. Nam quemadmodum ſupra, hoc eodem Cap. ver.3. in *Vitta coccinea*, cui *Labia* ſimilia dicuntur eſſe, *Fidem in Chriſtum moriturum* agnouimus, ita in *Fauo*, cui iterum comparantur, *Fidem in eundem, verum Deum, & hominem* vt agnoſcamus, licet. Quid enim aptius, ad vtriuſq; naturæ nexum indicendum, quam *Fauus Melle* diſtentus, & virgine adhuc liquore prægnans? Gregorius certe in *Fauo*, poſt reſurrectionem à Chriſto Apoſtolis offerentibus guſtato, ſimile Sacramentum rimatus eſt. *Nam qui in piſce*, inquit, *aſſo figurari voluit tribulationem paſſionis ſuæ, in Fauo Mellis vtramque naturam exprimi voluit perſonæ ſuæ: Fauus quippe mel in cera eſt: Mel vero in cera eſt Diuinitas in humanitate.* Hæreamus his parumper, neque enim periculum eſt, ne aberremus à via duce Gregorio. *Fauum* ſi conſideres, duplice natura conſtantem inuenies; terrena altera, & quodam viſibilium contagio rudis de florum nempe velut ſinu quodam ceras artifex apicula colligit, globuliſque quibuſdam, velut ſarcina, pedibus impedita, atque onuſta aluearia petit: vbi depoſito onere, alijs curam, laboremque conficiendi *Faui* demandat: ipſa repetit opus, inſtatque labori, vt nouam in ædificium cellularum materiam conuehat. *Mel* autem de puriſſimo rore, aut velut ſudore cœli, vt quidam appellat, ſub noctis ſilentia floribus inſidente, atque tepore natiuo paulùm excocto, ore legit: lectum in aluearia

In Fauo Fides in Chriſtum Deū hominem ſignificata. *Greg in Euang. Hom.24.* Faui materia duplex, ſic in Chriſto duplex natura.

Digitized by Google

Terrena, ſiue humana,
Cæleſti, ſiue diuina,
Sic factus homo Deus eſt.
Ideo labia Eccleſia Fauo ſimilia;
Fide in Chriſto Deum hominem.

aluearia recondendum defert. Itaque alterum totum terreum eſt alterum totum cæleſte; alterum onera ſuo grauat apiculam, alterum dulci ambroſia & nutrit, & recreat. Vides in *Fauo* duarum in Chriſto naturarum non diſtinctionem modo, ſed diuerſitatem: quarum altera, vt pote de terra, terrena, & corporatarum rerum velut contagio rudis, ignobiliſque, rite per ceras, *Faui* materiam indicatur. Altera de cœlo cœleſtis, *Verbum* nempe *Filius Patris*, imitamento decidui roris, cœlique ſudoris, illapſa in terras, quemadmodum Propheta monuit. Spiritu Sancto velut ape operante, terrenæ commiſta, *Deum Hominem Chriſtum*, velut *Fauum* nobis exhibuit, immo & Patri, cuius ille ſuauitate guſtata, mirificè recreetur. Sint ergo *Eccleſiæ Labia Fauo* ſimilia, *Fide in venturum Chriſtum Hominem Deumq;* vnde cantorum Leuitarum tota in canticis ſuauitas emanabat.

Verbum ſimile rori de cælo deciduo.

IX.

Diſtillanti autem Fauo cur ſimilia?
Hugonis Victor. gratus ſenſus.
Qui hæc refert ad abundantē Chriſti gratiam?
Quam omnibus contulit.
Vt auctor, vt largitor gratiæ
Per ſanguinem ſuum.
Preſſus enim in cruce tanquam in torculari
Hoc melle largiter fluxit.

Cæterum non ſimpliciter *Mellis Fauo* ſimilia *Labia* dicuntur, ſed *Diſtillanti*, quæ poſteſterior eſt Quæſtionis Num. 5. propoſitæ pars: neque enim ſine cauſa de *diſtillanti Fauo* mentio facta eſt. Pulchre Hugo Victor. de Chriſto interpretatur, ſi tamen illius ſenſus aptari poſſit ad ſeriem interpretationis noſtræ: ſed forſitan poterit. *Fauus*, inquit, *Verbum caro factum in Virgine: Diſtillans redundantiam ſignat. De hoc ſolo, quia plenus gratia fuit, dici non potuit: Plui ſuper ciuitatem vnam, & ſuper alteram non plui. Ipſe enim totus redundans, & gratiam fundens; quia, quod fecit, & dixit, doctrina fuit; quod fuit, medicina fuit. Alterum exemplum, alterum remedium: & de plenitudine eius omnes accepimus: ideo diſtillans, quia vnicuique ſecundum menſuram gratiam infundens.* Ex Miſcel. Lib. 1. Tit. 115. Hæc ſi ad eandem *Fidem venturi Chriſti, Dei, Hominiſque, ac pro hominibus morituri*, quod ſupra diximus, referas, ſed Authoris ac largitoris gratiæ, qua plenus erat, non ſibi ſolum, ſed omnibus, haud improbabiliter arbitrabere. Cogita *Fauum* hunc, ruſticis, duriſque hominum manibus in paſſione preſſum, & torculo crucis expreſſum: videbis non modo fœcundo manantem ſanguine, pretio redemptionis; ſed gratiæ ſalutaris, immo & vitalis, quæ largiter *Stillans*, ægris ſanitatem, mortuis vitam adducebat, abundantia. Siue hac *Fide* ſaltem implicita, vt ſchola loquitur, nemini vnquam ſalus contigit: ne mirum ſit, ſi dicamus, Leuitarum, atque cantorum conuentus Dei auribus fuiſſe dulciſſimos, qui hoc myſtico *Melle Diſtillabant*, quo ſcilicet eorum animi pleni erant. Atque in hunc ſenſum dictum arbitramur: *Fauus diſtillans labia tua.*

Fauus diſtillans Chriſtus gratiæ fluentis manās. *Hugo Vict.*

Chriſtus in cruce, Fauus torculo preſſus, vt liquor gratiæ manaret.

NOTATIO XXXVIII.

MEL ET LAC SVB LINGVA TVA.

I.

Pertinent hæc ad interiorem ſanctitatem Leuitarum.
Qua velut ſpiritu vox animabatur,
Qua de re Paulus luculenter.
Cuius locus difficilis exponitur,
Reſpiratio duabus conſtans motionibus ſiſtole ac diaſtole
Nec inſtrumenta pneumatica aliter ſonant,
Quam attracto prius, & mox reddito ſpiritu.
Vt ab eo ſpiritu ſuauitas ſit,
Quem prius acceperis.

PErtinent hæc ad eorundem *Leuitarum Sacrorumque Cantorum* laudem. Nam prius quidem de exteriore concentu, ac modulatione dictum, cui Fides Chriſti venturi, ac morituri, ac gratiæ dona largiter profuſuri, ſuberat. Hic *de interiore caritate ac pietatis ſenſu*, qui vita erat, ac veluti animus, quo modulandi conatus viuebat, ſpirabatque, dicitur. Nam earum laudum tota ſuauitas non in vna modulatione ſonante ſita erat; ſed in interna pietate, cultuque, vnde illi ea inerat gratia, vt placeret Deo. Hac de re, vt aſſolet, Paulus vehementi, atque forti oratione, tametſi ſcimus alios alio trahere, fortaſſe probabilius: ſed aptiſſima ſunt ad locum hunc. *Quæ ſine anima ſunt vocem dantia* (τα αψυχα, inanima, ideoque de ſe muta) *Siue tibia, ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonituum dederint, quomodo ſcietur id, quod canitur, aut citharizatur?* 1. Cor. 14. 7. pro *diſtinctione ſonituum*, Græcè eſt, διαστολὴν τοῖς φθόγγοις. Eſt autem *Diaſtole*, è medica diſciplina & Phyſica ſumptum vocabulum: nam cum reſpirandi ordo, quæ animalium propria actio, & à vita precedens, eſt. Duabus conſtet motionibus, & attractione ſpiritus per arteriam, & emiſſione; priorem illam διαστολὴν, poſteriorem συστολὴν vocant. Attracto autem ſpiritu thoracis ſpatia dilatantur, emiſſo vero contrahuntur. Quæ ſi ad organa, ſiue inſtrumenta, quæ non niſi ſpiritu ſonant inflatu, transferas, inuenies ἄφωνα eſſe, id minime vocalia, & multa prorſus, niſi prius attrahas ſpiritum, mox, quem attraxeris, reddas, eoque animes inſtrumenta, vt vocem elicias. Non ergo ſuauitas illa ſoni aures implebit, niſi ſpiritum, quem acceperas, reddas; nec reddere poteris, quin prius accipias. Vides ergo concentus ſuauitatem ab eo eſſe omnino ſpiritu, quem acceperis. Id autem Paulus, & quidem merito indicat: id ad animata inſtaumenta transfert; quæ, quantumcumq; inflentur humano ſpiritu, haud ſonabunt vel Dei aures implebunt, mulcebuntq; niſi eo inflentur ſpiritu quem prius conceperint, datum à Deo.

Interior Leuitarum ſanctitas laudata.

Iuuanda vox in cantu interiore pietate.

1. Cor. 14. 7. Locus Pauli difficilis explicatus.

Siſtole, & Diaſtolæ duæ motiones in reſpirando.

II.

Ad inſtrumentis mutis, ad viuos argumentatur Paulus.

Ex his intelliges, quæ, diſputationem colligens Paulus, infert: *Nam ſi oro*, inquit, *lingua, ſpiritus meus orat* (id eſt, ſi tantum lingua, non mente, atque animo etiam orem; aer quidem emiſſus orat; ſonus eſt terreno tantum, ac humano animatus ſpiritu; verè

Orare ſpiritu apud Paulum, ſola voce orare.

mutus

Nec ſatis eſſe dicit orare ſpiritu, ideſt, voce, Niſi & mente id animo etiam oremus, Eo ſcilicet ſpiritu animata voce, quem prius traxerimus à Deo. Hanc gratiam in Leuitis Deus commendat. In qua Angelis ſimiles. Ideo ſollicitus Dauid, ne in poſterum ceſſaret id officium.

mutus, nec audiendus à Deo. (*Mens autem mea ſine fructu eſt.* Quid ergo præſtandum, vt & ſonum Deus audiat, audienſque oblectet ſeſe ſuauitate orationis. *Orabo ſpiritu, orabo & mente: Pſallam ſpiritu pſallam & mente.* Et voce pſallendum, & animo; vt vox ſpiritu quidem animata ſonet, ſpiritus autem à Deo ſit, quem acceptum à Deo, eidem, à quo acceptum eſt, pie, obſequenterque reddamus. Hanc ergo Deus gratiam in *myſticis Eccleſiæ Labijs* commendat, hanc prædicat, & eloquij, & cantus ſuauitatem, in *ordine Leuitarum*; quorum, vt dictum eſt, erat, ex inſtituto Dauidis, laudes Dei cantibus, atque organorum concentu multiplice prædicare: quod munus in ea Eccleſia fuiſſe præcipuæ dignitatis, ex ſacris Libris multis locis conſtat: quod modulandis in eius laudem ſacris Hymnis, ac carminibus, non voce ſolum, ſed multo maximè interna animi pietate, ac religione, cœleſtium ſpirituum choros vel imitarentur, vel æmularentur: ne ſcilicet in terra deeſſent Angeli corporati, qui nobile munus implerent, quo Deus mirificè delectatur. Tanti autem feciſſe Dauid, ex Dei inſtinctu, hunc cultum eſt viſus, vt, ne vnquam deeſſent, qui in ea re Tabernaculo miniſtrarent, chorum integrum Magiſtrorum crearit, quibus doctoribus alij diſcerent nec vnquam à Dei laudibus ceſſaretur. Horum Principes Aſaph. Idithun, & Heman, quorum multa in ſcriptis ſacris mentio, atque in titulis Pſalmorum multa. Vide 1. Paral. 25. 1. 6. 7.

Spiritus interior à Deo acceptus voci iungendus in orando.

XI

David chorum cantorum cum Magiſtris inſtruit. 1. Par. 25. 1. 6. 7.

III.

At cur Lac melli coniunctum? Quidam myſtici cibi diuerſitatem referunt, Quaſi Lac puerorum ſit, adultorum mel. Sic grauiſſimi quique. Sed non facile oſtendunt, mel ad ſolos adultos referendum. Cum Lacti non mel vt pote liquor opponatur, Sed cibus ſolidus. Sic omnino Paulus, Cui concinit alijs locis s.s. Qui mel non lacti opponit, Sed potius iungit, alimentis annumerans puerorũ, Ideo vtrumque baptizatis dari ſolitum guſtandum, Tanquam infantibus. Immo & nunc recens natis antequam vberi admoueantur, dari mel ſolet.

Cæterum cur ea Hymnorum ſuauitas *Melli* comparata ſit, vtcumque eſt explicatum, iuxta facultatem noſtram: cur autem *Melli Lac* coniunctum ſit, alia quæſtio eſt; tertia, quid ea loquendi forma, *Sub Lingua tua*, intelligendum ſit, iuxta noſtræ Interpretationis ſeriem. Plerique, qui hæc de Verbi Dei Miniſtris accepere, in *Melle*, & *Lacte* miſtici cibi diuerſitatem agnouere: vt ſcilicet verbi Miniſter ſe ad captum audientium accommodet, ne omnes, cum impares ingenio, & profectu in virtute ſint, modo, ac ſubſtantia refectionis æquare velit: ne ſcilicet, ſi cibi formam inuerterit, alij vomant, quod concoquere non poſſint: alij alimenti tenuitate eſuriant, ac flacceſcant. Adijcit huic ſententiæ pondus Magnorum Interpretum authoritas. Sed cur *Lac* paruulorum, atque imperfectorum alimentum interpretentur, facilis ratio eſt; cur autem *Mel* ad grandiorum, ac perfectorum aptent cibum, ratio non facile apparet. Certe Paulus 1. Cor. 3. 1. 2. *Lacti* paruulorum alimento, non *Mel*, ſed *eſcam*, id eſt cibum, qui edi, & mandi poſſit, oppoſuit. *Tanquam paruulis in Chriſto Lac vobis potum dedi, non eſcam.* Sicuti etiam 1. Cor. 10. 3. *Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.* Hebr. autem Ver. 2. eidem *Lacti cibum ſolidum* oppoſuit, qui ſcilicet non ſine labore traijcitur manſus dentibus, ac comminutus, vt ex ore traijciatur in ſtomachum. *Facti eſtis, quibus Lacte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis enim, qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonum iuſtitiæ: paruulus enim eſt: Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni, ac mali.* Vide nunc an *Mel* inter cibos, qui non niſi dentibus contriti, molaribuſque comminuti, traijciuntur in ſtomachum, numerandum ſit. Quin apud Iſaiam perſpicuè inter puellaria alimenta poſitum mel, cum butyro. *Ecce*, inquit, *Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum, & Mel comedet.* Vnde natus in Africanis Eccleſijs mos dandi nouis baptizatis guſtandum Lac cum *Melle*, de quo non vno loco Tertullianus, cuius ex lib. 1. contra Marc. Cap. 14. verba omitti non poſſunt. *Sed ille quidem vſque nunc nec aquam reprobauit creatoris, qua ſuos abluit; nec oleum, quo ſuos vnguit; nec Mellis, & Lactis ſocietatem, qua ſuos infantat.* Sed & cum dicitur de Hæbræorum Gente, *vt ſugeret Mel de petra, oleumque de Saxo duriſſimo.* Deut. 32. 13. Planè cum oleum in liquidis cenſuit, ita & *Mel*, quod vtrumque de Petra ſucturum Populum dicit: cum de cibis ſolidis antea dixiſſet, *Vt comederet fructus agrorum.* Quid quod ſi rem ipſam ſpectes, recens natis infantibus ſolitum intingi labra *Melle*, antequam vberi nutricum admoueantur. Faciunt omnia hæc, vt difficile credamus loco hoc *Mellis* nomine adultiorum victum accipiendum; *Lactis* autem paruulorum. Veneramur ergo doctrinam, ſed ſequi minimè audemus.

Mel Lacti coniuncti ad diuerſitatem cibi ſignificandam, vt Lac puerorum ſit, mel adultorum.

1. Cor. 3. 1. 2. Lacti ſolidus cibus opponitur non mel. 1. Cor. 10. 3. Heb. 5. 12.

Mel non inter cibos, ſed inter liquorum numerandum. Iſai. 9. 1.

Tertullianus: Lac cum Melle nouis baptizatis dari ſolitum tanquam infantibus. Deut. 32 13. Infantibus ac Lac, aut mel datur.

IV.

Lac melli coniunctum, Vt ſuauitas intelligatur veluti nutrimentoſa, Mel enim parum nutrit, multum Lac. Ea ergo Leuitarum gratia commendatur. Qua Deus velut nutriebatur,

Nos *Mellis* coniunctum Lac dicamus, vt intelligatur ea ſuauitas *myſticorum Labiorum*, non ſterilis, & quaſi vidua, ſoloque guſtu probanda: ſed ſolida, pinguis, ac, vt ſic dixerim, nutrimentoſa, & ſubſtantialis. Id enim proprium *Mellis* eſt, vt dulcedine recreet, ſed parum nutriat. *Lac* autem ſui ratione ſubſtantiam habeat, cui multum inſit facultatis ad nutriendum. Vide quæ obſeruata ſunt Dram. Comment. ad hunc eundem locum Not. 38. Num. 1. Hymonodiam ergo, qua per Leuitarum *Labia* laudes decantari ſuas audiebat Deus, non à ſuauitate ſolum & dulcedine, ſed à nutriendi illa vi commendat his verbis, qua ſe ſcilicet ſentiebat, non modo ſuauiſſime recreari, ſed quodammodo nutriri: pingue ſcilicet quiddam, ac nutrimentoſum continebant, quod non cum ſola dulcedine guſtata deſinebat: ſed poſt guſtum durabat. Et quemadmodum cibi non id ſolum habent, vt, cum manducantur, blandiantur palato; ſed tranſacta guſtatione alimenti fructus maneat, quo corpus nutriatur, roboretur que: ita poſtquam Hymnorum concen-

Lac nutriendi vim habet, qua caret mel.

Leuitarum cantus non dulcis modo, ſed quodammodo nutrimentoſus.

Digitized by Google

Quaſi tranſacto cantu. Ad huc maneret fructus, Sicuti poſt lactis hauſtum,

conſentus deſijſſet, nec iam Dei aures mulceret, manebat, vt ita dixerim, fructus, & à fructu ſatietas. Quod quidem tametſi ſubtile eſt, aptiſſimum tamen eſt, ad indicandum, quam Deo placeat miſtus ille è diuerſis pſallentium vocibus ſonus, quando cum ſonante exterius voce pietas interior, ac reuerentia in Deum iungitur: vt non minus ſe cantu recreari, quam pietate, ac deuotione refici videatur.

V.

Cur autem additum: ſub lingua? Vt ſignificaretur dulcedo non mutuatitia, Sed propria, & domi nata. Id eſt iugi meditatione velut in carnem verſa. Id hic indicari colliges ex alijs locis. Eſt ergo hæc alia labiorum laus, Aut potius Leuitarum.

Vndequia pſalmodia vacant,

Modum pſallendi poſſunt diſcere.

Dulcedo cantus Leuitarum non mutuatitia ſed propria.

Spiritus acceptus á Deo iugi meditatione verſus in carnem & ſanguinem.

Leuitarum iugis & duratura deuotio.

Monitum ad illos, qui ex inſtituto vacant Pſalmodiæ.

Supereſt Quæſtio poſtrema, quid illa ſignificant: *Sub Lingua tua*. Nam quin ea cum magna cauſa ſint addita, vix vocari in diſceptationem poteſt. Quid alij ſenſerint, apud alios habes: quid nobis probabilius videatur, ex ijs colleges, quæ Dram. Commentar. diximus. Vbi monuimus, ea dicendi forma ſignificari dulcedinem non mutuatam, non aduentitiam, non facile deſituram: ſed iugem, propriam, domi natam, ideoque duraturam: quaſi apud animum ſuum *Leuitæ* haberent eius dulcedinis promptuarium, ac velut fontem iugi liquore manantem. Non, quòd id, quidquid erat ſuauitatis, natum apud illos eſſet, erat enim omne id à Dei in illos largitate, & gratia: ſed quòd id ipſum, quo ex Dei dono abundabant, iugi meditatione, atque apud animum ſuum tractatione, proprium feciſſent, atque in carnem, & ſanguinem, quemadmodum aduentitia alimenta ſolemus, conuertiſſent. Id autem ea orationis forma, *Sub Lingua tua*, indicari, ex aliorum locorum collatione monſtrauimus. Pertinet ergo & id ad animi præparationem, qua Leuitæ ſacros Hymnos concinebant: vt pietas; atque deuotio intelligeretur iugis atque duratura, nec facile deſitura, quemadmodum ea ſolent, quæ minimè apud nos nata, largitione ipſa exhauriuntur; vtpote, quæ aliena potius liberalitate, quam propria opulentia conſiſtunt. Monitum hic habent hi, qui ex inſtituti ratione Pſalmodiæ vacant, & diuinis in choro laudibus concinendis, immo qui ex Eccleſiæ præcepto ſacras recitant Horas, qua id munus ratione exequi debeant, vt quidquid lingua, concentu, aut pronuntiatione ſonat, iugi prius meditatione, ac attenta animi tractatione, proprium faciant, ac velut in carnem, ſanguinemque conuerſum, denuo Deo, à quo acceperant, reddant, merituri ſic ab eo audire: *Fauus diſtillans labia tua, Mel & Lac ſub lingua tua.*

VI.

Sed & poſſumus hæc interpretari, De conformitate oris cum animo, & contra. Ex doctrina Bernardi. Vt ſuauitas in ore ſanentium ſit, Et multo magis in animo. Fauet & Auguſtinus. Cuius hic verba habes,

Bernardus. Pſallentium conformitas linguæ cum mente.

Auguſt.

Quanquam fortaſſe ſimplicius exponemus, *ſub lingua Eccleſiæ Mel & Lac eſſe*, vt intelligatur verborum exterius ſonantium cum interiore animi præparatione conformitas: nec aliud eſſe in corde, quam quod in ore ſit, certe Bernardus in Eccleſiæ Doctoribus tria diſtinguit. *In Lingua: ſub Lingua:* ac *ſuper Linguam. In Lingua laborem eſſe, quia ſeuerius verba exterius ſonant, quibus in cæteris diſciplinæ ſtudium vrgent: ſub Lingua, laborem quidem, ſed fictum, vere autem requiem, & dulcedinem: ſuper Linguam, illa, quæ quia ineffabilia ſunt, non licet homini loqui.* Subtilia hæc ſunt. Sed id tamen obſeruandum ex Bernardi ſententia, non fuiſſe ſine ratione dictum *Mel, & Lac ſub Lingua tua.* In *Lingua* ergo *Mel* Eccleſia habet, & *ſub Lingua* habet; quia & id, quod voce ſonat dulce eſt & ſuaue (id eſt, *Fauus diſtillans labia ſua*) & id, quod corde claudit, ſuaue etiam, & dulce eſt: vt per omnia ſenſus animi, ſonuſque linguæ conſentiant. Indicium huius interpretationis Auguſtinus fecit, qui ad verba illa Pſalm. (ſecundum Hebræos 10.) *Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine & dolo; ſub Lingua eius labor, & dolor.* ita inquit. *Propterea ſub Lingua eius, non in lingua, quoniam tacite iſta cogitaturus eſt, hominibus autem alia loquuturus, vt bonus, & iuſtus, & Dei Filius videatur.* Vt dictum de homine nequam ſit, verba menti minimè conformari; de Eccleſia autem, & verba, & mentem illius dulcia ex æquo eſſe, ac omnino Deo placita, & ſuauia auditu, & guſtu.

NOTATIO XXXIX.

ET ODOR VESTIMENTORVM TVORVM SICVT ODOR THVRIS.

I.

De veſtimentorũ myſtica ſignificatione ſententia varia Quidam volunt opera eſſe ſancta. Inducunt ad id Ioannem, Et Iobum. Thuris autẽ odori comparari, Quia ſunt velut preces ad Deum fuſa.

Veſtimenta Eccleſiæ opera ex præſcripto diuinæ legis facta. Apoc.9.8. Iob.27.14. Opera bona velut preces ad Deum fuſæ. *Caſſiodorus. Anſelmus.*

DVplex hic quæſtio, & quid *Veſtimentorum* appellatione accipiendum ſit: & cum *Odor* eorum *Thuri* comparatur, quid *Odore* notetur. Nam *Thus* quid ſignificet, alia, id eſt tertia erit quæſtio. Veterum Authorum frequens eſt ſenſus, *Veſtimenta opera eſſe ex diuinæ legis facta præſcripto.* Dehis dictum Apoc.9.8. *Et datum eſt illi* (Vxori Agni Eccleſiæ) *vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido: byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.* Et Iob.19.14. *Iuſtitia indutus ſum; & veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo.* Eorum operum *odorem thuri* comparari, vel quia omnia ſint velut preces, facto ipſo, non ore, aut lingua, ad Deum fuſæ; quod monitum à Caſſiodoro eſt; vel quod bona opera exterius facta, ſi cum feruenti oratione iungantur, non poſſint Deo non placere; quod maluit Anſelmus: vel quia operibus illis proxime ad Deum accedimus, & puri-

Vel quia cũ oratione iunguntur. Vera hæc quantũ ad doctrinã ſunt. Nec arduum ea ad noſtram interpretationẽ aptare. Nam placet Deo concentus linguæ, Si cum ſanctis operibus coniungatur.

Hic nempe ornatus eſt, varietate diſtinctus.

Quo in publicum ſponſa prodit.

Veſtimenta olentia thus, operæ orationi coniuncta. Nyſſenus. Tres Patres.

Linguę concentus bonis operibus iunctus maxime placet Deo.

Opera bona ornatus Eccleſiæ varietate diſtinctus.

tatem illius, & innocentiam imitatione in nobis exprimimus: *Thure* enim diuinitatem interpretantur. Id Nyſſenus arbitratur, cui fere hærent tres PP. apud Theodoretum, niſi quod ſimilitudinem cum Deo in eo locant, quòd Eccleſia operum ſuorum exteriore prouidentia, qua Filiorum curam ſuſtentat, Dei prouidentiam, quæ in cunctarum adminiſtratione rerum cernitur, imitetur omnino. Omnia ſi conſideres, verè dicuntur, quantum attinet ad doctrinam; nec difficile admodum eſt, ad noſtræ Interpretationis ſeriem aptare: nam & *Leuitis*, & cæteris, quorum munus continuus Deo canere laudes, exteriora opera, & legis Dei regula facta, multum decoris addebant, velut exterior cultus ſolet corpori, alias ſua ſpecie commendabili. Præſtant ſibi mutuam opem iuſtorum hominum honeſtè ſeu cogitata, ſeu dicta, ſeu facta: nec aliter placens hæc animorum ſpecies Deo probatur, quam ſi interiora cum exterioribus omnino conſentiant; & Dei laudes honeſtis virtutum actibus condiantur. Ornatus hic Sponſæ eſt, multa *varietate* diſtinctus auro diues, ac coloribus variegatus, mire ſplendens, decenſque Agni Sponſam, qui ſic ornatam, cultamque aſpectu, amplexuque dignatur. Sed cur *Orationem* non inter *Veſtimenta*, ideſt, *bona opera*, numeremus, cum bonorum operum non poſtremum Oratio ſit, ſed *Thuris* nomine accipiamus, ea commoda ratio eſt, quod Ioan. Apoc. 5. 8. Scriptum reliquerit: *Habentes phialas aureas, plenas adoramentorum, quæ ſunt Orationes ſanctorum.*

II.

Aliorum minus apti ſenſus, Theodoreti, & Iuſti vrgel. Nam ſunt quidẽ Fideles ornamenta Eccleſiæ, Sicut Filij parentum, Sed ſunt illi tamẽ de illius corpore, Ac velut membra, Non indumenta, niſi ex quodam vocis abuſo. Quo & Aponij ſenſus reijcitur, De diuitibus in pauperes liberalibus.

Quod longe alienum ab analogia eſt.

Theodoretus. Iuſtus Vrg.

Iſai. 49. 19.

Filij ornamenta Parentum.

Fideles Eccleſiæ verius membra, quam indumenta.

Aponius.

Theodoreti alia interpretatio eſt, qui *Veſtimenta Chriſtum* interpretatur, quod ſupra reieicimus. Et Iuſti Vrgel. qui *Sanctos omnes* intelligit, *qui & verbis, & operibus refundunt in proximos, immo & in Deum ipſum Odorem ſuauitatis.* Nam tametſi legimus apud Iſaiam Cap. 49. 18. (Cum præceſſiſſet: *Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi*) *Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut veſtimento veſtieris; circundabis tibi eos, quaſi Sponſa.* Hoc tamen loco non videtur id amplectendum eſſe. Sunt quidem Filij, maximè bene morati, & inſtituti ornamenta Genitorum: nec vnquam cultius honeſta matrona proceſſit, quam cum agmine Filiorum, Filiarumque honeſtè, ac pudicè inſtitutorum, ſtipatur: quod Lacenæ illius dictum fuit. Eccleſiæ autem dum velut Sponſa inducitur, magnus ornatus à multis Filijs eſt, quoque nullus eam faciat Sponſi oculis gratiorem. Sed ijdem tamen illi corpus Eccleſiæ conſtituunt; aut certè ad partes, vt ita dixerim, integrantes ac ſubſtantiales pertinent, non ad extrarias, niſi ex quodam vocis abuſu, & analogiæ nonnulla ratione. Adeoque hoc loco ſi inuenire poſſimus, quod aptius ad *Veſtimenta* accommodemus, haud opus erit, Fideles ipſos interpretari, aut ſanctos; cum hi magis pertineant ad Eccleſiæ corpus, quam ad extrinſecum ornatum. Quo etiam Lucæ Abbatis ſententia reijcitur, ex Aponio, vt videtur, qui illos intelligit, *qui de agrorum ſuorum decimis Eccleſiam, & miniſtros illius dotant, vt habeant vnde & eſurientibus alimenta, & nudis veſtitum tribuant. Qui ideo dicantur Thus olere, quòd eorum hæc opera ſacrificio, ideſt, martyrio quodam modo ſunt æqualia.* Nam præterquam quòd magna vtriuſque operis eſt diuerſitas, vt componi vix poſſint, tamen inſolentia ipſa interpretationis, & tam longè petita firmandi eam ratio ſatis indicat, quale de ea iudicium ſit ferendum.

III.

Sed in veſtibus conſideramus ornatum, Et quod extrinſecus adueniant. Nam primi parentes nudi creati ſunt. Necdum nuditatem erubeſcentes. Poſt culpam de tegendo corpore cogitarunt, Deinde neceſſitas in elegantiã verſa Immo & vanitatem, Id ergo veſtimenta erunt quod ornatui ſeruiet, Et extrinſecus adueniat. Qualia ſacrificia, & ceremoniæ, & ritus cæteri,

Veſtis & ornatus & exterius aduocantur.

Nuditas & neceſſitas veſtes inuenit, vanitas auxit.

Veſtimenta Eccleſiæ, ritus cæremoniæ ſacrificia, quę extraria.

Ergo Veſtimentorum nomine id intelligemus, quod & Analogiæ hærentes legibus, nec à ſerie Interpretationi noſtræ recedentes, probabilius, aptiuſque iudicemus. In *veſtibus* & ornatum quidem ſpectamus, ad corporis cultum; & quod extrinſecus aduocentur de aliena materia, ſine quibus totius corporis conſtare quidem actiones poſſunt, ſed decentius, ſi illæ adſint. Itaque ad decorem inceſſus, non ad agendi ſpectant neceſſitatem. Nam primitus Parentes noſtri *nudi, atque inueſtes Figulo ſuo ſtetere*, vt alicubi loquitur Tertullianus. Id ſcilicet Deo largiente, quod homines faceret, ad humana omnia perficienda habiles. Nondum de induuijs cogitarat; quia nobilius *Veſtimentum* de innocentiæ, atque iuſtitiæ verſicolore tela parauerat: ac necdum ſcelere factum fuerat, vt ſeſe verè nudos intelligerent, puderetque tunc primum ſpectatæ nuditatis. Tunc de *Veſtimento* cogitatum, primum nuditati tegendæ, pudori nubendo; id neceſſitas exigebat: poſtea corpori ornando, immo & inflando, & ambitione omnia iam tenente, haud contenti veſtiri ſimpliciter, veſtificinæ inuenta probauere; luxumque in induendo amplexati ſunt: donec de omni præcioſiore materia faſtui adminicula quæſiuere. *Veſtimenta* ergo & neceſſitas quæſiuit, & ornatus intexit, & vanitas variauit; exterius aduocante ingenio mortalium, quod niſi aberrauiſſet homo à primæua iuſtitiæ ſemita minimè quæſiuiſſet. *Veſtimentis* ergo id accipiemus, quod & ornatui Eccleſiæ ſit, & extrinſecus aduocetur. Si autem obſerues, vtrumque affirmabis in ſacris cæremonijs, ritibuſque reperiri, quibus ea Eccleſia, præter internas animi dotes, externaſque corporis actiones, vtebatur in ſacris ex inſtituto Moſis; aut ſi quid in ea re nouatum in noui apparatu Tẽpli eſt, Salomone authore. Id omne extrarium erat, maxime autem ad cultum, ornatumque externum pertinebet; & interiora illa, quæ diximus, veſtiebat. Atq; hi maximè

ritus

Id fortaſſe commendatur in Leuitis.

Aut certe veſtes ſacra,

Sine quibus munera non obibant

Ea veſtis Ephod lineum.

[illegible] attendo munus cõmedabant: cum nec ſine ſacris veſtibus id muneris [illegible] alioqui ipſæ myſtico ſuo ſignificatu non carerent, quo futura myſteria [illegible] pallio obtegebantur. Propria autem *Leuitarum* veſtis, quidquid muneris o[illegible] ſacris, *Ephod* fuit, ex lino puro, candidoque; neque enim fas illis erat eas induere [illegible], quibus induti Sacerdotes ſacris operabantur. Samuel certe minimè Sacerdos fuit, ſed Leuites: de eo tamen dictum, 1.Reg.2.18. *Samuel autem miniſtrabat ante faciem Domini, puer accinctus Ephod lineo.* Quin videtur *Ephod* veſtis fuiſſe communis Sacerdotum, ſiue virorum ſacrorum, cum miniſterium adolendi incenſum in ſanctis ſanctorum non obibant, ſed Templo abſtabant; ac Leuitarum: quem admodum veſtes ſunt, quibus ſupra communes impoſitis, viri ſacri nunc miniſtrant in templis, dum miſſas non celebrant, quas dicimus, *Sobrepellizes*: nam octuaginta quinque illis quos cum Achimelech iuſſit interfici Saul, 1.Reg.22.18. *Sacerdotes erant*, & tamen extra ſanctuarium veſtiti *Ephod Lineo* proceſſeraut, quod in veſtibus ſacris, quibus ad ſacrificandum vtebantur, non licebat. Immo puto fuiſſe veſtes non omnino prohibitas profanis, dum modo miniſterium aliquod in Dei cultum obirent. Nam de Dauide legimus 2.Reg.6.14. cum reduceretur Arca: *Porro Dauid erat accinctus Ephod lineo.* Datum autem id fuit miniſterio, nam *Saltabat totis viribus ante Dominum.* Licebat ergo quandoque etiam non *Leuitis*, aut *Sacerdotibus*, ſed omnino profanis aliquis vſus Ephod: ſed *Leuitarum* erat ex inſtituto, aliorum ex indulgentia. *Porro Dauid erat indutus veſte byſſina, & vniuerſi Leuitæ, qui portabant Arcam, cantoreſque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem etiam indutus erat Ephod lineo.* 1.Par.15.27. Siue ergo *Veſtimentorum* nomine, ſacras has, aliaſque veſtes accipias, quæ propter myſticum innocentiæ, ac munditiei externæ ſignificatum, Deo placerent: ſiue ceremonias, extrariumque ritum, quibus Leuitæ diuinas laudes concinebant; ſiue vtrumque magis probes, tantundem erit. Quidquid enim id ſit; mirificè Eccleſiam illam eo tempore decorabat, gratamque faciebat Deo.

Communis Leuitis, & Sacerdotibus,

Diſtinctum à ſacris veſtibus quarum vſus in ſanctuario.

Immo & permiſſum non Sacerdotibus.

Si quando munus obirent aliqua ratione ſacrum.

Hæc indumenta hic deſignantur,

Quorum odor Deo gratus,

Propter myſticum ſignificatum.

Ephod propriũ Leuitarum.

1.Reg.2.18.

Veſtimenta Eccleſiæ ſacræ veſtes.

1.Reg.22 18.

2.Reg.6.14. Dauid Ephod inditus ante arcam tripudians.

1.Par.15.27.

Veſtimentorum odor myſticus eorum ſignificatu.

IV.

Vel certe odore famam accipias,

Duorum rituum grauitate, & ſanctitate.

Ideo thuris dicitur odor,

Quod aroma habitum ſemper ſacrum.

Nec alium, qui laudatur, *Odorem Veſtimentorum* exiſtima, niſi hunc myſticum ſignificatum. Si tamen id placeat, de bona fama de ceremoniarum illarum grauitate, & ſanctitate interpretari, haud me repugnantem habebis: cum monitum ſæpe ſit, *Odori* ſuaui famam, opinionemque de rebus bonam comparari. Nam & ea, quam homines de rebus ſacris opinionem concipiunt, mire ſolet Deus recreari: pertinet enim hæc ad illius dignitatem, ac debitam reuerentiam, qui cultu tali donatur: totum enim id in illius honorem refunditur: ideo & *Thuris Odori* comparatur, quod ſui ratione, & communi mortalium ſenſu Diuinitati dicatum eſt; ſic non Deo vero ſoli, ſed exiſtimatis numinibus hominum vel conſenſu vel errore ſolitum adoleri. Apud nullam autem Gentem frequentior *Thuris* in ſacris vſus, quam apud Hebræos, & quidem ex inſtituto Dei.

Fama de cæremoniarum ſanctitate.

Thus ſemper habitum ſacrum.

VERSVS XII.

HORTVS CONCLVSVS, SOROR MEA, SPONSA; HORTVS CONCLVSVS: FONS SIGNATVS.

COMMENTARIVS.

A Singulis eius Eccleſiæ, eo ſtatu, partibus oculos in totum corpus vertit Deus, eiuſque ex ſingulis conſiſtentem laudat ſpeciem; atque *Horto*, vndique muris, ſeriſque *clauſo*, comparat. Hoc autem bis facit, nec ſine cauſa facit: Duplice enim cuſtodia cingebatur; & mira Dei ipſius protectione, quæ nunquam Populo illi defecit, dum ille ad Dei hoſtes non defecit: & ſanctiſſimarum legum ſeuera diſciplina, qua pervicax alioqui Natio contineretur in officio, ne facile exerraret, ac, velut equus minimè freno coercitus, in præcipitium iret. Addit & *Fontis Signati* ſimilitudinem, qua id indicatur, quod in ea Eccleſia, & maximum, & ab inſigni Dei in eam fauore profectum, erat: ſcilicet quòd illius pe-

 culium

Digitized by Google

culium ſolius eſſet, ac velut Primogeniti patrimonium merito Deus ipſe verbis profitebatur; ac frequentiſſimè ea vt alias omnes, velut alienas, & ad Dei curam minime pert... temneret. Id arbitramur ſignificari ſchemate *Signati Fontis* ... ea ſigillo munire ſolemus, quæ pro noſtris agnoſci volumus; ne quis audeat, quod alienum eſt, nullo ſuo iure inuadere. Poteſt & in *Horto Clauſo* ſtudium illius Eccleſiæ commendari, quo ſeſe in Religionis negotio ſollicitè cuſtodiebat, ne cui vel alieno ritui, vel doctrinæ qua puritas cultus corrumperetur, aditus ad illam eſſet. Hæc ſollicita, ac peruigil cura, cuſtodia erat, & ac veluti quidam murus, quo, cæteris clauſa, vni Deo Sponſo patebat. In *Fonte* autem *Signatò* doctrinæ puritatem poſſumus intelligere; cui, vtpote à ſe reuelatæ, Deus authoritatem contuliſſet: nam & ſigillo ea ſolemus conſignare, quibus omnimodam ineſſe authoritatem deſideramus.

ENARRATIO.

Singula hactenus in te probaui, quia ſingula ad perfectiſſimas leges exacta, ſuam ſunt merita laudem: nunc coniunctum illud ex ſingulis oculis obuerſatur, nec minus illis probandam. Nihil demit de myſtici totius corporis tui pulchritudine ſingularam partium decor; ea potius conſurgit ſpecies, in qua, cum probes omnia, nihil inuenias, quod minus placeat. Et quidem quam in te omnia tuta praſtet ſingularis mea dete cura, qua ab initio quidquid donorum inte contuli perennare volui, dicere opus non eſt: Legem dedi, cuius ex ſollicita obſeruatione omnis decor, omnis felicitas pendet. Nec tu, quantum inte eſt, defuiſti, quin conſilia mea iuuares, & totum opus promoueres. Perge porro, nec diſciplinæ ſtudium intermitte; neque enim ipſe intermittam fauorem impendere. Sic florebit ſemper ſpecies illa tua, & cum floribus fructuum vbertate ditabitur: &, quod natura non poteſt, Veri coniunget Autumnum. Hortum te cogita Regium, muro ſuo clauſum, ianuis, ſeriſque firmatum, vnique ſeruatum Domino: in quo creſcunt ad æmulationem plantæ; florent ad ſpeciem; arboreſque ſuis pomis graues lenocinantur oculis, auiditatem inuitant, immo irritant. Cogita Fontem perſpicuis ſalientem aquis, ac ſalubri latice bullientem: ſed Regio Sigillo impreſſo ſignatum, ne cui pateat alieno, vnius Domini ſitim exſtincturum. Talem te volo vni mihi ſeruatam, vni hærentem: ideo de muro duplici protectionis meæ, legiſque conclusi; & ſigillo ſignaui meo: ne quis ignoret, cuius ſub dominatu iam ſis: tuque iactes felicitatem tuam, quod ſolam amarim, ſolam deſponderim, ſolam in iuſtam futuram vxorem, nunquam dimiſſurus, deſtinarim.

NOTATIO XL.

HORTIS CONCLVSVS, SOROR MEA SPONSA, HORTVS CONCLVSVS.

SVM. COM.

I.

Hactenus Eccleſia à ſingulis membris laudata.

Nunc a toto corpore.

Eccleſia cum Horto clauſo comparata.

ECcleſiam illam laudarat à ſingularum partium ſpecie; idque in ea commendarat, quo ſe ipſa maior videbatur effecta, ſiquidem tranſacta tempora cum præſentibus componerentur. Nunc pulcherrimi illius corporis exequitur formam, quam *Horto clauſo*, & *Signato Fonti* ſcitiſſima ſimilitudine, ac decentiſſima comparat. Et quidem proximis, quæ ſequuntur verſibus, ſingularum rerum dotes applicat: hoc loco in *Horto clauſo*

ſitam

Sub Horti & Fontis metaphora,

furam, ac *cuſtodiam* qua nemini peruius *Hortus* ſit; nemini pateat *Fons*, commendat. Ergo quo ſenſu dicta ſit Eccleſia *Hortus*, quo ſenſu *concluſus*, videndum eſt; cætera de *Fonte*, proxima Notatione expediemus.

II.

Seu inſenſu variant Interpretes, Licet quidam de nexu haud anxij, Ideo in ſententias abiere non admodum aptas. De amico fideli, Nazianzenus, De qualibet virgine Ambroſ.

Greg. Nazianz.

Ambroſius. Virginitas Hortus clauſus.

Et Hieronymus, magnus virginitatis aſſertor.

Hieron Ep 22. ad Euſt. Et lib. 1. in Iouin.

Et vero ſimilitudinis & pulchritudo, & decorum fecit, vt Interpretes in varios ſenſus diſtraherentur, non probabiles ſolum, ſed pulcherriſſimos; ſi nexus, ac ſeriei Interpretationis cura non admodum præmaris: ſi ab ea oculos non amoueris, erunt forſitan multa, quæ omnino non probes; pauca quæ omnino placeant. Nam plerique eorum, maximè qui ſolitarie tractauere hunc locum, pro vt materia ferebat, ſenſum verbis accommodarunt; alia fortaſſe ratione interpretaturi, ſi perpetuo Commentario hunc librum explanauiſſent. Sic Gregorius Nazianzen. Or. ad Greg. Nyſſen. de *amico fideli* interpretatur. Oratione autem in Lau. Cypr. de *qualibet Virgine, quæ illibatum pudorem Deo conſecrarit*. Sic Nazianzenum imitatus Ambroſius lib. 1. de Virgin. cuius; quia pulcherrima ſunt, verba omitti non poſſunt. *Hinc ille, murali ſeptus ſpiritu, pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaque ſicut Hortus furibus anacceſſus, vitem redolet, fragrat oleam, roſam renidet: vt in vite religio, in olea pax, in roſa pudor ſacratæ virginitatis inoleſcat. Accingere itaque virgo, &, ſi vis huiuſcemodi tibi vt hortus adſpiret, propheticis illum claude præceptis. Pone cuſtodiam ori tuo, & oſtium circunſtantiæ labijs tuis.* Sic & Hieronymus non vno loco magnus virginitatis, & prædicator, & vindex.

III.

Sed hæc de tota Eccleſia dicta. Quod & Gregorio placuit, & alijs. Qui ad Fidelium ſimilitudinem refert. Caritatis clauſum muro. Auguſtinus ad prædeſtinatos, Reproborum ſepimento clauſos.

Hortus concluſus tota Eccleſia.

Gregor. M. Philo Carp. Caſſiodor. Beda. Auguſt. Fidelium multitudo caritate vallata. Prædeſtinati, reproborum ſpinis ſepti.

Sed, ſi verba ipſa conſideres, ſtatim intelliges, ea de tota Eccleſia fuiſſe dicta: nec continere encomium vnius partis, ſed totius corporis, id enim ad ſeriem longe accommodatius eſt. Melius ergo, hæc cum pleriſque de tota Eccleſia interpretabere, quod & M. Gregorius, & Philo Carp. hoc loco, & Caſſiodorus, & Beda faciunt, & alicubi Auguſtinus, quanquam non eodem ſenſu omnes. *Hortum* vult Eccleſiam eſſe Gregorius, quia *diuerſitate Populorum, vna fide iunctorum, ac pietate vicantium, velut florum, plantarumque varietate, veſtitur; caritate autem circumquaque, velut clauſo muro, munitur.* Itaque *Horti* appellationem ad eam Eccleſiæ partem adſtringit, quæ in iuſtis floret. Auguſtinus autem adhuc amplius ſtringit, ad *prædeſtinatos* ſcilicet: omnes omnino alios ad *Horto* excludit. Nam eodem ſenſu dictam Eccleſiam putat, *Lilium inter ſpinas*, ac *Hortum concluſum*: & quemadmodum ſpinarum multitudo ambit quidem circum lilium, non lædit; & ſepes *Horto* circũdata *Hortum* minimè ingreditur; ita reprobos, ſiue occultis ſiue opertis ſeparationibus, forinſecus adiacere.

IV.

Sed hi PP. nimis ſtringunt, Melius alij generatim referunt ad Eccleſiam.

Caſſiodorus. Beda.

Anſelmus,

Nimis vtrumque ſtrinctum eſt, præſtatque generatim de Eccleſiæ toto corpore interpretari, quod Caſſiodorus, & Beda faciunt, qui *Hortum clauſum* Eccleſiam volunt, *quòd Angelorum munita præſidio, Deique auxilio circumuallata, ſecura hoſtium inſidias minimè timeat.* Sic Anſelmus, quanquam *murum*, quo ſit circundata, *Fidem* intelligit. Sed mittamus nunc de munimento dicere; Dicamuſque, qua hæc ratione accipienda arbitremur, hærentes interpretationi noſtræ. De Eccleſia ergo dicta hæc arbitramur, ſed ſecundum illum ſtatum, quo ſub bonis Regibus ædificato Templo, auctoque pietatis ſtudio, Dei cultum intenta floruit: quo certè tempore, quin magna cum ratione *Hortus deliciarum Dei* dici potuerit, negari non poteſt. Nam certe toto eo tempore, quo quadraginta totis annis peregrinata per deſertas regiones eſt, quaſi ingenium cum terris, quibus verſabatur, induiſſent; aſperis moribus, ruſticiſque, ac quodammodo montanis horrida: potuit quidem montoſæ regioni, multaque arbore conſitæ, ſed nullo, vt ita dixerim, artificio diſpoſita ſuos per ordines, incultu potius quodam, ac neglectu plantata, comparari: *Horto* non potuit. Aut ſimilis tunc fuit ijs arboribus, plantiſque, quæ de inculto ſolo cultoris manu radicitus auulſæ, atque in pingue ſolum eximia arte plantandæ, ac ſtudio confouendæ, tranſducuntur. Hac loquendi forma dicebat ille Pſal. *69. 9. Veniam de Ægypto tranſtuliſti; eieciſti Gentes & plantaſti eam.* Quod nihil aliud fuit, quam quod Poeta dixit, dum viri boni beatitudinem prædicaret;

Nos ad eandem ſub Dauide, & bonis Regibus. Quo tempore vere Hortus dici digna. Sicut in deſerto, regio montoſa. Vnde arbores in Hortum transferantur. Vt cultu miteſcerent.

Eccleſia in deſerto velut regio montoſa.

Quod indicatum à Dauide.

Pſal. 69. 9.

Inutileſque falce ramos amputans.

Feliciores inſerit.

Horatius.

Translata ergo in promiſſam terrã. Cultu effecta melior. Fructus retulit Deo gratos. Et mire propagata eſt, Ideo dicta vinea electa. A Deo plantata, rigata, culta,

Eccleſia tranſlata in promiſſam terram cultior, vberior pulchrior. *Pſalm 69 9.* Eccleſia dicta vinea electa, & oliua fructifera, *Ier. 2. 21.*

Sed eædem illæ ſtirpes, è ſterili Ægypti ſolo, in Chanaanitidis pingues campos tranſductæ, pulchroque ordine in quincumcem ſatæ ſolerti cultorum ſtudio fotæ, ſuiſque temporibus jugibus aquis rigatæ, mirum eſt, quanta ſe ſpecie extulerint; quanta vbertate Dei deſideria cumulauerint. Id eſt, quod mox addidit Propheta, *Dux itineris fuiſti in conſpectu eius; plantaſti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius Cedros Dei. Extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius.* Ad idem tempus ſpectare arbitramur, quod apud Ieremiam Cap. 2. 21. legimus: *Ego te plantaui vineam electam, omne ſemen verum.* Nam in plantandi vocabulo omnis cultoris ſedulitas ac ſtudium, plantandi, rigandi, fodiendi, putandi, fouendique officium intelligitur. Io eo quod vocat *electam*, eius officij fructus, ac ſedulitatis, ac laboris præmium, ramorum productio, atque extenſio, frondium viror, fructuum vbertas: quod alio ſcilicet

loco

Digitized by Google

Et oliua pulchra, fructifera.
Et vinea plantata in loco fertili.
Quo pacto loquitur Iſaias,
Quod nullo magis tempore illi cõuenit.
Quam ſub Dauide & Salomone.

Ier. 11.16.
Iſai. 5.1.2.

loco dixit, haud, abſimili metaphora. *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam, vocauit Dominus nomen tuum.* Ierem. 11. 11. Et alius: *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei.* (terra pingui, ac ſolo vbere) *& ſepiuit eam, & lapides elegit in illa; & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular exſtruxit in ea.* Iſai. 5. 1. 2. Nam tametſi hæc ad beneficia generatim, in illam collata Gentem, referenda ſunt; nullo tamen magis tempore ij fauores in eum Populum inundarunt, quamdum, ſub bonis Principibus, ſtudium viguit Religionis, ac pietatis in Deum cura. *Hortus* ergo *deliciarum Dei* ea Eccleſia, & quidem merito, fuit toto illo tempore, eius & fauorem meritis, laudari digna.

V.

Sed clauſus dicitur Hortus,
Quod quid ſit videndum eſt,
Et an à Deo, an a ſe clauſus dicatur.
Quod à myſtico Horto alienum non eſt.
Ideo dubius loci huius ſenſus.
Nam quod clauſuram ad caritatem quidam referunt.
Nimis ſtrictum eſt.
Nam & iniuſti, per fidem & ſpem ad Eccleſiam pertinent,
Arbores ergo velut mortuæ.
Sed reuictura ſi gratia fluentis rigentur.
Non ergo caritas murus eſt.

Eccleſiæ ſub Horti nomine alterum encomium, quod clauſus ſit.

Sed non *Horto* ſimpliciter, ſed *Concluſo*, ſimilem eſſe dicit, quod alterum *Horti* encomium eſt; ne quis putaret eam ſpeciem, qua vernabat, & placebat Domino, facile corrumpi, aut beſtiarum incurſu, aut furum rapina, aut hoſtium incurſione poſſe. Sed cum hæc cuſtodia non vnam habere originem poſſit; poteſt enim intelligi à Domino ipſo vel ſepi, vel muro ad munitionem, ſecuritatemque circumdatus *Hortus*; poteſt etiam & à ſe ipſo munimento circundari, ne cui alieno aditus pateat: nam tametſi hoc in mortuo, atque inanime fundo verum eſſe non poteſt, cuius tota felicitas à Domini ſtudio, & ſollicita cura eſt; poteſt ſatis intelligi in myſtico *Horto*, cuius tametſi bonum maiore ex parte à Domini cura, ac fauore prouenit; tamen multum *Hortus* ipſe ad ſuam gloriam, ac ſpeciem poteſt conferre. Id facit vt dubium ſit, ad quem referenda hæc ſint, quidque cuſtodiæ, ſeu muri nomine accipiendum ſit. Quid alij de veteribus ſenſerint, alibi dictum eſt. Certè quòd quidam voluere *Caritatem* murum eſſe, id habet incommodi, quod hæc arctant ad ſolos iuſtos, quod nimis ſeuerum eſt; nam & iniuſti, ſi fide coniuncti reliquo ſint corpori, & ſpe diuinorum, ad Eccleſiam pertinent: eorumque ad illam, velut ad matrem, non bonorum etiam filiorum, cura. Et quanquam hos Auguſtinus, vt ſupra monui ſpinis non immerito ob aliquam ſimilitudinem comparat, inter quos Eccleſia *Lilium* ſit; tamen ſi exactius rimere, potius ad plantas in radice viuentis fidei, ſed ſurculis, culmoque caritatis aridis, mortuiſque dixeris pertinere. Arentes quidem videmus, atque emortuas; ſed rurſus inductis gratiæ fluentis irrigatæ, vitæ reſtitui poſſunt: vt de illis eo ſtatu dici poſſit, quod legimus: *Lignum habet ſpem; ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant; ſi ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quaſi cum primum plantatum eſt.* Iob. 14. 7. 8. 9. Quod ſi ad Eccleſiam pertinent fideles etiam iniuſti, adhuc fine, & ſpe iuſtis coniuncti, certè *murus*, quo Eccleſia circundatur, *Caritas* eſſe non poterit, qua ſcilicet arcentur peccatores.

Not hæc num. 2. 3. & 4.
Caritas minus apte Eccleſiæ hic murus dicitur.
Auguſtinus.
Fideles ſine caritate, arbores in radice viuentes. fidei, ad aquas gratiæ recuſtum.
Iob 14.2.

VI.

Eccleſiæ murus Dei protectio.
Et angelorũ præſidium.
Quæ nunquam ei defuerit,
Vt inde Deus Auxiliator ſit dictus.
Sub Moſe quidem in Deſerto,
Immo id promiſſum illi populo.
Et quidem largiter.
Quæ ex protectione ingentes fructus futuri.
Id vero ſub Dauide impletum,
Et ſub alijs pijs Regibus.
Inde ſpes & ſecuritas in periculis,
Et voces Prophetarum.
Hortantium ad ſperandum.

Caſſiodor.
Dei & Angelorum protectio Horti cuſtodia.
Deut. 33.26.
Deus Auxiliator dictus, qua de cauſa.
Deuteronomij locus expoſitus.

Ergo ſi *muri* hanc cuſtodiam ad Deum referre placeat, præſtat Caſſiodori ſententia, qui Dei *ipſius auxilium, prouidentiamque, Angelorumque præſidium,* interpretatur, quod illi Populo nunquam ſubtractum eſt, dum ipſe ad Dei hoſtes non defecit: Sed ad Eccleſiam ſi reſpicias toto eo tempore, animaduertes præſentiſſimam Dei ipſius opem, auxiliumq; adſtitiſſe illi: cum nunquam in ea defuerint, qui id ſibi vt ſubſidium paratum eſſet, digni fuerint. Fuit tam oculis omnium patens is in Populum illum fauor, vt nobile *Auxiliatoris* cognomentum inditum illi propter eam cauſam fuerit. Dictum quidem de illo eſt olim Deut. 33. 26. *Non eſt Deus alius, vt Deus Rectiſſimi* (Iſraelis) *Aſcenſor cœli* (equitans ſuper cœlos) *Auxiliator tuus. Magnificentia eius diſcurrunt nubes.* (ſymbola protectionis & auxilij. Ad te properabit eius protectio, & quocumque ire contigerit te ſequetur: quia eius nutu omne genus auxilij omnem in partem conuolat, agmine velut facto) *Habitaculum eius ſurſum* (Ne exiſtima, non illi notam indigentiam tuam: omnia de ſuperiore loco videt, & quo res ſtatu ſint tuæ, nouit omnino. Ac, ne vereare, quanquam ignotum illi non ſit, quo tu maxime indigeas, defectu poteſtatis, tametſi velit, periculum eſſe, ne non poſſit auxilio eſſe, infinitæ poteſtatis eſt.) *& ſubter* (extendit) *brachia ſempiterna. Eijciet à facie tua inimicum, dicetque: conterere.* Sequitur eius protectionis fructus. *Habitabit Iſrael confidenter, & ſolus. Oculus Iacob in terra frumenti, & vini; cœlique caligabunt rore. Beatus es tu Iſrael: Quis ſimilis tui, Popule, qui ſaluaris in Domino? ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ.* Quæ omnia quanquam olim à Moſe dicta vere futurorum continent vaticinium, poſt deductum Populum in promiſſam hæreditatem, ac fundatum Regnum, ſtabilitamque Religionem, implendum. Atque eodem reſpiciebat optimi, atque ſanctiſſimi Ezechiæ oratio, cum Aſſyriorum exercitus omnium animos terrore cõpleſſet: *Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis Regem Aſſyriorum, & vniuerſam multitudinem, quæ eſt cum eo: multo enim plures nobiſcum ſunt: quam cum illo. Cum illo enim eſt brachium carneum, nobiſcum Dominus Deus noſter, qui Auxiliator eſt noſter, pugnatque pro nobis.* 2. Par. 32. Sed multo in rem præſentem aptius Iſaias, ac illuſtriore orationis luce. *Hæc dicit Dominus faciens, & formans te, ab vtero Auxiliator tuus. Noli timere, ſerue meus, Iacob, & rectiſſime* (mihi maxime dilecte, quod coram me in rectitudine ambules)

No veras ſin ſus ſino trigo y vino.
2. Par. 32 7.
Iſai. 44 2.
Rectiſſimus, pro recte corã Deo ambulante.

Digitized by Google

Is Horti murus & clauſura,
Sed nec aquarum defuit copia,
Vnde optimi prouentus.

ambules) *quem elegi* (Hæc ad *Hortum Clauſum* ſpectant muro diuinæ protectionis; ad *Fontem* iugi aqua manantem hæc alia) *Effundam enim aquas ſuper ſitientem, fluenta ſuper aridam: effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam.* (Quæ ſequuntur, ad *Horti* vbertatem; quid enim poſt cuſtodiam, rigandique ſtudium iam ſupererat, niſi vt omnia vernarent, ac ingenti prouentu Domini ſpem implerent?) *Et germinabunt inter herbas, quaſi ſalices iuxta profluentes aquas. Iſte dicit: Domini ego ſum: & ille vocabit in nomine Iacob; et hic ſcribet manu ſua Domino, & in nomine Iſrael aſſimilabitur.* Iſai.44.2.3.4.

VII.

Sed non fruſtrà bis concluſus Hortus dicitur,
Nam & lex etiam illi data pro muro,
Immo pro ſepe ſpinarum.
Et pro freno, quo coerceretur,
Qua loquendi forma vſus eſt Iſai.
Apud quem laudis nomine lex intellecta.
Vnde lux eidem Prophetæ
Cuius difficilia verba expoſita.
Nam ſæpe Deus nos perire non ſinit,
Etiam volentes, quæ magna felicitas,
Graue videri poſſit, ſic cogi ad bonum,
Sed maximum beneficium.
Is murus Horti, & vera cuſtodia.
Vnde ſecuritas & vernans gratia.
Hæc vera ſecuritas eſt,
Sub qua animus pace fruitur.
Veritatis tectus ſcuto,
Id eſt lege diuina,
Hac circumdatur Eccleſia velut muro impenetrabili.

Lex Moſis murus Eccleſiæ.
Lex frenũ quo prohibemur à præcipitio.
Iſai.48.4.
Laus Dei pro lege vſurpata ab Iſaia.
Freno diuinæ legis coerceri, ingens bonum.
Pſal.98.165.
Pax, pro felicitate, & ſcandalũ pro aduerſitate.
Pſal.40.4.5.6.
Veritas prolegata & reuelata omni doctrina:
Eph.6.16.

Sed monui, non ſine cauſa fuiſſe ſententiam geminatam, & bis Eccleſiam appellatam *Hortum Concluſum*. Id cogit ad exquirendum, quo ſenſu id dictum ſit Præter illam Dei eius Eccleſiæ protectionem, per ſe, ac per Angelos, *Legem* per Moſen dederat, Populumque facilem, nec in eadem ſententia ſtabilem, præceptorum ſeueritate, velut ſpinarum pungentium ſepimento, coercuit; ne, libertate, ac facilitate abuſus ſua, facile exerraret; & qui minus amore ducebatur ad rectum, æquumque, metu ſaltem, ac ſeueritate ſupplicij flecti ſe ſineret. Deus ſcilicet optimus equitandi magiſter Populo illi, velut equo contumaci, legis frenum iniecit, quo facilius in officio contineretur, nec in præcipitium iret, quo quadam naturæ, ingenijque procliuitate ferebatur. S. D. E. *Scio enim, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.* Iſai. 48. 4. En æquum præferocem, & contumacem, ignarumque à ſeſſore blande regi. Sequitur poſt nonnulla in eandem ſententiam; *Propter nomen meum longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te ne intereas.* Ver.9. Meritus quidem fueras propter proteruiam tuam, atque indocilitatem, vt te abijcerem, atque in præcipitium ire ſinerem, extremoque ſupplicio damnarem: ſed, quid me deceret potius, quam quid tu mererere, conſideraui. Differre ergo ſupplicium placuit, gladiumque, ad vltionem paratum, in vagina recondere, ac iræ ſe efferenti temperare; ac freno potius meæ legis (ſic interpretamur duo illa vocabula, *laude mea*: verè enim lex laus Dei dici poteſt, quod illius obſeruatio omnis laudẽ illius contineat, ſicut ſæpe apud Dauidem legimus) id agere, vt ne pereas, ſi etiam velis. Quo fere pacto interpretantur Thomas Aquinas, Haymo, & Lyranus, & alij eos ſequuti. Felix Populus, qui hoc laudis, ac Dei legis freno coercetur, ac ne ſe efferat prohibetur: non ea ſecuritas habenda eſt, qua animus inſoleſcens ad meliora reuocatur, nec, perire volens, permittitur, Graue fortaſſis fuerit, & amarum ſic ad tempus cogi ad bonum; ſed erit tempus, cum meliore lumine profuſa mens, in felicitate ponat, quam infelicitatem putabat. Tunc, errore depoſito, ac diſpulſis, quas ſecum attulerat, tenebris, occinet hilari ſono illud: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Pſal.118.165. Nam pacis appellatione omnis felicitas, & quidquid homines beatos facere ſolet, ex Hebræorũ vſu intelligitur. *Scandalum* autẽ paci opponitur; & pro omni aduerſitate, qua animus cruciari ſolet rectè accipitur. Id ſcilicet *Murus* hic diuinæ legis facit, vt mala omnia arceat, bona omnia contrà reducat. Hæc ſecuritas illa eſt, qua, omni ablegato timore, animus id ſolum curat, vt nihil curet; nulla anxietate pulſatus, nullo aduerſo caſu turbatus. S.D.E. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis, ſcuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano.* Pſalm. 90. 4. 5 6. Nam *veritas* hoc loco omnis reuelata doctrina, atque à Deo tradita, intelligenda eſt, quæ nihil aliud, quam lex diuina eſt. Hac circumdatur Eccleſia, velut *Hortus Muro*, hac tota protegitur, vel vt nobilis præliatrix ſcuto, quo poſſit *omnia tela inimici ignea extinguere.* Eph. 6. 16. Id autem nullo magis tempore ea Eccleſia experta eſt, quam dum ſub bonis Principibus, eorum exemplo multitudini monſtrante viam, ex Dei ſanctiſſimis inſtitutis vitam compoſuere omnem: eam autem obſeruantiam ſequuta felicitas eſt ſeu fructus illius, ſeu præmium.

VIII.

Sed quia in Dramate.
Murum coniugalem fidem interpretati fuimus,
Ac pudoris curã,
Id etiam applicãdum eſt.
Fides ergo commendatur illius Eccleſiæ.
Nullo profano cultu fædata.
Etiam ſub Salomone deprauato.

Dram. Comment. Cap 4.Not.40. num.7.
Fides coniugalis murus ſpõſæ.
Dauidis & Salomonis tempore populus ad idola non verſus.

Cæterum quia loco hoc laudes eius Eccleſiæ concini monitum multis eſt locis, quidque ea Dei quidem fauore haberet, ſed à ſe tamen excultum, ac Deo iterum redditum per amorem, ac fidem; Dramatico autem Commentario *Horti ſepimentum* clauſuramque interpretati ſumus, modeſtiæ, pudoriſque curam, fores autem ac ferreas ſeras ſponſalem fidem, quibus illa virtutibus & cæteros arcebat ab ingreſſu, & vni Sponſo, cuius tota in poteſtate erat, patebat; & id etiam applicandum, illo quidem ſtatu, quod nec difficile futurum puto. Nam certa & Dauidis, & Salomonis tempore, quo ſtatum quendam illa Reſpub. videtur conſequuta, ac maturitatem adepta, mirum eſt, quam integra fide, Deo adhæſerit; quanta illius cura, ſtudiumque fuerit, ne vllo ſe profano, aut alieno cultu pollueret. Id autem tam feliciter conſequuta eſt, vt toto eo tempore, quo Dauid, & poſt illum Salomon filius Regni habenas moderatus eſt, nemo legatur ad alienum cultum declinaſſe. Quin tametſi Salomon per mulieres deprauatus, ac peregrinis ſacris initiatus, Dei in ſe iram concitarit, vt parte meliore Regni in Roboamo filio mulctatus fuerit, nemo legitur deſciuiſſe ad alienos Deos; ſcilicet ſolitus Populus à multis anni fide integra,

Digitized by Google

integra, & ſolida pietate Deum venerari, ne prauis quidem Salomonis exemplis ad impia ſacra traduci potuit: tam ſolidè ſcilicet fundatus erat. Hæc illius Eccleſiæ honeſtas, & pudor iure *Horti* myſtici ſit *clauſura*, & *murus*, quo alieni, & fures ab illius arcebantur delitijs. Huc Iſaias reſpiciebat, cum deerrantem à via Populum, & multa impietate fœdatum reduceret, ac ſermone vehementi à prauis inſtitutis auerteret. *Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes*, Et: *Si abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris extendere digitum, & loqui quod non prodeſt; orietur in tenebris lux tua; & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies: & eris quaſi Hortus irriguus, & ſicut Fons Aquarum, cuius non deficient aquæ.* Iſai. 58.6.9.10.11. Ac ne facile iniurijs rapiniſq; pateat *Hortus*, aut ferarum incurſibus, quæ & fructus perdant, & germina corrumpant, ſubdit: *Et ædificabuntur in te deſerta ſæculorum.* Quæcumque olim quidem coli ſolita, poſtea in ſolitudinem, ac ſterilitatem verſa, in ſupplicium tuorum ſcelerum, poſtquam priores, ac laudabiles indueris mores, iterum primam repetent vbertatem, & habitari, & coli incipient. *Fundamenta generationis, & generationis ſuſcitabis.* E mortuas ſtirpium radices, noua genitrice vi animatas, & germinare feliciter, & certa ſpe futuræ vbertatis florere videbis. *Et vocaberis ædificator ſepium, auertens ſemitas in quietem.* Iſai. 58.12. Quiſque ſibi nimirum artifex fortunæ, ac ſecuritatis eſt: & ſi *Horti* in ſe amœnitates plantauerit, ſepem ſimul ædificat, qua circundatus *Hortus* ſecurè vernet nullo hoſtilis incurſionis metu trepidus, nullius beſtiæ iniurijs corrumpendus. Aditum prorſus omnem alienis occludit, & omnem ſemitam tollit, qua ingreſſus pateat: vt vni illi amœnitas, illa ſeruiat, cuius in oblectamentum parari omnia decet: vt poſſit dicere: *Hortus concluſus, ſoror mea, Hortus concluſus.* Sed de hac re alias.

Et exemplo monſtrante viam,
Huc Iſaia pertinent dicta,
Quibus reſipiſcenti populo,
Priorem felicitatem pollicetur,
Nam quiſque ſuæ ſibi fortunæ eſt artifex.
Et animæ Hortũ muro circundat,
Ne cui alieno pateat.
Sed vere perpetuo vernat.
In ſolius Dei oblectamentum.
Cui omnia ſeruire debent.

Iſai. 58.6.
Iſaiæ illuſtris locus expoſitus;

Fortunæ ſuæ arbiter quiſq; ſibi eſt.

NOTATIO XLI.

FONS SIGNATVS.

FOntem Horto coniungit, ne ſcilicet corriuationes aquarum deeſſe quis arbitraretur, vnde plantis alimenta præberentur. Quantumuis enim vberem glebam velis eſſe, ſi maligno latice rigari contigerit, ſterileſcere neceſſe eſt, ſed quemadmodum *Hortum* non ſimpliciter poſuit, ſed *Clauſum* dixit; ita & *Fontem Signatum* dicit; quod vtrumque quo ſignificatu ſit poſitum, dubium eſt. Duplex ergo eſt quæſtio, altera, quanam ratione Eccleſia *Fons* dicta ſit; altera, cur *Signatus*. *Fontem* de veteribus plerique ad *doctrinam* referunt. Sic Theodoretus, Gregorius M. Ambroſius, Caſſiodorus. Eſt autem id ſiue analogiã, ſiue vſu ſcripturæ ſpectes, valde probabile; nec ad texturam noſtræ Interpretationis ineptum: nam & aqua ſua cryſtallo nitens, ac de Fonte hilari curſu manans, rite ſapientiam, doctrinamque ſignificat, maximè diuinam, quæ nulla terreni cœni commiſtione turbari poteſt. S.D.E. Eccli. 24.29. *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.* Nec diuerſa hæc ab illis ſunt, quæ de ſua doctrina, vt Theodoretus, Euthymius, & Ammonius interpretantur, Chriſtus prædicat Ioan. 4.13. *Omnis, qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo Fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Vno enim loco *Sitis* nomine deſiderium, ac voluptas intelligitur, quam ſecum affert diuinæ ſapientiæ aqua, dum potatur, immo poſt potum: proprium enim illius eſt, vt, quæ capitur ex ea voluptas, non tranſeat, ſed ſemper duret: & augeatur, & creſcat potando. Alio, nomine *Sitis* nunquam rediture poſtquam biberit, quis ſemel, id innuitur, quo aqua ſapientiæ à naturali & fontana differt: hæc enim cum potata ſemel fuerit, ac ſitim extinxerit, natiuo alterata calore, tandem conſumitur, & in lotium, ſudorem, ac vapores per inſenſilem tranſpirationem, excernitur. Illa, poſtquam biberis, manet animo inſita, nec mutatur. Affert ergo vtraque ſecum interitum ſitis; ſed altera conſumpta, redit ſitis, altera ſemper durante, ſitis redire non poteſt, quanquam ſemper & deſiderium, & voluptas manet eadem. Id eſt; *Fiet in eo Fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Sit ergo diuinæ abundantia ſapientiæ, nunquam deſitura, aut ſterili fluxu de ſuo capite proceſſura, *Fons* perennis, & perſpicuis manans aquis; quæ quia in ſola, ac catholica Eccleſia viuo ſemper latice ſplendet, ideo ab Sponſo verbo, & quidem merito, *Fons Signatus* dicta eſt. Nec ſine cauſa hoc encomium tunc maximè illi tributum eſt, cum ſub Dauide maxime, ac Salomone floruit, quorum exſtant hodie libri, multiplice ſapientia velut Fontes pleno margine, redundantes, ad vtilitatem animarum: nullo enim tempore ante Chriſtum ſapientiam Patris, eiuſmodi aquis ditior Eccleſia fuit. Atque hæc ad Fontis pertinent primum ſignificatum.

I.
Additur Horto Fons ne rigatio deſit.
Sed ſignatus tamen.
Videndum ergo, Cur Fons Eccleſia, & cur ſignatus,
Fons quibuſdam propter doctrinam eſt,
Quia aqua ſapientia ſignificata,
Ex ſcripturæ vſu.
Immo & Chriſti verbis,
Qui ſub eo ſchemate de ſua doctrina loquutus.
Sitim omnem extinguere dixit,
Quod creatæ ſapientiæ non conuenit,
Cuius aqua ſemel pota ſitim non ſedat.
Sicuti aqua fontana.
Eſt ergo diuina doctrina Fons ſignatus,
Quod non ſine cauſa additum,
Datumque Eccleſiæ ſub Dauide,
Quando maxime Eccleſias abundauit his aquis.

Horto cur iunctus Fons,

Fons Eccleſia propter doctrinam.
Theodoretus,
Gregor. M.
Ambroſius.
Caſſiodor.

Eccli 24.29.
Theodoret.
Euthym.
Ammonius.
Ioan. 4.13.
Chriſti doctrina aqua ſitim extinguens,

Humanæ ſapientiæ aqua ſitim non ſedat.

Fons dicta Eccleſia ſub Dauide, quia nunquã magis diuina ſapientia abundauit.

Cur

Digitized by Google

II.

Signatum autem quidam volunt, Quod prudenter diſpenſetur, Ne detur ſanctum canibus. Sed obeſt, quod Horto clauſus, Signatus etiam dicitur: Omnibus ſcilicet ſigillo munitus. Id oſtenditur ex s. s. Sic apud Iſaiam, ſignatus liber legi non poteſt. Et apud Danielem viſio. Et alijs paſſim locis. Signatus ergo Fons omnibus clauſus eſt, Doctrina vero Chriſti, Fons patens omnibus. Ad quem ipſa omnes ſitientes inuitat. Et quidem clamat vt audiatur.

Signatus Fons Eccleſia, propter iudicium in diſpenſanda doctrina. *Theodoretus. Ambroſius. Gregorius. Richard. Victor. Matth.7.6.* Quod ſigillo obſignatum eſt, omnibus ſignatum eſt & negatum. *Iſai 29.10.* Dan 8.26. Dan.12.4.9. Deut.32.34. *Apoc.5.1. Et, 10.4. Et, 22.10.* Doctrina Chriſti Fons omnibus patens, *Zach 13.1. Zach.14.8. Io.7.36.*

Cur *Signatum* appellet, proxima quæſtio eſt. Quidam ad iudicium, prudentiamque in diſpenſanda doctrina pertinere volunt hæc, ne ſcilicet promiſcuè, ſine vllo delectu obuijs omnibus arcana prodantur religionis; ſed parcè, & cum iudicio; ne ſcilicet ſimilis Eccleſia exiſtimetur, medijs vrbis plateis mananti fonti, vnde omnibus haurire liceat; ſic ferme Theodoretus, Gregorius, & Richardus Victor. Nam & monitum Chriſti ad Diſcipulos eſt; *Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas veſtras ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus, & conuerſi diſrumpant vos.* Matth.7.6. Ideo *Fonti* parietibus *Horti Clauſo* comparatur, non publico. Ita illi exiſtimant. Sed ſi id volebat tantum, quid opus erat *Fontem muro Horti clauſum*, & iam *Signatum* dicere? Cum id, quod de iudicio, atque delectu in tradenda, non niſi dignis, ac diſpoſitis, cœleſti doctrina, (tametſi verū eſt) non bene ſignificari videatur per *Fontem Sigillo* munitum (id enim *Fons Signatus* eſt; vt loco alio monuimus) nam quod obſignatum eſt, omnibus certe eſt obſignatum. Audeo dicere, ſi id vellet ſacer ſcriptor, aliâ ſermonis forma vſurum fuiſſe. Facile id oſtendi poteſt. Nam Iſai. 29. 10. *Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis; claudet oculos veſtros, Prophetas, & Principes veſtros, qui vident viſiones, operiet. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati; quem cum dederint ſcienti litteras, dicent, Lege iſtum: & reſpondebit: Non poſſum; ſignatum eſt enim.* Itaque, quod *ſignatum* eſt, ideo *ſignatum* eſt, ne vllus poſſit intelligere, ac omnes pariter arceantur. Sic etiam Dan. 8.26. *Et viſio veſpere, & mane, quæ dicta eſt, vera eſt; tu ergo viſionem ſigna, quia poſt multos dies erit. Cunique ſurrexiſſem, faciebam opera Regis, & ſtupebam ad viſionem, & non erat, qui interpretaretur.* Sic Dan. 12.4.9. Deut.32.34. Apoc.5.1. &, 10.4. &, 22.10. Ergo ſi *Signatum Fontem* hoc ſenſu accipias, potius intelliges omnibus clauſam, nemini communicandam doctrinam, quam paucis, & cum delectu, atque iudicio. Cum tamen de doctrina Chriſti, quam Auctores illi hic intelligunt, dictum ſit: *Erit Fons, Patens domui Dauid, & omnibus habitantibus Ieruſalem, in abſolutionem peccatoris, & menſtruatæ.* Zach. 13. 1. Et: *In illa die exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem.* Zach. 14. 8. Quod tunc tandem impletum eſt, cum Chriſtus, hactenus *Fons Occultus*, vnigenitus ſcilicet in ſinu latens Patris, factus homo, ac velut in publico locatus, omnium extinguendæ ſiti, clamare cœpit: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Io. 7. 37. Hanc ergo ſententiam minus huic loco aptam putamus.

III.

Aptius alij, veritate ſignatum intelligunt. Non poſſit illius aqua corrumpi. Aut ab aliquo turbari. Nā & ea ſignamus, quibus firmitatem ineſſe volumus. Id in arcano ſenſu facile intelligitur. In Dramatico non facile. Quia authoritas Fonti non conuenit, & firmitas. Hæc ergo minus apta ſententia eſt. Cum Dramatico ſenſui accommodari non poſſit, Quod neceſſariū eſt.

Fons ſignatus doctrina inconcuſſa veritate ſignata, quæ corrumpi nō poſſit. *3.Reg 21.8. Eſt. 3.12. Et, 8.8. Dan. 14.10.13.* Sigillum impreſſum authoritatis indicium. Litteralis ſenſus aptandus Dram.

Probabilior Caſſiodori ſenſus, qui *doctrinam* Eccleſiæ interpretatur (tametſi ad Euangelicam reſtringit, quod minime neceſſarium) *Signaculo inconcuſſæ veritatis munitam*; ita vt neque infideles, neque Hæretici, neque vllus omnino hominum, eius integritatem poſſit corrumpere. *Fontis* ergo perſpicuas aquas, ac puriſſime manantes, veram, puramque doctrinam accipiemus: in *Signaculo* autem, quo dicitur *Signatus Fons*, firmitatem, ac ſtabilitatem, quæ nulla poſſit alterius doctrinæ permiſtione libari. Nam & ea conſignare ſolemus, ſigilloque munire, quibus omnimodam authoritatem ineſſe volumus. Vide, quæ ad hunc locum diximus Dramatico Commentario, ne eadem cogamur repetere. Sic Principibus mos eſt, Regio impreſſo ſigillo litteris authoritatem tribuere, ne quis contemnere imperium audeat. 3.Reg 21 8. Eſt. 3.12. & 8.8. Dan. 14.10.13. Sed obeſſe huic interpretationi videtur poſſe, quòd, quanquam id, quod de authoritate doctrinæ Eccleſiæ à Deo tributa dictum eſt, qua ratione *Fons* dicatur *Signatus*, aptiſſimè ſecundum ſenſum arcanum videatur dici, conuenit enim doctrinæ authoritas; ſi tamen ſenſū Dramat. expendas, minus apte videatur conuenire: cuſtodia enim *Fonti* optime cōuenire intelligitur: ne quis puros illius, ſalubreſque latices inficere, aut cœno turbare poſſit, ideoque *Signatum dici*. Authoritas *Fonti* nullo idoneo ſenſu aptari poteſt, cum non vna de illis ſit rebus, quibus authoritas conuenit. Hæc ratio compellit aliud quiddam dicere, quod aptius huic loco quadret: nam, quod alias dictum eſt, hic in memoriam reuocandum eſt: diuerſos quidem eſſe Dramaticum litteralemque ſenſum; ſed ita, tamen ſibi connexos, vt quidquid in primum non quadrat, quatenus corticem continet, ne ſecundo quidem aptari debeat; cum Litteralis ſenſus ſola analogia nitatur, quæ, ſtatim vt aliquid in arcana ſententia comminiſcaris, quod Dramati repugnet, & accommodari non poſſit, omnino perit.

IV.

Sit ergo doctrina Eccleſiæ Fons. Signatus, vt pro Dei habeatur doctrina, Signamus enim quæ pro noſtris haberi volumus. Sic Pater Deus Filium conſignauit.

Eccleſiæ Doctrina ſignata vt pro Dei agnoſcatur doctrina. *Com Dramat c.4 not.41.nu.4. Deut.32.34.*

Ergo ſi ideo *Fons Eccleſia* eſt, quod illius doctrina & perſpicuitate, & ſalubritate, & iugi copia Regium *Fontem* imitetur, *Signatum* eo dici dicamus, quod *Sigillo* munitus Dei ideo ſit, vt pro ſuo ab omnibus agnoſcatur. Nam ſæpe ſolemus, quæ pro noſtris agnoſci habereque volumus, ſigno munire. Sic ij facere ſolent, qui merces ex vno loco in longinquas vrbes diſtrahendas mittunt, ne nimirum alijs permiſtæ, cuius ſint, noſci poſſit. quo ſenſu loco alio interpretati ſumus difficilia Ioannis Cap.6.27. verba: *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc Pater ſignauit Deus.* Sic dicebat Deut.32.34. *Nonne hæc condita ſunt apud me, & Signata in theſauris meis?* Vt eo loco docuimus. Ideo & Circunciſio *Signaculum*, & *Signum* dicta

Digitized by Google

Et circumciſione populum ſuum, Quę ideo ſignaculum dicta ſicuti & Baptiſmus. Inde infallibilitas doctrinę. Nec illud de authoritate reijciendum. Quę ab infallibilitate manat.

eſt, quod eo Populum ſuum Deus, velut peculium proprium *ſignauiſſet*, vt inter alias Gentes agnoſceretur pro ſuo. Rom.4.2. Et Baptiſmus *Signaculum* etiam dictus eſt; & baptizati, *Conſignati*, quod eo Fidelibus *Sigillum* impreſſum Dei eos conteſtetur in Dei ouibus cenſeri, vt pro eis agnoſcantur. *Signatus* ergo *Fons* Eccleſia eſt, quia illius omnem doctrinam, *Sigillo*, ac charactere impreſſo, Deus ſuam ipſius eſſe doctrinam conteſtatus ſit. Quod ad infallibilem veritatem, qua falli Eccleſia non poteſt, referendum eſt. Quod ſi pergas etiam doctrinæ authoritatem in impreſſo *Sigillo* recognoſcere, haud pergam repugnare, vt indicatum in Commentario eſt, dummodo fateare, id ſecundarium eſſe, & ex eo ortum, quod *Sigillo* impreſſo Deus voluerit doctrinam illam pro ſua haberi, vnde certè omnis illius manat authoritas. Quemadmodum cum ſupra Chriſtum intonuit de cœlo Pater; *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipſum audite.* Matth.17.1.

Circumciſione olim, nūc ſignari fideles Baptiſmo, velut Dei oues.

Doctrinæ authoritas conſignationis effectus.

Matth.17.5.

V.

Fortaſſe & id innuitur, Eccleſiam peculiū eſſe Dei, Quo ſenſu dicta pars, hæreditas, funiculus Dei. In eo ergo tota vis ſimilitudinis eſt.

Fortaſſis & in *Signato Fonte* id innuitur, quod & in Commentario à nobis primo loco indicatum, Eccleſiam illam Dei vnius peculium eſſe, ideoque eius *Signo Conſignatam*. Is certè ingens fuit in eam Gentem fauor, quod ipſe ſæpe teſtatus eſt; quodque & Populus ille ſæpè iactare ſolebat, vt pene alias Gentes deſpiceret, & vix inter homines numeraret. S.D.E. *Pars autem Domini Populus eius; Iacob funiculus hæreditatis eius.* Deut.32.9. Et,7.6. *Quia Populus Sanctus es Domino, Deo tuo. Te elegit Dominus tuus, vt ſis ei Populus peculiaris, de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram.* Sic alijs locis paſſim. Sicut ergo *Fons Signatus* vni illi ſeruatus eſt Domino, cuius *Sigillo* munitus, ita Populus ille, vt vni obſequeretur Deo, æquum erat, qui illum ſibi elegerat inter omnes Gentes, ac *Signo* Circumciſionis, velut *Sigillo* impreſſo, notarat, ſed præſtat prior interpretatio multis cauſis.

Populus ſub lege peculium, ſors, hæreditas, funiculus Dei. Deut.32.9. Et,7.6.

VERSVS XIII.

EMISSIONES TVÆ PARADISVS MALORVM PVNICORVM, CVM POMORVM FRVCTIBVS.

COMMENTARIVS.

HOrtum generatim eſſe dixerat, ſed *Clauſum*: nunc ſingillatim ad eiuſdem Eccleſiæ dotes enarrãdas, quibus *Hortum*, odoratis ac vtilibus plantis conſitum, imitabatur, tranſit. Nihil in illa incultu ſordidum, nihil vtilitate vacuum eſſe. Omnia vel ad menſarum inſtructum facere, vel ad odoramentorum delitias pertinere. Quidquid ex illa manaret Eccleſia, ſuo pretio æſtimandum eſſe. Nec illam ſolum *Hortum* eſſe, ſed in vno plures, ſicut ex vno multos, non minus eadem appellatione dignos, quam ea ſit ipſa. Intelligit autem ſingulares per Ciuitates ſingulas Synagogas, quæ imitatione Fidei, & morum conformitate, ac diuinæ Legis obſeruantia ſimiles illi eſſent, velut Filiæ Matres referre ſolent. Has *Paradiſos* eſſe, ſiue amœniſſimos *Hortos*, in quibus ſuo ordine, ex artis præſcripto, frugiferæ ſtirpes ſatæ eſſent, haud vnius generis, ſed regnare inter cæteras *Malos Punicas*, ideo & corona inſignatas in fructu. Has autem potius, quam alias, præfert, quod Granata mala bene ordinatæ Reipub. ſymbola, & quidem merito, habeantur. Si autem & exteriorem corticem, & interiores granorum ordines, & in illis æqualitatem, colorem, ſaporemq; conſideres, Eccleſiaſticæ Reipub. ſuis virtutibus ſtantis, expreſſam formam videbis: in qua ſcilicet eadem Fides æqualitatem inter omnes inducat; caritas vnionem; ſpes autem vitæ æternæ ſaporem omnibus inſpergat. Rite ergo Eccleſiæ *Emiſſiones*, ſiue, vt ita dixerim, Fidelium examina, in quibus per eam Religio propagatur, *Paradiſos* dicas *Malum Punicorum*, *Pomorum* autē *Fructus* ad abundantiā, varietatem, bonitatemq; operum referendos putamus: nihil enim in hiſce *Paradiſis* myſticis eſt, quod inimicum Dei palato, aut ſtomacho ſit, neque quidquam illi gratius, quam opera à Fidelibus in caritate facta. Hæc autem omnia, quam verè de illa Eccleſia dicantur, ſinguliſque Fidelium Synagogis, ex ijs libris facilè intelligimus, quibus illorum temporum ſub bonis Principibus Hiſtoria continetur.

ENAR-

ENARRATIO.

PErgere placet ſermone gratiſſimo pulcherrimi Horti bona cenſere: nihil enim in te video, quod non ſua laude ſit dignum. Nihil in te ſterile eſt, nihil incultu ſordet, aut otio ſqualet, & , quaſi inerti ſitu obductum, oculis diſplicet. Video de diuite tuo penu Eccleſias multas, velut de numeroſo Populo, Colonias propagatas: ac communicata vbertate, fructu multiplice vberes ad delitias meas. Nam quid eſſe dicam tot per vrbes ſingulas excitatas Fidelium Synagogas, in quibus velut in Hortis viget diſciplinæ viror: & Fidei vegeta virtus; & fructuum maturitas, in meas menſas ſuffectura, in operum, ad meam legem exactorum, abundantia; niſi Hortos eſſe, in quibus Punica Mali conſita, corona, qua inſigniuntur, regnare digniſſima? Ea Mala & auſterus cortex ſeueræ diſciplinæ commendat exterius, & tuetur: interius rubent grana Caritatis purpura: ſpe autem futuri præmij æternitatis condiuntur ſapore, atque æqualitate eiuſdem Fidei eadem ſeſe Matre prognatos Filios agnoſcunt, ac fraterno contubernio gaudent. Ea ſacræ Reipub. ac bene inſtitutæ multitudinis vera eſt forma. Sed & reliqua opera virtutum cerno, ad votum excocta, velut matura, ſuis de ramis pendentia Poma, & odore, & colore maturitatem teſtantia, & inuitantia auiditatem. Is mihi cibus gratiſſimus eſt; eo libenter vſci ſoleo, haud vnquam veritus, ne ſatietate inducta faſtidium ſentiam.

NOTATIO XLII.

EMISSIONES TVÆ PARADISVS MALORVM PVNICORVM.

SVM.COM.

I.

Hortorum dotes, Florum fragrantia, & fructium vbertas,

Hic de fructib. ſermo, malis Punicis,

Et Pomis cæteris, Mala autem Punica propria appellatione nō ſine cauſa nominat.

Hortorum duplex bonum, flores & fructus.

AD *Horti* hæc pertinent dotes, de quo generatim dixerat. Et quidem *Regios Hortos* duplex commendat bonum, & arborum frugiferarum vbertas; & florum, ac ſtirpium adoratarum ſuauis fragrantia. Vtrumque diligenter exequitur ſacer ſcriptor, alterum hoc verſu, alterum proximo. Hic ergo de ijs dicit arboribus, quibus conſitus erat: nominat autem ſolum *Malorum Punicorum* genus, reliquas autem Pomiferas arbores, quia per multas ſe ſpecies fundunt, vno ac communi *Pomorum* nomine comprehendit: aut, cur qui ſuo nomine illa ſignificauit, non aliorum etiam propria meminit appellatione? Hoc, quanquam ad ſenſum Corticis propriè ſpectabat huc tractandum reiecemus, dum Dramaticum ſenſum traderemus. Eius autem rei rationem paulo inferius reddemus.

II.

Sed emiſſiones quidam Sermones exponunt.

Qui mittuntur ore ad populi inſtructionem.

Hæc Ambroſij verba faciunt,

Has tranſmiſſiones ille vocat,

Sed originalis vox aliud quiddam eſt.

Propagines, ſeu progerminationes,

Emiſſiones, ſermones Eccleſiæ in bonum filiorum.

Nyſſenus.
Gregor M.
Tres Patres.
Caſſiodor.
Beda.
Ambroſius.

Pro emiſſionibus Ambroſius tranſmiſſiones habet.

Emiſſiones propagationes, ſeu propagines.

Quid *Emiſſionum* vocabulo arcano ſenſu accipiendum ſit, primum quærendum eſt. Veterum quidam de grauiſſimis, *Eccleſiæ Sermones* interpretantur, qui ſcilicet ore *emitti* ſolent, ad plebis inſtitutionem, ac doctrinam: quanquam non omnes eadem ſemita currunt; ſed non magnum diſcrimen eſt. Sic vterquè Gregorius Nyſſenus, & Pontifex, Caſſiodorus, Beda, Tres Patres, & Ambroſius, cuius lectiſſima verba omitti non poſſunt. *In illo Horto Sermones boni ſunt: alius, qui culpam coerceat; alius, qui iniquitatem corripiat; alius, qui mori faciat inſolentiam, & velut ſepeliat, quando correptus aliquis erroribus ſuis renuntiat. Eſt etiam ſermo fortior, qui confirmat cor hominis, validioribus ſcripturæ cœleſtis alimentis.* Lib. de Bono mortis Cap. 5. Si totum legeris haud pigebit laboris. Hos ille Sermones *Emiſſiones* arbitratur, aut, vt ille legit, *Tranſmiſſiones*, ſed ſine cauſa hæc videntur ad *Emiſſiones* Eccleſiæ referri, de quibus locis alijs dictum fuerat. Quem & modus ipſe loquendi ſatis indicat, hic aliud quiddam velle, maximè ſi vim vocabuli originalis conſideres, quo id ſignificatur, quod *emittitur*, & *propagatur*, ſeu *ad propagandum emittitur*: qualia ſunt examina apum, quibus, velut nouis inſtitutis Colonijs, totum genus propagatur, & in nouas regiones emittitur: aut propagines vitium, arborumque germina, quæ inſerenda non ſuis truncis, de matribus deciduntur, ad nouam ſobolem, procreandam. Et,

Digitized by Google

Quod & ſi de ſermone dici poteſt. Tamen aliud quiddam eſt.

quanquam id de *Sermonibus* vtrumque dici poteſt, quod & Nyſſenus, & Tres Patres faciunt, aliud tamen eſt, quod aptius in hunc locum & ad texturam accommodatius videatur.

Tres Patres. Nyſſenus.

III.

Alij munera voluut eſſe, Miſſa Sponſo ab Sponſa. Illique maxime grata, Sed id vix patitur analogia. Alij volunt Apoſtolos. Id totum minus aptum huic loco.

Hac poſteriore ratione etiam Theodoreti, & ante illum Origenis Hom. 2. ex 4. ſententia minus probatur, quam miramur non defuiſſe qui de Recentioribus, & quidem boni nominis approbaret: qui *munera* interpretantur *ab Eccleſia nuptiarum die Sponſo miſſa*, vt ſenſus ſit: Quæ mihi miſiſti die geniali munera, velut Paradiſi multiplices fructus, ſeu Pomorum, ſeu aromatum, mihi & auiditatem excitarunt, & ſuauiſſimo odore replerunt. Theodoretus *virtutes* intelligit. Sed ſi virtutes fructus Paradiſi ſunt, ſeu Poma, ſeu aromata, *Emiſſiones* ipſæ aliud quiddam erunt. Ad huc longius receſſiſſe videntur, qui *Emiſſiones* interpretantur, *Sanctorum multiplices ordines*: & Philo, *Apoſtolos*; eo fortaſſe quòd apud 72. Inter pro *Emiſſionibus* legamus ἀποστολάς, *Miſſiones*; *Apoſtolus* enim idem quod *miſſus* eſt. Sed leuis coniectura eſt ad eam ſententiam aſſerendā. Adhuc alienius interpretatur Lucas Abbas ex Aponio vt videtur, qui *regeneratus fonte baptiſmi* intelligit; eos *Emiſſiones* eſſe, quod de fonte ſacro, velut de fœcundæ matris vulua, in nouam progeniem *emittantur*. Sed harum interpretationum iudicium Lectori attento permittimus: Aliorum non attingimus, ne longum faciamus.

Origenes. Emiſſiones in pro muneribus hic poſitæ.

Theodor. Emiſſiones, virtutes. Sanctorum ordines, Apoſtoli, Regenerati in Chriſto. Philo Carp. Aponius.

IV.

Sed hæc Eccleſia alias dicta vinea. De Ægypto tranſlata in promiſſam terram. Et mirabiliter aucta, Et per omnem late terram propagata, Emiſſis propaginibus, ſeu palmitibus. Quibus ſignificata Gentis familia, Priuatæ ergo Eccleſiæ, ſeu Synagogæ, Emiſſiones erunt. (Quod placitum Caſſiodoro) Licet de Chriſtiana Eccleſia, Quam nos hic nondum agnoſcimus, Nam per ſyngulas ciuitates inſtituta, Impoſito curatore, qui dictus Princeps Synagogæ. Fuere autem velut vmbræ, Chriſtianarum Eccleſiarum.

Nobis hic locus ex alio videtur interpretandus: nam eadem hæc Eccleſia, de qua ſermonem eſſe poſuimus, quæ ſcilicet floruit Diuidis, ac Salomonis, aliorumque bonorum Regum imperio, locis alijs *Vinea* dicitur, parum diuerſa loquendi forma, & è re ruſtica petita. Sub ea autem metaphora dictum de ea eſt: *Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti, Gentes, & plantaſti eam*, (quaſi malis germinibus eradicatis, ac generoſis inductis, quod gnaui agricolæ ſolent) *Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & impleuit terrā. Operuit mōtes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei.* (Hoc nō minus ad felicitatem temporalem, quam ad ſpiritalem pertinet; fructuſque ſanctitatis, ac pietatis in Deum.) *Extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen Propagines eius.* Pſalm. 79. 9. 10. 11. 12. Nam qui hic dicuntur *palmites extenſi*, atque *Propagines*, hoc Cant. loco ſunt *Emiſſiones*: quam vocis Hebrææ notionem propriam eſſe volunt quidem. *Palmites* autem, atque *Propagines* familiæ Hebræorum ſunt, omnem in partem promiſſæ terræ, cuius iam poſſeſſionem adierant, velut eiuſdem *Vitis*, au *Vineæ propagines, extenſa*. *Emiſſiones* ergo interpretabimur, *priuatas Eccleſias, aut Sinagogas in cæteris ſortibus, atque Vrbibus conſtitutas, quarum Eccleſia illa & genitrix fuerat, & propagatrix*: velut vno ex apum alueolo, cum feliciora tempora, & temperatiores dies vident, apum examina in omnem circa regionem, tanquam per colonias, emiſſa. Hic explicandi modus Authorem habet de veteribus Caſſiodorum, de Recentioribus non neminem: niſi quòd de Chriſtiana Eccleſia interpretantur, eoque illius ſtatu, cum in Iudæa, poſt aſcenſionem Chriſti in cœlum, florens, per Apoſtolos, diſcipuloſque varias per orbem fundauit Eccleſias. Sed, quod ſæpè dictum eſt, nondum hic de Chriſtiana Eccleſia ſermo eſt, vſque ad initium Cap. 5. quo illius ſub verbo homine ſtatus deſcribitur. Et vero ſub veteri lege earum ſingularium Eccleſiarum ſub ſynagogarum appellatione haud rara mentio eſt; Vide loca ad marginem annotata. Nam tametſi vnum erat templum, in quo licebat ſacrificia offerre, nec alibi; in ſingulis tamen vrbibus & locus erat, in quem Fideles & orandum publicè, & percipienda morum præcepta, conuenirent. Ideo cuique ſuus datus eſt Princeps, ad quem ſpectaret ex munere præeſſe cæteris; velut magiſtrum ducemque. Ea munera fortaſſe Chriſtus *primas appellat Cathedras* Matth. 23. 6. Luc. 11. 43. Has ergo dicamus *Emiſſiones* eſſe, quæ futurarum olim ſub Gratiæ lege Eccleſiarum eſſent veluti vmbræ, atque obſcuræ imagines: illius autem Eccleſiæ velut *de ingenti Vinea propaginibus emiſſis vineæ minores*: quorum hoc loco Deus & pulchritudinem laudat, & fructuum vbertatem commendat: idest, & pietatis cultum, & virtutum cæterarum mirum prouentum.

Eccleſia vinea trans ducta ex Ægypto, & latè aucta propaginibus emiſſis. Pſal. 79. 9. 10. 11. 12.

Palmites & propagines pro familijs.

Emiſſiones Eccleſiæ priuatæ Synagogæ.

Caſſiodor.

Synagogæ in ſingulis ciuitatibus. Matth. 4. 23. Et, 9. 35. Mar. 1. 23. 24. 39. Luc. 5. 15. 16. 20. 28. 33. 38. Io. 4. 19. Act. 9. 2. 20. Et, 13. 5. 14. 15. 43. Et, 17. 10. 17. Et, 18. 17.

V.

Paradiſi dictæ ob pulchritudinem. Alluſione ad Paradiſum. Ex quorundam ſenſu. Quem pulchritudine imitabantur. Sed ſatius nomen Paradiſi dicemus Pro loco amœno generaliter poſitum.

Ad pulchritudinem pertinet appellatio *Paradiſi*, quo nomine eas primas Eccleſias nominat, in quo plerique alluſionem contineri volunt ad *Paradiſum voluptatis*, in quo à principio poſuit Deus hominem recens conditum. Nam ſicut olim *Paradiſus voluptatis* multa arbore conſitus fuiſſe legitur, & viſu pulcherrima, & ad veſcendum ſuauis: ita Eccleſiam ſuam Deus omni tempore myſticis ſtirpibus inſigniuit, varijs ſcilicet ſanctorum ordinibus, ſuis quoque virtutibus tanquam pomis onuſta, & grata. Eiuſdem autem *Paradiſi* ſingulares Eccleſiæ velut Filiæ, ac progenies, ſingularibus *Paradiſis* comparantur, & quidem merito, maioris illius imitatione pulchritudinis, ac fructuum vbertate. Probabile id eſt, ſed neceſſe tamen non eſt, exiſtimare, ad *Paradiſum voluptatis* primi hominis domum eſſe reſpectum. Eſt enim nomen Paradiſi generale, quo ſignificatur locus amœnus, atque excultus, vbere gleba fœcundus, multoque fructuum prouentu dites. Sic Gen. 13. 10. De Pentapolitana Regione dicitur: *Vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur, antequam ſubuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham; ſicut Paradiſus*

Emiſſiones Paradiſi propter pulcritudinem.

Paradiſus hic pro loco amœno poſitus. Gen. 13. 10. Pentapolis cur Paradiſo Dei comparata.

Domi-

Digitized by Google

Ex vſu frequenti ſcripturæ.
Quod ex illa oſtẽditur.
Et quidem non vno loco.
Paradiſus ergo hic pro loco amœno poſitus,

Domini; & *ſicut Ægyptus venientibus in Segor.* Nam quemadmodum eam regionem Ægypto comparat, ita & Paradiſo, id eſt, vberrimæ, ac delitioſiſſimæ regioni cuicumque. Sic Ezech. 31.8. *Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiſo Dei: Abietes non adæquauerunt ſummitatem eius: & Platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum Paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi.* Quæ ſi de Paradiſo originali velis accipere, falſo dicta fatebere; cum eius felicitati nulla loci alterius, quantumuis felicis, comparari poſſit, ne dum præponi, quod hic factum vides. Satis ergo hoc loco fuerit, *Paradiſum* pro loco amœno, atq; vbere poſitum arbitrari, quemadmodum paulo ante, cum *Hortum concluſum* appellauit. *Ezech. 31.8.*

VI.

Punicorum vero ſingillatim mentio facta,
Quod ſymbolum ſit Reipub.
Cortice, quem legum cuſtodiam interpretari potes,
Granis quoſciues, ſecundum varios gradus.
Ciuili caritate vinctis,
Sed folliculis diuiſis ordinibus,
Veluti regionibus, vicisque diſcretos,
Vel certe ordinibus variis,

Sed *Malorum Punicorum* cur ſingillatim mentio facta ſit, ſubeſt optima ratio: nam ſi illius *Mali* formam externam, internamque conſtitutionem ſpectas, expreſſam in eo Ciuitatis cuiuſdam, Reipub. optimè conſtitutæ imaginem agnoſces. Vno cortice eoque, & auſtero, & amaro, ac mediocriter duro multa continentur grana; exterius ſic contecta, atque concluſa, vt nullum appareat. Eam finge legum ſeueram cuſtodiam, & diſciplinæ politicæ obſeruantiam. Intus latet granorum ingens multitudo, velut ciuium, ſuis ordinibus, locisque, velut honorum meritorumque gradibus diſpoſita. Hærent autem ſingula carnoſæ cuidam ſubſtantiæ, velut communi fulcro, ſe præmentia inuicem, cedentia: ſeque accommodantia mutuo, ac fraterna caritate complectentia, nihil vt ſit hiulcum, nihil inane, nihil ex omni parte non ſibi conſtans, & vnius formæ. Ciues exiſtima, amore, ac caritate vinctos; ſibique inuicem opem, auxiliumque ferentes, ſeque aliorum ingenio accommodantes: nequid ſit, quod mutuam pacem corrumpat, ac concordiam ciuilem findat: ſed ſunt tamen intra eadem corticis ſepta, quibus grana omnia continentur, ſui quidam granorum ordines, folliculis, velut cancellis quibuſdam, incluſi, quibus loco, & ſerie diſtinguntur. Hos eiuſdem Ciuitatis bene ordinatæ veluti vicos eſſe dico diſtinctos, ne confuſio ſuboriatur: aut eiuſdem Reipub. ordines varios Nobilium, Plebeiorum, Artificum, cæterorum, loco non minus ad habitandum, quam gradu, atque honore diſtinctos, ac ſeparatos.

Mala Punica ciuitatum effigies.

Eius pomi cum repub. comparatio.

VII.

Apte ergo Fideliũ multitudo ſub vna Eccleſia,
Malo punico ſignificatur,
Nam & mala Punica veſti Põtificis aſſuta,
Tribuum ac ciuitatum fuere ſymbola,
Quibus addita tintinnabula,
Quorum ſono ſonus eiuſdem legis ſignificatus,
Nec verum id quod Africanus prodidit,
Tot eſſe in exiguo grana, quod in grandiore pomo,
Falſum enim id conſtat;
Eſtq. commune omnibus quæ granis conſtant,
Nec myſterium vllum ineo,

Hinc intelligas, quam apte multitudini Fidelium, ſub vna Eccleſia, ac fide degentium, indicandæ, *Malum Punicum* vſurpetur, quod & Eucherius, & Gregorius M. & quidam alij monuere de noſtris: ſiue corticem vnam Fidem eſſe velis, ſiue diſciplinæ vigorem, quod propter corticis aſperitatem, ac duritiem magis placet; nam Fides potius per carnoſam ſubſtantiam illam, cui grana adhærent omnia, vnde & vitam & alimenta participant, indicatur. Sed vtcumque id ſit neque enim tanti diſcrimen eſt, per *Mala Punica* limbo Pontificiæ veſtis aſſuta, ea Eccleſiæ Populorum vnitas ſignificatur, Gregorij, & quorundã aliorum cenſu, ſi propius inſpicias, multitudine granatorũ pomorum, ſeu tribus, ſeu priuatæ Synagogæ aptè ſignificabuntur. Neque enim ſine cauſa id pomum potius, quam alia, additum Sacerdotali veſti, ad ornamentum, arbitrandum eſt; nec vnum tantum, ſed plura, quaſi vnus Sacerdos omnem Populum ſecum veheret ſuæ ſollicitudini commiſſum. Addita & tintinnabula, quibus ſonus eiuſdem legis, ac pietatis vniformitas indicatur. Hæc ergo cauſa eſt, cur *Eccleſiæ Emiſſiones*, id eſt, *priuatæ ac ſingulares Eccleſiæ Paradiſus Malorum Punicorum* dictæ ſint. Nam quod obſeruauere quidam ex Africano, id proprium ei Pomo eſſe, vt tot ſint in vno, quot in alio, grana; nec plura in maiore, pauciora in paruo, ſed in illo maiora, in hoc minora eſſe, ſi generatim accipiant de diuerſis *Malis*, extra rationem, & experientiam eſt: vt, qui ita arbitrantur, nunquam mihi vidiſſe *Mala Punica* videantur. Nos vidimus ſæpè, & experimento didicimus, vix duo eſſe *Mala* granorum numero paria, quemadmodum nec duos racemos vuarum numero acinorum. Sed fortaſſe id volunt, idem *Malum* ſi ſecundum ætates varias conſideretur, nempe & antequam turgere grana incipiant, & poſtquam maturitatem adepta adoleuere, pari granorum numero æqualia eſſe: verum quidem id eſt, ſed ſingulare in eo Pomo non eſt, cum & vuarum, & dactylorum racemis id commune ſit, & quæcumque granis conſtant, etiam ederarum corymbis id à natura datum ſit, vt quæcumque ad maturitatem perducenda ſunt, prius ſimul naſcantur: & à pueritia, vt ſic dixerim ad maturiorem ætatem adoleſcant. Nullum ergo in ea re myſterium agnoſcemus, quod *Punicis Malis* proprium non eſt.

Malum Punicum Fidelium multitudo.
Eucherius.
Greg. M. hic Hier. Agg 3. Et Ep. 127. Nyſſen de vita Moſis.
Ambr. 3 Exaem. Cap. 13 Gregor. iteo. Paſt P. 2. Cap. 4. Et lib. 1. Reg Ep 14.
Veſtis Põtificia cur malo granatis ornata, & tintinnabulis.
Pier. lib. 54. in Malo Punico.
Africanus.

Non tot in vno pomo grana, quot in alio.

VIII.

At id pomũ amatorium quid contineat,
Ad caſtum coniugium ſpectans
Quod nec omnino inobſeruatũ profanis,
Ideo Iuno apud Mycenas malum Punicum manu gerens,

Sed monui loco alio *Punicum Malum* arcano ſignificatu amatorium quid continere, quod tamen ad honeſtum coniugium pertineat. Quod tametſi inobſeruatum profanis ſcriptoribus, vel ex hoc libro certum eſt, in quo toties *Malorum Punicorum* mentio vel in ſummis delitijs maritalibus; vt partim obſeruatum eſt, partim inferius ſuis locis obſeruabitur. Eſt autem totum hoc ſcriptum amoribus honeſtiſſimis, quique ad plenum connubium ordinantur, plenum. Quanquam mihi non in totum à profanis id ignoratum videtur: nam Polycleti fuiſſe opus conſtat, vt apud Pauſaniam eſt, quod ſpectabatur Mycenis Iunonis Reginæ Signum, *Malum Punicum* manu oſtentantis; quod tametſi quidam eo factum arbitrantur, quod Iuno Regnorum haberetur Præſes neque id impro-

Loco infra cit.
Punicum malũ in eroticis.

Iunonis ſignum manu granatum malum tenent.

Digitized by Google

Quæ caſtis nuptijs præeſſe exiſtimata
Eam ſimilitudinem alibi indicauimus,
Sint ergo priuatæ Eccleſiæ Horti malorum punicorum,
Quia eiuſdem Dei Sponſæ,
Aut in ſponſas virgines deſtinatæ.

improbabile eſt; Alij, quod *Carthago Punica* in illius eſſet tutela; tamen non longè à vero abierit, qui caſtæ vxori indicandæ, id ſymbolum feciſſe inuentum arbitretur: nam & Iuno connubiorum præſes fuit, caſtæ ſcilicet coniunctionis, quemadmodum Venus minus honeſtæ. Similitudinem autem eiuſque cauſas inter *Malum Punicum* & caſtum coniugium Commentario Dramatico exequuti ſumus. Erunt ergo *Emiſſiones* illæ, quibus *priuatas Eccleſias* ſignificari monuimus, velut communis parentis Filias, *Malorum Punicorum Horti* quidam, quia & eæ ad vnum eundemquæ Sponſum, velut Sponſæ pertinent, futuræ cum Eccleſia matre iuſtæ vxores, quæ vna cum illa in thalami Regij conſortium adducantur, & nobili Reginarum appellatione donentur. Sic dictum Pſalm. 44 15. (poſtquam dictum, fuiſſet verſu decimo: *Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate*) *Adducentur virgines poſt eam, proxima eius afferentur tibi: Afferentur in lætitia, & exſultatione, adducentur in templum* (in Palatium, ſeu thalamum) *Regis*, illius ſcilicet futurę vxores, & honore Regni donandæ ſimul cum Regina matre.

Virg. Aen. 4. Iuno connubiorum præſes.
Com. Dramat. c. 4. not. 43 nu 2.
Priuatæ Eccleſiæ Paradiſus Malorum Punicorum.
Pſal. 44. 15.

NOTATIO XLIII.

CVM POMORVM FRVCTIBVS.

I.
Megadim. Hebr. quid ſit, alibi dictum,
Arborum fructus ſuaues,
Et natura ſua, & ſoli bonitate, & fauore cœli,
Hos quidam interpretantur,
Qui non re ſed affectu martyres,
Quod ægre patitur analogia,

HÆc quo pertineant, haud eſt difficile definire. Sed videndum eſt, quis aliorum, quamque probabilis ſenſus ſit. Et quidem nos vim vocabuli originalis *Megadim*, & quod pro illo 72. Interpres poſuêre, ἀκρόδρυα, alio loco examinauimus, & vulgati authoritatem aſſeruimus. Sint ergo *Megadim*, ſint & ἀκρόδρυα, *arborum fructus dulciſſimi, & ſuauiſſimi*: intelligemus autem nobilium lignorum, electorumque ſpolia; vt a b origine bonitatem naturæ ſecum trahant, & cœli, ſoliſque fauore percocta, atque matura, vt & palato ſapore, & odore naribus blanditur. Hos fructus quidam eos in Eccleſia volunt eſſe, qui, tamen ſi Martyres ipſi non fuerint (quos per *Punica Mala* ſignificatos arbitrantur) deſiderio tamen vitam pro Chriſto poſuere; & arctam virtutis viam ingreſſi, vitæ laboribus, veluti ardore ſolis excocti, maturuere ad Dei menſas: eam ipſam maturitatem colore teſtati, id eſt, rubeo amore martyrij, candido innocentiæ bono. Id pulchrè dictum eſt. Sed ad analogiam aptius videtur. Si *Emiſſiones Eccleſias*, aut *Paradiſos* dicamus (quod magis probauimus) *Arbores Paradiſi Eccleſiæ ipſius Filios*; *Fructus eorum opera*. Sed de ea re mox dicemus.

Com. Dramat. c. 4 Not. 43 nu 4. Megadin, Fructus ſuauiſſimi, nec aliud ἀκρόδρυα
Pomorum fructus, qui affectu non re martyres, ex quor. ſenſu.

II.
Quidam ſurculos Punicorum Quercubus inſertos,
Id ad Dramaticum pertinet ſenſum.
In arcano, fidei plantas diſciplinæ inſertas,
(Sic loquuntur)
Sed inſitionis rationem minimè tenuere,
Nam ſurculi diuerſis generibus inſeri non ſolent,
Amantque affinitatem naturæ.
Alioqui fruſtra inſeueris,
Id factum à Paulo, & huius artis perito,

De Græcis interpretibus, qui ἀκρόδρυα interpretati ſunt, *Nuces*, quidam, generatim loquuti, hæc ſingillatim minimè expendere: quidam vero interpretantur *ſurculum Malorum Punicorum, inſertos Nucum, ſeu Quercuum truncis*: vt iam non Glandes, aut Nuces, ſed *Punica Mala* redderent. Trium PP. hic ſenſus eſt. *Neque vero*, inquiunt, *tu ipſa tantum es Hortus, ſed Emiſſiones tua Paradiſus cum fructibus nucum. Hoc eſt, diſciplina tua, quibus animas inſtituis, propter Fidei plantas, quas in illis inſeris, ſunt tanquam Paradiſus Malis Punicis conſita, ſuper radices inſertis Quercuum; & propterea proprium fructum, tanquam earum fructum ferentibus*. Sic Paulus dicebat: *Tu, cum Oleaſter eſſes, inſertus es in illis; & ſocius radicis, & pinguedinis Oliuæ factus es*. Rom. 11. 17. Exiſtimauere, vt apparet, de arboribus glandiferis eſſe ſermonem, nec eas dignas, quæ Paradiſi amœnitatibus miſcerentur, natas ſcilicet ad montanas, incultaſque regiones vmbra veſtiendas; & fructu, non homines, ſed beſtias ſaturandas: ideo, quod de inſitione eſt dictum, commenti ſunt; vt iam inſitæ, & in alienam mutatæ naturam, inter nobiles, ac frugiferas alias cenſerentur: atque ſparſa coma, & vbere ditatæ fructu, Paradiſi augerent delitias. Sed non patiuntur rei ruſticæ leges, immo nec arborum natura ipſa, vt *Punici* ſurculi *Quercubus* inſerantur. Quidquid enim inſerendum vtiliter in aliud eſt, vt ſimilitudine naturæ proximum ſit, neceſſe eſt; ſi omnino diſſimile fuerit, aut non nutriendum ab aliena matre, aut vtile non futurum, nel diuturnum. Melius Paulus, qui, cum ea metaphora vti vellet, *Oliuam* atque *Oleaſtrum* compoſuit, congeneres ſcilicet arbores, vt ruſticam inſerendi diſciplinam teneret: non *Punicam Malum* & *Quercum*, ſed vocabulo Græco non *Nuces* ſolum, ſeu *Glandes*, ſed generatim arborum frugiferarum ſignificari, Commentario Dramat. ex bonis Authoribus obſeruauimus. Sed de his ſatis.

ἀκρόδρυα Nuces, ſeu Glândes,
Tres Patres. Fidei plantæ diſciplinæ Eccleſię inſertę.
Rom. 11. 17.
Plin. lib. 17. c. 13. Surculus congeneri arbori vtiliter inſeritur, diſſimili fruſtra.
Rom. 11. 17.

III.
Fructus pomorum Fidelium bona opera,
Sicuti arbores Fideles ipſos.

Nos ergo, qui *Paradiſum* non *Eccleſiam* modo communem matrem, ſed & ſingulares illius partes, & tanquam Filias totâ Palæſtina ſparſas Dauidis, ac Salomonis aureo ſæculo, interpretati ſumus, *Arbores Fideles* quoque intelligemus, *Fructus* autem eorundem Fidelium *opera*, ad rationis naturalis, legiſque diuinæ normam exacta. Sed quia eorum alia opera, laudabilia illa quidem, in Populi ſui bonum vtilitatemq; ferebantur: alia

Arbores Fideles fructus eorum opera maxime in bonum aliorum facta.

Digitized by Google

Sed illa tamen quæ alienum bonum reſpiciunt: Cuius rei ſua eſt ratio,

Philo Carp. Honorius. Guilhelmus.

alia in propriam cuiuſque vtilitatem, & ſpiritalem profectum, vtraque ſignificata arbitrur; alia loco hoc per *Pomorum Fructus*, alia verſu proximo per *odoratas herbas*, ſeu *virgultorum odores*: ne quid eſſet, quod in Fidelibus ſuis, ac dilectæ Eccleſiæ illius Filijs non probare videretur. Nec vero ſua diuerſitatis ſuæ ratio deeſt; Nam *Pomorum Fructus* prudentiſſimæ naturæ prouidentiam commendant, quæ de ſuo penu alimenta mortalibus, ac delitias præparauit. S. D. E. *Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue; lignum etiam vitæ in medio Paradiſi.* Gen. 2. 9. & Parentibus primis legem præſcribens, quæ earum rerum vſui modum poneret, *Ex omni*, inquit, *ligno Paradiſi comede.* Quod ſi *Eccleſia Paradiſus* eſt, *Arbores homines*, *Fructus opera*, vnde cæteris alimenta petantur, haud incongrue opera illa Fideliũ, intelligemus, quæ quodammodo ſui ratione in commodum aliorum inſtituta ſunt, ſiue ea miſericordiæ velis, eſſe, ac ſimilia; quorum tam frequenter traditur in ſacris libris doctrina; tam ſæpe merita commendantur: ſiue quæ magis ad animi bona ſpectant, atque ad eas virtutes in alijs generandas, & augendas, quibus hominum animi vel ad virtutem formantur, vel ad pietatem adoleſcunt. Neque eſt, quod confundamus *Pomorum Fructus*, cum *odoratis herbis*, quod quidam faciunt, cùm modus ipſe loquendi ſatis indicet, quemadmodum nominibus, ita & natura diſtingui; vt & myſtico ſignificatu diuerſas eſſe res intelligamus, quemadmodum & Dramatico ſunt diuerſa.

Quod poma in alimentum hominum à natura comparata. Cui licentia modum primitus Deus poſuit, Vetito ligno ſcientiæ boni & mali.

Arborum fructus in mortalium alimenta creati. *Gen. 2. 9.*

Sed maximè bona opera intelligas, In bonum ſpiritale aliorum inſtituta.

IV. *Huc pertinet doctrina, huc conſilia. Et miſericordiæ opera, Quæ velut vbera lacte diſtenta, Aut certe arbores ſuis pomis onuſta, Quæ ſepiuntur felices; Si multi ſint, qui matura decerpant, Alioqui ſuo peritura onere, Ramis ad terram afflictis.*

Opera cæteris vtilia, doctrina, conſilia, miſericordia.

Alitur certè in *Eccleſia Paradiſo* Fidelium proles, quorundam doctrina, atque inſtitutione, ſiue ad mores formandos, ſiue ac Fidei incrementa pertineat; alitur & conſilijs, & operandorum exemplis illuſtribus, quibus docentur id facere, quod alios facere vident: quæ inſtituendi ratio eo eſt vtilior, quo facilius amplectimur facta, quam dicta. Alitur etiam & Miſericordiæ, ac largitatis operibus, quæ ſcilicet ſunt velut vbera, multo diſtenta lacte, quibus imbecilliores, velut lactentes adhuc infantes, admoti, alienæ benignitatis, velut eiuſdem nutricis alimenta trahunt, quibus ſenſim & mole, & viribus augeantur, donec adoleſcant in viros. Ne ſcilicet quibus Deus facultates impertijt, ac diuitias, putant ſe ſine cauſa ſupra cæterorum vulgus bonis fortunæ fuiſſe auctos. Se exiſtiment *arbores eſſe frugiferas, in Eccleſia Paradiſo ſatas* non ſui tantum bono, ſed maximè alieno. *Fructibus* ipſi abundent, ſed vt largiantur: & in felicitate ponant, ſi plures fuerint, qui matura benignitatis poma decerpant; eos ſcilicet & onere leuaturi, & facultatem præſtituri, vt maturis fructib. decuſſis, & crudiores matureſcant, & noui ſubinde, Dei interius, & exteriuſque fauore fouentu, exoriantur, qui in eorum locum ſuccedant, qui in aliorum vſus decerpti fuerint. Alioqui ſe ſciant ſuo ipſorum pondere degrauandos; ramiſque, inutilibus pomorum oneribus preſſis, affligendos ad terram. Atque hæc nos opera, quæ proximorum vtilitatem, & quaſi alimenta reſpiciunt, *Pomorum Fructibus* deſignari putamus: qui certè, tametſi in aliorum bonum impenſi, ſuauiſſimi Deo ſunt, qui ea agendi ratione maximè delectatur.

Diuites velut vbera ad nutriendos paruulos.

Diuites arbores pomis onuſtæ, niſi onere leuẽtur affligendæ ad terram.

VERSVS XIV.

CYPRI CVM NARDO; NARDVS, ET CROCVS; FISTVLA, ET CINNAMOMVM, CVM VNIVERSIS LIGNIS LIBANI: MYRRHA, ET ALOE, CVM OMNIBVS PRIMIS VNGVENTIS.

COMMENTARIVS.

Reliqua illius Eccleſiæ bona, *Horti* ſeruata metaphora, pergit deſcribere. Cum autem dixiſſet, de illis virtutibus, quæ ſuo genere alienum reſpiciunt commodum, ſeu temporale, ſeu ſpirituale; iam de illis Sermonem infert, *quæ ad propriam ſanctitatem ſpectant*. Eas vero per *odoratas Plantas* ſignificat, quas ſingillatim enumerat, & quidem aptè: nam earum virtutum quanquam vtilitas omnis ad eos propriè ſpectat, qui illis ornantur; ſuauitas tamen odoris ad alios manat etiam. Eſt enim id virtutis proprium bonum, vt abſcondi non poſſit; nec, ſi maximè etiam velit,

Digitized by Google

velit, latere. Prodit ſeſe ipſa nolens; & è latebris, quas amauerat, ſua ipſius luce, omnium ſpectanda oculis ſiſtitur; ac velut odore ſparſo, admonet vbi ſit. Sic ijs contingit, qui odoribus, & vnguentis madent, qui, cum id ipſum, quo fragant, non ſentiant, aut vix ſentiant, aliorum tamen vel minime aduertentium ſenſum non poſſint effugere. Eſt autem ad eas virtutes ſignificandas aptiſſima *Aromatum* ſimilitudo: nam & ea, quæ in animi bonis Deo placent, in ſacris litteris odoris ſuauitate ſignificantur frequenter; nec ſine cauſa; quòd, quæ odorem dele ſpargunt, & munditie commendantur; & ſimilitudine quadam diuinitatis inſigniuntur: quòd, quemadmodum Dei ad nos manans virtus, potius animi ſenſu, quam viſu, percipitur; ſic odorum illa fragrantia ſæpe, non viſa origine, ſentiatur; & animum excitet minime aduertentem. Singulis autem *Aromatibus* ſingulas ſignificatas eſſe virtutes, facilius poſſumus credere, quam oſtendere: De qua re in Notationibus. Hic ſatis ſit admonuiſſe, concentum illum Virtutum, quibus animi piorum hominum componuntur, concentu odoratarum herbarum, quæ Regij Horti potiſſima ſunt ornamenta deſignari.

ENARRATIO.

QVid de reliquis dicam virtutibus, quibus interiorem tuam Rempub. componi video, velut Hortum, multa odoratarum plantarum ſegete, quarum ſuauitate mens animus recreetur? Commendat illas ſtudium latendi, ne cuiſquam omnino oculis placeant; contentæ mihi, cuius ad delitias creſcunt, approbari: ſed ſua tamen ſuauitate proditæ, abſcondi in totum non poſſunt: atque in alijs miram excitant voluptatem: nihil enim gratius, quam odor virtutis eſt, quo vel illi delectantur, qui, quod in illa ſeuerum ac triſte videtur eſſe, prorſus exhorrent: neque enim poſſunt non in alijs probare, eaſque venereri opes, quibus ſe ſentiunt egere. Mihi vero cum ſingula tua bona mirè placeant, omnium cum complexum conſidero, ſingula magis probantur, ſed illud ſingulis decoris accedit virtutibus, quòd ſororia ſe caritate complexæ, alijs aliæ ſpeciem addunt, & vires augent: vt, quod ſingulis datum non eſt, ſociatis contingat. Sic Aromatum ſuauitas à mixtione, ac ſocietate creſcit; cum quòd acutius in quaque nares ferit, aliarum halitu pigriore temperatur, vt leuius ſpiret: aut contrà, quod obtuſum eſt, & languidum, excitatur, vt viuidius nares feriat. Verum in tanta earum bonitate, & pretio illud maximum eſt, quod numero commendentur, vt nulla abſit de numeroſa, ac multiplice ſobole. Sic Regium Hortum non bonitas modo, ſed ingens numerus, laudatarum ſtirpium nobilitat, cum quidquid alibi rarum eſt, in eo tanquam in proprio ſolo creſcit & in oblectamentum Domini adoleſcit. Vnum ſupereſt ad cumulanda vota, ſi hæc Horti amœnitas vt perpetua vernet, conſequi poſſim. Vnus me hic metus exſtimulat. Haud ego officio deero, immiſſiſque ſubſidijs ingenitam imbecillitatem tuam ſuſtentabo; vt, quod à te habere non potes, me ferente ſuppetias, conſequare.

NOTATIO XLIV.

SVM. COM.

CIPRI CVM NARDO.

I. *Ad ſingulares has virtutes ſpectant.*

HÆc ad indicandas eas virtutes, quibus Eccleſia floret, inſtituta eſſe, conſtans Interpretum eſt ſententia, veterum, ac Recentiorum: in applicandis ſingulis non

vnus

Quæ minutius premere nolebamus.
Satiſque videbatur, ſi totum toti aptaremus.
Nam ſunt quædam de anguillarum natura
Quæ ſtrictius preſſa manibus, elabuntur,
Sed ſequamur tamen præeuntes multo.

Quædam minutius minime tractanda.

Anguillarum natura lubrica, & quæ ſe premi non ſinat.

non vnus omnium ſenſus eſt, nec vna ſentiendi cauſa. Mihi, ſi verum fatear, non videbantur ſingula ſcrupuloſe premenda; ſatiſque videbatur, ſi totum toti aptarem, ac generatim dicerem Herbarum Aromatumque complexu virtutum Eccleſia ſub eo ſtatu, cum maximè ſub Dauide ac Salomone, boniſque alijs Principibus floruit, chorum, concentumque deſignatum. Si ſingula velis premere, & ſtrictius manu conſtringere, periculum eſt, ne, cum multa te ſtrinxiſſe exiſtimatis, vacuas manus inani labore iactaſſe te ſentias. Sunt enim quædam in hoc genere de anguillarum quodammodo natura, quæ lubricitate ſua id faciunt, vt blanda apprehenſa manu minimè dilabantur: fortius ſtricta, vt arctius teneas, momento, & te minimè ſentiente diffugiant. Sed video pleroſque in ea re multum poſuiſſe laboris, quorum tametſi exemplum ſequi fere piget, iudicium damnare non audeo. Sequamur ergo grandi agmine præeuntes; &, ſi quid meſſores alioqui ſtrenuos ſpicarum effugerit, eorum legentes veſtigia, colligamus, & in faſciculos vel exiguos alligemus. Erunt forſitan, quibus paucæ prætéritæ ab illis, ac à nobis collectæ ſpicæ, pinguiori culmo grauidæ videantur.

II.

Et vero non ſine cauſa,
Odoratæ herbæ per paria numerata.
Nam odores ſeſe mutuo ſæpe iuuant,
Cuius rei cauſa non vna.
Eſt autem & nunc ars, & fuit olim in pretio.
Sic ſibi virtutes vires communicant,
Sic iuſtitia miſericordiæ iungitur.
Nam illa auſterius, blandius hæc olet
Ideo coniuncta melius & gratius ſpirant,
Ideo dicta Miſericordia iudicium exaltare.
Quia illi præſtat vt ſuauius ſpiret.
Vt hominibus gratius ſit,
Nec alia cauſa ſub Chriſti aduentum,
Seſe complexa atque oſculatæ ſunt,
Miſericordia & Iuſtitia,
Vnde noua fragrantia ſparſa,
Nec iam iuſtitia odioſum nomen,
Sed amabile, & blandum,
Id ergo myſterij latet, in aromatibus per paria numeratis.
Huc Bedæ verba lectiſſima.

Aromata per paria numerata, quod ſi mutuo odores iuuent.

Cur ſibi odoras mutuo ſuppetias ferant,

Pſal. 1.1. Iuſtitia miſericordiæ iuncta ſuauius olet.

Oleum vino iunctum vulneribus medicina, *Iac* 2.13. Iacobi locus difficilis explicatus noua ratione.

Hiſpaniſmus. *La Miſericordia leuanta de punto, a la Iuſticia.*

Pſal. 84.51. Dauidis locus ratione expoſitus.

Oſculo Miſericordia ſpiritum Iuſtitiæ temperat.

Virtutes ſe mutuo iuuant.

Beda.

Sed illud primùm mouendum eſt, quod & alias Dtam. Commentario eſt à nobis obſeruatum ex alijs: videri non ſine cauſa *Aromaticas* ſtirpes per paria nominatas, & quaſi bigas incurſum emiſſas: quod ſæpe contingat mutuas ſibi ſuppetias ferre odoramenta, multoque olere ſuauius permixta, quam ſingularia. Siue latens quædam, atque ſopita in ſingulis virtus ſit, quæ conſortis afflatu ſuſcitetur; ſiue ſympathia eſt quædam in illis, ac familiaris, & quaſi domeſticus vſus, qui tunc primum velut geſtiat, ac ſubſiliat, cum de proximo inuitatur ſocietate conſortis; ſeu demum, quod procliuius eſt, vt arbitremur, quòd acutius quædam, alia obtuſius oleant; quædam macrum quiddam odoris, alia pinguius afflent, quod ſcilicet permixtum mutuo ſeſe iuuet; vt acuta quidem obtundantur, excitentur obtuſa; quæ autem macriora ſunt, pinguioribus corrigantur, & contrà. Ea ars nunc in pretio eſt, & veteribus etiam fuit, nam fere nullus eſt odor, qui non alio velut conditus, quaſi coniunctis viribus, ſuauius nares ſubeat. Et id ergo, quod de odoribus, ſiue odoratis herbis obſeruatum eſt, etiam de virtutibus vt verè dici credamus multa faciunt. Certè enim cum Dauid caneret: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Pſalm. cap. 1. aliquid profecto ſuauitatis in vtriuſque rei coniunctione maius, quam in ſingulatum laudatione, ſentiebat. Scilicet Iuſtitia acerbum quiddam, atque implacidum vel ſapit, vel olet, quod Miſericordiæ dulcedine, ac blandiſſima natura temperetur, vt ſuauius ac blandius ſpiret. Contra Miſericordiæ ipſius ſuauis quidem, ſed diffuſior fragrantia, Iuſtitiæ acerbitate corrigitur, vt fragrantius oleat. Iuuant ergo ſeſe mutuo, & ex complexu illud afflatur odoris, quod Deo ſuauiſſimum eſt, hominibus autem maxime ſalutare. Quemadmodum ſi olei pinguedini vini iungas acerbitatem, facilius illata vianti vulnera à latronibus ſanitati reſtituas. Atque id fortaſſe fuerit, quod difficilibus maximè verbis Iacobus Apoſtolus inuoluit. *Iudicium ſine Miſericordia, illi, qui non fecit Miſericordiam: ſuperexaltat autem Miſericordia Iudicium.* Jac. 2. 13. Nam certe Iudicium Dei ſine Miſericordia crudum quid, acre, ſeuerumque, quodque mortalium imbecillitas auerſetur potius, quam amplectatur, olet. Id autem ſi Miſericordiæ dulci, ac blando temperetur, corrigitur, vt iam ſuauitate placeat. Id eſſe *exaltare* putamus; in eo ſcilicet ſtatu locare, vt omnibus & gratis oculis aſpectetur; & ſuaues odores mentibus afflet. *Leuantar de punto. Leuanta de punto à la Iuſticia la Miſericordia.* Nec alios ego amplexus illos eſſe exiſtimo, ac libata oſcula, quibus duæ hæ virtutes ſibi adhæſiſſe mutuo ſunt viſæ ſub Chriſti aduentum: Cum ſcilicet Dei ad vindictam armatus animus, & irarum fluctus vehens oceanus, ad malaciam eſt compoſitus, mirante, ſed & gaudente, ac plaudente cœlo, & terra. *Miſericordia, & Veritas obuiauerunt ſibi: Iuſtitia, & Pax oſculatæ ſunt.* Pſalm. 84. 2. Vide autem & odoris miram fragrantiam, qua ſtatim totus orbis afflatus eſt. *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos.* Verſ. 13. 14. Haud eſt, quod acer ille, atque acerbus Iuſtitię odor per orbem ſparſus, mortales arceat, à ſe: nam poſtquam complexu Miſericordiæ, ac ſuaui, ac blando halitu temperatus eſt (nam qui oſculo inhærent, halitus & animos miſcent, vt ex duobus quodammodo vnus exiſtat) Iuſtitia iam non illud horridum, ac teterum ſpirat, ſed blandum, ſuaue, tenerum, & quod animus recreet, menteſque reficiat: nec à ſe homines arceat, potius alliciat. Id ergo in eo latet arcani, quod in typo *Aromata per paria copulentur:* indicatur ſcilicet, virtutes alias alijs ſuppetias ferre; & quodammodo permixtis viribus emendari, vt gratius oleant. Huc illa Bedæ referre poſſis, Serm. 18. de Sanct. *In ſimplicitate ſeruate innocentiam, in caritate concordiam, modeſtiam in humilitate, diligentiam in adminiſtratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, miſericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda veritate conſtantiam, in diſciplina ſeueritate cenſuram, ne quid ad exemplum bonorum factorum in nobis deſit.*

Digitized by Google

III.
Nam aromatica ſtirpes virtutes hic ſunt.
Ex cauſa multorum,
Cyprum ergo grati animi virtutē diximus.
Quod alias obſeruatum à nobis.
Capite primo, verſu decimo quarto.
Nam in candore gratia ſynceritas.
In odore pietatis ſenſus intelligitur,
In eo qui beneficio donatus,
Quod vtrumque Gratitudinis eſt vel forma, vel effectus.
Hac ergo virtus in ea Eccleſia commendatur,
Et multiplex illius fructus.

Sed has aromatum diuerſitates quidam ad varios Eccleſiæ gradus maluere referre, & ſanctorum varios ordines, minus probabiliter. Pauci quidam quædam de virtutibus, quædam de Fidelium gradibus, haud hærentes legibus analogiæ, interpretati ſunt. Hæreamus pluribus, nec à noſtræ interpretationis ſerie recedamus. Et quidem nos ſuperius Cap. 1, 14. Ad verba illa *Botrus Cypri*, *Cypro* ideo comparatum Deum diximus, quòd, poſtquam dura, atque ardua præcepiſſet, lege Circumciſionis lata, atque vnici Filij mactatione Abrahamo iniuncta (qua cauſa *Faſciculus myrrha* Deus eſt dictus) poſtquam Patris animum obſequentiſſimum, Filij autem ad mortem vltro ſubeundam voluntatem paratiſſimam comperiſſet, benigniſſimus Deus, votis contentus, vtrique omnia clementer indulſit: Filiumque Patri, Filio vitam, generi præciſam ſpem omnino reſtituit. Itaque *Cypro* ſi animi grati virtutem, procliuemque voluntatem ad gratiam referendam accipiamus, minimè erraturos exiſtimo. Videat lector, quæ eo loco à nobis ſunt obſeruata. Nam in *candore*, quæ propria florum *Cypri* dos eſt, *ſimplicitatem, ſynceritatemque fauoris* agnouimus, haud ſe obſequij granditate vinci permittentis: in *odore* autem *ſenſum illum qui in animum eius ingeritur pietatis, qui fauore donatur*. Vtrumque autem grati virtutem animi commendat; cum ſcilicet, qui beneficium accepit, ſyncerè gratiam agnoſcit, animoque ſimplice id vnum agit, vt, qua ratione valuerit, referat: qui autem contulit beneficium, cum in meritum id, gratumque contuliſſe animaduertat, nouo gaudij, velut odoris cuiuſdam ſuauiſſimi fragrantia, ſenſu pulſetur, paratus maiora tribuere. Eam ergo virtutem vno vocabulo in Eccleſia illa commendari putamus. Senties autem, id haud improbabiliter dictum eſſe, ſi, quanta, & qualia eius gratitudinis veſtigia exſtent in ſacris ſcriptis, animaduertas. Monuimus autem *Cypri* in fontibus nomen eſſe multitudinis, quod nec ſine cauſa eſt factum: ad numerum enim beneficiorum gratitudinis multiplicari proles decet: ne vinci, qui accepit, aut obrui beneficiorum mole videatur; ſed tantundem ſaltem votis reddidiſſe, quantum acceperit. Perit enim huius decor virtutis vel minimi beneficij obliuione; vel, ſi accepiſſe contentus, ſilentio, quidquid acceperis obruas, ac velut clam ſublatum abſcondas.

Bon. Dramma. c.1.not.36.nu.6.
Cyprus animi grati virtus.
Grati animi proprium gratiam & agnoſcere & referre.
Cypri multitudinis numero gratitudinis effectus multiplices.

IV.
Nardus vero ad ſacrificia referenda
Magis animorum, quam victimarū,
Quo cultu ea Eccleſia ſub Salomone excelluit,
Nam de ſacrificijs multa & mira prodita,
Maxime in dedicatione Templi
Et vix omnino fidem habitura,
Niſi ab s.s. fuiſſent prodita.
Quod officium mire placuit Deo,
Quin nunquam maior de diuinis rebus æſtimatio.
Quam ſub Dauide Rege,
Qui quanquam prohibitus
Domum Deo ædificare;
In id tamen ingentes diuitias præparauit,

Nardo autem Cap. 1. 10. *ſacrificia ſignificari monuimus*, quibus Eccleſia ſub naturæ lege Deum ſibi ſiue conciliauit, ſiue retinuit: non quidem illa cruda, ac ſterilia, quæ in exteriore illa victimæ mactatione ſita, inani pietatis vmbra fumo cœlum, nidore aere impediebat: ſed multo magis interiorem diuinarum rerum ſenſum, ex diuini maieſtate Numinis cogitatione, ac æſtimatione; hæc enim omnis veteris ſacrificij & vita fuit, & pretium. Hanc ergo Eccleſia illius pietatem qua Holocauſtorum, ac victimarum frequentatione, oblationemque multitudine Deum venerabatur, loco hoc à Deo ipſo prædicari putamus. Nec ſine cauſa obſeruatum id videri poteſt; nullo enim vnquam tempore, aut maiora, aut plura in eo genere ſunt peracta, quam Salomonis tempore, poſt dedicatum templum. Nam cum deduceretur Arca inferenda in templum; *Salomon, & omnis multitudo Iſrael, qua conuenerat ad eum gradiebatur cum illo ante Arcam: & immolabant oues & boues abſque æſtimatione & numero*. 3. Reg. 8. 5. Poſtquam illata fuiſſet, & in ſanctuario collocata, Rexque oratione prolixa & ſibi, & Regno felicitatem, ac pacem eſſet præcatus, *Mactauit hoſtias pacificas, quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia: & dedicauerunt templum Domino Rex, & Filij Iſrael*. 3. Reg. 8. 63. Tanti autem feciſſe id officium pietatis Deus eſt viſus, vt ſigno oſtenderet aſpectabili; ſibi grata fuiſſe omnia, quæ peracta fuerant nam, *cum compleſſet Salomon fundens preces, ignis deſcendit de cœlo, & deuorauit holocauſta, & victimas; & maieſtas Domini impleuit Domum*. 2. Par. 7. 1. Quod ſi animaduertas, nunquam à fabricata Dei imperio, & arte Arca, tanto fuit in pretio, nec tanta culta religione, quam poſtquam ad Dauidis familiam Regnum translatum eſt: ea fuit viri illius in Deum pietas, & acceptorum beneficiorum grata recordatio. Nihil enim antiquius duxit, quam vt eius nomini templum dedicaretur tale, vt, quantum humana capit exiguitas, tanta maieſtate digna ſedes eſſet. Quod tametſi negatum illi, omni totius rei cura vni Salomoni ſeruata; tamen id impensè, omni adhibito ſtudio, curauit, vt impenſæ magnam partem in tantum opus ipſe ſubiret, ac Filio ingens auri, argentique, & æris pondus in opus viuens ipſe præpararet. Is ergo pietatis ſenſus, ſiue in excitanda à fundamentis Dei Domo; ſiue in offerendis ſacrificijs, poſtquam in ea parte exterior Dei cultus perfectus fuiſſet, *Nardi* nomine ſignificatus eſt, propter rationem loco alio traditam, quo remittendus eſt Lector.

Nardus ſacrificiorum obſequium.
Eccleſiæ ſub Dauide & Salomone in ſacrificijs multiplex pietas.
3. Reg. 8. 5. 2. Par. 5. 6.
3. Reg. 8. 63. Victimarum die dedicationis infinitus numerus. 2. Par. 7. 1.
Arcæ nunquam maior æſtimatio, quam ſub Dauide & Salomone.

V.
Sacrificiorū vero multitudo,
Et in eo ſæpius iterata pietas.

Nec cauſa deeſt, cur *Cypri* cum *Nardis* coniuncti ſint (nam in *Nardis* multitudinis numero in fonte etiam poſitis, eam ipſam victimarum multitudinem indicatam arbitramur) Nam certe eam ipſam ſacrificiorum frequentiam, ex intima pietate profectam animi virtus gratiſſimi commendabat; erat enim multiplicis accepti beneficij grata quidem in animo recordatio: exterius autem in repetitis ſæpe ſacrificijs eiuſdem acceptæ gratiæ,

Nardus cur poſita multitudinis numero.

Digitized by Google

Gratitudinis fuit argumentũ grande. Et interioris virtutis indicium.

gratiæ, velut multiplicata redditio. Vtrumque ergo Deo gratiſſimum erat, & interior pietas, cuius exterior illa mactatio velut ſymbolum erat; & actio ſacrificandi ipſa, quæ, quatenus ab animi gratitudine promanabat, noua gratia rei, per ſe ipſam æſtimatione dignæ, pretium augebat: quemadmodum *Nardus Cypro* coniuncta, permiſtis odoribus ſuauius ſpirant.

NOTATIO XLV.

NARDVS ET CROCVS.

I. *Cardinales virtutes hic quidam agnoſcunt. In Nardo Prudentiam. Quæ virtutum omnium rationes includit, Vt Nardinum vnguentum multa ſimplicia. Sed non hic de vnguento ſermo. Nos de ſacrificijs interpretabimur.*

Tres Patres. Nardinum vnguentum multorum ſimplicium complexu conſtans. Nardus pietas in ſacrificijs.

Nardum, Crocum, Fiſtulam, Cinnamomum, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Tres apud Theodor. Patres interpretantur; neque id inſcita ratione conſtituunt. De *Nardo* hic, & *Croco* ſermo eſt, de *Fiſtula*, & *Cinnamomo* proxima Notatione dicemus. *Nardinum Vnguentum* non niſi multorum aliorum ſimplicium beneolentium permiſtione conſtare, monent: Sic *Prudentiam* virtutum cæterarum conſtare rationibus, vt, ſi vna deſit, *Prudentia* non ſit. Id acutè obſeruatum eſt, atque adrem maximè faceret, ſi loco hoc oſtendi poſſet, de *Nardino vnguento*, non de herba ſimplice, Sermonem eſſe. Sed cum in cenſu Horti hæc omnia numerentur, id coegit omnino, nonde vnguento, ſed de herba accipienda hæc vt arbitremur, quod ab alijs obſeruatum: de qua, quod de permiſtione dictum eſt, cum verum eſſe non poſſit, ceſſat tota ex analogia ratio, vt hic *Prudentiam* agnoſcamus in *Nardo*. *Nardum* ergo interpretabimur, de pietate Eccleſiæ in ſacrificijs, quod Notatione ſuperiore probabilius arbitrati ſumus.

II. *Sed cur Nardum cum Croco iungat? Cuiuſdam de natura Croci obſeruatio, Non admodum experimentis conformis. Gaudere calcari, ſic felicius prouenire, Ideo ſymbolum eſſe patientiæ. Quæ per aſpera, & dura creſcit. Et robuſtior in dies fit animus ſic probatus.*

Philo Carp. Croci deſcriptio ex Philone. Id famoſum ex Philone obſeruat. Patientia quo magis preſſa robuſtior.

Sed cur, quam cum *Cypro* coniunxerat, hic cum *Croco* rurſum iungat, dubiæ quæſtionis eſt. De corticis ſenſu ſuo loco dictum eſt, arcana hic ſententia indaganda. Philonis Carpathiorum Epiſcopi de *Corco* obſeruatio digna eſt, quæ inferatur hoc loco. *Crocum eſſe, ait, herbam notiſſimam, cuius in medicina vſus probetur: laudem primam Cilicio è Corycio monte. Herbam eſſe folio anguſto, in capillamenti modum: Florem odoratum cæleſtis arcui colore perſimilem, calicis modo ſeſe ab anguſto explicare: intra illum fructum triplicem eſſe, veluti apicem coloris flammei, ex vna radicula triplici filo lutei coloris hinc inde munitum. Herbam ipſam gaudere calcari, atque atteri pede per eundeque felicius prouenire: ideo iuxta fontes, & viarum ſemitas lætiſſimam ſurgere. Nec melle, nec dulci alio liquore folui, ſed ſolis vino, & aqua.* Multa ab hoc Authore ponuntur, quæ ſi ad experientiæ tribunal ſtatuas, haud fortaſſis vera inuenias. Sed haud vacat ſingula deſignare, ac velut appicto theta confodere. Poſtremum, quod monitum ab illo eſt, huic loco etiam aptat, &, quia ea herbam pede depreſſam, attritamque felicius ſurgere obſeruauerat, ſeu verè, ſeu ex opinione vulgi, *Patientiæ virtutem per aſpera, & dura exercitam* intelligit; cum ſcilicet animus fortior de prælio ſurgit, probatuſque per diuerſa, haud cedit, ignauiam fuga turpe confeſſus; Sed oppoſito pectore vltro irruentia diſcrimina prouocat, vel ad mortis ipſius minas impauidus.

III. *Si maxime in pietate profecerit, Nec ideo probatis ab ſe Deo iraſcitur, Potius obſequia congeminat, Tamquam beneficium acceperit, Scit enim mel dulcius poſt puncturas. Nec roſam ſine ſpinis naſci. Id eſt Nardum Croco iungeri, Vt ſuauius Deo ſpirat.*

Pietas altis defixa radicibus nulla aduerſitate mouetur. Vera virtus inter oculos mel inuenire docta. Obſequiũ Deo impenſum poſt aduerſitates ab eo immiſſas gratiſſimum eſt.

Id autem facile eſt ad noſtræ Interpretationis filium aptare: nam certè animi illa pietas, qua in Dei cultum, obſequiumque impellimur, cum altas in pectore radices egerit, nullo aduerſantium ventorum flatu, aut procellarum minis loco mouetur. Et, quod caput eſt, cum ea, tametſi alijs ex cauſis immediatè orta, Deo authore ſciat immiſſa, non ideo rei indignitate commonitus, quaſi ſecum malè agatur, faciem mutat; geminat officia potius, & multiplicat vota, non deprecaturus calamitatem, atque à ſuo capite in hoſtes declinaturus. Sed velut nouo auctus Dei fauore, grato animo relaturus quam ſe accepiſſe gratiam arbitratur. Altus enim ille diuinis de rebus ſenſus, ac de Dei maieſtate exiſtimatio facit, vt in ijs ipſis, quæ aculeis ſuis pungunt, lacerantq; mellis latentis dulcedinem in abdito cogitet, immo & guſtet: & inter ſpinarum puncturas, quibus cruentari ſibi manus, nareſque ſentit, roſarum ſuaueolentiſſimam fragrantiam percipiat, qua medijs aſperitatibus recreetur. Multiplicat tunc quidem preces, & *ſacrificia* frequentat, ac *Nardum* cum *Croco* coniungit, vt ſuauius oleant ex conſortio. Et certe negari non poteſt, quidquid obſequij in Deum, poſt tribulationum amaritudines impendimus, gratiſſimum illi eſſe: facit enim illa permiſtio vt iam, quidquid illud obſequij eſt, ſuauius oleat; dulciuſque fauus ſapiat Deo, quem ab illo oblatum guſtat, qui per aculeorum puncturas excruciatus, cruentuſque, quod Deo placiturum eſſe ſciebat; ſalute propria contempta, quæſiuit. Nam quem animum fuiſſe Dauidi putas, cum experimentum alinæ fidei, ac fortitudinis facturus, diceret: *O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethleem iuxta portam.* 2. Reg. 23. 15. vidiſſetque fortiſſimos irrupiſſe viros, conferta hoſtium agmina, & quidem ſuis munitionibus tuta, ac per eorum cædem, ac ſanguinem feciſſe ſibi viam; hauſtamque de ciſterna militari callide aquam perueniſſe in

Sic Dauid quæſita à fortibus viris. Per mortis diſcrimina aqua gratiſſima.

2. Reg 23 15. Dauid cum aquã de Ciſterna Bethleem vnica hauſtam non bibit.

 caſtra,

Digitized by Google

Sed potata non fuit,
Quod potius illi gratior obſequium per difficilia fuiſſet,
Ideo illam Deo velut digniori libauit
Solum enim illi obſequium per dura debetur.

1. Reg 23 17.

Obſequium per dura oblatum ſolo Deo dignũ.

caſtra, & obtuliſſe cupienti? Mirabere forſitan eundem illum, paulo antea cupientem, oblatam poſtea tanto cum ſuorum diſcrimine aquam, contemnentem, nec bibere iam volentem. At ego mirarer potius ſi guſtaſſet. Nam certè nullus Regiæ ſiti hauſtus aquæ gratior eſſe poteſt, quam obſequium, fideſque, quam aditum diſcrimen, ac virtus humana maior commendarat. Non ergo, quam concupiſſe viſus eſt, aquam guſtat, ne videatur ſanguinem ſuorum, & animarum periculum bibere. Libauit ergo illam Domimino; quaſi pudore ſuffuſus, quod tales haberet ſubditos, qui tanto ſuo diſcrimine Regi obſequium præſtitiſſent, cuius vnus Deus videretur dignus eſſe. Vnus enim ille talis eſt, cui ius ſit à ſeruis ſuis obſequium exigere, etiam cum exigendi nulla alia cauſa eſt, quam vt per illorum multa diſcrimina delitias quærat ſibi. Pariatas vides odoratas herbas, mutuaſque ſibi ſuppetias ferre, vt gratius oleant: Virtuteſque ſibi inuicem ex conſortio addentes pretium, vt carius æſtimentur.

NOTATIO XLVI.

FISTVLA ET CINNAMOMVM, CVM VNIVERSIS LIG. LIB.

I.
De Fiſtula alibi dictum:
De arcano ſenſu dubium eſt.
Nam quod quidam Petrum & Paulum volunt,
Huic loco non quadrat.
Nec Fiſtula diuina ſcriptura eſt,
Nam quanquam Calamus dicta à 72
Non ſcriptorium intellexere ſed odoratum
Alijs magis placuit Temperantia.
Quæ animus in ſuperna leuatur.
Sed id remotius videtur.
Sicuti Abſtinentia, quam alij malunt.

Drum Comment. c. 4. not. 43 nu. 5.

Philo Carp.
Fiſtula Petrus & Paulus.

Theodoretus, Pſalm. 44 2.
Fiſtula diuina ſcriptura quibuſdam.

Fiſtula Calamus eſt 72. ſed non ſcriptorius, ſed odoratus.
Caſſiodor.
Caſſiodor. Calamum cum Caſſia confundit.
Aponius.
Calamus ſeu Fiſtula alijs Abſtinentia.

DE *Calami*, ſeu *Fiſtulæ* (eiuſdem enim rei diuerſas eſſe appellationes monuimus) natura loco alio diſputauimus. De myſtico intellectu libentius alios audirem loquentes quam diſcererem ipſe: ſed & illi timido pede difficilem ingreſſi viam, non omnibus probauere, quæ dicerent. Philo vtroque hoc aromate *Petrum*, & *Paulum* ſignificatos arbitratur: per *Ligna* autem *Libani Fidelium cæteros*, *qui cum Chriſto per baptiſmum ſepulti*, *eundem afflant ſanctitatis odorem*. Sed non hærent hæc cum ceteris; nam *Cyprum Nardum* & *Crocum Fidem*, *Spem*, *Caritatem* interpretatus fuerat; nec cauſa erat, cur à virtutibus ad perſonas tranſiret. Puto rei difficultas hominem eo adegit, vt minus adtenderet ad analogiæ leges. Alij virtutibus applicauere; ſed tanta diuerſitas eſt, vix vni cuipiam cum alio conueniat. *Fiſtula* Theodoreto eſt *Diuina Scriptura*, quòd dictum ſit: *Lingua mea Calamus ſcribæ*. Pſalm. 54. 2. Sed aliud eſt *Calamus ſcriptorius*, de quo Dauid; aliud *odoratus*, quem hic *Fiſtulam* dictam ſuo loco monuimus. Nulla ergo analogiæ patitur ratio, vt hic Sacram Scripturam agnoſcamus. Et quanquam odoratum ideo dictum putat, quòd lingua docentium pietatem omni ſuauitate referta ſit, (ſic enim loquitur) tamen nunquam efficiet, vt credamus, aut hic eſſe de ſcriptorio inſtrumento Sermonem, aut in eo Dauidis loco de odorato calamo. Tres Patres *Calamo*, ſeu *Fiſtula temperantiam* accipiunt, quod *Calamus* leuitate ſua facile in ſublime tollatur: temperantia autem mẽtem graui terrenæ, atque corporeæ cupiditatis onere ſubleuet. Remotum id eſt, nec ad leuitatem, ſed ad odorem reſpectum. Nam certè ſi preſſius premas, leuior multo Crocus eſt, leuior Nardus, vt ſi eo reſpiciendum eſſet, multo aptius temperantiam in illis poſſis agnoſcere. Mitto Caſſiodori ſententiam, qui, cum *Calamum*, ſeu *Fiſtulam* cum *Caſſia* confundat, ex falſa poſitione dubium eliciat ſenſum neceſſe eſt. Nec Aponij, ſeu Lucæ Abbatis magis probandus eſt ſenſus, qui in *Calamo abſtinentiam* agnouit, quod *Calamus*, ſole ſiccatus, viſcerum infirmitates intrinſecus ſanat; quemadmodum abſtinentiæ virtus, ſiccata inedia corporis cute, animi depellit morbos, & virtutem mentis corroborat.

II.
Sed facilius aliena reijcimus quã noſtra probamus.
Sed ſi analogiam videris.
Fiſtulam Humilitatem affirmabis.
Nam ea à congeneribus forma nõ differt,
Nec ſolo quo gignitur,
Fallit ergo tactũ, & aſpectum,

Fiſtula ſiue Calamus ſola Humilitas eſt.

Plinius.

Fiſtula in omnibus congeneribus ſimilis ſolo proditur odore.

Sed in toto hoc ſtudiorum genere, nihil facilius eſt, quam ea reijcere, quæ alijs placuerint: nihil difficilius, quam ea tradere, quæ alij non eodem iure reijciant. Niſi vero putas ignoſcendum tibi eſſe ab alijs, qui prius alijs non ignoueris. Cæterum in re dubia, maximèque perplexa, perque ſymbolorum ambages tradita, id probabiliſſimum arbitrandum eſt, quod & viæ, quam inſtiteris, magis hæreat; & ex rei analogia cum re, id eſt, ſymboli cum ſignificata re, ſub eo latente, aptius videatur. *Calamo* ergo loco hoc, ſiue *Fiſtula*, *animi ſignificatam demiſſionem*, quam *Humilitatem* dicimus, non improbabile vt putemus, ea ratio facit: nam de eo aromate id proditum á Plinio eſt, *nihil illud à reliquis ſui generis differre, externa forma: non colore, non folijs, non flore*, *non candice*; &, quod caput etiam eſt, *non natiuitatis loco. Naſcitur enim inter Libanum montem, aliumque ignobilem, in conualle modica iuxta lacum, cuius paluſtria æſtate ſiccantur*. Nihil ergo in loco, quo gignitur, & creſcit, ſingulare eſt, vnde odorem illum, quo nobilitatur, trahat, quo congenera quæ ſunt, priuantur: vt, cum odoris ſuauitate regnet, cætera cum non odoris communia habeat: vt omnino aſpectum fallat, & tactum; ac, niſi proderetur fragrantia, qua nares ferit, ignotus ignobiliſque cæterorum congenerum de numero vnus haberetur.

Digitized by Google

Ac ſolo odore proditur,
Id Humilitatis eſt proprium,
Quæ cum ſe neſciat.
Alijs fragrantia ſe prodit,
Sic Maria virgo, cum ſalutatur, & Mater dicitur Dei.
Ancillam ſe dicit,
Et vilitatis propriæ meminit,
Sic quæ placuit humilitate, virginitate concepit.

tur. His autem notis, ſi obſerues, *Humilitas* inſignitur, cui id proprium eſt, vt ſuas ipſa dotes ignoret, ac, cum opulentiſſima ſit, diuitias tamen ipſa ſuas neſciat; & *odore famæ* per omnium ora currens, ſola ſibi non oleat, nec à reliquis ſui generis diuerſam ſi putet, nec vlla ſuper eas ſe gratia tollat. Sed, quæ ſe neſcit ipſam, alios latere non poteſt; &, tametſi aſpectu ſimillima, ſuauitatis indicio in pretio eſt; earumque virtutum, quibus mire Deus delectatur, & numerum & cenſum auget: immo & ſingulis & formam conſtituit, & nouam gratiam communiat; vt ſine illius conſortio nulla placere poſſit. Mariam cogita, cum nuncius de cœlo magni illius ſacramenti, quod in eius viſceribus operandum erat affuit in cubili, quo ſola, nemini viſa, latebat. Mater futura Verbi dicitur, & cum tanto donatur munere, quo Dominatum creaturarum omnium cœleſtium aditura eſt, ſeſe fatetur ancillam. idque ſolum inſe, ad grandia cætera cæca, videt, quod ſeruitio nata ſit, ſeruitutis notis fronti inſcriptis. *Reſpexit, inquit, humilitatem* (vilitatem, & abiectum ſtatum) *Ancillæ ſuæ.* Luc. 2. Quaſi nihil inſe eſſet, quo cæteris maior eſſet, quæ vna in mulieribus erat digna, quę in Dei Matrem legeretur. *Humilitate* ergo placuit, quæ virginitate concepit, atque odoris ſuauitate ſui Deum attraxit in viſcera, quæ ſuam ipſa fragrantiam minime ſentiebat.

Humilis omnis cum cæteris cōmunia habeat ſolo odore dignoſcitur.

Maria ab Angelo ſalutata vt Mater Dei, ancillam ſe profeſſa eſt.

Luc. 1.

III.

Nec arduum hæc referre ad hunc ſtatum Eccleſiæ.
Nam quis Dauide humilior?
Qui monitus quanta Deus in eum collaturus eſſet.
Non ideo nouos induit ſpiritus,
Vnum ſe de populi ſuæ confeſſus,
Initia ſuæ felicitatis memorauit,
Nec puduit paſtoralis exercitij,
Vnde fuerat vocatus ad Regnum.
Et cum ingentes diuitias in Templi impenſas paraſſet.
Nihil ſe feciſſe amplius faſſus eſt,
Quam ſi vnus de pauperibus eſſet,
Quæ demiſſio gratiſſima Deo.

Neque hæc ad eum Eccleſiæ ſtatum, in quo adhuc Dramatis ordo verſatur, applicare arduum eſt. Nam ſi Dauidis tempora in memoriam reducere placeat, is cum vellet Domum Domino ædificare, conſilijque ſui conſcium Natanum Prophetam feciſſet, audiſſetque ex eius ore. *Annuntio ergo tibi: quod ædificaturus Dominus tibi domum: cumque impleueris dies tuos, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod erit de Filijs tuis, Et ſtabiliam Regnum eius. Ipſe ædificabit mihi domum, & firmabo ſolium eius vſque in æternum.* 1. Par. 17. 10. 11. 12. Tantis tamet auctus promiſſis, haud nouos induit ſpiritus, aut aliquid ſe maius cæteris arbitratus, dicebat: *Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia?* Ver. 16. Et: *Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim ſcis ſeruum tuum, Domine Deus. Propter Verbum tuum, & ſecundum cor tuum, feciſti omnia magnalia hæc.* 2. Reg. 7. 20. 21. Quaſi poſt tot, tantoſque Dei fauores, quibus eum Deus ſupra cæteros mortales vnum tollebat, nihil inſe agnoſceret, quo cæteris emineret: ſed, tanquam vnus de populo, vulgo ſuæ Gentis miſceretur: haud indignum ratus ſuæ felicitatis initia memorare, cum Paſtor paucas Patris oues in paſcua duceret; nihil minus arbitratus, quam id, quidquid erat Paſtoralis miniſterij, tyrocinium Regni eſſe, ac rudimentum imperij. Sed & cum immenſam auri, argentique, & æris pondus, ac reliqui apparatus congregaſſet, in Templi impenſas diuitias ſcilicet tantas, quantas nullus ante Rex cogerat, ac fortaſſe poſtea coacturus non eſſet (ſi vnum Salomonem Filium excipias) id totum tamen nihil eſſe arbitratus, quod in Dei obſequium deſtinarat. *Ecce ego*, dicebat, *in paupertate mea præparaui impenſas Domus Domini auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum; æris vero, & ferri non eſt pondus; vincitur enim numerus magnitudine.* 1. Par. 22. 14. Quaſi, poſtquam tanta in Templi opus contuliſſet, nihil præſtitiſſet aliud, quam quod de miſerorum turba quilpiam contuliſſet. Quam autem hæc Regij animi demiſſio grata Deo fuerit, quam ſuaui odore eius nares recrearit, inde intelliges ſatis, quod non alia magis cauſa Filium, eius ex ſemine hominem naſciturum, pollicitus eſt. Vide 1. Par. Cap 17. 10. & ſeqq. Atque id de Calami, ſeu *Fiſtulæ* myſtico ſignificatu ſit dictum.

Dauidis animi demiſſio.

1. Par. 17. 10. 11 12.

2. Reg 7. 20.
Dauid poſt ingentia promiſſa, non ſe maiorem cæteris putat.

Poſtquam ingētes diuitias in templi impenſas paraſſet nihil ſe feciſſe arbitratur.

1. Par. 22. 14.

Dauidi propter animi demiſſionem Chriſtus Filius datus.

IV.

Atque dubia de Cinnamomo quæſtio
In quo quidam Humilitatē agnoſcunt.
Propter exiguitatem & colorem cinericium,
Alij fortitudinē. Sed id remotum videtur.

Haud facilior de *Cinnamomo* quæſtio. de quo cum ſit à nonnullis proditum, exiguam eſſe arbuſculam, & cineritij omnino coloris; Ab alijs autem, quod certum eſt, calidiſſimæ, ac maxime fragrantes naturæ, quiſque ad id reſpexit, quod maximè placuit. Ad primum reſpicere, qui *Humilitatem* accipiunt, propter eius virgulti exiguitatem, coloremque cineri ſimilem; demittit enim ſeſe humilis, & ad terram vſque deijcit; ſeque ſemper & cinerem, & puluerem profitetur. Sic Abraham, inſtructior ex Dei ſermone, dicebat: *loquar ad Dominum, cum ſim puluis, & cinis.* Gen. 18. 27. Et Eccli. 10. 9. *Quid ſuperbit terra, & cinis?* Ad alterum de calfaciendi vi reſpexere tres apud Theodoretum Patres: ideo *Cinnamomum fortitudinem interpretati ſunt, diuino zelo aduerſus impietatem ſemper ardentem.* (Sic enim loquuntur) ſed quam id remotum, ſit nemo non videt. Remotius multo alij, vt Aponius, qui, quod *Cinnamomum* diutiſſime ſuam ſeruare ſuauitatem, ac odoris viuacitatem videatur, dicaturque, *ſpiritales ſenſus* intellexit, *viuacitate ſapientiæ generatos*; quod me non ſatis intelligere, fateor ingenuè. Et Hugo Victorin. Qui quod *Cinnamomum* arbuſculæ cortex ſit, in modum *cannæ* formatus, *Confeſſores* intellexit, *non ſolum corde credentes ad iuſtitiam; Sed ore etiam ad ſalutem reſonantes.* In *Canna* nimirum, quam *Cinnamomum* cortice vtcumque refert, ſonum agnouit, qui inflata fiſtula, aures vtcumque permulcet. Sed leue id eſt, nec erat, cur ob eam cauſam *Cinnamomum* inter reliqua aromata poneretur; ac multo minus vt *Fiſtulæ* iungeretur.

Caſſiodorus. Anſelmus, Richard.

Gen 18. 27. Eccli. 10. 9.

Tres Patres.

Sicuti & quod alijs placuit,

Hugo Vict.

Fidei confeſſionē interpretantibus.

Quæ facta ſit corde & ore.

-ATON

Digitized by Google

V.

Nos in Cinnamomo animi excelſitatem agnoſcimus, quæ cum Humilitate videtur oppoſita.

Magnitudo tamen animi & humilitas ...

Nam amant virtutes conſortium,

Et quod a ſe non habent, ab alijs mutuari,

Eius autem rei ratio probabilis eſt,

Quia Cinnamomum calidiſſimæ facultatis.

Et partus difficultatem iuuat.

Animo autē magna molienti multa ſæpe obſtant,

Quæ ſola animi magnitudo peruincit,

Huius rei magna exempla ſub Dauide,

Quo nihil humilius,

Et tamen talis euaſit,

Vt è Paſtore fieret Rex.

Cinnamomum animi magnitudo & mentis excelſitas.

Humilitas ſine hac excelſitate exilitas mentis eſt.

Animi excelſitas ſine humilitate vaſtitas mentis eſt.

Lacunain Dioſc. lib. 1. cap. 13.
Dioſc. lib. 1. c. 13.

Cinnamomum partus difficultati medetur.

Animus magna moliens, multa obſtantia experitur.

Dauidis animi demiſſio. E Paſtore tamen factus in Regem.

Ergo ſingula expendenti, quantum inter has nebulas ſymbolici generis licet cernere, illud videtur accommodatius, vt in *Cinnamomo animi Excelſitatem*, *ac Magnitudinem* agnoſcamus. Quæ virtus, tametſi cum *Humilitate*, animique moderatione, ſuæ ſibi conſciæ tenuitatis, comparetur, in extremo altero ſita eſſe videatur: tamen nec contraria illi eſt, mutuas potius ſibi ferunt ſuppetias; vt neutra ſine altera videatur eſſe perfecta. Nam & *Humilitas* animi *Excelſitate* deſtituta, ſordeſcit; ac facile in exilitatem tranſit, qua omnis virtutis conatus obtunditur, ac, langueſcit; ac, velut inciſis ſuffraginibus, inutilis redditur. *Animi* autem illa *excelſitas*, ac nobilitas, qua magna quæque aggredimur, ac perficimus, niſi moderatione ipſa Humilitatis corrigatur, & quaſi adducto freno coerceatur, in vaſtitatem mentis; ſibi nimium tribuentis, facile mutari ſolet. Ideo ergo iungantur per paria virtutes, vt quidquid vni ad ſtabilitatem ſui ordinis negatum eſt, aut mortalium fragilitate naturæ, velut contagio quodam agnatum, ab altera mutuetur, & contra. Amant enim ferè mutuo iuuare virtutes, ac ſororia ſe Caritate complexæ, aliena commoda ſua putant; ac tunc ſe ſcilicet perfectas arbitrantur, cum, quidquid in ſe virium agnoſcunt, in perficiendis alijs contulere. Animi vero hæc *Excelſitas*, & nobilitas, quibus ad magna quæque aggredienda, ac perficienda diſponimur, cur *Cinnamomo* ſignificata ſit, probabilis ratio eſt, propter illius aromatis excellentiam, immo & raritatem: nam & *Cinnamomum* calidum eſt, & ſubtiliſſimis conſtat partibus, ideoque vel leuiter dentibus tritum, in cærebrum ſurgit, occupatumque halitu mire recreat. Quin & difficultatem partus leuat, & non audentem de vteri anguſtijs egredi prolem, & propellit, ac mira indita fatiſcenti pariendi labore puerperæ, virtute, diſcrimine liberat. Animum cogita ſe ad grande aliquod parantem ſacinus, ac velut matura prole pregnantem, quam multa ſoleant retardare, quam multa vt hæreat, dubiteтque cogere. Quidquid autem id eſt, facile *Excelſitas* illa perrumpit, ac, rebus ſuperior ipſis, omnino contemnit: vt, niſi ea obſtetrice, raro animus magnum aliquid agrediatur audacter, aut perficiat feliciter. Iure ergo *Humilitati*, hanc animi *Excelſitatem* coniungimus, per *Cinnamomum* ſignificatam arbitramur. Quam autem vtrumque verè in ea Eccleſia, quæ Dauide ac Solomone Regibus floruit, commendetur, haud monere eſt opus. Vnum Dauide exemplum indicaſſe ſit ſatis. Quid enim eo humilius? quid demiſſius? Siue generis humilitatem, ſiue mentem ſui ipſius conſciam conſideres? Et tamen idem ille & natus humiliter, & pene ſordidè educatus, nec de ſe quidquam grande, aut priuato maius cogitans, ſeu politica ſpectes, ſeu militaria, res tantas mira felicitate perfecit, quantas in eorum pleriſque, qui magni ſunt cognominati, vix inuenias; donec è priuato Princeps, è paupere opulentus, e Paſtore Rex, in ſummam fortunam euectus, & ingens ſibi paraſſet imperium, & optimè conſtitutum poſteris decedens ipſe relinqueret. Hoc fuit *Fiſtulam* ſiue *calamum odoratum Cinnamomo* coniungere; è quibus mira quædam ſuauitas Dei naribus afflabatur, vt eiuſdem laudes mereretur.

VI.

Ligna autem Libani odorata hæc ſunt,

Et pro virtutibus alijs poſita.

Sed Libani dicta ligna.

Quod virtutum odor.

Gratiſſimus Deo ſit,

Ligna Libani chorus aliarum virtutum.
Theodoretus.
Caſſiodor.
Anſelmus.

Dram. Comment. c. 4. Not. 45.

Ligna autem quæ dicuntur *Libani*, nihil aliud intelliges, quam cæterarum virtutum chorum, quæ velut cœleſtes quædam, ac nobiles ſtirpes, eam Eccleſiam diſtinguebant, ſic pleríque interpretantur; certe Theodoretus; quanquam alij alio reſpexere; & quia *Ligna Libani Cedros* interpretantur, eos in illis agnouere, qui fortitudine, ac robore Eccleſiæ molem ſuſtinent; addere poterant, & excelſitatem, qua dote *Cedros* commendari ſcimus, qua Eccleſiam ipſam non ſuſtentant modo, ſed ſuſtollunt, & in ſublimi locant; itaque perfectos viros intelligunt. Sed neceſſe non eſt à virtutibus ad perſonas tranſire, ne ab analogiæ legibus recedamus. Cur autem virtutes *Libani* dicantur *Ligna*, ſiue *Cedros* intelligas, vt voluere nonnulli; ſiue generatim *aromaticas ſtirpes*, quod probabilius arbitrati ſumus, Dram. Comment. facilis ratio eſt; cum & virtutes ad animi non minus ornatum, quam opulentiam faciant: & alioqui ſuauitatis ipſa fragrantia, hominem ad ſe amorem cogant.

NOTA-

NOTATIO XLVII.

MYRRHA, ALOE, CVM OMNIBVS PRIMIS VNGVENTIS.

SVM.COM.

I. *Sequitur de Myrrha & Aloe. In quibus Chriſti mortem ac ſepulturam meditatur Nyſſenus, Facile id noſtro ſenſui applicari poteſt. Nam Fides mortui & ſepulti Chriſti, ſemper fuit ad ſalutem neceſſaria, Cuius illuſtres apud Dauidem Prophetiæ, Et quidem locis pluribus, Vnde Petrus argumentatus eſt, contra Iudæos.*

Nyſſenus. Mirrha, ſepultus Chriſtus. *Rom 6.4.* Cuius myſterij Fides omni æuo ad ſalutem neceſſaria.

DE *Myrrha*, & *Aloes* myſtico ſignificatu, non minor diſſentio inter ſcriptores eſt, iuxta id, quod quiſque in vtroque Aromate ſingulare arbitratus eſt. Nyſſenus ad *ſepulturam Chriſti* reſpexit, *cum nemo gloriæ particeps eſſe poſſit, niſi fuerit ſimilitudini mortis eius conformis. Conſepulti enim ei ſumus per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Rom. 6.4. Quod nec difficile eſſet ad noſtram interpretandi rationem aptare, cum & Fides morituri, ac inferendi in ſepulchrum Chriſti omni ſub ſtatu Eccleſiæ neceſſaria ad ſalutem fuerit, Fide autem morituri Chriſti cum illo myſtica morte morimur, cum eo etiam eodem ſepulchro conſepeliendi; vt cum eo rediuiuo reſurgamus. Et *Myrrha* ergo, & *Aloe*, quibus corpus Chriſti ad ſepulturam ſcimus perunctum, rite hæc Fides ſignificari videtur. Eſt autem & cauſa, cur hæc de ea Eccleſia Fides prædicetur; quòd Dauide docente, nullo ſub priore ſtatu clariorem doctrinam, tantarum futurarum rerum, Eccleſia participauerit. Eius illa ſunt *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* Pſalm. 3.6. Et: *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno; nec dabis Sanctum tuũ videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Pſal. 15.10. Quibus ex verbis Petrus valide reſurrectionem Chriſti confirmat. Act. 2.29. & ſeqq. Et Paulus. Act. 13.35.

Pſal 3.6. Et, 15.10. Dauid ſæpe de Chriſti morte ac ſepultura prophetauit.

II. *Sed probabilius alio referes, Ad Mortificationem ſcilicet. Propter amarorem, & vim. Ad prohibendum a corruptione carnes, Quod illi virtuti quadrat, Quæ animum a noxijs purgat.*

Theodor. *Tres Patres.* Mirrhæ, & Aloæ Mortificatio carnis.

Sed probabilius eſt, hæc alio referenda eſſe. Nam de Fide in venturum Chriſtum, ac moriturum, adeoque & ſepeliendum, & ſurrecturum alias dictum fuerat. Præſtat ergo Theodoreti, & Trium apud illum Patrum hærere ſententiæ, qui in *Myrrha*, & *Aloe Mortificationem* agnouere. Omnibus autem vna ratio eſt, vtriuſque huius aromatis amarities, & illi coniuncta vis ingens, ad prohibenda à corruptione corpora. Itaque, cum ingrata guſtui ſint, ſunt tamen ad ſanitatem ægris corporibus afferendam potentiſſimæ facultatis. Hæc autem ſi omnia *Mortificationi* accommodaueris, intelliges, ſine ratione non fuiſſe dicta. Nam nihil æquè animum in acquiſita ſemel ſanitate conſeruat, quam ſanctitatem dicimus, atque ad maiorem in dies diſponit, ac *Mortificatio*, qua ſcilicet animus, omni terrenarum affectionum fæce purgatus, ſenſim ad maiora diſponitur. Imitatur enim hæc virtus catharticorum naturam, quæ id corporibus præſtant, ne quidquam ſit, quod ægritudini ex intemperie, aut humorum redundantia pabulum ſubminiſtret.

III. *Sed quod Aloe Myrrhæ iungatur Tentationum bella interpretatur Theodoretus. Tametſi ratio non conſtat, Cum & Myrrha amaritia ſit notabilis. Aliqui tentationibus acceſſentur,*

Theodoret. A'oe, tentationem incurſus.

Cæterum quia ſupra monitum eſt, haud ſine cauſa Aromata hæc per paria numerata, & id videndum eſt, an poſſit ad arcanam ſententiam aptari. Vidit id Theodoretus, acri vir ingenio, ac raro dormitante, ac in *Myrrha cupiditatum mortificationem*, in *Aloe tentationum amaritudinem* recognouit: quod ſcilicet *Myrrha* ad defunctorum corpora condienda ſit apta; *Aloe* autem amaritudine inſignis ſed & *Myrrha* amaritie notabilis eſt, & contra *Aloe* etiam defunctorum corporibus imbuendis adhiberi ſolita; vt non appareat cauſa, cur altera mortificatio cupiditatum, altera tentationem incurſus indicentur; cum tamen hæc tentationum occurſatio magis ad Dei prouidentiam pertineat, non ſinentis Eccleſiæ ſuæ torpere animum, ac virtutem otiari, ſed frequenti illam pugna exercentis, ac per dura, & aſpera durantis ad robuſtam victoriam. Hic autem magis videatur, à proprijs virtutibus commedari, quam ab oblatis à Deo occaſionibus eaſdem virtutes exercendi, vt ſe ipſa in dies melior fiat.

IV. *Duplicē nos Mortificationem interpretamur. Carnis. & Spiritus De prima ſæpe Paulus monet, Doctrinamq; vtilem tradit. De ſecunda ſunt Chriſti conſilia,*

In Myrrha, & Aloe, mortificatio duplex indicato, carnis, & ſpiritus. *Rom 7.23. Et, 8.12.* *Coloſ 3.5.*

Præſtat ergo vtroque Aromate *Mortificationem* accipere, ſed ſecundum varias partes. Nam ea virtute & corporis ipſius pronitates ad ea, quæ delectant, omnia, coercentur; & animi ipſius cupiditates, quibus ſæpe minimè, aut ægrè valens obſiſtere, agitur in tranſuerſum, eoque rapitur, quo minus voluiſſet. De primo dictum à Paulo eſt: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo? quis me liberabit de corpore mortis huius?* Rom. 7.23. Et: *Debitores ſumus, non carni, vt ſecundum carnem viuamus; ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Rom. 8.12. Et: *Mortificate ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam.* Coloſ. 3.5. De altero Doctore Chriſto multa accepimus in Euangelio; eo enim præcipue omnis Chriſtiana doctrina collimat, vt affe-

Tota pene Euangelio ſparſa.
Sibi autem hærent mutuo.
Et ſuppetias ferunt.
Alioqui dubia victoria eſt.
Niſi conſociatis animis hoſtem adoriantur.
Hoc monitū Pauli eſt.

Chriſti doctrina de mortificatione ſpiritus. *Matth* 5. 3.

Altera alteri mortificatio ſuppetias fert.

ctiones animi omnes ad rectæ rationis normam componamus. Nam niſi interior hæc Reſpub. ſit optimè conſtituta, turbari frequentiſſimis, ac perpetuis bellis cuncta eſt opus. Hæc illa ſcilicet eſt *Paupertas ſpiritus*, cui Dominus Regnum cœlorum præmium deſtinauit. Matth. 5. 3. Hæc illa *beata mors eorum qui in Domino moriuntur*, cui requies à laboribus comes eſt. Apocal. 14. 13. Hærent autem ſibi mutuo, ac amicam opem præſtant, veluti ſorores geminæ, vt neutra ſine alterius conſortio magnum quiddam præſtare poſſit, ſed nec ad perfectum adducere. Ea enim, quæ natura ineſt inter ſpiritum, & carnem colligatio, facit; vt, niſi ſuis quæque pars ac diſtinctis armis eodemque tempore impetatur, & quidem fortibus animis, vinci non poſſit, altera alteri ferente auxilium. Si ſimul aggrediare, nec admodum difficilis eſt victoria; nec arduum ſingulares nec mutuis auxilijs fortiores, in poteſtatem redigere. Ideo monitum Pauli eſt. *Mundemus nos ab omni iniquinamento carnis, ac ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.* 2. Cor. 7. 1.

V.

Friget autem omnis conatus noſter, Niſi adiuuetur à Deo.
Ideo de primis vnguentis additum.
Sed moleſta tandem quæſtione ex ſoluimus nos.
Et præſtitiſſet generalius genere.
Sed dādū aliquid fuit tempori.

Omnis noſter conatus ſterilis, niſi diuino fœcundetur.

Tres Patres.

Quia autem omnis noſtra ſollicitudo, omneque ſtudium ſalutis ſterile eſt, atque euanidum, niſi Dei ipſius auxilio ſuſcitetur, & quaſi vitali calore foueatur, ideo *Myrrha*, ac *Aloe omnia prima vnguenta iunguntur*, quibus ea dona ſignificari putamus, quæcumque, Deo largiente, animum in bono promouent; atque ad inteſtinos hos hoſtes debellandos vires ſubminiſtrant. Ita ferme Tres Patres. *Nam niſi anima, inquiunt, ſapiat ea, quæ ſunt ſpiritus, & ſanctiſſima illius dona ſuſcipiat, carnalis ſenſus mortificationem, quæ per Myrrhā, & Aloen intelligitur, non aſſequetur.* Et quidem exſoluimus nos moleſta, ac difficili tractatione, de myſtico horum Aromatum ſignificatu. Et vero præſtitiſſet hæc generalius enarrare, nec tam minute ſingula premere; ne quid dicere cogeremur, quod vel limati iudicij Lectori minus approbaretur; vel nobis ipſis (neque enim in omnibus nobis placemus) minus ſolidum videretur. Sed in re incerta, & dubia, id potius exiſtimauimus, quod & rerum analogiæ, & ducto hactenus interpretationis filo; & multorum, guſtui, minutiſſimè omnia exigentium, accommodatius viſum eſt.

VERSVS XV.

FONS HORTORVM, PVTEVS AQVARVM VIVENTIVM, QVÆ FLVVNT IMPETV DE LIBANO.

COMMENTARIVS.

QVo hæc pertineant (quod ad nexum ſpectat) facile eſt definire. Eccleſiam Sponſam *Horto*, & *Fonti* ſimilem eſſe dixerat: id autem quod generatim dictum fuerat, exornandum per partes erat; de *Horto* id factum ſuperioribus duobus Verſibus. De *Fonte* id ipſum hoc Verſu præſtatur. *Fontem* quidem eſſe, non inertem, non inutilem, vt qui in auijs, aſperiſque, atque inacceſſis locis manantes, nullam vtilitem hominibus adferunt; ſteriles tantum rupes, & ſaxa inutili conatu lambentes: aut feris ſolummodo potum præbentes. *Fontem* eſſe felicibus aquis, vnde *Hortis multis* ſupperant alimenta, manantem. Et vero arcano ſignificatu *Fontem* conſtat eſſe Eccleſiam. *Hortorum* nomine nihil intelligemus aliud, quam priuatas Eccleſias, ſiue Fidelium conuentus, quorum ad communem Matrem cura pertinet omnis; quibus illa ſcilicet doctrinæ ſalubres aquas ſubminiſtret; & monita ſalutaria, quibus latæ in *Hortis* ſtirpes adoleſcant, ſuoque autumno maturos afferant fructus. Additur & *Putei* comparatio, quo ſignificari putamus, *Doctrina eiuſdem*, *& profunditatem*, *& abundantiam*, *& perſpicuitatem*. Id enim proprium *Fonti*, qui ſimul etiam *Puteus* ſit: ideò de *Aquis viuentibus* mentio, vt doctrina intelligatur, non ſterilis, non languida, non inſalubris, non mortua: ſed

viua

Digitized by Google

viua ipſa, vitamque potens Fidelibus communicare. Deinde eas ipſas aquas originem à *Libano*, excelſiſſimo ſcilicet monte, ducere; quo id intelligimus, *eam doctrinam non aliunde originem trahere, quam à cœlo.* Inde de ſinu Dei impetu magno manare, ac minime intellecta ratione per arcanas immiſſiones eidem Eccleſiæ traditam, in cœteros corriuari. Nec verendum eſſe, quod alijs ſæpe fontibus ſolet contingere, ne aſſidua irrigatione latex ipſa deficiat, qui Dei ipſius ſapientiam, nunquam defecturam, originem habeat, & matrem agnoſcat.

ENARRATIO.

Fontem eſſe te dixi, & quidem ſignatum. Sed nec totum id dixi, quod dicendum erat: poterat enim quiſquam arbitrari, quæ Signatus eſſes Fons, vni ſcilicet mihi ſeruatus, inutilem cæteris eſſe. Sed non es: immo tam largis ſapientiæ Aquis manas, vt non tibi ſolummodo abunde ſufficias, ſed multis alijs profis. Cogita Eccleſiæ ſingulas, Fidelium ſcilicet multiplices cœtus: aut in eo ſtatu, quo nunc verſaris, duodecim tribus, quibus gratiſſima mihi nunc Gens diuiſa eſt, Hortos eſſe ſingulos, meis delitijs deſtinatos. Nam quòd cœleſtium rerum virent ſpe; quòd Fide futurorum vernant; quod virtutibus florent: quod boni exempli fragrantia, quaqua verſum ſparſa ſe commendant; atque piorum operum opimitate ramis grauibus curuantur: tibi vni ſcilicet debent: ea omnis felicitas de tua eſt liberalitate: qua immiſſis doctrinæ fluentis arua fœcundas, & ſtirpes, alimentis prodigè ſubmiſſis, ſuſtentas. Nec periculum eſt, ne vel tibi deficiat, quod indigentibus largiaris; vel illis, quod victuris non ſuppetat. Haud enim ſterili vena doctrina decurrit, haud aliquando defecturo latice ridet. Vitam in ſe continens ipſa, vitam etiam cæteris dilargitur: Non pigros, ac mortuis aquis redundantes lacus imitatur, quæ ſtirpibus immiſſæ properant mortem, aut ægro torpore corrumpunt: quales falſorum Magiſtrorum doctrinæ ſunt. Vitam, ac ſalutem ab origine trahis: nam quidquid id ſapientiæ eſt, quod cæteris præſtat, de infinito diuinitatis meæ theſauro, ac inexhauſto ſapientiæ Oceano flumen eſt nunquam defectura largitate decurrens: & poſt rigatas abunde ſtirpes, in eandem vnde venerat orignem reuerſurum.

NOTATIO XLVIII.

FONS HORTORVM.

SVM. COM.

I.

Hortorum Fons Eccleſia non ſine cauſa dicta

72. Singularem habent numerũ, Sed origines pluralem.

Sic & quinta editio.

Nam Ecleſia, quæ Hortus eſt, Multis Hortis cõſtituitur

Eadem autem etiam Fons.

NEctendi rationem habes in Commentario. Ad arcanum quod attinet ſenſum, non ſine cauſa dictam Eccleſiam *Fontem*, non *Horti* ſimpliciter. Sed *Hortorum multorum*, plerique arbitrantur. Et quanquam 72. ſingulari numero tranſtulere πηγὴ κήπου *Fons Horti*, quod fortaſſis perſiſtere adhuc Sponſum putarent in *Horti* ſimilitudine exornanda, ex *Fontis*, perſpicuis aquis manantis ornatu, quibus ſtirpes rigarentur: quod nonnullis etiam placuit; tamen in originibus nomen multitudinis numero poſitum eſt: *Maon Gannim*. Quo pacto, ne ſolus eſſet Vulgatus, etiam habuit Quinta Editio, & Ambroſ. Serm. 17. in Pſalm. 118. Sed cur Eccleſia *Fons* dicta ſit, ſuperius dictum eſt. Hoc ergo loco repetitio in ea parte eiuſdem encomij eſt, niſi quod & auctario cumulatur. Sit ergo illa *Fons ſapientiæ* aquis limpidiſſimis manans. Sed eadem illa, quæ, ſi ſeorſum conſideres, *Hortus* eſt, multis *Hortis* conſtituitur, tanquam latifundium Patris familias, in plures villas diſtributum, & campos. *Fons* autem eadem illa eſt: nam, ſi ſub alia ratione conſideres, doctrinæ ſacræ fluenta, quaſi per quoſdam canales, *Hortis* communicat, quibus immiſſis Fideles ſinguli, velut generoſæ ſtirpes adoleſcant.

Eccleſia non vnius ſed multorum hortorum Fons.

Lectio 72.

Hebræa Lectio.

Quinta Editio

Ambroſius.

Eccleſia Hortus, ex multis conſtans.

Fons eadem diuerſo reſpectu.

 Et

Digitized by Google

II.

In quo quidam gratiam agnoſcūt, Sed hic additum quo illic omiſſum, Non inutilem eſſe Fontem, ſed multis vtilem. Eſt autē gratiarum abundantia, Vni Eccleſiæ reſeruata Vt eos diſpenſet, per orationem, doctrinam exemplū, Nam eius preces Deus audit, Doctrina autem diſponit filios, Vt large ſuſcipiāt, Et prudenter diſpenſent,

Et quanquam ipſa *Fontis* repetita ſimilitudo perſuadere videtur, aliud quiddam hoc loco voluiſſe ſacrum ſcriptorem (qua fortaſſe ratione quidam in *Fonte* aquam, non *doctrinæ*, quod ſuperius intellexere, ſed gratiarum, interpretantur) id tamen minimè neceſſarium arbitramur. Satis enim cauſæ fuit ad iterandam laudationem, ſe, quod illic deeſſe videatur, hoc adderetur loco: ſcilicet eſſe *Fontem* non inutilem, quique ſola aquarum perſpicuitate, læto murmure oberrantium, iactaret ſeſe; ſed vtilitate, ac multorum commodo, quòd longe eſt maius, nobilem eſſe. Sed quod de gratiarum abundantia dicitur, ne multorum,grauiumque ſenſum contemnere videamur,examinandum eſt; ne quid auidus Lector deſideret. Gratiarum abundantiam, & copiam vni Eccleſiæ Sponſæ, velut cenſum & dotem, reſeruaſſe Deum certum eſt: inde in cæteros Fideles, iuxta cuiuſque ſtatum, indigentiamque diuidendas. Verum id, quod de diuiſione dicitur, quo pacto accipiendum ſit, haud difficulter intelligimus: nam non aliter id Eccleſia præſtat, quam *oratione, doctrina, exemplo*. Pro Filijs ſollicitam, *precantemque* Deus libenter audit,& annuit *ſupplicanti*; & quantum neceſſe eſt ſingulis, dilargitur, ſiue in commune bonum,ſiue in priuatum cuiuſque; nec auarus eorum donorum,nec inuidus, *qui dat omnibus affluenter, & non improperat*. Sociat autem pia Mater *orationi doctrinam*, *ſeriamque inſtitutionem*, ſiue vt, ad ſuſcipiendam cœleſtium donorum abundantiam Filiorum animos, velut vaſa munda, præparet; ſiue vt vſum eorum doceat, ne imprudenter, & inutiliter, ſed aptè ad locum, tempus, perſonas, cœleſtes opes effundant: & ibi tandem collocent, vbi, velut iacta felicibus aruis ſemina vtilitatem Domino pariant. Addit & *exemplum*, quo nullum aptius magiſterium eſt, ad imbuendos homines, docendoſque.

Eccleſia Fons non inutilis.

Eccleſiæ gratiarum abundantia conſignata in dotem.

Iac.1.2.

III.

Apte autem dona gratiæ comparata aquis, Sic Dauid gradibus verbis, Gratiarum diuiſiones deſcribit, Vt vim orationis Eccleſiæ, Ad eas filijs impetrandas. Quibus tanquam aquis arua animorum fecundentur. Cum vbertate incredibili, Etiam in deſertis locis: Id autem bonum Eccleſiæ ſub quocumque ſtatu Sed maxime ſub gratiæ lege.

Nec extra rationem analogiæ eſt, ſi *Gratiæ dona* in *Fontis aquis* perſpicuis agnoſcamus: ſimilitudinis enim multæ ſunt cauſæ, in modo producendi, emittendi, communicandi: tum in ijs effectibus,ac commodis, quibus alij dicantur,ſuſtentantur,& creſcunt.S.D.E. *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam. Flumen Dei repletum eſt aquis.* (Pheleg.*Riui Dei repleti ſunt aquis. Diuiſiones hæ gratiarum ſunt, ab vno eodemque Domino*, vt loquitur Paulus) *Paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius*.(Hic ordo rerum, eæ ſunt prouidentiæ tuæ leges, quibus gratiarum tuarum theſauros diuides, vt omnibus ſuppetant abundanter) Sequitur oratio ad Deum, vt pergat porro, quod cæpit, quoaduſque perficiat opus ſuum. *Riuos eius inebria, multiplica genimina eius; in ſtillicidijs eius lætabitur germinans.* Qui dicuntur hic *riui*, in fonte ſunt, *ſulci*, ſiue *corriuationes*, quibus aquarum fluenta campis inuehi ſolent; quemadmodum etiam Auguſtinus legit, & interpretatur. Vide iam maturos eius irrigationis fructus; ac Eccleſiæ, Fideliumque animarum campos, beata frugum copia felices. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate, Pingueſcunt ſpecioſa deſerti, & exſultatione colles accingentur.* (Etiam locis ſterilibus,ariдiſque arenis aquarum abundantia proueniet, quibus ſterilitatis infamia depulſa, vbere diteſcant copia, adinuidiam aruorum pinguium.) *Induti ſunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento; clamabunt, etenim hymnum dicent*. Pſalm. 64.10.11.12.13.14. Quæ omnia quin probabiliter dicantur de Eccleſia, dubium minimè eſt, ſub quocumque illam ſtatu conſideres, ſed ea tamen donorum cœleſtium abundantia Chriſtianæ Eccleſiæ ſeruabatur: connubio enim iunctæ digna tantis nuptijs cōſignanda dos erat. Ante illud tempus ſatis fuit, ſiquidem & cultus adderetur futuræ vxori,& ſplendidior ornatus, quo ſe viro pararet: vt opulentiſſima dote donaretur,nec conſuetudo, nec ſtatus ratio patiebatur. Hoc autem loco adhuc Eccleſia (tametſi accelerari nuptias non ignorat) Sponſali tantum honore dignatam ſe gaudet, mox futuram matrem familias, cum pleniſſima domus totius adminiſtratione; traditis clauibus, quibus repoſitoria Verbi Mariti eius diuitias diſpenſaturæ pateant. Scitum enim eſt,plenam adminiſtrationem Domus Dei per vtramque clauium poteſtatem, ante plenum per Incarnationem connubium, traditam Eccleſiæ non fuiſſe: poſtea autem traditam, quæ promiſſa Petro fuerat, cui dictum: *Tibi dabo claues Regni cælorum* & in eo Eccleſiæ.

Sed hic adhuc Spōſa Eccleſia eſt, Mox futura vxor, Cum plena familiæ adminiſtratione.

Donorum gratiæ cum aqua ſimilitudo.

Pſal 54.10. Locus Dauidis illuſtris enucleatus.

1.Cor.12.4.

Eccleſia ſub quolibet ſtatu gratiarum Fons, ſed maxime ſub gratia.

IV.

Ideo probabilius aquas ad ſapientiam referemus. Ex vſu ſacræ ſcripturæ, Quæ ſapientiam aquis comparat, Immo & fluuijs cum aquis intumeſcunt. Propter abundantiā ac ſeſe cōmunicandi facilitatē,

Probabilius ergo *Fontis* ſymbolum ad *Sapientiam* hoc loco referemus,propter rationes loco alio traditas. Immo ſi vſum ſacrarum litterarum obſerues, videbis ſæpe *Sapientiam Aquis* comparatam. *Aqua profunda verba ex ore viri; & torrens inundans Fons ſapientiæ*. Prou,18.4. Et: *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus nouorum* (cum immiſſis copioſis imbribus Fluuius intumeſcit, alueumque replet pinguibus aquis.) *Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum* (mentem, animumque ſapientiæ ſedem) *Qui multiplicat, quaſi Iordanis tempore meſſis* (alluſio eſt ad id, quod legimus Ioſ. 3.5. *Iordanis autem ripas alueiſui tempore meſſis impleuerat*) *Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, & aſſiſtens, quaſi Gehon in die vindemiæ*. Eccli,24.35.36.37. Rite autem *Sapientia* ingentibus orbis fluminibus comparatur, cum plenis tument marginibus, propter abundantiam illam, ſeque effundendi facilitatem,qua pollet.Eſt & alia ratio, cur fluminum decurſui ſimilis exiſtimetur

Eccleſia Fons propter aquas ſapientiæ in ea manantes. Hoc cap. not. 47. Prou 18 4. Sapientia fluminibus ingentibus comparata Eccli.24.35.

Digitized by Google

Tū quia omnis à Deo ſapientia eſt, Ad quem rigato orbe regreditur. Sicut flumina in oceanum. Id de ſe Chriſtus teſtatur, Qui Patris ſapientia eſt.

Omnis ſapientia à Deo eſt & in Deum redit. *Ecleſ. 1.7.* Chriſtus Patris ſapientia, à Patre egreſſus in eum regreſſus. *Ioan. 16.28.*

metur *Sapientia* curſus: nam de fluminibus dictum: *omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant*. Eccleſ. 1. 7. *Sapientia* autem omnes corriuationes creatæ ab illo *diuinæ ſapientiæ* Oceano ſunt, quem genitorem agnoſcunt; & poſtquam terrarum orbem irrigandis hominum mentibus permearint, in eundem Oceanum deuoluuntur; vnde fluere cæpere, ibidem quieſcant. Qua fortaſſe cauſa de ſe Chriſtus *Patris ſapientia* dicebat: *Exiui a Patre, & veni in mundum: iterũ relinquo mundũ, & vado ad Patrē*. Io. 16. 28. Irrigatis ſcilicet ſalutaribus *Sapientiæ* aquis mortalium aruis; conſtituta Eccleſia, ac, velut delitiarum ſuarum Horto, plantata, exculta, rigata, opere iam omni perfecto, nihil ſupererat aliud, niſi vt in eundem ſe ſinum Patris reciperet, à quo, non demiſſo, receſſerat.

V.

Sed Hortos quidã Fideles volunt, Sed præſtat eſſe priuatas Eccleſias, Eiuſdem latifundij ſortes, Fideles autem arbores ſunt, Fructus opera bona.

Philo Carp. Aponius. Pſellus. Angolemus.

Eccleſia ſapientiæ aquas priuatis Eccleſijs cõmunicans.

Cæterum quod non ſimpliciter *Fontem* eſſe dixit, ſed *Hortorum*, vna Patrum interpretatio eſt ferme, intelligendos Fideles, quorum ſinguli priuati quidem ſunt *Hortuli*, varijs virtutibus, velut ſtirpibus conſiti, quorum omnium animi Fidei, & morum doctrina ab opima Matre rigantur. Sed præſtat, vt virtutes intelligamus Fructus; Fideles Arbores; *Hortos ſingulares Eccleſias, cætus, Sinagogas, Tribus*: quæ, velut eiuſdem latifundij diuerſæ ſortes, eiſdem doctrinæ fluentis irrigentur, foueanturque, in nobilium ſtirpium alimenta. Id autem additum merito eſt; nam cum Eccleſiam *Fontem* dixiſſet *Signatum*, periculum erat, ne quis arbitraretur in commune inutilem, qui ſcilicet vni Domino ſeruaretur. Non auarum aquas cæteris inuidere; ſed liberaliter communicare: immo nihil alibi aut oculis ad voluptatem patere, aut inuitare ad guſtum, quin omnia ſua bona ab illius largitate participaret. Qui proprius Eccleſiæ character eſt.

NOTATIO XLIX.

PVTEVS AQVARVM VIVENTIVM.

I.

Sed cur Fons etiã Puteus eſt? In Puteo profunditas & hauriẽdi difficultas in Fonte facilitas. Ideo quibuſdam hic ſacra ſcriptura agnita, In qua multa quæ videntur facilia, Difficillima eſſe conſtat. Id prudentur monitum, Eſt enim Eccleſia ſcripturæ cuſtos, Sicut aquarum Puteus, Et myſteria in alto ſæpe latent, Vt vrinatori ſit opus, Haud raro in ſummo potent, Vt & ſimplicibus ſint perſpicua. Et doctis exercitiũ præbeant.

Fons puteatus & Puteus Fõtanus. *Philo Carp.* Sacra Scriptura Puteus profundus, & Fons patens.

Eccleſia Fons & Puteus, quod doctrinã audiẽtibus accõmodet.

Heb. 5.12-14. Paulus eodem fonte paruulis, & adultis doctrinam propinans. Tres Patres. *Caſſiodor. Gregorius. PP. Iuſtus Vrg. Theodoretus. Ambroſius lib. de Iſai. c. 4.*

CVr *Fonti Puteum* coniunxerit, vna quæſtio eſt: cur *viuentium Aquarum Puteum* dixerit, alia eſt; neutra difficilis explicatu. Et in *Puteo* quidem & profunditatem, & abundantiam, & hauriendi difficultatem obſeruamus. Ea res diuiſit Interpretes. Philo *Fontem* prius dictam, poſterius *Puteum*, quòd *Diuina Scriptura* primo aſpectu velut in ſumma tellure manans, facilis videatur potare volentibus: mox vt haurire cæperint, altiſſimum videri *Puteum*. Propterea laborandum eſſe, diligenter, ac ſedulo, ei, qui profundiſſima huius aquæ fluenta penetrare cupit; ſummaque humilitate aquandum: nam & ſuperbis fit pelagus procelloſum; humilibus Fluuius permeabilis. Interdum velut *Fonticulum*, enatare videri, aperta rerum intelligentia, vt mediocriter eruditos irroret, & non ſatis gnaros: profundiſſimum tamen eſſe vel vbi maximè tranſibilis apparet. Prudens monitum, & prorſus ijs neceſſarium, qui Sacras Litteras tractant: in quibus frequenter in ſumma doctrinæ perſpicuitate, vt velut in *Fonte* numerare calculos poſſis, altiſſima arcana lateant, quæ non ſine multa meditatione, aſſidua prece, frequenti lectione, inquirenti pateant. Probabile id eſt, ſiue *Aquam Sacram Scripturam* interpretere, cuius cuſtos Eccleſiã eſt, quemadmodum *Puteus Aquam* continet; ſiue inſtillatam illi à Deo *Sapientiam*, quam Filijs pro ſingulorum captu communicet: alijs quidem velut infantibus Lac; alijs velut adultis ſolidum cibum. Vtrumque enim Eccleſia eſt, & *Fons*, quæ doctrinam faciliorem in ſummo omnibus obuiam continet, immo profert: & *Puteus*, quæ abſtruſiora arcana, in profundo continens, paucis, nec niſi capacibus communicat. *Fons* illis erat in ſumma tellure manans, quibus Paulus dicebat: *Cum deberetis Magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij Sermonum Dei; & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo*. Hebr. 5. 12. *Puteus* in profundo aquas claudens, illis de quibus idem ille Paulus dicebat: *Perfectiorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro conſuetudine, exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni & mali*. Hebr. 5. 14. Sic etiam ferme Tres Patres, Caſſiodorus, Gregorius Papa, Iuſtus, & Beda, & ex parte Theodoretus, & Ambroſius.

II.

Hæc ſequi qui volet poteſt. Sed præſtat in Puteo abundantiam agnoſcere, In Fonte puritatem & hauriendi facilitatem.

Eccleſia Fons propter facilitatem, in communicanda doctrina, Puteus propter abundantiã.

Horum auctoritas facit, vt hanc interpretandi rationem probabilem arbitremur: quanquam cum hæc omnia ad doctrinam ſpectent, qua Eccleſia ditata à Deo eſt, in Filiorum bonum, aliquanto probabilius arbitramur, hæc, non ad difficultatem arcanorum, ac profunditatem referenda, ad quæ non poſſit niſi cum labore adiri; ſed ad *abundantiam & copiam ſapientiæ*, quæ nunquam exhauriri poſſit, *Fons* ergo *Puteo* coniunctus eſt, vt eadem illa doctrina & pura, ſimplexque intelligeretur; & nulla impurioris laticis vena permixta; id enim proprium *Fontis* eſt: & abundans ita, vt, quantumcumq; communicata, nunquam defectura fecunditate conſiſtat, ſed omnibus abundè ſufficiat

haurien-

Ideo Fonti Puteus iungitur, Id autem propriũ doctrinæ Eccleſiæ eſt, Quæ nemini denegatur, Non ergo Puteus ad difficultatem hauriẽdi pertinet, Quæ Fonti non conuenit, Id intelliges ex Sacra Scriptura, In qua ſæpe commendatur hæc facilitas, Certe ab Iſaia in typo, Et à Chriſto in re, Qui etiam clamans ad ſe aduocat ſitientes, Velut nutrix infantes monſtratis vberibus.

Dram. Comment. c 4. Not. 48. Eccleſia Puteus aquis abundans, ſed ſine labore communicans,

haurientibus. Adde & quod loco alio monitum eſt, ex analogiæ autem legibus hic applicandum. In *Fonte*, qui idem & *Puteus* ſit, ſummam in ſumma profunditate hauriendi facilitatem indicari. Id autem proprium doctrinæ Eccleſiæ eſt, vt quiſquis acceſſerit, facile ad eam admittatur, quin vllo alio labore fructus conſtet, quam acceſſu ipſo, & hauriendi voluntate, ſicut ijs ſolet contingere, qui de publico aquam *Fonte*, demiſſa tantum in aquam hydria hauriunt, nullo labore alio; quod ijs contra contingere ſolet, qui Puteales aquas, quas non ſine multo labore hauriunt, bibunt. Itaque non *Fonti Puteum* additum arbitramur, vt difficultas, & labor hauriendi indicaretur, ſed potius *Puteo Fontem*, vt facilitas intelligeretur, quæ eſſet in hauriendo. Id autem quod dicimus, facile intelliget prudens Lector, ſi meminerit, quæ de ea hauriendi facilitate, ſine labore vllo, haud ſemel Prophetæ cecinerint. Iſaiæ ſunt illa Cap. 2.1. quæ huic loco vice Commentarij poſſunt eſſe: *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate: emite, & comedite, venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac. Quare appenditis argentum non in panibus; & laborem veſtrum non in ſaturitate?* Cum facile ſit, ac ſine labore, ſitim ſedare de Fonte perſpicuo; quæ fatuitas eſt, alibi cum fatigatione, & rerum magno diſpendio quærere, quo ſitim peſtis depellere; ſi tamen depelli poteſt? Et Chriſtus poſtea, vt prophetiam impleret ſcilicet. *In die feſtiuitatis ſtabat, & clamabat: ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Ioan. 7.37. Ergo in *Putei* profunditate abundantia ipſa, atque opulentia myſticarum aquarum ſignificata eſt: in *Fonte* autem parabilitas, & hauriendi facilitas. Cogita nutricem infanti exerta vbera oſtentantem, inuitantem, allicientem doli ætatem ignaram, ſolo accurſu lactis pariter dulcedinem ac pinguedinem comparaturam ſibi, ſine vllo labore alio.

Iſai. 2.1. Eccleſiæ doctrina omnib. obuia, nec vllo pretio conſtans.

Ioan 7.37. Chriſtus inuitat ad aquas doctrinæ ſuæ.

III.

Sed cur viuentiũ aquarum? Eſt quidem aqua viua ſalubrior, Et bibentibus vitam impertit, Quam ipſi vultus colore teſtantur, Et facultate ad corporis actiones exercendas Sic doctrinæ ſalubritas, operibus apparet, Id ſub alia metaphora dictum à Chriſto. Opera enim bonæ valetudinis teſtimonia certa ſunt. Et ornamenta ad cultum. Propria, nec aliũde quæſita. Hunc Eccleſiæ filiorum cultũ Deus commendat. Qui longe conſpicitur ſub gratiæ lege.

Quæſtio alia, quid velit, cum eam non *Puteum* modo, ſed *Aquarum Viuentium Puteum* appellauit? *Aquam* ideo dici viuam, quod ſcaturiendi ratione ipſa, ac motus, quo fertur in prona, rerum viuentium imitetur naturam, alio loco ex Auguſtino docuimus. Quæ autem talis eſt, ſalubritatem propriam dotem habet: vt potantibus ſalutem ſeu adferat, ſeu conſeruet. Viua ergo ipſa vitam impertit; &, quidquid inſe virtutis eſt, potantibus confert. Laus ergo ea potiſſima eſt, quæ nec latere in bibentibus poteſt, beneficiũ ſcilicet, colore, ac vultus hilaritate teſtantibus & facilitate inceſſus, & robuſta, & agili totius corporis cõſtitutione, ad exercẽdas humanas actiones omnes. Continent ergo hęc per quandam conſequentiam, præter doctrinæ ſanæ commendationem, quæ propria Eccleſiæ Catholicæ nota eſt, etiam Fidelium in ea doctrina puritatem, vnde in eorum animis vis illa, ac robur ſuppetat, qui vel aſpectu primo, ac ſimplice incurrit in oculos, vt ad ſeſe inſpicientium trahat affectum, & amorem, cum admiratione quadam, concilict, & ad laudes cogat. Nihil enim in hoc genere maius eſt, quam vita ad ſanæ doctrinæ leges exacta. S.D.E. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum.* Matth. 5.16. Vt in vos primum laudes meritas congerant, inde laudatio omnis refundatur in Deum, totius authorem boni. Ea indicia ſunt vitæ; ea firmæ, ac conſtantis valetudinis argumenta: Quod ſub alia metaphora dictum alibi: *Audi, Fili mi, diſciplinam Patris tui, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Prou. 1.8. Eadem enim illa opera, quæ interioris diſciplinæ fructus ſunt; cum eius, quæ non videtur, interioris vitæ, ac robuſtæ conſtitutionis indicia ſunt, tum ornatus, ac cultus eorum, qui non alienis, ſed ſuis proprijs bonis felices ſunt. Hunc eius Eccleſiæ, quæ ſub bonis Regibus Dauide, ac Salomone, cæteriſque floruit, Filiorum cultum, atq; ornatum, ab optimæ Matris ſolerti inſtitutione profectum; hunc colorem, viuidamque virtutem Deus commendat: nunquam enim illi Populo maiore merito laus tanta tribui potuit, quam ſub ijs Regibus; vt dici de illis haud falſo poſſet, quo de Fidelibus ſub Euãgelio dictum ſcimus: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in Holocauſto. Et dabo opus eorum in veritate.* (non apparente quadam, & falſa ſpecie, ſed verè, ac re ipſa) *& Fœdus perpetuum feriam eis. Et ſcient in Gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio Populorum; omnes, qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.* Iſai. 60.8.

Aqua viua ſaluberrima.

Aquæ ſalubritatem bibentium color probat.

Matth. 5.16. Indicia vitæ in facie colore ſit.

Prou. 1.8.

Opera indicia vitæ, & ſimul ornamenta ad cultum.

Iſai. 60 8.

De quo olim vaticinati propheta.

IV.

Latet autem tacita comparatio cũ alijs doctrinis Philoſophorum & Hæreticorum. Quæ cœnoſas lacunas imitantur. Inſalubres ac mortiferas.

Habet autem & hic loquendi modus tacitam comparationem cum aliarum congregationum, quæ alienæ à Fide ſunt, doctrina. Quidquid enim ſapientiæ iactat, aut Philoſophorum vana doctrina, aut Profanorum eruditio inanis, aut Hæreticorum ſtulta garrulitas, id olet, quod lacunarum cœnoſa ſpurcities, ac pigerrimarum, mortuarumque aquarum peſtilens vapor exhalat. Horum, qui de his Lethæis aquis bibunt, ſi faciem conſideres, ſtatim agnoſces, eos ſimul cum aqua mortem guſtaſſe: languet totum corpus, atque inutili mole membra grauantur, ad omne opus laudabile prorſus inepta. Quidquid autem interius exagitat viſcera, oris totius pallore, ac macie proditur; vt non alio certius argumento dignoſcas veram Eccleſiæ, ac vitalem doctrinam; illorum falſam, ac mortiferam quam externa vtriuſque Populi ſpecie. Hos metus intentabat ſuæ

Aliena doctrina ab Eccleſia paluſtribus aquis comparata.

Latens interius inſalubritas doctrinæ diſſimulari non poteſt.

Genti,

Digitized by Google

Potamium colore prodente inſalubritatem.
Quales Ægyptia turbida.
Mortiſque ſecum afferentes indicia.

Genti, qui dicebat. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te.* Ierem. 2.18. Diſſimulare non poteris, & quidquid animum peſtiferi potus corruperit, tota facie, immo & corpore circumferes: vt non alio argumento ſit opus ad iudicium de valetudine tua ferendum. Sic hoc loco obſeruauere & quidem merito, magni quidam Interpretes, quos in marginem reiecimus.

Ierem. 2.18.
Nyſſenus. Caſſiodorus. Villegamus. Haimo.

NOTATIO L.

QVÆ FLVVNT IMPETV DE LIBANO.

I.
Hic quidam aduentum Spiritus Sancti meditantur,
Cuius gratia aquis ſignificata,
Et ſubitus aduentus per impetum,
In quem ſenſum Ambroſius.
Qui id pulchre huic loco accommodat.
Sed minus apte ad nexum.
Nondum enim hic de Spiritu S. ſermo,

QVI hoc comma de Chriſtiana Eccleſia, ac Doctrina ſeu Gratia Chriſti interpretantur, varijs ſunt diſperſi ſemitis; Nam Ambroſius Serm. 17. in Pſalm. 118. de Spiritus Sancti in Diſcipulos illapſu interpretatur: nam & Diuini Spiritus gratia rite per aquam ſignificata, & modus is, quo in Apoſtolos effudit ſeſe per impetum, quo fluere dicitur intelligitur: & *Libano* ſublimi monte *cœlum*, ſeu *æternus Pater*, *à quo miſſus Diuinus Spiritus* eſt. Atque hoc multo videtur eſſe conformius, ſi Ambroſij eiuſdem Lectionem retineas. *Fons Hortorum, Puteus Aquæ Viuæ, & impetus deſcendens de Libano. Deſcendit,* inquit, *impetus à Libano, quando collectis in vnum Apoſtolis, & pluribus credentibus, factus eſt ſubito de cœlo ſonus, tanquam vi magna ſpiritus ferretur; & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, diuerſitates donante linguarum. Bonus impetus, qui lædere neſciat, norit implere.* Sed hæc nos quanquam ad hunc locum pulchrè accommodata non negamus, vt ſenſum aptum ad ſeriem, & propriam ſententiam contineant, valde ambigimus. Necdum enim vt hic arcana legis Gratiæ agnoſcamus, via, quam preminus, patitur. Nam & Spiritus Sancti in Eccleſiam illapſui ſuus infra locus ſeruatur; & , vt quidem ſenſus eſt noſter, tam graphicè poſitus, vt neminem futurum putem, qui non probabiliſſime animaduerſum, fateatur.

Auguſtinus.
Spiritus Sancti in diſcipulos illapſus.
Ambroſij verba lectiſſima.

II.
Libanum alij Chriſtum volunt,
A quo omnia Eccleſia habet,
Tanquam à capite in membra vnguentum fluens.
De eius enim plenitudine omnes accepimus.
Id facile aptatur noſtro ſenſui,
Nam ſub Dauide clarior de Chriſti gratia doctrina,
Et eiuſdem ab eo communicatione.
Ideo fidelium laudata communio,
Ab vna caritate profecta.
Et capiti Chriſto coniuncta,
Qui diuinitate vnctus,
In fideles gratiã diffundit,
Et velut ex monte in colles defluit aqua,
In omnes gratiam deriuat.
Id difficilibus verbis à Dauide inſinuatum,

Libanum alij *Chriſtum* eſſe volunt, qui *Candor eſt lucis æternæ*, (*Libanum* enim candorem interpretantur, ſiue *dealbationem*) Eſt autem ſua huic ſententiæ ratio probabilis: quòd quidquid Eccleſiæ donorum collatum eſt, ſiue *doctrinam* intelligas ſiue *Gratiam*, à *Chriſto* velut capite eſt, à quo in reliqua membra vnguentum omne defluxit. *Fluit* ergo de capite *Chriſto*, velut è monte multo humore prægnante, omne in Eccleſiam bonum, quo illa humore concepto, ac per varios canales immiſſo, Filios velut ſingulares Hortos, beat. *Impetu* autem dicuntur *Fluere illa Aqua*, quod ad abundantiam, ac largendi pronitatem pertinet: Plenus enim ille, ac prorſus redundans, lætus effundit donorum fluenta; vt ſcilicet *de illius plenitudine*, verè dicamus, *accepiſſe omnes*; cuiuique diuitijs multos ditatos. Id probabile eſt, nec difficile ad ſeriem noſtræ interpretationis aptare: Si hæc de ea Eccleſia quæ floruit ſub Dauide, cæteriſque Principibus laude dignis, accipiamus: nullo enim tempore certior, & planior de futuro Chriſto Redemptore, ac illius *Sapientia*, & *gratia* diuitijs, quæ per illum Eccleſiæ communicandæ erant, notitia tradita eſt. Qua de re paſſim in Pſalmis. Sed in typo illa pulcherrima. Pſalm. 132. 1.2.3. *Quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum?* En vnitatem Eccleſiæ, in qua Fideles, velut vnius matris communes Filij, fraterna ſe caritate complectuntur, vno vtero geniti, vno ſemine ſati, vno lacte nutriti, vno ſpiritu animati, eiſdem vitæ inſtitutis formati; quorum cum vtilitate coniunctus vitæ iucunditas eſt coniuncta: nihil ea coniunctione vtilius, nihil iucundius. Tanta autem bona inde proueniunt ſcilicet, quòd Chriſto capiti velut membra vniti ſint. *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.* Vnguenti ipſum nomen admonet Chriſti, cui ab vnguine nomen eſt, vnde in illos vnguentum quo redundat, defluit: vt, quo ipſe madet, perfundantur illi. *Barba* autem viri ornamentum eſt, ſicut & Fideles Chriſti, ei, quemadmodum capilli carni per cutem, Fide, & Caritate coniuncti: hæc enim niſi in ſic coniunctos, vnguenti gratia diuiditur: alienis, diſiunctiſque negatur. *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* Locus difficilis, cum *Hermon* Libani pars, qui trans Iordanem ad Orientem ſurrigebat ſeſe, vt alio oſtendimus loco: *Sion* autem citra Iordanem ad Orientem; vt intelligi non poſſit, ab vertice *Hermon* deciduis eos in *Sionem* deſcendere. Sed monte *Hermon*, ſpecie vna pro toto genere poſita, ſublimes montes, & maxima ſeſe altitudine tollentes in cælum intelligemus; *monte* autem ſiue, vt in Hebræo eſt, *montibus Sion*, eadem tropi forma humiles colles accipiemus, qualem *Sionem* fuiſſe notum eſt. *Libani* autem ſublimiores vertices, qualis *Hermon*, humiliores infra colles cingebant,

velut

Richard. Vict.
Libanus Chriſtus, a quo in Eccleſiam bona deriuantur.
Ioan. 1.16.
Sub Dauide certior de Chriſto gratiæ authore notitia.
Pſal. 132.1.
Vnio in caritate fidelium ad participandũ Chriſti gratiam neceſſaria.
Dauidis locus difficilis expenſus.
Hermon pro mõte edito; Sion pro colle.
Sicut a Libano aquæ in ima defluunt, ita à Chriſto in fideles gratia.

Quibus lux inſeritur. Ideo hic de Libano mentio, Et impetu fluentibus aquis, In quo vis comparationis ſita.

velut paruuli liberi adultam matrem: aut certe catelli matris vberibus adhærentes, vt lacte paſcantur. Collibus autem qui monti excelſo aſſideant, ex illius vertice videntur aquæ, imbribus de cœlo lapſæ, communicari defluente humore in imas partes. In eo ergo tota vis orationis eſt ſita, vt ſic intelligantur defluentes à Chriſto aquæ ſapientiæ, ac gratiæ irrigare mortalium corda, tanquam humiles colles, quibus ebrij animi in herbas, floreſque virtutum erumpant, quemadmodum de ſublimibus locis in humiliora defluit humor, in ſtirpium alimentum. Et id quidem probabiliter, nec ad nexum inepte diſputatum ſit.

III.

Aliorum ſenſus minus apti, Qui Libanũ Eccleſiam volunt, Aut Baptiſmum, Neutri apte ad locum, Nec qui Fidei ſublimitatẽ malunt, Contra quos eſt ratio nõ inualida, Cum Fides nihil aliud quam Dei doctrina ſit. Qua horti rigantur animarum. Ea ergo eſt quæ de Libano fluit.

Aliorum quorundam ab hoc loco alieni videntur eſſe ſenſus, vt Caſſiodori, qui *Libanum Eccleſiam* eſſe vult: nam tametſi de Eccleſia fluere Doctrinæ aquas ſatis intelligimus, tamen, cum ea & *Fons* ſit, & *Puteus*, in quem dicuntur *Aquæ de Libano Fluere cum impetu*, omnino neceſſe eſt, *Libanum* à *Puteo*, ſeu *Fonte* diſtinguere, non minus arcano ſignificatu, quam immediato, & typico, Gregorius *baptiſmum* maluit, *animas dealbantem*, videtur enim ad *dealbationem* reſpexiſſe, quæ Libani nomine ſignificatur, vt paulo ante monuimus, potius, quam ad ſublimitatem. Cum tamen loco hoc altitudo ipſa ad ſenſum pertinere videatur, cum ideo *Fluere cum impetu aquæ dicantur*. Adde, ad ſenſus granditatem multo magis *ſublimitatem montis*, quam *colorem* pertinere. Nec aptior videtur Trium PP. ſenſus, qui in *Libano*, *Fidei ſublimitatem* conſiderant; nam ſi aquarum ipſa fluenta ſanam doctrinam, qua Filios ſuos Eccleſia imbuit, intelligimus, ea certè nihil aliud eſt, quam *Fidei doctrina*, ſiue credenda per illam, ſiue agenda tradantur. Ea Fide Horti rigantur, ea vernant, ea fructificant. Ea ergo intelligenda eſt *de Libano cum impetu* in plana *defluere*; id autem eo conſtat, quod Fides omnis, ac reuelata doctrina Deum agnoſcat authorem. Aliorum mitto ſententias, qui, cum myſtica potius, quam litteralia, ſint conſectari, ad aliam pertinent claſſem.

Libanus quibuſdam Eccleſia. *Caſſiodor.* Libanus quibuſdam Baptiſmus, alijs Fidei ſublimitas. *Gregor. M.* *Tres Patres.*

IV.

Sed ſtatus Eccleſiæ conſiderandus. coniugio proximus. Et verbũ Patris eſſe & mẽtem, & ſapientiam. In Libano vero ſublimitas, & aquarum abundantia. Et decidentium in ima fluxum. E cælo largiter acceptas, Hæc faciunt vt Libanum Verbũ dicamus, Eo enim nihil ſublimius Cum altior nõ ſit Pater Quod de ſe ſapientia iactat. Is Libanus eſt ſupra reliquos mõtes tollens ſe. Ideo dictus oriri ex alto, Non vt ſol qui ab imo oriens, Senſim ſurgit, ſed vt deſcendat, Id indicatum à Ioanne.

Sed meminiſſe oportet, quo ſtatu etiam nunc verſari dixerimus Eccleſiam, ante Incarnationem quidem Verbi, ſed de proximo tamen illius, per aſſumptionem carnis, nuptias ſeu ſuſpirantem, ſeu ſpectantem. *Verbum* autem *Patris* eſſe *Mentem*, & *ſapientiam*, & *orationem*, in quo ex propriæ proceſſionis ratione intelligentiæ ſint theſauri omnes; & ſtatim fortaſſe aſſentiemur, non aliud *Libanum* eſſe, quam *Verbum*. Et quidem in *Libano ſublimitatem*, qua ſupra cæteros earum regionum montes ſeſe in cœlum attingit: & *pluuiarum niuiumque*, ideoque & *aquarum abundantiam*, qua quodammodo prægnans, emiſſis omnem in partem late fluentis, velut edita multiplice prole, vteri pondere leuabatur: Et *defluentium magno cum impetu*, per decliuia, atque hiantia laterum *aquarum molem, curſumque*, vnde humiliora rigabantur, conſiderare poſſumus. Et, quod non minimè ad cauſam facit, eas omnes opes ebullientium, ac defluentium latè aquarum, non ſibi debere, ſed *cælo*: & ſtatim cum ſingula ſingulis aptata fuerint, intelliget Lector, quam probabiliter dicamus, *Libanum Verbum* eſſe, de proximo futuram mox vxorem Eccleſiam, ſubmiſſis ſapientiæ muneribus, quæ in familiam ſpargeret, ditans. Nam *Verbo*, ſi conſideres, nihil poteſt eſſe *ſublimius*, nihil magis proximum Deo, cuius in ſinu genitus ex æternitate eſt: &, quem vterum ad conceptum agnouit, eundem in quo requieſceret habuit, vt communicata à Patre diuina vita viueret. Hæc *ſapientia* illa eſt, quæ de ſe prædicat ipſa: *Ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram. Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis*. Eccli. 24. 5. 6. 7. *Verbum* ergo *Libanus* eſt, vertice cælum contingens, & ſupra reliquos montes ita ſe tollens, Angelos, Homineſq; vt ad illius aſpectum non minus diſpareant, & humilitatem ſuam agnoſcant, quam ad exortum ſolem ſydera moriuntur. Ideo, cum inter nos homo factus apparuit, *Oriri ex alto* dictus eſt: non quemadmodum hic ſol, qui, cum in Horizontem delatus, ſeſe terris conſpicendum dat, oritur quidem nobis, ſed ex humili, vt ſenſim aſcendat ad meridianum circulum, inde iterum deſcenſurus. S. D. E. *Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur; ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem*. Eccleſ. 1. 5. 6. Nec aliud Ioannes voluit, cum dicturus: *Et Verbum caro factum eſt*, præmiſit: *Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Ioan. 1. 1. Rite ergo ei monti comparetur, quo nullum ſublimiorem, cæloque magis proximum Palæſtina nouit.

Verbum Patris mens, ſapientia, ratio. Libani dotes, ſublimitas, abũdantia aquarum, earum defluxus, quæ omnia cælo debet. Libanus Verbũ, quo nil ſublimius ne Pater quidem. Eccli. 24. 5. Luc. 1. 78. Eccleſ. 1. 5. 6. Ioan. 1. 19. Ioan. 1. 1. Ioannis locus expoſitus.

V.

Verbum etiã ſapientia Patris, Immo & ſapiẽtiæ oceanus, vnde omnis manat ſapientia, Quam non eãtenus mutuare, Omnes inuitat vt ditet.

Præter hanc altitudinis dotem, qua Patri æqualis, illud *Verbi* ex proprio charactere eſt proprium, vt *Sapientia Patris*, animus & *mens*, & *ratio* ſit; omniſque *Sapientiæ* non Fons ſolum, ſed *Oceanus*, immenſa ſe latitudine quaqua verſum fundens, vt omnia repleat: immenſa ſe gurgitum mole tollens, vt omnia opprimat, & circumfluis aquis operiat. Quidquid autem in Angelis, & Hominibus veræ ſapientiæ, ac ſalutaris doctrinæ eſt, ſtillæ ſunt, & exiguæ de magno pelago latices, quorum emiſſionibus, quantumcumque magnus conſpicias, non poteſt minui. Quin laxiſſimus ille *Verbi* ſinus, *Sapientiæ* theſauris plenus, velut ſemper ad partum maturus, cohiberi non poteſt, quin pariat, ac myſtico partu tanto

Verbum ſapientiæ Oceanus ex quo omnis ſapientia.

ſe

Digitized by Google

Non grandiores modo,ſed & paruulos, Si deſint in quos effundat, Velut dolore pulſatur, Quo ad onere leuarit ſe, Id voluit,cum bibere à Samaritana petijt, Magis vt illius ſitim excitaret Quam vt ſuam extingueret, Non aliter extincturus.

Verbum ſapientia prægnans, leuari ſe cupit, ideo inuitat. *Prou 9.4 5. Pſal 2,10.*

ſe onere leuet. Inuitat ergo vltro, nec contentus tribuiſſe prodigè,cum rogatur, præmiumque votorum largitatem feciſſe ſuam, allicit,aduocatque vel minus cogitantes; ac contenta voce clamat ad ſurdos,&aliud agentes: *Si quis eſt paruulus,veniat ad me; & inſipientibus: Venite,comedite panem meum; & bibite vinum,quod miſcui vobis.* Prou.9 4.5. Et: *Et nunc,Reges,intelligite; erudimini,qui iudicatis terram. Apprehendite deſciplinam.* Pſal.2.10. Et quemadmodū nutrix,turgentibus multo lacte papillis,deficientibus, qui ſuctu trahant, infantibus minuantque, grandi doloris ſenſu cogitur in ſuſpiria, & doloris indices ſæpe voces,quoad minuto per ſuctum lacte leuetur: ſic quodammodò anxietas illa *Verbi* cōmunicandi *ſapientiæ ſuæ lac*, videtur ſenſu doloris pulſari quoad ſeſe hominibus totus infuderit,ac velut minuto pondere leuarit.Nam cum audis clamantem. *Qui ſitit, veniat ad me,& bibat.* Io.7.37. Et: *Si ſcires donum Dei,& quis eſt,qui dicit tibi: Da mihi bibere,tu forſitan petijſſes ab eo,& dediſſet tibi aquam viuam.* Io.4. 10. Non magis id aliorum cauſa, quam ſua ipſius feciſſe Intelliges. Grauis ſcilicet ſapientiæ opibus, quærit in quos effundat, non magis vt eos ditet,quam vt ſe oneris parte leuet,cui ferēdo vix eſt. Bibere ipſe à muliercula poſtulat,cum velit dare: inuitat ad potum eam; à qua potum ipſe petierat; haud aliter ſitim largiendi ſapientiæ diuitias extincturus,quam ſi multi ſint, qui ad ſatietatem vſque ſe impleant. Ideo *Libano aquis prægnanti* ſimilis dicitur.

Ioan.7.38. Ioan 4.10.

Chriſtus quo ſenſu bibere à Samaritana petierit,

VI.

Hinc impetus harum aquarum. Quæ in Eccleſiæ ſinus exonerant ſe, Laxante eos eodē verbo. Ea ergo communicandi ſe alacritas, His verbis indicatur. Nulla vi ſiſtenda, aut retardanda. Id de ſe ſapientia iactat, Cum ſe de Paradiſo egreſſam dicit Vt hortos irrigaret, Vnde multiplices fructus, Quæ minime faciunt ad hunc locum.

Verbum Eccleſiæ ſinus laxat, vt capaciores ſint.

Hinc ille rapidus aquarum vortex,& qui frenari non poſſit *Impetus*, quo per decliuia laterum in plana feruntur, cum non deſunt,qui laxatis animorum ſinibus,hos *æternæ ſapientiæ riuos* excipiant. Eæ ſunt ſcilicet *viuentes aquæ cum impetu de Libano defluentes.* Quod ſi conſideres Eccleſiæ Catholicæ capacitatem ad excipiendas haſce,& continendas *Diuinæ ſapientiæ aquas*, laxante ipſius anguſtias eodem illo *Verbo Sponſo*, vt quo plures ceperint,plures capiant; eamque anxietatem, qua toto deſideriorum pondere fertur in illas, vt impleat; minimè iam mirabere alacritatem illam,qua pleno rapidoque curſu ſe præcipitant,vt in amatum pectus exonerent ſe. Ea ergo *Verbi* alacritas communicandi arcana ſapientiæ ſuæ Eccleſiæ Sponſæ hiſce verbis indicatur: &,ſi ita loqui fas eſt,eadem illa procliuitas eiuſdem ſapientiæ, qua effundit ſeſe; & per arcanos, nec ſæpe intellectos meatus ei ſe inſinuat, vnde veluti de publico iam *Fonte*, ac *profundo Puteo* in publico iam locato,omnes,qui in illius conſentur Filios, quantum quiſque velit, aut poſſit capere, hauriat. In hunc ſenſum eadem illa loquitur ſapientia. Eccli.24 40. *Ego ſapientia effudi flumina*: Ego *quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio: Ego quaſi fluuius Dioryx, & quaſi aquæductus exiui de Paradiſo.* Quo autem id aliorum commodo factum ſit,mox indicat,& grandi quidem Sermone: *Dixi: Rigabo Hortum meum plantationum,& inebriabo prati mei fructū, & ecce factus eſt mihi trames abundans,& fluuius meus appropinquauit ad mare: quoniam doctrinam, quaſi antelucanum, illumino omnibus; & enarrabo illam vſque ad longinquum. Penetrabo omnes,& enarrabo illam, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino. Adhuc doctrinam, quaſi* Prophetiam *effudam; & reliquam illam quærentibus ſapientiam; & non deſinam in progenies illorum,vſque in æuum ſanctum.* Quæ tam ſunt appoſita ad locum, quem tractamus,& ſenſum quem tradidimus, nihil vt aptius videatur poſſe confingi.

Locus inſignis huic vice Commentarij. *Eccli.24 40.*

VII.

Sequitur origo de cœlo. Ideo doctrinam ſuam ſuam non dicit, ſed Patris, Nam & aquarū proprium a ſummo de labi. Et in originem rurſus aſcendere, Sic Verbum homo factum demiſerat ſeſe, Tandem in altū leuandus, Qui ſenſus obſcurorum verborum Pauli, Et planiorum Chriſti.

Chriſti ſapientia à Patre tota accepta. *Ioan 7.16.*

Supereſt poſtremum illud,eas ipſas *Aquas* quibus totus *Libanus* manat,non aliunde, quam à cœli influxu, veniſſe. Id autem,ſi arcano ſenſui accommodes, nihil eſt aliud, quā quod Verbum Incarnatum dicebat: *Doctrina mea non eſt mea; ſed eius,qui miſit me.* Io.7.16. Nam quidquid in Filio Verbo eſt, quod valde multum eſt, à Patre eſt per generationem acceptum. A quo enim diuinam naturam habuit,ab eodem & ſapientiam participat. Eſt autem id merito obſeruandum,quod in aquis cernimus,quarum id proprium eſt,vt quātum à ſuo capite per ſecretos ductus demiſerint ſeſe, tantundem rurſus aſcendant, vt in altitudinem originis reuertantur, quaſi quidquid à ſuo fonte acceperint, eidem grato fœnore reſtituant. Venerat in mundum *Verbum*, atque humana carne ſuſcepta, demiſerat ſeſe, quantum poterat; vt ſemet non demiſiſſe modo, ſed exinaniſſe videretur: ſupererat,vt, quantum demiſerat ſeſe, tantundem in altum tolleret. Ideo de eo verè à Paulo dictum. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit, ſuper omnes cælos, vt impleret omnia.* Epheſ.4.9.10. Et de ſe ipſo Chriſtus: *Exiui à Patre, & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Ioan. 14.28. Et de illis,qui illius amplexuri doctrinam eſſent: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Ioan. 4.13.14. Vtpote quæ inde per ſecretos ductus, canaleſque deriuata,in eandem, a qua venerat, originem ſaliendo reuertatur.

Aquarum natura, coaſcendere vnde deſcenderint. Verbum à Patre deſcendens, & ad Patrem rediens.

Epheſ.4.9. Ioan.16.28. Ioan.4.13.

Digitized by Google

VERSVS XVI.

SVRGE AQVILO, VENI AVSTER, PERFLA HORTVM MEVM, ET FLVENT AROMATA ILLIVS.

COMMENTARIVS.

POſt Eccleſia ſub Horti, & Fontis nomine deſcriptionem , eadem vſus translatione, fauſta illi omnia apprecatur : & quidquid eandem illam vel conſeruare, vel augere felicitatem poteſt,tenerrimis votis, ſub orantis, præcantiſque forma, promittit. Accingere ſeſe auras ab omni parte fauentes iubet : & ſtirpibus atque floribus leniter adfauere , raptamque fragrantiam omnem in partem deferre, corporibus & animis recreandis . Id autem totum *Diuini Spiritus* opus eſt , cuius inſpiratio ſecundum effectus varios, vtroque vento *Aquilone*, & *Auſtro* ſcitè ſignificatur. Nam idem ille *Spiritus* Eccleſiæ ſuæ propitius ſæpe, velut refrigerante aura , æſtum temperans, medio tentationum ardore . *Aquilo* eſt , cuius proprium diei feruorem media æſtate temperare : ſæpe contrá perſecutionum,ærumnarumque ſæuiente hyeme , ac tenera germina corrumpente , calore ſuo glaciei illius rigorem ſoluit, laxatque meatus, & Eccleſiam ſuam recreat : vt pro mœrore, atque triſtitia ſolatium ſit : & ſuauis illi virtutum odor , quaqua verſum ſe fundat, tunc , *Auſter* eſt . Itaque omnia illi præſtat vnus , atque idem *Spiritus*. Hic ergo huius Commatis ſenſus eſt ; & , vt quidem arbitramur, res iam in extrema regula eſt ; & poſtremus hic Verbi,ad nuptias properantis, conatus eſt, vltimo Eccleſiam ad coniugij per Incarnationem ſacra præparantis. Sic ſcilicet mox futuri mariti ſolent, muneribus regiè, ac large ſubmiſſis, ducendas domum Sponſas ornare. Sed eum ipſum audiamus, ſuis hæc verbis exprimentum.

ENARRATIO.

Horti amœnitatem mei, meaſque ipſius delitijs hactenus prædicaui . Nihil iam , quod votis exequar eſt , niſi vt eam mihi felicitatem, ac pulchritudinem tuam nullus aduerſus caſus minuat, nullus temporum horror infamet? Scio , nihil tutum in vita eſſe ; nihil ex omni parte beatum. Fortunatiſſimum ſæpe diem,& ſuo ſplendidiſſimum ſole , haud raro vel nubium triſtis aſpectus fœdat, vel horror tempeſtatis corrumpit. Et Hortorum ipſa ſpecies vel frigore adurente perit , vel ſolis ardore coquente tabeſcit . Quid ni metus hic animum meum pulſet ? Virtutum tuarum odoratiſſimæ ſtirpes nunc quidem in ſua ſibi ſimplicitate placent ; ſuiſque priuatis cœtibus, ac Eccleſijs tanquam artis diſtributæ, cœlo, cui omnia debent, gratiſſima ſuauitate ſe ſiſtunt : atque diuinæ ſapientiæ rigatæ aquis , fœlici vernant amœnitate ; quibus nulla dies decorem adimat, dignæ. O ſi votis meis faueant auræ ſecundæ ? Diuini Spiritus , cuius id negotium omne eſt, flatus adſpirabit, de caritatis ardore calens , quo rigor omnis frigidæ tempeſtatis abſcedat : ac blanda, ac tepida fauoris aura omnia recreentur , & viuant. Adſpirabit frigidior Gratiæ ſpiritus , quod æſtus omnis tentationum temperetur, ac miteſcat ; ne teneras ſtirpes calidior halitus perdat.

Digitized by Google

perdat. Quid ni mihi melius ominer, & id futurum certo ſperem, quod cupio? Haud deerit votis ſacer ille Spiritus ſubmiſſus à Patre luminum. Æternabit eo adſtante Horti honor, & amœnitas ſtirpium perennabit, nullo æſtus ardore, nullo horrore frigoris impeditus: ac ſparſus omnem in partem virtutum tuarum odor, cælum terramque profundet.

NOTATIO LI.

SVRGE AQVILO, VENI AVSTER.

SVM. COM.

I.

De arcano ſenſu varij varia ſentiunt.
Multi oppoſitionem agnoſcunt.
Inter Aquilonem & Auſtrum?
Ideo illo diabolū, hoc Spiritum S. volunt ſignificatum.
In his grauiſſimi quique.
Veteres & Recentiores,
Nec deeſt huic ſenſui probabilis ratio,
Quaſi malum omne ableget à ſuo Horto,
Et bonum omne conciliet,
Ideo faceſſere iubet Aquilonem,
Et aduocat Auſtrum.

DE ratione hac cum ſuperioribus nectendi nihil eſt, quod adijci oporteat his, quæ ſunt in Commentario dicta. De arcana ſententia haud facile eſt definire, quid ſentias, multi quidē, & magni Interpretes non diuerſitatem modo in *Aquilone* & *Auſtro* agnoſcunt, ſed oppoſitionem: quemadmodum à contrarijs cœli cardinibus ſpirant. Sed horum ſententiam, quantum attinet ad corticis ſenſum loco alio examinauimus, & reiecimus. Pergamus hic examinare, quæ ſuæ illi ſententiæ hærentes, adfirmant. *Aquilone* ergo quidam *Diabolum*, *Auſtro Spiritum S.* ſignificari volunt: illum abigi ab Eccleſia, & iuberi faceſſere, hunc aduocari. Nec vtriuſq; rei ratio deeſt, Nam Aquilonaris cœli pars & nubiloſior eſt, & horridior, quo ſcilicet ſolis nec calor nec lumen accedit: Diabolus autem Pater tenebrarum, & princeps dicitur, & poteſtas. Frigidam autem cæli plagam ſedem habet, quam ſibi delegiſſe legimus. Iſai. 14. 13. Dignum principatui thronum. Sic fere Gregorius Nyſſen. Hom. 10. Ambroſius in Pſal. 1. & lib. De ijs qui myſter. init. Quanquam locis alijs diuerſus abit. Theodor. Tres PP. Pſellus, Gregor. PP. loco hoc, & lib. 23. Mor. cap. 23. Philo, Anſel. Rupert. quibus & Auguſtinum iungere poteſt qui qui velit, Epiſt. 120. ad Honorat. Et eſt probabilis huius interpretationis ratio, Quòd, poſtquam de ſuo *Horto* mira dixiſſet, nihil ſupereſſe aliud videbatur, quam vt, quidquid illius amœnitatem corrumpere poterat, ablegaretur: quidquid fauere poterat, aduocaretur. Ad hoc autem in typo ſignificandum, nihil aptius, quam ſi *Aquilone* aduerſa illa omnia, quæ turbare Eccleſiam poterant, intelligamus; quorum Diabolus potiſſimus author eſt, qui ideo *aduerſarius*, & *Sathan*, & *Malus*, & *Inimicus* dicitur. *Auſtro* autem quidquid Eccleſiæ pacem iuuare, aut felicitatem promouere poteſt: quorum bonorum artifex potiſſimus *Spiritus* S. eſt: qui & *Aduocatus*, & *Conſolator* dicitur & *Pater pauperum*, & *Dator munerum*, quemadmodum Eccleſia canit.

Greg. Nyſſ.
Niſſus.
Maximus.
Pſellus.
Theodoretus,
Angelom,
Greg. PP. Ezech. Hom. 2. & lib. 9. Mor. c. 9. Et lib. 27. c. 24.
Gillebert. Ab.
Aquilo Diabolus tenebrarum Pater.
Nyſſen. Hom. 10.
Ambroſius.
Theodor.
Tres Patres,
Pſellus.
Greg. PP.
Philo.
Anſelmus.
Rupertus.
Auguſt.
Diabolus dictus Aduerſarius, Sathan. Malus, Inimicus,
Spiritus Sanctus aduocatus, conſolatur.
Aquilo Hæreſes, & errones, Auſter caritas quibuſdam.

II.

Alij in Aquilone agnoſcunt Hæreſes,
In Auſtro caritatem,
Sed id minime ſtatet,
Cum Hæreſi non caritas, ſed Fides contraria ſit,
Quæ eodem genere continetur,
Et licet illi id vtcunque defendere nitūtur,
Parum tamen promouent,
Nec Paulus pro illis eſt.
Cuius ſenſus de vera ſcientia eſt,
Quæ ſine caritate inflat,
Non ergo hæreſis opponitur caritati,
Vt Aquilone Auſtro opponi voluit.
Auſter ergo caritas non eſt.

Alij, quoniam proxima verba de ſapientia, ac doctrina Eccleſiæ interpretati ſunt, hæc etiam ad doctrinam referunt: & *Aquilone Hæreſes*, earumque authores accipiunt, & in ſimilitudinis tradenda ratione, multi ſunt; quos videre tute potes. Sed mirum eſt, cum *Aquilonem*, & *Auſtrum* pro contrarijs ventis poſitos fateantur, cum ad arcanam ſententententiam veniſſent, non inueniſſe, quod *Auſtro* ſignificatum Hæreſi opponerent, in eodem doctrinæ genere: *Caritatem* enim ſignificatam volunt, quæ certè directè, & immediatè Hæreſi non opponitur: cum altera voluntati inſit, altera intellectui. Quod ſi lumen intellexiſſent illud, quo mens, afflata diuinitus, optimè de rebus diuinis, Fideique arcanis ſentit; Eccleſia autem ipſa ſemper illuminata, iudicium de ijs, quæ ad doctrinam ſpectant, facit ſine vllo prorſus errore, aliquid dixiſſent, quod probari prudenti Lectori poſſet: vtrumque enim eodem genere, tametſi contrarium, continetur; & aptius analogiæ legibus inhærerent. Viderunt id illi ſcilicet, & oſtendere conantur, rite *Caritatem* per *Auſtrum* deſignari, & Hæreſi opponi, cum de vtraque Paulus dixerit, *Scientia inflat*, *Caritas vero ædificat*. 1. Cor. 8. 1. Sed verborum Pauli alius longè ſenſus eſt. cum enim ſcientiam nominat, non de damnata, & erroribus mixta loquitur; ſed de vera, atque laudabili, cui, niſi Caritas comes ſit, ac ſpiritus frenet, ſemper ſuperbia ſocia eſt: qua mens vero vacua alimento, aut eo minus caritatis calore excocto, inflatur; ac noxijs, indigeſtiſque cibis impletur. Quam in rem multa à Bernardo dicuntur, & quidem pulcherrima, Serm. 36. in Cant. Non ergo Hæreſis Caritati opponitur immediate; nec rite altera loco hoc *Aquilone*, altera *Auſtro* ſignificata eſt, à contrarijs flantibus cœli cardinibus, ſi quidem ad eam diuerſitatem loco hoc reſpectum velis. Sed nec cum Paulus loco alio dixit: *Sapientiam loquimur inter perfectos, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio*. 1. Cor. 2. 6. De caritate loquitur, ſed de Fide arcanorum Chriſtianæ religionis: hanc autem iure opponit ſapientiæ hominum, id eſt humanæ, ac naturali, acquiſitæ diligentia & ſtudio. Caritas ergo haud aptè hoc loco per *Auſtrum* intelligetur, ſi *Aquilonem* Hæreſes interprerere.

1. *Cor.* 8. 1.
Caritas erroribus non opponitur, ſed fides. Pauli locus expoſitus.
Bernardus.
1. *Cor.* 2. 6.

Digitized by Google

II.
Sed vna obſeruatione hi ſenſus reijciuntur,
Quod cū ſurgere iubetur Aquilo,
Non abire iubetur, ſed accingi ad opus,
Quod venti ſpirare eſt,
Aquo ſi prohiberetur,
Quieſcere potius iuberetur,
Aquilo ergo in deterius hic ſumendus non eſt,
Ade que nec pro Diabolo, aut erroribus,

Sed vtraque hæc ſententia vno argumento minus loco huic apta probatur; quod *Surgere* cum iubetur *Aquilo*, non abire, ſed accingere ſeſe ad agendum iubetur: vt Comment. Dramatico ex vſu ſacræ ſcripturæ, & propria originalis verbi notione oſtendimus. Accingi autem cum iubetur, non ad abitionem iubetur accingi, ſed ad ſpirandum, quæ actio illius propria eſt. Nam qui *ſurgere* iubetur, otioſus, ac quietus, & nihil agens intelligitur: vt cum ille dixit: *Exſurge, quare obdormis, Domine?* Pſalm. 43. 23. Qui autem quieſcit, & otio marcet, ſi *ſurgere* iubeatur, inuitatur ad opus: opus vero venti non aliud, quam ſpirare. Id ergo iubetur *Aquilo*. Nam ſi illi ceſſationem, & otium imperaret, non *ſurgere* iuberet, ſed quieſcere: id enim ventis abſcedere eſt: cum aliter abire non poſſint, nec in aduerſam partem reflare, niſi vno quieſcente, contrarius excitetur. Ideo Chriſtus cum tempeſtatem vellet tranquillare, imperauit ventis, non vt abirent ſed vt quieſcerent: & ad mare verſus: *Tace*, inquit, *obmuteſce; & ceſſauit ventus*, Mar. 5. Non ergo ineptè quidam tranſtulere: *Excitare Aquilo*, quaſi dormienti, vt euigilet, ac perflet iubeatur. In malam ergo partem *Aquilo* hoc loco ſumendus non eſt; ideoque nec in eo *Diabolum*, aut *Hæreſes* agnoſcemus: ſed quidpiam amicum, fauenſque, quo ſpirante, Horti, quem laudauerat, decor augeatur: ac quidquid ſuaue aromata ſpirant, alias in partes, recreandis hominibus, peruehatur.

Surgere, accingere ſe ad opus.

Pſal. 43. 23.
Propria venti actio, ſpirare.

IV.
Nec tentationes, ac tribulationes,
Quibus virtutes ſæpe frigeſcunt,
Et ceſſantibus recreantur.
Siue aduerſa incurrant,
Siue ſecundiora blandiantur,
Quæ vel Deus immittit, vel permittit,
Vt ſuos exerceat, & perficiat,

Qua eadem ratione aliorum minus probantur interpretandi rationes; vt Aponij, qui *Aquilone tentationes, ac tribulationes; Auſtro vero ſecuritatem gratiæ ſpiritualis* (qua fere eadem ratione Anſelmus) interpretatur, Et Richar. Victor; nam licet verum ſit, & tentationum flante Borea virtutum germina frigeſcere, & iubente ſæpe Domino abſcedere tentationes; & Eccleſiæ, vel animæ pacem reddi; &, velut ſecundiore *Auſtri* flante aura, virtutū ſtirpes laxatis ſpiritibus intepeſcere, ac infrondeſcere, ac florere erumpere; id tamen locis alijs potius, quam huic accommodatum eſt. Nec de Caſſiodoro diuerſum iudicium faciendum eſt, qui vtrumque de *tentationibus*, ac *tribulationibus* interpretatur. Siue cum *Aquilone* aduerſa, atque aſpera in animum incurrant: ſiue cum *Auſtro* ſecunda, ac proſpera, potiſſimè autem carnis blandimenta permulceant; vtraque à Deo vel immitti, vel permitti; vt per vtraque exercitus animus roboretur. Eius autem eſſe, cum opus eſt, vtraque ablegare, & exercitum animum recreare: & quaſi aratro ſubactum, iactis virtutum ſeminibus, fœcundare, vt multa fruge opulentus Domini ſpē impleat omnem. Tametſi enim id veriſſimū eſt, hoc tantū loco longe alius ſenſus eſt, quo *Horto* potius ſuo gratiam, fauorem, ac felicia omnino precatur tēpora. Nam de aduerſis illis alio dicetur loco.

Apponius, *Richar. Vict.*
Tentationum Aquilone furente, ſæpe virtutū germina adurſtur.
Caſſiodor.

Dei propriū tentationes arcere, & animæ pacē reddere.

V.
Præſtat vtroque vento fauſta accipere,
Quæ Sponſus Eccleſiæ precatur,
Aduocato diuino Spiritu,
Qui vtroque vento ſignificatur,
Præiuit nobis Paulinus,
Præiuit Ambroſius,
Quam locum variè interpretatus,
Sed perſpicue Iuſtus bonus Author

Probabiliſſima ſententia, vtroque vento Eccleſiæ fauſta omnia apprecari Deum, & omnes illos *Sancti Spiritus* fauores cum blandiore illius adſpirante aura, virtutum in omnia germinant ſtirpes, ac latè propagata coma, & floribus, & fructibus vel ornantur, vel ditantur: vt exempli boni odore, non proximi ſolum, ſed & longe diſſiti recreentur. Neque nos primi hunc ſenſum tradimus, tradere prius Paulinus Nolanus Epiſt. 5. ad Aprūm. *Orate*, inquit, *vt Hortulum noſtrum Chriſtus introire dignatus, exſurgere Aquilonem iubeat, & Auſtrum venire: quibus auras vitales afflantibus, germina noſtra vireſcant*. Et Ambroſius lib. 3. de Virgin. *Pete*, ait, *vt adſpiret tibi Spiritus Sanctus, adſpiret ſuper cubile tuum, atque odorem piæ mentis, & gratia ſpiritalis accumulet. Excita Spiritum Sanctum, dicens; Exſurge, Aquilo, & veni Auſter perfla Hortum meum, & perfluant Aromata mea*. Tametſi ſcio Ambroſium non vni interpretationi hæſiſſe; ſed locis varijs variè interpretatum hæc verba. Sed Iuſtus Vrgelitanus, bonus omnino Author, hunc ſenſum perſpicue habet. *Vnus Spiritus* (verba illius ſunt) *id eſt quia Aquilo, atque Auſter ſunt diuerſa vocabula, vnius Spiritus Sancti inſinuant dona: Aquilo dum æſtuantibus refrigeria præbet; Auſter dum duros ad credendum vel beneſaciendum reſoluit. Et quoniam in duobus vnus aduertitur, non ait, Perflate, ſed Perfla Hortum meum*.

Aquilone & Auſtro idem Spiritus S. deſignatus.

Paulinus.

Ambroſius.
Ambroſius variè hunc locum interpretatus.

Iuſtus Vrg.

VI.
Id quo pacto loco huic quadret; dicendum,
Alternant temporum vices,
Nam vere lætantur agri,
Æſtate fructus maturescunt,
Vt onerent menſas ſcilicet,
Autumno calor langueſcit,
Arborum decidūt folia,
Et hyeme incubāte omnia mori videntur,

Id autem ipſum quo pacto loco huic accommodandum ſit, ex analogiæ legibus, videndum nunc eſt. Nec puto lectorem pœnitebit legiſſe, quæ nos ſcripſiſſe non pœnitet. alternant anni tempora, ac nunquam intermiſſa viciſſitudine, ſtabili lege variant. Tepet ſuo Vere dies, ſole Arietem ingreſſo, cuius temperato calore laxatis ſtirpium finibus, gemmæ implentur: ac fœcundo humore prægnantes, mox eadem illa vi obſtetrice puerperæ, nouo partu lætantur; admotiſque quodammodo tenellæ proli vberibus, in alienam ſpem, & ſinu fauent, & lacte nutriunt. Augeſcente dehinc calore, vireſque ſemper nouas miniſtrante, fructus augeſcunt: quo ad ſole percocti matureſcant, ac de ſuis ramis vel deciſi, vel decidui, menſas, ad delitias adornent, hominū voluptatibus adminiſtri, ciboſque auidis ſuffecturi. Sed recedente rurſus ſole, languere ſe natura poſt partum ſentit, immo & dolet. Hæc illa ſtatio eſt anni qua omnis ille honor agri, arborumque decus marcet, vt alias putes. Decedit ille hilariter ridens frondium color, donec tandem decidente coma, velut ſola oſtentent oſſa, arbores mortuas imitentur. Suis ergo per hyemem finibus conditæ, velut cineribus ſuis cadauera, vitæ nulla indicia præbēt. Niſi quod eo maxime

Temporum vices vtiliter a natura inſtitutæ.

Mutationum anni deſcriptio.

Digitized by Google

Sed interim in ſe collecta natura, Vireſcerit & radicibus firmatur, Fauente cœlo arcanis influxibus, Nec vllo tempore ceſſante.

mo tempore in ſeſe ipſis ſtirpes collectæ, ſecretis auctibus roborantur; & quidquid virium ſobolem enixæ amiſerant, otio recuperant; defixiſque in profundo radicibus firmantur ſeuerius, & ad labores nouos reſumptis viribus adoleſcunt. Fauens interim ſuis omnino temporibus cœli benignitas, vel arcanis influxibus recreat, dum opera hyemis horrent; vel immiſſis blandioribus auris mulcet, dum æſtu omnia diſſoluuntur. Si is cœli fauor otietur, inter aduerſas tempeſtates natura iactatur, & in potiſſima ſui parte moritur, vel corrumpitur. Vtroque ergo illius felicitas conſtat, & varietate ſtationum, & cœli fauore, in naturæ bonum vigilantis.

Cæli quocumque tẽpore certus influxus, qui ſi eſſet in interitũ omnia ruent.

VII.

His quid velimus intelliges. Nam & Eccleſiã ſua vices exercent, Per aſpera & blãdiora. Suus autem fructus omni eſt tẽpeſtate Nec aliter ſuum Hortum excolit Deus, Spiritu Sancto nõ vna ratione influente, Nam quanquam vnus ipſe, Gaudet contrarijs proficere. Et itineribus ſæpe contrarijs eodẽ ire.

Hæc ſi ad Eccleſiam aptaueris, forſitan loci huius ſenſum verum elicias, quidque huic Horto ſuo felicitatis apprecetur Verbum, intelliges. Sua Eccleſiæ tempora contingunt, ſua eſt ætas, atque in ætate vices: dumque à Domino peregrinatur, varietatibus exercetur; ac, contrarijs quodammodo compugnantibus, velut lacerata, duratur ad pugnam, ſemper fortior de prælio ſurrectura. Quod ſi tempora temporibus componas, ſub quolibet ſtatu inuenias hanc viciſſitudinum legem Eccleſiam ſubijſſe. Aliter nulla conſtans felicitas, quam ſi aduerſitatis timor eam vellicet, & prouocet ad virtutem. Sed ſuus vtriuſque tempeſtatis fructus eſt, vel prolis myſticæ multiplicatio, vel firmius, ac profundius actæ radices. Sic ſuum ſcilicet Deus Hortum excolit; ſic ad meliora ſemper diſponit. Sed medijs varietatibus hiſce, cœleſtis ſemper *Diuini Spiritus* fauor irradiat; & vel calidioris temporis æſtum minuit, ne languore fatiſcat; vel frigidioris aeris horrorem temperat, ne gratiali rigore teneræ ſtirpes adurantur. Itaque, tametſi vnus, atque idem *Spiritus* eſt, gaudet quodammodo contrarijs proficere; & frigidiorem ſui auxilij auram calori; calidiorem frigori opponit: cumque diuerſis, &, vt videtur, contrarijs itineribus Eccleſiæ commoda quærat: ſemper tamen propinquior illi eſt, quamcumque viam veſtigio ſignet. Hanc ergo duplici ex origine *Sancti Spiritus* opem, auxiliumque, *Aquilone*, atque *Auſtro* inuitatis vt ſpirent, ſuæ Eccleſiæ Verbum præcatur, ſine quibus ſciebat, nullam illius gratiam eſſe in tuto, nullam felicitatem perpetuam.

Eccleſiam varia tẽpora onerant.

Felicitas nulla conſtans niſi illã aduerſa vellicẽt.

Spiritus Sanctus vnus gaudet cõtrarijs Eccleſiã exerceri.

VIII.

Hæc intelliges, ſi tres pueros conſideres. In medijs flammis, Tam non læſos, aut ambuſtos, Sicuti impietatis miniſtri, Sed ab igne blande habitos, Quaſi mutaſſet naturam, Et quos calore non læſerat, Aura frigente recrearet, Quæ eorum fuere indicio. Quæ animo interius contingebant.

Quam hæc dicantur vere intelliget, ſi quid tribus adoleſcentibus, dum ad aliena ſacra cogerentur, contigerit, conſideres. *Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino. Et non ceſſabant, qui miſerant eos, miniſtri Regis ſuccendere fornacem naphtha, & ſtuppa, & pice, & malleolis: & effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem*. Dan. 3. 24. En æſtum ſæuientem, & calidiſſimam anni tempeſtatem, adurere potentem vel ſaxa, & rupes. Certè eius vim experti magno ſuo malo ſunt miniſtri Regij. *Et erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis*. Vt, quid in Dei ſeruos ignis poſſet, niſi præſenti illius ope prohiberetur, intelligas. At illos blande adlambens, ac demulcens flamma, velut mutata natura, amanter, ac indulgentèr habebat. Quid amplius exſpectares, ſi inanime elementum, ſenſu, atque agnitione pollens, quid iuſti mererentur, ſciret? Nimirum virtuti omnia famulantur, ac vel inanima ſeruiunt, magnæ ſcilicet artifici ad rerum naturas mutandas. Furentes flammas vidiſti, *Aquilonis* nunc leuiter frigentem auram agnoſce. *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem: & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem: & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtauit, neque quidquam moleſtiæ intulit*. Dan. 3. 49. Id autem, quod exterius geſtum eſt, eorum, quæ intus in animis contigere fuiſſe ſigna, certum eſt. Id eſt, qnod cœleſtis Sponſus ſuo apprecatur Horto, cum iubet, aut orat *Aquilonem ex ſurgere*.

Tres iuuenes in Babilonica fornace inter flammas illæſi. Dan. 3. 24.

Ignis mutata natura blande recreans.

IX.

XL. autem Martyres, contrarium experti, Qui in concretum glacie lacum immiſſi Tepentem ſpiritus auram experti Quæ horrorem frigoris, Interius temperabat. Habes in Dauide & Iſaia huius tẽpus probationem.

Contra vero illis ſub Licinio quadraginta ſtrenuis Chriſti Militibus contigiſſe ſcimus, quorum ſub horrenti frigoribus nocte in concreto lacu virtus enituit. *Vna eorum erat oratio*, quia & eadem Fides, & Chriſti Amor: *Quadraginta in ſtadium ingreſſi ſumus, quadraginta item Domine, corona donemur*. Nam quo vires interius miniſtrante, tanta virtus emicare potuit, niſi ille tepefactum ſui caloris flatum, velut ſecundior *Auſter* emitteret? qui vnus poterat animorum excitato æſtu, algorem qui exterius graſſabatur extinguere? Ergo, qui extremo frigore cor exterius vexari permiſit, idem interius calorem ſubmiſit; quo rigor ille remitteret; & tam non torqueri ſineret illos, vt potius blandiretur, & ad extraneos odor nobilium ſtirpiuum penetraret pro vno, qui magno ſuo malo indignum ſeſe tanta gratia fecerat, cuſtode accito, qui detractis ſibi veſtibus cæteris adiunctus eſt, ad ſupplicium, & coronam; cum vidiſſet ſpiritus cœleſtes, totidem corollis impeditis manibus delabi de cœlo, victores milites coronaturos. Ideſt, quod Dauid canabat: *Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium*. Pſal. 65. 12. Et Iſai. 43. 2. *Cum tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Quia ego Dominus Deus tuus, Sanctus Iſrael ſaluator tuus*.

Martyres XL. in frigidum ſtagnum immiſſi blande interius recreati.

Pſal. 65. 12. Iſai. 43. 2.

X.

Sed hic ſub precandi forma promiſſio latet,
Nam & verbum poterat, quod precabatur efficere,
Secus quam nobis ſolet contingere.
Quibus ſæpe ſublata facultate vota vaneſcunt,
Deus ſi quid cupiat,
In procliui ſunt omnia,
Atq; ideo illi idē cupere, ac præſtare
Et dum cupere ſe dicit etiā promittit, effecturum.

Verbum ſub cupientis perſona omnia bona promittit Eccleſiæ.

Vota mortalium frequenter vana propter defectū facultatis,

Deus cum volūtate efficace ſēper coniugit effectum.

Cæterum cum Sponſum *Verbum* audis, Eccleſiæ ſuæ apprecantem hanc *Spiritus Sancti* opem in vtraque fortuna, illud exiſtimare debes, precantis hic formam eſſe, verè autum promiſſionem eorum, quæ præſtiturus eſſet idem ille *Spiritus* in poſterum. Idem enim ille *Filius Patris* potens erat id ipſum præſtare, quod cupiebat: nec vlla cauſa erat, in tanto Caritatis in illam ardore, timendi, ne, quod ardentiſſimis ſe votis expetere profeſſus fuerat, minus ipſe, qui maximè poterat, exhiberet Eccleſiæ. Præcurrunt quidem in nobis vota, & deſideria viam effectis pandunt; ſæpe ideo impediendis, fruſtrandiſque: ſæpe enim quid interuenit, quo id ipſum, quod maximè fieri volumus, euentu vaneſcat. Ea mortalitatis conditio eſt; vt vel deſideria langueſcant, vel effectu careant ſuo, deficiente facultate præſtandi, quæſimus polliciti. In Deo autem nec vaneſcere vota poſſunt, cui futura omnia perſpecta ſunt, quæcumque poſſint eſſe impedimenta rebus agendis: & alioqui facultas ipſa præſtandi, quæ apud ſe ſtatuerit, deeſſe non poteſt. Semper ergo cum votis euenta iunguntur, & quidquid efficace deſiderio deſignauerit Deus, prius pene re exhibet, quam antè conceperat. Tantundem ergo eſt precari, vt ſuis quiſque temporibus *Aquilo*, & *Auſter* perflent, ac apud ſe ſtatuere, ita vt fiat: idem votis, & factis pertingere, quæcumque in Eccleſiæ ſuæ commodum poſſunt vergere. Imperantis ergo hæc verba, non ſolum precantis ſunt, & cupientis: eiuſque prorſus ſenſum continent, qui, quæ omnino præſtiturus ipſe ſit eadem ſe præſtiturum recipiat. Atque hic ſenſus horum verborum probabilis ſit, atque ad nexum ſatis accommodatus, iuxta ſeriem interpretationis noſtræ.

XI.

Sed adhuc arcanius quiddam hic latet,
Si verba hæc eſſe fatemur,
Properantis verbi ad nuptias.
Quibus vna futurum cum Eccleſia caro.
Et illam in ſe huius mutaturum.
Comparat ſeſe ad tantum facinus,
Et veluti vires colligit, & arma parat
Ideo aduocat Sanctum Spiritum,
Flatum, halitumq; diuinitatis
Cuius id virtute perficiendum erat,
Perflet ergo rogat,
Et tandem Horto faueat ſuo
Vt diuinum ſemē genitali Virginis aruo commiſſum,
In diuinam prolem adoleſcat,
Sit ergo idem ſpiritus Aquilo ſit & Auſter,
Quod vtrumque Eccleſia conſtat teſtimonio,
Quæ & calfaciēdi, & refrigerādi vim illi tribuit.

Verbi deſideria ad Incarnationē properantis.

Verum adhuc arcanius quiddam hoc loco latere arbitramur, & grandius, quod ad ſeriem noſtræ interpretationis maxime faciat. Reuocandum in memoriam eſt, quod ſuperius non vno loco monitum à nobis eſt: Quæcumque hiſce, & proximis verbis continentur, properantis Verbi ad plenum per Incarnationem connubium affectus grandes continere: adiuncturum ſcilicet ſibi Verbum Eccleſiam, ac de illius carne carnem ſuſcepturum, vt eam inſe transformaret, vnum deinde cum illo corpus futuram. Id autem nunc, deſcripta nuper Eccleſia ſub Dauide, maxime vrget, quòd pollicitatione certa receperat, ſeſe ex illius ſemine naſciturum: arctata Abrahæ poſteritate ad familiam vnius. Parat ergo ſe ſenſim ad grande facinus, & quidquid iuuare deſideria poteſt, id de proximo aduocat, ne quid moræ votis obrepat. Et quemadmodum tunc demum grandis alioqui ignis vires exerit viuidiores, cum in ſe proximam, diſpoſitamque materiam tranſmutaturus eſt, quaſi arma ad victoriam paret; ita *Verbum*, ſecundum hunc ſtatum *Sponſus* tantum Eccleſiæ illam in ſe tranſmutaturus, vires quodammodo colligit; & nobilem victoriam, armis ſuis omnibus probe tectus accedit illuſtri mox pompa triumphaturus. Id autem omne haud ſecus perficiendum erat, quam *Diuini Spiritus* operante virtute, cuius opus Incarnatio. S.D.E. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. 35. *Spiritus* vero *Sanctus* & *Flatus*, & *Halitus* Diuinitatis eſt, de *Patris*, ac *Filij* viſceribus inſpiratus, vnde & Angelis, & Hominibus vita ſpiritalis ſcilicet data eſt: qua ipſa ratione *viuificans Spiritus* dictus eſt. Hunc ergo *Sponſus Filius* aduocat *Spiritum*; hunc precatur, vt ſic dixerim, vt delapſus in Virginem Mariam, Matrem futuram, virtute impleat, ad fœcundet ſua; ſibique per eam Eccleſiam iungat, vt, qui hactenus *Sponſus*, iam *Maritus* verè ſit. Huc Bonauentura reſpexit, cum cecinit haud minus ſubtiliter, quam pie: *Aue, Virgo, quam Perflauit, & Perflando fœcundauit, Auſter fructu ſpiritali, Chriſto flore virginali.* Pſalter. min. B.V. Quin. 3. Hunc aduocat *Verbum*, hunc orat vt *Perflet*, halituque viuifico ad faueat *Horto* ſuo, cui vnum iam in votis eſt, vt eo inſpirante, genitali ſtirpium vuluæ ſemen commiſſum in nouam prolem adoleſcat. Quam autem merito *Sancto Spiritus Aquilonis*, & *Auſtri* appellatione donatus ſit, non magis ex his, quæ tota Notatione hac ſunt à nobis obſeruata, quam quæ ab alijs dicta, intelliges. Immo ſi ſenſū exquiras Eccleſiæ haud innita verba illius huc trahes: nā dictus ab illa; *Dulcis hoſpes animæ, dulce Refrigerium: In labore requies, in æſtu tēperies.* En *Aquilonem Perflantem.* Rurſus. *Flecte quod eſt rigidum, Foue quod eſt Frigidum.* En *Auſtrum* eundem. Certe hic interpretandi modus, ſatis aptus videretur ad nexum, & ad interpretationis conſequentiam accommodatus: immo multo magis, quam ſi hæc de *Spiritus Sancti* in Diſcipulos, poſt aſcenſum Chriſti in cœlum, illapſu, quod alij voluere, interpreteris: cum hactenus, vt notatum eſt, de myſterijs gratiæ nulla, niſi fortaſſe in typo, mentio facta ſit; cuius totus ſtatus, qui omnino connubialis eſt, à proximo Cap. 5. initium ſumat, vt mox dicemus.

Simile.

Verbum ad grāde Incarnationis opus ſubſidia parat.

Spiritus Sancti flatus diuinitatis, opus verbi cum carne coniunctio.

Verbum aduocat Spiritum S. vt Incarnationis opus properet.

Eccleſia Spiritui Sancto vim calefaciendi & refrigerandi tribuit.

NOTA-

Digitized by Google

NOTATIO LII.

SVM. COM.

I.

Perfla, non perflate cur dictum.
Quidam ad ſolũ Auſtrum ferunt.
Sed probabilius ad vtrumque quibus vnus Spiritus ſignificatus.

II.

Sed cur Hortum meum dixit?
Quidam exponũt, Sponſa mea.
Quia & ipſa mea
Nam amati bona, in amati bonis cenſentur,
Si ſe amantes ſuos negant,
Poſtquam amare cœperint,
Et tamen omnia habent,

Cum quos ipſi amant, habeant.

III.

Probari id poteſt,
Sed Eccleſia hic Hortus eſt,
E tota ſub dominio Dei,
Ab eo plantata, exculta,
Pluuijs rigata de cœlo,
Et influxu tota,
Id innuit per Ieremiam, ſub vineæ typo,
Et per Iſaiam,
Quam Deus plãtauit,
Sollicite excoluit,
Vigili ſtudio cuſtodiuit,
Omniq; apparatu ruſtico inſtruxit,
Felix Synagoga, ſi ſortis ſuæ conſcia,

Ea ne excideret ſatagiſſet.

Sed ad illius ſcelera mutauit miſeram Deus,

Illiuſque abiecta cura, ſterilitate damnauit.

IV.

Cui tanti conſtiterat vinea iure ſuam dixerit.

PERFLA HORTVM MEVM, FLVENT AROMATA ILLIVS.

QVod non dixerit *Perflate*, ſed, *Perfla*, tanquam non cum pluribus, ſed cum vno loqueretur, inde quidam argumentum ſumpſere, exiſtimandi, ad ſolum *Auſtrum* referendum, qui ſpirare iubeatur, contrà vero *Aquilo* faceſſere. Horum ſentiendi modum alio loco reiecimus, & leue id argumentum eſſe oſtendimus. Longe probabilius Iuſtus verbum *Perfla* non ad duos ventos *Aquilonem*, *Auſtrumque*, ſed ad vnum *Spiritum* per duos ſignificatum, refert: neque nouum in s. s. potius ad ea, quæ arcanè ſignificantur, quam ad voces ſignificantes reſpicere.

Meum, autem quòd dixerit, eo impuliſſe quoſdam puto, vt hæc non Sponſi, ſed Sponſæ eſſe verba arbitrarentur, ſequuti Theodoretum, & Hebræorum DD. quanquam illi non eadem ex cauſa in vnam ſententiam conuenere. Id alio loco examinauimus, & reiecimus, quantum ad Corticem ſpectat. Cur arcano ſignificatu id dictum ſit, haud difficilis Quæſtio eſt. Doctus vir interpretatur, *Meum, Sponſa mea, cuius ſunt, quæ mea; vt quæ eius, mea quoque.* Videtur ad ſolam amoris reſpexiſſe legem, qua inter amantes communia habentur omnia. Nihil enim magis eſt amoris proprium, quam proprium nihil, ſed omnia in amatum bona ſua accumulare. Qui enim quod potiſſimum eſt, & proprium maximè, voluntatem, in amatum contulit, nihil ſeruauit ſibi, quod ſuum noſſet. Quo ſenſu & ſe ſuos non eſſe fatentur, & amatorum omnia ſua non vocant modo, ſed agnoſcunt, & prædicant. Quod ſi & amans ipſe iam in amati bonis computatur, cum amati omnia ſua eſſe nouit, & iactat, profectò ſe ipſum cum cæteris recipit; habetque alterius beneficio, id ipſum, quo ſe fraudarat. Hæc amantium philoſophia eſt, vt, cum nihil ſe habere, poſtquam amare cœperint, fateantur, omnia habeant; & aliena, quæ accipiunt, & ſua, quæ dederant. *Hortum* dixerat Eccleſiam, ſed quia amore factum fuerat, vt tota in illius poteſtate eſſet, quæ ſcilicet illi ſe totam tradiderat, *Suam* vocitat, immo & iactat.

Eccleſia per caritatem in Dei tranſlata dominium.

Amantes ſe ſuos eſſe negant ex quo amare cœperint.

Probabile id eſt, & ex amantium tractum vſu: idque ſequerer, ſi Dramatis nunc ſenſum exquirerem: in arcana ſententia arcanius quiddam latere arbitror. Nam erat quidem Eccleſia per Fidem, & Caritatem tota in Verbi poteſtate, nihil vt ſibi retinuiſſe videretur: Sed eadem illa potiore iure illius erat. Ne recedamus à cœpta ſemel *Horti* methaphora. Quidquid in *Horto* erat, Dei erat tanquam Domini iure originarij dominij, nec arbores modo, ac ſtirper, ſed & humus ipſa, qua ſatæ; & quibus rigare ſolitæ aquis; quin & culturæ ipſa ratio, ſine qua *Horti* decor durare non poterat. Eo dante, cuncta contigerant, ac colenre conſtiterant; vt ne auræ quidem ipſæ ſecundæ ſpirarent, niſi eo iubente; nec cœlum influxu, atque aſtra vi genitrice iuuarent, niſi eo temperante: nihil omnino vt eſſet, quod aliunde eſſet: & ſi intermitteret ipſe curam, ſtudiumque laxaret, durare haud poſſet felicitas. Id eſt, quod dicebat ille: *Ego te plantaui Vineam electam, omne ſemen verum*. Ierem. 11.21. (Hæc ad originem, & ad ſtirpium nobilitatem ſpectant, ſemina enim non alia intelligimus, quam Abrahamum, Iſaacum, Iacobum, illius Gentis conditores.) Et Iſai. 5.1.2. *Vinea facta eſt dilecto in cornu filio olei.* (Loco pingui, & vbere gleba) *Et ſepiuit eam*. (Vt omnis & beſtiarum & hominum arceretur iniuria) *Et lapides elegit ex illa* (multa ſollicitudine coluit, ac præperauit glebam, antequam pangeret vites) Mox. *Plantauit eam electam*. (Nobiliſſimis depactis palmitibus, de vitibus Patrum generoſis falce deciſis, & in nouam ſpem ſobolis in feracem humum tranſductis) *Et ædificauit turrim in medio eius*. (tum ad ſpeciem, tum ad vtilitatem nec modo colligendis, aſſeruandiſque fructibus, ſed Domini habitationi commodum locum.) *Et torcular exſtruxit in ea* (Qua loquendi forma omnis apparatus ruſticus intelligitur.) Hactenus illius omnis deſcripta felicitas, & quidquid Dominis benignitate acceperat; ſi non ea, quæ alterius habuerat indulgentia ſua ſeu ignauia, ſiue ingratitudine perdidiſſet. Sed merita Domini iras, ſibi vni relicta, quidquid felicitatis habuerat, infelici ſterilitate mutauit. *Auferam ſepem eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam deſertam*.) Abijciam illius omnem curam; ac deficiente cultu ſteriliſcet, & in ſenticetum abibit, qualia ſolent eſſe deſerta loca, ac vaſtæ ſolitudines.) Mox ſterilitatis cauſas numerat. *Non putabitur, & non fodietur; & aſcendent vepres, & ſpinæ; & nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem.* Iſai. 5.5.6.

Eccleſiam ſuum Hortum appellat Deus, quod quid erat, ab ipſo acceperat.

Ier. 2.21.

Synagoga Dei vinea prius indulgenter habita, poſtea ob ingratitudinem derelicta.

Iſai. 5.1.6.

Cui tanti conſtiterat vinea, minimè mirum eſt, ſi eàdem velut proprium peculium *Vineam* vocet *Suam*. *Et nunc oſtendam vobis, quid faciam Vineæ Meæ*. *Meum* dixit *Hortum* Eccleſiam, Gen. 2.8.

Sic etiam Hortum ſuum, Quod à ſe plantatum, Loco vbere, ſicuti Paradiſum, Lectiſſimis plantis inſitis, Impenſa cura excoluit. Et cœli fauore bexrit, Forma autem loquendi plena affectu eſt, Et quidem blandiſſimo & tenerrimo, Cum de ea ſit ſermo ſponſa Quam ad nubilem ætatem prouexerat. Quod amoris ingens iudicium, Nam quæ impenſe amamus noſtra dicimus.

ſiam, quia & ſolum, quo plantaretur delegit, (Qua fortaſſe ſententia in typo dictum: *Plantauerat autem Dominus Paradiſum voluptatis à principio* (In Heden) ad orientem, in ea humo, quæ prima naſcentis ſolis radios exciperet, vitaliq; tepefacta calore, ingenti fœcunditate beata ſtirpibus alimenta miniſtret, & multa culturæ arte præparauit, vt ſemina & ſtirpes exciperet, ſinuque foueret. *Meum*, dixit, quia de nobiliſſimis arboribus, generi propagando, germina generoſa decidit, vt in *Horto ſuo* depacta domini vota ſuſtentarent, ſuoque tempore ſpem implerent. *Meum* dixit, quòd impenſa cura coluerit, foderit, rigarit, putarit, ac cætera præſtiterit omnia, ſine quibus tantus *Horti* honor conſtare non poterat. *Meum*, denique dixit, quod vel imperio vel prece cœli, & aſtrorum tacitos aduocarit influxus, atque auræ lenioris afflatus, & inuiſos per noctium ſilentia rores, quibus ſenſim agentibus *Horti* felicitas perennaret. Suo ergo iure agit, cùm *Suum Hortum* appellat: & alioqui cum, cui tantum amoris impenderat immerenti, in ſua aſſeruit; vt omni omnino iure dominatum in illum ſuum pleniſſimè exerceret. Sed habet ea forma loquendi, hoc quidem rerum ſtatu, quo Nuptialia ſacra properãtur, multum tenerioris affectus, cum de ea ſermo ſit, quam hactenus & nuptiali cultu ornarat, ac multo ſtudio eo deduxerat, vt matura ad connubij vincula, non ætate adulta modo, ſed feruentioris caritatis flamma videretur. Atq; in hunc ſenſum dictum arbitramur: *Perfla Hortũ meum.* Sic Paulus Epheſ. 5.27. eius caritatis indicans cauſam, qua ſibi Deus Eccleſiam iunxerat, ait: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & immaculata.* Nihil enim magis frequens eſt, quam vt ea, in quæ multa contulimus, & amemus multum, & noſtra dicamus.

Eccleſiæ omnia bona à Deo, ideo ſuum Hortum dicit,

Ea quæ impenſe amamus iure noſtra dicimus. Eph. 5.27.

V.

Sequitur de aromatum fluxu, Quod quidam interpretantur, ſtillent: Sed melius diffundant odorem. Quod commune omnibus odoratis, non ſtillare. Id ad boni odorē nominis eſſe referēdũ, Id enim virtutis proprium, ſe ipſum odore prodere,

Et Fluent Aromata illius, Latini variant Codices, & alij habent, *Fluent*; alij, & quidem longè melius, *Fluant*. Quod intelliges, ſi Originalia conſulas. Expreſſere id 72. *καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά σου* Optimè ergo factum, quod in emmendatis Sixti, & Clementis id retentum eſt. *Fluere* autem quidam interpretantur, *Defluere*, & *ſtillare*, quemadmodum inciſo cortice Myrrha, & Balſamum ſudant. Sed parum id eſt; nam cum ad *Aromata* omnia, quæ nominarat, referatur hoc verbum, nec omnia ſudent, ac ſtillent, certè nec Cyprus, nec Nardus, nec Crocus, nec Fiſtula, nec Cinnamomũ, melius intelligemus, *Fluant, diffundant odorem ſuum, ac latè ſpargant*: quod commune omnibus odoratis eſt, ſiue ijs, quæ vaporē emittunt ſuauem; ſiue ijs, quæ inciſo cortice guttatim ſtillant. Et tametſi ſcimus Hebræã vocē propriè de humoribus dici, id minimè obeſt, quin imitatione ac ſimilitudine etiam ad diffuſionem vnguentorum, ſeu odoratarum rerum transferatur. Referenda autem hæc eſſe ad boni nominis odorem, ex alijs locis patet. Id enim virtutis eſt proprium, vt de ſe longè fragrantiam & latè ſpiret; & vel incautos, vel aliud agentes inuitet. Itaque *Aromata* metonymicè pro *odoribus Aromatum* poſita: nam *Aromata* virtutes intelligendæ ſunt, quibus ſub eo ſtatu Eccleſia oculos ad ſe Dei, hominumque trahebat.

Lectio vera ſtabilita.

Fluere, odorem late ſpargere.

Odor diffuſus bonum nomen & fama.

V I.

Sed in vtroq; verbo, aq. & veni Spiritus S. illapſũ in virginem obſeruauimus, Cuius ſenſus fluxus hic aptandus. Id autem nihil aliud eſt Quã notitia Verbi adhuc vtero clauſi Ad domum Zachariæ perducta, Qua & Ioannes exultauit in vtero Et mater Eliſabetha ab eo admonita, Myſterium agnouit, & faſſa eſt, Cũ ingenti Chriſti gaudio Qui magnũ opus adortus eſt ab eo principio.

Sed quia in illis verbis: *Surge Aquilo, veni Auſter, Diuini Spiritus in Virginem illapſum, quo fœcundam e conceptura Verbum erat*, intellximus; qua ratione Eccleſia Deo per Incarnationem connubio iuncta eſt; & id etiam videndum eſt, quo pacto hæc *Aromatum Fluxio* accipienda ſit. Id ſi placeat, referre hæc poſſumus ad eam notitiam, quam recens Incarnatum Verbum ſui aduentus indidit, paucis quidem, ſed notis teſtibus, quibus ſenſus viuidior inerat, ad percipiendum odorem illum, qui afflabatur à Chriſto, adhuc quidem viſceribus maternis incluſo, ſed qui contineri non poſſet, quin clariſſima ſui præberet indicia, quaſi admoneret incertos, nihilq; minus ſuſpicantes. Id eſt, quod Eliſabetha ad primum Mariæ occurſum faſſa eſt. *Et vnde hoc mihi, vt Mater Domini mei veniat ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Luc. 1.43.44. Latens ergo adhuc *Horto* virginali Matris Germē floridum de radice Ieſſe, odoris ſuauitate proditum eſt, eaq; ſuauitate excitata Anus, mox & mater futura, & ſe *Spiritu* ſenſit plenam, & nouo *Aromatum* odore recreatam. Et, quod multo eſt maius, Infans adhuc Ioannes, & maternorum viſcerum clauſtris incluſus, ac necdum per ętatem capax tam exquiſiti ſenſenſus, odore tamen excitatus eodem, quod voce non licuit, motu corporis totius, atque exſilientium membrorum hilaritate, & quid ſenſiſſet ipſe profeſſus eſt, & matrem myſterij, nihil minus cogitãtem, admonuit. Hic *Fluxus Aromatum* fuit, à *Verbo* quidem humana paulo ante carne circundato, emiſſus; adeoq; ab Eccleſia, cui iam connubio iunctum erat, etiam ſparſus. Nam eadem illa in Zacharię ędibus primam Incarnati iam *Verbi* Fidem ore paucorum deprompſit. Nam quali gaudio eas primas voces, nouum aduẽtum, ac nuptias gratulantes, audiuiſſe Chriſtum putas? Quantas, qualeſq; in vno facto reſplenduiſſe virtutes? Ea ergo *Aromata* fuiſſe puto, quæ, leni *S. Spiritus aura Perflante, Fluxere*; ſparſoque latè odore proximos recrearunt. Et hic finis Commentariorum IV. Capitis eſto; ſimulq; ſecundi ſtatus Eccleſiæ; mox enim de Sponſa in iuſtam tranſibit vxorem; & optatis nuptijs per Incarnationem, cœlo, ac terra plaudente, potietur.

Verbi adhuc matris vtero clauſi odor ad proximos allatus.

Chriſtus latens matris vtero odore proditus Eliſabethæ & Ioanni.

Odor Chriſti etiam Eccleſiæ quæ de ſua carnem illi mutuata.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

ARGVMENTVM.

ECCLESIA, iam matura coniugio cum Verbo, Sponſum hactenus, inuitat ad nuptias plenas; eumque rogat, vt ad ſe *veniat* per humanæ carnis ſuſceptionem. Annuit Verbum illius votis, cumque vix extrema verba per Mariam prompſiſſet, *veniſſe* ſe dicit, ideſt humanam ſibi coniunxiſſe naturam; quidq; poſt eam coniunctionẽ ſequutum ſit. Ergo paucis verbis vitam ſuam, mortéq; & reſurrectionem, & conſeſſum ad Patris dexteram comprehendit. * Poſt illius aſcenſum in cœlũ, cęnaculo incluſa Eccleſia in publicum prodire non audet, multo metu, multo torpore perculſa. Is illius *ſomnus* eſt. Eam autem Chriſtus arcanis, tacitiſque impulſibus hortatur ad exeundem, quid pro illa olim ſit paſſus reuocans in memoriam. * Illa, ſic vocata excuſationes obtendit, in ſpeciem honeſtas: timere ſe, ne cogatur *legis tunicam*, quam abiecerat, reſumere; & iiſdem iterum ſe peccatis inuoluere, quibus mundata fuerat per baptiſmum, & pœnitentiam. * Sed tandem miſſo Spirito Sancto, qui *manus* eſt Filij, ſicut & Patris, tota mutatur: Dicitur autem *manus miſſa per foramen*, vt arcani illi ſignificentur motus, quibus idem ſpiritus nec viſus nec intellectus ſolet viſcera mutare: ideo affirmat, ſeſe totis *viſceribus conturbatam ad tactum* illius, & in aliam omnino mutatam. * Mutatam ſtatim *ſurrexiſſe* ſe dicit, vt aperiret vocanti: ideſt cæpiſſe Chriſtum annunciare Iudæis, vt apertis per verbi miniſterium cordibus, ille

Verſ.I.
Verſ.II.
Verſ.III.
Verſ.IV.
Verſ.V.

ille intraret: ſeque paratam ad dura omnia, & aduerſa ſubeunda, dum officio defungatur.
Ver.VI. * Sequitur prædicatio *apertione oſtij* ſignificata, ſed cum exiguo fructu, quo viſus Dilectus abijſſe, nec inueniri ſe ſiuiſſe in cordibus Iudæorum. Inſiſtit nihilo minus prædicationi, quanquam multa anxietate perculſa, verita, ne ſua aliqua culpa minus procedat ex ſententia prædicatio. Id ſignificat abitione Sponſi, quem etſi
Ver.VII. *quærit*, & *vocat*, nec *audit* nec *inuenit*. * Dum illum per prædicationem anxia quærit, incidit in vigiles, ſiue Cuſtodes vrbis; ij ſunt Sacerdotum Principes, à quibus paſſa perſequutionem atrociſſimam, bonorum ſpoliatione mulctatur.
Ver.VIII. * *Percuſſa*, *vulnerata*, *nuda*, eorum manibus ægre erepta, incidiſſe fingitur in Angelos tutelares, quos interrogat, an ipſis, vtpote Deo coniunctiſſimis, notum ſit, quo Chriſtus diuerterit, quem in ſua gente non inuenit.
Verſ.IX. * Illi contra eam interrogant, quibus notis agnoſcere illum, ne errent, poſſunt: vt occa-
Ver.X. ſionem illi præbeant, eum effuſè laudandi. * Eam libenter arripit illa, & Chriſtum deſcribit, qualem ſciebat eſſe ſecundum animam. Ac primo generatim illum dicit *candidum*, ac *rubicundum*; alterum *Diuinitate*, *humanitate* alterum: ſeu potius *candidum innocentia*, *morte rubrum*: vtroque eximium inter om-
Ver.XI. nes Angelos homineſque. * In *capite* laudat *ſapienciam*, *auream*, quia à Patre Deo participatam: in *comis cogitationes* ſublimes, profundas, inſcrutabiles, nec ad vnam normam exigendas.
Ver.XII. * In *oculis Prouidentiam*, non illam trepidam, non ſollicitam, non lentam, non præcipitem, qualem exigebat œconomia Eccleſiæ, nec varietate rerum, aut euentuum de ſuo paſſu deiectam; & tametſi in perpetuo motu, nunquam dubiam,
Ver.XIII. aut perturbatam. * In *genis* eas *virtutes*, quæ ſunt *prouidentiæ* eiuſdem adminiſtræ. Iuſtitiam miſericordiæ iunctam; ſecuritatem comitati; Beneficentiam largitati, & ſimiles alias, quarum in genis veſtigia ſæpe apparent. In *labijs Eloquij ſuauitatem*, quam vis medica ad curandos animi morbus condiebat, ideo *myrrham ſtillare* dicta; *primam* autem, quia quidquid amarum
Ver.XIV. cæteris inſtillabat, prior ipſe guſtauit. * In *Manibus opera* illius, & in operando facilitatem, quæ nemini fuere noxia, omnibus vtilia, immo & cœleſtia, propter finem operantis in gloram Patris. In *ventre* ea *opera*, quæ, cum ex ſe in bonum naturæ tenderent, quæ dicimus indifferentia, tamen propter altiſſimum operantis finem, eorumque circumſtantias, non
Ver.XV. minus grata Deo, quam eſſent alia ſuo genere meritoria. * In *cruribus Fortitudinem*, ac *Perſeuerantiam*, quibus omnis Chriſti virtus velut *columnis* fulciebatur. In *pedibus* vero, quibus velut *baſibus* tibiæ ſuſtentantur, *Caritatem*, ac *Sapientiam*, quarum

altera

Digitized by Google

altera *Fortitudini* præſtat, ne in temeritatem, aut ignauiam mutetur; altera *Perſeuerantiæ*, ne infelicitate ſucceſſuum concidat, & ſatiſcat. Demum totam *ſpeciem* Chriſti prædicat, ex ſingularum virtutum excelſitate conſtantem, qua ſuper omnem eminet creaturam. * In *guttur, conuictus ſuauitatem*, omni dulcedine mirè conditam; vt nihil in illo ſit prorſus, quod deſideria non incitet, & rapiat adſe. Laudationem autem Epiphonemate claudit. *Talem* illum eſſe, qualem per ſingulas partes doteſque deſcripſerat, eum qui ſibi feliciſſima ſorte, & *Amicus*, & *Dilectus* contigiſſet, ideſt coniugio iuſto coniunctus. * Inde accenſa Angelorum deſideria coram videndi illum, tam impenſe laudatum: ideo eam rogant, an, quo diuerterit, aut quo loco verſetur, dicere poſſit, vel coniectura indicare, paratiſſimos ſe profeſſi, & comites itineris, & laboris futuros, donec inueniant illum.

Ver.XVI.

Ver.XVII.

VERSVS I.

VENIAT DILECTVS MEVS IN HORTVM SVVM, ET COMEDAT FRVCTVM POMORVM SVORVM.

COMMENTARIVS.

EA Verbi ad nuptias per Incarnationem properantis auiditate incitata Eccleſia, audet & ipſa votorum ſuorum promere impatientiam: nihil enim maiores animos ad magna aggredienda facit, quam ſi amans ſciat, amati ſtudiorum in cumulanda illius vota propenſionem. Hæret ergo ſemel ceptæ methaphoræ, & quæ ſe Hortum dictam audierat, ac multa largitate omni hortenſi, honore ditatam ſentiebat, velut omni anxietate, & cura perfuncta, eum rogat, vt adſe veniat, ſeſeque ſui Horti fructibus impleat, quo ad auiditatem omnem expleat. Id horum verborum ambage petit, vt humana carne è Virgine ſuſcepta, ſibi eam ſumat in iuſtam vxorem. Iam tempus eſſe perficiendi coniugium: ſatis multum, ac diu lactatam ſpem, & ſperatum tantum bonum, tam ſæpe promiſſum, tam dilatum. Si ſe amet, ſi in vna habeat collocata omnia, moras ne vltra nectat. Æquum eſſe, ne diu cupientem amantem, ſperantem fruſtretur. Pomorum autem Fructum vel gaudia illa intelligit, quæ ex ea cum illa coniunctione obuentura illi erant, verè gaudia, verè cupita: vel myſticæ prolis innumeram generationem, qua ipſa verbi ſemine in genitale aruum excepto, fœcunditate mirabili repletura orbem erat: is enim, nec alius connubialis Horti fructus eſt. Dicit autem Hortum ſuum, vt quidquid habet ſua laude dignum, illius largitati ſe acceptum ferre ſignificat. Sic ergo eam loquutam puta.

Digitized by Google

ENARRATIO.

TV vero Hortum me eſſe dixeras tuum, ſcilicet omni iure in tuis bonis cenſendum, quem tute in terra tua, prius aratro ſubacta, atque omni noxiarum ſtirpium, ac lapidum ſublato obice præparata, plantaſti: fauoris tui fluentis rigaſti, diuini Spiritus lenibus auris inſpirantibus recreaſti, cæleſtibus influxibus fouiſti. Hinc decus illud, quo regnare illum vides. Quid ni enim tua agnoſcam beneficia, fatearque cuius omnia debere me ſentio largitati? Nam quòd Fidei meæ radices alte defixæ reliquam molem ſuſtentant; quod ſpei truncus ſuo ſe robore firmat; quod Caritatis, quæ omnia complexu coercet, rami omnem in partem pandantur; quod decentiſſimorum verborum folia virent; quod deſideriorum flores vario ſe colore videntes oſtentant; quod tandem nobilium virtutum opera ſeſe ſua maturitate, velut ad menſas parati fructus, inuitant, totum tuum eſſe confiteor. Iure ergo tua ſunt omnia. Quid opus tuum tardas perficere? Quid nectis moras, & harum auidus deliciarum vota fruſtraris? Quid cum parata omnia videas expectare venturum, vel eo felicia nomina, quòd vni deſtinata tibi, ſpem tamen adhuc tantum ſuſpendis, & cunctatione, diſtorques? O! ſi iam de ſinu delapſus Patris humanaque indutus carne deſilias interras? O! ſi cupientem, ſperantem, ac votorum impatientia marcentem tibi coniungas? Quid non ſibi tanta promittat felicitas? Qualia gaudia mea, qualia tua erunt, cum me viderim innumerabili prole beatam, dimiſſiſque omnem in partum liberorum examinibus regnum fundari tuum? Tunc poteris quidquid toto ſæculorum deſideria ſuſpirarunt, vno momento coniungere.

NOTATIO I.

VENIAT DILECTVS MEV IN H. S.

SVM. COM.

I.
Vota Eccleſiæ extrema Incarnationem optantis.
Ad quam diſpoſitiones vltimæ fuere,
Quæ de Horto dicta fuerant,
Verbum ergo aduocat, ad perficiendum grande illud opus.

COntinent hæc extrema, ſed & ardentiſſima Eccleſiæ deſideria, quæ tandem conſequuta Incarnatio Verbi eſt. De qua commate proximo dicetur. Nectuntur autem optimè hæc cum ſuperioribus: nam quidquid de *Horti* ſui cultu, id eſt de Eccleſiæ paratura ſub *Horti* ſchemate dixerat, proximæ fuere ad Incarnationem diſpoſitiones: ea, enim ornamenta omnia largiſſimè vnum in *Hortum* collata, ea reſpexere dona, quæ in Mariam, mox futuram matrem, quæ magna illius Eccleſiæ, ac pars nobiliſſima erat, accumulate ſunt, quibus ſcilicet ad Verbi conceptum pararetur. Itaque mirum non eſt, ſi Eccleſiam in eum iam ſtatum deductam, vt vltimo per Mariam ad nuptialia Incarnationis ſacra parata eſſet, hoc loco inductam arbitramur, Verbum de proximo aduocantem, &, oblatis Horti fructibus maturis, eum ad epulas inuitantem. Atque hæc generatim de nexu ſint dicta, quibus etiam obiter arcanus ſenſus indicatus eſt, paulo poſt ex inſtituto tractandus, ſi tamen prius aliorum ſententias expenderimus noſtro more. *Eccleſia accelerari incarnationem orat.* *Extremæ diſpoſitiones, per Mariam.*

II.
Sed plerique Hortum Eccleſiam dicunt.
Electos arbores, fructus bona opera,
Quibus Chriſtus libenter veſcitur,
Sed id commune omni ſtatui Eccleſiæ eſt,
Cum hic aliquid ſingulare dici videatur,

Communiter hæc ab Interpretibus de Chriſtiana Eccleſia accipiuntur, quamuis non eodem omnes modo interpretantur. *Hortum* quidam, arbores electos, fructus illorum bona opera arbitrantur. His Chriſtum paſci, cum illos mandatis ſuis obſequentes cernens, & omni virtutum opulentia diuites, & eorum recreatur aſpectu, & velut maturis fructibs veſcitur. Id eſſe quod alibi Chriſtus dicit, *Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.* Ioan. 4. 24. Sic ferme Nyſſenus, Pſellus, Philo, Iuſtus, Alcuinus & de Recentioribus quidam. Probabile id eſt, ſed omni ſtatui Eccleſiæ commune: in nullo enim defuere generoſæ hæ electorum ſtirpes, in Eccleſiæ Horto ſatæ, è quibus maturi, ac ſuaues operum fructus penderent; tametſi non omnibus temporibus æquè ea opulentia ditauere Eccleſiam. Sed ſi verba hæc latentemque altius ſenſum rimere. Statim intelliges, amplius aliquid loco hoc inſinuari, quam, quod commune ſit, & Eccleſiæ in quocumque ſtatu accommodatum. Nam quæcumque de *Horti* ſiue ornamento ſiue cultu, ac diuer- *Electi arbores, fructus eorum opera.* *Ioan 4. 24.* *Nyſſenus.* *Pſellus.* *Philo Carp.* *Iuſtus Vrg.* *Alcuinus.* *Recentiores.*

Quod non omni ſtatui quadret.

diuerſitate ſtirpium, & *fructuum* dicuntur; ac de ſtudio Sponſi ipſius, quod ſatis per appretiationem omnis fauſtitatis indicatur, omnia indicant, ſingulare aliquid de Eccleſia, in *Horto* deſignata prædicari, quod omni illius ſtatui commune non ſit. Id ergo quærendum eſt.

III.

Alij Iudæam volunt Hortũ, in quẽ ut deſcẽdat Chriſtus Eccleſia roget. Sed id alienũ eſt, Nec alio hæc pertinent, quamquam proceſſure,

Eccleſia ergo eſt Hortus.

Iudæorum in fine ſæculi conuerſionem vrget Eccleſia.

Quidam alij ſenſum eſſe dicunt; Quaſi bonum, quod ipſa in ſe eſt experta, alijs communicare cupiat, ſic dicere: » Me Deus Hortum ſuum Aquilone exterminato, aduocato» que Auſtro plantauit, ornauit, excoluit; Scilicet, introducta gratia ſua, aſſeruit in ſuam: » ipſe etiam in Iudæam veniat per gratiam ſuam, quæ Hortus illius olim fuerat, vt *comedat fructum pomorum ſuorum*; hoc eſt, vt per fidem incorporet ſibi multitudinem conuertendorum. Sic Honorius Auguſtod. Sed alienum id videtur: & ſine cauſa hic Iudæorum gentẽ introduci in fine ſæculi credituram, res loquitur ipſa. Et alioqui, cum, quæ præceſſere omnia, ad Eccleſiam pertineant, quam *Horti* nomine deſignatam fatentur omnes, ſtatim apparet, cum hic ſe *Hortum* fatetur, & Sponſum ad fructuum ſuauitatem inuitat, de eodem illo *Horto* loqui, de quo fuerat ante ſermo. Se ergo Hortum fatetur, & adſe Sponſum inuitat, non ad alium. Demum cum dicit: *Comedat fructum pomorum ſuorum*, fructus intelligit, qui iam tunc de ſuis ramis pendentes auidi manum maturi exſpectent, non, qui, nondum exorti, olim futuri ſint; ſiquidem ſterilis humus Iudaici populi ſedulo excolatur, plantetur, rigetur in fine ſæculi. Non ergo hæc eo referenda ſunt.

Honorius.

Et de præſentibus fructibus non de futuris loquitur.

Præſentes fructus Eccleſia nõ futuros Sponſo offert.

IV.

Cõſtit. alij inuitari Chriſtum volunt; ad communicanda fidelibus bona

Poſt aduentus Spiritus S.

Sed neque id bene, cum alias de eo aduentu ſæpe loquuti ſint

Nec deceat toties eandem ad rem recurrere.

Coniungit ergo Eccleſia ſua vota cum votis Chriſti

Et properat ad plenas nuptias.

Eccleſiã orat Chriſtum vt ſpiritaliter ad ſe veniat.

Alij demum, qui poſtrema ſuperioris capitis verba, de Spiritus S. in diſcipulos illapſu interpretati ſunt, orare hic volunt Eccleſiam, vt idem ille Chriſtus aduentu ſpiritali ad ſe veniat, credentium viſitaturus corda, ac, ſpiritalibus communicatis bonis, refecturus, ac repleturus: Sic dictum ab eo fuiſſe: *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.* Matt. 28. 20. Tametſi abeo, non totus abeo; abſens quidem corpore, ſed præſentiſſimus ope, nullo vnquam tempore diſceſſurus à vobis. Et: *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Ioan. 14. 18. Sed hi Authores verba illa: *Surge Aquilo, veni Auſter*, ponunt non Sponſi eſſe, ſed Sponſæ, quod reiectum eſt. Deinde illa de Spiritus S. in Diſcipulos illapſu accipiunt; quod non conſequenter ad ſeriem rerum faciunt; cum alias non vno loco arcanum illud inuenerint; nec rerum patitur ordo, vt tam ſæpe eadem repetantur. Certè de eo aduentu accipiunt illa verba Cap. 2. 4. *Introduxit me in cellam vinariam.* Et illa rurſus: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus.* Cap. 2. 8. Miror iam tertio ad viſibilem hunc Sancti Spiritus illapſum recurriſſe. Sunt ergo illa Sponſi verba fauſta omnia apprecantis Eccleſiæ: hæc contrà Eccleſiæ ſunt, cum Verbi votis vota ſua coniungentis, quod ſyncere amantium eſt: quibus mire ſignificatur ea voluntatum conſenſio, quæ honeſtum in Sponſis amorem maximè commendat, quali hic ſtatu deſcribuntur, cum omnis vtriuſque affectus, poſt decurſum ſtadium votorum felicem, prope eſt vt metas contingat. Tunc enim ſpe proxima contingendi præmium, quod inuitat, animos faciente, vires intendi ſolent; quemadmodum cum lapis de ſublimi centrum petit, nouis ſemper viribus auctus, eo properat magis, quo propius quietem odoratur.

Matth. 28. 20.

Ioan. 14. 18.

Cant. 2. 4. Ibid. 8

Eccleſia vota ſua cum verbi votis coniungit.

Grauia quo propiora cẽtro velocius incitantur.

V.

Neq. id ineptum putabis ſi vim verborũ expendas Quæ cõtinent ardentia vota Eccleſiæ

Quibus aſſenſere tres Diuinæ perſonæ,

In opus incarnationis ſuas conferentes vires.

Eccleſia vero per Mariam extreme diſpoſita.

Per illius os voces ſuas ad Verbum mittit,

De proximo cernens felicitatem ſuam.

Præiuit in hunc ſenſum Guilelmus paruus,

Eccleſiæ flammæ properantis ad Incarnationem.

Tres diuinæ perſonæ operantur incarnationem.

Eccleſia per Mariam vltimo ad incarnationem præparata.

Guilielmus Paruus.

Probabiliſſimum, atque ad ſeriem rerum ſecundum ordinem noſtrum aptiſſimum, ſi dicamus voces eſſe Eccleſiæ, quibus extrema ſignificantur vota, quæ conſequutum connubium per Incarnationem eſt. Quod ſi paulo attentius ſingulorum verborum ſenſum expendas, inuenies ſatis aptè id obſeruatum. Continet enim tota oratio eas affectuum, votorumque flammas, quibus Eccleſia ardere ſe ſentiebat, & ad nuptias properare cum Verbo. Et quidem Deus tempus illud ex æternitate præſtiterat, quo decreuerat Filium ſuum Eccleſiæ in matrimonium per aſſumptam carnem collocare: eoque rerum ordinem direxerat, vt tandem cupito ſe ſpectaculo impleret. Verbum autem, vnius cum Patre voluntatis, & ſenſus, totus in eo erat, vt tandem ſperata gaudia properaret. Sanctus autem Spiritus, tanti connubij Paranymphus, & pronubus, momentum auidus illud exſpectabat, quo aſſentiente Maria Virgine, in illius delapſus ſinum, opus perficeret, ſæculorum omnium maximum. Omnes ergo in vnum contulere vires, quo ad tandem rem tantam perficerent. Eccleſia autem Mariæ Virginis acceſſione aucta, tunc quidem per illam vltimo ad tantum connubium præparata eſt; quid enim illi tanta Virginis Sanctiſſimæ merita non conferrent? Is illius nuptialis ornatus fuit, dignus Sponſi Verbi maieſtate, quem nec reijcere poſſet, nec magni non facere vellet. Cum ergo dicit: Veniat dilectus meus in Hortum ſuum, per os Virginis ſuas ad Verbum voces mittit, certa non vltra moras trahendas: & quanquam alias eas nuptias ſuſpirabat, ſed non aliter, quam qui, quam longe vident patriam in littore, ex alto ſalutant, adhuc ipſi dubia ſpe fluctuantes, luctantes cum pelago, ventorum turbinibus agitati. Nunc eam in portu ſe nauigare gaudet, & iactis anchoris nauigium firmare audet, nautis, epibatiſque ad proximæ felicitatis adſpectum lætum celeuſma canentibus: vt occinere illud poſſit:

Inueni portum; ſpes, & fortuna, valete.

Nec nos puta primos in eam veniſſe ſententiam, præiuit Guilielmus cognomento Paruus,

Digitized by Google

Voces has aſſerens Maria, Quæ nuncianti Angelo credidit Et credẽs annuit: Parata viſceribus excipere Verbum Sancto Spiritu operante.

Quæ etiam verba ſunt Eccleſiæ per Mariam.

non paruis acumine, pietate, doctrina, quem ex fide docti viri laudo, mihi non viſum. Interpretatur ille totum Canticum de Deipara, quod nos etiam faciemus; hoc autem loco Verbi conceptum agnoſcit; & quidem verba tam pia, tam apta ſunt, vt nefas duxerim quidquam eorum omittere. *Vox geſtientis in partu Virginis eſt: quippe Angelo nuncian-te didicerat, ſe, ad magnum illud pietatis Sacramentum manifeſtandum in carne ſingulariter eſſe delectam, & quaſi Hortum Dei Auſtro perflandam, vt Filium Dei procrearet. Itaque aſſenſum hilariter præbuit. Prædicis, inquiens, ô Angele, vterum meum fore Hortum delitiarum gignendo fructum vitæ, in quo omnis ſuauitas, & omnis ſanitas: neceſſe eſt itaque, vt verus ſit nuncius veritatis; vt, non tantum ſit Dominus meum, ſed etiam vt ſit in me, & carnem ſumat ex me. Hoc cum velle ex verbis tuis intelligo, Fiat mihi ſecundum Verbum tuum: Veniat in Hortum ſuum; veniat dilectus meus, quem deperit cor meum; & veniat in Hortum ſuum, peculiari iure ipſi dicatum. Verbum ex me carnem ſumat: Deus ex me corporetur, & comedat fructum Pomorum ſuorum.* Luc. 1. 38. Et hæc quidem verba ſunt Virginis, ad illapſum ipſe diuini Spiritus, atque ad Verbi ſe conceptum parantis: ſed eadem illa Eccleſiæ verba ſunt, per os Virginis ad nuptialia ſacra properantis: vtpote quæ ad illa iam ſe omni cultu præparatam intelligeret.

VI.

Apte vero in hanc rem ſermo hortenſis vſurpatus, Veniat vero cum dicit, non ſolum orat, Sed ſuo iam iure flagitat, Velut ex æquo agat cum Sponſo, Id autem maxime pertinet ad Virginis dignitatem. Quæ tanti connubij fuit conciliatrix.

VI. **Eccleſia Verbi quodammodo in ius vocat, vt id, cartitionis ope perficiat.**

Maria Incarnationis & connubij cum Eccleſia conciliatrix.

Quam autem aptè ad id ſignificandum Hortenſis vſurpatus ſermo ſit, intelliget, qui meminerit, frequentiſſimum apud ſcriptores eſſe, quæ ſunt agri propria, ad amatoria, ac connubialia transferre: qua de re apud alios multa habes; nobis properandum eſt. Sed, veniat, cum dicit, non ſolum orat: vox eſt non cupientis modo, precantiſque, ſed quodammodo ſuo iure depoſcentis, ac velut in ius agentis ad aſſerendam rem ſuam. Cur autem nunc maxime tam animoſa Eccleſia Verbum quodammodo agat in ius, ea optima ratio eſt. Nam hactenus quidem, nondum nata Maria Virgine, nondum ſatis videbatur ad coniugium parata, nondum digna maritali complexu: nunc, aucta tanta illa dignitate, atque ad ſummum honoris euecta, propter ſingularia Mariæ collata dona, animique nulla fœdati peccati labe, ne originaria quidem, perfectionem, velut ex æquo agat cum Sponſo, audet illum in ius vocare, & ad liberandam fidem olim datam adſtringere. Qui ſenſus maximè pertinet ad ſacræ Virginis dignitatem, & meritorum illius pretium aſſerendum, cui vni ſit datum, vt tanti Verbi cum Eccleſia connubij conciliatrix eſſet; atque ad tantæ rei executionem poſtremam manum adijceret. Vt ex eo tempore deberet illi Eccleſia, quod non ſolum tanto connubio digna eſſet, ſed etiam quod in thalamum aſſumpta Verbi, non iam Sponſa, ſed Vxor eſſet, certa concepta innumeræ prolis ſpe, qua terram cœlumque repleret, ingenti cum laude fœcunditatis.

NOTATIO II.

ET COMEDAT FRVCTVM POMORVM SVORVM.

I.

Sed quid fructuũ nomine intelligitur? Et vero Megadim quid ſit, loco alio diximus, Et poſitũ pro omni hortenſi prouentu, Opera bona fidelium quidam intelligunt, Cum Ambroſio cuius verba hic habes, Quæ facile ab anima transferri ad Eccleſiam poſſunt, Probabile ergo id ſit.

Megadim; pro omni hortenſi prouentu. Fructus Horti fidelium opera. ***Philo Carp. Caſſiodor. Gregorius. PP. Beda. Iuſtus Vrg. Anſelmus. Ambroſius.***

QVÆ ſe agnoſcebat, non iam ſuam, ſed totam Sponſi, ingenua confeſſione ſe totam fatetur illius; & quidquid ex Horto ſuo Fructus exiſteret, vni reſtituit. Duplex autem hic quæſtio eſt; & quid Fructuum ſignificet nomine, & quid Comedere ſit; nam, cum conſtet translatam loquutionem eſſe, ſenſus, qui ſub verbis latet exquirendus eſt. Originalis vocis alio loco vim expendimus, monuimuſque Megadim, quidquid in delitijs eſſe ſolet, generali notione ſignificare: atque adeo loco hoc pro omni hortenſi cenſu accipiendam eſſe, ſiue id ſit ex floribus, ſiue ex fructibus arborum perceptum, quo etiam ſenſu Græcam vocem ſumus interpretati. Et veteres quidem communiter Pomorum Fructus opera fidelium bona, ac laudabilia intellexere Philo Carpath. Caſſiodor. Gregor. PP. Beda, Iuſtus, & Anſelmus, omnes hoc loco. Sed nemo melius hunc ſenſum tradidit, quam Ambroſius, familiari, ſibique propria granditate orationis: Lib. de Bono mortis, Cap. 5. *Quanto hoc pulchrius, quod anima ornata virtutum floribus, Hortus ſit, vel ipſe paradiſum habeat germinantem? In quem Hortum inuitat Verbum Dei deſcendere, vt anima illa Verbi imbre cœleſtis, & eius copijs irrigata fructificet. Verbum autem Dei paſcitur anima virtutibus, quoties obedientem ſibi, & optimam inuenerit; & carpit fructus eius, atque his delectatur.* Et quanquam Ambroſius per tropologiam id ad fidelem animam transfert, nihil id obſtat, quin ad Eccleſiam applices, cuius per ſuos opera ex virtute perfecta Fructus ſunt, ad quos Verbum inuitat. Probabile id eſt, & facile intellectu, nec ineptum huic loco ſecundum interpretationis noſtræ ſeriem.

II.

Sed aptius fructus Electos eſſe dixeris Cum Guilielmo paruo,

Guilielmus. Electa fructus Horti Eccleſia.

Sed aptius multo, quod idem ille ſuperiore Not. laudatus Guilielmus, indicat, Fructus hoſce Electos eſſe, id eſt, Eccleſiæ ipſius ex Verbi complexu conceptos filios, ac felici partu editos in generis Regij ſpem. Verba illius poſui, quæ ſermone quanquam haud ſublimi ſublimes continent ſenſus, & huic loco aptiſſimos. *Comedat Fructum Pomo-*

rum

Qui Verbo incorporati per gratiã, Et vniti vti cibus comedenti. Quod per incarnationem eſt factum.

Chriſtus ſibi per incarnationẽ incorporauit Electos. *Rom.* 8.9. In virginis vtero facta Electorum incorporatio cũ Chriſto.

rum ſuorum, vt in corporet ſibi Electos ſuos; hac enim Incarnationis eſt cauſa. Extra ipſum non eſt vita, non eſt ſalus: per ipſum ita eſt ſalus, vt non ſit niſi in ipſo: ipſi ergo incorporentur, vt ſaluentur, quos Deus ad ſalutem preordinauit: hoc eſt ipſi vinantur, tanquam cibus comedenti; in ipſum ſic tranſeant, vt membra fiant, & de ſpiritu eius viuant. Si quis enim ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt Chriſti. Id autem quo pacto ſit factum per Incarnationem, mox dicit. *Sane in vtero Virginis per humanæ aſſumptionem ſubſtantiæ factus eſt caput Eccleſiæ, quæ in hominibus eſt, Ibi Comedit Fructum Pomorum ſuorum; ibi in corporabit ſibi Electos ſuos; ibi traijciet eos in ſe, vt non in ſe ipſis, ſed in ipſo viuant.* Hæc Guilielmus.

III.

Nomine vero Electorum eos accipio Qui con corporei Chriſto ſunt facti Nec ſolos eos qui baptiſmo luſtrati, quod placuit Ambroſio. Sed omnes qui per fidem viuã Chriſto coniuncti ſunt, Ideo infideles myſtico occidendi, vt comeſtione mutētur, Ea Diaboli ars qui electo cibo gaudet, Sed multo magis Chriſtus, vt in ſe tranſmutet, Et omninò perficiat. Et ex noxijs cibis ſalutares reddat, Id officium ergo exigit ab eo Eccleſia,

Ambroſius. Qui fide viuæ in filios Dei cõputantur Electi hic ſunt.

Actor. 10.13. Infideles occidendi & comedendi vt in alios mutentur. *Heb.*1.16. Diaboli cibus electus, item & Chriſti, ſed diſcrimen grande. *Gregor.PP.*

Ioan. 4.34.

Ioan. 4.32.

Paucis verbis quam multa, quam grandia, quam ſublimia complexus eſt! Multum illi debemus, qui tam aptè ad interpretationis noſtræ filum verba temperauit. Fructus hi, ad quos Eccleſia Verbum inuitat, ſunt Electi; eos omnes intellige, qui, per Chriſti merita, concorporei illius ſunt facti, quibus vis illorum aliquando applicata eſt, vt, dimiſſa culpa omni, in filios Dei computarentur. Et quanquam Ambroſius viſus ſit, ad ſolos Baptiſmi lauacro ablutos arctare lib. 5. de Sacram. Cap. 3. dicens: *Gaudet Eccleſia redemptione multorum, & adſtare ſibi familiam candidatam, ſpiritali exſultatione lætatur; læta inuocat Chriſtum, paratum habens conuiuium, quod dignum cœleſti epulatione videatur,* ideoq; ait: *Deſcendat dilectus meus in Hortum ſuum, & comedat:* tamen neceſſe non eſt ſolos intelligere baptizatos, ſed generatim ad omnes Eccleſiæ filios extendere, quicumque per fidem in Chriſtum caritate viuam in filios Dei cenſentur. Eadem forma loquendi dictum ad Petrum eſt; *Occide, & manduca* θῦσον *macta, ſacrifica.* In cuius rei fortaſſe figura olim hoſtiæ pars Sacerdoti obueniebat in cibum. Qui ergo infidelitati viuunt, occidendi ſunt, atque in ſtomachum inferendi Eccleſiæ, vt coctione, ac digeſtione mutentur. Et de diabolo dictum ſub ſchemate Gentis Chaldæorum: *cibus eius electus.* Hab. 1.16. Nauſeat ſcilicet ad communes ac plebeias dapes, ſolumque delectatur exquiſitis. Quod Greg. lib. 32. Moral. Cap. 10. interpretatur. *Neque enim eos ſe gaudet rapere, quos prauis, ac ſordidis actionibus implicatos, in imis ſecum reſpicit voluntarie iacere.* Quod ſi ea natura Diaboli eſt, quid Chriſtus faciat, cuius delicatius eſt palatum, & exquiſitior cibus placet? Sed id diſcrimen eſt grande: quod Diabolus cibo delectatur electo, vt traiectum in ſtomachũ perdat, tranſmutetque in interitum: Chriſtus delectatur Electis, vt in ſe tranſmutatos perficiat; ac in diuinam naturam mutet. Quin ea vis viſcerum Chriſti eſt, vt & noxios alioqui cibos, ac mortiferos, in ſalutares reddat, atque emendata, aut commutata natura, nobilitet, vt iam inter electos computentur. S. D. E. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Ioan. 4.34. Et paulo antè, cum à Diſcipulis inſcientibus, & adhuc myſterium ignorantibus rogaretur vt parum ſumeret cibi, *Ego,* inquit, *cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.* Ioan. 4.32. Cum ergo ab Eccleſia rogatur, vt in Hortum veniat, ſeque maturis expleat Fructibus, ad hanc legitimam Eccleſiæ filiorum manducationem inuitatur.

IV.

Comedendi autē verbum etiam digeſtionē ſignificat, Sic quidquid comedit Chriſtus in ſe tranſmutat. Nec ſine ingenti comedit voluptate. Id factum per incarnationem, Qua caput hominum conſtitutus, Vt in omnes influeret gratiam. Fuit ergo Virginis vterus cœnaculũ Chriſti, In quo delitioſiſſime epulatus eſt.

Comedere etiã digerere eſt. 2.*Cor.*15.

Chriſtus per incarnationem caput omniũ conſtitutus, á quo influxus in mẽbra. *Guilielmus.*

Virginis vulua Regium cœnaculum Chriſti.

Hinc, prima explicata quæſtione, ſecundam expedire poſſumus, de ſignificatu vocabuli Comedendi, quo non manducatio ipſa ſolum, ſed & traiectio in ſtomachum, & cōuerſio in ſubſtantiam propriam omnino ſignificatur, quod magno ciborum fit bono; *vt, qui viuunt, non iam ſibi viuant, ſed ei,* quo comedente, & digerente, naturam nobiliorem, ac omnino diuinam induêre. Nam cum omnis in Chriſto ſit ſpiritalis vita, & ſenſus, & natura, vt quid per myſticam hanc comeſtionem vnierit ſibi, ac, vt ita loquar, concorporauerit, iam vita illius viuit, & ſenſu intelligit, & natura nobilitatur. Habet ergo Chriſtus dum hiſce paſcitur cibis, ſuam in guſtandis dapibus voluptatem. Quemadmodũ .n. nihil illi optabilius fuit, quam vt de ſinu delapſus Patris humanã carnem indueret; ita nihil dulcius, ac ſuauius, quã vt hiſce cibis paſceretur, qui omnino incarnationis fuit finis, id autē totũ incarnatione peractũ eſt; per illam .n. Chriſtus caput hominum conſtitutus eſt, vnde arcanis influxibus motus omnis, & ſenſus in omne corpus Eccleſię deriuatur. Sicut .n. Adã (ait Guilielmus) *quãdo præuaricatus eſt, contaminauit omnes, ex ſe carnaliter naſcituros; ſic & Chriſtus, quando de Virgine incorporatus eſt, incorporauit ſibi omnes, non fictè credituros.* Sic eius ex noſtri generis fœmina Incarnatio, noſtra in eum traiectio eſt. Itaq; virgineam vuluam cœnaculum Regium eſſe exiſtima, in quo Eccleſia Sponſa Verbo Sponſo geniale conuiuium inſtruit, de Horti ſui Fructibus, quibus libentiſſime eum veſci non ignorat. Id autem magno eiuſdem bono eſt factum, ex eo enim momento ſenſit filiorum ſuorum naturam in nobiliorem mutatam, vt iam Regiæ, aut potius Diuinæ ſtirpis rami eſſent, pulcherrimis pomis onuſti.

EX VERSV I.

VENI IN HORTVM MEVM SOROR MEA, SPONSA; MESSVI MYRRHAM CVM AROMATIBVS MEIS; COMEDI FAVVM CVM MELLE MEO; BIBI VINVM MEVM CVM LACTE MEO: COMEDITE, AMICI, ET BIBITE, ET INEBRIAMINI CARISSIMI.

COMMENTARIVS.

PAucis verbis tota œconomia comprehenſa eſt. Conceptio, & natiuitas, qua factum eſt, vere vt conſanguineus Eccleſiæ factus ſit: ideo illam vocat Sororem. Vita per multos labore, ac tribulationes acta, ad mortem vſque acerbiſſimum, ſed libentiſſime tamen tot exantlatis laboribus, atque acerbitatibus nobilem. Id Myrrhæ atque Aromatum Meſſe ſignificatum eſt: quin in Metendi ipſo vocabulo earum anxietatum velut torrens rapidus: In Faui Melliſque Comeſtione Reſurrectio ex mortuis continetur, qua rediuiuus de ſepulchro tranſactorum laborum præmium cæpit percipere; quoad quidquid meritus erat recepturus in cœlo, terras relinquens, ſinu Patris exceptus eſt, gloria illa donatus & Regno, quo per tormenta & vulnera; & cæteras indignitates properauit. Id Vini potu largo, & Lactis ſignificatum eſt. Nec ſolus tamen regnare voluit, etiam familiares, & Amicos ad ſympoſij gaudia inuitat; & ad calicis communionem non parcam illam ſed liberalem, aduſque ſummam Ebrietatem; Quod non magis ad gloriæ participationem, vſque ad ſummas delitias, quam etiam ad laborum tolerantiam, vſque ad ſaturitatem referendum eſſe contendimus. Atque hæc Verbi ſunt Verba non paſſi ſe diutius rogari, aut exſpectari. Eccleſia dixerat: Veni, quaſi abſentem adhuc & tardantem ſuſpiraret: Verbum reſpondet: Veni, quaſi antequam ipſa primum verbum protuliſſet: votorum feciſſet compotem. Tam prompto affectu paratus ad benefaciendum eſt; & vbi Eccleſiæ vota contendunt, tam propero curſu factis contendit & ipſe.

ENARRATIO.

E*T tu*, inquit, *vt in Hortum tuum veniam, oras; illius me voluptatibus impleturus, id eſt, id cupis, vt promiſſis me tandem exſoluam, quamque, & amantem per natura legem, amore meo dignatus ſum; & per Moſis legem ſponſam elegi, pleno connubiali, ac legitimo iure, Vxorem in domum ducam per humana natura ſuſceptionem. Vide, quam pronis inte rapiar ſtudijs: Tu, vt Veniam, oras; ipſe dum loqueris, nec exſpectato ſermonis fine, fauorem impendi: ac corpore mihi humano circundato, homo inter homines apparui. Conceptus de Virgine Matre; Spiritus mei operante virtute, tacitiſque auctibus creſcens, me orbi in conſpectum dedi. Ea Nuptia fuere iuſta; tuque hactenus Sponſa, ſoror eſſe communione ſanguinis cæpeſti. Nobile nomen & diuina congruum dignitati, in quam ſcilicet euecta es. Vixi inter homines homo, inter miſeros miſer. Multa tuli, geſſique, aduerſa pertuli, ſudore ſæpe madidus, labore fatigatus, fame ſitique vexatus, dura à mea gente perpeſſus, à quibus*

pro

pro beneficijs indigna retuli, ad mortem vſque per ſummos cruciatus, & ignominias infamem, ſanguinis prodigus, famæ negligens, opprobrijs ſatur. Sed omni peracto œconomiæ meæ curſu, de ſepulchro rediuiuus excitatus ſum; vt, qui morte mortem opreſſeram, vita, haud vltra moriturus, morituros homines ad immortalitatem inuitarem; & ſcelerum vindex, & gratiæ author, ſupererat vt eo redirem, quo me non minus merita mea, quam Patris vocabat voluntas. Subij ergo orbe plaudente, Angelis pompam ducentibus, cælum; atque ad Patris dexteram non inferiore exceptus ſede, cæpi regnare: æternæque felicitatis accumbens menſæ, nec ſolus paratis delitijs fruerer, amor me tuus coegit. Et quia nondum tempus erat triumphi, cum acres te diuturnæ maneant, pugnæ, filijs tuis meiſque Amicis, qui iam ſæculo perfuncti, partem gaudiorum impertij, haud parcus, aut auarus inuitator. Et erit, cum te tuoſque, poſtquam labore multo, & acribus pugnis exercitos probauero, in Regnum recipiam. Nunc te illoſque ad dura & acerba para: nam & prælium victoria, & hanc triumphalis manet corona.

NOTATIO III.

SVM.COM.

VENI IN HORTVM MEVM.

I. *Nexus cum ſuperioribus. Veni præteriti eſt temporis, In quo quidam errauere,*

Caſſiodorus. Villeramus. Angelomus. Alij. Veni, hic præteriti temporis verbum. *Philo Carpb. Iuſtus Vrgel.*

FAcilis horum cum ſuperioribus nectendi ratio eſt; inuitauerat Eccleſia Verbum, hactenus ſolum Sponſum ad Horti ſui delitias deguſtandas: ideſt, ad properandam Incarnationem. Annuit illius votis Verbum, & cum nondum ille preces finiſſet, quidquid, non tam verbis expreſſerat, quàm votis deſignarat impleuiſſe ſe dicit. Ad nexum hæc pertinent: ad textus ſynceritatem id quod à pleriſque eſt obſeruatum, & à nobis alio loco, Veni, præteriti eſſe temporis, non imperatiuis modi verbum. Quo magis mirum eſt, Philonem Carpath. legiſſe: Ingredere in Hortum meum Soror mea: quemadmodum ne ſolus eſſet, legit Iuſtus Vrgel. Cum in fontibus prima ſit præteriti temporis perſona, & id graue 72. & reliqui Latini habeant. Fortaſſis ex æquiuoca latina voce, qua vtrumque ſignificamus, natus error; quem alius conſequutus eſt: arbitrantur enim Sponſam inuitari ab Sponſo in Hortum ſuum, quaſi ſenſus ſit: Tu quidem me in Hortum tuum vocas, vbi me ad ſatietatem delitijs paratis impleam. At contra oportunius eſt, vt te ipſe inuitem, atque ad Horti mei voluptates guſtandas prouocem. Sed nec vera id lectio patitur, nec ordo rerum ipſe, ac decorum perſonarum. Quis enim credat ſyncere, atque ardenter amantem, inuitatum ab ea, quam depereat, beneficium contemnere, ſuaſque ipſius voluptates præhabere oblatis, atque ad eas Sponſam vocare? Non id amantibus ſolitum.

Ex æquiuoca voce qua etiam imperamus.

Hinc alius natus de ſenſu error,

Quaſi Sponſus Sponſam ad ſui hortum inuitet.

Vere amans inuitatus ab amato beneficium non contemnit.

II. *Sed quidam aduentum hic per gratiam agnoſcunt. Haud apte, cum diu ante eo modo veniſſet Deus, Licet de affluentia gratiæ accipias. Aliorum ſenſus nec aptior.*

Chriſti per gratiam aduentus ad Eccleſiam.

Aduentus Chriſti per donorum affluentiam.

De ſenſu non vna ſententia eſt. Plerique hæc accipiunt de Chriſti in Eccleſiam ſuam *aduentu* per gratiam, ſecum ferentis ſymbolum in conuiuium. Sed non explicant, quando, aut quomodo, aut vnde tandem adueniat; & quare nunc maximè illa poſtulet, vt *veniat*; & is *veniſſe* ſe dicat: cum ſub omni ſtatu Eccleſiæ cum illa ſemper per gratiam ſit, quin diſcedat. Et ſi hæc ad Chriſtianam referant, poſtquam ſemel ad illam per Incarnationem venerit, nunquam diſceſſerit, vt *venire* dicatur iterum. Quod ſi de affluentia aliqua donorum, quorum ſæpe largitione ad Eccleſiam, vel animam venire Deus vtcumque dicitur, accipere velint, oportuerat indicare, quid illud fuerit, aut quando geſtum; quod illi minimè faciunt. Quidam interpretantur: Deſcendi in Hortum tuum; poſtquam autem vidiſſem lætiſſimè germinantes ſtirpes, & vbere ſe virtutum oſtentantes fructu, probaui opera tua, atq; laudaui. Sed & id leue eſt, vt ideo dicatur deſcendiſſe, cum opera bona nunquam Eccleſiæ defuerint, quæ à Deo probarentur, velut ad normam virtutis exacta.

III. *Ergo hic aduentũ per incarnationẽ agnoſcamus. Qui ſenſus & grandis eſt & ſeriei accommodatus,*

Cæſarius. Athanaſius. Aponius. Rupertus. Chriſti aduentus ad Eccleſiam per Incarnationem.

Præſtat, quod in Commentario indicatum eſt Aduentum hunc ſeu deſcenſum in Hortum, Verbi cum Eccleſia per Incarnationem coniunctionem interpretari, quæ ſententia nõ malos habet Authores Cęſarium Nazianzeni fratrem Dial. 3. apud eundem, Athanaſium in ſynopſi, Aponium, ac Rupertum: qui ſenſus & granditate ſua ſe probat, & apta cum proximis, quæ antecedunt, quæque ſequuntur, connexione: &, quod caput eſt, ſi totius interpretationis noſtræ ordinem, conſequentiamque conſideres, affirmare minimùm cogere, ſatis accommodatè dici: quod poſtquam cætera, quæ hoc Commate dicun-

Digitized by Google

Cum ea ratione hactenus non veniſſe ſit dictum.

Alioqui is aduentus cæterorum origo eſt.

Ideo hactenus humana membra nō tributa Sponſo.

Nunc in ſingulis laudatur.

Sit ergo certum hic de Incarnatione eſſe ſermonem.

dicuntur, expenderimus, planius fiet. Sic certè ſatis aptè omnia quadrant: nam optimè intelligitur, cur nunc maximè Veniſſe ſe dicat, cum ea ratione nunquam antea veniſſet ad Eccleſiam ſuam, in ſua ſcilicet perſona, & carne ex eadem illa Eccleſia in vnitatem vnius perſonæ ſumpta: immo is ſimpliciter Verbi Aduentus dicitur, nec, abſolutè ſi profetas, alius intelligitur. Eſt enim is cæterorum origo, & caput, cum non aliunde, quam ab eo vim habeant, quam ab Incarnatione Verbi participant. Quidquid enim gratiarum, ſiue ad illuſtrationem mentis per cognitionem, ſiue ad voluntatis affectum per pios motos pertinet, (qua ratione accedere ad Eccleſiam ſeu animam Deus ſolet) Incarnationem ipſam Chriſti, eiuſque per illam merita fontem agnoſcit. Accedit ad id firmandum argumentum validum, nunquam hactenus de illius Aduentu quidquam dictum. Hic primum Veniſſe ſe dicit, nec alias dicit: quod certè non ſine cauſa factum eſt. Poſtrema & ea coniectura non eſt leuis, ex hoc iam loco, quod nunquam hactenus factum eſt, Sponſo humanum corpus, & membra tribui, & in illius laudes Eccleſiam diffundi, à capite ad pedes vſque; quo ſatis intelligimus, iam Sponſum non ſolum Deum eſſe, ſed Hominem. Ponamus ergo loco hoc Veniſſe ſe in Hortum ideo dicere, vt Incarnationis ſe opus iam perfeciſſe inſinuaret: quo tot ſcilicet & deſideria illius, & Eccleſiæ vota ab initio mundi cucurrère.

Incarnatio cæterorum donorum fons.

Chriſto non ante hoc caput humana membra tributa.

IV.

Sed cur rogatus vt veniat, ſe iam veniſſe reſpondet?

Non vult diutius ſpem ſuſpendere.

Ideo vocatus ſtatim adeſt.

Rei ordinem expende.

Præceſſere vota Eccleſiæ per Mariam.

Quibus futuram felicitatem prouocabat.

Maria autem inſcia ſuæ ſortis

Suæ ſibi felicitatis artifex erat.

Annuit nuntianti Angelo, & annuntiatum verbum impleuit.

Sic in hortum Eccleſiæ venit Sponſus.

Tunc nouis maritis plauſit creatura omnis.

Inde maritos aliæ aliam cura ſollicitant.

Sed quid cauſę eſt, quod, cū proximo cōmate inuitatum dixerimus ab Eccleſia ad opus Incarnationis perficiendū, quo ſatis ſignificatū eſt, nondū factū; cū, qui venite, rogatur, ſi nōdum veniſſe, ſit certū, cōtra reſpōdeat ille, nō quidē venturū eſſe ſe, ſed iam veniſſe? Obſeruauere pleriq; id ad benignitatē Verbi pertinere, qui non ſinat amplius Sponsā ſpe futurorū lactari, & quaſi dubia adhuc felicitate ſuſpendi. Satis multū interiectū moræ, ſatis probatam fidem, exercitam ſpē, caritatē ſtimulatā Eccleſiæ. S. D. E. *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet: Ecce adſum.* Iſai. 58. 9. Sed ordinem mihi, quo res eſt geſta, conſidera, videbis, quam verè dicantur hæc. Extrema Eccleſiæ vota per Mariam Virginem, quæ iam tunc in Patronam initiabatur Eccleſiæ, expreſſa ſunt; cum illa tacitis mouentis interius Sancti Spiritus afflatibus in rei tantæ expectationem defixa, incitari ſibi deſideria ſenſit, & exundante à corde in ora (velut agitati pelagi fluctus in littus exundant) vi illa, qua inſolito motu mens æſtuabat, ardentiſſima prece, ac toto votorum impulſu futuram ſæculi felicitatem vrgebat. Fuit is ſcilicet velut extremus impulſus, quo arietauit in murum, prioribus quaſſum, vt tandem dirueret, dirutoque pacem inter cœlum, & terram fœdere ſtabili prorſus firmaret. Et illa quidem, quę illa tā felix Mater futura eſſet, de cuius càrne, carnem circūdaturum ſibi verbum erat, ignorabat: inſcia ſcilicet, quantam ſibi felicitatem per vota, ac preces acciret: &, neſcia ſuæ ſortis, ſuæ ſibi fortunæ artifex erat. In eo ergo votorum feruore Angelus adſtitit, &, Dei ex nomine ſalutatam, futuri per eam myſterij factam conſciam, ad aſſentiendum impulit: & illa, futurum id certa ſine vlla integritatis labe, *Ecce*, inquit, *Ancilla Domini fiat mihi ſecundum Verbum tuum.* Luc. 1. 38. Quaſi diceret: *Veniat dilectus meus in Hortum ſuum.* Quo vix edito reſponſo, delapſus de ſinu Patris Dei Filius, arcana vi diuino Spiritu intus omnia properante, momento eodem factus eſt homo, vt diceret: *Veni in Hortum ſoror mea.* Atque hæc illa Verbi feſtinatio fuit, cum vix antè conſenſum Virgo præſtaret, quam inſe ſe & Spiritum Sanctum virtute delapſum, ad articulandum corpuſculum; & Verbum, ad vniendum illud ſibi, ſentiret. Plauſit tunc cœlum, plauſit & terra, nouiſque iam nuptis Verbo, & Eccleſiæ Epithalamium creaturæ omnes cecinēre; fauſtiſque apprecationibus fauere maritis. Pacem æternam, amorem mutuum, numeroſam ſobolem apprecatæ. Pacem, quam nullæ ſimultates turbarent; amorem, quam nulla tædia corrumperent; ſobolem, quam nulla ſtellarum, nulla frondium multitudo, nullus arenarum numerus poſſet æquare. Atque ex hoc iam tempore Verbum, Eccleſiamque velut maritos, aliæ curæ ſollicitant, alia ſtudia vocant, vt ſuis infra locis obſeruamus. Hinc intelliges cur nunc primum Sororem vocet, carnis humanæ ſcilicet cognatione ſibi recentiſſimè per Incarnationem coniunctam.

Verbum Eccleſia ſpem diu nō ſuſpendit

Iſai. 58. 9.

Extrema Eccleſia vota per Mariam.

Epheſ. 2. 14.

Luc. 1. 38.

Ad Mariæ aſſenſum delabitur in eam Verbū momento eodem.

Plauſus creaturarum in incarnatione.

NOTATIO IV.

I.

Mirum Dramatis artificium.

Vnde tanta ſententiarum varietas.

MIro totum hoc drama compoſitum artificio, & alias monitum eſt à nobis, &, tametſi tacuiſſemus, ex hoc ſatis loco clariſſimè monſtraretur, quo paucis admodum verbis & multa, & magna myſteria comprehenſa ſunt, & ſub corticis vmbra diſſimulata, vt non, niſi magna face admota, ſpectari ſe ſinant. Eo factum, vt Interpretes ſententijs diſtracti ſint; & quidem, quantum ad doctrinę veritatem ſpectat, pulcherrimis;

ad

Nam myrrham quidam mortificationem, aromata virtutes accipiunt,

Myrrha Mortificatio, aromata virtutes reliquæ. *Nyſſenus.* *2.Cor.1.9.* *Theodor.* *Tres Patres.* *Ambroſius.*

ad nexum, cohærentiamque fortaſſe minus aptis. Nam *Myrrham* quidam interpretantur. *Mortificationem, Aromata* verò *virtutes reliquas*, quas Chriſtus *Meſſuiſſe* ſe dicat, id eſt, velut Horti ſui fructus percepiſſe. Adducit autem Nyſſenus in exemplum Paulum, qui & quotidie ſe mori fatebatur, dicebatque: *Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita, vt tæderet nos etiam viuere: ſed ipſi in nobis metipſis reſponſum mortis habuimus: vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos.* 2. Cor. 1.9. Sic, præter Nyſſenum, Theodoretus, tres apud illum PP. & Ambroſius, lib. de Sacram. Cap. 5. & lib. de Bono mortis Cap. etiam 5. Probabile id eſt, & ſequuti de Recentioribus quidam, nec indocti. Sed parum id eſſe videtur ad huius loci arcanam ſententiam: nam nec hi Authores cauſam aſſignant, cur nunc maximè *Mortificationis*, & *Virtutum aliarum* fructus Chriſtus ſe percepiſſe dicat: cum non ſine cauſa id fuiſſe dictum, ſatis conſtet, ex toto orationis ductu. Aliquanto aliter alij, non virtutes ipſas; ſed virtutibus inſtructos *Fideles* agnoſcunt; qui ſcilicet per carnis mortificationem ad perfectionem contendunt: quæ ſententia eodem cum præcedenti cenſu numeranda videtur, ob eandem cauſam.

Id probabile eſt ſed ad ſenſum nō ſatis.

Alij fideles intelligunt, eadem probabilitate.

Fideles ad perfectionem contēdentes, per myrrham ſignificati.

II.

Sed verum ſenſum indicauit Cyrillus Ieroſ. *Sed indicauit tātum,*

Cyrillus Ieroſ.

Sed digitum in verum ſenſum velut in fontem intendit Cyrillus Hieroſolim. Cat. 13 cui & alij ex parte hæſere, qui *Myrrha Chriſti Paſſionem* ſignificatam arbitrantur. Intendiſſe digitum in fontem, dixi, non ſequutum per ſecretos ductus fluentem aquam. Nam, ſi verborum ſenſum explere velimus, omnem Chriſti vitam, ad mortem vſque laboribus multis exercitam, atque anxietatibus diuexatam, intelligemus. Cur enim hæc ad ſolam mortem, aut ſepulturam, (quod & Philoni placuit, & Ruperto) referamus, cum omnis Chriſti vita continua quædam paſſio fuerit, cauſa nulla eſt. *Myrrha* ergo quidquid durum, ſiue naturæ ipſius humanæ conditione, ſiue hominum improbitate perpeſſus eſt Chriſtus, intelligamus. Natus temporum iniurijs, frigore, nuditate pauperie vexatus eſt; ac vix dum vtero Matris editus, Herodis inimicitijs petitus eſt, & inſidijs, vt fugere in Ægyptum, nondum pedibus ingredi valens, cogeretur. Grandior factus, quid non à ſuis, & alienis paſſus? Quot regiones pedibus peragrauit, ſudore ſæpe madidus, laſſitudine fatigatus, fame, atque inedia marcidus? Quot hominum improborum, ſæpe & eorum, qui optimi habebantur, indignitates pertulit; alijs clam arrodentibus famā, alijs palam opugnantibus doctrinam, ac in inuidiam Iuſtum per ſummam iniquitatem vocantibus? ſubſequuta laborioſam vitam acerbior mors, per ſummam ignominiam, ac dolores acta, vt nulla ſupereſſet corporis, ac, quod multo eſt magis, animi pars, quam non vel extremi cruciatus differrent, vel angoreſque, anxietateſque diuexarent.

Myrrha ergo Chriſti ſit vita,

Philo: *Rupertus;* Myrrha quidquid aduerſum Chriſtus eſt paſſus.

Anxietatibus multis ſemper renata,

A natiuitate ipſa ad mortem,

Chriſti laborum anacephaleoſis.

Eamque acerbiſſimam & ignominijs plenam,

III.

Id ſignificatum metendi verbo, *Quanquam myrra non meti ſed incidi ſolet.* *Sed Chriſti caro inciſa gratia manauit fluentis.* *Nec ſtillauit ſolū,* *Sed vſque ad radices exciſa eſt,*

Laborum inundatio per meſſē ſignificatu.

Hanc autem vberrimam laborum ſegetem *Meſſuiſſe* dicit ſe, vt eam ipſam inundantiū molem fluctuum, quibus iactatus, vexatuſque eſt, ſignificaret. Et quidem ſolet *Myrrha* non *meti*, quemadmodum fruges ſolent, ſed incidi, vt vulnerato cortice ſtillet ſudor ille nobilis. Si *Metendi* vocabulum ad hanc inciſionem referas, habes imaginem patientis Chriſti, non mortem modo, per quam, corporis inciſo cortice locis pluribus, ſanguinem, velut *Myrrha ſuccum*, non guttatim ſtillauit, ſed largè manantibus riuis decurſu pleno emiſit: ſed & cæteras vitæ anxietates, quibus quodammodo eius ſanctiſſima caro vulnerata, gratiæ ſalutaris manauit fluentis. Nec inſolitum *Metendi* in eo ſignificatu vocabulum, quemadmodum loco alio comprobauimus. Sed præſtat preſſius ſumere, vt ea vis laborum, dolorumque intelligatur, qua factum eſt, vt nobile virgultum, non ſtillaret inciſum modo, ſterilibus ſudans guttis, ſed radicum tenus, acerbitatum falce cæſum, concideret, Id *Metendi* vocabulo ſignificatum eſt. Nam, quæ demetuntur falce fruges, ad radices præcedi ſolent, nihil vt iam ſuperſit iterum incidendum. Tunc ligantur in manipulos, qui alij ſuper alios accumulati, aream ſubeunt conterendi, atque in flaua frumenta hominum vſibus aceruandi. *Metendi* ergo hanc *Myrrham* tota vita tempus fuit; in manipulos ligata Caluariæ montem, tanquam aream, ſubijt, omnibus ventis expoſitam, ruſticorum hominum pedibus conterenda, donec omnem fructum exprimerent; Vnde mortalibus & ad ſalutem medicamenta, & ad vitam cœleſtem alimenta præberentur.

Chriſtus velut myrrha inciſus gratiam ſtillauit.

Bom. Drammat. c.5. not.4. nu.2.

Chriſti caro nō modo inciſa, ſed demeſſa.

Quemadmodum meſſes, quæ falce metuntur,

Sic in Caluariæ aream delata, & contrita eſt.

IV.

Nec caret myſterio, quod 72. trāſlaſtulere, vindemiamus, *Nam laborum Chriſti perpeſſio per vindemiam ſignificata* *In qua Chriſtus calcator ſanguine aſperſus, eſt ſuo, & alieno,*

Nec puto ſine magna cauſa factum, vt Hæbream vocem *Arithi* 72. Interpretes, non *collegi*, aut *decerpſi*, quod vocabulum illud ſignificat: ſed *Vindemiaui*, redderent, huic myſterio deſignando. Quod non improbabis, ſi memineris, quidquid à Chriſto Domino laborum, anxietatumque tota vita, & morte exactum eſt, ſub *Vindemiæ* ſchemate haud ſemel fuiſſe ſignificatum. S. D. E. *Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores oculi eius vino* Gen. 48.2. Et clarius, & ad pompam illuſtrius Iſai. 73.2.3. *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea; & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.* De Paſſione loquitur ſcilicet, tanquam de prælio nobili: ſe autem

Chriſti paſſio per vindemiā intellecta.

Gen 49.2.

Iſ.53.2.

Chriſtus præliator & victor in paſſione.

Digitized by Google

Et quidem neminem ſocium habens. ' *Vnde tota illius gloria fuit ſolius.*

præliatorem ſtatuit, immo & ſolum: ne ſcilicet de illuſtri victoria quidquam Centurio, aut miles decerperet, ac ne illa quidem humanarum arbitra fortuna rerum quæ magnā laudis partem ſibi ſemper arrogat, in illius ſocietatem gloriæ ſe auderet inferre. Sed interim tamen ille, ſuo ipſius tinctus ſanguine, vſque ad extremam ſtillam, morte ſua mortem omnium ſuperauit, ac ſcelera mortalium omnia, innocenti ſparſo ſanguine, deleuit. Id ergo eſt: *Vindemiaui Myrrham meam.*

V.

' *Sed mors Chriſti etiam ſacrificium fuit.* *Ideo & de aromatibus mentio.* *Quæ meſſuiſſe dictus Chriſtus,* *Vt ſacrificij vis ſignificaretur,* *Quo velut falce omnia vetera ſacrificia deleta ſūt,* *Vt omnium vis in vnū conflueret,* *Id ſignificatum à Paulo* *Dum vnius ſacrificij vim expendit*

Chriſti mors etiam ſacrificiū.

Sed quia eadem illa Chriſti mors, & mortis præambuli labores, ac vitæ anxietates, quę amarore ſuo per *Myrrham* ſignificatatæ ſunt, & ſanitate, quam ægris hominum animis intulere, medicam *Myrrhæ* vim ad præſeruanda à corruptione corpora, expreſſere, ſi Deū ipſum, cuius propitiando numini ſeruiebant, reſpicias, *Sacrificij* habuere rationem ſatisfactorij, ac propitiatorij; ideo non *Myrrham* modo *Meſſuiſſe* ſe, aut *Vindemiaſſe*, ſed *Aromata* etiam dicit, quorum ſuauolentia optimè ſuauitas ſignificatur *Sacrificij*, cuius mirifica ſuauitate Deus delectatur. Nec difficile eſt etiam, *Metendi*, aut *Vindemiandi* vocabulum *Aromatibus* accommodare: quibus ſignificari volumus Chriſti in laboribus, ac morte ſubeunda *Sacrificium*: vtrumque enim vocabulum eſt aptiſſimum, ad ſignificandam eius *Sacrificij* vim, quo ſe Chriſtus & Sacerdos, & Victima obtulit Patri. *Meſſuit* ergo *Myrrham cum Aromatibus ſuis*, cum vnica illa oblatione, velut communi falce, vetera omnia ſacrificia deleuit, atque exauthoraui, quin vlla reliqua eſſet ſpes priſtinam authoritatem, ac vim recuperandi. Ea oblationum omnium *Vindemia* fuit; quidquid enim pretij fuit in illis, in vnum crucis torcular translatum eſt, vt omnium in vno vis, velut de multis vineis liquor, colligeretur, magno Patrifamilias offerendum, & in familiæ vſum in Eccleſiæ cellarium inferendum. Atque id eſt, quod altiſſima, & à communi more ſubmota oratione Paulus dixit non vno loco, de vi, ac pretio vnius illius Holocauſti. *Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria* (ἀντίτυπα Diſenos) *verorum; ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis: Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per ſingulos annos in ſanguine alieno: alioqui oportebat eum pati ab origine mundi. Nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum, ad deſtitutionem peccati per Hoſtiam ſuam apparuit. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium; ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorum exhaurienda peccata.* Hebr. 9. 24. De oblatione autem veterum ſacrificiorum, vno pro omnibus ſubſtituto Chriſti Sacrificio, haud minus luculenta oratione. *Superius dicens; Quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur: tunc dixi: Ecce venio, vt faciam, Deus, voluntatem tuam: Aufert primum, vt ſequens ſtatuat, in qua voluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti Semel. Et omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata: hic autem pro peccatis vnam offerens Hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextra Dei; vna enim oblatione conſummauit in æternum Sanctificatos*. Hebr. 10. 8. Ex quibus plane intelliges, quid ſibi Chriſtus idem & *Sacerdos*, & *Victima* vellet, cum omni peracto paſſionis curſu, diceret: *Conſummatum eſt.* Ioan. 19. 20. Epoto ſcilicet aceto, velut extremas calicis guttas ebibiſſet, & veterum ſacrificiorum aduenisse finem, vimque ceſſaſſe omnem; ſeque ſuum Holocauſtum perfeciſſe, cuius vis, vſque ad ſæculi conſummationem duratura eſſet, indicauit. Hoc *Metere*, hoc *Vindemiare Myrrham* fuit *cum Aromatibus ſuis.*

Vnico Chriſti ſacrificio vetera omnia deleta.

Hebr. 9. 24.

Vt minime ſit opus illud iterari.

Nec minus grauiter de veterum abolitione.

Vno pro omnibus Chriſti ſacrificio ſubſtituto.

Hebr. 10 8. Pſ. 39 7.

Id voluit cum guſtato aceto dixit, conſummatum eſt.

Ioan. 19 30. Conſummatum eſt, quo ſenſu dixerit Chriſtus.

NOTATIO V.

COMEDI FAVVM CVM MELLE MEO.

I.

72. Lectio qui pro fauo panem poſuere. *Id quidā de Euchariſtia intelligunt,* *Quia Chriſtus fauus etiam eſt,* *De terrena ſubſtantia & cæleſti coalitus.*

VArietas interpretum facit, vt maxime dubium ſit, quo ſenſu hæc accipienda ſint, maximè ſi 72. Interpretum Lectio retinenda ſit. *Comedi panem cum melle meo.* Quod faciunt Græci omnes Interpretes, & de Latinis non nemo. Ergo nonnullis ea ipſa *Panis* mentio Altaris menſam in memoriam reduxit, in qua Chriſtus, & *Panis* eſt vitæ, *cor hominis confirmans*; & *Fauus* eſt cœleſti prægnans dulcedine ſi carnem ipſam, corpuſque conſideres, *Fauo* ſignificatum aptiſimè, quod de terrena ſubſtantia, & fœculenta materia, maximèque permixta *Fauus* exſiſtat, apum arte fabricatus: ſicut arte Spiritus Sancti de Virginali ſanguine, terreno ſcilicet, in Mariæ vtero Chriſti corpus formatum eſt. *Mel* autem idem ille Chriſtus in Sacramento eſt, diuinitatem ſi conſideres, dulcedine puriſſima animas reficientem. *Mel* enim ros eſt, ſerena nocte, velut quidam cœli ſudor, in flores illapſus; quemadmodum Verbum de ſinu Patris in Florem Virginum Mariam demiſſum eſt. Quæ ſequuntur autem: *Bibi Vinum Meum*, de Chriſti Sanguine in

Altaris ſacrificiū, in quo Chriſtus panis & fauus eſt. Pſ. 103. 15.

Fauus duplice ſubſtantia conſtans, ſic etiam Chriſtus.

Ambroſij hic ſenſus eſt,
Cuius verba le-ctiſſima.
Huius autem conuiuij Chriſtus & cibus & inuitator & conuiua eſt,
Qui in comedentibus etiam comedit,
Id placuit multis de veteribus.

in Altaris menſa conſequenter accipiunt, qui fidelibus abundat ad potum, atque ipſe,& *Lactis* ad nutriendum, & *Vini* ad inebriandum continet vim. Ambroſij vnius pro omnibus verba ſubieci. Lib.5. de Sacram. Cap.3. *Vides, quòd in hoc Pane nulla ſit amaritudo, ſed omnis ſuauitas. Vides huiuſmodi eſſe lætitiam, quæ nullis peccati ſordibus polluatur: quotieſcumque enim bibis, remiſſionem accipis peccatorum, & inebriaris ſpiritu.* Hæc autem ſe *Comediſſe*, ac *Bibiſſe* Chriſtus dicit, quia ijs acceptatione quadam in membris ſuis fruitur, cum illi, membra illius ſcilicet, dignè ſacra hæc Myſteria participant; quemadmodum in illis ſe cibatum, potum, veſtitum, viſitatum, hoſpitio exceptum, aliquando faſſurus eſt. Ipſe ergo & conuiuium,& apparator conuiuij eſt; ipſe inuitans,& inuitatus. Ideò ſubditur: *Comedite, Amici, & Bibite.* Sic poſt myſticam cœnam inſtitutam, Diſcipulis dixit: *Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum.* Et: *Hic eſt ſanguis meus bibite ex eo omnes.* Matt. 26.26. Sic ferme Nyſſenus, Pſellus, Philo, Rupertus, omnes hoc loco. Paſchaſius lib. de Corp. & Sanguine D. Cap.10. Abſalon Abbas Serm. 7. in Nat. D. & Abbas alius Berengoſius, lib. de myſter. crucis;& de Recentioribus quidam,& quidem Docti.

Ambroſius.
Matth.26.26.
Nyſſenus.
Pſellus.
Philo.
Rupertus.
Paſchaſius.
Abſalon Ab.
Berengoſius Ab.
Recentiores.

II.

Probabilis ſenſus, nec ineptus ad noſtrum filum,
Sed obeſt ordo rerum,
Quanquam excuſari poteſt, quod Euchariſtia commemoratio ſit mortis.
Sed alio nos vocat conſequētia interpretationis.
Verum poteſt id ſequi qui volet.

Id probabiliter diſputatur,& non ineptè ad ducendum noſtræ interpretationis filiū, niſi vnum obeſſe videretur, ordine præpoſtero hæc tractari, cum prius Chriſtus Euchariſtiam inſtituerit, poſterius mactatus in cruce fuerit, quod per *Myrrham*,& *Aromata*, quę ſe *Meſſuiſſe* dixerat, intelleximus,& quidam alij eorum, qui loco hoc Euchariſtiam agnoſcunt, etiam intellexere. Id quiſpiam fortaſſe negligat, nec ſine multorum, grauiumque exemplo, qui haſce minutias minimè curare ſolent. Alij non ſine cauſa tranſpoſita arbitrentur: cū Euchariſtia ipſa Paſſionis & mortis Chriſti quædam ſit repræſentatio. Quod ſi id illius eſt proprium, omnis autem commemoratio, eorum, quæ præterita ſunt memoriā reuocet, hanc inſcitè prius Paſſionis in *Mirrha Meſſæ*, poſterius Euchariſtię in *Faui*, & *Mellis Comeſtione*, mentio facta eſt. Subtiliter id inuētum eſt, non ſolide, ſi alioqui, aliter interpretando, ſeriem rerum ipſam, pro vt quidem geſtæ ſunt, poſcis ſeruare. Sed ſi cui hæc placeant, haud ipſe repugnabo: nam & ſenſus grandis eſt, & Cantici dignus maieſtate,& ad verborum ſonum non ineptè accommodatus: facietque Lectio.72. *Comedi panem cum melle meo.* Quos prophetico inſtinctu ſic tranſtuliſſe, quidam volunt; ideoque à ſignificatu immediato vocis originalis ad mediatum, arcanumque tranſijſſe, & digitum in fontem intenderent,& latentis in abdito corticis myſterij admonerent.

Euchariſtia mortis Chriſti memoratio.

72. prophetico ſpiritu fauū mutaſſe in panem quidam putant.

III.

Alij inuitatū ab Eccleſia volunt Chriſtum ad virtutum epulas.
Nec ſatis inter ſeſe de virtutib. conueniunt,
Et Ambroſius varius eſt.
Cuius verba habes,

Contra quidā alij de PP. ac Interpretibus hæc de illo accipiunt conuiuio, quo Chriſtus ab Eccleſia vel fideli anima excipitur, ac reficitur. Menſam cor eſſe ipſum amoris ſedem, dapes virtutum actus excellentes, miniſtras eaſdem virtutes, ſeu potentias potius. Sic Teodor. Tres PP. Gregor. Nyſſen. Ambroſius; alij; quanquam in ratione hæc applicandi ad certas virtutes,& earum opera, quique ferme ſuam ſequutus eſt viam. Nam Theodor. *Fauum*, ſeu *panem cum Melle*, interpretatur opera perfectorū, *Vinum cum Lacte*, imperfectorum actiones, ex virtute adhuc lactente profectas. Nyſſenus refert ad miſericordiæ opera, cui & Ambroſius ſuccenturiatur. Lib. de ijs, qui myſter. init. Qui tamen loco alio, vt qui pro re nata ſcripturæ verbis vtercur, aliter interpretatur. *Deſcendit in Hortum Eccleſiæ, aut piæ anima Sponſus, & fructuum eius ſuauitate delectatus, lætatur; quod inuenerit fortiorem cibum, inuenerit etiam dulciorem. Eſt enim cibus panis quidam Verbi, ac mel, alius vehementior, alius ſuaſorius ſermo. Eſt & fides alia feruentior, vt vinum; alia lucidior, vt lactis ſuccus eſt. Hunc ſuccum Chriſtus epulatur in nobis, hoc poculum bibit & potus eius ſuauitate nos prouocat; vt ad meliora, & optima, ab inferioribus faciamus exceſſum.* Lib. de Iſaac. Cap.5.

Eccleſia Chriſtū inuitat ad virtutum epulum.
Theodoretus.
Tres Patres.
Nyſſenus.
Ambroſius.
Ambroſius pro re nata ſcripturæ verbis vti ſolitus.

IV.

Neque id improbabile eſt,
Si Horti fructus intelligas opera iuſtorum,
Quod probabile arbitrati ſumus.
Sed probabilius Electos intelliges.

Et etiā id probabile eſt,&, ſi ſolā analogiā ſpectes, aptiſſimè dicitur, maxime ſi arcanū ſenſum verborum Eccleſiæ conſideres, quibus Sponſum ad Horti ſui delitias inuitauit. Illa dixerat: *Veniat in Hortum Suum; & Comedat Fructum Pomorum Suorum.* Quod de virtutum operibus ex præſcripto diuinæ legis factis Ambroſius idem accepit, vt Notat. 2. nu. 2. monuimus. Reſpondit ille: *Veniſſe ſe, & Comediſſe Fauum* cum *Melle*. Ex quo ſtatim intelligimus, idem illud guſtaſſe, ad quod inuitabatur ab Eccleſia. Inuitabatur autē ad opera illa virtutum à robuſta iam caritate profecta. Cui id placeat ſequi, licet per nos quidem; habet non malos duces, Quanquam cum eodem illo loco probabilius arbitrati fuerims, nomine *fructus pomorum*, *Electos* intelligi, ex complexu ſcilicet Verbi cum Eccleſia communes liberos, alia nobis ineunda via eſt, ſeriei rerum,& interpretationis conſequentiæ accommodatior, quod præ oculis ſemper eſt nobis.

Ambroſius.

V.

Hic ergo non panem, ſed Fauum agnoſcimus, cum melle.
In eo autem Chriſti poſt paſſionem, reſurrectionem,

Ergo Vulgati authoritatem, atque originum ſenſum ſequuti, hic *Fauum*, non *panem*, agnoſcimus, (nam neque quid cauſæ fuerit, cur 72. *panem*, reddiderint, non *Fauum*, libet curioſius inquirere: niſi à *Placenta*, cui nomen commune cum *Fauo*, ex quorundam ſenſu, ad *panem* tranſiere) In *Fauo* autem cum *Melle*, poſt Paſſionis acerbitates & cruciatus, *Reſurrectionis Gloriam* intelligendam arbitramur. Quod tametſi ſingulare eſt, probabile vt arbitretur prudens Lector, facile nos credo impetraturas. Oſtenderat ſe Chriſtus Diſcipulis rediuiuus, *Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ*

Fauus cum melle reſurrectio Chriſti.
Luc.24.41.

Et quidem neminem ſocium habens.
Vnde tota illius gloria fuit ſolius.

præliatorem ſtatuit, immo & ſolum : ne ſcilicet de illuſtri victoria quidquam Centurio, aut miles decerperet, ac ne illa quidem humanarum arbitra fortuna rerum quæ magnã laudis partem ſibi ſemper arrogat, in illius ſocietatem gloriæ ſe auderet inferre. Sed interim tamen ille, ſuo ipſius tinctus ſanguine, vſque ad extremam ſtillam, morte ſua mortem omnium ſuperauit, ac ſcelera mortalium omnia, innocenti ſparſo ſanguine, deleuit. Id ergo eſt : *Vindemiaui Myrrham meam.*

V.
Sed mors Chriſti etiam ſacrificium fuit.
Ideo & de aromatibus mentio, Quæ meſſuiſſe dictus Chriſtus,
Vt ſacrificij vis ſignificaretur,
Qua velut falcè omnia vetera ſacrificia deleta ſũt,
Vt omnium vis in vnũ conflueret,
Id ſignificatum à Paulo
Dum vnius ſacrificij vim expendit
Vt minime ſit opus illud iterari.
Nec minus grauiter de veterum abolitione.
Vno pro omnibus Chriſti ſacrificio ſubſtituto.
Id voluit cum guſtato aceto dixit, cõſummatum eſt.

Chriſti mors etiam ſacrificiũ.

Sed quia eadem illa Chriſti mors, & mortis præambuli labores, ac vitæ anxietates, quę amatore ſuo per *Myrrham* ſignificatæ ſunt, & ſanitate, quam ægris hominum animis intulere, medicam *Myrrhæ* vim ad præſeruanda à corruptione corpora, expreſſere; ſi Deũ ipſum, cuius propitiando numini ſeruiebant, reſpicias, *Sacrificij* habuere rationem ſatisfactorij, ac propitiatorij ; ideo non *Myrrham* modo *Meſſuiſſe* ſe, aut *Vindemiaſſe*, ſed *Aromata* etiam dicit, quorum ſuauolentia optimè ſuauitas ſignificatur *Sacrificij*, cuius mirifica ſuauitate Deus delectatur. Nec difficile eſt etiam, *Metendi*, aut *Vindemiandi* vocabulum *Aromatibus* accommodare : quibus ſignificari volumus Chriſti in laboribus, ac morte ſubeunda *Sacrificium* : vtrumque enim vocabulum eſt aptiſſimum, ad ſignificandam eius *Sacrificij* vim, quo ſe Chriſtus & Sacerdos, & victima obtulit Patri. *Meſſuit* ergo *Myrrham cum Aromatibus ſuis*, cum vnica illa oblatione, velut communi falce, vetera omnia ſacrificia deleuit, atque exauthorauit, quin vlla reliqua eſſet ſpes priſtinam authoritatem, ac vim recuperandi. Ea oblationum omnium *Vindemia* fuit ; quidquid enim pretij fuit in illis, in vnum crucis torcular translatum eſt, vt omnium in vno vis, velut de multis vineis liquor, colligeretur, magno Patrifamilias offerendum, & in familiæ vſum in Eccleſiæ cellarium inferendum. Atque id eſt, quod altiſſima, & à communi more ſubmota oratione Paulus dixit non vno loco, de vi, ac pretio vnius illius Holocauſti. *Non enim in manufacta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria* (ἀντίτυπα Diſenos) *verorum ; ſed in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per ſingulos annos in ſanguine alieno : alioqui oportebat eum pati ab origine mundi. Nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum, ad deſtitutionem peccati per Hoſtiam ſuam apparuit. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium ; ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorum exhaurienda peccata.* Hebr. 9. 24. De oblatione autem veterum ſacrificiorum, vno pro omnibus ſubſtituto Chriſti Sacrificio, haud minus luculenta oratione. *Superius dicens ; Quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur : tunc dixi : Ecce venio, vt faciam, Deus, voluntatem tuam : Aufert primum, vt ſequens ſtatuat, in qua voluntate ſanctificati ſumus, per oblationem corporis Ieſu Chriſti Semel. Et omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata : hic autem pro peccatis vnam offerens Hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextra Dei ; vna enim oblatione conſummauit in æternum Sanctificatos*, Hebr. 10. 8. Ex quibus plane intelliges, quid ſibi Chriſtus idem & *Sacerdos*, & *Victima* vellet, cum omni peracto paſſionis curſu, diceret : *Conſummatum eſt.* Ioan. 19. 20. Epoto ſcilicet aceto, velut extremas calicis guttas ebibiſſet, & veterum ſacrificiorum adueniſſe finem, vimque ceſſaſſe omnem ; ſeque ſuum Holocauſtum perfeciſſe, cuius vis, vſque ad ſæculi conſummationem duratura eſſet, indicauit. Hoc *Metere*, hoc *Vindemiare Myrrham* fuit *cum Aromatibus ſuis.*

Vnico Chriſti ſacrificio vetera omnia deleta.

Hebr. 9. 24.

Hebr. 10 8.
Pſ. 39 7.

Ioan. 19 30.
Conſummatum eſt, quo ſenſu dixerit Chriſtus.

NOTATIO V.

COMEDI FAVVM CVM MELLE MEO.

I.
72. Lectio qui pro fauo panem poſuere.
Id quidã de Euchariſtia intelligunt,
Quia Chriſtus fauus etiam eſt,
De terrena ſubſtantia, & cœleſti coalitus.

VArietas interpretum facit, vt maxime dubium ſit, quo ſenſu hæc accipienda ſint, maximè ſi 72. Interpretum Lectio retinenda ſit. *Comedi panem cum melle meo.* Quod faciunt Græci omnes Interpretes, & de Latinis non nemo. Ergo nonnullis ea ipſa *Panis* mentio Altaris menſam in memoriam reduxit, in qua Chriſtus, & *Panis* eſt vitæ, *cor hominis confirmans* ; & *Fauus* eſt cœleſti prægnans dulcedine ſi carnem ipſam, corpuſque conſideres, *Fauo* ſignificatum aptiſimè, quòd de terrena ſubſtantia, & fœculenta materia, maximèque permixta *Fauus* exſiſtat, apum arte fabricatus : ſicut arte Spiritus Sancti de Virginali ſanguine, terreno ſcilicet, in Mariæ vtero Chriſti corpus formatum eſt. *Mel* autem idem ille Chriſtus in Sacramento eſt, diuinitatem ſi conſideres, dulcedine puriſſima animas reficientem. *Mel* enim ros eſt, ſerena nocte, velut quidam cœli ſudor, in flores illapſus ; quemadmodum Verbum de ſinu Patris in Florem Virginum Mariam demiſſum eſt. Quæ ſequuntur autem : *Bibi Vinum Meum*, de Chriſti Sanguine

Altaris ſacrificiũ, in quo Chriſtus panis & fauus eſt.
Pſ. 103. 15.

Fauus duplice ſubſtantia conſtans, ſic etiam Chriſtus.

Ambroſij hic ſenſus eſt,
Cuius verba lectiſſima.
Huius autem conuiuij Chriſtus & cibus & inuitator & conuiua eſt,
Qui in comedentibus etiam comedit,
Id placuit multis de veteribus.

in Altaris menſa conſequenter accipiunt, qui fidelibus abundat ad potum, atque inſe,&
Lactis ad nutriendum, & *Vini* ad inebriandum continet vim. Ambroſij vnius pro omni- Ambroſius.
bus verba ſubieci. Lib. 5. de Sacram. Cap. 3. *Vides, quòd in hoc Pane nulla ſit amaritudo,*
ſed omnis ſuauitas. Vides huiuſmodi eſſe lætitiam, quæ nullis peccati ſordibus polluitur & quotieſ-
cumque enim bibis, remiſſionem accipis peccatorum, & inebriaris ſpiritu. Hæc autem ſe *Come-*
diſſe, ac *Bibiſſe* Chriſtus dicit, quia ijs acceptatione quadam in membris ſuis fruitur, cum
illi, membra illius ſcilicet, dignè ſacra hæc Myſteria participant; quemadmodum in
illis ſe cibatum, potum, veſtitum, viſitatum, hoſpitio exceptum, aliquando faſſurus eſt.
Ipſe ergo & conuiuium, & apparator conuiuij eſt; ipſe inuitans, & inuitatus. Ideo ſub-
ditur: *Comedite, Amici, & Bibite.* Sic poſt myſticam cœnam inſtitutam, Diſcipulis dixit. *Matth. 26. 26.*
Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum. Et: *Hic eſt ſanguis meus bibite ex eo omnes.* Matt. *Nyſſenus.*
26. 26. Sic ferme Nyſſenus, Pſellus, Philo, Rupertus, omnes hoc loco. Paſchaſius lib. de *Pſellus.* *Philo.*
Corp. & Sanguine D. Cap. 10. Abſalon Abbas Serm. 7. in Nat. D. & Abbas alius Be- *Rupertus.* *Paſchaſius.*
rengoſius, lib. de myſter. crucis, & de Recentioribus quidam, & quidem Docti. *Abſalon Ab.* *Berengoſius Ab.* *Recentiores.*

II.
Probabilis ſenſus, nec ineptus ad noſtrum filum,
Sed obeſt ordo rerum,
Quamquam excuſari poteſt, quod Euchariſtia commemoratio ſit mortis.
Sed alio nos vocat conſequētia interpretationis.
Verum poteſt id ſequi qui volet.

Id probabiliter diſputatur, & non ineptè ad ducendum noſtræ interpretationis filũ,
niſi vnum obeſſe videretur, ordine præpoſtero hæc tractari, cum prius Chriſtus Eucha-
riſtiam inſtituerit, poſterius mactatus in cruce fuerit, quod per *Myrrham*, & *Aromata*, quę
ſe *Meſſuiſſe* dixerat, intelleximus, & quidam alij eorum, qui loco hoc Euchariſtiam agno- Euchariſtia mortis Chriſti memoratio.
ſcunt, etiam intellexere. Id quiſpiam fortaſſe negligat, nec ſine multorum, grauiumque
exemplo, qui haſce minutias minimè curare ſolent. Alij non ſine cauſa tranſpoſita arbi-
trentur: cũ Euchariſtia ipſa Paſſionis & mortis Chriſti quædam ſit repræſentatio. Quod
ſi id illius eſt proprium, omnis autem commemoratio, eorum, quæ præterita ſunt me-
moriã reuocet, hanc inſcitè prius Paſſionis in *Mirrhæ Meſſæ*, poſterius Euchariſtiæ in *Faui*,
& *Mellis Comeſtione*, mentio facta eſt. Subtiliter id inuẽtum eſt, non ſolidè, ſi alioqui, ali-
ter interpretando, ſeriem rerum ipſam, pro vt quidem geſtæ ſunt, poſcis ſeruare. Sed ſi
cui hæc placeant, haud ipſe repugnabo: nam & ſenſus grandis eſt, & Cantici dignus
maieſtate, & ad verborum ſonum non ineptè accommodatus: facietque Lectio. 72. *Co-* 72. prophetico ſpiritu fauũ mutaſſe in panem quidam putant.
medi panem cum melle meo. Quos prophetico inſtinctu ſic tranſtuliſſe, quidam volunt; ideo-
que à ſignificatu immediato vocis originalis ad mediatum, arcanumque tranſijſſe, & di-
gitum in fontem intenderent, & latentis in abdito corticis myſterij admonerent.

III.
Alij inuitatũ ab Eccleſia volunt Chriſtum ad virtutum epulas.
Nec ſunt inter ſeſe de virtutib. conuenientes,
Et Ambroſius varius eſt.
Cuius verba habes,

Contra quidã alij de PP. ac Interpretibus hæc de illo accipiunt conuiuio, quo Chri-
ſtus ab Eccleſia vel fideli anima excipitur, ac reficitur. Menſam cor eſſe ipſum amoris
ſedem, dapes virtutum actus excellentes, miniſtras eaſdem virtutes, ſeu potentias po- Eccleſia Chriſtũ inuitat ad virtutum epulum.
tius. Sic Teodor. Tres PP. Gregor. Nyſſen. Ambroſius, alij; quanquam in ratione hæc *Theodoretus.*
applicandi ad certas virtutes, & earum opera, quique ferme ſuam ſequutus eſt viam. Nam *Tres Patres.*
Theodor. *Fauum*, ſeu *panem cum Melle*, interpretatur opera perfectorũ, *Vinum cum Lacte*, *Nyſſenus.*
imperfectorum actiones, ex virtute adhuc lactente profectas. Nyſſenus refert ad miſeri- *Ambroſius.*
cordiæ opera, cui & Ambroſius ſuccenturiatur. Lib. de ijs, qui myſter. init. Qui tamen Ambroſius pro re nata ſcripturæ verbis vti ſolitus.
loco alio, vt qui pro re nata ſcripturæ verbis vteretur, aliter interpretatur. *Deſcendit in*
Hortum Eccleſiæ, aut piæ animæ Sponſus, & fructuum eius ſuauitate delectatus, lætatur; quod inue-
nerit fortiorem cibum, inuenerit etiam dulciorem. Eſt enim cibus panis, quidam Verbi, ac mel, alius
vehementior, alius ſuaſorius ſermo. Eſt & fides alta feruentior, vt vinum; alia lucidior, vt lactis ſuc-
cus eſt. Hunc ſuccum Chriſtus epulatur in nobis, hoc poculum bibit & potus eius ſuauitate nos prouo-
cat; vt ad meliora, & optima, ab inferioribus faciamus exceſſum. Lib. de Iſaac. Cap. 5.

IV.
Neque id improbabile eſt,
Si Horti fructus intelligas opera iuſtorum,
Quod probabile arbitrati ſumus.
Sed probabilius Electos intelliges.

Et etiã id probabile eſt, &, ſi ſolã analogiã ſpectes, aptiſſimè dicitur, maxime ſi arcanũ
ſenſum verborum Eccleſiæ conſideres, quibus Sponſum ad Horti ſui delitias inuitauit.
Illa dixerat: *Veniat in Hortum Suum, & Comedat Fructum Pomorum Suorum.* Quod de vir- *Ambroſius.*
tutum operibus ex præſcripto diuinæ legis factis Ambroſius idem accepit, vt Notat. 2.
nu. 2. monuimus. Reſpondit ille: *Veniſſe ſe*, & *Comediſſe Fauum* cum *Melle*. Ex quo ſtatim
intelligimus, idem illud guſtaſſe, ad quod inuitabatur ab Eccleſia. Inuitabatur autẽ ad
opera illa virtutum à robuſta iam caritate profecta. Cui id placeat ſequi, licet per nos
quidem; habet non malos duces. Quanquam cum eodem illo loco probabilius arbitra-
ti fuerimus, nomine *fructus pomorum*, *Electos* intelligi, ex complexu ſcilicet Verbi cum Ec-
cleſia communes liberos, alia nobis ineunda via eſt, ſeriei rerum, & interpretationis con-
ſequentiæ accommodatior, quod præ oculis ſemper eſt nobis.

V.
Hic ergo non panem, ſed Fauum agnoſcimus, cum melle.
In eo autem Chriſti poſt paſſionem, reſurrectionem,

Ergo Vulgati authoritatem, atque originum ſenſum ſequuti, hic *Fauum*, non *panem*,
agnoſcimus, (nam neque quid cauſæ fuerit, cur 72 *panem*, reddiderint, non *Fauum*, libet
curioſius inquirere: niſi à *Placenta*, cui nomen commune cum *Fauo*, ex quorundam ſen-
ſu, ad *panem* tranſiere) In *Fauo* autem cum *Melle*, poſt Paſſionis acerbitates & cruciatus, Fauus cum melle reſurrectio Chriſti.
Reſurrectionis Gloriam intelligendam arbitramur. Quod tametſi ſingulare eſt,
probabile vt arbitretur prudens Lector, facile nos credo impetraturas. Oſtenderat Luc. 24. 41.
ſe Chriſtus Diſcipulis rediuiuus, *Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ*

Nam & Fauum rediuiuus cum piſce comedit,
Et reliquias diſcipulis diuiſit,
Quo ſe non ſolum viuum probauit,

gaudio, dixit: *Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem Piſcis aſſi, & Fauum Mellis. Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis: & dixit ad eos. Hæc ſunt verba, quæ loquutus ſum ad vos, dum adhuc eſſem vobiſcum; quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis deme. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas; & dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt; & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis.* Luc. 24. 41. Quæ, quanquam ſimpliciſſimo narrata Sermone, &, iuxta hiſtoriæ fidem, Chriſti ſuſcitationem poſt mortem ſignificantia, ſi tamen profundius rimere, haud negabis, arcanum aliquid continere, quod contemnendum non ſit. Namquid illud eſſe exiſtimas, rediuiuum Chriſtum fidei reſurrectionis firmandæ manducaſſe *Fauum Mellis*, atque *aſſum piſcem?* Nam, quòd manducauit vtrumque, myſterio non caret: neque enim caſu factum puto, quòd non panis, non carnes, non poma, non aliud opſonij fuerit, quod Domino, manducare volenti, opponeretur: quod tametſi ſcio qui dicant, doctiſſimi omnino Interpretes; neque myſterium aliud eſſe quærendum, quam comeſtione ipſa ſe verè reſurrexiſſe voluiſſe Chriſtum probare: tam aridam tamen interpretandi rationem ipſe non probo: cum certum ſit, quidquid actum tunc eſt, non ſine Dei, immo Chriſti ſcientia, & prouidentia, fuiſſe actum: qui ſi ſolum id voluiſſet, ſatis fuiſſet dicere, eum coram Apoſtolis comediſſe, quin cibi ſpecies nominaretur. *Fauum* autem, & *piſcem aſſum* Dominum comediſſe Euangeliſta ſcripſit, S. Spiritu calamum gubernante; mox cum Diſcipulis reliquias diuiſiſſe, vt quidquid ipſe guſtauerat, & ipſi guſtarent. Quod & ipſum non ſine cauſa factum eſt. Nam quod quidam volunt, id ideo factum à Chriſto, vt ſenſu ipſi explorarent, verum ſe cibum ediſſe, non phantaſticum, apparentemque, leuiſſimum eſt; cum de ea ipſi re dubitare non poſſent, qui ſcilicet, quidquid illud erat edulij, de tranſacta cœna relictum, Domino obtuliſſent; vt dubitare non poſſent, verum, non fictum eſſe cibum, quem ipſi antea, abſente Chriſto, guſtauiſſe ſcirent, & præſenti guſtandum obtuliſſe. Alioqui ad fidem Reſurrectionis adſtruendam ſatis fuiſſet, ſi comediſſe Chriſtus diceretur, quin cibi nominaretur ſpecies, quemadmodum, eidem aſſerendæ fidei, ſatis habuit Petrus, ſi diceret: *Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri, non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo: nobis, qui manducauimus, & bibimus cum eo, poſtquam reſurrexiſſet à mortuis.* Actor. 10. 40. Ergo cum apud Lucam & *aſſum piſcem* & *Fauum* manducaſſe dicitur, aliquid arcanum, ſpecie indicata cibi ſignificatum fuiſſe, credendum eſt.

Luc. 24. 41.

Chriſtus ad probandam reſurrectionem rediuiuus comedit.

Sed aliquid arcanius innuit,

Tametſi quidam negent, non rectè,

Totum enim id actum, & ſciente, & prouidente illo.

Maldonatus. Brugenſis.

Nec ſcriptum niſi Spiritu Sancto calamum gubernante ſcriptoris,

Quidquid tunc eſt actum, nec inſcio, nec improuido Chriſto actum.

Nec ſolum factũ ut verum ſe cibũ comediſſe Chriſtus probaret.

Id enim illi non poterant ignorare.

Nec ad fidem reſurrectionis acceſſerat, cibi ſpeciem deſignari.

VI.

Myſterium ergo indagandum eſt. Quod à Gregorio ſolerter agnitum.

Paſſionis in aſſo piſce, reſurrectionis in fauo.

Quod idem inuiſſe Chriſtus videtur.

Qui vtrumque arcanum & factis, & verbis cõiunxit,

Gregorius. M.

Fauo cum piſce guſtato, mors & reſurrectio ſignificata.

Hæc faciunt omnia, vt latentem in patente Chriſti facto, mentem exquiramus, Gregorius M. Hom. 24. in Euang. in *aſſo Chriſtum paſſum piſce*; poſt mortem rediuiuum in *Fauo Mellis* agnoſcit. *Quid autem ſignare piſcem aſſum credimus, niſi ipſum mediatorem Dei & hominum paſſum? Ipſe enim latere voluit in aquis generis humani: capi voluit laqueo mortis noſtræ, & quaſi tribulatione aſſatus eſt tempore paſſionis ſuæ, ſed qui piſcis aſſus fieri dignatus eſt in paſſione, Fauus Mellis nobis exſtitit in reſurrectione.* Quid autem cauſæ eſſe exiſtimas, quòd idem ille in typo *Faui & piſcis paſſus*, poſtquam expoſuiſſet ſcripturas, quæ de ipſo erant, ſenſumque, vt eas intelligerent, aperuiſſet diſcipulis, addiderit; *Sic oportebat pati Chriſtum, & reſurgere à mortuis*; non modo reſurrectionis, quod volebat, ſed & mortis facta mentione? Vt digitum ſcilicet intenderet in myſterium; nec modo verbis vtrumque coniungeret, ſed & figuris: vt non minus id docerentur Diſcipuli, cum audirent, *oportuiſſe illum pati, & reſurgere*; quam, cum audirent, viderentque, eum piſcem cum Fauo guſtaſſe. Vt non alias ad ſuauitatem *Faui* per reſurrectionem veniendum eſſe doceret; quam ſi per crucis amaritudinem, quaſi per horrida cautium panderetur aſcenſus. Nec aliud voluiſſe puto, cum, poſtquam ipſe guſtaſſet, *ſumens reliquias dedit eis*, quam facto ipſo idem oſtendere, quod antè verbis expreſſerat: illoſque ſuorum laborum participes facere, quos ad communionem immortalitatis inuitabat. Et quanquam prius de eodem *Fauo ac piſce* guſtauerant ipſi, iterum guſtare voluit, poſtquam ipſe guſtaſſet, ac guſtatione ipſa in typum futurorum, quæ ipſi ſcilicet acturi erant; & præteritum, quæ ipſe feciſſet, inſtituiſſet: quaſi prius ſimplice cibo paſti, poſt Chriſti factum, ſymbolico etiam paſcendi. Nec id Gregorij acumen latuit. *Cum aſſo piſce Fauus ſumitur; quia qui hic afflictionem pro pietate ſuſcipiunt, illic dulcedine vera ſatiantur.*

Chriſtus verbis & factis mortem cum reſurrectione coniunxit.

Diſcipuliſque guſtandum vtrumque dedit,

Vt ad mortis ac reſurrectionis cõmunionem illos inuitaret.

Ad reſurrectionis gloriam, non niſi per mortem iri potuit. *Gregor. M.*

VII.

Id ergo faui comeſtione ſignificatum eſt.

At ſicut ſuam myrrham dixit, ita & mel.

Quia vtrumq; ſolius fuit, & pati, & per mortem ad reſurrectionem peruenire.

Id ergo eſſe exiſtimamus: *Comedi Fauum cum Melle meo*, cum prius de paſſione dixiſſet & morte, quaſi ſe Patri in Holocauſtum obtulerat: *Meſſui Myrrham meam cum Aromatibus meis.* Præceſſiſſe labores, anxietateſque, ſubſequutam fuiſſe reſurrectionis letitiam, qua immortalis, atque impaſſibilis redditus, mortis vltra horroribus minimè pulſaretur. *Suam* autem & *Myrrham*, & *Mel* etiam *ſuum* dixit, quia vtrumque ſolius Chriſti facinus fuit, & quòd dura pertulit, & quòd per dura, & aſpera ad reſurrectionis lætitiam properauit. Tunc autem pro omnia Beatus, ac anima, & corpore ſuo donatus præmio, puriſſimum beatitudinis *Mel*, nullo ingrati ſaporis guſtu permixtum, cæpit guſtare: cum antea animi beatitudinẽ paſſibilis carnis miſeria quodammodo videretur minuere;

Et mori, & reſurgere Chriſti ſolius proprium fuit.

quem-

Digitized by Google

In fauo autem puriſſima lætitia deſignata.

quemadmodum *Mellis* ſuauitas ingrata ſolet eſſe abſynthijs mixta. Id eo *Fauum cum Melle ſuo comediße ſe*, dixit, vt intelligeremus puram ſimplicem, impermixtamque voluptatem: nam *Mel* in *Fauo* nulla alterius ſucci ſuſpicio infamat; ſed adhuc liquore Virgine, illibatoque turgens, ſua ſe ſimplicitate, ac pura ſuauitate commendat.

Fauus cum melle ſimplex & pura lætitia.

NOTATIO VI.

BIBI VINVM MEVM CVM LACTE MEO.

I.

Tam opipare inuitato deeſſe potus non poterat.

Vinum ergo & Lac bibiſſe ſe dicit,

Quæ duo ruſticorum conuiuia ornant,

Nec alias epulas ſuo Deus indulſit populo.

Vtrumque autem de Euchariſtia quidam exponunt NosChriſti in cælo gloriam interpretamur.

Vinum enim & ſæpe in s. s. refertur,

Myſtica ebrietas ad omnis cupiditatis extinctionem pertinet,

Cuimyſticus ſuccedit ſomnus.

Sic beati ad menſam accubantes

Dei inebriantur, Vt nihil vltra iã deſiderent.

Quod negatum voluptatibus carnalibus.

Quibus nonextinguitur ſitis ſed accenditur.

EI, qui ſe tam opiparis epulis impleuerat, quid iam ad plenum conuiuium deerat, niſi, vt ſe etiam pleniſſimis calicibus inuitaret? *Bibiſſe* ſe dicit *Vinum*, & *Lac* qui ſimpliciſſimi ſunt ad potum liquores ex vſu ruſticorum, qui, alieni à luxu aulico, ſolas illas delitias conſectantur, quæ & ſimpliciſſimæ, & parabiliſſimæ ſunt. Nec alijs Epulis nuptialia ſacra condiunt, quàm quas innoxia cupiditas, atque hilaritas ſimplex apparauit. *Butyrum de armento, & Lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baſan, & hircos cum medulla tritici, & ſanguinem vuæ meraciſſimum.* Deuter. 32. 14. Has epulas in ſummis hilaritatibus ruſtica ſimplicitas parat. Nec alias populo ſuo, in felicitatis, atque affluentiæ argumentum, epulas parauit Deus. Qui *Fauum cum Melle* ad *Euchariſtiam* retulere; qua cibus eſt, *Vinum*, & *Lac* de eadem interpretati ſunt, qua potus eſt. Nam idem illud Sacramentum integri conuiuij formam habet, quod ſine cibo, & potu non perficitur. Id probabile arbitrati ſumus, proximè tranſacta Notat. vbi & Authores habes. Nobis inhærendum eſt interpretationis conſequentiæ. Arbitramur ergo in *Vini*, & *Lactis* hauſtu Chriſti in cœlum ſublati, atque ad Patris dextram conſidentis, ſignificari *Gloriam*, ac poſt crucis acerbitates pleniſſimæ voluptatis exceſſum. *Vinum* certè lætitiæ ſymbolum eſſe, alijs locis oſtenſum eſt; & aptiſſimè ad pleniſſimam Beatitudinis felicitatem referri, multa perſuadent. Nam & de eo ſtatu dictum: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Ac ne quis eſſet, qui in alienos ſenſus, quæ tranſlatè dicta fuerant, detorqueret, additum eſt: *Quoniam apud te eſt fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen.* Pſalm. 35. 9. 10. Myſtica ebrietas ad ſatietatem pertinet, & ſitis omnis, ac cupiditatis extinctionem: nam tum demum, cum quis ſitierat, ſitire deſinit, cum, poſtquam auidè *Vinum* biberit, ebrius eſt: tunc autem in ſoporem delapſus, nihil curat amplius, neque vlla iam potus cupiditate pulſatur, quoad euaporata vi *Vini*, ac, digeſtione facta, iterum ſitiat. Myſtica ergo ebrietate omnis alterius voluptatis cupiditas prorſus ſignificatur extincta, cui myſticus ſomnus comes eſt, & rerum aliarum omnium obliuio: nihil vt iam ſit, quod mentem anxiam ſollicitet, aut timorè tanti amittendi boni perturbet. *Inebriantur* ergo Beati *ab vbertate Domus Dei*, quia ad Dei eiuſdem menſam accumbentes, ac cœleſti paſti cibo, & ad ebrietatem vſque ſaturi, nihil iam aliud vel cogitant, vel deſiderant: vt melioribus, quam cum hic viuerent, paſti delicijs (cum dici illis verè poterat; *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum; comediſtis, & non eſtis ſatiati; bibiſtis, & non eſtis inebriati.* Agg. 1. 6.) ad alia omnia nauſeent, quibus miſeri nos mortales afficimur. Et vero pulchrè ab Aggæo huius mundi voluptates deſcriptæ ſunt: quarum id eſt proprium, vt, tametſi multum corpus animumque titillent, nec cupiditates exſtinguant, ſed accendant; nec diutius durent; ſed ſuis moriantur horis, immo & momentis; ac vix manibus apprehenſæ recedant; quia & eorum cauſæ, fonteſque durare non poſſunt. Sed de re hac non nulla Notat. ſequenti, ne rerum ſeriem confundamus.

Vinum & Lac ſimpliciſſimæ voluptates.

Deut. 32. 14.

Sanguis Chriſti in Euchariſtia.

Chriſti in cœlo gloria ad Patris dexteram.

Pſal 35. 9.

Ebrietas myſtica omnium cupiditũ extinctio.

Agge 1. 6.

Voluptates humanæ ſuis moriuntur momentis.

II.

Vinum ergo ad Chriſti in cælo gloriam trahendũ

Quod non vno loco ſignificauit ille.

Cum de gloria in cælo loqueretur,

In quam poſt vitæ anxietates vocabatur,

Atque ad eandẽ inuitabat Diſcipulos.

Pertinet ergo *Vinum* hoc loco ad extremam Chriſti in cœlo felicitatem, & gloriam, Patris dexteram conſidentis, animoque, ac corpore beati. Atque id eſt, quod dicebat ille, cùm proximus morti epularetur cum Diſcipulis, ſenſimque ſignacula ſcripturarum reſignaret. *Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, in quo bibam illud vobiſcum nouum in Regno Patris mei.* Matth. 24. 24. Quæ verba tametſi quidam graues Authores de ſanguine Chriſti in Euchariſtia accipiunt, multo tamen probabilius accipi poſſe videntur, de æterna in cœlo beatitudine: quemadmodum ſimilia illa; *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei.* Luc. 22. 15. Sicut enim felicitas illa Epuli nomine ſignificatur, ita etiam *Vini* potu. *Vinum* ergo cum bibiſſet, à potu vero, ad myſticum, cogitationem & verba conuertit: & à *Vino, genimine*, ſeu fructu *Vitis*, ad *Vinum* quo Beatorum mentes inebriantur. Hoc ergo potu ſeſe in cœlo reficiendum, poſt crucis labores, ac vitæ ærumnas affirmat, ſuoſque Diſcipulos, ad eiuſdem calicis commu-

Matth 26. 29.

Gloriam ſuam Chriſtus vini noui potu ſignificauit.

Luc. 22. 15.

Digitized by Google

Ideo nouum vinum vocare ſolitus.

Vt ab eo diſtingueret quod è vitibus eſt.

Vinum nouum cur gloriam ſuã appellauerit Chriſtus.

communionem, admiſſurum. *Nouum* autem *Vinum* vocat, ne quis exiſtimaret poſteriore illa orationis parte de eodem illo *Vino* Sermonem habere; de quo prius dixerat: *De hoc genimine vitis.* *Vinum* quidem bibam, ſed *Nouum*, alterius ſcilicet generis excellentioris, & prorſus diuini. Mutabitur cum ſtatu cibus, potuſque; & qui hic mortalibus cibis veſci vobiſcum ſum ſolitus; ac *Vinum* potare, quod è vitibus natum exprimitur; tunc, cum Regnum Patris ingreſſus, atque immortalitate donatus, menſis vobiſcum aſſideam, alio cibo veſcar, aliud Vinum bibam, vtrumque nouum, quod nec vetuſtatem ſentiat, nec tempore conſumetur. Nouum itaque ſemper erit, nec cum temporum mutatione mutationes ipſum ſubibit: quodque cum ſemper bibatur, omnem ſitim extinguet; &, cum extinguat, quod maximè mirum eſt, ſemper exacuet, ne ſine voluptate potetur.

III.

Sed vinum hoc etiam Lac dictum.

Nam vinum è vite ſine artificio ac labore non prouenit,

Lac vero vnius naturæ opus,

Quod cum nullo labore conſtet facile ſugitur ab infantibus,

Quod vtrumque beatitudini eſt proprium.

Quæ ſine labore de diuinitatis vbere trahitur,

Animamque vegetam ſemper conſeruat.

Sic ſolent infantes Lac de vberibus ſugere,

Liberaliſſimum donum naturæ.

Beatitudo æterna cur lac etiam dicta.

Vinum artificij opus, lac ſolius naturæ.

Beatitudo lac ſine labore de vbere diuinitatis exuctum

Iſichius. *Leuit* 20.

Naturæ in ſuis donis liberalitas.

Iſai. 55.1.2.

Sed cur *Vino*, quo ſignificari æternam felicitatem diximus, *Lac* coniungit? Pertinet hoc etiam ad illius gloriæ commendationem. *Vinum* ergo idem & *Lactis* inſe naturam continebit, & vim: nam *Vinum*, tametſi præſtantiſſimus liquor eſt, tamen id habet, vt non niſi artificio quodam hominum conſtet. Colliguntur de vitibus botri, cum maturi ad vindemiam ſunt, ſuoque ſucco iam turgent, atque in torcularia delati, ruſticorum calcantur pedibus haud ſemper puris: inde affluente in ima muſto, vinatia manent: mox illa tum in dolia feruet, ac omni eiecta feruore ſorde, purius nitet: ac ne ſic quidem fieri poteſt, quin fœces ſubſidant, ac haud raro illius contaminent puritatem. *Lac* contrà ſuo de vbere tractum, ſua ſe ſimplicitate, nullo artificio interpolata, commendat. Naturæ ergo ſolius eſt opus, quæ hominum arti nihil debeat mutuatum: quæ prouida futurorum infantili indigentiæ prouidit ſalubria, atque in ſumma ſalubritate, alimenta faciliima. Et cum id commune *Lac* cum cæteris liquoribus habeat, vt facile potari ſe vel ab infantibus ſinat, pinguedine tamen, ac nutriendi vi maximà polleat; vt nec carnium eſculenta deſideres; cum & infantes ſolo *Lactis* hauſtu, ſine alimento alio ad multos menſes nutriantur, nulloque magis tempore & pingueſcant, & creſcant. Vtrumque autem optimè Beatitudini quadrat: nam & alimentum animæ præſtat, viuidàque, ac robuſtam ætatem conſeruat, quin ſenectutis vnquam malis pulſetur, atque ita nutrit, vt ſemper animus ſuo ſucco madidus, vegetus, integerque perſeueret. Et alioqui felicitas illa ſimpliciſſima eſt, velut ex vbere Diuinitatis ſine labore ſemper exſucta, nulloque artificio ad verarum rerum ſimilitudinem comparata. Viam præiuit non malus auctor Iſichius in illa verba Leuit. 20. 24. *Terram fluentem lacte & melle: Delitijs dicit futuri ſeculi, & bona, quæ nobis Deus poſt reſurrectionem mortuorum donat; quæ Lac & Mel appellauit, quia eis nihil eſt ſuauius, & dulcius in his, quibus nunc vtimur cibis, ſed & ſine labore eorum, cibus eſt nullius operationis egens: illic enim bona futuri ſeculi ſine labore erunt aliquo, vel dolore; nullius apparatus nullius operationis egentia.* Vidi Infantes nutricum à rumis pendentes, dulceſque *Lactis* latices haurientes, nec labore quæſitos, nec arte paratos, nulla nec in apparando, coquendo, diuidendo: nec in mandendo, aut dentibus conterendo difficultas. Omnia naturæ indulgentia prouidit; quæ, cum alimenta tenellæ ætati miniſtraret, quidquid donauit, tam liberaliter dedit, vt ne quærendi quidem labore ſuas ſit paſſa delitias infamari, ac largitatem imminui. Id ille commendabat, qui dicebat. *Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione Vinum & Lac. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra.* Iſai. 56. 1. 2. Quibus in Prophetæ verbis habes pleniſſimum huius loci Commentarium.

IV.

Hoc vero vinum & lac ſuum dicere ſolus Chriſtus potuit.

A ſe ſcilicet magno pretio emptũ,

Sic alibi ſuam cœnam appellauit,

Quod nemo beatorum potuit,

Cum id omne merito Chriſti habeant,

Vtpote qui filius Dei natura, cæteri adoptione.

Chriſti gloria illius proprio magno empta pretio.

Luc. 10. 26.

Luc. 14. 24.
Luc. 22. 29.

Beati gloriæ per Chriſtum participes.

Eph. 2. 4.

Nec ſine magna ratione hic etiam dictum: *Vinum meum cum lacte meo*: id enim verè dicere Chriſtus potuit, cæterorum nullus omnino poteſt. Totum enim id, quod habet in ſuo cœlo Chriſtus beatitudinis, & gloriæ, totum illius eſt, nec vno titulo. Id eſt, quod dicebat ille: *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam Suam?* Luc. 24. 26. Suam dixit, non quod ſibi deſtinata; ſed quòd à ſe empta: non quòd à Patre liberaliter ſibi donata fuiſſet; ſed quòd à ſe laborum, ærumnarum, & ſanguinis pretio comparata: nec ſolum merito diuinitatis, quaſi naturæ iure *Suam*; ſed ſuperabundanti pro ſoluto pretio in ius ſuum vindicatam voluit indicare, ſic loco alio, alijs quidem verbis, ſed ſenſu eodem: *Nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.* Luc. 14. 24. Et: *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater, regnum; vt edatis, & bibatis ſuper menſam Meam in regno Meo.* Luc. 22. 29. Hoc ergo dicere ille potuit, cæteri Beatorum non poſſunt, etiam regni illius Proceres, & Magnates: omnibus enim id commune eſt, vt, quidquid illic felicitatis gaudent, largitate Chriſti habeant, qui eos in communionem gaudiorum Suorum ex ſui ſolius meritis aduocauit. Eſt ille quidem, diciturque Frater noſter, noſque cum illo Patris eiuſdem Filij; ſed ille natura, nos adoptione; ille de ſinu natus Patris, nec illius vnquam à ſinu remotus; nos aliunde aſciti, qui *cum eſſemus iræ filij*, Chriſti gratia pacificante, inter amicos, ac domeſticos computati ſumus. Sic dictum eſt: *Deus, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam caritatem ſuam, qua dilexit nos;*

& cum

Digitized by Google

Qui ſenſus Pauli eſt.

& cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto (cuius gratia eſtis ſaluati) & conreſuſcitauit, & conſedere fecit, in cœleſtibus in Chriſto Ieſu; vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Epheſ. 2. 4. At de his ſatis.

NOTATIO VII.

COMEDITE, AMICI, ET BIBITE; ET INEBRIAMINI, CARISSIMI.

I.
Nullum plenum gaudium ſine ſocietate gaudentium. Id autem de Eucharistia quidam accipiunt,

Gaudium plenū ex gaudij communione.

NVlla plena gaudia ſunt, ſi deſint, quibuſcum, quo gaudes, diuidas; ſi gaudium tamen tale ſit, quod, pluribus communicatum, non minuatur, diuiſum in ſingulis. Inuitat cœleſtis Sponſus ad ſympoſij voluptatem Amicos, atque ſodales, eos ſcilicet, quos caritas illi, ac verus amor coniunxit. Quo id ſenſu dictum ſit, haud arduum eſt ex tota ſerie interpretationis efficere. Nam, qui hæc etiam de Euchariſtica cœna interpretantur, tametſi ſuis hærentes veſtigijs, omnibus non probantur. Sed iuuant hanc ſentiendi rationem analogiæ leges, ſecundum quas omnia quadrant; cum & ad illam menſam non, niſi proximi, & *Amici*, per gratiam ſcilicet ſanctificantem Chriſto hærentes, admittantur; & ad illos Chriſtus dixerit: *Accipite, & comedite, & bibite ex eo omnes.* Matth. 26. 26. Quæ gemina ſunt ijs, quæ hic dicuntur. Sic Nyſſenus, cuius poſui verba pauca. *Quod hic ſponſus adhortatur, id tunc quoque factum eſt; per diuinum illum cibum, & potum, & ſemper ſit ſimul coniunctione cum cibo, & potu mutatione, & exceſſu à ſuperioribus ad ea, quæ ſunt meliora.* Hom. 10. in Cant. Sequuti Nyſſenum Ambroſius lib. de ijs, qui myſter. Cap. 9. Philo Carpath. Pſellus, Rupertus omnes hoc loco. Qui hanc inſiſtere viam voluerit, habet bonos duces, nec viæ ignaros: nobis alia tenenda ſemita eſt, quæ filum interpretationis ducit: ne in hiſce labyrinthæis ambagibus, cæcis erroribus implicemur.

Nec improbabiliter.

Sic Nyſſenus, & alij.

Qui eunti hanc viam duces boni erunt.

Matth. 26. 26.
Nyſſenus.

Ambroſius.
Philo.
Pſellus.
Rupertus.

II.
Alijs placuit Angelos inuitari ad gratulandum Electis beatitudinem Quod minime hæret
Nec apte verbis quadrat.

Angeli inuitati ad gratulandum Electis beatitudinis gaudia.
Caſſiodor.
Beda.

Quidam alij aduocari Angelos arbitrantur, iuberique, vt Dei Electis congratulentur, à dubijs vitæ huius, ad certa beatitudinis gaudia, Dei eiuſdem largiente gratia tranſlatis. Sic dictum. *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Luc. 15. 6. Caſſiodori hic ſenſus eſt, & Bedæ. Sed ſtatim videtur id minime hærere: cum certum ſit, ad eaſdem illas epulas inuitare *Amicos*, quas ipſe guſtauerit. Nam (tametſi Caſſiodori ſequare ſententiam, qui in *Fauo*, & *Vino* eos intellexit, qui cœleſti iam ſocietate donati, quos ideo dicatur comedere Chriſtus, quod eos per beatitudinem ſibi concorporauit,) haud facile intelligitur, quo pacto Angeli inuitari ea ratione ad ſympoſium poſſint; Congratulatio namque illa non, niſi admodum durè, referri ad cibum, & potum poteſt.

II.
Amicos Prophetas, Cariſſimos Apoſtolos, alij malunt.
Qui inuitantur ad gratiæ flumina,
Quæ alij potent, alij eiſdem inebrientur.

Sed neque id dicitur apte.

Amici Prophetæ, & cariſſimi Apoſtoli.

Alij longe adhuc alienius, vt quidem noſter eſt ſenſus, *Amicos Prophetas*, *Cariſſimos Apoſtolos* interpretantur. Illos ad *comedendum & bibendum*; hos ad *inebriandum* ſe inuitari. vtriſque enim per diuinum Spiritum gratia communicata eſt; ſed illis datum, vt de fluuio biberent; his, vt torrente toto inundarentur, & vſque ad myſticam ebrietatem potarentur. De his enim dictum: *Quia muſto pleni ſunt hi.* Act. 2. 13. Quod nec à Petro negatum in totum, cum diceret: *Non enim ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* Act. 2. 15. Ebrios eſſe negat, qua ratione illi ebrios eſſe exiſtimabant; alia ratione non negat. Sed eadem hæc ſententia ratione refellitur: inuitari ab Sponſo *Amicos* ad eaſdem illas guſtandas epulas, quibus ipſe paſtus eſt; ad eundem potum, quo ipſe inebriatus eſt. Is autem illius ſeu cibus, ſeu potus, non fluuius ille, ſeu torrens gratiæ eſt (etiam illorum ſententia Authorum) qui alijs ad potum ſatis, alijs ad ebrietatem fuit. Quod iudicium idem de Iuſto Vrgel. faciendum videtur, qui de *Apoſtolis* ac *Prædicatoribus* interpretatur, quorum cibus, potuſque ſalus eſt conuerſorum hominum.

Act 2. 13.
Act. 2. 15.

IV.
Gregorij M. ſenſum haud ſatis percipimus, ſed veneramur tamen.
Facilius capimus tres PP.
Quorum tamen ſenſum minus probamus,

Greg M.
Amici ad perfectionem nondū perducti, cariſſimi perfecti.
Epulum contemplationis.
Tres Patres.

Gregorij M. interpretatio ſingularis eſt: Inuitari ſodales ad conuiuium ſcripturarum: in quo *Amicos comedere* qui præceptis parentes, nondum valent perfectionis Euangelicæ conſilia deuorare: *Cariſſimos inebriari*, illos ſcilicet, qui, verbo audito, arduum perfectionis iter aggrediuntur, rebus terrenis protinus abdicatis. Hæc me non ſatis fateor intelligere, veneror tamen. Faciliora traduntur à tribus PP. qui hic inuitationem, agnoſcunt ad epulas contemplationis. *Comedite, & bibite obſtupefaciens Diuinitatis vinum cum doli experte apud me fide: & ab illis, quæ naturalia ſunt, ad ea, quæ naturam præteruolant, transferimi, Fratres, quos ego per gratiam in Spiritu Sancto filios adoptaui Patri meo.* Horum ſen-

Digitized by Google

Ob eam illam rationem.

ſententia generali illa ratione minus probanda videtur, qua aliorum ſenſus improbauimus: cum illi maximè Sponſi cibum, potumque virtutum actus interpretati fuerint, piæ animæ ſcilicet opera, quibus ipſe paſcitur,& potatur. His epulis paſcitur certè Chriſtus: *Amici*, quo pacto paſci poſſint, dicere haud facile eſt; cum ad illas tamen ex eorum ſenſu debuiſſent inuitari, non ad contemplationem, quod diuerſum quid eſt: ſiquidem à metaphora cæpta, illiuſque vero ſenſu non recedas.

V.

Ergo cum de reſurrectione dixiſſet & gloria,
Ad vtrumque inuitat iuſtos,
Qui hactenus in Domino mortui,

Epulæ ſolitariæ vel auarorum, vel inuidorum.

Hæreamus ſemitæ, quam veſtigijs hactenus deſignauimus. Dixerat, *comediſſe ſe Fauum cum Melle, bibiſſe Vinum cum Lacte*: quæ de Reſurrectionis Chriſti gloria, ac poſtquam cœlos petijt, beatitudine, illiuſque ad Patris dexteram conſeſſu, interpretati ſumus. Supererat, vt non ſolus epularetur,) quod vel auarorum, vel inuidorum eſt,) ſed aſcitos Amicos ſecum iuberet accumbere: ſcilicet in eadem illa menſa participes ſuarum voluptatum effecturus. Id ergo eſt, quod dicit, Comedite, Amici,& bibite; inebriamini, cariſſimi. Quod ſi memineris, delatam virtute propria, ac Diuinitatis, cui vnita erat, potentia, Chriſti animam in inferas ſedes, ſpoliaſſe infernum; reducemque nobilem illam cohortem perueniſſe ſecum redunitamque mortuis corporibus vitam iterum inſpiraſſe: ac poſt dies quadraginta ſecum in ſuperas ſedes rapuiſſe, eadem gloria donandam, ac voluptatibus illis ſine vllo iam metu fruituram; intelliges, quam verè dictum ſit, de ea gloriæ communione accipienda hæc eſſe: nec enim dapibus alijs paſcendus illic erat, quam illi paſcerentur. Nam conuiuij nomine, aut cœnæ ſæpe ea gloriæ participatio in s. s. ſignificata eſt. S.D.E. *Iuſti epulentur, & exſultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia*. Pſalm. 67. 4. Quæ ad hunc ipſum glorioſi Chriſti ſtatum referenda, indicant, quæ immediatè ſequuntur. *Cantate Deo, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi*. Ver. 5. Quæ de triumpho aſcendentis in cœlum Chriſti accipienda eſſe, certum eſt; cum omni mortalitatis conditione ſuperata (Id enim eſt, ſuper occaſum, ſupra res caducas omnes) ouans in cœlum inuectus eſt, inter fauſtas pompam ducentium, atque excipientium acclamationes, quibus Deus, & Dominus proclamatus eſt. *Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum: ipſe eſt Rex gloriæ*. Pſal. 23. 10. Sic ferme Bernardus interpretatur Serm. de Natiu. Virg. qui eſt de Aquæductu,& Ambroſius lib. de Cain,& Abel Cap. 5.

Sinu Abrahæ diu illum expectabant,

Chriſtus veteres PP. rapuit ſecum in cœlum reficiendos.

Nam conuiuium ſeu cœna apte gloria dicta cæleſtis,

Gloriæ æterna conuiuio,& epulo ſignificata. *Pſal. 23. 10.*

Fuſe Dauide non vno loco,

Fauent huic ſenſui Ambroſius & Bernard.

Bernardus. Ambroſius.

VI.

Sic initiata Eccleſia eſt,
Et in primitijs dedicata,
Et ad bellorum ardua animata,
Et filij grandi exemplo cõfirmati,
Et promiſſionibus Chriſti ad ſubeundos labores,

Et quidem in illis animabus Iuſtorum, quas ex omni ſtatu olim in Abrahæ ſinu detentas ſecum in cœlum victor Chriſtus aſſumpſit, initiauit Eccleſiam Sponſam, ac, velut æternitatis candidatam, euexit iunouam ſpem. Illæ fuere ſenſim matureſcentis acceſſu ſolis ingentis ſegetis primitiæ, in quibus reliqua meſſis dedicata eſt, ſic ergo erigi oportebat Eccleſiæ ſpem ad promiſſa olim præmia, quæ per ardua adhuc & dura exercenda erat, & multis probanda prælijs,& nobilitanda victorijs: ne filijs deeſſet exemplum, quo ad famam illuſtrium facinorum incitarentur: qui ſcirent, non alijs illas patere ſedes, aut diuidi voluptates, quam ijs, qui hic cum Chriſto laboribus multis durarentur, ac per aſperam crucis viam ad meliora contenderent. Sicut dictum eſt. *Vos eſtis, qui permanſiſtis, mecum in tentationibus meis; & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo*. Luc. 22. 29. Hic ille Sermo eſt, quem Paulus *fidelem nominat*: *Fidelis ſermo; nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus*. 2. Tim. 2. 11. Huius promiſſi fidem liberare incæpit Chriſtus, *Amicos, Cariſſimoſque* ad *Comedendum* vſque ad ſaturitatem, ad *Bibendum* vſque ad *Ebrietatem* inuitans. Nam quòd quidam *Amicos* à *Cariſſimis* alios eſſe volunt, haud neceſſe eſt, nam & *Amici Cariſſimi* ſunt, & contrà: nec alij intelligendi ſunt, quam qui gratia, & caritate illi coniuncti, concorporei,& conſanguinei illius ſunt, in eo ſtatu iam firmi, nulloque caſu ab eo deijciendi. Nullum autem latère myſterium in diuerſitate appellationis, ſatis 72. Interpretes intellexere, qui reddidere: *Comedite Amici, & bibite, & inebriamini, fratres*. Nam quod Ambroſius lib. de Cain, Cap. 5. legit, *Manducate proximi mei, & inebriamini Patres mei*: mendoſum eſt, vt alio monuimus loco. Et, quanquam, ſi Dramatis ſenſum exquiras, haud improbabiliter diſcrimen inueniri poteſt, vt alij *Amici* ſint ſimpliciter, alij *Sanguine iuncti*: quantum ad arcanam ſententiam haud facile eſt diſcrimen inter vtroſque ſignare: nec omnino neceſſe eſt.

Fideles exẽplo veterum PP. edocti, & animati.

Luc. 22. 29.

2. Tim. 2. 11. Fidelis ſermo quis apud Paulum.

Quorum fidem liberare cæpit,

Nec opus eſt amicos a cariſſimis diſcernere,

Amici & Cariſſimi ijdem, qui ſtabili gratia Chriſto coniuncti. *Ambroſius.*

Sunt enim ijdem Deo per ſtabilem gratiam coniuncti,

VER-

Digitized by Google

VERSVS II.

EGO DORMIO; ET COR MEVM VIGILAT. VOX DILECTI MEI PVLSANTIS: APERI MIHI, SOROR MEA, AMICA MEA, COLVMBA MEA, IMMACVLATA MEA; QVIA CAPVT MEVM PLENVM EST RORE, ET CINCINNI MEI GVTTIS NOCTVM.

COMMENTARIVS.

HÆC ad illud tempus ſpectant, quo mortuo, & excitato à mortuis Chriſto, atque in cœlum ſublato, magna fuit Eccleſiæ anxietas, inter ſpemque, metumque, nondum aduentu Spiritus Sancti animis confirmatis trepidatio: nemine Apoſtolorum audente ſe in publicum dare, & diſcriminis, quod imminere videbatur, aleam ſubire. Itaque latendi tempus eſt viſum, & in abdito otiandi. Hunc nos loco hoc *Somnum* Eccleſiæ deſcribi putamus. Sed non tota ſcilicet ſomno oppreſſa fuit. Pars inferior, cui ſatis multæ timendi dabantur cauſæ, ſuccumbebat; ſuperior ſui memor officij, occaſionem expectabat agendi. Itaque *Corde Vigilabat*, quæ *corpore Dormiebat*, id eſt, inferiore animæ parte ſopore premebatur. Niſi mauis Mariam Virginem, quam rite *Cor Eccleſiæ* appellaueris, deſidia illa, & metu nunquam oppreſſam, cui cæteri Apoſtolorum ceſſerant. In eo rerum ſtatu Chriſtus, de ſua Eccleſia ſollicitus, quieſcenti adfuit, & per interiores, arcanoſque motus eam ab eo torpore excitare conatus eſt, ideſt, ad memoriam præteritarum promiſſioum euocare: ne ſcilicet animum deſponderet: quin animoſo auſu, ſe ad opus prædicationis accingeret. Id *fores Pulſare*, id *voce appellare* fuit. Addidit & amoris tenerrimi indicia intimas conſolationes, & ad confirmandam voces potentiſſimas. Meminiſſet, quid *Sponſum Sponſa*, *Amico Amica*, *Columba compari*, *Soror Fratri* deberet. Se olim & algorem, & cœli aeriſque iniurias, immo & mortem propter eam paſſum. Æquum eſſe vt ad illius imitationem & dura & aſpera ipſa ſubiret, nec ſe ſolum ſineret talia pati, dum illa ſui vnius curam otioſa agit. Atque hic horum verborum eſt ſenſus, quantum nos exiſtimamus.

ENARRATIO.

ET Chriſtus quidem Sponſus, poſt quam actus fuiſſet in Crucem, rediuiuus in cœlum inuectus eſt, abſens ex eo tempore corpore, ſed ſtudio præſentiſſimus. Mihi interea, nondum confirmatæ ad ea, quæ imminebant ardua, multus in meis membris metus inerat, multa ſollicitæ menti aduerſabantur pericula. Non auſa ergo publico me committere, latendi tempus eſt viſum. Ergo, velut multo ſopore preſſa, iners ad motum, languens ad opus, cœnaculo clauſa latebam. Sed non totam tamen ea anxietas, ac trepidatio poſſidebat. Animi pars potiſſima, non ignara, quid Chriſto deberet, vigilabat, ſcilicet, & apud ſe multa verſabat, & magna quædam diſponebat, ſed intenta tamen in illum temporis articulum operi deſtinatum. Eo ſtatu inter dormientem vigilantemque cum eſſem, Chriſtum pulſantem, vocantem, excitantem

 audiui:

audiui: Nam & agnita mihi appellantis eſt vox: &, vt de voce hærerem, præſagus futurorum animus, non viſum, non auditum dignouiſſet. Quæcumque autem ſeu auribus ſeu mente percæpi, libet exponere. Nam in hæc verba loquutum memini. Quid Mea & Soror, & Columba, & Amica, immo & Immaculata timore marces? Quid mole oppreſſa curarum ſuccumbis aneri? Quid cænaculo clauſa, velut lectulo compoſita, ſopore deprimeris? Sicciné earum, quibus, dum eſſem apud te animum inſtruxi tuum, vt ad futura armarem, oblita es? Ea ſcilicet tua deſidia facit, vt apud te non eſſem. Excluſiſti Amantem, Fratrum, Sponſum, & Amicum: qui cum inertibus, ac inani metu pauentibus libenter haud diuerſor. Expergiſcare eſt opus, & memor cuius ſis tota, eiuſdem te ad imitationem diſponas. Ego pro te ſcilicet & dura pertuli, & ardua ſubiui: & tandem in crucem actus, inter acerbos cruciatus, mortem oppetij. Quantulum id eſt, quod à te exigo, ſi quid pro te egerim ipſe recogitas? Adhuc me exiſtima, & algere, & rigere, & temporis cælique iniurijs, vt meo te exemplo ad imitationem impellam. Cogita, an æquum ſit, vt, me laboribus incumbente, otio ipſa marceas; atque inani metu diſcrimini eximas te. Age, & vel nunc, cum voco, cum hortor, cum inuito, quid te, quid me deceat, cogita. Nam indignum eſt Amantem, Sponſumque à te excludi.

NOTATIO VIII.

EGO DORMIO.

SVM. COM.

I.

Quidam hæc tribuunt ſpōſo haud recte.
Melius qui ſponſæ.
Alij initium hinc arcani ſenſus ducunt,
Magna rerum perturbatione.
Nam hæc ad ſtatum iam tertium pertinere.
1. quia hactenus dicta ſoror non eſt
2. Quia ſponſo humana membra tribuuntur.
Immo & habitus noctu venientis id probat.

CVm multis, magniſque authoribus loco hoc futura nobis diſceptatio eſt, quæ tamen forſitan non in apertum prælium, ſed in amicam pacem deſinet. Et quidem verba hæc *Ego dormio, & Cor meum vigilat*, quidam haud recte Sponſo tribuunt; in his Philo Carpathius, qui ſatis laborat, in eruendo arcano ſenſu, & quidam alij. Sed præſtat plurium, & maioris authoritatis ſequi ſententiam, & hæc Eccleſiæ eſſe verba fateri. Illud magis mirandum eſt fuiſſe qui hinc ſecundum Hiſtoriæ ordinem Dramatis initium ſumendum ducant. Quanquam, ſi Dramaticum artificium conſideres, hinc auſpicandam ſcenam quintam fatentur. Sed mirè, ſi id ſequare, rerum ordo perturbatur, de quo in Anteloquijs dictum eſt. Melius cæteri, qui monent, hæc ad ſtatum Eccleſiæ adultiorem pertinere; immo hinc iuchoari Actum tertium, nec ſine ratione ſic ſentiunt; vt loco alio monitum à nobis eſt. Sed facile eſt demonſtrare, hinc non initia amorum inchoari, ſed fines: & ſenſim per ſuos gradus ab ſtatu in ſtatum deductam Eccleſiam ad coniugij caſta fœdera per Incarnationem. Tum quia non ante hac dicta *Soror* eſt, quia ſcilicet nondum per ſuſceptam carnem conſanguinea Verbi facta eſt, aduſque poſtrema Capitis IV: verba, & huius initia; tum quia non ante hoc Caput humana membra Spōſo tribuuntur; vt pote qui antea ſolus Deus, nunc demum Homo factus, humana carne contectus, iiſdem membris, quibus homines alij, donatus eſt. Poſtremo is ipſe habitus venientis nocte concubia ad Sponſam, & introduci poſcentis, indicat, aliquid iam illi maius, quam antea licere in eam, quam hactenus deperierat, & vxorem ambierat. Itaq; de ea re vt dubitemus, nulla relicta eſt ratio.

Verba ſponſæ non ſponſi.
Philo Carph.
Pſellus.
Greg PP.
Aponius.
Greg. Nyſſ.
Theodoretus.
Tres Patres.
Caſſiodor.
Beda.

Hic primum ſponſo humana membra tribuuntur, vt pote iam homini.

II.

Sed ſomnum quidam mortem interpretantur Chriſti hominis
Vigiliam de eodē vt Deo.
Sed non eadem ratione.
At non hic ſermo de Chriſto, non de Deo.

Operoſior de ſomni huius arcano ſenſu Quæſtio, propter virorum grauium varias, diſcrepanteſque ſententias; quidam enim hunc ſoporem in deterius accipiunt, quidam in laude ponunt. Qui Chriſti eſſe verba volunt, *Somnum mortem* interpretantur, de humanitate ſcilicet; *Vigiliam* de Diuinitate; Deus enim *dormire* non poteſt. Sic dictum eſt: *Non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael*, Pſalm. 120.4. Sic Pſellus, & Philo, quibus hæret Hugo Victor. Monaſt. inſtit. de beſtijs lib. 1. cap. 1. Quanquam ille *Vigiliam* ad Diuinitatem refert, quæ in ſuorum protectionem vigilias ſemper agit: hic ad potentiam, qua ſpoliauit inferos. Aponius ſingulariter, *Dormire Deum* dicit, cum abſens eſt, *Vigilare*, cum præſens. Sed omnes hac interpretandi ratione, vno argumento conuelluntur: hic non Deum non Chriſtum, ſed Eccleſiam *Dormire*, eandemque *Vigilias agere*. Mitto haud facilè ab his Authoribus explicari, quo pacto Dei *Cor*, aut Chriſti *Vigilare* dicatur, quod negligendum non eſt, cum non ſine cauſa ſit dictum: *Ego dormio, & Cor*

Chriſtus dormit vt homo, vigilat vt Deus.
Pſellus.
Philo Carp.
Hugo Vict.
Pſ. 120.4.
Aponius.
Dormit Deus cum abeſt, vigilat cum præſens eſt.

Digitized by Google

Sed Eccl. ea non de ſe loquitur, Simul dormiente & vigilante.

Cor meum vigilat. Id enim vno eodemque tempore factum; verba ipſa ſatis indicant quanquam Ambroſius lib. de virgin. legit. & ſolus quidem, quantum memini: *Ego dormiui, & Cor meum vigilat.* Quaſi iam abierit ſomnus, quem ſequuta vigilia fuerit.

VII.

Alij ſomnum Eccleſiæ, contemplationem exponunt, Qua ſimul corpore dormit, mente vigilat.

A quibus diuerſus Ambroſius. Qui ſomnum vult ſopitas cupiditates Firmatque exemplo Iacobi.

Qui corpore ſopitus Dei arcana vidit,

Cupiditates ergo velut ſopiti ſint canes. Aut hoſtes captiui coacti ſeruire.

Quibus anima expedita volat in cælum,

Somnus contẽplatio, cum ſopitis ſenſibus mens vigilat. *Greg Nyſſ.*

Ambroſius. Cupiditatibus carnis ſopitis anima dormit vigilat tamen. *Gen 28.12.*

VIII.

Ambroſius.

Pſ. 126.3.

Sõnus, affectionum carnalium pax.

Qui de Eccleſia interpretatur; cuius ſcilicet hæc eſſe verba ponunt, in ſenſu minimè conueniunt omnes. Plerique *Somnum* interpretantur *exceſſum contemplationis*; qua, ſopitis ſenſibus, ſola mens ſui iuris eſt, ac excubias agens, lumine illo cœleſti illuſtrata, diuina myſteria oculo minimè cõniuente intuetur. Ita ſimul & *Dormit* corpore, & mente *Vigilat*: ſenſum externorum vſu priuata, ac ſola animi viuens vi, ac ſentiens. Sic Gregor. Nyſſen. Diuerſus ab illo Ambroſius, cuius verba ex lib. Exhort. ad Virg. poſui; *Vult te omnibus inuigilare momentis, vult ianuam tuæ mentis patentem inuenire; eſt & illa ianua, quam vult patere, vt aperiatur. Dormiat caro tua, vigilet fides; dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia. Membra tua redoleant crucem Christi, & ſepulturæ odorem, vt nihil illis ſomnus caloris infundat, nullos excitet motus. Ipſa eſt anima, quæ ſe Chriſto aperit, quam nulli vapores carnis exagitant.* Sed idem ille Epiſt. 60. pulcherrimè locum hunc tractat, atque exemplo Iacobi confirmat, qui dormiens, ideoque ex ſenſuum impeditus vſu, mente tamen arcana cœleſtia, ac futurorum myſteriorum vmbras videbat. *Itaque, inquit, breui ſomno dormiens impetrauit, quod magno labore poſteà acquiſiuit. Hæreditas eius eſt ſomnus ſanctorum, feriatus ab omnibus corporis voluptatibus, ab omni perturbatione animi, vt tranquillitatem mentis ituchens, placiditatem animæ, tanquam ſoluta nexu corporis ſe ſubleuet, & Chriſto adhæreat.* Sic ille. Itaque *Somnum* carnalium affectionum pacem arbitratur, cum ſpiritui ſubditæ per multas victorias, velut ſopiti canes, nec mordent, nec latrant; aut certè tanquam catenis ſuis vincti hoſtes, ſeruire coguntur. Tunc mens hiſce pedicis libera, nullo impediente volatum, cœli ſumma audace facinore petit, & non tam hoſpes, quam ciuis inter cœleſtis aulæ Proceres tanquam, cum amicis miſcet colloquia, delitijs fruitur: niſi quòd ſtatus ille minimè duraturus, in ea ipſa, quibus ſe quodammodo exuerat, inuitam reuocat: patriam iterum, quam ſibi viſa eſt inuiſiſſe de proximo, ſuſpirantem. Hæc omnia pulcherrimè dici, atque vtiliter, non nego, vereor vt aptè. Nam eadem hæc ſeu anima, ſeu Eccleſia, excuſationes obtendit, vocante, ac pulſante Sponſo, & admitti poſcente; demumque repulſa caſtigatur: quod in eam non quadrat, cuius *Somnus* laudandus, præmioque dignus ponitur; ſi *Somnum* interprętere vel ſenſuum intermiſſum vi contemplationis vſum, vt mens adhæreat Deo: vel carnalium affectionũ, quæ militant aduerſus animam, compreſſionem; vt animus, nemine dormente, per exceſſum à terrenis accedat ad Deum.

Hæc vere dicta, ſed minus aptè ad hunc locum.

In quo ſomnus in laude non ponitur.

Eccleſia dormiens non laudatur, ſed accuſatur.

IV.

Neque hic pax Eccleſiæ ſomnus eſt, Poſt perſecutionũ probationes, Cum propter ſomnum abſentia ſponſi caſtigatur. Nam Sponſus vocans laudandus eſt, Illa non audiens reprehendenda,

Somnus Eccleſiæ pax poſt perſecutiones. *Cyprianus. Theodor.*

Qua etiam ratione Caſſiodori ſententia minus probanda videtur, qui *Somnum pacem Eccleſiæ* interpretatur, cum Deus illam poſt perſecutionum probationes, otio frui permittit: qua illa Sponſi indulgentia acrius, & liberius in illius amorem accenditur. Et Cypriani lib. de Orat. Dom. & Theodoreti quorum eadem ferme ſententia eſt; etiam cum oculi *Somno* premuntur, *vigilandum* eſſe corde, atque orandum. Omnes ponunt hunc Eccleſiæ ſoporem laudandum eſſe, cum ex ſerie ipſa conſtet, potius in deterius accipiendum: quandoquidem, quidquid *Somnum* eſſe velis ab eo excitatur Sponſa, & ad aperiendum inuitatur, admittendumque Sponſum, quod dormiens certè facere minimè poterat. Quemadmodum ergo, cum Sponſus ad eam accedit, vocat, pulſat, inuitat, ac blanditiarum omni arte prouocat ad aperiendum; laudandus certè eſt, quod etiam dormienti, ſe excuſanti, nectentique moras fauorem impendit; ita illa, cum *dormit*, hæret, dubitat, atq; excuſationes obtendit, laudanda non eſt, ſed caſtiganda; quod ſtatim merito indignatus præſtat Sponſus. Quæ mihi ratio ad id peruincendum ſatis videtur eſſe: alias apud alios habes, nec contemnendas.

V.

Neque de ſynagoga hæc accipienda

Et in ea carnalibus, & ſpiritualib.

Ex quibus illi dormiunt, hi vigilent.

Quales Patriarchæ, & Prophetæ,

Et alij ſanctitate inſignes,

Synagoga in carnalibus dormiens, in perfectis vigilans.

Hiſce poſitis, adhuc nobis lis cum nonnullis eſt; Quidam enim hæc de ſynagoga interpretantur, in qua plerique carnalibus deditι curis, & a cœleſtibus, ac ſpiritualibus alieni, ſopore grandi premebantur. Sicut enim ſomnum vapores efficiunt, atque halitus ex ventriculo in caput, cerebrumque, ex indigeſtorum adhuc ciborum colluuie, vi natiui caloris eliquati; ſic populo illi terrenis prorſus immerſo, ac carnalibus deſiderijs impedito contingebat, obtundente animi partem potiſſimam nebula illa craſſa cupiditatum. In ijs Eccleſiam *Dormiuiſſe* dicunt. Contrà quidam ex illa populi carnalis fœce, tametſi non adeo multi, ſecernebantur, qui votis, ac deſiderijs ad ſuperna leuati, *vigili mentis oculo* ea intuebantur; nec vaporibus illis carnalibus impediti, quin clare perſpicerent, & audirent vocantem Deum; tales fuiſſe Prophetas, viroſque ſanctitate inſignes, qui nunquam in eo populo deſiderati fuere. In his potiſſima Eccleſiæ pars, ideoque nomine *Cordis* apte ſignificari, illam *Vigilaſſe*, & vocantem audijſſe Deum. De his dictum: *Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt.* Ioel. 2.28. Ideo dictos videntes. Sic quidam de Recentioribus.

Ioel. 2.28.

VII.

Quidam Eccleſiæ Rom. relaxationē hic agnoſcunt. Et à primo feruore caſum. Et caritatis refrixionem, Sed neque hæc ſententia probanda. Propter rationes alio loco indicatas.

Eccleſiæ Rom. relaxatio, ſomnus quibuſdam.

Poſtremo quidam ad Eccleſiæ Romanæ deſidiam, &, vt dici ſolet, relaxationem, à qua à Chriſto excitetur, reuocant hunc *Somnum*. Nam *tepiditatem*, & in obſequendo Dei legibus *negligentiam*, aptè per ſomnum indicare, res loquitur ipſa. Certè enim ea Chriſti vox: *Ego ſto ad oſtium, & pulſo*; Apoc. 3. 20. ad torpentem, negligentemque refertur: *Ego, quos amo arguo, & caſtigo, æmulare ergo, & pœnitentiam age.* Apoc. 3. 19. Quæ tam hiſce, quæ præ manibus habemus, ſimilia ſunt, vt tam ſimile ouum ouo non ſit. Factum id autem dicunt, cum poſt primum Eccleſiæ feruorem recenti Chriſti memoria prioribus illis temporibus, caritas illius intepuit, ac fere refrixit: vt iteratis vocibus excitari debuerit. Hanc nos ſententiam ex parte priore probamus, quatenus *Somnum* Eccleſiæ torporem intelligit: ex poſteriore reijcimus: neque enim adduci poſſumus, vt credamus hæc ad alia tempora referri, quam, ad prima illa poſt mortuum proximè Chriſtum: ſic enim aptè conueniunt omnia, ſi analogiam rei ad rem præ oculis habeas, & ductum noſtræ interpretationis placeat ſequi. Seruet auidus, prudenſque Lector iudicium, forſitan aſſentietur, interpretationi noſtræ non infimum inter probabiles poſſe locum aſſignari.

Apoc. 3. 20. & ibid. 19.

VIII.

Ergo hic ſtatus Eccleſiæ deſcribitur poſt paſſionem, Tunc enim multa Eccleſiæ trepidatio, Sicuti in horto cū iuſſi diſcipuli vigilare, Præ triſtitia dormierant, Negauit poſtea Petrus. Negaturi fortaſſe & cæteri. ſi eodē tentationis vento fuiſſent impulſi,

Status Eccleſiæ poſt mortē Chriſti.

Probabiliſſimum ergo arbitramur, ſtatum hic Eccleſiæ poſt mortuum Chriſtum deſcribi, enarrari ſcilicet eius initia, cum à Iudaica in Chriſtianam mutata eſt; & ab initijs illis cæteram ſua per tempora Hiſtoriam duci. A verſo autem hoc ad verſum primum ſequentis capitis illius guſtare cenſeri à mortuo excitatoque Chriſto ad vocationem vſque Gentium, earumque in Eccleſiam primum ingreſſum. Sed inſtemus præſentibus, cæteris ſua in loca reſeruatis. Mortuo Chriſto magnam fuiſſe trepidationem Eccleſiæ, ac timorem multum, nemo neſcit. Et vero, quòd, dum ſe Dominus ad paſſionis prælium pararet in Horto, Diſcipulorum etiam coniunctiſſimi ſopore oppreſſi narrantur; neque ſemel, & iterum moniti, vigilijs inſtitiſſe, non illorum modo præſentem ſtatum, ſed mox etiam mortuo Chriſto futurum expreſſum in eo fuiſſe, non dubitamus. Mitto, tempore paſſionis, fugam omnium, ac negationem Petri, qui præporpero feruore morti ſeſe obiecturum pro Magiſtro profeſſus; Qui forſitan in negando futurus ſolus non erat, ſed ſocios habiturus ignauiæ, ſi, quod illi diſcriminis obiectum eſt, cæteros pulſauiſſet. Vnus Petrus, ac omnium in amore Chriſti feruentiſſimus, ſe negauit ex eius eſſe Diſcipulis, vel ſibi omnino cognitum. Quid cæteros facturos fuiſſe putas, ſi eadem iactati tempeſtate fuiſſent? Neque enim ſperare poſſumus, cymbas euaſuras diſcrimen, vbi onerariæ, fluctibus deuoratæ, intempeſtiuæ audaciæ fuere exemplum. Omnia Diſcipulorum præſentem ſtatum deſcribunt, dum Dominus paſſionis ſuæ fluctibus iactaretur, quibus per Reſurrectionem eripiendus erat. Mortuo Chriſto, timor alius in animos irruit, ac multa de illius rebus dubitatio. *Nos* inquiunt illi, *ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael: & nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie, quòd hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt, ad monumentum; & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes, ſe etiam Angelorum viſionem vidiſſe, qui dicunt, eum viuere.* Luc. 24. 21. 22. 23. En ſpem collabentem, fidem nutantem, animos omnia pauentes, nec vllibi figentes ſtabiliter pedem; ac ne oculatis quidem teſtibus ſatis de Magiſtri reſurrectione credentes.

Eccleſiæ trepidatio mortuo Chriſto. *Matth. 26. 40. Mar. 14. 37. Luc. 22. 41.*

Diſcipulorū ſub paſſionem metus. *Matth. 26. 16. & ibid. 59.*

Mortuo Chriſto adhuc multa trepidatio.

Qua & ſpes nutans, & fides dubia.

Fides Apoſtolorum nutans, & ſpes dubia.

IX.

Vt verſari cum cæteris non auderent. Id à M. Leone grauiter deſcriptum, Hic ergo hic ſomnus Eccleſiæ eſt. Qui non ſinebat eam integre de rebus iudicare Pauore ac trepidatione perculſā,

Apoſtoli poſt aſcenſum Chriſti adhuc publicum fugientes. *Leo Magnus.* Eccleſiæ ſomnus torpor Apoſtolorum in cænaculo.

Quid cum ſublato in cœlum Chriſto, ac necdum S. Spiritu in eos delapſo, animis ipſi defecti, publico abſtinebant, non auſi inter conciues ſuos verſari, trepidi adhuc, pauenteſque ad quamcumque vmbram periculi? Hunc Eccleſiæ ſtatum M. Leo pulcherrimis verbis deſcripſit, Serm. 1. de Aſcenſ. *Mors*, inquit, *Chriſti multum diſcipulorum corda turbauerat; & de ſupplicio crucis, de emiſſione ſpiritus, de exanimati corporis ſepultura, grauatis mœſtitudine mentibus; quidam diffidentiæ torpor obrepſerat.* Hunc nos Eccleſiæ ſtatum ſub ſchemate *Somni* hic deſcribi putamus. Nam reuera quemadmodum dormientibus fruſtra fabulas narres, aut quid perſuadere coneris; vt pote vel minimè audientibus vel non percipientibus, quæ dicas; ſic multo timore trepidis fruſtra quidquam loquaris, nec percipientibus, nec integro iudicio de rebus auditis cenſentibus. Excitari ergo dormientes eſt opus valida alicuius voce, vt excitati audiant, & quæ audierint mente percipiant: & pauentes, timore illo liberari, vt, liberis ab errore ſenſibus, perſuaderi ſe ſinant, & reduci in viam, à qua diuerterant, pauore compulſi, ac trepidatione alienati. Rite ergo timentis, pauentis, trepidantis Eccleſiæ ſtatus habitu *dormientis* deſcribitur.

X.

Et quanquam reſurrectione Chriſti excitata. Adhuc ſomni reliquijs impediabatur.

Apoſtoli reſurrectione Chriſti non in totū excitati à ſomno.

Et excitati quidem illi per Chriſti reſurrectionem fuerant, & eiuſdem vocibus rediuiui, atque aſpectu, & operibus incitati, verſauerant ſtratum; ſed nondum ſtatim totus abierat ſopor; quemamodum recens quidem excitatis tranſacti ſomni reliquiæ manent, ſenſuum ſemiſopitorum adhuc turbatio, corporis, membrorumque torpor; vt etiam apertis oculis adhuc dormire ſe credant, adhuc vanis ſoporis imaginibus deludi ſe exiſtiment. Sic de Petro dictum. *Et ecce Angelus Domini adſtitit, & lumen refulſit in habitaculo;*

Act. 12. 2. 8. 9.

Nec vigilabat in totum,
Sicuti Petrus cum liberaretur ab Angelo,
Quoad Spiritu adueniente concuſſa domo.
Omnino ſomnus euanuit,

tâculo; percuſſoque latere Petri excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ecciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calceate caligas tuas, & fecit ſic. Et dixit illi: Circunda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum, exiſtimabat autem ſe viſum videre. Act. 12.7.8.9. Apoſtoli autem, tametſi à Chriſto ſæpè ſe viuum oſtentante, multa colloquente, humaniter cum eis eſitante, à *Somno* illo, atque torpore excitati; adhuc tamen prioris *Somni* depreſſi reliquijs, nondum ſibi ſatis conſtabant. quoad concuſſa, adueniente S. Spiritu, domo, ac fragore ingenti ſonante, totus ille *Soporis* torpor euanuit, vt ſuo paulo poſt dicemus loco. Vides aptè omnia quadrare, atque hunc Eccleſiæ ſtatum graphice ſub imagine *Somni* deſcribi.

Spiritus Sancti aduentu, excitati in totum a ſomno Apoſtoli.

XI.

Non autem tota dormiebat,
Id vero de illius membris quidam interpretantur,
Nec ſine ratione idonea, ſi ſenſum noſtrum ſequare,
Nam Eccleſia in quibuſdam premebatur eo torpore,
In Maria vigilabat, quæ cor Eccleſiæ dici potuit.
Ea autem in cœnaculo diſcipulis aderat,
Et animos faciebat timentibus,
Sicut cor vitales ſpiritus cæteris mēbris diuidit,
Et purum ſanguinem gignit,
Alioqui cor ſemper vigil, ſopitis ſæpe cæteris membris,
Ideo illi tributa intelligentia.
Sicuti viſceribus ſapientia,
Propter ſtatas in operando leges,
Et ordinatas functiones,

Sed nimirum nec tota dormiebat Eccleſia, nec in totum ſopore illo trepidationis, ac deſidiæ premabatur. Ego, inquit, *Ego dormio, & Cor meum vigilat.* „ Dormiebam quidem, „ ſed non tota, & corpore quanquam ſomno ſepulta, animo vigilabam. Hoc quo ſenſu dictum ſit, quærendum nunc eſt: nam quo pacto alij interpretentur, paulo antè dictum eſt. Plerique tamen hæc de Eccleſia interpretantes, eam in ſuis membris, & *dormire* ſimul, & *vigilare* dicunt: nec ſine ratione dicunt. Quæ ſi ad ea tempora referas, de quibus hæc accipienda arbitrati ſumus, fortaſſe pulcherrimum ſenſum elicies; an omnino ad hunc locum aptum, non audeo definire. Nam torpore illo, ac *Sopore* premebatur Eccleſia in pleriſque diſcipulorum, vt paulo ante dictum eſt; ſed eadem illa in parte potiſſima *Maria Virgine* vigilabat, cui nunquam *Somni* illius torpor impoſuerat, fide ſcilicet firmæ, ſpe ſecuræ; caritate ardenti; menteque omni diſcuſſa deſidia, die noctèque vigilias agenti, atque inconniuente lumine *vigilanti*. Quam ſi *Animum Eccleſiæ* & *Cor* eſſe definias, habebis forſitam neminem repugnantem. Neque enim ſine cauſa dictum de illa eſt, adfuiſſe cum vndecim in cœnaculo, & cæteris diſcipulorum, dum Sancti Spiritus exſpectaretur aduentus. *Hi*, inquit, *omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione, cum Maria Matre Ieſu, & fratribus eius.* Act. 1. 14. Quaſi Choriphæam totius illius cœtus aut verius, tanquam *Cor* illius *Corporis*, vnde reliquis membris vitæ ſemina diuiderentur, & vis vitalis omnis communicaretur. Ac quemadmodum *Cor* nobiliſſimum nonmodo corporis membrum eſt, ſed etiam totius ſanguinis vitalis ſedes, ac fons, quo puriſſimi, ac ſimpliciſſimi ſpiritus, nullis fœcibus impurioris ſanguinis permixti, feruent; caloremque, ac vitam continent; ſic vni *Virgini* poſt Chriſtum eſt datum, vt puritatis, in Eccleſia promptuarium ſit; ſanctitatemq; ac gratiam contineat, nulla impurioris affectus fœce permixtam, aut aliquando libatam afflatu ſanguinis fœculenti: qua gratia nemo hominum poſt illam donatus eſt. Iure ergo illam dicas *Eccleſiæ Cor*. Accidit & alia ratio minime contemnenda. Nam *Cor* ſi conſideras, vnum de omnibus membris eſt, qui *Somnum* neſcit: immo cæteris ſopore ſepultis, & viuit, & excubias agit, quod perpetuus illius motus ſatis confirmat. Hoc illud referas: *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam?* Iob. 38. 26. Quo loci non aptè videtur cum viſceribus hominis gallus coniungi; nam qua affinitas vnius cum alio? Omnis de vno vocabulo ceſſabit quæſtio, ſi origines conſulas, *Secui* enim à radice *Sacab*, de doctis, quidam, nec ſine ratione, vt videtur, *Cor*, interpretantur, & quanquam aliter nonnulli, nec ſine labore multo explicant; certum nobis hoc loco, eas deſcribi naturæ ſapientiſſimè diſpoſitas leges, quibus interiora viſcerum gubernantur, ſuaque per munia diſtributis partibus, animalibus, vitalibuſque actionibus occupantur; quin alia in aliorum meſſem falcem mittant. Eam ſapientiam miratur viſceri inditam, tam ſtabili ac fixa lege, vt nunquam fallat, in corpore quidem bene conſtituto, & ſano, *Cordi* autem *intelligentiam* tribuit, & quidem merito, cum ordinatiſſimè cæteris membris, ſecundum exigentiam cuiuſque, vitales ſpiritus diuidat: vt, ſi intelligentia multa polleret, non aliter poſſet agere. Nec ſine cauſa eodem vocabulo & *Gallus*, & *Cor* cenſentur; cum & gallus vigilantiæ ſit ſymbolum, propter nocturnas excubias, qua cauſa *Excubitor* dictus, eſt: & *Cor* ipſum ſemper *Vigil* in humano corpore, velut in magnis ædibus, agat vigilias ne quid per nocturnas tenebras diſcriminis obrebat. Itaque merito & *Vigilantis* & *Excubitoris* appellatione donari *Cor* poteſt. Eſt hæc ergo ratio alia, cur merito *Virgo Mater* dicta ſit *Cor Eccleſiæ*, cui vni id datum, vt, quantum ad ſuperiorem animæ partem, nunquam *dormierit*. Sentiebat illa quidem corpore laſſitudinem, ac fatigationi leuamē haud raro ſopore neceſſario quærebat: ſed, dormente corpore, minimè eiſdem ſoporis nebulis illius mens obuolebatur; tunc potius liberius cum Deo agens, nobiliſſimarum virtutum vocabat officijs; vt nec ab amando Deo ceſſaret; nec aliam in illius omnino faciem ſomnus, aliam vigilia videret. Sed hoc argumentum à viro doctiſſimo ordinis noſtri pleniſſimè, atque eruditiſſimè pertractatum, non verſamus; ſatis indicaſſe contenti. De ſe ergo Eccleſia in reliquis membris *Dormire* fatetur, *Corde*, id eſt in *Maria Virgine Vigilare*.

Eccleſia in quibuſdam dormiens, & in alijs vigilans.

Eccleſia in Maria V. ſemper vigilans.

Maria Eccleſiæ cor, vnde reliquis vita & motus,

Act. 1. 14.

Cor nobiliſſimū mēbrū corporis,

Maria puritatis fons.

Cor ſemper vigil, etiam membris alijs dormiētibus.

Iob. 38. 36.

Secui quid ſit Hebr.

Naturæ ordinatiſſimæ leges in functionibus internis.

Cordi cur intelligentia tributa.

Cordi & Gallo idem nomen apud Hebr.

Maria Virgo ſēper mēte vigilās *Suar tom 2 in 3. P. Diſp. 18 ſect. 2.*

Quia cauſa cor & Gallus eodem nomine donati,

Quia vtriq; proprium vigilare,

Quæ cauſa alia cur virgo in Eccleſia dicta.

Cum etiam corpore dormiens animo vigilaret.

Nec ab amando Deo ceſſaret,

Cui

Digitized by Google

XII.
Sed ſunt qui cor Chriſtum interpretentur,
Quibus minime aſſentimur.

Chriſtus cor Eccleſiæ.

Cui hæc diſpliceant, haud deerit, quod fortaſſe magis probet. Nam quidam *Cor meum, Chriſtum Sponſum* interpretantur, qui ſolito amantium more ex eo nomine, blandiſſimo ſcilicet, & affectu pleno ab Sponſa donetur. Prius ergo *Soporem* ſuum, torporemque incuſat: mox opponit deſidiæ ſuæ *Chriſti* ſollicitudinem, in illius commoda *Vigilantis*. Sic ferme Salomon Iarchius, & de Recentioribus quidam, nec indocti. Sed horum ſententiam loco alio probauimus.

Dram Comment. c. 5. not. 2 nu. 8.

XIII.
Probabilius dicas, ſecundum inferiorem partem dormiſſe Eccleſiam, ſecundum ſuperiorem vigilaſſe
Quemadmodum Chriſtus in horto,
Pauore ſecundum carnem preſſus,
Secundum ſpiritū fortis
Sic Eccleſia contrarijs fluctibus agitata,
Quoad virtute ex alto firmata,
Ea ergo erat Eccleſiæ diſpoſitio,
Dum in cœnaculo contineret ſeſe,

Eccleſiæ dormiens ſecundū inferiorem partē vigil ſecundum ſuperiorem.

Aptiſſimum ad horum verborum ſenſum, ſi dicamus; eandem illam Eccleſiam ſecundum inferiorem partem *Somno* ſe preſſam fateri: ſecundum ſuperiorem vero, mentem ſcilicet, *Vigilare*. Et Chriſtus certe Sponſæ ſuæ indutus affectus, vt imbecillitates illius in ſe ſuſcipiens, virtutē ſua indueret, ad primam atrociſſimę mortis imaginem pauore tanto conſternatus eſt, vt animus, ſecundum inferiorem partem, ſuccumberet, & quaſi horrore quodam pulſaretur, teſtatus anguſtias, in quas à ſua carne adhuc ſua horrenda mala cogebatur, ſtillantibus toto de corpore cruoris grumis, ſolumque rigantibus. Cum interea tamen ſecundum animi partem ſuperiorem, tam non horreret mortis imaginem, vt potius prouocaret non audentem inferre ſe. Ideo quærentibus ſolus occurrit, ac volens tradidit, elabi cum poſſet. Ergo & ſecundum inferiorem, animalemque animi partem *Soporem* admiſit; ſecundum ſuperiorem, ac ſpiritalem *vigilias* egit, nulla ſe *Somni* illius illecebra paſſus pulſari. Sic Eccleſia, contrarijs acta fluctibus, diebus illis ferebatur; &, quæ, ſecundum ſenſibilem partem, timori illi ſuccumbebat; ſecundum ſuperiorem fortis ſeſe periculis obiectare parabat: niſi quòd, ne ea quidem poſtſo ſuum tenorem omnino ſeruabat; quo ad noua virtute induta ex alto, quaſi impenetrabili tecta clypæo, ac torace munita, nullam aduerſantium hoſtium contumaciam iam timeret, potius vltro prouocaret, alacriſque rueret in diſcrimina, vel ſolo adſpectu aduerſarias acies diſiectura. Pertinet id ſcilicet ad diſpoſitionem animorum, poſtquam excitatus de ſepulchro Chriſtus, aſpectu, ſermoneque Diſcipulos confirmaſſet, ſublatuſque in cœlumque eſſet: tunc fides cæpta eſt firmius fundari, erigi ſpes, & caritas roborari: tunc enim non iam eâdem illi facie, qua antè pericula formidabant, ſed alacriores ſeſe parabant ad pugnam; nondum quidem auſi congredi; ſed minus quidem quam prius trepidi & pauentes. Atque in hunc ſenſum arbitramur dictum: *Ego dormio & Cor meum vigilat*. Quo omnino referendum, quod legimus. Act. 1. 12. Poſt ſublatum in cœlum Chriſtum, reuerſos Ieroſolymam Apoſtolos, in cœnaculum ingreſſos, ſtatim de communibus egiſſe rebus; & pro Iuda datis ſortibus, in illius locum ſubſtituiſſe Matthiam. Hæc enim iam eorum erant officia, qui ſibi conſtarent: atque de torporis prioris ſopore excitati, ſaniore iudicio de rebus cenſerent: diſſlatiſque, tametſi non in totum, timoris nebulis, clarius perſpicerent: &, quanquam nondum auſi publico ſe committere, multum de priore trepidatione remiſiſſent.

Luc. 22. 41.

Chriſtus in horto carne timens mortem, animo prouocans.

Eccleſiæ diſpoſitio, dum Spiritus S. exſpectaretur.

Et de communi re conſulerent,

Subſtituto Iuda Matthia,

Act. 1. 12.

Quod vigilantiū iam fuit.

NOTATIO IX.

VOX DILECTI MEI PVLSANTIS: APERI MIHI SOROR MEA, AMICA MEA, COLVMBA MEA, IMMACVLATA MEA.

I.
In his verbis non vna quæſtio eſt,
Sed primo ad quos loquatur Chriſtus expendendum,
Quidam ad contēplatiuos volunt,
Agmen ducit Auguſtinus,
Qui eos ab otio ad negotium animarum inuitari velit ſe
Illius habes lectiſſima verba.

DORMIENTI, ſecundum animæ partem inferiorem, ſed ſecundum ſupériorem vigilanti, facile fuit, vocantis, pulſantis, inuitantis audire *vocem*. Sed in verbis, vt videtur planis, non vna quæſtio eſt, ſi arcanum ſenſum expendas; nam de Dramatico ſuo loco dictum. Quæ illa *vox* Chriſti ſit. Quomodo *pulſare* dicatur: & ad quos hæc verba referenda ſint, id eſt, quos vocet, quorum fores feriat; à quibus, vt introducatur, poſcat. Incipiamus à quæſtione poſtrema. Pergunt hæc quidam ad *contemplatiuos* referre, qui moneantur, tempus eſſe, tranſeundi ab otio contemplationis ad negotium animarum. Auguſtini vnius vice omnium verba dabimus. Tractatu LVII. in Ioan. *In iis, qui, contemplationi vacantes, ſuauiter, & humiliter requieſcunt, dum otioſè oblectatur Eccleſia, ecce pulſat, qui ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; &, quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Vox ergo pulſat ad ianuam, & dicit: Aperi mihi ſoror mea. Pulſat vt excutiat quietem Sanctis otioſis, & clamat: Aperi de ſanguine meo Soror mea, de acceſſu meo propinqua mea, de ſpiritu meo Columba mea, de ſermone meo, quem plenius ex otio didiciſti, Perfecta mea. Aperi mihi, prædica me, ad eos quippe, qui clauſerunt contra me. Quomodo intrabo ſine aperiente? Quomodo audient ſine prædicante?* In hunc ſenſum Gregor. PP. Caſſiodorus,

Com. Dram. c. 5. ver. 2. not. 9.

Contemplatiui vocantur ad negotium animarum,
Auguſt.
Matt. 10. 27.

Rom. 10. 15.
Gregor. M.
Caſſiodorus.

&,

Sequuti alij ſunt, veteres, Recentiores,
Id autem probabiliſſimum.

&, qui eius ſemper veſtigijs hæret, Beda. Iuſtus, Anſelmus, Richardus Victor. & de Recentioribus quidam. Hæc ſententia omnium probabiliſſima, ſi tamen eius doctrinam ad certum tempus aptes, arcteſq; vt ſuo loco dicemus: nam ſeries ipſa Interpretationis id exigit: ne ad quoſcumque verbi Miniſtros, ac quocumque tempore dicta putemus.

Beda. Iuſtus. Anſelmus. Richar. Vict.

II.
Alij ad iuſtos referunt, qui ad maiorem Dei cognitionem inuitētur,
Ea illius ſunt vota,
Sed quiddam ſingularius hic dicitur.

Gregorius Nyſſenus, & tres Patres, generalius accipiunt, ideoque minus apte; hæc enim ad *iuſtos* generatim referunt, in quos ingredi Deus velit, per exactiorē ſui cognitionē: quantumcumq; enim Deum noueris, multa adhuc te ignorare neceſſe eſt: ergo paratos nos ſemper eſſe vult, ad maiorem illius notitiā: ideo cū ſe cupiat ſemper ingerere, ſemper *vocat, pulſat, inuitat.* Sic dicebat Deus. *Aperi os tuum & implebo illud.* Pſal. 80. 11. Et Chriſtus. *Vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs vt, cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Luc. 12. 36. Hic ſenſus illud habet incommodi, quòd, quæ ad certum tempus, & certas pertinet perſonas, nulli tempori arctat; ſed omnibus, & temporibus, & perſonis accommodat. Omni enim tempore hunc ſui ingreſſum, per maiorem ſui notitiam, Deus deſiderat; *Semper ſtat ad oſtium, & pulſat.* Apoc. 2. 20. Semper vocat, ſemper inuitat, quia ſemper ingredi paratus, atque ad epulandum cum amicis, ſi illum admittant. Idque omnibus commune eſt iuſtis, & iniuſtis. Quemadmodum enim *vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*; ita in omnibus maiorem ſui quærit notitiam: tametſi verum eſt, id iuſtis eſſe peculiare, vt in Dei cognitione creſcant in dies. Hoc autem loco vel ſonus ipſe verborum ſatis indicat, aliquid aliud velle Chriſtum, cum Eccleſiam ſuam vocat, *oſtium pulſat*, hærenti, ac dubitanti blanditur.

Gregorius. M. Tres Patres. Iuſti ad pleniorem Dei cognitionem inuitati. *Pſ. 80. 2.*
Luc. 12. 36. Is ſenſus non probatur.
Cum illud commune ſit omnibus
Apoc. 2. 20.
Iuſtis iniuſtiſque. licet magis proprium iuſtis.
1. *Tim. 2. 4.*

III.
Sunt ergo Chriſti verba ad Diſcipulos cœnaculo clauſos,
In commune bonum directa,
Ne paratis adſe mentem agri. operarum ignauia ſemen deficeret.

Cæterum, ſi his, quæ ſunt ſuperius conſtituta, hærere placeat, facile erit verum elicere ſenſum. Verba ergo Chriſti ſunt ad Diſcipulos, eos ad miniſterium verbi præparantis, & ab otioſo illo torpore, qui eorum animos occuparat, excitantis ad negotium prædicationis, quos ille tunc ſcilicet maximè agebat, cum de executione redemptionis tractabat. Non ergo hæc Chriſti Domini vox tam eo ibat, vt per eam ſingulorum commoda procuraret, atque eorum animos in ordine ad ſe perficeret, per amorem, fidemque: maior illi vera de multorum redemptione: ne ſcilicet inane eſſet, quidquid hactenus ipſe egiſſet, ſi operarum ignauia præparatis alioqui noualibus ſemen deficeret verbi, quod tacito cœli fauore fotum, primo herbam germinaret, mox ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Præpararat quidem prius Diſcipulos dum viueret, & doctrina, & exemplo inſtituerat, vt qui acuit ad pugnam futuram gladios; & tunc etiam antequam rediuiuus rediret ad Patrem, haud ſemel inſtiterat operi docendo, increpando, monen- ſed id ſcilicet totum curarum in prædicationis opus ordinabatur, vt inſtructi prodirent ad agendum. Id eſt, quod Lucas dixit, Actor. 1. 3. *Quibus & præbuit ſe ipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei.* Et: *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus Sancti in vos; & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Ver. 8. Huc etiam increpationes illæ pertinent, quibus, paulo antequam ſubiret in cœlum, eos pulſauit, quemadmodum Marcus ſcribit: &, quod in opus ſibi eos deſtinaſſet, expoſuit. *Exprobrauit eorum incredulitatem & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt; & dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium meum omni creaturæ.* Marc. 16. 14. 15.

Chriſtus excitat Apoſtolos ad negotium animarum.
Chriſtus ſemper ſollicitus ne operarum ignauia verbi ſemen deficiat
Huc dum viueret ibat doctrina, & exemplo.
Immo poſtquam excitatus a mortuis eſſet,
Id intelliges ex Luca, & Marco.
Act 1. 3. 8.
Mar. 16. 14.

IV.
At quam vocem ſe audiuiſſe Eccleſia dicit?
Vox ea fuit non extrinſecus ſolum ſonans.
Sed qualis audita Diſcipulis euntibus Emaumtem,
Nam nondum illapſo Spiritu,
Omnis rerum cura Chriſti erat.

Prima quæſtione explicata, vocat ſecunda, quanquam ex parte expedita eſt. Cum *Vocem* ſibi Sponſi auditam, dicit, quam *Vocem* intelligat. Nam certè ad eas ipſas Chriſti ad Diſcipulos exterius ſonantes *Voces*, referri hæc poſſunt. Indicat Philo Carpath. qui hæc de Chriſto interpretatur, cum poſt reſurrectionem, ianuis clauſis ad Diſcipulos intrauit: & Thomam incredulitatis reum ad ſuum Tribunal egit, & in eo cæteros. Sed non ſola illa exterius ſonans vox fuit, ac velut inanima: additæ interiores, ſed efficaciores, quibus eorum corda mutata ſunt, & ipſi in alios verſi homines. Id illi fatebantur; *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas?* Luc. 24. 32. Itaque antequam Spiritus Sanctus delaberetur in Diſcipulos, omnis rei communis cura Chriſti erat, nam, qui Diſcipulos doctrina genuerat, idem velut Pater paruulos formabat, priuatiſque imbuebat præceptis, quantum eorum ferebat captus: grandioribus datus Pædagogus Spiritus Sanctus, qui eos aptioribus imbueret diſciplinis: atque inita per viſibilem præſentiam, & exteriora ſigna poſſeſſione tanti muneris, totum deinde ipſe onus inſtitutionis ſuſciperet; quo ad plenè inſtructi docere alios poſſent.

Luc. 24. 32.
Chriſtus doctrina genuit Apoſtolos velut pater. Spiritus Sanctus velut pædagogus ſucceſſit.

V.
Agnouit autem Eccleſia Chriſti vocem,
Qui illius ſemper character fuit.

Agnouiſſe autem *Dilecti vocem* ad illius primum ſonum, indicat Eccleſia, vt etiam ſemiſopita dubitare non potuerit. Id enim, quod alias monitum eſt, & proprium Chriſti *Vocis* eſt, vt ſui indicium faciat audienti: & Eccleſiæ Character eſt, vt ſemel auditam ignorare non poſſit, nec omnino errare. Quo ſenſu dictum à Chriſto eſt: *Oues vocem eius audiunt, & illum ſequuntur, quia ſciunt Vocem eius: alienum autem non ſequuntur. Sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt Vocem alienorum.* Ioan. 10. 3. 4. 5.

Eccl. character, Chriſti vocem audire & agnoſcere.
Luc. 10. 2. 4 5.

Sed

VI.
Ille autem non contentus vocaſſe, etiam pulſauit Ianuam.
Quam Ambroſius deuotionem eſſe voluit,
Alibi preces & orationes,
Alibi fidem, tam varius fuit,
Alij corporis ſenſus eſſe volunt.
Vere omnes quantum ad doctrinã,
Sed melius Hieronymus, cor ianuam dixit.
Quam aperire in poteſtate noſtra eſt,
Hanc & Deus per gratiam aperuit.
Vox autem ſponſi ad intellectũ ſpectat.
Pulſus ad voluntatem.

Sed non contentum *Vocaſſe*, & Voce ſonante interpellaſſe, etiam fores *Pulſaſſe* affirmat. Vnde nato, quam nonnulli quæſtionem mouent, quæ ſit iſta ianua, quoque pacto eam *Pulſare* dicatur Chriſtus. Quæſtio nec difficilis, nec maximè neceſſaria. Ianuas interpretatur Ambroſius, alibi quidem *Deuotionem*, intelligere puto, animæ, à cæterarum rerum cura remotæ, in vnius Dei obſequium vigilantis ſtudium. *Et ſi dormias*, inquit, *ſi modo deuotionem animæ tua nouerit Chriſtus, venit & Pulſat eius ianuam, & dicit: Aperi Mihi, ſed extraneis claude. Seculo claude; neque ipſa foras ad illa materialia prodeas: neque tuum relinquens lumen alienum requiras. Aperi ipſam te Mihi, noli coarctari; ſed amplia re, & implebo te.* Lib. de Iſaac Cap. 6. Alibi *preces, orationeſque. Eſt & illa ianua, quam vult patere, vt aperiatur, vt reſonet os tuum laudem Dei gratiam Sponſi, crucis confeſſionem; ipſa eſt anima, qua ſe Chriſto Aperit, quam nulli vapores carnis exagitant.* Lib. Exhor. ad Virgin. Alibi demum *fidem: Ianua noſtra fides eſt, qua totam demum, ſi fuerit robuſta communit. Per iſtam ianuam Chriſtus ingreditur. Vnde & Eccleſia dicit: Vox fratris mei Pulſantis ad ianuam.* Serm. 12. in Pſalm. 118. Tam varius Ambroſius in huius loci tradendo ſenſu. Theodoretus autem *ianuas* haſce, *corporis ſenſus*, intelligit. *Per quos Sponſa Sponſum excipit, non modo pulſantem, verum etiam præcipientem, vt ſibi fores aperiantur.* Omnia quantum ad ſententiam verè dicuntur; quantum ad litteralem ſenſum, de quo hic quærimus, aptius multo eſt, quod Hieronymus monet. Epiſt. 22. ad Euſtoch. *Quid neceſſe eſt, vt Cordis tui oſtia clauſa ſint? Sponſo aperiantur Chriſto, claudantur Diabolo.* Cor ergo ipſum *ianua* ſit, quod ſcilicet claudere, & aperire Deo in poteſtate noſtra eſt: & *pulſantem* Chriſtum introducere. Hanc ianuam *aperire* Deus dicitur, cum ita pulſat, & obſequium extorqueat: *aperire* anima, cum *vocanti*, atque *pulſanti* ſe morigeram præſtat. Quod totum voluntatis liberæ opus eſt, Dei excitatæ, ac delinitæ gratia. Sic de Lydia purpuraria dicitur; *Et quædam mulier, nomine Lydia, audiuit, cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo.* Actor. 16. 14. Ergo Sponſi *vocem* ad intellectum pertinere, *pulſationem* ad voluntatem arbitratur, ſed non cæca ducatur, ſed videns; volenſque, non coacta: non neceſſitate, ſed aſſenſu libero. Haud ſcilicet ſequutura, niſi *vocaretur*, *pulſaretur*; ſed ipſa tamen *vocata* reſpondet, *pulſata* aderit, delinita fauore Sponſum admittit.

Ianua quam pulſat Chriſtus ex Ambr. eſt deuotio, vel oratio, vel fides.
Ambroſius.

Ambroſius varius in huius loci expoſitione.
Theodor.
Ianuæ ſenſus.

Hieronymus.
Ianuę Cor.

Chriſtus aperit cum ita vocat vt conſenſum eliciat. Anima cum obſequitur.
Act. 16. 14.
Vox ad intellectum, pulſus ad luntatem pertinet.

VII.
Hæc vera ſed aptanda interpretationi noſtra
Neque enim ingreſſus hic per gratiam habitualem intelligendus,
Semper enim ſic Chriſtus in Eccleſia fuit,
Ingredi autem cupiebat timore illius impeditus.
Quo ab negotio animarum arcebatur Eccleſia
Ideo aperiri ſibi poſtulat.

Hæc autem omnia verè dicuntur, nec minimum momentum adferunt ad huius intelligentiam loci, quo Sponſus Chriſtus & *vocat*, & *pulſat*, & poſtulat introduci. Sed applicare ea eſt opus ſecundum ſeriem interpretationis noſtræ. Non enim hæc ad gratiam pertinent, & caritatem, per quas Deus in animas noſtras ingreditur, prius ſcilicet per peccatum excluſus. Ponimus enim, quod certum eſt, nunquam Eccleſiam à prima in Adamo reparatione ea ratione excluſiſſe Chriſtum. Manſit ſemper fides, & caritas manſit; & quanquam ſæpe, velut ſub irato pelago nauis fluctibus agitata, ſemper tamen Cynoſuram hanc ob oculos habuit, quo nauigium dirigeret, & quaſſum ſæpe tempeſtatum vi in portum inueheret. Videamus, quid in ſuis tunc Diſcipulis Chriſtus deſideraret, exigeretque; ac facile intelligimus, quid petat, cum *aperiri* ſibi ianuam orat: inde enim abeſſe dicitur vbi non eſt, vt eſſe cupit. Et quidem occupauerat ille ſeu timor, ſeu torpor Diſcipulos; &, quamuis initiatos ſe ſcirent ad Apoſtolicum munus, animis deſtituti, ſuæque ſibi imbecillitatis conſcij; ac mole periculorum quibus metus anxia premebatur, velut oppreſſi; quam grande illud eſſet, quod exigebatur ab ipſis, animæ haud ſatis conſtante reputabant. Non id ſcilicet Chriſtus volebat, ideoque neque illa apud eos ratione erat, qua eſſe cupiebat: Ideoque excluſus id poſtulat, vt *aperiatur* ſibi oſtium, & introducatur; nec iam foris agere ſubdio, intempeſta nocte cogatur: cœli & temporis expoſitus.

Chriſtus Eccleſiæ ſemper per fidem & caritatem coniunctus

Chriſtus timore Eccleſiæ excluſus, a caritate introduci cupit.

VIII.
Blanditiæ autem ſunt intimæ conſolationes,
Sororem vero vocat, vt quid Fratri debeat, admoneat,

Ex quo eadem eſt illa caro eſt facta,

Vt ſcilicet induat eoſdem ſpiritus,

Cætera blanditiarum ad intimas conſolationes ſpectant, quibus eorum deliniebat animos ſenſimque ſui admonebat officij: ideo Sponſam, *Sororem Amicam Columbam, Immaculatam* appellat. Quibus vocibus, qualibus, quantiſque titulis Chriſto ſuo obnoxia eſſet illam admonet, *Sororem* ſe inde meminiſſet, cum carnem de ſua illius carne mutuatus, homo inter homines videri cæperat. Iam vnum cum illo corpus effectam, non decore ſuis moribus viuere, ſed per omnia ingenium Fratris induere. Se cum carne ſuſcepiſſe omnes illius imbecillitates, ac miſerias: illam, poſtquam ſciret ſibi Verbum eſſe coniunctum, illius & virtutem & animos induere oportere. Quo ſenſu dicebat Paulus: *Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare.* κ̀ ἅπαντα κατεργασάμενοι ϛῆναι. omnia conficientes nihil eorum relinquentes, quæ vos facere condecet, vt perficiatis opus Dei. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate; & induti loricam iuſtitiæ; & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Eph. 6. 13. 14. 15. Ideo *Sororem* vocat. Quod quantum ad perſuadendum vim habeat, facile eſt intelligere; nec negabit, qui meminerit, quid ea cogitatio poſſit, cum fidelis anima apud ſe expendit, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam, ſibi per

Eccleſia Chriſti ſoror carnis cõmuniem, ad illius ſe mores debet fingere.

Epheſ 6. 13. 14.

Incarnationis beneficium magnum ad perſuadendum argumentum.

Digitized by Google

Quod magnam ad perſuadendum vim habet.

aſſumptionem carius coniunctum; vt illum quidem *Fratrem*, ſe *Sororem* poſſit dicere, communiſque cum eo Patris Prolem.

IX.

Non Amicam appellat, Vt fortius perſuadeat. Atque vna appellatione docet, Qua ali eam proſequutus amore ſit, Cum alienam per culpam adſe traxit.

Amica quo ſenſu dicta.

Addit & *Amica* amicam appellationem, qua & ſui in eam amoris admonet, & officij, quod amanti vnicè debeatur ab illa. Qualibus indicijs, argumentiſque amoris in te mei granditatem ſim teſtatus, conſidera: namquid non à me præſtitum eſt, vt me tibi copularem? Aliena cum eſſes, & propter culpam inimica, dignaque, cuius ego prorſus curam abijcerem, atque aliam mihi quærerem, cui dignius caritatem omnem impenderem, non tamen in totum abieci: nec, quid tu mererere, ſed, quid me deceret, expendi. Ergo iterum mihi copulaui per gratiam, arctius per legem ſtrinxi, inque Sponſam aſſumpſi: & ſemel cum exceſſiſſes, & ad riuales meos declinaſſes, reuocaui in ædes; comptamque, atque ornatam regio cultu, tandem in vxorem iuſtam per carnis communionem aſſumpſi; tamque arcto mihi fœdere copulaui, vt iam nullus dies aut caſus poſſit diuellere. Inſuper & paratus ſum maiora tribuere; quoad per multos caſus, & pugnas exercitam, victricem, triumphantemque deducam in cœlum, Patris manibus coronandam. Sic ego te ſcilicet amaui, ſic colui. Quid te deceat facere cogita, quaque mercede caritatem tantam redimere. Nihil agis, niſi totam te ad ingenium meum finges. Ad magna deſtinaui te: ſed nemo facinus grande, ſiue grandi virtute aggreditur: nemo ſine multa animi alacritate hoſti inſultat. Quid otioſa lates, & tempus fruſtra conſumis? cum omnia perſuadeant, nunc iam eſſe agendi tempus. Id peto, id oro; id *Voce*, id *Pulſu*, id intimis animi tui motibus ipſe contendo: nec puto amantem, vocantem, hortantemque deſpicies.

Per legem deſponſauit,

Per incarnationẽ in iuſtam vxorẽ aſſumpſit.

Amor Dei in Eccleſiam qualib. factis probatus.

X.

Addit & Columbæ nomen, Quod alias illi tribuerat, Cũ eam ex Ægypto educere meditaretur. Qui typus fuit egreſſus ad Euangelij prædicationẽ, Qua totus orbis debellandus erat.

Colũbã cur dicta Eccleſia.

Cant. 2. 10.

Columbam etiam appellat, quod alias fecerat, nec fortaſſe cauſa alia, cum eam ad egreſſum ex Ægypto inuitaret, anni ſtatione propoſita: *Surge, propera Amica Mea Columba mea, in foraminibus petra in cauerna maceria.* Iterum nunc eadem donat appellatione, cum ad illud inuitat facinus, quod in illa ex Ægypto fuga velut in typo latebat. Memineris, cum euocata ex Ægypto, inducta in terram promiſſam es, ac velut timidior nidulo tuo hærens *Columba*, in aperta camporum, me hortatore, atque impulſore prodiſti tandem. Ac debellatis Gentibus infinitis, in opulentam poſſeſſionem immiſſa, tamdem regnaſti. Quid putas voluiſſe aliud tunc me, niſi vt factis illis minoribus deſignarem maiora; atque vmbraticis illis ad vera præluderem. Tunc tibi ſcilicet terrarum latè patentia ſola in prædam oſtendi. Quantulum id eſt, ſi terrarum totum orbem, qua longè, & latè patet, Gentibus, Populis, linguis mirè confuſum, velut de ſpecula, conſideres, tibi vni deſtinatum in prædam? Omnium mortalium ſe ſalus vocat: ac quidquid mihi deſtinatum olim in Regnum eſt, tuis manibus tractandum, tuis calcandum pedibus eſt, & felici victoria aſſerendum mihi. Nidulo tuo, Cœnaculo iſto vt excedas tempus eſt, expanſiſque prædicationis alis omnem in partem animoſa, alacriſque diſcurras. Id eſt, quod dicebat Chriſtus, mox diſceſſurus ad Patrem: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Marc. 18. 18. Et loco alio; *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra: euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* Matth. 26. 18. 19.

Fuga ex Ægypto & egreſſus in terram promiſſam typus expeditionis Euangelicæ.

Id haud ſemel prænonuit Chriſtus.

Antequam obiret mortem.

XI.

Sed quo ſenſu immaculatam appellat? Eodem quo alibi ſine macula, Lege ſcilicet accepta, & repub. conſtituta, Sic nunc Euangelica lege tradita Ritibuſque ſacramentorum & ſacrificij forma.

Eccleſia dicta immaculata, quo ſenſu alias ſine macula dicta. Cant. 4. 7.

Difficilius eſt, cur ad reliquas appellationes poſtremam addat: nam quo ſenſu & *Sororem*, & *Amicam*, & *Columbam* dicat, vtcumque eſt explicatum. Quo *Immaculatam* appellet, haud ſatis intelligitur, tunc maximè cum metu illo perculſa, ac velut deſidia torpens, non omnes reprehenſionis cauſas effugeret. Sed meminiſſe oportet, quo ſenſu ſuperius dictum ſit. *Tota pulchra es Amica mea, & macula non eſt in te.* Cant. 4. 7. Nam non alio hoc loco ſenſu *Immaculatam* dictam arbitramur. Tunc ſcilicet, lege per Moſen tradita, omnique & Politico, & ſacro conſtituto Iure, quantum ad vtrumque regimen, omnibus rite peractis, noua illius Eccleſiæ facies viſa eſt: ideoque *tota pulchra, & ſine macula* merito pronuntiata, vt eo loco docuimus. Sic nunc Euangelicis præceptis, conſilijſque traditis, omnique Chriſti Œconomia conſummata, ac per eum, antequam in ſuum cœlum aſcenderet, omnibus rite conſtitutis, quæ ad ritus, quæ ad ſacramenta, quæ ad ſacrificium, quæ ad regimen, ac Hierarchiam Eccleſiaſticam pertinebant, quali facie reſplendiſſe Eccleſiam putas? Quanta pulchritudine emicuiſſe? Quam vere potuiſſe *immaculatam* appellari? In qua ſcilicet, quantum ad id ſpectat, nihil eſſet maculoſum, nihil quod reprehendi poſſet. Et id ergo pertinet ad perſuadendi artem: nam vno verbo omnia hæc reuocat in memoriam Chriſtus Eccleſiæ ſuæ, quaſi id indicare velit, nihil ita conſtitutaupereſſe iam aliud, niſi vt operi ſe præ prædicationis accingeret, in quem finem omnia illa multa, tam grandia fuerant inſtituta. Et, quanquam illa tunc temporis redacta ad tam pauca capita, Eccleſia, potius deſignata, ac conſtituta, quam executioni mandata fuerant (ea enim cura in futura tempora reijcebatur) ſatis tamen erat, vt ea appellatione donaretur Eccleſia, ea ipſa

Euangelica lege ac œconomia conſtituta, ſine macula fuit Eccleſia.

Quod totum à Chriſto peractum iam erat.

Tunc & ſi exigua Eccleſia, nulla macula informis viſa,

In Apoſtolis omne regimen delineatum poſtea executioni mandatum.

Id monitum à Luca.
Chriſtum rediuiuum, ſæpe apparuiſſe Apoſtolis.
Et de regno Dei loquutum.

rerum deſignatio, & conſtitutio, quæ in tradita à Chriſto doctrina velut in prototypo delineata erat. Nec aliud illud eſt, quod à Luca monitum, Act. 1. 3. *Præbuiſſe ſe Chriſtum Apoſtolis viuum, & per totos dies quadraginta multis argumentis reſurrectionis adſtruxiſſe fidem, ac multa de Regno Dei loquutum.* Dei enim Regnum non aliud quam Eccleſia eſt. Omne autem Regnum ſapienter conſtitutum, quale Dei eſſe decet, ſine legibus, ordinibus ciuium, adminiſtratione publica, politica & ſacra, vt & virtuti præmia ſint, & ſceleribus ſupplicia conſtituta, non conſtat. Id ergo Chriſtus & toto vitæ, ac prædicationis tempore inſinuauit, inchoauitque, Et poſt reſurrectionem perfecit. Hoc ergo ſenſu *Immaculata* dicta Eccleſia, quin torpor ille quo premebatur, impediret.

NOTATIO X.

QVIA CAPVT MEVM PLENVM EST RORE ET CINCINNI MEI GVTTIS NOCTIVM.

I.
Aliud argumentum ad perſuadendum.
Sed in eo magna ſententiarum varietas.
Nam ſunt qui madidos, fideles interpretantur frigidos.
Cincinnos infeſtos ab improbis vexatos.
Sed non hæret his ſenſus.
Nam vtrumque ſignificatu iungendum.
Et alioqui minime apta ratio, ad perſuadendum,
Vt ianuam aperiat, & introducat ad gentem.

CONTINENT hæc argumentum aliud, & quidem validum ad perſuadendum. Sed ſenſum, vt putamus, facilem, ſi ſeriem interpretationis, ductumque ſequamur, non diuerſæ modo, ſed pene contrariæ interpretandi rationes, & quidem grauium Authorum, omnino confundunt. Cogita locum, tibi quidem optimè notum, ſed adquem non poſſis, niſi excíſis ſpiſſiſſimis virgultis penetrare. Nam de veteribus multi hæc accipiunt in deterius; *Rorem* ſcilicet, & *Guttas*, quibus ſuos madefactos *Crines* Chriſtus queritur, Caſſiodorus, Beda, Gregorius PP. Iuſtus, Anſelmus, Philo Carp. Auguſtinus; quanquam non omnes eodem modo. Nam Caſſiodorus, & Beda, *Rore Plenum Chriſti Caput* interpretantur, cum fideles in caritate frigentes, vim frigoris in Chriſtum quodammodo refundunt; Fideles enim velut *capillos Capiti* hærere Chriſto, ſaltem per fidem; quos madefieri, & frigeſcere ſine caritate neceſſe eſt. *Cincinnos* autem *Guttis Noctium* impediri, cum Chriſti famulis improbi homines odium prodi lectione rependunt. Sed obeſt, ſi ita interpretere, anologiæ ratio, quæ certè non patitur, vt *Capillis* fideles in caritate frigentes, propter deciduum rorem; *Cincinnis* autem *Guttis Noctium* madentibus, Dei amicos caritate feruentes; ſed ab impijs, improbiſque odijs impetitos, ſignificatos exiſtimes: cum ſeries verborum ipſa eodem vtrumque accipiendum intellectu ſatis oſtendat. Aut vtrumque ergo ſignificatu iungendum, aut multum recedendum à verborum ſenſu. Deinde, id certum eſt, his verbis rationem aliam contineri, qua Eccleſiam ad aperiendum inducit; ne ſe ſcilicet, noctis frigidæ malis peritum, excludat. Ad id autem quid conducat, ſi ſe dicat in *Cincinnis* ſuis *Noctium Guttis madere*, id eſt in iuſtis, ſibique coniunctis odijs improborum hominum impeti, cum id impediri non poſſit, etiam ſi ab Eccleſia introducatur; cum ſemper id malum ab improbis iuſtos exerceat? Itaque hic ſenſus analogiæ totius rationem euertit; ne fortiore argumento quod ab his Authoribus dicitur, conuellamus; quod in ſuum infra locum reſeruamus.

Chriſti caput rore plenum cu fideles in caritate frigent. Cincinni madidi, iuſti vexati.
Caſſiodor.
Beda.
Gregor. PP.
Iuſtus Vrgel.
Anſelmus.
Philo Carp.
Auguſtinus.
Senſus hic analogiam euertit, nec rei aptatur.

II.
Nec aptius alij Caput Prælatos volunt.
Cincinnos ſacramentorum miniſtros peccatis frigentes,
Nam nec analogia id patitur.
Nec Chriſti verbis aptatur.

Nec alio ſenſu Iuſti Vrgelitani ſententia iudicanda, qui *Caput Prælatos* interpretatur, qui primas in Eccleſia tenent; *Cincinnos* vero *Sacramentorum miniſtros*; vtroſque autem ſeu *Rore*, ſeu *Guttis madentes*, cum vitijs, aut tenebrarum operibus inficiuntur. Namque id etiam extra analogiam eſt. Cum, tametſi nunquam deſint de vtroque ordine Miniſtrorum, qui peccatorum prauis impreſſionibus madeant, ſemper tamen in quocumque ſtatu ſint multi, qui officij memores, per Chriſti imitationem, ac perfectionis ſtudium illi adhæreant. Modus autem ipſe loquendi ſatis indicat, omne Chriſti *Caput Rore Plenum*; & *Cincinnorum* ordinem totum confuſum, *Nocturniſque Guttis* madidum. Præter rationem illam proxime deſignatam; huic malo, quodcumque tandem ſit, introductione in Eccleſiæ domum remedium adferri non poſſe. Qua etiam ratione Anſelmi ſenſus excluditur, quem apud illum habes.

Iuſtus Vrg.
Caput roridum Prælati, cincinni minores miniſtri, vitijs obnoxij.
Anſelmus.

III.
Qui rorem & guttas doctrinam interpretantur.
Qua Chriſti caput plenum.
Sine pios voluntatis affectu.

Aliorum in altero extremo ſententia eſt, vt videas, quam ſit ſymbolici Sermonis difficilis interpretatio, niſi attentiſſimo oculo cuncta rimere, & ad analogiæ leges exegeris, nec filum negligas interpretationis. Nam Nyſſenus *Rorem* & *Guttas* doctrinam Chriſti interpretatur, qua illius & *Caput*, & *Cincinni Stillent*, fruſtra, niſi cum introducat Eccleſia, vt de illius plenitudine etiam madeat. Fauet, quod legimus Deuter. 32. 2. *Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt Ros eloquium meum; quaſi imber ſemper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina.* Nyſſeno hæret Aponius fere, quanquam *Rorem*, & *Guttas*, non tam ad ſcientiam, qua mens perficitur, quam ad ea dona refert, quibus voluntas Deo vnitur.

Nyſſenus.
Ros Chriſti doctrina quam communicari Eccleſiæ cupit.
Deut. 32. 2.
Aponius.

Digitized by Google

Eodem cenſu cenſendi ſunt,
Ambroſius quid ſimile voluit,
Sed id expoſuit grandibus verbis,
Quæ hic habes quanquam difficilia,
Vna autem ratione hi ſenſus minus probantur,
Quod Chriſtus ingreſſum roget, vt incõmoda arceat,

Tres Patres.
Ambroſius.

Ambroſij uerba lectiſſima.

Luc.23 31.
Caput Chriſti ſibi plenum, alijs rorat,

vnitur. Tres autem Patres apud Theodor. officia partiuntur, vt *Rorem* ad *ſapientiæ dona* arcent; *Guttas* ad *bonas voluntates in Spiritu ſancto ab Vnigenito ad finem perductas*. Ambroſius autem eandem fere viam calcat; ſed, quia ſenſum tradit & ipſe grandem, & pulcherrimis, vt ſolet, & grandibus verbis expreſſum, noluimus lectori auido tantam diuitis venæ opulentiam inuidere. *Sicut Ros cœli nocturnas amouet ſiccitates; ita Ros Domini noſtri Ieſu Chriſti nocturnis, & ſæcularibus tenebris æternæ vitæ ſtillauit humorem. Hoc eſt Caput, quod æſtu mundi neſciuit areſcere, vnde ait, quia ſi in humido* (in viridi) *hæc faciunt, in arido quid facient. Hoc Caput rorat alijs, ſibi abundat. Et bene abundat Chriſti Caput, quia Caput tuum Chriſtus eſt, qui Plenus eſt ſemper; nec liberalitatibus exhauritur ſuis, aut diuturna deficit largitate. Cincinni autem Pleni ſunt in eo Guttarum Noctis. Cincinnos Nazeræus habet, in quibus ferrum non aſcendit: quos nemo præcidit: qui non calamiſtris compoſiti, & arte digeſti, ſed multiplici criſpantes virtutum nitentium gratia refulſerunt.* Lib. 3. de Virgin. Hæc omnia interpretandi genera vna ratione minus apta videntur, quod ſi corticem ipſum expendas, ſtatim appareat, ideo Sponſum aditum in Sponſæ rimari ædes, ne ſcilicet nocte illuni, ac cœlo pluuio, atque aëre humente, cogatur, aſpera tenebrarum, cælique pati iniurias. Nam, quid aliud velit, cum, poſtquam dixiſſet: *Aperi Mihi*, & blandiſſimis verbis deliniuiſſet, addidit: *Quia Caput Meum Plenum eſt rore!* Vide, quæ adhuc locum Dram. Comment. diximus. Cœli ergo, & frigidæ noctis peritus malis, contubernium amat Dilectæ, quo imminentia diſcrimina ſcilicet arceat. Atque id certum ſtatuamus. Ergo cum veneris ad arcanam rimandam ſententiam, niſi analogiæ, ac ſimilitudinis in quibus arcanus ſenſus fundatur, omnes contemnas leges, id per *Rorem*, ac *Nocturnas Guttas* ſignificatum affirmabis, quod aſperum, durumque atq; inimicum ſit, cuiq; arcendo introductio in Domum Eccleſiæ conferre multum poſſit. Atq; id generatim ſit dictum in halce ſententias omnes, quod & noſtræ interpretationi firmandæ conferet multum.

Cœli pluuij & noctis frigida,

Rorẽ ergo, & guttas interpretabere quod noxium ſit,

Et introductione arceri poſſit,

Frigidæ noctis malis peritus introduci ſponſus orat.

IV.

Nos ſic cenſemus;
Voces has eſſe Chriſti inuitantis Eccleſiam ad negotium animarũ,
Per quam implendum erat,
Et per illius miniſtros quidquid Chriſtus delineárat.
Quod non ſine multo labore perfici poterat,
Id adhuc horrebat Eccleſia
Ideo illam hortatur propoſitis quæ ipſe paſſus fuerat,

Eccleſiæ propriũ redẽptionis fructum poſt Chriſtum implere.
2.Tim.4.5.
Coloſ.1.23.24.

Sed redeamus ad illud tempus, & Eccleſiæ ſtatum, cui hæc ſupra aptanda arbitrati ſumus, & haud difficile, ſi non in verum ſenſum, ſaltem in probabilem penetrabimus. Vocabat Chriſtus Eccleſiam ad negotium animarum, qui vnus Incarnationis ſcopus fuit, ſed per Apoſtolos adimplendus: id enim Chriſti Paſſioni deerat, vt quidquid meritus ipſe in tanto negotio fuerat, per Eccleſiam illiuſq; Miniſtros impleretur: aut potius applicaretur. Id monebat Paulus Thimothæum: *Tu vero vigila, in omnibus labora, Miniſterium tuum imple.* 2. Timoth. 4. 5. Et de ſe: *Quod* (Euangelium) *prædicatum eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cœlo eſt; cuius factus ſum ego Paulus Miniſter; qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis; & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, cuius factus ſum ego Miniſter ſecundum diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos, vt impleam verbum Dei.* Coloſ. 1. 23. 24. Id totum autem non ſine multo labore, immo & anxietate, atque diſcrimine futurum erat. Quod tunc ſcilicet horrebat in Apoſtolis Eccleſia, nondum virtute ex alto induta: quod certè impedimentum omnia retardabat; adeoque opus erat, vt omnino amoueretur. Ad id autem nihil efficacius, apquiſq; quam ſi idem ille Chriſtus, cuius maximè intererat, ſuo ipſius exemplo tardos timentoſq; nec audentes pectus futuris periculis opponere, confirmaret. Id ergo dicit, cum dicit: *Caput meum plenum eſt Rore, & cincinni mei guttis noctium.* Ipſe prote olim, cum pati adhuc poſ-
,, ſem, & aſpera, & dura multa ſubiui, ſudore ſæpe madidus, æſtu fatigatus, cœli aeriſq;
,, intemperie vexatus; immo & verbera, & vulnera, mortemque, eandemque acerbiſſi-
,, mam paſſus; &, quod multo eſt grauius, notatus ignominia, linguis, ac probris meæ
,, Gentis traductus, nec aliter habitus, quam ſi ſcelerum multorum compertus, meritas
,, pœnas darem. Quid te poſt talia exempla facere deceat, cogita. An dum duris ipſe
,, probor, æquum ſit te blandioribus confoueri: dum ipſe ſolem, & puluerem & algorem
,, ſubeo, te otio ac voluptati vacare, incluſamque, & otio deditam, publico abſtinere:
,, An tui vnius agere curam, dum mihi omnium cura incumbit, quæ ad te, tuoſque
,, pertinent. Si me amas, officium nunquam deſeres, ac per mea veſtigia, ibis ad gloriam.

Vt exemplo ſuo prodires in publicum,

Habes hunc ſenſum paraphraſi traditum.

Miniſteriũ animarum multi laboris opus.

Chriſtus ſuo exemplo hortatur Eccleſiam ad prædicationis labores.

V.

Nec opus quærere capitis & capillorum arcanum ſenſum,
Nec diſtinguere inter vtrumque,
Sicuti nec inter rorem & guttas,

Si diſcrimen quærendum,

Caput a cincinnis non diuerſum,

Nec ros à guttis noctium.

Caput Chriſti Diuinitas.

Nec puto neceſſarium eſſe anxie quærere, quid *Caput*, quid *Cincinni*, quid *Ros*, quid *Gutta noctium* ſint, quod fecere nonnulli. Nam nec *Caput* aliud eſt, aliud *Cincinni*, eadem enim ſententia geminata eſt, non diuerſa, diuerſis verbis expoſita. *Caput* ergo intelligemus capillos, qui *Capiti* hærent, & ſub noctis ſerenum rore madent, cum Nazarenus Sponſus fingatur, atque intectum caput geſtitaſſe, ideoque & iniurijs nocturnis obnoxium. Verè enim caput madere dicimus rore, aut pluuia, cum capilli madent. Nec *Rorem* aliud accipiemus, aliud *Guttas Noctium*; vtroque enim quidquid noctu ab humente cœlo ſolemus pati ſignificatum eſt: Orationis autem toto ductu id ſignificatur, quodcumque paſſus aduerſi Chriſtus eſt, dum mortalium ſalutem viuens & patiens procuraret. Quod ſi diſcrimen aliquod agnoſcendum eſt, malim *Chriſti Caput Diuinitatem* intelligere

Capite diuinitas, cincinnis humanitas ſignificata, Caput enim Chriſti Deus, Qui etiam paſſus, vere dicitur,

Cincinnos Humanitatem. Nam tametſi *Diuinitas* ipſa paſſa non eſt inſe, verè tamén dicitur Deus paſſus, cruci affixus, mortuus; non modo qua ratione dicitur alicubi anguſtiari, ac tribulari, aut aduerſi aliquid ſubire, id enim metaphoricè, & per tranſlationem dicitur; ſed verè, propter vnionem diuinæ Perſonæ ad humanam Chriſti naturam, &c, quam ſchola vocat idiomatum communicationem. Itaque quemadmodum Deus in Chriſto verè dicitur paſſus; ita Chriſti *Caput* verè iniurijs temporis, ac cœli peti. *Caput* ergo Chriſti *Diuinitatem* dicamus, quod & Paulus voluit, nec ſine magna ratione. Sicut enim à *Capite* omnis eſt motus membrorum, & ſenſus; ita à *Diuinitate* in Chriſto omnis eſt actionum & valor, & pretium, & motus; à cuius ſcilicet influxu habent, vt quæ humanæ ſunt verè, verè etiam ſint diuinæ. Atque eadem cauſa eſt, cur *Humanitatem* per *Cincinnos* intelligamus, quod, quemadmodum *Capilli Capiti* hærent, ab eoque ſuſtentantur, & nitorem, ſplendoremque mutuantur; ſic *Humanitas Diuinitati* coniuncta eſt, ab eaque, quidquid honoris, ac dignitatis habet, participat. Id dictum ſit, ne videamur damnare veterum pleroſque, qui vnum ab altero interpretatione diſcreuere: alioqui non multum nobis in eo placemus.

1.Cor.11.3.

Capillis vero humanitas ſignificata,

Cincinni humanitas diuinitate ſuſtentata.

Suſtentata diuinitate.

VI.

Difficilius, cur ſe adhuc vexari dicat, Cum iam impaſſibilis eſſet,

Illud aliquanto difficilius eſt, quanquam ne id quidem inexpugnabile. Cum eo iam tempore rediuiuum Chriſtum, moxque conſcenſurum in cœlum, nullæ aduerſitates vexarent; tranſactiſque paſſionis vitæque laboribus, conſummatoque Redemptionis opere, ſua gloria frueretur, nullis iam obnoxius aduerſitatibus; quo pacto verè dicat, adhuc ſe madere *nocturno Rore*, adhuc humidæ noctis ſtillare *Guttis Cincinnos*; id eſt, & aſperis & duris vexari. Et quidem ſolet Deus, ſuorum impenſe amans, cum ſuis quodammodo labores ſubeuntibus, & ipſe ſubire, & cum patientibus pati, quem locum nec pauci, nec inſcitè tractauere; nos alia vocant. Sed in eum tamen ſenſum illa Chriſti ad Paulum, tunc Saulum verba: *Quid me perſequeris.* Actor.9.4. Quidam interpretantur de veteribus. Hæc autem Cantici verba eo perſpicuè trahit Ambroſius, Ser. 12. in Pſalm.118. *In tribulatione enim & tentationibus poſitos viſitare dignatur, ne quis forte ſuccumbat victus ærumnis. Repletur ergo Caput eius Rore, ſeu Guttis, quando corpus eius laborat; tunc ergo vigilandum, ne cum Sponſus venerit, recedat excluſus.* Id ægrè aptari huic loco poteſt, quo Eccleſia domi hærens, lectulo compoſita, ſomno recreata, nulla ſollicitata cura, deſes, atque otioſa, tam non aduerſis præmitur, vt potius quieti, & otio vacet. Nihil ergo aduerſi patiente illa, cauſa nulla erat, cur in ea pati diceretur Chriſtus. Hæc ergo duplice ſenſu interpretabimur, altero ſimpliciore, ideoque magis probabili; altero magis arcano, ideoque forſitan magis placituro Lectori. Paſſus quidem olim Chriſtus fuerat, iamque illo ſtatu erat, quo nihil illi timendum aduerſi eſſet; ſed quidquid tamen paſſus fuerat, ſi animum patientis, & eorum, quæ perpeſſus fuerat, fructum reſpicias, nondum exactum erat, adhuc durabat: nam & animo Chriſtus ita comparatus erat, vt, ſi neceſſe eſſet iterum pati, adhuc grauiora, paratus eſſet. Nondum ergo finito propter Eccleſiam patiendi affectu, adhuc pati merito dicitur Chriſtus, cum ex affectu ipſo tota in opera paſſionis vis redundaret, & valor. Adhuc ergo *Rore madet*, adhuc *Noctium ſtillat Guttis*, qui & *madere*, & *ſtillare* propter Eccleſiam paratus eſt. Valor autem operum, & vis non cum operibus ipſis, & Paſſionis angoribus deſinebat: durabat adhuc; & durat, ac duratura, donec iudicaturus adueniat, eſt. Iure ergo pati adhuc dicas, iure nocturnis iniurijs male vexari, ſi eorũ, quę perpeſſus fuerat, adhuc totus manet fructus, haud minus, quam ſi tunc quidem pateretur. Ideo fortaſſe dictus *Agnus occiſus ab origine mundi*, Apoc.13.8. Dicique poterat ad finem vſque mundi occidendus, quia ſemper ſcilicet mactatur, in mactationis effectu. Nondum paſſus fuerat, cum veteris ætatis iuſtis hominibus gratiam impertiretur, cumque vocaret ad gloriam; ſed iam mactatus in fructu, quando per eiuſdem mactati merita fauorem ſuis Deus præſtaret, & adſe vocaret. Ita iam paſſus nunc quidem eſt ſi opus ipſum Paſſionis exactum conſideres; ſi illius applicationem futuram, qua iuſtis, qui conſequentur, & gratiam & gloriam largietur, adhuc paſſurus eſt, quia & fructum Paſſionis illis applicaturus eſt. Sic ergo verè Chriſtus potuit dicere, tametſi iam immortalis, adhuc ſuum *Rore Plenum Caput*, & *Cincinnos Guttis Noctium*. Atque hæc probabiliter diſputata ſint.

Patitur quodammodo cum ſuis Deus Qui ſenſus hoc loco Ambroſij eſt, Sed ægre aptari poteſt, Cum Eccleſia otiô & quieti dedita inducatur.

Deus in ſuis patientibus patitur quodammodo. Bleſenſ. ſer. de conuerſ. S. Pauli. Act.9.4. Andr.Cæſar. Ambroſius. Drogo ſerm. c. de Paſ. D. Ephr. orim encom. Mart. Auguſt. 17. de Ciuit. c.9 & tract. 1. in Epiſt. Ioan.

Paſſus Chriſtus adhuc pati paratus, ſi neceſſe eſſet, Durante ergo patiendi affectu adhuc pati dici poterat, Et rore madere & ſtillis noctis,

Chriſtus animo & affectu ſemper patitur.

Et quia manent adhuc fructus paſſionis.

Adhuc paſſio durare videtur.

Chriſtus adhuc patitur, quia paſſionis fructus adhuc durat.

Ideo dictus Agnus occiſus ab origine mundi,

Apoc.13.8.

Chriſtus Agnus occiſus ab origine mundi cur dictus.

Et dici poterat vſque ad finem occidendus.

VII.

Sed latet arcanius quiddã in verbis, Nam ijs qui ſua culpa ſãguis Chriſti non prodeſt, Nondum videtur paſſus, aut adhuc pati,

Sed ſuſpicor adhuc arcanius quiddam latere ſub verbis, tametſi tale eſt quod ſubtilitate laboret ſua, cui ſcilicet ſæpe ſoliditas abeſt. Lector ſuo iure cenſebit. Paſſus quidem ſemel Chriſtus eſt, vnoque opere Redemptionem quantum adſe quidem attinebat, abſoluit. Sed ijs, qui ſua culpa fructu Paſſionis arcentur; aut nondum videtur paſſus, adhuc pati. Ex qua fortaſſe adnimaduerſione Apoſtoli Pauli difficilibus verbis, atque obſcuris luminis aliquid inferetur. *Impoſſibile eſt, eos, qui ſemel ſunt illuminati guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti; guſtauerunt nihilo minus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pænitentiam, rurſus crucifigentes ſibi met ipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.* Hebr.4.4.5.6. Et quidem conſtat

Quibus ſua culpa ſanguis non prodeſt Chriſti, adhuc ille mortuus nõ videtur. Hebr.6.4.5 6.

loco

Digitized by Google

Vnde lux difficilibus verbis Pauli,
Affirmantis qui iterat baptiſmum, iterũ ſibi crucifigere Chriſtum.
Quod baptiſmus mortis & reſurrectionis illius repreſentatio ſit,
Ideo non iterãdus, quia Chriſtus ſemel eſt paſſus,
Sic quidẽ de VV. interpretantur,
Quorum ſenſum veneramur.
Nam Pænitentia & Euchariſtia, etiam mortis repreſentatio ſunt.
Nec ideo iterari non poſſunt,

Baptiſmus mortis & reſurrectionis Chriſti repræſentatio. *Rom.6.4. Chryſ in Epiſt. in Hebr. c 6. Theophil ibid Oecumenius ib Damaſc. lib.2. de Paſc c.2.*

loco hoc Paulum ſtatuere, ſemel tantum poſſe peccata per Baptiſmum deleri, nec poſt Baptiſmum contractas culpas Baptiſmo, ſed pœnitentia dimitti. Addit rationem: Qui tale quidpiam vellet facere, vt ſceleribus poſt Baptiſmum inquinatus, iterum ſe Baptiſmo mundaret, iterum ſibi velle crucifigere Chriſtum. Quibus in verbis tota loci difficultas verſatur. Et quidem ſcimus, quid veterum multi arbitrentur. Baptiſmum mortis Chriſti, & imaginem eſſe, & reſurrectionis. Morimur cum mergimur, quaſi ſepulchra condamur, reſurgimus cum emergimus, quaſi de ſepulchro rediuiui. S.D.E. *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; vt quemadmodum ſurrexit a mortuis Chriſtus per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Rom.6.4. Ideo qui non contentus ſemel ſeſe luſtrauiſſe Baptiſmo, iterum velit intingi, iterum cruci affigere Chriſtum; quia ſcilicet mortem illius repræſentare conatur. Itaque illum rurſus ſibi crucifigit, cum crucifixum iterum per Baptiſmum iteratum repræſentet. Horum nos ſententiam veneramur, quanquam maius aliquid velle Apoſtolum, & arbitramur ipſi, & verba ipſa videntur exigere, quæ nemo neget, multum habere ponderis, ac momenti; pluſque in receſſu, quam in eo, quod primùm obijcitur oculis. Eſt enim & Pœnitentia Sacramentum, quo mortui per peccata reuocamur ad vitam. Morimur ergo culpæ, viuimus Deo: vt non minus in ea Chriſti & mors, & ſuſcitatio repræſentetur. Ne de Euchariſtia dicamus, quæ cõmemoratio mortis Chriſti eſt, & Paſſionis repræſentatio. Nec ideo tamen iterari non poſſunt, ne iterum crucifigere videamur Chriſtum, ideſt, mortem illius repræſentare. Non ergo ideo iterari Baptiſmus non poteſt, quòd in eo repræſentetur Chriſti mors, quæ ſi iterum baptizemur iterum repræſentanda eſt, ideoque iterum crucifigendus Chriſtus. Vides aliam Pauli videri mentem, cum ait, *iterum baptizantur, iterum ſibimet ipſis Chriſtum cruci affigere.* Nam ſi velis per Baptiſmum illius mortem non modo repræſentari, ſed etiam renouari; per Euchariſtiam, & Pœnitentiam, non renouari, ideſt, iterum geri, ſed repræſentari, quod longe aliud eſt; adhuc tota manet quæſtio, cur per Baptiſmum Chriſti mors ac ſepultura iterum geri, cum iteratur; non per Euchariſtiam, ac Pœnitentiam, dicatur, ſed tantùm repræſentari: ſi ideo geri per Baptiſmum velis, quòd ſcilicet repræſentetur.

Qui iterum baptizatur iterum Chriſtum crucifigit, quia mortem illius iterum repræſentat.

Ne iterum Chriſtus in repreſentatione mactetur.

Pœnitẽtia & Euchariſtia mortis Chriſti repræſentatio.

Aliud ergo dicendum eſt.

VIII.

Baptiſmo vis à Chriſto indita nõ modo ad remittẽda peccata,
Sed vt ianua eſſet, & ſignaculum ouium illius.
Semel ergo ingreſſi, & conſignati,
Neque egredi poſſumus, neque non eſſe conſignati.
Neq; ergo ingredi iterum nec conſignari poſſumus,
Qui autem iterũ baptizari velit,
Vnã Chriſti mortem non fuiſſe ſatis teſtatur ad videnda vim Baptiſmo,
Sed iterum videtur illum ſibi crucifigi,

Baptiſmus Ianua qua intramus in Eccleſiam, & ſignaculum ouiũ Chriſti.

Ideo Baptiſmus iterari non poteſt, quia ſemel ingreſſus ingredi iterum minime poteſt cum non exierit.

Inſtituerat Chriſtus Sacramenta, ſed ſuo ordine nexa, proprijſque diſtincta virtutibus, atque efficacia. Baptiſmo autem, & vim remittendi peccata tribuerat, & id inſuper honoris addiderat, vt ianua eſſet; per quam in Eccleſiam ingreſſi, deinceps in communis Domini peculio cenſeremur; Baptiſmi charactere conſignati, vt oues magni Paſtoris. Quod ſi ad ſolam remiſſionem peccatorum reſpicias, haud implicabat, iterum, & ſæpius ablui, ſi iterum, & ſæpius peccatis inficeremur: Si velut ianuam per quam in Eccleſiam ingredimur, domeſtici deinceps futuri illius, conſideres; ac ſignaculum quo conſignamur, vt oues iam Chriſti; quemadmodum ſemel ingreſſus intra Eccleſiam es omnino, & conſignatus ſemel impedire non potes, quin Chriſti ſis ouis; ita nec Baptiſmum iterare potes, ne, cum ſemel ingreſſus ſis, iterum ingrediare, cum non exieris; & cum ſemel fueris conſignatus, iterum conſignere, cum ſignaculum ſemel acceptum deleri non poſſit. Sicut ergo ſemel luſtratus efficere non poteſt, quin ad Eccleſiam pertineat, & domeſticus ſit illius; & ſemel conſignatus, quin in ouibus Chriſti cenſeatur (qua ratione etiam Hæretici ad Eccleſiam pertinent) ita efficere non poteſt, vt iterum ingrediatur per Baptiſmum, atque iterum conſignetur. Atque id quidem omne vni Baptiſmo tributum eſt per Chriſti merita crucifixi, qui per ſanguinem ſuum Sacramentis indidit vim, eademque conſignauit velut ſigillo. Quod ſi ſemel baptizatus, & poſt Baptiſmum inquinatus ſceleribus, iterum velis baptizari, vt munderis, facto ipſo ſatis oſtendis, inane tibi eſſe exiſtimare, quidquid virtutis ſit à Chriſto Baptiſmo tributum per mortem; qui, non contentus ſemel per illum in Eccleſiam intraſſe, & illius ſignaculum accepiſſe, tanquam per ſubſequentia peccata egreſſus fueris, & ſignaculum amiſeris, iterum baptizari velis, vt ingrediare, & iterum conſiguere Crucifigis ergo iterum Chriſtum tibi, non quòd verè cruci affigas, ſed quod facto ipſo oſtendas, vnam tibi crucifixionem ſatis non fuiſſe, ad indendam vim Baptiſmo, vt per illum Eccleſiæ naſcereris; imitatur enim generationem Baptiſmus; ideoque regeneratio dicitur, quod ſecunda ſit poſt naturalem, quanquam in ſuo ordine prima, immo vnica ſit, per quam in Dei filios gignimur & Eccleſiæ.

Et iterum velle gigni cũ ſemel ſit genitus.

IX.

Qui autem ſua culpa facit, ne ipſi mors Chriſti proſit,
Videtur ſibi iterũ crucifigere velle illum,

Chriſtus adhuc illis patitur, qui ſuo culpa faciũt vt i lis eius mors non proſit.

Sed aliquid aliud dicendum eſt, vt huic loco lucem addamus, & doctrina tradita applicanda. Cricifigitur adhuc ei Chriſtus, cui crucifixio vna non prodeſt, vna autem ſatis ei non eſſe videtur, qui ſua facit culpa, vt minime proſit. Quidquid autem vim impedit, aut obtundit illius, culpa eſt; aut affinis culpæ deſidia, & ad agendum torpor. Ergo id fortaſſe Chriſtus quæritur, cũ adhuc ſe & rore nocturno tingi & imbre madere quæritur. „ Paſſus quidem olim ſum ipſe propter te: nunc autem immortalis, atque impaſſibilibis, nullis aduerſis obnoxius ſum, niſi quòd deſidia, ac torpore tuo fit, vt adhuc

videar

Et qui deſidia facit ne ſibi proſit mors Chriſti, Nondum ſibi crucifixum ſaltem teſtatur.

„ videar pati ; quo ſcilicet omnis mortis meæ vis obtunditur , euacuaturque. Adhuc „ ergo morior, adhuc patior, adhuc ſudore, & ſanguine madeo tibi ; cui, quidquid ſum „ paſſus, tua deſidia, atque torpore effectu vaneſcit. Cui enim nondum ſanguis meus „ prodeſt, adhuc quodammodo funditur, prodeſſe vt poſſit : quæ meorum eſt ſumma „ votorum.

VERSVS III.

EXPOLIAVI ME TVNICA MEA, QVOMODO INDVAR ILLA ? LAVI PEDES MEOS, QVOMODO INQVINABO ILLOS ?

COMMENTARIVS.

ET hic etiam graphice illius Eccleſiæ ſtatus deſcribitur, antequam Spiritus Sanctus eam virtute de cœlis indita confirmaret, & prædicationis grande opus armaret. Continent ergo hæc Apoſtolorum adhuc timentium, pauentiumque excuſationes : nam tametſi & interius vocante Chriſto, & paulo antè exterius monente ; atque incitante exemplo ſuo propoſito, adhuc tamen per cogitationum incerta feruntur, atque in diuerſa rapiuntur. Nondum ergo auſi prodire in publicum, vbique pericula, vbique mortis imaginem contemplantur. Durum enim adhuc reputant, ſeſe propter Chriſtum periculis obiectare. Quod autem ſolet facere multo metu perculſa humana mortalitas, vt ignauiæ ſuæ honeſtas cauſas obtendat ; id nunc Eccleſia faciens inducitur. Et quidem Apoſtoli Legis Moiſacæ exuerant *Tunicam*, & *Pedes* ſordibus peccatorum inquinatos lauerant ; ideſt, animos maculis culparum abluerant, per Baptiſmum. Meliorem ergo conditionem in vtroque nacti, id timentes inducuntur, quod maxime timendum erat ; ne ſcilicet, perſecutione cogente, quam *Tunicam* legis exuerant, eam rurſus cogantur induere : aut ad eas iterum redire culpas, quas lauacro deleuerant. Atque hic horum verborum planus eſt ſenſus. In hæc ergo verba loquutam Eccleſiam puta.

ENARRATIO.

QVID ipſa Chriſto debeam non ignoro, nec periculis me debere vellis, quin illi adhæream ; deterreri. Sed diuerſis diſtracta curis, quid me magis facere deceat, non definio. Nam ſi ſola corporis ſubeunda eſſent diſcrimina, nec cunctandum eſſet amanti, nec timendum mortem omnem propter Chriſtum ſubituræ. Sed maiora minantur imbellem, vereorque ne dum Chriſtum per aſpera prædicationis ſequor, Chriſti eiuſdem diſpendium ſubire cogar : at, dum animoſior, quam cautior ab illo ſignatis inſiſto veſtigijs, longius recedam. Et ego quidem veteris legis, (melioribus per Dei gratiam induta veſtibus) Tunicam exui. Quid ſi, dum incautius animarum inſto negotio, cui legi nuntium remiſi, iterum induo ; & renouata Chriſti miſterijs, abdicatam ſemel induo vetuſtatem ? Lautos omnium peccatorum ſordibus Pedes, nouæ vitæ munditíes, nitorque nobilitat ; quid ſi dum propera operi inſto, iterum, nec volens, nec quærens, culparum recentium inquinamentis commaculor ? Hæc me cura ſollicitat ſcilicet : nam quanta infelicitas eſſet, dum arctius coniungi Chriſto contendo, eum amittere ?

NOTATIO XI.

EXPOLIAVI ME TVNICA MEA QVOMODO INDVAR ILLA.

SVM. COM.

I.
Sponſa verba hæc ſunt
Non Spõſi vt voluit Philo.
Qui de reſurrectio ne Chriſti interpretatur,

Tunica mortalitas noſtra, quam Chriſtus rediuiuus non poſſit reſumere.
Rom. 6. 9.

CONTINERI his verbis excuſationes Eccleſiæ, quibus vocanti ſe Chriſto minus morigeram exhibeat, fere omnes conſentiunt: in ſenſu vero tradendo non omnes conſentiunt. Et vero Sponſæ eſſe verba tam planum eſt, vt vehementer mires Philonem hic non nihil humani paſſum, qui hæc de Chriſto à viuis excitato, nec iam morti obnoxio interpretatur: quaſi mortalitatis *Tunicam*, immortalis iam ipſe minimè ſe reſumere poſſe, dicat. S. D. E. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Rom. 6. 9. Id autem tam alienum eſt, vt in eo, ne ipſe quidem Philo hærere potuerit: cæteri Eccleſiæ tribuunt, excuſant, quod vocanti, pulſantique Chriſto, minus alacriter obſequatur.

II.
Sed hæc quidam in laude, alij in reprehenſionem trahunt.
Nam mundi caritatem volunt;
Alij iugum Chriſtianæ legis.
Quem poſitum ſemel non poſſit reſumere, nec velit.
Mundi voluptatibus immerſa
Id refellitur fortè ratione.
Quia illa honeſtis excuſationes obtendit,
Quod idem arcano ſenſui accõmodandum.

Lucas Abbas.
Caritas tunica quæ ſemel amiſſa difficile ſit reſumere.
Iugum Chriſtianæ legis, quod abiectum ſemel recipere peccatores iterũ nolunt.
Ier. 44. 16.

Sed quia *Tunica* indumenti exterioris pars eſt, quæ & indui, & exui poteſt, ideo diſtracti Interpretes ſunt; quibuſdam in laude, quibuſdam in reprehenſione *reſumptionem Tunicæ* ponentibus. Lucas Abbas ex Apponio cuius Abbreuiator eſt, *Tunicam* interpretatur *Caritatem*, quam poſtquam ſemel per culpam exuimus, praua conſuetudine impediente, non niſi difficillime reſumere poſſumus: & reuocati ſemel ab arcta Euangelij ſemita perque latam voluptatis delati, viam, iterum in eam reduci graue ducimus. Alij *iugum Chriſtianæ Legis* intelligunt, & virtutis aſperiorem amplexum; quaſi dicat:
„ Iugum excelſi legis Domini; num iterum oneri colla ſubmittam? liberaque duriſſima
„ ſeruitute, ceruicem rurſus ferro parabo? Num manicis manus ſolutas impediam, vt iterum ſeruiam? Sic dicebant illi: *Sermonem, quem loquutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te: ſed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore noſtro: vt ſacrificemus Reginæ cœli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos, & Patres noſtri, & Principes noſtri, in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem. Et ſaturati ſumus panibus; & bene nobis erat, malumque non vidimus.* Ierem. 44. 16. Hæc interpretatio vnica ratione reuincitur. Hic Sponſam contumaciæ ſuæ, qua operire pulſanti tardabat, honeſtas excuſationes obtendere, non damnandas: & quanquam in eo ipſo, & inurbanam, & ruſticam; colore tamen quodam, quidquid molitur, imbuere, quo minus quidem aduertenti imponat facile. Quid enim magis apparens, quàm ſi ſe dicat, nudam fuiſſe cubitum, nec poſſe per nocturnas tenebras ſepoſitum cultum reſumere, pedeſque lautos iterum ſordibus inquinare? Sic in arcano ſenſu id quærere ſcilicet debes, quod honeſtatis quodam colore ſe probet, quale certè non eſt, aut *caritatem amiſſam reſumere ſe non poſſe: aut iugum diſciplinæ Chriſtianæ, ſemel excuſſum iterum pati; ſubiectoque collo recipere.* Non hæ excuſationes honeſtæ, ac honeſtatis quadam ſpecie velatæ ſunt; ſed nouæ potius, & maiores prioribus offenſiones. Nec tam aliena à Chriſto per caritatem erat Eccleſia, vt exiſtimari poſſit peccatis grauibus inquinata, quæ ſtatim omnibus, quæ impediebant abiectis, animoſa Chriſtum ſequutura eſt. Nec vlla eſt cauſa, cur hæc in tanta Eccleſiæ coniunctione cum Chriſto, de ſolis prauis filijs intelligamus, quod illi faciunt Authores: cum aptiorem multo ſenſum, & decentiorem patiantur.

Nec tam aliena Eccleſia à Chriſto.
Vt caritatem amiſiſſe credenda ſit.

Eccleſia non tã aliena a Chriſto, ut peccatis grauibus inquinata credi poſſit.

III.
Alij tunicam interpretantur Apoſtolos.
Qui ſemel mortui reuocari non poſſint
Et per illos introduci Chriſtus.
Id dolere Eccleſiã in ſumma miniſtrorum paucitate,
Is ſenſus reijcitur,
Quia vt in vitam Apoſtoli reuocarentur,
In poteſtate non Eccleſia,

Auguſt.
Tract. 57. in Io.
Tunica Apoſtoli iam ſæculo perfuncti.

Auguſtini verba.

Cauſa qua ſe excuſat Eccleſia non talis erat ut cõtemni poſſit.

Auguſtini ſenſus, video non diſplicuiſſe viro docto, hac quidem ex parte probari poſſet, ſi ordini rerum, atque interpretationis conſequentiæ cohæreret. *Tunicam* intelligit, *Proceres illos Apoſtolos*, atque *Eccleſiæ Patres*, quibus alacriter onus prædicationis ſubeuntibus, oſtium in nationes omnes Euangelio apertum eſt, quo Chriſtus facile penetraret in intima cordium. Excuſare ergo, quod illos velut *Tunicam* ſibi conſilijs, factiſque coniunctos, aut multo fractos labore, aut morte defunctos amiſerit; nec poſſit iterum in ſummo bonorum Miniſtrorum defectu, ac nuditate reuocare, & quaſi rurſum ſibi induere. *Paſſa ergo difficultatem Eccleſia, propter inopiam Prædicatorum, & recolens illos ſua membra ſana ſermonibus, ingemiſcit, & dicit; Exui me Tunicam mea quomodò induar illa?* De hac interpretandi ratione, audeo dicere, ſatis videri coactam, certe rerum ordini nectendo parum accommodatam. Nam certe vt in vitam reuocentur Apoſtoli, aut Magni illi viri, qui defuncti ſæculo ad Chriſtum abierant, fieri omnino non poterat. Quod ſi ea cauſa erat, quin minus pulſantem Chriſtum introducere adſe poſſet; legitima cauſa erat, cui nihil ruſticitatis, atque inurbanitatis ineſſet, quod poſſet damnari; cum in illius poteſtate non eſſet, eos ſiſtere rediuiuos, vt per illos aperiret pulſanti. At ea propter eam cauſam, & Chriſti abſentia mulctata eſt; nec ea tamen ceſſante, ſed duran-

Digitized by Google

Adeoque nec culpa, quæ in ea caſtiganda eſſet.

durante omnino, & fores aperuit, vt introduceret Chriſtum, & abeuntem dolens ſequuta eſt. Cauſa ergo illa quam obtendebat, talis erat, vt tametſi honeſtas illi ſubtenderetur, & quidam rationis color, poſſet tamen ab illa contemni, vt ſeſe Sponſo preberet morigeratam, & ingredi cupientem admittere.

IV.

Tunica ergo in deterius accipienda. Quæ Ambroſius interpretatur peccata, Quæ ſemel per Baptiſmum abiecta. A viris perfectis reſumi vix poſſunt. Sed ſi verbis inhæreas, intelliges facile; Solùm velle indicare, timere ſe ne tunicam cogatur iterū induere.

Præſtat ergo *Tunicam* in deterius accipere, quod plerique de veteribus faciunt, quos Recentiores ſequuntur, quanquam non omnibus eadem via pedibus trita. Ambroſius interpretatur *peccata*, quæ ſe dicat ad perfectum contendens anima ſeu Eccleſia reſumere minime poſſe. Eius poſui verba lectiſſima, & cultiſſima; nam quanquam ſententiam continent litteræ non admodum aptam, doctrinam habent vtilem illis, qui ad perfectionis apicem proximè peruenere, & in vincendis tentationibus continua bellandi conſuetudine vſum vincendi nacti ſunt. *Veteris hominis veſtimentum, vitijs erroris intextum, in lauacri regeneratione depoſitum, neſcit quomodo poſſit induere: ſtudio enim correctionis inoleuerat obliuio peccatorum. Tanta vis conſummatæ emendationis eſt, vt quandam pueritiæ reddat ſpiritualis ætatem, quæ vias erroris ignoret, crimen, etiam ſi velit, non poſſit admittere; quia deſueuit peccandi vſum noſſe.* Serm. 22. in Pſalm. 118. Sed ſi verba ipſa ſerio expendas, & ordini rerum inhæreas, ſtatim agnoſces illud: *Quomodo Induar Illa*, non impoſſibilitatem, vt ſic dicam, *Tunicam* reſumendi, ſed metum ne reſumere cogatur, quod graue reputat, indicare: quaſi aperire non poſſit quin poſitam veſtem reſumat, reſumere autem grauiſſimum reputet. Non ergo non poſſe iterum induiſſe, ideoque non aperire dicit; ſed nolle aperire, ne indui cogatur. Sumere ergo non impoſſibile ducebat ſibi, ſed noxium, ingratumque.

Ambroſius. Tunica, peccata quæ ſemel damnata vix reſumi a perfectis poſſunt.

Ambroſij verba.

Eccleſia timere cogatur reſumere tunicam ſemel exutam.

V.

Sæculares occupationes alij Tunicā eſſe maluiſt, Qui ſenſus plauſum apud plerōſq; meruit. Horrent enim contemplatiui occupationes illas, Et ad ea redire, quæ ſemel abiecere. Sed aliud quidā hic dicitur, aptiuſque ad ſeriem.

Probabilius alij *Tunicam* accipiunt ſæculares occupationes, & id quidquid eſt negotij cum proximis, cum, vt cæteros lucrifaciant, coguntur ſpiritales viri ambulare in medio nationis prauæ, non ſine multo metu, ne exterioribus noceantur: & ſtudio alienæ vtilitatis in ſpiritalis vitæ ipſi ſtudijs intepeſcant. Hæc ſententia plauſum meruit, & multos de veteribus, ac Recentioribus patronos inuenit, Gregor. PP. Honorium Auguſtod. Caſſiodorum, Bedam, & alios. Verba Eccleſiæ eſſe nomine Contemplatiuorum arbitrantur, qui à Chriſto ad proximorum curam ab illo euocari otio, graue ducunt, ſe iterum in diſcrimen conijcere, à quo ſemel erepti ſint. Dixi probabilius id eſſe, (quanquam Doctus Author, ſine firma ratione, id potius ad moralem ſenſum, quam ad Litteralem pertinere, arbitratur) idque ſequerer, niſi viderem orationis totius ductum aliud quiddam ſingularius exigere, quod in hunc Eccleſiæ ſtatum, qui deſcribitur, magis quadret: nec tam generale ſit, & commune, vt aptari cuicumque poſſit tempori, dum duret Eccleſia. Semper enim graue eis eſt, qui à negotio animarum ad otium contemplationis traduxere ſtudia, iterum ſe depoſito ſemel induere veſtimento; & aſſueti libertati ſtudiorum, iterum ſe ſeruituti ſubijcere, quam excuſſerant.

Tunica exteriores cum proximis occupationes.

Gregor. PP. Honorius. Cyprianus. Beda.

Contemplatiui graue negotiū animarum.

VI.

Duo tunc data iam Eccleſiæ fuerant. Et libertas, à Moſaica lege, Et peccatorum remiſſio, Vtrumque autem amittere verebatur,

Sed quandoquidem hæc ad Eccleſiam pertinere diximus, quæ nuper per Incarnationem Chriſto maritata, poſt illius mortem metu multo, ac trepidatione perculſa; latebras amabat, & otium, nec ſe publico audebat permittere: Videamus, quid iam tunc illa exuiſſet, quod graue reſumere reputaret; ideoque excuſationes honeſtas obtenderet, ne Chriſto ad negotium animarum per arcanos motus eam vocanti, ac properanti, obſequeretur. Duo eo iam ſtatu ingentia bona in Apoſtolos contulerat, ac per eos in Eccleſiam ipſam; nam & *iugo Legis Moſaicæ grauiſſimo liberarat, & peccata dimiſerat*. Id ſe illa quidem accepiſſe ſciebat; &, vt magni vtrumque bonum faciebat, ita metuebat amittere. Id ergo Commate hoc excuſat, alterum *Tunicæ expoliatione*, alterum *Pedum Lotione*, vtrumque autem aptiſſimè. Id, quod primo loco dictum eſt, hac Notat. expendimus; quod poſteriore loco, proxima examinabimus; ſi enim cuncta in vnum conijciantur locum, Lectoris forſitam confundetur intellectus.

Eccleſia iugo legis liberata & peccatorum ſordibus munda; Vtrumque amittere timens,

VII.

Tunica ergo lex Moſis ſit. Nam exterior tunica veſtis eſt, Quam dormituri deponere ſolent, Non interior quā interulam dicimus,

Tunica ergo *Moſaicæ Legis iugum* intelligimus, nec ſine cauſa. Nam & *Tunica* de ijs veſtibus eſt, quæ deponi cubitum ituris ſolent. Non enim vt Dramatico monuimus Commentario, *Tunica* hic *interula* eſt, quæ immediatè carnibus hæret: hanc enim ituri cubitum deponere non ſolemus; eſſetque indecorum exiſtimare, eam *Tunicam* ab honeſta & pudica fœmina dormitum itura depoſitam. Loquitur ergo de exteriore, cui viri togam aut pallium, fœminæ ſtolam ſuperijcere ſolebant. Id autem intelliges, ſi memineris, poſtea ſolo palliolo tectam ad Sponſum properaſſe; neque enim exiſtimare debes, palliolum ſuper nudum corpus inieciſſe ſibi, quod turpe ei, quæ in publicum proditura. Nan & Matronis inter Romanas turpe, ac reprehenſioni obnoxium, tunicatas, ſed ſine ſtola prodire in publicum. Vt iactari in illas ſoleret, *quod Cæcina Seuerus grauiter Senatui impreſſiſſe* legitur: *Matrona ſine ſtola in publico: Quin & Lentuli Auguris conſultis, quæ ita ſeſe exauthoraſſet, pro ſtupro erat pœna.*

Tunica hic veſtis externa.

Tertul. Pal.

Iniecit

Ea enim linea erat, exterior lanea,
Sit ergo hic tunica lex quam per Moſen induerat,
Nam interiorem gratiam ſcilicet, nunquam exuit,
Exuit exteriorem, legem ſcilicet,
Cui ſenſui maxime fauet locus Ezechielis
Quem totum videre proderit.

Ecclesia tunicā legis induerat, ſed exuendam. Gratiæ induſium nunquā exuit.

Chriſtus Eccleſiam nouis veſtibus induit.

Ezech. 16. 8.

Iniecit ergo ſibi ſuper interiorem *Tunicam*, ſeu mauis *induſium*, pallium; cum in ea ſurgendi, ac properandi, vt aperiret cura, quod expediſſimum erat, feciſſe probabile ſit. *Tunica* ergo hoc loco non linea, ſed lanea, quam dum Lectulo ſe componeret ad quietem, depoſuerat, reſumptura dum mane ſurgeret. Id autem facit, vt ea *Tunica* non ineptè *ſcripta Lex* intelligatur, quam ita Eccleſia per Moſen induerat, vt aduenienté Chriſto aſſerta in libertatem duriſſimæ ſerultutis, exueret, pretioſiore indumento donanda, quod nunquam exueret. Semper ergo interula ſua induta Eccleſia, *Tunicam* exuit exteriorem; quia Gratiam, ac ſanctitatem, quam acceperat in Adamo, ac velut interula nuditatem ſuam operuerat, nunquam amiſit, neque amiſſura vnquam erat. *Legis* autem *Tunicam* Gratiæ cuſtodem, Chriſto adueniente, ac velut nouam Nuptam Reginamque ſplendidius ornante, procul abiecit, nunquam amplius reſumptura. *Legis* autem cæremonias, rituſque exteriore veſtimento deſignari, vel vnus Ezechielis locus ſatis oſtendit. *Et tranſiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam.* Quid autem illud ſit, ſatis explicat ſtatim. *Et iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus Deus; & facta es mihi.* Ezech. 16. 8. Per deſponſationem ſcilicet, quę per *Legem*, quæ hic Pactum dicitur, facta eſt, vt ſuperius obſeruauimus: atque in futuram vxorem deſtinata, quod per Incarnationem lege inducta gratiæ tandem peractum eſt.

VIII.

Hanc tunicam ſe exuiſſe dicit,
Vereri que ne eam cogatur induere.
Id eſt iudaizare,
Cuius rei exemplum habes in Petro.
Quem eam ob cauſam Paulus admonuit,
Quod legis tunicam ſemel abiectam, videretur iterum ex parte induere.
Quod poſt Chriſtum nō licebat,
Ideo Ioſeph redēpturus fratres prius exuitur tunica,
Et Chriſtus nudus crucifigitur.
Et velum ſcinditur templi.

Eccleſia timet ne perſecutione ſeuiente cogatur Iudaizare.

Petri factū, quo viſus legis abiectam tunicam iterum induiſſe. *Galat.* 11. 11. 13

Galat 11. 16.
Gen 37. 23.
Ioſeph in ciſternam nudus miſſus typus Chriſti morte ſua tunicam legis exuentis.
Matth. 27 31.
Origenes.
Hieronymus.
Ambroſius.
Cyrill. Alex.
Velum, Templi ſciſum, lex exauthorata.
Theodoretus.
Auguſt.
Auguſt.
Caſarius.

Hanc ſe *Tunicam exuiſſe* dicit, vererique, ne, ſi vocanti Chriſto fores pandat, iterum cogatur reſumere. Ideſt, ſi in publicum egrediatur, atque prædicationi inſiſtat, (hoc enim aperire eſſe ſuperius diximus) mota Iudæorum perſecutione, cogatur iudaizare, & legis iterum cæremonijs operiri, quod maxime horrebat ſcilicet, ſed vehementer, nōdum armis, ac virtute ſatis inſtructa, metuebat. Huius autem metus, ac trepidationis exemplum ſi quæras, Petrus Apoſtolus dabit, etiam poſt datam virtutem ex alto per Spiritus Sancti illapſum, quam ob cauſam à Paulo cum Barnaba traductus eſt. *Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim, quam venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat; cum autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat ſe ab eis, timens eos, qui ex circunciſione erant. Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in eam ſimulationem.* Galat. 2. 11. 12. 13. Humani hic aliquid paſſum Petrum, res loquitur ipſa. Depoſuerat *Legalium cæremoniarum Tunicam*, eo impedimento exutus per Chriſtum; ſed eandem illam ex parte reſumpſiſſe viſus eſt Paulo, Iudæorum offenſionem timens, ne ſcilicet alienarentur à fide Chriſti, qui nōdū in totum *legem exuerant*, hauddum ſatis capaces tantæ mutationis. Contra Paulo videbatur *Tunica illa Iudaicarum cæremoniarum*, non exuenda modo in totum, ſed procul iactanda illis, qui per gratiam Chriſti impedimentis illis fuiſſent liberati. *Scientes autem*, inquit, *quòd non iuſtificatur homo ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis: Propter quod ex operibus Legis non iuſtificabitur omnis caro.* Gal. II. 16. In cuius rei fortaſſe typum, nec Ioſeph in ciſternam mittitur, nec Iſmaelitis venditur, fratres poſtea redempturus, allaturuſque ſuæ Genti ſalutem, niſi prius polymitam *Tunicam* exuat, nec enim Chriſtus actus in crucem eſt, cuius Ioſeph perſonam ſuſtinuit, niſi poſtquam cum milites veſtimentis exuiſſent. Tunc velum templi ſcinditur, quo Sancta Sanctorum operiebantur: vt & penetrari iam poſſe in intima Legis veteris Sacramenta, quæ vix doctiſſimis antè patebant, indicaretur; quod & Origenes, & Hieronymus, & Ambroſius, & Cyril. Alexandrinus, & Theodor. & Auguſt. & alij de veteribus voluere: & abolitā legem, & cæremoniarum vim omnē elanguiſſe; atq; vno verbo, Eccleſiæ *Tunicam* eſſe detractam, quam poſtea reſumptura nunquam eſſet, ſignificaretur: quemadmodum Auguſtinus idem, & Cæſarius voluere.

IX.

Quomodo autem eam duit,
Stabile decretum inducat, non iterum reſumendi.
Non impoſſibilitatem.

Quo modo induar, quo ſenſu dictum.
Luc. 1. 34.
Gen. 39. 9.

Cum autem dicit, *Quomodo induar illa?* Senſum eſſe arbitrantur quidam, fieri iam non poſſe, vt eam induar, quemadmodum ſupra indicatum eſt: Sed præſtat interpretari animi firmam, certam, ac ſtabilem deſtinationem, non iterum, quam ſemel abiecerat, reſumendi: quemadmodum à Maria Virgine dictum eſt. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco:* Cum apud animum meum omnino conſtituerim nunquam me viro coniungere, ne integritatis patiar detrimentum. Et Ioſeph: *Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum.* Gen. Facere quidem poterat, ſi hominem libertatis ſuę dominum conſideres: ſed ſtatuerat apud ſe ſtabili quodam voluntatis decreto, nec dominum ſuum tanta iniuria officere, cui obſequium omne honoremque exhibere debebat; nec apud Deum tanto ſe ſcelere maculare.

Digitized by Google

NOTATIO XII.

LAVI PEDES MEOS, QVOMODO INQVINABO ILLOS.

SVM. COM.

I. *Sed autem pedum inquinamenta peccata, Quod quidam ab baptiſmum referunt, Sed pertinent ad id tempus, quod a nobis indicatũ, Nam pedes ſymbolica affectus ſunt animi. Hinc timetur ne iterum inquinentur. Ideo præceptum Moſi ponere calceamenta, Et Sacerdoti, vt lauet manus ac pedes acceſſurus ad ſancta. Hinc eorum horror, qui ſemel ſeceſſere a turbis. Ne quibus ſordibus mundi iterũ polluantur. Quia & Deus ipſe creaturus mundum, Subcinxiſſe ſe dicitur, Quaſi vereri poſſit, ne contactu terra polluerctur, Quid terreni homines facient?*

FACILIS horum verborum ſenſus, ſi ijs inſiſtas quæ paulo antè ſunt dicta; quanquam, qui alias inſiſtère vias, aliter interpretantur: nam tametſi plerique *inquinamenta* hæc *pedum peccatorum ſordes* accipiunt, cæterum *ablutionem ad Baptiſmum referunt*, & de quocumque iuſto dicta volunt: aut de Eccleſia tempore nullo certo deſignato. Id à nobis reiectum eſt, qui arbitramur hæc non alio trahi poſſe, quam ad tempus illud, quod à morte Chriſti ad S. Spiritus illapſum in diſcipulos interiectum eſt. Id ergo pergamus in eum ſenſum exponere. *Pedes* ſymbolicè multa ſignificant; ſed loco hoc animi quas vocamus potentias, aut facultates, earumque actus ſignificare, certum putamus, quod à pleriſque traditum eſt: potiſſime voluntatis affectus, quibus animus, tanquam pedibus quibuſdam, & humo hærere cogitur, ſæpe & mouetur in fines ſuos. Hinc expertis hominibus multus motus, ne poſtquam ſe à terra deſiderijs in cœlum ſuſtenterint, ſi ad ea negotia ſeu miniſteria redierint, quæ ſemel abiecerunt, eiſdem ſe ſordibus inquinare cogantur. Impedit autem hæc coinquinatio acceſſum ad Deum; atque ideo in typo præcipitur Moſi: *Ne appropries huc ſolue calcamentum de pedibus tuis; locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Ex. 3. 5. Et acceſſurus ad ſacra Sacerdos, ac tabernaculum ingreſſurus, *Lauare* iubetur *manus* ac *Pedes*, vt mundis & operibus, & affectibus ſancta ſibi tractanda intelligat. Ex. 30. 19. & 41. 29. Omnis ergo terrenarum rerum affectus exuendus eſt, & adhærens *Pedibus* de terræ contactu puluis excutiendum, qui Deo velit hærere. Sed *qui tetigerit picem* imprudens, *quin inquinetur*, difficile eſt; difficilius poſtquam inquinatus fuerit, ad priorem redire munditiam. Hinc horror ille, quo percelli ſe ſentiunt illi, qui, cum à mortalium conſortio ſeſe ad vitam ſolitariam recepiſſent, rurſus ad eadem illa tractanda reuocantur, quæ putant tractari à ſe non poſſe, quin de contactu ſordentium ſordes contrahant, quas poſtea abluere haud facile poſſint. Neque ijs deeſt, quo ſtudium latendi in contemplatione defendant: nam ſibi dictum arbitrantur: *Qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua; & , qui in agro, non reuertatur tollere Tunicam ſuam.* Matth. 24. 16. 17. 18. Sed & Deus ipſi videtur quodammodo ſuo præiuiſſe exemplo, vt periculum digito indicaret. *Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Pſalm. 92. 1. Quæ de creatione accipienda eſſe, titulus ipſe Pſalmi teſtatur, *Laus Cantici in die, quando fundata eſt terra*: & quæ mox ſequuntur; *Etenim firmabit orbem terræ qui non commouebitur.* Deus ergo & decorem, & fortitudinem indutus, cum ad creationem viſibilium rerum venit, laciniosæ, ac prolixæ veſtis Syrma colligit, præcingitque, quaſi & is vereatur, ne contactu terrenarum rerum vel pulueris paulum, vel luti veſti adhæreat. Quid homines faciant, qui cognatione terreni ſunt, facilius ſcilicet à cognato luto, & puluere inquinandi.

II. *Sed horum otij amor ſæpe eſt. Non ſtudium adhærendi Deo, Qui nunquam magnum aliquid præſtituri ſunt, Et ſi omnibus tale ſtudiũ placuiſſet, Magno id damno mortalium fuiſſet factum. Aliter Chriſtus docuit, Ergo relinqui Deus propter homines ſæpe, & contra debet.*

Sed id ſæpe ſtudium otij eſt, ac ſedentariæ vitæ amor, nulliſque moleſtijs implicita conſuetudo. Amant latere, non vt fugiant ſordium hæc pericula; ſed vt dulci otio, cui aſſueuere, vacent. Amor ergo hic ſæpe ſui, non hærendi Deo eſt, ſeque ab eo minime auellendi. Hos ego nunquam puto magnum aliquid præſtituros, nec inter Eccleſiæ Proceres, quibus illa multum ſe debere fateatur, numerandos; nunquam ituros per annalia ſacra, addituroſque Faſtis nomina inter ingentes illas animas, quæ ſuis triumphis famæ materiam miniſtrarunt. Quid orbe fuiſſe factum, ſi omnibus eadem, quæ illis, cura fuiſſet, nec fuiſſet vllus, qui aliorum ſaluti inuigilaret, ſe in tuto poſuiſſe contentus? Chriſtus Præceptor ipſe ſecedere ſolitus haud raro à turbis, ac ſollicitudines montium quærens, orationi, ac contemplationi vacauit, vt nos doceret ſcilicet, quibus artibus initiandi eſſemus ad ſacræ prædicationis, & animarum hæc lucra. Sed idem ille, ex illa exſcendens montium altitudine, ac ſolitudinis otio, quaſi refectis pabulo viribus, immiſcebat ſe turbis, vt ſæpe non tangeretur modo, ſed comprimeretur, obrueretur q; . Exemplo nos ſuo vtrumq; docuit; & propter Deũ turbas relinquendas eſſe, & relicto quodammodo Deo, turbas quærendas. Haud benè dictũ, relicto Deo, nunquam enim tenacius Deus tenetur, quam, cum illius obſequentes votis,

vnde

Pedum ſordes peccata.

Pedes animi affectus, & facultates.

Moſes iubetur calceos ponere cur.

Exo. 3. 5. Ibid. 30. 19. & 41. 29. ſacerdos cur iubetur manus & pedes lauare acceſſurus ad ſacra

Eccl. 13. 1.

Matt. 24. 16.

Pſ. 92. 1. Deus acceſſurus ad creationem rerum, cur præcinctus inducitur.

Latendi ſtudia in multis ſæpe proprij amoris eſt proles

Chriſtus ſecedere ſolitus, ut rediret ad negotia animarum.

(Vult enim *omnes homines ſaluos fieri , & ad agnitionem veritatis venire*) ſalutem quærimus animarum. Nam nec minus placuiſſe Deo Paulum puto, cum diceret: *Permanere mihi in carne neceſſarium propter vos.* Quam cum prius dixiſſet; *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* 1 Tim. 2. 4. Phil. 1. 22.

III.

Eſt ergo hæc vox minus perfectorũ, Quales tunc diſcipuli.

Lauauit Sponſa pedes cum peccatis liberata eſt.

Quod in typo ſignificatum, Cũ Chriſtus Diſcipulorum pedes lauat.

Quod & Auguſtinus agnouit, Cuius verba hic habes.

Nam ex eo Sacramentum Pœnitentiæ adumbratum eſt.

Quo poſt baptiſmum dimittuntur peccata.

Per hunc ſemel, per Pœnitentiam ſæpe,

Per illum totus abluitur homo

Per hanc ſolummodo pedes,

Qui ſæpe peccatorum luto inquinantur,

Qui diſcurſus Auguſtini eſt.

Cuius verba hic habes.

Laui pedes meos, vox imperfectorum.

Pedum lotione ſignificata munditiés a peccatis

Io. 13. 7.

Pœnitentiæ ſacramentum lotione pedũ Diſcipulorum adumbratum.

Auguſtinus.

Semel per baptiſmum, ſæpe per pœnitẽtiã mundamur a peccatis. Io. 13. 8.

Cur olim baptizandi toti in aquam mergi ſoliti.

Auguſt.

Eſt ergo hæc vox: *Laui pedes meos , quomodo inquinabo illos?* Imperfectorum vox, & adhuc multum de proprio amore retinentium , quales Apoſtoli erant, dum nondum de Diuini Spiritus illapſu mutati eſſent , viribuſque magnis inſtructi. Tunc videbis illos intrepidè per mille pericula rerum ad lucra currere animarum; & ſpoliatos , vulneratoſque , vel per cruciatus , & mortem ire , vitam alijs reddituros. De quo poſtea , *Lauerat* ergo Sponſa *Pedes* , cum poſtquam importabili legis onere excuſſo , tot cæremoniarum *Tunica* exuta , *peccatorum etiam ſordibus liberata* , mundam ſe ac nitidam quieti tradiderat; quoad ab Sponſo Chriſto & voce ſonante , & arcanis impulſibus ad animarum ſalutem vrgendam pararetur. Ac vt videas, quam hæc probabiliter diſputentur , meminiſſe iuuabit , quid in huius rei typo , paulo antequam ageretur in crucem , actum à Chriſto eſt , cum Diſcipulorum pedes lauit. Nam non ſine cauſa dictum Petro eſt , cum diceret: *Domine tu mihi lauas pedes? Quod ego facio , tu neſcis modo; ſcies autem poſtea.* Ioan. 13. 7. Indicare voluit Chriſtus *Lotione* illa *pedum* grande aliquid inuolui arcanum , quod tunc quidem ignoraret Petrus , poſtea ſuo tempore cogniturus. Id autem quid ſit , non omnes eodem modo interpretantur , ſequamur bonum Authorem Auguſtinum Tract. LV. in Ioan. Qui ea lotione peccatorum remiſſionem ſignificatam fuiſſe dicit. *Quid mirum*, inquit, *ſi miſit aquam in peluim , vnde lauaret pedes Diſcipulorum ; qui in terram ſanguinem fudit , quo immunditiam dilueret peccatorum?* Contracta ergo poſt Baptiſmum peccata, ac ſordes abluit etiam per Pœnitentiam Chriſtus : idemque ille , qui Baptiſmum ſuis manibus Apoſtolis adminiſtrat , etiam *pedes lauat* ; qua ablutione Pœnitentiæ Sacramentum ſignificatum eſt. Vt vtroque facto oſtenderet , vtrumque à ſe eſſe , & quod per ipſius gratiam mundamur Baptiſmi lauacro; & quod iterum contractis poſt Baptiſmum ſordibus peccatorum , Pœnitentia abluimur. Qui ſemel ergo Baptiſmi lauacro regeneramur , ſæpius poſt illum per Pœnitentiam abluimur , quia ſæpius inquinamur. Alterum autem per ablutionem corporis , alterum per pedum munditiam intelligimus. Ideo dicente Petro , cum nondum myſterium intelligeret; *Domine, non tantum pedes , ſed & manus & caput.* Reſpondet Chriſtus: *Qui Lotus eſt , non indiget , niſi vt pedes lauet , ſed eſt mundus totus.* Nam ſemel abluti per Baptiſmum, non iterum baptizamur. Hæc totius corporis ablutio eſt, ideoque olim ſolitum , vt baptizandus totus in aquam immergeretur , ne vlla corporis eſſet pars , quæ minime tingeretur. Mundus ergo totus baptizatus eſt. Sed qui etiam totus corpore mundus eſt , neceſſitate conditionis humanæ , ſæpe *inquinat pedes* , quibus ſcilicet terram premit: & aut luto mortalium , aut puluere venialium inficitur, ideo , qui Lotus eſt per Baptiſmum totus , ablui per Pœnitentiam debet , vt & pedes etiam mundi ſint. Auguſtini hæc ſententia eſt, cuius poſui lectiſſima verba. Tract. LVI. in Io: *Homo in Sancto quidem Baptiſmo totus abluitur , non præter pedes , ſed totus omnino: veruntamen , cum in rebus humanis poſtea viuitur , vtique terra calcatur : ipſi igitur humani affectus , ſine quibus in hac mortalitate non viuitur, quaſi pedes ſunt , vbi ex humanis rebus afficimur. Quotidie igitur pedes lauat nobis , qui interpellat pro nobis , & quotidie nos opus habere vt pedes lauemus, ideſt, vias ſpiritualium paſſuum dirigamus, in ipſa Dominica oratione confitemur, dum dicimus: Dimitte nobis debita noſtra.*

IV.

Hos Eccleſia pedes verebatur inquinare

Cum ſtatuiſſet non iterum ad præteritas redire culpas.

Pedes lauit Eccleſia per Pœnitentiam.

Hos Eccleſia *Pedes lauiſſe* ſe dicit, vereri que, ne eos iterum *Inquinare* cogatur: libera enim à peccatis per Chriſtum, id, munditiarum amans, omnino timet; ne ſi in ſolem, & puluerem prædicationis egrediatur, ac terram calcare cogatur, *Pedes iterum Inquinet*; ideſt, ſe nouorum peccatorum ſordibus commaculet: quod præteritis malis edocta, vehementer horrebat. Ideſt. *Quomodo Inquinabo Illos?* Quibus graphicè per eos dies ſtatus Eccleſiæ deſcribitur.

Digitized by Google

VERSVS IV.

DILECTVS MEVS MISIT MANVM SVAM PER FORAMEN, ET VENTER MEVS INTREMVIT AD TACTVM EIVS.

COMMENTARIVS.

HIC locus pertinet omnino ad Sancti Spiritus immiſſionem in Diſcipulos, multis cauſis: nam & de ea *Miſſione* dixerat, Chriſtus: *Cum autem venerit Paraclitus, quem Ego Mittam vobis à Patre.* Ioan. 15.26. Et Spiritus idem aptiſſimè per *Manum Immiſſam* ſignificatur, qui Dei & *Digitus*, & *Manus* eſt, per quem ſcilicet quæcumque, poſt aſcenſum in cœlum Chriſti, in bonum præſtat Eccleſiæ, omnino diſponit. Ideoque in ſacris litteris & *Manus*, & *Dei* dicitur *Digitus*. Et quidquid Sacer Spiritus in Eccleſiam operatur ac tacito, nec ſæpe intellecto aduentu gerit, per *Viſcerum tremorem* ſignificatur. Nam & cum in Apoſtolos illaberetur, cōmota tota eſt domus, & à fundamentis conuulſa contremuit (*facto de cælo ſono tanquam aduenientis ſpiritus vehementis*) Ac demum ſecretus ille, ac minime intellectus agendi modus, quo in Apoſtolorum ſeſe inſinuauit animos, inſinuatque quotidie in hominum corda, haud aptius quam per *Immiſſionem manus per foramen* ſignificatur, & *Tactum*. Nam & ſchola & Patres, & Concilia, & quod caput eſt, ſacra ipſa ſcriptura vim illam arcanam, qua corda immutat hominum, per *Tactum Cordis* ſignificant.

ENARRATIO.

HÆſitanti mihi, nec adhuc ſatis conſtituenti, quid agerem, metu ſcilicet ruſtico mentis aciem obtundente, Diuinus adfuit Spiritus à Dilecto meo, vt antè fuerat pollicitus, de cælis Miſſus. Venientem ipſa nec ſentiens nec videns, ad illapſum ſubitum tota Contremui: quin & tota, qua latebam, domus præſentis Numinis maieſtatem reuerita, inſolito, ac ſubito motu exiliit. Quid pectora mortalium facerent? vbi inanima, velut ſenſum, & animum induiſſent, qua ratione licebat, præſentis numen agnoſcerent? Secretiſſimus ille illapſus fuit, quod me totam ſenſi in aliam abiiſſe. Scilicet opera Dei hæc ſunt, in cuius poteſtate tota cum eſſem, repugnare non potui, nec, ſi poſſem, vellem. Itaque qui me metus antea pauidam percellebat, totus euanuit; diſcipatoque torpore, animi rediit alacritas illa, quæ me ad magna facinora fortem, expeditamq; diſpoſuit. Cum ergo iam omnis mora grauis eſſet, & celeritas lenta omnis videretur, id vnum pudebat, quod vel ante reſtitiſſem, pauore turbata; vel quod non iam lecto exiliiſſem, vt fores panderem Chriſto, onere carnis grauata, cum alacris ſpiritus properaret.

NOTA-

NOTATIO XIII.

DILECTVS MEVS AMISIT MANVM SVAM.

SVM. COM.

I.

Lux ingens hinc ad totum Dramatis ſenſum. Sed videndũ quid alij ſentiant. Quidam ad incarnationem referunt, Eſt enim verbum Dei manus. Sed obeſt ſeries Cantici. Et quod Spiritus S. etiam Dei manus eſt, Nec redditur ratio, cur potius de verbo accipias hæc, Cum contrà ſint quæ conuincant.

TAM hæc mihi plana ſunt viſa, vt nulla ſit relicta cauſa dubitandi; & miratus ſim, nemini, vel ex hoc vno loco veniſſe in mentem, vt Cantici huius totam ſeriem, quantum ad arcanam ſpectat ſententiam, ordinaret. Sed videndum eſt, antequam, quo ſenſu hæc accipienda ſint dicamus, quid alijs, in verbis difficillimis explicandis, in mentem venerit; curque nobis minus probentur. Nam laudandus minime eſt eorum conatus, qui eo aliena ſolùm non probant, quod ſua ament; eoque ſolum meliora ducunt, quod ſua ſint. Ac omiſſis illis, qui hæc de pia anima interpretantur, in ſuum locum, (Quanquam & ea ipſa per analogiam aptari ad Eccleſiam poſſunt) qui de ea interpretantur, diſſident inter ſeſe. Gregor. Nyſſen. Hom. 11. in Cant. *ad Incarnationem* hæc retulit. Eſt enim Verbum *Dei Manus*, per quam ſcilicet omnia facta ſunt. Hanc *manum per Foramen Miſiſſe, cum ſemetipſo exinaniuit, formam ſerui accipiens*. Sed obeſt huic interpretationi, quòd, ſi id ſequare, rerum ordinem confundis; cum ſuperius de Incarnatione ſit actum, nec deceat res iterum, & ſæpe ſine vlla neceſſitate repetere: cum totum Drama miro ordine ſit compoſitum, ſuiſque aptè partibus conſtitutum. Et quidem *Verbum Dei* & *Manus* & *Dextera*, qua vſus in educendis è nihilo rebus, ſub orbis initium; & poſtea reparandis: ſed non vnicam Deus *Manum Dexteram* habet, habet & *Siniſtram*, nec minus validam robuſtamque, ad ingentia patranda facinora: nam & *Spiritus Sanctus* non *Digitus* modo, ſed & *Manus* eſt *Dei*, qua, quem admodum per Chriſtum viſibiliter, inuiſibiliter operatur. Nam quæcumque ad ordinem gratiæ ſpectant, ad illius ordinem pertinent, & legibus gubernantur. Cur autem loco hoc *Dei Manum Verbum* potius, quam *Sanctum Spiritum* accipiamus, nullam Nyſſenus, quod oportuiſſet, cauſam omninò tradit: cum multæ ſint, quæ eo impellant, vt potius de *Spiritu Sancto* interpretemur.

Non laudandi qui eo ſolũ aliena damnant, quod ſua probẽt

Nyſſenus. Incarnatio Dei manus immiſſio. Verbũ Dei manus, Dextera.

Spiritus S. Dei manus ſiniſtra nec minus valida.

II.

Alij ad excitationem reuocant. Qua mouearnur ad memoriã operum diuinorum. Sed id commune eſt omni ſtatui & tempori, Sicuti qui ad operatricem vim miraculorum referunt.

Caſſiodori interpretatio laxitate ſua laborare videtur. Vult enim tunc Deum per *Foramen Manum Mittere*; cum noſtram memoriam ad ſuorum operum commemorationem excitat; cum mouet, vt cogitemus dignatum hominem fieri, cum Deus eſſet; vt noſtra ſuſcipiens, ſua communicaret; & morte ſua vitam nobis redderet diuinam. Sed parum id videtur ad huius loci enodationem, quo verborum ordo ipſe ſatis indicat, aliquid ſingularius, immo & maius velle Eccleſiam. Id enim commune eſt omni illius ſtatui, & cuicumque tempori aptari poteſt; cum hic tamen vnum aliquid, & vnum reſpiciens tempus indicari, longe ſit probabilius, & ad filum nectendum accommodatius. Quemadmodum & id, quod Nyſſenus, vix interpretandi rationi minimè hærens, ſignificat; qui per *Manum miraculorum in Chriſto operatricem vim* ſignificatam ait, qua ſibi aperuit aditum per fidem in hominum corda. Nam certe & *Manus Immiſſionem*, & *Tactum*, ad quem ſequutus *Tremor Ventris* eſt, aliud quiddam arcanius, quam quod per exteriora opera, ſeu miracula factum eſt, ſignificare, eſt certum.

Manus immiſſio, excitatio nẽ e ſad memoriam operum diuinorum. *Caſſiodor.*

Greg. Nyſſ. Vis miraculorũ operatrix Chriſti.

III.

Ad inſpirationes alij trahunt, Quorum princeps Ambroſius, Cuius verba obſcuriuſculo habes, Sed loquitur plane de conceptis bonis deſiderijs. Cui hæret Caſſiodorus, Sed nimis hæc tropologica ſunt,

Aptius alij ad ſeriem hæc ſpiritalium reuocant, eoſque motus, quibus Chriſtus interius per inſpirationes ſanctas ad bonum impellit; quod traditum ab Ambroſio eſt, quanquam obſcuriuſculis verbis. *Primum tanquam de proſpectu Mittit Manum Suam, nimirum quando Deus eſſe operibus æſtimatur: deinde augetur amor, & intimis conceptus viſceribus inoleſcit: inde intelligibili vtero, in quo eſt receptaculum verbi, ſeminibus eius infuſis, plenitudinem eius corporaliter inhabitatem parturire anima noſtra deſiderat; non enim turbatur vterus fœminarum, niſi quæ fuerint aluo grauet.* Serm. 10. in Pſalm. 110. Loquitur de conceptis bonis deſiderijs, quibus boni operis ſemen continetur, quod cordi iniectum ſuo tempore prolem parit: quemadmodum loco alio indicat. *Bonum eſt, vt, ad aduentum Domini, interiora turbentur; influentibus quippe diuinis, corporeus peregrinatur affectus; & vſus ille exterioris hominis exoleſcit.* Lib. 3. de Virgin. Quod etiam Caſſiodoro placuit. *Dilectus Manum per foramen mittit, & ventrem tangit, cum interna Conditor inſpiratione cor viſitat, & ad profectum virtutum cor aſcendit.* Nec diuerſa Greg. M. Sed & hæc omnia generaliſſimè, quanquam verè, dicuntur: & potiùs applicationem quandam verborum ad res, quam rerum, litteralemque ſenſum continent: Itaque in tropologico ordine collocanda.

Manus immiſſio, inſpirationes ad bonum impellentes. *Ambroſius.*

Ambroſius.

Caſſiodorus. Gregorius. M.

IV.

Minus apta quidam de flagellis exponunt,

Minus aptè alij, quos inter mirati ſumus, de Recentioribus, & quidem doctiſſimis, aliquos eſſe; qui & *Manus Immiſſionem*, & *Tactum*, de *flagellis* interpretantur, *quæ à Deo hominibus torpentibus inferuntur*, vt eos adſe trahat vel per dura, atq; acerba. Sic Iuſt. Vrgi

Manus immiſſio. per flagella quæ conniuentes ad officium cõpellunt *Iuſtus Vrg.*

& Apo-

A Deo illatis vit ad ſe contumaces trahit,
Sed non eo iam ſtatu Eccleſia flagellis agenda erat.
Sed blandiciis inuitanda.

Ecclesia ſub hoc ſtatu non caſtiganda flagellis.

& Aponius, ſed parum hæc accommodatè dici videntur, ad ſtatum Eccleſiæ, qui deſcribitur, iam maritæ, & proximè ad ſpiritalem conceptum, ac partum diſponendæ. Nam certè, quæ ideo tardabat aperire Chriſto, quod vereretur ſe peccatorum ſordibus inquinare, à quibus mundata fuerat; quæ duris atque, acerbis compelleretur, & flagellis, quemadmodum ſerui peruicaces ſolent, adigeretur ad officium, digna non erat. Immo quæ paulo antè, & blanditijs, ac tenerrimis appellationibus inuitata fuerat, eo iam ſtatu videbatur conſtituta, vt non ſupplicijs, ſed fauoribus ageretur. Quidquid ergo per hæc ſignificari volueris, blandum eſſe debet, atque ex amore feruenti profectum, & tanquam, à viro amante, non ſeuero iudice deſignatum.

V.

Aponius, qui ad fortiores impulſiones reuocant,
Quibus ad animarum negotium viri ſancti impellebantur,
Id verum ſed aptandum ad certum tempus.
Quod faciunt qui ad ſeculum Conſtantini referunt,
Cum Eccleſiæ libertas data propagandæ religionis,
Omni iam timore liberata.

Apoſtolici uiri perfortiores impulſus ad negotiū animarum animati.

Ad Conſtantini ætatem quidam hæc reuocant nimis tarde.

Probabilius, certe conſequentius, qui, cum hæc, quæ paulo antè commentati ſumus, de viris Apoſtolicis, onus, ſeu miniſterium verbi deprecantibus, amore quietis, interpretati fuiſſent, hæc ad *fortiores impulſus* trahunt, quibus ad conſentiendum Deo pertrahantur. Sic Richardus Victor. conſequenter. Exempla plurima habes apud Hiſtoricos Eccleſiaſticos, de Baſilio, Nazianzeno, Chryſoſtomo, Auguſtino, Gregorio M. alijs, quibus graue cum eſſet onus, & regimen animarum ſuſcipere, hiſce tandem artibus deliniti, vocanti Deo obſequuti ſunt. Hoc ergo modo quidam, ſed generatim interpretantur, nullo certo deſignato tempore: nunquam enim in Eccleſia deſunt, qui vel amore quietis, vel horrore laboris, miniſterium verbi fugiant, quibus Deus additis nouis impulſibus, tandem perſuadeat, ne cauſam communem deſerant, commodis ſuis, otioque poſthabitis. Quidam alij ad eam ætatem Eccleſiæ referunt, quæ Conſtantini æuum vel comitata eſt, vel ſequuta. *Manum ſuam miſiſſe Deum, cum gratiæ cæleſtis lumen maius infudit*, quo clarius illuſtrata Eccleſia, apertius contuens diuinæ prouidentiæ ſuauitatem, protectioniſque ſecuritatem, omnem animo timorem expulit, cernens propriam virium imbecillitatem; nec quidquam in ſe eſſe, quod ſatis ad tantum munus eſſet, ſi diuino ipſa præſidio deſtituta, facinus aggrederetur. Quin ita promota, alacrius ſeſe in hoſtiles phalanges vitiorum immiſit, vt animas mortalium lucrifaceret Chriſto.

VI.

Hic ergo Spiritus Sancti aduentus deſignatur, in Diſcipulos.
Quem nobis mittere non ſine fauore eiuſdem Spiritus inditum putamus.
Iudicium fecere tres PP.
Manu enim Dei potentiam ſignificari conſtat,
Qua omnia Deus tanquam manu operatur.
Quod commune tribus perſonis,
Sed quædam tamen Deus facere per verbum dicitur.
Quædam per ſpiritum Sanctum.
Nam per Verbum res creaſſe dicitur,
Qua cauſa dictus à PP filius inſtrumentum Patris,
Quod ſano modo intelligendum,
Immo & miniſter,
Qui ad nutum Patris operatus ſit.

Spiritus Sancti aduentus per manus immiſſionem ſignificatꝰ.

An. 1641.

Manus Dei potentia & operandi facultas.

Deus quædam per verbū, quędam per Spir. S. operari dicitur.

Ioan. 1.3.
Hebr. 1.2.

Verbum dictum à PP inſtrumentum & miniſter Patris.

Apoſt. Conſtit. lib 5 cap 19.
Iuſt Mart.
Clem Alexan.
Euſebius.
Tertullian.
Baſilius.

Hi mihi rem acu tetigiſſe videntur, niſi quòd ad aliud omnino tempus, ideſt, ad dies illos, qui inter mortem Chriſti, & Spiritus Sancti aduentum interceſſere, referenda arbitramur. Ergo hic *Diuini Spiritus in Apoſtolos illapſum die Pentecoſtes* agnoſcimus. Nec puto ſine ſingulari illius fauore factum, vt hæc ipſa peruigilio eius diei meditaremur, quo Sancti Spiritus in Apoſtolos aduentus ab Eccleſia celebratur: & quidem in ea domo Societatis Ieſu, cuius templum, & pulcherrimum, & capaciſſimum, eiuſdem Spiritus Sancti nomine dedicatum eſt, qui dies hoc anno incidit in XIV. Kalend. Iunias. Iudicium huius ſenſus fecere vobis tres Patres, ne primi ſcilicet ipſi eſſemus. Omnis autem probatio noſtra erit, quæ duplici ex capite petenda eſt, & quod *Miſiſſe*, dicat, Chriſtum; & quod *Manum Miſiſſe*, dicat; in altero illi deberi conteſtans, velut mouenti, efficientique cauſæ, totum opus: in altero Spiritui Sancto, velut formæ atque virtuti. Hinc ergo incipiamus, *Manu Dei, potentiam*, atque *virtutem* ſiue ad inferenda ſupplicia, ſiue ad bona cumulanda, & aptè quidem intelligimus. Nam &, quidquid nos agimus, manibus, velut inſtrumentis coniunctis, agimus; &, quidquid Deus operatur, potentia operatur, & virtute. Id autem totum Dei vnius eſt, ac commune perſonis tribus, quæ quemadmodum indiuiſæ natura, ita etiam & actione. Sed tamen ſi modum loquendi ſcripturarum obſerues, idem ille Deus operari quædam *per Verbum*, dicitur, quædam *per Spiritum Sanctum*. Ideo vterque *Dei* dicitur *Virtus*, & *Poteſtas*, quia, quod per illos agit, (appropriatione quadam) *Virtute* ac *Poteſtate* agit ſua. Eſt autem in ea re diſcrimen, quod *Filij* videatur proprium, rebus, vel immediate de ſuo nihilo quod conſiſtant tribuere; vel quod extra ſuas cauſas ſubſiſtant. Quo ſenſu de illo dictum: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt*. Ioan. 1.3. Et: *Quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula*. Hebr. 1.2. Hinc Græci PP. haud raro, Latini autem rarius quidem, ſed aliquando *Verbum* vocant *Miniſtrum*, & *Inſtrumentum Patris* quod ſano modo accipiendum; vt intelligatur *Verbum Patri* ſemper coniunctum, eiuſdem & ſubſtantiæ, & virtutis, ſed quam habeat communicatam à Patre; nec ſine *Verbum Pater*, nec ſine Patre *Verbum* aliquid vnquam operetur. Sic ferme Apoſt. Conſtitut. Lib 5. Cap. 19. Iuſt. M. Dial. cum Tryphone, qui *opera verbi* appellat *Miniſteria*, velut, *à Miniſtro Patris* exhibita. Clem. Alex. Orat. exhort. ad Gent. *Verbum* indigitare audet *Patris Inſtrumentum*. Euſeb. Demonſtrat. Euang. Lib. V. Cap. V. Tertullian. aduerſ. Hermog. Cap. 22. *Sermonem* ſeu *Verbum*, *Miniſtrum, atque Arbitrum Rectoris*, ideſt, *Patris*, Et Baſilius Hom. 10. Hexaem, in ea verba: *Faciamus hominum*, non minus audacter, ait: *Ne te clam eſſet*, inquit, *Patrem per Filium cuncta feciſſe: & eadem Filium condidiſſe annutu Paternæ voluntatis*. Quaſi condiderit quidem *Filius*, ſed *volente*, *atque innuente Patre*; vt

hic

Qui loquendi modi de ſcriptura tracti,
In qua verbum manus dicitur & dextra Dei.
Nec aliter PP vt Tertullianus.
Proprium autem verbi rebus tribuere vt exſiſtant,
Et quaſi corporationem tribuere.

hic voluntate & iuſſu, ille operatione conderet. Quæ loquendi formæ omnes de ſcripturarum vſu ſunt tractæ. S.D.E. *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Pſalm.32.6. Et idem de ſe *Verbum Patris* & *virtus* & *ſapientia. Quando præparabat cælos aderam, Cum eo eram cuncta componens.* Prou.8.27. Ideo & *Manus*,& *Dextera*, & *Brachium Dei* Verbum dicitur aptiſſimè. Quo ſenſu loca multa S. S. accipienda, ex cenſu veterum PP. ſic Tertullian. ea verba Pſalm. 101. 26. *Opera manuum tuarum ſunt cœli*, interpretatur. *Denique*, inquit, *Sermone eius cœli confirmati ſunt, & Spiritu ipſius virtutes eorum. Hic eſt Dei dextera, Dei & Manus ambæ, per quas operatus eſt, atque molitus; Opera enim Manuum tuarum ſunt Cœli.* Aduer. Herm. Cap.XLV. Sed *Dextera* huic Dei, Filio dico, id per quandam appropriationem tribuitur,vt earum rerum,quæ non erant, conditor eſſet, &, vt ita dicam, oſſa, & neruos, & corporationem tribueret: & quaſi interius, exteriuſque delinearet,quod ſcriptura verbo *plaſmandi* ſignificat; ac materiam ad ſuſcipiendam formam præpararet, ſua per organa,& partes, & membra: nec vltra eius procederet virtus.

Pſ.32 6.
Prou.8 27.
Verbum Patris dextera, manus, brachium.
Pſ 101 26.
Tertullianus.

Verbo tributa rerum conditio ex nihilo.

VII.
S. autem Spiritus etiam Dei virtus & manus,
Per quam vitam & animã donat,
Eius enim propriũ viuificare,
Ideo initio inducitur ſuper aquas ferri,
Sicuti PP. exponunt,
Et quaſi confouere illas.
Vt oua ſolẽt aues,
Veluti fœcunditatem tribuens,
Quod pulchre à M.Victore dictũ,

Contra *Sancto Spiritui* id per quandam appropriationem datum,vt *Patris* etiam & *Virtus*,& *Poteſtas* eſſet, immo & *Filij*, per quam conſtitutis, firmatiſque rebus, & vita tribueretur, & animus, & facultas ad exercenda munia vitæ. Ideo qui hominis è limo virgine imaginem Verbo velut *Manu* formauit, eidem vitam, animumque halitu temperauit, & vitam indidit. *Inſpirauit*, inquit, *in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Gen.2.7. Id autem viuificandi animandique munus *Spiritus Sancti* proprium eſſe Nyceni PP. teſtantur in Symbolo: *Credo & in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem.* In huius autem rei typum, initio rerum ipſo, cum adhuc confuſa eſſent omnia, nec ſecundum partes diſcreta; ſiquidem *terra* adhuc *erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abiſſi*; & vt Tertullianus loquitur. *Tenebræ adhuc ſine cultu ſyderum informes & triſtis abyſſus & terra imparata, & cælum rude.* Lib.de Baptiſmo. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Gen. 1. 2. Quæ plerique de veteribus verba, de *Spiritu Sancto* interpretantur: qui hinc aduerſus Hæreticos Diuinitatem Perſonæ tertiæ aſtruunt,(eos ad marginem habes) Originale vocabulum *Merachepheth*, eam vim habet, vt *Confouere incubando* ſignificet: quod facere ſolent aues, dum oua fouent, vt pullos excludant. Itaq; *Spiritus Sanctus in ſimilitudinem volucris*, vt Hieronymus loquitur, *oua calore animantis, incubabat,& confouebat aquas*; & vitali infuſo calore vim illis prolificam largiebatur. Id paucis verſiculis non ineleganter, cecinit Marius Victor.

> *Et ſacer extenſis impendens Spiritus vndis;*
> *Altrices animabat aquas, & ſemina rerum,*
> *Nundum compoſitis fundenda ad germina terris*
> *Inſinuanda dabat.* -----

S.Spiritus uiuificans dictus & cur.
Gen.2.7.
Deus uerbo hominem cõdidit, ſpiritu vitã impertijt.
Niceni PP.
S.Spiritus incubans aquis fæcunditatem tribuens.
Tert lib 4. contra Mar c 26.& lib. de Bapt.cap.4.& 5:
Cypr lib de S. S. Philaſt. lib. de Heres.
Hieron. EE. in Genes
Opt. lib 5. cont. Parmen.
Ath in ſer. contra Hereſ. & Ep. ad Serap.
Nyſſ. adu Iud.
Cyr. Al lib 3 cõt. Iul.
Damaſ lib 1 Fid
Procop. in Gen.
Baſ Hom.2.Hex.
Ambr.Hex.lib.1. cap.8.
Mar.Victor.
Baſilius.

Et à Baſilio notatum ex Ephrã.
Ob han cauſam Fœcundandæ virginis opus Spiritui Sancto tributum.
Sicuti & viuificatio rerum.

Quin & Baſilius M. eam ſe interpretandi rationem cuidam viro natione ſyro debere fatetur, *qui tantum à ſapientia mundi diſtabat, quanto verarum ſcientiæ rerum propinquior erat*, Ephræm ſine dubio intelligit, cui amiciſſimus fuit. Eſt enim *Diuinus Spiritus* velut cœleſte quoddam ſemen, quo omnia fœcundantur; &, quæ ſterilitate ſua in nulla commoda rerum proſilire poterant,indita genitrice vi excitantur vt concipiant; concipiunt, vt pariant. Ideo fœcundandæ Virginis opus *Spiritui Sancto* commiſſum eſt. S. D. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc.1.25. Idem ille ſcilicet, qui prius dictus eſt *Spiritus Sanctus*, poſtea dicitur *Virtus Altiſſimi.* Et: *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur,& renouabis faciem terræ* Pſalm.103.30.Qua propter audet & Auguſtinus *Sanctum Spiritum Animam Eccleſiæ* dicere. *Quod eſt anima corpori hominis, hoc eſt Spiritus Sanctus corpori Chriſti, quod eſt Eccleſia. Hoc agit Spiritus Sanctus in tota Eccleſia, quod agit anima in omnibus membris corporis vnius:*

Spiritus S. cur obumbraſſe Virginem dictus.
Luc.1.25.
Pſ.103 30.
S.Spiritus Eccleſiæ anima.
Auguſtinus.

Et Auguſtinus animam Eccleſiæ appellat.

VIII.
Ergo S. Spiritus Dei virtus & manus eſt.
Et ſimul cũ verbo manus itidem Dei, formaſſe dicitur hominem,
Et ab eo initiari Propheta.
Qui per illos loquutus dicitur.

Quod ſi per *Spiritum Sanctum* & vitam, & animam Deus olim indidit creatis rebus; & nunc etiam in earum regeneratione, ad ſpiritualem vitam eiuſdem vtitur miniſterio, ac velut *Manu*, ac *Virtute* haud certè inepte, qui *Dei Virtus* eſt,& *Poteſtas*, eiuſdem *Manus* dicetur. Sic *Manus* Dei feciſſe dicuntur hominem. Iob.10.8. Quia in formando, & animando homine, & *Verbum*, & *Spiritus* operas collocarunt; quaſi collocata gemina vnum in opus facultate. Sic Ieremias de ſe loquens: *Miſit Dominus Manum ſuam, & tetigit os meum.* Ier.1.9. Et Ezechiel de ſe etiam: *Facta eſt ſuper eũ ibi Manus Domini.* Ezech. 1.3. Cum ſignificare vellent, initiatos ſe fuiſſe in Prophetas, inditamque ſibi ad magna quædam arcana vaticinanda vim: quod munus proprium Spiritus Sancti. *Qui loquutus eſt per Prophetas*, quemadmodum Nyceni PP. affirmant,& Eccleſia canit Sit ergo *Manus* Dei *Spiritus Sanctus*. Atq; hoc ad primum, quod ſupra propoſitum fuerat, ſpectat.

S. Spiritus Dei uirtus & manus.
Iob.10 8.
Vtraque manu Verbo ſpirituq; Deus hominum condidit.
Ier.1 9.
S.Spiritus initiator Prophetarũ.
Ezech 1 3:

IX.
Pater autem manus non dicitur,

Cur autem & *Filius*, & *Spiritus Sanctus Manus Dei* dicantur; *Pater* autem nullius dicatur *Manus*, vna & communis ratio eſt, qua, non *Pater* ſed *Filius*, & *Spiritus Sanctus Mitti* dicuntur. Procedit enim à *Patre Filius*, & ab vtroque *Spiritus*: mittere autem illius

Pater manus nõ dicitur, eo quod a nemine procedat.

eſt,

Digitized by Google

Qui origine prior, Sed Filius qui à Patre, Et Spiritus qui ab vtroque. Ideo & mitti dicitur à Patre, & à Filio. Sed Pater mittit in nomine Filij, Filius autem mittit à Patre. Eſt ergo S.Spiritus nō magis Patris quam Filij manus. Sed haud raro Digitus pro manu poſitus, Ideo idem Spiritus Dei dicitur digitus. Quo ſenſu Magi digitum dixere eum ſpiritum, Qui diabolo contrarius eſſet. His ex cauſis Chriſtus miſiſſe manum ſuam dictus, Quia ab eo miſſus S.Spiritus, haud minus quam à Patre.

eſt, qui principium & origo eſt: mitti illius, qui ab alio velut à principio, & origine eſt. Itaque quemadmodum *Filius* à *Patre* ſolo eſt, ita verè ab illo mitti dicitur: & eadem ratione illius dicitur *Manus*, & *Virtus*: non *Spiritus Sancti*: non enim quemadmodum *Pater* per *Filium* operatur, ita & *Spiritus* per *Filium*, quo origine eſt poſterior. Contra idem ille *Spiritus*, quia à *Patre* & *Filio* velut ab vno principio naturam, ac ſubſtantiam habet, ideo ab vtroque *mitti* dicitur, & *Manus* vtriuſque etiam dicitur, quia *Pater*, & *Filius* per illum operantur. Sic intelliges, quam verè dixerit Chriſtus aliquando, ſeſe in Apoſtolos *Miſſurum Spiritum* ſuum. *Cum venerit Paraclitus Spiritus veritatis, quem Ego Mittam vobis à Patre.* Ioan.15.26. Aliquando *Patrem Miſſurum*. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis.* Ioan.14.16. Et: *Paraclitus autem Spiritus Sanctus quem Mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quacumq; dixero vobis.* Ioan.14.26. Nam, cum *Pater mittit, Filius Mittit*, & contrà cum ab vtroque ille procedat! Non ergo magis *Spiritus Sanctus Manus*, & *Virtus eſt Patris*, quam *Filij*: nec minus per illum *Filius* dicitur operari, quam *Pater*. *Manus* autem per Synechdochen *Digitus* dicitur, ideoque eadem ſententia, non eiſdem verbis dictum eſt, *Opera manuum tuarum ſunt cœli.* Pſalm.101.26. Et: *Videbo cælos tuos opera digitorum tuorum*. Pſalm. 8.4. Sic idem ille *Spiritus* qui virtus, & Manus eſt *Verbi*, *Dei Digitus* dicitur. Luc.11.20. *Si in Digito Dei eijcio dæmonia.* Quo loco qui dicitur *Dei Digitus*, *Dei Spiritum*, dixit Matthæus. Cap. 12.28. *Si autem ego in Spiritu Dei eijcio Dæmonia, igitur peruenit in vos regnum Dei*; Quo ex loco intelligimus, cum Ex.8.19. Magi dicunt: *Digitus Dei eſt hic*: eum *Spiritum* intelligere, qui Diabolo, in cuius illi virtute mira illa operabantur, contrarius eſſet: is autem *Dei Spiritus* eſt. Idem ergo vno loco dicitur *Dei Spiritus*, id eſt *Patris*; alio *Filij Spiritus*, atque idem *Patris*, qui ſcilicet vtriuſque & *Virtus*, & *Manus* eſt. Quia ergo hunc *Spiritum Dei Manum*, tametſi *Pater Mittat*, *Filius* vere *Mittit*; ideo, cum de eiuſdem *Spiritus* in Eccleſiam in perſona Apoſtolorum illapſu, ſymbolicè hoc loco ſermo eſt, dicitur Sponſus ſcilicet Chriſtus *Miſiſſe Manum Per Foramen*, nimirum, vt *Manum* quodammodo ſuam languentibus, atque imbecillis, nec ſtare valentibus pedibus, ipſe porrigeret: ac, cœleſti animatos virtute, ad futura prælia inſtrueret. Atque in hunc ſenſum dictum arbitramur, *Dilectus meus miſit manum ſuam per Foramen*.

S. Spiritus a Patre & Filio mittitur.

Io 15.26.

Io.14.16.
Io.14.26.

Digitus pro manu, & S.Spiritus Dei digitus.
Pſ 101,26.
Pſ 8.4.
Luc 11.20.
Ex.8 19.
Chriſtus Spiritū S miſit, etiam ſi Pater miſerit.

NOTATIO XIV.

PER FORAMEN.

I.
Premimus autem hæc tam minutè, Quia à PP. id factum priùs, Nam quidam foramen interpretantur Exiguitatem notitiæ noſtræ Sed ea imperfecta notitia huius ſtatus non eſt. Immo non negata infidelibus, Alij coarctationē Verbi interpretantur,

Cum factum eſt caro,

Sed neq; id hæret.

FVERIT forſitan, qui hæc arbitretur nec tam ſtrictè, nec tam minutè premenda, ſatiſque eſſe ad loci enodationem, ſi dicamus *Spiritus Sancti* in Diſcipulos *immiſſionem* hic ſignificatam eſſe, quod fecimus. In his autem: *Per Foramen*, non aliud latere arcani. Sed video, in ænigmatico hoc ſcripto nihil à bonis Authoribus fuiſſe neglectum. Quæ nos cogit obſeruatio, in vno vocabulo myſterium venari, niſi conatu improbo id conſequamur, vt operam, & tempus perdidiſſe videamur. Gregorius Nyſſenus *exiguitatem cognitionis*, qua in hac vita Deum cognoſcimus, per illius opera, *Foramen* interpretatur. *Cum enim humana natura comprehendere eum minimè poſſit, qui eſt infinitus, per manuum operationem ſuarum dicit illum ipſi ſe manifeſtaſſe, atque ad eius penetraſſe cognitionem: idque etiam, per exiguum Foramen, ob modicam, quam homines in hac vita habent ipſarum operationum Dei, & quidditatum, effectuumque creaturarum notitiam.* Sed obeſt, quod cognitio hæc tenuis, & modica, per effectus, & Dei opera, non huius iam ſtatus eſt, quo deſcribitur ſeu anima, ſeu Eccleſia: is enim cognitionis modus, ne illis quidem negatus eſt, quibus nondum fidei lumen illuxit. S. D. E. *Inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur.* Rom. 1.20. Neque admodum is ſenſus placuiſſe Nyſſeno videtur, qui alio etiam modo interpretatur. *Manum Immiſiſſe Deum* dixerat, cum Incarnatus eſt, quod præcipuum inter alia opera: *Foramen* interpretatur, *coarctationem* illam, ſiue, vt Paulus loquitur, *exinanitionem*, qua Verbum ſuam quodammodo Diuinitatem contraxit: intelligo autem humanæ naturæ vilitatem, quę, vt capi Diuinitas poſſet, & ad homines ingredi, contrahenda fuit quodammodo. Sed iam de Incarnatione, ac Natiuitate dictum alias, etiam ex Nyſſeni ſententia: nec patitur rerum ordo, ad id, quod traditum fuerat, ſine cauſa redire.

Greg Nyſſ.
Foram. è exigua diuinorum notitia.

Rom.1.21.

Nyſſenus.
Diuinitatis coarctatio in incarnatione.

II.
Alij ſenſum foramen volunt,

Theodoretus *ſenſum Foramen* exponit: ſed parum id eſſe videtur, ad vim verborum explicandam. Omnis enim noſtra cognitio à ſenſibus incipit: adeoque haud aptè loco hoc de ea per ſenſus cognitione mētio fieret, cum ſingularius quiddam verba videantur

Theodoretus.
Senſus humanus foramen.

conti-

Digitized by Google

Sed neque id huic loco aptum.
Gregorius obſcurius loquitur.
Alij paſſionũ anguſtias exponunt,
Sed & id minime accommodatum eſt,
Alij exiguitatem gratiæ volunt,
Quam ſæpe Deus parce cõmunicat,
Sed neq; id huic loco quadrat.
Quidam mentem foramen dicunt,
Sed neque id probamus,
Cum ſingularius quiddam hic dicatur.

Gregor M.
Iuſtus Vrgel.
Aponius,
Paſſionum anguſtiæ.
Richar. Vict.
Parcitas diuinæ
Tres Patres.
Mens ipſa foramen.

continere, in eo maximè ſtatu Eccleſiæ, qui deſcribitur, iam perfectus. Gregorius autem Magnus ſic loquitur, vt eius verborum mentem non me ſatis aſſequi fatear. Verba habes: *Manum dilectus per foramen ad Sponſam mittit, quando per ſubtilem intellectum, quanta ſit operationis diuinæ virtus, inſpirando manifeſtat*. *Paſſionum anguſtias* Iuſtus, & Aponius *Foramen* interpretantur; quia ſæpe dat Deus vt ſentiant, non videant *Manum*, qua eos per dura reuocat. Sed & id remotum eſt, & ad litteram minime ſpectat, vt Notat. ſuperiore monitum eſt. Probabilius Richardus Victor. qui ideo *Miſiſſe manum per Foramen* dicit, *quia ſæpe Deus quaſi per rimam infundit gratiam, cum non totam animam perfundit, ſed quadam menſura gratiæ viſitat: & quam ſic in parte viſitat, non plenè illuſtrat*. Sed ne id quidem huic loco facile accommodatum, quo effectus ipſe ſurgendi, properandi, quærendi, etiam per diſcrimina, & damna Sponſum, ſatis perſuadet id fieri minimè potuiſſe, niſi pleno ſe alueo diuina gratia infudiſſet, animumque coegiſſet æſtuare, minimè tantæ inundationis capacem; quod tremore illo ventris ſignificatum eſt: Demum ſunt quidam, qui *Foramen mentem* ipſam volunt eſſe, ſic tres Patres apud Theodor. Id verum, quantum ad rem attinet, eſt: menti enim infundit ſeſe Deus, ac per mentem in animum. Sed id omni à Deo infuſæ cognitioni proprium eſt; nec video, qua ratione *mens* dici *foramen* poſſit; niſi velis omnem humanæ mentis capacitatem exiguam eſſe, atque anguſtam, ad Diuinarum rerum notitiam capiendam. Quod tametſi verum eſt, commune eſt, & cuicumque ſtatui ſeu animæ, ſeu Eccleſiæ conuenit, cum hic ſingulare quiddam, & huic ſtatui Eccleſiæ, in quo verſari ponitur, accommodatum, ſignificetur.

III.
Anſelmum ſequamur,
Qui ad ſecretum modum infundendi ſe ſpiritus hæc refert,
Nam nec viſus nec ſperatus inſinuat ſe.
Vt neſcias vnde veniat, aut quo vadat.
Ideo hi motus fieri in nobis ſine nobis dicuntur.
Et rori ſimiles ſunt.

Anſelmus;
Foramen ſecretus modus infundendi ſe ſpiritus s.
Io 3. 8.
Orig. Ammon.
Apoll cit. in Cat. Græca.
Nazian. Or. de ſpir s.
Ambr. lib. 3. de ſpir s.
Aug. tract. 12. in Ioan.
Greg lib 8. in Iob. c 16.
Ber ſer 74 in Cãt.
Beda.
ſtrabus.
Alcuinus.
Haymo
Rupertus
apud s Thod.
Illapſus per gratiam s. ſancti rori ſimilis.

Verum vnius vocis ſenſum iudicauit Anſelmus, qui, quod dicitur: *Miſit manum ſuam per foramen*, ad modum refert, quo Deus per *Spiritum* ſuum, non viſus, non auditus, nec ſenſu vllo, nec mente perceptus, ſed latenter, & tacitè in hominum ſe inſinuat corda. *S. D. E. Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quo vadat.* Ioan. 3. 8. Quæ verba veteres fere omnes de *Sancto Spiritu* interpretantur, ac de eius in animum inuiſibili aduentu, atque inſenſibili. Eos ad marginem habes. Sentitur quidem eius effectus; ſed tam ſubitus, tam non ſperatus, ac ne cogitatus quidem illapſus eſt, vt verè dici anima poſſit; *neſcire vnde veniat, aut quo vadat*. Ignoratur enim ſemper, quis eum excitet, quis moueat, quis trahat, quis impellat. Ideo hi S. *Spiritus* motus *fieri in nobis ſine nobis dicuntur*; quia inſcientibus, incogitantibus, atque immerentibus, ſæpe contingunt. Immo cum nec volumus, ſæpe etiam repugnamus. Ideo rori comparantur, qui inſcientibus, & minimè ſentientibus aruis, nocte ſerena, tacitus infunditur: ac, ſi ſub dio dormias, prius te eo madidum ſentias, quam cadentem animaduertas. Sic Diuini *Spiritus* hi motus animum incogitantem, inſcientemque imbuunt, tacitiſque progreſſibus minimè quæſitis bonis beant, ac ditant.

IV.
Statum repetemus Eccleſiæ,
Aduentum Spiritus expectantis,
Cum infudit ſe illi Spiritus.
Antequam de cælo fieret ſonus.
Sicut in ſurrectione contigit Chriſti
Poſtea domus contremuit, ad monendis Apoſtolis iam veniſſe.
Id fuit manum per foramen miſiſſe.

Eccleſiæ ſtatus dum ſpir s. aduentus exſpectaretur.
ſpiritus prius in Diſcipulos illapſus, poſtea domus cõtremuit.
ſecretus ſpir. s. aduentus, miſſio manus per foramen.

Mihi quæſo conſidera, Eccleſiæ adhuc Cœnaculo incluſæ ſtatum. Exſpectabat quidem *S. Spiritus* aduentum, quem ſibi recolebat à Chriſto promiſſum; ſed articuli illius ignara, quo tanti Hoſpitis præſentia beanda erat. Intonuit repente cœlum, &, cum minus illa cogitaret, ſenſit aduentum; prius quidem exterioribus illis ſignis admonita *Spiritum* aduentaſſe, quam aduentantem videret. Et quemadmodum, cum à mortuis excitaretur Chriſtus, prius quidem, nemine ſentiente, aut obſeruante, rediuiuus de ſepulchro proſilijt, adhuc clauſo, atque obſignato, quin clauſtra reſerarentur: poſtea autem ea Angelo magna vi refringente, *terremotus factus eſt magnus*. Matth. 28. 2. Eoque excitati Cuſtodes, quod dum gereretur, non ſenſerant, poſtquam geſtum fuerat, intellexere. Sic omnino *Sonitus* ille *tanquam aduenientis Spiritus vehementis*, *Spiritus Sancti* aduentum, non præceſſit, ſed conſequutus eſt, admonendis Apoſtolis, adueniſſe iam de cœlis *Spiritum*, & ſingulis incubuiſſe. Quia ergo ſecretus, & minimè intellectus, tacitaque quadam, ſed viuida, atque efficaci virtute inſinuauit ſe in Diſcipulorum corda, ideo dicitur *Sponſus verbum Patris manum per Foramen miſiſſe*. Nihil eſt enim, quod venientem morari, aut ingredientem impedire poſſit. Ipſe ſibi viam pandit, in ſecretiſſima cordis: ipſius enim eſt proprium, vt tanquam Domino ædium omnia pateant, ac venientem excipant.

Digitized by Google

NOTATIO XV.

SVM.COM.

ET VENTER MEVS INTREMVIT.

I.
Venter poſitus pro viſceribus,
Eius tremorē quidam fremitum volunt,
Quemquidam interpretantur admirationem.
Alij metum & pauorem.
Ex ſui, & Dei agnitione,
Aut turbationem ex Dei præſentia.
Quæ omnia huic loco difficulter aptantur.

Tremōr pro fremitu.

Tremor admiratio ex Nyſſeno, Metus ex Gregorio.
Nyſſenus.
Caſſiod.
Greg. PP.

Ad gratiæ immiſſionem gaudio turbatur anima.

VENTREM pro viſceribus poſitum ex Hebræi Sermonis vſu, loco alio obſeruatum eſt. *Tremorem* autem hunc quidam *fremitum* eſſe volunt, propriumque maris, cùm, vento agitante, ſublatis, mutuoque colliſis fluctibus, infremit. Id ad vim vocis pertinet. Senſum non vnum omnes tradunt, quiſque quam viam inijt, eam premit. Nyſſenus *Tremorem* interpretatur *admirationem, ac ſtuporem ex agnitione Dei*. Gregorius M. ad *metum* referre mauult (ſolent, qui metu pulſantur, etiam tremore, quid patiantur, ſignificare) quem ex ſua, ac Dei agnitione anima concipit: *Quia quo amplius diuinam potentiam, per interiorem viſitationem, præſentialiter ſentit; eo diſtrictius iudicat quidquid in ſe carnale deprehendit. Quo maiore enim caritate in Deum ardet, quem mente concupiſcit, eo timidius ei ſe ſubijcit*. Idem autem Gregorius Hom. in Ezechiel. 19. alio flexit ſenſum, ac *Tremore Ventris* alium animæ affectum ad illapſum Diuini Spiritus ſignificari voluit. *Infirmitas noſtra, per hoc quòd cæleſtis gaudij intellectu tangitur, ipſa ſua exſultatione turbatur; & fit in mente pauor cum lætitia; quia etſi iam ſentit, quod de cæleſti gaudio diligit, adhuc metuit, ne pereat, quod vix tenuiter ſentit*. Subtile hoc eſt, & de experientia tractum propria; ſed huic loco non facile aptatur, ſi filum, quod hactenus duximus, ſequi placeat.

II.
Varietas autem affectuum qui a s. ſpiritu cauſantur.
In varios ſenſus diuerſit interpretes.
Sed id certum, ad aduentū Spiritus
Animum commoueri
Si maxime ſit inſolitus.
Sicuti humida ligna ſtrident igni iniecta,
Erant autē Apoſtoli velut humida ligna.
Licet doctrina Chriſti aliquantū ſiccata,
Sed multum de priſca ſua natura retinentia.
Ideo ad ſubitum ignem ſpiritus ſtrident,
Sed breui ſublatis obicibus mutati in alios.

Quod ſine magna quadam conuulſione fieri non potuit.

Simile appoſitū.

Ad ſubitū illapſum ſpiritus animus commouetur, maxime in imperfectis.

ſimile aliud.

Apoſtoli die Pentecoſtes, ligna adhuc humentia.

Apoſtolorū mutatio in nouos viros, ſignificata per tremorem ventris.

Sed omnia hæc verè dicuntur, & varietas affectuum ipſa, quos Diuini Spiritus in animam illapſus concitat, anſam ſingulis diuerſimodè interpretandi præbet. Cogita vas aqua plenum, cum, validè applicitis flammis, calore concepto, feruore turbatur; vt ebullientis liquoris impatientia, malè anguſtijs vaſis contineri capax, exilire cogatur; & laxiore campo ſpatiari: ſic ad ſubitum inſinuantis ſeſe in animum *Sancti Spiritus* aduentum animus commoueri ſe ſentit: diuinoque igne concepto turgens, cordis anguſtijs cum capi nō poſſit, egreſſum minatur, & contineri vix poteſt. Sed id aliter in his, qui nondū attigēre perfectionis metas, aliter in ijs, qui tetigēre, contingit. Similitudo enim aut diſſimilitudo inter ſubiectum, & formam facit, vt, aut pacifice forma, aut hoſtiliter in materiam inducatur. Cæſa recens ſua de Sylua ligna, ſi in ignem inieceris, initio quidem, & multo gemitu, & lachrymis, quid ab igne patiantur, & dolent, & teſtantur: ſæpe & ſtridore multo, & ſonante coacto ſpiritu, quanta vi flammis inimicis obſiſtant, ſignificant; donec ſenſim minuta frigiditate, & humiditate depulſa, forma ignis inducatur; &, tanquam in amicam pacem bellis compoſitis, amicè ſe inuicem complectantur: quique hactenus inimicitijs diſſidebant, iſtis fœderibus, velut connubio iuncti, pacifice ſibi mutuo gratulantur. Sic Apoſtolis die Pentecoſtes contigit ſcilicet. Adhuc ligna erant, recens quidem de ingenti Synagogæ exciſa Sylua, & quanquam à Chriſto in familiæ vſum ſepoſita; doctrinaque multa, & documentis, velut immiſſis flatibus, non nihil mutata à natura priſtina, ſeminibus quibuſdam virtutum potius iactis, quam vbere fructu prægnantia; ſed multum tamen de conſuetudine priſca retinentia, & humido adhuc gratia, & frigido impedita; in ſumma, necdum ſatis ad opus prædicationis diſpoſita. Quid mirum ſi ad ſubitum ignem expaueant, & gemitu multo, ſtrepituque diuerſitatem teſtentur naturæ? Hic *Tremor* ille ſeu *fremitus viſcerum* eſt, quo ſe fatetur Eccleſia perculſam ad *Tactum Sponſi*, id eſt ad *Spiritus Sancti* inſe illapſum. Metus, ignauia, ſollicitudo, ac curarum ille turbo, quo ſe animi Apoſtolorum obrui quodammodo ſentiebant, pericula futura reputantes, quid aliud eſſe dicas, quam contrarijs qualitatibus adhuc armata ligna, inuehentique ſe igni repugnantia? *Contremuere* ergo Eccleſiæ in Apoſtolis *viſcera*, ad *S. Spiritus immiſſionem*, quia quidquid Dei conſilium vel retardare, vel impedire poterat, fuerat amoliendum; quod ſine quadam animorum commotione, ac conculſione minimè fieri poterat. Hic primus horum verborum ſenſus eſt, nec ad filum interpretationis ducendum ineptus.

III.
Alius effectus eiuſdem Spiritus,

Mutatio velut in nouam naturam,

Act. 1. 8.

Hoc primum illapſi Spiritus opus fuit: alterum, quod conſequutum eſt, & ad quod, velut ad finem primum illud dirigebatur, mira illa tranſmutatio fuit, quia, operante interius vi *Spiritus*, factum eſt vt Apoſtoli, adhuc timidi, trepidique, in nouam mutarentur naturam, atque induti virtute ex alto, quidquid ignauiæ, torporiſque eſſet exuerent; & ad ingentia diſcrimina mira ſe alacritate pararent. Id eſt, quod illis dixerat Chriſtus: *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus Sancti*,

in

Quaſi noua [ani-ma indita.
Eſt enim Spiritus S. anima Ecclef.
Typus vero huius mutationis apud Ezechielem.
Verbis tam his ſimilibus, vt nihil magis.
Stare ergo Diſcipuli ſuper pedes potuere,
Et vitam alijs communicare,

s. ſpiritus nouã vitam largitus Eccleſiæ.

Ezech.37.5.7.10.
Typus mutationis Apoſtolorũ ab illapſu spiritus.

in vos: & eritis mihi teſtes, in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Act.1.8. Quod ſi S.*Spiritus*, vt ex Auguſtino monebamus Notat. ſuperiore, & *anima*, & *vita* Eccleſiæ eſt, certè ad illius illapſum, (vtpote quo velut mortua excitabatur, animabaturque) in nouam transformabatur naturam, vt iam deinceps vitæ operibus vacare poſſet, quæ latentis interius vitæ certa ſigna eſſent. In cuius fortaſſe arcani typũ, ad Proph. Ezechielis vocem arida oſſa ac diſſipata vim *Spiritus* ſuſcepere. *Ecce ego intromittã in vos Spiritũ, & viuetis: & dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuper extendam in vobis cutem; & dabo vobis Spiritum, & viuetis.* Modum autem mihi conſidera, verbaque tam his, quæ verſamus gemina, vt ouum, quod dicitur, ouo ſimilius eſſe non poſſit. *Factus eſt autem ſonitus, & ecce commotio; & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt; & extenta eſt in eis cutis deſuper: & ingreſſus eſt in ea Spiritus, & vixerunt, ſteteruntque ſuper pedes ſuos.* Ezech.37.5.7.10. Neque enim in neruis, & carne, & cute & vita aliud ſignificatur, quam quod vis illa S.*Spiritus* Diſcipulis præſtitit: vt tandem noua, ac ſpiritali vita donati, ſtarent ſuper pedes ſuos, ac quidquid virtutis, vitæque acceperant, alijs communicaturi, proſilirent: quod ſtatim eſt factum.

NOTATIO XVI.

AD TACTVM EIVS.

I.
Tactus pertinet admodum agendi Spiritus S.
Ad motus ſcilicet voluntatis,
Quo ſenſu concilium Tridentinũ,
Ex Auguſtino nõ vno loco
Cuius hic verba habes,
Significatur idem & verbo pulsãdi,
Ex vſu ſacra ſcriptura
Significatur auit motus vis.
Ad eliciendum conſenſum.
Qui ſecretiſſimus eſt.

spiritus ſimul mentem illuſtrat, & voluntatem allicit.

Tangendi uocabulum ad uolũtatem referendum.
Conc. Trid.

Aug.

Pulſandi nerbũ ad hunc etiam motum uoluntatis pertinet.
Apoc.3.20.
Luc.12.26.
Cur is motus altus & ſecretus dicatur.

ET hoc non ſine magna cauſa eſt additum, pertinet enim ad modum agendi S. *Spiritus*, cuius eſt proprium, & mentem per inſpirationem, & lumen ingredi, diſpulſiſque tenebris, erroris, & ignorantiæ, noua ſapiẽtiæ luce perfundere: hoc ad id pertinet, quod dictum eſt, *Miſit manum ſuam per foramen*: Et cor ipſum, ſeu voluntatem pio motu allicere, ac ſuauiter inducere, vt conſentiat: huc pertinet, quod de *Tactu* dictum eſt. Et ij pij voluntatis ſeu motus, ſeu impulſus, quibus ad bonum inflectitur, aptiſſimè per *Tangendi* vocabulum ſignificantur. Vnus hic Tridentinorum PP. locus ſit ſatis. Sel.6. Cap. 5. *Ita vt, Tangente Deo cor Hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui illam & abijcere poteſt; neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit.* Sumptum id ex Auguſtino eſt, qui ea forma loquendi ſolitus vti. Satis ſit ex lib.2. de lib. arbitr. verba libare. *Quod autem quiſque vel ſumat, vel reſpuat* (inſpirationem) *eſt in poteſtate: ſed quo viſo Tangatur, nulla poteſtas eſt. Fatendum eſt, & ex ſuperioribus, & inferioribus viſis animum Tangi.* Vide eundem lib. de Grat. & Lib. Arbitr. Cap.5. lib.1. qq. ad Simplic. quæſt.2. Ideo & *Pulſandi* vocabulo, is aduentus ſignificatur. *Ego*, inquit, *ſto ad oſtium, & Pulſo: Si quis audierit vocem meam, & apperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.* Apoc.3.20. Et: *vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.* Luc.12.26. Is autem *Tangendi* modus, *Tactus* vim, & efficaciã notat, qua ita *Spiritus Sanctus* cor *Tangit*, vt conſenſum eliciat à volente, & liberè conſentiẽte. Quę vis quia, & quid ipſa ſit, & quo pacto alliciat, ignoratur, ideo & alta, & ſecreta à ſanctis PP. dicitur maximè ab Auguſtino non vno loco. Vide loca ſuperius indicata.

II.
Apoſtoli autem s. ſpiritus tactum ſtatim ſenſere,
Seſeque compararunt ad obſequendum.
Superat enim ea vis, omnium cauſarum vim.
Quæ non ſine mora ſuas formas introducunt,
Sæpeque impediũtur,
s. ſpiritus nullas leges agnoſcit.
Et momento omnia perficit.

s. ſpiritus aduẽtu multa uno momento peracta.

Cauſæ naturales ſine mora non operantur, ac ſæpe impediuntur.
ſpiritus ſanctus momento omnia perficit.

Ambroſius.

Redeamus ad Eccleſiam, & Apoſtolos in Cœnaculo congregatos, qui ad *Tactum* S. *Sancti* commotos ſeſe totis viſceribus faſſi ſunt. Scilicet ſtatim S.*Spiritus* ſenſere inſe virtutem, ſeſeque *pulſanti, vocanti, Tangenti* accommodauere. Multa igitur vno, eodemque momento peracta ſunt; nam & torporem, ignauiamq; animorum diſpulit, & nouos animos indidit; nec facultatem modo præſtitit ad agendum, ſed etiam voluntatem, vt id ipſum, quod perſuadebãtur, opere implerent. Magnus ſcilicet artifex S.*Sanctus* eſt, & ſuper omniũ cauſarum naturalium facultatem, ac vim ſe tollit. Nihil in natura, eſt quod momento ſuam exerat vim. idque cauſas omnes naturales infamat, quod mora quadam, ac tardo molimine ſuos effectus producunt. Diſponunt materiam primùm, repugnantibus qualitatibus depulſis: ſequitur propriarum inſinuatio, & poſt pugnam lõgam victoria, quas in materiam, veluti præcurſores, immittunt: nã ſine ſuo ſatellitio nulla forma procedit. Excipit vltimus formæ conatus, & inita in ſubiecto parato atq; diſpoſito poſſeſſio. Totũ id fieri ſine multa mora non poteſt; & tardante officio, ſæpe quid interuenit, quod vel obſtrepat, vel impediat. Ita ſæpe cauſarum ipſa vis, tametſi fortis, & viuida, prorſus obtunditur; ſæpe effectu fruſtratur. Dei virtus per S. *Sanctum* nullas agnoſcit leges; ac, velut rerum omnium arbitra, momento vnà peragit cuncta; expugnatiſq; quæ repugnare poſſunt obicibus, immiſſiſq; diſpoſitionibus, animis inſinuat ſeſe, vniq; ſibi omnia debet, nec impediri potens, nec vlla ratione tardari: omnibus enim rebus vtitur ad arbitriũ, vt omnia mutet. *Neſcit n. tarda molimina Spiritus Sancti gratia*: vt alicubi dicebat Ambroſ.

Digitized by Google

VERSVS V.

SVRREXI, VT APERIREM DILECTO MEO: MANVS MEÆ STILLAVERVNT MYRRAM, ET DIGITI MEI PLENI MYRRHA PROBATISSIMA.

COMMENTARIVS.

EN Mirabilem illam animorum mutationem, & metus priores in generoſos verſos ſpiritus, quos legimus in Actis Apoſtolorum; cum Diſcipuli, noua ex alto virtute induti, domo, qua, velut carcere claudebantur, egreſſi, totam per vrbem delati, Chriſti fidem annunciaſſe dicuntur. Immiſit ſe ſcilicet in illos *Sacer Spiritus*, atque eadem illa Eccleſia, quæ antea reſtitarat, & vanas excuſationes obtenderat, tametſi in ſpeciem honeſtas, *Surgit* intrepida, atque impauida, & ad prædicationis labores accingit ſe, fortis ad multa, & grauia ſubeunda, nec vllis periculis deterrenda pro Chriſto. Nam & *Surgendi* vocabulum conſtans, ac ſtabile conſilium dicit, nec omnino mutandam voluntatem *aperiendi* per prædicationem *oſtium* Chriſto, in Iudæorum pectoribus, quæ multa ſcilicet duritiei, ac contumaciæ ſera claudebantur. Vide autem Eccleſiæ profectum. Cum in alio adhuc ſtatu imperfectiore ſcilicet, eſſet, *Surgam*, inquit; *& circuibo ciuitatem, per vicos, & plateas, quæram, quem diligit anima mea*. Facturam ſe dicit, quod nondum fecerat, ad id ſcilicet accingebat ſeſe: hic autem feruentioribus ſtudijs incitata, non iam *Surgam*, ſed *Surrexi*, dicit; quia inter initum *Surgendi* conſilium, & executionem ipſam nihil temporis, nihil interceſſit moræ; ſed alacritate mira, & *Surgendi* conſilium inijt, & executa, quod decreuerat, eſt. Quod autem addit *Manus ſuas ſtillaſſe Myrrham, & digitos Myrrha plenos*, & quidem *Probatiſſima*, id nimirum indicat, paratiſſimam ſeſe ad Chriſti imitationem eſſe; multaque, pro ipſius amori, dummodo prædicationis procederet opus, toleranda. Nam & *Manus*, & *Digiti* pro operibus vſurpantur; & *Myrrha* labores, & pericula, & quidquid durum, atque graue ad tolerandum eſt, ſignificatur. Sed loquentem illam audiamus. Act. 2. 3. & ſeqq. Cant. 3. 2.

ENARRATIO.

QVID facerem ſic vocata, ſic fauore præuenta, manuque, ac potenti Tactu Chriſti à torpore illo excitata? Puduit ſcilicet prioris deſidiæ; ac noua luce indita menti, quam turpe eſſet, tantæ caritati minimè me morigeram præbuiſſe, intellexi. Prius ergo damnaui conſilium latendi, atque otiandi in tuto, vt tunc quidem videbatur mihi: & id ipſum dolui, quod nondum Chriſto per prædicationem in mea Gentis animos oſtium aperuiſſem. Ergo ſubito à priore mutata, certum inij conſilium, ac ſtabile, moras vltra non trahendi. Nec exequuta tardius ſum, quod animo ſederat votum. Abieci ergo ſtragula; & quidquid trepidationis, ac timoris, deſidiaque fuerat, euanuiſſe mirata, nouaque me virtute velut armatam, ad prælium, fortis alacriſque deſilij, rata, nihil illi timendum iam eſſe, cui Spiritus Sanctus & vi-

res & ad pugnandum faceret, & arma ad reſiſtendum tribuiſſet. Et quia memineram Chriſtum propter me & aſpera ſubiÿſſe, & dura, ad ſanguinem vſque, & mortem, eamque acerbiſſimam, pudent, quòd nondum illius exemplo docta, quam grande eſſet pro illius nomine labores, ac contumelias pati, didiciſſem. Manus ergo paraui ad opus, animum ad tolerantiam, arduumque ſed ſtabile decretum inij, nulli vt labori parcerem, aut diſcrimine deterrerer, aut anxietati, aduerſatatique ſuccumberem, dum opus Dei perficerem; expugnatiſque verbi gladio meorum pectoribus, amplam Chriſto ianuam aperirem, ad ingreſſum.

NOTATIO XVII.

SVRREXI VT APERIREM DILECTO.

SVM. COM.

I.

Pertinent hæc ad præparationem ad Euangelium prædicandum.

Sed ſurrexiſſe quidam volunt,

Quia profecit in ſtudio bonorum operum.

Vel in notitia Dei altiore.

Per patientia ſcalas,

Sed neutrũ huic loco aptum eſt.

Quia prius ſurrexit, quam myrrhã ſtillarent manus.

DIVERSI quanquam in ratione hæc explicandi, omnes tamen, aut fere omnes conueniunt, hæc ad diſpoſitionem Eccleſiæ ad prædicandum Euangelium pertinere. De hoc paulo poſt dicemus. Hic in *Surgendi* vocabulo, cum plerique Eccleſiæ profectum agnouerint, alio tamen alij delati ſunt. Caſſiodorus, *profeciſſe in ſtudio, atque exercitio bonorum operum*; ſicque paratam ad prædicationis opus proceſſiſſe, ait: id ſcilicet ipſum, quod ore doctura alios eſſet, opere ipſa impleret, vt & exemplo doceret, quæ efficacior eſt docendi forma, quam per verba. Facile id intelligitur vel exemplo Chriſti, qui C*apiſſe facere, & docere* dictus: vel Patrum monitis, apud quos frequens eius rei mentio eſt. Illos habes; neque enim id pertinet ad hunc locum. Pſellus autem *Surrexiſſe* magis voluit, *ad altiorem Dei notitiam, ac ordinem ſublimiorem; complexam per tollerantiæ ſcalas, vt, quem antè capere non potuerat, laboribus multis latiorem aditum patefaciens, Sponſum comprehenderet.* Eſt certus ſcilicet, & expeditus ad Dei cognitionem modus, laborum ipſa pro eo tolerantia. Id conſtat: Sed loco huic non facile aptatur, cum prius *Surrexiſſe* ſe dicat, quam *Stillaſſe manus myrrham*, aut ſe *aperuiſſe*: cum ideo ſe *Surrexiſſe* dicat, *vt aperiret*: & poſtquam *Surrexiſſet, manus ſtillaſſe myrrham*, quod ad laborum pertinet tolerantiam. Non ergo per tolerantiam, velut per quoſdam gradus, & altiorem ſublata eſt ordinem: nam quanquam id verum eſt, magnam animæ fieri acceſſionem per patientiam, & aduerſorum tolerantiam; ſeque ſemper illam maiorem eſſe; id tamen hic minimè ſignificatum eſt, nec ordo verborum id patitur.

Caſſiodor.
In ſurgendi vocabulo Eccleſiæ profectus ſignificatus,

In exercitio bonorum operũ.
Act. 1. 1.

Pſellus.
In Dei notitia per aduerſorum tolerantiam.

II.

Alij ſurrexiſſe per nouam gratiam,

Sed non hic de propria perfectione agit.

Alij per mortificationis ſtudium,

Quod etiam minus hæret.

Eodem refert *Surgendi* vocabulum Riechardus Victor. Sed ex alia cauſa, quia ſcilicet, accepta prius gratia *contactu manus* ſignificata, ad nouam gratiam diſponimur; & capacior anima fit ad accipiendum, quo plura acceperit. Amat feruentius, & firmius inſiſtit operibus caritatis. Id verum quidem eſt, ſed aliud hic vult Eccleſia ſignificare: neque enim nunc de propria agit perfectione, ſed de apparatu ad nouum prædicationis opus: cui tametſi propria perfectio multum confert, tamen loco hoc aliud quiddam, quod propius prædicandi munus contingat, ſignificat, vt dicemus. Quo etiam pertinet, quod Nyſſeno placuit, *Surrexiſſe per ſtudium mortificationis*. nam certe ſi *Myrrha* ſtudium hoc intelligas, de quo mox, prius *Surrexit*, quam ſtudium mortificationis amplecteretur. Immo poſtquam *Surrexiſſet, manus*, dicit, *Stillaſſe Myrrham*, vt id conſequutum fuiſſe, illud prius præceſſiſſe intelligeretur, non contrà. Quod *Surrexerit* ergo, alio pertinere dicemus.

Riechard. Vict.
In noua gratia: poſt bonum vſũ prioris.

In ſtudio mortificationis.

III.

Alij ſurrexiſſe aiunt per robuſtiorem virtutẽ.

Omnes hi aſcenſũ myſticum conſiderare.

Sed alia hic notio, Surgendi.

Quo idem ſignificatur, quod ſe accingere,

Ambroſius tropologice magis hæc interpretatus, *Surrexiſſe*, ait animam *per copioſiorem, ac robuſtiorem virtutem. Et in hoc ipſo*, inquit, *proceſſus eius ſignificatur; nimirum quod ſurrexerit per vigorem, atque virtutem, præſentia enim Verbi hauſit anima virtutem, ſurrexit ergo aperire.* Subdit exemplum Mariæ quæ, cum de Spiritu Sancto concepiſſet, erudiuit Ioannem adhuc maternis clauſum viſceribus. Omnes hi Authores arbitrati ſunt, in *Surgendi* vocabulo *aſcenſum* Eccleſiæ myſticum ſignificari: ideoque id quiſque excogitauit, quod placuit, dummodo ad hunc aſcenſum pertineret. Si tamen ſcopum ipſum rei, & ſeriem attentius conſideres. Statim fatebere, longe aliam hoc loco eſſe, *Surgendi* notionem. Reuocandum ergo in memoriam eſt, quod monitum ſuperius Cap. 4. 16. & Com. Dramat. loco eodem. Ex vſu S. Scripturæ *Surgere* nihil aliud frequentiſſimè eſſe, quam *ſeſe* ad opus *accingere, & parare*. Non enim poteſt quis operi inſiſtere, niſi prius, qui antè ſederat, vel iacuerat ſurgat. Inde factum, vt, *Surgere*, idem ſit, quod accingere ſe ad opus. Quod à Chriſto ſignificatum eſt, cum diceret: *Sint lumbi veſtri præcincti, &*

Ambroſ. lib. de Iſaac. Cap 6.
Ambroſius.
per virtutem robuſtiorem.

Surgere. accingere ſe ad opus.

Luc. 12. 35.

Lucernæ

Digitized by Google

Et paratum eſſe ad opus.

Lucernæ ardentes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs. Luc.12.35. Vnum alio declaratur. Nam præcingi neceſſe erat, qui aliquid operis aggreſſuri, ne largioris tunicæ impedimento prohiberentur.

IV.

Significabit hic ſtabile decretum Eccleſiæ. Parata ad obſequendum, Et quidem celeritate magna, Id enim etiã ſurgere, eſt,

Eccleſiæ ſtabile conſilium obſequendi Deo.

Surrexi ergo hoc loco nihil eſt aliud, quam certum, ac ſtabile conſilium, animique deſtinatio, parati ad obſequendum Deo. Itaque mirabilem illam intelligemus mutationem, à *Spiritu Sancto* factam, cum eadem illa Eccleſia, quæ prius in Apoſtolis & turpi ignauia, & torpente deſidia, multoque metu pulſata, publicum ſubire non audebat, de repente mutata, aliam eſſe ſe ſenſit: cœleſtique animata virtute, ad id ipſum, quod antè horrebat, paratiſſimam ſe profeſſa eſt: quidquid tandem de ſe futurum eſſet, nec anxia, nec ſollicita. Nulla ergo interpoſita mora, ſeque iam minimè excuſans, Deo obtulit, eius ſcilicet agendam, ducendamque ſpiritu. Nam *Surgendi* vox, ex vſu S. S. celeritatem in agendo ſignificat. Sic cum Angeli Lot cum familia mox futuris, ac ſæuituris flammis eripere vellent, dicebant. *Surge, tolle vxorem tuam & duas filias, quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis.* Gen.19.15. Hærebat ſcilicet adhuc ille, cui graue erat, quidquid rerum, ac ſuppellectilis in vrbe erat, vno momento amittere: ideo vrgent, vt celeriter egrediatur: &, *Diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius, & eduxerunt eum.* Quæ Angelorum in eo educendo properantia ſatis indicat, quid vellent, cum imperarent, vt *Surgeret*. Id paſſim obſeruabis in S.S. ſi attentè legeris. Id autem aptè in hunc locum quadrat, vt celeritas indicetur, qua Eccleſia, ab *Spiritu Sancto* inuitata, & excitata, ſeſe ad obſequendum parauit.

Si ſcripturam euolas,

Quod apta huic loco quadrat.

Surgere etiam ad properantiam refertur. Gen.19.15.

V.

Significatur & animi conſtantia Quod in Iob obſeruatum eſt, Qui ſurrexit, quaſi ad nouam pugnam parans ſe. Id Eccleſia ſub hoc ſtatu conuenit, Imitata Chriſtũ, Quod obſeruatũ à Paulo, Hortante eo exẽplo fideles ad hãc alacritatem,

Surgere ad animi pertinet conſtantiam. Origenes. Philippus. Iob 1.20. Simile.

Pertinet & id ad animi *conſtantiam*, ſeſe ad difficilia, atque ardua parantis: quem habitum in magno illo Athleta Iobo, cum Dæmonis impeteretur incurſibus, & Origenes, & Philippus agnouerunt. *Tunc Surrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite, corruens in terram adorauit.* Iob.1.20. Non ex animi impatientia, oneri malorum ſuccumbentis, ſed ex ſtabili, ac conſtante decreto; vt tam non ſe victum prioribus prælijs fateretur, vt ad duriora ſeſe, ac grauiora pararet. Sic ſtrenui Luctatores ſolent, quibus iterum & ſæpe pugna repetitur; & cum congreſſi cum multis fuerint, vicerintque, adhuc ſe nouis luctis parant, nec animis defecti nec viribus; veram gloriam reputantes, ſi ſtantes, ac ſoli in media, & vacua arena, defuiſſe virtuti materiam ſuæ, non virtutem materiæ, confirment. Quod huic ſtatui Eccleſiæ, qui deſcribitur maximè conuenit: tunc ſcilicet verè imitata Chriſtũ ſuum, de quo dictum in typo; *Exultauit vt gigas* (gauiſus eſt, exilijt) *ad currendam viam.* Pſalm.18.6. Obiecta ſibi ærumnoſiſſima, ac laboribus, & anxietatibus plena vita, tam non animum deſpondit, vt pro magno habuerit, obijci ſibi tantã laborum ſyluam, quã ſolus exſcinderet. Atq; id eſt, quod altiſſimis verbis Paulus dixit, ad hanc conſtantiam, in perferendis aduerſis Chriſtianos adhortans, Magiſtri exemplo. *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen* (Haud exſpectare nos decet incurrentes in nos hoſtes, vltro eos potius prouocare, ac curſu ante capere pugnã) *aſpicientes in Authorem Fidei, & conſummatorem Ieſum*, (Græcè, τελειωτήν Finitorem: qui non contentus cæpiſſe certamen, ei etiam pulcherrimum finem impoſuit, fortiter pugnans, feliciter vincens,) *Qui, propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucẽ.* Hebr.10.2. Interpretor autem *gaudium*, non de futura victoria, ſed de præſenti pugna. Quemadmodum Iacobi 1.2. dicitur: *Omne gaudium exiſtimate, fratres, cum in tentationes varias incideritis.* Sic & Eccleſiã Mater, nouos induta ſpiritus, *Surrexiſſe* ſe dicit, gaudio ſcilicet exſultantem, quod ſibi latiſſimus campus in prædicationis negotio aduerſitatum, ac laborum pateret, quem alacris ipſa pro Chriſto decurreret.

Eccleſia imitatura Chriſtum ſeſe ad perferendos labores alacriter parat. Pſal.18.6.

Qua Chriſtus gaudio exilijt

Hebr.10.2.

Oblata ſibi tanta laborum ſegete.

Sic ſurrexit Eccleſia, id eſt exſultauit.

Chriſti gaudium in laboribus. Iac.1.2. Gaudendum in tribulationibus.

VI.

Vt aperiret ſponſo, Per diligentiam, & obſequium. Aut certe per prædicationem. Qua clauſa Iudæorum corda Chriſto pandat. Quem in finem armata à ſpiritu fuerat,

Eccleſia cui per ſuam deſidiam oſtium clauſerat, diligentia pãdit,

Surrexiſſe autem ſe dicit, vt *Aperiret Dilecto*, eodem ſenſu, quo ipſe petierat, vt ſibi *aperiretur*. Id vero duplice ſenſu interpretari poſſumus: primo: vt, cui per deſidiam, ac torporem portas occluſerat, eumdem per diligentiam, obedientiamque, diductis foribus, ad ſe introduceret. Abeſt enim à tepentibus, ac deſidibus, maximèque à repugnantibus Chriſtus; adeſt diligentibus, obſequentibus, ac feruentibus. Id probabile eſt. Sed quia torpor ille inde oriebatur, quod metu præpedita perſecutionum (quas excitandas ſibi metuebat, ſi prædicationis negotium aggrederetur) verſari in publico non audebat; ideo malo hanc *oſtij apertionem* in ordine ad alios intelligere poſitam; vt ſcilicet in Iudæorum pectoribus, hactenus clauſis, ac multis impedimentis, velut obicibus firmatis, *oſtium* ſibi per prædicationem pandat. Quidquid enim Apoſtolis à Spiritu Sancto donorum communicatum eſt, non tam in proprium illorum bonum, quam eorum quos per illos adducere ad Chriſtum deſtinarat, datum eſt. Ergo ad prædicationem Euangelij paratiſſimam profitetur ſe. Nam in ea re eadem loquendi forma, non vno loco, vſus eſt Paulus. *Orantes ſimul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ad loquendum myſterium Chriſti, vt manifeſtem illum ita, vt oportet me loqui.* Coloſ.4.3. Et: *Cum veniſſem Troadem, propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi eſſet apertum in Domino, non*

Eccleſia oſtium per prædicationẽ pandit Chriſto

Dona data à S. ſpiritu Eccleſię in bonum aliorum data.

Eadem autẽ forma loquendi vſus Paulus eſt eodem ſignificatu,

Coloſ.4.3. 2.Cor.2.12.

habui

Digitized by Google

Sic locum hunc exponunt de veteribus quidam.

habui requiem ſpiritui meo. 2.Cor.2.12. Et: *Permanebo autem Epheſi vſque ad Pentecoſten: oſtium enim mihi apertum eſt magnum, & euidens, & aduerſarij multi.* 1. Cor. 16. 9. Quæ mire pertinent ad illuſtrandum hunc locum. Sic *apertionem* hanc interpretantur Caſſiodorus, & ex parte Gregorius, Philo Carpath. Beda, atque Anſelmus: & de Recentioribus doctiſſimi quique: ne quid huic ſententiæ ad ſtabilitatem, authoritatemque deſit.

NOTATIO XVIII.

MANVS MEÆ STILLAVERVNT MYRRHAM, ET DIGITI MEI PLENI MYRRHA PROBATISSIMA.

I.

Myrrha vſus in medicina, & vnguentis, Amarore inſignis, quo reſpexere quidam. Et ad mortificationem retulere, Quam praſerre factis verbi miniſtri debent. Probabile id eſt, Eſt enim ea diſpoſitio neceſſaria, Ne dum hoſtem extrinſecum vincis, a domeſtico vincaris, Quod malū ſæpe in miniſtris Eccleſiam afflixit, Vnde tarda infidelium ad fidem conuerſio, Id monitum Pauli eſt, Timotheū, Vt adhibeat curā omnem,

In myrrha amaror inſignis. *Ambroſius.*

MYRRAM & medica pollere vi, & ad vnguenta ſpectare, propter ſuaueolentiam, conſtat: Sed cum ijs virtutibus amarore inſignem certum etiam. Quo magis mirum eſt loco hoc, omnes fere Interpretes ad ſolam amaritudinem reſpexiſſe, niſi quòd quidam etiam eo reſpexere, quòd *Myrrha* dicatur Synceram carnem, à corrupta diſcernere; diſcretam autem incorruptam ſeruare. Vnus Ambroſius omnia iunxit, quanquam *Myrrham* interpretatur *Fidem Reſurrectionis Chriſti*, tametſi ſatis obſcuris verbis. Illum habes Lib.3.de Virg. Cuius ego verbis abſtineo, quòd is ſenſus minus videatur in hunc locum quadrare; de cœteris plerique *ſtudium mortificationis* intelligunt. *Manus* Eccleſiæ *Myrrham Stillare*, cum illius Prædicatores continentiam, ac mortificationem factis præferunt: quemadmodum Paulus dicebat; *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes: vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* 2. Cor. 4.10. Sic Caſſiodor. Greg. Magnus, Beda, Anſelmus, Rupertus, alij. Hic ſenſus probabilis eſt, nec ineptus ad ducendum noſtrum filum. Et certè, quæ paulo antè imperfectioribus pulſata affectibus, onus miniſterij detrectabat, æquum erat, vt ab hoſtibus domeſticis bellum ordiretur: ne inteſtinis ipſa malis diuiſa exteriora, quæ minus ad ſe pertinerent, procuraret: ne dum aliena curat componere, ſuis ipſa diſſidijs prorſus periret. Quid enim attinet de exteriore hoſte nobile triumphum agere, ſi, dum alios vincis, vincaris ipſe; & in ſpolium improuidus triumphator Victoris detrahare? Hoc malum ſæpe Eccleſiam in membris ſuis, Epiſcopis, dico, & Prælatis, ac verbi Miniſtris pullauit: qui, dum ſuis inuigilant commodis, indulgentque affectibus, ac voluptatibus diſtrahuntur, quod aperire conati ſunt Chriſto otium in infidelium animis, potius occluſere. Quæ vna de potiſſimis fortaſſe eſt cauſa, cur tam lento gradu infidelium ad fidem procedat conuerſio. Exigit enim verbi Miniſterium operarios ſui contemptores, rerum ſuarum minimè amantes, qui, dum Chriſti negotium grauiter tractent, cætera nihili faciant omnia. Id monitum Pauli diſcipulum inſtruentis illis verbis: *Sollicitè cura te ipſum probabilem exhibere Deo, Operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* 2. Tim.2.15.

Miniſtris verb neceſſaria mortificatio. 2.Cor.4.10. *Caſſiod. Gregor M. Beda. Anſelmus. Rupertus.*

Domeſticis hoſtibus inducendum bellum priuſquam in externos copias ducas.

Cur ſæpe tam tarde procedat infidelium conuerſio. *2.Tim.2.15.*

Sequar Deo miniſtrum probum probet, Nec ſuffundatur cum ratio reddenda miniſterij ſit, Itaq; quidquid ab alijs exigat, Prius ipſe in ſe exequatur.

Operarius probabilis Deo, & inconfuſibilis quis ſit.

Math. 25.21. Hiſpaniſmus.

Paucis verbis quam grauia, quam neceſſaria documenta comprehendit? Nam quod dicit: *ſollicite cura*, Græcè eſt, σπούδασον quod Auguſtinus exponit: *Satage*, id eſt, id age vnum, tanquam in eo totius Miniſterij cardo verſetur, & fortunæ conſiſtant: quod cum egeris, nihil eſt quod vereare, ne ſucceſſu minus felici prædicatio ſuccedat. Sic te Deo probabilem exhibebis. δόκιμον Probum; qui probari à Deo ſit dignus. Hunc Chriſtus vocat *ſeruum bonum*, & *fidelem*; meritum ſcilicet approbatorem habere Deum, cuius quæ probantur iudicio, ea demum bona ſunt, ea laude digna *Operarium* autem *inconfuſibilem*, intellige, quem Hiſpani dicimus, *Que pue deir con la cara leuantada, y deſcubierta.* Qui conſcius ſui, nihil hominum reprehenſionem vereatur; ac quod multo maius eſt, non erubeſcat, magno Patrifamilias apparere, cum reddendæ miniſterij rationis ſit tempus; cum nihil à ſe actum ſciat, quo ſuffundi poſſit. Id autem conſequetur, ſi cum ſtudium diſciplinæ in alijs vrgebit, a ſe incæperit; & cum auſteritatem doctrinæ Chriſti alijs propoſuerit, factis ipſe oſtenderit, auſtera quæ ſunt, ſalutaria eſſe. *Circumferas ergo mortificationem Chriſti in corpore ſuo*; ſic enim aptum erit inſtrumentum ad aperiendum occluſa mortalium corda Chriſto.

2.Cor.4.10.

II.

Id verum eſt, ſe alia loci ſententia eſt.

Aponius. Myrrha pro pœnitentia.

Atque vtinam, quam verè hæc dicuntur, tam aptè in hunc locum quadrarent. Nam aliam eſſe mentem Eccleſiæ exiſtimamus. Nec magis probandum, quod Aponius voluit, ſequutique ſunt de Recentioribus quidam, *Myrrham* hoc loco *Pœnitentiam* interpretantes, Aponij poſui verba, non admodum plana, ſed perſpicuè in hunc ſenſum.

Manus,

Nec apte qui Pœnitentiam hic in myrrha agnoſcit, Id enim ad tropologiam ſpectat nõ ad litteram. Quam ſolum hic quærimus

Manus, id eſt, opera animæ ſtillauerunt myrrham per amaros gemitus compunctionis, & mortificationis peccati : de qua digiti confeſſionis culpæ procedunt, qui pleni ſunt, probatiſſima à myrrha lacrymarum. Nam ſi horum quidquam aptari huic loco poteſt, ad tropologiam potius pertinet, de qua ſuo loco, quam ad primarium, & litteralem ſenſum, quem hic quærimus. Quod ſi referre velis ad damnationem prioris deſidiæ, quod etiam Pœnitentiæ opus, eſt id longe aptius per illa verba ſignificabitur Ver.6. *Anima mea liquefacta eſt, vt Dilectus loquutus eſt.* vt eo loco dicemus.

IV.

Myrrha ergo labores interpretemur. In miniſterio verbi ſubeundos. Ad quas ſe Eccleſia paratū dicat, ſcilicet robuſtior facta. Dum Chriſtum introducat in corda Iudæorum. Parat autem nūc arma,

Iuſtus Vrg. Myrrha labores in miniſterio uerbi, ſubeundi. *Cant.*5.2.

Reſtat vna ſententia, quam probabiliſſimam arbitramur, quam & ex parte Iuſtus Vrgel. indicauit, & ad interpretationis noſtræ filum ducendum aptiſſima eſt : *Myrrha labores ſubeundos* in Euangelij prædicatione intelligendos. Dixerat Sponſus, cum intromitti rogaret : *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Quorum ſenſum eſſe diximus; multa ſe propter Eccleſiam paſſum, ad mortem vſque : vt exemplo doceret, haud amanter ab illa fieri, quæ propter perſecutionum metum, non auderet ſeſe committere publico, atque miniſterio verbi inſtare. Excuſarat illa deſidiam, atque ignauiam, quæ verè erat, honeſta, vt videri volebat, ratione. Sed vi illa, qua S. Spiritus in illius ſe animum inſinuarat, in aliam mutata, depulſa ignauia omni, nouos ſpiritus induerat; ac robuſtior facta, non vltrà pericula formidabat; quin parata erat vltro in pericula ruere; & per æqua, per iniqua in ſuę gentis cordibus, adhuc infidelitate occluſis, *oſtium Aperire* Chriſto. Hanc ergo ſui animi paraturam, ad dura quæque ſubeunda, dummodo Chriſti Euangelio aditum patefaceret, nunc recenſet. Nondum inducitur verbi miniſterio inſtans; nondum Chriſto *aperit*; nondum duris illis, atque arduis exercetur, quod poſtea factum eſt. Hic ſolum arma parat, quæ poſtmodum eſt hoſtibus obiectura : quemadmodum ſtrenuus ante prælium miles, certus victoriæ triumphi auidus. Atque hæc generatim de toto ſenſu, nexuque horum cum ſuperioribus, dicta ſint.

Eccleſiæ præparatio ad omnia pro Chriſto perferenda.

Quæ poſtea ſtringat.

V.

Manus autem cum facultatē ad agendum ſignificent.

Manus pro uirtute operatrice.

Sed modus ipſe loquendi, ſonuſque verborum multum habet latentis energiæ. Nam *Manus* pro *operibus* poni, ſæpe alias obſeruatum eſt, hic autem *operandi facultatem* ipſam, ac agendi pronitatem intelligimus : nam & *Manus* inſtrumentum eſt operandi. *Sic Dei Manus* vis illius operatiua, & quaſi ad agendum expedita intelligitur. Ex.7.4. Pſalm. 77. 42. & locis alijs. Cum autem *Stillaſſe* dicit quemadmodum in Dramate vnguenti fragrantiſſimi abundantiam intelleximus, cum non ſatis habuiſſet inunxiſſe ſe, ſed ita perfudiſſet, vt *Stillis* manaret vnguentum; ita in arcano ſenſu, non ſimplicem ad ſubeundos prædicationis labores paraturam; ſed in eo ipſo alacritatem ingentem intelligemus, ac vehemens deſiderium oſtendendi quam ſerio mutata eſſet; nec viribus ſolum, animiſque confirmata, ſed votis : quorum alterum totum Dei erat, qui immiſſa de cœlis virtute, vires animoſque, ignauia depulſa, tribuerat; alterum illius, quæ, ſic confirmata, totam ſe momento eodem laboribus ſubeundis dedicarat, ac pene tradiderat. *Stillarunt* ergo *Manus Myrrham* quæ ſe paratiſſimas, immo laborum auidas ſentiebant, & ſumma alacritate ſubire paratas, quidquid arduum, ac difficile obijci in miniſterio verbi poterat. Id eſt, quod Petrus præpropera, ac necdum robuſta fortitudine armatus, dicebat; poſtea autem viribus confirmatis exequutus eſt : *Domine, tecum paratus ſum, & in carcerem, & in mortem ire.* Luc.22.33. Verius autem Paulus, cum dicente Agabo; *Virum, cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt in Ieruſalem Iudæi, & tradent in manus Gentium:* ac, rogantibus cæteris, ne Ieroſolymam aſcenderet, reſpondit : *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non ſolum alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu.* Act.21.11.12.13. Et id quidem ſit probabiliter dictum.

*Ex.*7.4.
*Pſ.*77.42.

Cum ſtillare dicuntur myrrham, Laborum abūdātiam notant. Et ad eos tolerandos conſilium certum, Quod ſuſceperat Eccleſia, Quod Petrus profeſſus minime impleuit, Impleuit autem Paulus, Separatum affirmans ad omnia pro Chriſto perferenda.

ſtillare, ad uotorum alacritatem refertur.

Luc. 22.33.
Petri pręproperа confidentia, ſeu uſu caruit.
*Act.*21.11.12.
Pauli alacritas parati ad omnia pro Chriſto perferenda.

VI.

Inſtillandi etiam voce. multitudinē ac granditatem laborum intelligemus. Tametſi aliquando menſuram certam ſignificat, ſæpe tamen copiā & affluentiam. Qualis futura erat Meſſiæ tempore. Haud ſemel cantata a Prophetis,

ſtillandi uerbo laborum multitudo & magnitudo indicata.
*Pſ.*132.2.

Sed enim & in *Stillandi* ipſo verbo eorundem laborum, quos ſubitura, vt Chriſtum in ſuæ Gentis cordibus introduceret, erat, & magnitudinem, & multitudinem intelligemus. Non enim perunctæ *Manus* vnguento *Stillant* niſi prodiga effuſione, non intinctæ modo, ſed rigatæ fuerint. *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron; quod deſcendit in oram veſtimenti eius.* Pſal. 132. 2. Nam quanquam *Stillandi* vocabulum haud raro modum, ac menſuram rei ſignificat, cum parcè diſpenſatur : quo ſenſit de doctrina dictum : *Fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina.* Deut.32.2. Sæpe tamen hanc, quam diximus abundantiam, ac ſuperfluentem copiam, ac largitatem ſignificat. Sic de gratiarum abundantia, quæ inundatura terram erat, ſub Chriſti aduentum, dictum à Propheta eſt, *Et erit in die illa Stillabunt montes dulcedinem.* Cum ebrij ſcilicet illi dulcedine fuerint, (*Quando los montes eſtuuieren empapados en dulcura*) quidquid reſiduum de illa affluentia fuerit, in inferiora loca *Stillabunt.* Hunc ſenſum, quæ ſequuntur, firmant. *Et colles fluent lacte; & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ; & fons de domo Dauid egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.* Ioel.III.18. Ea erit aquarum abundantia, vt etiam illis irrigandis locis, quæ ſterilitate infamia erant, ac ſola ſpinarum germinatione nobilia, abunde ſufficiant. Quin ſi aduertas,

Deu 32 2.

Bonorum abūdantia ſub Chriſto ſtillandi uerbo ſignificata.
*Ioel.*3.18.
Amos 8.13.

Immo ſemper eā abundantiam

eo verbo ſignificaviſſe, tutamus, Nec ad partitati pertinere, Sed ad modum quo doctrina recipiatur.

aduertas, verba illa ex Deut. Cap. 32. 2. citata, ad abundantiam non inuita trahi poſſunt, qua enim nubes pluuias in terram mittunt, tametſi planè mittant, aquis abundant: alioqui non miſſuræ. Magis ergo Moſes id voluit, vt doctrina ſenſim inſtillaretur, & præparatis cordium aruis tacitè, & cum fructu exciperetur; *Sicut imber ſuper herbam, & roris ſtillæ ſuper gramina*, ſiue ſtrepitu cadunt. Quidquid ergo *Stillat* ex abundatia *Stillat*. *Manus* itaque Eccleſiæ *Myrrham Stillare* dicuntur, quia ea, quibus ſe tollerandis parabant Apoſtoli, poſtquam virtutem Spiritus induiſſent, & mole ingentia, ac multitudine infinita, & acerbitate duriſſima erant futura omnino.

VII.

Docti autem à ſpiritu Apoſtoli, Quemadmodum à Chriſto. Quantum laborum ſubeundum illos maneret, Sicuti de Paulo eſt dictum cum in Apoſtolum initiaretur, Et ſimile quidam contigit Franciſco Xauerio.

Et quidem, quantum ſe maneret laborum, in Euangelio prædicando, doctos tunc fuiſſe Apoſtolos, Spiritu Sancto Magiſtro probabile eſt. Nam ſi à viuente adhuc Chriſto ſæpe earum rerum ſunt admoniti, cum nondum tempus eſſet ea patiendi. *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio Luporum. tradent enim vos in concilijs, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos: & ad Præſides, ac Reges ducemini propter me.* Matth. 10. 16. 17. Quid credimus facturum S. Spiritum, cum & illos cœleſti robore imbuiſſet, & in procinctu eſſe videret; moxque ingens illud facinus, & difficultatibus pleniſſimum aggreſſuros? Sic initiaturus Paulum in Apoſtolum Gentium Chriſtus, cum prius, & voce de cœlo terreuiſſet, & virtute armaſſet, dicebat ad Ananiam: *Vade, quoniam vas electionis eſt mihi eſt, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Act. 9. 15. 16. Sic etiam alterum noſtri ſæculi Paulum Franciſcum Xauerium initiaturus in Apoſtolum Indiarum, (quo illum elogio Romanum Oraculum digniſſimum iudicauit) dormienti illi oſtendit, immenſum laborum campum, quos ſubiturus erat in miniſterio animarum, quo viſo, tam non deterritus eſt ab incepto, vt exclamaret, audiente Didaco Lainio, alio ſocietatis noſtræ columine, qui vna in eodem cubabat cubili. *Plura, Domine, plura*. Rogatus autem à Lainio, quid illud rei fuiſſet, tunc quidem rem ſilentio preſſit: ſed diſceſſurus ad Indos, tunc ſimiliter ſubridenti, rem omnem expoſuit. Vt videas eundem Spiritum omni tempore Apoſtolos, Miniſtroſque verbi eiſdem artibus gubernare. Et hoc ergo pertinet ad id quod dicebamus, *Stillationem* ad animi promptitudinem, atque alacritatem pertinere, qua ſeſe Eccleſia, ad laborum, ærumnarumque molem, in Euangelio ſeminando, ſubeundam comparabat.

Eccleſia monita à Spiritus quantum illi laborum ſubeundum. Matth. 10. 16.

Paulus ante prædicationē ad labores armatus.

Franciſci Xauerij ſomnium de futuris laboribus ſibi paratis.

Cum in Indiarū Apoſtolum initiaretur.

Semper enim ſpiritus idem gubernauit Eccleſiam.

Spiritus idem ſemper gubernat Eccleſiam.

VIII.

Sed digitos quid eſſe dicemus? Animi motus vult Nyſſenus, Et Gregorius Magnus, Extremas animæ particulas Theodoretus. Alij paſſiuas virtutes. Cordis cogitationes alij, Quæ omnia mortificationi ſubijcienda ſunt.

Sequitur; *& digiti mei pleni Myrrha probatiſſima*. Quibus in verbis duplex eſt quæſtio, prima, quid *Digiti* ſint, altera, cur dicatur *Myrrha Probatiſſima*. Nec de ſenſu nunc Dramatico quærimus, de quo ſatis dictum ſuo loco eſt, Arcanam rimamur ſententiam, quæ verbis, tanquam ſub cortice nucleus, continetur. Nyſſenus *animi motus Digitos* interpretatur, qui omnes comprimendi ac mortificandi ſint, vt Chriſtus inueniatur; à quo ſenſu non longe Gregorius Rom. abſceſſit. *Digiti pleni myrrha probatiſſima ſemper eſſe debent: quia mortificatio carnis in omnibus tenenda eſt.* Theodoretus obſcurius aliquanto: *Perfectam mortificationem ad extremas vſque particulas pertingere debere*, ait; ſcilicet, vt nihil omnino ſit, quod ſuum tenorem ex Dei legibus, ac Chriſti doctrina non ſeruet. Adhuc autem obſcurius tres Patres, *Manus, actiuas virtutes* (ſic loquuntur) *mentem, & rationem accipiunt; Digitos autem paſſiuas, ſenſum, concupiſcentiam, & iracundiam, quæ menti, & rationi, vt manibus digiti cooperantur: quas omnes mortificationi ſubijcere ſit neceſſe*. Richardus vero Victorinus, *Cogitationes & motus cordis*, intelligit, *quos omnes anima, cor ſuum omni cuſtodia ſeruans, examinare debet, & diſcutere*. Omnia verè, vtiliterque ſunt dicta, nec magno diuortio inuicem diſſident, ſed ad arcanum ſenſum, quam aptè ſint dicta, alij dijudicent. Ambroſius diuerſus abit, & quia *Digiti* in *Manibus* minent, *Digitos eminentia factorum noſtrorum opera*, ſignificare affirmat; *omnibus autem mortificationis ſtudium impendendum*, & quidem gnauiter.

Digiti myſtice qui ſint. Greg. Nyſſ. Greg. PP.

Theodoretus.

Tres Patres.

Rich. Victor.

Ambroſius.

IX.

Verius opera minuta, atque exilia interpretabimur. In quibus minime detrectandi ſint labores, In bonum animarum, Digitus enim quod minimum mole ſit ſignificat, Et quod minimā facultatē exigat, Sic cœli digitorū Dei dicuntur opera,

Sequamur ductum interpretationis noſtræ; & quandoquidem *manibus opera* ipſa Eccleſiæ, aut certè, *facultatem ad agendum operandumque in miniſterio verbi* intelligendam diximus, *Digitis opera etiam minutiſſima, & vel minimas animæ facultates, conatuſque ad animarum negotium procurandum*, intelligamus. Crucis ergo Chriſti amorem, ac laborum, anxietatumque ſtudium, etiam in minimis operum, nec ſolum in magnis, ob oculos ſibi ſtatuendum eſſe Eccleſia ſignificat: nec etiam in minimi momenti rebus abſterrendam ſe difficultatibus, ac periculis ab animarum ſalute, teſtatur. Nam *Digito* id, quod minimum eſt in corpore, intelligitur: ſi autem ad potentiā, facultatemq; ad operandū referatur, id quod non magnā in agendo facultatē poteſtatemq; requirit, vt fiat. Primo ſenſu dictum: *Minimus Digitus meus groſſior eſt dorſo Patris mei*. 3. Reg. 12. 10. Quod in me minimum eſt, quod in Patre meo maximum fuit, magnitudine vincit. Et quod minimum in me facultatis eſt, quod ſummum in eo fuit longe ſuperat. Altero ſenſu dictum eſt;
„ *Videbo cœlos tuos opera Digitorum tuorum*. Pſalm. 8. 4. Cum nihil maius in natura ſit cœ-
„ leſtibus globis, à te tam facile ſuo de nihilo formati ſunt, vt ad tantum opus, quod

Digiti, exilia opera in bonum animarū, in quibus detrectandi labores nō ſunt.

3. Reg. 12. 10. Digitus pro minima membro corporis & minime facultate. Pſ. 8. 4.

mini-

Digitized by Google

X.
Et tribus digitis appendere molem terræ dicitur idē, Eodem ſenſu illi digitus Dei eſt hic. Se ergo paratam Eccleſia profitetur Ad dura ſubeunda, etiam in minimis.

Dum Chriſti promoueat opus,

„ minimum in te poteſtatis eſt, ſatisfuerit, ſuperque: Non opus fuit vt manus adhiberes, *Digiti* fuere ſatis. Et illa Iſa.40.8. *Quis menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit* (metitus eſt) *Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera?* Nam quod minimum in Deo poteſtatis eſt, id præſtare facile poteſt, cui omnis creata cedit potentia, atque facultas. Hoc ſenſu illi, cum ad Cyniphum exortum, iuſſu Moſis depuluere excitatorum, obſtupuiſſent, dixerunt; *Digitus Dei eſt hic, virtutem Creatoris Dei Digitum dixere, quod ſignificarent, etiam modicum validiſſimum tamen.* Quę Tertulliani animaduerſio eſt. Lib.4. aduer. Marcion. Cap.26. Hic autem ſenſus huic loco haud ineptè videtur quadrare, quod id ſcilicet Eccleſia profitetur, ſe paratiſſimam ad dura, & aſpera ſubeunda, non in ingentibus illis ſolum aggrediendis, peragendiſque, ad quæ & magnis animis, & ingenti eſſet opus virtute: ſed in illis etiam, quæ & minutiſſima eſſent, & factu facilia. Vide quantum illa paulo antè ignauia ac deſidia torpens, breui momento, ſed magno S. Spiritus magiſterio, docta, ac virtute inſtructa, in ſchola Chriſti profecerit.

Iſai 40.8.
Exo.8.19.
Tertullianus. Eccleſia parata cuncta perferre cuā in minimis.

XI.
Probatiſſima autem myrrha ad purgatiſſimū affectum. ſpectat, Etiā in minimis, Nullo ignobiliter affectu permixtā

Quod autem non quamcumque *Myrrham*, ſed *Probatiſſimam*, dixerit, quæ alia quæſtio eſt, ad purgatiſſimam animi conſtitutionem ſpectare arbitramur, nulla carnalis, aut minus nobilis affectus mixtura fœdatam, Amo quidem propter Sponſum animarum negotijs implicari; amo & aſpera & dura ſubire, ſi etiam me mortis diſcriminibus obijcere ſit neceſſe, dum Sponſo Chriſto in hominum animis hoſpitium quietum paret; hanc vero propenſionem meam, ac tolerandi vota, nulla affectus alterius minus honeſti cogitatio infamat. Purum id ſtudium eſt, & in vnam Chriſti imitationem intentum, quin vel minimam partem ignobilia vota delibent. Sic ſcilicet & *Manus*, & *Digiti*, & opera, & conatus etiam minimi, nobili ſtillantes vnguento, odoris ſui Sponſo ſuauitatem afflabant, quin & proximis, & remotis fragrantiæ iucunditatem multam impertient.

Myrrha probatiſſima puriſſimus effectus ad ad patiendum pro Chriſto.

VERSVS VI.

PESSVLVM OSTII MEI APERVI DILECTO MEO: AT ILLE DECLINAVERAT, ATQVE TRANSIERAT.

COMMENTARIVS.

HÆC ad primos Eccleſiæ conatus in Chriſti Euangelio Iudæis annunciando, pertinent: cum egreſſi Apoſtoli cœnaculo, quo hactenus clauſi delituerant, poſt illapſam Spiritus Sancti ex alto virtutem, illaque confirmati, intrepidè medias in turbas inſilire, & pleno ore prædicare Chriſtum cæpere, quemadmdum Lucas in Actis Apoſtolorum narrat. Tunc ſubita illa operante virtute, qua eorum animata verba erant, felici ſucceſſu haud paucos Chriſto lucrati ſunt: *Peſſuliſque*, clauſtriſque cordium reſeratis, oſtium molienti ingreſſum Chriſto aperuere. Id eſt, *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo*. Sed ſtatim & inſtigante Diabolo, & Iudæorum Proceribus Euangelij curſum inhibere conantibus, omnia turbata ſunt, & facilitas illa prima difficultate mutata. Secundiore ſcilicet aura perflante, Eccleſiæ nauis in altum prouecta eſt; mox otioſis auris torpuit mare, pigraque malacia ægræ vndę ſubſedere. Malaciam autem, quod ſolet, tempeſtas ſubſequuta grauis eſt; cæptaque nauis aduerſis ventorum flatibus, & tumentibus fluctibus agitari, omni ſublata promouendi curſum facultate. Id anxiam torſit, & in nouas curas coegit, arbitratam fortaſſe hiſce aduerſitatibus, præteritam deſidiæ culpam, ac torporis caſtigari. Sic *Declinaſſe* viſus Chriſtus, & *Tranſiſſe*, primumque hunc Eccleſiæ ſuæ conatum, quem initio promouerat, velut inciſis ſuffraginibus inhibuiſſe, & Eccleſiæ iuſiſſe operam: quia in opus incumbentem, velut abſens

Digitized by Google

abſens, aut faſtidioſus ſpectator, deſpexiſſe viſus eſt, paſſus fruſtra vexari, repugnantibus Iudæis, & cordis diritiem velut ſcutum prædicationis iaculis obiectantibus. Hoc *Declinaſſe* Chriſtum fuit, atque ea *aperiente Pertranſiſſe*. Sed audi priorem felicitatem, & poſt eam, ſortem in peius mutatam gementem Eccleſiam.

ENARRATIO.

ET ego quidem, cum præ anxietate, ac ſtudio introducandi in animos meæ Gentis Chriſtum per prædicationem, omnis iam tarda feſtinatio eſſet, impellente, me ſcilicet cæleſti virtute, Cænaculo, quo diebus multis trepida, atque ignauia delitueram, læta exilij, priorem meam tarditatem feſtinatione, ac deſidiam, metumque audacia ac fortitudine compenſatura; ſi me Chriſto ſaltem poſſem probare. Audaci ergo facinore in medias me Iudæorum turbas, velut in hoſtiles acies, inieci, nec temporis paſſa diſpendium, Chriſtum crucifixum, ac ſepultum verum Deum eſſe proclamo; qui ſua ſe virtute exeitaſſet à mortuis. Hunc à Deo conſtitutum viuentium ac mortuorum Iudicem: hunc pœnitentia placandum; hunc exorandum & prece, qui peccata mortalium fuſo ſanguine deleuiſſet. Proceſſit ex ſententia conatus; &, ſecundante Deo vota, multorum in cordibus hoſpitium Chriſto paraui: patentibuſque, omni remoto vecte, foribus, illum alacris introduxi. Sed nihil vſquequaque beatum: non omni felicitati duratio contigit. Mutatus de repente rerum mearum ſecundior curſus: atque partim inſtigante Dæmone, partim annitentibus Iudæorum Primoribus, metus multus exortus eſt, metum ſæua ſequuta tempeſtas, qua ſparſis velut imbellibus nauigijs totum per mare fidelibus, mæror multus incubuit. Spirarat ſcilicet ſecundior aura, ſed vt deſineret; & placiditas omnis in ſæuam procellam verteretur. Tunc mihi ſum viſa excidiſſe ex ingenti ſpe. Sed inopino caſu haud turbata, opus vrgere meum pergo, ſi poſſem vel improbo labore, vel arte fortunam corrigere. Sed fruſtra labor, fruſtra ars fuit omnis, obijcientibus pleriſque ſaxea pectora prædicanti. Sic ille idem Sponſus Chriſtus Declinare viſus, & alio diffugiſſe, gratius forſan hoſpitium alibi quæſiturus: niſi præteritam meam deſidiam maluit repulſa, atque abſentia caſtigare; quod me fateor fuiſſe commeritam.

NOTATIO XIX.

PESSVLVM OSTII MEI APERVI DILECTO MEO.

SVM. COM.

I.
Diſceſſus Sponſi ab anima alij inquirant,
Et nos alias exquiremus.
Hic Eccleſia geſta deſcribuntur,

Peſſulii vero quidam impedimenta exponunt,

Quæ Chriſtum prohibent ab ingreſſu

QVIBVS tropologice hæc interpretari placuit, latum hic campum nacti ſunt, quo ex ſpacienter, in exquirendis huius Sponſi diſceſſus cauſis, vt videtur, minime tempeſtiui. Id nos loco alio faciemus, Commentario ſcilicet tertio, quo piam animam Chriſti faturam ſponſam, per omnes vitæ ſpiritualis, ac viæ myſticæ gradus deducemus, vſq; ad conſummatam perfectionem, qualis in hac vita ſolet raro contingere. Hic pergamus Eccleſiæ iam Chriſtianæ geſta deſcribere, quæ ex hoc iam loco digna ſunt, quæ per publica Acta, Faſtoſque famæ mandentur. Et quidem, ad potiſſimum quod attinet ſenſum, tam difficilia hæc viſa nonnullis ſunt, vt in parum aptos ad nexum ſenſus coegerint: vix vt vnus aliquis ſit, qui ſuam hic viam tenuerit. Plerique *Peſſulum* interpretantur, ea omnia, *quæ impediunt Chriſti in animam ingreſſum; amorem proprium, voluptatum ſtudium, propriæ voluntatis vſum, affectum terrenarum rerum*. Hæc ſe remouiſſe omnia impedimenta, ac velut perfractis clauſtris, fores hactenus occluſas pateſeciſſe, Sponſa affirmat. Quam verè autem id dixerit, ex orationis conſtat ſimplicitate

Eccleſ. Chriſtianæ geſta hinc narrari cepta.

Peſſulum amor terrenorum.

Digitized by Google

Id enim Eccleſia fuit quod ſe facturam receperat,
Magnam enim curam diſciplinæ ſub initium fuiſſe conſtat,
Cum vnum eſſet cor omnibus.
Et ſtudium introducendi ad ſe Chriſtum.

tate. Itaque quod antè ſe facturam receperat, cum diceret: *Manus meæ ſtillauerunt Myrrham*, id nunc ſe perfeciſſe dicit. Id quanquam plerique de Anima Sponſa dicunt, nec ad Eccleſiam aptant, facile tamen eſt facere. Nam certè ſub naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ exordia, quod id ipſum eſt tempus, cui hæc aptamus, Fidelibus omnibus, maximè Apoſtolis, ingens fuit ſtudium diſciplinæ, cum & *cor omnibus vnum eſſet, & anima*; & abdicatis omnibus, quæ poterant vitæ chriſtianæ curſum impedire, ad Chriſti imitationem properarent. Omnibus ergo vna communis cura, *cordis oſtium aperire Chriſto, diſruptis, confractiſque vectibus*, quibus antè firmabantur valuæ. Et hæc quidem ſatis videntur conſequenter dicta, iuxta noſtræ interpretationis ſeriem.

Studium perfectionis in Eccleſia primitiua.

II.

Sed ea munditiei cura communis omni tempore,
Et propria ſingulorum
Cum hic tamen de publico agatur officio.
Per publicos miniſtros exercendo.
Non de priuato ſingulorum,

Sed obſunt, quæ ſequuntur. Nam hi quidem per cordis munditiem, animique purgationem, Chriſto, ingredi cupienti, aperuere oſtium, ingreſſus & ille per fidem eſt, ac caritatem, quomodo autem verè dicant, aut dicere Eccleſia poſſit, *Chriſtum declinaſſe, atque tranſijſſe*, id eſt, minimè fuiſſe ingreſſum, ſed alio diuertiſſe, qui horum verborum planus videtur eſſe ſenſus, non ſatis apparet: niſi hæc ad perſequutiones referas, quæ mox ſubſequutæ, fideles per varias orbis partes diſperſere: adeſſe enim dicitur, cum fauet, ac præſto eſt Deus pro ſe laborantibus, abeſſe, cum fauorem vel negat, vel, quia occultè ſubmittit, negare videtur. Id vtcumque dictum ſit, verum adhuc fortius premam. Quidquid hic dicitur, tametſi de eo videtur tempore, ad quod hæc verba referimus, de ſingulis tamen dicitur, nec ad Eccleſiam communi nomine pertinet, atque ex munere publico, perque Miniſtros publicos operante. Eſt enim hoc ſtudium propriæ perfectionis, & munditiei ſingulorum; nec Eccleſiæ communi nomine ſed priuato; Immo id ſemper ſtudium in Eccleſiæ veris filijs viget, vigebitque: vt nulla videatur eſſe cauſa, cur hæc magis ad vnum, quam ad aliud Eccleſiæ tempus referantur: tametſi non negem, tunc, cum & vegetior ſpiritus, & quodammodo Chriſti ſanguis, recenti adhuc rerum illius & vitæ memoria, efficacior videretur, multum in eo ſtudio diſciplinæ profeciſſe fideles: qua ratione potuerit, quod commune omni ætati erat, aliquanto aptius in illam referri. Sed hoc loco Eccleſia quod adſe quidem (vt matrem fidelium agebat) pertinebat ex munere, ſine dubio loquitur. Illa ergo *Peſſulum remouet*, illa clauſtra perfringit, vecteſque, illa *Aperit Oſtium Chriſto*, vt tandem adſe introducat. Id ergo, quærendum eſt, quid tandem ſit.

Adeſt Deus cũ fauet, abeſt, cum fauorem negat.

Studium perfectionis omni ſtatui cõmune eſt.

Quanquã id ſtudium ſub ea initia feruentius fuit

Sed Eccleſia de ſe vt communi matre loquitur.

Eccleſiæ miniſterium publicũ.

III.

Nobis facilior exit aditus,
Aperire Chriſti, eſt illi præparare vias.
Et præire prædicatione,

Nobis facilius licet hiſce nos ambagibus expedire. Si ductum hactenus inſtitutum ſequamur; atque hæc cum ſuperioribus aptè connectere. Diximus ſuperiora illa verba; *Surrexi vt aperirem*, ita omnino accipienda, vt paratam ſe dicat Eccleſia ad Euangelij prædicationem, quod illius proprium munus; atque ad multa, & grauia pro Chriſto ſubeunda, dum officio defungeretur ſuo. *Aperire ergo Oſtium Chriſto* nihil aliud eſt, quam quod alia ſermonis forma dictum de Ioanne eſt. *Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ; vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum parare Domino plebem perfectam*. Luc.1.17. Et: *Præibis ante faciem Domini parare vias eius*. Luc.1.76. Scilicet per prædicationem Euangelij tanquam per clauem regiam, corda mortalium pandere, qua Chriſtus ingrediatur. Actio ergo publica Eccleſiæ eſt, ac miniſterialis, non priuata, & ſingularis. Nam tametſi hæc per Apoſtolos, ac Apoſtolicos viros perficienda omnia erant, tamen publicum munus erat: atque à Miniſtris publicis, & ab Eccleſia publicè deſignatis, atque authoritate munitis publica, proficiendum. Quod autem ſic fit, non priuati priuato nomine, ſed Eccleſia ſuo nomine agere dicitur.

Nexus cum ſuperioribus.

Luc,1.17.
Et, ibid.76.

Quæ clauis regia quædam eſt,

Chriſto aperire actio miniſterialis eſt.

Et actio miniſterialis & publica.

IV.

Peſſulum ergo ad impedimenta ſpectabit,
Quæ demenda erant,
Id Eccleſia ſe facere cepiſſe dicit,
Quia prædicare Chriſtum cœpit.

Quod ſi id *Aperire* eſt, nec aliud, *Peſſulum* ad id ipſum pertinebit, ac illum *Aperire* ſeu remouere, ad ea demenda impedimenta ſpectabit, quæ Eccleſiæ ſecundum curſum poterant vel omnino impedire, vel certè retardare. Ex quibus facile eſt definire, quali ſenſu accipienda hæc ſint. Nam eadem illa Eccleſia poſt Diuini Spiritus illapſum, nouos induta animos, nouo colluſtrata lumine, iamque parata per ſecunda, perque aduerſa, viam Sponſo complanare, & *Oſtium ad ingreſſum pandere*, id ipſum, quod conceperat animo, cœpit perficere. Itaque cœnaculo hactenus clauſa, nobili auſu egreditur, & intrepide Chriſtum prædicat, nec nominis infamiam verita, nec aduerſis deterrita, nec perſecutionis Iudaicæ metu tardata. Lege Cap.2. Act. Apoſt.

Peſſulum remouere, prædicare.

V.

Verbum ergo Dei clauis eſt.
Quo remouentur vectes & Peſſuli
Quod factum à Petro Eccleſiæ capite.
Cũ Iudæis Chriſtũ annuncians.

Verbum ergo *Dei* inſonans per Apoſtolorum linguas, *Clauem* dicamus, quam in aures audientium, velut in ſeræ foramen, immiſſam verſant, vt *Peſſulum* vecteſque remoueant. Id eſt, quod legimus ſcilicet: *Et cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis*. Act.2.4. Et: *Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem ſuam & loquutus eſt eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem vniuerſi hoc notum ſit vobis, & auribus percipite verba mea*. Et quæ ſequuntur. Act.2.14. *Remouiſſe* autem cum ſe dicit *Peſſulum*, id ſignificat; proceſſiſſe primum illum ex ſententia conatum; atque impedimentis infidelitatis, alijſque, quæ erant plurima, ſubmotis, multis ſe perſuaſiſſe vt Chriſtum

Verbũ Dei clauis qua clauſa oſtia Chriſti aperiuntur.
Act. 2.4.
Act 2.14.
Eccleſiæ primus conatus ſucceſſu felix.

admitte-

Nam paucis perſuaſit,
Vt pœnitentiam agerent,& baptizarentur.
Oſtium autem ſuum dicit,
Quod adſit ijdem illi conuertente pertinerent.

Act.2.41.
Act.2.37.38.
Cur oſtiũ ſuum appellet Eccleſ.

admitterent. Id intelliges, ſi memineris, quid à ſacro ſcriptore de ea re traditum ſit. *Qui autem*, inquit, *receperunt ſermonem eius baptizati ſunt; & appoſita ſunt in die illa animæ circiter tria millia. Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor.* Act. 2. 41. Ad *Peſſuli* autem propriè *remotionem*, illa ſpectant. *His autem auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad alios Apoſtolos, Quid faciemus, viri fratres? Petrus vero ad illos. Pœnitentiam inquit, agite,& baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum; & accipietis donum* Spiritus *Sancti.* Act. 2. 37. 38. *Oſtium* autem *Suum* dicit, quod *Peſſulo* claudebatur, quòd conuertendorum animæ ad ſe quidem, velut peculium, pertinebant, non quòd iam inter illius filios computarentur, ſed quòd computandi eſſent. Non enim aliter Eccleſia *Oſtium ſuum aperit Chriſto*, quam infidelium *aperiendo corda*, vt eum recipiant.

VI.
Quibus reijcitur Richardi ſenſus,
Agitur enim hic de infidelitate,
Ignorantia, cæcitate, faſtu,
Qui obices ad ingreſſum fidei.

Richard. Vict. Peſſulum errata exigua, quibus ſæpe arcetur ab ingreſſu Chriſtus.
Anſelmus. Peſſulum ignorantia, & faſtus.

Non ergo ad rem hanc pertinere videtur, quod Richardo Victorino placuit, *Peſſulo* (quod exiguum cum ſit, ingentes tamen fores claudit, impeditque, quin aperiri poſſint.) *exigua quadam errata, animique noxas*, intelligendas, quibus tamen impeditur Chriſtus, ne venire, & ingredi poſſit. Nam tametſi id verum eſt, non de eo hic obice agitur, ſed de infidelitate, incredulitate, ingentibuſque alijs impedimentis, quibus, qui nondum Chriſti militiæ dedere nomen, præpediuntur, ne veniens ingrediatur Chriſtus per fidem. Melius Anſelmus, qui *ignorantiam, cæcitatemque* maluit accipere; adde & *cordis duritiem, ſuperbiam, faſtumque*, atque *aliorum deſpectum*, quibus tandem Iudæorum natio prohibita eſt, in Chriſti ouile cenſeri: vt mox eadem illa Eccleſia, non ſine multo dolore, ac gemitu iterato, dictura eſt.

NOTATIO XX.

AT ILLE DECLINAVERAT ATQVE TRANSIERAT.

I.
Hanc declinationem quidam de aſcenſu Chriſti intelligunt.
Sed minus apte ad ſeriem,
Iam recepto in cœlum Chriſto,
Et. Eccleſiæ cura tradita Spiritui S.
Nec conſequenter hi Authores loquuti.
Nec conformiter ad ſcriptoris ſcopum.

Philo Carph. Declinatio Spõſi aſcenſus Chriſti in cœlum.
Ioan. 14. 18.
Matth. 28. 20.

QVI hæc de pia anima interpretantur, interpretantur autem plerique, multa hic, atque vtilia tractant, quæ, litteralem ſenſum exquirentibus nobis, in locum ſuum reijcienda ſunt. De cęteris, qui de Eccleſia hæc accipiunt, Philo de *Chriſti in cœlum aſcenſu*, interpretatur. Diſceſſit ille tunc præſentia corporali, ſed nunquam totam eam deſeruiſſe: eundem enim illum eſſe qui dixerat; *Non vos relinquam orphanos, vado & venio ad vos.* Ioan. 14. 18. Et: *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.* Matth. 28. 20. Sed rerum ordo omnino aliud exigit. Iam enim recepto in cœlum Chriſto, adminiſtratio Eccleſiæ Spiritui Sancto tradita erat: illo iam omni munere Redemptionis perfuncto, atque in morte, ac reſurrectione conſummato. Certe, cum idem Author ea verba: *Aperi mihi ſoror mea*, de Apoſtolicis interpretetur viris, qui ab otio contemplationis ad animarum negotium euocantur, mirum eſt, locum hunc, cum Eccleſia ſe dicat, & *Surrexiſſe vt aperiret*, & *Peſſulum remouiſſe*, non hæc conſequenter interpretatum: & quod additur, *At Ille Declinauerat*, quod minime cæteris conueniebat, de aſcenſu in cœlum Chriſti intellexiſſe. Cum credendus minime ſit ſacer Scriptor, alio retuliſſe, quam ad id, quod contrarium ingreſſui ſit; qui nihil eſt aliud, quam per aſſenſum ad doctrinam fidei in credentium animos intromitti.

II.
Minus aliene alij, Diligentiam hic Chriſti notant in aduentu ad animas.
Sed nequid adrem videtur pertinere.
Nec conuenit cum dolore Eccleſiæ ex declinatione Chriſti.
Eſt enim Apoſtolici ſpiritus
Quacumque via Chriſtus ingrediatur, pandere,

Anſelmus. Chriſtus ſæpe ingreditur prius quam aperiat Eccleſia.
Apoſtolici ſpiritus eſt, paudere, qua ...mque via Chriſtus ingrediatur per fidem.

Non tam aliene interpretatur Anſelmus: *Declinaſſe*, ac *Pertranſiſſe*, quòd, quanquam Eccleſia per Apoſtolorum miniſterium corda aperuiſſet, tamen antequam aperiret, ſe illis Chriſtus manifeſtauiſſet, diligentior ſcilicet in mortalium procuranda ſalute, quam ſint Miniſtri, etiam, propter munus e xactiſſimè obitum, omnino laudandi. At ſi, antequam aperiret ipſa, Chriſtus inſinuarat ſe in animas audientium, vnde dolor Eccleſiæ, *Declinaſſet*, atque *Tranſiſſet*; cum potius lætitia multa exſultare debuiſſet, quòd in mortalium ſalute procuranda, ſuas ipſius artes anteceſſiſſet, cui vna cura erat, non, qua iret in corda hominum Chriſtus, ſed vt iret; ac, ſemel ingreſſus, permaneret? Id enim Apoſtolici Spiritus eſt, vt quacumque via Chriſtus agnoſcatur, adoreturque. Hunc ſpiritum agnoſces in Paulo, cuius ea ſunt ore Apoſtolico prolata verba: *Quid enim? dum omni modo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem, Chriſtus annuncietur; in hoc gaudeo, & gaudebo.* Phil. 1. 18. Quanto magis Eccleſiæ, cuius & ardentior in Chriſtum amor, & fides robuſtior, & obſequendi ſtudium incitatiue, & illius gloriæ procuratio diligentior?

Haud

Digitized by Google

III.
De repulſa ergo, quam paſſa prædicatio hæc accipiamus. Nam quæ nunquam non paucos lucrata Eccleſia Chriſti fuerat, Statim impedita res eſt. Cupiebat illa aperire Chriſto oſtiũ, Et eundem inuenire, Quærit ergo vt inueniat, Quem ſe non inueniſſe dolet.

Haud ergo diſcedamus à ſemita, quam ingreſſi ſumus; atque hæc interpretemur, de *repulſa*, quam paſſa prædicatio Euangelij eſt, poſt quam ſecundo curſu ferri incœpiſſet, perſequutionis excitatata tempeſtate, qua, velut Aquilone, niuium intemperie frigido, furenteque perflante, omnis illa maturioris fructus ſpes, dum florere inciperet, exuſta eſt. *Oſtium* illa quidem per Apoſtolos *aperuerat*, non paucos lucrata de ſua Gente; inque illorum animis gratum eidem Chriſto hoſpitium præparatat. Sed mox redeunte priore duritia, ac peruicacia, viſus illi eſt Chriſtus alio *declinaſſe*. Itaque vno eodemque tempore, in Iudæorum pectora *introducere* cupiebat Chriſtum, & *inuenire*: nec aliud faciebat, cum vtrumque, aut alterutrum faceret. Simul ergo ianuas *aperire* Chriſto conabatur, & *abſentem quærebat*, *vt inueniret*. Omne enim Eccleſiæ miniſterium duplice conatu, ſtudioque completur: Si Sponſum, vbi nondum ingreſſus eſt, ipſa introducat; & vbi iam introduxerit inueniat. Quærit ergo dum *Oſtium aperit*: *inuenit* dum *introducit*. Et, quanquam diuerſa ſunt vocabula, res minimè diuerſæ ſunt. Aptè ergo, quem, conata *aperire*, atque *introducere*, euentu fruſtratur, *non inueniſſe* ſe dicit; aptè quem ſe *inuenturam* crediderat, *Declinaſſe*, ac *Tranſiiſſe*.

Declinatio, & tranſitas Chriſti repulſa eſt Iudæorum.

Eccleſia non inueniens Chriſtũ per fidem declinaſſe vere dixit.

Aperire Chriſto & illum quærere, idem.

IV.
Alius ſenſus magis arcanus tradendus, Eccleſia verbo ſonãte pulſat aures, Fruſtra, niſi interius verbum operetur, Id fit operante Chriſti gratia, Quæ non omnibus æque tribuitur. Qui ſic vocatur quo pacto preſcitur conſenſurus, In hunc ingreditur, aperiente fores Eccleſia ſonante verbo. Quem non ſic vocat, ab hoc declinare videtur et tranſire. Atque id eſt quod Eccleſia dolet, Aperiente declinaſſe Chriſtum.

Eſt & alia huius rei ratio magis arcana, ſi tamen dabitur nobis, eam paucis quidem, ſed rei dignis granditate comprehendere verbis. Eccleſiæ quidem eſt animorum fores verbo pulſare, & circumſonante exterius ſono aures ferire. Sed Chriſti eſt proprium, & vim verbo ſonanti indere: & cor audientis per gratiam præparare, vt non audiat modo fidei doctrinam exterius ſonantem, ſed etiam in penetrali cordis admiſſam, velut fœcundum ſemen foueat, vt primo in herbam, mox in culmum adoleſcat. Ea Dei per Chriſtum gratia eſt, nec omnibus tamen audientibus pariter tributa. Præordinatos à ſe ad ſui ſimilitudinem induendam, nouo fauore proſequitur; Sicque per verbum vocat, vt non modo facultatem tribuat, ſe ſequendi, quæ nemini denegatur, ſed vt verè ſequantur; ſic vocati, quemadmodum nouit ſequuturos eſſe. Addit ergo præſcientia futuri conſenſus modum auxilio: nec iam ſic vocatus non aſſentiri non poteſt, quia ſic vocatus ponitur, vt conſenſurus præſcitur: quanquam ſi præſcientiam ſeponas, quæ extrinſeca auxilio eſt, nec illius naturam mutat, ſimpliciter repugnare poteſt. Ergo quem ita Deus per Eccleſiæ verbum vocat, vt reuera conſentiat inuitanti, in hunc per gratiam prius ingreditur ipſe, aperiente fores Eccleſia verbo Dei, tanquam regia quadam claui. Sed quem ita non vocat, vt vocatus conſentiat, ad hoc, quanquam aperiente per verbum fores Eccleſia, *declinare* videtur, nec ingreditur, ſed *pertranſit*, alibi ſibi hoſpitium quæſiturus, fauoremque ſuum vtilius impenſurus. Id ergo eſt, quod dicitur, immo & conqueritur quodammodo Eccleſia, parum artes profeciſſe ſuas; & vota à ſe ſterilia atque infœcunda iactata: cum conata *aperire* per miniſterium verbi ſuæ Gentis corda fuiſſet, quæ Chriſtus ingrederetur, fruſtratam ſe effectu ſenſiſſe alio ſui fauoris curam flectente Sponſo, nec dignata domum à ſe vtcumque paratam occupare hoſpitio, atque honorare præſentia.

Eccleſiæ eſt verbo aures aperire, Chriſti corda diſponere.

Chriſtus ſic quoſdam vocat quo pacto ſcit conſenſuros.

Quos ita nõ vocat, ab his declinare videtur.

V.
Declinat autem cum nec viſus nec auditur. Clam prorripit ſe. Hæc ſunt arcana Dei conſilia. Quæ non licet nobis ſcrutari. Quod Pauli monitum eſt, Gratia enim diſcrimen inter eos, qui videntur æquales ſola facit, Vt vnus pulſatus reſpondeat, alius obduret.

Huc facit, quod à nobis loco alio monitum eſt, neque hoc prætereundum. Si voces originales examines, cum dicitur *Declinaſſe* id ſignificari, *nec viſum, nec auditum, adeoque nullo abitionis facto indicio, tamque clam prorripuiſſe ſe, vt Sponſæ quanquam vigilantiſſimæ, oculum, ſenſumque fefellerit*. Quod non alio referendum eſt, quam ad ſecreta, atque arcana Dei conſilia, in animarum negotio, cuius vnius eſt, hæc cordium, animorumque diſcretio, vt de duobus alterum ſibi ſumat, alterum in ſuis ſe ſordibus volutantem relinquat. Hoc eſt, quod grandibus verbis, ſed grandiore ſenſu à Paulo dictum. *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor, cuius miſereor; & miſericordiam præſtabo, cuius miſerbor. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Ergo, cuius vult miſeretur, & quem vult, indurat.* Rom. 9.16. Nemini ergo licet, has Dei conſiliorum rationes & cauſas exquirere: curque inter illos, qui per omnia videntur ſimiles, fauorem ſuum diſcriminet, ac illius gratia diuerſitatem aut inueniat, aut faciat; & æquè in ſonante per Apoſtolorum os illius verbo, *quidam quidem* (vt Athenis Paulo contigit) *irrideant, quidam vero dicant, Audiemus te hoc iterum; quidam vero adhærentes illi credant.* Actor. 17.32. Id ergo *Declinare* eſt, ſi ſub ducere ſeſe, vt, cum parata omnia videantur ad ingreſſum, alio curas ſuas, ac beneficia conuertat; quin vllum appareat noui, ac ſubiti, vt videtur, conſilij indicium, atque abitionis occaſio.

Dom Drammat. c 5. not 19. Declinare hic eſt clã ſe ſub ducere.

Rom 9.16.

Arcana Dei cõſilia minime ſcrutanda.

Act. 17 32.

Digitized by Google

EX VERSV VI.

ANIMA MEA LIQVEFACTA EST, VT DILECTVS LOQVVTVS, EST: QVÆSIVI, ET NON INVENI ILLVM: VOCAVI, ET NON RESPONDIT MIHI.

COMMENTARIVS.

VIDE Matris Eccleſiæ pietatem, & vere materna viſcera de filiorum infelicitate commota; omnemque mouentem lapidem, vt, quidquid infelicitatis obuenerat, mutetur in melius. Viderat ſenſeratque Euangelij curſum inhibitum obduratione ſuæ Gentis, & quidquid à ſe laboris ſubitum eſſet, parum certè profeciſſe; atque in ipſa properandi ad metas alacritate Remoram iniectā ſibi; cauſas ergo mali exquirit, ſi poſſit arte id, quod erroris contigerat, emendare. Memor ergo prioris ſuæ deſidiæ, atque torporis, ſe ipſam incuſat, verita ne præteritam ſuam culpam nouo hoc ſupplicio Chriſtus puniat. & propter id, quod fuerat Mater commerita, Filios vlciſcatur. Se ergo damnat, & culpæ ream fatetur, quòd præ timore ſcilicet, & trepidatione animo alienata, vocanti, inuitanti, allicienti, & ad Euangelij prædicationem præparanti, moras iniecerit. Ergo præteritam ſeu inurbanitatem, ſeu tarditatem, penſatura, in vota ſoluitur, & preces. Nec aduerſitate tanta deterrita, ceſſat ab opere miniſterij. Quin potius difficultate ipſa rerum inſe coacta, vires robuſtius exerit, inſtatque animarum cæpto negotio. Id *quærere Chriſtum* eſt, illius ſcilicet in Iudæorum cordibus fidem, obſequiumq; Sed fruſtra fuere artes, irritus omnis conatus, & labor, cum obdurata impia, ac cæca Gens, velut ferreis vectibus, ac æreis clauſtris cordis valuas occluſiſſet. *Quæſitum* ergo anxiè minime inueniſſe illum queritur: ſed nec dum de ſucceſſu toto deſperans, vt deſiderium omne vehemens ſuæ ſibi felicitatis artifex eſſe ſolet, alio obuertit ſtudiorum proram, tentatura, an alia ſe aperiat via, ad vota, infelicia hactenus, ſuſtentanda. Ad Chriſtum ergo, quanquam abſens videretur, corde, animoque conuerſa, orat, vt *inueniri* ſe ſinat, id eſt, vt quidquid eſt in ſuæ Gentis cordibus obicis, ad fidem ſuſcipiendam ipſe remoueat. quandoquidem, ſi velit, facile poteſt. Sed ne id quidem profuiſſe ſibi dolet, Chriſto ingratiſſimi, ac duriſſimi Populi ſcelera ſeueriſſime vlciſcente. Ergo in hanc ſententiam loquutam Eccleſiam arbitrare.

ENARRATIO.

RERVM tantam mutationem mirata, nouis me ſenſi curis pulſari; ac me ipſam diſpiciens, tanquam infelicitati meæ occaſionem ipſa dediſſem, indolui, tunc ſcilicet venit in mentem, quidquid ante commiſeram, cuius mihi errati ſpeciem ipſo Chriſti indulgentia fauorque ſubduxerat. Vocauerat ille me ſcilicet, & blandis vocibus ad animarum opus vrgendum, illexerat, ſeipſum mihi tanti facinoris exemplum præbens. At ipſa metu adhuc multo perculſa, ac periculis, quæ menti metus ingreſſerat, omnino turbata, moras traxi, nec ſtatim animum ad grande opus comparaui: adhuc pauida de priore

metu,

Digitized by Google

metu, adhuc dubia de ſucceſſu futuro. Forſitan hanc meam culpam nunc luo; & quidquid ipſa peccaui, filij plectuntur. Nunc recogito, ac ne vtinam ſerò, me, cum ſic agerem, minimè apud me fuiſſe, quæ non reputarim tam grande periculum. Cum audirem vocantem, ac blandis vocibus appellantem, ſuaque pericula, ac labores, quos pro me ſubijſſet recenſentem, alia ſcilicet cogitabam, animuſque timore liqueſcens minimè ſibi conſtabat. Merito ſic puniri, quid doleo? Sed meæ me Gentis damna ſollicitant, & quanquam ſupplicium non deprecor, miſeret me eorum, qui mea fortaſſe culpa pulſantur. Sed haud de ſucceſſu feliciore diſperem. Forſitan inportunitate clementiam expugnabo, quæ culpa indignationem armaui. Inſtabo operi cæpto, &, quo difficiliores aditus habeo, ſolicitiore arte moliar viam. Hæc apud me eloquuta, animoſius inſto, ac repugnantibus etiam Chriſti ingero Doctrinam. Sed fruſtra omnis labor fuit, illius nomen horrentibus cunctis, nec ad aures admittentibus fidem. Nullibi ergo inuento per fidem Chriſto, quem anxiè, & multo labore, quæſieram nondum deſpero: ſed, alio verſis votis, & multa prece, & triſti gemitu iteratoque Chriſti mei aures fatigo, vt ipſe ſcilicet, qui vnus poſſet, de Iudæorum cordibus incredulitatis vectes remouere, ſtudijs faueret meis, vt tandem ad ſe vocatis, conuerſiſque, numerum communium filiornm augerem. Sed ne id quidem proceſſit; illi ſiquidem viſum eſt, altoque conſilio conſtitutum, ad iteratas preces meas animum non inflectere: ſed ingratam Gentem neglectu, atque obduratione punire.

NOTATIO XXI.

ANIMA MEA LIQVEFACTA EST VT LOQVVTVS EST.

SVM. COM.

I.

Sponſi loquutio ad ea verba referenda: Aperi mihi.

Sed de arcano ſenſu haud facile definire,

Propter varietatem ſententiarum

Nam liquefactionem quidam,

Virium imbecillitatem intelligunt,

Quæ conſequi ſolet conſolationes Diuinas.

IN quem ſenſum hæc dicta ſint, quantum attinet ad ſenſum Dramatis, ſuo loco dictum eſt, & aliorum rectæ ſentiendi rationes. Hic illud obſeruandum eſt, quod etiam eodem loco monuimus, *Animæ* hanc *Liquefactionem*, quidquid tandem arcanò ſignificatu eſſe volueris, ex Sermone Sponſi, ad ea illius verba referendam eſſe, *Aperi mihi ſoror mea*: nulla enim alia ſunt verba, quæ loquutus ille ſit: niſi confingere multa velis ſine neceſſitate; quod quidam faciunt. De arcano ſenſu difficile iudicium eſt, ſi quæcumque, á quibuſcumque dicta ſunt, expendas, ac velut trutina examines; tam varia ſunt, &, ſi liberè licet dicere, tam à ſerie rerum ipſa pleraque aliena. Omnibus enim id commune eſt, vt veram doctrinam, vtilemque contineant, minus tamen fortaſſe aptam locò huic, ſiue vulgatam premas lectionem, ſiue LXXII. Interpretum Græcam expendas. De Latinis quidam *Animæ liquefactionem* ad *virium corporis imbecillitatem* referre videntur. Sepe enim caro incapax cœleſtium mutationum, omnino ſuccumbit. Sic Gregorius PP. Lib. 4. Mor. Cap. 30. *Nimirum mens dum occultæ loquutionis aſpiratione tangitur, in ſtatu ſuæ fortitudinis infirmata, ipſo, quo abſorbetur, deſiderio, liquatur. Inde ſe apud ſemet ipſam ſeſam inuenit, vnde vltra ſeſe eſſe fortitudinem conſpicit, quam conſcendit.* Adhibet exemplum Danielis, qui poſt auditum Angeli reuelantis Sermonem, *Languiſſe ſe dicit, & ægrotaſſe per dies*. Dan. 8. 27. Hæc generatim dicta vera ſunt. Vellem huic loco, & ſtatui Eccleſiæ accommodaſſet, explicaſſetque Gregorius, quæ *Locutio* illa fuerit, ad quam ſe *Liquefactam* affirmat, quod ille minimè facit. Nec puto, quæ immediate poſt foras egreſſa, magnis animis Sponſum quærit, & aduerſis etiam exercita non defecta corporis viribus erat, ſed omnino valens alacriſque: vt neceſſe videatur, ſi legibus analogiæ hærere velis, aliter hæc interpretari.

Variæ ſententiæ locum hunc implicauere.

Qui ſenſus Gregorij.

Gregor. M. Liqueſactio ad Dei interna verba, carnis imbecillitas, *Dan. 8. 27.*

Non admodum huic loco cohærēs.

II.

Alij ad affectionū carnalium defitionem referunt.

Ad ſermonē Dei interius ſonantem,

Minus aptè, vt videtur, alij ad Dei *ſermonem interius ſonantem dura, & ac rigida omnia Liquefieri*, monent, quæcumque ſcilicet ex halitu terrenorum, ac carnalium affectionum animam velut duritie quadam, ac rigore corripiunt. Id non ad hunc locum ſpectat, neque ad ſtatum Sponſæ, qui iam perfectus deſcribitur. Miror que id non obſeruatum à Richardo Vict. qui in hunc ſenſum hæc interpretatur. Melius qui ad teneritudinem, ac mutationem animæ referunt, quæ *flamma diuini amoris correpta, tota in Deum lique-*

Ad Dei verba interius dura quæque moui tur.

Richar. Victor.

Digitized by Google

Alij ad animæ mutationem, liqueſcentis ad ignẽ amoris Dei.
Qua diſponitur ad varias formas

Animus ad varias ſuſcipiendas formas aptus ſicut liquida cera.

liqueſcit. Voces ergo, ad quas *liqueſcere* dicitur, arcanas Dei loquutiones intelligunt, quibus veluti quibuſdam prunis ardens animus, totum ſe Deo permittit, facilis ad varias ſuſcipiendas formas, quemadmodum cera, cum liquefacta formis infunditur ſed eodem hic ſenſus malo laborat, cum primo, cum non explicant, quæ ſint hæc Chriſti verba, aut quando prolata, quibus ea Eccleſiæ mutatio debeatur. Quanquam in hunc ſenſum inclinat Gregor. Homil. 24. in Euangelia.

III.
Græcorum alia mens ſicut alia Lectio.
Quidam expendit de anima ſeſe a ſenſibilibus abſtrahentem.
Alij de anima cõſolationes exteriores quærente.
Neutri apte ad locum.

Græca lectio, & originalis.
Greg. Nyſſen.
Anima perfectionis ingreſſa viã ſublimius ſemper tollitur.
Tres Patres.
Anima tædio ſpiritualium ad exteriora regreditur.

Qui Græcam LXXII. Lectionem ſunt ſequuti Ψυχὴ μοῦ ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ *Anima mea egreſſa eſt in ſermone eius* quemadmodum etiam in originibus legimus aliter interpretantur. Nyſſenus, vt aſſolet, ſenſu ſublimis, nec verbis imparibus, ad profectum animæ refert, quæ perfectionis viam ſemel ingreſſa, in intima familiaritatis ſemper admittitur, & Diuinitatis arcana: quoque in illud pelagus profundius immergitur, eo magis à ſenſibilibus, atque imperfectioribus ſubtrahit ſe. Hoc *Egredi* eſt, Is autem eius ſermonis effectus eſt, quo Deus animæ interius loquitur, quam ſibi magis vnire deſtinauit. Contrà autem Tres Patres, *Egreſſum* hunc animæ *ad imperfectiora* interpretantur, cum ſcilicet tædio quodam ſpiritualium laceſſita, conſolationes exteriores quærit, in Sermone eius quo dixerat: *Egredere poſt veſtigia gregum.* Cui ego interpretandi rationi non multos adhæſuros exiſtimo.

IV.
Sed eſt alia verborum mens.
Nam qui verbi Dei miniſterio vacant,
Cauſas exquirere infelicioris ſucceſſus,
Sicuti ſolet agricola, cui ſterilior annus.
Nam ſæpe ſeminis effeta vis obeſt,
Sæpe alia cauſa ſunt.
Id exquirit Eccleſia.
Vnique ſibi cauſam tribuit ſterilioris ſegetis,
Se ergo damnat ipſam.
Qua metu turbata Chriſti voci repugnarit,
Nec cum loqueretur audierit,

Miniſtri verbi exquirere ſoli ſi cauſas fructus exigui.
Simile appoſitũ.
Luc. 8. 5. 6. 7.
Seminis imbecillitas ſæpe fallit agricolam.
Dei verbũ ſemen magnæ virtutis eſt.
Eccleſiæ exigui fructus cauſam in ſe conijcit.

Sed aliud quiddam hiſce verbis latere exiſtimo & accommodatius ad verba, & aptius ad rerum ſeriem. Solent ſæpe qui animarum negotia ſerio tractant, cum hærere ſibi aquam vident, neque fructum miniſterij laboribus reſpondere, ſolerti apud ſe iudicio examinare eius rei cauſas, non enim ſunt vnius generis, quæ ſolent vigilem quamcumque operarum diligentiam effectu fruſtrari. Nam & qui iacit ſemina ruſticus, ſi minus ex voto ſegetes creuerint, vnde mali origo proueniat, quærere ſolet, vt corrigat. An glebæ malignitas, ac ſuccus incoctus minimè ſemen admittat, admiſſumue minus foueat: an ſuperflua irrigatione putreſcat; an noxijs ſuffocantibus herbis naſci non poſſit, aut natum moriatur vigore defectum, pabulo ſcilicet in alimentũ inutilium herbarũ prorſus conſumpto. S.D.E. *Aliud cecidit ſecus viã, & conculcatũ eſt, & volucres cœli comederũt illud; & aliud cecidit ſupra petrã, & natũ aruit, quia nõ habebat humorẽ; & aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exorta ſpinæ ſuffocauerunt illud.* Luc. 8. 5. 6. 7. Sed haud raro ſeminis ipſius vel effœta, vel languida vis laborẽ fallit agricolæ, quod cum cetera minimè obſint, aut nõ naſcitur, aut ægrè quidẽ natũ, virtute deficiẽte langueſcit, triſtiq; culmo vix ſe à terra ſuſtulit, inutilibus granis inaniter pregnans. Iuſſa quidem Eccleſia fuerat, verbi ſeruenti inſiſtere, nec de ſeminis ipſius vegeta vi, ac fœcunditate poterat dubitare, quod ſibi ſcilicet ſciret à Domino miniſtratũ. Sed nec de bonitate glebæ cauſa vlla dubitandi erat, vt pote ſciẽti, eũ ipſum, qui iuſſerat, vt ruſtico inſtaret operi, & temporis articulũ ad ſemen iaciendum oportunum noſſe, nec fruſtra iacturum ſemen in ſterile ſolum. Vnum manebat, quod damnare poſſet, ſi ſua ipſius aliqua fuiſſet culpa peccatum, quo iactatum in cordibus hominum ſemen verbi vel naſci prohiberetur, vel creſcere. Ergo ad ſe ipſam conuerſa, præterita ſua omnia minutè examinat; memorque ſuæ olim deſidiæ, ac torporis ob metum, quæ vocata, pulſata, delinita, atque vt aperiret rogata, tardauerat, atque excuſationes vanas obtenderat; culpam fatetur, quam admiſerat: atque omnem in ſe triſtioris ſucceſſus cauſam conijcit: quòd ſcilicet, cum *Sponſus Chriſtus loqueretur*, præ timore ac trepidatione apud ſe minimè fuiſſet, vtpote quæ, velut à ſe exceſſiſſet ipſa, non ſatis arbitrata fuiſſet, quantum obſequij Chriſto deberet. Proficientem Eccleſiam vides, quæ, quam in populi ſui peruicaciam, ac cordis duritiem conijcere culpam vere pote-rat, modeſta in ſe confeſſione mauult conijcere; tametſi eam culpam, ſi qua erat, ſciebat, potius ex imbecillitate, atque metu, quam ex prauo voluntatis affectu proceſſiſſe. Id ergo eſt: *anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt.* Ea virtute defecta fuit, qua vincere impedimenta omnia poſſet, vt ſolida metalla ſolent, quæ ſi liquæfiant multo igne, imbellia, ad agendum ſunt. Id iuxta Græcam Lectionem LXXII. *Anima mea egreſſa eſt.* „ Apud me non fuit meus animus; alias videbatur oberrare per partes, quandoqui- „ dem cum maximè oportuiſſet iudicij vim exerere, ac peruidere, quid facto opus eſſet, „ inani timore nebulas obfundente, errore cœco prolapſus eſt.

Proficit ergo in humilitate Eccleſia,
Qua aliunde culpam in ſe conijcit,
Se affirmans non fuiſſe apud ſe cum Sponſus loqueretur.

Eccleſiæ in humilitate profectus.

NOTATIO XXII.

QVÆSIVI, ET NON INVENI ILLVM.

I.
Solet ſæpe Deus animæ ſe cupienti ſubtrahere,

PErgunt hæc plerique de pia anima interpretari, cui Deus ſæpe vocanti, quærenti, gementi, & ſuſpiranti, conſolationis ſuæ auram ſubtrahit, vt per robuſtiora ad vir-

Sed id ad tropologiam ſpectat.
Nyſſeni ſententia, minus apta.
Alij de Iudaico populo exponunt.
A quo ſæpe quæſitus Deus inuentus non eſt.
Quod male quæſitus.

Nyſſenus.

Eccleſia Deo coniunctior, non iam per humanos ratiocinationes cũ quærit.
Aponius.
Populus Iudaicus quærens Deum ſæpe reiectus.
Eccleſia effectu fruſtrata, non ideo deſperat.

tutem virilem exerceat. Id ad tropologiam ſpectat; quemadmodum & id, quod Nyſſeno placuit, qui hæc refert ad *animæ conatum*, ſed ſæpe irritum, accedenti per cognitionem ad Deum. *Quærit*, inquit, *per ratiocinationes, & cogitationes; & extra hæc omnia poſitus erat, mentis captum fugiens.* Sed id tametſi verè dicitur, ad litteram minime pertinet: immo nec ad hunc ſtatum, quo iam anima Deo coniunctior, non iam ratiocinationibus hiſce ducitur, vt ad Deum accedat. Propius acceſſit Aponius ad litteram, niſi hæc de Iudaico Populo interpretaretur, à quo ſæpe Deus quæſitus, nec inuentus; quia non quæſitus, vt quæri cum oportuit. Sed meminiſſe oportuerat, eandem hanc Eccleſiam eſſe, cui dictum: *Aperi mihi ſoror mea*; quæque paulo poſt, quem quæſierat, nec inuenerat, diligentius quæſitum, tandem *inuenit*; quod Iudaico Populo quadrare non poteſt, à quo *inuentus* nunquam eſt, cum alienus ab eius obſequio ſemper fuiſſet.

II.
Sed aperit Deo Eccleſia dũ quærit.
Illius fidem in Iudæis exigens.
Quam non inueniens non ideo deſperat.
Sed audacter pergit in opere.
Habes in Petro exemplum,
Quem vix agnoſcas, ſi dicentem audias.
Inter minas, & flagra.

Petri conſtantia in Euãgelio prædicando.
Act. 4. 9. 10. 11.
Pſalm 117. 8.
Act. 4. 19.

Sed haud difficilis huius loci enodatio eſt, ſi memineris, non aliud fuiſſe *Aperire Chriſto pulſanti*, quam *Quærere*. *Aperit* autem Eccleſia *verbi claui* remotis vectibus: nec aliter *Quærit*, quam illius fidem, obſequiumque in cordibus ſuæ Gentis exigens. Ergo, tametſi in ſuam ſeu deſidiam priorem, ſeu mentis alienationem, quod modeſtia, atque humilitas ſuadebat, culpam omnem minus ſecundi ſucceſſus coniecerat, non ideo tamen deſperat, ſed miniſterio verbi inſtat, oportunè Chriſtum ingerendo. Hoc ergo adhuc *Quærere* eſt. Atque id eſt, quod legimus, Apoſtolos, etiam prohibitos loqui, Chriſtumque annunciare Iudæis, non ideo per ignauiam Dei cauſam prodidiſſe. Sed audacter Ieſum Chriſtum & prædicaſſe Deum, & vnum eſſe, in quo ſalus hominibus poſſet dari. Vix certe Petrum agnoſco, cum vocatum in concilium, atque reum impietatis actum, dicentem audio: *Si nos hodie iudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt, notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quia in nomine D.N. Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte adſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Et non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud eſt ſub cœlo nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Act. 4. 9. 10. 11. 12. Et: *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate.* Act. 4. 19.

III.
Quia ſæpe repulſus cum cæteris,
Non ideo ceſſat.
Et quanquã multi crediderĩt de Iudæis,
Obdureſcentibus tamen cæteris,
Euangelium ad Gentes transferẽdum tãdem fuit.

Iudæi rebelles ad iteratas voces Eccleſiæ tandem deſerti.
Act. 4. 32.
Iudæorum Principes nec ipſi cõuerſi, & cæteros auertẽtes a fide.

Sed & ſæpe repulſi, ac intentatis minis deterriti, immo & verberibus cæſi, non ideo à miniſterio verbi ceſſant; etiam fidelium multitudine per varias orbis plagas perſecutionis furore, velut turbine quodam, diſperſa. *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis.* Act. 4. 33. Sic Eccleſia *Quærebat* in ſua Gente Chriſtum, quem inuentura non erat: ſenſim obdureſcente, ac contumaciter repugnante, ad iteratas, ac ſæpe repetitas curas. Nam tametſi non defuere de Circunciſione fideles, qui Chriſto adiungerent ſe, tamen eo tandem ventum eſt, vt deſerenda ea natio fuerit, & ad Gentes Euangelij gratia transferenda. Et quidem de plebe non paucis fidem Chriſtianam amplexis, ſemper Principes, ac Populi illius primores repugnarunt; non modo ne ipſi ceruices iugo ſubijcerent Euangelij, ſed vt & alios in errorem pertraherent; & Apoſtolorum conatus impedirent. *Quærebat* ergo in illis *Chriſtum* Eccleſia, ſed *Inuenire non poterat*, qui illũ ſcilicet coegiſſent, de migratione in aliam Gentem cogitare; quod tandem perfectum eſt, vt mox dicturi cum Eccleſia ſumus.

IV.
Quod autem vocaſſe & nec reſponſum habuiſſe dicit Eccleſia,
Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ.
Ad exaggerandũ illius ſtudium.

Eiuſdem ſententiæ geminatio.

Sequitur: *Vocaui & non reſpondit mihi.* Id autem duplice ſenſu dictum, arbitrari poſſumus: aut vt repetitionem prioris ſententiæ contineant, neque aliud ſit *Vocare*, quã *Quærere*, neque *Inuenire* quam *Reſpondere*; ſolent enim qui *Quærunt*, nec cum quem *Quærunt Inueniunt*, voce voce & clamore iuuare, ſi forte, qui videri non poteſt, audiat ſaltem. Id probabile eſt. Pertinebitque id ad exaggerandum conatum, & inueniendi deſiderium: cum quis nihil intentatum relinquit, atque omni via quæritat, quem per omnem vagari poſſe conſiderat. Quod longe adhuc diligentius Eccleſia mox factura eſt.

V.
Aut referendum ad preces.
Quibus pro ſua gente Deum interpellant.
Cuius rei habes luculentum exẽplum.
In Apoſtolorum Actis.
Nouam ergo ſibi conſtantiam poſcebat Eccleſia,

Eccleſiæ voces & preces fuſæ ad Deum pro ſua Gente.

Oratio Eccleſiæ pro ſe, proque ſua gente.
Act. 4. 24.

Aut, quod multo magis ad rem facit, has *voces* ad *preces*, & *orandi ſtudium* referemus Eccleſiæ, quæ, cum videret, nihil laborem ſuum diligentiamque proficere, ſed ſemper irriti ſucceſſu ſua vota vaneſcere, per feruentes preces ad Deum acceſſit, cuius ſciebat in facultate eſſe, impedimenta omnia ſub mouere. Id eſt, quod legimus Act. 4. 24. cum poſt paralyticum à Petro ſanitati redditum minacibus verbis denunciatum Apoſtolis eſſet. *Ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu*; illiſque narrantibus Congregationi fidelium, *quanta ad eos Principes Sacerdotum, & ſeniores dixiſſent, leuauerunt vocem, & dixerunt; Domine tu es, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt; qui Spiritu Sancto per Patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gentes & cæt. Et nunc, Domine, reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Et cum oraſſent motus eſt locus, in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.* Act. 4. 24. 25. 29. 31. Scilicet id petebant, vt & ſibi animos nouos, ac conſtantes inderet, quibus operi cœpto, nullo pauore deterriti, incumberent:

&in

Et vt omnis remo ueretur obex, De cordibus Iudæorum.

& in illius Populi cordibus inueniri ſe per fidem ſineret. Eo enim vota Eccleſiæ cuius illi tunc ſuſtinebant perſonam, properabant. Sed qui ſe indignos iudicarunt æternæ vitæ, ac Dei oblatum beneficium neglexerunt, iure neglectu Dei ac miſerrima deſertione puniti ſunt. Id fuit Deum ad iteratas Eccleſiæ voces, ac preces *minime Reſpondiſſe.* Sic dictum: *Quæſiui. & non inueni illum; vocaui, & non reſpondit mihi.*

VERSVS VII.

INVENERVNT ME CVSTODES, QVI CIRCVMEVNT CIVITATEM: PERCVSSERVNT ME, ET VVLNERAVERVNT ME: TVLERVNT PALLIVM MEVM MIHI CVSTODES MVRORVM.

COMMENTARIVS.

PERGIT Eccleſia narrare aduerſitates ſuas, quibus tanquam turbinibus concuſſa, omnis pene illa ſpes fructificandi in ſua Gente per prædicationem euanuit: atque inter diſcrimina multa & grauia conſtantiam, & in quærendo Chriſto in Iudæorum cordibus perſeuerantiam. *Cuſtodes* autem, *Qui circumeunt Ciuitatem*, *Principes*, ac *illius Populi primores* intellige, quorum curæ adminiſtratio omnis Reipub. ſeu ſacra, ſeu politica commiſſa erat. Ab his *Inuentam* ſe dicit, dum Chriſtum anxia *Quæreret*, ideſt, dum fidem Chriſti atque obſequium in Iudæorum animis exigeret: quia illorum authoritate quæſiti, citati, vocari Apoſtoli, atque in Concilium pertracti, iuſſi ſunt, & ſui rationem reddere, & prohibiti de Chriſto amplius loqui. Cætera ad perſecutionis pertinent atrocitatem, qua in Apoſtolos, ac Diſcipulos ſæuitum eſt. Nam & flagris cæſi, & lapidibus obruti, & capite truncati, & facultatibus ſpoliati propter Chriſtum ſunt. Graphicè ergo ſæna illa deſcribitur perſequutio, qua Eccleſia à Iudæis primum vexata eſt; ita vt plerique cogerentur furori perſequentium cedere; & per varias cibis plagas diſpergi, ne vitæ, & facultatum; aut fidei pietatiſque diſpendium ſubirent; quorum alterutrum, tametſi durum, neceſſarium tamen erant.

ENARRATIO.

LABORI labor, & anxietati ſucceſſit anxietas: niſi quod durius exerceri capta, fortius ipſa prælia multa ſuſtinui. Dum enim omni indagine Chriſtum in Iudæorum quæro pectoribus, nec inuenio, Sacerdotum ipſi Principes, ac Iudæorum Primores acerrime concitantur in me. Eorum quidem erat publica rerum, ſeu ſacrarum, ſeu ciuilium adminiſtratio: ac ne quid publica res detrimenti caperet, omni ſtudio prouidere. Sed abuſi, propter inuidiam nominis Chriſti poteſtate, dum ſuis ſibi, vt putabant, commodis prouident, in me ſunt acerbiſſimè commoti. Me ergo opus meum per Apoſtolos vrgentem, ſubmiſſis lictoribus rapiunt in tribunali; ac medio ſtatutam ſeniorum, Sacerdotumque concilio, impietatis accuſant. Nec proficiente innocenti defenſione, per vim, ac nefas flagris mulctant, lapidibus impetunt, fuſtibus cædunt; nec contenti mortem minari, ſi pergam, necem etiam inferunt. Sic fidelium multi mulctati crudeliter. Stephanus lapidibus obrutus, Iacobus gladio percuſſus.

cuſſus: Petrus coniectus in carcerem, agendus in crucem, niſi potentior Angeli virtus catenis eximeret, eductumque carcere, locaret in tuto; ne in ipſo exortu Capite truncaret Eccleſia. Nec Deſijt turbo ille, quoad cæteri Diſcipulorum pars metu, pars trepidatione diſperſi per orbem, voluntarij exſules vagarentur. Additus labor labori eſt, & quibus anima ipſa carior fuerat pietas, bonorum iactura omnium, præ fidem retinendi conſilio, neglecta eſt malentibus corpore nudari, quam animo. Et hæc quidem ab ijs ſum paſſa, à quibus niſi officium prodidiſſent, iuuanda fueram ad pietatis opus promouendum.

NOTATIO XXIII.

INVENERVNT ME CVSTODES QVI CIRCVMEVNT CIVITATEM.

SVM.COM.

I.

De ſingulis verbis quæſtiones ſingulæ.
Prima, cuſtodes, qui ſint?
Alij Prædicatores volunt,
Qui verbo Dei vulnera infligãt, vt ad Deũ ducãt.

DE ſingulis penè verbis ſingulæ ſunt quæſtiones, prima, quinam ij *Cuſtodes* ſunt; quæ grauiſſima omnium, & ad ſenſum neceſſaria. Proxima, quid ſit *Ciuitatem Circumire*, quæ facilis eſt; tertia cur *ab illis Inuentam ſe dicat, non contrà*: hæc etiam, cæteris explicatis, facile expedietur. Quidam *Cuſtodes* in bonam partem interpretantur, & numero & authoritate ſcriptores magni; nam *Cuſtodes Prædicatores* eſſe volunt, à quibus verbo Dei tanquam gladio Eccleſia vulneretur, & ad lachrymas cogatur; doctrina autem ad rerum omnium externarum amorem deponendum, inuitetur. Id ad *ablationem Pallij* pertinere. Sic Philo, Caſſiod. Gregor. M. Beda, Anſelmus, Alij, quibus adiungere Bernardum poſſumus Serm. 13. in Pſalm. Qui habitat. Quanquam alia ratione interpretatur *Vulnerauerunt me & tulerunt pallium mihi*, de quo poſtea.

Cuſtodes quibuſdam Prædicatores.
Philo.
Caſſiod.
Gregor M.
Beda.
Anſelmus.
Bernardus.

II.

Alij Angelos malunt,
Quibus hominum cuſtodia commiſſa,
Id placitum Nyſſeno,
Atq. Ambroſio.
Et tribus PP. apud Theodor.
Id nobis probari non poteſt,
Quia non bene id conuenit, cũ ſenſu Eccleſiæ.
Quæ dolet percuſſam ſe,

Alij *Angelos* accipiunt, quorum cuſtodiæ commiſſa Eccleſia. Hunc ſenſum Nyſſenus habet, cuius poſui pauca verba, ex quibus ſincerius illius mens ab auido Lectore capiatur. *Cuſtodes ſunt Angeli, quibus anima credita eſt, cuſtodienda ab omni malo. Hi cum percutiant ictu diuinæ virgæ, non tamen pellem tangunt forinſecus: penetrant, ac ſtigmata relinquunt. Inſuper ab his cuſtodibus, tanquam lapis à Moſe, eadem percutitur anima, vt ex ipſa erumpant aquæ cæleſtis doctrinæ, ſitienteſque bibant populi.* Hæc Nyſſenus obſcuriuſculis verbis, vt aſſolet. Cætera apud illum leges. Nec faciliora intellectu, quæ Ambroſius habet Lib 3. de Virgin. quæ poſtea cenſebimus: ſed planè *Cuſtodes Angelos* eſſe vult, ſicuti & tres apud Theodor. PP. Sed horum omnium vna ratione ſententia infirmatur. Quod alienum videatur *Vulnera*, ac *Spoliationem*, non in deterius accipere, ſed pro officijs, quibus vel Apoſtoli vel Prædicatores, vel Angeli Eccleſiam vel verbi prædicatione, vel monitis, vel arcanis impulſibus ad perfectionem Chriſtianæ vitæ, Deique amorem conantur pertrahere. Nam ſi id officium præſtatur ab illis, quod maximè illi in votis, ad Chriſtum ſcilicet omni conatu properanti. Quid illa queritur? Quid accuſat, *Percuſſam* ſe, ac *Vulneratam* clamitans, quaſi quæ illis artibus ſit prohibita Chriſtum quærere? Quidquid ergo *Cuſtodes* illos eſſe volueris, eos dicere debes, qui properantis ad Chriſtum curſum inhibere voluerint, non iuuare. Profecit illa quidem illis artibus, & celerior ad Chriſtum iuit; nam ſæpe, cum amor robuſtus eſt, aduerſis vires intendit; ac, velut contrarijs flantibus ventis, ingens flamma lucidius ſplendet. Sed ea natura robuſtæ virtutis eſt, inter aduerſa fortioris; non eorum, qui aduerſantur fauor, qui illam potius conantur extinguere, & de orbe toto depellere.

Cuſtodes Angeli alijs.
Nyſſenus.

Ambroſius.

Tres Patres.
Vulnera in deterius accipiẽda.

Dum iret ad Chriſtum.

Cuſtodes qui curſum Eccleſiæ euntis ad Chriſtum impediunt.

III.

Alij malunt Dæmones, Tyrannos, Hæreticos
Sed de Dæmonibus non aptè ad munus Cuſtodũ,
Alij ergo cuſtodes erunt,
Principes ac tyrannos quidam volunt,

Probabilius ergo cæteri *Cuſtodes* interpretantur, vel *Dæmones*, vel *Tyrannos*, vel *Hæreticos*, qui Eccleſiæ perſequutores, illi quærenti per veram fidem, ac pietatem Chriſtum, & *Vulnera* intulerunt, & facultates detraxerunt. De *Dæmonibus* accipit Aponius. Sed non facile eſt explicare, cur ſub *Cuſtodum* ſchemate Dæmones ſignificati ſint, cum nomen ipſum ſatis indicet, eorum fuiſſe ex munere ad cuſtodiam vrbis vigilare. Nam tametſi *Dæmones* vigilant, nec ad cuſtodiam, ſed ad perniciem vigilant: neque ex demandato legitime munere vigilant, ſed ingerentes ſeſe, & alienæ inuidentes felicitati. Quærendi ergo ſunt, quibus ex munere hæc vigilandi, ac cuſtodiendi cura commiſſa ſit, vt vere *Cuſtodum* appellatione donari poſſint. Ideo melius illi, qui *Principes*, ac *Tyrannos* ſæculares, quicumque ſint illi, intellexere; quibus ex delato publicitus munere proprium erat, vt commodis multitudinis inuigilarent: id enim proprium Regum, Præſidumque eſt. Sic Iuſtus, Theodoretus, & de Recentioribus quidam & docti,

Aponius.
Cuſtodes ij quibus ex munere vigilandi cura commiſſa.
Cuſtodes. Tyrãni Eccleſiã perſequentes.
Iuſtus.
Theodoretus.
Recentiores.

Digitized by Google

Et quidem probabiles,
Referunt autem ad quaſcumque perſecutiones.

& docti, & graues. Sed in eo minus probandi, quod hæc referunt, ad quaſcumque perſecutiones, quas vnquam paſſa Eccleſia eſt. Siue ab Ethnicis, ſiue ab Hæreticis. Id nimis laxum eſt, & filum interpretationis, ordinemque rerum confundit. Ideoque aliud quiddam dicendum eſt, quod rerum ſeriem continuet, iuxta eam viam, quam hactenus duximus.

IV.

Sed præſtat accipere Principes Sacerdotum,
A quibus concitata in Eccleſiam perſecutio,
Hi cuſtodes ciuitatis dicti,
Qui auitæ religionis curatores ex munere,
Ne quid detrimenti caperet,
Ideo in Apoſtolos inquirunt,
Et in ius vocant.
Et quamuis exauthorata lege,
Adhuc errore communi cuſtodes erat,

Principes Sacerdotum Cuſtodes hic dicti.

Et nos quidem Notat. proximè Eccleſiã, Chriſtum in Iudæorum cordibus quærentem, induximus, nec inuenientem tamen; appellantem, nec reſpondentem. Sequuta acris Iudæorum perſecutio, qui omni niſu extinguere aduerſis flatibus recentem flammam conati; quemadmodum in Actibus Apoſt. non vno narratur loco. Eam autem tempeſtatem, qua Eccleſia, hactenus quidem ſecundiore nauigans aura, conflictata vehementer eſt, *Principes Sacerdotum*, ac *Seniores* populi illius concitarunt, quorum erat & Sacra, & Profana adminiſtrare, Hos nos ob eam cauſam *Ciuitatis*, id eſt, Reipub. illius *Cuſtodes* dictos exiſtimamus, & quidem non ſine ratione probabili. Lucam audi, qui pene huius ſententiæ eſt Author. *Factum eſt autem in craſtinum, vt congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ, in Ieruſalem; & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali,* Act. 4. 5. 6. At ij eo in concilium coacti ſunt, quòd eorum eſſet ſacra procurare, & peruidere, nequid religio, quam à maioribus acceperant, caperet detrimenti: Ideo quos exiſtimabant ab auita alienos pietate, noua dogmata introducere, in ius vocant, in eos inquirunt, doctrinæ vt rationem reddant, iubent, minas intentant, & flagra, ac ſeuerè edicunt, ne vltra ea dogmata in populum iactent. Ea omnia eorum ſunt, quibus ex munere datum vt vigilias agerent, prouiderentque communi Religionis bono. Ideo *Cuſtodes* vere erant, & hoc loco dicti ſunt. Nam tametſi illi iure iam in Apoſtolos agere non poterant, vt pote exauthoritata lege, ac noua inducta, poteſtate omni, atque authoritate ſpoliati; tamen communi errore facto ipſo legitimi habebantur ſacrarum rerum, ac veteris Moſaicæ legis curatores; quod ſatis eſt, vt *Cuſtodes* & haberentur, & dicerentur. Talis ille erat adhuc legitimus *Cuſtos* cui dicebatur: *Cuſtos, quid de nocte? Cuſtos quid de nocte?* Iſa. 21. 11. Tales illi, de quibus dictum *ſuper muros tuos, Ieruſalem, conſtitui Cuſtodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Iſai. 62. 6. Nam eorum munus vigilias agere, & clamore aliorum ſomnum impedire, ſollicitudinem laceſſere, murorum ambitum circumire. Ideo hic dicuntur *Cuſtodes Murorum*.

Act. 4. 56.

InApoſtolos inquirunt, & in ius vocant ex munere,

Quo nomine haud ſemel appellati

Eorum ergo erat vigilias agere.

Cuſtodum legitimorum, munus, vigilare. Iſai. 21. 11. Et, 62. 6.

V.

Circumire Ciuitatem dicti
Ex vſu militaris diſciplinæ
Et ciuitatum conſuetudine
In quibus diſpoſita militũ ſtationes
Noctu vigilant, ne quid turbetur.
Cura hac Sacerdotum fuit,
Qua Chriſti doctrinam opprimere ſunt conati,
In vrbe Ieroſolymã, & extra illã,

Circumire ciuitatem, in illius bonum vigilare.

Prima explicata quæſtione ſuccedit altera, ſed facilis explicatu. Quid ſit *Ciuitatem Circumire*. Eſt autem nihil aliud, quam quod modo dicebamus: fungi munere ſuo, ac ſolerti ſtudio publicis commodis inuigilare. Ducitur autem omnis metaphora ex militari diſciplina, & more. Nam ſolet in Ciuitatibus, quæ prope hoſtium ſunt ſitæ; multum adhiberi ad cuſtodiam ſtudium, inſtitutis qui noctu vigilias agant; qui circum curſent; qui tanquam omnia timeant, peruideant omnia, ne imparatos ciues, ac ſomno ſepultos hoſtilis incurſus inuadat. Aut certe ab ea conſuetudine metaphora ducta eſt, quam inpleriſque vrbibus obſeruari etiam nunc videmus, in quibus diſpoſitæ certis locis ſub noctis tenebras ſtationes militum ſunt; circumeuntibus interim quibuſdam vel lictoribus, vel ciuibus regiones, aut Magiſtratuum miniſtris, qui caueant, nequid alicubi detur turbarum, ab ijs, qui & tenebris, & ſilentio noctis abuſi, alieno malo vigilant, Sicarij, graſſatoreſque, aut fures. Hos circitores vocamus. Quam autem vere de Sacerdotum Principibus dictum ſit; *Qui Circumeunt Ciuitatem,* intelliges ex ea ſollicitudine, qua Chriſti prædicationem, doctrinamque vel metu fugare, vel authoritate opprimere conati ſunt. Nam & quid Ieroſolymis egerint, partim indicatum ſupra eſt, & dicetur paulo poſt: & quid extra vrbem machinati ſint, indicat Saulo munus commiſſum, exagitandi Chriſtianos, & quidem eo ambiente, & operas vltro ſuas offerente. *Saulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas; vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem.* Act. 9. 1. 2. & inferius: *Domine, audiui à multis de viro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in Ieruſalem: & hic habet poteſtatem à Principibus Sacerdotum, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum.* Act. 9. 13. Vide *Ciuitatis Cuſtodem Circumeuntem Ciuitatem.* Et angulos, ac latebras ſcrutantem omnes, vt ea dogmata comprimeret, deletis authoribus, quibus antiquam doctrinam vocari in diſcrimen ſciebat. Id ſcilicet ille, iam mutatus in alium, accuſabat in ſe. *Audiſtis conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo; quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam; & proficiebam in Iudaiſmo ſupra omnes coætaneos meos in genere meo: abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.* Galat. 1. 12. 14. Hoc ergo *Circumire Ciuitatem* eſt.

Circitorum munus.

Talis Paulus fuit.

Principes Sacerdotum ſolliciti in opprimenda doctrinaChriſti. Act. 9. 1. 2.

Ergo id fuit circumire ciuitatẽ,

Act. 9. 13.

Quod de ſe confeſſus non ſemel ipſe.

Galat. 1. 13. Paulus ſe fatetur vnum fuiſſe de cuſtodibus.

VI.

Sed obijci poteſt.

Sed obeſſe his, quæ de *Cuſtodum* myſtico ſignificatu dicta ſunt, ea videntur, quæ ſuperius Cap. 3. 3. de Vigilibus dicta à nobis ſunt: qui cum ijdem cum *Cuſtodibus* ſint,

(vt

Digitized by Google

Vigiles a nobis loco alio dictos Moſen, & Aaronem, amicos ſcilicet, hic inimicos,
Id non obeſt quia vtriq; ſimiles munere,
Licet alij legitimo iure,
Alij illegitimo, & preſumpto.

Cuſtodes & vigiles ijdem ob eandem cauſam.

(vt magni quidam Authores arbitrati ſunt,) nos tamen diuerſiſſimè Moſen, Aaronemque ſumus interpretati: ſenſu non modo diuerſo, ſed pene contrario: cum hoc loco inimicos Eccleſiæ, illo autem amicos, immo & nutritios, dixerimus, ſed facilis nodi ſolutio. Nam nec diuerſa hoc, & loco illo interpretatio eſt, cum vtrobique eos interpretati ſimus, quorum ex munere publicè demandato, erat Sacra curare, prouidereque, ne in diſcrimen vocaretur cultus religionis. Ideo & Moſes, & Aaron *Vigiles* dicuntur: & Principes Sacerdotum *Cuſtodes*. Tota in eo diuerſitas fuit, quod illi ex Dei inſtituto, legitimo iure Reipub. quantum ad Sacram, ac profanam politiam pertinebat, curam ſuſtinebant, quam Deus ſcilicet demandarat: hi autem abrogata lege, exauthorataque poteſtate, ex communi errore potius, quam iure legitimo, eo munere fungebantur. Id autem minimè obſtitit, quin *Cuſtodes* dici poſſent facto, & vſu, immo & errore mortalium.

Moſen Aaronémque legitimo iure vìos: Principes Sacerdotum illegitimo.

VII.

Vera ergo hæc dicta ſunt.
Ideo alibi vel vt amicos interrogat
Alibi minimè quia inimicos ſciebat,
Ideo ab ijs percuſſa & ſpoliata.
Circumſtantiæ ergo contraria diuerſitatẽ confirmant.
Vt alij amici intelligãtur alij inimici,
Quales Principes Sacerdotum.
Alio ergo iã ſtatu Eccleſia eſt
Ideo per dura probatur,
Et perſecutionibus oneratur.

Quin ſi verba loci vtriuſq; expendas, ac inuicem componas, ſtatim aſſentiere, quanta hæc cum probabilitate dicantur. Nam tametſi affinia ſint, eſt tamen inter illa ingens diſcrimen. Capite enim III. ſe inuentam ab illis dicit, quod hic fatetur etiam. Sed illo, Interrogatos à ſe, quod hic minimè factum eſt. Quin potius ſe & percuſſam, ac vulneratam ab illis quæritur, quod Capite illo III. non eſt factum. Itaque illic ſilentes interrogat, hic non interrogat; Illic non accepto quanquam reſponſo, non tamen malè pugnis accepta diſcedit: hic autem & ſanguine de vulneribus madens, & multo ictu liuida, & pallio inſuper ſpoliato, vix de illorum ſe manibus eripit, quos minime ipſa quæſierat. Quod ſine magna cauſa factum non eſt. Quam tametſi quæſtionem a nemine excitatam ſcimus, haud difficilem explicatum habere putamus, nec minimi momenti ad huius loci ſenſum eruendum, firmandumque, quod diximus. Nam certe ex ordine verborum ipſo, rei vtriuſque circunſtantijs, non diuerſis modo, ſed pene contrarijs, fit, loco vno *vigilum* appellatione amicos, fauenteſque intelligi, quales Moſes, & Aaron fuere, vt eo loco docuimus: alio autem *Cuſtodum* nomine hoſtes perſequutores, atque Eccleſiam odijs inſectantes, qui alij, quam Sacerdotum Principes, intelligendi non ſunt. Interrogat loco vno, quos ſciebat ſibi amicos, ſi quid reſciſſent de ſuo Dilecto, minimè ſcilicet tacituros: hos loco alio non interrogat; quos ſciret minimè reſpondere poſſe de Chriſto; &, vt poſſent, minime reſponſuros. Vides diſcrimen, & diſcriminis cauſam: quamque aptè hæc ſibi nectantur inuicem: ac omnino diuerſo iam ſtatu eſſe Eccleſiam hoc loco, cui vtique robuſtiori, acres pugnæ, ſæua, vulnera, ac bonorum ſpoliationes parantur: vt, duris exercita, victrix, ouanſque ſuo Sponſo ſe ſiſtat. Nam tametſi Eccleſiæ ſub Synagoga, haud raro ardua, & aſpera tolerata ſunt, tum in Ægypto, tum poſtquam promiſſæ terræ inijt poſſeſſionem, tamen quidquid perpeſſum ab ea eſt, vel ſupplicium fuit ſcelerum, quo populum ingratum vltus eſt Deus; vel propter alias cauſas, quam propter religionem, inductum. Nunquam enim legimus conatos exteros Principes Moſis tempore, eos à patrijs legibus ad Deorum cultum reuocare directè, & ex intentione. Ea enim gloria ætati adultæ Chriſtianæ Eccleſiæ ſeruabatur. Neque æquum erat teneram adhuc, & imbecillam durioribus probari: ſed velut ad palum ludicris, ac leuioribus pugnis ad vera, ac virilia erudiri prælia.

Cur vigiles amici, cuſtodes inimici

Eccleſiæ ſtatus robuſtior, probatur aduerſis.

Quod hoſtiliter propter religionem factum non eſt.

Eccleſia ſub Synagoga propter religionem non vexata.

Quia tenera adhuc, & minimè valens.

VIII.

Licet aliquando modicum quid paſſa.
Cum de proximo Chriſtus expectaretur
Vnde robur illi cõmunicaretur,
Et exemplũ quod imitaretur.

Eccleſia ſub Synagoga à proximo Chriſto, robore nouo induta, aliquid paſſa.

Et quanquam & Danielis tempore aliqua, & Machabæorum pluſcula ab Antiocho pro patrijs legibus perpeſſos legimus, id tamen non ante factum, quam Eccleſiæ Chriſtianæ tempora properarent, vt videretur Machabæis de proximitate Chriſti virtus eſſe robuſtior, eoque ſenſim ad futuram gloriam Eccleſia præparari. Non ergo ea virtus Synagogæ, fuit, ſed Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ iam in illis Martyribus initiabatur, ac velut leuioribus pugnis ad grauiora ſenſim prælia parabatur. Cuius rei magnum argumentum eſt, nullam ante Machabæorum ætatem Eccleſiam illam propter patrias cæremonias perſecutionem paſſam; aut odijs Regum Principumue tentatam, quoad proximè venturi Chriſti, qui ſuis prælijs viam victorijs fidelium conſtraturus erat, roboraretur virtute, excitaretur exemplo.

IX.

Sed cur ſe inuentã, non contrà, dicit?
Quia non debemus vltra perſecutores adire.
Ita quidam probabiliter,
Sed verius, vt indicaret.

Non vltro ſeſe perſecutoribus obijcere oportet.
Matth. 10. 23.

Supereſt tertia quæſtio cur ſe à *Cuſtodibus inuentam*, non contrà, dicat. Et id à nemine, quod ſciamus, quæſitum, præterquam à viro docto, nec obſcuri inter recentiores nominis. Eius rei cauſam arbitratur ille, quod non opporteat vltro irruere in Perſequutores, ſatis eſſe, ſi minimè terga vertamus, nec propter eorum odia à miniſterio verbi deterreamur. Monitum enim Chriſti eſſe, *Cum perſequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam*. Matth 10. 23. Id probabile eſt, nec ad noſtram ſeriem ineptum. Sed arbitror potius ideo *inuentam* ſe dicere, quod minimè cogitantem, minimè metuentem tale quiddam futurum; inexpectato Sacerdotum odio comprehenſa ſit. Itaque cum minus illa cogitaret, ſed ſecundis auris promouere nauim cæpiſſet, ac tuto ſe æquore nauigaturam putaret. Subito terrore inhorruit cælum, & ſæuiſſima procella detonuit, qua

duris

Sibi id incogitanti obueniſſe.
Aut certe vt ſtudium ſignificaret, Conſeruandi antiquam religionem.
Quod ſtudium in illis viuente Chriſto iam cœperat.
Vt in Patris lumbis Eccleſiam dolerent.
Quorum ſtudia egregie in typo deſcripta, Sap. 2. 12. Communi conſilio facta.

Eccleſia minime cogitans perſecutione tentata.

Ioan. 11. 47. Studium Iudæorum dependenda Eccleſia cœptum viuente Chriſto. Sap. 2. 12.

duris iactata modis, ac conflictata eſt. Ideo ſe dicit *Inuentam*, id eſt, præuentam Sacerdotum, ſeniorumque diligentia. Poſſumus & aliter interpretari, ſic tamen, vt vna aliam interpretatio iuuet, quemadmodum ſimilia verba interpretati ſumus. Cap. 3. 3. Et Pontificum Sacerdotumque vel munus indicetur, vel muneris exequendi ſtudium, ac conatus. Id autem ſtudium diu ante cœperat, cum viuente adhuc Chriſto, & miraculis ſuam diuitatem, ad doctrinam comprobante, dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* Ioan. 11. 47. Eodem autem ibant tot concilia, tot tractationes, molitioneſque, antequam Chriſtus abiret ad Patrem, & poſtquam abſens corpore, ſpiritu fouebat Eccleſiam; vt ſcilicet eam vel adhuc in lumbis Patris verſantem, vel paulo antè felici, ſed doloribus multis nobili, partu editam, & vt arbitrabantur ipſi, adhuc tenellam, opprimerent. Quorum in typo omnium dicebant illi: *Circumueniamus Iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis & contrarius eſt operibus noſtris; & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiam habere Dei, & filium Dei ſe nominat.* Sap. 2. 12. Et paulo inferius: *Videamus ergo, ſi Sermones illius veri ſint & tentemus quæ ventura ſint illi: & ſciemus, quæ erunt nouiſſima illius.* Ver. 17. Qui loquendi modus id indicat, quod diximus: non ſtabilem modo voluntatem, ſed conſiliorum ſocietatem, & coitionem, qua Eccleſiæ Chriſtianę interitum in ſuo Capite moliti ſunt: vt omnem ſpem Chriſtianæ poſteritatis, quaſi in radice ſua præciderent.

NOTATIO XXIV.

PERCVSSERVNT ME ET VVLNERAVERVNT ME.

I.

Vulnera & percuſſiones quibuſdam ſunt concionatorum voces.
Quibus velut gladijs Eccleſia vulneretur.
Propter torporem ſignificant.
Sed id minime probandum eſt,
Etiam ſi de Romana ſit ſermo,
Nam ea nunquã caruit viris perfectis.
In quibus certe nullo torpore pulſabatur.
Etiam ex eorum authorum ſententia.
Quibus murorum cuſtodes ſunt,
Qui bono exemplo docent.
In his enim vigilabit ipſa Eccleſia;
Cuius toto cantico laudes non probra canuntur.

Vulnera & percuſſiones, voces concionatorum. Philo Caſſiodor. Beda. Gregor. M. Anſelmus.

Romana Eccleſia in viris perfectis perfecta, nec torpore preſſa.

Eccliſiæ nunquã defuere vigiles in quibus ipſa vigilaret.

QVÆ *Vulnera*, hæc, quæ *Percuſſiones* ſint, quæſtio eſt magis propter alios agitanda, quam, quòd, ſi ductum ſequare interpretationis noſtræ, non faciliimum ſit eam definire. Nam, vt ſuperiore Not. indicatum eſt, quidam, & quidem de veteribus, nec imi ſubſellij Interpretes, quibus & mordicus hærent de Recentioribus pauci, quemadmodum *Cuſtodes* expoſuere *Concionatores*, ac *Apoſtolicos viros*; ita *Vulnera*, & *Percuſſiones, doctrinam, ac monita intelligunt*, quibus Dei Verbum viuum & efficax in Peccatores inuehitur. Immo hic Romanam Eccleſiam agnoſcunt, à ſuo illo primæuo feruore in teporem, & ſignitiem delapſam, quæ quo pacto ad priſtinam alacritatem ſpiritus reuocata ab illo torpore fuerit, hiſce verbis enarret. Nobis id conſtitutum locis alijs eſt, neque, vt putamus, imbecillibus argumentis, id parum probabiliter fuiſſe inuentum, ac ſine vlla prorſus neceſſitate. Nam certe eadem illa, quæ hic ſe *Percuſſam*, ac *Vulneratam*, *Spoliatamque* fatetur, aut potius quæritur, illa eſt, quæ domo egreſſa, non animoſè modo, ſed viriliter Sponſum quærit, nec nocturnas horrens tenebras, nec ſolitudinem timens, nec noctis diſcrimina, ſola, atque impauida. An, quæ ſic quærit, tepet adhuc in amore Sponſi? An, quæ ſic, vt eum inueniat, ſe periculis obiectat, digna eſt, quæ verborum petatur iaculis, vulneretur que? An quæ potius & foueatur, & laudetur, & à *Ciuitatis Cuſtodibus*, ſi eos *Concionatores* velis eſſe, & vmbone tegatur, & armis defendatur, & comitatu deducta Chriſto ſiſtatur? Sed cum Romanam dicunt Eccleſiam, quid eo nomine intelligant, rogo. An complexionem fidelium, vt & Prælati, & Clerici, & cæteri ſtatus comprehendantur? At inter tam multos plures fuiſſe minimè dormitantes, aut in Chriſti amore tepentes, vel iidem Authores fateri coguntur, cui *Cuſtodes Circumeuntes Ciuitatem*, *Concionatores*, vtique ſuo laudabiliter fungentes munere, *Cuſtodes autem murorum* eos interpretantur, qui bono exemplo, vitaque ad normam Euangelij exacta, velut ſtationarij ſunt milites, qui circum circa cuſtodiæ ciuium inuigilant, qui nunquam certè, quantumcumque Eccleſiæ torporem fingas, de fuerunt ſed nec deeſſe poſſe eſt certum. Quod ſi ne in eo quidem ſtatu, quem torpore, atq; deſidia Rom. Eccleſiæ infamas, defuere tales, qui alijs ſopore preſſis, vigilarent ipſi; certè in his, qui potiſſima illius membra, illa etiam vigilias egit; & ſegnitie omni remota *Circuimens*, *Ciuitatem Muroſque* defendit. Cur potius Eccleſiam vis in quibuſdam ſegnem, & tepidam hic deſcribi, quam in alijs diligentem? Huius ego rei cauſam vellem illi Authores aſſignaſſent, quod nec faciunt, nec facere certe poſſunt, ſi idoneam reddituri ſunt. Mitto rationem illam locis alijs indicatam, laudes toto Cantico Eccleſiæ cani, non probra: quod ad Epithalamicum genus ſpectat.

II.

Vulnera ergo vera ſunt vulnera.

Generatim ergo quemadmodum *Cuſtodes* in deterius interpretati ſumus, *Pontificum ac Sacerdotum coriphæos*, qui prima in Eccleſiam Chriſtianã perſecutione concitata, perniciem illi moliti ſunt: ita *vulneribus*, ac *Percuſſionibus*, id quod nomina ſonant verè intelligimus,

III.

De repulſa ergo, quam paſſa prædicatio hæc accipiamus.
Nam quæ nunquam non paucos lucrata Eccleſia Chriſti fuerat,
Statim impedita res eſt.
Cupiebat illa aperire Chriſto oſtiū,
Et eundem inuenire,
Quærit ergo vt inueniat,
Quem ſe non inueniſſe dolet.

Declinatio, & tranſitus Chriſti repulſa eſt Iudæorum.

Haud ergo diſcedamus à ſemita, quam ingreſſi ſumus; atque hæc interpretemur, de *repulſa*, quam paſſa prædicatio Euangelij eſt, poſt quam ſecundo curſu ferri incœpiſſet, perſequutionis excitatata tempeſtate, qua, velut Aquilone, niuium intemperie frigido, furenteque perflante, omnis illa maturioris fructus ſpes, dum florere inciperet, exuſta eſt. *Oſtium* illa quidem per Apoſtolos *aperuerat*, non paucos lucrata de ſua Gente; inque illorum animis gratum eidem Chriſto hoſpitium præparatat. Sed mox redeunte priore duritia, ac peruicacia, viſus illi eſt Chriſtus alio *declinaſſe*. Itaque vno eodemque tempore, in Iudæorum pectora *introducere* cupiebat Chriſtum, & *inuenire*: nec aliud faciebat, cum vtrumque, aut alterutrum faceret. Simul ergo ianuas *aperire* Chriſto conabatur, & *abſentem quærebat*, *vt inueniret*. Omne enim Eccleſiæ miniſterium duplice conatu, ſtudioque completur: Si Sponſum, vbi nondum ingreſſus eſt, ipſa introducat; & vbi iam introduxerit inueniat. Quærit ergo dum *Oſtium aperit*: *inuenit* dum *introducit*. Et, quanquam diuerſa ſunt vocabula, res minimè diuerſæ ſunt. Aptè ergo quem, conata *aperire*, atque *introducere*, euentu fruſtratur, *non inueniſſe* ſe dicit; aptè quem ſe *inuenturam* crediderat, *Declinaſſe*, ac *Tranſiſſe*.

Eccleſia non inueniens Chriſtū per fidem declinaſſe vere dixit.

Aperire Chriſto & illum quærere, idem.

IV.

Alius ſenſus magis arcanus tradendus,
Eccleſia verbo ſonāte pulſat aures,
Fruſtra, niſi interius verbum operatur,
Id fit operante Chriſti gratia,
Quæ non omnibus æque tribuitur.
Qui ſic vocatur quo pacto præſcitur conſenſurus,
In hunc ingreditur, aperiente fores Eccleſia ſonante verbo.
Quem non ſic vocat, ab hac declinare videtur ac tranſire.
Atque id eſt, quod Eccleſia dolet,
Aperiente declinaſſe Chriſtum.

Eſt & alia huius rei ratio magis arcana, ſi tamen dabitur nobis, eam paucis quidem, ſed rei dignis granditate comprehendere verbis. Eccleſiæ quidem eſt animorum fores verbo pulſare, & circunſonante exterius ſono aures ferire. Sed Chriſti eſt proprium, & vim verbo ſonanti indere: & cor audientis per gratiam præparare, vt non audiat modo fidei doctrinam exterius ſonantem, ſed etiam in penetrali cordis admiſſam, velut fœcundum ſemen foueat, vt primo in herbam, mox in culmum adoleſcat. Ea Dei per Chriſtum gratia eſt, nec omnibus tamen audientibus pariter tributa. Præordinatos à ſe ad ſui ſimilitudinem induendam, nouo fauore proſequitur; Sicque per verbum vocat, vt non modo facultatem tribuat, ſe ſequendi, quæ nemini denegatur, ſed vt verè ſequantur; ſic vocati, quemadmodum nouit ſequuturos eſſe. Addit ergo præſcientia futuri conſenſus modum auxilio: nec iam ſic vocatus non aſſentiri non poteſt, quia ſic vocatus ponitur, vt conſenſurus præſcitur: quanquam ſi præſcientiam ſeponas, quæ extrinſeca auxilio eſt, nec illius naturam mutat, ſimpliciter repugnare poteſt. Ergo quem ita Deus per Eccleſiæ verbum vocat, vt reuera conſentiat inuitanti, in hunc per gratiam prius ingreditur ipſe, aperiente fores Eccleſia verbo Dei, tanquam regia quadam claui. Sed quem ita non vocat, vt vocatus conſentiat, ad hoc, quanquam aperiente per verbum fores Eccleſia, *declinare* videtur, nec ingreditur, ſed *pertranſit*, alibi ſibi hoſpitium quæſiturus, fauoremque ſuum vtilius impenſurus. Id ergo eſt, quod dicitur, immo & conqueritur quodammodo Eccleſia, parum artes profeciſſe ſuas; & vota à ſe ſterilia atque infœcunda iactata: cum conata *aperire* per miniſterium verbi ſuæ Gentis corda fuiſſet, quæ Chriſtus ingrederetur, fruſtratam ſe effectu ſenſiſſe alio ſui fauoris curam flectente Sponſo, nec dignata domum à ſe vtcumque paratam occupare hoſpitio, atque honorare præſentia.

Eccleſiæ eſt verbo aures aperire, Chriſti corda diſponere.

Chriſtus ſic quoſdam vocat quo pacto ſcit conſenſuros.

Quos ita nō vocat, ab his declinare videtur.

V.

Declinat autem cum nec viſus nec auditus.
Clam prorripit ſe.
Hæc ſunt arcana Dei conſilia,
Quæ non licet nobis ſcrutari,
Quod Paulo monitum eſt,
Gratia enim diſcrimen inter eos, qui videntur æquales ſola facit,
Vt vnus pulſatus reſpondeat, alius obduret.

Huc facit, quod à nobis loco alio monitum eſt, neque hoc prętereundum. Si voces originales examines, cum dicitur *Declinaſſe* id ſignificari, *nec viſum, nec auditum, adeoque nullo abitionis facto indicio, tamque clam prorripuiſſe ſe, vt Sponſa quanquam vigilantiſſima, oculum, ſenſumque fefellerit.* Quod non alio referendum eſt, quam ad ſecreta, atque arcana Dei conſilia, in animarum negotio, cuius vnius eſt, hæc cordium, animorumque diſcretio, vt de duobus alterum ſibi ſumat, alterum in ſuis ſe ſordibus volutantem relinquat. Hoc eſt, quod grandibus verbis, ſed grandiore ſenſu à Paulo dictum. *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor, cuius miſereor; & miſericordiam præſtabo, cuius miſerebor. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Ergo, cuius vult miſeretur, & quem vult, indurat.* Rom.9.16. Nemini ergo licet, has Dei conſiliorum rationes & cauſas exquirere: curque inter illos, qui per omnia videntur ſimiles, fauorem ſuum diſcriminet, ac illius gratia diuerſitatem aut inueniat, aut faciat; & æquè in ſonante per Apoſtolorum os illius verbo, *quidam quidem* (vt Athenis Paulo contigit) *irrideant, quidam vero dicant, Audiemus te hoc iterum; quidam vero adhærentes illi credant.* Actor.17.32. Id ergo *Declinare* eſt, ſi ſub ducere ſeſe, vt, cum parata omnia videantur ad ingreſſum, alio curas ſuas, ac beneficia conuertat; quin vllum appareat noui, ac ſubiti, vt videtur, conſilij indicium, atque abitionis occaſio.

Dom Drammat. c 5.not 19 Declinare hic eſt clā ſe ſub ducere.

Rom 9.16.

Arcana Dei cōſilia minime ſcrutanda.

Act.17 32.

Digitized by Google

EX VERSV VI.

ANIMA MEA LIQVEFACTA EST, VT DILECTVS LOQVVTVS, EST: QVÆSIVI, ET NON INVENI ILLVM: VOCAVI, ET NON RESPONDIT MIHI.

COMMENTARIVS.

VIDE Matris Eccleſiæ pietatem, & vere materna viſcera de filiorum infelicitate commota; omnemque mouentem lapidem, vt, quidquid infelicitatis obuenerat, mutetur in melius. Viderat ſenſeratque Euangelij curſum inhibitum obduratione ſuæ Gentis, & quidquid à ſe laboris ſubitum eſſet, parum certè profeciſſe; atque in ipſa properandi ad metas alacritate Remoram iniectã ſibi; cauſas ergo mali exquirit, ſi poſſit arte id, quod erroris contigerat, emendare. Memor ergo prioris ſuæ deſidiæ, atque torporis, ſe ipſam incuſat, verita ne præteritam ſuam culpam nouo hoc ſupplicio Chriſtus puniat. & propter id, quod fuerat Mater commerita, Filios vlciſcatur. Se ergo damnat, & culpæ ream fatetur, quòd præ timore ſcilicet, & trepidatione animo alienata, vocanti, inuitanti, allicienti, & ad Euangelij prædicationem præparanti, moras iniecerit. Ergo præteritam ſeu inurbanitatem, ſeu tarditatem, penſatura, in vota ſoluitur, & preces. Nec aduerſitate tanta deterrita, ceſſat ab opere miniſterij. Quin potius difficultate ipſa rerum inſe coacta, vires robuſtius exerit, inſtatque animarum cæpto negotio. Id *quærere Chriſtum* eſt, illius ſcilicet in Iudæorum cordibus fidem, obſequiumq; Sed fruſtra fuere artes, irritus omnis conatus, & labor, cum obdurata impia, ac cæca Gens, velut ferreis vectibus, ac æreis clauſtris cordis valuas occluſiſſet. *Quæſitum* ergo anxiè minime inueniſſe illum queritur: ſed nec dum de ſucceſſu toto deſperans, vt deſiderium omne vehemens ſuæ ſibi felicitatis artifex eſſe ſolet, alio obuertit ſtudiorum proram, tentatura, an alia ſe aperiat via, ad vota, infelicia hactenus, ſuſtentanda. Ad Chriſtum ergo, quanquam abſens videretur, corde, animoque conuerſa, orat, vt *inueniri* ſe ſinat, id eſt, vt quidquid eſt in ſuæ Gentis cordibus obicis, ad fidem ſuſcipiendam ipſe remoueat: quandoquidem, ſi velit, facile poteſt. Sed ne id quidem profuiſſe ſibi dolet, Chriſto ingratiſſimi, ac duriſſimi Populi ſcelera ſeueriſſime vlciſcente. Ergo in hanc ſententiam loquutam Eccleſiam arbitrare.

ENARRATIO.

RERVM tantam mutationem mirata, nouis me ſenſi curis pulſari; ac me ipſam diſpiciens, tanquam infelicitati meæ occaſionem ipſa dediſſem, indolui, tunc ſcilicet venit in mentem, quidquid ante commiſeram, cuius mihi errati ſpeciem ipſo Chriſti indulgentia fauorque ſubduxerat. Vocauerat ille me ſcilicet, & blandis vocibus ad animarum opus vrgendum, illexerat, ſeipſum mihi tanti facinoris exemplum præbens. At ipſa metu adhuc multo perculſa, ac periculis, quæ menti metus ingreſſerat, omnino turbata, moras traxi, nec ſtatim animum ad grande opus comparaui: adhuc pauida de priore

metu,

Digitized by Google

metu, adhuc dubia de ſucceſſu futuro. Forſitan hanc meam culpam nunc luo; & quidquid ipſa peccaui, filij plectuntur. Nunc recogito, ac ne vtinam ſerò, me, cum ſic agerem, minimè apud me fuiſſe, quæ non reputarim tam grande periculum. Cum audirem vocantem, ac blandis vocibus appellantem, ſuaque pericula, ac labores, quos pro me ſubijſſet recenſentem, alia ſcilicet cogitabam. animuſque timore liqueſcens minimè ſibi conſtabat. Merito ſic puniri, quid doleo? Sed mea me Gentis damna ſollicitant, & quanquam ſupplicium non deprecor, miſeret me eorum, qui mea fortaſſe culpa pulſantur. Sed haud de ſucceſſu feliciore diſperem. Forſitan inportunitate clementiam expugnabo, quam culpa indignationem armaui. Inſtabo operi capto, &, quo difficiliores aditus habeo, ſolicitiore arte moliar viam. Hæc apud me eloquuta, animoſius inſto, ac repugnantibus etiam Chriſti ingero Doctrinam. Sed fruſtra omnis labor fuit, illius nomen horrentibus cunctis, nec ad aures admittentibus fidem. Nulibi ergo inuento per fidem Chriſto, quem anxiè, & multo labore, quæſieram nondum deſpero: ſed, alio verſis votis, & multa prece, & triſti gemitu iteratoque Chriſti mei aures fatigo, vt ipſe ſcilicet, qui vnus poſſet, de Iudæorum cordibus incredulitatis vectes remouere, ſtudijs faueret meis, vt tandem ad ſe vocatis, conuerſiſque, numerum communium filiorum augerem. Sed ne id quidem proceſſit; illi ſiquidem viſum eſt, altoque conſilio conſtitutum; ad iteratas preces meas animum non inflectere: ſed ingratam Gentem neglectu, atque obduratione punire.

NOTATIO XXI.

ANIMA MEA LIQVEFACTA EST VT LOQVVTVS EST.

SVM. COM.

I.

Sponſi loquutio ad ea verba referenda: Aperi mihi.

Sed de arcano ſenſu haud facile definire,

Propter varietatem ſententiarum

Nam liquefactionem quidam,

Virium imbecillitatem intelligunt,

Quæ conſequi ſolet conſolationes Diuinas,

Qui ſenſus Gregorij.

Non admodum huic loco cohærēs.

IN quem ſenſum hæc dicta ſint, quantum attinet ad ſenſum Dramatis, ſuo loco dictum eſt, & aliorum rectæ ſentiendi rationes. Hic illud obſeruandum eſt, quod etiam eodem loco monuimus, *Animæ* hanc *Liquefactionem*, quidquid tandem arcanò ſignificatu eſſe volueris, ex Sermone Sponſi, ad ea illius verba referendam eſſe, *Aperi mihi ſoror mea*: nulla enim alia ſunt verba, quæ loquutus ille ſit: niſi confingere multa velis ſine neceſſitate; quod quidam faciunt. De arcano ſenſu difficile iudicium eſt, ſi quæcumque, à quibuſcumque dicta ſunt, expendas, ac velut trutina examines; tam varia ſunt, &, ſi liberè licet dicere, tam à ſerie rerum ipſa pleraque aliena. Omnibus enim id commune eſt, vt veram doctrinam, vtilemque contineant, minus tamen fortaſſe aptam loco huic, ſiue vulgatam premas lectionem, ſiue LXXII. Interpretum Græcam expendas. De Latinis quidam *Animæ liquefactionem* ad *virium corporis imbecillitatem* referre videntur. Sæpe enim caro incapax cœleſtium mutationum, omnino ſuccumbit. Sic Gregorius PP. Lib. 4. Mor. Cap. 30. *Nimirum mens dum occultæ loquutionis aſpiratione tangitur, in ſtatu ſuæ fortitudinis infirmata, ipſo, quo abſorbetur, deſiderio, liquatur. Inde ſe apud ſemet ipſam feſſam inuenit, vnde vltra ſeſe eſſe fortitudinem conſpicit, quam conſcendit.* Adhibet exemplum Danielis, qui poſt auditum Angeli reuelantis Sermonem, *Languiſſe ſe dicit, & ægrotaſſe per dies.* Dan. 8. 27. Hæc generatim dicta vera ſunt. Vellem huic loco, & ſtatui Eccleſiæ accommodaſſet, explicaſſetque Gregorius, quæ *Locutio* illa fuerit, ad quam ſe *Liquefactam* affirmat, quod ille minimè facit. Nec puto, quæ immediate poſt foras egreſſa, magnis animis Sponſum quærit, & aduerſis etiam exercita non defecta corporis viribus erat, ſed omnino valens alacriſque: vt neceſſe videatur, ſi legibus analogiæ hærere velis, aliter hæc interpretari.

Gregor. M. Liquefactio, ad Dei interius verbum, carnis imbecillitas, Dan. 8. 27.

II.

Alij ad affectionū carnalium deſitionem referunt.

Ad ſermonē Dei interius ſonantem,

Minus aptè, vt videtur, alij ad Dei *ſermonem interius ſonantem dura, & ac rigida omnia Liquefieri*, monent, quæcumque ſcilicet ex halitu terrenorum, ac carnalium affectionum animam velut duritie quadam, ac rigore corripiunt. Id non ad hunc locum ſpectat, neque ad ſtatum Sponſæ, qui iam perfectus deſcribitur. Miror que id non obſeruatum à Richardo Vict. qui in hunc ſenſum hæc interpretatur. Melius qui ad teneritudinem, ac mutationem animæ referunt, quæ *flamma diuini amoris correpta, tota in Deum lique-*

Ad Dei verba interius dura quæque molliuntur.

Richar. Victor.

Digitized by Google

Alij ad animæ mutationem, liqueſcentis ad ignẽ amoris Dei.

Quæ diſponitur ad varias formas

Animus ad varias ſuſcipiendas formas aptus ſicut liquida cera.

liqueſcit. Voces ergo, ad quas *liqueſcere* dicitur, arcanas Dei loquutiones intelligunt, quibus veluti quibuſdam prunis ardens animus, totum ſe Deo permittit, facilis ad varias ſuſcipiendas formas, quemadmodum cera, cum liquefacta formis infunditur ſed eodem hic ſenſus malo laborat, cum primo, cum non explicant, quæ ſint hæc Chriſti verba, aut quando prolata, quibus ea Eccleſiæ mutatio debeatur. Quanquam in hunc ſenſum inclinat Gregor. Homil. 24. in Euangelia.

III.

Græcorum alia mens ſiue alia Lectio.

Quidam exponũt de anima ſeſe a ſenſibilibus abſtrahentem.

Alij de anima cõſolationes exteriores quærente.

Neutri apte ad locum.

Græca lectio, & origiualis.

Greg. Nyſſen.

Anima perfectionis ingreſſa viã ſublimius ſemper tollitur.

Tres Patres.

Anima tædio ſpiritualium ad exteriora regreditur.

Qui Græcam LXXII. Lectionem ſunt ſequuti Ψυχή μοῦ ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ *Anima mea egreſſa eſt in ſermone eius* quemadmodum etiam in originibus legimus aliter interpretantur. Nyſſenus, vt aſſolet, ſenſu ſublimis, nec verbis imparibus, ad profectum animæ refert, quæ perfectionis viam ſemel ingreſſa, in intima familiaritatis ſemper admittitur, & Diuinitatis arcana: quoque in illud pelagus profundius immergitur, eo magis à ſenſibilibus, atque imperfectioribus ſubtrahit ſe. Hoc *Egredi* eſt, Is autem eius ſermonis effectus eſt, quo Deus animæ interius loquitur, quam ſibi magis vnire deſtinauit. Contrà autem Tres Patres, *Egreſſum* hunc animæ *ad imperfectiora* interpretantur, cùm ſcilicet tædio quodam ſpiritualium laceſſita, conſolationes exteriores quærit, in Sermone eius quo dixerat: *Egredere poſt veſtigia gregum.* Cui ego interpretandi rationi non multos adhæſuros exiſtimo.

IV.

Sed eſt alia verborum mens.

Nam qui verbi Dei miniſterio vacant,

Cauſas exquirere infœliciores ſucceſſus,

Sicuti ſolet agricola, cui ſterilior annus

Nam ſæpe ſeminis effœta vis obeſt,

Sæpe aliæ cauſæ ſunt,

Id exquirit Eccleſia.

Vnique ſibi cauſam tribuit ſterilioris ſegetis,

Se ergo damnat ipſam,

Quæ metu turbata Chriſti voci repugnarit,

Nec cum loqueretur audierit,

Miniſtri verbi exquirere ſoli ſi cauſas fructus exigui.

Simile appoſitũ.

Luc. 8. 5. 6. 7.

Seminis imbecillitas ſæpe fallit agricolam.

Dei verbũ ſemmagnæ virtutis eſſe.

Eccleſiæ exigui fructus cauſam inſe conijcit.

Sed aliud quiddam hiſce verbis latere exiſtimo & accommodatius ad verba, & aptius ad rerum ſeriem. Solent ſæpe qui animarum negotia ſerio tractant, cum hærere ſibi aquam vident, neque fructum miniſterij laboribus reſpondere, ſolerti apud ſe iudicio examinare eius rei cauſas, non enim ſunt vnius generis, quæ ſolent vigilem quamcumque operarum diligentiam effectu fruſtrari. Nam & qui iacit ſemina ruſticus, ſi minus ex voto ſegetes creuerint, vnde mali origo proueniat, quærere ſolet, vt corrigat. An glebæ malignitas, ac ſuccus incoctus minimè ſemen admittat, admiſſumue minus foueat: an ſuperflua irrigatione putreſcat; an noxijs ſuffocantibus herbis naſci non poſſit, aut natum moriatur vigore defectum, pabulo ſcilicet in alimentũ inutilium herbarũ prorſus conſumpto. S. D. E. *Aliud cecidit ſecus viã, & conculcatũ eſt, & volucres cœli comederũt illud; & aliud cecidit ſupra petrã, & natũ aruit, quia nõ habebat humorẽ; & aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exorta ſpinæ ſuffocauerunt illud.* Luc. 8. 5. 6. 7. Sed haud raro ſeminis ipſius vel effœta, vel languida vis laborẽ fallit agricolæ, quod cum cetera minimè obſint, aut nõ naſcitur, aut ægrè quidẽ natũ, virtute deficiẽte langueſcit, triſtiq; culmo vix ſe à terra ſuſtulit, inutilibus granis inaniter pregnans. Juſſa quidem Eccleſia fuerat, verbi ſeruenti inſiſtere, nec de ſeminis ipſius vegeta vi, ac fœcunditate poterat dubitare, quod ſibi ſcilicet ſciret à Domino miniſtratũ. Sed nec de bonitate glebæ cauſa vlla dubitandi erat, vt pote ſciẽti, eũ ipſum, qui iuſſerat, vt ruſtico inſtaret operi, & temporis articulũ ad ſemen iaciendum oportunum noſſe, nec fruſtra iacturum ſemen inſterile ſolum. Vnum manebat, quod damnare poſſet, ſi ſua ipſius aliqua fuiſſet culpa peccatum, quo iactatum in cordibus hominum ſemen verbi vel naſci prohiberetur, vel creſcere. Ergo ad ſe ipſam conuerſa, præterita ſua omnia minutè examinat; memorque ſuæ olim deſidiæ, ac torporis ob metum, quæ vocata, pulſata, deliniita, atque vt aperiret rogata, tardauerat, atque excuſationes vanas obtenderat; culpam fatetur, quam admiſerat: atque omnem inſe triſtioris ſucceſſus cauſam conijcit: quòd ſcilicet, cum *Sponſus Chriſtus loqueretur*, præ timore ac trepidatione apud ſe minimè fuiſſet, vtpote quæ, velut à ſe exceſſiſſet ipſa, non ſatis arbitrata fuiſſet, quantum obſequij Chriſto deberet. Proficientem Eccleſiam vides, quæ, quam in populi ſui peruicaciam, ac cordis duritiem conijcere culpam vere poterat, modeſta inſe confeſſione maluit conijcere, tametſi eam culpam, ſi qua erat, ſciebat, potius ex imbecillitate, atque metu, quam ex prauo voluntatis affectu proceſſiſſe. Id ergo eſt: *anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt.* Ea virtute defecta fuit, qua vincere impedimenta omnia poſſet, vt ſolida metalla ſolent, quæ ſi liquæfiant multo igne, imbellia, ad agendum ſunt. Id iuxta Græcam Lectionem LXXII. *Anima mea egreſſa eſt.* „ Apud me non fuit meus animus; alias videbatur oberrare per partes, quandoquidem cum maximè oportuiſſet iudicij vim exerere, ac peruidere, quid facto opus eſſet, „ inani timore nebulas obfundente, errore cœco prolapſus eſt.

Proficit ergo in humilitate Eccleſia,

Quæ alienã culpam in ſe conijcit,

Se affirmans non fuiſſe apud ſe cum Sponſus loqueretur.

Eccleſiæ in humilitate profectus.

NOTATIO XXII

QVÆSIVI, ET NON INVENI ILLVM.

I.

Solet ſæpe Deus animæ ſe exquirenti ſubtrahere,

PErgunt hæc plerique de pia anima interpretari, cui Deus ſæpe vocanti, quærenti, gementi, & ſuſpiranti, conſolationis ſuæ auram ſubtrahit, vt per robuſtiora ad virtutem

Sed id ad tropologiam ſpectat. Nyſſeni ſententia, minus apta. Alij de Iudaico populo exponunt. A quo ſæpe quæſitus Deus inuentus non eſt. Quod male quæſitus.

Nyſſenus. Eccleſia Deo coniunctior, non iam per humanos ratiocinationes eũ quærit. Aponius. Populus Iudaicus quærens Deum ſæpe reiectus. Eccleſia effectu fruſtrata, non ideo deſperat.

tutem virilem exerceat. Id ad tropologiam ſpectat; quemadmodum & id, quod Nyſſeno placuit, qui hæc refert ad *animæ conatum*, ſed ſæpe irritum, accedenti per cognitionem ad Deum. *Quærit*, inquit, *per ratiocinationes, & cogitationes; & extra hæc omnia poſitus erat, mentis captum fugiens.* Sed id tametſi verè dicitur, ad litteram minime pertinet: immo nec ad hunc ſtatum, quo iam anima Deo coniunctior, non iam ratiocinationibus hiſce ducitur, vt ad Deum accedat. Propius acceſſit Aponius ad litteram, niſi hæc de Iudaico Populo interpretaretur, à quo ſæpe Deus quæſitus, nec inuentus; quia non quæſitus, vt quæri cum oportuit. Sed meminiſſe oportuerat, eandem hanc Eccleſiam eſſe, cui dictum: *Aperi mihi ſoror mea*; quæque paulo poſt, quem quæſierat, nec inuenerat, diligentius quæſitum, tandem *inuenit*; quod Iudaico Populo quadrare non poteſt, à quo *inuentus* nunquam eſt, cum alienus ab eius obſequio ſemper fuiſſet.

II.

Sed aperit Deo Eccleſia dũ quærit. Illius fidem in Iudæis exigens. Quam non inueniens non ideo deſperat. Sed audacter pergit in opere. Habes in Petro exemplum, Quem vix agnoſcas, ſi dicentem audias. Inter minas, & flagra.

Petri conſtantia in Euangelio prædicando. *Act.* 4.9.10.11. *Pſalm* 117.8. *Act* 4.19.

Sed haud difficilis huius loci enodatio eſt, ſi memineris, non aliud fuiſſe *Aperire Chriſto pulſanti*, quam *Quærere*. *Aperit* autem Eccleſia *verbi claui* remotis vectibus: nec aliter *Quærit*, quam illius fidem, obſequiumque in cordibus ſuæ Gentis exigens. Ergo, tametſi in ſuam ſeu deſidiam priorem, ſeu mentis alienationem, quod modeſtia, atque humilitas ſuadebat, culpam omnem minus ſecundi ſucceſſus coniecerat, non ideo tamen deſperat, ſed miniſterio verbi inſtat, oportunè Chriſtum ingerendo. Hoc ergo adhuc *Quærere* eſt. Atque id eſt, quod legimus, Apoſtolos, etiam prohibitos loqui, Chriſtumque annunciare Iudæis, non ideo per ignauiam Dei cauſam prodidiſſe. Sed audacter Ieſum Chriſtum & prædicaſſe Deum, & vnum eſſe, in quo ſalus hominibus poſſet dari. Vix certe Petrum agnoſco, cum vocatum in concilium, atque reum impietatis actum, dicentem audio: *Si nos hodie iudicamur in beneſacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt, notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quia in nomine* D.N. *Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte adſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Et non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud eſt ſub cælo nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Act.4.9.10.11.12. Et: *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate.* Act.4.19.

III.

Quin ſæpe repulſus cum cæteris, Non ideo ceſſat. Et quamquã multi credidere de Iudæis, Obdureſcentibus tamen cæteris, Euangelium ad Gentes transferẽdum tãdem fuit.

Iudæi rebelles ad iteratas voces Eccleſiæ tandem deſerti. *Act.* 4.32. Iudæorum Principes nec ipſi cõuerſi, & cæteros auertẽtes a fide.

Sed & ſæpe repulſi, ac intentatis minis deterriti, immo & verberibus cæſi, non ideo à miniſterio verbi ceſſant; etiam fidelium multitudine per varias orbis plagas perſecutionis furore, velut turbine quodam, diſperſa. *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis.* Act.4.33. Sic Eccleſia *Quærebat* in ſua Gente Chriſtum, quem inuentura non erat: ſenſim obdureſcente, ac contumaciter repugnante, ad iteratas, ac ſæpe repetitas curas. Nam tametſi non defuere de Circunciſione fideles, qui Chriſto adiungerent ſe, tamen eo tandem ventum eſt, vt deſerenda ea natio fuerit, & ad Gentes Euangelij gratia transferenda. Et quidem de plebe non paucis fidem Chriſtianam amplexis, ſemper Principes, ac Populi illius primores repugnarunt; non modo ne ipſi ceruices iugo ſubijcerent Euangelij, ſed vt & alios in errorem pertraherent; & Apoſtolorum conatus impedirent. *Quærebat* ergo in illis *Chriſtum* Eccleſia, ſed *Inuenire non poterat*, qui illũ ſcilicet coegiſſent, de migratione in aliam Gentem cogitare, quod tandem perfectum eſt, vt mox dicturi cum Eccleſia ſumus.

IV.

Quod autem vocaſſe & nec reſponſum habuiſſe dicit Eccleſia, Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ. Ad exaggerandũ illius ſtudium.

Eiuſdem ſententiæ geminatio.

Sequitur: *Vocaui & non reſpondit mihi.* Id autem duplice ſenſu dictum, arbitrari poſſumus: aut vt repetitionem prioris ſententiæ contineant, neque aliud ſit *Vocare*, quã *Quærere*, neque *Inuenire* quam *Reſpondere*; ſolent enim qui *Quærunt*, nec eum quem *Quærunt Inueniunt*, vota voce & clamore iuuare, ſi forte, qui videri non poteſt, audiat ſaltem. Id probabile eſt. Pertinebitque id ad exaggerandum conatum, & inueniendi deſiderium: cum quis nihil intentatum relinquit, atque omni via quæritat, quem per omnem vagari poſſe conſiderat. Quod longe adhuc diligentius Eccleſia mox factura eſt.

V.

Aut referendum ad preces. Quibus pro ſua gente Deum interpellauit. Cuius rei habes luculentum exemplum. In Apoſtolorum Actis. Nouam ergo ſibi conſtantiam poſcebat Eccleſia,

Eccleſiæ vota & preces ſuæ ad Deum pro ſua Gente. Oratio Eccleſiæ pro ſe, proque ſua gente. *Act.* 4.24.

Aut, quod multo magis ad rem facit, has *voces* ad *preces*, & *orandi ſtudium* referemus Eccleſiæ, quæ, cum videret, nihil laborem ſuum diligentiamque proficere, ſed ſemper inani ſucceſſu ſua vota vaneſcere, per ferientes preces ad Deum acceſſit, cuius ſciebat in facultate eſſe, impedimenta omnia ſubmouere. Id eſt, quod legimus Act.4.24. cum poſt paralyticum à Petro ſanitati redditum minacibus verbis denunciatum Apoſtolis eſſet. *Ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu*; illiſque narrantibus Congregationi fidelium, *quanta ad eos Principes Sacerdotum, & ſeniores dixiſſent, leuauerunt vocem, & dixerunt, Domine tu es, qui feciſti cælum. & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt; qui Spiritu Sancto per Patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gentes & cæt. Et nunc, Domine, reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Et cum oraſſent motus eſt locus, in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.* Act.4.24.25.20.31. Scilicet id petebant, vt & ſibi animos nouos, ac conſtantes inderet, quibus operi cœpto, nullo pauore deterriti, incumberent:

&in

Et vt omnis remo- ueretur obex, De cordibus Iu- dæorum.

& in illius Populi cordibus inueniri ſe per fidem ſineret. Eo enim vota Eccleſiæ cuius illi tunc ſuſtinebant perſonam, properabant. Sed qui ſe indignos iudicarunt æternæ vitæ, ac Dei oblatum beneficium neglexerunt, iure neglectu Dei ac miſerrima deſertione puniti ſunt. Id fuit Deum ad iteratas Eccleſiæ voces, ac preces *minime Reſpondiſſe.* Sic dictum: *Quæſiui. & non inueni illum; vocaui, & non reſpondit mihi.*

VERSVS VII.

INVENERVNT ME CVSTODES, QVI CIRCVMEVNT CIVITATEM: PERCVSSERVNT ME, ET VVLNERAVERVNT ME: TVLERVNT PALLIVM MEVM MIHI CVSTODES MVRORVM.

COMMENTARIVS.

PERGIT Eccleſia narrare aduerſitates ſuas, quibus tanquam turbinibus concuſſa, omnis pene illa ſpes fructificandi in ſua Gente per prædicationem euanuit: atque inter diſcrimina multa & grauia conſtantiam, & in quærendo Chriſto in Iudæorum cordibus perſeuerantiam. *Cuſtodes* autem, *Qui circumeunt Ciuitatem, Principes,* ac *illius Populi primores* intellige, quorum curæ adminiſtratio omnis Reipub. ſeu ſacra, ſeu politica commiſſa erat. Ab his *Inuentam* ſe dicit, dum Chriſtum anxia *Quæreret*, ideſt, dum fidem Chriſti atque obſequium in Iudæorum animis exigeret: quia illorum authoritate quæſiti, citati, vocati Apoſtoli, atque in Concilium pertracti, iuſſi ſunt, & ſui rationem reddere, & prohibiti de Chriſto amplius loqui. Cætera ad perſecutionis pertinent atrocitatem, qua in Apoſtolos, ac Diſcipulos ſæuitum eſt. Nam & flagris cæſi, & lapidibus obruti, & capite truncati, & facultatibus ſpoliati propter Chriſtum ſunt. Graphicè ergo ſæua illa deſcribitur perſequutio, qua Eccleſia à Iudæis primum vexata eſt; ita vt plerique cogerentur furori perſequentium cædere; & per varias cibis plagas diſpergi, ne vitæ, & facultatum; aut fidei pietatiſque diſpendium ſubirent; quorum alterutrum, tametſi durum, neceſſarium tamen erant.

ENARRATIO.

LABORI labor, & anxietati ſucceſſit anxietas: niſi quod durius exerceri capta, fortius ipſa prælia multa ſuſtinui. Dum enim omni indagine Chriſtum in Iudæorum quæro pectoribus, nec inuenio, Sacerdotum ipſi Principes, ac Iudæorum Primores acerrime concitantur in me. Eorum quidem erat publica rerum, ſeu ſacrarum, ſeu ciuilium adminiſtratio: ac ne quid publica res detrimenti caperet, omni ſtudio prouidere. Sed abuſi, propter inuidiam nominis Chriſti poteſtate, dum ſuis ſibi, vt putabant, commodis prouident, in me ſunt acerbiſſimè commoti. Me ergo opus meum per Apoſtolos vrgentem, ſubmiſſis lictoribus rapiunt in tribunali, ac medio ſtatutam ſeniorum, Sacerdotumque concilio, impietatis accuſant. Nec proficiente innocenti defenſione, per vim, ac nefas flagris mulctant, lapidibus impetunt, fuſtibus cædunt; nec contenti mortem minari, ſi pergam, necem etiam inferunt. Sic fidelium multi mulctati crudeliter. Stephanus lapidibus obrutus, Iacobus gladio percuſſus.

cuſſus: Petrus coniectus in carcerem, agendus in crucem, niſi potentior Angeli virtus catenis eximeret, eductumque carcere, locaret in tuto; ne in ipſo exortu Capite truncaretur Eccleſia. Nec Deſijt turbo ille, quoad cæteri Diſcipulorum pars metu, pars trepidatione diſperſi per orbem, voluntarij exſules vagarentur. Additus labor labori eſt, & quibus anima ipſa carior fuerat pietas, bonorum iactura omnium, præ fidem retinendi conſilio, neglecta eſt malentibus corpore nudari, quam animo. Et hæc quidem ab ijs ſum paſſa, á quibus niſi officium prodidiſſent, iuuanda fueram ad pietatis opus promouendum.

NOTATIO XXIII.

INVENERVNT ME CVSTODES QVI CIRCVMEVNT CIVITATEM.

SVM.COM.

I.
De ſingulis verbis quæſtiones ſingulæ.
Prima, cuſtodes, qui ſint?
Alij Prædicatores volunt.
Qui verbo Dei vulnera infligãt, vt ad Deũ ducãt.

DE ſingulis penè verbis ſingulæ ſunt quæſtiones, prima, quinam ij *Cuſtodes* ſunt; quæ grauiſſima omnium, & ad ſenſum neceſſaria. Proxima, quid ſit *Ciuitatem Circumire*, quæ facilis eſt; tertia cur *ab illis Inuentam ſe dicat, non contrà*: hæc etiam, cæteris explicatis, facile expedietur. Quidam *Cuſtodes* in bonam partem interpretantur, & numero & authoritate ſcriptores magni; nam *Cuſtodes Prædicatores* eſſe volunt, à quibus verbo Dei tanquam gladio Eccleſia vulneretur, & ad lachrymas cogatur; doctrina autem ad rerum omnium externarum amorem deponendum, inuitetur. Id ad *ablationem Pallij* pertinere. Sic Philo, Caſſiod. Gregor. M. Beda, Anſelmus, Alij, quibus adiungere Bernardum poſſumus Serm. 13. in Pſalm. Qui habitat. Quanquam alia ratione interpretatur *Vulnerauerunt me & tulerunt pallium mihi*, de quo poſtea.

Cuſtodes quibuſdam Prædicatores. *Philo.* *Caſſiod.* *Gregor M.* *Beda.* *Anſelmus.* *Bernardus.*

II.
Alij Angelos malunt.
Quibus hominum cuſtodia commiſſa,
Id placitum Nyſſeno,
Atq. Ambroſio.
Et tribus PP. apud Theodor.
Id nobis probari non poteſt,
Quia non bene id conuenit, cũ ſenſu Eccleſiæ.
Quæ dolet percuſſam ſe,

Alij *Angelos* accipiunt, quorum cuſtodiæ commiſſa Eccleſia. Hunc ſenſum Nyſſenus habet, cuius poſui pauca verba, ex quibus ſincerius illius mens ab auido Lectore capiatur. *Cuſtodes ſunt Angeli, quibus anima credita eſt, cuſtodienda ab omni malo. Hi cum percutiant ictu diuina virga, non tamen pellem tangunt forinſecus: penetrant, ac ſtigmata relinquunt. Inſuper ab his cuſtodibus, tanquam lapis à Moſe, eadem percutitur anima, vt ex ipſa erumpant aquæ cæleſtis doctrinæ, ſitienteſque bibant populi.* Hæc Nyſſenus obſcuriuſculis verbis, vt aſſolet. Cætera apud illum leges. Nec faciliora intellectu, quæ Ambroſius habet Lib 3. de Virgin. quæ poſtea cenſebimus: ſed planè *Cuſtodes Angelos* eſſe vult, ſicuti & tres apud Theodor. PP. Sed horum omnium vna ratione ſententia infirmatur. Quod alienum videatur *Vulnera*, ac *Spoliationem*, non in deterius accipere, ſed pro officijs, quibus vel Apoſtoli vel Prædicatores, vel Angeli Eccleſiam vel verbi prædicatione, vel monitis, vel arcanis impulſibus ad perfectionem Chriſtianæ vitæ, Deique amorem conantur pertrahere. Nam ſi id officium præſtatur ab illis, quod maximè illi in votis, ad Chriſtum ſcilicet omni conatu properanti. Quid illa quæritur? Quid accuſat, *Percuſſam* ſe, ac *Vulneratam* clamitans, quaſi quæ illis artibus ſit prohibita Chriſtum quærere? Quidquid ergo *Cuſtodes* illos eſſe volueris, eos dicere debes, qui properantis ad Chriſtum curſum inhibere voluerint, non iuuare. Profecit illa quidem illis artibus, & celerior ad Chriſtum iuit; nam ſæpe, cum amor robuſtus eſt, aduerſis vires intendit; ac, velut contrarijs flantibus ventis, ingens flamma lucidius ſplendet. Sed ea natura robuſtæ virtutis eſt, inter aduerſa fortioris; non eorum, qui aduerſantur fauor, qui illam potius conantur extinguere, & de orbe toto depellere.

Cuſtodes Angeli alijs. *Nyſſenus.*

Ambroſius.

Tres Patres. Vulnera, in deterius accipiẽdas.

Dum iret ad Chriſtum.

Cuſtodes qui curſum Eccleſiæ euntis ad Chriſtum impediunt.

III.
Alij malunt Dæmones. Tyrannos, Hæreticos
Sed de Dæmonibus non aptè ad munus Cuſtodũ,
Alij ergo cuſtodes erunt,
Principes ac tyrannos quidam volunt,

Probabilius ergo cæteri *Cuſtodes* interpretantur, vel *Dæmones*, vel *Tyrannos*, vel *Hæreticos*, qui Eccleſiæ perſequutores, illi quærenti per veram fidem, ac pietatem Chriſtum, & *Vulnera* intulerunt, & facultates detraxerunt. De *Dæmonibus* accipit Aponius. Sed non facile eſt explicare, cur ſub *Cuſtodum* ſchemate Dæmones ſignificati ſint, cum nomen ipſum ſatis indicet, eorum fuiſſe ex munere ad cuſtodiam vrbis vigilare. Nam tametſi *Dæmones* vigilant, nec ad cuſtodiam, ſed ad perniciem vigilant: neque ex demandato legitimè munere vigilant, ſed ingerentes ſeſe, & alienæ inuidentes felicitati. Quærendi ergo ſunt, quibus ex munere hæc vigilandi, ac cuſtodiendi cura commiſſa ſit, vt vere *Cuſtodum* appellatione donari poſſint. Ideo melius illi, qui *Principes*, ac *Tyrannos* ſæculares, quicumque ſint illi, intellexere; quibus ex delato publicitus munere proprium erat, vt commodis multitudinis inuigilarent: id enim proprium Regum, Præſidumque eſt. Sic Iuſtus, Theodoretus, & de Recentioribus quidam & docti,

Aponius. Cuſtodes ij quibus ex munere vigilandi cura commiſſa. Cuſtodes. Tyrãni Eccleſiã perſequentes. *Iuſtus.* *Theodoretus.* *Recentiores.*

Et quidam probabilius, Referunt autem ad quaſcumque perſecutiones.

& docti, & graues. Sed in eo minus probandi, quod hæc referunt, ad quaſcumque perſecutiones, quas vnquam paſſa Eccleſia eſt. Siue ab Ethnicis, ſiue ab Hæreticis. Id nimis laxum eſt, & filum interpretationis, ordinemque rerum confundit. Ideoque aliud quiddam dicendum eſt, quod rerum ſeriem continuet, iuxta eam viam, quam hactenus duximus.

IV.

Sed præſtat accipere Principes Sacerdotum, A quibus concitata in Eccleſiam perſecutio, Hi cuſtodes ciuitatis dicti, Qui auitæ religionis curatores ex munere, Ne quid detrimenti caperet, Ideo in Apoſtolos inquirunt, Et in ius vocant. Et quamuis exauthorata lege, Adhuc errore communi cuſtodes erat,

Principes Sacerdotum Cuſtodes hic dicti.

Et nos quidem Notat. proximè Eccleſiã, Chriſtum in Iudæorum cordibus quærentem, induximus, nec inuenientem tamen; appellantem, nec reſpondentem. Sequuta acris Iudæorum perſecutio, qui omni niſu extinguere aduerſis flatibus recentem flammam conati; quemadmodum in Actibus Apoſt. non vno narratur loco. Eam autem tempeſtatem, qua Eccleſia, hactenus quidem ſecundiore nauigans aura, conflictata vehementer eſt, *Principes Sacerdotum*, ac *Seniores* populi illius concitarunt, quorum erat & Sacra, & Profana adminiſtrare, Hos nos ob eam cauſam *Ciuitatis*, id eſt, Reipub. illius *Cuſtodes* dictos exiſtimamus, & quidem non ſine ratione probabili. Lucam audi, qui pene huius ſententiæ eſt Author. *Factum eſt autem in craſtinum, vt congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ, in Ieruſalem; & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali*, Act. 4. 5. 6. At ij eo in concilium coacti ſunt, quòd eorum eſſet ſacra procurare, & peruidere, nequid religio, quam à maioribus acceperant, caperet detrimenti: Ideo quos exiſtimabant ab auita alienos pietate, noua dogmata introducere, in ius vocant, in eos inquirunt, doctrinæ vt rationem reddant, iubent, minas intentant, & flagra, ac ſeuerè edicunt, ne vltra ea dogmata in populum iactent. Ea omnia eorum ſunt, quibus ex munere datum vt vigilias agerent, prouiderentque communi Religionis bono. Ideo *Cuſtodes* vere erant, & hoc loco dicti ſunt. Nam tametſi illi iure iam in Apoſtolos agere non poterant, vt pote exauthoritata lege, ac noua inducta, poteſtate omni, atque authoritate ſpoliati; tamen communi errore facto ipſo legitimi habebantur ſacrarum rerum, ac veteris Moſaicæ legis curatores; quod ſatis eſt, vt *Cuſtodes* & haberentur, & dicerentur. Talis ille erat adhuc legitimus *Cuſtos* cui dicebatur: *Cuſtos, quid de nocte? Cuſtos quid de nocte?* Iſa. 21. 11. Tales illi, de quibus dictum *ſuper muros tuos, Ieruſalem, conſtitui Cuſtodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt*. Iſai. 62. 6. Nam eorum munus vigilias agere, & clamore aliorum ſomnum impedire, ſollicitudinem laceſſere, murorum ambitum circumire. Ideo hic dicuntur *Cuſtodes Murorum*.

Act. 4. 5. 6.

In Apoſtolos inquirunt, & in ius vocant ex munere,

Quo nomine haud ſemel appellati

Cuſtodum legitimorum, munus, vigilare. Iſai. 21. 11. Et, 62. 6.

Eorum ergo erat vigilias agere.

V.

Circumire Ciuitatem dicti Ex vſu militaris diſciplina Et ciuitatum conſuetudine In quibus diſpoſita militũ ſtationes Noctu vigilant, ne quid turbetur. Cura hæc Sacerdotum fuit, Qua Chriſti doctrinam opprimere ſunt conati, In vrbe Ieroſolymitana, & extra illã.

Circumire ciuitatem, in illius bonum vigilare.

Prima explicata quæſtione ſuccedit altera, ſed facilis explicatu. Quid ſit *Ciuitatem Circumire*. Eſt autem nihil aliud, quam quod modo dicebamus: fungi munere ſuo, ac ſolerti ſtudio publicis commodis inuigilare. Ducitur autem omnis metaphora ex militari diſciplina, & more. Nam ſolet in Ciuitatibus, quæ prope hoſtium ſunt ſitæ; multum adhiberi ad cuſtodiam ſtudium, inſtitutis qui noctu vigilias agant; qui circum curſent; qui tanquam omnia timeant, peruideant omnia, ne imparatos ciues, ac ſomno ſepultos hoſtilis incurſus inuadat. Aut certe ab ea conſuetudine metaphora ducta eſt, quam in pleriſque vrbibus obſeruari etiam nunc videmus, in quibus diſpoſitæ certis locis ſub noctis tenebras ſtationes militum ſunt; circumeuntibus interim quibuſdam vel lictoribus, vel ciuibus regiones, aut Magiſtratuum miniſtris, qui caueant, nequid alicubi detur turbarum, ab ijs, qui & tenebris, & ſilentio noctis abuſi, alieno malo vigilant, Sicarij, graſſatoreſque, aut fures. Hos circitores vocamus. Quam autem vere de Sacerdotum Principibus dictum ſit; *Qui Circumeunt Ciuitatem*, intelliges ex ea ſollicitudine, qua Chriſti prædicationem, doctrinamque vel metu fugare, vel authoritate opprimere conati ſunt. Nam & quid Ieroſolymis egerint, partim indicatum ſupra eſt, & dicetur paulo poſt: & quid extra vrbem machinati ſint, indicat Saulo munus commiſſum, exagitandi Chriſtianos, & quidem eo ambiente, & operas vltro ſuas offerente. *Saulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas; vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem*. Act. 9. 1. 2. & inferius: *Domine, audiui à multis de viro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in Ieruſalem: & hic habet poteſtatem à Principibus Sacerdotum, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum*. Act. 9. 13. Vide *Ciuitatis Cuſtodem Circumeuntem Ciuitatem*. Et angulos, ac latebras ſcrutantem omnes, vt ea dogmata comprimeret, deletis authoribus, quibus antiquam doctrinam vocari in diſcrimen ſciebat. Id ſcilicet ille, iam mutatus in alium, accuſabat in ſe. *Audiſtis conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo; quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam; & proficiebam in Iudaiſmo ſupra omnes coætaneos meos in genere meo: abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum*. Galat. 1. 13. 14. Hoc ergo *Circumire Ciuitatem* eſt.

Circitorum munus.

Principes Sacerdotum ſolliciti in opprimenda doctrina Chriſti. Act. 9. 1. 2.

Talis Paulus fuit.

Act. 9. 13.

Ergo id fuit circumire ciuitatẽ,

Quod de ſe confeſſus non ſemel ipſe.

Galat. 1. 13. Paulus ſe fatetur vnum fuiſſe de cuſtodibus.

VI.

Sed obijci poteſt.

Sed obeſſe his, quæ de *Cuſtodum* myſtico ſignificatu dicta ſunt, ea videntur, quæ ſuperius Cap. 3. 3. de Vigilibus dicta à nobis ſunt: qui cum ijdem cum *Cuſtodibus* ſint,

(vt

Digitized by Google

Vigiles a nobis loco alio dictos Moſen, & Aaronem, amicos ſcilicet, his inimicos,
Id non obeſt quia vtriq; ſimiles munere,
Licet alij legitimo iure,
Alij illegitimo, & præſumpto.

Cuſtodes & vigiles ijdem ob eandem cauſam.

(vt magni quidam Authores arbitrati ſunt,) nos tamen diuerſiſſimè Moſen, Aaronemque ſumus interpretati: ſenſu non modo diuerſo, ſed pene contrario: cum hoc loco inimicos Eccleſiæ, illo autem amicos, immo & nutritios, dixerimus, ſed facilis nodi ſolutio. Nam nec diuerſa hoc, & loco illo interpretatio eſt, cum vtrobique eos interpretari ſimus, quorum ex munere publicè demandato, erat Sacra curare, prouidereque, ne in diſcrimen vocaretur cultus religionis. Ideo & Moſes, & Aaron *Vigiles* dicuntur: & Principes Sacerdotum *Cuſtodes*. Tota in eo diuerſitas fuit, quod illi ex Dei inſtituto, legitimo iure Reipub. quantum ad Sacram, ac profanam politiam pertinebat, curam ſuſtinebant, quam Deus ſcilicet demandarat: hi autem abrogara lege, exauthorataque poteſtate; ex communi errore potius, quam iure legitimo, eo munere fungebantur. Id autem minimè obſtitit, quin *Cuſtodes* dici poſſent facto, & vſu, immo & errore mortalium.

Moſen Aaronēque legitimo iure vſos: Principes Sacerdotum illegitimo.

VII.

Vera ergo hæc dicta ſunt.
Ideo alibi vel vt amicos interrogat
Alibi minimè quia inimicos ſciebat,
Ideo ab ijs percuſſa & ſpoliata.
Circunſtantiæ ergo contraria diuerſitatē confirmant.
Vt alij amici intelligātur alij inimici,
Quales Principes Sacerdotum.
Alio ergo i.ñ ſtatu Eccleſia eſt.
Ideo per dura probatur,
Et perſecutionibus oneratur.

Quin ſi verba loci vtriuſq; expendas, ac inuicem componas, ſtatim aſſentiere, quanta hæc cum probabilitate dicantur. Nam tametſi affinia ſint, eſt tamen inter illa ingens diſcrimen. Capite enim III. ſe inuentam ab illis dicit, quod hic fatetur etiam. Sed illo, Interrogatos à ſe, quod hic minimè factum eſt. Quin potius ſe & percuſſam, ac vulneratam ab illis quæritur, quod Capite illo III. non eſt factum. Itaque illic ſilentes interrogat, hic non interrogat; Illic non accepto quanquam reſponſo, non tamen malè pugnis accepta diſcedit: hic autem & ſanguine de vulneribus madens, & multo ictu liuida, & pallio inſuper ſpoliato, vix de illorum ſe manibus eripit, quos minime ipſa quæſierat. Quod ſine magna cauſa factum non eſt. Quam tametſi quæſtionem a nemine excitatam ſcimus, haud difficilem explicatum habere putamus, nec minimi momenti ad huius loci ſenſum eruendum, firmandumque, quod diximus. Nam certe ex ordine verborum ipſo, rei vtriuſque circunſtantijs, non diuerſis modo, ſed pene contrarijs, fit, loco vno *vigilum* appellatione amicos, fauenteſque intelligi, quales Moſes, & Aaron fuere, vt eo loco docuimus: alio autem *Cuſtodum* nomine hoſtes perſequutores, atque Eccleſiam odijs inſectantes, qui alij, quam Sacerdotum Principes, intelligendi non ſunt. Interrogat loco vno, quos ſciebat ſibi amicos, ſi quid reſciſſent de ſuo Dilecto, minimè ſcilicet tacituros: hos loco alio non interrogat; quos ſciret minimè reſpondere poſſe de Chriſto; &, vt poſſent, minime reſponſuros. Vides diſcrimen, & diſcriminis cauſam: quamque aptè hæc ſibi nectantur inuicem: ac omnino diuerſo iam ſtatu eſſe Eccleſiam hoc loco, cui vtique robuſtiori, acres pugnæ, ſæua, vulnera, ac bonorum ſpoliationes parantur: vt, duris exercita, victrix, ouanſque ſuo Sponſo ſe ſiſtat. Nam tametſi Eccleſiæ ſub Synagoga, haud raro ardua, & aſpera tolerata ſunt, tum in Ægypto, tum poſtquam promiſſæ terræ inijt poſſeſſionem, tamen quidquid perpeſſum ab ea eſt, vel ſupplicium fuit ſcelerum, quo populum ingratum vltus eſt Deus; vel propter alias cauſas, quam propter religionem, inductum. Nunquam enim legimus conatos exteros Principes Moſis tempore, eos à patrijs legibus ad Deorum cultum reuocare directè, & ex intentione. Ea enim gloria ætati adultæ Chriſtianæ Eccleſiæ ſeruabatur. Neque æquum erat teneram adhuc, & imbecillam durioribus probari: ſed velut ad palum ludicris, ac leuioribus pugnis ad vera, ac virilia erudiri prælia.

Cur vigiles amicos ex ſtimādis cuſtodes inimicos.

Eccleſiæ ſtatus robuſtior, probatur aduerſis.

Quo hactenus propter religionem factum non eſt.

Quia tenera adhuc, & minimè valens.

Eccleſia ſub Synagoga propter religionem non vexata.

VIII.

Licet aliquando modicum quid paſſa
Cum de proximo Chriſtus exſpectaretur
Vnde robur illicò munitaretur,
Et exemplū quod imitaretur.

Et quanquam & Danielis tempore aliqua, & Machabæorum pluſcula ab Antiocho pro patrijs legibus perpeſſos legimus, id tamen non ante factum, quam Eccleſiæ Chriſtianæ tempora properarent, vt videretur Machabæis de proximitate Chriſti virtus eſſe robuſtior, eoque ſenſim ad futuram gloriam Eccleſia præparari. Non ergo ea virtus Synagogæ, fuit, ſed Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ iam in illis Martyribus initiabatur, ac velut leuioribus pugnis ad grauiora ſenſim prælia parabatur. Cuius rei magnum argumentum eſt, nullam ante Machabæorum ætatem Eccleſiam illam propter patrias cæremonias perſecutionem paſſam; aut odijs Regum Principumue tentatam, quoad proximè venturi Chriſti, qui ſuis prælijs viam victorijs fidelium conſtraturus erat, roboraretur virtute, excitaretur exemplo.

Eccleſia ſub Synagoga à proximo Chriſto, robore nouo indu ta, aliquid paſſa.

IX.

Sed cur ſe inuentā, non contrà, dicit?
Quia non debemus vltra perſecutores adire.
Ita quidam probabiliter,
Sed verius, vt indicaret.

Supereſt tertia quæſtio cur ſe à *Cuſtodibus inuentam*, non contrà, dicat. Et id à nemine, quod ſciamus, quæſitum, præterquam à viro docto, nec obſcuri inter recentiores nominis. Eius rei cauſam arbitratur ille, quod non opporteat vltro irruere in Perſequutores, ſatis eſſe, ſi minimè terga vertamus, nec propter eorum odia à miniſterio verbi deterreamur. Monitum enim Chriſti eſſe, *Cum perſequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Matth 10,23. Id probabile eſt, nec ad noſtram ſeriem ineptum. Sed arbitror potius ideo *inuentam* ſe dicere, quod minimè cogitantem, minimè metuentem tale quiddam futurum; inexpectato Sacerdotum odio comprehenſa ſit. Itaque cum minus illa cogitaret, ſed ſecundis auris promouere nauim cæpiſſet, ac tuto ſe æquore nauigaturam putaret. Subito terrore inhorruit cælum, & ſæuiſſima procella detonuit, qua

Non vltro ſeſe perſecutoribus obijcere oportet.
Matth.10.23.

duris

Digitized by Google

Sibi id incogitanti obueniſſe.
Aut certe vt ſtudium ſignificaret, Conſeruandi auitam religionem.
Quod ſtudium in illis viuente Chriſto iam cœperat.
Vt in Patris lumbis Eccleſiam delerent.
Quorum ſtudia egregie in typo deſcripta, Sap. 2. 12.
Communi conſilio facta.

Eccleſia minime cogitans perſecutione tentata.

Ioan. 11. 47. Studium Iudæorum dependenda Eccleſia cœptum viuente Chriſto. *Sap. 2. 12.*

duris iactata modis, ac conflictata eſt. Ideo ſe dicit *Inuentam*, id eſt, præuentam Sacerdotum, ſeniorumque diligentia. Poſſumus & aliter interpretari, ſic tamen, vt vna aliam interpretatio iuuet, quemadmodum ſimilia verba interpretati ſumus. Cap. 3. 3. Et Pontificum Sacerdotumque vel munus indicetur, vel muneris exequendi ſtudium, ac conatus. Id autem ſtudium diu ante cœperat, cum viuente adhuc Chriſto, & miraculis ſuam diuinitatem, ad doctrinam comprobante, dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* Ioan. 11. 47. Eodem autem ibant tot concilia, tot tractationes, molitioneſque, antequam Chriſtus abiret ad Patrem, & poſtquam abſens corpore, ſpiritu fouebat Eccleſiam; vt ſcilicet eam vel adhuc in lumbis Patris verſantem, vel paulo antè felici, ſed doloribus multis nobili, partu editam, & vt arbitrabantur ipſi, adhuc tenellam, opprimerent. Quorum in typo omnium dicebant illi: *Circumueniamus Iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis & contrarius eſt operibus noſtris; & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiam habere Dei, & filium Dei ſe nominat.* Sap. 2. 12. Et paulo inferius: *Videamus ergo, ſi Sermones illius veri ſint & tentemus quæ ventura ſint illi: & ſciemus, quæ erunt nouiſſima illius.* Ver. 17. Qui loquendi modus id indicat, quod diximus: non ſtabilem modo voluntatem, ſed conſiliorum ſocietatem, & coitionem, qua Eccleſiæ Chriſtianę interitum in ſuo Capite moliti ſunt: vt omnem ſpem Chriſtianæ poſteritatis, quaſi in radice ſua præciderent.

NOTATIO XXIV.

PERCVSSERVNT ME ET VVLNERAVERVNT ME.

I.

Vulnera & percuſſiones quibuſdam ſunt concionatorum voces.
Quibus velut gladijs Eccleſia vulneretur.
Propter torporem ſignificans,
Sed id minime probandum eſt,
Etiam ſi de Romana ſit ſermo,
Nam ea nunquā caruit viris perfectis.
In quibus certe nullo torpore pulſabatur.
Etiam ex eorum authorum ſententia.
Quibus murorum cuſtodes ſunt,
Qui bono exemplo docent.
In his enim vigilibus vigil Eccleſia,
Cuius toto cantico laudes non probra canuntur.

Vulnera & percuſſiones, voces concionatorum. *Philo Caſſiodor. Beda. Gregor. M. Anſelmus.*

Romana Eccleſia in viris perfectis perfecta, nec torpore preſſa.

Eccleſiæ nunquā defuere vigiles in quibus ipſa vigilaret.

QVÆ *Vulnera*, hæc, quæ *Percuſſiones* ſint, quæſtio eſt magis propter alios agitanda, quam, quòd, ſi ductum ſequare interpretationis noſtræ, non facillimum ſit eam definire. Nam, vt ſuperiore Not. indicatum eſt, quidam, & quidem de veteribus, nec imi ſubſellij Interpretes, quibus & mordicus hærent de Recentioribus pauci, quemadmodum *Cuſtodes* expoſuere *Concionatores*, ac *Apoſtolicos viros*; ita *Vulnera*, & *Percuſſiones*, *doctrinam, ac monita intelligunt*, quibus Dei Verbum viuum & efficax in Peccatores inuehitur. Immo hic Romanam Eccleſiam agnoſcunt, à ſuo illo primæuo feruore in teporem, & ſignitiem delapſam, quæ quo pacto ad priſtinam alacritatem ſpiritus reuocata ab illo torpore fuerit, hiſce verbis enarret. Nobis id conſtitutum locis alijs eſt, neque, vt putamus, imbecillibus argumentis, id parum probabiliter fuiſſe inuentum, ac ſine vlla prorſus neceſſitate. Nam certe eadem illa, quæ hic ſe *Percuſſam*, ac *Vulneratam*, *Spoliatamque* fatetur, aut potius queritur, illa eſt, quæ domo egreſſa, non animosè modo, ſed viriliter Sponſum quærit, nec nocturnas horrens tenebras, nec ſolitudinem timens, nec noctis diſcrimina, ſola, atque impauida. An, quæ ſic quærit, tepet adhuc in amore Sponſi? An, quæ ſic, vt eum inueniat, ſe periculis obiectat, digna eſt, quæ verborum petatur iaculis, vulneretúrque? An quæ potius & foueatur, & laudetur, & à *Ciuitatis Cuſtodibus*, ſi eos *Concionatores* velis eſſe, & vmbone tegatur, & armis defendatur, & comitatu deducta Chriſto ſiſtatur? Sed cum Romanam dicunt Eccleſiam, quid eo nomine intelligant, rogo. An complexionem fidelium, vt & Prælati, & Clerici, & cæteri ſtatus comprehendantur? At inter tam multos plures fuiſſe minimè dormitantes, aut in Chriſti amore tepentes, vel ijdem Authores fateri coguntur, cui *Cuſtodes Circumeuntes Ciuitatem*, *Concionatores*, vtique ſuo laudabiliter fungentes munere, *Cuſtodes autem murorum* eos interpretantur, qui bono exemplo, vitaque ad normam Euangelij exacta, velut ſtationarij ſunt milites, qui circum circa cuſtodiæ ciuium inuigilant, qui nunquam certè, quantumcumque Eccleſiæ torporem fingas, de fuerunt ſed nec deeſſe poſſe eſt certum. Quod ſi ne in eo quidem ſtatu, quem torpore, atq; deſidia Rom. Eccleſiæ infamas, defuere tales, qui alijs ſopore preſſis, vigilarent ipſi; certè in his, qui potiſſima illius membra, illa etiam vigilias egit; & ſegnitie omni remota *Circumiens*, *Ciuitatem Muroſque* defendit. Cur potius Eccleſiam vis in quibuſdam ſegnem, & tepidam hic deſcribi, quam in alijs diligentem? Huius ego rei cauſam vellem illi Authores aſſignaſſent, quod nec faciunt, nec facere certe poſſunt, ſi idoneam reddituri ſunt. Mitto rationem illam locis alijs indicatam, laudes toto Cantico Eccleſiæ cani, non probra: quod ad Epithalamicum genus ſpectat.

II.

Vulnera ergo vera ſunt vulnera.

Generatim ergo quemadmodum *Cuſtodes* in deterius interpretati ſumus, *Pontificum ac Sacerdotum coriphæos*, qui prima in Eccleſiam Chriſtianā perſecutione concitata, perniciem illi moliti ſunt: ita *vulneribus*, ac *Percuſſionibus*, id quod nomina ſonant verè intelligimus,

-ATOИ

Digitized by Google

III.
De repulſa ergo, quam paſſa prædicatio hæc accipiamus.
Nam quanquam non paucos lucrata Eccleſia Chriſti fuerat,
Statim impedita res eſt.
Cupiebat illa aperire Chriſto oſtiũ,
Et eundem inuenire,
Quærit ergo vt inueniat,
Quem ſe non inueniſſe dolet.

Haud ergo diſcedamus à ſemita, quam ingreſſi ſumus; atque hæc interpretemur, de *repulſa*, quam paſſa prædicatio Euangelij eſt, poſt quam ſecundo curſu ferri incœpiſſet, perſequutionis excitatata tempeſtate, qua, velut Aquilone, niuium intemperie frigido, furenteque perflante, omnis illa maturioris fructus ſpes, dum florere inciperet, exuſta eſt. *Oſtium* illa quidem per Apoſtolos *aperuerat*, non paucos lucrata de ſua Gente; inque illorum animis gratum eidem Chriſto hoſpitium præparaurat. Sed mox redeunte priore duritia, ac peruicacia, viſus illi eſt Chriſtus alio *declinaſſe*. Itaque vno eodemque tempore, in Iudæorum pectora *introducere* cupiebat Chriſtum, & *inuenire*: nec aliud faciebat, cum vtrumque, aut alterutrum faceret. Simul ergo ianuas *aperire* Chriſto conabatur, & *abſentem quærebat, vt inueniret*. Omne enim Eccleſiæ miniſterium duplice conatu, ſtudioque complectur: Si Sponſum, vbi nondum ingreſſus eſt, ipſa introducat; & vbi iam introduxerit inueniat. Quærit ergo dum *Oſtium aperit*: *inuenit* dum *introducit*. Et, quanquam diuerſa ſunt vocabula, res minimè diuerſæ ſunt. Aptè ergo, quem, conata *aperire*, atque *introducere*, euentu fruſtratur, *non inueniſſe* ſe dicit; aptè quem ſe *inuenturam* crediderat, *Declinaſſe*, ac *Tranſiſſe*.

Declinatio, & tranſitus Chriſti repulſa eſt Iudæorum.

Eccleſia non inueniens Chriſtũ per fidem declinaſſe vere dixit.

Aperire Chriſto & illum quærere, idem.

IV.
Alius ſenſus magis arcanus tradendus,
Eccleſia verbo ſonãte pulſat aures,
Fruſtra, niſi interius verbum operetur,
Id fit operante Chriſti gratia,
Quæ non omnibus æque tribuitur.
Qui ſic vocatur quo pacto præſcitur conſenſurus,
In hunc ingreditur, aperiente fores Eccleſia ſonante verbo.
Quem non ſic vocat, ab hoc declinare videtur et tranſire.
Atque id eſt, quod Eccleſia dolet,
Aperiente declinaſſe Chriſtum.

Eſt & alia huius rei ratio magis arcana, ſi tamen dabitur nobis, eam paucis quidem, ſed rei dignis granditate comprehendere verbis. Eccleſiæ quidem eſt animorum fores verbo pulſare, & circumſonante exterius ſono aures ferire. Sed Chriſti eſt proprium, & vim verbo ſonanti indere: & cor audientis per gratiam præparare, vt non audiat modo fidei doctrinam exterius ſonantem, ſed etiam in penetrali cordis admiſſam, velut fœcundum ſemen foueat, vt primo in herbam, mox in culmum adoleſcat. Ea Dei per Chriſtum gratia eſt, nec omnibus tamen audientibus pariter tributa. Præordinatos à ſe ad ſui ſimilitudinem induendam, nouo fauore proſequitur; Sicque per verbum vocat, vt non modo facultatem tribuat, ſe ſequendi, quæ nemini denegatur, ſed vt verè ſequantur; ſic vocati, quemadmodum nouit ſequuturos eſſe. Addit ergo præſcientia futuri conſenſus modum auxilio: nec iam ſic vocatus non aſſentiri non poteſt, quia ſic vocatus ponitur, vt conſenſurus præſcitur: quanquam ſi præſcientiam ſeponas, quæ extrinſeca auxilio eſt, nec illius naturam mutat, ſimpliciter repugnare poteſt. Ergo quem ita Deus per Eccleſiæ verbum vocat, vt reuera conſentiat inuitanti, in hunc per gratiam prius ingreditur ipſe, aperiente fores Eccleſia verbo Dei, tanquam regia quadam claui. Sed quem ita non vocat, vt vocatus conſentiat, ad hoc, quanquam aperiente per verbum fores Eccleſia, *declinare* videtur, nec ingreditur, ſed *pertranſit*, alibi ſibi hoſpitium quæſiturus, fauoremque ſuum vtilius impenſurus. Id ergo eſt, quod dicitur, immo & conqueritur quodammodo Eccleſia, parum artes profeciſſe ſuas; & vota à ſe ſterilia atque infœcunda iactata: cum conata *aperire* per miniſterium verbi ſuæ Gentis corda fuiſſet, quæ Chriſtus ingrederetur, fauſtratam ſe effectu ſenſiſſe alio ſui fauoris curam flectente Sponſo, nec dignata domum à ſe vtcumque paratam occupare hoſpitio, atque honorare præſentia.

Eccleſiæ eſt verbo aures aperire, Chriſti corda diſponere.

Chriſtus ſic quoſdam vocat quo pacto ſcit conſenſuros.

Quos ita nõ vocat, ab his declinare videtur.

V.
Declinat autem cum nec viſus nec auditus.
Clam prorripit ſe.
Hæc ſunt arcana Dei conſilia,
Quæ non licet nobis ſcrutari,
Quod Pauli monitum eſt,
Gratia enim diſcrimen inter eos, qui videntur æquales ſola facit,
Vt vnus pulſatus reſpondeat, alius obduret.

Huc facit, quod à nobis loco alio monitum eſt, neque hoc prætereundum. Si voces originales examines, cum dicitur *Declinaſſe* id ſignificari, *nec viſum, nec auditum, adeoque nullo abitionis facto indicio, tamque clam prorripuiſſe ſe, vt Sponſæ quanquam vigilantiſſimæ, oculum, ſenſumque feſellerit*. Quod non alio referendum eſt, quam ad ſecreta, atque arcana Dei conſilia, in animarum negotio, cuius vnius eſt, hæc cordium, animorumque diſcretio, vt de duobus alterum ſibi ſumat, alterum in ſuis ſe ſordibus volutantem relinquat. Hoc eſt, quod grandibus verbis, ſed grandiore ſenſu à Paulo dictum. *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor, cuius miſereor; & miſericordiam præſtabo, cuius miſerbor. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Ergo, cuius vult miſeretur, & quem vult, indurat.* Rom. 9. 16. Nemini ergo licet, has Dei conſiliorum rationes & cauſas exquirere: curque inter illos, qui per omnia videntur ſimiles, fauorem ſuum diſcriminet, ac illius gratia diuerſitatem aut inueniat, aut faciat; & æquè in ſonante per Apoſtolorum os illius verbo, *quidam quidem* (vt Athenis Paulo contigit) *irrideant, quidam vero dicant, Audiemus te hoc iterum; quidam vero adhærentes illi credant*. Actor. 17. 32. Id ergo *Declinare* eſt, ſi ſub ducere ſeſe, vt, cum parata omnia videantur ad ingreſſum, alio curas ſuas, ac beneficia conuertat; quin vllum appareat noui, ac ſubiti, vt videtur, conſilij indicium, atque abitionis occaſio.

Dom Drammat. c 5. not 19. Declinare hic eſt clã ſe ſub ducere.

Rom 9. 16.

Arcana Dei cõſilia minime ſcrutanda.

Act. 17 32.

Digitized by Google

EX VERSV VI.

ANIMA MEA LIQVEFACTA EST, VT DILECTVS LOQVVTVS, EST: QVÆSIVI, ET NON INVENI ILLVM: VOCAVI, ET NON RESPONDIT MIHI.

COMMENTARIVS.

VIDE Matris Eccleſiæ pietatem, & vere materna viſcera de filiorum infelicitate commota; omnemque mouentem lapidem, vt, quidquid infelicitatis obuenerat, mutetur in melius. Viderat ſenſeratque Euangelij curſum inhibitum obduratione ſuæ Gentis, & quidquid à ſe laboris ſubitum eſſet, parum certè profeciſſe; atque in ipſa properandi ad metas alacritate Remoram iniectā ſibi; cauſas ergo mali exquirit, ſi poſſit arte id, quod erroris contigerat, emendare. Memor ergo prioris ſuæ deſidiæ, atque torporis, ſe ipſam incuſat, verita ne præteritam ſuam culpam nouo hoc ſupplicio Chriſtus puniat. & propter id, quod fuerat Mater commerita, Filios vlciſcatur. Se ergo damnat, & culpæ ream fatetur, quòd præ timore ſcilicet, & trepidatione animo alienata, vocanti, inuitanti, allicienti, & ad Euangelij prædicationem præparanti, moras iniecerit. Ergo præteritam ſeu inurbanitatem, ſeu tarditatem, penſatura, in vota ſoluitur, & preces. Nec aduerſitate tanta deterrita, ceſſat ab opere miniſterij. Quin potius difficultate ipſa rerum inſe coacta, vires robuſtius exerit, inſtatque animarum cæpto negotio. Id *quærere Chriſtum* eſt, illius ſcilicet in Iudæorum cordibus fidem, obſequiumq; Sed fruſtra fuere artes, irritus omnis conatus, & labor, cum obdurata impia, ac cæca Gens, velut ferreis vectibus, ac æreis clauſtris cordis valuas occluſiſſet. *Quæſitum* ergo anxiè minime inueniſſe illum queritur: ſed nec dum de ſucceſſu toto deſperans, vt deſiderium omne vehemens ſuæ ſibi felicitatis artifex eſſe ſolet, alio obuertit ſtudiorum proram, tentatura, an alia ſe aperiat via, ad vota, infelicia hactenus, ſuſtentanda. Ad Chriſtum ergo, quanquam abſens videretur, corde, animoque conuerſa, orat, vt *inueniri* ſe ſinat, id eſt, vt quidquid eſt in ſuæ Gentis cordibus obicis, ad fidem ſuſcipiendam ipſe remoueat. quandoquidem, ſi velit, facile poteſt. Sed ne id quidem profuiſſe ſibi dolet, Chriſto ingratiſſimi, ac duriſſimi Populi ſcelera ſeueriſſime vlciſcente. Ergo in hanc ſententiam loquutam Eccleſiam arbitrare.

ENARRATIO.

RERVM tantam mutationem mirata, nouis me ſenſi curis pulſari; ac me ipſam diſpiciens, tanquam infelicitati meæ occaſionem ipſa dediſſem, indolui, tunc ſcilicet venit in mentem, quidquid ante commiſeram, cuius mihi errati ſpeciem ipſo Chriſti indulgentia fauorque ſubduxerat. Vocauerat ille me ſcilicet, & blandis vocibus ad animarum opus vrgendum, illexerat, ſeipſum mihi tanti facinoris exemplum præbens. At ipſa metu adhuc multo perculſa, ac periculis, quæ menti metus ingreſſerat, omnino turbata, moras traxi, nec ſtatim animum ad grande opus comparaui: adhuc pauida de priore

metu,

meiu, ddhuc dubia de ſucceſſu futuro. Forſitan hanc meam culpam nunc luo; & quidquid ipſa peccaui, filij plectuntur. Nunc recogito, ac ne vtinam ſerò, me, cum ſic agerem, minimè apud me fuiſſe, quæ non reputarim tam grande periculum. Cum audirem vocantem, ac blandis vocibus appellantem, ſuaque pericula, ac labores, quos pro me ſubijſſet recenſentem, alia ſcilicet cogitabam, animuſque timore liqueſcens minimè ſibi conſtabat. Merito ſic puniri, quid doleo? Sed mea me Gentis damna ſollicitant, & quanquam ſupplicium non deprecor, miſeret me eorum, qui mea fortaſſe culpa pulſantur. Sed haud de ſucceſſu feliciore diſperem. Forſitan inportunitate clementiam expugnabo, quæ culpa indignationem armaui. Inſtabo operi cæpto, &, quo difficiliores aditus habeo, ſolicitiore arte moliar viam. Hæc apud me eloquuta, animoſius inſto, ac repugnantibus etiam Chriſti ingero Doctrinam. Sed fruſtra omnis labor fuit, illius nomen horrentibus cunctis, nec ad aures admittentibus fidem. Nullibi ergo inuento per fidem Chriſto, quem anxiè, & multo labore, quæſieram nondum deſpero: ſed, alio verſis votis, & multa prece, & triſti gemitu iteratoque Chriſti mei aures fatigo, vt ipſe ſcilicet, qui vnus poſſet, de Iudæorum cordibus incredulitatis vectes remouere, ſtudijs faueret meis, vt tandem ad ſe vocatis, conuerſiſque, numerum communium filiorum augerem. Sed ne id quidem proceſſit; illi ſiquidem viſum eſt, altoque conſilio conſtitutum, ad iteratas preces meas animum non inflectere: ſed ingratam Gentem neglectu, atque obduratione punire.

NOTATIO XXI.

ANIMA MEA LIQVEFACTA EST VT LOQVVTVS EST.

SVM. COM.

I.

Sponſi loquutio ad ea verba referenda: Aperi mihi.

Sed de arcano ſenſu haud facile definire,

Propter varietatem ſententiarum

Nam liquefactionem quidam,

Virium imbecillitatem intelligunt,

Quæ conſequi ſolet conſolationes Diuinas,

Qui ſenſus Gregorij.

Non admodum huic loco cohærēs.

IN quem ſenſum hæc dicta ſint, quantum attinet ad ſenſum Dramatis, ſuo loco dictum eſt, & aliorum rectæ ſentiendi rationes. Hic illud obſeruandum eſt, quod etiam eodem loco monuimus, *Animæ* hanc *Liquefactionem*, quidquid tandem arcanò ſignificatu eſſe volueris, ex Sermone Sponſi, ad ea illius verba referendam eſſe, *Aperi mihi ſoror mea*: nulla enim alia ſunt verba, quæ loquutus ille ſit: niſi confingere multa velis ſine neceſſitate; quod quidam faciunt. De arcano ſenſu difficile iudicium eſt, ſi quæcumque, à quibuſcumque dicta ſunt, expendas, ac velut trutina examines; tam varia ſunt, &, ſi liberè licet dicere, tam à ſerie rerum ipſa pleraque aliena. Omnibus enim id commune eſt, vt veram doctrinam, vtilemque contineant, minus tamen fortaſſe aptam locò huic, ſiue vulgatam premas lectionem, ſiue LXXII. Interpretum Græcam expendas. De Latinis quidam *Animæ liquefactionem* ad *virium corporis imbecillitatem* referre videntur. Sæpe enim caro incapax cœleſtium mutationum, omnino ſuccumbit. Sic Gregorius PP. Lib. 4. Mor. Cap. 30. *Nimirum mens dum occultæ loquutionis aſpiratione tangitur, in ſtatu ſuæ fortitudinis infirmata, ipſo, quo abſorbetur, deſiderio, liquatur. Inde ſe apud ſemet ipſam ſeſam inuenit, vnde vltra ſeſe eſſe fortitudinem conſpicit, quam conſcendit.* Adhibet exemplum Danielis, qui poſt auditum Angeli reuelantis Sermonem, *Languiſſe ſe dicit, & ægrotaſſe per dies.* Dan. 8. 27. Hæc generatim dicta vera ſunt. Vellem huic loco, & ſtatui Eccleſiæ accommodaſſet, explicaſſetque Gregorius, quæ *Locutio* illa fuerit, ad quam ſe *Liquefactam* affirmat, quod ille minimè facit. Nec puto, quæ immediate poſt foras egreſſa, magnis animis Sponſum quærit, & aduerſis etiam exercita non defecta corporis viribus erat, ſed omnino valens alacriſque: vt neceſſe videatur, ſi legibus analogiæ hærere velis, aliter hæc interpretari.

Variæ ſententiæ locum hunc implicauere.

Gregor. M.

Liquefactio, ad Dei interius verbum, carnis imbecillitas, *Dan. 8. 27.*

II.

Alij ad affectionū carnalium deſitionem referunt.

Ad ſermonē Dei interius ſonantem,

Minus aptè, vt videtur, alij ad Dei *ſermonem interius ſonantem dura, & ac rigida omnia Liquefieri*, monent, quæcumque ſcilicet ex halitu terrenorum, ac carnalium affectionum animam velut duritie quadam, ac rigore corripiunt. Id non ad hunc locum ſpectat, neque ad ſtatum Sponſæ, qui iam perfectus deſcribitur. Miror que id non obſeruatum à Richardo Vict. qui in hunc ſenſum hæc interpretatur. Melius qui ad teneritudinem, ac mutationem animæ referunt, quæ *flamma diuini amoris correpta, tota in Deum lique-*

Ad Dei verbum interius dura quæque molitur.

Richar. Victor.

Digitized by Google

Alij ad animæ mutationem, liqueſcentis ad ignẽ amoris Dei.
Quæ diſponitur ad varias formas

Animus ad varias ſuſcipiendas formas aptus ſicut liquida cera.

liqueſcit. Voces ergo, ad quas *liqueſcere* dicitur, arcanas Dei loquutiones intelligunt, quibus veluti quibuſdam prunis ardens animus, totum ſe Deo permittit, facilis ad varias ſuſcipiendas formas, quemadmodum cera, cum liquefacta formis infunditur ſed eodem hic ſenſus malo laborat, cum primo, cum non explicant, quæ ſint hæc Chriſti verba, aut quando prolata, quibus ea Eccleſiæ mutatio debeatur. Quanquam in hunc ſenſum inclinat Gregor. Homil. 24. in Euangelia.

III.
Græcorum aliamens fuit alia Lectio.
Quidam expendit de anima ſeſe a ſenſibilibus abſtrahentem.
Alij de anima cõſolationes exteriores quærente.
Neutri apte ad locum.

Græca lectio, & origiualis.
Greg. Nyſſen.
Anima perfectionis ingreſſa viã ſublimius ſemper tollitur.

Qui Græcam LXXII. Lectionem ſunt ſequuti Ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ *Anima mea egreſſa eſt in ſermone eius* quemadmodum etiam in originibus legimus aliter interpretantur. Nyſſenus, vt aſſolet, ſenſu ſublimis, nec verbis imparibus, ad profectum animæ refert, quæ perfectionis viam ſemel ingreſſa, in intima familiaritatis ſemper admittitur, & Diuinitatis arcana: quoque in illud pelagus profundius immergitur, eo magis à ſenſibilibus, atque imperfectioribus ſubtrahit ſe. Hoc *Egredi* eſt, Is autem eius ſermonis effectus eſt, quo Deus animæ interius loquitur, quam ſibi magis vnire deſtinauit. Contrà autem Tres Patres, *Egreſſum* hunc animæ *ad imperfectiora* interpretantur, cum ſcilicet tædio quodam ſpiritualium laceſſita, conſolationes exteriores quærit, in Sermone eius quo dixerat: *Egredere poſt veſtigia gregum.* Cui ego interpretandi rationi non multos adhæſuros exiſtimo.

Tres Patres.
Anima tædio ſpiritualium ad exteriora regreditur.

IV.
Sed eſt alia verborum mens.
Nam qui verbi Dei miniſterio vacant,
Cauſas exquirere infelicioris ſucceſſus,
Sicuti ſolet agricola, cui ſterilior annus
Nam ſæpe ſeminis effeta vis obeſt,
Sæpe aliæ cauſæ ſunt,
Id exquirit Eccleſia.
Vnique ſibi cauſam tribuit ſterilioris ſegetis,
Se ergo damnat ipſam,
Quæ metu turbata Chriſti voci repugnarit,
Nec cum loqueretur audierit,

Miniſtri verbi exquirere ſoli ſi cauſas fructus exigui.

Simile appoſitũ.

Sed aliud quiddam hiſce verbis latere exiſtimo & accommodatius ad verba, & aptius ad rerum ſeriem. Solent ſæpe qui animarum negotia ſerio tractant, cum hærere ſibi aquam vident, neque fructum miniſterij laboribus reſpondere, ſolerti apud ſe judicio examinare eius rei cauſas, non enim ſunt vnius generis, quæ ſolent vigilem quamcumque operarum diligentiam effectu fruſtrari. Nam & qui iacit ſemina ruſticus, ſi minus ex voto ſegetes creuerint, vnde mali origo proueniat, quærere ſolet, vt corrigat. An glebæ malignitas, ac ſuccus incoctus minimè ſemen admittat, admiſſumue minus foueat: an ſuperflua irrigatione putreſcat; an noxijs ſuffocantibus herbis naſci non poſſit, aut natum moriatur vigore defectum, pabulo ſcilicet in alimentũ inutilium herbarũ prorſus conſumpto. S.D.E. *Aliud cecidit ſecus viã, & conculcatũ eſt, & volucres cæli comederũt illud; & aliud cecidit ſupra petrã, & natũ aruit, quia nõ habebat humorẽ; & aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.* Luc. 8. 5. 6. 7. Sed haud raro ſeminis ipſius vel effœta, vel languida vis laborẽ fallit agricolæ, quod cum cætera minimè obſint, aut nõ naſcitur, aut ægrè quidẽ natũ, virtute deficiẽte langueſcit, triſtiq; culmo vix ſe à terra ſuſtulit, inutilibus granis inaniter pregnans. Iuſſa quidem Eccleſia fuerat, verbi ſeruenti inſiſtere, nec de ſeminis ipſius vegeta vi, ac fœcunditate poterat dubitare, quod ſibi ſcilicet ſciret à Domino miniſtratũ. Sed nec de bonitate glebæ cauſa vlla dubitandi erat, vt pote ſciẽti, eũ ipſum, qui iuſſerat, vt ruſtico inſtaret operi, & temporis articulũ ad ſemen iaciendum oportunum noſſe, nec fruſtra iacturum ſemen in ſterile ſolum. Vnum manebat, quod damnare poſſet, ſi ſua ipſius aliqua fuiſſet culpa peccatum, quo iactatum in cordibus hominum ſemen verbi vel naſci prohiberetur, vel creſcere. Ergo ad ſe ipſam conuerſa, præterita ſua omnia minutè examinat; memorque ſuæ olim deſidiæ, ac torporis ob metum, quæ vocata, pulſata, delinita, atque vt aperiret rogata, tardauerat, atque excuſationes vanas obtenderat; culpam fatetur, quam admiſerat: atque omnem in ſe triſtioris ſucceſſus cauſam conijcit: quòd ſcilicet, cum *Sponſus Chriſtus loqueretur*, præ timore ac trepidatione apud ſe minimè fuiſſet, vtpote quæ, velut à ſe exceſſiſſet ipſa, non ſatis arbitrata fuiſſet, quantum obſequij Chriſto deberet. Proficientem Eccleſiam vides, quæ, quam in populi ſui peruicaciam, ac cordis duritiem conijcere culpam vere ſpoterat, modeſta in ſe confeſſione maluit conijcere, tametſi eam culpam, ſi qua erat, ſciebat, potius ex imbecillitate, atque metu, quam ex prauo voluntatis affectu proceſſiſſe. Id ergo eſt: *anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt.* Ea virtute defecta fuit, qua vincere impedimenta omnia poſſet, vt ſolida metalla ſolent, quæ ſi liquæfiant multo igne, imbellia, ad agendum ſunt. Id iuxta Græcam Lectionem LXXII. *Anima mea egreſſa eſt.*
„ Apud me non fuit meus animus; alias videbatur oberrare per partes, quandoquidem cum maximè oportuiſſet iudicij vim exerere, ac peruidere, quid facto opus eſſet,
„ inani timore nebulas obfundente, errore cœco prolapſus eſt.

Luc. 8. 5. 6. 7.

Seminis imbecillitas ſæpe fallit agricolam.

Dei verbũ ſem magnæ virtutis eſt.

Eccleſiæ exigui fructus cauſam in ſe conijcit.

Proficit ergo in humilitate Eccleſia,

Eccleſiæ in humilitate profectus.

Quæ alienã culpam in ſe conijcit,

Se affirmans non fuiſſe apud ſe cum Sponſus loqueretur.

NOTATIO XXII.

QVÆSIVI, ET NON INVENI ILLVM.

I.
Solet ſæpe Deus animæ ſe cupienti ſubtrahere,

PErgunt hæc plerique de pia anima interpretari, cui Deus ſæpe vocanti, quærenti, gementi, & ſuſpiranti, conſolationis ſuæ auram ſubtrahit, vt per robuſtiora ad vir-

Sed id ad tropologiam ſpectat. Nyſſeni ſententia, minus apta. Alij de Iudaico populo exponunt. A quo ſæpe quæſitus Deus inuentus non eſt. Quod male quæſitus.

Nyſſenus.

rutem virilem exerceat. Id ad tropologiam ſpectat; quemadmodum & id, quod Nyſſeno placuit, qui hæc refert ad *animæ conatum*, ſed ſæpe irritum, accedenti per cognitionem ad Deum. *Quærit*, inquit, *per ratiocinationes, & cogitationes; & extra hæc omnia poſitus erat, mentis captum fugiens.* Sed id tametſi verè dicitur, ad litteram minime pertinet: immo nec ad hunc ſtatum, quo iam anima Deo coniunctior, non iam ratiocinationibus hiſce ducitur, vt ad Deum accedat. Propius acceſſit Aponius ad litteram, niſi hæc de Iudaico Populo interpretaretur, à quo ſæpe Deus quæſitus, nec inuentus; quia non quæſitus, vt quæri cum oportuit. Sed meminiſſe oportuerat, eandem hanc Eccleſiam eſſe, cui dictum: *Aperi mihi ſoror mea*; quæque paulo poſt, quem quæſierat, nec inuenerat, diligentius quæſitum, tandem *inuenit*; quod Iudaico Populo quadrare non poteſt, à quo *inuentus* nunquam eſt, cum alienus ab eius obſequio ſemper fuiſſet.

Eccleſia Deo cõiunctior, non iam per humanas ratiocinationes cũ quærit.

Aponius.

Populus Iudaicus quærens Deum ſæpe reiectus.

II.

Sed aperit Deo Eccleſia dũ quærit. Illius fidem in Iudæis exigens. Quam non inueniens non ideo deſperat. Sed audacter pergit in opere. Habes in Petro exemplum. Quem vix agnoſcas, ſi dicentem audias. Inter minas, & flagra.

Eccleſia effectu fruſtrata, non ideo deſperat.

Sed haud difficilis huius loci enodatio eſt, ſi memineris, non aliud fuiſſe *Aperire Chriſto pulſanti*, quam *Quærere*. *Aperit* autem Eccleſia *verbi claui* remotis vectibus: nec aliter *Quærit*, quam illius fidem, obſequiumque in cordibus ſuæ Gentis exigens. Ergo, tametſi in ſuam ſen deſidiam priorem, ſeu mentis alienationem, quod modeſtia, atque humilitas ſuadebat, culpam omnem minus ſecundi ſucceſſus coniecerat, non ideo tamen deſperat, ſed miniſterio verbi inſtat, oportunè Chriſtum ingerendo. Hoc ergo adhuc *Quærere* eſt. Atque id eſt, quod legimus, Apoſtolos, etiam prohibitos loqui, Chriſtumque annunciare Iudæis, non ideo per ignauiam Dei cauſam prodidiſſe. Sed audacter Ieſum Chriſtum & prædicaſſe Deum, & vnum eſſe, in quo ſalus hominibus poſſet dari. Vix certe Petrum agnoſco, cum vocatum in concilium, atque reum impietatis actum, dicentem audio: *Si nos hodie iudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt, notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quia in nomine D.N. Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte adſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli. Et non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud eſt ſub cœlo nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Act.4.9.10.11.12. Et: *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate.* Act.4.19.

Petri conſtantia in Euangelio prædicando.

Act.4.9.10.11.

Pſalm.117.8.

Act.4.19.

III.

Quia ſæpe repulſus cum cæteris, Non ideo ceſſat. Et quanquã multi credidere de Iudæis, Obdureſcentibus tamen cæteris, Euangelium ad Gentes transferẽdum tãdem fuit.

Sed & ſæpe repulſi, ac intentatis minis deterriti, immo & verberibus cæſi, non ideo à miniſterio verbi ceſſant; etiam fidelium multitudine per varias orbis plagas perſecutionis furore, velut turbine quodam, diſperſa. *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis.* Act.4.33. Sic Eccleſia *Quærebat* in ſua Gente Chriſtum, quem inuentura non erat: ſenſim obdureſcente, ac contumaciter repugnante, ad iteratas, ac ſæpe repetitas curas. Nam tametſi non defuere de Circunciſione fideles, qui Chriſto adiungerent ſe, tamen eo tandem ventum eſt, vt deſerenda ea natio fuerit, & ad Gentes Euangelij gratia transferenda. Et quidem de plebe non paucis fidem Chriſtianam amplexis, ſemper Principes, ac Populi illius primores repugnarunt; non modo ne ipſi ceruices iugo ſubijcerent Euangelij, ſed vt & alios in errorem pertraherent; & Apoſtolorum conatus impedirent. *Quærebat* ergo in illis *Chriſtum* Eccleſia, ſed *Inuenire non poterat*, qui illũ ſcilicet coegiſſent, de migratione in aliam Gentem cogitare, quod tandem perfectum eſt, vt mox dicturi cum Eccleſia ſumus.

Iudæi rebelles ad iteratas vices Eccleſię tandem deſerti.

Act.4.33.

Iudæorum Principes nec ipſi cõuerſi, & cæteros auertẽtes a fide.

IV.

Quod autem vocaſſe & nec reſponſum habuiſſe dicit Eccleſia, Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ. Ad exaggerandũ illius ſtudium.

Sequitur: *Vocaui & non reſpondit mihi.* Id autem duplice ſenſu dictum, arbitrari poſſumus: aut vt repetitionem prioris ſententiæ contineant, neque aliud ſit *Vocare*, quã *Quærere*, neque *Inuenire* quam *Reſpondere*; ſolent enim qui *Quærunt*, nec eum quem *Quærunt Inueniunt*, voce & clamore iuuare, ſi forte, qui videri non poteſt, audiat ſaltem. Id probabile eſt. Pertinebitque id ad exaggerandum conatum, & inueniendi deſiderium: cum quis nihil intentatum relinquit, atque omni via quæritat, quem per omnem vagari poſſe conſiderat. Quod longe adhuc diligentius Eccleſia mox factura eſt.

Eiuſdem ſententiæ geminatio.

V.

Aut referendum ad preces. Quibus pro ſua gente Deum interpellauit. Cuius rei habes luculentum exẽplum. In Apoſtolorum Actis. Nouam ergo ſibi conſtantiam poſcebat Eccleſia,

Aut, quod multo magis ad rem facit, has *voces* ad *preces*, & *orandi ſtudium* referemus Eccleſiæ, quæ, cum videret, nihil laborem ſuum diligentiamque proficere, ſed ſemper inani ſucceſſu ſua vota vaneſcere, per feruentes preces ad Deum acceſſit, cuius ſciebat in facultate eſſe, impedimenta omnia ſubmouere. Id eſt, quod legimus Act.4.24. cum poſt paralyticum à Petro ſanitati redditum minacibus verbis denunciatum Apoſtolis eſſet, *Ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu*; illiſque narrantibus Congregationi fidelium, *quanta ad eos Principes Sacerdotum, & ſeniores dixiſſent, leuauerunt vocem, & dixerunt, Domine tu es, qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt; qui Spiritu Sancto per Patris noſtri David pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gentes & cæt. Et nunc, Domine, reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Et cum oraſſent motus eſt locus, in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.* Act.4.24.25.20.31. Scilicet id petebant, vt & ſibi animos nouos, ac conſtantes inderet, quibus operi cœpto, nullo pauore deterriti, incumberent:

Eccleſiæ vota & preces ſuę ad Deum pro ſua Gente.

Oratio Eccleſiæ pro ſe, proque ſua gente.

Act.4.24.

&in

Digitized by Google

Et vt omnis remo-ueretur obex, De cordibus Iudæorum.

& in illius Populi cordibus inueniri ſe per fidem fineret. Eo enim vota Eccleſiæ cuius illi tunc ſuſtinebant perſonam, properabant. Sed qui ſe indignos iudicarunt æternæ vitæ, ac Dei oblatum beneficium neglexerunt, iure neglectu Dei ac miſerrima deſertione puniti ſunt. Id fuit Deum ad iteratas Eccleſiæ voces, ac preces *minime Reſpondiſſe.* Sic dictum: *Quæſiui. & non inueni illum; vocaui, & non reſpondit mihi.*

VERSVS VII.

INVENERVNT ME CVSTODES, QVI CIRCVMEVNT CIVITATEM: PERCVSSERVNT ME, ET VVLNERAVERVNT ME: TVLERVNT PALLIVM MEVM MIHI CVSTODES MVRORVM.

COMMENTARIVS.

PERGIT Eccleſia narrare aduerſitates ſuas, quibus tanquam turbinibus concuſſa, omnis pene illa ſpes fructificandi in ſua Gente per prædicationem euanuit: atque inter diſcrimina multa & grauia conſtantiam, & in quærendo Chriſto in Iudæorum cordibus perſeuerantiam. *Cuſtodes* autem, *Qui circumeunt Ciuitatem*, *Principes*, ac *illius Populi primores* intellige, quorum curæ adminiſtratio omnis Reipub. ſeu ſacra, ſeu politica commiſſa erat. Ab his *Inuentam* ſe dicit, dum Chriſtum anxia *Quæreret*, idest, dum fidem Chriſti atque obſequium in Iudæorum animis exigeret: quia illorum authoritate quæſiti, citati, vocati Apoſtoli, atque in Concilium pertracti, iuſſi ſunt, & ſui rationem reddere, & prohibiti de Chriſto amplius loqui. Cætera ad perſecutionis pertinent atrocitatem, quæ in Apoſtolos, ac Diſcipulos ſæuitum eſt. Nam & flagris cæſi, & lapidibus obruti, & capite truncati, & facultatibus ſpoliati propter Chriſtum ſunt. Graphicè ergo ſæua illa deſcribitur perſequutio, qua Eccleſia à Iudæis primum vexata eſt; ita vt plerique cogerentur furori perſequentium cædere; & per varias orbis plagas diſpergi, ne vitæ, & facultatum; aut fidei pietatiſque diſpendium ſubirent; quorum alterutrum, tametſi durum, neceſſarium tamen erant.

ENARRATIO.

LABORI labor, & anxietati ſucceſſit anxietas: niſi quod durius exerceri cœpta, fortius ipſa prælia multa ſuſtinui. Dum enim omni indagine Chriſtum in Iudæorum quæro pectoribus, nec inuenio, Sacerdotum ipſi Principes, ac Iudæorum Primores acerrime concitantur in me. Eorum quidem erat publica rerum, ſeu ſacrarum, ſeu ciuilium adminiſtratio: ac ne quid publica res detrimenti caperet, omni ſtudio prouidere. Sed abuſi, propter inuidiam nominis Chriſti poteſtate, dum ſuis ſibi, vt putabant, commodis prouident, in me ſunt acerbiſſimè commoti. Me ergo opus meum per Apoſtolos vrgentem, ſubmiſſis lictoribus rapiunt in tribunali; ac medio ſtatutam ſeniorum, Sacerdotumque concilio, impietatis accuſant. Nec proficiente innocenti defenſione, per vim, ac nefas flagris mulctant, lapidibus impetunt, fuſtibus cædunt; nec contenti mortem minari, ſi pergam, necem etiam inferunt. Sic fidelium multi mulctati crudeliter. Stephanus lapidibus obrutus, Iacobus gladio percuſſus.

cuſſus: Petrus coniectus in carcerem, agendus in crucem, niſi potentior Angeli virtus catenis eximeret, eductumque carcere, locaret in tuto; ne in ipſo exortu Capite truncaretur Eccleſia. Nec Deſijt turbo ille, quoad cæteri Diſcipulorum pars metu, pars trepidatione diſperſi per orbem, voluntarij exſules vagarentur. Additus labor labori eſt, & quibus anima ipſa carior fuerat pietas, bonorum iactura omnium, præ fidem retinendi conſilio, neglecta eſt malentibus corpore nudari, quam animo. Et hæc quidem ab ijs ſum paſſa, á quibus niſi officium prodidiſſent, iuuanda fueram ad pietatis opus promouendum.

NOTATIO XXIII.

INVENERVNT ME CVSTODES QVI CIRCVMEVNT CIVITATEM.

SVM.COM.

I.

De ſingulis verbis quæſtiones ſingulæ.
Prima, cuſtodes, qui ſint?
Alij Prædicatores volunt,
Qui verbo Dei vulnera infligãt, vt ad Deũ ducãt.

DE ſingulis penè verbis ſingulæ ſunt quæſtiones, prima, quinam ij *Cuſtodes* ſunt; quæ grauiſſima omnium, & ad ſenſum neceſſaria. Proxima, quid ſit *Ciuitatem Circumire*, quæ facilis eſt; tertia cur *ab illis Inuentam ſe dicat, non contrà*: hæc etiam, cæteris explicatis, facile expedietur. Quidam *Cuſtodes* in bonam partem interpretantur, & numero & authoritate ſcriptores magni; nam *Cuſtodes Prædicatores* eſſe volunt, à quibus verbo Dei tanquam gladio Eccleſia vulneretur, & ad lachrymas cogatur; doctrina autem ad rerum omnium externarum amorem deponendum, inuitetur. Id ad *ablationem Pallij* pertinere. Sic Philo, Caſſiod. Gregor. M. Beda, Anſelmus, Alij, quibus adiungere Bernardum poſſumus Serm. 13. in Pſalm. Qui habitat. Quanquam alia ratione interpretatur *Vulnerauerunt me & tulerunt pallium mihi*, de quo poſtea.

Cuſtodes quibuſdam Prædicatores.
Philo.
Caſſiod.
Gregor M.
Beda.
Anſelmus.
Bernardus.

II.

Alij Angelos malunt,
Quibus hominum cuſtodia commiſſa,
Id placitum Nyſſeno,
Atq. Ambroſio.
Et tribus PP. apud Theodor.
Id nobis probari non poteſt,
Quia non bene id conuenit, cũ ſenſu Eccleſiæ.
Quæ dolet percuſſam ſe,

Alij *Angelos* accipiunt, quorum cuſtodiæ commiſſa Eccleſia. Hunc ſenſum Nyſſenus habet, cuius poſui pauca verba, ex quibus ſincerius illius mens ab auido Lectore capiatur. *Cuſtodes ſunt Angeli, quibus anima credita eſt, cuſtodienda ab omni malo. Hi cum percutiunt ictu diuinæ virga, non tamen pellem tangunt forinſecus: penetrant, ac ſtigmata relinquunt. Inſuper ab his cuſtodibus, tanquam lapis à Moſe, eadem percutitur anima, vt ex ipſa erumpant aquæ cœleſtis doctrinæ, ſitienteſque bibant populi.* Hæc Nyſſenus obſcuriuſculis verbis, vt aſſolet. Cætera apud illum leges. Nec faciliora intellectu, quæ Ambroſius habet Lib 3. de Virgin. quæ poſtea cenſebimus: ſed planè *Cuſtodes Angelos* eſſe vult, ſicuti & tres apud Theodor. PP. Sed horum omnium vna ratione ſententia infirmatur. Quod alienum videatur *Vulnera*, ac *Spoliationem*, non in deterius accipere, ſed pro officijs, quibus vel Apoſtoli vel Prædicatores, vel Angeli Eccleſiam vel verbi prædicatione, vel monitis, vel arcanis impulſibus ad perfectionem Chriſtianæ vitæ, Deique amorem conantur pertrahere. Nam ſi id officium præſtatur ab illis, quod maximè illi in votis, ad Chriſtum ſcilicet omni conatu properanti. Quid illa queritur? Quid accuſat, *Percuſſam ſe*, ac *Vulneratam* clamitans, quaſi quæ illis artibus ſit prohibita Chriſtum quærere? Quidquid ergo *Cuſtodes* illos eſſe volueris, eos dicere debes, qui properantis ad Chriſtum curſum inhibere voluerint, non iuuare. Profecit illa quidem illis artibus, & celerior ad Chriſtum iuit; nam ſæpe, cum amor robuſtus eſt, aduerſis vires intendit; ac, velut contrarijs flantibus ventis, ingens flamma lucidius ſplendet. Sed ea natura robuſtæ virtutis eſt, inter aduerſa fortioris; non eorum, qui aduerſantur fauor, qui illam potius conantur extinguere, & de orbe toto depellere.

Cuſtodes Angeli alijs.
Nyſſenus.

Ambroſius.

Tres Patres.
Vulnera, in deterius accipiẽdas.

Dum iret ad Chriſtum.

Cuſtodes qui curſum Eccleſiæ euntis ad Chriſtum inpediunt.

III.

Alij malunt Dæmones. Tyrannos, Hæreticos
Sed de Dæmonibus non aptè ad munus Cuſtodiũ,
Alij ergo cuſtodes erunt,
Principes ac tyrannos quidam volunt,

Probabilius ergo cæteri *Cuſtodes* interpretantur, vel *Dæmones*, vel *Tyrannos*, vel *Hæreticos*, qui Eccleſiæ perſequutores, illi quærenti per veram fidem, ac pietatem Chriſtum, & *Vulnera* intulerunt, & facultates detraxerunt. De *Dæmonibus* accipit Aponius. Sed non facile eſt explicare, cur ſub *Cuſtdoum* ſchemate Dæmones ſignificati ſint, cum nomen ipſum ſatis indicet, eorum fuiſſe ex munere ad cuſtodiam vrbis vigilare. Nam tametſi *Dæmones* vigilant, nec ad cuſtodiam, ſed ad perniciem vigilant: neque ex demandato legitimè munere vigilant, ſed ingerentes ſeſe, & alienæ inuidentes felicitati. Quærendi ergo ſunt, quibus ex munere hæc vigilandi, ac cuſtodiendi cura commiſſa ſit, vt vere *Cuſtodum* appellatione donari poſſint. Ideo melius illi, qui *Principes*, ac *Tyrannos* ſæculares, quicumque ſint illi, intellexere; quibus ex delato publicitus munere proprium erat, vt commodis multitudinis inuigilarent: id enim proprium Regum, Præſidumque eſt. Sic Iuſtus, Theodoretus, & de Recentioribus quidam & docti,

Aponius.
Cuſtodes ij quibus ex munere vigilandi cura commiſſa.
Cuſtodes. Tyrãni Eccleſiã perſequentes.
Iuſtus.
Theodoretus.
Recentiores.

Digitized by Google

Et quidem probabilius,
Referunt autem ad quaſcumque perſecutiones.

& docti, & graues. Sed in eo minus probandi, quod hæc referunt, ad quaſcumque perſecutiones, quas vnquam paſſa Eccleſia eſt. Siue ab Ethnicis, ſiue ab Hæreticis. Id nimis laxum eſt, & filum interpretationis, ordinemque rerum confundit. Ideoque aliud quiddam dicendum eſt, quod rerum ſeriem continuet, iuxta eam viam, quam hactenus duximus.

IV.
Sed præſtat accipere Principes Sacerdotum,
A quibus concitata in Eccleſiam perſecutio,
Hi cuſtodes ciuitatis dicti,
Qui auitæ religionis curatores ex munere,
Ne quid detrimenti caperet,
Ideo in Apoſtolos inquirunt,
Et in ius vocant.
Et quamuis exauthorata lege,
Adhuc errore communi cuſtodes erat,
Quo nomine haud ſemel appellati
Eorum ergo erat vigilias agere.

Principes Sacerdotum Cuſtodes hic dicti.

Et nos quidem Notat. proximè Eccleſiã, Chriſtum in Iudæorum cordibus quærentem, induximus, nec inuenientem tamen; appellantem, nec reſpondentem. Sequuta acris Iudæorum perſecutio, qui omni niſu extinguere aduerſis flatibus recentem flammam conati; quemadmodum in Actibus Apoſt. non vno narratur loco. Eam autem tempeſtatem, qua Eccleſia, hactenus quidem ſecundiore nauigans aura, conflictata vehementer eſt, *Principes Sacerdotum*, ac *Seniores* populi illius concitarunt, quorum erat & Sacra, & Profana adminiſtrare, Hos nos ob eam cauſam *Ciuitatis*, id eſt, Reipub. illius *Cuſtodes* dictos exiſtimamus, & quidem non ſine ratione probabili. Lucam audi, qui pene huius ſententiæ eſt Author. *Factum eſt autem in craſtinum, vt congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ, in Ieruſalem; & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali*, Act. 4. 5. 6. At ij eo in concilium coacti ſunt, quòd eorum eſſet ſacra procurare, & peruidere, nequid religio, quam à maioribus acceperant, caperet detrimenti: Ideo quos exiſtimabant ab auita alienos pietate, noua dogmata introducere, in ius vocant, in eos inquirunt, doctrinæ vt rationem reddant, iubent, minas intentant, & flagra, ac ſeuerè edicunt, ne vltra ea dogmata in populum iactent. Ea omnia eorum ſunt, quibus ex munere datum vt vigilias agerent, prouiderentque communi Religionis bono. Ideo *Cuſtodes* vere erant, & hoc loco dicti ſunt. Nam tametſi illi iure iam in Apoſtolos agere non poterant, vt pote exauthoritata lege, ac noua inducta, poteſtate omni, atque authoritate ſpoliati; tamen communi errore facto ipſo legitimi habebantur ſacrarum rerum, ac veteris Moſaicæ legis curatores; quod ſatis eſt, vt *Cuſtodes* & haberentur, & dicerentur. Talis ille erat adhuc legitimus *Cuſtos* cui dicebatur: *Cuſtos, quid de nocte? Cuſtos quid de nocte?* Iſa. 21. 11. Tales illi, de quibus dictum *ſuper muros tuos, Ieruſalem, conſtitui Cuſtodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt*. Iſai. 62. 6. Nam eorum munus vigilias agere, & clamore aliorum ſomnum impedire, ſollicitudinem laceſſere, murorum ambitum circumire. Ideo hic dicuntur *Cuſtodes Murorum*.

Act. 4. 56.

In Apoſtolos inquirunt, & in ius vocant ex munere,

Cuſtodum legitimorum, munus, vigilare. *Iſai. 21. 11. Et, 62. 6.*

V.
Circumire Ciuitatem dicti
Ex vſu militaris diſciplinæ
Et ciuitatum conſuetudine
In quibus diſpoſitæ militũ ſtationes
Noctu vigilant, ne quid turbetur.
Cura hæc Sacerdotum fuit,
Qua Chriſti doctrinam opprimere ſunt conati,
In vrbe Ieroſolymꝗa, & extra illã,
Talis Paulus fuit.
Ergo id fuit circumire ciuitatẽ,
Quod de ſe confeſſus non ſemel ipſe.

Circumire ciuitatem, in illius bonum vigilare.

Prima explicata quæſtione ſuccedit altera, ſed facilis explicatu. Quid ſit *Ciuitatem Circumire*. Eſt autem nihil aliud, quam quod modo dicebamus: fungi munere ſuo, ac ſolerti ſtudio publicis commodis inuigilare. Ducitur autem omnis metaphora ex militari diſciplina, & more. Nam ſolet in Ciuitatibus, quæ prope hoſtium ſunt ſitæ; multum adhiberi ad cuſtodiam ſtudium, inſtitutis qui noctu vigilias agant; qui circum curſent; qui tanquam omnia timeant, peruideant omnia, ne imparatos ciues, ac ſomno ſepultos hoſtilis incurſus inuadat. Aut certe ab ea conſuetudine metaphora ducta eſt, quam in pleriſque vrbibus obſeruari etiam nunc videmus, in quibus diſpoſitæ certis locis ſub noctis tenebras ſtationes militum ſunt; circumeuntibus interim quibuſdam vel lictoribus, vel ciuibus regiones, aut Magiſtratuum miniſtris, qui caueant, nequid alicubi detur turbarum, ab ijs, qui & tenebris, & ſilentio noctis abuſi, alieno malo vigilant. Sicarij, graſſatoreſque, aut fures. Hos circitores vocamus. Quam autem vere de Sacerdotum Principibus dictum ſit; *Qui Circumeunt Ciuitatem*, intelliges ex ea ſollicitudine, qua Chriſti prædicationem, doctrinamque vel metu fugare, vel authoritate opprimere conati ſunt. Nam & quid Ieroſolymis egerint, partim indicatum ſupra eſt, & dicetur paulo poſt: & quid extra vrbem machinati ſint, indicat Saulo munus commiſſum, exagitandi Chriſtianos, & quidem eo ambiente, & operas vltro ſuas offerente. *Saulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in Diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas; vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem*. Act. 9. 1. 2. & inferius: *Domine, audiui à multis de viro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in Ieruſalem: & hic habet poteſtatem à Principibus Sacerdotum, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum*. Act. 9. 13. Vide *Ciuitatis Cuſtodem Circumeuntem Ciuitatem*. Et angulos, ac latebras ſcrutantem omnes, vt ea dogmata comprimeret, deletis authoribus, quibus antiquam doctrinam vocari in diſcrimen ſciebat. Id ſcilicet ille, iam mutatus in alium, accuſabat in ſe. *Audiſtis conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo; quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam; & proficiebam in Iudaiſmo ſupra omnes coetaneos meos in genere meo: abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum*. Galat. 1. 13. 14. Hoc ergo *Circumire Ciuitatem* eſt.

Circitorum munus.

Principes Sacerdotum ſolliciti in opprimenda doctrina Chriſti. *Act. 9. 1. 2.*

Act. 9. 13.

Galat. 1. 13. Paulus ſe fatetur vnum fuiſſe de cuſtodibus.

VI.
Sed obijci poteſt.

Sed obeſſe his, quæ de *Cuſtodum* myſtico ſignificatu dicta ſunt, ea videntur, quæ ſuperius Cap. 3. 3. de Vigilibus dicta à nobis ſunt: qui cum ijdem cum *Cuſtodibus* ſint,

(vt

Digitized by Google

Vigiles a nobis idē eo alio dictos Moſen, & Aaronem, amicos ſcilicet ſiue inimicos,
Id non obeſt quia vtriq; ſimiles munere,
Licet alij legitimo iure,
Alij illegitimo, & preſumpto.

Cuſtodes & vigiles ijdem ob eandem cauſam.

Moſen Aaronēque legitimo iure vſos: Principes Sacerdotum illegitimo.

(vt magni quidam Authores arbitrati ſunt,) nos tamen diuerſiſſimè Moſen, Aaronemque ſumus interpretati: ſenſu non modo diuerſo, ſed pene contrario: cum hoc loco inimicos Eccleſiæ, illo autem amicos, immo & nutritios, dixerimus, ſed facilis nodi ſolutio. Nam nec diuerſa hoc, & loco illo interpretatio eſt, cum vtrobique eos interpretati ſimus, quorum ex munere publicè demandato, erat Sacra curare, prouidereque, ne in diſcrimen vocaretur cultus religionis. Ideo & Moſes, & Aaron *Vigiles* dicuntur: & Principes Sacerdorum *Cuſtodes*. Tota in eo diuerſitas fuit, quod illi ex Dei inſtituto, legitimo iure Reipub. quantum ad Sacram, ac profanam politiam pertinebat, curam ſuſtinebant, quam Deus ſcilicet demandarat: hi autem abrogata lege, exauthorataque poteſtate; ex communi errore potius, quam iure legitimo, eo munere fungebantur. Id autem minimè obſtitit, quin *Cuſtodes* dici poſſent facto, & vſu, immo & errore mortalium.

VII.

Vera ergo hæc dicta ſunt.
Ideo alibi vel vt amicos interrogat
Alibi minime quia inimicos ſciebat,
Ideo ab ijs percuſſa & ſpoliata,
Circumſtantiæ ergo contraria diuerſitatē confirmant.
Vt alij amici intelligūtur alij inimici,
Quales Principes Sacerdotum.
Alio ergo iā ſtatu Eccleſia eſt
Ideo per dura probatur,
Et perſecutionibus oneratur.

Cur vigiles amici, cuſtodes inimici.

Quin ſi verba loci vtriuſq; expendas, ac inuicem componas, ſtatim aſſentiere, quanta hæc cum probabilitate dicantur. Nam tametſi affinia ſint, eſt tamen inter illa ingens diſcrimen. Capite enim III. ſe inuentam ab illis dicit, quod hic fatetur etiam. Sed illo, Interrogatos à ſe, quod hic minimè factum eſt. Quin potius ſe & percuſſam, ac vulneratam ab illis quæritur, quod Capite illo III. non eſt factum. Itaque illic ſilentes interrogat, hic non interrogat; Illic non accepto quanquam reſponſo, non tamen malè pugnis accepta diſcedit: hic autem & ſanguine de vulneribus madens, & multo ictu liuida, & pallio inſuper ſpoliata, vix de illorum ſe manibus eripit, quos minime ipſa quæſierat. Quod ſine magna cauſa factum non eſt. Quam tametſi quæſtionem a nemine excitatam ſcimus, haud difficilem explicatum habere putamus, nec minimi momenti ad huius loci ſenſum eruendum, firmandumque, quod diximus. Nam certe ex ordine verborum ipſo, rei vtriuſque circunſtantijs, non diuerſis modo, ſed pene contrarijs, fit, loco vno *vigilum* appellatione amicos, fauenteſque intelligi, quales Moſes, & Aaron fuere, vt eo loco docuimus: alio autem *Cuſtodum* nomine hoſtes perſequutores, atque Eccleſiam odijs inſectantes, qui alij, quam Sacerdotum Principes, intelligendi non ſunt. Interrogat loco vno, quos ſciebat ſibi amicos, ſi quid reſciſſent de ſuo Dilecto, minimè ſcilicet tacituros: hos loco alio non interrogat; quos ſciret minimè reſpondere poſſe de Chriſto; &, vt poſſent, minime reſponſuros. Vides diſcrimen, & diſcriminis cauſam: quamque aptè hæc ſibi nectantur inuicem: ac omnino diuerſo iam ſtatu eſſe Eccleſiam hoc loco, cui vtique robuſtiori, acres pugnæ, ſæua, vulnera, ac bonorum ſpoliationes parantur: vt, duris exercita, victrix, ouanſque ſuo Sponſo ſe ſiſtat.

Eccleſiæ ſtatus robuſtior, probatur aduerſis.

Quæ in hoſtibus propter religionem factum non eſt.

Quia tenera adhuc, & minime valens.

Eccleſia ſub Synagoga propter religionem non vexata.

Nam tametſi Eccleſiæ ſub Synagoga, haud raro ardua, & aſpera tolerata ſunt, tum in Ægypto, tum poſtquam promiſſæ terræ inijt poſſeſſionem, tamen quidquid perpeſſum ab ea eſt, vel ſupplicium fuit ſcelerum, quo populum ingratum vltus eſt Deus; vel propter alias cauſas, quam propter religionem, inductum. Nunquam enim legimus conatos exteros Principes Moſis tempore, eos à patrijs legibus ad Deorum cultum reuocare directè, & ex intentione. Ea enim gloria ætati adultæ Chriſtianæ Eccleſiæ ſeruabatur. Neque æquum erat teneram adhuc, & imbecillam durioribus probari: ſed velut ad palum ludicris, ac leuioribus pugnis ad vera, ac virilia erudiri prælia.

VIII.

Licet aliquando modicum quid paſſa
Cum de proximo Chriſtus expectaretur
Vnde robur illi cōmunicaretur,
Et exemplū quod imitaretur.

Eccleſia ſub Synagoga à proximo Chriſto, robore nouo induta, aliquid paſſa.

Et quanquam & Danielis tempore aliqua, & Machabæorum pluſcula ab Antiocho pro patrijs legibus perpeſſos legimus, id tamen non ante factum, quam Eccleſiæ Chriſtianæ tempora properarent, vt videretur Machabæis de proximitate Chriſti virtus eſſe robuſtior, eoque ſenſim ad futuram gloriam Eccleſia præparari. Non ergo ea virtus Synagogæ, fuit, ſed Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ iam in illis Martyribus initiabatur, ac velut leuioribus pugnis ad grauiora ſenſim prælia parabatur. Cuius rei magnum argumentum eſt, nullam ante Machabæorum ætatem Eccleſiam illam propter patrias cæremonias perſecutionem paſſam; aut odijs Regum Principumue tentatam, quoad proximè venturi Chriſti, qui ſuis prælijs viam victorijs fidelium conſtraturus erat, roboraretur virtute, excitaretur exemplo.

IX.

Sed cur ſe inuentā, non contrà, dicit?
Quia non debemus vltra perſecutores adire,
Ita quidam probabiliter.
Sed verius, vt indicaret.

Non vltro ſeſe perſecutoribus obijcere oportet.
Matth.10.23.

Supereſt tertia quæſtio cur ſe à *Cuſtodibus inuentam*, non contrà, dicat. Et id à nemine, quod ſciamus, quæſitum, præterquam à viro docto, nec obſcuri inter recentiores nominis. Eius rei cauſam arbitratur ille, quod non opporteat vltro irruere in Perſequutores, ſatis eſſe, ſi minimè terga vertamus, nec propter eorum odia à miniſterio verbi deterreamur. Monitum enim Chriſti eſſe, *Cum perſequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam*. Matth 10.23. Id probabile eſt, nec ad noſtram ſeriem ineptum. Sed arbitror potius ideo *inuentam* ſe dicere, quod minimè cogitantem, minimè metuentem tale quiddam futurum; inexpectato Sacerdotum odio comprehenſa ſit. Itaque cum minus illa cogitaret, ſed ſecundis auris promouere nauim cœpiſſet, ac tuto ſe æquore nauigaturam putaret. Subito terrore inhorruit cœlum, & ſæuiſſima procella detonuit, qua

duris

Digitized by Google

Sibi id incogitanti obuenisse.
Aut certe vt ſtudium ſignificaret,
Conſeruandi antiquam religionem.
Quod ſtudium in illis viuente Chriſto iam cœperat.
Vt in Patris lumbis Eccleſiam delerent.
Quorum ſtudia egregie in typo deſcripta, Sap.2.12.
Communi conſilio facta.

Eccleſia minime cogitans perſecutione tentata.

Ioan.11.47.
Studium Iudæorum deperdendæ Eccleſiæ cœptum viuente Chriſto.
Sap.2.12.

duris iactata modis, ac conflictata eſt. Ideo ſe dicit *Inuentam*, id eſt, præuentam Sacerdotum, ſeniorumque diligentia. Poſſumus & aliter interpretari, ſic tamen, vt vna aliam interpretatio iuuet, quemadmodum ſimilia verba interpretati ſumus. Cap.3.3. Et Pontificum Sacerdotumque vel munus indicetur, vel muneris exequendi ſtudium, ac conatus. Id autem ſtudium diu ante cœperat, cum viuente adhuc Chriſto, & miraculis ſuam diuinitatem, ad doctrinam comprobante, dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* Ioan.11.47. Eodem autem ibant tot concilia, tot tractationes, molitioneſque, antequam Chriſtus abiret ad Patrem, & poſtquam abſens corpore, ſpiritu fouebat Eccleſiam; vt ſcilicet eam vel adhuc in lumbis Patris verſantem, vel paulo antè felici, ſed doloribus multis nobili, partu editam, & vt arbitrabantur ipſi, adhuc tenellam, opprimerent. Quorum in typo omnium dicebant illi: *Circumueniamus Iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis & contrarius eſt operibus noſtris; & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiam habere Dei, & filium Dei ſe nominat.* Sap.2.12. Et paulo inferius: *Videamus ergo, ſi Sermones illius veri ſint & tentemus quæ ventura ſint illi: & ſciemus, quæ erunt nouiſſima illius.* Ver.17. Qui loquendi modus id indicat, quod diximus: non ſtabilem modo voluntatem, ſed conſiliorum ſocietatem, & coitionem, qua Eccleſiæ Chriſtianę interitum in ſuo Capite moliti ſunt: vt omnem ſpem Chriſtianæ poſteritatis, quaſi in radice ſua præciderent.

NOTATIO XXIV.

PERCVSSERVNT ME ET VVLNERAVERVNT ME.

I.
Vulnera & percuſſiones quibuſdam ſunt concionatorum voces,
Quibus velut gladijs Eccleſia vulneretur,
Propter torporem ſignificant,
Sed id minime probandum eſt,
Etiam ſi de Romana ſit ſermo,
Nam ea nunquã caruit viris perfectis.
In quibus certe nullo torpore pulſabatur.
Etiam ex eorum authorum ſententia.
Quibus murorum cuſtodes ſunt,
Qui bono exemplo docent.
In his enim vigilibus ipſa Eccleſia,
Cuius toto cantico laudes non probra canuntur.

Vulnera & percuſſiones, voces concionatorum.
Philo
Caſſiodor.
Beda.
Gregor. M.
Anſelmus.

Romana Eccleſia in viris perfectis perfecta, nec torpore preſſa.

Eccleſiæ nunquã defuere vigiles in quibus ipſa vigilaret.

QVÆ *Vulnera*, hæc, quæ *Percuſſiones* ſint, quæſtio eſt magis propter alios agitanda, quam, quod, ſi ductum ſequare interpretationis noſtræ, non faciliſſimum ſit eam definire. Nam, vt ſuperiore Not. indicatum eſt, quidam, & quidem de veteribus, nec imi ſubſellij Interpretes, quibus & mordicus hærent de Recentioribus pauci, quemadmodum *Cuſtodes* expoſuere *Concionatores*, ac *Apoſtolicos viros*; ita *Vulnera*, & *Percuſſiones*, *doctrinam, ac monita intelligunt*, quibus Dei Verbum viuum & efficax in Peccatores inuehitur. Immo hic Romanam Eccleſiam agnoſcunt, à ſuo illo primæuo feruore in teporem, & ſignitiem delapſam, quæ quo pacto ad priſtinam alacritatem ſpiritus reuocata ab illo torpore fuerit, hiſce verbis enarret. Nobis id conſtitutum locis alijs eſt, neque, vt putamus, imbecillibus argumentis, id parum probabiliter fuiſſe inuentum, ac ſine vlla prorſus neceſſitate. Nam certe eadem illa, quæ hic ſe *Percuſſam*, ac *Vulneratam*, *Spoliatamque* fatetur, aut potius queritur, illa eſt, quæ domo egreſſa, non animosè modo, ſed viriliter Sponſum quærit, nec nocturnas horrens tenebras, nec ſolitudinem timens, nec noctis diſcrimina, ſola, atque impauida. An, quæ ſic quærit, tepet adhuc in amore Sponſi? An, quæ ſic, vt eum inueniat, ſe periculis obiectat, digna eſt, quæ verborum petatur iaculis, vulneretúrque? An quæ potius & foueatur, & laudetur, & à *Ciuitatis Cuſtodibus*, ſi eos *Concionatores* velis eſſe, & vmbone tegatur, & armis defendatur, & comitatu deducta Chriſto ſiſtatur? Sed cum Romanam dicunt Eccleſiam, quid eo nomine intelligant, rogo. An complexionem fidelium, vt & Prælati, & Clerici, & cæteri ſtatus comprehendantur? At inter tam multos plures fuiſſe minimè dormitantes, aut in Chriſti amore tepentes, vel ijdem Authores fateri coguntur, cui *Cuſtodes Circumeuntes Ciuitatem*, *Concionatores*, vtique ſuo laudabiliter fungentes munere, *Cuſtodes autem murorum* eos interpretantur, qui bono exemplo, vitaque ad normam Euangelij exacta, velut ſtationarij ſunt milites, qui circum circa cuſtodiæ ciuium inuigilant, qui nunquam certè, quantumcumque Eccleſiæ torporem fingas, defuerunt, ſed nec deeſſe poſſe eſt certum. Quod ſi ne in eo quidem ſtatu, quem torpore, atque deſidia Rom. Eccleſiæ infamas, defuere tales, qui alijs ſopore preſſis, vigilarent ipſi; certè in his, qui potiſſima illius membra, illa etiam vigilias egit; & ſegnitie omni remoti *Caredimens*, *Ciuitatem Muroſque* defendit. Cur potius Eccleſiam vis in quibuſdam ſegnem, & tepidam hic deſcribi, quam in alijs diligentem? Huius ego rei cauſam vellem illi Authores aſſignaſſent, quod nec faciunt, nec facere certe poſſunt, ſi idoneam reddituri ſint. Mitto rationem illam locis alijs indicatam, laudes toto Cantico Eccleſiæ cani, non probra: quod ad Epithalamicum genus ſpectat.

II.
Vulnera ergo vera ſunt vulnera.

Generatim ergo quemadmodum *Cuſtodes* in deterius interpretati ſumus, Pontificum ac Sacerdotum coriphæos, qui prima in Eccleſiam Chriſtianã perſecutione concitata, perniciem illi moliti ſunt: ita *vulneribus*, ac *Percuſſionibus*, id quod nomina ſonant verè intelligimus,

Digitized by Google

Quibus Eccleſia Iudæis male vexata.
Qui ſenſus ſimplex facilis & ad rem accomodatus,
Cũ conſtet Apoſtolos ea omnia paſſos,
Carceres, flagra, vulnera bonorum publicationem.
De quibus multa habes expreſſa in Apoſtol. Actis.

Vulnera & percuſſiones nõ metaphoricè ſed proprie accipienda.

gimus, ac ſine vllo tropo. Et profectò mirum eſt, cum hic ſenſus tam aptè in rem ipſam quadret, prout quidem geſta in Actis Apoſtolor. narratur, in tanta luce futurum adhuc aliquem, qui in alios ſenſus ire malit, parum certè faciles, ſimplicesque, ne quid amplius, dicam. Sed indicemus loca; quibus hæc ex æquo reſpondere diximus, ſed ſuo ordine, ac gradu. Nam eodem tempore carceribus incluſa Eccleſia in Apoſtolis eſt flagris cæſa verbis ignominioſe lacerata, pœna capitis à prædicatione prohibita, immo & vita in quibuſdam priuata, bonorum publicatione exilioque afflicta. De carceribus illa ſunt. *Loquentibus autem illis ad Populum, ſuperuenerunt Sacerdotes, & Magiſtratus templi,* (καὶ ὁ ϛρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ) *& Sadducæi, dolentes quod docerent Populum, & annunciarent in Ieſu reſurrectionem mortuorum: & iniecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum.* Act. 4. 1. 2. Carcere eductos in Concilium minacibus terruere verbis. *Sed ne amplius,* inquiunt, *diuulgetur in Populum, comminemur eis, ne vltra loquantur in nomine hoc vlli hominum.* Act. 4. 17. Sed & minas, & verborum puncturas contemnentes, iterum excipiunt carceres. *Exſurgens autem Princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant, repleti ſunt zelo, & iniecerunt manus in Apoſtolos; & poſuerunt eos in cuſtodia publica.* Act. 5. 17. Cum autem legis *iniectas in eos manus*, haud ſimpliciter iniectas intellige, vt comprehenſos, in cuſtodiam darent; ſed violentas, vt non contenti tenere, vt ducerent, pulſarent pugnis & odio ſatisfacerent. Certè poſtmodum ab Angelo liberatos, iterumque in ius vocatos, haud contenti minacibus verbis deterruiſſe, etiam flagris, caſtigatos dimiſere; quo illi tempore, *Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Act. 5. 41. Quid cum poſtea & Iacobus ab Herode occiſus, & Petrus in carcerem miſſus eſt, niſi fortiore Angeli manu liberatus fuiſſet, etiam moriturus; vt pulchrum, gratumque ſpectaculum præberet Populo? Quod ſi & his, quæ de Apoſtolis ſunt dicta, quæ paſſus eſt Stephanus Leuites adiungas, quæque aduerſa Eccleſiæ poſt illius lapidationem contigere, diſperſis per varias plagas diſcipulis perſecutione cogente; iam intelligas, quam verè ſe dicat Eccleſia *Percuſſam*, & *Vulneratam à Cuſtodibus*. *Facta autem in illa die eſt perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis: & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudæe, & Samariæ, præter Apoſtolos.* Act. 8. 1. Diffugientibus pleriſque, quibus animi nondum ſatis confirmati, ad perſecutionis acerbitatem tolerandam, erant; Apoſtoli, potiſſima Eccleſiæ membra, ac fortiſſima acies, ſuum ordinem tenuit, pauore imminentis, ac certè graſſantis belli atrocitate haud deterrita, immo impetum omnem hoſtium exceptura. Id fuit, nec plagis nec *Vulneribus* à quærendo Chriſto ceſſare; ſed vel per mortis certa diſcrimina Chriſtianam doctrinam fidemque ſurdis Iudæorum auribus prædicare.

Quibus conſtat manus iniectas in illos,
Nec ſimpliciter vt ducerent in cuſtodiam,
Sed violenta vt percuterent.
Immo vt interficerent.
Sic Stephanus lapidatus.
Et fideles diſperſi.
Non tam ſatisfieri ...
Soli Apoſtoli conſiſtere in acie.

Apoſtoli. & in illis Eccleſia vincti, & in carcerem coniecti. *Act* 4. 1. 2.
Prohibentur à prædicatione. *Act* 4. 17.
Act 5. 17. In Apoſtolos iniectæ manus violentæ.
Apoſtoli contumeliã paſſi gaudent.
Iacobus occiſus, lapidatus Stephanus, diſperſi diſcipuli.
Act 8. 1.
Apoſtoli Eccleſiæ acies fortiſſima ordinem ſeruant.

III.

Hinc de Nyſſeni ſenſu iudicabis,
Qui vulnera interpretatur animæ dolorem quod non inueniat Chriſtũ,
Id ſubtile eſt, ſed huic loco minus aptum,

Nyſſenus.
Vulnerata Eccleſia, quod inuenire non detur quem quærit.

Ex his intelliges, quale ſit ferendum iudicium de interpretatione Nyſſeni, qui hæc de pia anima exponens, monet: Quærentem Chriſtum, quem reperire non poſſit, doceri ab *Cuſtodibus* Angelis, amari ab ipſa, quod nequeat conſequi; quæri, quod inuenire non poſſit. Hinc mœrorem, doloremque ex amore, quod, quem maximè cupiat, complecti, non poſſit. Hoc *dolore Percuti*, hoc *Vulnerari*. Sed ſtatim apparet, id quanquam ſubtile, ac fortaſſe verum, huic loco minus aptari, quo certè, tametſi multo labore feſſa, tandem Chriſtum Eccleſia inuenit, atque inuento adhæret, illius etiam laudes merita: ne deſperatione inueniendi ictam *Vulnerari* dicas. Nunquam enim Eccleſia Chriſtum quæſiuit quin ſpe contingeret, quod quærebat, dum quæreret; & tandem inueniret, quod ſperaſſet.

IV.

Et de trium PP. ſenſu,
Quibus ciuitas rerum natura eſt,
Per quam vagans anima inuenire Deum non poteſt,
Ideò reprehenſam ab angelis, & vulneratam,
Id reijcitur ratione valida.
Nam Eccleſia eo ſtatu eſt, vt caritate duce ad Deũ ſine errore feramur,

Tres Patres.
Anima per cognitionem naturalium inuenire Deum non poteſt.
Vulnera, Angelorum reprehẽſiones,
Dei notitia per naturalia perfecti ſtatus nõ eſt.

Longius receſſere Tres Patres, qui cum *Ciuitatem* rerum naturam interpretati fuiſſent, vagantem per illam animam per cogitationem naturalium, circumeuntemque per creaturarum cognitionem, ab *Cuſtodibus Angelis* reprehendi, quod ſe Deum comprehenſuram ea via arbitrata eſſet. Hæc illam reprehenſione, tanquam baculo pulſari, aut gladio *Vulnerari*. Id nimis philoſophicum eſt, nec cæteris hæret. Et alioqui, ſi id velis, iniuriam feceris in ſupremo coniunctionis cum Sponſo gradu verſanti, qui adhuc illam naturalium ſolummodo rerum contemplatione diſtineri velis, rudem ſcilicet adhuc melius per fidem eo peruenire, quo maximè cupit. Deinde cum poſtea pergit in quærendo, nec fatigata labore, nec minis vulneribuſque deterrita, tandemque ei, quem quærebat, adhærere conceditur, certè non per doctrinam naturæ eo perueniſſe credenda eſt; ſed per infuſam à Deo cœlitus notitiam, ac ardentiſſima caritate; quæ vt vicem brachiorum habet, quibus Sponſus ſtringatur; ita etiam ducis, quo ducente ad eum ſine errore perueniat. Non ergo, cum hoc loco quærit, per naturalium cognitionem quærit, nec ideò ab Angelis admonetur, nunquam ſe ea via comprehenſuram, quem quærit, quibus illa monitis tanquam iaculis *Vulnerari* dicatur.

NOTA-

Digitized by Google

NOTATIO XXV.

TVLERVNT PALLIVM MEVM MIHI CVSTODES MVRORVM.

SVM.COM.

I.
Pallium ſibi ſublatum queritur, Si quale ſit diſputatur.
Hieronymus in malum ſumit
Et pro ſupplicio eius, quæ Sponſum in plateis quærit, vbi nec quærendus, nec inueniendus,
Alibi adhuc ſeuerius pudicitiã eſſe vult.
Quæ in publico periculũ ſubeat.
Sed alienum ab hoc loco vtrumq; eſt.
Cum poſt amiſſum pallium Sponſum quærat & inueniat:

QVALE hoc *Pallium* fuerit, quo *Spoliatam* ſe, quærentem Chriſtum, queritur, ſenſu arcano (nam de Dramatico loco alio dictum) vna quæſtio erit: Alia num *Murorum hi cuſtodes* alij ſint, ab *Cuſtodibus Ciuitatis*. Incipiamus à Hieronymo, qui, quod loco hoc in laude poni videtur Sponſæ, in reprehenſione ponit. Epiſtola certè ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, quæ eſt XXII. ex hoc loco monet Virginem Domi manere clauſam debere, nec per vrbem ac compita circumuerſare, ne *Percuſſa*, ac *Vulnerata*, immo & *Spoliata* cogatur effugere. *Nolo te Sponſum quærere per plateas; nolo te circumire angulos Ciuitatis, dicas licet: ſurgam & circuibo ciuitatem, quæram quem diligit anima mea. Et interroges: Num, quem dilexit anima mea, vidiſtis? Nemo ſibi reſpondere dignabitur. Sponſus in plateis non poteſt inueniri. Atque vtinã non inueniſſe ſufficiat: vulneraberis, nudaberis, & gemebunda narrabis, Inuenerunt me Cuſtodes qui circumeunt Ciuitatem Percuſſerunt me, & Vulnerauerunt me; tulerunt theriſtrum meum mihi.* Seuerius adhuc, ſed & alienius ab horum verborum ſcopo Epiſt. 7. quæ eſt ad Lætam, *ſublatum Pallium* interpretatur *Libatam pudicitiam*. *Nunquam exeat foras, ne inueniant eam, qui circumeunt Ciuitatem, ne percutiant, & vulnerent, & auferant theriſtrum Pudicitiæ, & nudam in ſanguine derelinquant.* Alienum hoc eſſe ab horum verborum ſcopo, ex ſerie ſermonis ipſa, & rerum conſequentia ſatis conſtat. Nam eadem certe illa, quæ hic, quod Sponſum per plateas, & regiones vrbis quærat, repræhenditur, ex Hieronymi ſententia, poſtea perſeuerans orando, rogando, quæritando, tandem inuenit, quem quærebat, præmium omne laboris, atque anxietatis ſatis ſe percepiſſe contenta: potius ergo laudanda, quod domo egreſſa, rogitet, quærat, etiam percuſſa vulnerata, ac nuda. *Pallium* ergo non *Pudicitiam, integritatemque* interpretabimur, cuius diſpendium patiatur. Sed quiddam aliud, quod & retinere ſit decens, & amiſiſſe honeſtum, glorioſumque.

Hieronymus. Chriſtus in plateis quærendus non eſt.

Hieronymus. Pallium, pudicitia in publico parum tuta.

II.
Alij fidem interpretantur.
Sed neque id probandum,
Cum ſine fide nemo Deum quærat, minus inueniat,
Id ergo erit, quo ſi fruaris non impediare ſi priueris expeditius Chriſtum quæras.

Aponius alio flexit iter, qui *Pallium Fidem* interpretatur, quam Dæmones auferre conantur, qui *Cuſtodes* illi ſunt. Nam certe non conatos eos ſolum Pallium detrahere ſibi, ſed vere detraxiſſe dicit Eccleſia: quod ſi *fidem* detraxere, qua obſecro ratione ſine fide, ac baptiſmali puritate nudata, vt Aponius idem loquitur, Chriſtum, quem antea quæſiuerat, tandem inuenit? Qua notitia ſequitur Chriſtum, duce, ſi fide non ſequitur? Vides hæc ſtare non poſſe, cum potius poſt vulnera accepta, poſt detractum *Pallium*, & diligentius, & amantius, & feruentius, immo & facilius, Chriſtum quæſierit. *Pallium* ergo intelligemus id, quod ſi geſtet, Chriſtum quærere, minime impediatur; ſi detrahatur, magis expedita, ac libera quærat, donec inueniat tandem: quandoquidem & *Pallio induta* quæſiuit; &, *detracto* inuenit.

Aponius. Pallium, fides quam Dæmones auferre conãtur.

Siue fide nemini datum, quærere Chriſtum minus inuenire.

III.
Alij ignorantiam volunt,
Quæ, à concionibus Sponſæ detrahitur.
Aut terrenarum rerum affectum.
Aut amorem quo quidam ſpirituales patres proſequantur,
Quod olim à Paulo reprehenſum.
Sed id non ad litteram pertinet.

Plerique aliorum *Pallium* interpretantur id, quod impediat ire ad Chriſtum properanter, & inuenire celeriter. Retardari ergo Sponſam *Pallio tectam*, *detracto* autem expeditius currere. Sed in eo ipſo varijs ſemitis diſperſi ſunt. Philo Carpath. *ignorantiæ, ac cæcitatis velum* interpretatur, quod Eccleſiæ per Sanctos Concionatores, ac Magiſtros detrahatur: inferius autem *terrenarum rerum affectum*. Alterutro enim impediri, ne propere ad Chriſtum currat. Bernardus autem Serm. 13. in Pſalm. XC. *Amorem* vult eſſe, *quo ſpirituales animæ*, id eſt, quæ viam ſpiritus terunt, vt ad perfectionis apicem aſcendant, *eius viæ duces; ac magiſtros proſequuntur*. Dum quiſque laudabile ducit, ab optimo ſe inſtitui. Id feciſſe cum Corinthijs Paulum, cum eos propter illas diuiſiones reprehendit. *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti: diuiſus eſt Chriſtus.* Et vero magnum impedimentum eſſe ſequuturis Chriſtum, documentis frequentibus docti didicimus: quantum enim amoris in homines collocamus, niſi referamus in Deum, illi detrahimus; Neſcit enim noſtri cordis exiguitas diuidi, niſi diuiſione amor in ſingulis, quibus ex parte tantum impeditur, minuatur. Sed id magis ad tropologiam, quam ad litteram videtur ſpectare, quod nunc minimè quærimus.

Philo Carp. Pallium ignorãtia & cæcitas.

Bernadus. Amor ſpiritualium magiſtrorum.

1. Cor. 1. 12.

Cordis exiguitas noſtri, diuidi in partes non debet.

VI.
Ambroſius variè tractauit hunc locum.

Ambroſius non vno loco verſauit hunc locum. Nam lib. 3. de Virgin. *Philoſophiæ ſecularis amictum*, interpretatur. *Pallium* ergo ſuſtuliſſe ei, *quia actuum corporalium inuolucrum ſuſtulerunt ab ea, vt nuda mentis ſimplicitate quæreret Chriſtum, quia nemo poteſt amictu*

Ambroſius. Pallium Philoſophia ſecularis.

Digitized by Google

Nam alibi Philoſophiæ ſæcularis amictum,
Alibi fucorum impedimenta,
Alibi exuuias carnalis illecebra, interpretatur.
Alibi fidem quæ ſolum volenti detrahatur.
Tam varie locum hunc verſauit.

Philoſophiæ ſæcularis videre Chriſtum. Lib. autem de Iſaac. Cap. 6. ſatis obſcure loquutus, primo Sponſam: laudat, quod occurſura Sponſo *Pallio* ſe obtegiſſet: ſic feciſſe Rebecam, cum occurreret viro. Sed cuſtodes Angelos, vt magis probarent, ei *ſuſtuliſſe Pallium*, quærentes, *ſi verũ decorẽ nudæ virtutis afferret: vel vt aditum in supernã illam* Ciuitatem *faciliorem pararent; quo nemini datur ingredi cum impedimentis fucorum.* Deinde *exuuias* interpretatur *carnalis illecebra, & concupiſcentiam corporalem,* quibus nudari eam oporteat Chriſtum ſequuturam, inuenturamque. Id autem quanquam verum eſt, minime in hunc locum quadrare videtur, quantum ad ſenſum litteralem ſpectat, fortaſſis ad tropologicum aliquid faciat. Poſtremo *fidei amictum* intelligit, quæ detrahi niſi volenti non poſſit. Vide, quam variè locum hunc tractarit Ambroſius, haud hærens vni interpretandi rationi. Loci credo difficultas in diuerſa coegit, vt in vna re minimè conquieſceret.

Ambroſius.

Fucorum impedimenta.

Ambroſius vni interpretandi rationi minime hærens.

V.

Sed præſtat fortunæ bona intelligere,
Nam ea ſuperiecta naturæ tanquam veſtes,
Quibus ad agendum impedimur,
Et quod de toga dictum a Tertulliano,
Omni indumento quadrat.
Ideo ſibi & ſuis paupertatem elegit Chriſtus
Fauet huic ſenſui Ambroſius,

Nos *detractum* Eccleſiæ *Pallium* ſimpliciſſimè interpretemur, *fortunæ bonorum ſpoliationem*, qua etiam initijs illis vexata eſt: ne quid ſcilicet perſecutionis atrocitati deeſſet; cum nec vitæ, nec quieti, nec facultatibus parceretur. Nec ſine cauſa hæc bona, ſub *Theriſtri* aut *Pallij* nomine intelligimus; cuius rei cauſas multas, ſi analogiam ſequare inuenies: cum quidquid bonorum fortunæ poſſidemus, ſuperiectum naturæ tanquam *Pallium* ſit, ſine illius vllo damno reponendum. Immo quemadmodum exteriore veſte grauamur (omni enim indumenti generi id proprium eſt, quod de toga dictum ab Afro præsbytero eſt lib. de Pal. Cap. 5. *Conſcientiam tuam perrogabo, quid te prius in toga ſentias, indutum ne, an onuſtum? habere veſtem, an baiulare? Si negabis, demum conſequar: videbo quid ſtatim a limine properes, nullius profectò alterius indumenti expoſitio, quam togæ gratulatur.*) Ita exterioribus facultatibus impedimur, ne curramus ad Chriſtum. Qua propter & bonus ille vitæ Magiſter & voluntariam ſibi paupertatem indixit; & Diſcipulis perſuaſit: vt expeditior ipſe ad redemptionis gloriam properaret: & alacriores illi, curſu ſpiritalis vitæ confecto, brauio æternæ beatitudinis donarentur. Neque hæc interpretatio omnino Ambroſio diſplicuit, cuius pauca, ſed lectiſſima, verba poſui, quamuis, quod ſæpe monendum eſt, Author hic granditate orationis ſæpe grandes ſenſus inuoluat, vt obſcurior habeatur. *Bene*, inquit, *tollitur ei* Pallium, *quæ ad* Chriſtum *propinquat, vt, Deum viſura, mundo corde gradiatur. Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, Pallium ergo ſuum ſublatum dicit, vt aperta meritis, & nuda fulgeret; quantumuis enim eſſet ſpoliata veſte, non tamen erat nuda: non eſt enim nudus, niſi quem culpa nudauerit.*

Pallij detractio bonorum fortunæ ſpoliatio, qua multata Eccleſia.

Veſtes vt impedimento ſunt ad agendum, ita & fortuna bona.
Tertullianus.
Chriſti doctrina & exemplum

Ambroſius.

Cuius verba hic habes.

VI.

Poterat & id trahi ad voluntariã paupertatem,
Quam initio profeſſi fideles,
Niſi hæc ſpoliatio pallij violenta fuiſſet.
Pallium ergo bona fortunæ ſunt,
Quibus ſpoliati fideles.
De quibus cum laude Paulus,
Quod cum gaudio bonorum rapinam tuliſſent,
Magni certaminis victores,
Magnum enim certamen perſecutionis atrocitatem dicit,
Et quidem coram cælo & mundo.
Nam ignauis ſpectatorum multitudo grauis eſt

Fortibus animos addit teſtium frequentia, & grauitas,

Quod ſi liceret nobis, quod alijs licuit, *Apoſtolos, Cuſtodes*, interpretari, facile eſſet eo hæc trahere, quod ſub illis initijs factum legimus, cum, quidquid in facultatibus, qui crediderant, poſſiderent, ad pedes illorum abijcerent, vt, cum veteri viuendi conſuetudini nuntium remiſiſſent, iam de cœtero ſequuturi Chriſtum, nullo externorum bonorum onere grauarentur, aut impedirentur, quin expeditiſſimi currerent. Act. 4. 34. *Nec quiſquam egens erat inter illos: quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum.* Sed quia Cuſtodum nomine *Principes Sacerdotum*, atque illius populi optimates accepimus; & alioqui hæc, *Pallij detractio* violenta fuit, non abiectio voluntaria, neceſſarium omnino eſt, *ſpoliationem bonorum*, qua mulctati credentes propter Chriſti fidem ſunt, interpretari. Quam autem id probabili ratione dicatur, ex Pauli verbis potes conijcere, quamque appoſitè ad ſeriem interpretationis noſtræ, cum ageret de ijs. quæ in hac parte à fidelibus tunc peracta ſunt. *Rememoramini priſtinos dies, in quibus illum inati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum: & in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facti*, (en Eccleſiam percuſſam, & vulneratam) *in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & Rapinam* Bonorum *veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.* Heb. 10. 37. 33. 34. *Magnum* autem *Certamen* vocat magnam perſecutionis atrocitatem, qua tamen in arena fortiſſimè depugnarunt, viceruntque, velut, in theatro ſolebant Athletæ. Nam quod Latinus Interpres dixit, *ſpectaculum facti.* Græcè eſt, θεατριζόμενοι Reddere poſſis, ſi fingere voces liceat, *Theatrizati.* Ideſt, medio theatro expoſiti, frequentiſſimo ſpectatore, ac teſte. Nec enim illa clam, & in obſcuro ſunt geſta. Sed multa diei luce, atque infinitis teſtibus (*à viſta de Dios y de todo el mundo*) quo pluribus virtus radijs eniteret; & ad multos exemplum pertingeret. Id eſt quod de ſe dicebat Paulus idem: *Puto enim quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos, quia ſpectaculum* (θέατρον) *facti ſumus mundo & Angelis, & hominibus.* 1. Cor. 4. 9. Ignauis ſcilicet, & de ſua virtute parum fidentibus, aut minimè ſecuris ipſa ſpectatorum multitudo, & grauitas, ſuſpecta eſt: ne nimirum ſi vinci contingat, infamia ignauiæ ad multos graueſque manet. Contrà exertæ virtuti, ac multo experimento de ſe ſecuræ, atque fidenti, ſpectatorum ipſa frequen-

Voluntaria paupertas fidelium initio.

Pallij hæc detractio, non volũtaria ſed violenta.

Heb. 10. 32. Spoliationis huius deſcriptio ex Paulo.

Magnum certamen perſecutionis atrocitas.

Ignauo militi ſpectatorũ multitudo grauis eſt 1. Cor. 4. 9.

Virtus grandis frequenti ſpectatore gaudet.

tia,

Digitized by Google

Hinc gaudia de victoria,
Habes Eccleſiam non percuſſam modo,
Sed ſpoliatam de vtroque gaudentem.

tia, atque authoritas animos addit, tot ſcilicet habituræ approbatores, quot ſpectatores habuit. Hinc gaudia, atque illa haud inanis iactantia, ſic vincentium, ac fortunarum iacturam lucrum putantium. *Nam & vinctis*, inquit, *compaſſi eſtis; & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.* Vidiſti Eccleſiam paulo ante opprobrijs laceratam, pulſatam flagris, vulneribus cruentam; vide nunc bonis ſpoliatam; ſed de vtroque tamen gaudentem. Id ſcilicet eſt, nec perſecutione diuexatam, à quærendo Chriſto deterritam, potius conſtantius inſtructam. Digna certè tanta virtus erat, quæ probata, atque per dura, & aſpera exercita Sponſi Chriſti amplexus inueniret.

Eccleſia nulla aduerſitate à quærendo Chriſto deterrita.

VII.

Cuſtodes autem murorum, diuerſos ſi velis a cuſtodibus Ciuitatis, haud errabis,
Sed præſtat eoſdē æxiſtimare,

Et geminatam ſententiam.

Quæſtio Altera, *Cuſtodes Murorum* alij ſint ab ijs qui dicuntur *cuſtodire Ciuitatem*. Vtrumlibet dicas, haud multum ad ſenſum facit, & conſequentiam interpretationis. Nam ſi velis alios interpretari eos, qui, vt ita dixerim, ſtabili veſtigio, in vrbe Ieroſolyma curabant rempub. Principes Sacerdotum, & Templi miniſtros, quorum erat ordinaria Sacrorum authoritas, poteſtas; ac velut à capite in cæteros manans; alios eos, qui, communicata ab illis poteſtate, extra vrbem vagi per oppida, atque vrbes, velut ſatellites, & miniſtri illorum, religionis auitæ conſeruationem vrgebant; quorum de numero Saulus fuit, haud multum repugnabo. Sed præſtat arbitrari, eandem ſententiam diuerſis verbis expreſſam, &, vt ſeruiretur Dramatis artificio, mutatam orationis formam. Vtrumque enim Eccleſia ſignificare voluit, ſe ſcilicet ab eiſdem pulſatam, vulneratam; & facultatibus ſpoliatam, quo vtroque malo perſecutioni conſtabat atrocitas: alterum autem diuiſit ab altero, & quaſi diuerſis cauſis tribuit, augendo diſcrimini, & elegantiæ, ac varietatis cauſa. Cæterum, vt dixi, quidquid duorum malueris, ſententia conſtabit.

Cuſtodes murorum, & ciuitatis ijdem Principes.

VERSVS VIII.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM, SI INVENERITIS DILECTVM MEVM, VT NVNCIETIS EI, QVIA AMORE LANGVEO.

COMMENTARIVS.

VOCES Eccleſiæ ſunt ad *Tutelares Angelos*, in quibus certum ſemper perfugium habuit, eorum opem implorantis, ad iueniendum Chriſtum per fidem, in hominum cordibus. Senſim enim paratus aditus Euangelio, quod à Iudæis ad Gentes transferendum erat. Ita non inuento per fidem, atque obſequium Chriſto inter Iudæos, quin potius male propter eam cauſam accepta, ac flagris, vulneribuſque cruenta, & fortunis euerſa. *Angelos* interrogat, an norint, qua via inuenire Chriſtum pôſſit; id eſt, quibus artibus efficere, vt illius notitiam, ita animis ſuæ Gentis inſtillet, vt illius & amplectantur fidem, & legibus obſequantur. Habet autem oratio ipſa multum admixtum non vnius affectus, & quidem laudandi: nam & ad eos dirigitur, qui ſemper Eccleſiæ cooperatores fuere ad bonum, & auxilia præſtare ſolent, parati promouere opus illius in animarum ſalutem: & confidentiam illius, ac ſecuritatem, in eorum auxilio ſitam, verba ſignificant: quid enim ab illis Eccleſiæ non ſperent vota, quibus data velut alumna eſt cuſtodienda, ac defendenda? Et alioqui ardens ipſius Eccleſiæ amor in Deum, & proximos graphicè deſcribitur, quo & vnius gloriam, & aliorum ſalutem promouet. Itaque & inuenire illum anxia deſiderat, & vt inueniat, ei in cordibus ſuæ Gentis locum parare. Sed potiſſimus ac robuſtiſſimus caritatis affectus eſt, vnde ſcilicet cæteri ducunt originem: quo obtnndente aciem gladiorum, nec vulnera, nec ſpoliationem, adeoque nec mortem ipſam ſentire ſe innuit, quam vna angat cura Chriſti ſui gloriam promouendi, quod dum conſequi detur, cætera aduerſa omnia prorſus contemnit.

Digitized by Google

ENARRATIO.

EGO vero, cum haud ex ſententia procedere verbi miniſterium viderem, quin potius conatus meos neglectu, atque repulſa reiectos, nec mihi nec meis inſuper paritum; Sed flagris potius, ac bonorum iactura, &, quod multo eſt grauius, & vulneribus ac morte ipſa prohibitam Chriſti fidem annunciare; cum omnia circumſpicerem, nec vllam affulgere ſpem ſecundioris fortunæ animaduerterem; humanis omnibus exuta præſidijs, cælum ſuſpexi, atque ad tutelares Angelos, mihi ſemper amicos, auxiliatores verſa, vos, inquam, ò cæleſtis illius Reipub. Ciues; communiſque matris Filij, oro, obteſtorque, vt, quod ſoliti alios eſtis, nunc anxiæ, aliiſque deſtitutæ præſidijs præſtare velitis. Videtis, quanto molimine Dei opus ipſa curarim, quoque ſucceſſu. Quid enim profuit voces in ventum iactare, ſi audientium corda obſurduere? Quid generoſum verbi ſemen inutili glebæ committere, ac pro frumento ſpinas, & tribulos reddituræ? Quid multa fortiter pati, verberibus, vulneribuſque cruentam, ac morte in meis mulctatam, & iactura bonorum; ſi duriora ſaxis Iudæorum pectora, ne ſic quidem potuere molleſcere? Vobis Dei conſilia, mihi hactenus ignota, forſitan patuere. Dicite, quam ob meam culpam hæc patior? Quo loci meus habitat Chriſtus, cui in meæ Gentis cordibus negatur hoſpitium? Quas ego Gentes adibo? Quas per oras incerta vagabor, meos per Apoſtolos nuntiatura Chriſti regnum, quæ hactenus infelici conatu laborem impendi? Veſtrum eſt precibus, orationibuſque iuuare ſororem; immo & conſilijs. Si qua ſe via pandit ad miniſterium verbi promouendum, indicate: nam & forſitan à vobis mea omnis pendet felicitas; & quidquid obuenturum boni eſt, ſum vobis largientibus habitura. Cæterùm inter has curas fortis me Amor ſollicitat: cumque omne meum ſtudium eo currat, vt Chriſto complaceam, eiuſque gloriam promoueam, cum minus procedere video rem, tota diſcrucior, & vi Caritatis Elangueo. In eo ſaltem mihi ferte ſuppetias, vt qui ab illius conſpectu minimè arcemini, me amore illius vſque ad mortem cruciari, nuncietis.

NOTATIO XXVI.

SVM.COM.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM.

I. *Nectendi ratio facilis. Videns Eccleſia ſuas artes non procedere. In Euangelij præpredicatione, Accurrit ad Angelos, Quibus ſæpe Deus arcana ſua manifeſtat,*

Nexus cum ſuperioribus.

HAVD difficilis nectendi ratio, quæ omnibus veſtigijs, atque artibus, quæſitum per prædicationem, Chriſtum aut non inuenerat, aut tarde inuenerat: quæque acerbitate perſecutionis, & percuſſa, & vulnerata, & ſpoliata facultatibus, prohibita fuerat à verbi ſeminandi miniſterio; ac, quod multo acerbius eſt, aditum ſibi obduratione Iudæorum clauſum, ad introducendum Chriſtum dolebat; non ideo turpi ignauia otio ſe, ac deſidiæ dederat. Sed cum ſuas omnes malignè procedere artes videret; aliunde quærit auxilia, ac humanis deſtituta præſidijs, ad diuina accurrit. Sciebat ſibi ſemper *Angelos Tutelares* adſtare, in auxilium paratiſſimos; æthereas mentes, quibus datum ſemper faciem Patris cernere; quibuſque, velut domeſticis, ac familiaribus, cordis arcana communicat, ac gubernandæ Eccleſiæ artem non abſcondit, quibus in id Adminiſtris vti ſolitus eſt. Hos ergo interrogare fingitur, doceri auida, ſi qua via emendare rem poſſit, ne ſua ipſius aliqua culpa Euangelij curſum retardari contingat.

Filiæ Ieruſalem Angeli tutelares Eccleſiæ.

II. *Sed variæ hic quæſtiones.*

Sed loco hoc triplex eſſe quæſtio poteſt. Quid *Filiarum Ieruſalem* nomine accipiendum ſit. Quid *Adiurare* ſit. Tandem cur ſolita adiurandi forma *Per capreas ceruoſque*, omiſſa hic ſit. Sunt qui *Filias Ieruſalem* interpretentur de militantis Eccleſiæ filijs. Sed quia

Digitized by Google

Quidam Filias Ieruſalem, militantis Eccleſiæ filios interpretãtur; Scilicet imperfectiores Qui per fidem Deũ cognoſcunt, — Theodoretus. Guilielmus. Rupertus. Honorius. Filiæ Ieruſalem, imperfectiores,

quia in eorum numero, & imperfectis, & perfectis eſt locus, diuiſi ſententijs ſunt. Nam Theodoretus, Guilielmus, Rupertus & Honorius. *Imperfectiores animas* intelligunt; Honorius certè eas interrogari ab Sponſa, ait, quæ per fidei Sacramentum Cœleſtis Ieroſolymæ filiæ ſunt, ſi *Dilectum* in ſcripturis inuenerint. Id autem ad militantis Eccleſiæ filios ſpectat, qui fide adhuc, quaſi per interpoſitam nubem, non intuitione clara, vt Beati, Deum vident. Quique, quam nondum ad plenum Dei notitiam habent, repetito potu de fontibus ſcripturarum hauriunt; quod & ipſum imperfectorum eſt; Nam perfectiores, interius lumen indente Chriſto, clarius cernunt. Hæc ſententia minus aptari huic loco poſſe videtur; neque enim decorum ſeruatur, ſi Eccleſiam communem matrem, & Magiſtram, atque immediatè à Deo doctam ab illis diſcentem ponas qui adhuc in doctrina lactentes ipſi, lac de illius vberibus ſugunt, necdum iudicio firmi, necdum viribus confirmati, ad mandendum robuſtius alimentum. Hos potius doceri adhuc, quam docere decet. Nec ſolet in ſuis ambiguitatibus Eccleſia, promiſcuum interrogare vulgus, ſed illos veluti maiorum Gentium Patritios, Epiſcopos dico, atque Doctores, quibus in conſilium aduocatis, auditis ſententijs fidei quæſtiones, morumque dirimit.

Id minime aptum huic loco, — Eccleſiam diſcere ab imperfectis non decet.

Dedecet enim ab imperfectis doceri Eccleſiam.

III. *Alij perfectiores malunt, ideſt Epiſcopos & Prælatos,* — Iuſtus. Caſſiod. Beda. Anſelmus. Filiæ Ieruſalem perfectiores.

Probabilius, qui malunt *perfectiores animas* accipere (inter quos & Iuſtus Vrgel. & Caſſiodorus, & Beda, & Anſelmus ſunt) Qui ſi perfectiorum nomine eos intelligunt, à quibus ratione ſtatus Eccleſia maiorum exigit, & doctrinam ad inſtruendos alios, & ad Chriſti normam magis exactos mores, quales Prælati ſunt, quorum ratione ſtatus officium docere alios, probabiliſſimè quidem ſentiunt, ſed hunc ſenſum ad eum Eccleſiæ ſtatum eſt opus aptare, in quo adhuc eam verſari arbitramur, ſub illis ſcilicet initijs, cum nondum ad Gentes tranſierat Euangelium; Sed Iudææ clauſum terminis, tardè quidem verbi ſemen radices agebat, & malignè inter cactos, ruboſque, & ſentes creſcebat. Si hæc placeant, referemus ea ad Eccleſiæ ſollicitudinem, ſtudiumque diſquirendi, (aſcitis in conſilium Apoſtolis, qui tunc Eccleſiæ columnæ erant, quibus ædificij tanti moles incumberet) ad inueſtigandum, qua via, quaue ratione minus procedens ex ſententia, animarum negotium promoueretur. Quid culpæ eſſet commiſſum, quid de neceſſarijs omiſſum, vt emendaretur, aut adderetur, vt tanta res, quanta populi illius conuerſio erat, felicius proueniret. Hi cur *Ieruſalem* dicantur *Filiæ*, genere fœmineo, quæſtio eſt, nam cur dicantur *filij* indicatum eſt, quia ſcilicet ad communem Matrem pertinent velut filij. Sed de fœminea appellatione, præter eam rationem, quæ tota petitur ex Dramatis artificio, quam alio loco reddidimus, huius loci propria illa eſt. Quod Apoſtolorum ſit filios Chriſto per verbi ſemen generare, & matrum omnino fungi munere, ad prolem augendam, & doctrinæ lacte alere. A munere ergo, quod matrum imitatur functionem, fœmineum nomen adhæſit.

Sed hic ſenſus aptãdus ſtatui huic, Ad ſtudium Eccleſiæ, in diſquirendo Quæ cauſa minus procederet ex ſententia prædicatio, Filiæ autem dicuntur Apoſtoli. Quod eorum munus myſticos filios generare, Et lacte doctrinæ alere, — Filiæ Ieruſalem. Apoſtoli & Diſcipuli Chriſti. Eccleſia ſollicita de progreſſu Euangelij. Apoſtoli cur Filiæ dicti, non filij.

IV. *Sed probabiliſſimè beatos intelligemus. Sed non homines, ſed Angelos,* — Angeli, ſunt Filiæ Ieruſalem. Philo Carph. Aponius. Pſellus.

Probabiliſſimè interpretantur, qui *Filias Ieruſalem triumphantis Eccleſiæ Filios, iam cum Chriſto regnantes*, accipiunt, ſiue Beatos homines intelligas, quod Philo, & Apponius voluere: ſiue quod certius arbitramur, & Pſello etiam placuit, *Angelos*, quorum ſæpe Eccleſia patrocinijs, & ſubſidijs fulta, alacrius in prædicationis opus incubuit. Eſt enim inter vtramque Eccleſiam, mira, vt inter ſorores, eiuſdemque Agni vxores conſenſio: mira in Angelis caritas, ad animarum ſalutem vrgendam. Sed in hoc Eccleſiæ, ſtatu, quo adhuc eam verſari dicimus, multa apparent, & magna eius caritatis, ac ſtudiorum documenta. *Angelus* enim fuit, qui miſſos in Carcerem Apoſtolos, ianuis noctu apertis, dimiſit liberos; Act. 5. 19. *Angelus*, qui Philippum mouet, eat contra meridianum, quo loci ſcilicet Eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum inuenturus eſt, & ad Chriſtum adducturus: Act. 8. 26. *Angelus*, qui Cornelium monet, aduocet adſe Petrum, à quo fidei myſterijs initiandus eſt: Act. 10. 2. Et qui Petro ſignificat aduentum eorum, quos ad eum Cornelius miſerat, vt vocarent, monetque, vt ducentes ſe ſequatur: Act. 10. 19. *Angelus*, qui Petrum tetro carcere incluſum, & gemina catena circumdatum, ſolutis vinculis, indui iubet, & ianuas aperit, & ad Diſcipulos cæteros ducit, mortiſque præſentiſſimæ diſcrimini eripit. Act. 12. 7. *Angelus*, qui Hærodem, ſæuum Eccleſiæ hoſtem, percutit, ne vltra poſſit in pios, innoxioſque graſſari. Act. 12. 23. *Angelus*, qui Paulo cum cæteris periclitanti in naui, & donat animas omnium, & futura reuelat, ne incogitantem, imparatumque ſæuus ille, qui ab vrbe Roma minabatur, perſecutionis turbo opprimeret. His Eccleſia documentis inſtructa, quid non de bonis amiciſque ſperaret? Difficilibus ergo temporibus, minuſque proſperè per ſæuas procellas nauim agente, nihil procliuius eſſe potuit, quam ſi ad eos occurreret, petitura ſuppetias, quos ſciret & poſſe indigenti fauorem impendere, & velle omnino.

Quorum in Eccleſiã caritas mira Multis documẽtis confirmata, in hoc ſtatu, Multa enim per illos geſta in Eccleſiæ bonum, Et conuerſione infidelium, Et libertate Apoſtolorum. — Angelorum in Eccleſiam caritas multis documentis probata. Act. 5. 19. Act. 8. 26. Act. 10. 2. Act. 10. 19. Act. 12. 7. Act. 12. 23. Act. 27. 23.

Quibus experimẽtis docta Eccleſia, Ad eorum opem confugit.

V. *Tum quia probabiliter arbitrari poterat,*

Accedit & alia ratio, cur hic *Angelos* potius, quam alios agnoſcamus: illis enim velut Deo propinquioribus, & à proximo lumine magis illuſtratis, Dei ipſius conſilia notiora eſſe probabile erat; in tantis ergo tenebris conſtituta Eccleſia, & perſecutionis atrocitate,

Illis arcana Dei communicata, de ſua Gentis conuerſione.
Nam & illis ſæpe Deus vtitur miniſtris.
Ad illuſtrandam Eccleſiam.

Hebr.1.14.
Angeli Dei miniſtri in conuerſione infidelium.

citate vexata, & rei difficultate vel impedita, vel deterrita, magna cum ratione ad eos accurrir, inquiſitum; an ipſis forſitam Dei conſilia patuiſſent, de eius Gentis conuerſione, id enim eſt, quod dicit: Si *Inueneritis dilectum*, vt ſuo loco dicemus. Demum ijdem illi ſunt *Angeli*, quorum ſæpe miniſterio Deus vtitur, ad illuſtrandam Eccleſiam, erudiendamq; *Omner enim ſunt adminiſtratorij Spiritw, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.* Heb.1.14. Qua propter toto hoc Cantico, quoties fere *Filiæ Ieruſalem* nominantur, *Angelos* intelligendos arbitramur, quod & alijs locis obſeruatum eſt. Com. Dram. Cap. 1. Not. 15. Et litterali hoc Cap.1. Not.15. & 11. Notat. 18. & 3. Not. 11.

VI.
Quæſtio alia de adiuratione,
Quæ vera adiuratio non eſt.
Sed indicium deſiderij vocãdi Iudæos ad fidem.

Adiurare & adiurari cuius proprium.

Sequitur alia quæſtio, ſed facilis explicatu. Quid ſit *Adiuro vos*. Haud vera *adiuratio* hæc fuit, ſi ſenſum arcanum exquiras. Sed vno verbo indicata eſt anxietas, & ardens illud deſiderium Eccleſiæ adiungendi ad Chriſtum multos, immo de ſua Gente omnes, qua cauſa coacta illa eſt, ad eos confugere, à quibus iuuari conatus ſuos poſſe ſciebat. *Adiurare* autem illius eſt, qui maximè cupiat aliquid vel ſcire, vel fieri: *Adiurari* autem eius, qui id ipſum poſſit præſtare: vt, quod facere ipſi integrum eſt *adiuratione* vel coactus, vel delinitus, faciat. Vtramque autem vim ineſſe *adiurationi*, ex multis ſcripturæ locis colliges. Gen.24.3. Exo.13.19. 3.Reg.20.11.16. 4.Reg.11.4.

*Gen.*24.3.
Ex.13.19.
3.*Reg.*22.16.
4 *Reg* 11 4.

VII.
Sed cur omiſſa hic adiurationis forma per Capreas?
Quam tamen retinent 72.
Abeſt autem ab originib.
Sed ea ſolũ vſurpata dum Eccleſia imperfectior eſſet.
Coniunctior nempe Sponſo.
Iuris aliquid maius habet in famulos illius,
Nec tanto molimine indiget ad impetrandum.
Et alioqui iniuriam faciat paratis ad obſequendũ, ſi nimiũ anxia roget.

Adiurationis forma per capreas, cur hic omiſſa?

Supereſt Quæſtio tertia. Sed haud explicatu facilis, cur loco *adiurationis* illa forma omiſſa eſt, quæ locis alijs poſita eſt. *Per Capreas ceruoſque camporum.* Cap.2.7. Cap. 3.5. Omnis ceſſaret lis, ſi, quemadmodum LXXII. habent, haberenthoc loco originalia, & Vulgatus. Illi enim addunt ſolitam formulam. *Inuiribus, & Virtutibus agri.* Quinta autem editio, *Per capreas, & hinnulos agri.* Sed Hebræa nihil horum habent hoc loco, quẽadmodũ nec infra cap.8.4. quibus Vulgatus ſeſe accommodauit. Id autẽ quod poſtremo dictum eſt, forſitan lucis aliquid inferat huic loco. Nam animaduertimus, eã formam ſolummodo vſurpatam, dum Eccleſia in imperfectiori gradu conſtituta, perfectiſſimum non conſcenderat; contrà, poſtquam in iuſtam vxorem, per Verbi incarnationem, aſſumpta eſt, eam omiſſam *Adiurandi* formam: quod ſine cauſa factum non eſſe, credendum eſt. Scilicet creuerat ſenſim in amore, & coniunctione facta propinquior, iure integro coniugali, ſpem fouere ſuam cæperat; &, contubernio beata Verbi, ſecurior de votorum ſuorum ſucceſſu, ſe ſciebat non tanto indigere molimine, ad impetrandum, quidquid ad munus coniugale implendum pertinebat. Ardentius ergo, ac robuſtius amans ipſa, non ardentius modo & robuſtius amari ſe à Sponſo ſciebat. Sed à ſodalibus etiam, ſeu potius famulis Sponſi, *Angelis* ſcilicet. Propenſiora ergo eorum ſtudia experta inſe, ſatis habet, ſimpliciter monere eos officij & indigentiam repræſentare ſuam, ne ſi nimium, & multis vrgeat verbis in fauorem, & auxilium vltro paratos, aut diffidentiæ ſe malo pulſari indicet; aut iniuriam facere videatur illis, qui in omnem occaſionem vigiles, ne rogari quidem ſe importunius patiuntur, vt morem gerant roganti. Datum ergo id eſt & meritis, & authoritati illius, quæ iam ſit Domina, & iuſta vxor, cuius in viri famulos maius imperium eſt; datum & cœleſtium ſpirituum ſtudio in promouendo Eccleſiæ opere, & pronitati fauendi, auxiliandique ei, cui cupiant omnia & proſpere cedere, & feliciter euenire.

Eccl. iure vxorio gaudens, maius ius in famulos Spõſi habet.

Amari ſe certa, ſatis habet vota promere.

NOTATIO XXVII.

SI INVENERITIS DILECTVM MEVM.

I.
Verba Eccleſiæ dubitantis.
Timentiſque an ſua culpa tarde procedat cõuerſio,
Qui affectus ſæpe agnitionis culpæ eſt,
Sed proprius imperfectorum & incipientium.
Hic autem Eccleſia iam in ſtatu perfecto eſt.

Aponius.

Sæpe animus ſibi conſcius, timet & dubitat.

VIDENTVR dubitantis eſſe verba, quod & Aponius monuit, quaſi certa minimè ſit, an ij, quos interrogat, id ipſum, quod interrogat, norint, reſpondere vt poſſint. Refert autem id Aponius ad interrogantis humilitatem, dimiſſe deſe admodum ſentientis, timentiſque, ne ſua ſit factum culpa, vt ab illis ſe Sponſus etiam abſconderet, ſuamque culpam illorum ignoratione puniret. Et quidam eo animus, ſuarum culparum conſcius, & apprehenſione indignitatis ſuæ, ſæpe deducitur, vt Dei miſericordiam de ſuo ſenſu metitus, prorſus ſubdubitet, nec quid Dei facere bonitas ſoleat, etiam immerentibus, tam conſideret, quam quid ipſe meritus fuerit. Inter anxios ergo metus hæret, dubitatque; & quæ tuta videntur omnia, etiam timet, ſed is affectus incipientium eſt, & valde vtilis ad radices agẽdas in vero animi profectu; quo enim magis animus ſe colligit intra ſeſe, & ſuæ conſcius indignitatis, immeritum reputat, cui cœleſtis fauor impendatur, eo firmius, ac profundius in vera humilitate ſolidatur, quod fundamentum ſpiritalis ædificij eſt, ad ſuſtentandam molem ſuſtollendamque, quæ imponenda eſt.

Sed

Digitized by Google

Tunc autem humilitas, nouos induta ſpiritus.
Confidentior eſt quamquam de ſe diffidens.
Fiduciam in Deo habet.

Eccleſia hic in ſtatu perfecto.
Humilitas in perfectis comitem habet confidentiam.

Sed loco hoc iam alio ſtatu erat Eccleſia, vt proxima Notatione monitum eſt. Et quanquam humilitatis ipſa virtus, vſu & exercitatione adultior, in viris perfectis virili quodam robore ſe ipſa melior facta eſt; diuerſos tamen in illis, atque in minus perfectis, effectus habet: licet enim indignitas agnita meritorum animum apud ſe colligat; caritatis tamen potentiſſimus, immo & audaciſſimus, & confidentiſſimus affectus, qui cœteris ſupereminet, mentem ad altiora ſuſtollit, nec ad ſperandum modo de Dei benignitate erigit, ſed etiam ſecuram de bono votorum ſucceſſu reddit; vt non iam hæreat, dubitet, timeat; ſed potius ſecuritate quadam firma, confidat.

II.

Alia ergo dubitationis huius cauſa quærenda.
Solent etiam perfecti haud raro, aliquid pati humanum,
Quod Deus ſolet ſeuere punire,
Vel repulſa, vel abſentia.
Id timet Eccleſia, memor prioris deſidia,
Ne & ad Angeles aliqua pertineret pœna pars.
Et eorum ignoratione Deus ſuam culpam caſtigare velit.
Sic ex parte Aponij ſenſum probamus.

Perfectis ſæpe aliquid obrepere ſolet, quod Deus ſeuere caſtigat.

Eccleſia timet ne deſidiam ſuā Deus caſtiget ignorantia Angelorum.

Aponius.

Quod ſi hoc omnino ſtatu Eccleſia erat hoc loco, alia huius dubitationis cauſa, quærenda erit, quæ aptius in hunc locum quadret. Duplice ergo ratione interpretari hæc poſſumus. Primo enim ſolet etiam perfectiſſimis, ex humana ſiue imbecillitate, ſiue cum cæteris neceſſario contubernio, aliquid haud raro obrepere, quod culpæ vel contagio, vel affinitate animo labem aliquam aſpergat. Hanc autem ſiue incuriam, ſiue deſidiam ſæpe Deus in bonum animæ vigilans ſolet vel abſentia punire, vel repulſa caſtigare: vt haud raro vnius momenti erratum dierum multorum abſentia caſtigetur. Et quidem Eccleſia ſub eo ſtatu, ſuæ ſibi deſidiæ, ac torporis præteriti erat conſcia; quidque commerita erat, ignorare non poterat: magnam ergo dubitandi cauſam habebat, ne Chriſtus id quidquid fuerat, culpæ præſenti abſentia, ac latendi, & fugiendi contentione caſtigare vellet. Et de ſe quidem minimè dubitabat, quin meritas ſubiret pœnas; ſed & illud augebat maximè, ne etiam ad *tutelares Angelos* pœnæ pars aliqua perueniret, negata illis etiam eorum notitia, qua ſe caſtigari verebatur. Non quod & ad *Angelos*, qui culpæ conſortes non fuerant, ſupplicium pertineret; ſed quòd eorum ignoratione, qui mederi ſuo malo poterant, ſua ipſius errata punirentur. Atque in hunc ſenſum fortaſſe dictum: *Si inueneritis Dilectum.*
„ Si forſitan vobis ignota non ſunt Chri-
„ ſti conſilia, in vocanda ad Euangelium mea Gente, quam videt impedimentis multis
„ prohiberi, ne Chriſto ianuas aperiat cordis, verboque Euangelico aures accommodet.
„ Nam vereor, ne mea priore deſidia ſim merita, ne per vos, quod ſæpe ſola, inſtruar de
„ ratione vrgendi magnum hoc opus: ne inutili opera laborem ſubeam prædicandi. Sic ſenſus hic ex parte cum Aponij ſenſu conueniet, & accommodate ad hunc locum, iuxta noſtræ interpretationis conſequentiam, traditus eſt.

III.

Sed & poteſt dubitatio ex reuerentia naſci,
Et veneratione conſiliorum Dei.
Quæ ignota mortalibus, ſæpe, & Angelis,
A quibus neſcientibus doceri ipſa non poſſit.

Eccleſia Dei cōſilia abſtruſa venerata, ideo dubitat.
*Iſai.*40 13.14.

Angelis etiam ſæpe Deus conſilia ſua abſcondit.

Poſſumus & ſenſu alio, fortaſſis etiam aptiore, interpretari: vt dubitandi cauſa non ex metu oriatur, ne priorem ſuam deſidiam punire Deus velit; ſed ex reuerentia, ac diuinorum conſiliorum veneratione Sciebat multa ſibi Deum in arcano cordis reſeruare, & meritò olim dictum: *Quis adiuuit ſpiritum Domini? Aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi?* (Hebraice: *Et vir conſilium eius ſcire faciat eum?* Ergo, *& oſtendit illi*, erit, *& docuit, & inſtruxit illum, quid ſe facere oporteret.*) *Cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum; & docuit eum ſemitas iuſtitia, & erudiuit eum ſententia, & viam prudentia oſtendit illi. Iſa.*40. 13.14. Atque adeo prudenter arbitrari poterat, cum Euangelij curſum impeditum videret, & tardè & malignè procedere, aliquid latere arcani in diuinæ ſapientiæ pelago, quod nec ipſam tunc quidem ſcire vellet; nec de eo ab *Angelis* edoceri: ideoque nec illis manifeſtos ſe. Dubitat ergo, & dubitantis loquitur habitu, cum certo neſciat, an illis, quod ipſa ſcire deſiderat, etiam, Deo id in ſcrinio ſui pectoris ſeruante, abſconditum ſit. Atque hoc omnino ſenſu dictum putamus: *Si inueneritis dilectum meum.*

NOTATIO XXVIII.

VT NVNCIETIS EI, QVIA AMORE LANGVEO.

I.

Habes hic verè amantis ideam.
Quæ quidquid egerat,
Quidquid paſſa fuerat, oblita.
Solum ſe amare meminit,

Amās vere vnū meminit, amare ſe.

EN vere amantis ideam; immo in ſummo caritatis conſtitutæ gradu formam tantum non ſpirantem. Multa perpeſſa fuerat, multa prius peregerat: Lecto ſurrexerat, ianuas aperuerat, atque, egreſſa in vicum, omni indagine Sponſum quæſierat. Nox ingruerat, nec timore pulſata; frigidus, torpenſque aer inſederat, nec ideo circumire prohibita; in vigiles inciderat, nec metu deterrita; percuſſa, & vulnerata, & ſpoliata pallio, nec ideo ceſſauerat; ſanguine madens, ac ſudore diffluens, ſed minimè fatigata deſierat ab incepto. Et tamen mandata Filiabus Ieruſalem datura, quæ ad Dilectum perferrent, nihil horum meminit, quaſi non ſibi, ſed alijs contigiſſent. Vnum premit caritatis vulnus, cuius ſenſu ita pulſatur, vt, quidquid aliud pungit; velut à viuidiore

Digitized by Google

Id ab LXXII.indicatum,
Vide profectum Eccleſia,
Qua timuerat in Apoſtolis,in Petro negarat Sponſum,
In cœnaculo ob dormierat.
Quam nunc à ſe ipſa alia eſt.
Hac vulnera caritatis ſunt.

LXXII.Lectio.
Eccleſia velut dubitans quid velit nunciari Chriſto.
Eccleſia prius timida,iam audax, omnia contemnit aduerſa.

uidiore ſopitum, minimè ſentiatur. Expreſſum id quodammodo à LXXII. qui velut dubitantem inducunt,quid maxime nunciari ſuo nomine velit Dilecto;ſed tandē decernentem id vnum, quod amantem maximè verberabat amoris ſe vulnere ſauciatam.Hæc ſi ad Eccleſiam transferas, eo quidem ſtatu, quem deſcribimus, intelliges , quanta cum arte omnia hæc ſint ſcripta ; quantum ea iam tunc in Chriſti amore profeciſſet. Hæc ſcilicet eadem illa eſt,quæ antea in pleriſque Apoſtolorum timuerat , in Petro negarat Sponſum ; quæque cœnaculo incluſa , quodam diffidentiæ preſſa ſopore , continuerat ſeſe, non auſa foras prodire,& Chriſtum Deum mortalium vindicem prædicare.Quam ab illa diuerſa eſt? Omnia contemnit , præ ſui amore Dilecti: cumque multa egerit, multa ſit paſſa, nihil tamen ſe egiſſe, nihil paſſam, arbitratur. Vnum dolet, quod quærens Chriſtum in Iudæorum pectoribus inuenire ipſa non poſſit. Creſcit amor aduerſitate ſucceſſus, ac, velut cote ſua gladius, acuitur, vt acutius ſecet, & profundius infigatur. Hæc illa ſunt vulnera, quibus ſe ad mortem Sauciam eſſe dicit: hæc ſola Sponſo nunciari deſiderat.

II.
Suauitas rei calamum alio dixit,
Redire in viam eſt opus.
Secundus hic languor Eccleſiæ eſt,
Sed olim remedium Languori quærebat.
Hic de remedio tacet hoc primum diſcrimen.
Olim præſente & mulcente Sponſo languet tamen.
Hic abſente & repulſa probante: hoc diſcrimen alterum
Poſcunt hæc attentum interpretem.

Secundum Eccleſiæ languor nec ſine myſterio.
Dram.Comment. c.5.not.27.
Diſcrimen primum inter vtrūque languorem, & ſecundum.
Languoris diuerſa ſpecies & cauſa diuerſa.

Sed ſuauitas ipſa rei calamum minus aduertentem in ſimiles pene coegit affectus. Ignoſcet facilè prudens Lector; nec damnabit Interpretem haud raro ſui oblitum officij, vel negligentem, ſi nec damnabit Eccleſiam rerum ſuarum vel oblitam , vel negligentem, præ amandi ipſa dulcedine. Cætera perſequamur. Hic iam ſecundo *Languere ſe* Sponſa *Amore* dicit , quanquam & *Languoris* ratio, & *Languendi* cauſæ diuerſæ ſunt: Dictum de hac re aliquid , dum ſenſum corticis traderemus; hic applicanda ſunt ſingula ad Eccleſiam, quæ hic ſcilicet rerum ſuarum , *Amoriſque* narrat progreſſum. Et quidem Cap.2.5. non *Languere* ſe modo,dicit,ſed *Languori* remedium quærit. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia Amore Langueo*: hic tametſi *Languore* preſſa, de remedio tacet. Hoc primum diſcrimen eſt, de quo aliorum ſententias libens audirem; ſed altum ſilentium. Alterum diſcrimen; quod loco illo & brachijs excepta Sponſi, & fauore delinita, *Languet* tamen; & cum *Languoris* remedium in præſente habeat, tamen non prodeſt. Hic autem,cum abſit Sponſus,*Languere* Se ſentit,quæ ad præſentis adſpectum eo ſe affectu preſſam minimè conqueſta eſt. Videas diuerſitatem: &, cum nomen idem *Languoris* ſit, nec eundem eſſe *Languorem*, nec cauſas eaſdem, ſingula attentiſſimum requirunt Interpretem,animumque, non vigilem modo, ſed cœleſti fauore inſtructum; quo veremur, ne, indignitate noſtra præpediente, deſtituti, velut cæci erremus in tenebris. Sed fidendum eſt minimè defuturum illum, quo certè auſpice, (ita exiſtimamus) inſuperabile, atq; importabile humeris onus ſuſcepimus.

III.
Magna hæc ergo arte ſunt ſcripta,
Et magna ex cauſa.
Olim imbecilla adhuc tanti amoris capax nō erat,
Ideo languet & remedium quærit,
Hic iam robuſta, vulnerari gaudet,
Nec de remedio cogitat.
Id facit diuerſitas ſtatus,
Tyronis,& triarij in amore.
Cum verbū ergo ſit vnum,
Diuerſitas ſignificatus eſt,
Tametſi hoc loco transferri potuit,
Quia vulnerata caritate ſum.

Amor nouitius in Sponſa imbecillus. & remedio indigus.
Amor adultus fortis, & remedij negligens.
Eiuſdem Verbi langueo ſenſus diuerſus, pro adiunctorum diuerſitate.

Et Vero duplex illud diſcrimen,quod indicauimus; perſuadet, magno hæc artificio ſcripta eſſe, nec niſi ſcriptoris mentem, manumque diuino Spiritu dirigente, vt eiſdem pene verbis, Eccleſiæ diuerſiſſimos ſtatus agnoſcamus; quibuſque gradibus illa tandem, inter proſpera, & aduerſa, ſæpe delinita, ſæpe iactata , ſummum tenuerit: Quidquid paſſa ſub infantia eſt, dum ſub naturæ lege proficeret , Cap. illo ſecundo ſcriptum eſt, atque eo loco à nobis expoſitum. Scilicet imbecilla adhuc, ac minimè capax tanti amoris, exundante in membra cætera, & anguſto cordis, amore, viribus fatiſcentibus, *Languet*. Imbecillitatis ergo effectus eſt ille, ideo à circunſtantibus remedium quærit, quia ſcilicet nondum fortis ad vulneris tanti dolorem, mortem proximam arbitratur: quæque amare audet, mori ex amore formidat. Loco autem hoc, robuſtus in robuſto animo affectus Viraginis vulnus quidem altius infligit,atque intimo viſcerum pulſat dolore: ſed vulnerari tamen ac dolere gaudet, ac per dulciſſimum vulnus Chriſto hærere, tametſi,vt videtur,abſenti. Non ergo *Languor ex imbecillitate, ſed vulnus ex caritate* eſt: nec remedium cogitat *Languoris* quo minime ſe *Languere* ſentit; nec *Vulneris*, quo *Vulnerari* ſe gaudet; nec doloris, quo ſe dulciſſimè cruciari lætatur. Tam intereſt, quo in ſtatu verſeris, & vtrumne in *Amoris Diuini* caſtris tyro ſis, an triarius, multiſque pugnis exercitus. Et quanquam verba vtrobique eadem ſunt, *Quia Amore* Langueo, ſenſus tamen idem minimè eſt in voce *Languendi*. Alibi enim *Vulnerari*, & ex *Amoris Vulnere fatiſcere*,propter imbecillitatem: alibi *Vulnerari*,& ex *Vulnere dulciſſimo doloris ſenſu cruciari*, ſignificat, non *deficere*.Ideo 72. vtrobique reddidere.*Quia Vulnerata Caritate Ego*. Vulgatus autem: *Quia Amore Langueo*. Vtrumque enim Hebræa vox *Chalak* ſignificat, & *Vulnerari*, & *Languere*. Vt loco alio monitum à nobis eſt. Nec aliud Vulgatus voluit, cum hic etiam reddidit: *Quia Amore Langueo*: niſi *Vulneratam* ſe eſſe: cum alioquin *Languor*, & *ægritudo Vulnus* communiter conſequatur: Quod ſi iudicium meum quidquam valet, quod minimum certè eſt, malim priore loco reddere: *Quia Amore Langueo*; poſteriore: *Quia Vulnerata Amore Sum*. Sed id neceſſarium minimè eſt ad rerum ſenſum eliciendum, cuius diuerſitatem adiunctorum diuerſitas ſatis firmat.

IV.
Diſcrimen aliud.

Amor nouitius blandis fouendus, vt duret.

Alterum diſcrimen eſt: Quod capite illo ſecundo & brachijs excepta Sponſi,& ſinu fota, *Languere Se* quæritur , ab *Amoris Vulnere*: hic abſente Dilecto, eamque & longa

abſentia,

Quia alibi præſentia, alibi abſentia Dilecti languet Eccleſia.
Alibi enim tener affectus fouetur blandis.
Duris, & aduerſis cedit.
Adultus duris exultat.
Seque blādè tractari erubeſcit.
Vt qui lacte depulſus, ſolido cibo paſcatur.

Simile appoſitum.

Amor robuſtus arduis gaudet, & duris.

abſentia, ac repulſa probante, *Vulneratam* ſe dicit. Itaque loco vno *Amoris* affectus Sponſi præſentia, & fauore intenditur; alio abſentia atque ſecuritate negantis aſpectum. Vides eiuſdem, vt videtur, affectus cauſas non diuerſas modo, ſed penè contrarias. Sed ità eſt; exiguâ flamma, & nondum ſuis robuſta viribus, placido cœlo, ſiue ventis obiecto loco fouetur; aut intra parietes clauſa, nullo prouocante, ſenſimque, addito pabulo, firmatur, & creſcit. Grandis amem, cùm montibus totis, ſyluiſque interitum fuerit minitata, ſuis ſe viribus armans, incurſantium validè ventorum minas timere non docta, audax contemnit: eamq; non minuitur flatibus inimicis petita, vt potius creſcat, ac robuſtius armata, ſyluas etiam remotiſſimas laceſſat. Sic *Amori* contingit; qui cùm tenerior primis ſe temporibus oſtendit potiùs, quàm oſtentat, blanditijs, fauoribuſque delinitus, ſenſim augeſcit: quem abſentia, atque repulſa fortaſſis extingueret. Poſtquam ſemel adoleuerit, indignatur blandè tractari: ſolumquè placent aduerſa, & dura vel abſentiæ, vel repulſæ: vtporè, qui ſuis adultus incrementis, ſolidiore iam cibo, non lacte paſcatur. Sentiunt id paſſim, qui non perfunctoriè in *Amoris* verſati caſtris, tum demum à Deo ſeuerius probantur, exercenturque, cum eorum robuſta in illum caritas oneri ferendo ſubijcit humeros, fortius exertura vires, quò validius impetatur.

V.

Hoc ſtatu hic verſatur Eccleſia.
Sicut, & Paulus qui de ſe verè iactabat.
Nihil aduerſum poſſe eum ſeparare à caritate Chriſti.
Siuè eorum, quæ in Cœlis, ſiuè quæ in terris ſunt.
Qui ſenſus eſt veterum Patrum.
Nec cōtentus vno loco id dixiſſe.
Sæpius repetit eodem Spiritu.

Paulus hoc caritatis ſtatu, & gradu conſiſtens, in aduerſis gaudens.
Rom. 8. 35.

Origenes. Chryſoſtomus. Theodoretus. Athanaſius. Baſilius. Thalaſius. Cyprianus. Hilarius. Ambroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Bernardus. Anſelmus.
1. *Cor.* 4. 11. 12.

Ergo vt hanc ad Eccleſiam, ſecundum hunc ſtatum, quò nunc verſari dicimus, applicemur. Mihi feruorem primitiuæ Eccleſiæ conſidera, eius dico, quæ ſub Apoſtolis floruit, & ſtatim intelliges, quam hæc aptè de illa dicantur, & ad hunc locum accommodatè. Hoc ſcilicèt Paulus verſabatur ſtatu, cum diceret: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? An gladius? Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum, qui dilexit nos.* (En in caritate profectum, & nobilem affectum inter obſtantia mala, velut inter nubila ſolem, ſplendidius enitere.) *Certus enim ſum, quia neque mors, neq; vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Rom. VIII. 35. 37. 38. 39. Nam hæc de caritate, qua Deum ipſe diligebat, non qua Deus illum, accipienda eſſe conſors veterum ſententia eſt: Origenis, Chryſoſt. Theodor: Athanaſij, Baſilij, Thalaſij, Cypriani, Hilarij, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Bernardi, Anſelmi. Et loco alio: *Vſque in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus* (vno loco conſiſtere non permittimur) *& laboramus operantes manibus noſtris; maledicimur, & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus; tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.* 1. Cor. IV. 11. 12. Per hos gradus illa creuit Eccleſia, quoad ictu caritatis *Vulnere* diceret, *Quia Vulnerata Caritate Ego.*

VERSVS IX.

QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO, O PVLCHERRIMA MVLIERVM? QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO, QVIA SIC ADIVRASTI NOS?

COMMENTARIVS.

VOces Angelorum Hæ Sunt, Prouocantium Eccleſiam Ad Chriſti Sponſi laudes concinendas, auentium ſcilicèt ex eius ore audire illius encomia, qua neminem melius præſtare id poſſe ſciebant. Et quidem illi iugiter cum laudant, nec ab illius encomijs vnquam otiantur, quibus id muneris inter cætera præcipuè datum eſt. Sed, quaſi in ipſo laudandi conatu, viribus deficientibus, ipſi fatiſcant, voces ſuas cum Eccleſiæ vocibus miſceri deſiderant; ne vel ab illius laudibus vnquam ceſſetur; vel, vt, conſociatis ſpiritibus, ex ſoni diuerſitate ſuauius cantus in auras incurrat. Rogant ergo ediſſerat, *Qualis Dilectus Sit*: quale illius de eius forma iudicium: Ne autem exiſtima, rogare illos, de Chriſti extrinſeca for-

ma: quæ, tametſi ad idæam perfectiſſimæ pulchritudinis exacta, theca tamen illius erat, quæ reſplendebat in animo, ex virtutibus illis conſtans, quibus *Homo ille, qui ſimul, & Deus erat*, ſupra cæteros Hominum, Angelorumque erat ornatus. Vocant autem *Dilectum Ex Dilecto*, ideſt, *maximè, & vnicè Dilectum*; quia ſcilicet digniſſimus, in quem creaturarum omnium amor, velut in ſuum Oceanum flumina, vndè exſuxerant latices, currant, vt reddant, quidquid per ſecretos meatus acceperant. Fortaſſis etiam, quod ſcirent, eo ſtatu iam eſſe Eccleſiam, vt in vnum illum amorem omnem impenderet. Habet vero multum elegantiæ forma ipſa ſermonis; cum interrogantes inducuntur, quaſi ignorent, quos id ipſum, quod rogent, minimè lateat.

ENARRATIO.

TV verò vno inueniendi Chriſtum deſiderio occupata vndecumque auxilia quæris, vt eum quæſitum inuenias. Magnam vim eius affectus eſſe neceſſe eſt, qui totam ſic rapiat. Vt & ad ea ipſa, quæ maximè iuuare vota poſſunt, attendere mentem non ſinat: De Dilecto quæris, nec Qualis ſit tamen, ediſſerere, quod priùs fieri oportuerat, tibi venit in mentem; vt ſuis ſcilicet notis diſtinctum à cæteris, agnoſcere ipſi poſſimus: Ignoſces importunitati noſtræ, quæ tamen & nobis neceſſaria eſt, & tibi vtilis: ne & tu ſcilicèt verba perdas, & nos laborem, tempuſque. Dic ergo nobis, nam facilè ipſa potes, Qualis Dilectus tuus ſit: ille ſcilicèt, quem ex omnibus delegiſti vnum, quem amares vt Sponſum: ille, quem ſcimus digniſſimum eſſe, cui omnis amor faſces, faceſque ſubmittat, tanquam extrà eum nihil ſit, quod amari ſit dignū. Nam tametſi nobis, vt Deus ignotus non eſt, vt hominem tamen ſcimus, tibi potiſſimum, conſorti nimirum vni, ignotum non eſſe. Amas ſcilicèt, atque vnicè, & impensè amas, nec tamen cæcam amare, vt credamus, is ſenſus perſuadet, quo, tot dotibus ipſa inſignis, ac quæ amoris digniſſimo, curris in Chriſtum. Nam anxietate ipſa votorum amor probatur: amore autem eius, cui amor impenditur, merita prædicantur.

NOTATIO XXIX.

QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO.

SVM. COM. I.

Mira hec arte conſcripta, ſed ars latet.
Vndè non vna quæſtio ſurgit.
Nam Angeli non ignorant quis qualiſuè ſit Chriſtus.
Et tamen rogant, qualis ſit.
Deo quidam non Angelos intelligūt
Sed recens cōuerſos.
Sed perdidere ſententiam.
Hos enim eoſdem rogarat Eccleſia, de ſponſo.

MIRA Hæc Arte Eſſe Conſcripta, Monendum Non Eſſet, niſi ars ipſa lateret, vt nihil ſimplicius videatur ſcriptum eſſe. Prouocatur *Eccleſia* ad laudes *Chriſti* concinēdas, & ab *Angelis* prouocatur, tanquam vel illa ſola ſit, quæ Chriſtum norit, vel illi omninò ignorent: cum contrà eam ab illis doceri videatur decere, quibus Deus adminiſtris vſi ſolet in inſtruenda Eccleſia. Non vna ergo quæſtio eſt, nec facilis explicatu. Nam ſi Angelos haud latet, *quis*, aut *Qualis Chriſtus Sit*, quid ediſſeri ſibi poſtulant ab *Eccleſia* tanquam ignorent, quod ſciunt? Quod ſi verè id rogant, quod eos latet, qui fieri poteſt, vt, quod hominibus communicatum à Deo eſt, *Angelis* id negatum ſit? Siuè ergo rogant, quod non ignorant, fruſtrà eos rogare neceſſe eſt; ſiuè id, quod ſe latet, rogitant, difficilè creditu eſt; ab hominibus velle doceri, aut certè poſſe. Id quoſdam coegit, vt hæc verba, non *Angelis*, non *Doctoribus* tribuerent. Sed omninò *fidelibus*, ſiuè de ritu Gentilium ad Chriſti fidem recentiſſimè conuerſis, Apoſtolorum prædicatione, qui ſcilicèt nondum ſatis myſterijs Chriſtianis inſtructi, maiorem earum rerum doctrinam requirant, ideoque doceri ab Eccleſia cupiant, id eſt, à *Doctoribus*, & *verbi miniſtris*. Hi mihi ſententiam perdidiſſe videntur. Animaduertere enim debuiſſent, hos eoſdem, qui nunc doceri ſe rogant, *Qualis Sit Chriſtus*, paulò ante rogatos ab Eccleſia, vt ſe doceant, vbi Chriſtus idem ſit:

Ars mira, ſed latens.

Honorius: Recens conuerſi inſtrui ab Eccleſia poſtulant de myſterijs Chriſti.

Digitized by Google

Nec decet Eccleſiam doceri à tyronibus in fide.

Quos doceri ab ea petim oportet.

Ecclefia nõ inſtruitur à tyronibus in fide.

ſit: ſique eum inuenire contigerit, ei vt nuncient, ſuæ caritatis flammas tales omninò eſſe, vt quodammodo ad mortem excrucient. Vides, eos eſſe non poſſe *fideles in fidei myſterijs recens inſtructos* qui, quamquam doceri ab Eccleſia poſſint, docere illā non poſſunt. Itaque hi, dùm vnum fugiunt hoſtem, in alium incidere. Oportebat enim vel illam damnare, quod eos de Sponſo interrogaret, quos reſpondere non poſſe ſciret: vel non eos intelligere, qui tyrones adhuc in Chriſti ſchola eſſent, & in doctrina imperfecti, & omninò myſteriorum rudes.

II.

Melius alij, ad deſiderium reſeruunt audiẽdi laudes Chriſti.

Quatenus homo eſt.

Cuius rei cauſa eſt magna.

Num de Diuinitatis arcanis.

Melius alij, qui interrogationis cauſam non in ignorantiam reuocauere, ſed in deſiderium audiendi laudes Chriſti, quæ etiam millies repetitæ delectant. Id ergò in hac parte ſequamur, & prouocari ab *Angeli* dicamus Eccleſiam ad Chriſti laudes; vt non modo eas illi concinerent, *vt Dei Verbum eſt*, qua ratione fortaſſis ſunt dicti *Aſtra matutina*; Sed etiam *Homines, quatenus homo eſt*, quos ſi *Aſtra Veſpertina* dicamus, nemò credo velut malè loquutos accuſabit. Eſt verò magna cauſa, cur Angeli, qui *ſemper vident faciem* Patris (Filium dico Verbum faciem, & ſimilitudinem, & formam Dei Patris) Eccleſiam ex hominibus conſtitutam: interrogent de Chriſto Homine, quem illi reuelatum ſciebatur: vt quemadmodum Diuinitatis arcana ſæpè per Angelos innotuere Hominibus; ità Humanitatis myſteria per Homines Angelis innoteſcerẽt.

Iob.XXXVIII.7. Angeli aſtra matutina, homines veſpertina. Per Angelos Dei arcana ſæpè Hominibus reuelata.

Docti ſæpè ab Angelis Homines.

Decebat autem, vt de Humanitate.

Angeli ab Hominibus docerentur.

Mutuo ſic commercio iungendi.

Id enim rerum ordo poſtulabat, & Angelorum Hominumque, tanquam ex non vna gente conſtituta Reſpublica, vt ab illis adhos, ab his rurſus ad illos myſteriorum notitia curreret; & alterna hæc docendi, diſcendique ratio Homines Angelis, Angelos Hominibus ſociaret, & arctioribus vinculis viciſſim coniungeret. Mirum ergo non eſt, & Eccleſiam Chriſtum in Hominum quærentem cordibus per Fidem, & Caritatem, nec inuenientem tamèn, rogare Angelos, & ab illis ſubſidia ad inueniendum illum quærere: & Angelos Eccleſiam interrogare: *Qualis Chriſtus ipſe ſit*, tanquam ipſi ignorent. Sed hæc quàm verè dicantur, paulò poſt Ver. 12. aptiore ſcilicèt loco dicemus, & confirmabimus.

Humanitatis arcana aliquandò per Homines Angelis innotuere.

III.

Ergo ad Chriſtũ hominẽ hæc pertinent.

Quod orationis forma perſuadet.

Cũ membra humana laudentur.

Licet ſub illis aliud lateat.

Itaq; loco hoc, quidquid ad laudes Chriſti pertinet, non ad Diuinitatem, ſed ad Humanitatem referendum, arbitramur, vt ſuis infra locis exponemus. Nam tametſi idem ille & Deus, & Homo eſt, vtroque autem dignitlimus Angelorum, Hominumque præconijs celebrari, loco tamèn hoc illius, vt Hominis, recenſeri laudes Orationis ipſa forma perſuadet: cùm ſolùm de illis ſit ſermò, quæ velut partes integrantes, & oculis aſpectabiles, humanum corpus conſtituunt: quanquam eiſdem illis nominibus ſenſu primario, non membra corporis, ſed animi dotes laudantur. Quam regulam ſi minimè contemnamus, facilè erit interpretationis ductum ſequi: quod minùs felicitèr à quibuſdam factum fuiſſe apparet.

Ex orationis forma conſtat, hic de Chriſto, vt homine eſſe ſermonem.

IV.

Sed cur non quis, ſed qualis ſit petunt.

Eſſi LXXII. aliter tranſtulerunt.

Sed multò melius vulgatus.

Senſum latentem prudenter exprimens.

De votis enim quærebant.

Quibus dignoſci poſſet, diſtinguiq; à cæteris.

Quod, & Honorius videtur intellexiſſe.

Cur autèm, non *Quis*, ſed *Qualis* ſit interrogent, quæri poteſt, quod minimè alij quæſiuere, ſi de arcana intelligentia, quod hic facimus, ſermo ſit: nàm de Dramatico ſenſu ſuo loco dictum eſt. Et quidem LXXII. aliter tranſtulere, immò, vt videtur quibuſdam, conformius ad fontes. (*Quid Dilectus Tuus Prædilecto?*) *Quid Fraternus tuus à Fraterno?* aut vt alij vocem *ἀδελφιδός*, reddunt: *Quid Nepos tuus à Nepote?* Sed vulgatus intellexit, non rogari ab illis *Quid*, aut *Quis* ſit? id enim ad diligentiam inueſtigandi, haud multum pertinebat; cùm etiam, poſtquam audiſſent, *Quis* eſſet, diſtinguere cùm à cæteris ſuis notis non poſſent, quem de facie minimè norant. Sed *Qualis* eſſet, id eſt, quibus notis agnoſci poſſet, atque à cæteris diſtingui, quod illæ officium præſtare parabant: id autem ad *qualitatem* ſpectat, ideoque prudenter ſenſum latentem maluit exprimere. Id autèm ad arcanam ſententiam num applicari poſſit, videndum eſt. Bonus Author Honorius Auguſtod. interpretatur: *Doce nos, quam magnus, in Diuinitate ſit, Dilectus tuus Chriſtus, natus ex Dilecto Patre Deo: quam glorioſus ſit per miracula in humanitate, conceptus ex Spirituſancto, natus ex Virgine Matre.* Itaq; ad qualitatem retuliſſe videtur. Et verò illa eadem Eccleſia ità intellexiſſe viſa eſt, quæ non *Quid*, aut *Quis* eſſet, reſpondet, ſed quam pulcher: pulchritudo verò qualitatis eſt, non ſubſtantiæ, aut, vt ſchola loquitur, quidditatis.

Com Dramat.

Notas Angeli quærunt ad dignoſcẽdũ Chriſtum.

Honor. Aug.

V.

Erat autem in Chriſto natura duplex.

Humana autem diuinã quodammodo affeciſſe videbatur.

Illique denominationes tribuiſſe ſuas.

Cumque agendũ eſſet de Humanitatis dotibus.

Cæterùm in Chriſto duplex natura eſt; Diuina, cui in tempore Humana coniuncta eſt; itaque quanquam vnio illa ſubſtantialis fuit, & in Perſona Diuina facta, qua ratione totum id ad Chriſti ſubſtantiam pertinet; tamen, ſi modum ipſum, ac denominandi formas conſideres, acceſſiſſe animaduertes Humanam naturam Diuinæ, & quodammodo affeciſſe. Quidquid ergo Humana natura eſt, Diuino ſuppoſito ſuſtentatur, ac denominationes tribuit ſuas, qua ratione Deus dicitur *natus, mortuus, ſuſcitatus*: &, quidquid tandem Chriſto ſecundum Humanitatem conuenit, de Deo dicitur, non propriè, & immediatè, ſed per idiomatum communicationem, vt ſchola loquitur. Agendum erat de dotibus Chriſti Hominis, illiſque virtutibus, doniſque, quibus myſticum illius corpus conſtituebatur, quod totum dici etiam de Verbo

In Chriſto natura humana Diuinam quodammodo afficiens.

Quidquid de Chriſto homine dici poterat, verbi reſpectu, ad qualitatem pertinebat.

Qqq 2 poterat;

Digitized by Google

Quod ad qualitatem ſpectabat.

Ideo non quis, ſed qualis ſit rogant.

poterat; totum autem id in enuntiandi modo ad qualitatis referebatur genus, non ſubſtantiæ; ideò interrogant, non *Quid*, ſeu, *Quis*, ſit, ſed *Qualis*. Quia *Quid*, aut *Quis*, eſſe, vt Verbum Patris, ſatis norant; vtpotè Beati, Deumque prout in ſe eſt intuentes; *Qualis* autem eſſet ex conſortio cum Humanitate, aut nondum fortaſſe norant, aut non omninò norant: certè non noſſe finguntur: vt indicatum ſupra eſt, & inferius oſtendetur:

VI.

Dilectum verò ex dilecto quidam exponunt. Filium ex Patre, vt Deum de Deo.

Sed id Originibus non conuenit. Intelligemus ergo Dilectiſſimum.

Dilectus ex dilecto, Filius ex Patre, ſicut Deus ex Deo. Nyſſenus. Philo Carp. Honorius. Anſelmus.

Mi, particulæ vis cōparatiua.

Quo autem ſenſu *Dilectus Ex Dilecto* vocetur, non omnium vna ſententia eſt, plerique veterum *Dilectum Ex Dilecto* interpretantur: *Filium ex Patre*, quemadmodum dicitur *Deus ex Deo*, & *lumen de lumine*. Immò cum bis eadem vſurpetur dicendi forma, alterum ad æternam generationem, qua procedit Deus ex Patre Deo; alterum ad temporariam, qua natus Homo ex Virgine eſt, graues quidam Authores referunt. Non damnarim, tametſi admodum id ſubtile eſt; & parum cum Originibus conuenit, in quibus, vt alibi obſeruamus, Mi, particula vim comparationis habet, vt Dilectus Ex Dilecto idem ſit, quod Dilectus Prædilecto, ille tibi vnicè Dilectus, præ quo cætera omnia, quæ diligi ſunt digna, contemnantur: ille, cui omnia poſtponenda, quæcumque animum impellere ad amandum poſſunt. Itaque idem erit, ac Dilectiſſimus, ſolusque, & vnicè Dilectus. Indicatur is ſtatus dilectionis, quo iam Eccleſia aſcenderat, cui ſcilicèt præ vna Chriſti dilectione cætera omnia vilia eſſent: quod ſatis indicarat ipſa, cùm nèc contumelijs, nec iniurijs, nec vulneribus, ac ne morte quidèm ipſa prohiberi potuerit, quin, relictis omnibus, Chriſtum quæreret anxia, donec felix, immò & merita, inueniret. Intelliges autem ad id, quidquid tunc in Euangelio annuntiando agebat Eccleſia, per æqua, per iniqua; per aduerſa perque proſpera, vna Chriſti caritate moueri, atque impelli, quin alia mentem cogitatio ſubiret. Quæ ingens eſt Apoſtolorum Chriſti commendatio, atque eorum Eccleſiæ Chriſtianæ temporum laus.

Idest ſuper omnia dilectum.

Quo indicatur Eccleſiæ in Chriſtum amor. Sub eo ſtatu, præ illo omnia contemnentis.

Dilectus ex dilecto pro dilectiſſimo.

Status Eccleſiæ in amore perfectus.

NOTATIO XXX.

O PVLCHERRIMA MVLIERVM.

I.

Pulcherrima mulierum ter dicta Eccleſia. Nec ſine cauſa dicta. Alibi corrigit ſpōſus ſponſa dicta.

Dram. Commēt. Ca.V. Not.XXX. Num. 11.

MOnendus omninò Lector eſt, ter tantùm toto cantico hanc loquendi formam contineri. Cap. 1. 8. & hoc cap. 5. 9 & 17. Nec ſinè cauſa id factum credendum eſſe. Sed cur priore illo loco *Pulcherrimam* dixerit, rationem reddidimus Dram. Commentar. quod dicente illa; *Nigra Sum, Sed Formoſa*, videri poterat, venuſtati aliquid detraxiſſe ſuæ, quæ tamèn eximia erat, ſe *Nigram* compellans. Ad dilectum autem pertinebat, eum ſui neglectum minimè pati; Sed eam contrà prædicare *Pulcherrimam*; nèc fuſcedinis confeſſionem quidquam obeſſe venuſtati, quæ inter cæteras fœminarum prorſùs regnaret. Neque ineptum id ad magis arcanam intelligentiam. Nàm ſi *nigredine* peccati reliquiæ intelligendæ, quam Paulus, & *membrorum legem*, & *veterem hominem* dicit, affectiones ſcilicèt carnis ſemper aduerſus ſpiritum rebelles, profectò illa imbecillitatis propriæ, ac propenſionis ad malum confeſſio, id enim eſt: *Nigra Sum*, mirum eſt, quantum gratiæ, & Sanctitatis augeat pulchritudinem. Semper enim nobis, quamuis apicem perfectionis aſſecutis, verſari debet ob oculos propriæ miſeriæ infelicitas, ne quid altius ſapiamus, quàm decet eos, qui à ſe nullum bonum habere ſciunt, præter peccati reliquias, & ad illud propenſionem. Splendet ſcilicet Sanctitatis illa facies inter eas peccati nebulas, quemadmodum ſolet in noctis tenebris plena ſuo orbe Luna, aut Sol nubilo hactenùs oppreſſus, orbi ſe ſiſtens toto ſplendore conſpicuum. In ea ergò myſticæ pulchritudinis Eccleſiæ luce, digna omninò res eſt, quæ Sponſi laudibus, atque approbatione celebretur: eamque, quæ ſe fatetur *Nigram*, pulchritudinem, encomijs tollat; eamque tunc *Pulcherrimam mulierum* compellet. Atque id probabiliter dictum ſit.

Cum ſe nigram dixiſſet. Quod ad arcanā ſententiā aliquid facit. Nam propriæ infirmitatis confeſſio.

Sanctitati nouā gratiam addit. Ideo & laudari viſa eſt digna.

Vtpotè non ex eo minus pulchra.

propriæ labis agnitio, mire ad Sanctitatem facit.

Nunquam Sol ſplendidior quā poſt nubila clarus.

II.

Alia hic eius rei ratio. Nam atrocitate perſecutionis. Creuerat illius caritas.

Auctamque per aduerſa ſanctitatem laudant.

Eccleſia nunquā pulchrior, quam perſecutionibus vexata.

Eccleſiæ ſpeciē turbidis temporibus Angeli laudant.

Hoc autem loco eiuſdem appellationis, tametſi non à Chriſto, ſed ab Angelis profectæ, non eadem ratio eſt: Sed eſt tamen magna ratio. Profugerat de Cuſtodum manibus & bonis ſpoliata, & Vulneribus cruenta, & perſequutione vexata: & quod alijs fortaſſe impedimentum fuiſſet ad ſequendum Chriſtum, illi non calcar modo, ſed & alas addiderat ſponte currenti. Creuerat aduerſis affectus, & intenderat ſe ſe caritatis flamma ventorum incurſibus: &, quemadmodum in arcto nubiū ignis incluſus, diruptis repagulis, non violentius modo, ſed & ſplendidius, & velocius omnem in partem diſcurrit, ità Eccleſiæ illa ardentiſſima flamma caritatis, perſequutorum vrgente impetu, & furore, victrix extulerat ſe ſe. Stiteratque ſplendi-

diſſimam

Digitized by Google

Nunquam enim Eccleſia ſpecies pulchrior.
Quam de prælio cruenta.
Et puluere fœda.
Eſt enim perſecutio ventilabrũ.
Quo triticum à paleis ſeparatur.
Quin et Chriſtus non ante formoſus in ſtola dictus.
Quam ruber apparuit.

Tertul. lib. de fuga in perſec. ca. 1.
Perſecutio Eccleſiæ ventilabrum.

Chriſtus nõ ante formoſus dictus, quam viſus ſanguine ruber. *Iſai. LXIII. 1.*

diſſimam Chriſto ſuo, tametſi, vt videbatur, abſenti. Ergo talem cum ſpectarent Angeli, meritò, non mirantur modo, ſed laudant, & conſona voce *Pulcherrimam* prædicant. Nunquàm enim Eccleſiæ facies, & ſpecies, aut illuſtrior; aut decentior; nunquam Chriſto ſuo gratior, quàm cùm medijs perſequutionum prælijs, vel de puluere fœdior, vel de ſanguine horridior, vel de vulneribus cruentior; quod enim humanis oculis turpe, id Dei oculis ſemper eſt gratius. Propterea Africanus Presbyter perſequutionem palam eſſe dixit, quæ & nunc Dominicam aream purgat, Eccleſiam, fidelium ſcilicèt confuſum aceruum, ventilans, & diſcernens frumentum Martyrum à paleis negatorum. Nàm certè nunquam frumenta ſua flauedine placent, quoad tribulis contuſa; ventilabro agitata, ac flantibus ventis, paleis purgata ſuis, areas implent. Tunc gaudia ruſticorum, tunc voces lætitiæ indices ſonant; & quidquid laborum præteritum eſt, lucrum reputant, quod ad præſentem felicitatem viam mõſtrauit. Nàm ne ipſe quidẽm Chriſtus proclamatus eſt *Formoſus in Stola Sua*, quoad de hoſtium ſanguine *ruber* apparuit ſic dictum eſt: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? iſte Formoſus in Stola Sua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ?* Iſai. LXIII. 1. Nèc ante Iudæorum Rex inauguratus, quam in cruce proſcriptus.

III.
Nec ſtrictius inquirendum.
Quid mulieres ſint.
Quibus Eccleſia pulchrior dicitur.
Nam ſi intelligas vanas ſectas.
Inepta erit comparatio.
Pulchra cum fœdis.
Quod nemò ſanus tentauerit.
Pulcherrimam ergo ſimpliciter interpretabere.

Mulieres, quæ ſint, quibus pulchrior Eccleſia dicitur.

Comparatio cũ turpibus leue pulchritudinis argumentum.

pulcherrima mulierum pro pulcherrima ſimpliciter.

Nec opus eſt hæc verbo minutius premere, ac diſquirere, quid arcano ſenſu *Mulieres* ſint, quibus pulchritudine præfertur. Eſt enim loquendi forma, qua Hebræi ſimplicitèr perfectiſſimam in pulchritudine ſignificant; nàm tametſi fortaſſe, ſi in cortice hæreas, fœminæ non deerunt, quarum comparatione illius ſpecies creſcat; ad arcanum ſenſum cum veneris, multum, ac ſine vllo forſitan pretio operæ fatigabere. Nam quod nonnulli voluere, vocari *pulchriorem cæteris mulieribus*, ſcilicèt templis Gentilium, Synagogis Hebræorum, latibulis Hæreticorum, Academijs Philoſophorum, vereor, vt multos de cordatis habeant approbatores. Cum, ſi pulchritudinem, quod omninò neceſſarium eſt, ad dona gratiæ, & ſanctitatis referas, inepta omninò comparatio, ac minimè ex decoro ſit, eius, quæ ſimplicitèr, immò & eximiæ *pulchra* ſit, cum illis, quæ omninò fœdæ, ac turpes ſint. Nemò enim hominum ſit, qui exaggerandæ eius, quam amat, *pulchritudini*, eam cum turpiſſimis conferat, quibus *pulchriorem* eſſe dicat, vel *pulcherrimam inter omnes*, quæ minimè pulchræ ſint. Tunc enim demùm vnius ſpecies intèr multas regnat, cum, pulcherrimæ omnes cũ ſint, id illa intèr illas eſt, quòd intèr flores lilium, inter aſtra Sol. Satis ergò eſt, vt *Pulcherrimam Mulierum Pulchram* ſimplicitèr intelligas. Quo præconio tunc digna vita Eccleſia eſt, cùm perſequutionis atrocitate vexata, maiore anxietate, & inueniendi deſiderio Chriſtum quæſitura proceſſit; ab Angelis etiam opem ad eum inueniendum petitura.

IV.
Sed ſunt qui hìc Romanam Eccleſiam velint.
Cæterarum pulcherrimam.
Eccleſia Romana tepiditas cum pulchritudine ægrè conuenit.

De Romana hic Eccleſia ſermo non eſt.

Sunt qui Eccleſiam hic Romanam agnoſcunt, quæ ſuprà cæteras priuatas, totoque orbe ſparſas Eccleſias, quemadmodum primatum habet, ità etiam excellat pulchritudine. Sed profectò mirum eſt, cum ſomnum Eccleſiæ, qui ſuperioribus verſiculis deſcribitur, ad deſidiam, ac negligentiam, & diſciplinæ laxitatem, &, vt ipſi loquuntur, ad *tepiditatis*, ac *remiſſionis* culpam referant, qua Romana Eccleſia pul ata aliquando fuerit, licèt poſteà euigilatura, in eo tamèn illius ſtatu *pulchritudinem* inueniſſe, quæ reliquas omnes Eccleſias vinceret; cùm certè ea illius *pulchritudo* cum tanto languore, tepiditate, ac remiſſione non conſtet. Sed horum Authorum interpretandi rationem locis alijs, minùs eſſe aptam Cantici ducendo filo, probauimus.

NOTATIO XXXI.

QVIA SIC ADIVRASTI NOS.

I.
Angeli prompti ad morem gerendum Eccleſiæ.
Adiurati ab illa.
Eſt etiam ſenſus altior.
Nam adiuratio ingentes deſiderij argumentum eſt.
Eiuſq. qui grande aliquid cupiat.

Angelorũ promptitudo adferẽdam opem Eccleſiæ.

Adiuratio nonniſi in magnis rebus adhiberi ſolita. quæquis maximé cupiat. *Gen. L. 5.*

HOrum Verborum vim, quantùm quidèm commemini, nemò interpretum expendit, cum tamèn non minimi ad ſenſum faciat, vero modo ſentias. Erit, qui ità interpretetur; Adiuraſti quidem nos, atquè adeò non poſſumus non in eo tibi morem gerere, quod petiſti; ideoquè oramus, dicas, quibus indiciorum ſubſidijs venire in illius agnitionem poſſimus: ne caſſo labore, ac nullo pretio operæ cumquæramus. Facilis interpretatio, & ideò obuia cuique. Sed putamus altiorem ineſſe vim, qua in Eccleſia, & ſtudium quærendi Chriſtum, inueniendique deſiderium; & in Angelis cooperandi illius votis indicetur. Nàm & *Adiuratio* ad eum pertinet, qui grandi alicuius rei ſtudio, ac ardenti conſequendi deſiderio teneatur; nemò enim alium adiurat, niſi qui adigere cum velit, ad id præſtandum, pro quo adiurat, vt aliud illi facere fas non ſit. Sic dicebat Ioſeph familiæ Pharaonis Gen. L. 5: *Si inueni*

gratiam

Digitized by Google

Sic Iacob non ſatis habuit, imperare filio.
Ne ſe in Aegypto ſepeliret.
Sed adiurauit etiam.
Id indicatur adiuratione Eccleſiæ.
Magnum eſſe, quod quæreret.
Idque indicatum hic ab Angelis.

Cur Iacob adiurauit filium niſi extra Chanaan ſepeliret.

Verus horum verborũ ſenſus.

gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod Pater meus adiurauerit me, dicens: En morior; in ſepulchro meo, quod fodi mihi in terrâ Chanaan ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam Patrem meum, & reuertar. Non ſatis habuit Iacob ſi ſimplice deſiderij, ac voluntatis ſuæ facto indicio, velle ſe in proprio ſolo ſepeliri diceret; nec ſolo imperio filium Ioſephum alioqui obſequentiſſimum, adigere ad id officium ſepulturæ præſtandum, quod ſatis ſuperque videbatur: addidit *adiurandi* formam, vt Dei interpoſita authoritate vim adijceret imperio, ne vllo ſcilicèt caſu ſuis votis fruſtraretur. Id ſi ſequare, ſenſus erit: Adjuraſti quidem nos, quo ſatis oſtendiſti, quam cupias, eius tibi indicium fieri, quem quæris. Ipſa autem adiurandi forma ſatis indicat, aliquid grande eſſe, quod quæris: nemò etenim prudens alitèr ſolet facere: nobis ergo, qualis is ſit, indica, quem tanta anxietudine quæris: tui enim deſiderij granditas in nobis ipſis deſiderium accendit, vt ſolet proximam materiam flamma corripere, cum agnoſcendi quem à tali fœmina ſcimus amari, & tàm anxiè quæri. Valet ergò id ad exaggerandum Eccleſiæ in Chriſtum amorem, qui talis ſit, qui eam quieſcere non permittat, quæ non contenta quærere, quem inuenire deſiderat, etiam auxilia ab Angelis petat, & quidem adactis adiuratione graui, ne detrectare officium poſſint.

II.
Quin & indicãt. Quam cupiant illi gerere morem.
Cum, & ipſi ſint in miniſterium animarum miſſi.
Cupiantque ſibi etiam homines.
In eo miniſterio ſociare.
Is ſenſus paraphraſi expoſitus.

Angeli in miniſterium animarum miſſi, gaudent ſibi Eccleſiam in eo ſociari.

Poteſt etiam ſenſus eſſe, vt indicare ipſi, *Adiurationis* facta mentione, velint, quanto deſiderio teneantur illius precibus obſequendi. Merebatur quidem id Eccleſiæ votum, perducendi multos ad Chriſtum, commendationem, quandoquidem nihil grãdius apud Deum eſt illa caritate, quæ in proximorum ſpiritalem vtilitatem impenditur; ab illis maximè, qui Miniſtri ipſi Dei ſunt, in id ipſum deſtinati, vt animarum ſalutem promoueant. Gaudere autem eos neceſſe eſt, cum id ſtudium vigere etiam inter homines vident. Ergò quemadmodum flamma flammam complectitur, & carbo carbonem fouet, etiam eorum ardor ardore creuit Eccleſiæ: quique ſponte ibant in nobile miniſterium, effundi in curſum illius exemplo cæpere. Omni igitur alia cura poſthabita, ſtudia coniungere ſua properant, cum ſtudijs Eccleſiæ. Tuum id ſtudium, quærendi, inueniendique in hominum cordibus Chriſtum, noſtrũ acuit deſiderium; quique anteà calebamus, iàm ardemus; feſtinamuſque te vel præcedere, vel ſubſequi. Age, ediſſere, quibus indicijs fieri poſſit, vt eum quæſitum agnoſcamus; nemò enim te meliùs ſcire id poteſt: nàm nos, ſcito, nihil omiſſuros Officij, dùm coniunctis tecum ſtudijs, id tandem, quod cupimus, conſequamur.

VERSVS X.

DILECTVS MEVS CANDIDVS, ET RVBICVNDVS; ELECTVS EX MILLIBVS.

COMMENTARIVS.

QVale ſuum ſit de Chriſto Sponſo Iudicium (occaſionem ſe effundendi in illius encomia nacta) libentiſſimè promit. Id verè Amantis ſeù natura eſt, ſeù ſupra naturam ars, nihil eorum prætermittere, quæ facere ad amoris ſui commendationem poſſunt. Haud ergo paſſa auidius ſe rogari, vt dare, non vendere officiùm videatur, laudationem orditur. Incipit autem à colore ex *Candido Rubente, toto corpore ſparſo*. Sed haud in corpore Chriſti, tametſi eximiè pulchro hæret; tranſit ad animum, ſeù potiùs ad id, quod aſpectabili illa ſpecie tegebatur. *Candidum*, ac *Rubicundum* eſſe, quorum alterum ad *Diuinitatem*, alterùm ad *Humanitatem* referendum. Ex vtriuſque enim naturæ coniunctione mira exſiſtebat, immo nunquam hactenùs viſa ſpecies. Aut certè *Candidum innocentia vitæ*, nulla vnquam culpa labe fœdata: *Rubicundum morte*, ſanguine ſuo ſcilicèt pro Eccleſia fuſo. In vtroq; autem ita ſingularem eſſe dicit. Vt nullus antè, nullus poſt eum ei ſimilis fuerit, aut ſit futurus. Vt, ſi eum infiniti circunſtent, vel primo, ſimpliceque oculorum iudicio,

ſine

Digitized by Google

ſine deſignatore, Princeps omnium proclametur. Quin ita inter cæteros mortalium eminere, vt, communi confeſſione omnium, dignus qui palmam ferat; ac *Dux*, qui *vexillum*, quod cæteri ſequantur, ſuſtollat, habeatur.

ENARRATIO.

De meo quæritis Chriſto quid ipſa ſentiam, de quo facilius eſt rogare, quam dicere. Sed tam mihi illius commemoratio dulcis eſt, vt habere vobis gratiam cogar, qui, mentione illius iniecta, in eius me encomia pronam vrgetis. Ordiar à potiſſimis, vndè cætera in eo laudanda fluunt. Deus ſimul, atque Homo eſt, nexuque mirando Diuinitatis Candorem cum Humanitatis Rubore copulauit. Quid amplius quærere Angelorum iudicium poſſit? Quid deſiderare in eo, qui ſimul & Deus ſit, Patris æterni Filius, & Hominum omnium optimus, immò ſolus Sanctus Innocenſque; tametſi carne Adami ſimilis carni? Sed ſileo de Diuinitate, cuius nemo Hominum Angelorumque dignitatem, vel cogitando aſſequatur. Homo eſt, ſed in quo ſimul cum Candore innocentiſſimæ vitæ, quæ niues, recentiſſimè de ſua nube deciſas, ac necdum vllius veſtigio ſignatas, vincit; fuſi cruoris purpura, pro ſalute mortalium, eximiè Rubet. Nàm & omni culpæ contagio carere eum oportuit, qui culpæ vindex erat futurus; & ſuomet cruore tingi, qui pro multorum ſalute immolabatur. Cogitate innocentem pro nocentibus occiſum; Agnum Sine Macula, delendis ſcelerum maculis, aris impoſitum; & ſtatìm intelligetis, nihil de illo maius potuiſſe cogitari. Quid faciam? Nàm mens in ea cogitatione mea defixa cætera ad ſe rapit, ac omninò voces ſubtrahit linguæ. Breui me hoc expediam capite. Si dixero, tàm vtrumque id in eo ſingulare eſſe, vt primus, ac nouiſſimus is ſit, nec habiturus ſectatores, qui exemplum habere non potuit. An ijs indicijs agnoſci inter multos poſſit, vos videte: mihi certè latere non poteſt; cui ſcio futurum nullum, qui non palmam in eo concedat, vnumque prædicet dignum, qui manu Vexillum leuet, quem cæteri, velut milites Ducem, ſequantur. Haud ergo eſt opus curioſè inquirere: nàm ſi oculorum ſimplice iudicio decernenda res ſit, in tàm clara diei luce errare non poterit; nec, vbi vbi ille eſt, oculos in alium conijcere.

NOTATIO XXXII.

DILECTVS MEVS CANDIDVS, ET RVBICVNDVS.

SVM. COM. I.

Corporis an hic ſpecies deſcribatur.

Id innuere videtur Nyſſen.

Quem nemò ſequutus, & meritò.

Nam exterior in Chriſto ſpecies.

Interioris fuit veluti theca.

Nec ea faciebat ad cauſam Eccleſiæ.

Quæ S. Spiritu docta.

Nyſſen. Hom. 13. Corporis ſpecies in Chriſto eximia.

Animæ Chriſti ſpecies corporis forma, velut veſte obtecta.

INcipit rogata myſticam Chriſti pulchritudinem deſcribere. Sed dubium ſtatim ſe offert, vtram deſcribat, *corporis ne* ſpeciem, an *animi*; ideſt, viſibilem, & aſpectabilem illam, quæ eximia fuit in Chriſto, per omnia Matri ſimillimo: an reconditam, & ſola Fidei luce perſpicuam? Ea prima dubitatio eſt. De *carne* videtur ſentire Nyſſenus Hom. 13. in Cant. Sed haud facilè, qui ſequeretur, inuentus eſt alius, & quidem merito. Nàm tametſi in Chriſto magnam quidem laudem merita ſpecies externa eſt, ea tamen velut veſtis, aut theca fuit, qua interius latens pulchritudo tegeretur, ac velut ſe digno cultu veſtiretur: vt qui ingentis pretij gemmam auro includit, vt digito geſtet. Decebat autem limatiſſimum Eccleſiæ iudicium, in exteriore cultu non hærere, qui parum certè faciebat ad cauſam ſuam; totamque verſari in ijs donis, vndè omne in Chriſti operibus precium exſiſtebat. Alioqui exterius illud Chriſti, quod oculis obijciebatur, ac gratiſſima ſpecie mulcebat, minus perfectis impedimento erat, ad interiora illa verè grandia, atque admirabilia peruidenda: quanquam perfectis facilè erat, ex his, quæ ſpectabantur exterius, mentem, animumque ad maiora illa ſuſtullere. Sed Eccleſiam per Spiritus Sancti illapſum doctam,

&c ad

Ea quæ non videbantur, magis conſiderabat.

& ad ſubliminorem ſtatum euocatam, ea rapiebant, quæ in Chriſto conſiderabat, magis, quam ea, quæ viderat. De illis ergò loquitur, à corporalibus ſimilitudine aduocata, & elegantiſſimè ducta:

II.

Alij cãdorem ad Diuinitatem, Ruborem ad Humanitatem retulere. Certè Ambroſius. Et Theodoretus, cum alijs.

Senſus grandis, et probabilis.

Nam candor diuinitatis color.

Probabilius alij *Candorem* ad *Diuinitatem*, *Ruborem* ad *Humanitatem* referunt. Sic Ambr. lib. 1. de Virg. & Serm. 5. in Pſal. 118. *Decet, Virgo, vt planè agnoſcas, quem diligis, atque in eo omne ingenitæ Diuinitatis, & aſſumptæ myſterium Incorporationis agnoſcas. Candidus ergo eſt merito, quia Patris ſplendor; Rubeus, quia partus eſt Virginis. Color in eo fulget, & rutilat vtriuſque naturæ. Memento tamen in eo antiquiora Diuinitatis inſignia, quam corporis Sacramenta: quia non capit à Virgine; ſed, qui erat, venit in Virginem.* Sic etiam Theodoret. Iuſtus Vrg. Aponius, & Anaſt. Sinaita lib. 4. de Opere ſex dier. ac de recentioribus quidam de grauiſſimis. Probabilis ſenſus, & inde grandis, nec minus Cantici dignus maieſtate, quam limatiſſimo Eccleſiæ iudicio par. Nam & *Candorem Diuinitatis* eſſe colorem conſtat, propter puritatem, ac luminis imitationem, nullius fœce contagij, aut ignorantiæ obſcuritate libatam: ideò & *lucem inhabitare inacceſſibilem* dictus Deus; immò & *lux* ipſe haud ſemel dictus, & ſub *Solis* ſchemate intellectus. *Verbum* autem *Patris* & *lumen de lumine*, & *lux vera omnem hominem illuminans*, & *Candor lucis æternæ*. Qua *Homo* autem, merito *Ruber*, hic enim color terræ eſt, de qua primus formatus Homo, vndè & nomen traxit. Ergo qui *Candorem* accepit à Patre, à Matre Virgine traxit *Ruborem*, vtroque autem mira illius exſtitit ſpecies, & noua gratia, quam vel Angeli ſpectatores mirentur. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ.* Iſai 63. 1. Probabilem hunc ſenſum diximus, ideoq; in Commentarium eum retulimus.

Ambroſius: Chriſtus candidus, quia Deus, ruber quia homo.

Theodoretus. Iuſtus Vrg. Aponius. Anaſt. Sin.

Candor Diuinitatis color.

1. Tim 6. 16. Ioann. 1. 9. & 11. 19 & 185. Et 22. 46.

Propter imitationem lucis.

Rubor Humanitatis color. Propter terram ex qua homo.

Vtrumque mirãtur in Chriſto Angeli.

Rubor Humanitatis color.

Iſai. 63. 1.

III.

Probabilius ad ſolam Humanitatem hæc referes. Nam comparatio ab humanis ſumpta membris. Ac de diuinitate doceri Angelos opus non erat.

De Humanitate multa eos latebãt.

Nec gratia à Deo illi collata taceri decebat.

Deſcribitur ergò hic Chriſtus

Ab ijs dotibus, quæ illi data. Vt Redemptori, ac vindici.

Vnde aliorum ſenſus reijcies minus aptos. Pſelli, Hieronymi.

Trium PP. & Bernardi.

Quãquam acutè inuentos.

Et piè explicatos.

Sed probabiliſſimum arbitramus, hæc ad ſolam *Humanitatem* referenda, quemadmodum & cætera encomia omnia, quæ his adiuncta ſunt. Facit, vt ita exiſtimemus, tùm omnis comparatio, ab humanis ſumpta membris; tùm non antè Sponſo corporea membra tributa, quam *Verbum per ſuſceptam carnem Homo fuiſſet factus*. Poſtremò, quia de Deo, atque illius Verbo ſatis multa Angeli norant, etiam antequam Eccleſiã interrogarent, quibus vtique, & Trinitatis notitia, & Verbi Diuini præſtantia per viſionem beatam notiſſima eſſet, vt doceri ab Eccleſia, neceſſe non eſſet, de his, quæ potiùs diſcere ab illis Eccleſia poſſet. De *Humanitate* interrogare poterant, quia nec omnia illis ſtatim manifeſtata, & ſeruata multa ſunt, quæ illis per Eccleſiam facta ſunt nota, vt loco alio dicturi ſumus. Et alioqui ingentes illæ quæ *Humanitati Chriſti* collatæ ſunt à Deo gratiæ, velut in dotem, qua Verbo coniungendam decebat ornari, digniſſimæ erant, quæ ab Eccleſia Sponſa prædicarentur, & audientibus Angelis canerentur. Quod ſi, quæ dicuntur cætera, de *Chriſti Humanitate* verè exponuntur, quin hæc in quibus verſamur, verè ad eandem referamus, nulla eſt cauſa. Exiſtimamus ergo hic *Chriſtum* cùm omnibus illis dotibus deſcribi, quibus Sanctiſſima illius anima donata eſt, decebantque munus mirabile Redemptoris; ac Prædeſtinatorum caput, Authorem gratiæ, peccati Vindicem, Eccleſiæ æternum Pontificem, *vna hoſtia conſumantem ſanctificatos*. *Candidus* ergo, ac *Rubicundus* ſit *Chriſtus* ratione *Humanitatis*. Sed non quò *Candorem* ad aquam, *Ruborem* ad ſanguinem referamus, quos liquores de ipſius fluxiſſe latere ſcriptura teſtatur, quod Pſello placuiſſe miramur. Aut quod *Rubicundum* in Paſſione, aut in Reſurrectione *Candidum* affirmemus, quod Hieronymus voluit Com. in cap. 63. Iſai. Aut quod Epiſt. 27. ad Euſtoch innuit, quia & in pace, & in prælio præmia eadem victoribus tribuat. Aut quod maluere Tres Patres, *Candidum* eſſe ijs, qui à peccatorum ſordibus ſunt purgati (quo ſenſu dictum: *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: &, ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Iſai. 1. 18. *Rubicundum* autem illis, qui per tentationes, vt aurum in igne probatum, fulgorem induerint. Aut demum, quod Bernardi acumini placuit, Serm. 28. in Cant. *Candidum*, ac *Rubicundum* eſſe, quod eum circunſtent *Flores roſarum*, ac *lilia conuallium*; hæc *Candida virginitate*, illæ *Rubra martyrio*. Omnia ſiquidem hæc acutè excogitata, & ſuis quæque locis aptiſſima; huius alia ratio eſt, & forma.

Candidus, & Rubicundus Chriſtus ratione Humanitatis.

Infra Not. 55.

Chriſti hic dona laudantur, quæ illi data, vt Redemptori.

Ioan. 19. 34. Pſellus.

Hieronymus.

Tres Patres.

Iſai. 1. 18.

Bernardus.

IV.

Hæreamus veterum quibuſdam ſeuſu. Et hæc de innocentia, & morte Chriſti interpretamur. Huc faciunt Petri Verba illuſtria. Nec minus Iſaiæ.

Ergò quod quibuſdam de veteribus, & grauiſſimis placuit, *Candorem de vitæ innocentia* interpretabimur, *Ruborem* autem *de morte*, ac per eam fuſo ingentis pretij ſanguine, vt omnium peccata deleret, & *innocentiæ Candorem* communicaret. Eſt, quod Petrus ſimplice oratione dixit: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*, & mox: *Qui peccata noſtra ipſe pertulit, in corpore ſuo ſuper lignum; vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati eſtis.* 1. Petr. 11. 22. 24. Et multò antea Iſaias: *Eo quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius; & Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si poſuerit pro peccato animam ſuam videbit ſemen longæuum.* Iſai. 53. 9. 10. *Candorem*

Candor innocentiæ Symbolum, rubor mortis.

1. Pet. 11. 22. Iſai. 53. 9.

Digitized by Google

dorem autem ad *puritatem*, atque *innocentiam* pertinere, non apud ſacros modo, ſed apud Profanos vulgatum eſt. Nã apud veteres Deorum cultores Sacerdos obiturus Sacra, aut victimam mactaturus, non niſi in veſte *candida* faciebat, ex ritu Sacrorum. Ita *pura* dicta eſt, id eſt impolluta, nulloque alio colore infecta.

Puraque in veſte Sacerdos
Setigeræ fœtum ſuis, intonſamque bidentem
Attulit, admouitque preces flagrantibus aris.

Atque ob eam ſignificationem color *Candidus* habitus eſt Deo gratiſſimus, Cicerone teſte 11. de leg. Sed & in Sacris ingens ſæpè honor *Candori* tributus eſt, vt Diuinitatis quiddam videretur habere, haud minus quàm igneus ſplendor. Dan. 7. 9. *Antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius Candidum quaſi nix; & capilli capitis eius, velut lana munda: thronus eius flamma ignis.* Eſt autem ignis puritatis magiſter, & effector: *Candor* autem indicium. Ideò Chriſtus, cum animæ gloriam in corpus refundi permiſit, de *innocentia*, ac *puritatis* prærogatiua, veſti *Candorem* communicauit. *Veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia, & Candida nimis, velut nix; qualia fullo non poteſt ſuper terram Candida facere.* Mar. 9. 2. Ideò & Angeli hominibus ſe oſtenſuri, *Candidis* veſtiuntur. 2. Mach. 11, 8. Act. 10. 30. Apoc. 15. 6. Et ad imitationem Agni ornata Sponſa, non alium cultum induit. *Venerunt nuptiæ Agni, & Vxor eius præparauit ſe: & datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & Candido: byſſinum enim iuſtificationes ſunt Sanctorum.* Apoc. 19. 8. Quibus in verbis myſticam *Candoris* ſignificationem habet. Innocentiſſimæ ergo Chriſti vitæ, per irrepræhenſibiles, ac immaculatos actus traductæ, ſignificandæ, nihil vſurpari aptius potuit, quam ſi *Candidus* diceretur.

Nec difficilius partem alteram lectori probabimus. Nàm *Ruber* color, propter ſimilitudinem ſanguinis, aptiſſimè ad *Chriſti mortem* ſignificandam applicatur: qua factum eſt, vt, qui innocentia *Candidus* erat, *Rubicundus* eſſet, ſuo ipſius ſanguine tinctus. Et verò quædam ſe ſe offert ſtatim repugnantia, cum audias, *innocentiam* morte tamẽ, quæ latronum ſit ſupplicium, mulctatam. Id illi mirabantur, qui, poſtquam audiſſent: *Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.* Iſai. 63. 1. cum ſanguine *Rubentem* viderent mirantes interrogauerunt: *Quare ergo Rubrum eſt indumentũ tuum; & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* Ipſe autem: *Torcular calcaui ſolus, & de Gentibus non eſt vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.* Quibus in verbis grande myſterium latet; nàm cùm verè ſuo ſanguine *Rubuiſſet* Chriſtus in cruce, pro mortalibus prodigè fuſo, hìc non ſuo videtur ſanguine, ſed alieno, tinctus, hoſtium ſcilicèt. *Calcaui eos,* inquit, *in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* Fuerat quidem ille Chriſti cruor, quem in cruce profuderat; Sed ſimul & hoſtium, peccatorũ hominum ſcilicèt; quia quidquid in cruce pertulit Chriſtus, hominum ſceleribus debebatur. Illorum id merita exigebant, vt morte æterna mulctarentur; hanc autem pœnam Chriſtus in ſe ſuſcepit. S. D. E. *Eum, qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum fecit.* (Hoſtiam, ac victimam pro peccato) *& de peccato damnauit peccatum.* Vt quiſquis *Rubrum* ſanguine videret, non hominem modo, ſed hominem peccatorum arbitraretur, cum innocens eſſet. Ideſt: *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* Huius interpretationis indicium nobis fecit Ambroſius, niſi potiùs eſt Maximus Taurin. Serm. 45. de S. Latrone. *Intellexit enim, quod pro alienis peccatis has plagas ſuſcipere; pro alienis ſceleribus hæc vulnera ſuſtineret; & ſciuit, quod illa in Chriſti corpore vulnera, non eſſent Chriſti vulnera, ſed latronis. Atque ideo plus amare cæpit, poſtquam in corpore eius ſua vulnera recognouit.*

Sed potuit is *Rubor*, quatenus peccatorum *Rubor* erat, Chriſti veſtimentum vtcumque imbuere, & inquinare, quia aduentitius non congenitus erat. *Candidus* natura ſcilicèt, & ab omni immunis culpa, culpas mortalium omnes in ſe ſuſcepit, non vt author, aut obnoxius; ſed vt fideiuſſor, aut ſuſceptor: nec tanquam reus, ſed tanquã reorum ipſe vicarius. Ea autem egregiæ ſignificationis eſt, ſub vindemiæ ſchemate, ratio; Quidquid enim Sordium à calcato torculari veſtimentis adhæſerit, quia non innatum, ſed aduentitium eſt, deleri facile vel pura de fonte aqua poteſt, vt ne veſtigium quidem maneat; nec illa peccatoris ſuſcepta perſona Chriſto infamiam, ſed magis gloriam peperit; vt pulchrior de victoria ſurgeret, perſona depoſita peccatoris quidem, non Redemptoris. Altiſſimo enim conſilio factum eſt, vt eadem ſuſcepta in cruce vulnera, rediuiuo manerent; hactenus præmij quod vicerat fructus; poſt ea victoriæ teſtimonia. Vt quoties illum Sponſa Eccleſia vel cogitaret abſentem, vel præſentem ſpectaret, dicere verè poſſet: *Dilectus meus Candidus, & Rubicundus.* Huius interpretandi rationis fuere indicium, vel ex parte tradidere. Tres Patres, Hieronym. lib. 4 in Iſai. ad cap. 53. Caſſiodorus, Gregor. PP. Beda, Philo Carp. Rupertus, Anſelmus.

Nam candor ſymbolum puritatis.
Ideo Gentilium Sacerdotes, nõniſi in pura veſte facere ſoliti.
Et is color Deo gratiſſimus.
Ideo illi honor ſèper exhibitus.
Quod intelliges ex Daniele.
Immo Chriſtus in transfiguratione.
Candidatus apparuit.
Et ſponſa candedis induitur.
Innocentia in argumentum.

V.
Rubor autẽ color, mortem indicat.
Chriſtus innocentia Candidus, ſanguine ruber.
Sed mirum eſt innocentiam morte mulctatam.
Quæ noua res Angelis viſa.
Vt habes apud Iſaiam.
Cuius in verbis myſterium latet.
Nàm verè ſuo cruore tinctus Chriſtus.
Et tamen ſanguine hoſtium ruber inducitur.
Quia tanquam ſceleratus morte mulctatus.
Quem ſanguinem peccatores debebant.
Ipſe fudit in cruce.
Cui, aſſui prainit Maximus Taur.

VI.
Sed is cruor quatenus peccatorum.
Chriſtum potuit inquinare.
Sed quia aduentitius erat.
Chriſtum non infecit.
Sed reddidit pulchriorem.
Ideò vulnerum cicatrices in rediuiuo manſere.

Sacerdos ad aras in pura veſte.
Virgilius.
Cicero.
Dan. 7. 9.
Deus in veſte candida Danieli viſus.
Mar. 9. 2.
Chriſtus in trãsfiguratione candidus apparuit.
2 Mach. 11. 8.
Act. 10. 30.
Apoc. 15. 6.
Agni vxor in albis.
Rubor mortis Chriſti Symbolum.
Anaſt. Sinai. lib. 14. An. cõ.
Iſai. 63. 1.
Innocẽtia morte mulctata admiranda Angelis viſa.
Chriſto nõ tam ſuo, quã noſtro ſãguine tinctus.
Sanguis exactus a Chriſto, qui à nobis exigẽdus erat.
2. Cor. 5. 21.
Rom. 8. 3.
Iſai. 63. 2.
Max. Taur.
Latro in ſanguine Chriſti ſuum agnouit.
Peccatorũ ſordes aduentitiæ Chriſto.
Cur Chriſti mors vindemia dicta.
Vulnera in rediuiuo Chriſto cur conſeruata.
Tres Patres.
Hieronymus.
Caſſiodor.
Beda.
Gregor. PP.
Philo.
Rupert.
Anſelmus.

Digitized by Google

Id ab LXXII. indicatum. *Vide profectum Eccleſiæ,* *Quæ timuerat in Apoſtolis, in Petro negarat Sponſum,* *In cœnaculo obdormierat.* *Quam nunc à ſe ipſa alia eſt.*

LXXII. Lectio. Eccleſia velut dubitans quid velit nunciari Chriſto.

uidiore ſopitum, minimè ſentiatur. Expreſſum id quodammodo à LXXII. qui velut dubitantem inducunt, quid maxime nunciari ſuo nomine velit Dilecto; ſed tandē decernentem id vnum, quod amantem maximè verberabat amoris ſe vulnere ſauciatam. Hæc ſi ad Eccleſiam transferas, eo quidem ſtatu, quem deſcribimus, intelliges, quanta cum arte omnia hæc ſint ſcripta; quantum ea iam tunc in Chriſti amore profeciſſet. Hæc ſcilicet eadem illa eſt, quæ antea in pleriſque Apoſtolorum timuerat, in Petro negarat Sponſum; quæque cœnaculo incluſa, quodam diffidentiæ preſſa ſopore, continuerat ſeſe, non auſa foras prodire, & Chriſtum Deum mortalium vindicem prædicare. Quam ab illa diuerſa eſt? Omnia contemnit, præ ſui amore Dilecti: cumque multa egerit, multa ſit paſſa, nihil tamen ſe egiſſe, nihil paſſam, arbitratur. Vnum dolet, quod quærens Chriſtum in Iudæorum pectoribus inuenire ipſa non poſſit. Creſcit amor aduerſitate ſucceſſus, ac, velut cote ſua gladius, acuitur, vt acutius ſecet, & profundius infigatur. Hæc illa ſunt vulnera, quibus ſe ad mortem Sauciam eſſe dicit: hæc ſola Sponſo nunciari deſiderat.

Eccleſia prius timida, iam audax, omnia contemnit aduerſa.

Hæc vulnera caritatis ſunt.

II.

Suauitas rei calamum alio direxit, *Redire in viam eſt opus.* *Secundus hic languor Eccleſiæ eſt, ſed olim remedium Languori quærebat.* *Hic de remedio tacet hoc primum diſcrimen.* *Olim præſente & mulcente Sponſo languet tamen.* *Hic abſente & repulſi probante: hoc diſcrimen alterum* *Poſcunt hæc attentum interpretem.*

Secundum Eccleſiæ languor nec ſine myſterio.

Dram. Comment. c.5. not.17.

Sed ſuauitas ipſa rei calamum minus aduertentem in ſimiles pene coegit affectus. Ignoſcet facilè prudens Lector; nec damnabit Interpretem haud raro ſui oblitum officij, vel negligentem, ſi nec damnabit Eccleſiam rerum ſuarum vel oblitam, vel negligentem, præ amandi ipſa dulcedine. Cætera perſequamur. Hic iam ſecundo *Languere ſe* Sponſa *Amore* dicit, quanquam & *Languoris* ratio, & *Languendi* cauſæ diuerſæ ſunt: Dictum de hac re aliquid, dum ſenſum corticis traderemus; hic applicanda ſunt ſingula ad Eccleſiam, quæ hic ſcilicet rerum ſuarum, *Amoriſque* narrat progreſſum. Et quidem Cap.2.5. non *Languere* ſe modo, dicit, ſed *Languori* remedium quærit. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia Amore Langueo*: hic tametſi *Languore* preſſa, de remedio tacet. Hoc primum diſcrimen eſt, de quo aliorum ſententias libens audirem; ſed altum ſilentium. Alterum diſcrimen; quod loco illo & brachijs excepta Sponſi, & fauore delinita, *Languet* tamen; & cum *Languoris* remedium in præſente habeat, tamen non prodeſt. Hæc autem, cum abſit Sponſus, *Languere* Se ſentit, quæ ad præſentis adſpectum eo ſe affectu preſſam minimè conqueſta eſt. Videas diuerſitatem: &, cum nomen idem *Languoris* ſit, nec eundem eſſe *Languorem*, nec cauſas eaſdem, ſingula attentiſſimum requirunt Interpretem, animumque, non vigilem modo, ſed cœleſti fauore inſtructum; quo veremur, ne, indignitate noſtra præpediente, deſtituti, velut cæci erremus in tenebris. Sed fidendum eſt minimè defuturum illum, quo certè auſpice, (ita exiſtimamus) inſuperabile, atq; importabile humeris onus ſuſcepimus.

Diſcrimen primum inter vtrúque languorem, & ſecundum. Languoris diuerſa ſpecies & cauſa diuerſa.

III.

Magna hæc ergo arte ſunt ſcripta, *Et magna ex cauſa.* *Olim imbecilla adhuc tanti amoris capax nō erat,* *Ideo languet & remedium quærit,* *Hic iam robuſta, vulnerari gaudet,* *Nec de remedio cogitat.* *Id facit diuerſitas ſtatus,* *Tyronis, & triarij in amore.* *Cum verbū ergo ſit vnum,* *Diuerſitas ſignificatus eſt,*

Et Vero duplex illud diſcrimen, quod indicauimus; perſuadet, magno hæc artificio ſcripta eſſe, nec niſi ſcriptoris mentem, manumque diuino Spiritu dirigente, vt eiſdem pene verbis, Eccleſiæ diuerſiſſimos ſtatus agnoſcamus; quibuſque gradibus illa tandem, inter proſpera, & aduerſa, ſæpe delinita, ſæpe iactata, ſummum tenuerit: Quidquid paſſa ſub infantia eſt, dum ſub naturæ lege proficeret, Cap. illo ſecundo ſcriptum eſt, atque eo loco à nobis expoſitum. Scilicet imbecilla adhuc, ac minimè capax tanti amoris, exundante in membra cætera, & anguſto cordis, amore, viribus fatiſcentibus, *Languet*. Imbecillitatis ergo effectus eſt ille, ideo à circunſtantibus remedium quærit, quia ſcilicet nondum fortis ad vulneris tanti dolorem, mortem proximam arbitratur: quæque amare audet, mori ex amore formidat. Loco autem hoc, robuſtus in robuſto animo affectus Viraginis vulnus quidem altius infligit, atque intimo viſcerum pulſat dolore: ſed vulnerari tamen ac dolere gaudet, ac per dulciſſimum vulnus Chriſto hærere, tametſi, vt videtur, abſenti. Non ergo *Languor ex imbecillitate, ſed vulnus ex caritate* eſt: nec remedium cogitat *Languoris* quo minime ſe *Languere* ſentit; nec *Vulneris*, quo *Vulnerari* ſe gaudet; nec doloris, quo ſe dulciſſimè cruciari lætatur. Tam intereſt, quo in ſtatu verſeris, & vtrumne in *Amoris Diuini* caſtris tyro ſis, an triarius, multiſque pugnis exercitus. Et quanquam verba vtrobique eadem ſunt, *Quia Amore* Langueo, ſenſus tamen idem minimè eſt in voce *Languendi*. Alibi enim *Vulnerari*, & ex *Amoris Vulnere fatiſcere*, propter imbecillitatem: alibi *Vulnerari*, & ex *Vulnere dulciſſimo doloris ſenſu cruciari*, ſignificat, non *deficere*. Ideo 72. vtrobique reddidere. *Quia Vulnerata Caritate Ego*. Vulgatus autem: *Quia Amore* Langueo. Vtrumque enim Hebræa vox *Chalak* ſignificat, & *Vulnerari*, & *Languere*. Vt loco alio monitum à nobis eſt. Nec aliud Vulgatus voluit, cum hic etiam reddidit: *Quia Amore Langueo*: niſi *Vulneratam* ſe eſſe: cum alioquin *Languor*, & *ægritudo Vulnus* communiter conſequatur: Quod ſi iudicium meum quidquam valet, quod minimum certè eſt, malim priore loco reddere: *Quia Amore* Langueo; poſteriore: *Quia Vulnerata Amore Sum*. Sed id neceſſarium minimè eſt ad rerum ſenſum eliciendum, cuius diuerſitatem adiunctorum diuerſitas ſatis firmat.

Amor nouitius in Sponſa imbecillus. & remedio indigus.

Amor adultus fortis, & remedij negligens.

Eiuſdem Verbi langueo ſenſus diuerſus, pro adiunctorum diuerſitate.

Tametſi hoc loco transferri potuit,

Quia vulnerata caritate ſum,

IV.

Diſcrimen aliud.

Amor nouitius blandis fouendus, vt durent.

Alterum diſcrimen eſt: Quod capite illo ſecundo & brachijs excepta Sponſi, & ſinu fota, *Languere Se* quæritur, ab *Amoris Vulnere*: hic abſente Dilecto, eamque & longa

abſentia,

Quia alibi præſentia, alibi abſentia Dilecti languet Eccleſia.
Alibi enim tener affectus fouetur blandis.
Duris, & aduerſis cedit.
Adultus duris exultat.
Seque blãdè tractari erubeſcit.
Vt qui lacte depulſus, ſolido cibo paſcatur.

Simile appoſitum.

Amor robuſtus arduis gaudet, & duris.

abſentia, ac repulſa probante; *Vulneratam* ſe dicit. Itaque loco vno *Amoris* affectus Sponſi præſentia, & fauore intenditur; alio abſentia atque ſecuritate negantis aſpectum. Vides eiuſdem, vt videtur, affectus cauſas non diuerſas modo, ſed penè contrarias. Sed ità eſt; exiguâ flamma, & nondum ſuis robuſta viribus, placido cœlo, nec ventis obiecto loco fouetur; aut intra parietes clauſa, nullo prouocante, ſenſimque, addito pabulo, firmatur, & creſcit. Grandis autem, cùm montibus totis, ſyluiſque interitum fuerit minitata, ſuis ſe viribus armans, incurſantium validè ventorum minas timere non docta, audax contemnit: tamq; non minuitur flatibus inimicis petita, vt potius creſcat, ac robuſtius armata, ſyluas etiam remotiſſimas laceſſat. Sic *Amori* contingit; qui cum tenerior primis ſe temporibus oſtendit potiùs, quàm oſtentat, blanditijs, fauoribuſque delinitus, ſenſim augeſcit: quem abſentia, atque repulſa fortaſſis extingueret. Poſtquam ſemel adoleuerit, indignatur blandè tractari: ſolumquè placent aduerſa, & dura vel abſentiæ, vel repulſæ: vtpotè, qui ſuis adultus incrementis, ſolidiore iam cibo, non lacte paſcatur. Sentiunt id paſſim, qui non perfunctoriè in *Amoris* verſati caſtris, tum demum à Deo ſeuerius probantur, exercenturque, cum eorum robuſta in illum caritas oneri ferendo ſubijcit humeros, fortius exertura vires, quo validius imperatur.

V.
Hoc ſtatu hic verſatur Eccleſia.
Sicut, & Paulus qui de ſe verè iactabat.
Nihil aduerſum poſſe eum ſeparare à caritate Chriſti.
Siuè eorum, quæ in Cœlis, ſiuè quæ in terris ſunt.
Qui ſenſus eſt veterum Patrum.
Nec cõtentus vno loco id dixiſſe.
Sæpiùs repetit eodem Spiritu.

Ergo vt hanc ad Eccleſiam, ſecundum hunc ſtatum, quò nunc verſari dicimus, applicemur. Mihi feruorem primitiuæ Eccleſiæ conſidera, eius dico, quæ ſub Apoſtolis floruit, & ſtatim intelliges, quam hæc aptè de illa dicantur, & ad hunc locum accommodatè. Hoc ſcilicèt Paulus verſabatur ſtatu, cum diceret: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? An gladius? Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum, qui dilexit nos.* (En in caritate profectum, & nobilem affectum inter obſtantia mala, velut inter nubila ſolem, ſplendidius enitere.) *Certus enim ſum, quia neque mors, neq; vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Rom. VIII. 35. 37. 38. 39. Nam hæc de caritate, qua Deum ipſe diligebat, non qua Deus illum, accipienda eſſe conſors veterum ſententia eſt: Origenis, Chryſoſt. Theodor: Athanaſij, Baſilij, Thalaſij, Cypriani, Hilarij, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Bernardi, Anſelmi. Et loco alio: *Vſque in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus* (vno loco conſiſtere non permittimur) *& laboramus operantes manibus noſtris; maledicimur, & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus; tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.* 1. Cor. IV. 11. 12. Per hos gradus illa creuit Eccleſia, quoad ictu caritatis *Vulnere* diceret, *Quia Vulnerata Caritate Ego*.

Paulus hoc caritatis ſtatu, & gradu conſiſtens, in aduerſis gaudens.
Rom. 8. 35.

Origenes. Chryſoſtomus. Theodoretus. Athanaſius. Baſilius. Thalaſius. Cyprianus. Hilarius. Ambroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Bernardus. Anſelmus.
1. Cor. 4. 11. 12.

VERSVS IX.

QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO, O PVLCHERRIMA MVLIERVM? QVALIS ES DILECTVS TVVS EX DILECTO, QVIA SIC ADIVRASTI NOS?

COMMENTARIVS.

VOces Angelorum Hæ Sunt, Prouocantium Eccleſiam Ad Chriſti Sponſi laudes concinendas, auentium ſcilicèt ex eius ore audire illius encomia, qua neminem melius præſtare id poſſe ſciebant. Et quidem illi iugiter cum laudant, nec ab illius encomijs vnquam otiantur, quibus id muneris inter cætera præcipuè datum eſt. Sed, quaſi in ipſo laudandi conatu, viribus deficientibus, ipſi fatiſcant, voces ſuas cum Eccleſiæ vocibus miſceri deſiderant; ne vel ab illius laudibus vnquam ceſſetur; vel, vt, conſociatis ſpiritibus, ex ſoni diuerſitate ſuauius cantus in auras incurrat. Rogant ergo ediſſerat, *Qualis Dilectus Sit*: quale illius de eius forma iudicium: Ne autem exiſtima, rogare illos, de Chriſti extrinſeca for-

ma : quæ, tametſi ad idæam perfectiſſimæ pulchritudinis exacta, theca tamen illius erat, quæ reſplendebat in animo, ex virtutibus illis conſtans, quibus *Homo ille, qui ſimul, & Deus erat*, ſupra cæteros Hominum, Angelorumque erat ornatus. Vocant autem *Dilectum Ex Dilecto*, ideſt, *maximè, & vnicè Dilectum*; quia ſcilicet digniſſimus, in quem creaturarum omnium amor, velut in ſuum Oceanum flumina, vndè exſuxerant latices, currant, vt reddant, quidquid per ſecretos meatus acceperant. Fortaſſis etiam, quod ſcirent, eo ſtatu iam eſſe Eccleſiam, vt in vnum illum amorem omnem impenderet. Habet vero multum elegantiæ forma ipſa ſermonis; cum interrogantes inducuntur, quaſi ignorent, quos id ipſum, quod rogent, minime lateat.

ENARRATIO.

TV verò vno inueniendi Chriſtum deſiderio occupata vndecumque auxilia quæris, vt eum quæſitum inuenias. Magnam vim eius affectus eſſe neceſſe eſt, qui totam ſic rapiat. Vt & ad ea ipſa, quæ maximè iuuare vota poſſunt, attendere mentem non ſinat: De Dilecto quæris, nec Qualis ſit tamen, ediſſerere, quod priùs fieri oportuerat, tibi venit in mentem; vt ſuis ſcilicet notis diſtinctum à cæteris, agnoſcere ipſi poſſimus: Ignoſces importunitati noſtræ, quæ tamen & nobis neceſſaria eſt, & tibi vtilis: ne & tu ſcilicèt verba perdas, & nos laborem, tempuſque. Dic ergo nobis, nam facile ipſa potes, Qualis Dilectus tuus ſit: ille ſcilicèt, quem ex omnibus delegiſti vnum, quem amares vt Sponſum: ille, quem ſcimus digniſſimum eſſe, cui omnis amor faſces, faceſque ſubmittat, tanquam extrà eum nihil ſit, quod amari ſit dignũ. Nam tametſi nobis, vt Deus ignotus non eſt, vt hominem tamen ſcimus, tibi potiſſimum, conſorti nimirum vni, ignotum non eſſe. Amas ſcilicèt, atque vnicè, & impensè amas, nec tamen cæcam amare, vt credamus, is ſenſus perſuadet, quo, tot dotibus ipſa inſignis, ac quæ amoris digniſſimo, curris in Chriſtum. Nam anxietate ipſa votorum amor probatur: amore autem eius, cui amor impenditur, merita prædicantur.

NOTATIO XXIX.

QVALIS EST DILECTVS TVVS EX DILECTO.

SVM.COM. I.

Mira hæc arte conſcripta, ſed ars latet.

Ars mira, ſed latens.

MIRA Hæc Arte Eſſe Conſcripta, Monendum Non Eſſet, niſi ars ipſa lateret, vt nihil ſimplicius videatur ſcriptum eſſe. Prouocatur *Eccleſia* ad laudes Chriſti concinẽdas, & ab *Angelis* prouocatur, tanquam vel illa ſola ſit, quæ Chriſtum norit, vel illi omninò ignorent: cum contrà eam ab illis doceri videatur decere, quibus Deus adminiſtris vſi ſolet in inſtruenda Eccleſia. Non vna ergo quæſtio eſt, nec facilis explicatu. Nam ſi Angelos haud latet, *quis*, aut *Qualis Chriſtus Sit*, quid ediſſeri ſibi poſtulant ab *Eccleſia* tanquam ignorent, quod ſciunt? Quod ſi verè id rogant, quod eos latet, qui fieri poteſt, vt, quod hominibus communicatum à Deo eſt, *Angelis* id negatum ſit? Siuè ergo rogant, quod non ignorant, fruſtrà eos rogare neceſſe eſt; ſiuè id, quod ſe latet, rogitant, difficilè creditu eſt; ab hominibus velle doceri, aut certè poſſe. Id quoſdam coegit, vt hæc verba, non *Angelis*, non *Doctoribus* tribuerent. Sed omninò *fidelibus*, ſiuè de ritu Gentilium ad Chriſti fidem recentiſſimè conuerſis, Apoſtolorum prædicatione, qui ſcilicet nondum ſatis myſterijs Chriſtianis inſtructi, maiorem earum rerum doctrinam requirant, ideoque doceri ab Eccleſia cupiant, id eſt, à *Doctoribus*, & *verbi miniſtris*. Hi mihi ſententiam perdidiſſe videntur. Animaduertere enim debuiſſent, hos eoſdem, qui nunc doceri ſe rogant, *Qualis Sit Chriſtus*, paulò ante rogatos ab Eccleſia, vt ſe doceant, vbi Chriſtus idem ſit;

Vndè non vna quæſtio ſurgit.

Nam Angeli non ignorant quis qualiſuè ſit Chriſtus.

Et tamen rogant, qualis ſit.

Deo quidam non Angelos intelligũt Sed recens cõuerſos.

Sed perdidere ſententiam.

Hos enim eoſdem rogarat Eccleſia, de ſponſo.

Honorius: Recens conuerſi inſtrui ab Eccleſia poſtulant de myſterijs Chriſti.

Nec decet Eccleſiam doceri à tyronibus in fide.

Quos doceri ab ea potius oportet:

Eccleſia nõ inſtruitur à tyronibus in fide.

ſti: ſique eum inuenire contigerit, ei vt nuncient, ſuæ caritatis flammas tales omninò eſſe, vt quodammodo ad mortem excrucient. Vides, eos eſſe non poſſe *fideles in fidei myſterijs recens inſtructos* qui, quamquam doceri ab Eccleſia poſſint, docere illã non poſſunt. Itaque hi, dùm vnum fugiunt hoſtem, in alium incidere. Oportebat enim vel illam damnare, quod eos de Sponſo interrogaret, quos reſpondere non poſſe ſciret: vel non eos intelligere, qui tyrones adhuc in Chriſti ſchola eſſent, & in doctrina imperfecti, & omninò myſteriorum rudes.

II.

Melius alij, ad deſiderium referunt audiẽdi laudes Chriſti.

Quatenus homo eſt.

Cuius rei cauſa eſt magna.

Nam de Diuinitatis arcanis.

Docti ſæpè ab Angelis Homines.

Decebat autem, vt de Humanitate.

Angeli ab Hominibus docerentur,

Mutuo ſic commercio iungendi.

Iob. XXXVIII. 7.

Angeli aſtra matutina, homines veſpertina.

Per Angelos Dei arcana ſæpè Hominibus reuelata.

Humanitatis arcana aliquando per Homines Angelis innotuere.

Melius alij, qui interrogationis cauſam non in ignorantiam reuocauere, ſed in deſiderium audiendi laudes Chriſti, quæ etiam millies repertæ delectant. Id ergò in hac parte ſequamur, & prouocari ab *Angelis* dicamus Eccleſiam ad Chriſti laudes; vt non modo eas illi concinerent, *vt Dei Verbum eſt*, qua ratione fortaſſis ſunt dicti *Aſtra matutina*; Sed etiam *Homines, quatenus homo eſt*, quos ſi *Aſtra Veſpertina* dicamus, nemò credo velut malè loquutos accuſabit. Eſt verò magna cauſa, cur Angeli, qui *ſemper vident faciem Patris* (Filium dico Verbum faciem, & ſimilitudinem, & formam Dei Patris) Eccleſiam ex hominibus conſtitutam: interrogent de Chriſto Homine, quem illi reuelatum ſciebatur: vt quemadmodum Diuinitatis arcana ſæpè per Angelos innotuere Hominibus; ità Humanitatis myſteria per Homines Angelis innoteſceret. Id enim rerum ordo poſtulabat, & Angelorum Hominumque, tanquam ex non vna gente conſtituta Reſpublica, vt ab illis ad hos, ab his rurſus ad illos myſteriorum notitia curreret; & alterna hæc docendi, diſcendique ratio Homines Angelis, Angelos Hominibus ſociaret, & arctioribus vinculis viciſſim coniungeret. Mirum ergo non eſt, & Eccleſiam Chriſtum in Hominum quærentem cordibus per Fidem, & Caritatem, nec inuenientem tamèn, rogare Angelos, & ab illis ſubſidia ad inueniendum illum quærere: & Angelos Eccleſiam interrogare, *Qualis Chriſtus ipſe ſit*, tanquam ipſi ignorent. Sed hæc quàm verè dicantur, paulò poſt Ver. 12. aptiore ſcilicèt loco dicemus, & confirmabimus.

III.

Ergo ad Chriſtũ hominũ hæc pertinent.

Quod orationis forma perſuadet.

Cũ membra humana laudentur.

Licet ſub illis aliud lateat.

Ex orationis forma conſtat. hic de Chriſto, vt homine eſſe ſermonem.

Itaq; loco hoc, quidquid ad laudes Chriſti pertinet, non ad Diuinitatem, ſed ad Humanitatem referendum, arbitramur, vt ſuis infra locis exponemus. Nam tametſi idem ille & Deus, & Homo eſt, vtroque autem digniſſimus Angelorum, Hominumque præconijs celebrari, loco tamèn hoc illius, vt Hominis, recenſeri laudes Orationis ipſa forma perſuadet: cùm ſolùm de illis ſit ſermo, quæ velut partes integrantes, & oculis aſpectabiles, humanum corpus conſtituunt: quanquam eiſdem illis nominibus ſenſu primario, non membra corporis, ſed animi dotes laudantur. Quam regulam ſi minimè contemnamus, facilè erit interpretationis ductum ſequi: quod minùs felicitèr à quibuſdam factum fuiſſe apparet.

IV.

Sed cur non quis, ſed qualis ſit petunt.

Etſi LXXII. aliter tranſtulerunt,

Sed multò melius vulgatus.

Senſum latentem prudenter exprimens.

De notis enim quærebant.

Quibus dignoſci poſſet. diſtinguiq; à cæteris.

Quod, & Honorius videtur intellexiſſe.

Com Dramat.

Notas Angeli quærunt ad dignoſcẽdũ Chriſtum.

Honor. Aug.

Cur autèm, non *Quis*, ſed *Qualis* ſit interrogent, quæri poteſt, quod minimè alij quæſiuere, ſi de arcana intelligentia, quod hic facimus, ſermo ſit: nàm de Dramatico ſenſu ſuo loco dictum eſt. Et quidem LXXII. aliter tranſtulere, immò, vt videtur quibuſdam, conformius ad fontes. (*Quid Dilectus Tuus Prædilecto?*) *Quid Fraternus tuus a Fraterno?* aut vt alij vocem *ἀδελφιδός*, reddunt: *Quid Nepos tuus à Nepote?* Sed vulgatus intellexit, non rogari ab illis *Quid*, aut *Quis* ſit? id enim ad diligentiam inueſtigandi, haud multum pertinebat; cùm etiam, poſtquam audiſſent, *Quis* eſſet, diſtinguere cùm à cæteris ſuis notis non poſſent, quem de facie minimè norant. Sed *Qualis* eſſet, id eſt, quibus notis agnoſci poſſet, atque à cæteris diſtingui, quod illæ officium præſtare parabant: id autem ad *qualitatem* ſpectat, ideoquè: prudenter ſenſum latentem maluit exprimere. Id autèm ad arcanam ſententiam num applicari poſſit, videndum eſt. Bonus Author Honorius Auguſtod. interpretatur: *Doce nos, quam magnus, in Diuinitate ſit, Dilectus tuus Chriſtus, natus ex* Dilecto Patre *Deo: quam glorioſus ſit per miracula in humanitate, conceptus ex Spirituſancto, natus ex Virgine Matre.* Itaq; ad qualitatem retuliſſe videtur. Et verò illa eadem Eccleſia ità intellexiſſe viſa eſt, quæ non *Quid*, aut *Quis* eſſet, reſpondet, ſed quam pulcher: pulchritudo verò qualitatis eſt, non ſubſtantiæ, aut, vt ſchola loquitur, quidditatis.

V.

Erat autem in Chriſto natura duplex.

Humana autem diuinã quodammodo affeciſſe videbatur.

Illique denominationes tribuiſſe ſuas.

Cumque agendũ eſſet de Humanitatis dotibus.

In Chriſto natura humana Diuinam quodammodo afficiens.

Quidquid de Chriſto homine dici poterat, verbi reſpectu, ad qualitatem pertinebat.

Cæterùm in Chriſto duplex natura eſt; Diuina, cui in tempore Humana coniuncta eſt; itaque quanquam vnio illa ſubſtantialis fuit, & in Perſona Diuina facta, qua ratione totum id ad Chriſti ſubſtantiam pertinet; tamen, ſi modum ipſum, ac denominandi formas conſideres, acceſſiſſe animaduertes Humanam naturam Diuinæ, & quodammodo affeciſſe. Quidquid ergo Humana natura eſt. Diuino ſuppoſito ſuſtentatur, ac denominationes tribuit ſuas, qua ratione Deus dicitur *natus, mortuus, ſuſcitatus*: &, quidquid tandem Chriſto ſecundum Humanitatem conuenit, de Deo dicitur, non propriè, & immediatè, ſed per idiomatum communicationem, vt ſchola loquitur. Agendum erat de dotibus Chriſti Hominis, illiſque virtutibus, doniſque, quibus myſticum illius corpus conſtituebatur, quod totum dici etiam de Verbo

Digitized by Google

Quod ad qualitatem ſpectabat.

Ideo non quis, ſed qualis ſit rogant:

poterat; totum autem id in enuntiandi modo ad qualitatis referebatur genus, non ſubſtantiæ; ideò interrogant, non *Quid*, ſeu, *Quis*, ſit, ſed *Qualis*. Quia *Quid*, aut *Quis*, eſſe, vt Verbum Patris, ſatis norant, vtpotè Beati, Deumque prout in ſe eſt intuentes; *Qualis* autem eſſet ex conſortio cum Humanitate, aut nondum fortaſſe norant, aut non omninò norant: certè non noſſe finguntur: vt indicatum ſupra eſt, & inferius oſtendetur:

V I.

Dilectum verò ex dilecto quidam exponunt. Filium ex Patre, vt Deum de Deo.

Sed id Originibus non conuenit. Intelligemus ergo Dilectiſſimum.

Ideſt ſuper omnia dilectum.

Quo indicatur Eccleſiæ in Chriſtum amor. Sub eo ſtatu, præ illo omnia cótemnentis.

Dilectus ex dilecto, Filius ex Patre, ſicut Deus ex Deo. *Nyſſenus. Philo Carp. Honorius. Anſelmus.*

Mi, particulæ vis cóparatiua.

Dilectus ex dilecto pro dilectiſſimo.

Status Eccleſiæ in amore perfectus.

Quo autem ſenſu *Dilectus Ex Dilecto* vocetur, non omnium vna ſententia eſt, plerique veterum *Dilectum Ex Dilecto* interpretantur: *Filium ex Patre*, quemadmodum dicitur *Deus ex Deo*, & *lumen de lumine*. Immò cum bis eadem vſurpetur dicendi forma, alterum ad æternam generationem, qua procedit Deus ex Patre Deo; alterum ad temporariam, qua natus Homo ex Virgine eſt, graues quidam Authores referunt. Non damnarim, tametſi admodum id ſubtile eſt; & parum cum Originibus conuenit, in quibus, vt alibi obſeruamus, Mi, particula vim comparationis habet, vt Dilectus Ex Dilecto idem ſit, quod Dilectus Prædilecto, ille tibi vnicè Dilectus, præ quo cætera omnia, quæ diligi ſunt digna, contemnantur: ille, cui omnia poſtponenda, quæcumque animum impellere ad amandum poſſunt. Itaque idem erit, ac Dilectiſſimus, ſoluſque, & vnicè Dilectus. Indicatur is ſtatus dilectionis, quo iam Eccleſia aſcenderat, cui ſcilicèt præ vna Chriſti dilectione cætera omnia vilia eſſent: quod ſatis indicarat ipſa, cùm nec contumelijs, nec iniurijs, nec vulneribus, ac ne morte quidèm ipſa prohiberi potuerit, quin, relictis omnibus, Chriſtum quæreret anxia, donec felix, immò & merita, inueniret. Intelliges autem ad id, quidquid tunc in Euangelio annuntiando agebat Eccleſia, per æqua, per iniqua; per aduerſa perque proſpera, vna Chriſti caritate moueri, atque impelli, quin alia mentem cogitatio ſubiret. Quæ ingens eſt Apoſtolorum Chriſti commendatio, atque eorum Eccleſiæ Chriſtianæ temporum laus.

NOTATIO XXX.

O PVLCHERRIMA MVLIERVM.

I.

Pulcherrima mulierum ter dicta Eccleſia.

Nec ſine cauſa dicta.

Alibi corrigit ſpõſus ſponſæ dicta.

Dram. Commēt. Ca. V. Not. XXX. Num. 11.

Monendus omninò Lector eſt, ter tantùm toto cantico hanc loquendi formam contineri. Cap. 1. 8. & hoc cap. 5. 9 & 17. Nec ſine cauſa id factum credendum eſſe. Sed cur priore illo loco *Pulcherrimam* dixerit, rationem reddidimus Dram. Commentar. quod dicente illa; *Nigra Sum, Sed Formoſa*, videri poterat, venuſtati aliquid detraxiſſe ſuæ, quæ tamèn eximia erat, ſe *Nigram* compellans. Ad dilectum autem pertinebat, eum ſui neglectum minimè pati; Sed eam contrà prædicare *Pulcherrimam*; nèc fuſcedinis confeſſionem quidquam obeſſe venuſtati, quæ inter cæteras fœminarum prorsùs regnaret. Neque ineptum id ad magìs arcanam intelligentiam. Nàm ſi *nigredine* peccati reliquiæ intelligendæ, quam Paulus, & *membrorum legem*, & *veterem hominem* dicit, affectiones ſcilicèt carnis ſemper aduerſus ſpiritum rebelles, profectò illa imbecillitatis propriæ, ac propenſionis ad malum confeſſio, id enim eſt: *Nigra Sum*, mirum eſt, quantum gratiæ, & Sanctitatis augeat pulchritudinem. Semper enim nobis, quamuis apicem perfectionis aſſecutis, verſari debet ob oculos propriæ miſeriæ infelicitas, ne quid altius ſapiamus, quàm decet eos, qui à ſe nullum bonum habere ſciunt, præter peccati reliquias, & ad illud propenſionem. Splendet ſcilicet Sanctitatis illa facies inter eas peccati nebulas, quemadmodum ſolet in noctis tenebris plena ſuo orbe Luna, aut Sol nubilo hactenùs oppreſſus, orbi ſe ſiſtens toto ſplendore conſpicuum. In ea ergò myſticæ pulchritudinis Eccleſiæ luce, digna omninò res eſt, quæ Sponſi laudibus, atque approbatione celebretur: eamque, quæ ſe fatetur *Nigram*, pulchritudinem, encomijs tollat; eamque tunc *Pulcherrimam mulierum* compellet. Atque id probabiliter dictum ſit.

Cum ſe nigram dixiſſet.

Quod ad arcanã ſententiã aliquid facit.

Nam propria infirmitatis confeſſio.

Sanctitati nouã gratiam addit.

Ideo & laudari viſa eſt digna.

Vtpotè non ex eo minus pulchra.

propriæ labis agnitio, mire ad Sanctitatem facit.

Nunquam Sol ſplendidior quã poſt nubila clarus.

II.

Alia hic eius rei ratio.

Nam atrocitate perſecutionis.

Creuerat illius caritas.

Auctamque per aduerſa ſanctitatem laudant.

Eccleſia nunquã pulchrior, quam perſecutionibus vexata.

Eccleſiæ ſpeciẽ turbidis temporibus Angeli laudant.

Hoc autem loco eiuſdem appellationis, tametſi non à Chriſto, ſed ab Angelis profectæ, non eadem ratio eſt: Sed eſt tamen magna ratio. Profugerat de Cuſtodum manibus & bonis ſpoliata, & Vulneribus cruenta, & perſequutione vexata: & quod alijs fortaſſe impedimentum fuiſſet ad ſequendum Chriſtum, illi non calcar modo, ſed & alas addiderat ſponte currenti. Creuerat aduerſis affectus, & intenderat ſe ſe caritatis flamma ventorum incurſibus: &, quemadmodum in arcto nubiũ ignis incluſus, diruptis repagulis, non violentius modo, ſed & ſplendidius, & velocius omnem in partem diſcurrit, ità Eccleſiæ illa ardentiſſima flamma caritatis, perſequutorum vrgente impetu, & furore, victrix extulerat ſe ſe. Stiteratque ſplendidiſſimam

Digitized by Google

Nunquam enim Eccleſiæ ſpecies pulchrior. Quam de prælio cruenta.
Et puluere fœda.
Eſt enim perſecutio ventilabrũ.
Quo triticum à paleis ſeparatur.
Quin et Chriſtus non ante formoſus in ſtola dictus.
Quam ruber apparuit.

diſſimam Chriſto ſuo, tametſi, vt videbatur, abſenti. Ergo talem cum ſpectarent Angeli, meritò, non mirantur modo, ſed laudant, & conſona voce *Pulcherrimam* prædicant. Nunquàm enim Eccleſiæ facies, & ſpecies, aut illuſtrior, aut decentior; nunquam Chriſto ſuo gratior, quàm cùm medijs perſequutionum prælijs, vel de puluere fœdior, vel de ſanguine horridior, vel de vulneribus cruentior; quod enim humanis oculis turpe, id Dei oculis ſemper eſt gratius. Propterea Africanus Presbyter perſequutionem palam eſſe dixit, quæ & nunc Dominicam aream purgat, Eccleſiam, fidelium ſcilicèt confuſum aceruum, ventilans, & diſcernens frumentum Martyrum à paleis negatorum. Nàm certè nunquam frumenta ſua flauedine placent, quoad tribulis contuſa, ventilabro agitata, ac flantibus ventis, paleis purgata ſuis, areas implent. Tunc gaudia ruſticorum, tunc voces lætitiæ indices ſonant; & quidquid laborum præteritum eſt, lucrum reputant, quod ad præſentem felicitatem viam mõſtrauit. Nàm ne ipſe quidem Chriſtus proclamatus eſt *Formoſus in Stola Sua*, quoad de hoſtium ſanguine *ruber* apparuit ſic dictum eſt: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? iſte Formoſus in Stola Sua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ?* Iſai. LXIII. 1. Nec ante Iudæorum Rex inauguratus, quam in cruce proſcriptus.

Tertul. lib. de fuga in perſec. ca. 1. Perſecutio Eccleſiæ ventilabrum.
Chriſtus nõ ante formoſus dictus, quam viſus ſanguine ruber. *Iſai. LXIII. 1.*

III.
Nec ſtrictius inquirendum.
Quid mulieres ſint.
Quibus Eccleſia pulchrior dicitur.
Nam ſi intelligas vanas ſectas.
Inepta erit comparatio.
Pulchra cum fœdis.
Quod nemò ſanus tentauerit.
Pulcherrimam ergo ſimpliciter interpretabere.

Nec opus eſt hæc verbo minutius premere, ac diſquirere, quid arcano ſenſu *Mulieres* ſint, quibus pulchritudine præfertur. Eſt enim loquendi forma, qua Hebræi ſimplicitèr perfectiſſimam in pulchritudine ſignificant; nàm tametſi fortaſſe, ſi in cortice hæreas, fœminæ non deerunt, quarum comparatione illius ſpecies creſcat; ad arcanum ſenſum cum veneris, multum, ac ſine vllo forſitan pretio operæ fatigabere. Nam quod nonnulli voluere, vocari *pulchriorem cæteris mulieribus*, ſcilicèt templis Gentilium, Synagogis Hebræorum, latibulis Hæreticorum, Academijs Philoſophorum, vereor, vt multos de cordatis habeant approbatores. Cum, ſi pulchritudinem, quod omninò neceſſarium eſt, ad dona gratiæ, & ſanctitatis referas, inepta omninò comparatio, ac minimè ex decoro ſit, eius, quæ ſimplicitèr, immò & eximiæ *pulchra* ſit, cum illis, quæ omninò fœdæ, ac turpes ſint. Nemò enim hominum ſit, qui exaggerandæ eius, quam amat, *pulchritudini*, eam cum turpiſſimis conferat, quibus *pulcheriorem* eſſe dicat, vel *pulcherrimam inter omnes*, quæ minimè pulchræ ſint. Tunc enim demùm vnius ſpecies intèr multas regnat, cum, pulcherrimæ omnes cũ ſint, id illa intèr illas eſt, quòd intèr flores lilium, inter aſtra Sol. Satis ergò eſt, vt *Pulcherrimam Mulierum Pulchram* ſimplicitèr intelligas. Quo præconio tunc digna vita Eccleſia eſt, cùm perſequutionis atrocitate vexata, maiore anxietate, & inueniendi deſiderio Chriſtum quæſitura proceſſit; ab Angelis etiam opem ad eum inueniendum petitura.

Mulieres, quæ ſint, quibus pulchrior Eccleſia dicitur.
Comparatio cũ turpibus leue pulchritudinis argumentum.
Pulcherrima mulierum pro pulcherrima ſimplicitèr.

IV.
Sed ſunt qui hìc Romanam Eccleſiam velint.
Cæterarum pulcherrimam.
Eccleſiæ Romanæ tepiditas cum pulchritudine ægrè conuenit.

Sunt qui Eccleſiam hìc Romanam agnoſcunt, quæ ſuprà cæteras priuatas, totoque orbe ſparſas Eccleſias, quemadmodum primatum habet, ità etiam excellat pulchritudine. Sed profectò mirum eſt, cum ſomnum Eccleſiæ, qui ſuperioribus verſiculis deſcribitur, ad deſidiam, ac negligentiam, & diſciplinæ laxitatem, &, vt ipſi loquuntur, ad *tepiditatis*, ac *remiſſionis* culpam referant, qua Romana Eccleſia pulſata aliquando fuerit, licèt poſteà euigilatura, in eo tamèn illius ſtatu *pulchritudinem* inueniſſe, quæ reliquas omnes Eccleſias vinceret; cùm certè ea illius *pulchritudo* cum tanto languore, tepiditate, ac remiſſione non conſtet. Sed horum Authorum interpretandi rationem locis alijs, minùs eſſe aptam Cantici ducendo filo, probauimus.

De Romana hic Eccleſia ſermo non eſt.

NOTATIO XXXI.

QVIA SIC ADIVRASTI NOS.

I.
Angeli prompti ad moremgerendum Eccleſiæ.
Adiurati ab illa.
Eſt etiam ſenſus altior.
Nam adiuratio ingentes deſiderij argumentum eſt.
Eius ſcilicet qui grande aliquid cupiat.

HOrum Verborum vim, quantùm quidèm commemini, nemò interpretum expendit, cum tamèn non minimi ad ſenſum faciat, vtro modo ſentias. Erit, qui ità interpretetur; Adiuraſti quidem nos, atquè adeò non poſſumus non in eo tibi morem gerere, quod petiſti; ideoquè oramus, dicas, quibus indiciorum ſubſidijs venire in illius agnitionem poſſimus: ne caſſo labore, ac nullo pretio operæ cumquæramus. Facilis interpretatio, & ideò obuia cuique. Sed putamus altiorem ineſſe vim, qua in Eccleſia, & ſtudium quærendi Chriſtum, inueniendique deſiderium; & in Angelis cooperandi illius votis indicetur. Nàm & *Adiuratio* ad eum pertinet, qui grandi alicuius rei ſtudio, ac ardenti conſequendi deſiderio teneatur; nemò enim alium adiurat, niſi qui adigere eum velit, ad id præſtandum, pro quo adiurat, vt aliud illi facere fas non ſit. Sic dicebat Ioſeph familiæ Pharaonis Gen. L. 5: *Si inueni gratiam*

Angelorũ promptitudo adferẽdam opem Eccleſiæ.
Adiuratio nonniſi in magnis rebus adhiberi ſolita, quæquis maximè cupiat. *Gen. L. 5.*

Digitized by Google

Sic Iacob non ſatis habuit, imperare filio.

gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod Pater meus adiurauerit me, dicens: En morior; in ſepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam Patrem meum, & reuertar. Non ſatis habuit Iacob ſi ſimplice deſiderij, ac voluntatis ſuæ facto indicio, velle ſe in proprio ſolo ſepeliri diceret; nec ſolo imperio filium Ioſephum alioqui obſequentiſſimum, adigere ad id officium ſepulturæ præſtandum, quod ſatis ſuperque videbatur: addidit *adiurandi* formam, vt Dei interpoſita authoritate vim adijceret imperio, ne vllo ſcilicèt caſu ſuis votis fruſtraretur. Id ſi ſequare, ſenſus erit; Adjuraſti quidem nos, quo ſatis oſtendiſti, quam cupias, eius tibi indicium fieri, quem quæris. Ipſa autem adiurandi forma ſatis indicat, aliquid grande eſſe, quod quæris: nemò etenim prudens alitèr ſolet facere: nobis ergo, qualis is ſit, indica, quem tanta anxietudine quæris: tui enim deſiderij granditas in nobis ipſis deſiderium accendit, vt ſolet proximam materiam flamma corripere, cum agnoſcendi quem à tali fœmina ſcimus amari, & tàm anxiè quæri. Valet ergò id ad exaggerandum Eccleſiæ in Chriſtum amorem, qui talis ſit, qui eam quieſcere non permittat, quæ non contenta quærere, quem inuenire deſiderat, etiam auxilia ab Angelis petat, & quidem adactis adiuratione graui, ne detrectare officium poſſint.

Ne ſe in Aegypto ſepeliret.

Sed adiurauit etiam.

Cur Iacob adiurauit filium niſi extra Chanaan ſepeliret.

Id indicatur adiuratione Eccleſiæ.

Verus horum verborũ ſenſus.

Magnum eſſe, quod quæreret.

Idque indicatum hic ab Angelis.

II.

Quin, & indicāt. Quam cupiant illi gerere morem.

Poteſt etiam ſenſus eſſe, vt indicare ipſi, *Adiurationis* facta mentione, velint, quanto deſiderio teneantur illius precibus obſequendi. Merebatur quidem id Eccleſiæ votum, perducendi multos ad Chriſtum, commendationem, quandoquidem nihil grādius apud Deum eſt illa caritate, quæ in proximorum ſpiritalem vtilitatem impenditur; ab illis maximè, qui Miniſtri ipſi Dei ſunt, in id ipſum deſtinati, vt animarum ſalutem promoueant. Gaudere autem eos neceſſe eſt, cum id ſtudium vigere etiam inter homines vident. Ergò quemadmodum flamma flammam complectitur, & carbo carbonem fouet, etiam eorum ardor ardore creuit Eccleſiæ: quique ſponte ibant in nobile miniſterium, effundi in curſum illius exemplo cæpere. Omni igitùr alia cura poſthabita, ſtudia coniungere ſua properant, cum ſtudijs Eccleſiæ. Tuum id ſtudium, quærendi, inueniendique in hominum cordibus Chriſtum, noſtrũ acuit deſiderium; quique anteà calebamus, iàm ardemus; feſtinamuſque te vel præcedere, vel ſubſequi. Age, ediſſere, quibus indicijs fieri poſſit, vt eum quæſitum agnoſcamus; nemò enim te meliùs ſcire id poteſt: nàm nos, ſcito, nihil omniſſuros Officij, dùm coniunctis tecum ſtudijs, id tandem, quod cupimus, conſequamur.

Cum, & ipſi ſint in miniſterium, animarum miſſi.

Cupiantque ſibi etiam homines.

Angeli in miniſterium animarum miſſi, gaudent ſibi Eccleſiam in eo ſociari.

In eo miniſterio ſociare.

Is ſenſus paraphraſi expoſitus.

VERSVS X.

DILECTVS MEVS CANDIDVS, ET RVBICVNDVS; ELECTVS EX MILLIBVS.

COMMENTARIVS.

QVale ſuum ſit de Chriſto Sponſo Iudicium (occaſionem ſe effundendi in illius encomia nacta) libentiſſimè promit. Id verè Amantis ſeù natura eſt, ſeù ſupra naturam ars, nihil eorum prætermittere, quæ facere ad amoris ſui commendationem poſſunt. Haud ergo paſſa auidius ſe rogari, vt date, non vendere officium videatur, laudationem orditur. Incipit autem à colore ex *Candido Rubente, toto corpore ſparſo*. Sed haud in corpore Chriſti, tametſi eximiè pulchro hæret; tranſit ad animum, ſeù potiùs ad id, quod aſpectabili illa ſpecie tegebatur. *Candidum*, ac *Rubicundum* eſſe, quorum alterum ad *Diuinitatem*, alterùm ad *Humanitatem* referendum. Ex vtriuſque enim naturæ coniunctione mira exſiſtebat, immo nunquam hactenùs viſa ſpecies. Aut certè *Candidum innocentia vitæ*, nulla vnquam culpa labe fœdata: *Rubicundum morte*, ſanguine ſuo ſcilicèt pro Eccleſia fuſo. In vtroq; autem ita ſingularem eſſe dicit. Vt nullus antè, nullus poſt eum ei ſimilis fuerit, aut ſit futurus. Vt, ſi eum infiniti circunſtent, vel primo, ſimpliceque oculorum iudicio, ſine

Digitized by Google

ſine deſignatore, Princeps omnium proclametur. Quin ita inter cæteros mortalium eminere, vt, communi confeſſione omnium, dignus qui palmam ferat; ac *Dux*, qui *vexillum*, quod cæteri ſequantur, ſuſtollat, habeatur.

ENARRATIO.

De meo quæritis Chriſto quid ipſa ſentiam, de quo facilius eſt rogare, quam dicere. Sed tam mihi illius commemoratio dulcis eſt, vt habere vobis gratiam cogar, qui, mentione illius iniecta, in eius me encomia pronam vrgetis. Ordiar à potiſſimis, vndè cætera in eo laudanda fluunt. Deus ſimul, atque Homo eſt, nexuque mirando Diuinitatis Candorem cum Humanitatis Rubore copulauit. Quid amplius quærere Angelorum iudicium poſſit? Quid deſiderare in eo, qui ſimul & Deus ſit, Patris æterni Filius, & Hominum omnium optimus, immò ſolus Sanctus Innocenſque; tametſi carne Adami ſimilis carni? Sed ſileo de Diuinitate, cuius nemò Hominum Angelorumque dignitatem, vel cogitando aſſequatur. Homo eſt, ſed in quo ſimul cum Candore innocentiſſimæ vitæ, quâ niues, recentiſſimè de ſua nube deciſas, ac necdum vllius veſtigio ſignatas, vincit; fuſi cruoris purpura, pro ſalute mortalium, eximiè Rubet. Nàm & omni culpæ contagio carere eum oportuit, qui culpæ vindex erat futurus; & ſuomet cruore tingi, qui pro multorum ſalute immolabatur. Cogitate innocentem pro nocentibus occiſum; Agnum Sine Macula, delendis ſcelerum maculis, aris impoſitum; & ſtatim intelligetis, nihil de illo maius potuiſſe cogitari. Quid faciam? Nàm mens in ea cogitatione mea defixa cætera ad ſe rapit, ac omninò voces ſubtrahit linguæ. Breui me hoc expediam capite. Si dixero, tàm vtrumque id in eo ſingulare eſſe, vt primus, ac nouiſſimus is ſit, nec habiturus ſectatores, qui exemplum habere non potuit. An ijs indicijs agnoſci inter multos poſſit, vos videte: mihi certè latere non poteſt; cui ſcio futurum nullum, qui non palmam in eo concedat, vnumque prædicet dignum, qui manu Vexillum leuet, quem cæteri, velut milites Ducem, ſequantur. Haud ergo eſt opus curioſè inquirere: nàm ſi oculorum ſimplice iudicio decernenda res ſit, in tàm clara diei luce errare non poterit; nec, vbi vbi ille eſt, oculos in alium conijcere.

NOTATIO XXXII.

DILECTVS MEVS CANDIDVS, ET RVBICVNDVS.

SVM.COM. I.

Corporis an hic ſpecies deſcribatur.

Id innuere videtur Nyſſen.

INcipit rogata myſticam Chriſti pulchritudinem deſcribere. Sed dubium ſtatim ſe offert, vtram deſcribat, *corporis ne* ſpeciem, an *animi*; ideſt, viſibilem, & aſpectabilem illam, quæ eximia fuit in Chriſto, per omnia Matri ſimillimo: an reconditam, & ſola Fidei luce perſpicuam? Ea prima dubitatio eſt. De *carne* videtur ſentire Nyſſenus Hom. 13. in Cant. Sed haud facilè, qui ſequeretur, inuentus eſt alius, & quidem meritò. Nàm tametſi in Chriſto magnam quidem laudem merita ſpecies externa eſt, ea tamen velut veſtis, aut theca fuit, quâ interius latens pulchritudo tegeretur, ac velut ſe digno cultu veſtiretur: vt qui ingentis pretij gemmam auro includit, vt digito geſtet. Decebat autem limatiſſimum Eccleſiæ iudicium, in exteriore cultu non hærere, qui parum certè faciebat ad cauſam ſuam; totamque verſari in ijs donis, vndè omne in Chriſti operibus precium exſiſtebat. Alioqui exterius illud Chriſti, quod oculis obijciebatur, ac gratiſſima ſpecie mulcebat, minus perfectis impedimento erat, ad interiora illa verè grandia, atque admirabilia peruidenda: quanquam perfectis facilè erat, ex his, quæ ſpectabantur exterius, mentem, animumque ad maiora illa ſuſtollere. Sed Eccleſiam per Spiritus Sancti illapſum doctam, & ad

Nyſſen. Hom. 13. Corporis ſpecies in Chriſto eximia.

Quem nemò ſequutus, & meritò.

Nam exterior in Chriſto ſpecies.

Interioris fuit veluti theca.

Nec ea faciebat ad cauſam Eccleſiæ.

Animæ Chriſti ſpecies corporis forma, velut veſte obtecta.

Quæ S. Spiritu docta.

dorem autem ad *puritatem*, atque *innocentiam* pertinere, non apud ſacros modo, ſed apud Profanos vulgatum eſt. Nā apud veteres Deorum cultores Sacerdos obiturus Sacra, aut victimam mactaturus, non niſi in veſte *candida* faciebat, ex ritu Sacrorum. Ita *pura* dicta eſt, id eſt impolluta, nulloque alio colore infecta.

Puraque in veſte Sacerdos
Setigeræ fœtum ſuis, intonſamque bidentem
Attulit, admouitque preces flagrantibus aris.

Atque ob eam ſignificationem color *Candidus* habitus eſt Deo gratiſſimus, Cicerone teſte 11. de leg. Sed & in Sacris ingens ſæpè honor *Candori* tributus eſt, vt Diuinitatis quiddam videretur habere, haud minus quàm igneus ſplendor. Dan. 7. 9. *Antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius Candidum quaſi nix; & capilli capitis eius, velut lana munda: thronus eius flamma ignis.* Eſt autem ignis puritatis magiſter, & effector: *Candor* autem indicium. Ideò Chriſtus, cùm animæ gloriam in corpus refundi permiſit, de *innocentia*, ac *puritatis* prærogatiua, veſti *Candorem* communicauit. *Veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia, & Candida nimis, velut nix; qualia fullo non poteſt ſuper terram Candida facere.* Mar. 9. 2. Ideò & Angeli hominibus ſe oſtenſuri, *Candidis* veſtiuntur. 2. Mach. 11, 8. Act. 10. 30. Apoc. 15. 6. Et ad imitationem Agni ornata Sponſa, non alium cultum induit. *Venerunt nuptiæ Agni, & Vxor eius præparauit ſe: & datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & Candido: byſſinum enim iuſtificationes ſunt Sanctorum.* Apoc. 19. 8. Quibus in verbis myſticam *Candoris* ſignificationem habet. Innocentiſſimæ ergo Chriſti vitæ, per irrepræhenſibiles, ac immaculatos actus traductæ, ſignificandæ, nihil vſurpari aptius potuit, quàm ſi *Candidus* diceretur.

Nam candor ſymbolum puritatis.
Ideo Gentilium Sacerdotes, nōniſi in pura veſte facere ſoliti.
Et is color Deo gratiſſimus.
Ideo illi honor ſæpe exhibitus.
Quod intelliges ex Daniele.
Immo Chriſtus in transfiguratione.
Candidatus apparuit.
Et ſponſa candidis induitur.
Innocentia in argumentum.

Sacerdos ad aras in pura veſte.
Virgilius.
Cicero.
Dan. 7. 9.
Deus in veſte candida Danieli viſus.
Mar. 9. 2.
Chriſtus in transfiguratione candidus apparuit.
2. Mach. 11. 8.
Act. 10. 30.
Apoc. 15. 6.
Agni vxor in albis.

V.

Nec difficilius partem alteram lectori probabimus. Nàm *Ruber* color, propter ſimilitudinem ſanguinis, aptiſſimè ad *Chriſti mortem* ſignificandam applicatur: qua factum eſt, vt, qui innocentia *Candidus* erat, *Rubicundus* eſſet, ſuo ipſius ſanguine tinctus. Et verò quædam ſe ſe offert ſtatim repugnantia, cum audias, *innocentiam* morte tamē, quæ latronum ſit ſupplicium, mulctatam. Id illi mirabantur, qui, poſtquam audiſſent: *Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.* Iſai. 63. 1. cum ſanguine *Rubentem* viderent mirantes interrogauerunt: *Quare ergo Rubrum eſt indumentū tuum; & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* Ipſe autem: *Torcular calcaui ſolus, & de Gentibus non eſt vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.* Quibus in verbis grande myſterium latet; nàm cùm verè ſuo ſanguine *Rubuiſſet* Chriſtus in cruce, pro mortalibus prodigè fuſo, hîc non ſuo videtur ſanguine, ſed alieno, tinctus, hoſtium ſcilicèt. *Calcaui eos, inquit, in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* Fuerat quidem ille Chriſti cruor, quem in cruce profuderat; Sed ſimul & hoſtium, peccatorū hominum ſcilicèt; quia quidquid in cruce pertulit Chriſtus, hominum ſceleribus debebatur. Illorum id merita exigebant, vt morte æterna mulctarentur; hanc autem pœnam Chriſtus in ſe ſuſcepit. S. D. E. *Eum, qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum fecit.* (Hoſtiam, ac victimam pro peccato) *& de peccato damnauit peccatum.* Vt quiſquis *Rubrum* ſanguine videret, non hominem modo, ſed hominem peccatorum arbitraretur, cum innocens eſſet. Ideſt: *Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* Huius interpretationis indicium nobis fecit Ambroſius, niſi potiùs eſt Maximus Taurin. Serm. 45. de S. Latrone. *Intellexit enim, quod pro alienis peccatis has plagas ſuſcipere; pro alienis ſceleribus hæc vulnera ſuſtineret; & ſciuit, quod illa in Chriſti corpore vulnera, non eſſent Chriſti vulnera, ſed latronis. Atque ideo plus amare cœpit, poſtquam in corpore eius ſua vulnera recognouit.*

Ruber autē color, mortem indicat.
Chriſtus innocentia Candidus, ſanguine ruber.
Sed mirum eſt innocentiam morte mulctatam.
Quæ noua res Angelis viſa.
Vt habes apud Iſaiam.
Cuius in verbis myſterium latet.
Nàm verè ſuo cruore tinctus Chriſtus.
Et tamen ſanguine hoſtium ruber inducitur.
Quia tanquam ſceleratus morte mulctatus.
Quem ſanguinem peccatores debebant.
Ipſe fudit in cruce.
Cui, ſibi ſui præiuit Maximus Taur.

Rubor mortis Chriſti Symbolum.
Anaſt. Sinai. lib. 14. An. cen.
Iſai. 63. 1.
Innocētia morte mulctata admiranda Angelis viſa.
Chriſto nō tam ſuo, quā noſtro ſāguine tinctus.
Sanguis exactus à Chriſto, qui à nobis exigēdus erat.
2. Cor. 5. 21.
Rom. 8. 3.
Iſai. 63. 2.
Max. Taur.
Latro in ſanguine Chriſti ſuum agnouit.

VI.

Sed potuit is *Rubor*, quatenus peccatorum *Rubor* erat, Chriſti veſtimentum vtcumque imbuere, & inquinare, quia aduentitius non congenitus erat. *Candidus* natura ſcilicèt, & ab omni immunis culpa, culpas mortalium omnes in ſe ſuſcepit, non vt author, aut obnoxius; ſed vt fideiuſſor, aut ſuſceptor: nec tanquam reus, ſed tanquā reorum ipſe vicarius. Ea autem egregiæ ſignificationis eſt, ſub vindemiæ ſchemate, ratio; Quidquid enim Sordium à calcato torculari veſtimentis adhæſerit, quia non innatum, ſed aduentitium eſt, deleri facile vel pura de fonte aqua poteſt, vt ne veſtigium quidem maneat; nec illa peccatoris ſuſcepta perſona Chriſto infamiam, ſed magis gloriam peperit; vt pulchrior de victoria ſurgeret, perſona depoſita peccatoris quidem, non Redemptoris. Altiſſimo enim conſilio factum eſt, vt eadem ſuſcepta in cruce vulnera, rediuiuo manerent; hactenus præmij quod vicerat fructus; poſt ea victoriæ teſtimonia. Vt quoties illum Sponſa Eccleſia vel cogitaret abſentem, vel præſentem ſpectaret, dicere verè poſſet: *Dilectus meus Candidus, & Rubicundus.* Huius interpretandi rationis fuere indicium, vel ex parte tradidere. Tres Patres, Hieronym. lib. 4. in Iſai. ad cap. 53. Caſſiodorus, Gregor. PP. Beda, Philo Carp. Rupertus, Anſelmus.

Sed is cruor quatenus peccatorum.
Chriſtum potuit inquinare.
Sed quia aduentitius erat.
Chriſtum non infecit.
Sed reddidit pulchriorem.
Ideò vulnerum cicatrices in rediuiuo manſere.

Peccatorū ſordes aduentitiæ Chriſto.
Cur Chriſti mors vindemia dicta.
Vulnera in rediuino Chriſto cur conſeruata.
Tres Patres.
Hieronymus.
Caſſiodor.
Beda.
Gregor. PP.
Philo.
Rupert.
Anſelmus.

Electus ex millibus. Quia redemptionis opus vnius proprium. In quo ſocium habere non potuit. Quod & gloriatur ille. Cum nemò hominum. Etiam innocentiſſimus. Poſſet pro peccatis ſatisfacere. Præter ipſum, qui Deus & homo erat.

Solus ſubijt crucem, ne tantæ laudis ſocium haberet. *Iſai. 63. 1.* Chamathi, apud Iſaiam quid. Nemo hominū quantumcumq; innocens redimere hominem potuit.

Electus ex Millibus erit. *Vexillumq; purpureum* tollet, ad quod ſe ſe recipiant omnes, quicumque ab illius purpura tingi voluerint. Opus enim redemptionis tàm Chriſto proprium, ac ſingulare fuit, & neminem conſortem habere poſſet, de Angelis, aut Hominibus. Ille id iactabat, cum diceret apud Iſaiam cap. 63. 3. 5. *Torcular calcaui Solus, & de Gentibus non eſt vir mecum. Circumſpexi, & non erat auxiliator: quæſiui, & non erat, qui adiuuaret, Et ſaluauit mihi brachium meum* (Valiome mi eſpada) *& indignatio mea* (Chamathi, ardor meus, mi ardimiento, mi corage) *ipſa auxiliata eſt mihi.* Nemò enim Hominum fuit, qui de tanta laude partem vel minimam poſſet detrahere: non modo quià omnes filij iræ, adeòque inter Dei hoſtes cenſendi; ac conculcante, & vindemiante Chriſto comminuendi; ſed multo maximè, quia in eorum nemine, tametſi innocentem fingas, is operum valor eſſe poterat, quibus velut præmium redemptio mortalium deberetur: id enim Solius illius erat, qui, cum Homo eſſet, vt pati poſſet; Deus etiam erat, vt vim, & pretium indere operibus poſſet, velut ab eo profectis, qui verè Deus eſſet, Patri æqualis. Qua ratione etiam excluſi Angeli, ab eo auxilio præſtando.

V.

Id verò tàm proprium Chriſto. Vt alium ſe præcedere, ne in typo quidem permiſerit. Ideo Iſaac cum permiſſus occidi. Etiam ſi Deus mactationem imperaſſet. Ne vllus ante Chriſtum eſſet, Qui victima caderet Patri. Vexillumque ſuſtolleret rubrum. Quod cæteri ſequerentur. Ideò & dictus Primogenitus mortuorum. Quod ſatis inſinuant Ioannis verba, Quia primus mortuus. Vt cruore ablueret cæteros. Et naturæ vires inderet. Ad mortem pariendam. In quo ipſe primus omnium. Quē ſenſum Paulus habet.

Cur Iſaac iuſſus mactari, tamen mactatus nō eſt. *Clem. Alexandr.* Iſaac primas paſſionis partes Chriſto ceſſit. *Apoc. 1. 5.* Chriſtus dictus Primogenitus mortuorū, quia primus Patri immolatus. *Apoc. 14. 12.* Chriſtus morte ſua humanę naturæ vires indidit ad mortem honeſtam pariendam. *Col. 1. 18.* Chriſtus Primogenitus quem cæteri vt familię principem ſequantur.

Sed & tantum facinus fuit hæc Chriſti mors, vt, ne in typo quidem voluerit, vt Hominum quiſquam victima fieret Patri, antequam ipſe & Sacerdos, & victima ſe ſe ipſum immolaret in cruce. Nam ſi conſideras, id mirum in Abrahæ Sacrificio fuit, quòd, cum Dei imperio tanta res perageretur, non tamen ſit permiſſus ſenex iuuenem filium ſua manu, quemadmodum iuſſus fuerat, mactare. Nam ſi Sanctum illud, ac laudabile fuit opus, cur, qui fieri imperarat, perfici prohibuit? Si fas peragi minimè erat, cur iuſſerat; quod ne fieret, miraculo curaturus erat? Quod ſi fide, & obſequio, & voluntatis præparatione contentus, cætera Abrahæ, atque Iſaaco indulſit, cur Chriſtum Filium obſequentiſſimum, atque ad moriendum ex Patris imperio paratiſſimum, à morte non prohibuit, &, obſequio contentus, vitæ pepercit? Clementis Alex. Pæd. lib. 1. quæſtionis ſolutio eſt. *Iſaac*, inquit, *puer quidem, vt filius; erat enim filius Abrahæ, quemadmodum & Chriſtus Dei: hoſtia autem ſicut Dominus, ſed non oblatus eſt, vt Dominus ligna ſolum* Sacrificij *portauit Iſaac, vt lignum Dominus. Solum modo autem Iſaac non eſt paſſus, qui primas paſſionis partes Verbo ceſſerit.* Qui vtique in eo primatu donatus, vt primus omnium ſuo ipſius *cruore Ruberet*, diceretur que etiam in eo honore *Electus ex Millibus*: ideſt, vnus de omnibus purpureum tollens *Vexillum*, & ad ſui imitationem agmina prouocans cæterorum. Atque eam omnino ob cauſam dictus à Ioanne eſt Apoc. 1. 5. *Teſtis fidelis* (ὁ μάρτυς, ὁ πιστός, cum duplici articulo: ille teſtis fideliſſimus) *Primogenitus Mortuorum, & Princeps* Regum *terræ*. Cum *Primogenitum Mortuorum* audis, anteſignanum eorum intellige, qui mortui ea morte ſunt, de qua dictum: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*. Apoc. 14. 12. Hunc enim ſenſum continere Ioannis verba, quæ ſequuntur confirmant, quibus priorum ratio continetur. *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Ideò *Primogenitus*, quòd primus mortuus, vt morte & ſanguine ablueret cæteros. *Et fecit nos Regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri ſuo*: ideò etiam *Princeps Regum terræ*. Effœtam ergo, languidamque humanam naturam ad parturiendam mortem, vndè æternæ vitæ ſemina orirentur, Verbum Patris, diuinitatis ſemen, immiſſum noua virtute ſuſcitauit, erexitque, vt nobili prægnans prole, felici partu mortem ederet, quæ primogenita eſſet, & *Primogenitum mortuorum*, Chriſtum mortalium donaret generi, præcurrentem ad palmam per mortem; ad quam & cæteri eiſdem veſtigijs animosè currerent; & *mortuorum Primogenitum* minorum fratrum agmina ſtiparent, velut nouæ familiæ caput Principemque. Hunc ſenſum Paulus habet Coloſ. 1. 18. *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt Principium. Primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe Primatum tenens; Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare; & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiuè quæ in terris, ſiuè quæ in cœlis ſunt.*

VI.

Ideo & Agnus occiſus ab origine mundi. Quibus in verbis Hyperbatum agnoſcunt, haud aptè. Nam infructu mortis Chriſtus. Initio mundi eſt mortuus. Agnus innocentia candidus, ſanguine ruber.

Apoc. 13. 8. Chriſtus Agnus occiſus ab origine mundi, cur dictus. *1. Petr. 1. 18.* Chriſtus innocentia vitæ, & morte electus ex millibus.

Nec aliam putamus ob cauſam dictum à Ioanne Apoc. 13. 8. *Agnum occiſum ab origine mundi*: Quibus in verbis miramur, quoſdam hyperbaton agnouiſſe, ac ſenſum grandem minus apta interpretatione occuluiſſe. Monuit eos difficultas rei, nec enim inuenire, quo pacto Chriſtus, qui *nouiſſimis temporibus fuerat manifeſtatus*, vt Petrus loquitur, dici verè poſſet *ab initio mundi occiſus*. Animaduertere debuiſſent, Chriſtum, tametſi ſi rem ſpectes, paſſum in tempore, ac poſt multa à condito orbe ſæcula; ſi tamen fructum paſſionis, effectumque conſideras, non antè genitum mundum, quam occiſus ipſe fuiſſet. *Occiditur* ergo: *Agnus innocentia Candidus, atque immaculatus ab origine mundi*, vt ſimul etiam ſuo ipſius ſanguine tinctus, intingeret vellus, vt ſimul & *innocentia vitæ Candidus, & Sanguine Rubicundus*, vtroque, & quidem merito diceretur: *Electus ex Millibus*, ſeù *in Millibus Militum*, *Vexillum* gemino colore regio ſplendens vnus ipſe ſuſtolleret, cæteris quærentur, agminibus ſuis diſcreti, & armis conſpicui.

VII.
Generalius ſi hæc exponas.
De Virtutibus animæ Chriſti.
Sit etiam Electus erit ex millibus.

Quod ſi hæc placeat generalius interpretari, nec ad *innocentiam*, & *mortem* Chriſti reſtringere, quod hactenus factum eſt: licebit hæc de tota animæ Chriſti pulchritudine, ex omnibus donis, ac virtutibus exſiſtente, interpretari: quarum perfectione rerum, quemadmodum neminem habuit parem, ita cæteris omnibus eminebat. Sed quia de his ſingillatim dicendum eſt, qua verborum Eccleſiæ veſtigia ducent, ſilendum hic eſt, & ſuum quæque in locum reſeruanda.

Chriſti animæ pulchritudo ex virtutibus, & donis.

VERSVS XI.

CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM: COMÆ EIVS SICVT ELATÆ PALMARVM, NIGRÆ QVASI CORVVS.

COMMENTARIVS.

DE Chriſti dixerat Pulchritudine Generatim, tranſit nunc ad ſingularia, per ſingula currēs membra corporis, altius quiddam, atque ſublimius in ſingulis volens intelligi. Loco hoc de Capite dicit, & Capiti hærentibus Comis, earumque forma, atque colore. Nos in Capite Sapientiam intelligimus, Chriſti animæ communicatam, quæ in illo tanta fuit, vt non oratione modo, ſed ne cogitatione quidem capi poſſit. Nec hic loquimur de ea ſapientia, quam, vt Verbum, & meus Patris, communicatam ab eo habuit per æternam generationem: Sed de ea, quam Homini illi, ſimul & Deo ſapientiæ totius origo, immò & Oceanus, Pater indulgentiſſimus indidit. Ideò Aureum Caput Chriſti dicitur, quod quidquid Sapientiæ communicatum illi fuit, purum, ſimplexque, ac nulla ignobilioris metalli fœce permiſtum fuerit: vtpotè à puriſſima, ac defæcatiſſima Sapientiæ Patris aurifodina ducens originem. Quemadmodum autem Comæ capiti hærent, vtpotè, quæ ab eo ſint genitæ, ità Cogitationes Chriſti ab illius Sapientia & genitæ, ſemperq; illi coniunctæ ſunt, Vndè traxere originem. Cirratæ autem, aut in cincinnos ductæ, propter varietatem, vtpotè, quæ ad vnam normam, legemque non poſſint exigi. Quod autèm poſtremum additum, Nigræ Quaſi Coruus, ad profunditatem referendum eſſe putamus, qua inſcrutabilia, atq; imperuia conſilia Chriſti ſunt, omnem humanum, atque Angelicum effugientia conatum: vtpotè è quibus omnis Eccleſiæ conſtitutio, gubernatio, atque OEconomia pendet; & prædeſtinationis ordo omnis ad gratiam, & gloriam gubernatur.

ENARRATIO.

VENIO ad ſingula, quæ in Chriſto meo, & in ſe eminent, & meum impulere animum ad amandum, ſi tamen per ſingula, cum infinita ſint, currere datum fuerit. Nàm de Sapientia, quæ in hoc ordine vicem Capitis ſubit, quid dicam? aut quid non dicam? nàm & illa tanta eſt, vt in eam theſaura omnes Sapientiæ, & Scientiæ Dei confluxiſſe videantur, velut in Oceanum flumina: Vt diuitijs ille plenus omnium Hominum vacuitatem impleret: nec tamen, quod Hominibus ſæpè contingit. Sapientia puriſſimus fons vllo errorum, aut ignorantia cœno turbatur, aut olente limo inficitur: puriſſimus rides, ac ſimpliciſſimo, & nitidiſſimo laticè ſplendet. Aurum cogitate ſua de vena erutum, ſed ad purum, ignè decoctum; cuius de pretio nullū

inferioris

inferioris metalli quidquã mixtura deminuat, ſed natiua nobilitate ſplendeat, Regum coronis inſerendum. Ab ea Sapientiæ ſublimitate, velut è Capite Comæ, ſublimes Cogitationes originem ducunt; nec vnquam tamen à ſua radice diuulſæ, profluente largè patagio, in mortalium, Electorumque maximè bonum, ſe ſe promittunt: conſiliorum granditate, varietateque, ità ſecum ſeù implexæ, ſeù ordinatæ, atque in ſuos veluti manipulos diſcretæ, vt vnam ad normam, legemuè exigi minimè poſſint. Quod ſi ad profunditatem reſpicias, arcanorumque latentem vim conſiliorum, quibus Eccleſiæ corpus, & ſemel conſtituit, & ſemper gubernat, atq; ad finem vſque ſæculi legibus temperabit, quoad & numerum Electorum implerit, & Prædeſtinatorum agens præ ſe agmina meritis præmijs in cælo donarit. tàm omnem creatæ mentis aciem fugiunt, vt, qui ſe in illam ſyluam audax inferre voluerit, &, perplexitate ramorum implicitus, hærere cogatur; &, velut multa nocte circumfuſus, progredi prohibeatur; ac, niſi maturè pedem referat, æterna quadam cæcitate damnetur.

NOTATIO XXXIV.

CAPVT EIVS AVRVM OPTIMVM.

SVM.COM.

I.

Ingens loci difficultas.

Ex qua cætera pendent.

Quidam Chriſti corpus Eccleſiam interpretantur.

Quorum ab hoc loco aliena ſententia eſt.

Cum hic diuerſũ corpus deſcribatur.

Ab eo quod deſcribitur cap ſexto.

Ibi autem de corpore Eccleſiæ ſermo.

Et eſt quidem Chriſtus Eccleſiæ caput.

Sed ratione alia.

(Sed non corpus)

Influens in Eccleſiam, & vitam, & motum.

Sicuti à Paulo traditum.

Com. Dramat. cap 5. Notat. 33. num. 1.

Quale hic corpus myſticum Chriſti deſcribatur.

Chriſti corpus Eccleſia eſt, ſed ratione alia.

1. Cor. 12. 27.

Epheſ. 5. 30.

Epheſ. 4. 16.

Eccleſiæ caput Chriſtus influẽs in membra vitam ſenſum, & motum.

INgentem huius loci Difficultatem, ſiuè Originalia Conſulas, ſiuè 72. Interpretum, ſiuè Vulgati lectionem, ſiuè etiam corticis ſenſum exquiras, loco alio indicauimus, & pro noſtro expediuimus captu. De arcana intelligentia, quæ verbis tegitur, non minus implicita diſceptatio eſt, cuius tamen pars ità huius loci propria eſt, vt cæterorum vera intelligentia hinc multum pendeat. Itaque quæ hiſce verbis infertur lux, cæteris etiam inferretur. Prima quæſtio. Quod hic Chriſti corpus, quibuſque ex partibus conſtitutum deſcribatur? Nam cum conſtet myſticè hic corpus intelligendum, non propriè; quidam eo ducti ſunt, vt pro Chriſti deſcriptione, Eccleſiæ nobis deſcriptionem intulerint. Caput corporis Chriſti Humanitatem eſſe, corpus Eccleſiam, Comas Apoſtolos, oculos Prælatos, & ſic de cæteris. Horum nos ſingulorum & nomina dabimus ſuis locis, & ſentiendi modum expendemus, quam alieniſſimam arbitramur ab hoc loco. Hic vna, ac generali ratione reijcimus: nàm certè ſi ita ſtatuas, & Dramatis confundis ordinem; & rerum ſeriem perdis; & altiſſimos ſenſus, ac maximè arcanos corrumpis. Quæ enim hoc loco deſcriptio continetur, tam alia eſt, quam quæ mox capite ponitur ſexto, quam alius qui hic deſcribitur Sponſus ab Sponſa eſt, quæ ibi deſcribitur. Sponſus autem Chriſtus eſt, qui poſteriore loco Sponſam per ſe, perque ſodales Puellas deſcribit; hic ergo Sponſa eſt, quæ non ſe ipſam exprimit. Sed Sponſum Chriſtum. Ne ſcilicet toties eandem rem inculcari dicamus. Et quamquam Chriſti corpus Eccleſia eſt, ille autem caput illius, id tamen ad analogiæ leges alias, ordinemque pertinet, cum eo ſeù ſit Chriſtus non totum corpus, ſed pars ſit potiſſima corporis Eccleſiæ quatenus è Chriſto, & cæteris, & Fidelibus conſtituitur. Qua ratione dictum. *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membris. Et quoſdam in Eccleſia ſua poſuit Deus primo Apoſtolos. Secundo Prophetas, tertio* Doctores, & quæ ſequuntur. 1. Cor. 12. 27. Et: *Quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de Spiritu eius.* Epheſ. 5. 30 Sed hoc ſenſu Chriſtus non corpus, ſed Caput eſt, è quo in cæteros omnis influxus, & ſenſus & motus. Sicut dictum eſt: *Veritatem autem facientes in caritate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt Caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis ſui facit, in ædificationem ſui, in caritate.* Eph: 4. 16.

II.

At diuerſum eſt, quod hic dicitur, de Chriſto.

In qua ratio corporis quærenda eſt.

Et membrorum diſtinctio.

Chriſtus hic vt totum deſcribitur, nõ vt caput.

Quod autem hoc loco dicitur, diuerſum eſt: quo Chriſtus deſcribitur, non vt *Caput* præcisè, & Eccleſiæ quoddam, quanquam principale membrum: ſed vt totum quoddam corpus capite, & membris cæteris conſtitutum. Quare in eo ipſo quærendum eſt, quod myſtici huius corporis *Caput* ſit, quidque membra cætera: niſi omnia velimus confundere, quæ, cum diuerſa ſint, vnum ad ordinem reuocari minimè poſſunt. Quemadmodum ergo, cum ſuperius cap. 4. & inferius cap. 7. myſticam Eccleſiæ pulchritudinem deſcribi certum eſt, eiuſque corporis membra, quibus ſcilicèt conſtitu-

Non autem in Eccleſia. Non ergo Chriſtus caput eſt. Nec humanitas illius. Non enim ſui ipſius caput eſt.

conſtituitur; ita nunc dicemus Chriſtum deſcribi, vt quid diſtinctum ab Eccleſia eſt, ſuis omninò partibus conſtitutum, exactiſſima, ſed myſtica lege ſymmetriæ. Non ergo cum veneris ad exquirendum huius Commatis ſenſum, *Caput* eſſe dices *Chriſtum*, aut *Humanitatem* ipſius, quod voluere quidam cum Nyſſeno Hom. 14. atque Paulino Epiſt. 14 Id enim, quemadmodum reſpectu Eccleſiæ verè dicitur, quæ illius *Capitis* corpus eſt; ita reſpectu Chriſti non verè, qui ſui ipſius *Caput* non eſt, cum hoc loco Angeli de Chriſto interrogent, *Qualis Sit*, non de Eccleſia cuius infra ipſi laudes percenſent, per membra omnia currentes.

Nyſſenus. Paulinus. Chriſtus ſui ipſius caput non eſt.

III.

Neque illius probandus ſenſus. Qui hic Eccleſiã Romanam agnoſcit. Prius tepidam, ſed nunc cupientem. Reformari in ſe imaginem Chriſti, quam ideò deſcribat. Sed Eccleſia de Chriſto interrogabatur. Non de ſe ideò nõ de ſe, ſed de Chriſto reſpondet. Ne extra rem loqui velit.

Eſt etiam hoc loco eruditi alioqui Interpretis minus probanda ſententia, cui cum ſediſſet animo, hoc loco ab illis verbis: *Ego Dormio, Et Cor Meum Vigilat*, de Eccleſiæ Romanæ tepore, ac deſidia, atq; à primæuo feruore inclinatione, agi, ac deinde ad priorem ſtatum reditu; per imaginem Chriſti redintegratam in ſe; hic non aliud agi ab Eccleſia arbitratur, quam, vt qualem in ſe imaginem Chriſti exprimi velit, indicet, illo per partes deſcripto. Nàm volebat quidem illa expreſſam in ſe Sponſi formare imaginem, quæ auditura poſtea erat; *Pone Me Vt Signaculum Super Cor Tuum*, Sed id eam hoc loco non agere, inde fit planè, quod de ſe minimè rogata, ſed de Chriſto, reſpondeat. Non enim interrogant Angeli, quæ, qualiſque ipſa ſit, vel eſſe velit. Sed *Qualis Dilectus* ſit. Fruſtrà ergò de ſe, & extra rem reſponderet, qualem in ſe Chriſti imaginem expreſſam velit. Omnia ergo pertinent ad laudes Chriſti, quibus vt locus daretur aptus, & ex decoro, & illa illum quærens inducitur, & Angelos interrogans, an illum aut viderint, aut ſe ſe viſuros ſperent: & illi ijdem de eo interrogantes, *Qualis Sit*, vt eorum quæſtioni faceret illa ſatis, Chriſtumque ſuas per dotes deſcriberet. Quæ ergò dicuntur omnia, ad Chriſtum, non ad Eccleſiam ſpectant: adeoque ſtatuendum eſt, pro eorum, quæ ſequuntur intellectu, ſingula ad Chriſti ſpectantia formam ab Eccleſia dictæ, in illo eodem eſſe quærenda.

Chriſti imaginẽ hic deſcribi, qualẽ in ſe formari volebat Eccleſia quidã voluere. Omnia, quę hic dicuntur ſpectant ad laudes Chriſti.

IV.

At quidam caput Chriſti Deũ volunt. Ex Pauli authoritate. Sed nõ apta huic loco. Nam cum capitis neq; vna ſit ratio.

Multorum de veteribus ſenſus eſt, nomine hic *Capitis Deum*, ſeù *Diuinitatem* accipiendam eſſe. Sic Greg. PP. hoc loco, & lib. 30. Mor. cap. 18. Philo Carp. Iuſtus Vrg. Caſſiodor. & Beda, & de Recentioribus plerique. Omnibus vnum argumentum eſt authoritas Pauli 1. Cor. 11. 3. *Volo autem vos ſcire, quod omnis viri Caput Chriſtus eſt; caput autem mulieris vir: Caput Autem Chriſti Deus*. Non audeò tot & tantis repugnare, ſed me fateor, ſi Apoſtoli verba attentius expendantur, & minimè negligantur analogiæ leges, quî hæc verè dici poſſint, & aptè ad hunc locum, omninò non aſſequi. Nàm cum *Capitis* non vna ſit acceptio, & ſimplex, non eadem ratione vtroque loco accipi poteſt. *Capite* enim & id, quod rei alterius initium eſt, intelligimus: qua ratione & fontis, & viæ dicitur caput: & id, quod alterius reſpectu quod ſibi ſubiectum eſt, authoritatem, & imperium habet: & tandem id, quod cæterorum mẽbrorum ſit potiſſimum in corpore, ſiuè naturali, ſiuè myſtico, quo pacto Rex *Caput* dicitur Regni, & Summus Pontifex Eccleſiæ. Dubium in Pauli verbis eſſe poteſt, qua ratione accipi opporteat, quod dicitur: *Caput autem Chriſti Deus*. Nam quemadmodum *Deus Caput* dicitur *Chriſti*, ita dicitur, & *Chriſtus viri*, & *Vir mulieris*; cum tamen neque *vir mulieris* nec *Chriſtus viri* ea dicatur ratione, *caput*, qua Epheſ. 1. 22. dicitur: *Ipſum dedit Caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, qui omnia, & in omnibus adimpletur*. Hic enim myſticum dicitur *caput* vnius corporis, ex multis membris conſtituti, comparatione: quod illi reſpectu *viri*, & *viro mulieris* reſpectu, non conuenit; cum nec *vir* reſpectu *Chriſti*, nec *viri* reſpectu *mulier* corporis, ex multis membris conſtituti, rationem habeat. Neque ergo *Chriſtus Dei* reſpectu corpus erit, & ille *Caput Chriſti* ea ratione: cum nec *Chriſtus Dei* reſpectu myſtici corporis per ſe ipſum rationem habeat, ex multis membris conſtituti. Reſtat ergò vt verborum Pauli alium ſenſum inquiramus, qui aptius in illius verba quadrare poſſit.

Greg. PP. Philo Carpath. Iuſtus Vrgel. Caſſiodor. Beda. Recentiores. Chriſti caput Diuinitas, ex sẽſu veterum. 1. Cor. 11. 3. Capitis multæ acceptiones.

Dubium apud Paulum quo ſenſu accipiendum. Dicitur n. Deus Chriſti caput. Sicuti Vir mulieris, & Viri Chriſtus. At nec mulier, nec vir corporis rationem habent. Sic ergò Deus non dicitur caput Chriſti. Qui Dei reſpectu corporis rationem non habet.

Caput Chriſti Deus non dicitur, tanquam corporis.

V.

Dubium autem cuius natura reſpectu. Deus caput dicatur Chriſti. Ambroſius ad diuinitatẽ refert. Secundum quam Chriſti principiũ Pater. Qua notio capitis huic loco nõ apta.

Cum autem Chriſtus, & Homo, & Deus ſit. Vtrius naturæ comparatione *Caput* illius dicatur *Deus*, veteres quæſiere, propter Arianos maximè, qui hinc Filium minorem eſſe Patre confirmabant, & Pauli authoritatem in erroris ſui defenſionem trahebant. Sed Ambroſius non dubitat. *Chriſti* ſecundum *Diuinitatem Deum Caput* appellare, *Patrem* ſcilicet; originis nimirum ratione, qua prior eſt *Filio*, & Diuinitatis Fons: nec aliter dicitur *Filij Caput*, quam Principium, & Pater, à quo ſcilicèt Filius habet, vt Deus ſit, vnus cum Patre. Sic *Chriſtus* etiam *Caput Viri* dicitur, quia creatione illi dedit, vt eſſet, & viueret. *Sic vir mulieris caput*, quia ad illius formationem materiam, coſtam ſcilicèt, mutuatus eſt. *Caput* ergo à Paulo pro principio, ſi Ambroſio, quod poſſumus, hæreamus, poſitum eſt. Quod ſi ſequare, ſtatim intelliges, minus aptè ex loco Pauli deduci, cum *Chriſti Caput Aurum Optimum* dicitur, *Capitis* appellatione *Deum* intelligi. Cum ibi non de *Chriſti* principio ſecundum

Ambroſius. Deus caput Chriſti secũdum diuinam naturam, quo modo. Caput pro principio, atq; origine.

Diuini-

Quid poſitum ſit multorum membrorum primum.

Sed Paulus de ſubordinatione accipiendus;

Qua vxor viro vir Chriſto ſubijcitur.

Sicut ille vt homini Deo.

Diuinitatem, vel Humanitatem agatur: Sed de membro potiſſimo vnius corporis myſtici, multis ex partibus conſtituti; cum ſtatim per ſingula membra curratur. Sed præſtat, quod Chryſoſtomo placuit, Pauli verba de ſubiectione, ſeu ſubordinatione accipere: vt, quemadmodum ignobilius quodque membrum ſubijcitur *Capiti*, & illius legibus gubernatur, ita *mulier* ſubijciatur *viro*; *vir* autem *Chriſto*; *Chriſtus* verò, ſecundum Humanitatem, *Deo*. Nàm & *viros* decet *mulieri* leges dare, & *Chriſtum viro*, & illi, vt homini, *Deum*: atque in eo tota eſt vis analogiæ, & ſecundum eam comparationis. Sed ne id quidem valet ad enodandum Cantici hunc locum, cum alia ratione dicatur in illo *Caput Chriſti Aureum*, non tanquam membrum princeps cui in inferius poteſtas & ius ſit: Sed tanquam ex quo cum cæteris vnum myſticum corpus componatur.

Caput apud Paulū pro eo quod in alium poteſtatem habet.

VII.

Ergò capitis hic nomine id intelligendum.

Quod cum cæteris habeat proportionem.

Ita quà cæteris dona intelligimus.

Anima Chriſti communicata.

Capite non Deum ſignificatum arbitramur.

Caput hoc loco pro primo inter membra cætera.

Quod ſi hæc arbitrère probabilitèr diſputata, cum audiſ *Caput Eius Aurum Optimum*, *Capitis* nomine id intelliges, quod cum ſingulis, quæ nominantur, membris proportionem habeat. Ne ſi exempli gratia oculis prouidentiam, manibus operandi facultatem, labijs eloquendi vim, (& de cæteris eodem modo) *Caput* interpretère quidpiam, quod nullam cum his habeat affinitatem, ne, ſi id contenderis, ridearis: vt qui equino corpori humanum caput appingas: vt non vnum, ac ſimplex, ſed monſtroſum ſit quiddam: quod & natura refugit, & ratio minimè patitur. Nos ergò, qui cæteris, quæ nominantur, Chriſti membris eas dotes, animique dona, quæ illi, vt Eccleſiæ Sponſo, propria ſunt, ſignificari arbitramur, *Capitis* appellatione non *Deum*, aut *Diuinitatem* intelligemus, id enim cum cæteris non eodem genere contineretur, tamq; diſtās eſt, vt copulari in vnam compagem non niſi duriſſimè poſſit. Eorum ergò Authorū veneramur, non amplectimur ſententiam, quia fortaſſe non capimus mentem.

VIII.

Sit ergò Chriſti caput ſapientia.

Nam caput mentis ſedes.

Vndè cætera gubernantur.

Ibi ſenſuum officinæ.

Qui mentis miniſtri.

Hæc Ambroſius verbis lectiſſimis.

Cui caput in homine.

Velut in mundo cælum eſt.

In quo ſapientia habitat.

Velut Rex in aula ſua.

In quo eſt vis ſimilitudinis.

Quia ſapientia in Chriſto cæterorū, vt caput.

Caput Chriſti ſapientia.

Nyſſenus: Mentis ſedes, & quaſi arx caput.

Caput ergo *Chriſti* loco hoc *Sapientiam* intelligimus, cuius immenſi theſauri, ad gubernandam Eccleſiam, in illius animam, velut in Oceanum flumina, confluxere. Quidquid enim de *Chriſto* dicitur loco hoc, ad *Humanitatem* ſpectare monuimus, quod & Gregorio Nyſſeno video placuiſſe. Hom. 14. Ritè autem in *Capite Sapientia* deſignatur, ea enim parte locum mens habet: indè velut ex edita arce proſpectans, & ſingulorum membrorum functionibus inuigilans, & pericula arcens, & vires ad agēdum ſubminiſtrans. Ideò in *Capite* intelligendi omnia organa locata ſunt; ibi ſenſuum inſtrumenta, ſenſationum officinæ, quarum anima miniſterio vſa, de iſs inſtruitur, quæ extra ipſam ſunt. Hoc argumentum pulchrè tractauit Ambroſius: lib. 6. Exæm cap. 9. cuius vel pauca non reddere, ad illuſtrandum hunc locum, piaculum ſit. *Cognoſcamus humani corporis fabricam inſtar eſſe mundi; ſiquidem, vt cœlum eminet aeri, terris maria, quæ velut quædam ſunt membra mundi; ità etiam Caput ſupra reliquos artus noſtri corporis cernimus eminere; præſtantiſſimumque eſſe omnium, tanquam inter elementa cœlum; tanquam arcem inter reliqua Vrbis mœnia. In arce autem hac Regalem quandam habitare Sapientiam, ſecundum propheticum dictum, quia oculi ſapientis in Capite eius. Hanc eſſe cæteris tutiorem, & ex illa omnibus membris vigorem prudentiamque deferri. Quid enim robur, & validitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum, niſi Capitis, velut Principis ſui, Imperialis quædam adminiculetur poteſtas? Ex hoc enim aut deſtituuntur vniuerſa, aut omnia fulciuntur.* In eo ergò vis ſimilitudinis hæret, quòd, quemadmodum in humano corpore *Caput* vnum eſt, in quo oculi locati, vt omnium membrorum & motus regant, & actiones moderentur, & à ſingulis arceant pericula; ità *Sapientia* in *Chriſto* velut *Caput* cæterorum donorum ſit, vndè vſus laudabilis petatur omnium, ne quid ſit, quod exorbitet, aut ſuum tenorem non ſeruet ex rationis præſcripto.

Ambroſius. Humanum corpus inſtar mundi cui caput cœlū.

Eccleſ. 11. 4.

Caput corpori, quod Rex imperio.

IX.

Aureum autem, quia ea puriſſima.

Nam aurum non corrumpitur.

Si quidem purgatum ſit.

Sic etiam Chriſti ſapientia pura ſplēdet.

Nec deficere poteſt vllius vi.

Suique ſecura aduerſa non timet.

Nec vlla ignorantia nebula poteſt infici.

Comment Dram. cap. 5. not. 33. num. 11.

Auri cum purum eſt impurtibilitas.

Chriſti ſapientia nulla erroris ærugine corrupta.

Aureum autem hoc *Caput* eſt, & *Aurum* quidem puriſſimum, ac defœcatiſſimum, (id enim & Vulgatus ſignificauit, cum *Optimum* dixit, & originale vocabulum, vt alibi diximus, omninò confirmat.) Quod ad ſemplicitatem, puritatemque eiuſdem *Sapientiæ* referendum eſſe, ſimilitudinis ipſa ratio perſuadet. Eſt enim id *Auro* inter reliqua metalla proprium, vt, ſi purum ſit, quale quod vocat ſcriptura Obrizum, nec flammis abſumi, nec terra corrumpi, nec rubigine exedi poſſit: & alioqui lenteſcente virtute præditum, vt in tenuiſſima duci fila, bracteaſque patiatur. Quæ omnia ei *Sapientiæ* omninò conueniunt, quam in *Chriſto* conſideramus, nulla ſcilicèt ignorationis, nulla erroris fœce permixtam, aut ignobilioris metalli mixtura libatam. Pura ſplendet *Sapientiæ* illa lux, & quemadmodum à Sole lumen aliud quodcumque deriuatur in orbem, velut à fonte; Sic omnis in Eccleſiam communicata, ac per diuerſas partes diffuſa, vel diſtributa *Sapientia*, ab ea eſt, quæ in *Chriſto* eſt, non vni ſibi, ſed omnibus in communi donata. Id ad puritatem ſpectat. Accedit impurtibilitas, cum nihil ſit, quo vel labefactari, vel corrumpi poſſit, vel de ſuo ordine moueri; non illi errores, non ignorantia obfundit nebulas, nec vlla eſt nox, quæ illius viuidum lumen obtundat; viuidius potiùs inter tenebras errorum ſplendet; De obſtantium contumacia

Digitized by Google

Non his electi eius capilli.

adducamur, vt his hæreamus Authoribus, quoad expeditior ſe via offerat; facilius enim cum interpretibus, quàm cum analogiæ legibus pugnam inimus.

II.
Alij aliter interpretati. *Vel gratias ab illo fluentes.* *Vel bonas Patris voluntates.* *Vel diuinas diſpenſationes.* *Quæ mira ſenſuū varietas eſt.*
Theodoretus. Tres Patres. Aliorum ſenſus reiecti. Honorius.

Sed fuere, qui ab his Authoribus diſceſſere, & Veteres, & Recentiores, ne non ſcilicèt primi habeamur tanti agminis deſertores. Nam Theodoretus *Comas* eſſe vult, *ex Capite illius fluentes gratias*. Tres autem PP. *Bonas Patris voluntates* (ſic enim loquuntur) *ab vnigenito Filio in Spiritu ſancto expletas: Ens, vitam, ſapientiam, & his ſimilia, quæ quidem naturaliter, vt Capilli Caput aliquod tegunt, vnum principium, & cauſam rerum vniuerſarum, eumque, qui comprehendi non poteſt, videntur redigere ſub cōprehenſionem.* Quod mihi tàm obſcurè videtur dictum, vt me vix aſſequi poſſe fatear. Honorius autem, *Diuinas diſpenſationes* etiam interpretatur, rationes ſcilicèt, ac leges gubernandi, vt ego intelligo, quæ *Caput* in quo Prudentia eſt, agnoſcunt originem. Vides non diuerſitatem modo, ſed etiam euariationem, & vnius rei tàm non vnam acceptionem. Adhuc Rupertus alienius exponit. *Veritates Sacrarum Scripturarum*: cum hac omninò extra rationem *Chriſti Corporis*, quod hic deſcribitur ſint.

III.
Sed præſtat in Comis Cogitationes agnoſcere. *A ſapientia fluentes Chriſti.* *In quibus nitorē, ac mundiciem, & colorē laudamus.* *Et quod à capite fluant.* *Nitore autē Chriſti cogitationes.* *Vel ſolem ipſum vicerunt.* *Id intelligas ex Euangelio.* *Pretio verò inæſtimabiles.* *Capilli autē corporum ſanitatis ſunt indices.* *Si nitidi & ſplendidi ſint.* *Nō autem ſi immundi.* *Tales cogitationes hominum.* *Chriſti contra à ſano capite orta.*
Comæ Chriſti cogitationes. Nitidæ, mundæ, & a ſapientia ortæ. Chriſti cogitationes pretioſiſſimæ. Hominum cogitationes ſordidæ inualetudinem teſtantur.

Sed hæreamus interpretationi noſtræ, & *Comas* defluentes ab *Aureo Chriſti Capite*, quo illius *Sapientiam* puriſſimam, ſimpliciſſimam, atque infinitè pretioſam ſignificari diximus, *Cogitationes* dicamus eſſe *Chriſti eiuſdem, in bonum Eccleſiæ, ac Patris gloriam ab illo Sapientiæ gurgite, velut aquarum riuos, defluentes*. Si verò ritè examines, fortitan hanc interpretandi rationem minimè in totum aſpernabere. Nam in *Comis*, & *Nitorem*, & *Mundiciem*, & *rutilum* ad auri æmulationem *colorem* laudamus. Et id earum proprium eſt, vt à *Capite* generentur, illi hæreant, neque vnquam diuellantur, nec alia ſubſtantia conſtent, quam quæ à *Capite* per poros communicetur. Totum id autem *Cogitationibus* conuenit *Chriſti*. Si eas cum *Sapientia* à qua trahebant originem, comparaueris. Nam & *Mundicie*, atque *Nitore* Solis ipſam, lunæque mundiciem ſuperarunt; nihil in illis turbidum, nihil ſqualidum, aut à contagio terrenarū rerum odore adulterino afflatum. Intelliges autem, ſi totam Euangelij doctrinam examines, quam id verè dictum ſit: ſiquè eam ad Diuinæ normam legis expendas. Siuè ergo *Chriſti* mentem, Diuina ſeu meditantem, ſeu verſantem conſideres, erit, quod admireris *Puritatem* limpidiſſimam; ſiuè apud ſe diſponentem Oeconomiam Eccleſiæ, totumque Sacramentorum ordinem, doctrinamque credendarum, atque agendarum rerum, erit multum, quod laudes, niſi pro laudatione ſtuporem extorqueant. *Auri* autem *rutilum* imitari *colorem* dicuntur, quo pretium illarum, nulla æſtimatione cenſendum, intelligamus: vt *Aureo Capiti* decorem adderent *Aureæ Comæ*: & *Sapientiæ* per omnia *Cogitationes*, velut appendices, reſponderent. Nam & corporis valetudinem, optimamque conſtitutionem ſæpè *Capilli* teſtantur; ſi ſitu non ſordeant; ſi beſtiolis nō infeſtentur; ſi non mucore quodam inficiantur: Vndè diſſimulandis his vitijs tanta in fœminis pectendi, tergendi, lauandi cura, vt dum vni *Comæ* ſtudent comendæ, dies integer abeat. Hoc malo multiplice *Hominum Cogitationes* pollui ſolent: nec certius indicium latentis intus animi inualetudinis, mentiſque ſordentis quadam habituum ſcabie, quam eæ cogitationum impetigines: quod totum à *Chriſti Cogitationibus* procul abfuit; quia à puriſſima, & ſaniſſima origine, nihil niſi purum, ſanumque trahere poterant. Nec nos primi *Comas* in hunc ſenſum interpretamur, præiuit Vir doctus, nobis eodem vitæ genere coniunctus, cuius multum tribuimus & authoritati, & doctrinæ.

IV.
De elatis eſt quæſtio alia. *Quidam referunt ad ſublimitatem.* *Quæ propria [illegible] dos.* *Siuè quia meritis eminent.* *Siuè quia cœlum ſemper ſuſpiciunt.* *Nec is ſenſus alienus à noſtro ſilo.* *Cum, & cogitationes Chriſti ſublimes.* *Et humanis longè diſſimiles fuerint.* *Sēper quaſi quid grande molientes.*
Elatas quidam Abietes interpretantur. *Nyſſenus.* *Paulinus.* Electi ſublimes meritis, & deſiderijs. *Caſſiodor.* Chriſti cogitationum ſublimitas, & granditas conſiliorum. *Iſai.* 55. 8.9.

Quæſtio altera, quæ dos in *Chriſti Cogitationibus* commendetur, cum *Palmarum Elatis* comparantur. Plerique Veterum *Elatas* Abietes interpretantur, vt ſuo loco monuimus: quæ arbores cum à ſublimitate commendentur, etiam de ſublimitate interpretati ſunt. Electorum: *Quod ſublimes inſtar Abietum facti, & ad cœlum tendentes, non parum Sponſi pulchritudinem augeant, agitati ab aura Spiritus.* Quæ Nyſſeni ſunt verba. Paulinus autem Epiſt. illa 4. ad Seuer: *Quia in Eccleſia, hoc eſt Dei monte, verticibus meritorum eminent, vt Abietes in ſuis montibus.* Aliquanto aptius Caſſiodorus: *Quia luſtr, & virore Fidei gaudent, & ad æterna deſideria attolluntur: atque dulcedinem ſupernæ ſuauitatis deguſtans.* Omnia in idem recidunt, Et tametſi *Elatas* non *Abietes*, ſed *botros* dixerimus eſſe *Dactylorum*, ſuis adhuc thecis, velut infantes faſcijs, inuolutos, non id obeſt, quin in illis etiam hanc ſublimitatem intelligamus, quæ, quemadmodum vna de dotibus *Palmarum* eſt, ita vna de *Cogitationum Chriſti* prærogatiuis eſt. Quod .n. de ſe Deus dicebat, id verè de Chriſto ſi dicamus, nemò nos credo damnabit. *Non enim Cogitationes meæ cogitationes veſtræ: neque viæ meæ viæ veſtræ, dicit Dominus. Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris; & Cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.* Iſai. 55. 8. 9. Itaque in ea comparatione *Chriſti Cogitationes* intelligimus ſublimes, conſilia grandia, decreta prægnantia, ſemperq; grande aliquid, & à terrenis ſubmotum, & in Patris gloriam vergens, molientia. Neque enim tanta

Digitized by Google

Tales enim neceſſarias ad fundãdum Eccleſia.

moles, quanta in fundatione Eccleſiæ tollebatur, erigi alia ratione poterat, quam eius *Sapientiæ* conſilijs, quæ, tametſi infra Deum eſſet, proximè tamen ad Diuinam accederet; ac illius prærogatiuas participaret.

V.

Sed, & Palma aduerſus pondera contumax.

Firmas ac ſtabiles Chriſti cogitationes.

Queque impediri non poſſunt, indicabit.

Quales humana non ſunt.

Id verò tametſi verum huic loco non aptum.

Cum ſimilitudo non à Palma, ſed ab Elatis ducatur,

Quibus quod dicitur de contumacia aduerſus pondera non conuenit.

Conuenit autem trunco.

Qui aduerſus pondera.

Curuatur in arcum.

Quaſi paratus grauiora ſubire.

Palmæ aduerſus pondera contumacia, ad firmitatem conſiliorum Chriſti tracta.

Iſai. 25. 1.

Matth. 24. 35.

III.

Contumacia in pondera, nõ ramis palmæ, ſed trunco cõuenit. *Caſſiodorus.*

Nullum vulgare dictum ſine vera origine.

Quia autem *Palma*, & frangi, & flecti indocilis eſt, nec vllo quantumuis enormi onere preſſa ſuccumbuit; ſed potiùs in altum contra pondus, quaſi nouis viribus aucta erigitur (vt vulgaris opinio eſt) ideò quidam comparatione *Congruam* cum *Palma* id innui voluere, ſtabilitatem conſiliorum Chriſti, ac firmitatem, quæ nullis potuerunt aduerſis hominum conſilijs conatibuſque vel opprimi, vel impediri. Hominum enim conſilia diſſipari facilè ſolent, & prorſus euaneſcere; ſunt enim ſemper ſua imbecillitate infames, atque incertitudine. Diuinæ contra *Cogitationes* firmæ, ſtabiles, immutabiles, & vt Iſaias loquitur, *antiquæ, fideleſque*, quæ nunquam ſuo fine fraudantur. Tales autem Chriſti erant, S. D. E. *cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*. Matth. 24. 35. Verè id quidem de Chriſti conſilijs, *Cogitationibuſque* prædicatur; Sed ex alijs potiùs locis, quam ex hoc firmandum: non enim comparatio cum *Palma*, ſed cum eius *Elatis*, quæ botros dactylorum ſumus interpretati, initur. Id autem de firmitate, & aduersùs pondera contumacia, non *Elatarum*, ſed *Palmæ* proprium eſt. Quòd ſi *Elatarum* nomine ſublimiores ramos, & indirectum verſus cœlum ſe ſe tollentes, accipias, quod Caſſiodorus arbitratus eſt, & poſt eum alij; ne id quidem facit multum ad rem; nam ea prærogatiua nõ ramis, ſed trunco conuenit. Quod quia mihi compertum viſumque, non omiſſero. Eſt in Oppido Algezirâ (ſonat Peninſulam Arabicè) Valentini Regni, ad quinque horaria milliaria ab Vrbe Valentia, in cuiuſdam priuati ædibus trabs è trunco Palmæ, tranſuerſim, ad tectum ſuſtinendum, iacens, quam impoſitum ædificij ſuperioris opus, tàm non opprimit, curuatur, vt ipſa potiùs dura, & contumax, quaſi maiori excipiendo oneri paret ſcapulas, in aduerſum conetur, atque in arcus formam curuetur. Quod mihi ſpectaculum, non antè viſum, gratiſſimum fuit, & admirationem extorſit, rem mihi nouam reputanti, cogitantique, nullum vulgare dictum ſua vera origine carere. Id autem loco hoc libuit obſeruare, quod animaduerterim, pleroſque, communi errore, hanc prærogatiuam *Palmarum* ramis tribuere, cum illis non ineſſe experimento ſit compertum.

VI.

Cirrati autem, crines.

Cogitationum varietatem indicãt.

Et diuerſitatem conſiliorum.

Quæ ad vnã normam exigi non poſſint.

Cirratorum crinium ſuo genio gratia.

Cogitationes Chriſti ad vnam normam nõ exigendæ.

Coma autem Sponſi cirratos manipulos ſimiles in eo quadamtenus *Palmarũ Elatis*, cum oſtentare flores incipiunt. Commentario Dramatico diximus, quod ad arcanam traductum ſententiam, ſua ſignificatione non caret. Certè ea in *Coma* varietas, cum, non calamiſtris, ſed ſuo genio ſinuata, vtrinque demittit ſe ſe, mirum eſt quantùm pulchritudinem augeat, ea enim ipſa formæ varietas, dum non vna ratione lucem vel admittit, vel emittit, mirè placet; quod tametſi minutum alicui videri poteſt, inobſeruatum abire non decet. Referimus autem id ad earundem Chriſti *Cogitationum varietatem, diuerſitatemque*; quæ tametſi ſibi inuicem mirè connexæ, ac exactiſſima lege coniunctæ, nobis tamen, ipſa earum præpediente altitudine, ac varietate, ad vnam normam certamque legem exigi minimè poſſunt.

NOTATIO XXXVI.

NIGRÆ QVASI CORVVS.

I.

Nigredinem aut quidam

Ad humilitatem referunt electorũ.

Alij ad abdita incarnationis arcana.

Quod orationis ad noſtrum ſiũ

Nam Chriſti cogitationes imperuiæ.

Hominum etiam, ſed ob prauitatẽ.

Electorum in ſublimitate humilitas.

Greg. PP.

Philo.

Beda.

Caſſiodor.

Iuſtus.

Richar.

Theodoret.

Nigredo ſymbolum profunditatis.

Humanæ cogitationes imperuiæ propter prauitatem.

QVI hæc de electis interpretati ſunt, hanc *Nigredinem* ad eorum humilitatem referunt, qui quanquam eo ſe honoris aſcendiſſe ſciunt, vt in Chriſto velut in *Capite* ſint, & ab eo gratiæ nitorem participent, nihil tamen arrogant ſibi; ſed ſuæ ſibi tenuitatis, atque imbecillitatis memores, id ſemper reputant ſuum, quod à ſe habent; id alienum, quod à Chriſto. Sic Gregorius, Philo, Beda, Caſſiodorus, Iuſtus, Richardus, Victor. Cui id libuerit, ſequi poteſt. Theodoretus autem, qui *Comas* Diuinas gratias Chriſti fuerat interpretatus, *Nigras* dictas ait, *vt per profundum, & obſcurum colorem abdita Incarnationis eius ratio declaretur*. Id etiam aptum eſt ad noſtram interpretandi rationem. Quid enim obſcurius *Cogitationibus*, & conſilijs Chriſti? Quid magis imperuium humanæ atque Angelicæ menti? Sunt quidem Hominum cogitationes ſæpè imperuiæ; ſed non id ab altitudine, ac profunditate; ſed à prauitate, ac Vaſricie habent: qua vnum ore aliud corde geſtamus: immò & in corde ipſo tàm variæ, tàm fallaces, tàm diſtortæ, vt ne ipſi quidem facilè perſpiciamus; vtpotè adhuc incerti, quid, cum res tulerit, ſequuturi ſimus. Eoque haud raro ſtultitiæ deducimur, vt vel Deum ipſum latere poſſe conſilia noſtra putamus. S. D. E.

Et tamen putant eas latere Deum poſſe.
Quam ſtultitiã Propheta accuſat.

Væ, qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium. (In fonte ſignificantius: *Væ profundantibus à Domino*. Vt qui profunde in terram fodit, vt theſaurũ oculis omnium ſubtrahat.) *Quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cogitet; & dicat opus factori ſuo: Non feciſti me.* Iſai. 29. 15. 16. — *Iſa. 29. 15.*

II.
Dei conſilia abſcondita: quia profunda.
Sicuti aqua nitida, ſed profunda nigreſcit.
Ideo abyſſo comparata.
Quia licet opera oculis obuia.
Rationes omninò latent.
Quæ Dauidi admirationis cauſa.
Cuius verbis lux admota.

Dei conſilia obſtruſa in ſumma ſimplicitate.

Contrà Dei conſilia abſtruſa ſunt, & recondita; quia tametſi ſimplicia, nitida, pura ſunt, ſimul etiam ſunt profunda, ideoque latentia. Quemadmodum ſæpè in ſummo gurgite iacens aqua, ac velut dormiens immota, in ſe quidem perſpicua, vt vel chriſtallum imitetur, obſcurum tamen quid obijcit intuenti, quod penetrare in ima aſpectum prohibeat. S. D. E. *Iudicia tua abyſſus multa.* Pſal. 35. 7. Et: *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ ſunt Cogitationes tuæ.* Pſal. 91. 6. Quo enim magis Dei opera oculis obijciuntur noſtris, & velut totum aſpectum grãditate, atque excellentia feriunt, eo abſtruſiora conſilia in eis ipſis latentia ſunt; vt cũ nihil patentius aſpicienti, quam ea opera ſit; nihil ſimiliter magis abſconditum ſit; vt in altero diei medio verſari; in altero in adultà nocte palpare tenebras videamur; ac per vias prorſus incertas, nullo duce, nulla luce, deduci errabundi, & vagi. Ea Dauidi admirationis magna cauſa: *Multa feciſti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua. & Cogitationibus tuis, non eſt, qui ſimilis ſit tibi.* Pſal. 39. 6. Cum multa, & magna perfeceris, eaque ſint in propatulo omnia, ſcilicet vt nullius aſpectui ſubtrahantur; conſilia tamen ità abſcondis, vt nemini peruia ſint, nemini, quantumuis perſpicaci nota: qua tu in re omnibus emines, nec ſimilem habes omninò. Sic cum nihil ſit aſpectabilius luce, nihil tamen eſt, quo magis oculi videre prohibeantur, ſi toto illius radio feriantur ex aduerſo. Ideò idem ille Deus, qui dictus eſt, *lucem habitare inacceſſibilem.* 1. Tim. 6. 16. caligine circumfuſus ſæpè inducitur. Exo. 19. 9 & 24. 16. nam eadem illa lux caligo eſt, quod ad eam aditus oculis minimè pateat, vt interpretatur Dionyſius Areopag.

Pſal. 35. 7. Dei cõſilia cur abyſſis comparata. *Pſal. 91. 6.* Dauidi verbis lux illata. *Pſal. 39. 6.* Luce nihil aſpectabilius, nihil quo magis cernere prohibeamur. *1. Tim. 6. 16.* *Exo. 19. 9.* *Et 24. 16.* *Dionyſ. Areop.*

Sic luce nihil aſpectabilius.
Et quo maior eſt eo magis cernere impedimur.

III.
Id autem propriũ etiam.
Conſiliorũ Chriſti.
Cuius cum opera eſſent peruia.
Conſilia latebãt.

Chriſti opera oculis obiecta, ſed eorum abſtruſæ rationes.
In tenebris tàm cernit videns, quàm cæcus.

Quidquid autem Deo conuenit, in hac parte, proprium etiam per diſpenſationẽ Patris, Chriſti eſt, etiam vt Homo eſt: cuius tametſi opera oculis obuerſabantur omnium, & granditate ſua mentes aſpectantium excitabant, ſiuè miracula ederet; ſiuè factis, atque exemplis præluceret; ſiuè documenta vitæ traderet; conſiliorum tamen, atque *Cogitationum* ea erat profunditas, vt verè inſcrutabiles dicerentur. Ideò dictæ *Nigræ Quaſi Coruus.* Nigredo enim cum tenebris habet cognationem; tenebræ autem oculis adimunt omnem cernendi vſum; vt, qui capti oculis, quique perſpicace cernendi vi pollent, in tenebris pares omninò ſint. Atque in hunc ſenſum dictum arbitramur: *Nigræ Quaſi Coruus*; tametſi ſcimus alios alio ire.

VERSVS XII.

OCVLI EIVS SICVT COLVMBÆ SVPER RIVVLOS AQVARVM, QVÆ LACTE SVNT LOTÆ: ET RESIDENT IVXTA FLVENTA PLENISSIMA.

COMMENTARIVS.

AD *Oculos* à *Capite*, qui in illo Partes Principes, tranſit; ideſt a *Sapientia* generatim Chriſti ad *Prouidentiam*, quæ ſapientiæ illius eã partem continet, quæ agendorum leges tradit, & futurorum ſeriem diſponit, vt quæque ad ſuum finem dirigantur, quin impediri vllius arte, aut fraude poſſint. Ritè autem *Oculis Prouidentiam* ſignificatam arbitramur, qui a natura homini, velut duces dati, ad cæterarum partium obeundã munera, ne aberrent a ſcopo. Eſt autem Chriſtus ſicut Eccleſiæ Sponſus, dum Sponſæ ipſa partes agit: ita eiuſdem *Rex* quatenus eſt *Regnum*. *Regi* autem ad gubernandum Regnum nihil magis *Prouidentia* neceſſariũ. Ea qualis in Chriſto fuerit, & ordo Sacræ Reipub. & partium ſymmetria, & adminiſtrandi ratio: & traditæ leges, quibus non minus priuatim cuiq; quam communiter omnibus, præſcriptum ius, continetur, ſatis cõfirmat.

Ea autem Chriſti in gubernatione Eccleſiæ *Prouidentia* eo humanam omnem ſuperat, quod, cum ad tam multa extendat ſe ſe, non trepida, non ſollicita, non meticuloſa eſt, ac multò minus præceps: non enim vnquam rerum ipſa obruitur mole, non ponderi cedit; mirabili potius pace compoſita, ſui ſemper ſimilis, ad facies rerum diuerſas faciem non mutat: vigil ſine anxietate, perſpicax ſine ſollicitudine; prouida ſine fatigatione; quam & *ſimplicitas* commendat, & *candor*: Quæ omnia vna *Columbarum* ſimilitudine innui putamus. Adde *Perſpicuitatem* nullo erroris limo turbatam, vt, cum in perpetuo ſit motu, nihil id chriſtallinæ *ſimplicitati* officiat. Sic aquarum limpidiſſimis *Riuis* nihil de perſpicuitate continuus motus demit, quia per ſubiectos, limpidoſq; calculos, & arenas fluens liquor, nihil inde trahere latentis limi poteſt, nec vlla infici labe puritas. *Fluenta* autem *Pleniſſima*, *profunda* interpretamur: in profunditate autem eiuſdem *Prouidentiæ* abſtruſas rationes, nec nobis mortalibus peruias, tantumque agnitas in effectibus, intelligimus. Nam & in fonte legimus *Super Plenitudinem*.

ENARRATIO.

Sapientiæ illius Primogenita proles Prouidentia eſt, qua meus Chriſtus, Regum Rex, Regnum ſuum, quod etiam Regnorum Regnum dici poteſt, imperio temperat, legibus moderatur. Eius autem præſtantiſſimas, ſed & ſingulares nec alibi viſas, aut videndas dotes, quis enumeret? Nam, cum infinita ſint ea, ad quæ iura illius pertingunt, & magnitudine, ac vaſtitate ſua admirationem pariant, facilitate ſumma regi ſe ſinunt. Vna enim Prouidentiæ comes ſimplicitas, & ſimplicitati candor admixtus, omnia ſuauiter temperat, componitque; vt quamuis rerum mutentur vices, ac frequenti varietate alternent, Prouidentiæ tamen facies vna ſit ſemper, nec anxietate ſollicita, nec ſollicitudine trepida. Sic ſæpè candidæ ſpectantur Columbæ, ſui ſemper ſimiles, atque innoxia ſimplicitate, & candore placentes. Nec otiosè tamen ea Spōſi mei Prouidentia torpet, aut vſu fatigata langueſcit. Perpetuo cietur motu, vigilque ſemper neſcit ſoporis incommoda. Sic Aquarum Riuuli ſuo chriſtallo nitentes per ſubiectas, ac limpidas arenas, ac calculos currunt, nullis ſordibus inquinati: Sed ridente ſemper ore, neque vnquam fatigati curſu languentes. Sed minus fortaſſe ea ſimilitudine dixi, quam volui. Vas cogitate nuperrimè ſuis de vberibus expreſſo Lacte plenum, cui in ſummo, illibatoque candore nitor gratiam addat, quo puræ aliàs Columbæ ſæpè ſe Abluant: vt e purò Lacte candorem vel rapiant, vel augeant ſuum; hiſce ego auibus candorem in Prouidentiæ rationibus Sponſi compararim; nemini noxias, nemini inimicas; ſed omnibus omninò propitios, fauenteſque; niſi ſi quis vltro ſuam amauerit eladem: perire enim volentem. quis prohibeat? Sunt verò eæ rationes tametſi in ſuis operibus claræ, ita abſtruſæ in ſe, vt nemini præterquam Sponſo ſint perſpicuæ. Sic in alto gurgite profunditas aquarum ipſa, in ſumma perſpicuitate parit oculis obſcuritatem, vt perſpicere in ima non poſſint, plenitudine aquarum ipſa prohibente, viamque negante proſpectui.

NOTA.

NOTATIO XXXVII.

OCVLI EIVS SICVT COLVMBÆ.

PErgunt hic quidam hæc de Eccleſiæ membris interpretari, atque loco hoc *Doctores* agnoſcunt, qui myſtici Chriſti corporis, quod Eccleſia vt, dicantur *Oculi*; cæteris Fidelium membris facem in tenebris præferentes, & commonſtrantes viam, qua eundum ad vitam ſit. Habet hic ſenſus graues omninò Anthores. Nyſſenum, Gregor. PP. Caſſiodorum, Philonem, Iuſtum, Aponium, Bedam: nec vnum de Recentioribus; tametſi non omnes eandem viam preſſere. Nam quod additur: *Sicut Columbæ*, quidam ad *ſimplicitatem* referunt, alij ad *Spiritum ſanctum*, qui ſuis in eos infuſis donis, ſimilitudinem ſuam transfuderit. Id, quantum ad ſententiam, & analogiæ rationem aliam, verum eſt; qua fortaſſe inferius cauſa cap. 7. 4. *Oculi* dicuntur Eccleſiæ *Sicut Piſcina in Heſebon*. Hic alia analogiæ ratio inducta eſt; nec de corpore Chriſti Sermo eſt, vt illius ille tantum eſt caput, vna ſcilicèt totius pars, ſed vt totum quoddam eſt, diſtinctis ab Eccleſia conſtans membris. Quidquid ergo huic moli ſuperſtruere placuit, veram quidem doctrinam continet; ſed alijs, quam huic aptiorem locis. Cui id probabile videatur, illos habet, nec malos duces. Nec alio cenſu numerandus aliorum ſenſus eſt, qui *Contemplatiuos Oculos* eſſe voluere: nàm tametſi hi, propter rerum diuinarum inſpectum *Oculi* quodammodo dici poſſunt, hic certè non poſſunt; vbi aliud ſcilicèt agitur. Nos in Chriſti *Oculis Prouidentiam* agnoſcimus, & quidquid ſcientiæ inditum Chriſto eſt, ad gubernandam Eccleſiam, quam prudentiſſima arte conſtituit. Compræhendit autem illa, quæ ad conſtituendum tam grande, ac nouum opus, fuere neceſſaria; quæque ad eam legibus moderandam ad finem vſque mundi ſunt. Id autem facilè Lectori noſtro nos probaturos ſperamus, ſi duo effecerimus, & *Oculis* aptè *Prouidentiam* deſignari; &, quidquid hic de *Oculis* dicitur, optimè in eam quadrare: Vtrumque autem haud difficile erit. Nam & apud Profanos *Oculus* translatè pro ea *Prudentiæ* parte, quæ neceſſaria ijs eſt, qui Rempub. adminiſtrant, poſitus haud ſemel eſt; nec infrequenter apud Sacros. Ea autem *Prouidentia* eſt. Nàm in Vrbe Troia in ſubdiali ara Iouis fuiſſe ſtatuam, Pauſanias author eſt, ad quam Priamum, vrbe capta, atque incenſa, confugiſſe fama eſt, *tribus Oculis* notabilem. Quod Simulacrum Argos tranſtuliſſe Sthenelus Capanæi filius dicitur. *Tribus Oculis* vt indicaretur, triplicem illius *Prouidentiam* eſſe, aut eius tria munera, quibus cœleſtia, maritima, atque inferna moderaretur. Nam quia cœlum illi curæ *Ætherius* dictus eſt; & maris illi imperium traditum Aeſchylus Poeta, alijque Græcorum teſtantur; & quia nec infernus eius ſe imperio ſubtraxit, ille ab Homero dictus eſt, *καταχθόνιος*, & à Virgilio eius vxor *Iuno inferna*. Cirillus autem lib. 9. contra Iulian. ab Ægyptijs Deum ſub *ſcipionis, cui Oculus* adiectus eſſet, imagine depictum eſſe, teſtatur; vt in *Virga* Regia totius orbis poteſtas, in *Oculo Prouidentia*, qua rebus omnibus prouideret, indicaretur.

In ſacris autem eſt locus Iſaiæ inſignis cap. 29. 10. *Miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis, claudet Oculos veſtros, Prophetas, & Principes veſtros, qui vident viſiones operiet.* (In originibus: *Et Principes veſtros videntes operiet*) Quod ſi Principes *Videntes* ſunt, & *Oculi* etiam Populi erunt, propter proſpiciendi munus in publica adminiſtranda re. Ideo, quemadmodum *Oculi* in ſummo corpore locati ſunt, quantùm ſolers naturæ ſtudium eorum conſeruationi conuenire indicauit; ita & Principum, Regumque locus ſupremus eſt, ex quo, velut ex ſpecula, cæterorum commodis inuigilent: vt qui pro ſubditorum animabus Deo Regi Regum rationem ſint reddituri. Nec alio ſenſu dictum de Deo. *Non auferet à Iuſto Oculos ſuos, & Reges in ſolio locabit in perpetuum, & illi eriguntur.* Iob. 36. 7. Mira Prouidentiæ ſuæ vigilantia Iuſtis proſpiciet; nec patietur vt eis aliquid de neceſſarijs ſubtrahatur. Circumſpiciet omnia, nec contentus, eis in vitæ neceſſitatibus adfuiſſe; euehet illos meritis dignitatibus; & in faſtigio locabit. Illi autem ex ea tanta Dei cura id conſequentur, vt, qui paulò ante abiecti, impiorũ hominum pedibus protriti iacebant, ac precariam agebant vitam, mutata repente ſorte, abiectos eos ſuos ad pedes videant, illorum veſtigia lingentes. Sic Dei dicuntur *Oculi ſuper metuentes ſe*. Pſal. 32. 18. *Super Iuſtos*. Pſal. 33. 16. *Super Gentes*. Pſal. 65. 7. *In pauperem reſpicere*. Pſal. 10. 5. Sed & illa in eundem ſenſum: *Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram, & præbet fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.* 2. Par. 16. 9. Et Regum Miniſtri, per quos Regnum adminiſtrant, *Oculi Regum* dicti.

I.
Oculi Doctores c. 9. 1.
Qui cæteris facem præferunt.
Sic ſentiunt graues interpretes.
Quanquam diuerſis vijs.
Ad ſententiã verè, ad locum minus aptè.
Sed cui id placeat, ſequi poteſt.
Sed nec contemplatiuos hic agnoſcimus.
Sed Prouidentiam Chriſti.
Ad fundandam & gubernandam Eccleſiam.
Nam Oculi Symbolum prouidentiæ.
Quod à Profanis agnitum.
Ideo Iouem in oculum finxere.
Quod cœli, maris, & inferi curam haberet.
Vnde diuerſa ipſius cognomina.
Ab Ægyptijs autẽ Dei Prouidentia.
Virga ſuper poſito oculo ſignificata.

II.
Nec alienus vſus à Sacris.
In quibus Principes dicti oculi.
Locati in edito loco ſicut & illi.
Vt omnium vtilitati ſeruiant.
Sic Deus dicitur, non ablaturus oculos à iuſto.
Vnde lux verbis Iſaiæ.
Et habere illos ſuper metuentes ſe.
Et reſpicere in pauperem.
Et contemplari vniuerſam terram.

Doctores, & Prælati Oculi, quibuſdam.
Nyſſenus.
Greg. PP.
Caſſiodor.
Philo.
Iuſtus.
Aponius.
Beda.
Recentiores.
Cant. 7. 4.

Contemplatiui Oculi, c. 1. 9.
Oculi Chriſti Prouidentia ad gubernandam Eccleſiam.

Apud Profanos, oculus prouidẽtiæ Symbolum.
Pauſanias.
Pierius.

Iupiter trioculus propter triplicẽ prouidentiam.
Aeſchylus.

Iuno inferna cur dicta.
Sceptro oculus ſuperpoſitus Prouidentiæ, Regiæ ſymbolum.
Iſai. 29. 10.
Principes dicti Oculi, & Videntes.
Regibus in Regno ſummus locus, ſicuti oculis in corpore.
Iob. 36. 7.
Paraphraſis.

Pſal. 32. 18.
Et 33. 16.
Et 65. 7.
Et 10. 5.
2. *Par. 16. 9.*
Regum miniſtri dicti Oculi.

Immo, et miniſtri Regum dicti oculi.
Quod Regię Prouidentię inſtrumenta.
Quo referũt quidam ſeptem agni oculos.
Sed hoc loco ſit certum, de Prouidentia eſſe Sermonem.
Quę ſapiẽtię pars eſt.

dicti. De Cyro Xenophon. lib. 8. Pæd. *Dicimus prætereà Cyrum, & Regis Oculos qui vocantur, non aliter adeptum eſſe, quam munerando, & honorando.* Quæ omnia dubium nõ eſt, quin ad *Prouidentiam* gubernantes vniuerſum, humanum maximè genus, pertineant. Nec deeſt qui *ſeptem Agni Oculos*, Apoc. 5. 6. Diuinæ *Prouidentia* virtutes potiſſimas, quibus in adminiſtranda Eccleſia vtitur, accipiendos arbitretur. Aut certè quod alijs magis placet, *Angeli principes ſunt*, qui Deo adſtant, quibuſque miniſtris vtitur ad rerum gubernationem. De qua nunc re quæſtionem non moueo. Sed id tamen contendo, *Prouidentia gubernatricis lumen* aptè per *Oculos* ſignificari. Eſt verò magna cauſa, cur hoc Cantic. loco ità arbitremur. Nam cum proximè ſub *Capitis* ſchemate *Sapientiam* in communi Chriſti laudaret Eccleſia, ſuiſque notis diſtinxerit, aptè ad eam *Sapientia* partem tranſijt, quam *Prouidentiam* dicimus, cum vna illius ſit cura, eas Chriſti dotes recenſere præcipuè, quæ illius ſunt, quatenus eius authoritate ſpiritale Regnum conſtitutum, etiam temperatur.

Xenophon.
Apoc. 5. 6.
Agni ſæpẽ oculi diuinæ prouidentiæ virtutis potiſſimæ.

III.
Sed cur ea columbis ſimilis.
Quidam, quid deceat Prælatos ſimplicitas.
Iuncta prudentia.

Eam autem *Prouidentiam Columbis*, non illarum oculis ſimiles dicit. (Id conſtat, vt alibi notatum eſt ex fonte Hebræo,) cui ſimilitudini, quæ, qualiſque vis inſit, videndum nunc eſt. Et quidem in ea aut plerique *ſimplicitatem* conſiderauêre, tametſi ad Apoſtolos, vel Prælatos retulêre: quibus cum Prudentia neceſſaria ſimplicitas eſt. D. E. E. *Eſtote Prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Matth. 10. 16. Addũt alij velle, vt acutum cernant; recto, ac ſimplice oculo vt ſint; corde fido, manſueto, & patiente. Sed dixi, hic aliud agi; nec de Prælatis, aut Doctoribus eſſe Sermonẽ. Quod de *Simplicitate* dicitur, aptiſſimum eſt. Nam cum de Chriſti in Regnum ſuum *Prouidentia* dixiſſet, conſequens erat, vt de candore, ac *Simplicitate* diceret; ne quis exiſtimaret, eodem laborare morbo, quo humana omnis Prouidentia pulſatur. calliditate, vafricia, duplicitate, & fraude; eaque incertitudine conſiliorum, qua ad quamcumque rerum mutationem colores mutat, de proximitate variantium ſubfuſa. Id enim proprium *Columbarum* eſt, nullius affectus varietate faciem mutare; vt, ſi ex aſpectu iudices ſolo, immutabiles putes. Eam ergò Chriſti *Prouidentiam*, quamquam ad tam multa, tamque diuerſa diſtentam, in tanta varietate rerum, quanta ea eſt, quã in Eccleſia videmus, ſæpè & gemimus, cum improbitate hominum haud raro Chriſti conſilijs multa ſe opponant, ac legum Sanctiſſimarum obtundatur vijs; nunquam tamen euariantem, non anxiam, non ſollicitam, non trepidam, ſed eodem *Oculo* omnibus proſpicientem: vt indicaret, eam candidis *Columbis* ſimilem eſſe dicit.

Prælatis cum prudentia iungenda ſimplicitas.
Matth. 10. 16.

Id noſtro ſenſu nõ ineptum.
Quod de ſimplicitate dicitur.
Non enim diuina Prouidentia callida eſt.
Quod columbarũ proprium.
Nulla varietate faciem mutari.
Nec ad varietatem euentuum variari.

Diuinæ Prouidẽtiæ ſocia ſimplicitas.
Prouidentia diuina ad facies rerum varias ſẽper eadem.

NOTATIO XXXVIII.

SVPER RIVVLOS AQVARVM.

I.
In aquarum riuulis baptiſmum quidã agnouere.
In quo datur Spiritus columba ſignificatus.

QVO ſenſu *Riuulorum* ſit facta mentio, haud facilè definire eſt. Quidam vt *Columbarum* audiêre, & *Aquarum* nomen, ſtatim *Spiritumſanctum*, & *Baptiſmatis fontis latices* cogitauêre, cuius in figura myſterij Sanctus Spiritus quo tempore aquis intinctus eſt à Ioanne Chriſtus, ſuper illum deuolaſſe dicitur ſub *Columbæ* ſpecie. Sic fermè Philo; Sed difficilè id aptatur ad reliqua, tametſi in *Oculis* Doctores, aut Prælatos conſideres: niſi id velis, quod forſitan contemnendum non ſit, ſemper verſari debere, *Super Riuulos Aquarum*; quia Baptiſmalem innocentiam, quãtum fieri poſſit, conſeruare ipſe debent ij, qui alijs doctrinæ puras aquas inſtillare debent ex munere; ac per Baptiſmi lauacrum à priſtinis ſordibus mundare; quod Ambroſius inſinuat. Serm. 16. in Pſalm. 118. Alij in *Aquarum Riuulis* lachrymas agnouere, quæ familiares etiam illis eſſe debent, qui aliorum ſunt Doctores: cùm nemò tam felici ſanctitate ſplendeat, qui non frequenter nubilo vel leuium peccatorum maculetur, quod ſalutari fletu detergatur, diſſipeturque. Sic Guilhelmus. Sed id longius videtur petitum: & alioqui non *Aquis*, ſed *Lacte* dicuntur *abluti*: *Reſidere* autem, aut verſari, iuxta *Fluenta*, quod aliud quiddam eſt. Plerique tamen *Aquarum Riuulos* Diuinas intelligunt ſcripturas, quibus frequenter lectitandis vacare tales debent, vndè ſcilicet ſolidam doctrinam hauriant, quam cæteris inſtillent. Hic ſenſus bonorum Authorum eſt. Gregorij PP. Caſſiodori, Philonis, Angelomi, aliorum. Aptè omninò, ſi primum illud ſequare, & de Doctoribus, Prælatiſque interpretère.

Matth. 3.

Quod debeant Prælati Innocentiam baptiſmalem colere.
Alij lachrymas, quę eiſdem ſint familiares.

Prælati atq; Doctores innocentiam baptiſmalem colant.
Ambroſius.
Et lachrymas Pœnitentiæ.
Guilhelmus.

Quod tamen minus aptum videtur.
Alij diuinas ſcripturas.
Quas ſemper verſare debent.

Prælati, & DD. aſſidui in diuinis ſcripturis.
Gregor. PP.
Caſſiodor.
Philo.
Angelomus.

II.
Nobis aliud dicendum.

Nos, qui aliam imus viam, ea tenenda eſt, ne ſi ſemel aberremus in auia rapiamur. Ergo aliud quidpiam dicendum eſt, quod Chriſto conueniat, ſecundum eam *Prouidentiam*,

Digitized by Google

Quod Prouidentiæ quadret. *Ea autem otioſa nunquam eſt, nunquam dormit.* *Qui error imperfectorum.* *Immò cum maximè ſomno videtur preſſa.* *Tunc magis vigilantis.* *Eſt enim infatigabilis.*

dentiam, quam gubernationi Eccleſiæ impendit. Et quidem id proprium *Prouidentiæ Dei* eſt, vt nunquam otietur, nunquam ſomno indulgeat, nec vſu ipſo fatigata, neque ipſa agendi contentione obruta. Videtur quidem haud raro vel ſomno preſſa, vel otio marcens, vel feſſa labore ſibi vacans, vt vires reſumat. Id ille fortaſſe exiſtimabat, qui dicebat; *Exſurge, quare obdormis, Domine? Exſurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis? Obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ. Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter. Exſurge Domine, adiuua nos.* Pſal. 43. 23. 24. 25. 26. Sed verò cum maximè videtur ſomno, atque otio indulgere, tunc magis ſeriò ſuas curas coquit, & vigili ſtudio mortalium rebus proſpicit. Non enim illi varietas vlla temporum eſt; dierum, ac noctium viciſſitudo nulla; vt partem labori, partem impendat quieti; & quidquid agendo fatigationis contractum eſt, quod hominibus ſæpè contingit, otio reparet: cum infatigabilis illa Prouidendi vis ſit, quæ nec ætatis incommoda, nec ſenij mala nouit. Ea autem agendi continuatio nunquam interrupta, nunquam marceſcens, propria etiam Chriſto eſt, non *qua Deus* ſolum eſt, ſed *qua homo*; vt ne dormiens quidem corpore à ſuis abſtineret rationibus prouidendi. Id ignorabant illi, qui mari turbato nauigantes, ac de proximo mortem ſpectantes, fluctibus minacibus hauriendi, *clamauerunt ad Dominum* dormientem, vel ſe dormire ſimulantem, vt fidem eorum, ſpemque probaret; *Domine, ſalua nos, perimus.* Matth. 8. 25. Exiſtimabant illum ſcilicet, aut ipſorum abieciſſe curam; aut, dormiente corpore, illius etiam animum torpore preſſum; aut certè minus dormientem poſſe, quam vigilem. Sed multiplicem hunc errorem paucis verbis Chriſtus confutauit: *Quid timidi eſtis, modicæ fidei?* Mirum eſt, non alias, quod recordor, legi Chriſtum ſomno aliquid indulſiſſe; vt, cum ſæpè vigilias agens legatur, hic ſolùm dormiens inducatur. Quod certè myſterio datum eſt: vt nunquam videatur ſomno ſe permiſiſſe, niſi cum quietis illa imagine, fidem, ac ſpem Diſcipulorum probare voluit. Nunquam ergò dormit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ, alta ſemper conſilia verſat in bonum illius; nec patitur ſolertem illam, ac vigilem gubernandi curam, aut leneſcere, aut intermitti.

Id verò proprium etiam Chriſto. *Quod ignorare viſi diſcipuli.* *Ideo à Chriſto admoniti.* *Et reprehenſi paucis verbis.* *Nec alias dormiuiſſe legitur.* *Niſi cum fidem illorũ vellet probare.*

Prouidentia Dei actuoſa, & nunquam otioſa. *Pſal. 43. 23.* Prouidentia Dei infatigabilis. Prouidentia Chriſti ſimilis in eo diuinæ. *Matth. 8. 25.* Chriſtus etiam dormiens ſuis præſto eſt. Chriſtus dormit vt fidem ſuorũ probet.

III.

Ea verò actuoſitas Prouidentiæ. *Optimè ſignificata in riuulis.* *Ne quis putaret, æquabilitatem Prouidentiæ deſidem eſſe.* *Et feſſa operandi contentione.* *Otio aliquando vacantẽ, & ſomno.*

Is perpetuus *Prouidentiæ* curſus, atque actuoſiſſima vis, ſibi ſemper ſimilis, haud alia ſimilitudine melius poterat indicari, quam *Riuulorum* imagine, qui limpidis aquis diuites, velut mutuo trudant ſeſe, atque impellant, præcipites, nec die quieti, nec noctu; ſed eodem ſemper motus tenore properantes. Additum id autem magna cũ ratione; ne, cum *Prouidentiæ ſimplicitatem*, candoremque, atque æquabilitatem nullis mutabilem caſibus, aut rerum ſucceſſibus variabilem commendaſſet; Otioſam quis, deſidemque arbitraretur; qui quies illa, & otium neceſſarium ad reſumendas vires eſſet, quod hominibus ſæpe neceſſarium eſt, quorum ſemper vires ipſo operandi vſu hebeſcunt, & fatigatione concidunt. Eius ergo *Prouidentiæ* duabus his virtutibus *ſimplicitate* immutabili, atque actuoſiſſima *operandi vi*, tanquam duobus ſtipatæ ſatellitibus, aut potius adminiſtris, aptiſſimum ſymbolum ſunt *Columbæ ſuper Riuulos Aquarum* conſtitutæ, ſeque in illis velut in ſpeculo ſpectantes. Si qui ſunt, quos multos futuros puto, quibus hæc noſtra minus probanda videantur; habent alios, quos ſequantur.

Prouidentiæ vis actuoſiſſima riuulis aptè ſignificata.

NOTATIO XXXIX.

QVÆ LACTÆ SVNT LOTÆ.

I.

In minutiſſimis conſectandis. *Exemplo veterũ prouocamur.* *Quorum plerique in lacte.* *Baptiſmalem innocentiam agnouere.* *Tametſi non eodem modo omnes.* *Sed alij aliter, applicantes.*

POterant hæc intelligi dicta tantum, vt intelligeremus, non quibuſuis *Columbis Oculos*, ſed *candidis*, quaſi *Lacte ſe abluiſſent*, comparari. Et quidem ſi corticis ſolum ſenſum exquireremus, id eſſe ſatis fortaſſe poterat; quanquam nos ſuo loco aliud quiddam addidimus, quo ex comparatione cum *Lacte Oculi* commendarentur Sponſi. Hic cum ſenſum arcanum rimemur, aliud quærendum eſt, quod ſimilitudinem expleat, & ad latentem ſententiam aliquid conferat: quo nos compellunt veterum exempla in hoc loco interpretando: quorum ſi imitemur in exponendo ſolertiam, nemò nos meritò accuſabit, nec accuſatos damnabit. Plerique interpretum ad *innocentiam*, ac *candorem baptiſmalem* hæc referunt: & quanquam non omnes eodem modo interpretantur, interpretantur tamen eadem ferme ſententia. Gregorius M. paucis verbis rem expedijt. *Lacte verò ſunt Lota, quia gratia creatricis ſapientiæ tanquam Lacte Matris à peccatis per Baptiſmum ſunt mundata.* Luculentius Ambroſius: *Baptizat in Lacte Dominus, ideſt, in ſynceritate. Et iſti ſunt, qui verè baptizantur in Lacte, qui ſine* dolo

Veteres in exponẽdo hoc libro minuta cũ laude conſectati. *Gregorius M.* *Ambroſius.* Baptizantur in lacte, qui ſine dolo credunt.

Id commune Fidelibus.

dolo credunt, & puram deſeruntfidem. Vt immaculatam induant gratiam. Serm. 16. in Pſ. 118. Sed cum hæc baptiſmalis mundicies omnibus Fidelibus communis ſit, cur hoc loco potiùs Apoſtolis, aut Prælatis, aut Doctoribus tribuatur, hi Interpretes non dicunt; cum hoc tamen loco ſingulare aliquid dici de Chriſto, illiuſque myſticis *Oculis*, videatur, quod membris alijs non conueniat. Quod ſi hæc ipſe pergerē de Apoſtolis, aut Doctoribus interpretari, mallem dicere, *Lacte* illos dici *Lautos*, quòd eadem doctrina, qua imbuant cæteros, deceat eos prius fuiſſe imbutos. Vt eodem nutriti, & quaſi turgentes *Lacte* alios nutriant: ac plenè ipſi cæteros impleant. Sed aliam ingreſſis viam, qua ductus ipſe interpretationis, & analogiæ ratio ducit, pergendum eſt.

Sed et poteſt Doctoribus aptari. Qui quam Doctrinam alijs tradunt. Ea ducat eos prius imbui. — *Doctores qui alios imbuunt doctrina, priùs ipſi imbuantur.*

II.

Nyſſenus ad puritatem doctrinæ retulit. Et ſynceritatem Prophetarum. Quæ nullam aliā imaginē reddat. Niſi quam à Deo acceperit. Quod de ſe faſſus Balaam. Alias nequam homo. Sed fidelis in munere. — *Lac nulla imaginem reddit. Fidelitas Prophetarum in enunciandis Dei Verbis. Num. 24. 13.*

Alio Nyſſenus hanc *Lactis* mentionem refert. *Si autem,* inquit *Oculi ad Aquarum copias ſunt Loti; qui ob ſimplicitatem, ac puritatem Columbis comparantur. Lacte Loti dicentur, quia in Lacte nulla videtur imago, nulla apparet vmbra; & in hiſce Oculis nihil erroneum, ſed ipſa rei veritas; abſque vmbratili aliquo ſimulacro, repræſentatur.* Itaque cum *Oculos Prophetas* intelligat, quod de *Lacte* dicitur, ad doctrinæ veritatem, nulla erroris vmbra confuſam, referre videtur. Id enim Dei doctrinæ, per propheticum lumen Prophetis communicatæ, proprium eſt, vt nullam doctrinæ alterius imaginem reddat; nullius commiſtione interpoletur, ſi etiam is, cui indita à Deo eſt, velit. Idem enim, qui docuit, mentem & verba diſcipuli dirigit, ne aliud, cum loquendum eſt ex Dei imperio, quam quod ille idem inſpirat, eloquatur. Quo ſenſu ille tametſi nequam, ſed Propheta tamen Dei, dicebat; *Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero præterire Sermonem Domini Dei mei; Vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo. Sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar:* Num. 24. 13. ſed monui loco hoc *Oculorum* appellatione non intelligi Prophetas.

III.

Ambroſius manu ducit ad verum ſenſum. Qui ad doctrinā dolo neſciam hanc retulit. Quam tuto audiant Fideles. Infantibus in eo ſimiles. Qui ſine vllo examine vbera ſugunt. Tales eos optat Petrus. Ideo lac ſine dolo vocat. — *Ambroſius. Doctrina doli neſcia, lacte ſignificata. 1. Pet. 2. 2. Lac ſine dolo.*

Ad veram intelligentiam velut manu ducit Ambroſius, tametſi ille alio refert. Nam cum dixiſſet; *hos Chriſti Oculos eſſe Viros, ſpiritualibus præditos ſenſibus, qui ad videnda myſteria ſunt acuti, & parati ad penetranda ſcripturæ ſecreta Diuinæ;* addit: *Eſſe eos Rationabili Lacte fulgentes, in quibus non ſit aliqua doli maculoſa confuſio, ſed ſimplicior affectus pura, atque immaculata ſynceritas.* Quæ tametſi Ambroſij ſunt ab ingenio, genioque, ideſt, paulò obſcurius dicta, eo tamen eunt, vt *Oculorum* cum *Lacte* ſimilitudine indicetur *doctrina doli neſcia, innoxia audienti*, cui ſcilicèt poſſit diſcipulus, haud præuia probatione, paſci, ac ſecurè nutriri: Nàm & Infantes, quod alio loco notatum eſt, cum Vbera petunt, haud ſolent examinare, quis, qualiſque liquor ſit ille: ſatis eſt, ſi diſtenta videant vbera, & nutricum nuda pectora inuitantia auiditatem. Nulla inſalubritatis ſuſpicio, nullus metus, ne pro nectare aconyta porrigant, aut pro lacte ſalubri ſuccos lethales. Tali animatos mente accedere Petrus Fideles iubet, ad Eccleſiæ Matris vbera. *Sicut modo geniti infantes rationabile ſine dolo Lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem:* 1. Petr. 2. 2. *Rationabile Lac* appellat, vt à communi diſtinguat. Vocat autem *Sine dolo Lac*, ἄδολον γάλα, quod nihil ab eo timendum ſit mali, nihil fraudis, nihil veneni.

IV.

Is character doctrinæ Chriſti. Et Prouidentiæ rationum. In quibus nihil cui quam noxiū. Omnia omnibus ſalubria. Et vitam ſecum afferentia. Etiam cum aduerſis ſuos exercet. Et perſecutionibus vexari permittit. Sunt enim hæ Prouidentiæ rationes. Cogitationes pacis. & non afflictionis. — *Prouidentiæ Chriſti rationū character, innoxia ſimplicitas. Ioan. 6. 67. Chriſtus vexari ſuos aduerſis dū permittit, eorū bono facit. Ier. 29. 11. 12.*

Is autem character eſt Chriſti Doctrinæ, eiuſque *Prouidentiæ* rationum, legumque, quibus ſuam gubernat Eccleſiam, vt vitam ſalutemque contineant; omniaque in bonum mortalium ordinata ſint. Nihil in illis noxium, nihil inſalubre, nihil, quod caput eſt, inutile: adeoque poſſunt Homines, velut teneri adhuc infantes, ac fraudis neſcij, tuto ſe huic Nutrici committere; ac de diſtentis multo, ac pingui lacte vberibus *Lac* exſuggere: neque enim vlla timendi cauſa eſt, ne, dum *Lacte* ſe paſci arbitrantur, ſuccis noxijs impleantur: *Quo ibimus?* inquiebant illi, *verba vitæ æternæ habes.* Ioan. 6. 67. Et de ſe ipſo ille: *Verba, quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Ioan. 6. 64. Nec minùs, quæ apud ſe agitabat conſilia. Hic Incarnationis fuit finis, ſalus, & vita mortalium, non corporis, quæ tandem finem habitura erat, ſed animi, cuius finis nullus futurus. Quidquid verò id erat, quod promouere hunc finem poterat, & vitam, & ſanitatem vt cauſa continebat: vt etiam cum ſuum ipſius Regnum & vexari aduerſis, & exerceri duris, & turbulentis rerum euentibus iactari permitteret, omnia ab ea eſſent *Prouidentia*, quæ vigili ſollicitudine ſpiritalia Eccleſiæ ſuæ bona præparat. Sic dictum in typo. *Ego ſcio Cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus. Cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem, & patientiam. Et inuocabitis me, & ibitis: Et orabitis me, & ego exaudiam vos. Et reducam captiuitatem veſtram, & congregabo vos ab vniuerſis Gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos.* Ier. 29. 11. 12. 14. Atque id eſſe exiſtimamus. *Oculos Columbis ſimiles Quæ Lacte Sint Lota.*

NOTA.

NOTATIO XL.

ET RESIDENT IVXTA FLVENTA PLENISSIMA.

I.

Fluenta plena, Doctrinam Euãgelicam quidam. Alij Sacrã ſcript. interpretantur.

In quibus per otiũ verſari DD. debent.

Id aptè dictum ſi de illis hæc accipias.

Nos alio ducimur.

Sacra ſcriptura influentis pleni deſignata. Pſal. 1. 2.

Doctores aſſidui in voluẽdis ſacris libris. Caſſiodor. Philo. Gregorius M.

AQuarum, ſeu *Fluentorum Plenitudinem* quidam interpretantur *Euangelij doctrinam*: Alij generatim *Sacram ſcripturam*; quod tantundem eſt. Qua ratione de viro iuſto dictum: *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte*. Pſalm. 1. 2. Id autem eſſe *Sedere*, ſeu *Reſidere Iuxta Fluenta Pleniſſima*. Nam *Sedendi* vocabulum ad quietem, otiumque referendum eſt; vt locis alijs monitum à nobis eſt. Debent enim Viri in Eccleſia aliorum ſuſtinentes curam ſalutis, frequentes non modo eſſe in volutandis ſacris libris, ſed continui: vt hic verſari per otium, & quaſi habitare videantur: vt nec diebus abſint, nec noctibus; nec ceſſare ab eo munere velle vnquam videantur. Aptè id dictum, ſi pergas hæc de Doctoribus interpretari, & de Prælatis; qui non ſibi modo ex ſcripturis, velut ex abundantiſſimis promptuarijs; victum, ſed multitudini Fidelium etiam quærant. Sic fermæ Caſſiodor. Philo. Gregor. Alij.

II.

Aptius ergo ad ductum noſtrum. Plenitudinem ad affluentiam Sapientiæ.

Et profunditatẽ referimus.

Quibus Prouidẽtia Chriſti commendatur.

Nam humana fallitur ſæpè & fallit.

Et qualis ſit ſæpè.

Succeſſuum infelicitate monetur.

Trepida ergo ſit, ſuique parum ſecura.

Tunc digna cuius errata Deus corrigat.

Et vanitatem ſuperborũ irrideat.

Fluenta plena affluẽtia, & profunditas conſiliorum Chriſti.

Humana prouidentia vana, imbecillitatis ſucceſſuum infelicitate admonetur.

Pſal. 93. 11. Modeſtia prouidentię humanæ digna cui adſtet Deus.

Sed ſi hæc, quod magis probatum nobis, ad Chriſti Domini *Prouidentiæ rationes* referamus, *Fluentorum Plenitudinem* interpretari poſſumus accommodatius ad interpretationis noſtræ ductum. Et verò duplex hic moueri quæſtio poteſt, & quid *Fluenta Pleniſſima* ſint; & quid *Reſidere* ſit. In *Plenitudine* duo indicata exiſtimamus, & *copiam* ipſam, & *affluentiam* eius in Chriſto *ſapientiæ*, quæ in Eccleſiæ adminiſtrationem, bonumque contradita illi eſt, & *conſiliorum profunditatem*, quæ imperuia menti humanæ ſint, & omninò Angelicæ. Vtroque autem mirificè ea Chriſti *Prouidentia* commendatur, & ab omni alia creata probatur eſſe diuerſa, ac longiſſimis interuallis excelſior. Nam humanæ prudentiæ, quantumuis magnæ, ea communis labes eſt, vt nec omnia peruideat, & ſi & iam peruideat, prouidere omnibus minimè poſſit. Fallitur ipſa ſæpè, ſæpè & fallit ſe ipſam: &, cum omnia tuta arbitratur ſibi, quam oberrauerit à vera ſemita, ſucceſſuum infelicitate docetur: qui ſæpè contrarij ſunt, imbecillitas ea mortalitatis eſt, qua Deus ſæpè mortalium faſtum, vanitatemque caſtigat; qui, cum ſibi ſapere videantur, ſæpè deſipiunt. Vanà ergò, atque incerta hominum conſilia ſunt, neque vlla prudentia eo nomine digna eſt, niſi quæ etiam timida eſt; ſuique parum ſecura, quidquid in rebus ſperat, non à ſe ſed à Deo ſperat: vt cum omnia prouiderit, trepida adhuc, & dubia, quidquid futurum ſibi eſt, incerta ſpe complectatur. S. D. E. *Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt. Beatus homo, quem tu erudieris, Domine; & de lege tua docueris eum. Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea*. Pſal. 93. 11. Digna ſcilicet eſt hæc humanæ prudentiæ, ſuæ ſibi conſciæ imbecillitatis, trepidatio, cuius errata Deus emendet, ſubmiſſiſque conſilijs ſuſtentet: dum ſuperborum, ſuæque nimium prudentiæ fidentium, vanitatẽ conſiliorum Deus idem vltor, non irridet modo, ſed peruertit; donec cæci in eaſdẽ ipſi foueas decidant, quas alijs parauere.

III.

Hoc malo caruit Prouidẽtia Chriſti.

Cui omnia cognita.

Ideò plenis fluentis comparata.

Huc Iſaias reſpexit.

Cum Admirabilem Conſiliarium dixit.

Cũ prius de Principatu dixiſſet.

Et quidem illius qui adhuc infans.

Iſa. 9. Chriſtus admirabilis conſiliarius cur dictus.

Chriſtus etiam puer, rex, conſilijs affluens ad ordinandam Eccleſiam.

Hoc modo Chriſti, tametſi Hominis, quia ſimul & Deus erat, caruit *Prouidentia*. Illi enim nihil non cognitum eorum, quæ ad Eccleſiæ gubernationem neceſſaria: nihil non prouiſum, præuiſumque, ſiuè de inſtituenda ageret Sacra Repub. atque Oeconomia ſiuè inſtruenda, ſiuè adminiſtranda. Rite autem ea *Sapientiæ plenitudo*, & vaſtitas perſpicuis, eiſdemque *Pleniſſimis aquarum Fluentis* ſignificata eſt: Vndè, quantumuis haurias, exhaurias nunquam: cum ſemper indigenti parata ſubſidia ſint. Hinc intelliges, cur, cum de illo dixiſſet Iſaias: *Factus eſt Principatus ſuper humerum eius*. (Quibus verbis Regia illius in Eccleſiam ſuam poteſtas, atque authoritas ſignificata eſt) ſtatim addiderit: *Vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius*. Siuè .n. vtramque coniungas vocem, & *Conſiliarium Admirabilem* dictum arbitreris: ſiuè ſeorſim legas, vt eundem & *Admirabilem*, & *Conſiliarium* affirmes, tantumdem erit. Intelliges autem vim *Prouidentiæ* illius, ad adminiſtrandum ſuum Regnum. in qua quidem omninò *Admirandus* ſit: propter ſapientiæ affluentiam, ac conſiliorum nõ modo altitudinem, ſed multitudinem, & magnitudinem; &, quod multò eſt magis, certitudinem, & vim ad rerum euentus omnes, & euentuum cauſas moderandas, diſponendas, & applicandas: nullus vt error committi ex ignorantia; aut impotentia poſſit. Ea ſcilicèt Prophetæ magna fuit admirationis cauſa, cum maximè etiam in Puero, ac vix dum Matris edito viſceribus eam *ſapientiæ* vim, ac *Prouidentiæ* excelli-

Nec alio reſpexere 72.
Cum magni conſilij angelum appellauere.
Quod in eum ſolum cadit.
Qui homo ſimul, & Deus ſit.
Potens ad prouidendum exequendumque. Vnde fœcunditas, & pax.

LXXII. Interpr. Magni conſilij Angelum cur Chriſtum appellauere.

tatem, ſupra & ætatem, & ætatis captum, animaduerteret. Quæ fortaſſis cauſa fuerit, cur 72. quidquid per nomina ſingula hoc loco ab Iſaia Chriſto tributum eſt, tribus verbis expreſſere: μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. *Vocabitur nomen eius Magni Conſilij Angelus.* Quia in eo cætera omnia quodammodo contineri arbitrati ſunt. Tanta enim, ac tam admirabilis *Prudentiæ* vis, ac conſiliorum vbertas, in alium verè quadrare minimè poterat, præterquam in illum, qui ſimul & *Deus* eſſet, ad prouidendum, & *fortis* ad exequendum: vndè fieret, vt & *Pater* eſſet *futuri ſæculi*; & *Princeps pacis*: quorum altero infinita proles ex Eccleſiæ complexu futura ſignificatur; altero eius *Prouidentiæ*, ac conſiliorum fructus, qui non alius eſt, quam pacifica poſſeſſio, atque adminiſtratio ſalere Regni.

IV.
Inde etiam profunditas.
Qualis in aquis pleniſſimis.

Chriſti Prouidentiæ rationes profundæ.

Indè autem & alia eius *Prouidentiæ*, ac conſiliorum dos exſiſtit, *Profunditas* ſcilicèt, quàm inſcrutabilem poſſumus dicere, imperuiam humanæ omni, atque Angelicæ menti. Id autem aptè ſignificatum per *Fluenta Pleniſſima*; immenſo ſcilicèt gurgite demitentibus ſe ſe aquis, negantia tranſitum. Sed de hoc paulò ſuperius dictum eſt, cum verba illa expenderemus, *Nigra Sicut Coruus*.

V.
Reſidet autem iuxta illa.
Quod quietè, & per otium.
Eccleſiæ ſuæ proſpiciat.
Non properatis conſilijs, ſed maturis.
Quaſi vnum id negotium curet.
Quo perfecto, & ſic clarificato Patre.
Præmium petijt clarificationem ſuam.

Chriſtus Eccleſiæ bono incũbit, quaſi vnum id negotiũ curę ſibi ſit.

Perfecto opere fundationis Eccleſiæ, præmiũ ſibi depoſcit Chriſtus. *Ioan.* 17. 4.

Quo autem ſenſu ædem illæ *Columbæ Reſidere* dicantur iuxtà *Fluenta*, quæ alia quæſtio eſt, facilè intelligemus, ſi meminerimus, quod & à Richardo Victorino monitum eſt, & à nobis alias obſeruatum: *Sedendi*, aut *Reſidendi* vocabulum *requiem*, & *otium* ſignificare, & moram quandam agendi, non properatis, ſed maturis conſilijs, adhibitis ad opus. Ergo in eo Chriſti eiuſdem intelligere poſſumus, in ea ipſa Eccleſiam gubernandi cura & ſtudio, *pacem*, *quietem*, & *otium*; qui maturitate potius, quàm ſubtilitate conſiliorum, ac quadam veluti præcipitantia, Eccleſiæ ſuæ commodis proſpiciat, & vtilitati inuigilet: quaſi nihil ſit aliud, quod illius curam, ſtudiumque ſollicitet: ſed in ea vna re ſe ſe oblectet. Quod quam verè dicatur ſatis intelliges, ſi animaduerteris omnes ſuas ſiuè curas, ſiuè ſtudia in eo collocaſſe, vt delatũ ſibi à Patre miniſterium impleret, & fundandi, & inſtruendi, & gubernandi Eccleſiã ſuam, quoad dicere poſſet: *Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam*. Et quaſi functus ſuo munere, officij præmium expoſceret, ſubdidit. *Et nunc clarifica me tu, Pater, claritate, quam habui prius, quam mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuum Hominibus, quos dediſti mihi de mundo*. Ioan. 17. 7.

VERSVS XIII.

GENÆ ILLIVS SICVT AREOLÆ AROMATVM CONSITÆ A PIGMENTARIIS.

COMMENTARIVS.

INfra oculos *Malæ* ſunt, quæ ſedes habentur pudoris, & honeſtatis: in eis enim maximè rubor oſtenditur, quo ſuffuſa in ſubitis facies mirè oculos, animumq; delectat; quia & ingenuitatis eſt index. Infra *Malas* hilaritatem, & riſum buccæ oſtentant: Id omne etiam Profanis notum. Nos in *Genis*, non vno colore vernantibus, non vnam, ſimplicemque virtutem agnoſcimus, ſed multarum chorum: non omnium tamen, ſed earum, quibus Eccleſiæ in Chriſto adminiſtratio, velut lictoribus, atq; adminiſtris peracta eſt. *Iuſtitiam, Commiſerationem; ſecuritatem, Comitatem; Beneficentiã, largitatem*; & alias generis eiuſdem. Has autem ideo in *Genis* deſignatas arbitramur, quia earum indicia, tametſi tota viſantur facie, maximè in *Genis* appareant. Earum autem virtutum chorum aptè *Areolis Aromatum* comparari, nemo negauerit: nam earum diſtinctio, & odorararum in illis herbarum diuerſitas, non vno, quanquam laudabili, odore fragrantium, virtutũm earum nexus, ordinis, diuerſitatiſque naturæ ſimilitudinem habet. Indè ſuauiſſimus odor Deo, & Hominibus ſpargebatur, ſi omnibus *Modeſtiam* adſtare dicamus, velut decoris magiſtram. Barbitij autem, tunc primum pubeſcentis, honorem id omne interpretamur,

Digitized by Google

mur, quod exterius viſebatur in eo, quo chorus ille virtutum veſtiretur. *Conſitæ* autem *à Pigmentarijs* dicuntur, quia, quidquid id virtutum orat, a tota Trinitate mira arte inditum Chriſto orat, & in mortalium bonum ordinatum. Sed ſuis hæc verbis efferentem Eccleſiam præſtat audire.

ENARRATIO.

EA Chriſti mei Prouidentia tametſi ſola Gubernat magnum hoc Imperium, non ſine Adminiſtris eſt, qui in partem ſollicitudinis veniant. Nam illius quidem eſt leges præſcribere. media diſponere, atque in ſuos fines ſine errore dirigere: ne, quod ſemel decretum eſt, ſuo fine fruſtretur: omnia demum peruidere, ac prouidere, quæcumque Sacram Adminiſtrationem ſecundare poſſint. Sed hæc eadem in opus deducere, ac rebus applicare, aliarum Virtutum eſt munus. Iuſtitia enim æquum, iuſtumque diſtribuit ſingulis, atque ad ſtateræ fidem æquiſſimæ, exigit præmia meritorum, noxarumque ſupplicia: Miſericordia contrà, Viſcerum ſinu diducto, aliorum miſerijs vel compatitur, vel medetur, affectu materno. Seueritatem imperantis Comitas temperat, vt ex vtriuſque mixtura temperatum illud exſurgat, quod Subditorum amorem, ac reuerentiam inuitat, immò & nutrit. Quid de Beneficentia dicam, cui cum largitas Comes ſit, & opulentia, nec à donando contineri, nec exhauriri largiendo poteſt? Infinitum ſit per ſingula currere, & minimè neceſſarium. Eas ego virtutes in pulcherrimo hoc corpore Genarum dico vicem ſubire, in quibus etiam in Sponſo earum ſemper apparent vel veſtigia, vel indicia. Modeſtia in imperando, Hilaritas in largiendo, ſerenitas inferendis legibus, Riſus in oſtentandis donis. Rubor in ſupplicijs deſtinandis: vt quidquid animus interius vel patitur, vel molitur: Genarum non vna facies vel approbet, vel ſignificet. Sic ſcilicèt in Hortis Regijs Odoratarum plantarum, florumſe varietate, ac ſuauitate iactantium, non vno colore cultuque vernant Areolæ, magiſtra manu diſtinctæ, atque ordine pulchro, ſed non vnà tamen figura, diſpoſitæ. Quibus ego Areolis & Genas ipſas Sponſi, & earum virtutum chorum compararim, quas illi ſcilicèt totius Trinitatis ſtudium mira indidit arte; ne qua Diuinarum Perſonarum eſſet, quæ in eo ornando, ditando, colendo ſuas partes non expleret.

NOTATIO XLI.

SVM. COM.

GENÆ ILLIVS SICVT AREOLÆ AROMATVM.

I.
Oculis proximæ genæ ſunt.
In quibus quidā martyres conſiderant.
Sanguine ſuo rubentes.
Et coram Tyrannis Chriſtum cōfitentes.
Alij Doctores malunt.
Alij virgines: quos locis alijs inuenere.
Quaſi alia laudari digna non eſſent.

POſtquam de *Oculis* dixerat, addit de *Genis*, quod illæ ſcilicèt proximitate originis, & communicatione decoris mutui meritæ ſunt. De arcano ſignificatu apud diuerſos diuerſa legimus, nec omnia tamen referri, nec nulla decet: ne quis nos exiſtimet temerè à virorum grauium ſenſu recedere. Quidam in *Genis* Chriſti, *Martyres* agnoſcunt, vel quod ſanguine ſuo Eccleſiæ faciem pulchro rubore ſuffundêre, quo pacto Gregorius PP. interpretatur; *vel quia, tanquam firmiſſimæ maxillæ, quibus dentes affixi, Euangelica doctrinæ ſaluberrima pabula ſedulo mandentes, & aſſiduè ruminantes, tum ſibi ipſis, tùm alijs, cœleſtem vitam feliciſſimè coxerunt, dum coram immaniſſimis Tyrannis conſtituti, inuicto animo Chriſtum confeſſi ſunt.* Hæc Philonis Carphatij ſunt, & quidem ſatis obſcura. Contrà Nyſſenus, Pſellus, Anſelmus malunt *Doctores* accipere, Retulere hæc ſcilicèt ad mandibulas, quarum eſt pabulum conterere, nutriendo corpori; ſicut Doctorum, doctrinæ panem diuidere, & ad captum aptare diſcipulorum. Alij malunt *Virgines* interpretari, quod aliàs factum ab illis eſt, dum ea tractarent verba: *ſicut fragmen mali Punici.* Cap. 4. 3. Mirabere toties hos Authores in virginibus hærere, & ad

Genæ martyres ſāguine ſuo rubri.
Gregor PP.
Philo Carp.

Genę Doctores ex Anſelmo, & alijs.
Nyſſenus.
Pſellus.
Anſelmus.
Genæ Virgines c. ſ. a.

Digitized by Google

Sed hic de interiore Chriſti decore agitur.
Non de membris Eccleſiæ quorum ille caput.

earundem commendationem redire. Importuni Amantis ars eſt, cum non deſint alia digna laudari, toties in eodem verſari. Sed hæ omnes ſententiæ vno argumento minus probandæ videntur: non hic de membris Eccleſiæ agi, cuius caput eſt Chriſtus; ſed de eiuſdem Chriſti membris, quorum ille non iam caput, ſed myſticum corpus eſt. Actum ſupra ſatis de membris Eccleſiæ, cap: 4. Et agetur inferius cap. 7. Hoc loco Chriſti ſpecies interior ſola deſcribitur.

II.
Probabilius quidam de virtutibus accipiunt,
Modeſtia pudore, ſimilibus.
Etſi non conſequenter.
Cum in oculis Doctores conſiderauerint.
Qui ad aliam analogiæ rationē pertinent.

Aptius diſputant, qui hæc de *virtutibus* accipiunt, qui & numero plures, & authoritate non ſunt inferiores: tametſi ne ij quidem ſatis interſe conueniunt: tanta difficultate implexum eſt, hoc interpretandi genus. Sed plerique *Modeſtiam*, *Pudorem*, *Honeſtatem*, ac *modum conuerſationis*, atque *exterioris cultus moderationem* Chriſti ſignificari volunt: Et quidem, ſi analogiam ſpectes, aptè omninò: omnes enim virtutes illæ, vel eorum certè imagines ſplendent in *Genis*; de quo à nobis alias dictum eſt. Sed cum ijdem ferè Authores paulò ante in *Oculis* Doctores agnouerint, quo pacto hic ab ſtatibus Eccleſiæ ad virtutes tranſeant, niſi analogiæ leges negligant, ego non video: cum maximè alienum videatur ab omni arte, (quæ certè in Salomone, Diuini numinis afflato ſpiritu, eximia fuit) cum de Apoſtolis, aut Prælatis, aut Doctoribus dixeris, ſtatim ad Modeſtiam, Pudoremque tranſire. Quæ tametſi myſticum ipſæ corpus conſtituere ſunt aptæ, ad alium tamen ordinem, quam perſonæ pertinent. Id monere voluimus, non quod horum Authorum de *Genis* ſenſum non probemus, ſed quod ſatis ſolliciti de interpretationis conſequentia viſi nobis ſint nobis.

Bene virtutes modeſtiæ, ac pudori affines.
Caſſiodorus. Beda. Rupertus. Honorius. Aponius. Angelomus.
Analogiæ exigua cura quibuſdam.

III.
Sed monendus Lector eſt.
Sicut Genæ oculis proximæ.
Sic vtriuſque rei ſignificatum.
Quadam proximitate debere cōiungi.
Niſi analogiam negligamus.

Sed antequam, quo ſenſu hæc exponenda ſint, dicamus, mouendum Lectorum duximus; quemadmodum non ſine cauſa poſt *Oculos* de *Genis* eſt facta mentio, quod & vicinæ ſint *Oculis*, & decorem ſibi mutuo præſtent; ita enitendum eſſe, vt, quidquid in *Genis* arcano ſenſu agnoueris, aliqua ratione cognatum eſſe videatur, ei, quod ſub *Oculorum* ſchemate deſignatum fuiſſe arbitreris. Id enim & analogiæ exigunt leges, & proportio requirit illa, quæ inter eiuſdem corporis membra eſt. Ne ſcilicèt pedes cum capite, capillos cum ventre coniunxiſſe videaris; & pro naturali corpore monſtrum, aut chimæram in theatrum eduxiſſe. Quod quia nonnulli hoc Cantico vel non animaduertere, aut neglexere, etſi alias docti, graueſque, exiguam in interpretandi ratione laudem tulere. Quod quia alias monitum à nobis eſt, hic indicaſſe ſuffecerit.

Genæ proximæ oculis. Significatu coniūgendæ.

IV.
Ergo qui Prouidentiam in oculis agnouimus.
In genis virtutes illius miniſtras intelligemus.
Quibus veluti manibus, operatur.
Nam prudentia, ſiuè exequēdi facultate vana.
Hac ſine illa cæca eſt, vtraque ſola ſterilis.

Et nos quidem in *Oculis* myſtici huius Chriſti corporis, quod meditamur, illius in gubernanda ſua Eccleſia *Prouidentiam* intelleximus, cui qualitates iſtæ, ſeù dotes ineſſent, quibus omnis illi perfectio, ac complementum adderetur. Sed eadem *Prouidentia* leges quidem ipſa figebat, fines reſpiciebat, media eligebat, & ordinabat: ſed alias habuit virtutes, ſeù miniſtras, ſiuè ſocias, quibus, veluti manibus, atque inſtrumentis quibuſdam, opus vrgeret; reſque rebus applicaret: vt quodammodo executricis potentiæ vis per eas ad effectus perueniret. Itaq; mutuas ſibi opes præſtabant, & quaſi humeris coniunctis oneri ferendo coniungebant vires: decoremque ſibi mutuo & dabant, & accipiebant. Vana enim omnis Prudentia eſt, ſi nullus ſit, qui, quæ ab illa prudenter conſtituta ſunt, opere exequatur. Fruſtra etiam exequutionem vrgebit, quiſquis, Prudentiæ deſtitutus præſidio, operi ſe accinxerit. Omnis enim Virtus ſine Prudentia cœca eſt; viribus autem ſpoliata Prudentia, manca eſt, & vt fœmina ſine virili conſortio, ſterilis, & infœcunda.

Prouidentia virtutibus alijs indigens ad executionem.
Prudentia ſine exequendi facultate manca & ſterilis.

V.
Sint ergo genæ virtutes inditæ Chriſto.
In bonum Eccleſiæ.
Earum prima Iuſtitia.
Quæ ſolium præparat gubernāti.
Ideò venturo Meſſias primo cantatur.
Sub Salomonis typo.

Has autem virtutes eſſe exiſtimamus, non quidem omnes omninò, ſed eas, quæ in Eccleſiæ bonum Chriſto donatæ, *Gubernatoris* potius, ac boni *Regis* fuere virtutes, quam boni *Viri*, quas quidam perſonales vocant, quod in propriam perfectionem ordinentur præcipuè. Itaque *Iuſtitiam* intelligemus, qua æquabili lance librante merita, ſuo quæque donarentur iure. Quæ quam neceſſaria virtus Chriſto, quamque in illo excellens, paſſim prædicatur in ſacris libris. *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ*. Pſal. 88. 15. En poteſtatis adminiſtrans *Iuſtitiam*, cui id datum, vt, antequam ad iuſdicendum Princeps accedat, ſolium ipſa paret, & apparatu Regio diſponat omnia, ne maieſtas, exteriore deſtituta cultu, neglectui ſit. Ideò ſub Salomonis typo venturo Meſiæ, inter fauſta omnia vota, prima de *Iudicio*, & *Iuſtitia* mentio eſt. S.D.E. *Deus, Iudiciū tuum Regi da; & Iuſtitiā tuā Filio Regis. Iudicare Populum tuum in Iuſtitia, & pauperes tuos in Iudicio*. Pſal. 71. 2.

Genæ, virtutes prouidentiæ adminiſtræ quarū prima Iuſtitia.
Pſal. 88. 15.
Iuſtitia ſolium Chriſto parauit.
Pſal. 71. 2.

VI.
Additur Miſericordia comes.
Quæ Iuſtitiam complexa.
Viam parat venturo.

Iuſtitiæ Miſericordia hæret, illius ſeu ſeueritati modum, ſeù properantiæ moras iniectura: ne toto cum Hominibus iure agat. Ideo illi cum *Iudicio Miſericordia* cantatur. Pſal. 100. 1. Et illius faciem, *Veritati* manibus conſerta, præcedit. Pſal. 88. 16. quibus veluti lictoribus viam parantibus, toto ipſe Regno diſcurrens, & ſalutem, & pacem adferat: occinentibus interim, qui pompam ducunt, lætum illud, & amicum carmen: *Suſcipiant montes pacem, & colles Iuſtitiam*, Pſal. 71. 3. Et paulò poſt: *Deſcendet*

Miſericordia iūcta Iuſtitiæ. Chriſto viam expediuere, ad gubernam Eccleſiam.
Pſal. 71. 3. 4.

ſcendet

Digitized by Google

ſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Orietur in diebus eius Iuſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. Illud enim: *Deſcendet ſicut pluuia in vellus*, non ſolum de aduentu illius tacito, & ſine ſtrepitu, accipiendum eſt, quod merito voluere quidam; ſed ad agendi modum, dum viueret, & adminiſtrandi Eccleſiæ Rempublicam, quiete, pacificè, & amanter referendum eſt. Quod ſub pulchrâ metaphora dictum alias eſt; *Non erit triſtis, neque turbulentus: calamum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Tàm leuitè ambulabit, ac ſuſpenſe pede, vt veſtigium nullum relinquat; ac ne calamum quidem conquaſſatum pede preſſum frangat; ac linum fumigans non extinguat.

Grauitati imperantis *Comitas* iunctæ, ac Regiæ maieſtati popularis illa facilitas mixta grato quodam temperamento ſe mutuo condient; vt nec trepidationem, nec tumque aliæ, nec aliæ neglectum pariant: ſed affectum Populi omnem ex amore, ac reuerentia temperent; vt venerari non neſciant, quem non amare non poſſunt: quibus ille artibus omnium ſubiget corda ſibi, vt Rex non minus animorum ſit, quam corporum. S. D. E. *Exſulta ſatis, Filia Sion; iubila, Filia Ieruſalem* (ad Eccleſiam hæc dicuntur) *Ecce Rex tuus veniet tibi Iuſtus, & Saluator; ipſe pauper.* (Humilis, Comis, haud Regio turgidus faſtu, quaſi qui timori potius velit, quam amari) *Et aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.* Vide autem eius in triumpho moderationis effectus: *Et diſpergam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ieruſalem; & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem Gentibus.* Zach. 9. 9.

Sed nulla gubernandi artem magis, quam Beneficentia promouet, ac velut benigniore ſpirante aura, ſecundo curſu defert in quietis, & pacis portum: cui ſi comites ſint *Opulentia*, & *Largitas*, vt quantum poſſit altera, altera velit præſtare, omnis ferè optimi Principis idea perficitur. Quantæ autem hæ in Chriſto virtutes fuerint, nihil magis oſtendit, quam donorum affluentia, & magnitudo, quibus Eccleſiam ſuã beauit, nec tempore interrupta, nec perſonis diſcreta, nec locis excluſa: vt ne ſanguini quidem, nec vitæ parceret; immò nec famæ, quam hominum, ſecundum ſæculi ſenſum prudentium, vanis rumoribus exponere minimè dubitauit. Has ergo nos, & his alias affines virtutes hoc loco ſub *Genarum* ſchemate ſignificatas putamus; quarum eadem ratio eſt; ne per ſingulas currere opus ſit, ad alia properantibus.

Illud nondum dictum eſt; quid affine ſit cum *Genis* ijs Virtutibus, ne liberè eas pollices, quàm alias, quod alij faciunt, ac ſine ratione intellexiſſe videamur. Et verò cũ hæ Virtutes ex eo genere ſint, quæ Principem, Regemus in ordine ad alios perficiũt, ſui ſæpè velut veſtigia quædam exterius ſignant, niſi potiùs velut indumenta ſunt, quibus ornatæ hominum ſe oculis ſiſtant. Sæpè ergo in facie ipſa, maximè in *Oculis Geniſque*, operantis intus animi lumen ſplendet. Et in aſpectum incurrit. Siuè ea vna Virtutum facies eſt; ſeù quiddam, quod gratiam addat, ac fauorem conciliet. Nam ſi Princeps in imperando faſtoſus ſit, ac imperij ſeueritatem modeſtia non condiat, vix Principis honore ſit dignus. Nam cum omne imperium ſeruitutem exigat, ſit verò ſeruitus homini libero nato, non moleſta modo, ſed odij plena; niſi nominis odium, & infamiam ipſa Imperantis modeſtia, ac, vt ſic dixerim, mititas eleuet, diuturnum vix Imperium eſſe poteſt. Id ille monebat, cum poſt ſeuerum, vt videbatur, ſeu conſilium, ſeu imperium ſe ſequendi, quod aſperum, durumque aſpectu primo videri in expertis poterat, dicebat: *Tollite iugum meum ſuper vos: & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Matth. 11. 29. Experimento cognoſcite, meo ſublato iugo, me, tametſi Dominum, Regemque non durum, non ſeuerum, non tyrannum eſſe: ſed mitem, benignum, manſuetum: atque Imperij ſeueritatem moderatione temperantem. Intelligetis, ſi tantum audeatis experiri, Iugum meum Suaue, leue, blandum (χρηστὸν) imponentis ſcilicèt accommodatum moribus. (Ea enim vox magis de hominibus, quàm de rebus dicitur) quatenus à me profectum iugum non horridum, non implacidum, ſed benignum eſſe: quo non tam imponatur onus, quam leuetur. *Et onus meum leue.*

Sic etiam *Beneficentiam* vultus *hilaritas* condit, nec quidquam eſt, quo magis animi mortalium capiantur, ac in obſequium cogantur Principis, quam cum in largiendo, vultu non triſtitiam, non ægritudinem, ſed *hilaritatem* præfert: vt, cum beneficium ipſe præſtiterit, non alia præſtiterit facit, quam acceperit alius. Occurrat ipſe vltro, nec exſpectet indigentis faciem rubore ſuffuſam ex egeſtatis confeſſione: nec velit gratiam importuna petitione velut pretio emi: contentuſque, in quem beneficia accumulet, inueniſſe, præueniat vigili ſolertia petitorem: ne illa beneficium deficiat gratia, quod prouocari ſe, ac quodammodo dormientem excitari, permiſerit. Cogita Chriſtum, dum inter mortales ageret, feſtinum ad dona, vltroque excitantem, prouo-

Vnde pax, & felicitas, & vbertas.
Non breuis, ſed duratura.
Aduentus autē non cum ſtrepitu futurus.
Sed quietus, & placidus.
Et omninò nemini noxius.

VII.
Sequitur liga alia, Grauitas cũ comitate.
Vnde amor, et reuerentia.
Ideò venturus prædictus pauper.
Id eſt. comis. & qui amari quam timeri malit.

VIII.
Sed beneficentia maximè Principē decet.
Si opulentia, & largitas comites ſint.
Quæ in Chriſto fuere ſingularia.
Vſque ad largitionem ſanguinis, & fama.

IX.
Sed quæ affinitas ijs virtutibus cum genis.
Earum ſæpè in facie videntur veſtigia.
Et operantis intus animi lumen.
Nam faſtoſus: Princeps. vix nomine dignus.
Niſi ſeueritatem comitate temperet.
Id fecit Chriſtus, haud ſemel.
Et cum iugum imponeret Chriſtiana perfectionis.
De ſua benignitate, & comitate monuit.
Et de oneris leuitate.
Quā nemini non ferenda eſſet.

X.
Sic & beneficentiam hilaritas condit.
Quā indigenti occurrit.
Neque expectat, vt rogetur.
Sic Chriſtus facere ſolitus.

Gubernatio Chriſti non turbido, ſed pacifica.
Iſai.

Grauitas cũ comitate, amorem ac reuerentiam parit.

Zach. 9. 9.

Pauper pro miti, & pacifico.

Beneficẽtia Regia virtus opus ę & largitati iuncta.
Beneficentia Chriſti, ne vitæ quidem nec famæ parcens.

InGenis operātis intus animi ſæpe apparent ſigna.

Chriſtus ſeuera in ſpeciem imperās, & ſuæ benignitatis, & oneris leuitatis admonet.
Matth. 11. 29.

Hilaritas in dando, beneficentia condimentum.

Chriſti in largiendo liberalitas, & in liberalitate hilaritas.

prouocantemque miſerias alienas; magiſque anxium de largitione ſua, quam de interpellatione aliena. Et ad vnum quidem dixit: *Vis ſanus fieri?* Ioan. 5. 6. Ad aliū autem: *Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam: & Ieſus dixit illi. Reſpice. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum.* Luc. 18. 41. Quid? cum ad Zachæum, cui adhuc ignotu ipſe de facie erat, de ſycomoro ſpectantem, placidiſſimum vertit aſpectum, deque nomine compellatum, *Zachea deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Luc. 19. 5. Plura bonus Princeps largitur, quam petitur: nec ſatis habens hominis vnius impleſſe vota, etiam accumulat: nec tam largè dediſſe contentus, vltro indigentem inuitat; largiendi voluptatem vultus hilaritate teſtatur. Ad horum normam exemplorum dici de cæteris Virtutibus poſſet; ſed frenandus orationis eſt impetus; iam enim ſentio pauca hæc etiam nonnullis extra locum, & tempus poſita videri poſſe. Sed ignoſces, quiſquis es, lector, importunitati meæ, aut imperitiæ certè: qui, velut imperitus curſor, haud raro vltra metas impetus ſe ſe incurſum inuehētis equi præcipitor. Et alioqui loci pulchritudo, nec forſitan ab alijs plenè tractati, excuſationem importunitatis habebit.

Et egentes inuitare.
Nihil minus exſpectantes.
Et plura dare, quam petitur.
Dandi voluptatem hilaritate teſtatus.
Et de his ſatiùs, longius producatur oratio.

Ioan. 5. 6.
Luc. 18. 15.
Chriſtus plura largire ſolitus, quam petatur.

XI.

Genarum itaque cum ijs Virtutibus, quæ *Prouidentia* in Chriſto fuere miniſtræ, ſimilitudinem, vtcumque monſtrauimus: Facilius cum *Areolis Aromatum* componemus. Nam quod Horto Regio ad decorem, ac pulchritudinem *Aromatum*, ſeu odoratarum plantarum (ſignificatur enim ea voce hoc Cant. libro ſæpè, quidquid odorum eſt; nè ſi cum ab adiunctis limitatur) *Areolæ*, ſuo ordine diſpoſitæ, ac diſtinctæ conferūt, id virili pulchrò corpori Genæ præſtant, & colorum ipſa varietate, cum è candido, & rubro temperantur, vernantes; & honore barbitij, tunc primum lanugine aurea pubeſcentis: Id etiam animo diuerſarum virtutum, ſuos per ordines diſtinctarum, varius ſplendor, & ex diuerſitate, ac conſonantia, decor conſurgens. Accedit & latè ſe ſpargens odor, qui etiam ad abſentes, longèque diſſitos delatus, mirificè recreat: Quid de præſentibus, ac proximis cogites, quibus de ipſo fontis capite liceat bibere, aquis nondum de ſoli, quo cucurrere, vicinitate, velut contagio quodam, mutaris? Hæc ſi ad Chriſtum referas, habebis multum, vel quod conſiderantem recreet; vel occupet volentem eloqui: & oratione exequi, quod cogitatione probaueris. Hoc odore Populos ad ſe trahebat, etiam tacens: quod ægrè illis erat, qui dicebant: *Ecce mundus totus poſt eum abijt:* Ioan. 12. 19. facturi conſultius, ſi & ipſi ſimplicioris turbæ exemplum ſequuti, oblatis, ac præſentibus bonis fruerentur.

Et ſunt aromatū areolis.
Nam ſicut hæ Horto Regio gratiam.
Sic virtutes illæ ſplendorem animo.
Vnde odor latè fuſus.
Et ad longè diſſitos delatus.
Quæ ad Chriſtū volat.
Et menti, & linguæ materiam miniſtrabant.

Earum virtutum cum areolis aromatum comparatio.

NOTATIO XLII.

CONSITÆ A PIGMENTARIIS.

I.

AD Dramaticum, quod attinet ſenſum, dictum ſuo loco eſt. De arcano non vna omnium ſententia. Sed qui Virtutes per *Areolas* ſignificatas ad Eccleſiæ corpus retulere, vel *Prædicatores*, vel *Apoſtolos*, vel *Prophetas*, vel *Doctores* intellexere. Philo, Anſelm., Theodoret., Iuſtus, Honorius, Angelom., Aponius. Cui hæc placeant, habet multos, nec ignobiles, quos ſequatur: nec res extra analogiæ vagabitur leges. Eorum enim omnium eſt, quorum curæ publica animarum ſalus commiſſa eſt, hæc *Aromata* ſerere, colere, rigare, diſtinguere, donec matureſcant, demetique poſſint, atque in cœleſtem transferri Paradiſum, Summo Regi Deo oblectamento futura, iugibuſque fluminis, quod Ciuitatem illam lætificat, aquis irriganda, quarum potu nouis receptis viribus, viuant æternùm, iam nullis vltrà temporum iniurijs, caſibuſuè pulſanda.

De arcano ſenſu non vna ſententia.
Quidam Pigmentarios volunt Apoſtolos, vel Prophetas.
Neque extra rationem id videtur.
Cum eorum ſit virtutes in alijs excolere.

Apoſtoli, Prophetæ, Doctores Pigmentarij.
Philo.
Anſelmus.
Theodoret.
Iuſtus.
Honorius.
Angelomus.
Aponius.

II.

Qui de Chriſti *virtutibus* interpretantur, quod probabiliſſimum arbitrati ſumus, *Prophetas Pigmentarios* eſſe volunt, qui multa de eiuſdem Chriſti virtutibus, antequam exiſterent, prodidere, velut ſemina ſpargerent fructuum futurorum. Vel *Apoſtolos*, ac *Scriptores Sacros*, qui, quæ in Chriſto obſeruarant, poſteris vel verbo tradidere, vel ſcripto: qui quodammodo ea ipſa *Aromata* meſuère, atque imitatione in Fidelium animos tranſtulere. Vera doctrina, neſcio an etiam vera interpretatio: nam modus ipſe loquendi Salomonis ſatis indicat, maius aliquid dandum eſſe hiſce *Pigmentarijs*, quam feciſſe *Apoſtolos*, aut *Prophetas* conſtat, vel verbis, vel ſcriptis de his virtutibus Chriſti agentes: *Conſitæ* enim eæ *Areolæ à Pigmentarijs* dicuntur; atque ipſum nomen ſatis indicat, eorum fuiſſe diſponere, ac certa quadam menſura miſcere *Aromata*, vndè vnguentorum omnis eſt gratia. Quærendi ergo ſunt, qui ampliùs aliquid præſtare in Chriſti anima, ac velut in delitiarū quodam Horto, ea *Aromata* conſerere, ordinare, rigare,

Et Prophetæ de Chriſto prædixere.
Et Sacri Scriptores narrauere multa.
Sed maius aliquid dandum his Pigmentarijs.
Quorum fuit diſponere aromata.
Et inter ſe ſe miſcere, vt ſuauius olerent.

Scriptores Sacri Pigmentarij, ex ſenſu aliorum.

Digitized by Google

rigare, colere, & fouere potuerint; donec matura ætate, & genio adulta, vnguentis ſeruirent.

Haud diſplicet, quod indicauere magis, quàm tradidere Tres Patres, qui *SpiritumSanctum* inſinuant *Pigmentarium*, quod de Recentioribus doctum Interpretem ſequutum ſcimus. Sed præſtat totam *Trinitatem* intelligere. Quidquid enim animæ Chriſti donorum collatum fuit, in eo omnes *Tres Perſonæ* operas coniunxere, omnium enim res agebatur, non communi ratione ſolum, ſed cuiuſque priuata, & ſingulari. Nam & *Patrem* decebat *Filij* agere curam; eamquè Humanitatem, quæ ex coniunctione cum perſona Filij, in Filij dignitatem euehenda erat, illis ornare dotibus, quæ decebant tanti Patres Filium tantum. Qua ille poſtea confidentia ſecurus dicebat. *Nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipſum, claritate, quam habui priuſquàm mundus eſſet apud te. Nunc cognouerunt, quia omnia, quæ dediſti mihi, ab te ſunt. Quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt; & cognouerunt verè, quia à te exiui; & crediderunt, quia tu me miſiſti.* Ioan. 17. 5. 7. 8. Neque enim dubitare poterant, quin ille Dei eſſet Filius, in quem Pater tot, & tantã dona, velut patrimonij non modicam partem contuliſſet: quemq; velut proprio charactere inſigniuiſſet. Quo ſenſu dixerat illa: *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem Filius Hominis dabit vobis: hunc Pater ſignauit Deus.* Ioan. 6. 27. Vt quem Pater ad patrimonij poſſeſſionem admiſerat, ac ſuo ſignauerat charactere, is vtique poſſet, de peculij ſui parte Fratres ditare, facultatumque partem illis diuidere, vndè alimenta ſuppeterent ad vitam nouam tolerandam.

Filij autem *Perſona* quid illi negaret *Humanitati*, cui ſe ipſum totum dabat, quamque ſibi in vnius ſuppoſiti vnitatem conſociabat? Nemò enim propior ſibi, quam idem ipſe; neque in vllum decebat beneficentiorem eſſe, quam in ſe ipſum. Et alioqui cæteræ Diuinæ Perſonæ *Humanitatem* illam *Verbo* coniunctam, velut opus ſuum, ac potentiæ ſummæ, ſed communis, nobile documentum, ore placidiſſimo reſpiciebant: *Verbum* autem non modo vt opus, argumentumque poteſtatis ſuæ, ſed vt ſe ipſum, cui ſe ſcilicèt totum impenderat; vt mirabili illo nexu vnum fierent; nec iam Deus Hominem dedignaretur, aut vt alienum, extraneumque reſpiceret, ſed vt proprium, ac domeſticum. Ergo donorum, virtutumque quidquid, ad perſonam tantam ſuſtendam, ſeù decens, ſeù neceſſarium fuit, *Humanitati* contulit; non modo ad propriæ Sanctitatis cumulum, ſed ad Regium munus, adminiſtrandique Regni facultatem.

Spiritus verò *Sancti* partes in eo opere fuiſſe quodammodo potiſſimas, certum eſt: cui ſcilicèt id datum ex munere, vt Gratiæ donorũ vel largitor, vel diuiſor ſit. S.D.E. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* 1. Cor. 12. 4. 5. 6. In Chriſto autem eo affluentius, quòd in illius Incarnatione totum ſibi ſumpſiſſe negotium viſus eſt: vt vnus omnia perfeciſſe diceretur, quantum in eo Homine ad animi, corporiſque bonum, perfectionemque neceſſarium videbatur. Et apud Iſaiam ſi aduertis, illuſtriſſima duo loca ſunt, in rem præſentem, locus vnus cap. 61. 1. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit Dominus me; ad annunciandum manſuetis miſit me; vt mederer contritis corde; & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem: vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro.* En miniſterij magnitudinem, atque excellitatem, cui certè neceſſariæ facultates negandæ non erant, quibus velut inſtrumentis tantùm opus perficeretur. Quæ autem illæ fuerint facultates, haud minus luculenta oratione Iſaias idem loco alio commemorat. Cap. 11. 2. 3. 4. 5. *Et requieſcit ſuper eum Spiritus Domini; Spiritus ſapientiæ, & intellectus; Spiritus conſilij, & fortitudinis; Spiritus ſcientiæ, & pietatis; & replebit eum Spiritus timoris Domini. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes; & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Et percutiet terram virga oris ſui: & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit Iuſtitia cingulum lumborum eius, & Fides cinctorium renum eius.* Vides omnia apparatum continere earum virtutum, quæ ad gubernandum Regnum vel vtiles, vel neceſſariæ ſunt. Ne poſt tale documentum dubites, has *Areolas* illas *Aromatum* eſſe, quibus Chriſti *Genæ* ſimiles eſſe dicuntur: aut SpiritumSanctum eſſe, cuius curæ, ac ſtudio commiſſum, vt & *Areolas* diſtingueret, & plantaret *Aromata*, quæ & aſpectu oculos, & odoratum ſuauitate reficerent. Eius autem largiſſimæ donationis fructus, aurea pax in orbem inducta, mutati mortalium mores, vt dicere verè poſſemus, quod ab Afro Presbytero alijs temporibus accommodatum eſt, ſed minus verè: *Re vera orbis* (poſt Chriſtum) *cultiſſimum rus eſt, eradicato omni aconito hoſtilitatis: & cacto, & rubo ſubdolæ familiaritatis; conſitum, & amænum ſuper Alcinoi Pometum, & Midæ Roſetum.* Sed multò luculentius Iſaias: *Habitabit lupus cum Agno; & Pardus cum hædo accubabit.* Et quæ ſequuntur.

pul-

III. *Probabilius qui Spiritumſanctũ. Probabiliſſime, qui tres Diuinas perſonas maluere. Quarum ſingulæ Chriſto aliquid contulere. Pater illi velut Filio.*

Quòd et ipſe profeſſus eſt.

Claritatem à Patre poſtulans veluti iure ſuo. Quandoquidem ab eo veluti proprius conſignatus.

Verbum vero Hominem illum excoluit. T. quã ſeipſum. Qui humanitati illi totum impenderat ſe. Ideò & donis affluenter ornarat. Ad propriam dignitatem, & Eccleſiæ gubernationem.

IV. *Sed Spiritus Sancti partes fuere potiſſimæ. Qui diuiſor vt gratiarum. Et incarnationis negotium totum ſibi ſumpſerat.*

Et in vnum cõtulerat diuitias ſuas. Sicut Iſaias dixerat.

Miniſterij Chriſti granditatem conſiderans. Et dona enumerans. Ad illud implendum neceſſaria. Scilicet ad gubernãdam Eccleſiã.

Aptè ergo tres diuinæ Perſonæ.

Pigmẽtarij ſint, areolas aromatũ conſerentes.

Cuius largitatis fructus.

Pax in orbem inducta.

Tres Patres.

Tres Diuinæ Perſonæ Pigmentarij hic ſunt.

Pater quid contulerit Filio. *Ioan.* 17. 5.

Ioan. 6. 27. Chriſtum Dei Filium eſſe dubitare nemò poterat, in quem ſcilicet tot, & tanta cõtuliſſet.

Verbum in Humanitatem liberale, tanquam in ſe ipſum.

Spiritus S. partes in ditanda humanitate potiſſimæ. 1. *Cor.* 12. 4.

Iſai. 61. 1.

Chriſti miniſterij granditas.

Collata dona Chriſto à Spiritu ſancto, in bonum Eccleſiæ. *Iſai.* 11. 23.

Genæ ſimiles areolis aromatum, dona ad regimen Eccleſiæ collata Chriſto.

Tertul. Paſſio.

Digitized by Google

Ablegatis bellorũ turbinibus. pulcherrima, & ad perfectiſſimam artem exacta. Iſai. 11. 6. Vides quanta probabilitate *Pigmentariorum* appellatione *tres Diuinas Perſonas* interpretati ſimus, quarum non modo collatis, ſed & auctis curis Chriſti ſimul & *Sponſi*, & *Regis* Hortus, *Anima* *Et orbe purgato toto.* dico, tot, tantiſque donis, velut diuerſorum *Aromatum* plantis ornatus, atque ex arte conſitus eſt. *Iſai. 11. 6.*

EX VERSV XIII.

LABIA EIVS LILIA DISTILLANTIA MYRRHAM PRIMAM.

COMMENTARIVS.

HÆC de Chriſti *Eloquio* dicta, plerique, & meritò quidem arbitrantur, cuius inſtrumenta potiſſima *Labia* ſunt: immò ex vſu ſcripturæ haud infrequenter *Labium* pro *Sermone* vſurpatum. Ne nouum cuiquam videatur, eodem hic ſenſu à nobis accipi. Sed *Lilijs Diſtillantibus Myrrham*, & quidem perfectiſſimam, comparantur; in quo duæ quibus Chriſti *Eloquium* eminebat, dotes, quæ in illo ſine vllo fuere exemplo, intelliguntur. Nam & orationem mirus verborum *candor*, mira *ſuauitas* condiebat: vt melle dulcior eius ex ore fluere videretur: & *celſitudo*, ac *ſublimitas* ſententiarum, doctrinæque granditas: nàm & *Lilium* inter Flores alios candore, ac celſitate ſe tollit. Non tamen vlla ſermonem mollitiei labes, aut fœmineæ leuitatis fucus fœdabat. Nihil fæmineum, fractumuè, illius verba ſonabant; quod vitium virorum fortium ſermo non patitur. Immò Abfuit ab eo, quidquid delicatum, & comptum, calamiſtratumque ſeriam orationem infamat. Verba fortia, ſenſus robuſti, ac virile quiddá ſonantes, nihil niſi graue, & grande auribus ingerebant, & menti. Sed præcipua laus *doctrinæ vtilitas*, ac *neceſſitas*: offerebat enim audientibus maſculorum illud, ac ſeuerum *Abnegationis*, & *crucis*, quo Homines ad ſui imitationem inuitabat; ſuoque docebat exemplo, quantum intereſſet inter Dei Hominis, & Hominis non Dei doctrinam. Cæterùm in eo amarore, & aſperitate crucis *vita* erat, & *ſalus*: & ea animorum incorruptio, quæ felicitatibus omnibus humanis præferenda eſt, totum id *Myrrha* ſignificatum eſt.

ENARRATIO.

MAGNA de ijs virtutibus paucis dixi, quibus adminiſtris Chriſti mei Prouidentia in Regni adminiſtratione vtitur. Sed in eo ipſo Sermonis candor, & vis, & maſculus vigor laudandis eſt. Nam candorem, ſynceritatemque ſi ſpectes, mira ſuauitate conditam, nihil dulcius accidere poſſe, nihil gratius auribus affirmabis. Splendet ſcilicèt interius animi lumen in verbis, quemadmodum Solis ipſum, adulto diei, in gurgite lumen: vt ducibus verbis penetrare in abdita cordis queas. Lilia cogita, puriſſimo candore inter reliquos Hortiflores regnantia. Si ſenſuum celſitatem, ac ſublimem rerum cumulum, verbis, velut digna veſte, magis ad neceſſitatem, quam ad oſtentationem, veſtitum conſideres, mirabere eius qui Homo ſit, non natura, non contubernio diuiſus à cæteris, tantam excelſitatem doctrinæ, quæ vel Deum deceat: tàm à terra ſublatam, vt quidquid doctrinæ eſt in hominibus, infra ſit,

Digitized by Google

ſit, nec pertingere eo poſſit. Sic etiam Lilia cæteros ſupra Flores tollunt ceruicem, velut dedignentur conſortium. Sed in tanto verborum candore, ac ſuauitate Sermonis maſculus quidam vigor, & ſeuera, robuſtaque vis ſe ſe oſtentat. Nihil in eo molle, nihil fractum, nihil fæmineum nihil calamiſtratum, aut languidum. Sola ſonat in ore abnegatio ſui, terrenarum rerum deſpectus, crucis amor, affectuum carnalium trucidatio. Nec ipſe, velut ignaui ſolent Doctores, dicere, non facere ſoliti, oneri ſubducit humerum. Præit exemplo ſuo docetque qui ſe ſequantur, haud à ſe, tametſi ardua, impoſſibilia præcipi. Quidquid calicis amariſſimum eſt, prior ipſe, ſed ſtrenuus potator exhaurit, reliquias cæteris diuidit: ne quis potionis acerbitatem, tanto incitatus exemplo, dedignetur.

NOTATIO XLIII

LABIA EIVS LILIA.

SVM. COM.

I.

Labia quibuſdam verbi miniſtri ſũt. Propter vitæ candorem. Et morum puritatem. Et caritatis feruorem. Sic plerique de veteribus. Sed hunc ſenſum analogia rerum reſpuit.

DVplici hæc ſenſu ab interpretibus tractata animaduertimus. Pars maxima de *Prædicatoribus* interpretantur, & *Verbi miniſtris*; qui *Labia* Eccleſiæ ſunt: & *Lilijs*, propter morum, & vitæ candorem, comparantur; & boni exempli, quam omnẽ in partem ſpargunt, fragrantiam: Addit doctus, tametſi Recentior Interpres, non candidis, ſed *purpureis Lilijs* ſimiles dici; quod ipſo *Liliorum* nomine *puritatis* admoneantur, tùm vitæ, tùm doctrinæ; quæ vtraque miniſtris verbi omninò eſt neceſſaria: *purpureo* autem, ſeù *Liliorum*, ſeù *Labiorum colore, caritatis*, qua nulla virtus magis eos decet, qui animarum lucris incumbunt. Habet hæc ſententia Auctores multos, & graues. Ambroſium Serm. 18 in Pſal. 118. & lib. de Inſt. Virg. cap. 15. Philonem, Iuſtum, Pſellum, Nyſſenum, Gregorium PP. Hic ſenſus eodem laborat incõmodo, quod plus ſemel indicatum eſt; quod & de Eccleſia interpretantur, cũ hæc ad Chriſtum pertineant; & analogiæ legibus parum inſiſtunt, cum partium proportio non ſeruetur.

Prædicatóres liliã propter morũ candorem, & caritatis feruorem.

Ambroſius. Philo. Iuſtus. Pſellus. Nyſſenus. Greg. PP.

II.

Sint ergo labia, Eloquium. Quod alijs placuit. Et Prouidentia ſeruit. In quo Chriſtus eximius fuit. Id analogia exigit. Et ex vſu ſcripturæ probatur. Pluribus locis. Itaque hic accipi oportet.

Præſtat eorum ſequi interpretandi rationem, qui *Labijs* intellexêre Chriſti *Eloquiũ*, ſeù potius *Eloquendi vim*: etſi in ea re explicanda, non omnes conſentiunt. Theodoretus, Caſſiodorus, Beda, Honorius, alij; nec de Recentioribus nulli. Et verò cum de *Sapientia* in *Capite*, de *Prouidentia* in *Oculis*, de eiuſdem *Prouidentiæ adminiſtris virtutibus* in *Genis*, dixiſſet; proximum erat, vt de *Eloquio* diceret, & *Verbis*, quibus earum virtutum vires ſæpè rebus applicantur, & quaſi fœcunditatem accipiunt. In ea autem *Eloquendi vi*, tàm eximius Chriſtus fuit, vt & inimicorum teſtimonio magiſter agnoſceretur. Quòd ſi analogiam ſpectes, vſumq; ſcripturæ ſtatim aſſentiêre, aptiſſimè eam Chriſti gratiam ſub *Labiorum* ſchemate deſignatum. Nam & *Sermonis* inſtrumento potiſſimo, immò & aſpectui magis obuia, *Labra* ſunt: quod loco alio monitum à nobis eſt: & ſimplicitèr in ſcriptura pro *oratione* ponuntur, & lingua. Gen. 11. 1. *Erat terra labij vnius*, Quod ſtatim exponitur: *Et ſermonum eorundem*. Et ver. 6. *Vnus eſt populus, & vnum Labium eorum: Venite igitur, deſcendamus, & confundamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Et cum deprecaretur Moſes miniſterium, diceretque: *Non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius*, Ex. 4. 10. Id ipſum loco alio ſignificauit dicens: *En incircumciſis labijs ego ſum; & quomodo audiet me Pharao.* *Labijs* ergò ex Sacræ ſcripturæ vſu *Sermonis proferendi vim* intelligemus.

Labia in Chriſto eloquendi vis, in qua eximius fuit.

Theodoretus. Caſſiodor. Beda. Honorius.

Labium in ſcriptura pro Sermone.

Gen. 11. 1. 6.

Exo. 9. 10.

III.

Id duplice ſimilitudine exponitur. Liliorum, & myrrhæ. In lilijs intellecta ſimplicitas & cãdor. Quæ mira in lilijs. Et multò maior in Chriſti ſermone. Inaffectato, & ſimplice.

Quæ autem inerant *Sermoni* Chriſti virtutes, duabus ſimilitudinibus ſunt expreſſæ, & quidem decentiſſimè, ac pulcherrimè; aliæ *Liliorum*, aliæ *Myrrhæ*, quam illa *Diſtillare* dicuntur. De his proxima Not. dicemus: hic priorem ſimilitudinem exequemur, eiuſq; vim. In *Lilijs* duo obſeruamus, in illibato *Candore ſimplicitatem*, & ſiuè vllo fuco decorem: (nàm de ſuaui odore nunc omittimus dicere) In forma autem, & proceritate tota *Generoſitatem* quandam, & *excelſitatem*. Simplex decor, atque non fucatus, immo incomptus ornatus allicit inſpectantes ad ſe, imitatione puerilis ætatis, cuius innocua, ac minimè affectata ſimplicitas gratiam ſibi hominum, fauoremq; conciliat. In eo autem pars ſimilitudinis cum *Sermone* hæret; quem in Chriſto ſummus *Candor*, natiua, nec artificioſa *ſimplicitas*, nec affectatus decor condiebat; vt vel ſoni ipſius auribus accidentis tenore aures vel minus aduertentium mulcerentur, atque ad audiendum non impellerentur ſolum, ſed penè cogerentur. Ea enim ſine arte

Liliorum cãdor ſimplex, & inaffectatus decor.

Sermo Chriſti ſimplex inaffectatus, ideò & efficax.

Digitized by Google

Nec vllo artificio condito.
Vt non aliter loquuturus videretur Deus.
Id preditum ab Iſaia, & prædicatum.

ſimplicitas, & inaffectatus *Candor*, omni arte efficacius, ſe in hominum animos inſinuabat, Nam ſiuè vocis ſonum, ſeù verborum ordinem, ſeù offerendi rationem, modumue conſideres, non tardum, non præcipitem, non moroſum, non perturbatum, fatebere omninò, aut ſic loquuturum fuiſſe Deum, aut omninò minimè loquuturu. S. D. E. *Non clamabit, neque audietur vox eius foris. Calamum quaſſatum non conteret; & linum fumigans non extinguet: Non erit triſtis, neque turbulentus.* Iſai. 42. 2. 3. Quæ quanquam de conſuetudine vitæ, ac morum forma dicta fortaſſe ſunt, id minimè impedit, quin de *Sermone* etiam dicta fuiſſe putemus.

Candor ſimplex commẽdatus in Chriſto ab Iſaia. *Iſa 42. 2. 3.*

IV.

Sic in lilijs nihil miramur magis.
Quàm in eſſe etiam pulchritudinem.
Quæ meruit à Chriſto commendari.

Simplicitati autem adiunctus *incultus decor* gratiſſima mixtura gratiam & accipiebat, & dabat: quemadmodum in *Lilijs*, cum explicatis decenter folijs, aureos, atque hactenus latentes cauliculos verecundè, ac modeſtè oſtentant; nihil miramur magis, quam pulchritudinem natiuis ſe ſolum dotibus commendantem. Id meruit Chriſti teſtimonio, & diuino iudicio prædicari. *Conſiderate*, inquit, *Lilia agri, quomodo creſcunt; non laborant, neque nent, Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex his.* Matth. 6. 28. Tam intereſt natiuis ne donis, & minimè quæſitis, idest. *Non laborant, neque nent*) an aduentitijs, & emendicatis oſtentet.

Liliorum pulchritudo inaffectata laudata à Chriſto. *Matth. 6. 28.*

Sermonem autem Chriſti, ſi cũ eloquentium ſermone componas.
Statim diuerſitatem agnoſces.
Nam Chriſti ſermo ſortis, & viuus.
Aliorum eneruis, & mortuus.
Et ſine anima corpus, & motu.
Solus Sermo Chriſti vitam habet.
Quam & communicat alijs.

Quid autem id fit in *Eloquio* Chriſti, facilè intelliges, ſi illius ſermonem cum magnorum etiam ſapientum, & eloquentiæ fama clarorum oratione contuleris. Statim .n. aſſentiêre, quam diſtant veri flores ab artificio factis, tam diſtare à ſermone ſermonem. Chriſti enim *oratio* ſua purpura rubet, ſuo decore placet. Sua ſpirat anima, ſuo ſpiritu viuit. Aliorum oratio elumbis eſt, coloremque omnem, aut alienũ vſurpat, aut mentitur proprium, nec ſuo decore, ſed alieno placet. Et tametſi ſæpè viuentium rerum imitari conatur opera, nunquam profert: mortua enim eſt; & velut inſtrumenta pneumatica, quæ alieno ſemper ſonant ſpiritu, ſi is deſit, non elinguia modo, ſed & ſine anima. Demum quidquid ab artificio eſt, naturam imitatur, non aſſequitur. *Deeſt enim*, vt inquit ille, *& luto vigor, & ſaxo color, & picturæ vigor, & motus omnibus, qui præcipua fide ſimilitudinem repræſentat.* Soli Chriſto datum, quia ſcilicet & *Verbum Patris*, & *Sermo* eſt, vt vitam habeat in ſe, & audientibus inſtillet: ideò cum de *Verbo* alia Ioannes dixiſſet, addidit: *In ipſo vita erat*; & mox de vitæ illius virtute, & effectibus ſubiunxit: *Et vita erat lux hominum*. Ioan. 1. 4. *Verbum* enim viuens otioſum eſſe non poteſt, quin id ipſum quo viuit, non viuentibus communicet, vt & ipſi viuant. Id intellexit Petrus cum diceret: *Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* Ioan. 6. 64.

Diuerſitas inter Sermonẽ Chriſti, & aliorum, & eloquentium.

Apuleius.

Sermo Chriſti viuus, vitam cæteris impertiens. *Ioan. 1. 4.*

Ioan. 6. 64.

V.

Inest & lilijs generoſitas, & celſitudo.
Sed non ſuperba, non vana.
Quam inuidentiis aliorum florũ non pulſat.

Tranſeo ad *Liliorum* dotes alias in forma latentes *Generoſitatem* liberam, & *Excelſitatem* nobilem: quæ tametſi vtraque in *Lilijs* ſine exemplo eſt, non ſuperba, non vana eſt; nec ſui inuidiam, ſed æſtimationem parit. Et cum ſe diebus paucis ſupra flores cæteros proceritate ſuſtulerint, vt Regnum affectare videantur; non ideò generoſos auſus inuidentia cæterorum carpit, potiùs ſeſe quodammodo in obſequium, quam in æmulationem componunt: quia quidquid illud eſt generoſæ; atque liberæ *celſitatis*, natiuum eſt, non affectatum. Id ſi ad *Sermonem* Chriſti transferas, inuenies, quod mireris, immo quòd venerêre. Nam cum verborum illa, ſeu ſimplicitate, ſeu candore, tanta ſententiarum celſitudo, ac rerum libertas eſt, vt, vel inimicorum teſtimonio, nihil maius exiſtimari poſſet. *Et factum eſt*, inquit Matthæus, *cum conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrinam eius: erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum, & Phariſæi.* Matth. 7. 24. 29. Mirum eſt à rudi plebecula diſcrimen tantum obſeruatum, vt inter Chriſti *Orationem*, Phariſæorumque diſcernerent: & aurium iudicio *Sermonem* à *Sermone* diſtinguerent. Scilicèt videbant illum, tanquam ſuo iure, ac poteſtate, non aliundè emendicata loqui: ac de rebus grauiſſimis, non vt legis interpretem, ſed vt Authorem, agere: de quæſtionibus ſemper ſerijs, grauibus, vtilibus, neceſſarijs ad ſalutem diſputare: idque intrepidè, liberè, conſtanterque. *Non ſicut Scribæ, & Phariſæi*, quorum ſermo elumbis, frigidus, fucatus, de rebus inutilibus, quæque vix à terra ſe tollerent; cui ſemper eorum mentes affixæ, nihil ſublimius poterant cogitare. Cum interea Chriſtus, tametſi inter plebeiam multitudinem verſaretur plerumque, reſque, & verba eorum captui accommodaret, nunquam tamen ſui oblitus ad ſcurrilia & vana, populoq; placentia, ſubmitteret ſeſe, ſed ſibi ſemper ſimilis, etiam in paruis cœleſtem originem teſtaretur. Atque in his exiſtimamus potiſſimè ſimilitudinem *Labiorum* cum *Lilijs* verſari.

Liliorũ propriæ dotes generoſitas, & celſitas, minime fucata.

Chriſti Sermo celſus, liber, diuinus.

Matth. 7. 28.

Talis Chriſti Sermonis gratia.
A celſitudine, et libertate.
Qua natiua illi, non emendicata.
Id vel à ſimplici plebe agnitum.

Diſcrimen inter orationem Chriſti, & Phariſæorum.

Eaque vota à Scribarum ſermone diſtincta.
Etiam cum captui plebis accommodaret ſe.

NOTA.

NOTATIO XLIV.

DISTILLANTIA MYRRHAM PRIMAM.

I.
De ſenſu arcano exigua lis.
Nam plerique ad ſeueritatem doctrinæ referunt.
Vel ad memoriam paſſionis.
Vel ad paſſiones martyrum.

Labia ſtillantia myrrham Prædicatores ſeuerè prædicantes.
Ambroſius.
Qui paſſionem Chriſti populis annunciant, vel martyres.
Philo.
Iuſtus.

DE horum verborum arcano ſenſu minor cum cæteris nobis diſceptatio erit: plerique enim in eandem conuenêre ſententiam, quam nos & veriorem exiſtimamus; & ductui noſtræ Interpretationis magis accommodatam. Nam tametſi hæc quidam etiam ad *Verbi miniſtros* referunt, in eo tamen nobiſcum conueniunt, quod *Myrrha*, propter amarorem, doctrinæ ſeueritatem, ſemper ad dura, & aſpera, & carni contraria homines adhortantem, intellexêre. Sic Ambr. lib. de Inſt. virgin. cap. 15. tametſi etiam ad Chriſti paſſionem, quam prædicant, referat. S. D. E. *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* 1. Cor. 1. 23. Philo Carphat. ad Martyrum paſſiones maluit reſpicere, quorum Fideles exemplis ad mortem pro Chriſto alacriter ſubeundam incitentur. Quod Iuſto Vrgelitano etiam placuit.

II.
Sed præſtat de doctrina Chriſti exponere.
Quæ ſemper ad auſtera prouocare ſolitus.
Id amarore myrrhæ inductum.
Quam labia ſtillant.
Eius rei documẽta paſſim exſtant.
In Euangeliorum libris.

Myrrha in labijs mortificatio, quam ſemper Chriſtus inſinuabat.

Matth. 16. 24.
Luc. 14. 26.

Euangelica conſilia.

Sed præſtat generatim de *Chriſti doctrina* interpretari, quo verba illius omnia collimabant, qua ſemper & *Mortificationem carnis, & affectuum terrenorum interitum, &* vno verbo *crucem pro Dei honore tolerandam, hominibus perſuaſit*: per ſe quidem, dum inter nos ageret: per ſuam verò doctrinam abſens, quæ in Euangelijs continetur; quam ſui nimirum abſcedens vicariam reliquit. Sic ferme de veteribus quique grauiſſimi Theodoretus, Caſſiodorus, Beda, Rupertus, Tres Patres, Honorius, Angelomus, & de Recentioribus doctiſſimi quique. Et vero, ſi quæ *Myrrhæ* inſunt in ſumma ſaporis amaricie dotes, conſideres; eaſque ad *Chriſti ſermonem*, ac doctrinam applices, videbis, quam verè *Stillare Myrrham*, & quidem primæ nobilitatis illius *Labia* dicantur. Nam de amarore guſtui ingrato ſunt illa, quæ tertio quoque verbo legimus. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & ſequatur me.* Matth. 16. 24. Et: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & Vxores, & filios, & fratres, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Luc. 14. 26 27. Huc pertinent ardua illa conſilia de voluntaria paupertate, diuitiarum contemptũ, ſenſuum cuſtodia, affectuũ mortificatione; de cœlibatu, & abſtinentia etiam à legitimi thori voluptatibus; de voluntaria obedientia; de aſperioris vitæ inſtitutis, vndè natus Religioſus Status, ac diuerſitas illius. Quid his omnibus acerbius eſſe, quid amarius, & inſuauius poteſt? Id autem tàm ſerio, & ex inſtituto factum à Chriſto eſt, vt eo videatur omne ſtudiũ, ac conatum contuliſſe, tanquam in rem, quam ad vnam commendandam, docendam, perſuadendam, atq; inducendam in vſum, in mundum veniſſet:

Vnde natus Religioſus ſtatus.
Id docuit Chriſtus ſerio, id perſeueranter.

Religioſus ſtatus vnde ortus.

III
Sed doctrina acerbit etiam.
Vtilitas temperabat, & ſalubritas.
Nam & natura medendi vim.
Inſuauibus plerumque indidit.
Ea arte vſus Chriſtus.
Doctrina vtilitatem oſtentabat.
Et cum gratia præciperet.
Simul, & præmij admonebat.
Obſequẽtibus parati.

Chriſtus acerba præcipiens vtilitatis admonebat, & præmij.

Medẽdi vis plerumque inſuauibus indita.

Matth. 11. 28.
Matth. 5. 3.

Ioan. 12. 25.
Grande præmiũ vita æterna pro temporali.

Sed eadem illa *acerbitas*, ac *Doctrinæ ſeueritas vtilitate* compenſabatur, ac animorum ſalute, quæ cum illa coniuncta erat. Ideò tàm ſæpè Chriſtus eius vtilitatis meminiſſe ſolitus, cum dura, illa atque aſpera ſuadebat, vt acerbitatem doctrinæ eiuſdem vtilitas, & ſalubritas temperaret. Nemò enim medicus ab amaris medicamentis præcipiendis abſtinet, & pro illis dulcia propinat, ſi vitam amet ægroti: cuius plerumq; conſeruandæ vim, acerbioribus ſuccis natura indidit, ne per placentia vitam, quæ tanti æſtimatur, ſed per auſtera, atque inſuauia redderet, aut conſeruaret. Hinc Chriſtus labore preſſos inuitabat ad ſeſe, leuandos oneribus, reficiendos viribus, ſolatia confouendos. *Venite*, inquit, *ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Matth. 11 28. Et cum voluntariam paupertatem laudaſſet, *pauperibus* cœleſte Regnum tàm certo pollicitus eſt, vt ex tunc videretur eos in illius mittere poſſeſſionem. Sic *mitibus* terræ dominatum: *lugentibus* vera ſolatia, neque vnquam deſitura; *iuſtitiam eſurientibus* ſaturitatem; *corde mundis* Dei conſpectum; *perſecutionē vexatis propter iuſtitiam* patrij Regni participationem, politicus: immò vitam non niſi illis, qui illam pro Dei amore, & honore profudiſſent, deſtinatam in cœlo teſtatus eſt. *Qui amat*, inquit, *animam ſuam, perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Ioan. 12. 25. Grande ſcilicèt præmium, efficaxque ad perſuadendum argumentum, ſi felici commutatione æternum duratura in cœlo vita, prò breui in terra, reddenda ſit. Meritò ergo Chriſti *Labra Myrrham Stillant*, in quibus cum doctrinæ ſeueritate & ſalus, & vera vita coniuncta eſt.

IV.
Cur autem myrrham primam dixit?

Nihil maius in Dei obſequium, quam mors pro illo obita.
Gregor. PP.

Cur autem non *Myrrha* ſimpliciter, ſed *Prima*, aut, vt reddidere 72. *Plena*, mentio ſit facta, id eſt, eius, quæ odoris ſuauitate, & vi ad medendum eſſet præcipua, quærere Lector ſi velit, reſpondebit Gregor. *Quia nullus ſic mortificatur, quomodo ille, qui*

Digitized by Google

pro Chriſto martyrio finitur. Acutè id monitum eſt; nam qui vitam pro Chriſto ponit, nihil habet, quod amplius reddat. Hoc *Primum*, hoc ſummum eſt, S. D. E. *Maiorem hac dilectionem nemò habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Io. 15. 13. Sed illud huic interpretationi videtur obeſſe, quod Eccleſia non de fidelibus, qui pro Chriſto moriantur, ſed de eodē loquatur Chriſto, cuius de myſtici corporis pulchritudine omninò dicit. Præſtat ergo *Primatū* hunc ad eundem referre Chriſtum, qui ſuo præceſſit exemplo; nec quidquā verbis docuit, quod factis non exequeretur: diuerſus multò ab illis ſcilicet, de quibus dictum: *Dicunt, & non faciunt. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & in humeros imponunt hominum; Digito autem ſuo nolunt ea mouere*. Matth. 23. 3. Ingreſſus primus Chriſtus aſperam ſeueritatis viam, eam, exciſis ſuis manibus ſentibus, ad ſanguinis vſque profuſionem, complanauit, qua ſequerentur præeuntem Diſcipuli. Et *crucem* ſuam *ſibi baiulans* ipſe (Neque enim ſine myſterio dictum: *Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locus*) vt ſub onere pene fatiſceret, tunc hortatus ſuos eſt, non vt ſe præcederent, ſed vt ſequerentur. *Tollat*, inquit, *crucem ſuam, & ſequatur me*. Matth. 16 24. Quis exemplo tali incitatus, ſequi detrectet, & delicata ignauia diffidat id poſſe ad quod ab eo, à quo omnis manat animi corporiſque virtus, inuitetur? *Non eſt*, inquit, *maior ſeruus Domino ſuo, Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur*: Ioan. 15. 20. Magnum eſt eandem cum Chriſto ſubire fortunam; nec in alia Magiſtrum, in alia Diſcipulos claſſe cenſeri. Hoc ille ſuos argumento premebat, cum poſtquam omnium abluiſſet pedes, dicebat; ſed mitiſſimis ſimul, & ardentiſſimis verbis. *Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me Magiſter, & Dominus; & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus, & Magiſter, & vos debetis, alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt, quam admodum ego feci vobis, ità & vos faciatis*. Ioan. 13. 12. Et Magiſtri optimi bonus Diſcipulus Ioannes: *In hoc cognouimus caritatem Dei quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere*. 1. Ioan. 3. 16. Meritò ergo *Chriſti Labia Primam Myrrham, plenam, probatam Stillare*, dicuntur: quidquid enim amarum alijs propinauit, prior ipſe, non libenter ſolum, ſed auidè bibit. In cuius fortaſſe rei typo, cum myrrhatum vinum oblatum guſtaſſet, non totum ebibit, ſed partem ſe ſequuturis reliquit: Salubritatem exquiſiti potus guſtatione teſtatus. Et poſtquam à mortuis ſurrexiſſet, aſſi piſcis partem cum comediſſet, reliquias tam ſobriæ menſæ Diſcipulis ipſe diuiſit. Atque hæc probabiliter, certè vtiliter, diſputata ſint.

De martyrio interpretatur Gregorius. Quo nihil maius poteſt Deo offerri. Sed præſtat de eodem Chriſto interpretari. Qui exemplo prius, quam Verbis docuit. Nam primus viā aperuit. Vepribus ipſe manibus cruentatis. Ideo dicitur baiulaſſe ſibi crucem. Vt præcederet ſequuturos. Quo argumento illos vrgebat. Qui cum & Dominus, & magiſter eſſet. Diſcipulis pedes lauit. Vt admoneret quid facere eos deceret. Et cum myrrhatum guſtaſſet vinum. Et aſſum piſcem comediſſet. Reliquias diuiſit ſuis.

Ioan. 15. 13.

Chriſtus exemplo præceſſit ſuo.

Matth. 23. 3.

Chriſtus primus aſperam perfectionis viam aperuit.

Ioan. 19. 17.

Matth. 16. 24.

Chriſtus prius ſibi crucem baiulauit, quam alios prouocaret.

Ioan. 15. 20.

Ioan. 13. 12.

1. Ioan. 3. 16.

Chriſtus myrrhatum vinum, & aſſum piſcem non totū ſumpſit, vt reliquias ſuis relinqueret quas guſtarent.

V.

Cæterum cum dramat. Commentario, tametſi Verba hæc omnia ad *ſuauitatem Eloquij* referri probabiliter poſſe, monuimus; fortaſſis, & iam, nec minus probabiliter, de *ſuaueolentia halitus* Sponſi intelligi poſſe definierimus, & id etiam ad arcanam ſententiam num transferri poſſit, exquirendum eſt: ne in ſcripto Sacramentis pleniſſimo quidquam neglexiſſe videamur. Halitus oris emendatus optimam, ac Valentem corporis conſtitutionem, matrem agnoſcit. Means enim è viſceribus per ſecretos meatus ſpiritus, earum partium, per quas vehi contigerit, qualitates trahit; quemadmodum aqua, ſuo de fonte, per terræ defluens venas vel noxias, vel ſalubres qualitates, quales acceperit, ſapore, ſæpè etiam, & odore, teſtatur. Itaque Spiritus ore, & naribus emiſſus, quidquid, vel vitij, vel ſalubritatis viſcera afficit, odore prodit, tam fido ſæpè, certoque indicio, vt diſſimulari non poſſit. Id eſt, quod dicebat Chriſtus. *Non, quod intrat in os, coinquinat hominem; ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem* (*coinquinatum* interius, vitiatum que teſtatur) *Quæ enim procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem* (eodem ſenſu, *coinquinatum* conuincunt) *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ: Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem*. Matth. 15. 8. 18. 19. Erat quidem Chriſti Domini corporis, ſed multo magis animi, Vegeta, ſana; valens conſtitutio: indè autem vel vt ex aromatico quodam promptuario hærebat verbis ſalubris illa, ac ſuaueolentiſſima virtus, quæ vel odore, vel halitu ſolo, & vires reficiebat hominum, & ſalutem, omni pulſa morbi cauſa, audientibus afferebat. Neque enim poterat, qui ſalutis omnis fons erat, quidquid erat, non communicare ſermoni. Hinc admirandi illi effectus in hominum etiam rebellium, ac durorum animis ad ſe trahendis. Qua fortaſſe cauſa factum, vt, cum Diſcipulos in Vicarios, Suos initiaturus eſſet, poteſtatē omnem, qua miniſterium conſtabat in ſpiritali ſalute per prædicationem, & Sacramentorum vſum impertienda mortalibus, non ſolum verbis, ſed *halitu* communicaret. Quaſi ſpiritus ſui participatione, ſalubritatem interioris ſuæ conſtitutionis communicaret etiam illis; ac de ſuo *flatu* virtutem inderet, qua etiam afflarent cæteros. *Hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dixit: accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt*, Ioan. 20. 22. 23. Ideò *Labia Chriſti Myrrham Primam Diſtillaſſe* dicuntur, quòd in eo tanquam in radice, atque

Sed quis hæc de halitu ſponſi emēdato interpretati etiam ſumus. Et id applicandum eſt. Halitus oris internas qualitates prodit. Siuè ſanas ſiuè vitioſas. Ideo dictum à Chriſto. Quæ procedūt ex ore, hominem coinquinant. Id eſt coinquinatum probare. Chriſti verò animi conſtitutio. Sana erat, & vegeta. Ideò & ſalutem afflabat. Ideò cum diſcipulos initiaret in Vicarios ſuos. Halitu facultatē impertijt. Vitam cæteris cōmunicandi.

Halitus ſuaueolentia conſtitutionem arguit valentem.

Quod procedit ex ore, coinquinat hominem quo pacto intelligendum.

Chriſti interior cōſtitutio ſana, & vegeta, ideò & halitus.

Chriſtus cur halitu communicauit Apoſtolis facultatem viuificā… homines.

Ioan. 20. 23.

Digitized by Google

Ideò illius labia myrrham primã ſtillant. Quia in eo velut in fonte ea virtus. In cæteris tanquã in riuulis reſidebat.

que fonte, vitalis illa ſalubritas valenſque virtus exſiſteret: in cæteris, velut in riuulis, quibus, dum capiti fontis eſſent coniuncti, vitæ illa gratia perſeueraret, non tanquam natura innata, ſed tanquam ab eo accepta, cui naturalis eſſet. Qui enim dedit: de ſuo ſcilicet dedit, nec quod affluenter dediſſet, imminutus theſaurus eſt. Qui autem accepere, non de ſuo, ſed de alieno ditati ſunt. Vt & alios ipſi ditare poſſent, Vitamque, quam acceperant, communicare; ac *Myrrhæ* ſuauitatem afflare. Quæ ſi minus Lectori placebunt, poteſt omittere.

VERSVS XIV.

MANVS EIVS TORNATILES, AVREÆ, PLENÆ HYACINTHIS.

COMMENTARIVS.

M*Anibus Opera* Chriſti intelligenda eſſe, ipſa *Manuum* appellatione admonemur, quæ præcipua ſunt inſtrumenta animæ, & corpori ad agendum. Sunt enim organa & viuentia, & coniuncta, quod neutrũ conuenit alijs inſtrumentis, quæ & mortua ſunt, nec coniuncta naturaliter cum agente. Omnis autẽ Chriſti *Operæ* perfectio tanta erat, nihil vt poſſet iure in illis reprehendi, omnia probari. Ea autem & *operandi facilitas* commendabat, cum nihil eſſet in rebus, quod vel obſiſtere agere volenti poſſet, vel operantem retardare: ſingula, in obſequium facta Domini, imperium exſpectabant; atque id ipſum quod ſeruirent, felicitatem reputabant. Et alioqui *Opera* ipſa nemini noxia, nemini inutilia, eo commendationem habebant, quòd inter tam multa, quæ patrata ab eo legimus, & quidem admiranda, in mortalium bonum, nullum legamus, in cuiuſquam damnum geſtum. Talia autem cum eſſent, ita tamen captui ſingulorum aptabantur, vt cum ad imitationem vrgerent, facilitatem exemplo præſtarent; vt quiſquis ea videret, & imitari vellet, & poſſet. Ideo *Manus Sponſi Tornatiles* eſſe dicit. Accedebat ingens, aut potius infinitum eorum *pretium*, á dignitate *Operantis*: ab ſpecie autem ſingulorum, atque circunſtantijs, ſi etiam *Verbi* valorem, dignitatemque ſecludas, tanta perfectio, vt nulli omninò Hominum, Angelorumue ſimile quiddam datum ſit. Ideo, quæ à *facilitate agendi Manus Tornatiles* dictæ ſunt, ab ea æſtimatione, & pretio *Aureæ* nominantur. *Hyacinthis* autem *Plenas* cum audis, *cæleſtes* intelliges propter finem: aut certè *varietatem* ipſam, *multitudinemque*, quibus veluti quibuſdam *Gemmis* vita illius tota exornabatur. Sed eandem audi Eccleſiam, ſuis hæc verbis enarrantem.

ENARRATIO.

D*E Sermone dixi Sponſi, eloquendique Gratia: Pergo de Actionibus dicere, & Operibus; ſi tamen conſequi oratione poſſim, vt ſic dicã, quemadmodum mihi dicendum eſſe intelligo. Sed fruſtrà conatus erit: ea enim illius Operum perfectio eſt, ſiuè ea ipſa conſideres, ſiuè operandi rationem, modumque, nihil vt perfectius, ac conſummatius eſſe poſſit. Si autem granditatem facilitati coniunctam, iure mirabere; iamque dubius hærebis, vtri duarum rerum faueas; niſi quod alteri ab altera admirationis gratia creſcit. Operum menſura ipſius voluntas eſt, cui ſcilicet ſubduntur omnia: nihil, quod*

retardare

retardare accingentem ſe operi poſſit, nihil eſt, quod impedire: cum omnia eo ſe beata putent ſi imperium accipiant dominantis: obſequio ſemper feliciora, quam ſi otiari ſinantur. Dicas ea facilitate perfici ab eo cuncta, quaſi facili manu, ſed & perita tornentur. Adde vtilitatem, & commodum, & quidem commune: Cum inter infinita continua ſerie patrata, nullum omnino fuerit cuiquam damnoſum, aut iure ingratum; quodque mallet vnuſquiſpiam infectum potius, quam factum. Hinc corporum ſanitates: hinc animorum certa ſalus; vt quod valeant, quòdque viuant, debeant vni. Sed & illud gratiam addit, quod, quæ ad agendi ſpectant rationem, vitæque conſuetudinem, ita ab eo aguntur, vt agendi modum agendo deſignet: nihil vt ſit quod Homines imitari, aut nolint, aut non poſſint: tàm domeſticè doctrinam tradit, factis potiùs, quàm verbis conſtantem. Pretium autem æſtimare Operum ſingulorum nemò poſſit. Infinita eſt dignitas, ac ſine menſura latentis in Viſibili carne inuiſibilis Verbi, vndè æſtimatio creſcit Operibus. Et alioqui, ſi ſubſtantiam, ſi circunſtantias conſideres, tametſi Deum non cogites, ſtatim intelliges, magno illius acta merito Hominum omnium, Angelorumq; actis pretij granditate præferri. Ideò aureas Manus dixi. Vnum ſi dixero, gradum ad alta faciam. Eorundem tanta Operum varietas eſt, ſplendor tantus, vt haud ſecus vitam illius diſtinguant, ornentque, quam cœlum aſtris; manus autem magni alicuius Principis annulis, gemmiſque radiant, latè vibrato lumine ſingularum.

NOTATIO XLV.

MANVS EIVS TORNATILES.

SVM. COM.

I.

Quidam manus eſſe volunt. Rerum externarũ adminiſtros. Eccleſiarũ Oeconomos.

Sed nimis ſtringunt.

Addere poterant, qui miſericordiæ opera exercent.

Alij nimis laxãt.

Et myſteriorum diſpenſatores intelligunt.

Qui certè Apoſtoli.

Quos non decet toties in ſcenam produci.

Chriſti manus rerum externarum adminiſtratores.

Act. 6. 6.

Manus Chriſti diſpenſato res myſteriorũ Dei.

Nyſſenus.

Pſellus.

1. Cor. 1. 2.

Aponius.

IN Eccleſiæ Myſtico Corpore *Manuum* Munere Fungi quoſdam, certum eſt: ideò qui, quæ tota hac deſcriptione dicuntur de *Sponſo Chriſto* ad Eccleſiæ corpus retulere, *Manuum* hic appellatione *rerum externarum Adminiſtros*, puto quos Oeconomos Eccleſiarum dicimus, intellexere: quales fuere ſeptem illi initio naſcentis Eccleſiæ inſtituti Diaconi, quorum de numero Stephanus fuit, quibus pars Apoſtolicæ ſollicitudinis communicata eſt: non enim æquum viſum eſt, tempus, quod miniſterio verbi deberetur, menſarum miniſtratione conſumere. ſed poterant non ad diſpenſatores rerum externarum ſtringere, ſed illos complecti omnes, qui muneris ſui ratione exteriora procurant opera, quæ Miſericordiæ dicimus: qui hoſpitio peregrinos excipiunt: qui egenos ſuis facultatibus ſubleuant: qui Xenodochia curant; ægrotis miniſtrant, viſitant, ſolanturque carcere clauſos; ea enim omnia ad *Manuum opera* aptè reduci poſſunt. Contra quidam alij nimis extendunt, eos enim volunt intelligi, quos Paulus *Miniſtros Chriſti* vocat, & *diſpenſatores Myſteriorum Dei*. 1. Cor. 1. 2. Sic ferme Nyſſenus, & poſt illum Pſellus, illius vel Aſſecla, vel Abbreuiator. Sed hos ex munere Verbi Apoſtolos potius dicimus: nec neceſſe eſt, tam ſæpè de Apoſtolis mentionem fieri, ne membrorum omnium nomina confundamus, & diuerſiſſima munera vni tribuamus. Aponius autem, quod mirari ſubit, ſolos eos accipit, qui eijciendorum à corporibus hominum Dæmonum poteſtatem habent: quos Eccleſiaſtico vocobulo dicimus Exorciſtas, ſed ignoſcendum eſt, ſiquid exorbites in difficillimo commentandi genere.

II.

Alijs iuſtorũ ſunt opera.

Nam manus ſæpè pro operibus.

Ex vſu Sacræ Scripturæ.

Maximè ex legis præſcripto factis.

Ea dicta manus pura.

Manus iuſtorum opera ex legis facta præſcripto.

Eccleſ. 9. 10.

Manus pro actionibus & operibus ex S. S. vſu.

Iob. 22. 29.

Pſal. 17. 29.

Aptius illis, qui per *Manus, Iuſtorum hominum*, qui ſcilicet Eccleſiam illiusque corpus myſticum conſtituunt, *actiones, & opera, ex legis Chriſtianæ præſcripto inſtituta, atque perfecta*, intelligunt. Nam & *Manuum Opera* pro actionibus laude dignis, quæcumque tandem ſint illæ, haud ineptè accipiuntur: S. D. E. *Quodcumque facere poteſt Manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas*. Eccleſ. 9. 10. Et: *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur: ſaluabitur innocens, ſaluabitur autem in munditia Manuum ſuarum* Iob. 22. 29. Et: *Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem Manuũ mearum retribuet mihi*. Pſal. 17. 29. Quid autẽ ea *Manuum* puritas ſit, ſtatim explicat.

Quia

Digitized by Google

Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me. Et ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea. Ibidem. Id ſequerer, niſi exiſtimarem, hic non de Eccleſia, vt corpus eſt Chriſti capitis, ſed de Chriſto ipſo, vt totum quoddam, ac myſticum corpus eſt, ſuis conſtans membris, ſermonem eſſe.

Sed hic de corpore Chriſti ſermo, non Eccleſiæ [illegible]

III.

Sequamur ergo, quod cœpimus, & qui in *Chriſti Labijs ſermonem* agnouimus, in *Manibus opera*, quæcumque illa erant, intelligamus; quæ hic Sponſa Eccleſia ab omni circumſtantia commendet. Habes, ſi hæc placeat interpretatio, quos ſequaris, bonos Duces, Theodoretum, Caſſiodor. Gregor. PP. Philon. Iuſtum, Eucherium, Bedam, Rupert. Angelomum, & de Recentioribus quoſdam & doctos, & graues. Cur autem *Manibus*, & *opera* accipiamus, & *actiones*, paulò ante dictum eſt, ex vſu Sacræ Script. Horum ergo ſequamur in generali ſenſum; in ſingulis applicandis non eandem viam premenus. Et quidem quod *Tornatiles* dictæ ſint, ſeù torno elaboratæ, quod ad præſtantiam perfectionemque retulimus Dram. Comment. cap. 5. Not. 44. apud Theodoretus, Philo, & Gregorius ad *operum Chriſti perfectionem* reuocarunt; in quibus nihil omninò eſſet, quod meritò in cuiuſquam reprehenſionem incurreret: vt ne illi quidem, qui aduerſus illum odio, atque inuidentia taboſcebant, auſi ſint in eo quidquam accuſare, etiam eo ad eorum iudicium prouocante: tanta ſcilicèt eſt innocentis vitæ ſecuritas, ac confidentia, vt ne hoſtium quidem cenſuram deſugiat. *Multa* quidem inquit, *bona opera oſtendi vobis ex Patre meo. Propter quod eorum opus me lapidatis?* Neque id auſi negare illi, quibus omnia illius inuiſa erant; tantum de blaſphemia, quam vocabant, accuſant. *De bono opere non lapidamus te; ſed de blaſphemia.* Ioan. 10. 31. Quanta veritatis vis, quantus operum Chriſti ſplendor, qui vel à cœcis, inuidiſque, etiam inuitis, teſtimonium extorqueat. Sed & illud mirabile eſt, qui haud raro carpere illius doctrinam auſi, aut certè de falſitate notare, ad opera cum veniſſent examinanda, nihil habuiſſe, quod obijcerent, niſi quod probare non poſſent, non Dei, ſed Dæmonis arte patrata: *In Beelzebub*, inquiunt, *principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia*. Matth. 12. 24. *Hic non eijcit Dæmones, niſi in Beelzebub principe Dæmoniorum*. Luc. 11. 15. Magis id ſcilicèt affirmantes, quod cupiunt, quam quod eſſe credunt.

Nobis manus ſūt Chriſti opera, & actiones.

Quod plèriſque probatum eſt.

Quanquam in certis diuerſam viā imus.

Nam tornatiles, quod dicuntur.

Ad perfectionem reuocarunt.

Inimicis etiam irreprehenſibilem. Et ille confidenter dicit.

Ad eorum iudicium prouocant.

Quamquam illius doctrinam carpere ſoliti.

Operibus peperce-re.

Niſi quod virtute Dæmonis facta auſi obijcere.

Manus Chriſti non aliæ, quam illius actiones, & opera, perfectiſſima.

Iudæi licet infenſi Chriſto in illius operibus nihil quod mor deret habuere.

Ioan. 10. 31. Chriſtus prouocat ad Iudæos, iudiciū de ſuis operibus eis permittens.

Matth. 12. 24. *Luc.* 11. 15.

IV.

Sed ea *Operum* Chriſti perfectio nō vno ex capite conſiderari poteſt. Nam & in ſe ipſis ex obiecto, vt ſchola loquitur, & ſpecie ſua, perfectiſſima erant; & ex operandi ipſa ratione, quæ excellentiſſima ſemper fuit, ſupremumque agendi gradum impleuit. Nam ſi finem ſpectes, vnus ſemper illi fuit Patri obſequendi, placendique voluntas; & mortalium ſalutem procurandi. Id eſt, quod dixit Ioan. 17. 4. *Ego te clarificaui ſuper terram: Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam*. Id ad gloriam Patris, atque obſequium pertinet: ad hominum ſalutem, quod ſubdit: *Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti; & Sermonē tuum ſeruauerunt*. Ioan. 17. 6. Ideò *Sponſi Manus Torno* dicuntur factæ, quia in his, quę *Torni* artificio poliuntur, nihil ex vlla parte eſt, quod perfectum non ſit, & vſquequaque rotundum, & mira æquabilitate politum, utpote ad vnum centrum exactum. Quod ſi & *Operum* circunſtantias expendas, intenſionem quam ſchola vocat, conatū in agendo, mentis attentionem nunquam euagantem, aut conniuentem, intentionis puritatem alio minimè diuertentem, perſeuerantiam nunquam interruptam, ſtudiū accommodandi ſingula ad rerum, temporum, perſonarum varietatem, intelliges, quanta cum ratione ſit dictum, etiam ab ignorante turba, plus certè ſignificante, quam caperet ipſa: *Bene omnia fecit*. Mar. 7. 37. Et de ſe ipſo ille: *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere: Si autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite: vt credatis, & cognoſcatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre* Ioan. 10. 37. Nam Patris *opera* appellat, quæ eo authore ſint digna, propter eorum perfectionem excellentiamque. *Tornatiles* ergo *Manus* ſunt, quia quemadmodum, quæ *Torno* fiunt, ideo vſquequaque polita, teretia, æquabilia ſunt, quòd ad vnum, quod in medio ſit centrum exacta, è quo ad circumferentiam ductæ lineæ æquales non eſſe non poſſunt; ità illius *actiones* & *opera*, ſiuè centrum, ad quod vnum, Dei ſcilicèt gloriam, exiguntur, conſideres; ſiue circumferentiæ, id eſt, circunſtantiarum æquabilitatem, pari ſemper interuallo à centro diſtantium, ac Dei gloriæ ſeruientium, nihil inuenies, quod emineat; nihil, quod depreſſum ſit: ſed omnia exactiſſimè in opus deducta.

Verum ea operū perfectio. Tum ex fine nata. Gloria Patris, & hominum ſalute.

Vtrumque Chriſtus coniunxit.

Hæ ſunt manus tornatiles.

Tum ex circunſtantijs.

Quarum nulla abfuit.

Vnde perfici poſſent.

Ideo ea quanquā ſua.

Patris opera appellauit.

Vti exacta ad illius gloriam velut ad centrum.

Et ad circunſtātias, veluti ad circumferentiam.

Chriſti operum perfectio ex fine, qui Dei gloria, & hominum ſalus.

Ioan. 17. 4. 6.

Chriſti operum perfectio ex circunſtantijs.

Mar. 7. 37. *Ioan.* 10. 37.

Torno facta ad vnum centrum exacta indè perfectio.

V.

Aliud quiddam latere arcani in *Manuum Tornatilium* cum *Operibus* Chriſti ſimilitudine arbitrati ſunt, nec ſine ratione, Eucherius lib. 3. in lib. Reg. Caſſiodorus, Beda, & Rupertus hic; *celeritatem* ſcilicet, aut, vt ego interpretor, *facilitatem* operandi, quod in tanta Chriſti operum magnitudine, ac varietate, quæcumque tandem ſint illa, admirationis magnam habet cauſam. Reddam Ruperti Tuitienſ. Verba, tamen ſi pluſcula,

Sunt etiam qui hic agnoſcant celeritatem in agendo.

Et facilitatem operandi.

Eucherius. Caſſiodorus. Beda. Rupertus. Chriſti in operando celeritas, & facilitas. *Rupertus.*

Digitized by Google

In eo enim fuit admirãdus Chriſtus. *Vicitque omnes iuſtos, etiam magnorum operum patratores.* *Qui nõ ſine multa prece: Deum adiutorẽ habuere.* *Ideo dictus ille Tornator cœli, & ſyderum, vt Deus.* *Vt homo mira patrabat ſolo nutu.* *Et puro imperio.* *Obſequente illi natura.* *Et agnoſcente deſideria.* *Nec exſpectante mandatum.*

Christus imperio, nutu, ſæpè, & ſilentio mira patrans.

la, aptiſſima tamen in hanc ſenſum. *Qui torno operatur, facilius, citius, atque perfectius operatur. Sic iſte Dilectus multo facilius, longe citius, valde perfectius mira, quæ voluit, operatus eſt, quam alij ex operarijs virtutum, quicumque à ſæculo fuerunt. Illi namque multo ſudore, multis orationibus, atque ieiuniorum impendijs, multo clamore cordis, & oris, aliunde ſiue ex Deo acquirere, & obtinere meruerunt, cuiuslibet virtutis effectum. Hic autem ſolo nutu, ſolà voluntate, ſolo imperio, interdum & taciturnus, quod voluit, operatus eſt. Nam natura, conditoris ſui tacitum nutum ſentiens, promptè obtemperabat. Ipſe enim erat, & eſt antiquus Tornator, qui tornauit Cœlum, & terram: & Sphærica Solis, & Lunæ, cunctarumque ſtellarum corpora Torno ſuo, id eſt, imperio velociſſimo.* Aptè omnino, & *Tornatilia Opera, & Tornatorem Chriſtum* eorum *Operum* Authorem nominat, vt & operantis facilitatem ad agendum, & Operum, vt fierent, indicaret. Sic videbis etiam, cum mira illa, quæ ſtuporem hominibus faciebant, patraret: cum leges Naturæ refigeret: cum mortuos rediuiuos facerete ſtare; cum à natiuitate cœcos lumine, vſu membrorum captos ſanitate redonaret, ſolo fere imperio vſum; rarius adhibuiſſe manum, vel aquam, vel lutum: cum quidquid rerum eſſet, paratum in obſequium Domini, & nutum illius, & vocem, & contactum ſæpè præueniret, nec expectaret. *Ego,* inquit, *veniam, & curabo eum.* Matth. 8. 7. Nondum ad ægrotum venerat, nondum ægritudine imperauerat, adhuc abſens erat: & tamen abſentis deſiderium morbus agnouit, nec, vt iuberetur, exſpectans, abſceſſit, velocior ad obſequendum, quam ad imperandum Chriſtus. Parum fuiſſet imperium exſpectare, niſi, præoccupans obſequijs præueniſſet. *Et ſanatus eſt puer in illa hora.*

Christus etiam niſi verbo vſus ad miracula.

Morbi agnouere deſideria Chriſti, obſequuti non exſpectato imperio.

VI.

Sed & pro vita Chriſti ad benefaciendum mira. *Vt viderentur beneficia excidere de manibus, non extorqueri.* *Haud orari ſinebat ſeſe.* *Vltro occurrebat, nec contineri poterat.* *Quaſi ex munere beneficia præſtaret.* *Nec alius fuiſſet finis aduentus illius.*

Iuſtus Orgel. Christo beneficia excidere de manibus ſolita.

Nondum totum id dictum eſt, quod in *Tornatilibus* latet *Manibus.* Iuſtus certè in illis paratam facultatem in Chriſto, ad omne opus bonum peragendum conſiderat: pronitatem iudicans ad benefaciendum, quaſi is eſſet Chriſtus, cui beneficia non tam extorquerentur, ab importunis petitoribus, quam exciderent à benefica manu, in qua nihil eſſet, quod hærere, aut non vltro excidere poſſet. Sic quæ *Torno* ſunt facta, ex omni ſua parte æquabili arte polita, & terſa, nec fœdantur angulis, nec aſperantur ſcalptura, nec inelaborato opere aſperum quid, atque ingratum contrectantibus offerunt. Quidquid adhæſerit, facillimè excidit. Haud orari ſe ſinebat Chriſtus, ſed vltro gratiam tanquam dando acciperet, offerebat: tam teres mortalibus ipſe, atque in ſumma bonorum affluentia beneficus, vt continere ſe à præſtandis beneficijs minimè poſſet. Ideo de illo dictum: *Qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo.* Act. 10. 38. ος διῆλθεν εὐεργετῶν. *Quaſi ex munere verſatus in benefaciendo.* Eſt quod ille dixit: *Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat, Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Ioan. 10. 10. Quaſi non alius aduentus illius finis fuerit, niſi vt benefaciendo omnium ad ſe hominum corda, amoremque conuerteret. Et id quidem probabiliter dictum ſit.

Christus beneficus, quaſi ex munere. Act. 10. 38. Ioan. 10. 10.

NOTATIO XLVI.

AVREÆ PLENÆ HYACINTIS.

I.

Aurea autem dicta manus. Quia opera diuina virtute facta, & ſ. q. *Sed multa ab Humanitate facta.* *Vt immediata cauſa.* *Sic etiam Gregorius M.* *Præſtat aurea dici, quia magni pretij.* *Quo fortaſſis referendi alij ſenſus.*

Philo Carpath. Chriſti opera Diuina, quo ſenſu. Gregorius M. Theodoret.

FAcilis Horum Verborum Intellectus, Nec Multum Inter ſeſe diſcrepantes doctorum hominum interpretandi rationes: omnis enim diuerſitas reuocari facilè in concordiam poteſt. Nam quod Philo Carpath. voluit, *Aureas* dici *Manus, Quia quidquid Chriſtus operaretur, Diuina faciebat virtute;* id ſuo intellectum modo verum eſt, vt mox dicemus. Neque enim verum ſimpliciter eſt, quidquid peractum à Chriſto eſt. Diuina virtute fuiſſe factum, cum pleraque Humanitatis eſſent opera, quin à *Verbo,* niſi vt à cauſa communi rerum omnium, procederent: quomodo quidquid à creaturis ſit, diuina virtute fieri dici poteſt cooperante ſcilicèt, & generali concurſu in effectum influente. Aliud ergo quiddam voluiſſe Philo exiſtimandus eſt, de quo paulo inferius. Gregorius M. haud admodum diuerſus abit, niſi quòd obſcurius aliquanto loquutus videtur. *Quia quod exterius inter homines agebat, interius in Diuinitatis pulchritudine diſponebat.* Quod me non ſatis aſſequi plane fateor. Omnium probabiliſſimè Theodoretus: *Aurea Chriſti Opera* dicta, *quia eximia, quia pretioſa, vt pote, quæ æſtimatione vincerent, quidquid pretioſum eſt.* Dixi id probabiliſſimum eſſe: ea enim *Chriſti Operum* prærogatiua omittenda hoc loco non fuerat. Poſſunt autem eodem referri hi ſenſus omnes, ſi dicamus, Theodoretum de pretio, atque æſtimatione loquutum: Philonem, atque Gregorium de ipſa æſtimationis, pretijque radice.

Id

II. *Immo, & infinita æſtimationis.* — *A dignitate Verbi coniuncti.* — *Vnde valor infinitus.* — *Nec ſermo hic ſolum.* — *De operibus ſuo genere ſupernaturalibus.* — *Sed de non excedentibus naturæ ordinem.* — *Quæ etiam pretij infiniti ob eãdem cauſam.* — *Ideoq. etiam meriti.* — *Sed Chriſtus ſibi meritus gloriam corporis.* — *Et nominis exaltationem.* — *Ex ſenſu Pauli.* — *Qua cauſa de cruce loquutus.* — *Exaltationẽ ſuã appellabat.* — *Tunc omnia ſecũ leuauit.* — *Vt de Diabolo victo ſpolia.*

Chriſti manus aureæ, quia opera infiniti pretij. — Sermo hic de operibus ab Humanitate profectis, etiam ordinis naturalis. — *Philo.* — *Gregor. PP.* — Diuinitas aurũ, quo contacta omnia aurea. — Chriſtus meritus ſibi gloriam corporis, & nominis exaltationem. — *Luc. 18 14.* — *Phil. II. 8.* — Chriſtus cur mortem exaltationem ſuã vocare ſolitus. — *Ioan. 12. 31.* — *Matth. 18. 29.*

Id ergo dicamus: *Aureas dici Manus, quia Chriſti opera infiniti fuere pretij quæque nullo pretioſarum rerum æſtimatione æquari poſſent*. Neque hic arbitror de Diuinis eſſe ſermonem, ideſt, Verbi, à quo immediatè procederent. Non id agebat Eccleſia, vt loco alio monuimus, ſed de *Humanis*, quorum principium *Humanitas* ipſa velut principalis cauſa; vel, vt inſtrumentum Diuinitatis. Ea autem actionum Chriſti æſtimatio fontem, originemque Diuinam *Verbi* Perſonam agnoſcebat: non quòd ab illa velut à ſecunda cauſa ac particulari procederent, ſed, quòd ab *Humanitate*, quam in infinitam dignitatem euehebat *Verbum*, ideoque, & meriti, illi vnitum in ſuppoſiti vnitatem. Quo ego ſenſu arbitror intelligẽdos Philonem Carpathium, & Gregorium Papam; neque aliud voluiſſe, quam infiniti in operibus Chriſti pretij radicem Diuinitatem aſſignare, à qua in *Humanitatem*, & illius *Hominis opera* infinita quædam dignitas promanabat. Nec nunc loquor ſolum de Chriſti operationibus liberis ſupernaturalibus ex obiecto, & ſubſtantia ſua; ſed de ijs etiam quæ ordinem naturalem minimè tranſcendebant; quibus temetſi nulla de ſuo genere proportio eſſet cum præmio ſupernaturali, ſatis ad meritum erat, ſi ab eo procederent, qui Homo ſimul, & Deus erat; quidquid ab Homine illo procederet, dignificante Deitate vnita, euehenteque, vt meriti, cuius alioqui capax non fuiſſet, verè tunc eſſet. *Aurum* ergo *Diuinitas* ſit, quæ quidquid acceſſerit, vertat in *Aurum*: vt de Mida Rege narrant fabulæ. Hinc porro factum eſt, vt opera Chriſti à dignificante *Verbi Perſona*, in infinitam euecta meriti vim, quidquid cadere ſub meritum poſſet, ad id omne ſe poſſent extendere, niſi ante meritum omne donata fuiſſent; omne enim meritum futura, quæ nondum ſcilicèt habeas, reſpicit. Meritus ergo ſibi Chriſtus eſt, & gloriam corporis, & nominis exaltationem, vt vera eſſet ſententia illius, qui dixit: *Qui ſe humiliat, exaltabitur*. Luc. 18. 14. S. D. E. etiam: *Humiliauit ſemet ipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen*. Phil. II. 8. 9. Atque hæc fortaſſe cauſa eſt, cum de ſuam loqueretur morte, cur ſæpè eam *Exaltationem* ſuam appellarit: neque enim communi ſenſu loquutus gentis popularis, quæ myſterij neſcia, communi forma loquendi prophetauit, nihil exaltationis nomine intelligens aliud, quam Crucifixionem. Loquutus ergo ad vſum Vulgi: ſed cum vnum diceret, aliud volebat intelligi: verè enim ſciebat, tunc verè exaltandum ſe, cum tolleretur in crucem. Ideo ad ſe tracturum ex eo momento omnia profeſſus eſt. *Nunc*, inquit, *iudicium eſt mundi: nunc Princeps huius mundi eijcietur foras: Et ego, ſi Exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*. Ioan. 12. 31. Quid eſt: *Omnia traham ad me ipſum*? Omnia mihi ſubijciam, ac velut ſpolia victo per Crucem Diabolo detracta, mecum auferam, ac velut in triumpho ad pompam, & gloriam ducam. Id eſt, quod alio Sermonis ſchemate dixit alibi. *Quomodo poteſt quis intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet*. Matth. 12. 29.

III. *Alijs meritus omnia ad ſalutem pertinentia.* — *Quanquam de facto ſub certa menſura.* — *Sed non defectu operum.* — *Sed propter ordinationem diuinã.* — *Hoc operum pretium ſæpè loquitur S. S.* — *Sed maximè Paulus magnus eorũ æſtimator.*

Chriſtus hominibus meritus quidquid ad ſalutem pertinẽs. — Paulus magnus prædicator meritorũ Chriſti.

Alijs autem meritus omnia eſt, ad ſalutem quacumque ratione pertinentia, vt nihil eſſet in mortalium operibus boni, aut gratiæ, & gloriæ meritorium, quod non deberetur Chriſto. Immo, quanquam de facto nobis ſub certa menſura merita illius applicata ſunt, ex ſuo tamen genere, quidquid ab eo geſtum eſt, infinitè meritorium fuit, cuiuſcumque præmij: ſi tamen pactum, & promiſſio Patris præceſſiſſet. Quod ergo de facto plura meritus non eſt, haud defectus operum fuit, ſed diuinæ ordinationis, qui infinita alias Chriſti merita certo tantummodo præmio donauit, quod ſua ipſe mirabili prouidentia præfiniuit. Hanc autem tantam Chriſti operum æſtimationem, & pondus paſſim ſcripturæ loquuntur: nec vllo ſe latius campo Paulus effundit: quem tamen ingreſſus nunquam decurrit totum, cum infinitis ſe ſpatijs quaqua verſum extendat. Etenim lumini, non acies modo humana, ſed & Angelica cedit, ſolis Chriſti eiuſdem oculis in conniuentibus poteſt perſpici inacceſſibilis illa lux, vt non mirum ſit, tam immenſum Chriſti operum præmium ſub *Aurearum manuum* appellatione à ſapientiſſima Eccleſia, cui non ignota æſtimatio erat, indicatum.

IV. *Sed plena Hyacinthis cur dicta?* — *Quidam quòd cœlo proximã.* — *Aut quia imitantibus propoſita beatitudo.* — *Quia ea gemma coloris Cyanei.* — *Sed id incertum omninò.*

Eucherius. Caſſiodor. Beda. — *Gregorius M.* — Hyacinthi color violaceus dilutior.

Reſtat, vt dicamus, quo ſenſu additum ſit, *Plena Hyacinthis*. Plerique ad eius lapilli colorem reſpiciẽtes, qui Cyaneus, vel cæruleus ſereni maris colore dicitur eſſe, vel certè ſereni cœli, Chriſti opera, cœlo ſemper proxima, id eſt, ad Patris gloriam ordinata, intellexere. Sic Eucherius, Caſſiodorus, & Beda: *quia æternitatis, ideſt, futuræ gloriæ in nobis ſpem ſuſtentabant*: à quib. parum diuerſus abijt Magnus Gregor. *Quia Chriſti operum veri imitatores, paratum beatitudinis præmium in cœlo habent*. Omnia verè, & vtiliter dicuntur. Sed quod de *Hyacinthorum* colore proditur incertum eſt, eam enim gemmam non vnius eſſe coloris conſtat; aut certè multis, diuerſiſque nomen commune factum. Quin, & *Hyacinthus* inter gemmas non grandem eſſe æſtimationem certum eſt, ſicuti nec Amethyſto, cui propè accedit. *Differentia hæc, quòd ille*

Digitized by Google

Conſtat que, violaceo dilutiore tingi.

Et male quidam cum Chryſolitho confundunt.

Vel cum Sapphiro, cum diuerſus ſit.

Plinius.

Chryſolithus an idem cum Hyacintho.

Plinius.

Hyacinthus dilucius à Sapphiro.

Cur 72. retinuere vocem Hebræam.

enitcans in Amethyſto fulgor violaceus, dilutus eſt in Hyacintho, primo quoque aſpectu gratus, euaneſcit, antequam ſatiet: adeoque non implet oculos, vt pene non attingat; marceſcens celerius nominis ſui flore. Hæc Plinij ſunt. lib. 37. cap. 9. Quidam cum Chryſolitho confundunt, fortaſſis propter Plinij eiuſdem verba. *Hyacinthos Æthiopia mittit; & Chryſolithos aureo fulgore fulgentes.* Sed ea de Chryſolitho dicta, non de *Hyacintho*. Alij contumaciter Sapphiris accenſent; ſed non omnino probant, eoque Plinij teſtimonio reuincuntur, qui *Hyacinthum* violaceo dilutiore tingit, cætera ſimilem Amethyſto: qui certè non cæruleus, ſed violaceus eſt. Multo ergo magis diſtat à Sapphiro *Hyacinthus*, quam Amethyſtus. In tanta coloris incertitudine ab illius analogia duci interpretatio non poteſt: qua fortaſſe cauſa 72. originale vocabulum retinuere. *Plena Tharſis.*

V.

Certius hic vnā speciem pro toto genere poſita?

Nam Tharſis pro mari, aut trans marinis terris poſitus.

Vndè pretioſa aduehi ſoluta.

Adeoque pro pretioſis gemmis in genere.

Sic ſignificabantur opera miraculoſa.

Quorum fulgore excæcati Phariſæi.

Ne agnoſcerent Chriſtū, & Deū faterentur.

Quem tot miraculis patrantem viderant.

Sed agnouit Nicodemus.

Agnouere, et turbæ populares.

Quo argumento Chriſtus.

Maximè Scribas, & Phariſæos conuincebat.

Tharſis pro mari, vel tranſmarinis terris, vndè pretioſa quæq;

Miraculorum Chriſti fulgore cæcati Scribæ, & Phariſæi.

Ex miraculorū luce Chriſtum Deum Nicodemus agnouit, & turbæ.

Ioan. 3. 2.

Ioan. 15. 24.

Præſtat ergo in vna *Hyacinthorum* appellatione non vnam gemmam, ac determinatam accipere; ſed, ſpecie vna pro toto genere ſumpta, varietatem gemmarum, quibus hominum opinio pretium fecit, intelligere. Id autem in Originibus vno *Tharſis* nomine comprehenſum, quod vocabulum illud *Mare* ſignificet, aut certe *trans marinas quaſque Regiones, vndè aduehi pretioſa quæque, atque exotica quæque merces ſolerent.* Vide quæ diximus Dramatico Com. hoc loco. Quod ſi hæc ad varietatem, ac multitudinem gemmarum, ſuis incluſarum annulis, quibus *Manuum* digiti radiarent, referenda ſunt, præſtat ad eorundem *Chriſti Operum* referre varietatem, ac præſtantiam, à quorum fulgore mirabilis decor, ſplendorque in Chriſti vitam *Auream* ſcilicet, manabat: vt non aliter ea operum, & varietate, & lumine exornaretur, quam magni alicuius Principis manus à vincientibus digitos annulis, gemmis inſignibus, decorem accipiunt. Is autem eorum operum fuit fulgor, vt ſcribarum, Phariſæorumque oculis nebulas offunderet: nec poſſent in eum niſi ægrè reſpicere, & cum oculorum damno. Sic dicebant: *Quid facimus? quia hic Homo multa ſigna facit.* Ioan. 11. 47. Cum contrà ex eorum ſplendore operum deberent colligere, cui talium patrandorum facultas eſſet, non purum Hominem, ſed Deum etiam eſſe. Ergo hæc de ijs potiſſimum Chriſti factis intelligemus, quæ ſupra naturæ leges, atque omnium cauſarum naturalium facultatem, geſta ab eo ſunt: eorum enim proprium eſt, vt inſolito ſplendore mortalium oculos præſtringant: nec aliter illis tota Chriſti *vita*, quam cœlum ſuis aſtris enituit. Ea luce illum Nicodæmus Deum agnouit, cum diceret: *Scimus, quia à Deo veniſti, Magiſter: nemo enim poteſt hæc ſigna facere, niſi fuerit Deus cum eo.* Ioan. 3. 2. Ex cultu ſcilicèt gemmarum Regem agnouit. Quin, & *De turba multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus, cum venerit, nunquid plura ſigna faciet, quam quæ hic facit?* Ioan. 7. 31. Mirum eſt eodem gemmarum lumine alios illuminatos, vt Deum agnoſcerent; alios occæcatos, vt negarent. *Cum autem tanta feciſſet ſigna coram eis, non credebant in eum; vt ſermo Iſaiæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui noſtro?* Ioan. 12. 37. Hoc eos argumento premebat ille: *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem, & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum.* Ioan. 15. 24. Hi ergo Lapilli pretioſi ſunt, quibus Sponſi Manus inſigniuntur.

V I.

Sed Rupertus arcanius quiddam meditatur.

Occultas rationes, operum Chriſti.

Sicuti cum cœcū illuminauit, tanto molimine.

Quem poterat vno verbo videntem reddere.

Id myſterio non caruit.

Quod indicatum à Ioanne.

Monēte Siloe eſſe idē quod Miſſus.

Ad quem ſcilicèt prouocabat Moſes.

Cū miniſterium detrectaret.

Miſit ergo cœcum ad Siloe.

Ideſt, a ſe viuente, & ſentiente.

Rupertus: Chriſti operum arcanę rationes.

Cœci nati curatio, myſterio plena. *Ioan. 9. 6.*

Siloe, Miſſus nomen Chriſti.

Exo. 4. 13.

Chriſtus cœcū á ſe viuo mittit, ad ſe Sacramentatum.

Rupertus quidem Tuitiens huius nobis ſenſus fecit indicium: interpretatur enim de Chriſti mirabilibus factis: ſed aliquid adhuc arcanius meditatus eſt, quod omittere piaculum fuerit. In Chriſti enim miraculis non eorum modo formam, naturamque conſiderat, ſed eorum efficiendorum occultas rationes, myſticaſque. Vnum ſatis exemplum fuerit, quod tametſi indicatum ab eo, non, vel ille exponit, exponemus. Cum natum cœcum vellet illuminare, *expuit in terram, & fecit Lutum ex ſputo, & linuit ſuper oculos eius; & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloe.* Ioan. 9. 6. Mirum eſt, cum illuminare vellet, tanto molimine rem ſibi facillimam agere voluiſſe. Poterat dicere, quod alias fecerat: *Reſpice*: & momento videndi facultatem tribuere. Si rem ſpectas ſolam, & operantis facultatem, poterat quidem. Si myſterium, & cauſas Occultas, vt non aliter faceret, conueniens fuit. Mitto quòd in terram expuit: quòd è ſputo lutum fecit; quòd luto inunxit oculos, Captiore medicamento, vt videntem cœcaret, quam vt cœco viſum reſtitueret. Omnia ſuas cauſas habent myſticas, quas apud alios habes) Ad *natatoriam* quòd miſerit, myſterium maius habet: nec enim ſine cauſa monitum ab Euangeliſta eſt, *Siloe*, idem eſſe quod *Miſſus*. Quid autem id ſit, intelliges, ſi memineris, Moſis verba, cum deprecaretur munus liberandi Populum: *Mitte quem miſſurus es.* Ex 4. 13. Prouocat ad Meſiam ſcilicet, qui mittendus olim erat, vt cui ea liberatio committenda erat, cuius eductio Populi ex Ægypto typus erat, eidem facinus illud committeretur, iamque tunc in grande illud miniſterium initiaretur. Cum ergo cœcum mittit ad *Natatoriam* Chriſtus, ad ſe ipſum mittit. A ſe quidem dimittit, & viuente, & ſentiente: ad ſe ipſum in figura, & typo: vt licèt à propria poteſtate illuminatio cœci eſſet, executio à ſe quodammodo ſacramentato eſſet. Vt iam tunc primas ſacramenti lineas duceret, poſtea inſtituendi, quo ſcilicet, tametſi

Digitized by Google

metſi virtute illius operante, & ſalus mortalibus redderetur, & lumen. Has ergo abditas in Chriſti miraculis rationes, atque arcana *Hyacinthis* ſignificatas Rupertus, nec fortaſſe ſiuè cauſa, arbitratus eſt. Quemadmodum enim nitor gemmarum, non ex quacunque reſpicias parte, oculos ferit, niſi ex ea diſpicias, vndè repercuſſi luminis fulgorem excipias. ita illa Chriſti facta ſolis illis patere poterant, ſi myſticas eas rationes conſideres, qui ita ea conſiderabant, vt non in exteriore eorum facie conſiſterent, ſed acriore mentis oculo latens interius lumen explorarent. Nam quod de Parabolis ſuis Chriſtus dixit, idem ad facta; & miracula poteſt trahi. *Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei, cæteris autem in Parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant*. Luc. 8. 9. *Ea enim* (inquit Auguſtinus, Tract. 14. in Ioan.) *quæ fecit Chriſtus ſtupenda, atque miranda, & opera, & verba ſunt. Opera, quia facta ſunt: Verba quia ſigna ſunt*.

Ad ſi latentem in typo.

Vt primas duceret Sacramenti lineas.

Quæ erant illuminandi cæci.

Sic gemmarum nitor nō ferit oculos.

Niſi ea parte deſpicias, vnde reflectitur lumen.

Gemmarum fulgor non ferit, niſi ex certa parte aſpicientem.

Luc. 8. 9.

Angelomus.

EX VERSV XIV.

VENTER EIVS EBVRNEVS DISTINCTVS SAPPHIRIS.

COMMENTARIVS.

HVmana Chriſti opera, alia virtutis ex obiecto ſuo, honeſta, & meritoria, vt ſchola loquitur: de quibus nuper eſt dictum. Alia ex obiecto indifferentia, vtpotè in naturæ commodum ordinata: *Honeſta recreatio* in leuamentum naturæ; *Quies* poſt fatigationem; *ſomnus* poſt vigiliam; *Inambulatio* ad exercendum corpus; *victus* ratio, ac *potus*. Has ego omnes hic eſſe intelligendas, auſim dicere, Ventris nomine. Neque enim in illis deeſſe poterat ad laudem materia in eo Homine, qui ſimul, & Deus eſſet. Eas *actiones*, ſiuè ab agendo *ceſſationes*, ad rationis legem exactas, & legis æternæ præſcriptum. Vt nunquam exorbitarent á regula ſua, nunc Eccleſia laudat. Cùm enim dixiſſet de cæteris, id vnum ſupereſſe videbatur, vt de illis etiam diceret; ne quid ſcilicèt omiſiſſe videretur. In illis enim itá ſe Chriſtus gerebat, vt attento ſpectatori probarent planè, ipſum homine maiorem eſſe. Hæc illa *Æboris æquabilitas*, ac *læuor* eſt ab artificio; hic *candor*, atque, vt ſic dicam, *incorruptibilitas*. Nã nihil in illis non laudandum. Quod ſi ad finem, ſcopumque operantis Chriſti reſpicias, æque hæc diuina cum cæteris arbitrabere; cum ſemper gloriam Patris per illa quæreret: quo *Sapphirorum* ſimilitudo refertur; quarum gemmarum color cœlum refert, cum ſerenum eſt.

ENARRATIO.

DIXI de operibus cæteris, quæ, ſui ratione, & natura honeſta, non poterant non in Chriſto Sponſo multis rationibus eminere: Sed nondum totum id dixi, quod ad illius actionum encomia pertinet. Eæ ipſæ, quæ in naturæ ſunt bonum ordinatæ, ſuam laudem in eo, ſed egregiam, habuere. Fatigatus capere quietem ſolitus eſt; &, vigiliæ multæ mater, nonnihil indulgere ſomno: quin & honeſtæ recreationi aliquid dare, naturæ leuandæ; & ambulationi tantillum, corpuſculo refouendo. Quid cum accumberet menſæ, depellendæ fami? quid cum moderato potu ſitim minueret? Nam Homo certè cum eſſet, quæ hominum erant naturæ imbecillitates, etiam ſubijt: vt exemplo in-

ſtrueret, & iam in illis eſſe, quod valeret ad laudem. At ea omnia ſic ab eo peracta ſunt. Vt nuſquam, & nunquam à rationis rectæ norma, atque æternæ legis præſcripto recederet. Quin ita agebat, cum ea ageret, vt ſe, non maiorem Homine ſolum, Sed & Deum probaret. Nam cum infirmitatis humanæ viderentur, diuina in illis virtus conſtans, ac ſtabilis apparebat. Non enim ſolum eas mirus candor morum condiebat; Sed & læuor, & æquabilis ratio commendabat. Sic ſcilicet Ebori à firmitate, ac ſoliditate laus; à læuore, atque æquabilitate decor accedit. Quid de agendi, operandique dicam ſcopo? Patris Dei ſemper illi ob oculos gloria, & mortalium ſalus; vt ea ex parte non minus, quàm grandia illa, atque excelſa, haberi diuina poſſent. Cogitate Eburneam Pixidem, ex arte terſam, politamque; ſed Sapphiris, ex ordine ſparſis, auro illigatis, diſtinctam. Huic ego Christi Sponſi vitam, eorum operum varietate, ac pulchritudine contentam, ſi quid tamen in humanis ſimile poteſt eſſe, comparaˀro.

NOTATIO XLVII.

VENTER EIVS EBVRNEVS.

SVM. COM.

I. *Locus difficilis, & implexus.* *Propter incertam ventris ſignificatum.* *Quidam legem veterem interpretantur.* *Qua Euangelio cedit.* *Vti Sapphirus Ebori.* *Sed hic ſenſus non hæret.* *Alij volunt Sanctorum chorum.* *Sed neque hic ſenſus accommodatus eſt.* *Non enim hic de Eccleſiæ corpore ſermo ſed Chriſti.*

72. Lectio. Venter lex vetus ex ſenſu Philonis. *Philo Carp.* Venter, Sanctorum chorus, ex eiuſdem ſenſu.

LOcus impeditus propter incertitudinem myſtici ſignificatus, in *Ventre*, cui adhuc maiorem difficultatem ingerit, quod de *Ebore* additur, & *Sapphiris*. Quo autem pacto, quantum attinet ad ſenſum Dramaticum, molliri ea difficultas poſſit, ſuo loco dictum eſt. De arcano ſenſu non vna omnium eſt ſententia, neque æquè probabilis. Nam quidam Græcam 72. Lectionem ſequuti, *Venter Eius Eburnea pixis*, *Ventrem*, interpretantur *legem veterem*, in qua, tanquam in *pixide* quadam vaticinia de Chriſto contenta ſeruabantur; vt ſolent Regum decreta recondi *pixidibus*, ac ſeruari. *Eburneam* autem in *lapide Sapphiro* eſſe, quia & *Ebur* vilius *Sapphiro* eſt, & *lex vetus Euangelio* cedit. Sic Philo. Sed præterquam id longius petitum eſſe videtur, nec analogiæ ſeruatur ratio, nec alijs, quæ dicta ſuperius ſunt, etiam ex Philonis ſententia, ſatis cohærent. Certè iam ſupra in *Genis Chriſti ſacram ſcripturam* intellexerat; iterumque in *Labijs*: nec vlla eſt neceſſitas iam tertio ad idem redire, quaſi ex vna S. ſcriptura potiſſimæ myſtici Chriſti corporis partes conſiſtant: nec aliud ſit, quod ſub cortice lateat. Nec aptior ſecunda illius interpretatio eſt, *Ventrem Sanctorum eſſe chorum, & multitudinem, puram, nitidam, ſplendidam, vt pixis Eburnea eſt, in qua cœleſtis Sapientiæ theſauri ſeruentur, ad cœleſtis Regni ſuffragia pertinentes*. Iam enim ſuperius in *capillis* hos eoſdem *choros Sanctorum* agnouerat: nec credendum eſt tam diuerſas partium appellationes vnum ſignificatum continere: atque in eodem corpore, *capillos*, & *Ventrem* pro eodem accipere, ne monſtrum pro corpore ordinato nobis objiciatur. Mitto rationem illam qua ſupra hanc, & ſimiles interpretationes reiecimus, hic non de Eccleſia ſermonem eſſe, quæ Chriſti corporis ratione aliâ rationem ſubit, quo pacto ille illius eſt caput; ſed de eodem Chriſto, cuius laudes Eccleſia percenſet.

II. *Nec aptius alij Diuinam ſapientiam interpretantur.* *Quæ velut liber quidam* *Contineat creatarum rerum rationes.* *Sed tabella hic Eburnea, propter ſolum candorem, ac læuorem poſita.* *In quo ſimilis illi venter.* *Non in duritie, let alijs.* *Alioqui non ſolitum Hebræis in tabellis ceratis ſcribere.*

Tres Patres. Trium Patrum ſenſus obſcurius traditus. Ebur hic ad candorem, læuoremque referendum. Tabella eburnea quam hic habet alia lectio, non ſcriptoria eſt.

Nec aptius, vt nobis quidem videtur, Tres diſputant Patres; qui cum legant: *Venter Eius Tabula Eburnea*, *Ventrem* interpretantur *Diuinam Sapientiam*. *Quæ in ſe ipſa, vt cauſa, rationes continet rerum: vt baſim ea habere, quæ viſibilia ſunt, vt lapidem Sapphirinum propter firmitatem, coloremque cæruleum; per actionem autem deſcriptam habere ſimilitudinem in rebus creatis, perquas vti per librum quendam in cognitionem diuinorum homines veniunt.* Hæc ſatis obſcurè ab illis tradita, quod frequens Patribus illis eſt, minus quadrant; nam certè *Venter* pars imbecilliſſima, immo & inertiſſima, & minus articulata totius corporis eſt: vt, ſi analogiam ſequare, id quærere oporteat, in arcano eius partis ſignificatu, quod cum ijs *Ventris* qualitatibus ſimilitudinem habeat. Nec puto, quod additum de *Ebore* eſt, tametſi vel *Pixidem*, vel *Tabellam* legas, ad aliud, quam ad *nitorem, læuorem, candorem* trahendum eſſe: in eo enim *Ventri* cum *Ebore* ſimilitudo eſt. non in duritie, non in ſoliditate, atque rigore: ne eo ſcilicèt comparationem referas, quo referenda non eſt: quod alijs locis obſeruatum à nobis, monendum hic fuit. Ac multò minus, quia *Tabella* dicitur, ideo ſcriptoriam interpretabere, quia in *tabellis* ceratis ſcribi olim ſolitum; non enim id *Ventri* conuenit; ne illud objiciam,

hunc

hunc ſcribendi morem Hebræis in vſu non fuiſſe, ac multò minus eo tempore, quo hic liber ſcriptus eſt. Quo eodem argumento etiam Nyſſeni ſenſus minus videtur aptus, qui *Ventrem cor* interpretatur *Sanctorum, quod diuinæ legis nuda quædam ſit Tabella in qua illius ſint leges ſcriptæ*: quòd à Paulo ſit dictum: *Iuſtos epiſtolam eſſe Chriſti, Scriptam, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus*. 2. Cor. 3. 3. Non enim *Tabellæ Eburneæ* ſignificatus, ſicuti nec durities, quidquam ad ſenſum facit, & *Ventris* ſignificatum, vel proprium, vel arcanum; ſed *nitor*, & *læuor*, & *candor*, quibus *Venter* commendatur. Quæ præ oculis Regula ſemper verſari debet.

De latinis Interpretibus quidam ad *Ventris* munus continendi coquendique cibos reſpexêre; *eoſque intellexere, qui ad pietatem à prauitate conuerſi, Spiritus ſancti gratiâ, cibum ſcilicèt animarum, renaſcendo percipiunt, coquuntque, & nitore morum inſignes, virtutibus velut gemmis ornantur*. Sic Aponius. Sed durum id ac violentum apparet, nec analogiam ſeruat; cum ad corpus Chriſti non ſpectent, prout hoc loco deſcribitur. Alij ad eius partis mollitiem attenti, eam Fidelium partem ſignificatam volunt, *quæ quia laxius viuit, mollior eſt*. Cogita coniugatos, quibus minus ſtricta eſt diſciplina: hos candidos, ac nitidos; quia caſtitatem amant licitis contenti voluptatibus, nec alijs reprobatis delitijs diſſoluti: *Diſtinctos Sapphiris*, quia, tametſi in mundo ſunt, cœleſtia frequenter meditantur. Sic fermè Richardus Victor. Sed eodem hæc interpretatio pede claudicat, hos ad corpus Eccleſiæ fortaſſe, non ad Chriſti pertinere. Quemadmodum & id, quod Vrgelitano Epiſcopo placuiſſe video. *Prædicatores* interpretanti, quod eorum munus parere Chriſto filios, quod proprium *Ventris* munus. Sed id puto non ad Viros, ſed ad fœminas pertinet; cum hic tamen Viri, non fœminæ *Venter* deſcribatur. Nam de eo inferius cap. 7. 7. ſatis dicetur.

Probabilius qui, quia *Venter* molliſſima eſt corporis pars, atque maximè imbecilla, *Chriſti Humanitatem* interpretantur, ſeù *fragilitatem*, ac *mortalitatem* illius; *nitidam tamen, puram, candidam, ac nulla peccati macula fœdam: ideò non ſimpliciter Ventri, ſed Eburneo comparari: Sapphiris* autem *Diſtinctò, quod diuinis virtutibus, atque operibus toto illius mortalis vitæ inſignis fuerit. Deum in Homine latere probantibus. Non autem dici plenum, ſed diſtinctum, quia ſic Chriſtus, quà Deus, operabatur, quæ Diuinitatis erant, vt nihilo minus ſe etiam oſtenderet Hominem. Id ſcilicet eſſe inter lamina gemmarum, candorem Eburneum apparere*. Hæc interpretatio, quoad *Ventris* ſignificatum myſticum, bonos habet Authores. Caſſiodorum, Bedam, Rupertum, Gregorium M., Honorium, Angelomum. & vna, ſi rectè intelligatur, vt quidem arbitramur, huic loco aptiſſima eſt elucidando.

Sed, quæ propria *Ventris* ſunt, conſideremus, indè per analogiam cætera perſequemur. *Venter* totius corporis molliſſima eſt pars; ideò & iniurijs obnoxia; mole enormis, iners ad motum, imbellis ad reſiſtendum, ad pugnandum inepta, miniſterio infima, otio dedita: Vt, ſi quem otioſum, inertem, & parum vtilem Reipub. deſignare velimus hunc *Ventri deditum* dicamus. Quod forma Sermonis alia, ſed ſimili à Paulo dictum: *Quorum Deus Venter eſt*. Phil. 3. 19. Et de Cretenſibus dictum, quod luxu diffluerent: *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, Ventres pigri*. Tit. 1. 12. Quid cum Paulus idem, & *Ventrem eſcis, & eſcas Ventri* deſtinatas, dicit? Id volens, partem corporis totius eſſe, qua vix vlla eſt alia, propter quam homini cum beſtijs intercedat maior ſimilitudo. Notus apologus, de membris cæteris *Ventris* inertiam accuſantibus, cui, otianti ſcilicèt, omnia ſeruire cogerentur. Sic videbis, ſi conſideres, vix proprio vllo motu cieri, ſed alieno: nam nec muſculis fermè prædictus, nec neruis diſtentus, nec oſſibus ſuſtentatus, firmatuſque, totus fermè membraneus, molliſque; in id vnum inſtitutus eſſe videtur, vt nihil agat, ne quidem ſeſe ab ingruentibus periculis tutandum, quod nulli ferè membro negatum eſt. Nec ideò tamen in totum à natura deſtitutus, ſua pulchritudinis ratione caret, ac reliquarum partium ſeruit decori: *candor* eximius, *rotunditas* exquiſita, æquabilique orbe ſe curuans. Vmbilico medio velut centro quodam inſignitus, à quo in ſubiectas partes lineæ ducuntur æquales. Nec inutilis omninò: tametſi enim eius actiones ignobiliores cæteris ſũt, neceſſariæ tamen ſunt: vt, ſi illæ ceſſent, aliarum partium munia durare non poſſint.

Plura fortaſſe dicta de *Ventre*, quam huic loco elucidando neceſſaria, ſed pleraq; proderunt; & alioqui imperfectam rem haud decebat relinqui. Hæc autẽ ad Chriſtum, ſeù potiùs ad eius *myſticum corpus*, quale deſcribere cæpimus, applicare, haud magnæ molis opus erit. Nam, ſi obſerues, in Chriſto opera alia virtutis ex obiecto ſunt, atque ex ſua ſpecie, vt ſchola loquitur. Eæ ſunt virtutum moralium actiones, aut aliarum, quas, quia Deum reſpiciunt immediatè, Theologicas indigetamus. Aliæ contra ex ſuo ſpecie indifferentia, in naturæ commoditatem inſtituta, ſine quibus non magis illa durare poterat, quam ſine *Ventris* functionibus humanum corpus. Nam

Chriſtus,

Nec placent, qui ventrem cor interpretantur Sanctorum.
In quo lex diuina ſcripta.
Non enim hic tabella ſcriptoria eſt.

III.
Aliorum etiam ſenſus reijcitur.
Quod ad Chriſti corpus pertineat.
Quod idem de alijs iudicium. Qui coniugatos intelligunt.
Et qui Prædicatores, parientes Chriſto filios.

IV.
Probabilius, qui de mortalitate Chriſti accipiũt. Virtutibus varijs inſigni.
Et Chriſti operibus humanis.
Si ſenſus ritè intellectus probandus.

V.
Eſt verò venter pars molliſſima.
Et imbecilliſſima iners ad motum.
Ideò inertes dicti ventres.
Vndè Apologus de ventre, & membris.
Quod videatur ad otium factus.
Sed habet ſua propria bona.
Quibus non inutilis probatur.
Sed & omninò neceſſarius.

VI.
Hæc applicari ad Chriſtum haud operoſum.
Nam in eo opera alia virtutis ex natura ſua.
Alia indifferentia in natura bonũ.

Nyſſenus.
2. Cor. 3. 3.
Aponius.
Senſus Aponij parum conueniens.
Richar. Victor.
Iuſtus Vrgel.
Concipere, & parere non virorum, ſed fœminarum.
Venter Chriſti mortalitas, & illius quæ homo opera.
Caſſiodor.
Beda.
Rupertus.
Gregor.
Honorius.
Angelomus.
Ventris conſideratio.
Philipp. 3. 19.
1. *Cor.* 6. 13.
Propter ventrẽ homines brutis ſimiles.
Ventris dotes ad pulchritudinem ac neceſſitatem.
I
Chriſti opera alia ex obiecto virtutis: alia in bonum naturæ.

Nam Chriſtus humanas imbecillitates ſubijt. Quibus medendũ erat. Cibo, ſomno, quiete, motu.

Chriſtus ſubijt humanas imbecillitates.

Chriſtus, quia Homo erat, præter peccatum, & ea, quæ ad peccatum inclinant, cæteras hominum generi communes imbecillitates ſponte ſuſcepit. Fatigabatur labore, laſſabatur inceſſu; fame, ac ſiti præmebatur; contentione operum, ac continuatione naturales facultates languore quodam marcebant. In ſumma, in his minimè ſe, Deus quanquam erat, Deum monſtrabat, ſed Hominem. Itque malis hiſce, ſeù naturæ imbecillitatibus, medendum erat, ne omninò fatiſceret. Labori quies, exercitationi otium, ſomnus vigiliæ, fami, ac ſibi cibus, potuſque ſuccedebat. Quid quod multis magniſque curis preſſum magis, quam oppreſſum honeſtæ recreationi aliquid indulſiſſe, improbabile non forſitan ſit: ſeu, cum ad ſe paruulos iuberet accedere vt illorum ſe innocua ſimplicitate oblectaret: ſeu cum campos ipſe colleſque pererraret, quod ſæpè feciſſe conſtat: ſeu cum refouendo, exercendoque corpuſculo inambularet; aut vt frigus depelleret, & calorem aduocaret. Sic cum fatigatus, ac ſudore madidus, ſupra puteum ſedens, potum ab vna fœmina peteret: nam tametſi maius in eo lateret myſterium, verè tamen fatigatus, verè ſiti vexatus venit ad fontem, ſeditq; Sic, cum poſt quadraginta dierum inediam eſuriſſet, cibo ſe refecit Angelis miniſtrantibus. Sic Encœniorum tempore, cum frigidior ſtatio eſſet (neque enim ſine cauſa obſeruatum ab Euangeliſta, hyemis fuiſſe tempus) vt calorem languentem excitaret, inambulatione corpus exercebat, in Porticu Salomonis. Alia exempla diligenti Lectori Euangelica Hiſtoria repræſentabit. Harum autem actionum magna ſimilitudo cum actionibus *Ventris* eſt: nam & ſuo genere in infimo conſiſtunt gradu, & imbecillitatem humanam arguunt, & in ſolum naturæ commodum inſtitutæ ſunt: & ad ſummam aliarum actionum, quæ in virtutis gradu ſua natura conſiſtunt, minimè videntur neceſſariæ. Hæ ergò in myſtico Chriſti corpore, quale deſcribimus, vicem habeant *Ventris*. Nec primi in hanc ſententiam venimus; Aliquid enim horum indicatum ab Caſſiodoro, & VVilleramo eſt.

Nec raro honeſta recreatione. — Chriſtus haud raro aliquid naturæ imbecillitati indulſit.

Sic fatigatus potum petijt à Samaritana ſedens ad fontem. — *Joan.* 4. 6.

Poſt ieiunium cibum ſumpſit. — *Matth.* 4. 2.

Vigente frigore inambulauit. — *Joan.* 10. 23.

Harum actionũ cum ventre ſimilitudo magna. Nam & ignobiles ſunt. Et deſe ad virtutis gradum non aſcendunt.

Actionum in naturæ commodum, ſimilitudo cum ventre.

VII.

Fixa ſimilitudinis ratio expenditur. Ex comparatione cum actionibus virtutum.

Actionum virtutis, cum actionibus in bonum naturæ inſtitutis comparatio.

In eo autem tota ſimilitudinis ratio hæret. Quòd quemadmodum *Venter* ſua natura ignobilitate quadam, quo alia nobiliora membra dignitatis aſſurgunt, non pertingit: ità nec actiones illæ, quæ intra naturæ commoditatem clauſæ ſunt, ad earum actionum laudem perueniunt, quæ virtutis germina vera ſunt, & vires animæ ſubminiſtrant: vtpotè ſuis ad ſenſum, motumque myſticum muſculis, neruiſque conſtãtes; ſuoque ſanguine, ac ſpiritibus viuentes: & oſſium compage firma, ad omnem robuſti laboris exercitationem comparatæ: quod actionibus illis omninò negatum eſt. Has autem actiones in hominibus alijs ſæpè id malum infamat, quod magis, vt ab indulgentibus naturæ, quàm, vt Deo placere conantibus, exercentur. Ideoque nulla ſpes præmij ſupereſt, non merentibus ex genere ſuo, quia ad virtutem per ſe non ſpectant, ſed ad naturam; nec eorum electione, qui vel noluerunt, vel neſcierunt, ea illis vacare ratione, qua à Deo ad meritum gratiæ, præmiumque gloriæ acceptarentur.

Sed diuerſimode exercitæ à Chriſto. Quam ab hominibus ſolent exerceri. Sæpè ſine merito, & illaudabiliter.

Sæpè in nobis inertes, & ſine fructu.

VIII.

Docuit autem Chriſtus. Quo pacto valerent ad meritum. Eas ordinans ad Patris gloriam. Summa æquabilitate, et candore. Quod in Ebore deſignatum.

Chriſtus etiam in his actionibus meritus coram Deo.

Id autem hactenus fortaſſe vel neglectum, vel ignoratum, exemplo ſuo docuit Chriſtus, qui nuſquam, ac nunquam ſui muneris oblitus, illiuſque obſequij, quod Patri debebat, ſic actiones illas exercuit, vt in Deum ipſum relatæ, atque ex mero illius gloriæ factæ fine, non minus valerent ad meritum, quam illæ aliæ, quæ in ſupremo locatæ gradu virtutis, ſuo genere id habebant, vt & placerent Deo, & ad meritũ prodeſſent. Id eſſe exiſtimamus, quod additur, de *Ebore*, in quo eorum operum commendatur candor ſimpliciſſimus, æquabilitas mira, nulla temporum diuerſitate mutabilis; ſtabilitas, ac ſoliditas, nec facilè mouenda, nec facilè deſtitura. Hæc enim omnia *Ebori* communia eſſe cum *Ventre* monuimus, nec aliud ſignificare, ſi ad Chriſti opera referantur, quas intentionis puritas, nullo artificio aſpero, inæqualiſque, ſed nitida ſemper, ſplendenſque commendabat. Sed de his ſatis.

NOTATIO XLVIII.

DISTINCTVS SAPPHIRIS.

I.

Sapphiri color cœleſtis. Ideò diuinis rebus ſignificandis aptus. Quod pleriſque placuit.

Color Sapphirorum, cœli ſereni. Sapphiri Pliniani.

SApphiros coloris eſſe Aerei, ſeù potius cœrulei dilutioris, qualis cœli color cum ſerenum eſt, ex bonis Authoribus alio monuimus loco; nec eaſdem eſſe gẽmas cum *Sapphiris* Plinianis, neq; cum noſtris. Ea coloris gratia, qua ſingularis eſt *Sapphirus*, merita eſt, vt myſtico ſignificatu diuinis rebus accenſeretur, & ad cœleſtia ſignificanda transferretur, communi hominum ſenſu. Indè factum, vt loco hoc tametſi in *Ventris* ſignificatu diuerſitas magna inter Authores eſſet, de notione arca-

Digitized by Google

Quamuis nō vna ratione.

Quoque ſuam viam ineunte.

Sapphiri myſticè, ad res diuinas ſignificandas accommodati.

na *Sapphirorum*, vix vlla eſſet. Alij *Diuinitatem* Humanitati iunctam, ac quaſi *Gemmam* rudiori metallo ligatam: Alij *Diuinam Virtutem* quæ humanam in Chriſto imbecillitatem ſubleuabat: Alij *Diuinitatis opera*, in patrandis prodigijs, quibus ille Homo etiam Deus oſtendebatur: Alij *rerum Diuinarum arcanam profunditatem*; quique ſuæ inſiſtentes viæ, interpretantur.

II.

Id aptari ad noſtram ſeriem facile.

Nam Sapphiris diſtinctas.

Interpretātur eas actiones ad ſummum euectas.

Moralis æſtimationis.

Propter finem gloriæ Dei.

Ideo virtutibus alijs coæquanda.

Chriſti actiones in naturæ commodum, ex fine euectæ ad ſummum virtutis gradum.

Aptari id ad verum ſenſum, ſecundum noſtræ Interpretationis ſeriem, facilè poteſt. Nam ſi *Ventrem* eas actiones atque opera, quæ ſui ratione indifferentes, ſolam commoditatem, aut naturæ neceſſitatem reſpiciebant, intelligere placeat, *Sapphiris Diſtinctas* interpretabere, ad ſupremum gradum moralis perfectionis euectas, in eum ſcilicèt finem ordinatas, qui diuiniſſimus eſſet. Humanam ergo, ignobilemque in illis originem nobilitas addita Diuinitatis euehebat: Vt quemadmodum Diuinæ, Humanæ naturæ coniuncta, illius opera (Diuinitate ingenitam nobilitatem communicante) Diuina appellatione donabat, vt iam verè Dei opera dicerentur: ità naturales eas actiones, ac ſuo genere ingenita ignobilitate viles, illis adiunctus Diuinæ gloriæ finis in alium rerum ordinem eueheret, vt iam non obeſſet illis obſcuritas generis, quin inter illas virtutum proceres ſedem haberent. Atque id ſatis erat huic loco elucidando: Quo nos exemplo docemur, quid agere nos condeceat, vt tanquam boni negotiatores, etiam viliſſima quæque in lucro ponamus: quæque alioqui abijcienda inter quiſquilias, immò & ſordes, erant; inter pretioſiſſima collocemus. Id Pauli documentum poſt Chriſti exempla eſt: *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.* 1. Cor. 10. 31. Quæ Theodoretus expendens, *Omnia*, inquit, *comprehendit, & ſedere, & ambulare, & diſſerere, & miſereri, & docere: vnus ſit ei ſcopus, Dei gloria.* Vides, quam diuitis tibi theſauri vena aperiatur, vbi inter deſoſam humum puriſſimum eruas aurum. Parum id eſt, niſi, quæ alioqui terra eſt vilis, & ſordida, tibi inter manus vertatur in aurum: & vitrea fracta in gemmas. Auguſtinus tibi audiendus eſt, digito indicans immenſi lucri fontes. Tract. 7. in Ioan. *Semel ergo breue præceptum tibi præcipitur, Dilige, & quoduis fac: ſiue taceas. Dilectione taceas; ſiue clames, Dilectione clames; ſiue emendes, Dilectione emendes; ſiue pareas, Dilectione pareas. Radix ſit intus dilectionis, non poteſt de iſta radice niſi bonum exſiſtere.* Indè viror, indè vita, indè flores, indè frondes indè fructus, indè omnia rami participant: aliàs non ſteriles modo, ſed omnino aridi.

Quo pacto in eo imitari nos doceat Chriſtū.

Huc pertinet Pauli monitum.

1. Cor. 10 31. Theodoretus.

Eſt autem hæc diues auri vena.

E qua terra educitur in aurum vertenda.

Quod alia Sermonis forma monitum ab Auguſtino.

Et quidem grauiter.

Auguſtinus. Charitas radix; vndè ramis vita, flores, fructus.

III.

Sic venter Chriſti Sapphiris diſtinguitur.

Quia ignobilibus ſuo genere operib.

Pretium à fine accedebat.

Sed illud ſingulare in illo.

Quod à dignitate Verbi.

Nobilitas accedebat maior.

Vt infiniti valoris haberentur.

Actionū Chriſti nobilitas à motiuo.

Sed multò magis à dignitate Verbi, vndè pretium infinitum.

Redeo ad id, quod agebam, materiæ enim ſeu vtilitas, ſeu neceſſitas incogitantem calamum extra ſuas leges exorbitare coëgerat. Hac ratione Chriſti *Venter Sapphiris Diſtinctus* dicitur, quia à ſupremis virtutum rationibus operibus, ſuo genere inutilibus, vilibusque, & præmium, & nobilitas accedebat. Sed id cōmune Chriſto cum cæteris iuſtis erat, quibus omnibus ea negotiatio licet: niſi quod in Chriſto, & finis intentio purior; & agendi modus feruentior; & facultatis vis intenſior, nunquam deſidia, laſſitudine, aut incogitantia torpebat: in hominibus, quantumuis perfectis, frequenter quid humanum interuenit, quo vel intepeſcat feruor, vel torpeſcat facultas, vel fatigetur conatus. Atque id mortalitatis eſt malum. Illud ſingulare in Chriſto, quod Diuina natura dignificante humanam, iam quidquid erat in operibus meriti, infinitum erat; nec communibus legibus arctabatur. Itaque id ipſum quod in terram ſputum iecit, quod ſomno tantiſper indulſit, quod inambulando calorem aduocauit torpentem, infinitum apud Deum meritum habuit: quodque applicatum hominibus ditare illos diuitijs gratiæ, ac gloriæ poterat, & altiſſima in ſede in cœlo locare. Et id ergo pertinet ad hunc locum, & *Sapphirorum* arcanum intellectum, quod minimè tacendum fuit.

VERSVS XV.

CRVRA ILLIVS COLVMNÆ MARMOREÆ, QVÆ FVNDATÆ SVNT SVPER BASES AVREAS.

COMMENTARIVS.

SEnſim a Capite Suos Per Gradus Peruenit ad *Crura*, & *Pedes*, extremam corporis humani partem, cui cætera moles incumbit, ſuſtentaturque.

Digitized by Google

taturque. His arcano ſenſu *Fortitudinem*, ac *Perſeuerantiam* ſignificari putamus: quibus duabus Virtus omnis Chriſti velut *Columnis* inſiſtebat; altera enim duarum deficiente, nutet ædificium, atque a ſua norma deflectat; ſi vtraque abeſſe contingat, concidat omnino, atque infelici ruina proſternatur, neceſſe eſt. Has autem fuiſſe in Chriſto perfectiſſimas, ex toto illius vitæ, operumque tenore conſtat: quem nulla ſcilicet impedimenta ab opere abſterrebant, aut ab agendo retardabant: nulla obſtacula ad ceſſandum, aut ad otiandum labores cogebant. Quod ſemel cæpiſſet, alacri manu ducebat in finem: nec quidquam ſemel aggreſſus animoſe, quod feliciter non perficeret. Hæ *Columnæ* ſunt totius ædificij molem ſuſtinentes, nullis aduerſis ventorum, aut tempeſtatum incurſibus diruendum. *Marmorea* autem, quòd dicuntur, epitaſin continet *firmitatis*, & *candoris puriſſimi*. quo ſignificatur, quidquid labis affricari ijs virtutibus poteſt, ſolerque in nobis, abfuiſſe ab illis in Chriſto; maximè *Simulationem, Hypocriſim, Fraudem, Fictionem*. *Aureas* autem *Baſes*, *pedes* intelligit, in quos tibiæ deſinunt. Fuere autem *Aureæ* in Chriſto, quod earum virtutum medium *Sapientia* præſcripſit, *Caritas* executa eſt: aut certè naturæ Diuinæ dignitas pretium illis fecit. Ne quis putaret, eo ignobiliores eſſe virtutes, quód in infima ſede locarentur; & quaſi cæteris ſubſternerentur. Nunc, quibus hæc verbis Eccleſia Sponſa exprimat, audiamus.

ENARRATIO.

Reliquum eſt, de Cruribus, Pedibusq; dicam ſponſi, infimis quidem ordine, ſed forſitan æſtimatione, ac muneris neceſſitate non infimis. Geminæ Virtutum cæterarum molem ſuſtentant, Perſeuerantia, & Fortitudo, digniſſimæ, quæ totum ædificium coronarent. Nihil in cæteris firmum, ac ſtabile, aut ad durationem compararum, ſi altera abſit: Si vtraque, ruinam certam exiſtima: At in Chriſto meo ſororia ſe Caritate complexæ, vires ſimul, & accipiunt, & reddunt; vt nulla labefactari vi poſſint. Nihil vnquam aggredi ſolitus, quin ad finem vſque deduceret. Nullis difficultatibus abſterreri, nullo tædio vinci, nulla laſſitudine otiari; Sibi ſemper conſtans, & ſimilis. Et cum Homo ſit, nihilque magis humanum, quam mutationes ſubire, in eo ipſe, non Hominem, ſed Deum agit. Interim tamen humanæ omnis labis expers, quæ ſapè Virtutibus ab humana imbecillitate ſolet adſpergi, puriſſima, ac ſimpliciſſima ſpecie delectatus, omnem ſimulationem, aut fraudem, aut hypocriſim procul habuit. Cogitate Regum Prætoria, de Pario Marmore exciſis Columnis ſuſtentata, quibus & ſaxi durities: firmitatem, & candor natiuus decorem mutuetur. His Columnis Chriſti mei reliquam molem excipientes haſce virtutes compararim firmas, ad ſuſtinendum impoſitum onus; puras, ad præſtandam ſpeciem ædificio. Sed & Baſibus ſuis inſiſtunt ex puro Auro: nam & Sapientia Fortitudini, ne præceps ruat, lora reducit; & Perſeuerantiæ Caritas vires ſuppeditat, ne feſſa deficiat.

NOTATIO XLIX.

SVM.COM.

CRVRA ILLIVS COLVMNÆ MARMOREÆ.

I. *Eſt crurum cum columnis comparatio ſcita.*

Tibia, & Pedes Corporis Extremam Partem Conſtituunt, ac pulchritudinis Sponſi, quantum ad ſingula membra, laudationem claudunt. Et vero tam

ſcita

53λ. DA 53λ. A. 541

ſcita *Crurum* cum *Columnis Marmoreis*, *Pedum* cum *Baſibus Aureis* comparatio eſt, vt nihil dici abſolutius poſſit: & videatur voluiſſe Sponſa, vt pulcherimmæ deſcriptioni pulcherrimus finis adderet nouum decorem: ne quid deeſſet ad abſolutiſſimum orationis genus. De arcano intellectu tot ſunt diuerſæ ſententiæ, vt, niſi ordo ipſe interpretandi, ac interpretationis conſequentia facem præferret, incerto omnino iudicio vnum aliquid eorum, quæ dicuntur ab alijs, eligendum eſſet. Quidam de veteribus *Chriſti Crura* interpretantur *Apoſtolos*, nec de Recentioribus deſiderati, qui ſequerentur. Vnum his fauet Paulo teſtimonium. Gal. 2. 9. *Cum cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur eſſe Columnæ, dexteras dederunt mihi*. Accedit & *Apoſtolos* fundamenta eſſe Eccleſiæ, quibus illa ſuper ædificata conſurgit: Suſtinendi autem munus commune *Columnis* cum fundamentis eſt, quemadmodum, & *Cruribus*; niſi quòd hæc corpus ſuſtinent viuum, ideſt, ambulans ædificium: illæ ſtabile, & ex mortuis ſaxis erectum. Sic fermè vterque Gregorius Latinus, & Græcus, Ambroſius, Philo. Sed mirum eſt, in vno eodemque Chriſti corpore tam ſæpè Apoſtolos cogi tam variorum membrorum ſubire rationem. Et alioqui, quidquid de *Apoſtolis* dicitur, verè quidem dicitur, ſed huic loco minus quadrat, propter rationem haud ſemel indicatam: nam analogiæ ratio non patitur, vt, cum Chriſti cætera membra Virtutes illius interpreteris, *Crura* velis eſſe *Apoſtolos*, cum hac partes non ſibi inuicem conſentiant, nec in eodem verſentur ordine, quod neceſſarium, niſi monſtrum velis.

Pedum cum baſibus aureis.

Sed de ſenſu variæ ſententiæ.

Nam quidam ad Apoſtolos referũt,

Quibus Paulus fauere videtur.

Et fundamenti nomen Apoſtolis tributum.

Sed Sæpius de Apoſtolis hi Authores loquuti.

Neque hic corpus Eccleſiæ.

Sed Chriſti deſcribitur.

Cõparatio crurum pedumque cum columnis, & baſibus elegans.

Apoſtoli columnæ, & fundamẽta Eccleſiæ. *Gal. 2. 9.*

Nyſſenus. Gregor. M. Ambroſius. Philo.

II.

Nec aliorum ſenſus aptiores.

Quibus eadem obeſt ratio.

Et analogiæ leges.

His autem eiſdem rationibus Iuſti Vrgelitani ſenſus minus probandus, qui non iam ſolos Apoſtolos, ſed omnes *iuſtos* intelligit, quia caritate cæteros fulciunt; Et Aponij, qui ſolos *Humiles* agnoſcit in *Cruribus*. Et Richardi Victor qui *eos, qui facultatibus ſuis, pios, ac religioſos ſuſtentant*, vt cum miniſtrauerint temporalia cœleſtia ipſi recipiant. Et Trium PP. qui *duo Caritatis præcepta*, de quibus Chriſtus: *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet*. Matth. 22. 40. Vide diuerſitatem, & de duobus vocabulis tantorum Virorum tam diſcrepantes ſententias.

Iuſtus Vrgel.

Aponius. Richar. Vict.

Tres Patres. Matth. 22. 40.

III.

Ad motum alij reſpexere.

Et Dei hic vias agnouere quibus venit ad nos.

Sed aliud via eſt, aliud pedes.

Et obeſt analogia lex.

Non enim columnis motus, ſed ſtabilitas conuenit.

Sed in *Cruribus Pedibus* que, & ſuſtinendi munus, & ambulandi, ac quocumque corpus deferendi, conſiderari poteſt. Ad hoc poſterius reſpexere quidam, nec improbabiliter diſputant: ideoque vel illa *Chriſti uncta* interpretantur, quibus ad nos venire, & Homo fieri dignatus eſt, Id placuit Caſſiodoro, & Bedæ, & Honorio, vel *illas vias*, de quibus dictum: *Vniuerſæ viæ Domini Miſericordia, & veritas*. Pſal. 24. 10. Sed aliud via, quæ calcatur, eſt, aliud *Pedes*, qui calcant; de quibus hic ſermo ſit. Id facit, vt hunc ſenſum minus probemus: Facit, & analogiæ ratio, quia quanquam is ſenſus *Cruribus* accommodetur, propter munus ambulandi, & deferendi corpus, haud tamen facile aptari videtur poſſe ad ſuſtinendi Officium, cum ad illud videatur potiſſimè eſſe reſpectum, cum comparentur *Marmoreis Columnis*, quarum ſunt *Aureæ Baſes*, quod magis ſtantium, quam ambulantium eſt.

Crurũ Pedumq; duo munia, ſuſtentare corpus, & deferre.

Caſſiodorus. Beda. Honorius. Pſal. 24. 10.

IV.

Nos hic fortitudinem, ac Perſeuerantiam agnoſcimus.

Quibus reliquæ ſuſtentantur virtutes.

Sunt autem ſorores eodem partu editæ.

Et à partu robuſtæ, & grandes, in Chriſto.

Sed diuiſere munia.

Et Fortitudini prælia commiſſa.

Quæ tamen ſæpè aduerſo ſucceſſu hebeſcit.

Sed Perſeuerãtia ſuſtentat.

Et maturitatem quãdam præſtat. Vnde Victoria certa.

Placet, quod docto Interpreti placuiſſe Video, in *Cruribus duas Chriſti Virtutes* deſignari *Fortitudinem*, ac *Perſeuerantiam*. Quæ cum alias virtutes ſoleant alias coronare, hic ſuſtentare dicantur; quia vtrumque ſcilicet præſtant, ſecundum varias facies, reſpectuſque. Et profectò æquum non fuerat, vt, cum de cæteris dictum eſſet, taceretur de his, ſine quibus nulla aliarum diu conſiſtit. Sint ergo *Chriſti Crura Perſeuerantia*, & *Fortitudo*, Sorores quidem gemellæ, atque eodem editæ partu, eodem lacte nutritæ, ac pari adultæ paſſu, ad vſque perfectam, robuſtamque ætatem. Imperitè dixi natas, nutritas, adultas, quaſi eæ in Chriſto infantiam ſciſſent, aut ætatis, & roboris incrementum accepiſſent. Idem illis dies ortum, perfectamque maturitatem impertijt: ac momento eodem natæ, adultas ſe, ac robuſtas virium miratæ ſunt: vt à matris vulua Gigantes poſſent laceſſere, & in arena proſternere. Sed quanquàm ſibi ſuppetias tulere ſemper, mutuo conſenſu munia diuiſere, nequid in opere turbaretur. Ac *Fortitudini* quidem priores in aggrediendo, pugnandoque partes datæ: intrepida enim, & acris, & ciere prælia, & inuehi in hoſtiles acies docta, pene ſe viciſſe reputat, cum aggreſſa ſit. Intrepida ergo ruit in acies, ſtragem vel impreſſione factura. Sed ſæpè niſi ſuccedant initia, priore inhibito impetu, atque ardore frenata, feruor hebeſcit, & mora ipſa domita virtus in ſocordiam tranſit: Medetur huic *Perſeuerantia* malo, & lateri hærens, ſororem ſuſtentat, durareque cogit in aduerſa, donec tandem anceps prælium ſequatur victoria. Maturitatem ergo quandam *Perſeuerantia* addit, ne ſola ſcilicet *Fortitudo* ſubeat diſcriminis aleam, donec demum, quæ diuiſere ſibi laborem pugnæ, in partem vocentur triumphi, ſed æquam.

Cruræ Chriſti Fortitudo, ac Perſeuerãtia, quibus virtutes aliæ ſuſtentantur.

Eodem momẽto natæ, atq; adultæ.

Munia inter vtramq; diuiſa.

Fortitudo ſæpè ſucceſſu aduerſo in ſocordiam tranſit: cui medetur Perſeuerantia.

V.

Id in nobis malum.

Id in nobis ſcilicet vſu venit, in quibus raro virtutes excellunt, ſuiſque ſæpè, vel fœdantur næuis, vel obicibus tardantur: in Chriſto, cum inſummo ſui ſtatus gradu

Digitized by Google

Sed in Chriſto perfectiſſima. ab ipſo concepta eſſent, non facilius modo, ſed & Felicius ſuum tenuere locum; ac virtutibus cæteris ſubminiſtrauere vires, & diſciplinæ ipſæ tenaces infinitis victorijs, & triumphis aditum patefecere. Hinc conſtans illa, ſibique ſemper ſimilis operandi in Chriſto modus, quidquid aggredi placeret; & fortitur cæptum, & perſeuerantur ad ſuum finem deductum. Cogita mihi cum Diabolo pugnas, & poſt pugnas Victorias: cogita cum mundo luctas, & poſt luctas coronas; quo ad dicere vere poſſet, iam iam ad triumphum vocandus à Patre: *Nunc iudicium eſt mundi: nunc Princeps huius mundi eijcietur foras: & ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Ioan. 12. 32. Cumque ſuos ad futura pararet diſcrimina, & multa, & grauia, & ſimul victoriam promitteret, dicebat: *In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite*; Ego vici *mundum*. Ioan. 16. 33. Multo mihi labore prælium conſtitit, multo ſudore victoria: Sed pugnaui, vicique ſcilicet vobis: nam & hoſtem exarmaui, & vires illius accidi, & vincendum vobis obieci, quia vici prius ipſe. Facilis vobis victoria, ſi modò, Ducem ſequuti, alacri manu pugnabitis; fortiterque inuecti in hoſtiles acies, id vobis deeſſe tantum ad triumphum putabitis, vincere voluiſſe. Ea Chriſti *Fortitudo* fuit, qua, velut planta, aduerſarium protriuit, pedis. Cogita capite ex alia *Conſtantiam*, ac *Perſeuerantiam*, quæ maximè exeruere ſeſe in totius vitæ laboribus anxietatibus, incommodis, cruce denique ipſa perferendis, quoad verè diceret: *Conſummatum eſt*, Ioan. 19. 30. Nam dehortantem Crucem, ac mortem Petrum, dicentemque: *Abſit à te, Domine; non erit tibi hoc*. Conuerſus ipſe grauiter increpuit, quòd properanti ad miniſterij ſui finem, contingentique propè metas, moras inijceret; ac, ne, quod ingenti cum laude cæperat, Redemptionis opus, tametſi per aduerſa, & dura currens, glorioſè perficeret, impedimento eſſet: & pulcherrimum facinus, & mortalium generi non vtile modo, ſed omnino neceſſarium fallente *Perſeuerantia* corrumperet. Tam cara illi virtus hæc fuit. Hoc ergo ſub *Crurum* ſchemate, *Columnarumq;* pulchra ſimilitudine ſignificare voluiſſe Eccleſiam, arbitramur.

Summum ſemper tenitere gradum. — *Sic diabolum, ſic mundum vicit.* — *Sic confirmabat diſcipulos.* — *Se ſe affirmans viciſſe hoſtes.* — *Eorumque vires debilitaſſe.* — *Et facilè vincendum ſtatuiſſe à ſuis.* — *In eo autem in finem vſque perſeuerauit.* — *Et dehortantem à morte Petrum.* — *Grauiter increpuit.* — *Tanquam aduerſarius eſſet.*

Fortitudo, ac Perſeuerantia in Chriſto perfectiſſimæ. — *Ioan.* 12. 32. — *Ioan.* 17. 33. Chriſtus exarmatum Diabolum ſuis vincendum abiecit. — *Ioan.* 19. 30. Chriſtus dehortantem à cruce Petrum grauiter increpat.

VI. *Marmoreis autè columnis comparauit.* Sed non quibuſuis *Columnis*, ſed *Marmoreis* comparauit, ex ſolido ſcilicet, & *Candido* Lapide. *Soliditas* ad *Fortitudinem* ſpectat; ac *Perſeuerantiam*; *cador* ad *puritatem*, *Syncerit atem* que nulla hypocriſi, nulla ſimulatione maculatam. Nam quanquam vitiorum labem omnem exhorruit Chriſtus, nullam magis, quam hypocriſim: immo vix vllum vitium frequentius, acriuſque in Scribis, & Phariſæis damnauit; cum non alia eos communius appellatione cenſeret, quam ſi Hypocritas diceret. Sed loco hoc, cùm de *Fortitudine*, ac *Perſeuerantia*, id eſt, de pugnis, ac victorijs Chriſti diceret, id ſcilicet innuit, diuerſam præliandi rationem iniſſe Chriſtum, quam homines ſoleant, quibus ſeu virtute vera, ſeu dolo, ac fraude vicerint, dum modo vicerint, tantùmdem facit ad laudem. Ea autem labes maximè à Chriſto abfuit, cui ſemper aperta virtus; ac ſimplex probata eſt. Non ergo arte, non inſidijs in hoſtem inuectus eſt: non fraude circumuentum, non dolo petitum, in ſuum relegauit infernum: ſed nudo, apertoque marte pugnauit: eo ſplendidiorem triumphum relaturum ſe arbitratus, quo minus inſidijs, minus deberet, & fraudibus. Dedignabatur ſcilicèt tanta virtus, aut victoriam alij debere, quam ſibi; aut, quæ ſola poſſet vincere, aliena auxilia quæſiuiſſe videri: pudebatque ignobili, ac turpi ſocietate triumphi gloriam corrupiſſe, famamque indelebili labe fœdaſſe. Is *candor Columnarum* fuit.

Etiam propter cãdorem. — *Sēper enim Chriſtus hypocriſim horruit.* — *Pugnare dictus virtute, non fraude.* — *Quaſi ſplendidior eſſet triumphus.* — *Quo magis aliena à fraude Victoria*

Chriſtus hypocriſis oſor, doctus virtute non fraude pugnare

NOTATIO L.

QVÆ FVNDATÆ SVNT SVPER BASES AVREAS.

I. *Sed columnis baſes, cruribus pedes ſubſternuntur.* HÆret captæ metaphoræ, & quæ de *Cruribus* dixerat ſub *Columnarum* ſchemate, de *Pedibus* dicit, ſub *Baſium* ſimilitudine; id enim *Pedes Tibiæ* ſunt, quod *Columnis* ſuis *ſtylobatæ*, ſeu, *Baſes*. Has autem *Aureas* eſſe dicit, quod *Marmori*, licèt raro, decus accedit: cùm additur tamen, mirè decet, *Auri* rutilo vicino candori lenocinante, ac blandiente. Quidquid ergo *Baſium* appellatione velis agnoſcere, tale ſit neceſſe eſt, vt & quod *Columnis* ſignificari placuerit, ſuſtentet; & ſimul etiam ſplendorem adijciat. Ideo, qui hæc de *Apoſtolis* interpretantur; alij *Baſes Aureas* exiſtimant *Timorem*, non deſidem, non ignauum, ſed prudentem, cautumque. Sic intelligimus Ambroſium, ſerm. 5. in Pſal. 118. *In timore ergo Sapientium Apoſtolica prædicatio, tanquam ſuper Auream Baſim Columna, firmatur: ità Baſis Aurea timor plenus diſciplinæ, quia initium ſapientiæ timor Domini eſt*. Alij *Veritatem* malunt, ideoque, & Chriſtum, qui *Veritas* eſt,

Vt continuaretur metaphora. — *Eas baſes quidã, timorem interpretantur.* — *In quibus eſt Ambroſius.* — *Alij veritatē malunt, cum Nyſſeno.*

Pedes baſibus aureis comparari. — Baſes aliqui timorem interpretantur. *Ambroſius.* — *Nyſſenus.* Veritas.

Ita

Alij Prophetas, cũ Gregorio.
Omnes nõ admodum aptè.

Gregorius. Prophetæ.

Ita Niſſenus, Gregorius autem *Prophetas*, ſeu *Prophetarum doctrinas*, quibus Apoſtolorum incumbit prædicatio: *Aureas* dictas, quia luce ſapientiæ ſplendidæ. Quæ quidem quin verè dicantur omnia, negare non poſſumus; vt huius loci ſententiam expleant, id ambigimus. Sed ſi cui hæc faciant ad palatum, habet ſymposij apparatores bonos.

II.

Ad iuſtos referũt quidam.
Qui innituntur Apoſtolorum doctrina.

Apoſtoli.

Aponius.

Qui generatim ad *Iuſtos* referunt, quod de *Columnis* dicitur, *Baſes Aureas Apoſtolos* eſſe dicunt, quorum doctrina iuſti homines ſuſtentantur. Sic ſentit Anſelmus. Alij malunt *Prophetas*, eodem argumento ſcilicet, quod magis Aponio placuit. At vt mirari ſubeat tantam in hoc ſcribendi genere, ſeù fœcunditatem ingeniorum, ſeu interpretandi incertitudinem.

III.

Quidam diuinitatis conſilia interpretantur.
Quod Ruperto placuit.
Quibus omnia extra Deum ſuſtentantur.
Tam ſtabilia vt nulla vi poſſint de loco moueri.

Operum Chriſti prædeſtinatio.

Rupertus.

Dei conſilijs omnia extra illum gubernantur.

Caſſiodorus & Beda, qui ad Chriſti *itinera, quibus in mundum ingreſſus eſt*, reſpectum hic putant, *Baſibus Aureis innixas Columnas* volunt, quod omnia, quæ per Chriſtum agenda erant, Diuinitatis conſilio, ante mundi conſtitutionem, fuere prædeſtinata, quod ex parte Rupertus ſequutus eſt. Diuinas enim res *Auro* ſignificari, propter eius metalli inter cætera nobilitatem, certum eſt. Diuina autem conſilia non immerito Baſes dictæ, cù in illis, quidquid rerum extra Deum agitur, innitatur: firma vero, & ſtabilia ſunt, vt poteſtate nulla de loco moueri poſſint, aut creata vlla vi mutari: quod & *Columnarum Baſibus* proprium eſt; & ſoliditati, quæ *auri* eſt etiam vel præcipua dos. Id autem acutè & cogitatum, & dictum eſſe negare non poſſumus; nec fortaſſe eſſet difficilè ad noſtrum interpretandi modum applicare.

IV.

Nos in baſibus aureis.
Sapientiã, et Caritatem agnoſcimus.
Nam primus fortitudini præſtat.
Ne in ignauiam, aut præcipitationem mutetur.
Aut extra ſuos vagetur fines.
Ob iſtius autem Ducem ſemper eã habuit.
Et cum apud homines verſaretur.
Et poſtquam receptus in cœlum.
Præſcriptis legibus.
Quibus gubernatur Eccleſia.

Baſes aureæ ſapientia, & caritas.

Fortitudinẽ ne in ignauiam, aut præcipitationem abeat, ſapientia ſuſtentat.

Oeconomia Chriſti omnibus formis Reipub. præferenda.

Sed pergamus euoluere noſtrum glomum. *Baſes* ergo *Aureas* dicimus duas potiſſimas & principes, alteram mentis, alteram voluntatis virtutes, *Sapientiam*, ac *Caritatem*; *Fortitudini* enim, ac *Perſeuerantiæ* firmitatem, ac ſplendorẽ conferũt, quod vtrumq; *Baſium Aurearum* munus eſt. Nec difficilè erit id oſtendere. Si enim vniuerſim rem conſideres, animæ ſi vertes *Fortitudine ii*, nè comes adſit *Sapientia*; impetumque, atque alacritatem frenet, periculum eſſe, ne in *Temeritatem* mutetur: ac, niſi eadem addat animos, conſilijs ſuis, ne in *Ignauiam*. Qua de re proxima Notatione nonnihil eſt dictum. Id eſſe exiſtimamus *Aurea Baſi* fundari *Columnam*. In Chriſto ergo *Fortitudini Sapientia* iuncta eſt, & quidem mirabili ſocietate, cuius ipſa conſilijs regeretur, doceretúrque, quid, vbi, quando, & quantum virium deberet impendere; ne vel citra, vel vltra præſcriptos fines aut *ignauia*, aut *præſumptione* peccaret: ſed proprijs clauſa limitibus, idipſum, quod agebat, ita ageret totum, quemadmodũ ad Dei gloriam agendum erat. Nihil enim vnquam aggreſſus eſt Chriſtus, quo dum *Sapientia* non duceret, qua præferente facem & monſtrante viam, omnia felici ductu ad finẽ optatum perduxit. Neque id ſolummodo dum Homo inter homines ageret, ſed multò maximè poſtquam ab hominibus, mortalitate exutus, ereptus, deductus in cœlum eſt. Nam ſi leges ad Eccleſiæ Oeconomiam inſtitutas, ac gubernandi, agendique modum expendas, ſtatim animaduertas, quam conſtans gubernandi ſit ratio; quam fortia, ac ſtabilia media; quam ordinata rerum ſeries; quanta omnia *Sapientia* conſtituta: vt quidquid homines ſapientiæ laude inſignes de adminiſtranda Repub. diſputarunt, vmbra quædam, ac vacua rebus imago videatur, ſi cum Chriſti Oeconomia conferatur.

V.

Perſeuerantiam verò fulcit caritas.
Quæ auro myſticè ſignificata.
Ex Sacra Scripturæ vſu.
Ne concidat aut fatiſcat.
Nec difficultatibus cedat.

Apoc. 3. 18.

Perſeuerantiæ præſtat Caritas, ne concidat.

Perſeuerantiam autem *Caritas* fulcit, & ea ipſe rite per *Caritatem* ne concidat ſuſtentatur. nam myſticè *Caritatem* deſignari *Auro*, præterquam communis ſententia ex mortalium conſenſu eſt, quod inter virtutes regnet, ſicuti inter metalla *Aurum*, cæterisque pretium faciat. Ioannis Apoc. 3. 18. teſtimonio planum eſt, qui, cum illum, quem tepor operum corripuerat, admoneret officij, & egentiam notaret, quam ille diuitias reputabat, addidit. *Suadeo tibi emere à me Aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio tua.* De *Caritate* dictum eſſe planum eſt; ea enim & verum animorum theſaurum ſecum vehit, & ſtola eos induit pura; vt iam deinceps inter Reges, & Principes Dei Populi cenſeantur, qui paulò ante ſeruorum ignominia notati a Regiæ adytis arcebantur; ac ne ad atria quidem permittebantur accedere. *Caritate* ergo *Perſeuerantia* conſequitur, ne concidat, ne labaſcat, nedum facultatibus, & agendi tædio ceſſet ab opere. Quam autem id verè de Chriſto ſit dictum, ſiue de *Caritate* loquaris, qua *Deum*; ſiue qua homines proſequutus eſt, tantaque in Euangelijs ſunt impreſſa veſtigia, vt hominis ſit impensè abutentis otio de ea re miſcere ſermonem. Ad alia ergo faciendus eſt gradus, quæ attentiorem operam exigunt.

Sed in Chriſto perfectiſſima. — *Summum ſemper tenuere gradum.* — *Sic diabolum, ſic mundum vicit.* — *Sic confirmabat diſcipulos.* — *Se ſe affirmans viciſſe hoſtes.* — *Eorumque vires debilitaſſe.* — *Et facile vincendum ſtatuiſſe à ſuis.* — *In eo autem in finem vſque perſeuerauit.* — *Et dehortãtem à morte Petrum.* — *Grauiter increpuit.* — *Tãquam aduerſarius eſſet.*

Fortitudo, ac Perſeuerantia in Chriſto perfectiſſimæ. — *Ioan.* 12. 32. — *Ioan.* 17. 33. Chriſtus exarmatum Diabolum ſuis vincendum abiecit. — *Ioan.* 19. 30. Chriſtus dehortantem à cruce Petrum grauiter increpat.

ab ipſo concepta eſſent, non facilius modo, ſed & Felicius ſuum tenuere locum; ac virtutibus cæteris ſubminiſtrauere vires, & diſciplinæ ipſæ tenaces infinitis victorijs, & triumphis aditum patefecere: Hinc conſtans illa, ſibique ſemper ſimilis operandi in Chriſto modus, quidquid aggredi placeret, & fortiter cæptum, & perſeueranter ad ſuum finem deductum. Cogita mihi cum Diabolo pugnas, & poſt pugnas Victorias: cogita cum mundo luctas, & poſt luctas coronas; quo ad dicere verè poſſet, iam iam ad triumphum vocandus à Patre: *Nunc iudicium eſt mundi: nunc Princeps huius mundi eijcietur foras: & ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Ioan. 12. 32. Cumque ſuos ad futura pararet diſcrimina, & multa, & grauia, & ſimul victoriam promitteret, dicebat: *In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite; Ego vici mundum.* Ioan. 16. 33. Multo mihi labore prælium conſtitit, multo ſudore victoria: Sed pugnaui, vicique ſcilicet vobis: nam & hoſtem exarmaui, & vires illius accidi, & vincendum vobis obieci, quia vici prius ipſe. Facilis vobis victoria, ſi modò, Ducem ſequuti, alacri manu pugnabitis; fortiterque inuecti in hoſtiles acies, id vobis deeſſe tantum ad triumphum putabitis, vincere voluiſſe. Ea Chriſti *Fortitudo* fuit, qua, velut planta, aduerſarium protriuit, pedis. Cogita capite ex alia *Conſtantiam*, ac *Perſeuerantiam*, quæ maximè exeruere ſeſe in totius vitæ laboribus anxietatibus, incommodis, cruce denique ipſa perferendis, quoad verè diceret: *Conſummatum eſt*, Ioan. 19.30. Nam dehortantem Crucem, ac mortem Petrum, dicentemque: *Abſit à te, Domine; non erit tibi hoc.* Conuerſus ipſe grauiter increpuit, quòd properanti ad miniſterij ſui finem, contingentique propè metas, moras inijceret; ac, ne, quod ingenti cum laude cæperat, Redemptionis opus, tametſi per aduerſa, & dura currens, glorioſè perficeret, impedimento eſſet: & pulcherrimum facinus, & mortalium generi non vtile modo, ſed omnino neceſſarium fallente *Perſeuerantia* corrumperet. Tam cara illi virtus hæc fuit. Hoc ergo ſub *Crurum* ſchemate, *Columnarumq;* pulchra ſimilitudine ſignificare voluiſſe Eccleſiam, arbitramur.

VI:

Marmoreis autẽ columnis comparat. — *Etiam propter candorem.* — *Sẽper enim Chriſtus hypocriſim horruit.* — *Pugnare dictus virtute, non fraude.* — *Quaſi ſplendidior eſſet triumphus.* — *Quo magis aliena à fraude Victoria.*

Chriſtus hypocriſis oſor, doctus virtute non fraude pugnare.

Sed non quibuſuis *Columnis*, ſed *Marmoreis* comparauit, ex ſolido ſcilicet, & *Candido* Lapide. *Soliditas* ad *Fortitudinem* ſpectat, ac *Perſeuerantiam*; *candor* ad *puritatem*, *Syncerítatem* que nulla hypocriſi, nulla ſimulatione maculatam. Nam quanquam vitiorum labem omnem exhorruit Chriſtus, nullam magis, quam hypocriſim: immo vix vllum vitium frequentius, acriuſque in Scribis, & Phariſæis damnauit; cum non alia eos communius appellatione cenſeret, quam ſi Hypocritas diceret. Sed loco hoc, cum de *Fortitudine*, ac *Perſeuerantia*, id eſt, de pugnis, ac victorijs Chriſti diceret, id ſcilicet innuit, diuerſam præliandi rationem iniſſe Chriſtum, quam homines ſoleant, quibus ſeu virtute vera, ſeu dolo, ac fraude vicerint, dum modo vicerint, tantùmdem facit ad laudem. Ea autem labes maximè à Chriſto abfuit, cui ſemper aperta virtus, ac ſimplex probata eſt. Non ergo arte, non inſidijs in hoſtem inuectus eſt: non fraude circumuentum, non dolo petitum, in ſuum relegauit infernum: ſed nudo, apertoque marte pugnauit: eo ſplendidiorem triumphum relaturum ſe arbitratus, quo minus inſidijs, minus deberet, & fraudibus. Dedignabatur ſcilicèt tanta virtus, aut victoriam alij debere, quam ſibi; aut, quæ ſola poſſet vincere, aliena auxilia quæſiuiſſe videri: pudebatque ignobili, ac turpi ſocietate triumphi gloriam corrupiſſe, famamque indelebili labe fœdaſſe. Is *candor Columnarum* fuit.

NOTATIO L.

QVÆ FVNDATÆ SVNT SVPER BASES AVREAS:

I.

Sed columnis baſes, cruribus pedes ſubſternuntur. — *Vt continuaretur metaphora.* — *Eas baſes quidã, timorem interpretantur.* — *In quibus eſt Ambroſius.* — *Alij veritatẽ malunt, cum Nyſſeno.*

Pedes baſibus aureis comparari. — Baſes aliqui timorem interpretantur. *Ambroſius.* — *Nyſſenus.* Veritas.

HÆret cæptæ metaphoræ, & quæ de *Cruribus* dixerat ſub *Columnarum* ſchemate, de *Pedibus* dicit, ſub *Baſium* ſimilitudine; id enim *Pedes Tibiæ* ſunt, quod *Columnis* ſuis *ſtylobatæ*, ſeu *Baſes*. Has autem *Aureas* eſſe dicit, quod *Marmori*, licèt raro, decus accedit: cum additur tamen, mirè decet, *Auri* rutilo vicino candori lenocinante, ac blandiente. Quidquid ergo *Baſium* appellatione velis agnoſcere, tale ſit neceſſe eſt, vt & quod *Columnis* ſignificari placuerit, ſuſtentet; & ſimul etiam ſplendorem adijciat. Ideo, qui hæc de *Apoſtolis* interpretantur, alij *Baſes Aureas* exiſtimant *Timorem*, non deſidem, non ignauum, ſed prudentem, cautumque. Sic intelligimus Ambroſium, ſerm. 5. in Pſal, 118. *In timore ergo Sapientium Apoſtolica prædicatio, tanquam ſuper Auream Baſim Columna, firmatur: ità Baſis Aurea timor plenus diſciplina; quia initium ſapientiæ timor Domini eſt.* Alij *Veritatem* malunt, ideoque, & Chriſtum, qui *Veritas* eſt,

Ita

Alij Prophetas, cū Gregorio. Omnes nō admodum aptè.

Ita Niſſenus, Gregorius autem *Prophetas*, ſeu *Prophetarum doctrinas*, quibus Apoſtolorum incumbit prædicatio: *Aureas* dictas, quia luce ſapientiæ ſplendidæ. Quæ quidem quin verè dicantur omnia, negare non poſſumus; vt huius loci ſententiam expleant, id ambigimus. Sed ſi cui hæc faciant ad palatum, habet Sympoſij apparatores bonos.

Gregorius. Prophetæ.

II.

Ad iuſtos referūt quidam. Qui innituntur Apoſtolorum doctrina.

Qui generatim ad *Iuſtos* referunt, quod de *Columnis* dicitur, *Baſes Aureas Apoſtolos* eſſe dicunt, quorum doctrina iuſti homines ſuſtentantur. Sic ſentit Anſelmus. Alij malunt *Prophetas*, eodem argumento ſcilicet, quod magis Aponio placuit. Vt mirari ſubeat tantam in hoc ſcribendi genere, ſeù fœcunditatem ingeniorum, ſeu interpretandi incertitudinem.

Apoſtoli. *Aponius.*

III.

Quidam diuinitatis conſilia interpretantur. Quod Ruperto placuit. Quibus omnia extra Deum ſuſtentantur. Tam ſtabilia vt nulla vi poſſint de loco moueri.

Caſſiodorus & Beda, qui ad Chriſti *itinera, quibus in mundum ingreſſus eſt*, reſpectum hic putant, *Baſibus Aureis innixas Columnas* volunt, quod omnia, quæ per Chriſtum agenda erant, Diuinitatis conſilio, ante mundi conſtitutionem, fuere prædeſtinata, quod ex parte Rupertus ſequutus eſt. Diuinas enim res *Auro* ſignificari, propter eius metalli inter cætera nobilitatem, certum eſt. Diuina autem conſilia non immerito Baſes dictæ, cùm illis, quidquid rerum extra Deum agitur, innitatur: firma vero, & ſtabilia ſunt, vt poteſtate nulla de loco moueri poſſint, aut creata vlla vi mutari: quod & *Columnarum Baſibus* proprium eſt; & ſoliditati, quæ *auri* eſt etiam vel præcipua dos. Id autem acutè & cogitatum, & dictum eſſe negare non poſſumus; nec fortaſſe eſſet difficilè ad noſtrum interpretandi modum applicare.

Operum Chriſti prædeſtinatio. *Rupertus.* Dei conſilijs omnia extra illum gubernantur.

IV.

Nos in baſibus aureis. Sapientiā, et Caritatem agnoſcimus. Nam prima fortitudini præſtat. Ne in ignauiam, aut præcipitationem mutetur. Aut extra ſuos vagetur fines. Chriſtus autem Ducem ſemper eā habuit. Et cum apud homines verſaretur. Et poſtquam receptus in cœlum. Præſcriptis legibus. Quibus gubernatur Eccleſia.

Sed pergamus euoluere noſtrum glomum. *Baſes* ergo *Aureas* dicimus duas potiſſimas & principes, alteram mentis, alteram voluntatis virtutes, *Sapientiam*, ac *Caritatem*; *Fortitudini* enim, ac *Perſeuerantiæ* firmitatem, ac ſplendorē conferūt, quod vtrumq; *Baſium Aurearum* munus eſt. Nec difficilè erit id oſtendere. Si enim vniuerſim rem conſideres, anima ſi vertes *Fortitudine* ſi, nè comes adſit *Sapientia*; impetumque, atque alacritatem tenet, periculum eſſe, ne in *Temeritatem* mutetur: ac, niſi eadem addat animos conſilijs ſuis, ne in *Ignauiam*. Qua de re proxima Notatione nonnihil eſt dictum. Id eſſe exiſtimamus *Aurea Baſi* fundari *Columnam*. In Chriſto ergo *Fortitudini Sapientia* iuncta eſt, & quidem mirabili ſocietate, cuius ipſa conſilijs regeretur, doceretúrque, quid, vbi, quando, & quantum virium deberet impendere; ne vel citra, vel vltra præſcriptos fines aut *ignauia*, aut *præcipitatione* peccaret: Sed proprijs clauſa limitibus, idipſum, quod agebat, ita ageret totum, quemadmodū ad Dei gloriam agendum erat. Nihil enim vnquam aggreſſus eſt Chriſtus, quo dum *Sapientia* non duceret, qua præferente facem & monſtrante viam, omnia felici ductu ad finē optatum perduxit. Neque id ſolummodo dum Homo inter homines ageret, ſed multò maximè poſtquam ab hominibus, mortalitatem exutus, ereptus, deductus in cœlum eſt. Nam ſi leges ad Eccleſiæ Oeconomiam inſtitutas, ac gubernandi, agendique modum expendas, ſtatim animaduertas, quam conſtans gubernandi ſit ratio; quam fortia, ac ſtabilia media; quam ordinata rerum ſeries; quanta omnia *Sapientia* conſtituta: vt quidquid homines ſapientiæ laude inſignes de adminiſtranda Repub. diſputarunt, vmbra quædam, ac vacua rebus imago videatur, ſi cum Chriſti Oeconomia conferatur.

Baſes aureæ ſapientia, & caritas. Fortitudinē ne in ignauiam, aut præcipitationem abeat, ſapientia ſuſtentat. Oeconomia Chriſti omnibus formis Reſpub. præferenda.

V.

Perſeuerantiam verò fulcitat caritas. Quæ auro myſticè ſignificata. Ex Sacra Scriptura vſu. Ne concidat aut fatiſcat. Nec difficultatibus coacta.

Perſeuerantiam autem *Caritas* fulcit, & ea ipſe rite per *Caritatem* ne concidat ſuſtentatur. nām myſticè *Caritatem* deſignari *Auro*, præterquam cōmunis ſententia ex mortalium conſenſu eſt, quod inter virtutes regnet, ſicuti inter metalla *Aurum*, cæterisque pretium faciat. Ioannis Apoc. 3. 18. teſtimonio planum eſt, qui, cùm illum, quem tepor operum corripuerat, admoneret officij, & egentiam notaret, quam ille diuitias reputabat, addidit. *Suadeo tibi emere à me Aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio tua.* De *Caritate* dicere planum eſt; ea enim & verum animorum theſaurum ſecum vehit, & ſtola eos induit pura; vt iam deinceps inter Reges, & Principes Dei Populi cenſeantur, qui paulò ante ſeruorum ignominia notati a Regiæ adytis arcebantur; ac ne ad atria quidem permittebantur accedere. *Caritate* ergo *Perſeuerantia* conſequitur, ne concidat, ne labaſcat, nedū facultatibus, & agendi tædio ceſſet ab opere. Quam autem id verè de Chriſto ſit dictum, ſiue de *Caritate* loquaris, qua Deum; ſiue qua homines proſequutus eſt, tot tantaque in Euangelijs ſunt impreſſa veſtigia, vt hominis ſit impensè abutentis otio de ea re miſcere ſermonem. Ad alia ergo faciendus eſt gradus, quæ attentiorem operam exigunt.

Apoc. 3. 18. Perſeuerantiæ præſtat Caritas, ne concidat.

EX VERSV XV.

SPECIES EIVS VT LIBANI, ELECTVS VT CEDRI.

COMMENTARIVS.

DIxerat, dum Chriſti Laudes ordiretur, eum *Electum ex millibus* eſſe, quod nos iuxta Hebræam loquendi formam inter omnes ſummum, immò vnicum in omnibus interpretati ſumus; nunc, laudato eo per ſingula, id ſe confirmaſſe arbitrata, eodem vndè cœperat, regreditur, eum & *Libano monti* comparans *pulchritudine*, qua cæteris eminet montibus, & *celſitate Cedris*, quæ arbores ea dote inter alias regnant. Hæc autem ad arcanum transferre ſenſum, haud arduum eſt. Intelliges ergo ſummam in omnibus intenſiſſimamque perfectionem Chriſti. Eminet quidem ille cunctis & Angelis, & Hominibus, ſi ſingularum exigas virtutum ſummam, & ad iudicij maturi trutinam examinatas, cum ſingulis illorũ componas. Quid ſi omnium complexum conſideres? Quid ſi quæ ex complexu, mutuoque ſplendore oritur pulchritudo? Quæ enim in Chriſti Humanitate, & animæ puriſſimæ ſpecies Sanctitatis obſeruata eſt, ea omnis ſpiritalis pulchritudinis idæa, & forma fuit, è cuius contactu, atque influxu omnis iuſtorum hominum manauit decor; vt quò propius accederet quiſque, eo illum perfectius referret. Hanc ergo Eccleſia vt excellentiam indicet Chriſti, poſtquam de ſingulis dixiſſet animi illius dotibus, illum *Libano* monti comparat, qui cæteris eminens caput inter nubila condit, ſpecie tam excelſus, vt ad illum circumiecti montes comparati, vix ſe videantur à terra ſuſtollere. Ergo *Specie* ſimilem *Libano* dicit, non ad *Celſitudinem* ſolam reſpiciens, ſed ad arborum odoratarumque plantarum frequentiam, quibus ille mons celebris inter alios habebatur. Addit & *Cedri* ſimilitudinem, qua ad *Celſitatem* reſpectum eſt, cum ea arbor, maximè quæ *Libanum* patriam nouit, tanta ſe proceritate ſuſtollat, vt non modo cæteras vincat, ſed quodammodo cœlum laceſſere velle videatur, vel certè in illius amplexus ire. Sic Chriſtus radicibus per *Humanitatem* in terra defixis, vertice, *Diuinitate* ſcilicet, non proximus cœlo, ſed omnino excelſior, Patrem æquauit.

ENARRATIO.

DIXI de ſingulis, quibus Chriſti Sponſi Species exſiſtit, quibus ſingulis ita eminet, vt omnem aliam Angelorum Hominumque obnubilet lucem, & formam obſcuret. Quid dicam de tota Specie ex tam bonis, tam pulchris, tam ſingularibus conſtituta? Addunt ſibi ſplendorem mutuò, & quidquid ſingula virtutes ſunt, in commune conferunt; vt iam ſingula non ſolum ſua fulgeant luce, ſed omnium reliquarum, ne quid deeſſe poſſet ad laudem. Sanctitatis ergo Species illa, quæ in Chriſto viſitur, nec parem habet, nec æmulam: & quidquid Angelis, & Hominibus boni in eo genere tributum eſt, exigua eſt de gurgite illo ſtilla; ſcintilla eſt de immenſo illo igne tenui luce ſublucens. Si quæras tanti diſcriminis ſimilitudinem, non inuenies. Sed cogita

tamen

tamen Libanum montem, ſupra omnes circumiectos colles tollentem ſe; nec modo celſitate vincentem, ſed nobilium arborum coma decenter ornatum; ſuaueolentium plantarum fronde decorum, quarum cum vix ſingula ornent alios, vniuerſa illi augeant æmulo decore decus. Vno dicam verbo, ſi de multis Hominum Millibus, immò vniuerſis, maturo iudicio Eligere vnum velis, cui in Sanctitatis negotio palmam tribuas, alium non inueneris. Nam tanta ſe altitudine tollit in cælum, tanta proximitate accedit ad Deum, vt, quidquid ipſe non eſt, infra illum ſit: quidquid ſupra, ſit Deus. Cedrorum ea laus in genere eſt arborum, vt proceritate cæteras vincant, &, quantùm datur, cælo proxima vertice inſinuare ſeſe inter aſtra videantur; quarum ego arborum Electiſſimæ ſi Chriſtum Sponſum compararim, quidquid dixero, parum erit.

NOTATIO LI.

SVM. COM.

SPECIES EIVS VT LIBANI.

I.
Concluſio laudationis.
Qua ſpecies ſponſi libano comparatur.
Ideo quidam ad candorem referũt.
Chriſtus enim natura candidus.
Cæteri candidati ab illo.
A quo Sanctitatem participant.
Quam à ſe nõ habent.
Gregorij hic ſenſus eſt.
Et Philonis Carphatij.
Sed hic non ad candorem reſpectum.
Quo eminentis alijs rebus.
Sed ad pulchritudinem.

EPiphonema eſt, Quo Laudationem, Quæ Hactenus per ſingulas partes cucurrerat, pulcherrimè claudit. Sed, cum *Libanum* nominat, quod & montis in Phœnicia nomen eſt, maximè celſi, & ſtirpium varietate, ac pulchritudine nobiliſſimi; & *Dealbationem*, vt quibuſdam placet, & *Thus* ſignificat; quid horum Eccleſia reſpexerit, quæri poteſt. Nam ſunt, qui de *Candore* Sermonem eſſe contendunt, Viri graues de veteribus. Omnes, quotquot fuerunt, ſunt, & erunt, Sanctitate & gratia conſpicui, *Dealbatos* eſſe; cum gratiam acceperint, quam non habebant; id autem ex meritis Chriſti, qui ſuâ Natura Sanctitate plenus, & gratia conceptus *Sanctus*, atque *innocens* eſt, & *à peccatoribus ſegregatus*. Vt quidquid ſanctitatis alijs donaretur, ab eodem eſſet inexhauſto fonte, cuius ſcilicèt aquis abluti, *Candorem* induerent. Ideo *Libano* comparatum. Sic inferius ex quorundam ſenſu de Sponſa dictum Cap. 8. 5. iuxtà lectionem 72. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit Dealbata*: Solus enim Chriſtus *Candidus*, puruſque, quòd à nemine *Candorem*, ac puritatem mutuatus, à ſe haberet Sanctitatem: cæteri potius *candidati*, ac *dealbati*, quam *candidi*, & albi ſunt. Quòd quidquid *Candoris* & gratiæ habeant, non à ſe ſed à Chriſto habent. Ideò Chriſti *species Libano* comparata, cui natiuus eſt *Candor*, ſiuè à natura ſoli, ſiuè ab incumbentibus vertici niuibus anno toto. Gregorij M. hic ſenſus eſt, cui Philo Carpath, etiam hæret, cuius pauca poſui verba. *Omnes in ſe credentes, ſuaque præcepta fideliſſimè ſeruantes, ſuper niuem dealbat, omni Candore virtutum: odoratiſſimoſque facit, rerum geſtarum probitate, & veræ Sanctitatis odore: nec vnquam corrumpi ſinit, quos ſemel ſua beatitudine donarit*. Sed hoc loco puto ad *Candorem* minimè reſpectum; certum enim eſt, comparationem ſemper ab excellentiſſimo ſumi, quòdque maximè emineat: *Libanus* autem, quanquam id dem propter Veterum authoritatem, *Dealbationem* ſonare, in ea re tamen non adeo excellebat, quin alia eſſent, vel æquè candida, vel certè candidiora. Eminebat verò *Celſitate, ac pulchritudine*, quòd ex vſu S.S. alijs locis oſtenſum eſt cum de *Candore* tamen ſilentium fit. Eo ergo reſpectum hoc loco credendum eſt, quo alijs locis reſpicere ſcriptura ſolet.

Libanus dealbationẽ & thus ſignificat.
Chriſtus natura candidus, cæteri dealbati.
Cant. 8. 5.
Greg. M.
Philo Carphat.
Libanus in S.S. celſitatis, ac pulchritudinis ſymbolum.

II.
Malunt alij ad Thus reſpectum.
Quod ſignificat libanus.
Et de Sacrificio Chriſti interpretantur.
Sed neque id hæret.
Nam non de odore hic ſermo eſt.

Theodoreti mens alia eſt, *Libanum* enim interpretatur *Thus*, quòd vocabulum illud & Hebraicè, & Græcè ſignificat. Duabus ergo rebus duplicem in Chriſto naturam ſignificatam, *Thure*, ſeu *Libano Diuinam*; *Cedro* autem *Humanam*. Mirum eſt in eo ſenſu tradendo paucos hunc Authorem Sectatores habuiſſe. Diſſentit ab eo Aponius. *Thuri* Chriſtum comparatum, quòd omnium illius operum, tanquam è Sacrificio, odor Deo fuerit ſuauiſſimus: *Thuri* enim id proprium, vt in Dei honorem incendatur. Vtraque hæc ſententia vnica ratione minus videtur probanda: *Species* enim ad aſpectum, non ad odoratum ſpectat: vt, cum audis: *Species eius vt Libani*, ſtatim intelligas de aſpectu ſermonem eſſe, non de odore; de quo locis alijs dictum eſt. Alio ergo in vocabulo *Libani* reſpectum, quam ad odoris ſuauitatem eſt.

Iſa. 35. 2.
Et 60. 13.
Oſe. 11. 6.
Nahum 1. 4.
Pſal. 36. 35.
Theodoret.
Libanus Thus.
Chriſti ſacrificium.
Aponius.

III.
Satis ſcirent qui Libani templum intelligant.
Cui Chriſtus cõparetur.

Qui volunt cum Ruperto (Quædam enim de Recentioribus volunt) *Libani* Nomine *Templum* intelligi, cui Chriſtus comparetur; quòd, quemadmodum illud vnicum in terris *Templum* erat, in quo vero Deo cultus exhiberetur, ita Chriſtus vnum ſit viuum *Templum*, in quo ſemper Deo iuge Sacrificium offeratur, non vna ratione poſſunt vrgeri: & quia *Libani* nomen à ſuo ſignificatu extrahant, vt impropriè; &

IV
Rupertus.
Libanus pro templo.

trans-

Sed extrahunt à proprio ſignificatu Libanum. Quod minimè neceſſarium. Nam nondum ædificatum Templū.

translatā interpretentur, cum neceſſarium non ſit, & omnis ſine eo comparatio pleniſſimè conſtet: & quia, cum mox dicatur *Electus, vt Cedri*. Statim intelligis, à proximo, & affini ſumptam ſimilitudinem: Chriſtumque *Cedris* comparari, propriè, non translatè acceptis: quòd & Rupertus agnoſcit. Quid quod loco alio monitum à nobis eſt, quo tempore liber hic ſcriptus eſt, nondum videri Salomonem cogitaſſe de *Templo*, vt ad illud reſpicere non potuerit, tanquam ad id quod iam exſtaret.

nondum ... plum exſtabat.

IV.

Probabilius ad pulchritudinē hæc referas. Quod alijs placuit. Id ergo & nos ſequamur. Nec ſermo de Chriſti corporea ſpecie. Sed de anima pulchritudine. Id appoſita ratione probatur.

Caſſiodor. Beda. Tres PP. Pſellus. Angelomus. Species de pulchritudine dicitur.

Nobis probabilius videtur *Libani* nomen propriè eſſe poſitum, Chriſtumque cum eo monte comparari, cui in *pulchritudine*, ac *celſitate* in cæteris montibus ſemper principatus eſt datus, vſu ſcripturæ, quod loco alio obſeruatum eſt. Id placuit Caſſiodoro, Bedæ, Tribus Patribus, Pſello, & Angelomo: quanquam non omnes eodem referunt: quidam nim videntur ad *pulchritudinem* reſpexiſſe, quidam ad *celſitatem*. Vtrumque probabile eſt: quanquam cum mox *Cedris* comparetur, altitudine ſcilicèt, quæ propria illius arboris eſt dos, & ſæpè in ſcriptura cantata, probabilius arbitramur, *Libano* monti potius *pulchritudine*, quam *altitudine* ſimilem predicari. Quin & nomen *Species* de *pulchritudine* propriè videtur dici, quæ ſcilicèt obijcitur oculis: & quanquam *proceritas* etiam ad *ſpeciem* ſpectat, non tamen niſi vt *pulchritudinis* partes complet. Hæc ergo de *pulchritudine* Chriſti interpretemur, nō corporea, qua tametſi eximius fuit, hoc loco tamen non ea deſcribitur; ſed interior illa, quæ animorum obijcitur obtutibus, quibus datum eſt, & intima, & arcana animæ illius Fidei lumine penetrare. Eſt autē ſententię huius ratio vna, ſecūdū interpretationis noſtræ conſequētiam. Nam cū hactenus de ſingulis dixiſſet virtutibus, quibus Sāctiſſima Chriſti anima exornabatur, reliquum erat, vt pulchritudinem illam laudaret, quæ ex omnium illarū exſiſtebat complexu. Quod ſi ad idipſum quærenda comparatio erat, ne formā orationis mutaret, nihil aptius fingi poterat, quàm ſi Chriſtum illis ornatum virtutibus, de quibus ſcitiſſimè dixerat, *Libano* monti compararet, cuius non vna erat cauſa *pulchritudinis*, ſed omninò multiplex, qua ſcilicèt ille non minus, quam *celſitate*, omnibus alijs eminebat.

Nam quæ de ſingulis dixerat. Iam de omnium complexu loquitur. Ideo Libano comparat.

Eccleſia in vnū coniugit, quę de Sponſo dixerat,

V.

In duabus dotibus maximè. Electarum arborum frequentia. A qua ingens pulchritudo. Sicut Chriſto à tot Virtutibus. Adde vtilitatem, quam omnes percipiebant à Chriſto. Sicut ab Libani materia, et aquis. Nam quidquid Chriſtus operatus. Ad omnes deriuabatur vtilitas. Id prædictum ab Iſaia. Et quidem verbis ſplendidiſſimis. Hanc Chriſti in ſe liberalitatem. Agnoſcere debent iuſti.

Libani pulchritudo, ab arboribus, placatis aromatibus, Chriſti à Virtutibus.

Libani ſpolia vtilia hominib. materia, frugibus, & aquis.

Chriſti opera virtutum vtilia omnibus.

Iſai 61. 18.

Iuſti quidquid boni habent, acceptum referant Chriſto.

Omni autem hæc Chriſti cum Libano monte comparatio in duobus hæret, alterū expreſſius, alterum magis tacitè indicatur, quam exprimitur. Expreſſius ideſt. Quòd, quemadmodum *Libano* præter propriam *celſitatem*, *pulchritudinem* addebant lectiſſimæ arbores, & ad opus vtiliſſimæ Cedri, Terebinthi, Iuniperi, Cupreſſi: tum ſtirpes aliæ, non odore ſolum, ſed medica vi præſtantes: ita Chriſti *Humanitati*, præter innatam *celſitatem*, quam à *Verbo*, cui vnita erat, participabat, pulcherrimæ, ac perfectiſſimæ virtutes ingens adderent decus, ac mirabili *pulchritudine* conſpicuam Hominibus, & Angelis, ac multo magis æterno Patri redderent. Adde ingentem illam, quam Hominibus *Libani* montis ſpolia commoditatem ad multa præſtabant, ſiuè, in ædificiorum moles erigendas, conuehenda eſſet materia: ſiuè in vſus alios aromata colligenda: vt nunc de vitibus, oleiſque nihil dicam, quibus, quæ mitiora montis erant, virore vernabant; & opulento prouentu horrea, & cellas dominorum implebant. Sed demittentium ſeſe è ſummo aquarum, non minima erat laus, de quibus mentio ſuperius facta eſt, quæ & perſpicuitate oculos, & abundantia ſubiectos campos oblectabant; nihil vt eſſet ſterile, nihil triſti ariditate damnatum. Hæc ſi ad Chriſtum transferas, campum habebis latum, quo excurrere oratio poſſit. Sed temperandus eſt impetus. Id vnum monendum eſt, quidquid Chriſtum à reliquis mortalibus ſecreuit, tale fuiſſe, vt eius vtilitas pertineret ad omnes: vt ex eo Oceano fluentes aquæ, animis alioqui infœcundis, gratiarum, ac donorum abundantia fœcunditatem præſtarent. Id ſplendidiſſima oratione cantatum ab Iſaia cap. 61. 18. *Aperiam in ſupinis collibus flumina; & in medio camporum fontes; ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudinem, Cedrum & ſpinam, & Myrtum, & lignum Oliuæ: ponam in deſerto Abietem, Vlmum, & Buxum ſimul: vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc; & Sanctus Iſrael creauit illud.* Vides, omnia bona *Libani* ſterilibus communicata terris; vt, quod tantis diuitijs bearentur, vni illi debere faterentur ſe, qui in partem eos ſuæ felicitatis admiſiſſet, ac de opulentia beaſſet. Vide, quam debeant Iuſti Homines huius Chriſti liberalitatis meminiſſe, qua factum, vt velut humiliores colles, excelſiſſimo circumfuſi, de plenitudine illius acciperent, & alios ipſi poſſent implere.

VI.

Hinc tacita comparatio. Nam ſicut Libanus pulchritudine collibus. Ita Sanctitate Chriſtus omnibus eminebat.

Comparatio tacita.

Angelomus. Libanus pulchritudine cæteris montibus ...

Id pertinet ad tacitam comparationem, quæ in his verbis latet inter Chriſtum, & cæteros ſiuè Homines, ſiuè Angelos, quibus omnibus virtutum gratia, ac Sanctitatis decore excellat. Monitum id Angelomo, qui horum ſenſum eſſe putat; vt quemadmodum *Libanus celſitate*, & *ſpecie* cæteris montium; ita Chriſtus Sanctis omnibus *Virtute, ac Sanctitate* ſuperior prædicetur. Omnibus autem excellit Chriſtus, & quia Virtutes congenitas habet, & gratiam, illi vel proprio partas labore, vel liberalitate

vel

vel liberalitate alterius acceptas. Chriſtus, vt qui origo, & fons bonorum ſit, à quo velut à ſublimiore loco gratiarum defluant riui; illi, vt qui natura ſteriles, aridique, illius de reſiduis opulenti, immerita felicitate fruantur. Iidem quòd gratiam, & Sanctitatem ad menſuram habuerint, non quidèm omnes æqualem, ſed determinatam tamen; quam Chriſtus ſine menſura habuit: demum quòd Chriſti gratia omnibus omnino parata, atque expoſita ſinè diſcrimine fuit: cæteri ſuo quiſque modo, ſi tamen vti tanto beneficio vellent, participarent. Id verbis alijs, ſed eadem omnino ſententia, dictum à Ioanne. *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus; & gratiam pro gratia*: Ioan. 1. 16. Neque enim vnam, aut alteram gratiam accepimus, ſed omnem omnino, ſiuè ſingulas conſideres, ſiuè cunctarum complexum. Id eſſe exiſtimamus, *Gratiam pro gratia*. Eſt, quod ſolemus dicere: *Dinero por dinero le paguè la deuda*; Dicere enim volumus, & integrum nos perſoluiſſe debitum, & numerata, præſentique perſoluiſſe pecunia, quin aliquid de toto pretio demereretur. Quo forſitan ſenſu dictum à Dæmone: *Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua*. Iob. 2. 4. declaratur vnum alio: Nihil tibi cæterorum ſeruabit, dummodo vitam ſeruet. *Vna por vna darà, quantas coſas tiene, como quede con la vida*. Omnia itaque à Chriſto habemus, nihilque omnino gratiæ communicatum hominibus, quod ab eo fonte non manarit. In eo itaque eminet omnibus: ideo *Libano Species Eius* comparatur, quòd ab eo ſubiectæ, circumſtanteſque Regiones, & pulchritudinem participent, & gratiam habeant.

Quod inſitam hæreret, cæteri mutuatam.

Et ad menſuram.

Cum Chriſtus, ſinè illa.

Id à Ioanne dictum Verbis alijs.

Quibus nonnulla infertur lux.

Et diaboli apud Iob.

Omnia ergo à Chriſto habemus.

Et in eo hæret eâ Libano comparatio.

Quidquid gratiæ datum hominibus à Chriſto eſt. *Ioan. 1. 16.*

Gratia pro gratia, quid apud Ioan.

Iob. 2. 4.

NOTATIO LII.

ELECTVS VT CEDRI.

I. ELectionem ad *Excellentiam*, *Cedros* ad *Proceritatem* referimus, qua ſcilicèt Chriſtus excellet cæteris, ſiuè Angelis ſiuè Hominibus. Adde, & *Cedrorum* alias dotes, *Incorruptibilitatem*, quam non ipſæ modo habent, ſed & rebus alijs communicant: & quæ ingens illarum eſt laus, in ædificio Templi (cuius myſticæ ſignificationes magnæ ſunt) vix vllius alterius materiæ fuiſſe vſum, præterquam Cedrinæ. Alterum illud ad naturæ nobilitatem ſpectat; hoc vero ad dignitatem honoremque. De eius arboris proceritate multa & apud ſacros, & apud profanos habes: vt creſcere haud raro dicatur ad centum triginta, aut quadraginta, & plures his, pedes: tanta craſſitudine, vt quinum hominum amplexum impleat. Ideo illi proceritatis inter arbores gloria tributa; & quæ ab ea dote laudantur, illi comparantur. Vide loca ad marginem reiecta. Huc retulere, quod loco hoc dicitur, quidam: vt quemadmodum ea arbor cæteris eminet altitudine; ita Chriſtus Angelis, & Hominibus Sanctitate, & gratia Diuinitatis. Sic Caſſiodor. Beda, Gregor. PP. Philo. Verè de Chriſto id dicitur. Nam, & de eo ſub Zorobabelis dictum typo. *Et ſumam ego de medulla Cedri ſublimis; & ponam* (plantabo) *de vertice ramorum, eius tenerum diſtringam: & plantabo ſuper montem excelſum, & eminentem. In monte ſublimi Iſrael plantabo illud; & erumpet in germen: & faciet fructum, & erit in Cedrum magnam: & habitabunt ſub ea omnes volucres, & vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius nidificabit*. Ezech. 17. 22. 23. Hæc de Zorobabele dicta quidem, ſed verè de Chriſto, cuius ipſe typum geſſit.

Cedrorum dotes, proceritas. & incorruptibilitas.

Et quod materia templi.

Proceritas ad 140 pedes.

In qua inter arbores inſignis.

Ita Chriſtus omnibus eminentior.

Eo hic reſpectum quidam putant.

De quo Ezechiel ſub Zorobabelis typo.

Qui locus nouè expoſitus.

Cedrorum proceritas, qua vincunt alias arbores

Pſal 36 35.
Pſal 79. 11.
Eccli. 24 17.
Iſai 37 24.
Amos 2. 9.

Caſſiodor.
Beda.
Gregor PP.
Philo.
Ezech. 17. 22.

Zorobabel typus Chriſti.

II. Nam, ſi rite expendas, pleraque inuenias, quæ Zorobabeli, vtcumque, nec omnia conuenire dicas: Chriſto autem veriſſimè. Nam *Cedri medullam*, *Verbum Patris*, ego interpretor; qui ſolus habet Diuinitatis excelſitatem; Filius autem *Verbum*, vt loco alio monuimus, *cor Diuinitatis* eſt: id autem in arboribus eſt *medulla*. Hanc *Cedri medullam*, & *Cor* Deus plantauit, in monte excelſo, cum Filium miſit in ſimilitudine carnis peccati; & quaſi iacto ſemine, aut verius, depacto ſurculo in viſceribus B. Virginis (cui propter Sanctitatis eminentiam ritè *montis excelſi* quadrat nomen.) ſollicitè fouit, vt in arborum grandem per partum erumperet. Rite autem B. Virgo vocatur *Mons eminens, & eleuatus*, ſiuè *accumulatus Iſrael*: quia in eo populo ſublimis inter omnes Sanctitate, & meritis, in quam S. Spiritus charismata, ac dona omnia *accumulata*, & aceruata ſunt ita, vt quidquid cæteris per partes tributum eſt, vni illi totum donaretur, ac in eam, velut in Oceanum, confluèret. Natus ergo ex Virgine Matre Chriſtus eſt, de *Libano Cedrus* & quidem *excelſiſſima*, ſub cuius vmbra mortale omnes & perfugium, & leuamen, & alimenta haberent. Vt verè hic Ezechielis locus Cantici his verbis vice Commentarij poſſit eſſe. Ideo dictus Chriſtus *Electus vt Cedri*.

Nam cedri medulla verbum.

Qui cor diuinitatis.

Plantata in Viſceribus Virginis.

Quæ mons excelſus eleuatus, aceruatus.

Vtpotè in quam accumulata dona gratiæ.

Natus ergo de Virgine Chriſtus.

Cedrus de Libano.

Verbum Patris medulla cedri cor diuinitatis.

Virgo mons eminens, aceruatus.

Chriſtus natus de Virgine, de Libano cedrus.

Alteras

Digitized by Google

III.
Eſt autem cedrus incorruptibilis.
Et liquor ex illa expreſſus, mortua corpora ſeruat, cũ viua corrumpat.

Cedri incorruptibilitas.

Cedriæ vis ad conſumẽdas viuas carnes, ſeruãdas mortuas. *Dioſcorides lib.1. capite 86.*

Altera Cedri dos *Incorruptio* eſt, qua non ſolum ſibi, ſed & rebus alijs vtilis eſt: ideo ex ea materia, præcioſis ſeruandis rebus, thecæ fieri ſolitæ. Ex eo Tabernaculi omnis apparatus ligneus; ex ea Templi: & apud Profanos, quæ digna æternitate habebantur, *Cedro digna* dici ſolita. Sed & oleum, ſiuè reſina, coqui è *Cedro* ſolita, quæ *Cedria* dicta eſt, cuius mirabilis, & non ſatis æſtimata facultas, qua, cum viua corpora corrumpat, mortua incorruptione donat. Si autem animaduertas, & Chriſti omnem œconomiam conſideres, inuenies, eo omne illius ſtudium, & doctrinam iuiſſe, vt viuentibus ſibi, & mundo hominibus mortem afferret; quo omnis illius doctrina de mortificatione referenda; vt vitam æternam, atque incorruptionem veram largiretur: quaſi corruptibili ablegatà vita incorruptibilem redderet. Id ille dicebat ſcilicèt: *Niſi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; Si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert*. Mox, quæ dixerat, planioribus explicans verbis; *Qui amat*, inquit, *animam ſuam perdet eam; & qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam*. Ioan. 12. 24. Ergo qui ideò venerat, vt per mortem ſuam incorruptionem largiretur hominibus, rite dicitur *Electus, vt Cedri*. Senſum hunc indicarunt Gregor. M. & Philo Carpath.

Id propriũ Chriſti.
Quo pertinet de mortificatione doctrina.
Et anima morte, vt viua ſeruetur.

Ioan. 12. 24.
Chriſti omne ſtudium viuentia interimere, mortua incorruptione donare.

IV.
Sed & Sacra cedrus.
Nec alia materia impenſa in templum
Quod non temerè factum.
Eſt autem Templum Chriſti typus.
Quod nec tacitũ Chriſto eidem.

Cedrus veluti Sacra impenſa in Templum. *Plin. lib. 13. cap. 5.*

Sed eam ob cauſam id merita *Cedrus* eſt, vt pene ſola digna materia, quæ in ſacrum cultum impenderetur, eſſet. Nam & olim Deorum Simulacra ex ea ſculpta ſunt; & quod multo eſt maius, in *Templi ædificium* ſola ferme ea adhibita eſt; quemadmodum, & in Arcæ fabricam ſola collata, & in Tabernaculi ſtructuram impenſa: de qua re alias dictum eſt. Quod non temerè fuiſſe factum, & Dei imperium, cuius ex ore & forma, & materia Arcæ, ac Tabernaculi præſcripta; & Salomoni Sapientia indita, qua *Templum* eſtrueret, & Tabernaculo ſubſtitueret, ſatis docet. *Templum* autem Chriſti geſſiſſe typum conſtat. *Soluite*, inquit, *Templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Ioan. 11. 19. Notanterque additum à Ioanne, Iudæorum errorem notante, qui de viſibili illo *Templo* Chriſtum loquutum arbitrabantur: *Ille autem dicebat de Templo corporis ſui*. Rem hanc alij & piè, & doctè tractauerunt: nos actum agere haud decet. Quod ſi in *Templo* Salomonis Chriſtus velut in typo adumbratus eſt, *Templi* autem quidquid ligneũ fere fuit, ex *Cedrina materia* fuit, haud certè ſine cauſa Chriſtus *Cedris* comparatus eſt; qui de ſuo corpore Patri *Templum*, & quidem eius digniſſimum maieſtate, conſtruxit. Hoc ſenſu Aggæum accipimus, qui, cum de Chriſti dixiſſet aduentu: *Et mouebo omnes Gentes: & veniet deſideratus cunctis Gentibus*: addidit: *Et implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria Domus iſtius nouiſſima pluſquam prima. Dicit Dominus exercituum: & in loco iſto dabo pacem*. Aggæi 11. 8. 9. 10. Nam ſi de materiali ſecundo *Templo* velis accipere, multum tibi ſudandum erit, vt oſtendas, maiorem illius, quam prioris fuiſſe gloriam. *Nouiſſimam* ergo *Domum* Chriſtum intelligit, verum ſcilicèt, ac viuum Dei *Templum*, cuius antiquius illud typus fuit, quod vera gloria, maieſtate, ac Sacrorum ordine, & quod caput eſt, ſacrificij dignitate infinitis interuallis Salomonicum *Templum* vinceret. Habes triplicem cauſam cur Eccleſia Chriſtum vocet *Electum vt Cedri*, *Celſitudinem*, *Incorruptibilitatem*, *Sanctimoniam*.

Templum typus Chriſti. *Ioan. 11. 19.*

Ideò ritè cedris comparatus.

Chriſtus Templum viuum. *Agge. 2. 8.*

Hic Aggæi locus de Templi gloriâ futuri.
Quo vinceret Salomonicum.
Nec alius intelligendus, quam Chriſtus:
Qui maieſtate, & Sacrificij dignitate excelluit.

VERSVS XVI.

GVTTVR ILLIVS SVAVISSIMVM, ET TOTVS DESIDERABILIS. TALIS EST DILECTVS MEVS ET IPSE EST AMICVS MEVS.

COMMENTARIVS.

QVam Suauis illi fuerit ea Chriſti ſecum coniunctio, & ex legitimo coniugio conuictus, nunc dicit: ſiuè *ſuauitatem eloquij* quam omnes gratiæ condirent, conſideres, ſiuè eam potius *dulcedinem*, quam animis inſtillare ſolet, quibus fauorem impendit. *Suauitatem* autem illam illius è *Gutture* manare affirmat, quoniam non aſcititia, non aliunde mutuata,

Digitized by Google

tuata, non arte quæſita, ſed natiua, & propria eſt. Id enim vel ſolius eſt Dei, vel eius, qui, cum Homo ſit, etiam Deus eſt. Ergo totum id ad eos effectus referes, quibus verba Chriſti animis inſinuantia ſeſe, eoſdem mirá ſuauitate permulcebant. Eſt quod ſcripturæ vſu loquendi dici ſolet *Loqui ad Cor*. Sentiunt id, qui ad familiarem conuictum cum Chriſto admiſſi, verba illius non aure percipiunt, ſed corde. Neque enim ſonantia ſolum ſunt verba, ſed ſenſus intimi diuinarum rerum, qui ſæpè ſonantibus verbis, velut pallio inuoluti, feriunt viſcerum intima; animum que miré permulcent. Vide Chriſti omnem doctrinam gaudia, & conſolationes ſpirantem, etiam cum ardua, ac difficilia ſuadet. Ideo illum *totum Deſiderabilem* dicit; quia, quidquid in eo erat, & acuebat *Deſideria*, & vota implebat.

ENARRATIO.

QVOD Si Singula, quæ Chriſti Sponſi Animi pulchritudinem implent, talia ſunt, qualem eſſe exiſtimabitis illam exſiſtentem ex ſingulis ſpeciē? Qualem conuictum, & coniunctionis coniugalis, qua mihi copulatus eſt, fructum? Spirat ſcilicèt meras dulcedines, ac puriſſimas ſuauitates. Nam ſi de oratione loquar, eam omnes gratiæ condiunt; & per aures delata in animum, incredibili ſuauitate permulcet, vt beatos reputent audientes ſeſe. Eſt autem ea ſuauitas non aliunde emendicata, ſed apud eum nata: non fucata, ac breui ideò moritura; ſed vera, ſolida, quamque cum ſemel guſtaueris, nec continuatione faſtidium pariat; & alioqui ſemper duret, &, Si abeſſe contigerit, vel ſola recordatione animum paſcat. Animat ſiquidem ſonantia verba mutus animus. & quidquid ſuaue olet, verbis inſtillat, vt odore prodat originem Si alia deſint indicia, vno eo argumento Deus arguitur. ea enim gratia vel ſolum Deum decet; vel eum qui ſimul Homo, & Deus ſit. Si quod mihi ſæpè contigit, dum familiari illius conuictu fruerer, vel ſemel vobis experiri contingat, ſenſu ipſo animorum intimo docti, quanta hæc cum ratione à me dicantur, facile aſſentiemini. Nam omnis certè Sponſi doctrina, gaudia, ac ſolatia ſpirat, etiam cum ardua præcipit. Sic enim amaritudinem condit, ac ſeueritatem temperat, vt non amare, amplectique non poſſis; nec aſperum, aut amarum arbitrere, quod puram dulcedinem, ac ſuauitatem primam ſecum vehit. Vno verbo vobis rem expreſſero, quam multis vix poſſum. Quidquid in Chriſto Sponſo eſt, tale eſt, vt, cum mirifice, ac vi quadam, cui reſiſti non poſſit, excitet deſideria, etiam impleat vota; ne quid inuenerint minus, quam quæſiuerint. Et is quidem, qualem deſcripſi, Dilectus eſt; quique non dedignatur & eſſe, & dici Amicus Meus.

NOTATIO LIII.

SVM. COM.

GVTTVR ILLIVS SVAVISSIMVM.

I.

Quidam in Gutture Apoſtolos agnoſcunt. Quod in eis loquatur Chriſtus. Sed huic loco non aptè. Quo ſermo de Chriſti virtutibus.

AD Huius Loci interpretationem Arcanam ea Legere iuuabit, quæ, cum ſenſum Corticis exquireremus, obſeruata à nobis ſunt. De vero ſenſu non magnalis eſt, tametſi aliqua eſt. Nam quod voluere quidam, hic *Gutturis* nomine, *Doctores*, aut *Prædicatores* intelligi, qui ſcilicèt, quemadmodum ſupra *Labia*, ſic loco hoc *Guttur* dicantur, quòd per eos, & in eis loquatur Chriſtus, ideoque nihil ab ore, niſi quod dulce ac *Suaue* ſit promant; quantum attinet ad ſententiam verum eſt, ſed huic loco minus, aptum quo de Chriſti virtutibus, dotibusque ſermo eſt immediatè: tametſi id videam per ſimilitudinem quandam applicari poſſe alijs Eccleſiæ membris. Id voluere Gregorius Nyſſenus, & Iuſtus vrgelitanus, & Pſellus quanquam

Guttur ex ſenſu quorundam Apoſtoli.

Nyſſenus. Iuſtus. Pſellus.

hic ad Ioannem Baptiſtam ſtringit, qui *Vox Clamantis* dictus eſt.

II. *Alij Chriſti ipſius ſermonem malunt.* *Cui dulcedo coniuncta.* *Qua animos demulcebat.* *Alij intimas conſolationes exponunt.* *Nulla ſimilitudine ſatis explicandas.*

Probabilius ergo, quod Gregorio M. Caſſiodoro, Bedæ, Tribus PP. Theodoreto, Philoni, & Ambroſio Serm 5. in Pſal. 118. quos alij ſequuti ſunt, placuit: *Gutture* Chriſti *Sermonem* ſignificari, cui *dulcedo* ac *ſuauitas* indita ſit, qua ad ſe Hominum animos traheret. Optimè autem monitum à Beda eſt, & Anſelmo, non hic de ſuauitate, quæ verbis ſonantibus inerat, eſſe ſermonem; qua gratia tametſi Chriſtus cæteris emineret, multo magis excellebat eâ dulcedine, qua verba illius animi auribus magis quam corporis blandiebantur. Id enim ſi rectè intelligatur, probabiliſſimum omnium eſt. Omnium tuliſſe punctum Rupertus videtur, & poſt eum Richardus Victor, qui in *Gutture Chriſti ſolatia ſpiritualia*, & quæ ex eis percipitur, inenarrabilem dulcedinem agnoſcunt. Ideoque quod ea ſuauitas nullis exprimi verbis poſſit, nulla ſimilitudine declaratam, monuit, & quidem rectè, Rupertus: hæc enim facilius animi ſenſu percipitur, quam vllo ſermone exprimitur.

Gregorius M. Caſſiodorus. Beda. Tres PP. Philo. Ambroſius. In Gutture dulcedo Sermonis Chriſti ſignificata. *Rupertus.* Solatia ſpiritualia.

III. *Sed ſuperius dixerat de ſermone, illiuſque dotibus alijs.* *Hic de vi permulcendi animum.* *Id ex vſu S. S. eſt loqui ad cor.* *Verbis blandis cordis mœrorem abſtergere omnē.* *Ea vis doctrinæ Chriſti.* *Etiam cū aſpera, & dura præciperet.* *Quod experti Apoſtoli.* *In quo Paulus gloriatur.* *Cui ſolatia ſuppetebant, vt faceret participes alios.* *At nos doctrinæ ſeueritatem querimur.* *Cum nunquam nobis Deus non adſit.* *Paratus ſolatia largiri.* *Ad menſuram afflictionum.*

Et quidem in *Labijs* ſuperius dixerat de Sermone, deque illius virtutibus, quibus commendabatur, non omnibus, ſed quibuſdam; hic alias exequitur. Illic *Simplicitatem, candorem, excelſitatem, ſeueritatem,* ac *robuſtam, maſculamque vim*: hic omnino aliud quiddam prædicat, quod haud minus in Chriſti verbis eminebat. Intelliges id, ſi, quid ſit in ſcriptura ſacra *Loqui ad Cor*, memineris. Eſt enim blanda, ac mulcentia verba loqui, quibus omnis de corde mœror abſtergatur. Sic quidam cenſent auctoritate Hieronymi, in illud Iſaiæ 40. 2. *Loquimini ad cor Ieruſalem*. Oſee 2. 14. *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Quæ ſcio illi placitura, & gratiſſima fore. Gen. 34. 3. *Triſtemque deliniuit blanditijs*. In fontibus: *Et loquutus eſt ad cor puellæ*. Id autem verborum Chriſti proprium fuit, vt cor ipſum penetrarent, & omnem ab animo triſtitiam abſtergerent, ac conſolationibus multis permulcerent. Id Eccleſia experta fuerat in primis credentibus, quorum Deus corda per Chriſti doctrinam, & merita tanta ſuauitate repleuerat, vt nulla aduerſa fortuna, aut perſequutionis atrocitate ab ea dulcedine poſſent arceri. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Act. 5. 41. Sed & Paulus id in ſe expertus, de ſe profeſſus eſt Rom. 5. 3. *Non ſolum autem, ſed & glorïamur in tribulationibus noſtris: ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur.* Et 2. Cor. 1. 3. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipſi à Deo.* Græcè: *Per conſolationem, qua conſolamur & ipſi à Deo.* διὰ τῆς παρακλήσεως ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Tanta eſt vis conſolationis, vt non modo ſufficiat nobis, ne quid ſit, quod animi hilaritatem turbet, aut ſerenitatem obnubilet; ſed ſatis etiam ſit, vt mœſtitiam omnem ab aliorum animis depellamus. *Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Nos miſelli inſtituta Chriſti & aſpera, & dura, & ſeuera putamus, ſæpè & querimur: vt haud raro non multum à diffidentibus & deſperantibus videamur abeſſe: cum ſemper tamen in Chriſto tanti mali remedium habeamus, qui in ipſo perſequutionum, laborumque, & ſeuerioris diſciplinæ feruore *loquitur nobis ad cor*, paratus tantum conſolationis tribuere, quantum ſatis ſit, ad maiora mala alacriter ſubeunda. Niſi quod ſæpè ignauia peccamus, & quadam animorum deiectione etiam leuibus malis ſuccumbimus: nec erigi ab eo volumus, qui ſolus poteſt vires tribuere, ad onera ſeuerioris vitæ portanda, non patienter modo, ſed etiam alacriter.

Loqui ad cor verbis blandis demulcere. *Iſai. 40. 2. Oſe. 2. 14. Gen. 34. 3.* Apoſtolorum inpreſſuris ſolatia & gaudia. *Act. 5. 41. Rom. 5. 3.* Doctrina Chriſti ſeuera videtur nobis cum tamen non ſit

IV. *Id de Chriſto Eccleſia prædicat.* *Experimento doctæ.* *Id de ſe fatetur Sapiens.* *Sapientiæ ſuauitatem.* *Et ex cōtubernio illius dulcedinem* *Quam expertus fuerat, faſſus.*

Id ſatis Eccleſia experta, de Chriſto prædicat. Quibus ſolatijs, tametſi, vt videbatur, abſente Sponſo, minimè ſe deſtitui ſentiebat. Pertinet ergo id ad conſortium maritale, eamque conuictus ſuauitatem, ac contubernij dulcedinem, quam, in ſummam euecta vxoris dignitatem, experiebatur ipſa. Sic de Sapientia æterna dictum. *Propoſui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum; ſciens quoniam mecum communicabit de bonis & erit alloquutio cogitationis, & tædij mei.* Sap. 8. 9. En animæ, ſeu potius Eccleſiæ cum Chriſto contubernium, conuictumque maritalem: en bonorum fortunarumque communionem: en alloquutiones blandas, ac ſolatij plenas, omnis tædij ablegatrices. Pergit de ea ſuauitate dicere: *Intrans in domum meam conquieſcam cum illa; non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium. Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniam immortalitas eſt in cognatione ſapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona.* Quæ ſi huic loco aptes, fortaſſis affirmes, nullum alium horum verborum ſenſum eſſe quærendum, qui magis videatur quadrare.

Connubij Eccleſiæ cum Chriſto fructus ſuauitas. *Sap. 8. 9.*

V. *De gutture quid dixit.*

Quod autem *Guttur* nominat, tametſi Originalia, vt quidam volunt, *Palatum* habeant, 72. autem reddant φάρυξ, *Fauces*, eo retulimus Dram. Commentario Cap. 5. trat. 52. Num. 4. vt intelligeremus eam ſuauitatem, non aſcititiam, aut

aut aliunde emendicatam, aut arte, & ſtudio partam; ſed natiuam, ac propriam eſſe. Id autem in Chriſto pertinet ad commendationem Sermonis, atque doctrinæ; eſt enim is character illius, vt omnis dulcedinis, ac ſuauitatis ſit fons: vt, quidquid extra illum eſt, & ſi ſimilitudinem aliquam habeat, aut vmbram conſolationis, vera conſolatio non ſit. Quærete ſcilicèt poteſt quiſque in creaturis ſolatia, ſed minimè inuenire: quidquid enim in illis eſt, nec ſtabile, nec diuturnum eſt. Irritant ſcilicèt, non explent famem: & cum diu, multumque comederis, biberiſque, redit momento fames, redit & ſitis, acrique morſu vulnerat: & eſca potuque fatigatus, minimè ſatiatus, abſcedes. Audi voces hominis, harum rerum experientiſſimi; quidquid autē experimentis longis compererat, enuntiantis: *Omnia, quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis; nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur; & oblectaret ſe in his, quæ præparaueram. Et hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo. Cumque me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi; & nihil permanere ſub* Sole. Eccleſ. 2. 10. 11. Contrà, quidquid ſolatij in Chriſto Eccleſia habet, & ſolidum, & diuturnum eſt, ac omninò tale, ad cuius conſpectum erubeſcat mœror omnis, abſcedatque, nunquam rediturus. Nam nihil in eo fucatum, nihil quod veritatem mendacio mentiatur; quia natiuum eſt domique natum: vt, quemadmodum omnis à Sole lux eſt, quo præſente, diffugiant tenebræ, neceſſe eſt; ita omne à Chriſto ſolatium, quo monſtrante faciem omnia mœroris nubila euaneſcant. Ideò quemadmodum Spiritus Sanctus *Paracletus* dicitur, ita & Chriſtus. *Ego*, inquit, *rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Spiritum veritatis*. Ioan. 14. 16. Verebantur illi quidē, ne eo ſolatio, abeunte Chriſto carerent, quo, dum apud ſe eſſet, recreari ſe ſenſerāt: Præoccupat mœrorem Chriſtus, & ſe quidem *Paracletum* eſſe, ideſt, *Conſolatorem*, ſeù *ſolatij authorem* eſſe; nec fieri poſſe, quin ad Patrem abeat; ſed non defuturum, qui, ſe abſente, ſuas partes agat: mittendum à Patre Spiritum Sanctum, qui verè etiam *Conſolator* ſit, ſibique in conſolandi munere ſuccedat. Id eſſe exiſtimamus, *Spiritum Veritatis*, verùm, non fictum, non vmbraticum ſpiritum, ac *Conſolatorem*, vt diſtingueret ab Spiritibus creatis, qui nec veri ſunt Spiritus, nec verè conſolatores; ſicut & Filius, & Spiritus Sanctus ſunt. Quia autem Spiritum illum ſolatij patrem, authoremque, non Pater modo miſſurus erat, ſed Filius etiam, cuius nomine, ac velut vice, Eccleſiam ſolaretur; ideò etiam ſub ſtatu gloriæ ſedens Chriſtus ad dexteram Patris, verè *Conſolator* Eccleſiæ dicitur, eo apud eam functurus munere, dum mundi venerit conſummatio. *Et ecce*, inquit, *ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi*. Matth. 28. 20. Non enim ſolùm de ea prouidentia, ac fauore loquitur, quem præſtiturus Eccleſiæ erat, vt Deus: ſed de eo, quo, vt Homo, Sponſam ſuam gubernaturus erat; & in periculis omnibus, ac laboribus miris ſolatijs per Spiritum Sanctum refecturus.

Vt natiuū id eſſe, non aduentitium, moneret. — *Qui character eſt verborum Chriſti.* — *Quo differunt illius gaudia à terrenis.* — *Agnouit id Salomon.* — *Et ingenuè faſſus.* — *Nihil ſolidum in illis eſſe.* — *In Chriſto autem ſolida gaudia ſūt.* — *Non fucata non apparentia tantū.* — *Immo fons ipſe omnis voluptatis.* — *Ideo dictus Paracletus.* — *Sicut, & Spiritus Sanctus.* — *Qui ideo dictus Spiritus veritatis.* — *Id eſt verus conſolator.* — *Quo miſſo Chriſtus ſolaturum ſe Eccleſiam pollicitus.* — *Ideo etiam in cœlo conſolator eſt.* — *Dum per Spiritū Sanctum gubernat Eccleſiam.*

Chriſti doctrinę ſolatia, natiua, non aduentitia: contra humana. — *Eccleſ. 2. 10. 11.* — Chriſti conſolationes ſolidæ. — Chriſtus cur dictus Paracletus. *Ioan. 14. 16.* — Spiritus veritatis quo ſenſu dictus. — *Matth. 28. 20.*

NOTATIO LIV.

ET TOTVS DESIDERABILIS.

I. DVobus verbis totum, quod per multos dixerat verſus, ſcitiſſimè complectitur, vt, ſi cætera tacuiſſet omnia, ſatis id eſſet, ad ſuum de Chriſto ſenſum promēdum. Cæterùm breui ſententia, vt breuior fingi non poſſit, multa, & magna continentur, quæ longa vix oratione comprehendi poſſent. Equidem maluiſſem hic interpretum nonnullos attentiores, ad mentem verborum rimandam. Nām quod & Caſſiodorus, & Beda voluēre. T*otum Deſiderabilem dici*, quòd & perfectus Deus, perfectus & Homo ſit; ſuique *Deſideria* & Angelis excitet, & Hominibus: aut, quod Richardo magis placuit, quòd & ipſe *Deſideretur*, & in membris etiam ſuis, parum explet Verborum pondus. Statim enim, ſi animaduertas, poſt longiſſimam per ſingulas partes Dilecti ſui deſcriptionem, quæ addit has voces, aliquid ampliùs voluiſſe dices. Id ergo quid ſit, videndum eſt.

II. Ac primò quidem, cum otioſè per omnia membra laudationem duxiſſet, eo orationis nitore, ac cultu, vt nihil ſimplicius, nihil decentius, nihil ſuauius dici potuerit. (ſi perſonam loquentem, audienteſque conſideres) nondum tamen ſibi ſatisfeciſſe viſa, quaſi in ipſo conatu fatiſcat, & rerum pondere, ac magnitudine obruatur, recipit ſeſe ad id, quod, cum commune, ac generale ſit, quidquid dicendum ſupereſt, complectatur. Multa dixi, & vobis forſitan nimis, ſed mihi ipſa parū dixiſſe videor;

Duobus verbis multa comprehēſa. — *Quæ tamen ab Interpretibus, minus plenè tractata.* — *Senſus Caſſiodori. Et Richardi minus apti.* — *Nec explentem ſententiam.* — *Videtur enim Eccleſia.* — *Poſt multa dicta, nondum ſatisfeciſſe ſibi.* — *Multa dixi, ſed parū dixi.*

Chriſtus vt Deus & vt homo deſiderabilis. *Caſſiodor. Beda.* — Deſiderabilis in ſe, & in mēbris ſuis. *Richar.*

nam nec rerum magnitudo æquari verbis, nec, quod laudabile eſt, eximiumque in Chriſto, oratione poteſt explicari. Sentio me quanquam dicendo fatigatam, nondum, quidquid dicere volueram, impleuiſſe. Arte ergo ſubueniendum arti eſt; & quo longa oratio non poteſt anxia pertingere, breuis perueniet. Dico ſemel *Sponſum meum Totum eſſe Deſiderabilem*. Cum *Totum* dixi, nihil excipio: nihil enim in eo eſt, quod vel ſolum non excitet *deſideria*, & vota accendat: nihil quod non amorem omnium ad ſe rapiat. Cum *Deſiderabilem* appello, omnium dico perfectionem; & cum omnia amari ſint digna, nihil omninò eſt, in quo non omnes amandi cauſæ, rationeſque inſint: tanta ſcilicèt ſingulorum eſt perfectio. Id ergo vobis ſit pro reſponſo ſatis, ſi cætera minus impleuêre veſtra vota. Sic ille, cum de ſapientia multa, & præclara dixiſſet, quantoque à ſe habita fuiſſet in pretio, quaſi quidquid dixerat minus expleuiſſet vota ſua, addidit: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa; & innumerabilis honeſtas per manum illius*. Sap. 7. 11. Atquè hanc fuiſſe Eccleſiæ mentem arbitramur.

Nec impleuit vota. Duobus verbis omnia cõplectitur. Si totum deſiderabilem dixero. Nihil enim in ipſo eſt. Quod ad amandum non cogat. Summè ſcilicet perfectum.

Eccleſiæ verborum ſenſus paraphraſi expoſitus.

Sap. 8. 11.

III.

Cæterùm cum, quod perfectum, & ideò amabile eſt, eo nomine verè cenſeri non poſſit, niſi quidquid in eo eſt, perfectum etiam ſit; & quidquid abeſt, ad perfectionem non faciat; ne ſcilicèt aliquid deſit, quod perfectionis hanc idæam vel compleat, vel conſtituat; & id ipſum voluiſſe Eccleſiam arbitramur: nihil in Chriſto eſſe, quod omnibus ſuis numeris abſolutum non ſit: nihil non abeſſe, quod turpe, imperfectumque ſit: nihil deſiderari, quod ad perfectionis illam formam vtcumque ſpectare poſſit. Quid enim ſi multa habeas, quæ ſua digna ſint laude; ſi tamen aliquid ſit, quod reprehenſioni obnoxium ſit? Quid ſi nihil eorum, quæ habeas, ne à Momo quidem morderi poſſit; ſi tamen aliquo careas, quod laudari ſit dignum? Certè quidquid deſideras, ſi tale ſit, quod deſiderium accendat, in ea te parte minimè amabilem probat. Eſt enim ille velut hiatus quidam, qui perfectionem infamat, quo currens in encomia iudicium velut calmate abſorbetur; ſaltem hærere cogitur, vel ad cætera velut ſaltu tranſilire. Si autem ſit quiddam, quod perfectiſſimam alioqui formam, & abſolutam idæam commaculet, hærere etiam properantem laudationem coget, ac velut obice interiecto retardabit, quod non minus ingratum eſt. Tria ergo hæc, quæ ad abſolutam pulchritudinis myſticæ formam faciunt, duobus vocabulis complexa Eccleſia eſt. Nam quidquid in Chriſto fuit *Deſiderabile* eſſe affirmat; tum nihil ab eo non abeſſe, quod *Deſiderabile* minimè ſit: poſtremo nihil eſſe, quod minus expleat *deſideria*. Hunc Auguſtinus ſenſum habet, cuius è Comment. in Pſal. 44. verba tametſi longiora, quam ſoleo, ſubdere volui; ſed quibuſdam omiſſis, quæ ad hunc locum non faciunt. *Ecce ipſe Sponſus procedat nobis; inueniamus illum; aut ſi inuenerimus in eo aliquid fœdi, non amemus. Quia & hoc ipſum, quod carnem induitus eſt, vt de illo etiam diceretur; Vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem; ſi conſideres miſericordiam, qua factus eſt, & ibi Pulcher eſt. Sed Iudæorum perſonam gerebat Propheta, cum diceret: Vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem. Quare? quia non in intellectu. Intelligentibus autem, & Verbum caro factum eſt. Magna pulchritudo eſt. Nobis autem iam credentibus vbique Sponſus Pulcher occurrat. Pulcher Deus Verbum apud Deum; Pulcher in vtero Virginis: Pulcher natus infans Verbum: Pulcher in cælo. Pulcher in terra, Pulcher in vtero, Pulcher in manibus parentum. Pulcher in miraculis, Pulcher in flagellis; Pulcher inuitans ad vitam, Pulcher non curans mortem; Pulcher deponens animam, Pulcher recipiens, Pulcher in ligno, Pulcher in ſepulchro; Pulcher in cælo, Pulcher in intellectu. Summa & vera Pulchritudo Iuſtitia eſt; ibi illum non videbis Pulchrum, vbi inueneris iniuſtum.* Pulchre omnia.

Quod autem perfectum eſt. Imperfecti admittit nihil. Nihil perfecti non exigit. Quod reprehendi ſit dignum, ſi habeat. In eo perfectũ non eſt. Neque ſi aliquo careat, quod perfectum ſit. Eſt enim is velut hiatus quidam. Quod laudatio impedit. His perfecti dotes verbis duobus clauſit Eccleſia. Auguſtini is ſenſus eſt. Nihil fœdum in Sponſo eſt. Etſi enim cum non habet ſpeciem. Immò tunc magis pulcher. Vt Deus caro homo in cælo, & in terra. Moriens, & rediuiuus. Quia vero pulchritudo Iuſtitia eſt.

Defectus perfectionis, [illegible] eſt impediens laudationem.

Quidquid in Christo fuit perfectum ſuit.

Auguſtinus. Auguſtini verba de perfectione Chriſti.

IV.

Ruperti acumen aliquid innuit, quod in rem faciat. *Deſiderabilem Totum* dici, quia & cum non habetur *Deſideratur*, & cum habetur magis. De eo enim ſolo vere dicitur, & quæri anxie dum abeſt; & magis anxie, dum adeſt. Cætera, cum non habeas, habere cupis; poſtquam habeas ceſſant Vota, ſuccedunt gaudia ex poſſeſſione. Chriſtus autem aliter amatur ab anima, cuius gaudia ex poſſeſſione *Deſideria* accendunt; cum alioqui *Deſideria* gaudia quærant. Ideo ergo *Totus Deſiderabilis*, quia ſemper *Deſideratur*: &, cum non habetur, *Deſideria* irritat; &, cum habetur, accendit. Magnum id diſcrimen eſt, cuius & cauſæ exquirendæ ſunt. Quidquid creatum eſt finitum limitatumque eſt, quodque ſi ſemel animus poſſidere poteſt, totum amplectitur, atque omnino comprehendit. Vaſta enim humani animi capacitas eſt, & cum omnia poſſit capere, ſingula non modo capit, ſed omnino ſtringit. Ergo votorum finis, atque interitus poſſeſſio ipſa eſt, nihil enim ſupereſt rei, quæ poſſidetur, quod totum non habeatur, aut poſtquam habitum eſt, vlterius haberi poſſit. Ita & gaudijs excluduntur vota, & gaudia votis. Quia cum exiguitate cupitarum, habitarumque rerum *Deſideria* iungi non poſſunt. Contrà, quæ in Chriſto habemus bona

Ideò cum abeſt deſideratur, & cũ adeſt magis. Cæteri abſentia cupiuntur præſentia minimè [illegible]. Eius diſcriminis cauſa eſt. Quia creata minora votis. Facilè ſtringũtur ab anima. Quia capacior eſt.

Cum abeſt deſideratur Chriſtus, & cũ adeſt.

Cũm poſſeſſione creatorũ bonorum deſideria non iunguntur.

Creata bona finita, facilè ſtringuntur ab anima.

Digitized by Google

Ideò gaudijs extinguuntur vota & contra.
Chriſti bona grādiora ſunt, quam vt anima capiat.
Ideò ſemper eſt, quod cupiat.
Etiam ſimul tū poſſideat.
Donec capacior in cælo facta.
Nihil deſideret vltra.

Chriſti bona maiora anima, nunquam tota ſtringuntur.

bona, granditate ſuâ animum obruunt, &, quantumcumque laxet capacitatis ſuæ ſinus, capere exuberantia gaudia non poteſt: ſatis eſt, ſi partem pro captu ſuo ſtringat. Parte ergo boni beata, totius poſſeſſione beata nondum eſt; ſimul ergo & gaudet, & cupit; gaudet præſenti, quod ſtringit, bono; cupit, quo nondum beatur, quia nondum capax eſt. Ergo inter gaudia, & deſideria ſua diſtracta, medijs gaudijs cruciatur; & cum diuitem ſe ſentiat, egenam adhuc arbitratur. Vnum huius cruciatus manet remedium, ſi idem ille, qui magnitudine boni animum opprimit, anguſtias laxet, capi vt poſſit. Facit hoc ille quidem haud raro, nam non contentus ſe totum dare, & facultatem accipiendi donat, & anguſtias accipientis lauat. Sed, dum cum corpore mortis luctatur anima, his premi eam anguſtijs neceſſe eſt, quantumcumque ſinus Chriſti virtute laxentur. plena ſiquidem illa humani pectoris laxitas in illum temporis reſeruatur articulum, cum vinculis anima carnis ſoluta, in cœlo beabitur.

NOTATIO LV.

TALIS EST DILECTVS MEVS, ET IPSE EST AMICVS MEVS, FILIÆ IERVSALEM.

I.
Plana hæc verba, ſed in receſſu prægnantia.
Rogata qualis Chriſtus eſſet, reſponderat.
Per ſingulas dotes currens.
Talem eſſe nunc dicit, qualem deſcripſerat.

Nexus cum ſuperioribus.

PVlcherrimam Laudationem Pulcherrimo Fine claudit. *Talem* eſſe *Dilectum*, *Talem Amicum Chriſtum*, qualem deſcripſerit. Viſa autem plana Interpretibus verba, vt aliud fere non addiderint ſenſui, qui ſtatim objicitur. Sed ſeruandus eſt ordo cœptus, nec à forma interpretandi ſemel inſtituta recedendum. *Qualis* eſſet Chriſtus ex ſenſu Eccleſiæ, rogarant Angeli: rogarant autem de interiore Specie, nàm externam corporis ſatis norant: illa autem, cum per ſingulas animi dotes cucurriſſet, vt ſuo ſe functam munere ſignificaret, quantum ad idem quod petierant, pertinebat, *Talem* illum eſſe reſpondet, *qualem* ſic licèt deſcripſerat. Quæſiuiſtis *Qualis* eſſet: dixi, & audiſtis: ne miremini, vel ſic perditè me amore illius ſuccendi; vel ita amatum anxiè quærere. Hæc ad nexum omnia pertinent; rimemur alia, ſi quæ latent in receſſu.

II.
Sed videtur excuſare anxietatem amandi, & quærendi.
Ad amandū coacta tot meritis ſponſi.
Ideo ea per ſingula laudaret.
Vt probaret quam merito amauiſſet.
Talem ergo dicit.
Qualem deſcripſerat.
Quo ſatis excuſat amorem.
Nam amor, & ſi cæcus.
Notitia meritorū dilecti illuminatus.
Errare non poteſt.
Cum in digniſſimum cadit.

Amatæ rei merita amorem excuſant, & quærendi anxietatē.

Senſus horū verborum per Paraphraſim traditus.

Amor oculatiſſimus cū in digniſſimum impenditur.

Ac primum quidem ex his, quæ dixerat de Chriſto Sponſo, excuſare videtur ipſe anxietatem quærendi illum. Nàm poterat videri nouum, quòd & fœmina, & pudica, concubia nocte, extrà domum, Vicos plateaſq; magnæ Vrbis pererrans, virum quæreret, quod facere honeſtæ non ſolent. Admirationis ſubmouerat omnem cauſam, ſe ardenter illum amare profeſſa. Amoris granditate excuſari multa, quæ in non amāte, vel amante tepidè fortaſſe excuſationem non habeant. Amoris autem tantam illam vim frenari non poſſe, non regi iudicio: vbi namque is regnat affectus, cæteri ſeruiant neceſſe eſſe. Tanti autem amoris cauſam liberam ſibi non fuiſſe, cui tantæ Dilecti dotes amandi neceſſitatem impoſuiſſent. Libentiſſimè ergo ad eas prædicandas accinctam ſeſe, vt ſcilicèt indicaret, quam meritò amauiſſet eum, qui non modo digniſſimus videretur amore, ſed qui penè ad amandum inuitos cogeret. Quis enim poſſit reſiſtere *Tali?* *Talis*, inquit, *Eſt Dilectus Meus*, *qualem* per ſingula membra deſcripſi; nec tamen totum dixi, quod eſt. Veſtrûm nunc erit videre, num ſatis prudenter amarim *Talem*, tam dignum amore omnium. Iam credo, nec Amoris mirabimini granditatem mei, nec exceſſum damnabitis, nec, quod anxiè quæſiuerim, accuſabitis. Quidquid peccatum eſt, ſi quidquam tamen peccatum eſt, meritorum illius exceſſus apud æquos Iudices ſatis excuſat. Hic ſenſus latet in duobus his verbis. Pertinet autem totum id ad exaggerandum amorem Eccleſiæ, quo fertur in Chriſtum. Omnis enim amor, tametſi eſt cœcus, notitia amatæ rei illuminante illius tenebras, oculatiſſimus eſt, & errare non poteſt, ſi in digniſſimum feratur. Nouerat Chriſtum Eccleſia, & diſtinctè nouerat; id autem vt oſtenderet, tàm otioſè ſingulas per dotes, virtuteſque Chriſtum deſcripſerat; vt quanta cum ratione diligeret, & abſentem eum quæreret, indicaret. Quo peracto officio, & amoris ſui, & anxietatis in quærendo rationem reddidit. Atq; in hunc ſenſum arbitramur dictum: *Talis Eſt Dilectus Meus*.

III.
Sed finita laudatione, adhuc bulliebat affectus.

Amor commemoratione meritorum amati magis intenditur.

Sed aliquid tamen addendum eſt, quo & is amoris exceſſus indicatur. Laudationi Chriſti impoſuerat finem, ſed nondum quieſcebat affectus; commemoratione potius meritorum ipſius incitatus, adhuc calebat, & velut citharæ pulſata manu chorda, poſt pulſum, atque ex pulſu ſonum, adhuc auribus tinniebat. Omnia granditatem caritatis, qua fertur in Chriſtum Eccleſia ſatis probant, cui nulla ſunt ſatis ad laudandum

verba,

Ne continere lingua poterat. Immo, & alios mutat, ad officiū idem. Et exemplo ſuo ad amandum illum. Haud verit ne ſibi iniuria fiat. Si alij ſint qui ament & amētur. Id enim ingenii Eccleſiæ eſt. Vt multos ad amorem Chriſti compellat. Vt & ipſi ab eo amentur.

verba, nec ceſſare videtur à laudando poſſe. Incitat alienum affectum, quæ ſuo ardebat; admonetq; Angelos Officij, quæ officium ipſa ſuum impleuerat quidem; ſed ſibi tamen haud ſatis impleuiſſe videbatur. Talis, inquit, Eſt Dilectus Meus, tàm pulcher, tàm amabilis, tàm ex gratijs conſtitutus, tàm ad ſe omnium rapit corda, & deſideria trahit. Iam puto vos meo illum exemplo amatis: neque enim vereor, ne, ſi in eum quidquid in vos amoris eſt, impendatis, iniuriam faciatis mihi, velut qui in alienam rem inuoletis. Qualis ille ſit, vel ex meis verbis intelligite; nec cogitationem à re tanta cohibete. Hoc apud vos agite, hoc mente, hoc lingua tractate. Gratiſſimum enim erit mihi, ſi vos ſtudia mea iuueritis; &, quod ipſa minus poſſum, exequuti, imbecillitatem meam ſubleuaueritis. Nàm tametſi collatis mecum ſtudijs omnem affectus vim velut in cumulum conferatis, parum id erit, nec merita æquabit illius, qui merita omnium ſuperat infinitis propemodum interuallis. Indicant hunc ſenſum Angelomus, & Honorius. Eſt autem id aptiſſimum ad Eccleſiæ genium indicandum, quod notatum à Iuſto Vrgelitano, quæ non contenta amare Chriſtum, omnia in id ſtudia confert, vt multos ad illum amatores adducat: ne ſcilicèt cui ad amorem incitandum cauſa non deſunt, deſint, qui ament, & amando beentur. Hinc intelliges, quid illud ſit: *Adducentur Regi Virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia, & exſultatione, adducentur in templum Regis.* Pſal. 44. 16.

Eccleſia Angelos inuitat ad amorem Chriſti ſuo exemplo.

Eccleſiæ geniū multos adducere ad amorem Chriſti, & inuitare ad laudes. Pſal. 44. 16.

IV.

Sed & aliud adhuc latet. Nàm iactare videtur ſortem ſuā. Quod in talem inciderit. Et à tali ipſa ametur. Quæſita dùm à Deo abeſſet. Et tandem iūcta connubio. Felicitati ſuæ libat.

Nondum totum id mihi dixiſſe videor, quod latere arbitror in his verbis. Dixerat *Qualis* Chriſtus eſſet, quanta illius merita: addit nunc, *Talem Dilectum ſuum eſſe*. Felicitatem ſuam tacitè prædicat, quæ vel *Talem* amet, vel à *Tali* ametur ipſa. Amare quidem dignum amari, dulce eſt; dulcius à Digno amari: alterum enim electionis eſt, alterum felicitatis; nihil enim infelicius, quam eum amare, à quo non ameris. Vtrumque ſi contingat, nihil vltra felicitas habet, quod largiri poſſit. Paucorum ea ſors eſt, nec niſi eorum, qui in vnum Deum amorem impendunt, certi ſcilicèt non defuturum officio illum, qui & id ipſum, quod amare cæperint, largitus fuerit; vtpotè à quo amandi hic ludus ſemper incipiat. Sciebat quæſitam ſe cum abeſſet à Deo, ac per ſingulos coniunctionis gradus eo veniſſe tandem, vt in coniugem Chriſti euecta eſſet: quo vlterius proceſſit res, eo & notitia boni inſtructior, quod amabat, & ardentior, immò & ſtabilior in amore. Quantum ergo id eſſet, quo frui dabatur bonum, ſatis edocta, & ſortem iactat, & felicitatem prædicat ſuam, qua ſciebat nulla maiore donari ſe in hac vita poſſe. Id ergo arcani latet in verbis.

Eccleſia ſuę ſorti gratulatur, quod & Chriſtū amet, & ab eo ametur.

V.

Dilectum autem vocat à ſe amatum. Amicum, amantem ſe. Quo reijcitur Aponij ſenſus. Huic loco minus aptus. Et Caſſiodori, nō aptior. Nam Dilectus, et Amicus. Connubialia ſūt nomina.

Ideò & *Dilectum*, & *Amicum* vocat; *Dilectum* vt ardentem ſuam in illum indicet caritatem; *Amicum*, vt ſe viciſſim ab eo amari: nihil vt illi ad felicitatem deeſſe poſſet, quæ & indigniſſimum impendiſſet ſe, & à digniſſimo, qui ab omnibus amaretur, ipſa diligeretur ſola. Quibus mirum in modum is amor deſcribitur, quo Eccleſiam ſuam dilexit Chriſtus, cuius ideò amorem Paulus exemplum eſſe voluit fidelibus cōiugatis. Epheſ. 5. 27. *Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.* Atque hoc aptius huic loco quadrare videtur, quam quod Aponius voluit. *Dilectum* dictum, quia pro Eccleſiæ ſalute, & *dilectione* mortuus verus Homo eſt; *Amicum*, quia pro eiuſdem glorificatione reſurrexit à mortuis verus Deus. Id enim tametſi verum vtcumque eſt, minus aptum huic loco eſt, quo felicitatem ſuam iactat, quòd in *talem* inciderit, & à *tali* ametur. Et quod Caſſiodoro placuit, *Dilectum* dici, quod Fide, & Caritate illi adhæſerit; *Amicum*, quia illam de peccati redemptam ſeruitute, ſecretorum ſuorum conſciam fecit; S. D. E. *Vos autem dixi Amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre, nota feci vobis.* Ioan. 15. 15. Minus hoc videtur aptum, tametſi verum. Hoc enim loco & *Dilecti*, & *Amici* nomen, non generale eſt, ſed Eroticum, & ad vinculum coniugale pertinens, non per caritatem ſolam, & gratiam; ſic enim amans Eccleſia eſt, quod à prima liberata culpa ſemper habuit: coniugio iuncta non fuit, quoad Incarnatum Verbum eam per vnius carnis nexum copulauit ſibi.

Dilectus pro amato: Amicus pro amante.

Eph. 5. 17.

Aponius.

Caſſiodor.

Dilectus, & Amicus nouenna connubilia.

V E R S V S XVII.

QVO ABIIT DILECTVS TVVS? O PVLCHERRIMA MVLIERVM; QVO DECLINAVIT DILECTVS TVVS, ET QVÆREMVS EVM TECVM?

COM-

COMMENTARIVS.

STernitur ſenſim via ad tranſitionem Euangelij a Iudæis ad Gentes. Quærunt autem Angeli ab Eccleſia, *Quo* Chriſtus *abierit*, quaſi ignorarint; quod grande illud myſterium continet, non ante fuiſſe cognitum tantum Dei arcanum, Principibus, ac Poteſtatibus, Supremis ſcilicèt Angelorum, quam per Eccleſiam docerentur. Miro autem hæc artificio fuiſſe connexa, nemó mirabitur. Nam & *Pulcherrimam Mulierum* vocitant, ideſt, ſimplicitèr *Formoſiſſimam*, qua appellatione videntur blandiri, illiuſque ſibi conciliare fauorem velle, vt id, quod rogant, obtineant; & alioqui myſterio non caret, quod nunc maximè *Pulcherrimam Fæminarum* compellent: ſcilicèt, quæ Sponſi formam deſcripſerat, qua *Electum* illum *in Millibus*, ſiuè, vt Propheta loquitur, *Specioſum Præ Filijs Hominum*, demonſtrarat, ſatis eo ipſo oſtenderat, ſe ſe de illius *Pulchritudine* tantam ſumpſiſſe, imitatione, partem, vt ſimiliter *Pulcherrima Fæminarum* verè appellari poſſet. Comites autem ſe futuros illius inquærendo Chriſtum pollicentur, quia nunquam Angelorum miniſteria Eccleſiæ defuere in Euangelio promouendo. Sed eos ipſos audiamus.

ENARRATIO.

E*Tate quidem Chriſti Sponſi Pulchritudo Pulcherrimis verbis, ſed pulchrioribus ſenſibus, deſcripta per otium eſt: merita eſt tam diſerta oratio audientium fauorem: gratulamurque non minus tibi tanti gratiam Amatoris, quam nobis tantæ ſpeciei imaginem ob oculos conſtitutam. Par ſcilicèt argumento oratio fuit; vtrique verò par auditorum, ſeù ſpectatorum voluptas: tàm ſcitè enim à te tuus deſcriptus eſt Sponſus, vt non audire te narrantem, ſed ſpectare præſentem illum nobis viſi ſimus. Pronos itaque in obſequium, oratione tua penitus incitaſti. Nunc te verè Fæminarum Pulcherrimam dicimus, quam Hominum Angelorumque Pulcherrimus adamarit, & in Coniugem elegerit. Dignum ſcilicèt creaturarum omnium admiratione par. Sed quæris abſentem ſcilicèt, breui (Sic vouemus) aut rediturum, aut inueniendum. Paratos ad vtrumque habes, ſeù Socios, ſeu Miniſtros: vel gratulaturos inuentum tibi, vel tecum quæſituros abſentem. Abeſt ille quidem à Iudæorum animis, qui oculos luci, corda occluſere ſaluti. Quod ſine magna cauſa fuiſſe factum non credimus. Edic, ſi tamen potes, quo eum declinaſſe ſuſpiceris; quàm ad Gentem obuertiſſe ſui fauoris aſpectum; quam delegiſſe nationem, in quam repulſam à Iudæis lucem inferat Euangelij. Habebis laboris Socios, & inquiſitionis miniſtros: nullum enim nos laborem defugituros ſpondemus, dum tibi vel tuum Sponſum ſiſtamus; vel tecum ipſi veneremur.*

NOTATIO LVI.

SVM.COM.

QVO ABIIT DILECTVS TVVS, QVO DECLINAVIT?

I. *Verba priuatarũ Eccleſiarum ex ſenſu quorũdam.*

PRiuatarum Eccleſiarum Verba Hæc eſſe, Quidam de Recentioribus arbitrantur: Veteribus magis placuit, de Fidelibus imperfectioribus accipere: vtriuſque ſententiæ eadem ratio eſt, quod nec priuatis Eccleſijs, nec imperfectioribus Fidelium

Digitized by Google

A'ij imperfectorũ malunt.
Docet autem imperfectos à perfectis doceri.
Quo pacto Chriſtus quærĩdus ſit.
Sed neutrum habet.
Cũ ijdem interrogati ab Eccleſia ſint.
De eodem Chriſto.

Imperfectos à perfectis doceri docet.

lium datum ſit, ſiue doctrina vniuerſalis Eccleſiæ, quærere Chriſtum, vt quærendus eſt, aut quæſitum inuenire. Hunc ſenſum & piè & grauiter tractat Honorius. Imperfecti ergo à perfectis; carnales à ſpiritualibus; actiui a contemplatiuis; ſubditi à Prælatis; indocti à doctis quærunt, *Quo Chriſtus abierit*; aut quo tandem verſetur loco. Sed meminiſſe oportuerat, hos eoſdem ab Eccleſia interrogatos ſuperius, oratoſque, ſi inueniſſent Dilectum, ei vt nuntiarent, ſe amore languere illius. Quo ſatis intelligitur, & eo loco ab illis petijſſe ſuppetias, qui præbere auxilium poſſent, quique & quærere, & inuenire Dilectum, eique illius nuntiare nomine, quæ nuntiari ipſa volebat. Quod certè in imperfectos non quadrat. Non ergo eos inductos hoc loco intelligemus. Et alioqui cum ijdem illi ſint, qui ſe doceri orant, *quo Dilectus abierit*, ſatis oſtenditur, ad alias eſſe hæc verba referenda.

II.
Sunt ergo Angelorum verba.
Quanquam obeſſe videtur.
Haud decore Angelos doceri ab Eccleſia.
Quæ diſcere ab illis ſolita.
Sæpè enim eorum miniſterio vtitur Deus.
Ad inſtruendam Eccleſiam.
Sed monendum, ſterni hic viam.
Ad deſcribẽdam Eccleſiam.
Properantem ad Gentes.

Angeli interrogant Eccleſiam quo abierit Chriſtus.

Sternitur ſẽſim via ad deſcribẽdam Eccleſiam properantem a Iudæis ad Gentes.

Angelos ergo hic cum Aponio intelligemus, quos oratos ſupra diximus ab Eccleſia, eamque ab illis interrogatam, *Qualis eſſe Sponſus*, quorum ipſa annuens votis in Chriſti laudes effuſa eſt. Sed vna huic ſententiæ ratio obeſt, qua, cum alia ſentientes paulo antè petierimus, validè retorqueri poteſt in nos. Nam quòd ea de Sponſo Chriſto Angelos interrogaret, ex decoro factum eſt, quæ multa ſæpè diſcere ab ijs ſolita, & id etiam, quod quærebat, ſcire ſe poſſe ſperabat: vtitur enim Deus frequenter Angelorum miniſterio, ad illuminandam Eccleſiam; is enim ordo Sacræ Hierarchiæ eſt, vt ex infimis per media ad ſumma eatur; & ab Hominibus per Angelos ad Deum. Quin illi, vt ardenter Deum amant, ac propter Deum Homines, libentiſſimè impendunt ſeſe, dummodo quamplurimos ad illius notitiam peruehant. Quod ſi ita eſt, quo pacto, niſi decori omnem curam abijcias, eoſdem hoc loco inducas Eccleſiam interrogantes: *Quo Chriſtus abierit*, cum oporteret potius eam docere, quæ de illo interrogaret eoſdem? Sed facilis nodi ſolutio eſt nobis, ſi prius monuerimus, Verbis hiſce ſterni viam, ad deſcribendam Eccleſiam, properantem ad Gentium conuerſionem, quod proximo capite fiet, & quidem per otium: quemadmodum ſupra cap. 4. toto Eccleſia Iudaica deſcripta eſt, properans ad poſſeſſionem promiſſæ terræ. Totum id autem mirò factum artificio eſt, vt inuicem ſibi totius actionis partes reſponderent ac mirabili nexu iungerentur. Optimo ergo artificio inducuntur adoleſcentulæ rogantes, *Quo Sponſus abierit*, aut qua quærendus ſit.

III.
Quidam arbitrantur, Incarnationis myſterium.
Ignotum Angelis ante aſcẽſionem.
Ea nunc quæſtione abſtinendum.
Nam contrarium multis argumẽtis patet.
Sed Nyſſenus lucem intulit huic loco.
Monens Deũ ſapientiã res facere magnas.
Per contraria, & valdè diuerſa.
Id autem ignotũ Angelos ab Eccleſia didiciſſe.

Pſellus.

Pſal. 23. 8.

Chriſti myſterium non ignotum angelis ante aſcenſionem Chriſti.

Epeſ. 3. 10.
Nyſſenus.

Deus per contraria res magnas in Chriſto geſſit.

Pſellus, qui hunc Chriſti abſceſſum de Incarnatione interpretatur, facile ſe exſoluit hoc nodo, qui maximè videtur ſtringere; monens, ne Angelis quidem, ante Chriſti aſcenſum ad Patrem, fuiſſe Incarnationis myſterium exploratum, quod & ex Dauide confirmat. Pſal. 23. 8. *Quis eſt iſte Rex gloriæ*. Haud diſputo, nunc Angelis verè ignotum Chriſti myſterium vſque ad aſcenſſionem fuerit, neque enim huius loci quæſtio eſt: difficile enim creditu eſt, id illis toto Chriſti vitæ tempore ignoratum fuiſſe, cum oppoſitum multis conſtet documentis. Cæterum qui rogare homines; *Qui ille eſſet*, qui inuehebatur in cœlum, potuere, multo magis potuere Eccleſiam, ex ſenſu Pſelli. Sed Gregorius Nyſſenus Hom. 8. in Cant. licet alio reſpiciens, loco huic ingentem attulit lucem. Illius verba poſuimus, tametſi longiuſcula, paucis tamen quibuſdam detractis, ſiuè quibus conſtant ſententia: Cum ergo locum Pauli Ephel. 3. 10. induxiſſet: *Vt innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*: ſubdit, *Reuera enim per Eccleſiam portatur ad ſupermundanas Poteſtates, varia, & multiplex Dei Sapientia, qua per contraria res efficis magnas, & admirabiles. Quomodo enim facta fuit vita per mortem; & per peccatũ iuſtitia; & per maledictionẽ benedictio; & per ignominiam gloria: & virtus per imbecillitatem? Nam in prioribus ſolam ſimplicem, & vniformem Dei Sapientiam temporibus nouerant ſupramundanæ Poteſtates, congruenter ſuæ naturæ facientem miracula: nec in ijs, quæ cernebantur, erat quidquam varium: varium autem ac multiplex genus ſapientiæ, quod conſtat ex connexione cum contrarijs, nunc apertè oſtenſum eſt per Eccleſiam.* Hactenus Nyſſenus.

IV.
Si id probas mirũ non eſt.
Eos, qui diſcere poterant, interrogaſſe.
Et ſciebant abſceſſiſſe à Iudæis Chriſtum.
Sed an migraturus in alias Gentes.

Angelis quædã ignorata, de quibus docti per Eccleſiam.

Angelorum ſẽſus per paraphraſim expoſitus.

Quod ſi multa ignorauere Angeli, quæ non, niſi docente Eccleſia, manifeſtata ſunt illis, in toto negotio Incarnationis, profectò mirum non eſt, ſi ijdem ipſi, à quibus doceri ſe in multis non ignorabat Eccleſia poſſe, eam ipſam de illis interrogent, quorum ſe notitiam indipiſci poſſe, ea magiſtra, arbitrabantur. Abſceſſerat quidem à Iudæis Chriſtus, & ad grande illud facinus parabat ſe ſe, quo Synagoga velut ſterili gleba relicta, ad Gentilitatem colendam migraturus erat, vt in ea delitiarum ſuarum Hortum plantaret. Id myſterium ignotum hactenus mundo, nec facile fidem apud Fideles, immo ne Apoſtolos quidem, inuenturum, indicatum Petro Eccleſiæ capiti eſt, in linteo de cœlo demiſſo, beſtijs pleno, ac iuſſo comedere. Vt non ante Angelis innoteſceret, quam Eccleſiæ, ac per eam illis. Hoc ergo eſt, quod interrogant: hoc volunt, cum dicunt: *Quo Abijt Dilectus Tuus?* Abijt ille quidem, ac negato ſibi

aditu

Digitized by Google

aditu in corda Iudaicæ prauitatis, manum ab opere continuit, vt alio curas obuerteret, ac feliciore ſucceſſu verbi ſemina per Apoſtolos ſpargeret. (Sic enim arbitramur) Nobis illius decreta ſunt ignota adhuc; quidque gerendum ſtatuat: tibi, quæ iuſta illius es vxor, ignotum omnino eſſe non poteſt, quidquid ipſe meditatur: Dic nobis, qua via, quoue indicio quærendus ſit, quoue inueniendus loco. Paratos in obſequium habes vel laboris ſocios in quærendo, vel in inueniendo gaudij: Id quanta cum ratione ſit dictum, intelliges, ſi Pauli Verba Epheſ 3. 10. vice Commentarij addideris huic loco: *Quod* (myſterium Chriſti in vocatione Gentium ad fidem) *alijs generationibus non eſt agnitum Filijs hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt Sanctis Apoſtolis eius, & Prophetis in Spiritu: Gentes eſſe coheredes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu per Euangelium. Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc; in Gentibus Euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in Deo, qui omnia creauit: vt innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multis formis* (πολυποίκιλος, pluria varia, maximè, & multiplicitèr varia) *Sapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro*. Vides; quam merito & ea admirari Angelos potuerit; *ſi Dilectum inuenirent, vt ſua ad illum mandata perferrent*: & illi eam interrogare, *Quo Dilectus Abijſſet*; aut qua ab ea via *Declinaſſet*: ſcilicet quandoquidem receſſerat à Iudæis, an in aliam migraſſet Gentem; an omnino ſtatuiſſet Nationibus alijs Euangelijs lumen inferre.

Id ſcilicèt ignorabant.

Id que ab Eccleſia doceri volunt.

Cui fortaſſis cognitum reputabant.

Ideoque interrogant.

Hunc ſenſum Paulus ſuſtētat.

Qui ſibi datam gratiam dicit.

Ad patefaciendū myſterium.

Hactenus ignoratum.

Et per Eccleſiam Angelis manifeſtatum.

Epheſ. 3. 10.

Pauli verba appoſita ad elucidandum hunc locum.

Hieronym.

Nyſſenus cit.

Oecumenius.

Ambr. lib. de Bono mort. de iuſt. Virg cap 5 lib 4. de fide cap, 1 lib. de his qui myſt. init. cap. 7.

Iuſt M. Diac. edit Triph.

Dion. de Cœl. Hier cap 7.

Chryſoſt.

Cyril. lib. 2. In Ioan. cap. 4.

Recentiores.

V.

Alia quæſtio: cum dicunt: *Quo Abijt*, & mox: *Quo Declinauit*, an in ea orationis varietate quidquam arcani lateat. Ad ſenſum quod attinet Dramatis, ſuo eam loco tractauimus, aliorum rejectis interpretandi rationibus. Duo quæſijſſe, quorum alterum ad inueniendum, quem quærebant, præbere facultatem poſſet, Quo iuiſſet, id eſt quo loco verſaretur; & Quo Declinaſſet, id eſt, qua via receſſiſſet, vt ex eo indicium fieret, qua quærendus eſſet. Quod ad arcanam ſententiam accommodare neceſſe non eſt: aut certè facile eſt. Abiens Chriſtus ſæpè non totus abeſt; & quædam, poſtquam abierit, veſtigia ſui relinquit, quibus quæri poſſit, ea quæſitus inueniri. Itaque tametſi diſceſſiſſe videtur, ſic diſceſſit, vt inueniri ſe velle, ſatis oſtendat; nec recedere ita velle, quin inueniri ſe ſinat, ſi prout oportet quæratur. Si de receſſu ab anima per culpam loquamur, abit ille quidem, ſed ita tamen abit, tanquam abitu graue ſit, paratus in deſertas reuerti ſedes, ſi qua via ad reditum pateat. Sui ergo Vicariam, aut prodromam potius gratiam relinquit, & cogitationem ſanctam, qua moliente, emollitum cor agi ſe ſinat ianuamque hactenus culpa clauſam aperiat pœnitentia. Hiſce veſtigijs ſequitur anima Chriſtum, & quanquam cæcis obuoluta tenebris, velut manu palpat viam, donec maiore luce perfuſa, Deum felici euentu conſequatur. Sed verè totum id operis Dei eſt, qui futuræ felicitatis in anima, per gratiam multiplicem, ſemina iecit.

Cur autem addunt: Quo declinauit.

Id voluere Quo iuiſſet, & qua via.

Abeſt ſæpe Chriſtus, ſed non totus.

Vt quæri & inueniri poſſit per veſtigia.

Etiam à peccatore.

Ideo ſui Vicariā gratiam relinquit.

Qua illuminata.

Sequatur anima Deum.

Recedit Chriſtus ſæpè, ſed non totus, quia quæri vult.

Chriſtus recedit per culpam ſed tanquā grauè ſit, relinquit gratiam ſui vicariam.

VI.

Veniamus ad Iuſtos, a quibus ſæpè Deus videtur recedere, cum fauoris auram ſecundius ſpirantem hactenus, ac mentis nauigium flatu fauente, placido, ac ridente pelago in proximum portum ducentem, de repente ſiſtit, & aduerſo vento commutat. Hic vota, hic metus, ac pro menſura timoris gemitus, & ſuſpiria, haud fruſtra iactata in auras: *Domine ſalua nos perimus*. Sed exercitium hoc, non odium eſt: gratum enim illi ſpectaculum humana virtus aduerſis pulſata præbet: & vbicumque prælium pietatis eſt cum fortuna mala, ſpectator adeſt horum ludorum, & Ædilis, & præmium. Sed in eo ipſo, ſi animaduertat anima, receſſu Dei, præſentiam agnoſcet. Nam qui abeſſe videtur dum probat, exercetque virtutem; præſens verè eſt, cum & vires in præmium acuit, vt victoriam donat; & ita donat, vt, in ipſo etiam pugnæ feruore, ſecutus ſit palmæ: & antequam prælium conficiat, ſe viciſſe proclamare poſſit: Sequatur ergo audacter hiſce veſtigijs ſeù recedentem, ſeù latentem, neque enim diu erit, cum quæſitum aſſequatur. Mutabitur mœror lætitia, & ſollicitudinem gaudia obruent, & dulciora oſcula ſponſi, atque amplexus erunt, poſt breuem abſentiam. Non ergo Chriſtus *abſcedit*, ſed *Declinat*, qui rediturus abſcedit. Hunc quidam latere ſenſum volunt, in eo, quod cum quæſiſſent, *Quo Abijſſet Dilectus*, addiderunt Angeli: *Quo Declinaſſet*, quaſi corrigere voluerint, quod dixerant, ne putaretur non rediturus abijſſe, qui ideò *Declinarat* à via, vt cogeret ad quærendum, quam ſine ſe viuere non poſſe ſciebat Eccleſiam. Id ergo ſit vtcumque probabile: ignoſcatque nobis Lector. Si in re non admodum neceſſaria induſimus aliquantum calamo, quem fuiſſet ſatius in vtiliora conuertere.

A iuſtis etiam abſcedit.

Cum fauorem impenſum ſiſtit.

Sed non is diſceſſus eſt, ſed probatio.

Interim tamen ſecreto fauet.

Et vires ad prælium acuit ſic.

His veſtigijs ſequitur anima Deum.

Et breui inuenit, & complectitur.

Hoc declinare eſt vt quibuſdam videtur.

Nec omnino ſine ratione.

Chriſtus videtur a iuſtis recedere, ſed vt probet.

Matth. 8. 25.

Deus ſpectator pugnæ pietatis cum mala fortuna, & præmium victoriæ.

Quo ſenſu hic declinaſſe dicitur Chriſtus.

Digitized by Google

NOTATIO LVII.

O PVLCHERRIMA MVLIERVM.

I.

Nihil tam facile, quod ſuum nodum non habeat.
Nam etiã hoc loco dicitur.
Pulcherrima Mulierum.
Deſcriptio per ſingula Chriſto.
Illius ſi imitatricem pro barat.
Ideoque & ſimillimam.
Ideo dicta pulcherrima.
In qua ſicut Sol in aqua.
Ita Chriſtus ſpectabatur.
Vt pulchritudo ipſius
Non alia quam Chriſti videretur

Eccleſia dicta fœminarũ pulcherrima, cum viſa ſimillima Chriſto.

Sicut ſol in nitida aqua, ſic Chriſtus in Eccleſia repræſentatur.

Eccleſiæ pulchritudo non alia, quam Chriſti.

NIhil Tam Facile eſt, Quod, ſi Arctius Premas, ſuam quæſtionem non habeat, ſæpè nec ſolam. De verbis, vt videtur, planis, quæri multa poſſunt. Quare nunc maximè ea donetur appellatione Eccleſia, cum minimè neceſſarium videretur; cum aptius eo nomine donanda videretur, cum primum Angeli loqui cum illa cœpere, ac de Sponſo interrogauere; vt re vera donata fuit. Ea prima quæſtio eſt. Sed illius appellationis cauſas eo loco reddidimus. Hic non ſine ratione iterata appellatio eſt, tametſi non eadem ratio eſt, quin forſitan maior. Deſcripſerat Chriſtum per ſingula Eccleſia, & ita deſcripſerat, vt quæcumque in eo laudanda eſſent, ſibi cognitiſſima fuiſſe probaret: nemo enim id alius facere poterat, niſi cui intimè Chriſtus cognitus eſſet. Chriſtum autem noſſe haud facile eſt. Soli id datum, qui Chriſti imitatione conſequutus ſit, vt illius imaginem in ſe ad viuum expreſſerit. Simili ergo facile eſt ſimilem ſibi verbis exprimere. Simillima ergo Chriſto viſa Angelis Eccleſia eſt, cum illum graphicè expreſſiſſet, Pulcherrimum & ipſa Pulcherrima: ideò eam nunc maximè ea nobili appellatione compellant. Nam, quemadmodum ſol in nitida, atque immota aqua ſui luminis imaginem ita refert, vt non minus inſpicientium oculos per illam, quam per ſe ipſum immediate, præſtringat; ita in illa primitiuæ Chriſtianæ Eccleſiæ ſimpliciſſima, ac quietiſſima puritate Chriſtus Sponſus imaginem ſuam impreſſerat, vt Paulo languidius Angelorum aciem feriret, quam Chriſtus idem. De proxima ergo ſpecie Chriſti ſpeciem mutuata, *Pulcherrima* viſa eſt, & appellata. Et quamuis ad proximam quamque formam, ſi eximia ſit, languere ſolet; tamen ea ſpecies Eccleſiæ Chriſti ſpeciei comparata, nihil de ſua gratia remittere viſa eſt, quia non alia, quam Chriſti pulchritudo erat, in illius ſimpliciſſima puritate velut in perſpicua repræſentata cryſtallo; vt, ſi etiam Chriſtum ex ipſius deſcriptione non noſſent, poſſent ex ea, quæ in illa reſplendebat, ipſius imagine. Ea vna ratio eſt.

II.

Tum cum ſpeciem expreſſiſſet Chriſti.
Quem illius ſciebant ſponſum.
Non niſi pulcherrimam pulcherrimo.
Maritari potuiſſe conectere.

Eccleſia quia Chriſti ſponſa ſimilis illi in pulchritudine.

Alia ea eſt: Nam cum poſt illius de Chriſto encomia *Qualis ille eſſet*, didiciſſent, quod ſcilicet initio petierant, quam pulcher, quam ſibi omni ex parte ſimilis; quanta Sanctitate, & gratia; quali præditus Sapientia; quot, quantiſque virtutibus diues, quibus vera animi pulchritudo conſtat; & alioqui ſcirent, Eccleſiam illius eſſe iuſtam Vxorem; nec alio iure dilectam, quam à fratre ſoror diligi ſolet, ſtatim intellexere, non niſi *Pulcherimam* poſſe illam eſſe, quam ille ſibi vnicè dilectam in conſortium myſtici thalami copularat. Ideò, poſt laudationem Chriſti perfectam, nobile præconium iterant, & *Pulcherimam Mulierum* prædicant, quæ *Pulcherrimo Virorum* ſcilicèt copulata, digna tali conſortio iudicata eſt.

III.

Sed cum quibus comparatur.
Quidam non apte ſentiunt.
Aut iudæos recens conuerſos, cũ per vicecibus.
Aut Eccleſiam, vim profanus cõgregationibus arbitrantur.
Sed ſolum ſignificatur, maximè pulchra.

Philo Carp. Angelomus.

Pulcherrimã mulierum pro maximè pulchra.

Alia quæſtio eſt, cum *Pulcherrima Mulierum* dicitur, cum quibus iniri comparatio dicenda ſit: nam ſunt, qui in ea re magna rimentur myſteria. Philo Carpath. Iudæorum conuerſorum Eccleſiam comparari cum cæteris tribubus, arbitratur. Angelomus infidelium congregationes intelligit, Hæreticorum, Schiſmaticorum, Paganorum, quæ dicantur *Mulieres*, quia fide non integræ, infidelitate corruptæ ſint. Conſtat id ex S. S. vſu, quæ Idololatriam ſæpè & fornicationem, & adulterium appellat. Id poſtremum neceſſarium hoc loco minimè eſt: neque enim *Mulierum* nomen ad ſolas corruptas ſtringendum; magnam enim commendationem non haberet pulchritudo illius, quæ ſola corruptarũ pulchritudine maior eſſet, ſi Virginali formæ, aut cederet, aut non excelleret. Simpliciter ergo non ſtatus, ſed ſexus ſignificatur. Prius illud non etiam aptè dicitur, ob eandem cauſam: neque enim illius magni æſtimanda forma, quæ cum ſolis turpibus comparata *Pulchra* diceretur. Simpliciter ergo *Pulcherrimam Mulierum maximè Pulchram* interpretabimur, neque additam alia cauſa comparationem, quam vt à forma inſigni prædicaretur Eccleſia.

Digitized by Google

NOTATIO LVIII.

ET QVÆREMVS EVM TECVM.

I.

QVI priuatarum Eccleſiarum hæc eſſe verba voluere, quiq; ea potius imperfectioribus tribuunt, monent, rectè eas dicere, *Quæremus Eum Tecum*: quia, qui Chriſtum ſine Eccleſia quærit, quærere fortaſſe poteſt, ſed inuenire non poteſt. Quemadmodum enim extra Eccleſiam Chriſtus non eſt, ita nec inueniri niſi in illa poteſt. Verè id dictum, ſed huic loco minus aptè: quo non priuatæ Eccleſiæ, quæ Vniuerſalem docere non poſſunt; nō animæ imperfectorum, à quibus dedecet perfectiores erudiri, Eccleſiam rogantes inducuntur: Sed Beati illi Spiritus, quorum ſemper opera vtilis Eccleſiæ fuit, miniſterium ſæpè neceſſarium. Quæſierat Eccleſia Chriſtum in Iudæorum cordibus, nec tamen inuenerat: illis ergo relictis, quærere alibi pergit, incerta, quas in ſedes tranſmigrare per Euangelium velit; quibus nationibus Euangelij ſui fauorem impendere. In eam rem ad Angelorum auxilium cucurrerat, ſi qua via fieri poſſet, vt per illos ad Chriſtum iret. Sed adhuc illis multa de euentibus Incarnationis ignorantibus, rogata *Qualis* eſſet, reſponderat, eum per ſingulas dotes deſcribens. Eo perfuncta munere, rogatur vt ſtudijs coniunctis, omnes in idem opus incumbant, Chriſtumq; latentem, aut abſentem quærant. *Quo* ergo eum *Abijſſe* ſuſpicetur, Quo loco verſari, ideſt, an aſſequi coniectura poſſit, quas ad Gentes transferri gratiam Euangelij deſtinarit? Si id indicet, ſecum illos ituros, & itineris comites, & ſolatiū laboris, & miniſterij Socios: id eſt, illi omninò ad animarum lucra auxilium præſtituros. Id enim Angelorum eſſe munus, & Paulus teſtatur, & multis documentis conſtat, vt Eccleſiæ, quantam poſſunt, præſtent operam in miniſterio verbi. Sed ad hunc quod attinet locum, quo de transferendo Euangelium ad Gentes Sermonem eſſe, perſuaſum nobis multis argumentis eſt, & ipſa Interpretationis cohærentia, non abſq; magna cauſa inductos Angelos Eccleſiæ comites, ad quærendum Chriſtum in Gentium latitudine, multa perſuadent. Nam & ex Gentilitatis lapidibus cœleſtis Ciuitatis ruinæ reparandæ potiſſimū erant; vna enim ad tantum opus Iudaica lapicidina ſatis non erat, vel exiguitate materiæ, vel contumacia; & alioqui cæteræ Gentes ab eius felicitatis communione arcendæ non erāt. Quod ſi id conſtitutum Deo erat, in id opus vt omni conatu incumberent, Cœleſtes illæ Virtutes, neceſſe erat, quarum ſcilicet res agebatur. Et illi quidem à creatione beati in Verbo voluntatem Dei perſpicuè vident; eſt verò *Dei voluntas, vt omnes Homines ſalui fiant, & ad agnitionem viam veritatis*. Et tametſi à principio latuit illos myſterium vocationis Gentium, Iudæis in ſua cæcitate manentibus, non defuere illis argumenta, quibus coniectarent, ne Gentiles quidem arcendos à cognitione veri Dei, & ſalute, quæ eſt per Chriſtum. Parati ergo Dei exequi voluntatem, omne in eam rem ſtudium, cum occaſio tulit, poſuere. Habes in Cornelio documentum, cui ferme datum, vt Gentilitatis primitias conſecraret, euangelizante Petro, & quidem tam ſollicita cura non modo docente Angelo Petri nomen, & qua via adiri ad Chriſtum poſſet, duce Apoſtolo; ſed & nomen Vrbis, & Vicum, & hoſpitis nomen, apud quem diuerſabatur, prodente. *Et nunc mitte viros in Ioppen, & voca Simonem quendam, qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur apud Simonem quendam coriarium, cuius eſt domus iuxtà mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere*. Act. 10. 5. 6. Haud potuit melius indicare, quanta cura, ſtudioq; negotium à ſe Gentilium gereretur. Quid cum dormienti Paulo Viſio per noctem obiecta eſt viri cuiuſdam Macedonis ſtantis, ac precantis eum, dicentiſque: *Tranſiens in Macedoniam, adiuua nos*. Act. 16. 9. Quem quidam, nec ſine ratione probabili illius Prouinciæ Præſidem Angelum arbitrati ſunt? Ergo mirum hoc loco non eſt, ad motum Eccleſiæ moueri, & Angelos, illiuſque, ad Gentilitatem conuertendā accingentis ſe, ſtudia ab cœleſtibus illis Spiritibus promoueri. Id volunt, cum dicunt *Quo Declinauit Dilectus Tuus, Et Quæremus Eum Tecum*. Omnem opē, auxiliumq; præſtabimus, vt, quem in duris, obſtinatiſq; cordibus Iudæorum Chriſti nomen penè perfidem in illum, alibi inuenias. Vt, quem illi excludunt inciuiliter, & ſtolidi, alij læti, gratanteſque recipiant. Atque hæc de Quinto Capite dicta ſufficiant.

Qui Chriſtum ſine Eccleſia quærit.
Inuenire nunquā poteſt.
Id verum, ſed huic loco non aptum.
Verus ſenſus; Quæſiuiſſe Eccleſiā Chriſtum.
Nec inueniſſe in Iudæis.
Alibi quæſituram præceſſiſſe, & Angelos interrogaſſe.
A quibus rogatam quo aut qua iuiſſet.
Vt quærere poſſent ſimul.
Nam id Angelorum munus eſt.
Hic autem cum de tranſitu Euāgelij ad Gentes ſit ſermo.
In eo ſe adiutores futuros, pollicentur.
Nam ex lapidibus Gentium.
Reparandæ ruinæ ſupernæ ciuitatis erant.
Quod omnino ignotum Angelis non erat.
Ideo obſequuti voluntati Dei.
Ei operi, quà poſſunt, inſiſtunt.
Sic eorum vnus Cornelium monet.
Vt Petrum ad ſe vocet, a quo doceatur.
Alius Paulo, vt in Macedoniā proficiſcatur.
Per ſomnium admonet.
Ita hic Eccleſiæ ſe adiungunt.
Chriſtum in gētibus quæſituræ

Caſſiodor.
Beda.
Haymo.
Chriſtum quærentes ſine Eccleſia, inuenire non poſſunt.

Angelorum munus Eccleſiā iuuare in prædicatione in Gentibus.

Ex Gentilium lapidibus ruinæ cœli reparandæ.

1. *Thimoth.* 2. 4.

Angeli non in totum ignari myſterij conuerſionis Gentium.

Cornelius miniſtro Angelo ad Chriſtum venit.
Act. 10. 5. 6.

Paulo dormienti Angelus perſuadet vt in Macedonia prædicet.

CAPVT SEXTVM.

ARGVMENTVM.

Verſ. I. ROGATA Eccleſia ab Angelis, quo abijſſe Chriſtum putaret, reſpondet, DESCENDISSE IN HORTVM SVVM. Quo ſignificatur TRANSITVS Euangelij à Iudæis ad Gentes: qui HORTVS deinceps futurus illius, vbi ſe oblectet Floribus virtutum, & fructibus.
Verſ. II. Atque hic Actus 3. finis eſt. † Fingitur ECCLESIA veniſſe cum Angelis in Gentilitatis HORTVM, ibique inueniſſe CHRISTVM, abiecta ſcilicet Synagoga. Tùm gaudio exſultans, totam ſe illius eſſe profitetur, qui totus etiam illius ſit. Quo argumento oſtendit, quam benè inter vtrumq; conueniat, neq; ſe, vtpote amantem, latere potuiſſe, quo loco verſaretur: quamque impenſe ametur ab illo, quem poſt abſentiam, tàm placidum fauentemque experta ſit.
Verſ. III. † Nouo ECCLESIÆ aduentu exhilaratus CHRISTVS, effunditur in illius laudes, à ſuauitate, à decore, à fortitudine, ex comparatione cum Vrbe Ieroſolyma antiqua, aut certe cum ECCLESIA ſub Synagoga, quo tempore maxime floruit. Id ad ſuauitatem, & decorem ſpectat; & cum ACIE militari ORDINATA; quod pertinet ad grauitatem, ac reuerentiam, quam ſibi conciliabat verbis & factis.
Verſ. IV. † Mox à communibus ad ſingularia tranſit, OCVLORVM vim occultam prædicans, qua

qua cogat inſpectantes illius obtutum fugere. Sunt autem ECCLESIÆ OCVLI vtraque doctrina Dogmatica, & Moralis: in quibus ità iam perfecerat, vt mirè placeret; & nihil non obtinere ab eo poſſet. Tùm de CAPILLIS dicit, in quibus promiſcuam credentium multitudinem laudat, præcipuum ſcilicèt ornatum illius. Comparat autem CAPRARVM GREGIBVS, quod alias fecerat, ſed ſuè diuerſo; vt nimirùm mores Gentium indicentur, antequam venirent ad CHRISTVM. † Sequitur in DENTIBVS Doctorum laus, ex comparatione cum OVIBVS LOTIS, & fœcundis, propter doctrinæ puritatem, morum candorem, & fœcunditatem, qua myſticam prolem continuo pariunt. † Mox addit de LABIIS (Secundum lectionem 72. Interpp.) qui Prædicatores ſunt: quorum eſt Verbis CHRISTI mortem præferre; omnique arte inſinuare ſe populis, vt gratius, & libentius doctrinam accipiant, aſſenſumque præbeant. † Poſtea dicit de GENIS in quibus pudicæ Iuuentutis ſpeciem commendat; maximè Virgines, quod bonum proprium Chriſtianæ ECCLESIÆ, in qua frequentiſſimè vota Deo, ſæpè martyrio rubricata, ſtudioque placendi, ſeque oculis hominum ſubducendi, maximè grata ſibi. † Hinc gaudia eiuſdem, ex vnius amore ECCLESIÆ, quam vnicam ſibi coniunxit, in qua omnes amandi cauſas coaceruatas inuenerit. Non inuidere ſe aliorum ſorti, qui in plures diuiſere amorem, quia neminem vnam inuenere, cui totum impenderent, dignam. † Eius encomij ſequitur corollarium: Vnam eſſe quæ placeat, vnam quæ totum illius amorem ad ſe trahat: quemadmodum quæ vnica filia ſit diligi à MATRE ſolet. MATREM intelligit GRATIAM Redemptricem, cuius vnica FILIA ECCLESIA eſt. Ac ne vnius ſui teſtimonio rei fidem videretur aſtruere, monet, viſam ab omnibus, laudibus prædicatam; quod ad bonum nomen referendum, quo alienæ à Fide Gentes, ſæpè adductæ ad CHRISTVM ſunt. † Succedunt Angeli, & CHRISTI Verbis admoniti, ECCLESIÆ, per ſpeciem admirantium, pulchritudinem laudant, per ætates, ac ſtatus ſingulos; AVRORÆ ſimilem in Naturæ lege, propter tenuem arcanorum notitiam: Lunæ ſub Moſe, quo tempore maiore futurorum luce perfuſa: SOLI ſub Gratia, cum pleno myſteriorum lumine illuſtrata; PROGRESSVM admirati mirabilem, à paruis initijs, vſque ad plenam gloriam, qua præſtricti hoſtium oculi ſeſe victos fateri coacti ſunt. † Suſcipit Angelorum verba CHRISTVS, & myſterium tandem vocationis Gen-

Verſ. V.
Verſ. VI.
Verſ. VII.
Verſ. VIII.
Verſ. IX.
Verſ. X.

Gentium, hactenus latens, in lucem profert: rationemq; reddit, cur à Iudæis abſceſſerit, & migrauerit ad Gentes. Sollicitum ſe de earum vocatione obſeruaſſe temporis articulum, quo tanta res executioni mandanda eſſet: an diſpoſita gleba ad ſemen Euangelij iaciendum; num flores
Verſ. XI. adhuc apparerent; num proxima fructuum ſpes. † His auditis ECCLESIA, non mirari ſe dicit, quod Iudæis relictis, ad Gentes fauorem tranſtulerit, id futurum ſe sciuiſſe: Sed quòd tanta id properantia ſit factum; tàm inopinato executioni mandatum, id ſe vehementer perculiſſe, & omninò admiratam eſſe; interim tamen reuereri ſe
Verſ. XII. CHRISTI iudicia, & conſilium probare. † Succedunt Angeli, & eximiè laudatam à CHRISTO, velle ſe per otium ſpectare dicunt, adeoque illam rogant, vt, ad ſe verſo vultu, ſpectari ſe ſinat; nec ſemel tamen, ſed iterum ſeu & tertio contemplandam exhibeat: Vt tàm pulchro ſpectaculo per otium fruantur. Quibus via ſternitur, ad deſcribendam ECCLESIAM vrgentem expeditionem in Gentes.

VERSVS I.

DILECTVS MEVS DESCENDIT IN HORTVM SVVM AD AREOLAM AROMATVM: VT PASCATVR IN HORTIS ET LILIA COLLIGAT.

COMMENTARIVS.

AD tranſitum Euangelij ad Gentes verba hæc eſſe referenda multa perſuadent, & fortia argumenta, præter Interpretationis ipſum filum, quod apte ſic ducitur. Quæſierant ſcilicet Angeli, quandoquidem Chriſtus in Iudæorum cordibus non inueniretur per Fidem, eorũ excluſus pertinacia, quam aliam in Gentem migraſſe arbitraretur, vt repulſum à Iudæis Fidei lumen inferret. Reſpondet illa, *Deſcendiſſe In Hortum Suum*, vt ſeſe pulchro ſpectaculo *Aromaticarum ſtirpium*, & *paſcendis agniculis* oblectaret: appoſitè ſcilicet ad Sermonis formam, qua hactenus totum Drama ductum fuerat. Gentium ergo toto orbe ſparſam multitudinem *Hortum* appellat *Chriſti*, & verè quidem appellat: qui impenſa cura, Iudaica vinea derelicta, ſollicitè ab eo excultus, & procuratus, fructus ingentes relaturus erat. Reſpicit autem magis ad futuram, quam ad præſentem vbertatem. Nondum enim aratro prædicationis proſciſſus; nondum, inutilibus, noxijſque herbis, euulſis, paratus ad ſementem erat: ſed, quod proximè futurum præſagiebat, velut factum meditatur. Amœnitatem ergo mox futuram conſiderat, cum is ipſe, tunc ſterilis, ac ſentibus multis impeditus ager, mutato cœli fauore, atque influxu, feliciſſimè vernaturus erat, ac multa vbertate Dominum beaturus, infide-

libus

libus infinito numero vocatis ad Fidem. In eo Chriſtus *Aromata* ſeuit *caſtorum deſideriorum*, ac *ſublimium affectuum*. Hic *Paſci ſolitus operum ex Fide, & Caritate maturis fructibus*. Hic *oues ducere in Paſcua doctrinæ cœleſtis*, Hic tandem *Lilia colligere* pudiciſſimi candoris, ac ſuaueolentiſſimæ fragrantiæ, in *Virginibus*, & *Continentibus*, quibus & ſuum ipſius caput, & Sponſæ Eccleſiæ, velut corolla florentiſſima incingat: qua nulla vel pretioſior, vel decentior eſſe poteſt.

ENARRATIO.

NVNC tandem ſpes mihi magna eſt, hanc dilecti abſentiam diuturnam non fore: nec enim, qui Iudæorum excluſus à cordibus, abſentia ſua illorum ingratitudinem vlciſci decreuit, diutius à me ſe quæri paſſurum. Haud ſcilicet illi deerit aptior locus, quo oblectare ſe poſſit: & cuius nutu mouentur omnia, inueniet paratum apud alias Gentes, & gratum hoſpitium. Video ingentem ſyluam, omnem ſe fundentem in partem, quacumque ſe pandit orbis, incultam nunc quidem, & implicantibus ſeſe ſterilium ſtirpium ramis impeditam; ſed & multa ſpinarum, vepriumque frequentia infamem, ſuoque vitio maliſque laborantem, deſtinatum igni pabulum, & ferro vindici. Sed erit breui, cum ex ſciſſis infelicibus arboribus, omnique errorum cæto eradicato, prædicationis Euangelicæ aratro ſubacta, iaciendo ſemini Verbi præbeat facultatem, ſinuque excepta frumenta condat in opimas meſſes euaſura. Tunc ſcilicet verè delitiarum Chriſti Hortus ad ſolida gaudia Dominum inuitabit, & ad futuram, duraturamque felicitatem, quam nullus pulſet aduerſus caſus, adoleſcet. Huc conceſſiſſe Chriſtum meum, affirmare auſim. Huc, cogitate, amœnitate futura inuitatum, magno operi ſe accingere: caſtorum deſideriorum, ac ſublimium affectuum Aromata cæpiſſe ſerere, vt fructus poſtea percipiat. Agnus ille eſt, qui mundi ſcelera ſuo ſanguine deleuit; Paſci gaudet in Hortis, & puriſſimo virtutum virore delectatur. Paſtor eſt, ouesq; Fidelium in prata doctrinæ fœcunda ducere amat, de pingui gramine tracturas pinguedinem, & multâ fœcunditate beandas. Sponſus eſt; & Sponsæ amans, Lilia candore virgineo, boni odore exempli ſuauia leget, miſtis floribus aliarũ virtutum; ex quibus & ſibi corollam, & mihi pulcherrimam nectat. Delectabit maritos multiplex proles, qua nulla Parentibus illuſtrior, gratiorque corona futura.

NOTATIO I.

DILECTVS MEVS DESCENDIT IN HORTVM SVVM.

SVM. COM.

I.

Diuerſa de ſenſu ſententia.

Quidam de deſcenſu per Incarnationem.

Minus quidem aptè.

Alij de deſcenſu per gratiã interpretantur.

Chriſti deſcenſus ad Eccleſiã per Incarnationem aut gratiã.

Pſellus.

Iuſtus.

Nyſſenus.

Theodoretus.

Tres Patres.

Caſſiodorus.

Gregor. PP.

Beda.

Anſelmus.

Recentiores.

DE his verbis, quam diſcrepantia ſint Doctorum Hominum iudicia, valdè mirandum eſt; &, vt liberè liceat dicere, quam, tametſi inſe veram doctrinam continentia, parum apta, ad filum interpretationis nectendum. Quidam *Hortum* Eccleſiam interpretantur, tametſi non omnes eadem ſemita eunt. *Deſcendiſſe* ad Eccleſiam per Incarnationem, Pſellus vult, cui hæret Iuſtus. Sed extra temptis, & locum Incarnationis mentionem hic factam, res loquitur, cum de ea re non vno ſuperius loco ſermo inductus ſit, etiam ex eorum Authorum ſententia. Sterilis eſt Interpretis eandem rem diuerſiſſimis locis agnoſcere, *Deſcenſum* ad Eccleſiam per fauorem Specialem, & Gratiam auxiliatricem, alij malunt; qua ferme ratione Nyſſenus, Theodoretus, Tres Patres, Caſſiodorus, Gregorius PP. Beda, Anſelmus, &

de

Se᷑ non facilè id hoc loco accommodatur.

Nam cum hic ipſa ſit quæ Sponſum quærit.

Quæque de illo interrogat, & interrogatur.

Non eum certè apud ſe habebat.

Hortum ergo nō ſe ipſum intelligit.

Adeoq; hæc Dramati aptari non poſſunt.

Nempè vt ea ſit ipſa, quæ præſentem quærit.

de Recentioribus non nemo. Sequerer tantorum Hominum ductum, ſi rationem vllam inuenirem, qua id loco huic accommodari poſſe animaduerterem. Magnum enim ſolatium eſt, cum difficilis via eſt, ſocios habere laboris. Sed animaduertere debuerant, hanc ipſam eſſe, quæ de abſentia Sponſi ſollicita, & eum anxiè quæſierat; &, quia non inuenerat, auxilium petijſſe à Filiabus Ieruſalem; & illis ad eum dediſſe mandata, ſi forſitan felicius illas vigilaſſe contigiſſet. Sed ignorantibus illis, fruſtra omnem fuiſſe diligentiam quærendi: quin potius eam ipſam, quæ ſibi de Dilecto indicari petierat, rogatam ab illis, quo Dilectus iuiſſet, aut quorſum diuertiſſet, an coniectura aſſequi poſſet. Et illa ergo abſentem quærebat: & illæ ſe ſe anxietudinis ſocias ſunt pollicitæ. Adhuc ergo abeſt Sponſus, adhuc quæritur ab incertis. Non ergo cum eum *Deſcendiſſe* dicit *In Hortum Suum*, ſe intelligit ipſam, cui non minus nunc, quam paulo ante abſens erat. Nam ſi apud ſe erat, quid opus quærere præſentem fuit? Quid turbari viciniam? Quid Solymitanas importunis vocibus interpellari? Sed de arcana ſententia demus hoc vtcumque aptari: in Dramatica nulla ratione locum habere poſſunt: nempè vt eadem illa ſit, quæ quærit, tanquã abſentem, & apud ſe præſentem habeat, iactetque ideo ſortem ſuam. Quid irridere comites eſt, ſi hoc non eſt?

Horti nomine hic non intelligitur Eccleſia.

II.

Minus ad hunc aptè.

Qui de deſcenſu ad inferos interpretantur.

Nam locus ille carcer, non Hortus dictus.

Haud meliore loco Philonis, & Aponij ſententiam ponimus, qui vt audiêre *Deſcendentem*, *Deſcenſum Chriſti ad inferos* meditati ſunt. Alienum id eſt à ſerie, ac textura totius Interpretationis; nam nulla hic ratio apparet, cur eius *Deſcenſus* ad inferos his verbis ſignificetur: maximè cum locus ille, quo clauſi tenebantur veteres Iuſti, non niſi duriſſimè *Horti* appellatione donari videatur: tametſi ſcimus, vbicumque Iuſti ſunt, locum eſſe delitiarum Dei. Sed carcer ille dictus eſt, non *Hortus*: tametſi non ignoramus, non deeſſe, qui eum locum Paradiſi nomine ſignificatum à Chriſto velint, Luc. 23. 43.

Philo Carpath. *Aponius.*

Lymbus veter. Patrum, carcer, non Hortus.

Luc. 23. 43.

III.

Plauſibilius: alij hic religiones agnoſcunt.

In quas deſcenderit Chriſtus.

Tepiditatem Eccleſiæ R. fugiens.

Sed id alias reiectum.

Non enim ſeries Cant. in id tempus deducitur.

Quo Eccleſia potuit de tepore notari.

Id ad Apocalypſim reiectum.

Speciofius alij, forſitan & ſubtilius diſputant *Hortum* hunc *Religioſum eſſe ſtatum*, quod & *Areolæ Aromatum*, & *Hortorum* nomen, & *Lilia* confirmant; quæ omnia ad Religionum clauſtra, ac vitæ perfectionem, puritatemque pertinent. In hunc *Hortum Declinaſſe Chriſtum* ab Eccleſia; tepente enim in illa, maximè Romana ſtudio pietatis, excitatas à Deo Religiones eſſe, velut *delitiarum quoſdam Hortos*, impenſiore Dei cultos ſollicitudine, quibus oblectaret ſeſe; vt, quam in tepiditate Eccleſiæ voluptatem non inuenerat, in Religionibus inueniret. Sed hunc ſenſum alienum à toto Cantico eſſe, alias monuimus. Et quidquid de Eccleſiæ, in ſpiritalium rerum amore, remiſſione dicitur, ſine fundamento dici: cum omninò Epithalamicum genus, quale hoc eſt, aliud exigat: nec in eo Sponſorum probra, in Sponſas iactata, aut contrà admitti debeant. Immo arbitramur, & ex tota Interpretationis textura omninò ſic, toto Cantico ad ea tempora minimè perueniri, quibus poſt aurea ſæcula illa, ad vſque Conſtantini Imperium, ac nonnullos poſtea annos, feruor Eccleſiæ tepore quodam, aut torpore potius correptus eſt. De ijs fortaſſe Apocalypſi Ioannis quædam notantur: qui liber alia ſermonis forma ſcriptus eſt. Cantici liber totus encomiaſticus eſt, genialis totus. Sed de his alias.

Hortus ſtatus religioſus hic non eſt.

Epitalamicum genus totum laudatorium.

Cant. ſeries nõ attingit ea tempora, cum accuſari Eccleſia de torpore potuit.

IV.

Hortum nos Gētilitatē dicimus.

Et hic tranſitum Euangelij agnoſcimus.

A Iudæis ad Gentes.

Poſtquam repulſum ab illis.

De ea re luculentum Iſaiæ teſtimonium.

Quod de Gentiū vocatione.

Veteres Patres vno ore interpretati ſunt.

Et alioqui verba ſunt clara.

Nos ergo, quod ductus ipſe Interpretationis perſuadet, *Hortum* interpretabimur *Gentilitatem*, immo *cæteras Gentes*, prout ab Iudæis diſtinctas, quibus nulla hactenus venturi Chriſti notitia communicata fuerat: nec præſentem viderant, ne loquentem audierant ac multo minus miracula patrantem. In hunc *Hortum Deſcendiſſe* dicit Sponſum, quia à ſubliniore Populo Hebræo, per Euangelij prædicationem, in humiliorem, contemptibilioremque, omnino *Deſcendere* viſus ſit. Sed in ſuo pondere currente ſenſu tria quærenda ſunt, aut demonſtranda: & *Gentilitatem* aptè *Horti* nomine deſignari: & verè in eum *Deſcendiſſe* Chriſtum dici: & non ſine ratione *Hortum Suum ipſius* appellari. De primo vnus Iſaiæ locus rem conficit, *Lætabitur deſerta, & inuia, & exſultabit ſolitudo; & florebit quaſi Lilium. Germinans germinabit, & exſultabit lætabunda, & laudans. Gloria Libani data eſt ei; decor Carmeli, & Saron. Ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.* Iſai. 35. 1. 2. Quæ de vocatione Gentium, & migratione Euangelij accipienda, potiſſima veterum pars vno conſenſu docet, Iuſtin. M. Apol. 2. Orig. in cap. 15. Matth. & lib. 2. contra Cæſ. Nazianzenus Orat. 3. contra Iulian. Euſeb. lib. 6. Demonſtr. cap. 21. & lib. 9. cap. 13. Tertul. de Reſurrect. cap. 21. Cyril. in illa Iſaiæ verba, Hierony. ibidem, Chryſoſt. tract. Quod Chriſtus ſit Deus. Lact. lib. 4. Inſtit. cap. 15. Sunt autem hæc tam perſpicua, vt enarratore non indigeant.

Deſcenſus in Hortum Chriſti, migratio Euangelij ad Gentes.

Iſai. 35. 1. 2.

Iuſtinus M. *Origenes.* *Nazianzenus.* *Euſebius.* *Tertullianus.* *Cyril. Alex.* *Hieronym.* *Chryſoſtom.* *Lactantius.*

V.

Nec obeſt, quod deſertum Iſaias vocet.

Vnum obeſſe poteſt. Quod apud Iſaiam, *Gentilitas Deſertum* dicitur, *Terra inuia, & ſolitudo*; hoc autem Cantic. loco *Hortus* dicitur, & quidem eximiè cultus. Sed animaduertendum eſt, locum eundem reſpectu diuerſo vtrumque habere. Nam ea-

Gentilitas cur deſertū dicatur ab Iſaia, Hortus eadē ab Eccleſia.

Digitized by Google

dem illa *Gentilitas*, ſi illius ſtatum conſideres, antequam in eam lumen Euangelij inferretur, ac velut noui aduentu Solis introduceretur, rite *deſertum*, & *terra inuia* dicebatur, in quam ſcilicèt nemo hominum hactenus introierat, vt ſalutem per Chriſtum afferret: nemo mortalium eam aratro prædicationis proſciderat, aut ſemine verbi Dei ſeminauerat. Eo ſenſu dictum: *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo*. Nam certè cum *lætitia exſultaret*, iam non *deſertum*, non *ſolitudo* erat, ſed cultiſſima tellus: non enim in deſertam, ſterilemque terram ea cadit lætitia, quæ ex ſola prouenit vbertate. Ita que, ſi verè, & propriè loquare, dices potius, eam, quæ ſterilis, & deſerta erat paulo antè, & ſolà infœcunditate nobilis, ſpinis, dumiſque impedita, nouo adueniente cultu mutatam, lætitia ingenti perfuſam, ſeque ipſam miratam exſultauiſſe. Is ſenſus Iſaiæ eſt, quemadmodum Cap. 41. 19. cum dicitur: *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudine Cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul*: Id eſt, quod Paulus alia forma ſermonis dixit: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*. Ephel. 5. 8. Et: *Qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti*. Ehel. 2. 14. Quemadmodum ergo Gentilitas eadem, poſtquam cultu Euangelij facta mitior, & frequenti aquarũ influxu fœcundior reddita, reſpectu tamen ad priorem ſtatum, *deſerta* dicitur, & *inuia*; ità eadem illa, antequam eodem cultu miteſcat, & vbertate donetur, *Hortus* dicitur, reſpectu ad poſteriorem ſtatum, felicitatemque futuram.

Ergo nundum *Hortus* erat, cum hæc Eccleſia diceret, ſed futurus mox erat: hæc enim ad id tempus referenda putamus, cum in procinctu Apoſtoli eſſent ad prædicationem in Gentibus: cum Paulus ſcilicèt cæterorum nomine diceret: *Vobis oportebat loqui primum Verbum Dei; ſed, quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: ſic enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ*. Act. 13. 47. Nam reiectus à ſuis Chriſtus, ab eis ipſe viciſſim abſcedit: vt vna Gente repudiata, vniuerſas propemodum ſibi copulet, & in vnum gregem, ſparſas totum per orbem, oues coniungat. Ergo Populus Iudæus *Hortus* hactenus delitiarum Dei, quo ſolo ſe ſolebat oblectare, mutata ſorte abijt in *deſertum*, quod olim idem cecinerat Iſaias: *Auferam ſepem eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam deſertam. Non putabitur, & non fodietur: & aſcendent vepres, & ſpinæ: & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem*. Iſai. 5. 5. 6. Contra *Gentilitas*, quæ antea erat deſpecta, & *ſterilis*, inſperata, atque immerita felicitate aucta, Chriſti ſolius fauore, *Hortus* facta eſt, immenſo florum prouentu, infinitâ frugum vbertate beata; vt eam non alibi ſuas delitias ille quæreret. Atque id eſt, quod ſequitur. *Vt paſcatur in Hortis & Lilia colligat*, vt mox dicturi ſumus.

Cum autem *Deſcendiſſe in hortum eum*, dicit, neſcio quid mihi videtur innuere, quo mira Dei in Gentilium Populos dignatio commendatur: qui eas Gentes non horruit ſibi adiungere, quæ tot impietatibus infames, tot ſceleribus ſpurcæ, tot fœditatibus maculatæ, indignæ prorſus Dei fauore erant; & qui olim Gentes illas, quæ promiſſam terram habitabant, tot ſæpè afflixit cladibus, etiam ad incendia, & cineres; quaſque deleri iuſſerat omnes: poſtquam carnem indutus humanam eſt; mutato repente conſilio, & fauore Gentes auxit, & gratia iuuit, & ad ſe vocauit, & vt *Sponſam* deduxit in thalamum, & ad conſortium honoris, regnique admiſit. Id *Deſcendere* ſcilicet fuit: ex magnitudine, ac nobilitate illius populi, quem ab initio amauerat, coluerat, & vnum ex omni Gente delegerat, in quem aceruatim beneficia conferret; cui & legem traderet, ac cæremonias, quibus ſe coli decreuerat: cui & multorum arcanorum Fidem indiderat; ad Gentium ſe demittere conuictum, conſortiumque, quas Iudaicum ſupercilium ne oculo quidem dignabatur, & vix inter homines computabat: Eſt id, quod dictum olim: *Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus: & irritauerunt in vanitatibus ſuis:* (idolis ſuis) *& ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus; & in Gente ſtulta irritabo illos*. Deut. 32. 21. Ad ſenſum ergo Vulgi loquuta Eccleſia eſt, cum *Deſcendiſſe Chriſtum* in *Gentilitatem* dicit. Scio non defuturos, quibus id videatur nimis eſſe ſubtile, & hoc loco *Deſcendendi* vocabulum ſimpliciter poſitum pro, *proficiſci*, vel, *ire*, quod frequens in ſcriptura eſt, nec probabile ipſe hoc loco nego: ſed nullus ſenſus excludendus eſt, ſi & ipſe ſanam doctrinam contineat; & ductui interpretationis non obſit, & verbis ipſis accommodatus ſit. Si quis hæc non probet, facere ad alia gradum poteſt.

Sed cum hæc Eccleſia diceret, nondum arbitror tranſlatum fuiſſe à Iudæis ad Gentes Euangelium, tametſi mox transferendum erat, rebus omnibus ad migrationem paratis: cur ergo *Deſcendiſſe ad illas Chriſtum* dicit? Facilis nodi ſolutio, ſi memineris, quod eſt à nobis alijs locis obſeruatum: quod proximè futurũ, & certò

Id enim reſpectu ad priorem ſtatũ verum eſt.

Cum nondum prædicationis aratro proſciſſum.

Sed mox cultum, lætitia exultauit. Ex vbertate feliciſſima.

Sic alias Iſaias idem.

Cum in ſupinis collibus aquarũ.

Et felicium arborum affluentiam denuntiat.

Quod idem à Paulo alio ſermonis forma.

Non vno loco expreſſum eſt.

VI.

Sed nondũ Hortus erat.

Sed mox futurũ.

Tranſlato à Iudæis Euangelio.

Nam reiectus ab eis Chriſtus.

Abſceſſit ad Gentes.

Quod prophetatũ ab Iſaia.

Tunc Gentes inſperata felicitate donata.

Vberes fructus retulere.

VII.

Sed in deſcendendi verbo indicata eſt.

Mira Dei in Gẽtes dignatio.

Qui quas ante horrebat.

Tandem complexus.

Ad eas è ſublimi Iudaico Populo deſcendiſſe viſus.

Id à Moſe olim prophetatum.

Dei ipſius verbis.

Loquuta ergo Eccleſia ad ſenſum vulgi.

Quod ſi cui non placeat.

Poteſt ad alia tranſire.

VIII.

Deſcendiſſe autẽ dicit.

Quia mox deſcenſurus et certo erat.

Gentilitas lætitia exultans iã deſertum non erat.

Iſai. 41. 19.

Gentes prius tenebræ, & procul à Chriſto poſtea lux, & prope facti. *Eph. 2. 4. Epheſ. 5. 8.*

Eccleſia in procinctu ad prædicationem in gentibus. *Act. 13. 47.*

Iudæi prius Hortus poſtea deſertum Gentes prius deſertum poſteà Hortus. *Iſai. 5. 5. 6.*

Dei dignatio mira in Gentiũ populos.

Chriſtus è ſublimitate populi Iudai. i. deſcendiſſe viſus ad Gentes.

Deut. 32. 21.

Deſcendiſſe dictus Chriſtus, quia mox futura migratio Euangelij ad Gentes.

Quia firmo decreto ſtatuerat id facere.
Nec vltra executionem differre conſilij.

eſt, læpe velut factum narrari, aut reputari, Itaque eo vocabulo duo ſignificari arbitramur; & futuram mox Euangelij tranſmigrationem ad Gentes, & certo futuram. *Deſcendiſſe* ergo dicitur, quia firmo decreto ſtatuerat, relictis Iudæis peruicacibus adoptare ſibi Gentes; conciſiſque tabulis prioribus nouas ſcribere, quibus nouum cum Gentilitate connubium, ac perpetuo duraturum, iniretur.

IX.
Hortum autem ſuum dicit eodem iure.
Quo olim ſynagogam vineam ſuã.
Ab eo cultum rigatum. & prius plantatum.
Quod nec inobſeruatum Iſaia.
Nec tantum opus alterius eſſe poterat.

Hortus Chriſti Gentilitas quo ſenſu dicta.

Supereſt poſtrema, ſed & facilis quæſtio: cur *Gentilitatem Suum Hortum* dicat, ideſt, *Chriſti*? Dico eodem ſenſu *Hortum Chriſti* dictam *Gentilitatem*, quo olim Synagogam *Suam Vineam* Deus dixit: à ſe ſcilicet plantatam, rigatam, excultam, & impenſo ſtudio protectam. Quæ ſibi tanti conſtitit, iure *Suam* dicere potuit. Meliore iure *Gentilitatem Chriſti Hortum* appellare Eccleſia potuit, ſanguine illius emptam, gratia rigatam, Verbo ſeminatam, fauore protectã, cuſtoditamque. Hoc ſenſu Iſaias, poſtquam dixiſſet: *Aperiam in ſupinis collibus flumina*; & quæ ſequuntur, addidit: *Vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant*. (Horum multiplicatio, & quaſi coaceruatio Verborum ingentem poſtulat attentionem, vt Lectoris excitetur intelligentia, tanquam ad rem non vulgarem) *pariter, quia manus Domini fecit hoc, & Sanctus Iſrael creauit illud*. Iſai. 41. 20. Et profecto facinus tàm grande fuit, Gentium vocatio ad fidem, vt iure ſe Deus illius Authorem iactet, & Eccleſia Sponſa fateatur.

Iſa. 41. 20.

Hortus Gentilitatis a Chriſto plantatam.

NOTATIO II.

AD AREOLAM AROMATVM.

I.
Lectionum varietas.
Non vna fuit, ſed multa areola.
Vt aromata pro cuiuſque natura colerentur.
Neque enim vnus omnibus actus prodeſt.
Nam quædam ſolem amant.
Quædam verò fugiunt.
Aliæ frequenter vari, aliæ, tardius.

Variæ lectiones

VAriectatem Lectionum alio loco examinauimus 72. *φιάλας*, Symmachus & Aquila *πρασιὰς*, *Areolas*, vt Noſter: Sed mirũ eſt multitudinis numerum, qui in Fontibus eſt, (*Arugoth*) in ſingularem diſſoluiſſe. Sed ſynechdochen eſſe monuimus. Multæ ergo fuêre *Areolæ Aromatibus* conſitæ, ſeù *Aromaticis herbis*; quaſque ſcilicèt ſuis veluti domicilijs diſtinctas fuiſſe, par eſt credere; vt diſtincta, prout cuiuſque natura exigebat, arte, & ſtudio coleretur. Neque omnes idem cultus decet Herbas, aut ſtirpas: Amant aliæ frequentius rigari; aliæ tardius ſitiunt, nec frequenti irrigatione gaudent; Aliæ ſola magis frugiferæ ſunt, aliæ ſocietate aliarum velut cõſortio, atque complexu fœcunditatem induunt: Quædam ſolis amant plenos radios, & vltrò ſæpè quærunt, quod amant, ſequunturque motu ſuo ſplendidum illud cœli decus; quædam magis vmbram expetunt, velut ad ſolis ardorem nimium timeant exareſcere; certè languent, & marceſcunt adulto die, exoriente, aut abeunte viribus reſumptis reuiuiſcunt, oſtentantque lætam comam. Sic natura ludit in ſtirpibus, & ſibi in ſua varietate placet. Hæc ad corticis faciunt ſenſum, de Arcano nunc diſquirimus.

Stirpes non cultum eundẽ omnes amant.

II.
Sed in areolis quidam pias animas meditantur.
Alij Sanctos Patres in Lymbo.
Sed hi nimis ſtringunt.
Et extra locum res locarint.
Alij Religiones varias.
In quas Chriſtus ſe receperit fugiens Eccleſia teporem.
Sed minimè id probamus.
Nunquam enim illa feruentior.
Quam cum religiones cœperunt inſtitui.

Areoli aromatũ, animæ piorum. *Nyſſenus. Tres Patres.*

Sunt qui in *Areolis Aromatum* pias animas agnoſcunt. *Virtutibus* velut *Aromatibus latas*. Sic Nyſſen. & Tres PP. Haud id improbabile eſt; certè facilè intelligitur. *Tanquam ad Phialas Aromatum, deſcendit ad animas, ſibi per fidem in Deum gratas, ſuauiſſimo Sancti Spiritus gratia odore perfuſas*: inquiunt Tres Patres. Philo autem, & Aponius, quibus deſcensũ Chriſti ad inferos agnoſcere hic placuit, *Areolas*, ſeu *Phialas* intelligunt *Sanctos PP.* qui carceribus illis incluſi, erepti dira captiuitate per Chriſtũ ſunt. Nimis ſtringũt, & extra ſuũ locũ res locant: & alioqui hoc Cãtic. loco, ſic vti, & toto Cãtico, de rebus eſt ſermo, quæ ad Eccleſiã pertinent viſibilẽ, dũ à Dño peregrinatur; & ad Chriſtũ prout illius gubernatorẽ, Regẽq; agit. Demũ qui Religioſæ Eccleſiæ, vt ipſi loquũtur, hæc accõmodãt, Religionũ varietatẽ hic agnoſcunt; atq; diuerſitatẽ ſecundũ cuiuſq; inſtituta, & proprias leges. Chriſtũ ergo abſentem ab Eccleſia propter teporem, & diſciplinæ ſanitatem, in *Religionem areolis* locum delegiſſe, quo ſe oblectaret. Eccleſiam autem eius inſe imaginem reformaturã, cum in earundem Religionũ clauſtris quæſiuiſſe, donec tandem inueniret; atq; Religioſorũ exemplo illũ moribus, ac inſtitutis vitæ referret. Acutè id excogitatum non nego: Vereor, vt aptè ad texturam. Nàm nullo tempore in Eccleſia defuêre viri perfecti, in quibus Chriſtus libenter habitaret. Immo nullo vnquã tempore fœcundior fuit electiſſima illa prole, quã cũ primæ Religiones ex ortæ ſunt: quicumq; enim eam cæpere vitam colere, Eccleſia ſunt matre geniti: eius ex vbere nobilitatem traxêre cũ lacte; eius inſtitutis eruditi ad pietatẽ ſunt, eius præceptis, ac diſciplina imbuti ſeceſsêre à turbis, ac negotijs ſæcularibus; vt nulla videatur eſſe cauſa, cur tantam hi morum laxitatem,

Aponius. Areolæ, SS. Patres in ſinu Abrahæ.

Varietas religionum ſignificata in areolas aromatum, & ſenſu quorũdã.

Eccleſia nũqui feruentior, quã cum inſtitui religiones cœptæ.

ac

Digitized by Google

ac pietatis torporem, tunc quidem temporis, in Eccleſia reprehendant: potius laudare deberent, quæ cum primum per pacem perſecutionum licuit, ſtatim de promouenda diſciplina per Concilia, ac Religioſos cœtus ſerio egit: tàm non ſui officij negligens, vt vltro potiùs ad meliora cucurrerit; & quod generatim fidelibus omnibus præſcribere minimè licuit, ſelectis quibuſdam, quibus ſeuerior ille diſciplinæ modus probatus eſt, perſuaſit. Ergo & Religioſus ſtatus Eccleſiæ legitimus partus fuit, & ad eam propriè ſpectauit. Quo ſatis oſtenditur, cum id vitæ inſtitutum inductum in Eccleſiam eſt, nō abfuiſſe ab ea Chriſtū; nec ab ea illum propter diſciplinæ languorem receſſiſſe, vt eum alibi oporteret quærere. Minimum ergo huic nos ſententiæ fauere poſſumus.

Cuius filij etiam earum fuere inſtitutores.
Inſtituti ab eadē Eccleſia, & in eā ſpem.
Fuit ergo religioſus ſtatus.
Legitimus Eccleſiæ filius.
Ideoque nec tunc aberat ab ea Chriſtus.

III.

Sint ergo nobis Aromata.
Virtutes fidelium ex Gentibus.
Eæ quæ ad Dei cultum propius ſpectant.

Nos, qui in hoc *Chriſti in Hortum Deſcenſu* migrationem Euangelij à Iudæis ad Gētes agnoſcimus, *Areolas Aromatum* interpretabimur, illarum Virtutum prouentum, quibus Eccleſia in Gentibus nobilitata eſt, non omnium quidem, ſed earum quæ propriè ad Dei pertinent cultum, *Fidem, Spem, Caritatē, Religionem*. Nā tametſi virtutū omniū bonū ſit, vt ſuauiſſimum dele odorē Chriſto afflent, id tamen, quod generale omnibus eſt, proprium bonum, & quaſi ingenitum earū Virtutū eſt, quæ ex proprio, vt vocant, obiecto, Deū reſpiciūt ipſum, atq; eius diuinitatis cultum. Ritè autē hæ virtutes per *Aromata* ſignificantur; quæ, præterquam eximia odoris ſuauitate cōmendantur, mira etiā vi ad depellendos morbos, ægraq; corpora refouenda pollent. Regnant itaq; inter reliquas ſiuè ſtirpes, ſiuè herbas, & iam laudatiſſimas, *Aromata* propter vtramq; dotē: & quia parua ſæpè mole, aliarū in magna virtutē, & gratiā ſuperāt. Id autē propriū earū virtutū eſt bonum: nā ſunt inter virtutes reliquas diuinioris, excellentioriſq; naturæ, vtpotè, quæ immediatè Deū pertingant, quales *Fides, Spes, Caritas*, quæ ideò *Theologicæ* dictæ ſunt; vel Dei ipſius cultum, venerationemq; promouēt, qualis *Religio* eſt; ideoq; poſt illas ſecundū obtinet locū. Regnant ergò inter Virtutes cæteras illæ, eaſq; reliquæ venerantur velut Reginas pediſequæ; eo certè nobiliores, quo propius ad illas datur accedere. Hoc primum eſt. Alterū ex primo oritur: nam quia propter naturæ nobilitatē animū ſimillimū Deo faciūt, & quaſi à creata fæce leuatū, in Diuinam naturā transferunt, quod minimè virtutibus alijs datū eſt, ritè *Aromatibus*, ſignificantur, quorū ingens vis ſiuè ad vitā reparandā, ſiuè ad incorruptionē præſtandam corporibus. Nàm *Fides* initium, & quaſi ſemen totius Sanctitatis eſt; *Spes* autem & *Fidem* fouet, & animum excitat, præparatq; proximè ad diuinā illam dignitatem: *Caritas* autem forma eſt, & perfectio totius operis: vt in eo edificio prima illa fundamenta iaciat; altera parietes erigat; tertia tecta adijciat; vt, ædibus iam perfectis, & ad habitandum paratis, veniat ad inhabitandū Deus, & quidē volens. Quod ſi ad odorem, ſuauitatemq; reſpicias, facilè etiam reliquas vincent; quidquid enim reliquæ boni odoris habent, ab his participant; & alioqui non directè in Deum halant, ſed obliquè, & quaſi ex occaſione. illæ autem largo habitu, & ſuaui aera complent, & cœlum conatu directo petunt, ſummum illud Numen recreaturæ odore; & omnem illam cœleſtem aulam oppleturę ſuauitate ſua.

Sunt enim aromata odorata.
Et efficacia ad medicinam.
Quod vtrumque aptè quadrat in eas virtutes.
Ideoque inter reliquas regnant.
Et nos ſimiles Deo faciunt.
Ideo ritè aromatibus ſignificata.
Quorum vi vita reparatur.
Spiritualis autem per illas conſtat.
Quæ myſtici ædificij partes ſubſtātiales ſunt.
In quo Deus libens inhabitat.
Et odoratis ſedibus recreatur.

Areolæ aromatum virtutes ad Dei cultum pertinentes;
Aromatum ſtirpes inter reliquas principes ſicut & virtutes Theologicæ.
Fides, Spes, Caritas Reginæ virtutum.
Ædificij Spiritualis partes ſubſtantiales.

IV.

Areolis autē aptè comparatæ.
Seruant enim quæque ordinem ſuū.
Spectat atqui ad Satorem Chriſtum.
Quāque ſuo pabulo recreare.
Vt floreant, & pubeſcant.

Nec ſine cauſa *Areolis* comparatæ, diſtinctis ſcilicèt limitibus à ſe inuicem diſcretę; ſeruat enim quæq; ordinem ſuum, &, quanquam affines ſunt in natura, proprietatibus tamen diuerſæ, minimè confunduntur: & ſe licèt mutuo iuuant, & ex conſortio ſuauius olent, ſuis tamen quæque contentā limitibus, aliarum ſe finibus non inſinuat; cōtinetq; ſe intra ſpheram ſuam, alienæ felicitatis nec egens, nec inuida; tametſi ſocias ſororia caritate ſemper complectens. Ad Satorem Chriſtum cultoremq; pertinet ſuo quamq; pabulo recreare, & inductis auxiliorum aquis irrigare; quibus illæ vel paſtę, vel fotæ, incrementis tacitis adoleſcant, ſenſimq; adoleſcentes, comam in cœlū ſpargant, floribus ſuis decoram, ad oblectamentum, ac ſpeciem. Has ergo nos *Horti* huius *Areolas Aromatum* eſſe putamus: nàm certè earum virtutum in Eccleſia ex Gentibus ingentem ſtatim à prædicatione fuiſſe prouentum, ex veterum ſæculorum conſtat Hiſtoria: ne argumentum pulchrè à multis tractatum alieno loco retractemus.

Areolis Virtutes Theologicę cōparatæ, quod quæque ſuum ordinem ſeruet.
Chriſtus virtutū ſator & cultor.

NOTATIO III.

VT PASCATVR IN HORTIS ET LILIA COLLIGAT.

I.

Paſcere tranſlatè pro recreari.

PAſcendi Verbum an ad eſum, an ad oblectationem ſolam pertineat, fruſtra quidam quæſiuēre, cùm conſtet tranſlatè poſitum eſſe. Siuè ergo velis, Chriſtum

Digitized by Google

Nam Chriſto virtutis opus pro cibo eſt. Et voluptatis cauſa. Sicut ipſe teſtatus eſt. Et de ſeipſo Dauidem Deus. Sed id verbum et actiuè & paſſiuè poſitum. Eſt enim Chriſtus & Agnus, et Paſtor.

Paſcere, quid hic ſit. *Ioan. 4. 34.* *Pſal. 49. 14.*

in hoc *Gentilitatis Horto* inſpectu plantarum, ac læto virore frondium, florumque, oblectari pulchritudine, id eſt, virtutum ſpecie lætari: ſiuè fructuum & bonitate, & abundantia ſe reficere, tantundem dixeris. Eſt enim illi quemadmodum virtutis, quodcumque opus, ex caritate factum, ingentis cauſa voluptatis; ita etiam gratiſſimus cibus. Sic dicebat illi: *Cibus meus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me; vt perficiam opus eius*. Ioan. 4. 34. Id eſt, haud aliter reficior, cum voluntatem exequor Patris, quam ſi, fame vrgente, cupitis me cibis explerem. Et apud Dauidem Deus emphaticè: *Numquid manducabo carnem Taurorum, aut ſanguinem Hircorum potabo? Immola Deo Sacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua*. Pſalmo 49. 14. Sed ſi Originalia conſulas, vtrumque intelligere potes: *Paſcendi actionem, paſſionemque*: vt tantiſper ſcholæ vocabulis liceat vti *Paſcitur* ergo in Hortis, quia ſcilicèt & virtutum aſpectu recreatur, & fructu bonorum operum reficitur: *Paſcit* autem quia fauore ſuo ſtirpes *Horti Sui* fouet, & gratiæ fluentis rigat, vt felicius adoleſcant. Eſt enim idem ille, & *Paſtor*, & *Agnus*: *Paſcitur vt Agnus, Paſcit vt Paſtor*. Ergo ſub diuerſa perſona eodem fungitur munere. Si *Eccleſiam ex Gentibus Hortum* eſſe velis, Fideles autem ex illis conuerſos herbas, & ſtirpes; *Cultor*, & *Agricola* erit: ipſe aratro terram ſubigit, ipſe ſarculo mundat, ipſe immiſſis aquarum fluentis rigat, ipſe ſementi parat, ipſe ſpargit ſemina, iactis vim indit ad germinandum, adoleſcendumq; meſſes colligit maturas, terit in area, paleis mundat, in horreum condit. Si *Paſtorem* eſſe velis, & *Eccleſiam ex Gentibus Ouium gregem*, ipſe ducet in paſcua pinguia, ipſe puriſſimis Doctrinæ aquis ſitim depellet. *Sicut Paſtor gregem ſuum Paſcet, in brachio ſuo congregabit Agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit*: Iſai. 40. 11. Si magis *Agnum* eſſe velis, & *Eccleſiam ex Gentibus pratum*, virore virtutum, piorumque deſideriorum floribus paſcuum, *Paſcetur* ille, & gramine pinguipaſtus pingueſcet. Et verò in tam latè patentibus Gentilitatis campis deeſſe illi pabulum haud poterit, quo ad ſaturitatem impleatur. Id eſt, quod mox ſequitur: *Qui Paſcitur Inter Lilia*. Cantic. 6. 2. Atque id totum in vno *Paſcendi* vocabulo arbitramur latere.

Qui in Gentilitatis Horto. Cultor eſt et curator. In Grege Paſtor & ductor. Et omne paſcendi officium implent. Agnus idem in pratis Gentium. Virore virtutum pingueſcens. Nec deeſſe illi poteſt pabulum.

Paſci hic verbū actionē & paſſionem ſignificans. Christus Paſtor & Agnus, paſcit & paſcitur. *Iſa. 40. 11.*

II.

In Hortis autem paſcitur. Quia ſeb vna Eccleſia, multa ſunt aliæ. Sed ſit Hortus Eccleſia in Gentibus. Horti ſingulæ Gentes. In quibus paſcitur Chriſtus. Quia omnibus prouidet ſalutis remedia. Et quidem illis inſcientibus. Quod hoc verbis indicatum ab Iſaia. Quæ ſine dubio de Chriſto accipienda. Et eius in Gentibus imperio. Per Euangelij prædicationem. Quod iure veteribus placuit. Id ergo eſt paſci in Hortis, cum in Hortum deſcendiſſet.

Vnus Hortus Eccleſia, ſub qua multi. Horti ſingulares Gentes. *Iſai 45. 4.* **Iſai locus difficilis expoſitus.** *Orig. Hom. 16. in Iſai. Cyrillus Alex. Procopius. Theodoret. Euſeb. Præp. Euang. lib. 9.*

Sed cur, cum in *Hortum* eum *Deſcendiſſe* dixiſſet, ſtatim mutato numero, *Hortos* nominat: *Vt Paſcatur In Hortis*? Mouit tacitè Theodoretus quæſtionem & ſoluit: *Deſcendit In Hortum Suum Vt Paſcat In Hortis: Vna enim eſt Eccleſia, vt docet B. Paulus, Deſpondi, inquiens, vos vni Viro Virginem caſtam exhibere Chriſto. At Beatus idem Paulus plures nominat Eccleſias, non ſpiritus diuiſione, ſed locorum diſſitis interuallis: omnes enim paſcit Eccleſias*. Verè id dicitur: *Hortus* ergo tota ex *Gentibus* congregata Eccleſia eſt, ſeu potius *Gentium omnium congregatio*: In eam *Chriſtus Deſcendit*, cum in Gentes ab Iudæis tranſtulit Euangelium: *Horti* autem ſingulæ vel Gentes, vel in illis fundatæ *Eccleſiæ*, velut ingentis latifundij priuatæ quædam partes, ſibi quidem vno Domini iure, vno cultoris ſtudio copulatæ; ſed locis frugibuſque diſtinctæ. *Deſcendit ergo in Hortum, vt Paſcatur In Hortis*, quia omne illius ſtudium, & ſollicitudo non in vnam partem, ſed in omnes æquè impenditur: nec earum abijcit curam, quæ in poſtremis mundi angulis ſemotæ, timere poterant, ne ad ſe communis ſollicitudo perueniret. Sic dictum eſt: *Quis ſuſcitauit ab Oriente Iuſtum; vocauit eum, vt ſequeretur ſe? Dabit in conſpectu eius Gentes, & Reges obtinebit: dabit quaſi puluerem gladio ſuo, ſicut ſtipulam vento raptam arcui eius. Perſequetur eas, tranſibit in pace; ſemita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus eſt, & fecit, vocans Generationes ab exordio? Ego Dominus, primus, & nouiſſimus ego ſum. Viderunt Inſulæ, & timuerunt; extrema terræ obſtupuerunt: appropinquauerunt, & acceſſerunt*: Iſai. 45. 2. 3. 4. 5. Quæ verba licèt alij alio detorqueant, quidam ad Cyrum ſinguli; alij ad Abrahamum ieiunè, de Chriſto planè fuiſſe dicta, veteres arbitrati ſunt, & quidem iure: cuius Euangelium inſcientibus, & incogitantibus reuelatum eſt; & illuſtri non minus prælio, quam victoria, & triumphi celeritate imperium Chriſti aſſeruit, ſubiectis Dominatui Gentibus, Regibus debellatis, Regnis exciſis, vſque ad extremas orbis oras, diſſitaſque toto Oceano terras; ad quas ſcilicèt nulla hominū ars penetrare poſſe videbatur. Omnia complexa magni huius Dei prouidentia eſt; nec vlla fuit tàm deſpecta natio, ad quam fulgentiſſimi huius ſolis non pertingeret Doctrinæ ſplendor, & caritatis ardor. Id ergo eſſe putamus, *Paſci In Hortis*, cum *in Hortum Suum Deſcendiſſe* dicatur.

III.

Lilia autem quidam. Animas à curis ſæculi ſeparatas accipiunt. Alij humanas mentes virtutum odore fragrantes.

Nyſſenus. Philo Carpat. **Lilia, quid ſignificent, quæ colligit Chriſtus.**

Quod autem additur: *Vt Lilia Colligat*, non difficilem explicatum habet, tametſi & in eo ipſo non vna omnium ſit ſententia. Nam Nyſſenus *animas* intelligit, *quæ curis ſæculi liberæ ſeruiunt Chriſto*; eas eſſe inter ſpinas Lilia, nam & ſpinis ſæculi ſollicitudines ſignificari Chriſtus eſt author. Aliter Philo: *vt in fragrantiſſimis Hortis mentium humanarum, Chriſtiana Fide, & Caritate fragrantium, paſceretur; ex iiſque candidiſſima Liliorum odoramenta, ac ſerta Apoſtolorum, Prophetarum, & Martyrum, & omnium Beatorum, ad cæleſtem thalamum adolendum, legeret; Niſi enim ipſe prius in Hortum deſcendiſſet, ac dira*

mortis

Quibus Chriſtus delectatur.

mortis aculeos contriuiſſet, nunquam in Hortis, hoc eſt, multiplicibus Fidelium totius orbis Eccleſijs Sanctiſſime ſe paſcere, & delectare potuiſſet in terris. Id fermè etiam amplexi ſunt Caſſiodorus, Gregorius M. Bedas, Anſelmus, qui Electos *Lilia* eſſe volunt, quos Chriſtus per mortem *colligit*, vt in Paradiſum transferat.

Alij Electos.

Caſſiodor. Gregor. M. Beda. Anſelmus.

IV.

Sed præſtat morales virtutes accipere.

Maximè quæ ad perfectionem ducunt.

Omnia probabiliter; ſed qui *Aromatu virtutes* interpretati ſumus, quæ ex natura ſua Deum reſpiciunt immediatè, aut proximè; *Lilia* cæteras Chriſtianas, moraleſque *virtutes* interpretemur, maximè *Obedientiam, Paupertatem, Pudicitiam,* ac *caſtitatem*. Hactenus enim tametſi in Iudaico Horto virtutum aliarum flores vtcumque extulere caput, ſed illæ tamen, quæ perfectionem Chriſtianam componunt, Paupertas, Obedientia, Caſtitas, velut ſterili maximè ſolo ſatæ, infelicius proceſſere. Nouale ergo Gentilitatis doctrinæ ſuæ vomere Chriſtus proſcidit, commiſſoque ſemine maritauit, ac deſuper adueniente gratiarum, donorumque largo imbre, incredibili fœcunditate ditauit. Tunc cæpta ferme *Paupertas* in pretio eſſe; & cunctis ſæculi gazis anteferri, pluſque apud homines valuit promiſſa voluntariæ Paupertati felicitas Regni cœleſtis, quam regnorum omnium præſens opulentia, & quidquid hactenus mortalibus in opibus æſtimatum. Tunc *eunuchorum* ſterilitas myſticorum fœcunditati coniugij prælata eſt; mirante mortalitate, eſſe qui ſuas delicias, ac voluptates nobili contemptu reijceret, meliorum delitiarum ſpem animis oſtentante Chriſto; qui docuit primus, quid inter carnales ſpiritaleſque delitias intersit diſcriminis: nec ſterilem *Virginitatem* eſſe, quæ nobiliſſimam ſobolem Sanctarum cogitationum pariat, & fœcundante verbo, infinitos filios inuehat cœlo. Tunc libertas, & imperandi ius *Obſequio* ſunt poſthabita; & ſeruituti voluntariæ ceſſit dominandi libido; nec infelicitati imputauit, aut infamiæ, ceruicem hactenus inflexam demittere Obedientiæ iugo premendam, ſeque alieno arbitrio regendum permittere mortalium faſtus, meliore Magiſtro doctus, ſecurius, & grandius eſſe accipere, quam dare leges; cumque poſſis alijs imperare, malle parere. Hæc illa ſunt *Lilia*, ij florum candidiſſimi, quos fœcunda meſſe decerptos Chriſti *Hortus* cultiſſimus Gentilitatis Domino offert: hos ille alacri manu legit, & in faſciculos corollaſque conſertos, oſtentat manu, capite geſtat: & communicato honore, Eccleſiæ ſuæ tempora circumcingit: ne quid illi tam non vulgaris cultus inuidere videatur, quam & Amicam, & coniugem elegerit ſibi.

Haberiq; in pretio cæpta.

Chriſto docente.

Tunc Paupertas diuitijs antelata.

Tunc Pudicitia et cœlibatus coniugio.

Vidente atq; obſtupeſcente natura.

Tunc imperandi ius obſequio mutatum.

Et libertas ſeruituti poſthabita.

Hæc Lilia Chriſtus colligit in Gētium Horto.

Quibus & ſuum & ſponſæ caput incingat.

Lilia Virtutes religioſæ paupertas obedientia caſtitas.

Paupertas diuitijs præpoſita.

Voluptates carnis deſpectæ.

Virginitas minimè infœcunda.

Obedientia imperandi iuri prælata.

VERSVS II.

EGO DILECTO MEO, ET DILECTVS MEVS MIHI: QVI PASCITVR INTER LILIA.

COMMENTARIVS.

CHriſto Tandem Apud Gentes Inuento, Quæ Vltro ſcilicet Euangelium, prædicantibus Apoſtolis, amplexæ ſunt, ingenti gaudio perfuſa Eccleſia, tanquam, quæ in illius gratiam redijſſet, arctius per caritatem cum eo coniungitur, eo pacifico fruitur, eique adhæret veluti legitimo viro iuſta vxor. Id illa ſignificat, cum dicit, *Ego dilecto meo*. Nunc verè tota in illius poteſtate ſum, ac noua ex cauſa ei me totam contrado: vtpotè noua aucta dignitate, noua, ſedet multiplice, fœcunda ſobole: & paucis, quos de vna Gente adducere ad illum non potui, occludentibus pleriſque nouo ſplendori oculos, fraudata, infinitis ditata propemodum, qui fide viua Abrahæ filij ſint; ac numero ſtellas cœli, & maris vincerent arenas. Indicantur autem & ipſius gaudia Chriſti, cum ſe viderit ab eiſdem illis Gentibus (á quibus ligna & ſaxa turpi hactenus errore pro Dijs culta) pro Deo vero & haberi, & coli: ac verum Seruatorem, á quo omnis eſſet & corporum, & animorum ſalus, prædicari. Id eſt: *Dilectus mihi*. Nullum enim arctius vinculum connubio iunctos ſtringit, quam communis proles, ſimillima Patribus: videntur enim in ſingulis iura connubij.

nubij, & communis caritas renouari: Felix etiam Euangelij fructus deſcribitur, ab Neronis vſque tempora, quo primum ſub Ethnicis Principib. Vexari Eccleſia cæpta eſt, radices felicibus temporibus agente fide, nullo impediente, nullo remorante; vireſque parante ad futuras tempeſtates, & pugnas pro pietate obeundas, & acres, & multas. Quod magna Dei prouidentia factum eſt, ne ſcilicèt recens plantatæ ſtirpes, ac nec dum radicibus ſatis firmatæ, aduerſis ventorum flatibus certo cum periculo obijcerentur. Tunc primum de nouo Gentilitatis *Horto Lilia Colligi* cæpta ſunt, puriſſimæ pietatis, quibus candidiſſimus *Dei Agnus* refici gaudet; &, vt refici poſſit, diuerſari.

ENARRATIO.

Videte Quam Vere Præſaga Mens Proximam ſuam Felicitatem perſenſerit: videte occurrentem vltro Chriſtum Sponſum, & paucorum dierum abſentia probatam, noua caritate Sponſam complectentem. En ipſe eſt candidus ille Agnus, qui in Gentilitatis Horto candida inter Lilia puriſſimæ Caſtitatis, Religioniſque verſatur; & vim florentibus indens, vt ſuauius oleant, ac felicius adoleſcant; & ſeſe deſideratiſſimo reficiens pabulo deſideriorum caſtorum. Quanta derepente fortunæ mutatio! Nam & ipſa me ſentio nouis caritatis flammis ardere, vt quæ antea incalueram deſiderio Sponſi, nunc fruitione flammeſcam. Eram quidem tota illius magno iure, nunc nouo fauore, ſed & grandi cumulata, maiore iure ac firmiore in illius tota poteſtate ero. Nouam me prole beatam, ſed & infinitam gaudeo, & præteritam ſterilitatem præſenti fœcunditate penſatam. Quanta nunc mea gaudia erunt! quanta Sponſi! cum vincula Caritatis, quibus, hactenus noui Coniuges ſtrictiſſimè iungebamur, multiplicata communi ſobole conſtringi arctius ſentiamus, vt non alia ipſa iure viuere velim, poſſimus, quàm Chriſti; non alio ille, quam meo, cui vim omnem caritatis impertit.

SVM. COM.

NOTATIO IV.

EGO DILECTO MEO ET DILECTVS MEVS MIHI.

I.

Geminatio horum verborum cauſa non vacat.

Quod minus ab interpratibus obſeruatum.

Sed dicendum de nexu prius.

Coniecturam fecerat.

Chriſtum ad Gẽtes diuertiſſe.

Eo autem inuento id iactat.

Quaſi amanti abſcondi non poſſint.

Amanti motus, & actiones.

QVOD Iam Secundo Verba hæc Eccleſia Vſurpat, & tantiſper immutato ordine, idque hoc loco, myſterio magno non vacat. Quod miramur neminem Interpretum, quem videre contigerit, vel obſeruaſſe, vel quæſiuiſſe. Nam ſimilia verba ſupra cap. 2. 16. cum in eum ſenſum quiſque fuiſſet interpretatus, qui cuique placuit, minimè neceſſarium arbitrati ſunt, eadem hoc iterum loco expendere, aut aliter explicare: cum, ſi rem attentius verſet, facile ſit intelligere, non abſque magna cauſa hic iterum fuiſſe ingeſta, nec eodem omnino ſenſu poſita. Sed hæc ad ſententiam ſpectant, de qua prius quam dico, de nexu cum proximis dicendum, eſt, quod à pleriſque prætermiſſum. Dixerat: Quantum coniectando aſſequi poſſet, Chriſtum ad Gentilitatem diuertiſſe, relicta Iudæa; nunc, quam a ſe id verè fuiſſet dictum, affirmat; ab effectu ipſo argumentum ducens. (Inueniſſe enim eum apud Gentilitatem cum Angelis comitibus intelligenda eſt) Ergo vero documento cum id à ſe dictum vellet oſtendere de inuentione dicit. Nunc tandem intelligetis, quam certo indicio coniecerim de loco, quo Sponſus diuerſaretur, poſtquam à me abijſſet. Gentilitatem videtis, agrum ſcilicèt Euangelicæ ſementi paratum. Anticipat illa officium, & grato fœnore compenſat fauorem; & futuræ vbertatis primitias *Lilia*, mundiſſimæ pudicitiæ proferre feſtinat. Hæc inter Sponſum diuerſantem, ſeſe que & aſpectu, & odore reficientem, videte. Scilicèt amans animus raro fallitur, cum de amato dijudicat. Nunc verè intelligetis & me apud *Sponſum*, & *Sponſum* apud me verſari; quibus mutua ſtudia, vel officia abſcondi non poſſunt. Hæc tota nectendi ratio eſt:

Cant. 2. 16.

Nexus horum cum ſuperioribus.

Horum verborum ſenſus.

Amans animus raro fallitur.

Cur

II. *Sed quidam hic Eccleſiam ex Iudæis agnoſcunt. Ex qua primi credentes. Quæ ſe non deſpectam dicat. Sed primo ſemper honore donatam. De quo Iſaias Propheta. Et Paulus nõ vno loco. Vt ſint hæc monita Eccleſiæ ex Iudæis. Ad Gentes conuerſas.*

Eccleſia ex Iudæis monet Gẽtes conuerſas: nõ ſe deſpiciãt. *Iſai. 10. 22.* *Rom. 9. 22.* *Rom. 11. 2. 5.* *Rom 9. 4. 5.* Maioratus Eccleſiæ ex Iudaiſmo.

Cur autem hoc loco ea vſurpata ſint verba, nec inutiles, nec facilis quæſtio eſt. Quidam, verba eſſe Eccleſiæ ex Iudæis arbitrantur, quæ Gentibus ad fidem inuitatis, non ideo ſe dicat à Chriſto poſt habitam ex quæ ſcilicèt prima elegerit fundamẽta magnæ molis, Eccleſiæ nimirum Euangelicæ; ex Iudaiſmo enim fuere, qui primo Chriſto crediderunt: quique eam doctrinam, quam immediate hauſerãt ex ore illius, Gentibus tradidere. Non ergo ſe deſpectam, aut repudiatam, ſed primo ſemper honore donatam, & gratia, & authoritate apud Chriſtum pollere præcipuè. Id eſſe quod & ab Iſaia cantatũ eſt: *Si fuerit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris, reliquiæ ſalua fient.* Iſai 10.22. Sicuti citat Paulus, Rom. 9.22 Et ab eodem Apoſtolo non vno loco: *Nunquid Deus repulit Populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum. Non repulit Deus plebẽ ſuã, quã præſciuit.* Rom. 11. 2. Et paucis interiectis: *Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ ſecundũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt.* Ver. 5. & de maioratu Eccleſiæ ex Iudæis: *Qui ſunt Iſraelitæ, quorũ eſt & adoptio filiorũ, & gloria, & teſtamentũ, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa: quorũ Patres, & ex quibus eſt Chriſtus.* Rom. 9.4.5. Itaq; volũt verba hæc hortamẽta cõtinere ad Fideles ex Gẽtilitate cõuerſos, ne, quia ſe vocatos ad fidẽ vidẽt, Iudæos deſpiciãt, prius conuerſos: quos ſcilicèt Deus tanquã Chriſti filios primogenitos amet.

III. *Id verò minus huic loco aptum. Nam hic non alterius verba ſunt. Quam Eccleſiæ cõmunis matris. Non Iudaicæ quæ ſuã cauſam agat. Aduerſus Gentiles conuerſos. Neque hic religioſam Eccleſiam. Romana alloquitur. Ob eandem cauſam.*

Toto Cant. non alia Eccleſia deſcribitur quam vniuerſalis.

Romanã Eccleſia non hic loquitur.

Id vero, tametſi acutè excogitatum, durum omnino eſt, & huic loco enucleando parum aptum: Cantici enim toto libro non alia Eccleſia deſcribitur, quam communis omnium mater, nulli alligata Genti, aut Populo, ſed communi caritate cunctas nationes complectens. Et tametſi hactenus de ſolis Iudæis congregata, affectum tamen omnem Gentis exuerat; & complexu ſtrictura olim homines omnes, communem affectum à principio induit; & ſe matrem, tametſi nondum facto, iure tamen & munere cogitat. Ea ſcilicèt Sponſa eſt, & thalami Chriſto ſocia; ea communium filiorũ mater, quibus ex æquo caritatem diuidit. Non hic ergo Eccleſiæ partem ex Iudæis vnam, ſuam contra Gentiũ Eccleſiã cauſam agentẽ, veri tam, ne, quæ hactenus primogenita fuit, deſpectui habeatur, inductam putabimus; ſed omniũ genitricem, communique affectu omnes partes complectentem: quæ ſe dicat totam eſſe Chriſti, nunc maximè, cum Euangeliũ à Iudæis ad Gẽtes tranſlatũ eſt. Qua de re mox quædã dicemus. Nam quod quidã, qui hoc loco Eccleſiam Religioſam deſcribi arbitrati ſunt, his verbis Romanæ Eccleſiæ gaudiũ agnoſcunt, quo perfuſa eſt, quod Chriſtũ diu apud ſe quæſitũ, in religionis hortis inueniſſet, nec ſẽtentiã explet, nec aptè cohæret: & alioqui eadẽ illa ratione reijcitur, ꝙ verba ad vnã Romanã Eccleſiã arctet, vt ab vniuerſali diſtinguitur.

IV. *Sed id obſeruandum. Amorem repulſis creſcere. Nãm quæ negantur potiora exiſtimantur. Et famem acuit negatus cibus. Abſens Chriſtus et quæſitus ab Eccleſia. Adhuc illam probabat repulſa. Perrexit illa ad Gentes. Vbi eum inuenerat. Abſentia ergo caritatis flamma creuit. Quod & ipſe his verbis ſignificat. Seque totum in poteſtate illius eſſe.*

Amor repulſis creſcit.

Obuiæ voluptates facilè contemnuntur.

Eccleſia repulſis probata ardentius amat.

Eccleſiæ verborum ſenſus.

Cæterum ſi obſerues, inter eos, qui verè amant, & in robuſtum venere caritatis robuſtæ ſtatum, nihil acrius eas flammas accendere quam repulſas, abſentiaſque, ſeù ſimulatas, ſeù veras, forſitan in verum huius loci ſenſum facile penetrabis. nam & de turpiter amantibus dictum: *Amantium iræ amoris redintegratio eſt.* Abundantia ipſa, ac ciborũ affluentia faſtidium parit & quidquid obuium eſt, facilitate deſpicitur. & quã tibi caſus, aut aliena liberalitas obtulit, prædam, vilius æſtimas, quam eam, quam venationis fatigatione, ac multo ſudore emiſti; vt pænè melius ſapiat tibi aper, quẽ confeciſti venabulo, quam quem habuiſti dono. Ità ſæpè ſolitarum voluptatum faſtidiũ ſubit; nec vlla arte amantes à mulierculis fortius retinentur, quam iteratis repulſis: omne .n. quod negatur, gratius cogitatur; & quod abeſt æſtimatur pretioſius, acuẽte deſideriũ priuatione, & famem irritante prandio dilato. Abfuiſſe videbatur Chriſtus, ac receſſiſſe ab Eccleſia, quia cum ſcilicet quærens in Iudæorum pectoribus, inuenire per fidem non poterat: multa fuerat perpeſſa, multum laborauerat, vt vota expleret; ſed profecerat parum, adhuc Sponſæ caritatem Sponſo per dura probãte. Intenderat ea ipſa abſentia mentem, & ſcitiſſima oratione laudes illius per cenſuerat, cuius tũc ſpeciem magis probare cæperat, cum eum amiſiſſe videbatur. Tranſijt ad Gentes, eũ ipſum quæſitura, quẽ ſui repulerant: eũ autẽ cũ inueniſſet in obſequio, ac fide Gentiliũ, quid ſupererat aliud, niſi vt ad validè flantem ventũ, immò fauentẽ, vehementius flãma caritatis arderet? Se ergo ſentiens nouo præſentiæ bono prouocatã, exclamat: *Ego Dilecto Meo.* Nũc verò me ardentius amare ſentio, nõ intepuit amor repulſa, non abſentia elanguit, non quærẽdi patiẽdiq; labore fractus eſt: vires potius per aduerſa reſumpſit: & exercitus per dura, fortior exſurrexit. Nunc ergo tota in Dilecti poteſtate ſum, quæ grandi documento oſtendi, quam verè amem: nihil enim in me relictum eſt, quod alij velim impendi, cum vnius meritis meus omnis non ſufficiat amor, ſi etiam in amorem tota reſoluat.

V. *Ideo à ſe incipit. Quæ alias ab Sponſo. Qui tunc cæpiſſe videbatur, hunc ludum.*

Cur hic à ſe incipiat Eccleſia, contra quã alias fecerat.

Atq; hinc intelliges, cur mutata ſermonis forma à ſe incipiat, non vt cap. 2. 16. ab Sponſi in ſe amore, cum diceret: *Dilectus Meus Mihi, & Ego Illi*; hic autem. *Ego Dilecto Meo, Et Dilectus Meus Mihi.* Nã priore certè loco amoris priora indicia ab eo fuerant, cũ Eccleſiã multa anxietate, & rerũ extrema penuria laborãtẽ in deſerto ſubleuauit. Cępiſſe ergo hũc amoris ludũ, per accumulatos indigẽti fauores, ille eſt viſus. Sequuta illa præeũtẽ, ac viã monſtrãtẽ eſt, id eſt: *Dilectus Mihi, Et Ego Illi.* Cõtra autẽ hoc loco,

cum

Digitized by Google

Nunc videtur illa cepiſſe.
Quæ abſentia probata.
Tamen ardentius amabat.
Tunc enim ardet magis ignis.
Cum aduerſis impetitur.
Et fides probata duplice corona eſt digna.
Sicut aurum igni excoctum.
Cui plus debet quam originis.
Et arti, quam naturæ.

Eccleſiæ verborũ ſenſus alius.
Fides probata duplice laude digna.
Aurum plus igni quã origini debet.

eum receſſiſſe videretur ille: nec vocatus, quæſituſque ſui feciſſe copiam; ſed ſeuerum ſe potius exhibens Sponſam per dura probaſſet: illa interim & multa anxietudine eum quærente, & de eo obuios interrogante: inſuper nec bonorum rapina, nec flagris ac ne cruore quidem, & morte ab eo quærendo per prædicationem deterritâ, donec tandem illum apud Gentes inueniſſet, videri poterant potiſſimæ illius, & priores in amando partes eſſe; & abruptum illa amandi filum magno animo nexuiſse; vt dicere poſſet, velut ſynceritatem caritatis ſuæ iactans, nullis aduerſis tempeſtatibus de ſua ſtabilitate dimotæ: *Ego Dilecto meo*. Nunc equidem quam verè ac ſerio diligam, ſatis oſtendi: quamque confidenter poſſim dicere, me totam in Chriſti poteſtatem conceſſiſſe. Aduerſis probata fides duplice digna eſt laude: & durans in duris amor, coronâ eſt dignus gemina. Et eſt multum, quod Chriſto imputem, quòd oſtentandæ Caritatis præbuit facultatem. Multum abſcedenti, abſentique debeo; & quanquam præſenti fauentique multum, plus tamen ſeſe neganti, & abſcondenti. Sic aurum minus origini, quam igni, debet: minus naturæ, quam arti. Aurum quod ſit, ab Origine habet: ſed & ſordes, & ignobilioris metalli mixturam; ab igni purgante ſplendorem, & quod aurum habeatur. A natura molem informem, ab artificio formam, qua regum coronis irradiet. Purior iam meus amor effulget, poſtquam ſua fœce per aduerſa purgatus Dilecti amorem puriſſimum audet vltro prouocare. Hic ſenſus & huic loco ſatis videtur aptus, & Cantici non indignus maieſtate.

VI:
Sed & amorem maritorum proles cõmunis firmat.
Eſt enim vna vtriuſque imago.
In qua diuiſus antea amor vnitur.
Se enim in filijs amant.
Id ſterilitatis eſt malum.
Quo Rachel cruciabatur.
Cõtra Lia triumphabat.
Tot filiorum parens.

Amor coniugatorum duplex in illis, vnus in prole.

Sed eſt aliud, quod forſitan haud minus cordato lectori probetur. Amorem inter coniugatas mutuum nihil magis firmat, quam communis accepta ſoboles; verè enim in Filijs, non modo Patris vtriuſque imago reſplendet, quæ vna duorum eſt. (Vt quod arti non datur vna pictura duos exprimere, diuerſos forma, ætate, & ſexu, naturæ ſit conceſſum) Ideó dictum: *Vixit Adam centum triginta annis; & genuit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: vocauitque nomen eius Seth.* Gen. 5. 3. In communibus ergo Filijs diuiſus hactenus in Genitoribus, amor vnitur: &, quam ſuam in illis vident imaginem, amant, ſeque ipſos vicißim in illa; non tanquam quiſque alium, ſed tanquam vterque ſe ipſum in vno ament. Creſcit ergo Parentum in Filijs mutuus amor, nec iam ſolum id ipſum amant, quod ipſe ſunt: ſed quod in communibus liberis. Id malum ſterilitatem infamat, quæ non patitur hanc mutui amoris vel extenſionem, vel vnitatem. Id forſitan Racheli ingratum fuit: ea inuidentiæ in ſororem radix: *Cernens autem Rachel, quod infœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ: & ait marito ſuo. Da mihi liberos, alioquin morior.* Gen 30. 1. Nam tametſi ſciebat ſe à viro impensè amari, verebatur tamen eum mutari poſſe, & in riualem flecti, dum communibus liberis is amor minimè firmaretur. Communem ergo prolem amabat, ne iam de ſui in ſe mariti amore timeret. Id ſatis ſoror intellexiſſe viſa eſt, cum ſextum enixa Filium diceret: *Etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios.* Gen. 30. 20. Quaſi priorem amorem nouo adacto clauo firmaſſet, nouam prolem enixe.

Gen. 30. 1.
Gen. 30. 20.

VII.
Eccleſia hactenus parum fœcunda in Iudæis.
Multorum motu in Gentibus.
Id nunc ſcilicèt iactat.
De amore ſponſi ſecura in tot filijs
Ideo nunc ſe totã affirmat.
In ius Chriſti conceſſiſſe.

Eccleſia parum fœcunda in Iudæis fœcũdiſſima in Gentibus.
Paraphraſis.

Et hactenus quidem Eccleſia ex Iudaico genere nonnullos filios pepererat Chriſto: ſed nimis lente procedere negotium videbatur: quæque meminerat Abrahamo dictum, in illius ſemine, id eſt, Chriſto, omnium Gentium benedictionem ſitam eſſe, fruſtrata hactenus eo bono, doluerat, fœcunditati promiſſæ tempora non fauere. Nunc ad Gentes Euangelio translato, atque in ſuis primitijs per Apoſtolos conſecrato, nouam affulſiſſe, ſpem videns, & promiſſa impleri cœpta, nouo exſiliens gaudio, tot filiorum adminiculis ſuum ſuſtentari amorem animaduertens, id, quo animus æſtuabat, gaudium verbis profeſſa eſt. Atque id eſſe exiſtimamus: *Ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi*. Video noua ex Gentilitate ſobole domum ſtabilitam, & in Filijs ex Gentibus aduocatis Matris fœcunditatem probatam, quæ antea Iudæorum infidelitate, & duritia ſubuentaneo conceptu grauis potius, quam grauida, votis minimè reſpondebat, nec promiſſorum granditati par erat. Nunc ſcilicèt amor mutuus, proprijs firmatus præſidijs, adoleuit: nunc verè me totam in iura conceſſiſſe Chriſti, Chriſtum autem in mea, poſſum dicere. Splendet in ſobole Parentum imago, vt, quoties eam videant, ſe intueantur ipſos, cumque communem prolem ſpectarint, non alios, quam ſe videant, videndoque arctius complectantur ſeſe in illa, quam communi ſemine gaudent propugnatam.

Digitized by Google

NOTATIO V.

QVI PASCITVR INTER LILIA.

SVM.COM.

I.

Lilia quidam, & Angelos & homines eſſe volunt.
Inter illos paſci in cœlo.
Hos in terra colligere, vt in cœlum transferat.
Illas paſcere in gloria.
His paſci, & inter illos paſci.
Hæc pia, & grauiter dicta.
Sed huic loco minus aptè.
Quo de vno horto ex Gentibus ſermo eſt.
In quo Lilia caſtarum cogitationum.
Quibus mire delectatur Chriſtus.
Lilia enim hic ad pudicitiam referendas.

II.

Ideò autem hic earum virtutis facta mentio.
Quia nullo tempore maiore in pretio fuere.
Quam primis illis ſæculis.
Cum Euangeliũ translatum ad Gentes.
Huc aduoca Iſaiam.
Qui myſticis Eunuchis.
Bona omnia pollicetur.
Præcipuum in domo Dei locum.
Famam, & claritudinem nominis.
De quo alias luculenter ſcriptura ſacra.
Fauorem præcipuè.
Quo promoueantur in bonum.

QVÆ ſunt hæc Lilia? *Lilia Agri*, inquit Guilhelmus, *electi homines ſunt, Lilia cœli electi Angeli ſunt; vtrique enim nitent, & redolent: ſed Angeli purius nitent, & ſuauius redolent; Donec Lilia agri, manu Sponſi collecta cœleſtibus Lilijs ſocientur: nempè qui colligit illa cœleſtium illis Liliorum non tantum ſocietatem, ſed et æqualitatem promittit. Nec ceſſat vſque in finem ſæculi colligere Lilia agri, cum tamen iugiter inter cœli Lilia paſcatur. Denique paſcitur inter Lilia, & paſcit ipſa Lilia. Paſcit, & paſcitur Mediator Dei, & hominum Deus, & Homo Chriſtus Ieſus. Paſcit, quia Deus; paſcitur, quia Homo: paſcitur anima eius perennibus diuitijs Diuinitatis eius: ſe Deo paſcit, ſeipſum Hominem, & Sanctos Angelos ſecum. Itaque paſcit Lilia, & paſcitur inter Lilia, qui ab hoc agro huius mundi colligit Lilia, vt & illa paſcat, & paſcatur inter illa.* Piè, & grauiter, & acutè omnia, quæ ex docto Interprete ſumpta transferre hic præter morem volui (nam Guilhelmi Commentarius mihi nondum viſus). Sed quamuis quod de cœli *Lilijs* hic dicitur, verum eſt, non puto ab Eccleſia eo reſpectum his verbis: tota illius cura hac comprehenditur vita, nec ad futuram in cœlo extenditur, cuius aliæ ſunt rationes, nec eadem iura. *Hortum* ergo, ſiuè agrum non duplicem arbitrabimur, quorum in vno *Colligat*, in alio *Paſcat Lilia*. Vnus *Hortus* Gentium Eccleſia eſt, de quo hic ſermo. Hic *Paſcit*, & *Paſcitur*: *Paſcit Inter Lilia* caſtarum cogitationum Oues, puritate ſua candidas, ſimplicitate ſua mites, exemplo ſuo innocuas. *Paſtor* eſt, cui à conceptu *Paſcendi* munus electum eſt, regendorum Hominum rudimentum aut exercitamentum potius. *Paſcitur inter lilia* ipſe, quia caſtitate, ac pudicitia caſtus ipſe, ac pudicus delectatur; nec carnalis immunditiæ ſordes, ac fœtentes ſpurcitias ferre poteſt. Nam *Lilia* loco hoc ad *pudicitiam*, ac *Virginitatem*, quæ propriæ ſunt Euangelij virtutes, pertinere, multorum; nec ſine ratione ſententia eſt, Ruperti, Angelomi, Honorij, Iuſti, Philonis.

Guilhelmus.

Lilia Angeli in cœlo, homines in terra.

Lilia caſtæ cogitationes, quibus delectatur Chriſtus.

Rupertus.
Angelomus.
Iuſtus.
Philo.
Rupertus.

Sed loco hoc cur facta ſub Symbolo *Liliorum* harum virtutum mentio ſit, quæri poteſt. Nam non ſatis eſt, ſi Chriſtum dixeris Pudicitia ac caſtitate delectari, quod ſemper eſt verum, niſi cauſam reddas, cur huius rei mentio hoc loco ſit facta. Facilis nodi ſolutio, ſi pergas hæc nobis cum de tranſlato ad Gentes Euangelio interpretari; quibus cum doctrinæ, ac Fidei lumine amor Pudicitiæ eſt illatus; vt ijdem illi, qui Virginitatem probro ducebant, & ſteriles infelicitate damnabant, poſt auditam Chriſti doctrinam, ac Fidem admiſſam, iam tantum non probro nuptias ducerent, impudicitiam autem haud auerſarentur ſecus omnem, quam mortem ipſam: Nullum autem ſæculum eius meſſis fuit fœcundius, quam primum illud: quod intelliges, ſi illorum temporum Sacram Hiſtoriam legeris accuratius. *Paſcitur inter* hæc *Lilia* Chriſtus, quia caſtis mentibus delectatur: eadem autem *Paſcit*; quia tacitis fauoribus, vel vt iugi irrigatione Virginum Sanctos cogitatus fouet, & caſta promouet deſideria. Hæc intelligas, ſi Iſaiam audias *Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & Filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit*, Iſai. 56. 3. 4. Quæ tametſi quidam aliter interpretantur, præſtat tamen cum veteribus pleriſque Auguſt. tom. 6. de Virgin. Cap. 22. & 24. qui & fusè, & doctè Iſaiæ locum expendit. Ambr. lib. de inſt. Virgin. cap. 6. & lib. Exort. ad Virgin. ſtatim à principio. Greg. lib. 3. Paſtor. cap. 29 Baſil. lib. de vera Virgin. poſt medium, Hierony. & Cyrillo comment. in Iſaiam cap. 56. de illis intelligere *Eunuchis*, *qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum* Matth. 19. 12. His illa pollicetur omnia; *locum in domo*, id eſt munera potiſſima in Eccleſia, quæ Dei domus eſt: & *nomen melius*: intellige gloriam, famamque, vt per hora mortalium currant, quod alias cantatum de illis eſt; O *quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate! immortalis eſt enim memoria illius; quoniam apud* Deum *nota eſt, & apud homines. Cum præſens eſt, imitantur illam: & deſiderant illam, cum ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat; incoinquinatorum certaminum præmium vincens.* Sap. 4. 1. 2. Sed multo magis *nomen* illud *melius à filijs, & filiabus* intelligemus, gratiam, & fauorem illis ſpecialiter præparatum, præſentemque quo promoueantur in bono, & non minus caput inter cæteros Iuſtos tollant, quam inter flores cæteros *Lilia* decorem oſtentant, illuſtrantq; Regium *Hortum*.

Cur hic de Pudicitia ſermo inductus.

Priora Chriſtianæ Eccleſiæ ſæcula pudicitia fidelium clara.

Iſai. 56. 3. 4.

Auguſtinus.
Ambroſius.
Gregorius.
Baſilius.
Hieronym.
Cyrillus.
Matth. 19. 12.

Eunuchorũ myſticorum gloriæ.

VERSVS III.

PVLCHRA ES AMICA MEA, SVAVIS ET DECORA SICVT IERVSALEM: TERRIBILIS, VT CASTRORVM ACIES ORDINATA.

COMMENTARIVS.

Laudatus Chriſtus ſingulas per animi dotes ab Eccleſia,ſe officio vinci non ſinit: rependit ergo vicem cum auctario. Et quidem laudes illius percenſuerat, ſupra cap. 4. Sed id diſcrimen eſt, quod illic Eccleſiæ ſub Synagoga encomia accumulat, hic autem eiuſdem ſub gratia: & quanquam vna eademque ſemper eſt, diuerſi ſunt ſtatus: immo & laudationis diuerſæ radices. Illic laudauit vt Sponſam nondum introductam in domum; hic vt maritam, cui, iam ductæ, omnis adminiſtratio domus, ac familiæ commiſſa eſt; vtpote vocatæ in omnium bonorum, honorumque communionem. Laudes ergo Eccleſiæ Chriſtianæ hic continentur, & per proximos verſus continuantur. Hoc verſu eius vniuerſim deſcribitur ſpecies, ex comparatione ad veterem Synagogam, cum maximè grata Deo exſiſteret: Sed vincere in fortitudine, & decore maſculo, atque aduerſus procaces terrore. Et vero qui eius Eccleſiæ, quæ primis tribus ſæculis ſub Apoſtolorum, & proximis vixit ætatibus, ſtatum conſideret; quam ſollicita in Dei cultu Chriſtique Euangelio propagando: quam fortis in perferendis ærumnis, atque hoſtium artibus eludendis, quoad nobili ſe victoria efferret, intelliget, quam hæc in potiſſimis eius laudibus merito numeretur. Iure ergo non modo *Suauitas* illa, eiuſque placiditas, qua ſibi Deum demerita fuerat, extollitur: Sed virtus etiam, qua perſecutoribus tam trucibus, tam potentibus,tam pertinacibus ſe oppoſuit. Ideo *Acici ordinatæ* aptiſſimè comparatur. Sed præſtat Chriſtum audire ipſum, hæc ſuis verbis copioſius perſequentem.

ENARRATIO.

Nunc, poſtquam Iudaica coacta duritie ad Gentium mitiorem hortum demigraſti, noua mihi viſa es effulgere ſpecie. Pulchra tunc quidem, cum ſub lege ſcripta pietate, & Dei cultu floreres: pulchrior nunc, cum noua Euangelij luce perfuſa, Gentibus ſuis hactenus tenebris errorum oppreſſis, religionis diem inueniſti. Nunc te verè Amicam probas, quæ amici commoda impenſè procuras. Sed mirum eſt, ad reliquas dotes animi, quibus ſpeciei totius decor conſiſtit, quantum ſuauitatis addideris; qua arte omnium tibi amorem concilias: Sic matrem decebat mox futuram eam virtutem induere, qua nulla magis, ad nutricandum myſticos filios, neceſſaria ſed non eneruis forma, ſed maſculo vigore valens: vt ſi quem facilitas, ac Suauitas allexerit, grauitas ipſa morum, & maieſtas contineat, ne deſpectui obnoxia ſit. Quanta enim modeſtia vultus? quam grata grauitas oculorum? quam non triſtes, & ingrata ſeueritas? quanta rituum ſanctitas? quanta morum honeſtas, verborumque & totius habitus corporis compoſitio? Mirum eſt, vnam eandemque ſpeciem ex pene contrarijs exſtitiſſe. Si quærere velim, quod hactenus feci, in agrario omni ſenſu ſimilitudinem, haud inueniam

facile.

Digitized by Google

facile. Regrediendum in vrbes erit, & quidem Regias Ieroſolymam vrbem, cum ſub bonis Regibus maximè floruit, mihi videre videor, non maieſtate minus. quem fortitudine claram; qua cum ſpectatoris animum mira voluptate perfunderet, venerationem augebat. Talis tu mihi viſa nunc maximè, cum dolis tentata hoſtium, & inimicitijs petita, & perſecutionibus lacerata, animo verè virili, qualis, quantaque ſis futura nobili documento probaſti. Scilicet ante prælium arma paras, & exceptura phalanges hoſtiles, inſtruis aciem, haud incerta victoria: Fide conſtans, ſpe ſecura, caritate vallata, virtutum cohortibus cincta, aut vincere, aut mori paratis; vtrumuis contigerit, triumphaturis.

NOTATIO VI.

SVM.COM.

PVLCHRA ES, AMICA MEA.

I.
Verba hæc Chriſti ſunt.
Laudantis Eccleſiam in vniuerſum.
Si quibuſdã credimus.
Seu eandem ſub Apoſtolis.
Nam qui de pia anima interpretãtur, alibi examinandi.
Sed eadem verba geminata ex cap. 4.
Aliam hic laudari Eccleſiã perſuadent.
Niſi neglecta artis Salomonem damnamus.

CHriſti hæc eſſe verba nemo ambigit interpretum, laudantis Eccleſiam; ſed, quam Eccleſiam laudat, vel ſecundum quem ſtatum, ea prima quæſtio eſt. Quidam enim ad Eccleſiam in vniuerſalem referunt, cuius hic encomia concinantur: certè Gregor. M. Hom. 3. in Ezech. Caſſiodorus, Beda, & quicumque generatim loquuutur, nullo determinato Eccleſiæ ſtatu, vel tempore deſignato. Theodoretus, Tres Patres, Pſellus, Angelomus, Honorius, Aponius, Alij quidam, quidam pauci de Synagoga interpretantur quo tempore conuerſa in nonnullis ad Chriſtum, Apoſtolorum ſe (in quibus Eccleſia Chriſtiana conſiſtebat) ad vitæ exemplum conformabat. Sic hoc loco Gregorius idem, quem vereor, rarum futurum, qui per ſolitarias ſemitas ſequatur. Plerique alij de pia anima cum Nyſſeno accipiunt, quorum loco alio ſenſum examinabimus. Sed profectò, cum ſupra cap 4. & quidem per otium laudes canantur Eccleſiæ, pleraque autem eiſdem verbis, quibus hoc capite cenſentur; ſtatim fit, aut fruſtra geminatam laudationem, aut non eandem eſſe Eccleſiam, quæ illo, & hoc loco laudatur. Nam quam potes cauſam confingere qua oſtendas, tam multa eiſdem verbis repetita, ſi nihil voluit aliud, quam ad vnam & eandem encomia referre? Non puto tam parcus verborum, tam imperitus artis erat Salomon, vt eadem ſæpius ingerere vellet, cum minimè neceſſarium eſſet; immo faſtidio res plena ſeu lectori, ſeu ſpectatori. Huius ego diuerſitatis, aut potiùs repetitionis cauſam libentius ab alijs audiſſem: Sed altum in pleriſque ſilentium, rara in paucis diuerſitatis, aut repetitionis indicia.

Gregorius M. Caſſiodorus. Beda.

Theodoretus. Tres PP. Pſellus. Angelomus. Honorius. Aponius.

Non eadem hic Eccleſia laudatur quo cap. 4.

Salomon minimè artis negligens.

II.
Athanaſij placet iudicium.
Hic agi de Eccleſia ex Gentibus.
Illic de eadem ſub ſynagoga.
Athanaſij verba habes.
Nobis id videtur aptius.
Eccleſiam hic laudari.
Poſtquam Euangelium ad gentes translatum.
Cũ ea velut ſtatum quẽdam habuit.
Erepta Iudæorum perſecutione.
Sub quo ſtatu ſupra ſeipſam euecta eſt.
Cũ ſub lege magis floreret.

Præſtat ergo Athanaſij hærere veſtigijs in Synopſi, qui hæc ad Eccleſiam ex Gentibus referre maluit, acri enim oculo vidit, congregatam ex Gentilibus Eccleſiam illi comparari, quæ olim ſub Synagoga floruit pietate, & Dei cultu, quæ ſcilicet *Ieroſolyma* nomine ex eius ſententia ſignificatur hoc loco. Eius verba omitti non poſſunt: *Verbum fide Gentium conſpecta, & probata, dicit: Pulchra es, amica mea ſicut probatio* (ſic legit cum Græcorum multis) *Decora ſicut Ieruſalem: ſtupor, vt caſtrorum acies ordinata. Oportet enim eos, qui ex Gentibus ſunt, non eſſe diſpares Ieroſolimæ, vt fiat vnus Populus: hoc autem fit, quando ſimul & legem honoramus, & in Chriſtum credimus. Eſt enim vnus Deus, & legis, & Euangeliorum: Et, qui Ieruſalem aſſimilatus non fuerit non efficitur Verbi amicus.* Nobis vero ſecundum eam viam, quam iniuimus, facile eſt conſtituere non aliam hic deſcribi Eccleſiam, quam illam, quæ illato iam in Gentes Euangelio, aut proximè inferendo, de ſaxis Gentilitatis, abiectis Iudæorum rupibus contumacibus, Domus myſticæ anguſtias laxare properabat. Nam hactenus quidem Eccleſiam ab Adamo ad Chriſtum deduximus, vſque ad migrationem Euangelij ad Gentes: quando illa ſtatum habuit quendam non florentiſſimum modo, ſi dona ſpiritalia, quibus aucta fuit, conſideres; ſed etiam ſæuis Iudæorum tempeſtatibus conflictata, vt pene mergenda videretur perſecutionis fluctibus: emerſit tamen victrix, triumphanſque mirante terra, plaudente cœlo. Quod ſi capite illo 4. encomio Eccleſiæ ſub lege contineri docuerimus, cum ſcilicet Religionis cultus, ac Pietatis amor ſub bonis Regibus maximè floruiſſe viſus eſt; decebat & chriſtianam Eccleſiam, cum maximè ſub Gentium vocatione floruit, etiam laudibus tolli, & ex comparatione cum priore illo ſtatu euehi in maius, cui ſcilicet multis ex cauſis eminebat. Et vero ſi ſingula conſideres, & aptè, vt potes, applices, intelliges, quam hæc probabiliter diſputemus.

Athanaſius.

Eccleſia ex Gentibus cum Iudaica comparata.

Eccleſia transferens Euangeliũ ad Gentes laudata.

Digitized by Google

III. *Sed cur hic de ea mentio facta? Abſente Chriſto probata. Animum nō deſponderat. Sed eum anxiè quæſierat. Et in Gentibus inuenerat. Id maximè placitum Chriſto, ideò eam laudat. Simul & arcana Dei conſilia commendantur in tāta rerum mutatione.*

Cur hic Eccleſia ſub eo ſtatu laudata.

Quæſtio hanc excipit alia. Cur hoc maxime loco Eccleſiæ ſub hoc ſtatu encomia cenſeantur? Duplex eius rei ratio eſt. Abſentia Chriſti probata Eccleſia, non ideo tamen deponderat animum; nec à prædicatione Euangelij linguam continuerat; & licet duritia, ac contumacia Iudæorum excluſa, perſtiterat in officio tamen; quem que in Iudæorum cordibus per fidem non inuenerat Sancti Spiritus inſtinctu, & Chriſti interiore, & arcano motu impellente, quæſierat in Gentibus, quarum in obſequio, & fide tandem poſita quærendi anxietate, repererat. Fundari ergo felicibus auſpicijs cœpta in Gentibus Eccleſia, breui in eam altitudinem ſuſtulit ſeſe, vt miraculo eſſet. Id momentum expectabat Chriſtus, vt oſtenderet, quam ſibi eius illa pulchritudo grata eſſet: quamque ſibi in eo nouali, recenti Apoſtolorum labore culto, exiguoque tempore ad meſſem maturo, complacitum eſſet. Hinc autem Chriſti ſenſum hæ laudes continent: maximè autem commendantur arcana Dei conſilia, quibus factum eſt, vt, quam repulerant dura Iudæorum pectora gratiam, blanda, ac mitia Gentium vltro ſuſciperent: reprobataque perfida Synagoga, Eccleſia ex Gentibus traduceretur in domum, Vxoris honore donanda, & in bonorum omnium communionem admittenda. Hæc vna ratio eſt.

Quam gratiam Iudæi noluerūt, Gentes vltro excepere.

IV. *Alia ratio, per aſpera Chriſtū quæſierat. Seque abſentia probātem laudaret tamen. Id additum formæ decus. Decebatque paria rependi à Chriſto. Quo nemo melius iudicare de ſpecie poterat.*

Eccleſia à Iudæis vexata nō ideò quærere Chriſtū ceſſat.

Alia alio ex capite petenda eſt. Eccleſiam Chriſtus ſub Iudæorum Principibus exerceri duris permiſerat; immo quod longe grauius illi fuerat, infelici Euangelij ſucceſſu; nec ideo tamen impeditam, quin Chriſto hæreret, ac per multos labores quæreret, quem ſentiebat abeſſe: quin tunc maximè Caritatæ illius accenſam, eius animæ pulchritudinem encomijs ſuſtuliſſe. Quod quidem, quemadmodum illius formæ nouam, nec vulgarem pulchritudinem addiderat, ita in Chriſti pectore nouam amoris flammam accenderat. Exigebat Amantis officium, ne ſe vinci ab ea fineret, ſed paria rependeret ſaltem. Eam ergo ſpeciem Eccleſiæ, quam aſpectu, iudicioque probauerat, ore dilaudat. Nam multum certè pertinebat ad eam Eccleſiæ commendandam ſpeciem, ſi ab eo verbis efferretur, quo nemo melius eam noſſe, nemo gratius, & verius poterat approbare. Hæc ad nexum horum cum proximis ferme ſpectant, cæteris hæreamus.

V. *Eam autem laudat à quatuor dotibus. Primum à Pulchritudine generatim. Quod poſtmodum ſingillatim enequitur.*

Laudatio Eccleſię à forma, ſuauitate, maieſtate, virtute.

Paucis verbis quatuor mihi in Eccleſia ſua commendare videtur Chriſtus, *Pulchritudinem, Suauitatem, Maieſtatem, robuſtamque Modeſtiam*. Pulchritudinem apta membrorum ſingulorum forma, ex legibus Symmetriæ; & iuſta conformitas, ac conſociatio conſtituit. Siquidem decens color, & elegantia non deſit ſingularum partium. Id ad arcanam ſententiam translatum Eccleſiæ complet *Pulchritudinem*, quæ placuit Sponſo, illiuſque laudes eſt merita. De cæteris ſingillatim proximis verbis agitur, quæ pertinent ad hanc partem: nec loco hoc aliud Chriſtus agit, quam vt eam ſpeciem in communi prædicet, quam per ſingulas partes poſtea perſequitur.

NOTATIO VII.

SVAVIS, ET DECORA, SICVT IERVSALEM.

I. *Thirſah quid ſit Hebræis. Quam vocem varij varie interpretati. Sed omnia in idē recidunt. Vt indicatum à Theodoreto. Cuius verba habes. Et ex illo rerum ſenſum. Hanc latinus ſuauitatem appellauit.*

Thirſah, εὐδοκία quid latinis. Ambroſius. Pſellus. Nyſſenus. Quinta Edit. Theodoret. Tres PP. Philo. Theodoretus.

PRO Suauis in Originibus Legi, *Chethirſah*, loco alio monuimus: nec nomen eſſe proprium Vrbis, ſed appellatiuum, quo ſignificetur id, quo quis alteri placet, ſeu gratus eſt. εὐδοκίαν, 72. reddidere, quam quidam *Beneplacitum* cum Ambroſio; Alij *bonam voluntatem*, vt Pſillus; Alij *Beneuolentiam*, vt Nyſſenus; Alij demum *complacentiam* interpretati ſunt: Quinta Editio aliquanto obſcurius, εὐδοκία. *Donec approbo* Vide nata Theodoreti, aliorumq; lectio: *Pulchra es. Propinqua mea ſicut Probatio*; quod ſequuti etiam ſunt Tres Patres: Philo autem Carpathius vtrumque coniunxit: *vt probata voluntas*. Omnia eodem videntur referri: id enim quod *placitum* eſt, *probari* etiam ſolet. Acri oculo id Theodoretus vidit. *Quemadmodum ipſa in ſuperioribus Sponſum Deſiderium nominauit, ex affectione ſua, qua illius ardebat deſiderio, ei nomen imponens; ſic & iam ipſe Probans, & volens eam ſibi Sponſam adiungere, Probationem ipſam vocat*. A Pulchritudine enim *complacentia* eſt, à *complacentia approbatio*: aut certè ab *approbatione iudicij voluntatis complacentia*. Hanc latinus interpres *ſuauitatem* appellauit, & adiectiuè interpretatus eſt. *Pulchra es, amica mea, Suauis & Decora*. Ipſa es mera *Suauitas*, ac *Complacentia*, qua cogis ad *Beneuolendum* inſpectantes. Vide quæ diximus ad hunc locum Dramat. Commentario.

A pulchritudine eſt approbatio, ab approbatione complacentia.

II. *Sed quid ea ſuauitas eſt.*

Aponius. Honorius.

Sed arcana ſententia quid ea *Suauitas* ſit, generatim dixere multi, ſingillatim pauci examinauere. Aponius ad cordium munditiam, neſcio quam aptè, retulit: melius Honorius ad prædicationem, ſic enim ea illius verba interpretatur. *Suauis voce,*

quia

Digitized by Google

Quidnam ad prædicationem retuliſſe. *Sed aptius ea dona.* *Quibus Eccleſia inſinuabat ſe Gentium cordibus.* *Cuius artis peritiſſimus Paulus.* *Omnibus omnia factus, vt ſaluos faceret.* *Sic Nutrix blanditur infanti.* *Et medicus ſalubres ſuccos melle miſcet.* *Vt ægrotos ſanet.* *Iterum de ſe Paulus.* *Et affectu ſuo erga gentes.* *Blanditur infantibus, vt tenera mater.* *Quod ab Oecumenio eo tempore obſeruatum.* *Tametſi minus amaretur ipſe* *Impenſe tamen amauit illos.* *Sic noſtri verè Apoſtolici viri.* *Miris modis infideles ad fidem ſolent allicere.* *Et allectos retinere.*

Suauis dicta Eccleſia ob artes ad inſinuandum ſe Gentilibus. Pauli artes ad lucrandos omnes. 1. Cor. 9. 19. Nutrix ſe ſe fingens ad mores infantis, ne offenſus vbera auerſetur. 2. Cor. 12. 14. Oecumenius. Societatis Viri Apoſtolici, quibus artibus infideles alliciant, & retineant.

quia alios ad quærendum me tuis colloquutionibus excitas. Aptius eas omnes intelligemus Virtutes, ſeu artes, ſeu dotes, quibus in ſuis Apoſtolis Eccleſia animis ſeſe Gentium inſinuabat, vt ad Chriſtum adiungeret. Eſt, quod dicebat Paulus: *Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerē: & factus ſum Iudæis tanquã Iudæus: vt Iudæos lucrarer: Iis, qui ſub lege ſunt, tanquam ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem: iis, qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem (cum ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſē Chriſti) vt lucrifacerem eos, qui ſine lege erant. Factus ſum infirmus infirmis, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* 1. Cor. 9. 19. 20. 21. 22. Nutricem cogita, ſe ſe ad mores, geniumque fingentem infantis; & mutantis ſæpè habitum, ſæpè faciem, vocemq; temperantem, & blanditijs delinientem, & quodammodo repuerascentem; ne illius conſpectum horreat, & vbera auerſetur. Quibus ea omnia comprehenduntur ſeu officia, ſeu artes, quibus ad imbuendas Chriſti doctrina Gentes, vſi Apoſtoli ſunt, & per illos Eccleſia, fingens, ac refingens ſe, & ſæpè ſalutares doctrinæ ſuccos melle commiſcens, vt laudabili dolo captos, ad ſanitatem ægrotos reuocaret. Rurſus tibi audiendus Paulus eſt, hanc *Suauitatem*, ſeu *Placentiam* in ſe commendans. 2. Cor. 12. 14. 15. *Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos; & non ero grauis vobis. Non enim quærō, quæ veſtra ſunt, ſed vos. Neque enim debent filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs. Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuper impendar pro animabus veſtris; licèt plus diligens vos, minus diligar.* En quomodo blanditur tenellis adhuc, & lactentibus filiolis: qua arte ſtudium impendit omne, ne grauis ſit illis, quos Chriſto ſemel peperit. Obſeruatum id ab Oecumenio. *Potuit*, inquit, *à fidelibus victum quærere, idque authoritate Chriſti, qui dixit: Dignum eſſe operarium mercede ſua. At ſponte recuſauit, & maluit inopiâ premi; neque propter eã finem vllum fecit docendi, & promulgandi Euangelium. Quin etiam paratus erat, ſi res poſtularet, etiã largiri, & quidem copioſè, atque affluenter: neque pecunias ſolum, ſed ſe ipſum: &, quod maius eſt, hæc omnia ijs præſtabat, à quibus non magnopere diligebatur; quos tamen ipſe incredibili complectebatur beneuolentia.* Sic hodieque Viri Societatis noſtræ verè Apoſtolici faciunt apud eas nationes, quibus ad Euangelium adducendis occupantur, in barbaris vtriuſque Indiæ Regionibus, id ſollicitè curantes, ne graues illis ſint; ſed contrà ad eorum ſe fingant commoda; ne illorum potius diuitias quæſiuiſſe, quam animas videantur: neque vllum offendiculum Euangelio adijciatur. Quin & Philoſophicis facultatibus, immò & Mechanicis ingenium, & manus accommodant; vt poſtquam per hæc in illorum animos inſinuauerint ſe, & *Suauitate* conuictus, & morum, artiumque placiditate delinierint, vtiliora Chriſtianæ Fidei, ac Pietatis præcepta inſtillent. Haſce ob cauſas dictam *Suauem* Eccleſiam cum illuminandis Gentibus Euangelij radijs incumbebat, dictam putamus.

NOTATIO VIII.

DECORA SICVT IERVSALEM.

Tres hic quæſtiones. *Nec faciles explicatu.* *Auah, concupiſcere.* *Sed cõcupiſci pulchra ſolent.* *Ideò Latinus decoram reddidit.* *Ieroſolymam verò amabilem multa faciebant.* *Ideò illi comparatur Eccleſia.* *Magna artificia alliciendi ad ſe Gentes.* *Et allectas retinendi.*

Auah, Hebræis concupiſcere. Eccleſia ſuauitas in tota agẽdi ratione. Ideò amabilis. Eccleſiæ artes ad alliciendos, & retinendos infideles.

DE duobus vocabulis plures duabus ſunt quæſtiones: Nam *Decora* quo ſenſu dicatur Eccleſia non facilè eſt arbitrari: ex qua naſcitur alia quæſtio, Quid illud ſit, quo *Ieroſolymæ* Vrbi comparatur. Tertia quæſtio, cum *Ieroſolymæ* ſimilis dicitur, quid eo nomine ſignificetur, terrena ne Ciuitas, an cœleſtis? An contra ipſa potius ſynagoga, cũ eximio in Dei cultu eo euecta dignitatis eſt, vt Dei ipſius laudes mereretur, quemadmodum ſupra monuimus. Singula definiẽda ſunt, vt verũ huius commatis ſenſum eliciamus. Originale vocabulum, *Nauah*, quoſdam deducere à radice, *Auah*, *deſiderare*, *concupiſcere*, monitum ſuo loco eſt, concupiſci autem, quæcumq; sũt ſuo genere pulchra, ſolent; ideoque ab vno, ad aliud facilem eſſe tranſitum. Ideo loco hoc Vulgatum reddidiſſe *Decoram*, pro *amabili*, & vtrumque coniunxiſſe: *Suauis*, & *Decora Sicut Ieruſalem*; quòd multa eſſent, quæ Vrbem illam & oculis gratam, & animis deſiderabilem facerent. Id ſi ſequare, veliſque ad Eccleſiam applicare, ſenſus erit: eam & *Suauitate*, & *agendi ratione* omnium ſibi conciliare amorem; & quemadmodum Vrbs illa Dauidici Regni caput vndequaque ad ſe ſe homines aduocabat, atque infinitis, quas præſtabat, commoditatibus ſiue ad habitandum inuitabat; vt nullus eſſet, qui, ſi ſemel appuliſſet in illam, niſi inuitus, regrederetur in patriam. Ita Sanctam Eccleſiam & ad ſe Gentes inuitare, & retinere; vt, ſemel qui guſtaſſent Fidei, Pietatiſque doctrinam ab ea traditam, capiſſentque inter illius ciues cenſeri, iam priorum errorum minimè recordarentur; nec omnino inducerentur, vt relictis Fidei Chriſtianæ commoditatibus, ad ea ipſa, quæ reliquerant, regrederentur. Vt in eo

quòd

Ideo ſuauis, & decora dicta.

Quod verò doni magnum.

Magna illorum fœlicitas, qui ita allecti retinebantur.

Si tamen reuerterentur ad vomitum.

Difficillima reſipiſcentia erat.

quòd *Suauis* dicitur, intelligantur eæ artes omnes prorſus diuinæ, quibus ad ſe ſe hominũ animos aduocabat; in eo autẽ, quòd appellatur *Decora*, eæ omnes, quibus aduocatos retinebat. Id erat doctrinæ pabulum, vt, qui illud ſemel guſtaſſet, iam cibos alios omnes faſtidiret; & præ dulcedine, atq; vtilitate Chriſtianæ doctrinæ, quidquid erat aliud, contemneret. Magnum hoc erat donũ, quo nõ minus Eccleſiæ illius amabilis ille conuictus, quo ad ſeſe allectos retinebar, commendatur, quã eorũ felicitas, quibus ità retentis propemodum facultas demebatur, ad priſtinos errores, ac ſcelera reuertendi. Si quis tam perditè malus eſſet, qui, vitæ puritate abdicata, *Ieroſolymam* matrem deſereret, huic occluſa quodammodo videbatur via eſſe ad reditum, quia & difficillimum erat. In quem fortaſſe ſenſum Paulus Hebr. 6. 4. dixit: *Impoſſibile enim eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam cœleſte donum, & participes facti ſunt Spiritus Sancti; guſtauerunt nihilo minus bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam; rurſus crucifigentes ſibi metipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.*

Ad vomitum redeuntes difficillimè reſipiſcunt.

Hebr. 6. 4.

II.

At in vrbe Ieroſolyma.

Multæ maieſtatis cauſæ.

Vndè veneratio, & reuerentia.

Ea iuncta ſuauitati.

Matronalem ſpeciem complet.

Ideo Decora dicta Eccleſia ſicut Ieruſalem.

Quia ſuauitati maieſtatem adiunxerat.

Sic enim agebat, vt ſe meminiſſet Sponſam Chriſti.

Et maieſtatè omnes ad reuerentiã cogeret.

Id enim decorum eſt, quod quem qui decet.

Secundum proprium ſtatum.

Quod maximè neceſſarium verbi miniſtris.

Exſtant autem de eo Apoſtolorũ exempla.

Et monita egregia Pauli.

Ad Titum, & Timotheum.

Maximè enim mitendum miniſtro verbi.

Ne contemnatur à quoque.

Sed in vrbe *Ieroſolyma* tametſi multa erant, quæ magnitudine ſua illius & famam augerent, & nomen exteris nationibus commendarent, conſurgens tamen ex ſingulis communis *maieſtas* talis erat, vt nihil ſimile Sol in orbe ſpectaret. Itaque ſiue profana, ſiue ſacra; ſiue politica, ſiue œconomica; ſiue publica, ſiue priuata conſideres, talia erant omnia, vt ſimul & admirationem à granditate, & venerationem à *maieſtate* conciliarent. Et vero in ſpeciei matronalis negotio, tametſi *placiditas*, & *hilaritas*, & gratum illud, quo ſe hominum animis inſinuat, maximè ad *Suauitatem* pertinet, niſi maieſtate condiatur, ſæpè neglectui eſt: vbi autem *maieſtas* facilitati, atque *Suauitati* coniuncta eſt, quantum altera trahit tantundem altera arcet: nec audet mortalium licentia quidquam de ea ſpecie libare, quam *hilaritas* condit, prohibente reuerentia, qua *maieſtatem* cogitur venerari. Hanc egò ob cauſam ſanctam Eccleſiam *Decoram* dici *Sicut Ieruſalem*, arbitror: ne quis arbitraretur, quam quam de *Suauitate* dixiſſet, eam neglectui proximam eſſe, cum *maieſtati* eſſet coniuncta, quæ illam, neſe demitteret nimium, continebat. Hæc ergo alia commendatio illius Eccleſiæ eſt, nec quidem omittenda: ſuæ enim ipſius retinens dignitatis, ſic per Apoſtolos agebat, vt ſemper meminiſſet, ſeſe Chriſti *Sponſam* eſſe, cuius in ſumma facilitate, ac ſuauitate agẽdi tanta grauitas, ac maieſtas eſſet & in verbis, & in inceſſu, & agendi omni ratione; vt nutu ſæpè, & habitu ſolo cogeret ad reuerentiam inſpectantes. Id nempè ad *Decorum* pertinet. quod nihil eſt aliud definiente Cicerone, quam id, *quod ita naturæ conſentaneum ſit, vt in eo moderatio, & temperantia appareat, cum ſpecie quadam liberali.* Et vero ſi ad perſonas aptes, id *Decorum* eſſe dices, quod dignitatem eius perſonæ, quam ſuſtines, omnino deceat; & quadam parilitate (ſi eo vti vocabulo liceat) omnino aptetur, atque conueniat. Huius *Maieſtatis* multa in Paulo, quædam in Petro, alijſque Apoſtolorum habes exempla: ſemper enim exiſtimata res eſt maximè neceſſaria ad ordinem diſciplinæ: vt nihil in moribus triuiale eſſet, nihil in conuictu ſordidum, nihil il ſermone abiectum, aut in Doctrina vile: vt omni ex parte agendi, docendique ratio cum miniſterio Euangelij tanto conueniret. Audiendus Paulus eſt Titum hiſce præceptis imbuens. *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum.* Hæc ad vitæ, morumque integritatem pertinent: quæ & ipſa quanti momenti ſit, nemo non videt. Ad facilitatem, ac ſuauitatem proxima: *Sed hoſpitalem, benignum; ſobrium.* Reliqua ad grauitatem, maieſtatemque, qua reuerentiam ſibi conciliet eorum, cum quibus agendum eſt. *Iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem Sermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana: & eos, qui contradicunt, arguere.* Tit. 1. 7. 8. 9. Et cap. 2. 12. *Hæc*, inquit; *loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio; nemo te contemnat.* Et ad Timotheum: *Præcipe hæc, & doce: nemo adoleſcentiam tuam contemnat: ſed exemplum eſto fidelium in Verbo, in conuerſatione, in caritate, in fide, in caſtitate* 1. Tim. 4. 12.

Ieroſolymæ vrbis amabilitas, & maieſtas.

Matronalis ſpecies ex ſuauitate, & maieſtate temperata.

Maieſtas Eccleſiæ Gẽtes ad reuerentiã coges.

Cicero 1. Offic.
Decorum quid ſit.

Tit. 1 7. 8. 9.
Pauli monita de hac maieſtate Verbi miniſtris neceſſaria.

Tit. 2. 12.

1. Tim. 4. 12.

III.

In ea ergo maieſtate Ieroſolymæ ſimilis Eccleſia.

Non in pacis amore.

Quanquam id placuit multis.

Nec in frequentia populorum.

Nam hic de intrinſecis bonis non de externis ſermo eſt.

Hinc ſecunda quæſtio ſoluta eſt: comparatur enim vrbi *Ieroſolymæ* Eccleſia in ea *Decori* cura, vndè exſiſtebat *maieſtas* illa, cui reuerentia mortalium comes erat. Nam quod nonnulli volunt, qui, vt *Ieroſolymam* audierunt, Vrbem ſcilicet pacificam, *pacem* cogitauere, vt in ea prærogatiua ſimilis illi dicatur, non admodum probandum eſt: cum eam non *pacificam*, *vt Ieroſolymam*, ſed *Decoram*, dicat. Et tamen illud video placuiſſe multis, & grauibus de veteribus, ne mirum ſit, ſi nec de Recentioribus defuere, qui præeuntium veſtigia ſectarentur. Gregorij M. ſunt pie & vtiliter in hunc ſenſum obſeruata, vndè totidem verbis deſumpſit Angelomus. Alij ad Vrbis frequentiam reſpectum eſſe volunt, maximus enim decor vrbium, Ciuium multitudo eſt. De Eccleſia autem dictum: *Leua in circuitu oculos tuos, & vide: Omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi, viuo ego. Dicit Dominus, quia omnibus his, velut ornamento veſtieris: & circundabis tibi*

Gregor. M.
Caſſiodor.
Beda.
Aponius.
Angelomus.

Iſai 49. 18.

bis tibi

Digitized by Google

bis tibi eos quaſi ſponſa. Iſai, 49. 18. Quæ quidem verè dicuntur: ſed huic, vt exiſtimamus, loco non aptè, quo de intrinſecis Eccleſiæ bonis, non de externis ſermonem eſſe, quæ ſequuntur omnia perſuadent.

IV.

Nec comparatio initur cum Eccleſia qua eſt in cœlis.
Licet terrena eius ſimilitudinem affectet.
Sed ſēper in acie eſt.
Et pacem magis quærit quam habet.
Ideo dum prælijs inſtat.
Non bene cum pacifica comparatur.
Neque etiam in pulchritudine, hoc quidem loco.

Theodoret. Greg. M. Angelomus. Anſelmus. Nyſſenus. An Eccleſia hic comparetur cũ cœleſti.

Eccleſia in terris pacẽ potius amat, quam potitur.

Tertia quæſtio: *Ieroſolymæ* appellatio quid hic notet? Quidam *Eccleſiam, quæ in cœlis eſt*, accipiunt, cui ſcilicet, quæ adhuc in terris eſt comparetur, Soror gemella Sorori, minor maiori. Et vero omne Eccleſiæ, dum *peregrinatur à Domino*, ſtudium eo collimat, vt quam ſimillima cœleſti ſit. Verſatur ſcilicet in puluere, & acie; & ſuo hoſtiumque tincta ſanguine, prælia vel meditatur, vel conficit; per aſpera & dura bellorum eo currens, vt pace fruatur. Sed hæc vota ardentia quidem ſunt, ſed nunquam futura plena, quoad victricia ſigna cœlo intulerit, & ouans inuecta cum Sorore deſideratos iungat amplexus; & tam arcto ſibi nexu ſociet, vt iam non duæ ſint, ſed de duabus vna. Pacem ergo magis molitur, quam habet; nec ante ea felicitate fruitura, quam bella ceſſarint, & *Regnum* per eam *tradiderit* Chriſtus *Deo, & Patri*. Hæc diuerſitas facit, vt loco hoc non arbitremur, propter eam pacem *cœleſti Ieroſolymæ* Eccleſiam ſub ea tempora comparari, quibus acriores illam pugnæ manebant, ab hoſtibus, & multis, & infenſis; quique id vnum agebant, vt eam delerent. Quod ſi non eo reſpectum, ſed ad *cœleſtis Eccleſiæ pulchritudinem* arbitreris, cui ſimilis dicatur Eccleſia, ne id quidem neceſſarium eſt: cum ſatius ſit, ex aſpectabilibus rebus, quod alijs locis factum eſt, comparationes aduocari, ſiquidem in illis proportionem inueneris.

V.

Malim comparari veteri ſynagogæ.
Sub bonis Principibus, Sancta.
Nam ſub eadem verborum forma hic laudatur.
Et eadem Eccleſia eſt.
Tunc iuuenis, & ſponſa, nūc adulta, & vxor.

Eccleſia ſynagogæ comparata cum maximè in Dei floruit cultu, ſed cum auctario.

Quod ſi omnino velis *Ieroſolymæ* ſub ſchemate aliud quiddam latere arcanius, malim Eccleſiam intelligi ſecundum eum ſtatum, quem habuit melioribus temporibus ſub bonis Regibus: vt cum illa quidem comparetur, ſed ſimul etiam excellere demonſtretur, quantum vmbræ veritas præſtat; & imagini res per illam ſignificata. Id probabile vt arbitremur facit, immo & cogit, ipſa terminorum forma, quæ in laudanda Eccleſia hoc cap. obſeruatur, cum pleraque eiſdem prorſus verbis de illa prædicentur, quibus capite illo 4. laudes Eccleſiæ ſub Synagoga comprehenſæ ſunt: Sed cum auctario, vt ſuis infra locis obſeruamus. Eadem ſcilicet Eccleſia eſt, ſed ſub ſtatu non eodem, eoque à ſe ipſa diuerſa, quo matrona iam marita, moribuſque grauis, & annis matura, à ſe ipſa nobili, & iuniore, & ſolum Sponſa, & moribus magis iuuentam, quam maturam ætatem decentibus, diuerſa eſt. Hanc autem ſimilitudinis rationem cum eo decoris exceſſu multis locis Paulus indicat, maximè tota fere Epiſtola ad Hebræos, quem tute videre potes, ne longius extra ſuum ſtadium orationis ordo vagetur.

NOTATIO IX.

TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA.

I.

Hæc ex communi ſenſu ad fortitudinem pertinent.
Sed id ad ſponſū minimè referendum.
Fortitudinem autem caritas præſtat.
Et fidelium inter ſe vnitas, ex ſenſu Gregor.
Aut ordo inter ſeſe, vt Caſſiodoro placuit.
Aut ad virtutū inſtructam aciē, vt Beda.
Sed referenda ad hoſtes quoſcumq;

Eccleſiæ fortitudo.

Gregor. M. Caritas, & vnitas fideliū, acies ordinata. Caſſiodor. Beda.

Hoſtes Eccleſiæ Dæmones, vitia, Hæretici, tyranni.

IN hoc cēnſu communium laudum poſtrema hæc eſt, quæ ideo ex communi ferme ſententia ad *fortitudinem* maſculam pertinet, qua hoſtibus ſuis Eccleſia ſeſe formidabilem præbuit. Nam tametſi eſt, qui velit, hunc *Terrorem* referendum ad Sponſum eſſe, vt dicatur ei eſſe *Terribilis* tamen ſuo loco monuimus, id minus eſſe probandum. Iungit ergo cum eximia *Pulchritudine*, *Placiditatem*, cum hac *Maieſtatem*, ne deſpectui facilitas eſſet: demum cæteris maſculam hanc *Fortitudinem* roburque adijcit, vt & hoſtibus formidandam eſſe oſtendat. Hunc autem effectum Gregorius M. tribuit vnitati Fidelium per caritatem nulla diſcordia a ſe inuicem diſiunctorum. *Eo enim*, inquit, *Electorum multitudinem maligni ſpiritus pertimeſcunt, quod eos per caritatis concordiam munitos contra ſe, & conglobatos aſpiciunt*. Caſſiodorus paulo aliter; *Quia vnuſquiſque Fidelis ordinem ſuum, ideſt, vocationem ſuam cuſtodit. Vel quia imperium ſuum, & poteſtatem proferre non ceſſat* (Eccleſia) *vſque ad extremos orbis limites*. Beda contrà. *Quia vniuerſam virtutum aciem in ſe habet inſtructam*. Nec de hoſtibus, quibus dicatur eſſe *terribilis*, magis inter interpretes conſtat. Alij *Dæmones* accipiunt; alij *vitia*; alij *hæreticos*; alij *Tyrannos*; Quidam & fortaſſe probabilius, hos omnes, agminatim impugnantes Eccleſiam interpretantur.

II.

Accingebat ſe Eccleſia ad grande facinus.
Inſulãrum Gētium vocationē.

Eccleſiæ ſtatus cum aciē comparata eſt ordinatæ.

Sed videamus quo ſtatu deſcribatur Eccleſia, forſitan ſtatim intelliget lector & cur *Terribilis* dicatur, & cur *Caſtrorum Acies Ordinata* comparetur. Accingebat ſcilicet Eccleſia ſeſe ad facinus poſt hominum memoriam nobiliſſimum, ſed & maximè arduum, ac difficile; cum non iam ageret de adducenda ad Chriſti obſequium vna, vt antea, Iudæorum natione; Sed prope modum infinitas, & moribus tru-

Digitized by Google

truces, & vitijs fœdas, & ſceleribus contaminatas; & ſuperſtitionum vanitate dementatas, vnà aggredi cogitaret, quas ſpiritali bello peteret, donec nobili victas prælio Chriſto captiuas ſiſteret. Et quidem ſi cogites tenebrarum Tyrannum, &, vt Chriſtus appellat, *armatum fortem*, orbi incumbentem, ac grauiſſima tyrannide omnia occupantem, miraque calliditate proſpicientem, idque vnum agentem per ſe, perque commiſſarios ſuos, vt occupatam ſemel per fraudem tyrannidem, per vim retineret: videbis, quam verè Eccleſia, quæ Dæmonis excindendo imperio & conſilia admonebat, & arma parabat, *Acies Caſtrorum Ordinata* ſimilis eſſe dicatur. Et quidem in ea, quæ tantum facinus moliebatur, & mira ars ad gubernanda conſilia neceſſaria erat; ne quid per imprudentiam peccaretur; & grandis Prouidentia, ad hoſtium artes præcauendas, eludendaſque, ac deſtruendas; & virtus ingens, & par audacia ad irrumpendum in hoſtiles confertas acies; & intrepida, minimiq; ſtolida fortitudo, ad excipiendos hoſtiles incurſus; ac demum poſtquam præliatum eſſet feliciter, mira celeritas ad vtendum victoria, hoſtemque delendum: ne victus ſemel, victoris vſus imprudenti ſecuritate, de integro, viribus, ſemel fuſis, inſtauratis, bellum poſſet reparare. Hæc nos omnia vnica hac ſimilitudine comprehenſa feciſſe arbitramur. Nam quòd non ſimpliciter *Acies*, ſed *Caſtrorum*, dicitur, & quidem ordinata, propter vtrumque dicitur; vt intelligatur ſuis munitionibus & vallo tuta, & foſſa munita; caſtelliſq; ſuis locis ex militari diſciplina excitatis circumuallata ne facile hoſtium pateret inſidijs; neuè imparatã, quis poſſet irrumpere. Et præterea ordo ipſe militum ſuis cohortibus diſtinctorum, & ad vnũ Ducis imperium paratorum obſequi, ad alteram pertinet facinoris partem, qua ſeſe ad quærendum hoſtem, ſuiſque ſe munimentis continentem, prouocandum comparabat. Et hæc generatim de vi comparationis ſunt dicta.

In quo habitura erat hoſtem Dæmonem.

Callidum, infeſtum, expertum.

Tunc ergo ſimilis aciei ordinatæ.

Nam, & mira ars neceſſaria.

Et virtus ingens, nec impar audacia.

Ad hoſtem delendum.

Omnia vna ſimilitudine comprehenſa.

Quæcumque ad reſiſtendum.

Siuè ad aggrediendum neceſſaria.

Eccleſiæ dotes neceſſariæ ad Gentilitatis vocationem.

III.

Sed preſſius hæc vrgenda ſunt, & ad arcanam ſententiam accommodanda. Nam eodem tempore eadem illa Eccleſia hoſtium in ſe confertas vires videbat eſſe paratas, id eorum moliente contumacia, vt vno, ſi poſſent, eam prælio delerent. Huc pertinent immiſſi à Dæmone Tyranni, impietate, ac crudelitate armati, &, quod maximè faciebat ad rem, potentia, atque authoritate. Itaque vno tempore & Dæmonum, & hominum impetus excipiendus erat: & durandum aduerſus tam multorum, tam valentium, tam crudelium, tam potentium coniunctas vires, arteſque. Id eſt quod dicebat Chriſtus, cum Diſcipulos in futura armaret diſcrimina: *Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum.* Matth. 10. 16. Mirum eſt, mitti Diſcipulos, & a Chriſto mitti, & velut Oues mitti, & in media luporum agmina mitti. *Noua bella elegit Dominus*: noua hæc præliorum facies eſt. Oues obijciuntur lupis, paucæ multis, nec dentibus armatæ, nec vnguibus truces, nec cornibus ſaltem minaces, aduerſus armatos, non feritate ſua minus, quam rictibus truces. Pro omni panoplia Prudentiam, ſimplicitatem, ſilentium, benignitatem miniſtrat. His artibus ſuas conſtare victorias docet; omneque prælium tolerantia finiendum. Vbi primum potentia; ac corporis viribus, vnguibus, aut ferro agitur res, coniunctique animis lupi irruunt in Oues, ſola patientia, & ſilentio armatur Eccleſia, ſimplicitate protegitur. Scit in morte vitam eſſe, nec aliter Ouibus conſtare victoriam, quam ſi inter luporum rictus, & vngues leonum vitam poſuerint: fuſoque ſanguine velut trabea triumphali inſignes victimæque voluntariæ ſuis vittis, ac mitellis ornatæ, ad aras Chriſti ceciderint. Qui exemplo ſuo docuit, quid ſuos facere oporteret. Agnus Ouibus Dux datus, pacificum agmen præit, oſtentatoque iugulo qua ferrum ad cædem breuiorem viam habeat, docet S. D. E. *Tanquam Ouis ad occiſionem ductus eſt; & quaſi Agnus coram tondente ſe obmuteſcet; & non aperiet os ſuum*. Iſai. 53. 7. Vim vi repellere hominum eſt, ac ferro ferrum opponere; ac per medias hoſtium ſtrages, & vulnera, & cædes ad victoriam ire: & tunc demum victorem Ducem victor ipſe miles proclamat, cum ſuo alienoque ſanguine madentem, ſuperque interfectorum aceruos incedentem horridus ſpectator vel miratur, vel ſtupet. Miſera ea victoria eſt, quæ non niſi aliena ſtrage conſtat; & tunc demum palmatam induta togam in Capitolium inuehitur, cum orbem hominibus vacuauerit, ac ſola in deſſolatis prouincijs velut in deſertis locis regnauerit. Alias Eccleſiæ ſuæ leges Chriſti fixit; alio iure ſua ipſe prælia, & victorias gubernauit: *Agnum* ſciebat ſe, nec aliter *dominaturum* eſſe *terris*, niſi pro hominibus mortem oppeteret; & furentibus frementibuſque lupis ſilentium, patientiamque obijceret. Ergo eæ Eccleſiæ acies haud ſtipantur aliter, aut ordinantur, quam ea diſciplinæ ratione, quæ non gladijs, aut pilis, non haſtis, aut miſſilibus milites ſuos armat; ſed patientia, ac imbelli tolerantia. Spectat ergo immoto Eccleſiæ *Acies* hoſtilem omnem incurſum, & ſimul expectat nun-

Nam vno tempore ſe dæmon opponebat.

Concitatis tyrannis impijs, crudelibus, & potentibus.

Contra quos ſtaret Eccleſia.

Velut ouis inter lupos.

(Sic enim monebat Chriſtus)

Sola armata patientia.

Manſuetudine, et ſilentio.

Vt quæ ſciret in morte vitam eſſe.

Tuncque verè ſe triumphaturam.

Cum caderet hoſtia Chriſto.

Nam & ille Agnus erat.

Non ſicut ſæculi Duces triumphaturus.

Aut aliter dominaturus Gentibus.

Niſi pro eiſdem mortem obiret.

Patientia ergo armatur Eccleſiæ acies.

Sic excipit hoſtium incurſum.

Eccleſiæ hoſtes dæmones tyrannis adiunctis.

Matth. 10. 16. Apoſtoli oues in medio luporum.

Chriſtiana prælia tolerantia finienda.

Iſa. 53. 7. Chriſti exemplum in conficiendis prælijs.

Arma Eccleſiæ patientia, & tolerantia.

Digitized by Google

Vitam in morte triumphumq; inueniens.

nunquam de victoria ſecurior, quam cum vitam in eodem veſtigio pro Chriſto reddiderit; exemploque ſuo docuerit, vitam in morte ſitam eſſe, & in ſtrage triumphum. En tibi cur Eccleſia *Ordinata Caſtrorum Aciei* comparetur.

Sed mutat, et belli formam. Atque vltro, & aduerſarios prouocat. Idololatriam ſcilicet. Orbi hactenus denominantem. Tunc ouis hactenus, leaena eſt. Seque injicit in medias turmas. Non vnius diei hic labor. Sed vincet tandem. Id in hoc procinctu Chriſtus meditatur, & gaudet.

Eccleſia in Idololatriam, irruens, ex oue Lena. Idololatriæ debellatio non vnius diei facinus.

IV. Sed eadem illa nobilis Prælıatrix, mutata bellandi forma, mutat & arma: nec contenta iam in ſeſe irruentes hoſtes immoto expectare veſtigio, atque interrito ad proximæ imaginem mortis vultu, vltro prouocat aduerſarios, nec deterrita multitudine, nec ferocia retardata. Idololatriam cogita, errore, mendacioque velut ſatellibus ſtipatam, hactenus quidem pacifico toto orbe imperio dominantem, nullo hoſte prouocatam, nullo lituorum, aut timpanorum ſono excitatam ad arma; ſed nunquam hactenus audito Euangelij edicto de vetorno illo ſuo tandem excitatam. & quidquid potentiæ, virium, armorumque eſt, colligentem in vnum, vt Eccleſiæ inuehenti ſeſe, agmine, graduque pleno, totum obijciat. Hic videbis *Agni Sponſam*, hactenus ſcilicet *Ouem mitem, patientemque*, de repente in *Leænam* verſam, acrem ad pugnas, ferocem ad prælia, vltro non prouocantem modo armatas inimicas acies, ſed inijcientem ſeſe in medias turmas, ac ſtrage multa debilitantem hoſtiles copias. Vix eandem eſſe putes, ſi animaduertas. Sequetur breui victoria, victoriam triumphus: & inuehenti ſeſe Eccleſiæ omnis hoſtium contumacia, ac furor cedet; donec pulſa de orbe Idololatriæ tyrannide, vnus ab omnibus Chriſtus Deus, & Dominus, & Vindex mortalium habeatur. Non vnicus dieculæ facinus futurum exiſtima; multum illi laboris ſubeundum, multum ſudandum erit: Sed veniet tamen dies vna, quæ finem prælijs faciat, & labori. Dum is tardat, *Caſtrorum* illa *Acies* ſuum ſeruabit *Ordinem*, Fidei fulgens armis, virtutum agminibus cincta, procedet ad pugnas, ſecura victoriæ. Hoc iam ſpectaculum Chriſto ſponſo repræſentaturi; & in procinctu ſpectans Eccleſiam, in præſenti facie, & habitu futuras pugnas meditatur, & victorias videt: nec minus oblectat ſeſe futuris dilectæ triumphis, quam præſenti alacritate.

Sed quæ ſunt hæc caſtra? Forſitan Angelorum protectio. Qualis vidit in typo Iacob. Parata ſibi, & familiæ, quæ typus Eccleſiæ. Ideo caſtra vocauit. Niſi potius caſtra ſint, Chriſti protectio. Vt vni illi debeatur ſecuritas. Ideo dicebat, Ego vos mitto. Cui nota veſtra diſcrimina. Sed adero vobis et opem præſtabo. Nec deſeram vſque ad conſummationem ſæculi. Ne ſcilicet quid eſſet, quod timerent. Etſi paci magis aſſueti quam bello. En vis eſt duarũ vocum, Ecce, & Ego.

Caſtra Eccleſiæ Angelorũ protectio. Gen. 33. 2. Iacobi familiã typus Eccleſiæ. Chriſti præſens protectio pro omni caſtrorum apparatu. Matth. 10. 16. Chriſti cuſtodia duratura ad ſæculi finem. Matth. 28. 20. Vis duarum vocum. Ecce, & Ego.

V. Nec ſine cauſa, quod indicatum paulo ante eſt, *Aciei* non ſimpliciter, ſed *Caſtris ſuis munita, ſuo ordine tuta*, comparatur Eccleſia: alterum enim ſecuritatem præſtat, alterum firmitatem: alterutrum adimas, vtrumque demas. *Caſtra* hæc quid ſint, quæri poteſt. Fortaſſis Angelorum protectio, quæ nunquam Eccleſiæ deeſſe poteſt, præſidium ſcilicet, ac munimentum à Sponſo ſubmiſſum, qui *Dominus exercituum* obſequentes ad nutum habet, nihilque libentius præſtant, quam ſi in Eccleſiæ defenſionem vigilare cogantur. In cuius forſitan rei typum, reuertenti a Socero in patriam Iacobo venere obuiam Angeli. Quos cum vidiſſet, ait: *Caſtra Dei ſunt hæc & appellauit nomen loci illius Mahanaim*, *id eſt*, *Caſtra*. Gen. 33. 2. Periclitanti ſcilicet ab odijs fratris Angelorum circumſtetit cohors, præſidio futura, non illi modo, ſed familiæ, quæ typus Eccleſiæ: haud minus eorum comitatu tutus futurus, quam ſi medijs Caſtris egregiè munitus, paratus ad prælium, hoſtes alacer expectaret. Neque enim alia cauſa cœleſtium ſpirituum auxilium præſens *Caſtra* vocauit. Niſi malis præſentiſſimam Eccleſiæ ſuæ protectionem, paratam ſemper à Chriſto, vice *Caſtrorum* eſſe. Siue ergo per Angelos ſuos, hanc ille Eccleſiæ medijs hoſtium periculis ſecuritatem procuret; ſeu ſubmiſſis immediate ſubſidijs præſtet, quod magis decere videtur & Sponſum, & Amantem, tantundem exiſtima: vt quidquid illa munimenti medijs diſcriminibus habet, vni Sponſo ſcilicet debere ſe ſentiat. In hunc ille dicebat ſenſum, cum Diſcipulos ad grande facinus præpararet. *Ecce ego mitto vos*. Matth. 10. 16. Non ignota mihi diſcrimina, quæ ſubituros vos ſcio: non ignota hoſtium ferocia, cum quibus in prælij venturos aleam vos Mitto: Scio, quid illi poſſint, quid vos. Poſſum, & volo vobis auxilium ferre; nec imbelles imparatoſque *mitto* in bellum: adero pugnantibus ipſe, nec in ipſo conflictus ardere, quidquam deſideretis eorum, quæ victoriam præſtant. *Ego mitto vos*, id ſatis eſt vobis. Sic alio dicebat loco. *Euntes ergo, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Ecce Ego vobis ſum omnibus diebus, vſque ad conſumationem ſæculi*. Matth. 28. 20. Velut ad prælium deſtinabat Diſcipulos cum vniuerſo terrarum orbe, &, quod multo eſt grauius, cum inferni poteſtatibus: timere poterant, ne tanti operis onere premerentur; & viribus imbecilles, & bellorũ adhuc inexperti metuq; periculorũ animam deſponderent; quod ij ſolent, qui magis artibus pacis, quam militiæ exerceri ſunt ſoliti. Animos ipſe facit, ſeque illis adfuturum pollicetur; nec tarditurum auxilia, ſed opportuno tempore præbiturum. Eam enim vim ineſſe geminæ parti cælat. *Ecce*, & *Ego*, exiſtimamus, & ante nos exiſtimauit vir è noſtro ordine doctiſſimus, & optimus Euangeliorum interpres. *Ego* adero ipſe, neque auxiliandi curam alijs deferam. *Ego*, qui & vo-

Digitized by Google

Vt vir doctus monuit.

Et Proſper explicauit.

Cuius hic verba habes.

Apta in rem præſentem.

Prosper Aquit.

.. lo, & poſſum præſtare, quidquid polliceor. Præſto ego vobis ero, nec vos patiar auxiliatorem exorare. Ante capiam ipſe officium; &, antequam ora laxetis in preces, adero precaturis. Proſperi Aquitanici verba in hunc aptiſſima ſenſum ſubieci, lib. 2. de voc. Gent. cap. 11. *Cum ſicut oues introieritis in medio luporum, nolite de veſtra infirmitate trepidare; Sed de mea poteſtate confidate: qui vos vſque ad conſummationem ſæculi in omni hoc opere non derelinquam: non ad hoc, vt nihil patiamini; ſed, quod multo maius eſt, præſtiturus, vt nulla ſæuientium crudelitate ſuperemini. In mea enim poteſtate prædicabitis; & per me fiet, vt inter contradicentes, inter furentes, Abrahæ filij de lapidibus ſuſcitentur. Ego inſinuabo, quod docui: ego faciam quod promiſi.* Hactenus Proſper Hæc ergo *Caſtra* ſint, quibus Eccleſiæ *Acies* eſt munita.

VI.

Niſi potius virtutes ſint caſtra. Eccleſiæ data ad tuitionem.

Et pugnas cum Idololatria.

Tales datæ Ezechieli.

Ad excindendos errores populi.

Nam columna ferrea ad firmitatem.

Facies fortis ad audaciam.

Frons ad libertatem in dicendo pertinet.

Et indomabilem vim, qualis in adamante.

Huc facit Eliæ exemplum.

Et Chriſti promiſſum ad Apoſtolos.

Et quod illi poſt ea perfecere.

Et Stephanus in concilio.

Hæc ſunt Eccleſiæ caſtra.

Caſtra Eccleſiæ Virtutes, quib. armata in Idololatriam inuecta eſt.

Ezech. 3. 89.

Ierem. 1. 18.

Columnæ myſticus ſignificatus.

Adamantis contumacia in ferrum, myſticè quid ſit.

Apoſtolorum, & Stephani exempla fortitudinis, & audaciæ.

Niſi vero potius placeat, hoc *Caſtrorum* munimentum ad eas virtutes referre, quæ propriæ Eccleſiæ ſunt, quæque illi munimenta præſtant, aduerſus omnia diſcrimina, *Fortitudinem*, *Conſtantiam*, ac *virile robur*, quibus illa armata velut impenetrabilibus armis, æreoque ſcuto, ſecura ruit in pugnas. Id autem magis pertinet ad analogiam, conformitatemque ſenſus arcani cum Dramatico: quanquam id etiam donum eſt ipſius Chriſti, qui, immiſſo Sancto Spiritu, Diſcipulorum naturam vel correxit, vel mutauit, vt alij deinde homines viderentur. S. D. E. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum; & frontem tuam duriorem frontibus eorum: Vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas à facie eorum.* Ezech. 3. 89. Quibus verbis *Conſtantia*, ac *Fortitudo* declaratur, à diuino profecta auxilio, Prophetis indita, ad prophetandi munus, etiam ſi vitæ adeundum in eo diſcrimen eſſet. Nam *columna* firmitatis eſt Symbolum. Sic Ieremiæ dictum eſt, *Dedi te in Ciuitatem munitam, & columnam ferream.* Ierem. 1. 18. In altero firmitas, ac ſtabilitas, in altero ſecuritas indicatur. *Facies* autem ad audaciam referenda, & intrepidum animum, nullo pauido diſcrimine. Frons vero libertatem, & piam quandam impudentiam notat, quæ nullo aduerſo rumore ſubſundatur, aut à propoſito reuocetur. Nam *adamantis* duritiem, & *Silicis* indomabilem ferro naturam pro animi decreto, nulla aduerſantium rerum contumacia ſuperando, poni, notum eſt omnibus. *Silicem* ſi ferro percutias, tam non cedit, vt iaciat potius longe ſcintillas, quaſi vlciſcatur iniuriam: *Adamantis* durities, vt eſt vulgaris opinio, & incudes, & malleos contemnit, nec ſe flammis vinci ſinit. Exemplum habes in Elia, qui impio Rege obijciente; *Tu ne es ille, qui conturbat Iſrael? Non ego*, reſpondit, *turbaui Iſrael; Sed tu, & domus Patris tui* 3. Reg. 18. 15. Hoc eſt, quod Chriſtus Eccleſiæ in Apoſtolis, antequam iret ad Patrem, dixit: *Vos autem ſedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Luc. 24. Et: *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus Sancti in vos: & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Act. 18. Hoc quod & Apoſtoli perfecere. S. S. E. *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti* Domini *noſtri: & gratia magna erat in omnibus illis.* Act 4. 33. Hac ſe virtute armatum furentibus obiecit Stephanus in Concilio. *Dura*, inquit *ceruice, & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis: Sicut Patres veſtri, ita & vos.* Act. 7. 51. Hac ergo *Conſtantia*, & *Fortitudine* vallata Eccleſia, iure *Caſtrorum Aciei* comparatur.

VII.

Ordo militaris vim nouam confert.

Id præſtat doctrinæ vnitas, & veritas.

Quæ velut recta linea eſt.

Et nunquam niſi victrix regreſſa eſt.

Caritas autem vinculum eſt.

Quo milites vinciuntur, in corpus vnum.

Is ſenſus Pauli eſt.

De mutua inter membra caritate.

Ordo militaris myſticè quid ſit.

Vnitas doctrinæ & veritas.

Veritas recta linea, errores curuæ.

Caritas vinculũ membrorum Eccleſiæ.

1. Cor. 12. 28.

1. Cor. 13. 1.

Ordo autem inexpugnabilem confert vim ad aggrediendum: vt omnino *ordinata acies*, multoque ſtipata milite, antequam congrediatur, viciſſe arbitretur ſe. Hanc autem prærogatiuam Eccleſiæ & *doctrinæ vnitas* confert, & *caritas* inter Verbi Miniſtros mutua. Ea duplex acies eſt gladij, quo iugulum aduerſarij petit. *Vnitatem doctrinæ* veritas præſtat, quæ vna eſt ſemper, nec in diuerſas partes ſe diſtrahi patitur. Eſt enim Veritas, vt quidam dicebat, velut inter duo puncta linea recta, quæ vnica eſt, eademque breuiſſima: cum curuæ ſint infinitæ, & ſua curuitate fœdiores, quo magis a recta receſſerint, & in alterutram partem inclinarint. Vna ergo Fides, vna Fidei veritas, vna doſtrinæ vnitas eſt; quæ valida manu, velut acutus gladius, rotata, nunquam, niſi ſanguine hoſtium tincta, vaginam ſuam ingreſſa eſt; nunquam ſine cæde regreſſa. Sed potiſſimum vinculum *Caritas* facit mutua, quæ diſtincta vnius corporis membra velut vno ſpiritu animat, vno ſanguine tingit, vno colore imbuit; & in vnam eandemque compagem conſociat. Mihi quæſo conſidera Eccleſiæ corpus ſub ea initia *Caritatis* hoc vinculo nexum, & ſtatim victorias, & triumphos proclamabis. Si ea abſit, cætera omnia dona, velut inanima, molem quidem facient; operandi, agendique facultatem non habebunt. Ad hunc ſaporem Paulus; cum dixiſſet. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.* Mox addidit *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, Caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum*

Digitized by Google

Sine qua mortua ſunt.

Et ad omne munus inepta.

bellum timens. 1. Cor. 13. 1. Quaſi omnis illa ſine *Caritatis* vnitate virtus, & facultas membrorum mortua ſit. Id ergo *Caritatis* vinculum Eccleſiæ præſtat, vt *Acies* ſit, ſuo *Ordine* conſtituta, ac inſuperabili munita virtute, ad irruendum in hoſtes. Sic ergo in procinctu ad bellum cum Idololatria gerendum, illiuſque imperium euertendum iure à Chriſto *Aciei Caſtrorum ordinatæ* ſimilis dicta eſt.

VERSVS IV.

AVERTE OCVLOS TVOS A ME, QVIA IPSI ME AVOLARE FECERVNT.

COMMENTARIVS.

HActenus Generatim Eccleſiæ, Expeditionem Adornantis in Gentes, pulchritudinem laudarat; atque apparatum ad tantum facinus aggrediendum: incipit nunc ſingillatim per membra ſingula currere: ſed arte tam mirabili, vt, cum ea, quæ alias membra, laudet, aliquid tamen adijciat, quamque ſe ipſa ſub Synagoga maior ſub Chriſto ſit, dum transferri ad Gentes properat, velut intento digito indicet. Nam illius cum laudaret *Oculos*, ſatis habuit, ſi *Columbarum oculis* ſimiles fateretur: hic vim illorum ad ſuperandum, peruincendumque, prædicat. Illic quanquam affirmat *vulneratum* ſuum *cor Vno* illius *Oculo*, ſic vulneratum tamen indicat, vt vulnus vt cumque poſſet perferre: hic contrá, ne illorum quidem ſplendorem ferre ſe poſſe, quin aut fugere ipſe cogatur ingruentem luminum vim, aut faciem oculoſque auertere, & deflectere alio; vel manu interpoſita declinare, niſi illius ea vicem miſerata, eoſdem alio deflectat. Vides diſparitatem, & quam verè dicamus, alium hic Sponſæ ſtatum deſcribi. *Oculos* ergo Eccleſiæ, quibus ea vis in eſſe dicitur, *geminam ſcientiam* intelligimus, in qua Eccleſia mirè profecerat, largiente Chriſto, & per Sanctum Spiritum operantè. Alia *Dei Notitia* eſt, per illorum arcanorum Fidem, quæ ſublimia ſunt, & inacceſſa, pertinentque ad Chriſtiana myſteria, quorum vel nullam, vel obſcuriſſimam notitiam habuit Synagoga. Alia *morum doctrina* eſt, quæ ad operandum, & agendum ordinatur; in qua ſolá Sancti Spiritus vnctione multo profecerat magis, quam illa tanta præceptorum multitudine. Hi, quemadmodum duo ſunt Poli, quibus vitæ omnis ſpiritulis mundus verſatur: ita & duo Eccleſiæ *Oculi* lucidiſſimi, ac potentiſſimi ad peruincendum Deum: nihil enim ab eo non obtinere poſſunt *Fides integra, & ſana, & vita innocens, & ſancta*. Ideſt: *Quia ipſi me Auolare fecerunt*; aut vt in fonte legimus: *Quia illi Superauerunt me*:

ENARRATIO.

GEneratim *Totam illam tuam Speciem Obiectam oculis meis ſimplice intuitu prorſus probaui, ſiuè ſuauitatem morum, hilaritatemque ad corda mortalium ad me trahenda, ſiuè inceſſus maieſtatem, conuerſandique formam conſidero, ad ea continenda; ſiuè demum virilem illam fortitudinem, qua conſtantia prabente ſuppetias, ac velut vallo foſſaque munita, hoſtiles minas contemnis: virtutemque ſui ſecuram, ac caritate ſtipatam, qua in hoſtiles acies irrueberis; certa victoria. Sed nihil in te magis, quam luminis vtriuſque fulgorem commendo; quo meorum itè Oculorum aciem præſtringis, vt cogar*

auertere haud potens tolerare tantam vim. Vtramque dico Scientiam Credendorum, Agendorumque: quarum altera Religionis arcana illa rimaris, quæ hactenus ſua ſublimitate latentia, negata hominibus ſunt; nec niſi pauciſſimis permiſſum, vt ea, velut nube quadam velata, à longe conſpicerent. Sed Oculorum tuorum acumini nihil imperuium eſt: & quidquid obſcurum, vel maximis illis Spiritibus Prophetarum, ac Patriarcharum fuit, tibi perſpicuum eſt, & tota luce ſe prodit. Altera, quæ operandi, agendique normam præſcribit, tam ſubitis incrementis profeciſti, vt momento vno, meo ſpiritu interius docente, eo perueneris, quo tot Præceptorum multitudine, tanta legum varietate, ac prolixitate doctrinæ ſub lege non potueris peruenire. Quidni tantam in credendo difficillimis, ſed & maximè grandibus, humanumque ſuperantibus captum myſterijs Fidem tam promptam, tam lætam, tam ſtabilem commendem? Quid ni eam doctrinam, quæ, velut ad normam, ac certam regulam, quidquid agendum eſt, minutiſſimè moderaris, approbem ipſe, cum videam maximè, quidquid id eſt, quod agis, ſolum in me referri, nuſquam alio verſa acie? Tantam in me ſtudiorum prauitatem cum video, prope eſt, vt me fœlicem reputem, & beatum, cui id in votis vnum eſt, vt vnam habeam, & poſſideam te. Parum id eſt, niſi ipſe quodam modo in ius tuum tranſeam, ac, velut iuſto victus prælio tuæ obſequar voluntati; ea lege paratus viuere, quam tu præſcripſeris.

NOTATIO X.

AVERTE OCVLOS TVOS A ME.

SVM. COM.

I.

Quidam hæc verba tribuunt Sponſæ.

Sed haud aptè tribuunt.

Sunt enim Sponſi ipſius.

Vt ſentiunt plerique.

DIfficultatibus Multis Inuolutus Locus, ſiuè vim verborum expendas, quod ad corticis ſenſum ſpectat; ſiuè latentem in vocibus arcanam ſententiam, quod hic nunc quærimus: nam de cortice ſatis alio loco dictum eſt. Et quidem cui tribuenda hæc verba ſint, dubium non eſſet, niſi Nyſſenus præter omnium ſententiam, Eccleſiæ tribuiſſet: ſed præſtat cæterorum communis ſenſus Græcorum, latinorumque, quorum nominibus in re plana ſuperſedeo: vix enim vnus aliquis eſt, ſi Pſellum demas, Nyſſeni non tam aſſeclam, quam abbreuiatorem, vt ſic loquar qui ſequatur. Ideò Nyſſeno ſententiam in examen vocare noluimus, quòd ſcilicet parum probabili nixa principio, & ipſa non videatur eſſe probanda. Habet illum Lector Hom. 15. in Cant.

Cuius ſint hæc verba.

Nyſſenus.

Pſellus.

II.

Arcano ſenſu oculos quidam peccatores accipiunt.

Qui rectà nō reſpiciunt Deum.

Quos ideò ipſe fugiat.

Id violentum eſt.

Si ſtatum Eccleſiæ conſideres.

Quæ paulò ante pulchra dicta.

Et mox laudatur per ſingula.

Aponij, tametſi ſingularis, haud tamen eſt probanda ſententia: *Oculos* Eccleſiæ, vel animæ illos intelligentis, qui peccatis in tranſuerſum acti, recta in Chriſtum non poſſunt intueri: his offenſum *auolaſſe* ab ea; eam autem ſolam deſtitutam *in Latrones incidiſſe, qui eam ſpoliatam, ſeminiuam reliquere.* Hos à ſe *Oculos Auerti* velle, ne iterum *Auolare* cogatur. Violenta videtur interpretatio, & huic loco parum aptat nec accommodata ſtatui Sponſæ, qui deſcribitur; ſiuè enim Eccleſiam, ſiuè Animam piam hic agnoſcas, eo iam ſtatu eſt, vt omnis is metus ab ea abſit: neque enim in ſtatu perfecto vllum iam periculum eſt, ne errantibus, & tranſuerſis, *Oculis*, propter infidelitatem, aut ſcelera alia; Chriſtum reſpiciat. Verſanti enim in ſupremo amoris gradu, & vnionis cum Chriſto iſta non quadrant. De Eccleſia id certum eſt, quæ iam coniugata per Incarnationem inducta eſt; & de qua paulò ante dictum fuerat, *Pulchra es Amica mea*, & quæ ſequuntur: cuius & paulo poſt, tam multæ, tam otioſe laudes percenſentur; quæ minimè eius eſſe poſſunt, quæ adhuc monenda ſit, ne errorum, aut peccatorum de errationibus *Oculos* patiatur agi tranſuerſos. De pia autem anima non accommodatius, ſub hoc tertio, id eſt, vnionis perfectæ, ſtatu, hæc dicuntur. Vt Commentario tertio, qui hunc ſequetur proximè, oſtendemus.

Oculi Eccleſiæ peccatores, qui non rectà reſpiciunt Deum.

Eccleſiæ ſtatus perfectus hic ſupponitur.

III:

Alij in oculis cōuerſorum lachrymas agnoſcunt.

Nam ea Deo quodammodo manus injiciunt.

Quo eodem cenſu aliorum numerandus ſenſus eſt, qui *Oculos* interpretantur peccatorum lachrymas ex Caritate profectas, quibus ita capiatur Deus, vt ſui quodammodo reddatur impotes, vt contra niti nec velit, nec poſſit. Eam eſſe pœnitentiæ perfectæ vim, vt Deo quodammodo manus injiciat; & ad nutu ſui flectat. Id verum eſt, ſed non tam quærimus, quid dicatur vere ad ſententiam, quam quid accommodatè ad textuam. Animam; ſi de ea hæc accipias, vt accipiunt illi Authores, iam eo ſtatu loca-

Oculi, peccatorum lachrimæ, quæ quodammodo Deo vim inferunt.

tu loca-

Sed hic animæ ſtatus perfectus deſcribitur.
Cum iam prætereunt lachrymæ.
Et ſola caritas regnat.
Et illa æternitatis candidata.
Futura deguſtat.

Anima hic perfecta deſcribitur, tranſactis lachrymis pænitentiæ.

tu locatam arbitramur, quo tranſactis de præteritis culpis lachrymis, Deo ipſi perfectæ caritatis vinculis coniuncta eſt, ac per altiſſimam contemplationem vicina; cum incipit gaudiorum illorum promulſidem deguſtare, quorum mox in beatitudine plenis calicibus irriganda eſt: cum iam nec gemitibus, nec lachrymis, nec doloribus vllus locus erit. Æternitatis ergo candidata, & in naturam mox aliam pænè mutanda, iam tota in eo eſt, vt vni adhæreat Deo, vnum ſibi ſtrictiſſimo Caritatis iunctum nodo arctius ſtringat, ſui iam ſecura: nec præteritorum admodum ſollicita. Quod ſi hoc ſtatu anima eſt, pacificè ſuo Sponſo fruens, (quantum hic datur) poſt bella & tempeſtates, iniuriam illi facit, qui eam à portu in altum reuocat; & iactantem anchoras iterum in fluctus, & ventorum iras compellit.

IV.

Sed Ambroſij ſenſus ſingularis.
Iuxta lectionem aliam.
Orari Eccleſiam ſinat ſe etiam.
Ad rudiorum inſtructionem demitti.
Id huic loco minus aptum.
Non enim perfectiorum cura Chriſtum impedit.
Quin ad imperfectos demittat ſe,
Sicuti Paulus facere ſolitus, poſt raptum in cælũ.
Diuiſo doctrinæ pabulo.
Pro captu ſingulorum.

Ambroſius. Ambroſij lectio & ſenſus.

Chriſtus inſtitutione perfectorum non impeditur, quin ad imperfectos ſe dimittat.

Ambroſij lib. de Iſaac, cap. 8. ſenſus ſingularis etiam eſt. Legit ille: *Auerte oculos tuos a me, Quia ipſi me Subleuant.* Siuè, *Eleuant. Eleuari Deum*, cum ad captum perfectiorum doctrinam accommodat: demitti, dum ſimpliciores aptis ad captum documentis imbuit. Rogare ergo perfectam animam, patiatur, etiam ſe ad imperfectos demittere: nec cogat ſemper, quod illi accommodatum eſt, in ſublimi doctrina verſari. Id ſubtilitèr inuentum eſt; ſed nec litterale eſt, nec huic loco videtur ſatis accommodatum, cuius alium eſſe ſenſum verba ipſa ſatis indicant. Et alioqui, ſi rem ipſam expendas, fatebere forſitan, non prorſus accommodatè ad rerum naturam, & vſum id dici: quo enim anima perfectior eſt, eo etiam amantior alieni boni eſt, imperfectiorumque commoda ſtudioſius quærit. Nequis exiſtimet, tam placere altitudinem doctrinæ, vt dedignetur ſeſe ad imperfectos inſtruendos demittere, aut graue ducat demitti Chriſtum. Nam quis Paulo ſublimius ſeſe in Dei notitiam intulerat, qui, in cœlum ſublatus, *audierat arcana verba, quæ non liceret homini loqui?* Et tamen nemo ſeſe magis ex illa ſublimitate demiſit, ad rudes imbuendos Chriſti doctrina: vt iuxta cuiuſque captum pabulo cœleſti paſceret ſingulos, teneriores quidem lacte, robuſtiores pane. Sed nec puto, ſi ea ſequare, decorum ſeruari. Neque enim is Chriſtus eſt, aut Deus, qui tametſi vni altiſſima illa doctrinæ inſtillare fingatur, ideò minus poſſit rudioribus animis planiora tradere documenta; cum vnus omnibus abundè ſufficiat; &, vt verus cœleſtis vitæ Magiſter, ſic Diſcipulis prouectioribus accommodata ad ſtatum inſtituta propinet, vt ſuum etiam pabulum infirmioribus ſeruet. Fruſtra ergo & præter decorum inducatur, perfectam ſeu animam ſeu Eccleſiam rogans, vt ſe ſinat, & iam ad rudiorum captum doctrinam demittere, nec ſe cogat ſemper, in ſublimi, vt vnam inſtituat, verſari.

V.

Celebris aliorum ſenſus.
Conuerti oculos ad Deum.
Cum comprehendere ſe poſſe putant.
Altitudinem diuinorum.
Eos oculos auerti velle Deum.
Ideo auolare ſolere.
Grandis hic ſenſus eſt.
Sic enim Deus inſtruit Sponſam.
Seque ſuo modulo docet metiri.
Ne nimium efferat ſe.

Philo Carphat.

Auertere oculos, maieſtatem Dei non ſcrutari.

Auolat Deus, quia comprehẽdi non poteſt.

Theodoret.
Tres PP.
Ambroſius.
Rupertus.
Gregorius.
Caſſiodor.
Beda.
Anſelmus.
VVilleram.
Angelomus.
Honorius.

Reiectis hiſce ſingularitate ſua minus probandis ſententijs, ſupereſt vna, cui interpretum numerus, & grauitas authoritatem fecit. Eam autem, quia nemo melius Philone tractauit, illius verbis tradere placuit, quibuſdam, quæ ſenſum non corrumpunt, propter breuitatem detractis. *Conuertuntur Oculi ad Sponſum intuendum, cum mentis aciem, ad Chriſti Ieſu beatitudinem contemplandam, intendimus, ſed Oculos Auertere monemur, ne ſcilicet eam nos aſpicere, ſicuti eſt, quantumcumque videamus, arbitremur: ob idque eum Sponſa oculi Auolare Feciſſe dicuntur: quoniam quo acrius intuemur, eo magis inuiſibilis eſſe cognoſcitur. Quare minimum eſt illud, quod in carne adhuc velata Sponſa de inuiſibili ſuo Sponſo videre poteſt: propterea que ab eius intuitu longiſſimè Auolare ſe dicit, quod modo ab ea corruptibili comprehendi nequeat; ſed tempus affore, quo perfectè viſura ſit omnino, & fruitura.* Sic ferme Theodoretus, Tres Patres, Ambroſius citato ſuperius loco, Rupertus, Gregorius M. Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, VVilleramus, Angelomus, Honorius. Senſus grauis eſt, nec Cantici Maieſtate, & inſtituto indignus, quo Chriſtus Sponſam ſuam, ſeu Animam, ſeu Eccleſiam, ſuis inſtitutis format, ſuis moribus imbuit, vt ſimillimam ſibi redditam conſociet, nullo tempore diſiungendam, nullo caſu ſeparandam. Ad id autem nihil æquè neceſſarium, quam vt illa ſuo ſe modulo metiatur; nec ſe in ſubliniora ſuſtollat, velitque, dum adhuc peregrinatur à Domino, inter cœleſtis vrbis ciues, domeſticoſque Dei cenſeri.

VI.

Parum diuerſi alij.
Qui ad demiſſionem referunt.
Et reuerentiam humilem.
Ad quam reuocetur Romana Eccleſia.
Exemplo Religioſorum.

Auertere oculos, propter venerationem demittere.

Parum ab hoc diuerſus Recentiorum quorundam ſenſus eſt, qui hæc ad demiſſionem, ac venerabundum habitum trahunt. Applicant autem Romanæ Eccleſiæ, poſt inſtitutam ad illius reformationem Eccleſiam Religioſam (Sic enim loquuntur.) quam moneat Chriſtus, vt adnitatur iam tunc, Religioſorum exemplo, in reuerentia Diuinæ maieſtatis proficere: qua deficiente, permiſerat eam in præteritam relaxationem venire. Nam *Oculos* in faciem alicuius non audere figere, habitus eſt obſeruantis, reuerentiſque, ſeque indignum, qui reſpiciat, profitentis, ſic de illo dictum: *Publicanus à longe ſtans, nolebat nec Oculos ad cœlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicẽs: Deus, propitius eſto mihi peccatori.* Luc. 18. 13. Quid de hoc interpretandi genere ſententiam, alijs locis indicaui: Hic, quantum attinet ad hunc locum, alijs ex principijs, quid in illo ſenſu dubium mihi ſit, videndum eſt. Luc. 18. 13.

Vtraque

VII.

Sed laudes hic Eccleſiæ continetur.
Quæ pulchra, ſuauis, decora, fuerat dicta.
Et manę per ſingula laudatur.
Nec interrumpēda encomia erāt.
Quin iam in ſummo ſtatu verſatur.
Nec monitis eget, ad officium implendum.
Nam quæ vno oculo vulnerarat ſponſum.
Reſpexerat certe non auitum.
Quin etiam laudantur capilli, & dentes.
Eiuſdem & oculi laudandi erant.

Eccleſiæ continens encomiũ.

Eccleſię perfectus ſtatus, in quē non cadunt monita minus illi decentia.

Cant.

Vtraque hæc ſententia vno argumento minus apta videtur probari, quòd tam proximo, quam ſequentibus verbis, laudes Eccleſiæ contineantur, & quidem eximiæ; quod nec illi Authores negant. Quod ſi talis Eccleſia erat, quæ eximia Chriſti encomia iam ſolet merita, vt & *Pulchra*, & *Suauis*, & *Decora ſicut Ieruſalem* diceretur; & mox à pulchritudine reliquorum membrorum commendaretur; quid neceſſe fuit, in medio laudationis curſu monita interijcere, quibus præterita ſeu crimina, ſeù torpor illi obijcerentur, ad quorum ipſa mentionem ſuffunderetur? Continenti ergo laudatur encomio, nec laudationis ipſa ſeries ingrata monitione, immo & intempeſtiua, diſcinditur. Vt non illud obijciam, hæc ad eam pertinere, quæ in perfectiſſimo iam ſtatu verſaretur, ad quam potius eximiæ virtutes pertinerent, quam imperfectiſſimi illi conatus, quibus, ſupra ſuum & captum, & meritum, ad ſublimiores Diuinitatis, ac Beatitudinis notitias ſcrutandas eleuaretur: aut eorum monitorum neceſſitas, quibus doceretur *Oculos* à ſumma illa maieſtate reuerenter demittere: quod nihil aliud fuerit, quam è Magiſtra diſcipulam; atque, ea in caſtris Dei expertâ, rurſus ad tyrocinium: id eſt, à metis ad carceres, reuocare. Certè hæc eadem illa eſt, quæ ſuperius, *Vno oculo Vulneraſſe cor Sponſi* dicta eſt: nec *Vulnerare* potuit, quin reſpiceret: Nunc vis illam iuberi, *Oculos* illos *Auertere*, aut demittere: ac ne reſpicere quidem audere, quod extra omnes analogiæ vagatur leges: nec ſatis conuenit cum prioribus. Poſtremo, ne longius euagemur, quam fortaſſis exigat locus, cum proximis verſibus & *Capillos*, & *Dentes*, & *Genas* laudat, ſtatim datur intelligi, omittendos oculos non fuiſſe, velut indignos, & turpes. Laudationem ergo hæc *Oculorum* continent, & quidem eximiam, eoque illa excellentiorem, quæ cap 4. 1. continetur, quanto & pulchrior, & ſanctior ſub Gratia Eccleſia fuit, quam ſub lege (ad quam encomia Capitis quarti referuntur) vt mox dicemus.

VIII.

Sed pertinent oculi ad notitiam.
Nec aliud ſunt quam duplex ſcientia.
Credendorum, & agendorum.
Quæ ſibi mutuo ſubſidio ſunt.
Nam ſine fidei lumine.
Actiones rectæ eſſe non poſſunt.
Quod & Ethnicis agnitum.

Oculi Eccleſiæ duplex notitia credēdorum, & agēdorum, quæ ſeſe mutuo iuuant.

Eccleſ. 7. 30.

Lucretius.

Cæterum *Oculos* hoſce Eccleſiæ ad *notitiam* pertinere, omnium fere ſententia eſt; nam & illi, quorum reiecti ſunt ſenſus, fere in eo conueniunt, tametſi ſuam quiſque ſemitam ſequutus. Sed quandoquidem, quod hic dicitur, nos in laude Eccleſiæ ponimus, videamus quid nam hi *Oculi* ſint. Duplex Eccleſiæ rerum *notitia*, omni ſub ſtatu, neceſſaria fuit; *Credendorum*, quæ ad intellectum, ac ſpeculationem ſpectat; & *Agendorum*, quæ magis voluntatis, & operationis eſt. Iuuant autem ſe mutuo duæ hæ facultates, vt altera ſine ſorore, vel torpeat, vel inutili mole grauet animum: *Agendorum ſcientia* ſine *Fidei* lumine infinitis ſe propemodum inuoluit erroribus; & haud aliter in præcipitium ruit, quam ſi cœca, nemine ducatum præſtante, effuſa in curſum ſit. S. D. E. *Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum* (notitiam ei plenam indiderit, ad gubernandas actiones, ac diſponenda opera; vt, niſi vellet, aberrare non poſſet,) *& ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus*, Eccleſ. 7. 30. Agnouit id ille:

Ergo hominum genus in caſſum, fruſtraque laborat
Semper, & in curis conſumit inanibus æuum;
Nimirum quia non cognouit, quæ ſit habendi
Finis; & omnino quoad creſcat vera voluptas.

Et fides ſine operibus mortua eſt.
Eſt ergo vterque oculus Eccleſiæ neceſſarius.
Id autem non incongrue dictum.
Chriſti verba cōfirmant.
Cum Oculum lucernam corporis dixit.
Grandius aliquid indueni.
Nimirum rectas operationes.
A recta notitia pendere.

Fides operibus bonis deſtituta mortua, & infœcunda.

Iac. 2. 19.

Oculus lucerna corporis, quo ſenſu dictus à Chriſto.

Matth. 6. 22.

Oculus ſimplex purus, nitidus, ſanus.

Contra quantacunque Dei per fidem notitia, ſine agendi ipſa ratione in actum deducta, mortua eſt, neque vnquam vera vitæ ſpiritalis dat ſigna, aut ſemina fœcunda profert. Nam *Fides ſine operibus mortua eſt*. Iac. 2. 19. Vterque ergo *Oculus* neceſſarius Eccleſiæ eſt, & is, quo, quæ credenda de diuinis ſunt, per Fidem perſpiciuntur, firmam, ſtabilem, viuam: & is, quo, quæ ſunt agenda, diriguntur per operandi notitiam, qua ſingulæ diriguntur actiones, continetur que animus, nec in tanti momenti re à vera deflectat, & bonorum veſtigijs trita via. Ritè autem *Oculus* notitias interpretamur, id namque animo ſcientia rerum confert, quod corpori *Oculus*. Vnum ad id firmandum Chriſti ſuffecerit teſtimonium, atque ad hanc doctrinam conſtituendam. *Lucerna corporis tui eſt Oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem Oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit*. Matth. 6 22. 23. A corpore argumentatur ad animum; &, cum vnum videatur dicere, aliud grandius, & vtilius vult intelligi: nec minus animi operationes actioneſque ab mentis recta notitia, doctrinaque pendere, quam corporis regulatus motus ab *Oculo* ſano, puro, bene affecto. Is enim eſt *Oculus Simplex*. Ad *notitiam* ſi transferas, ea *ſimplex* erit, quæ ſana, clara; nullis appetitionum turbata nebulis, aut face terrenorum affectuum deprauata; Vt quidquid in ea laudabile eſt, in effectum transferat: ne quid in opere ſit, quod illius legibus non ſit conforme.

IX.

Id Eccleſiæ, ſecũdum hunc ſtatũ.

Eccleſiæ ſub hoc ſtatu plena notitia credendorum, & agendorum communicata.

Id autem Eccleſiæ ſecundum hunc ſtatum, poſt Chriſti in vtroque diſciplinam, proprium erat, vt in vtraque notitia multo excelleret magis, quam cum ſub Moſe verſaretur. Fuit quidem tunc à Deo docta per legem, ac Moſis doctrinam, quem

Deus

Digitized by Google

Deus populo illi non nutricium modo dederat, ſed Pædagogum: at vero ad captum ſe accommodarat illius, illis documentis imbuens, quæ ſtatum illum iuuentutis propriè decebant; vt ſenſim per imperfectiora ad id: quod perfectum erat, deduceretur; quod ſolertis Doctoris eſt munus: ne, ſi omnia in animum, nondum inſtitutione capacē, velit conferre, id, quidquid in illo, eſt intelligentiæ obruat, ſtranguletque: vt ſi modicæ adhuc flammæ materiam multam inijcias, ſed capacior ſenſim facta per legem, atque, vt ætate, ita ſenſu adultior, maturiorque Chriſti inſtitutione, eo venerat, vt docta ipſa, docere alios poſſet. Tunc myſteria illi ſublimia, nec ante communicata, manifeſtantur; & quod vel proceribus illis Patriarchis, Prophetiſque, ſub naturæ inſtitutis, legiſque præceptis, negatum eſt, vni illi conceſſum eſt. Id eſt, quod in typo Moſi contigiſſe legimus, cui, Dei faciem videre cupienti, Dominus dicit: *Non poteris videre faciem meam. non enim videbit me homo, & viuet, Ecce eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram; cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea* (Tegam te manu mea, videre ne poſſis faciem meam) *donec tranſeam; tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea faciem autem meam videre non poteris*. Exo. 33. 20 Mirum eſt, faciem cupientem videre, & quidem eum, quem & amicitia dignatus fuerat ſua, & propius ad ſe accedere permiſerat; quem pene velut fratrem ad ſe familiarius admittebat; cui facie ad faciem, nec iam per inter nuntios, loquebatur, ad ſola terga videnda admiſſum: & quidem ad id peragendum tanto feciſſe opus molimine, vt tranſeuntes manu obtegeretur, ne vel in tranſitu poſſet videre: Sed contentus poſteriora vidiſſe illius, pro magno beneficio haberet, Deum vel ſic ſpectaſſe. Habes in eo facto illius Eccleſiæ ſtatum expreſſum, cui nondum eſt conceſſum, ad eorum myſteriorum admitti notitiam, quæ non iam terga Dei, ſed faciem quodam modo, & veram ſpeciem nobis exhibent. Seruabatur id Eccleſiæ ſub Chriſto ſcilicet, cum eo Magiſtro ſublimia illa Diuinitatis arcana, & aſſumptæ carnis myſteria, futuræque vitæ ſecreta manifeſtata ſunt illi, ac verbis expreſſis tradita. Id eſt, quod Chriſtus mirantibus, quod ſe dixiſſet deſcendiſſe de cœlo, Iudæis dicebat, eos reſpiciens, qui ijs, quæ dicebantur ab ſe, præbituri erant aſſenſum. *Eſt ſcriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei*. Io. 6. 45 *καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ* Erunt omnes *docti Dei*, ſiue, *docti à Deo*. Non quod omnes omnino fideles ita eſſent docendi à Deo, ſed quod nemini, ſecundum hunc ſtatum, defuturus, qui doceret Magiſter eſſet. Immo Magiſter talis, qui Deus eſſet, & arcana doctrinæ ſuæ nemini inuideret: Sed tanquam publicus quidam ex munere Doctor, & in publica ſchola, apertis, quod dicitur, foribus, doctrinam omnibus ſuam traderet, nemine excluſo, quicumque diſcere vellent. Id ergo diſcrimen inter veterem nouamque legem conſtituit; quod illa durante, in angulo, & foribus quodammodo clauſis, per homines magiſtros, paucis diſcipulis, & ſterili latice, doctrina inſtillanda eſſet; ſub Euangelio autem in propatulo, ac nemine prohibito, altiſſima illa Diuinitatis arcana, ab ipſomet Deo Homine, tradenda eſſent hominibus: & quidem tanta familiaritate, vt velut amicus cum amicis, non Magiſter cum Diſcipulis agere ſe profiteretur S. D E. *Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit, quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Ioan. 15. 14. 15. Nec per ſe ſolum Eccleſiam ſuam inſtituit, ſed per Sanctum Spiritum, quem abeunti in cœlum ſibi ſucceſſorem deſignauit, cui velut Vicariam traderet poteſtatem. S.D.E. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis* (qui ſcilicet nec falli poteſt, nec fallere) *Docebit vos omnem veritatem*. (Nihil eorum omnium cælabit, quæ ad perfectam Diuinarum rerum notitiam neceſſaria erunt.) *Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed, quæcumque audiet, loquetur.* Ioan. 16. Qui enim & Patris, & Filij Spiritus erat, à quibus & naturam, & ſapientiam habebat, non alia loqui poterit, quam quæ ab illis acceperat.

Datum vtrumque eſt.
Quæ ſenſim ab imperfectis ad perfecta deducta eſt.
Et capacior facta.
Grandium arcanorum notitia donare eſt.
Quod ſub lege nō habuit.
Id in typo Moſi contigit.
Cui tametſi amico, & familiari.
Sola Dei terga videre datum.
Idque pro magno beneficio.
Negatus verò faciei aſpectus.
Hāc enim videre ſeruabatur Eccleſiæ.
Id eſt diuinitatis arcana.
Ideo dicti ſub gratia fideles, docibiles Dei.
Quibus datus eſt Chriſtus.
Velut Doctor publicus.
Qui neminē arceret ab ſchola.
Cū ſub lege pauci admitterentur.
At Chriſtus velut amicis omnia communicauit.
Per ſe primum, poſt per Spiritum Sanctum.
Velut illius vicarium.
Qui doceret Apoſtolos omnem veritatem.

Moſi quo ſenſu negatum videre Dei faciem. Exo. 33. 20.
Eccleſiæ ſub lege parce communicata myſteriorum notitia.
Ioan. 6. 41. Fideles ſub gratia, docibiles Dei cur dicti.
Chriſtus Doctor publicus nemīnē ab Schola arcet.
Ioan. 15. 14. 15.
Ioan 16. Spiritus Sanctus Chriſti Vicarius in Schola.

Et hæc quidem ad vnum Eccleſiæ *Oculum* ſpectant, quo Diuinitatis arcana, & Oeconomiæ Chriſti myſteria, ſub clariſſima Fidei luce cernebat. Sed nec obtuſius intendit in ea ſecreta, quæ propriè agendi rationem ſpectabant, *notitiæ oculum*. Nam ſi conſideres, plura didicit Eccleſia breui Euangelio, ac doctrina trium ferme annorum Chriſti, quam tot ſæculis, libriſque per Moſen, atque Prophetas. Quin id obſeruandum omnino eſt, quod ad excellentiam doctrinæ attinet, de rebus agendis, qua certè omnis diuinæ vitæ perfectio continetur; quo ad, purgatus agendo, & operando, animus Deoque ſimillimus redditus, ei vniatur vnione perfecta; quoad negatum legi, ſeruatum Euangelio. Is ſenſus eſt Pauli. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio vera melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.* Heb.

X.
Oculus alius Eccleſiæ, agendorum notitia.
Quæ mire profecit ſub Chriſto.
Maximè in ijs, quæ ad perfectionem conducunt.
Quod negatum Synagogæ.
Qui ſenſus Pauli eſt.

Eccleſiæ alter oculus agendorum notitia.
Hebr. 7. 18.

Digitized by Google

Eius autem doctrina Chriſtus magiſter. *Cum innumeris diſcipulis.* *Qui ſub illo profecerunt.*

Profectus Eccleſię in notitia eorum, quę ad perfectionem pertinent.

Hebr. 7. 18. 19. Seuerior enim illa Chriſti doctrina de abdicatione rerum, de cœlibatu, ſeu abnegatione, ac cætera documenta, quibus ad perfectionis aſcenditur culmen, minimè hactenus audita, primum Eccleſiæ auribus, præcone inſonuere Chriſto: & mirante orbe terrarum, diſcipulos inuenere propemodum infinitos. Ea ergo ſcientia omnis, quæque ad agendum ex Euangelij præſcripto ordinatur doctrina, in qua Eccleſia illa, cum ad Gentes transferretur Euangelium, mire excelluit, alter *Oculus* Sponſæ eſt, iure ab Sponſo Chriſto laudatus.

XI.

Sed cur auertere oculos iubetur Eccleſia? *Nam id difficile videtur poſſe aptari ſenſui noſtro:* *Id quo ſenſu ſit dictum, alibi diximus.* *Nempè ad ſolam commendationem oculorum pertinere.* *Quaſi illorum aciem ferre Sponſus non poſſet.*

Eccleſia quo ſenſu auertere iubeatur oculos.

Verum *Auertendi* vocabulum negotium hic exhibet: quo moneri videtur Eccleſia, vt ab intuendo firmius Chriſto alio *Oculos deflectat*: Scilicet quod ita ſpectari moleſtum illi, & greue ſit. Ideo egit interpretes, vt in alienas ſententias, nec huic loco admodum accommodatas, abirent. De ijs initio Notationis dictum eſt. Id autem nunc videndum eſt, qua ratione in aptum ſenſum trahi poſſit. Nam certè ſi *Oculi* Eccleſiæ ſunt *credendarum rerum, agendarumque perfecta notitia*, haud facilè intelligitur, quo pacto vel Chriſtus velit, eos ab ſe auerti, aut auertere Eccleſia volens poſſit. Sed, ſi, quo ſenſu id verbum Dramatico Comment. Cap. 6: Notat. 9. num. 4. expoſitum ſit memineris, facile loco huic accommodabis. Nam id ſcilicet Sponſus voluit, non vt alio verteret à ſe *Oculos*, ſed vt tantiſper euibratos luminis radios, vel cohiberet, vel temperaret, vel alio declinaret, nec directa in ſe obuerteret acie, vt pote, qui micantem ex eis lucem obtuitu firmo ferre non poſſet: quod amantibus artificium familiare eſt, ad commendandam earum, quas amant, *Oculorum* pulchritudinem: cum nihil tamen ipſi minus velint, quam quod ore profitentur. Hunc ergo cum ſua Eccleſia Chriſtus imitatur morem, vt indicet ſcilicet, quam gratus vtriuſque illius *Oculi* aſpectus ſit ſibi. Neque enim à ſe Deus alienum putat, è media hominum conſuetudine loquendi formas vſurpare, ad effectus ſui magnitudinem, qua fertur in homines, indicandam. Sic dicebat ad Moſen: *Cerno, quod Populus iſte duræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in Gentem magnam.* Exo. 32. 9. Cum tamen nihil minus vellet, quam vt Moſes à precando, rogando, & interpellando abſtineret: Sed Moſis ſcilicet, quam apud ſe authoritas poſſet, commendare volebat: qui vnus furenti, ac in torrentis irati morem ruenti in vltionem ingratiſſimæ Gentis, obſiſtere ſola prece poſſet. Id intellexit Moſes, qui non ideo à precando abſtinuit, potius preces confidentium, & importunius geminauit. *Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum, dicens: Cur, Domine, iraſcitur furor tuus contra Populum tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robuſta.* Exo. 32. 11. Sic irato ſimilis in filium pater, cum minas, iraſque detonuerit, ad matrem verſus ſolet dicere: Ne me prohibe in ſceleratum animaduertere: cum tamen nihil illi magis optatum ſit, quam vt honeſta ex cauſa cogatur flagellum de manu proijcere. Habes illuſtre Chriſti factum in huius ſenſus probationem. Clamabat poſt illum mulier de filiæ ſalute ſollicita. *Miſerere mei Domine, Ieſu Fili Dauid: filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Diſſimulante autem illo, quaſi aut non audiret, aut ad ſe minimè illæ voces pertinerent, Apoſtolorum pietas interceſſit, ne ſcilicet omni occluſo ſalutis aditu, miſera mulier deſperaret. *Dimitte illam, quia clamat poſt nos.* Ille autem durus, vt videri volebat adhuc: *Non ſum*, inquit, *miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Adhuc autem illa clamante, & nutu, ac geſtu ſupplicis interpellante: *Domine, adiuua me.* Seuerius adhuc ille reſpondit: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Quanta omnia arte ſunt facta! vt ſe ſimularet importunitate fœminæ fatigari; cum tamen nihil ille minus vellet, quam vt à precando deſiſteret. Intellexit id ſcilicet illa clariore lumine interius docta, perſeuerauitque, donec quidquid volebat obtinuit: arbitrata ſcilicet, quidquid exterius durum, ſeuerumque ſonabat, hortamentum potius fidei eſſe ſuæ, quam reprehenſionem clamoris. Sic hoc loco *Auerte*, inquit *Oculos tuos à me*, quaſi alio vt vertat lumina, imperet, cum tamen nihil illi ſit magis gratum, quam vt in vnum ſe intueatur, nullam aliam in partem acie *Oculorum* conuerſa. Gratias enim Deo nihil eſſe poteſt, quam ſi & rectè per fidem de cœleſtibus rebus ſentiat; & quidquid rectè in tota agendi ratione ſenſerit, in actum deducat.

Imitatur autem Deus vulgatas loquutiones. *Ad vim affectus indicandam.* *Exemplum habes in Moſe.* *Cui imperatum abſtineret à precib. pro populo.* *Cum nihil minus vellet Deus.* *Sic Pater iratus in filium.* *Matrem prohibet pro illo intercedere.* *Cum alia omnia potius velit.* *Sic Chriſtus ſeuerior in Cananeã.* *Eius precibus delectatur.* *Et per ſpeciem negantis,* *Incitat ad petendũ importunius.* *Sic hoc loco oculos auertere iubetur Eccleſia, vt firmius figat.*

Deus ſæpè ad vim affectus indicandam vulgaribus loquendi formis vtitur. Exo. 32. 9.

Moyſes quo ſenſu iuſſus abſtinere à precando pro Populo. Exo. 32. 11.

Matth. 15. 22.

Chriſtus durus in Cananeam, vt illius fidem cõmendet.

Chriſti ſeueritas hortamentũ fidei.

NOTA-

Digitized by Google

NOTATIO XI.

QVIA IPSI ME AVOLARE FECERVNT.

SVM. COM.

I.

Lectionum varietas.

Ea ad arcanum ſenſum applicanda.

Auolat Deus, cū rogatus diſſimulat.

Cum quæſitus nō ſtatim adeſt.

Cum ſe ſubtrahit, a conſpectu.

Cum ſe victum confitetur.

Sic Angelus cum Iacobo luctatus.

Se ſe fatetur ſuperatum.

Non corporis viribus, ſed oratione.

Sic & Deus ſe victum fateri nō erubeſcit.

Ne à fœmina quidem, Cananæa.

Cui omnia concedit, ad votum.

Cant 6. Not. 10.

Deus quomodo auolare ſoleat.

Gen. 32. 26. Angelus ſe à Iacobo victum fatetur.

Oſe. 12. 3.

Deus ſæpè ſe victum ab homine fateri non erubeſcit.

QVO hæc ſenſu ſint dicta, ſatis ex hís, quæ proxima Notatione obſeruata ſunt, cordatus Lector intelliget: ſed dandum ijs aliquid eſt, qui ingeri in os ſibi cibum amant, immo & mandi, vt traijciendi laborem ſolum ſubeant ipſi. Lectionum varietas hic concilianda non eſt; nam de ea re ſatis dictum Dramat. Comment. Not. 10. hic ad arcanā ſententiam ſiquid ea varietas faciat, diſquirendū eſt. *Auolat* à conſpectu Deus, cū rogatus, interpellatuſque diſſimulat, nec rogata largitur: vt gratiſſimo ſe fidei pabulo reficiat. *Auolat* à conſpectu, cum quæſitus ab Eccleſia, vel anima, vocatuſque, ſe adhuc quæri vocarique gaudet; vel vt amorem aceendat: vel vt accenſo fruatur. *Auolat* à conſpectu, cum velut offenſus ſe ſubtrahit, abſconditque, cum præſentiſſimus tamen ſit: nec Vnquam coniunctior animæ, quam cum ſic videtur abeſſe. Omnia hæc ad Tropologiam ferme ſpectantia, ſuoque tradenda loco, hic indicanda fuere. Sed quantum ad litteralem ſenſum ſpectat, *Auolare* ſe coactum dicit ideſt, Victum ſe fateri, quemadmodum ij faciunt, qui herbam victori in arena porrigunt: aut, in fugam verſi, impares ſe aduerſario confitentur. Sic Angelus Iacobo poſt totius noctis certamen, & quidem pænè Victori, dicebat: *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?* Gen. 32. 26. 28. Victorem aduerſarium ſenſerat, ideo dimitti volebat: fortem contra Deum ipſum confeſſus hominem; qui tamen non tam corporis viribus, quam animi depugnarat. S.D.E. *In fortitudine directus eſt cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus eſt: Fleuit & rogauit eum.* Oſe. 12. 3. Magna ſcilicèt illius dignatio, qui ſe vel vinci mortalium pietate ſinit, vel victum non erubeſcit fateri: glorioſum potius reputans, ſi à mortali victore immortalis ipſe nobilis in triumphum captiuus ducatur: quo nullum maius diuini Amoris trophæum eſt. Id Originale vocabulum indicat, ſi quibuſdam de Hebraicè peritis aſſentiare, qui, quod in fonte eſt, *Hiribuni*, reddiderunt: *Superauerunt me*, vel, *Fortiores Fuerunt me*. Nam quid aliud voluiſſe Chriſtum putas, cum ad Cananæam diceret: *O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiſti*. Matth. 15. 28. Poſt arduum, ac dubium prælium, tandem ſuccubuit; & fœminæ permiſit ſeſe, illius voluntati obſequuturus, velut iuſto bello captiuus. Gaudet enim ſuorum nobilitare victorias, & per ſuum quodammodo decus famam augere.

II.

Auolare autem ſolet, ſicut acies.

A manu aucupis ſolet.

Quaſi exploratura, quam doleat abſentia domino.

Mox in eandem manum deuolat.

Gratior futura poſt ſimulatam fugam.

Sic Deus cum ijs agere ſolitus.

Quos impenſe amat.

Vt exploret amoris firmitatem.

Raro autem id cū incipientibus facit.

Frequentiſſimè cū perfectis.

Ideo ſub hoc ſtatu Eccleſiæ, talis inducitur.

Auolare propriū auium cum e cicuribus efferantur, & effugiūt.

Dei ratio agendi auſterior cū perfectis.

Diſcedit ſæpè; ſed rediturus probata fide.

Huc referre poſſes aliorum ex Hebræo lectionem. *Auerte Oculos Tuos e Regione Mei, Quia ipſi Efferum Reddiderunt me*. Efferari autem proprium eſſe auium dicunt, cum auolant, è Cicuribus iterum ad liberam vitæ rationem, in auijs montium Verſaturæ. Subtrahunt ſeſe ſcilicet, & à Dominis abeunt, & blandius, atque indulgentius tractatæ, quadam amoris confidentia, ac ſecuritate, experiri audent, quam doleat abſentia Dominis; poſt tempus in idem ſeruitium rediturae. Id ſæpè experti ſumma cum voluptate Principes, qui aucupio delectantur: quorum ſæpè de manibus emiſſus Falco, poſtquam nubibus inuectus, quam inſequutus eſt, ardeam ceperit, iteratis etiam vocibus, aut ſibilis euocatus, imperium Domini videtur contemnere, atque operam ludere: donec poſt ſimulatum libertatis amorem, in eaſdem deuolat manus, rurſus eadem excepturus pedibus vincula, quæ videbatur exuiſſe gaudere. *Efferari* ſcilicèt viſus, repetit notam domum, ſeruitutem nobilem præferens ſolitariæ libertati; vt poſt fugæ metum, gratior Domino reditus ſit, amatarum delitiarum. Tale quiddam (ſi fas eſt, ad Deum à belluis transferre ſermonem: & cur non liceat?) hac lectione ſignificari, audeo dicere. Solet ſæpè ille cum ijs, quos vnicè ſibi coniunxit, ſimili ludo experiri amorem, aut accendere: & cum ſecurius haberi videtur, abſcedere: vt rogatus, quæſitus, vocatus, immo & blanditijs delinitus, videatur contemnere ſe vocantem, cupientemque: donec velut explorata amoris firmitate, tanquam ex alto, & nec viſus, nec auditus; ſæpè nec omnino ſperatus, præſentem exhibet ſe; eo maiora gaudia facturus animæ, ſe quærenti, quo abſentiæ anxietas maior fuerat, & importunior abſceſſus. Id autem quia cum incipientibus, minuſque perfectis rarius; frequēter autem cum perfectis, quorum ſcilicèt de amore ſecurus eſt, facere ſolet; ideò hoc tertio Eccleſiæ vel animæ ſtatu, qui perfectiſſimus eſt, vel mox futurus eſt, inducitur ita faciens. Nam cum dicit: *Auerte Oculos tuos, e Regione mei*, ſatis oſtendit, ipſe vnum Eccleſiæ *Oculos* occupatos eſſe; neque iam quidquam in creatis eſſe, quo acies illa pura, & ſimplex auocetur ab eo: quod purgatiſſimi animi, nihilque præter vnum

Vt illius amorem commendet.

Deum quærentis indicium eſt. Cum addit: *Quia ipſi Efferum Reddiderunt me*, ſi præteritum tempus pro futuro poſitum velis, quod probabile loco alio arbitrati ſumus, eam ipſam conſuetudinem ſuam indicat, probandi, exercendique abſentia ſua, quos impenſe amat. Cap. 6. Not. 10.

III.
Immo quodammodo iactare videtur.
Felicitatem in amando ſuam.
Nam felicitatis proles faſtus eſt.
Et contemptus aliorum.
Maximè in negotio amoris.
Cum in ſimilem dignumque impenditur.
Quaſi nupſerit æquali.
Nam ſi ſecus fit, impares nuptias auerſatur.

Felicitatis proles faſtus, & cõtemptus aliorũ.

Amor ſui conſortis nobilitate gaudet.

Sed altior adhuc ſenſus in eiſdem verbis latet, prout quidem aliorum ſententia Originalia ſonant. *Auerte oculos tuos a me, Quia ipſi ſuperbire, eleuari, ſuſtolli, euolare, Fecerunt me*. Interpretantur autem, non alacrem modo me, ſed elatum, ſuperbumque reddiderunt: vt prægaudio, quod à tali diligar, vix mei ſim compos, & me mortalibus omnibus eminere exiſtimem. Id autem quidquid eſt latius, vſu amantium frequentiſſimè comprobatur; omnis enim felicitas elationem, faſtumque proles habet: nihilque magis ſolitum illis, quibus fortuna in amoris negotio largius indulſit, quam cæteros, quibus inuida, aut dura fauorem negat, contemnere. Quod tametſi verum in cæteris eſt, quæ amare, & magnifacere homines ſolent, nullibi tamen verius, quam in amandi tota arte: cedunt enim affectus cæterè vni amori; nec vllibi felicitas votorum æſtimatione maiore cenſetur; fortaſſis, quia cætera, quæ homines cupiunt, infrà homines ſunt: & quidquid inferius homine ab homine quæritur, in ſe quædam ſemina ignobilitatis abſcondit, quæ, in affectum ipſum refuſa, ignobili ſocietate commaculant. Erubeſcit enim, ſibi relicta naturæ nobilitas, plebeio ſe maculare conuictu: &, velut impares nuptias dedignatur. Cum autem animus, ſe dignum nactus connubiũ, in hominem, ſibi ſcilicèt in natura parem, impenditur; ipſa conatus nobilitate lætatur; &, ſi feliciter contingat amare, ipſa amandi felicitate gloriatur, vt cæteros, quibus talis negata felicitas, infra ſe reputet eſſe. Id ergo eſt; *Quia ipſi Superbire Fecerunt me*.

IV.
Gloriatur ergo Deus.
Amore in ſe Eccleſiæ.
Ac felicitatem iactat.
Quod intelliges ex tota ſerie cantici.
Sed ante aſſumptam carnem.
Latebras amabat.
Quaſi erubeſceret, impares amores.
Factus homo publicum amat.
Quia pari coniunctus.
Ideò liberè indulget amori.
Et glorioſum reputat.
Eccleſiam ſibi iunxiſſe cõnubio.

Deus amore gloriatur Eccleſiæ.

Deus antequam homo fieret latebras quærebat amoris in imparem collocato.

Aſſumptâ carne publicum amat, pari cõiunctus.

Hunc autem ſenſum ſi ad arcanam ſententiam transferas, erit forſitan, quod delectet, maximèque iuuet interpretationem noſtram. Scilicèt gloriatur Deus amore Eccleſiæ, magnumque putat, & infelicitatis parte locat, cum ea coniungi: vt quodammodo videatur hoc loco ſuam iactare felicitatem. Facit id ſcilicèt illius bonitas, & in ſuam Sponſam amor, in quam cum vnicè ſit affectus, id vnum pretium caritatis arbitratur, ſi viciſſim ab illa ametur, & quidem ita, vt à ſe nunquam *Oculos* illos deflectat, quibus captum ſe fateri minimè erubeſcit. Id intelliges, ſi totum Canticum paulo profundius examinas, ac latentia ſingulis propemodum verbis arcana rimeris: omnia enim hunc Dei affectum, ſuam iactantis felicitatem, ſpirant. Sed, antequam Deus humanam carnem indueret, amabat, quidem, & viciſſim amabatur, verum magna erat inæqualitas extremorum; ingens inter Deum, Hominesque diuerſitas: latere ergo quodammodo videbatur, anguloſque, ac latebras quærere; quaſi erubeſceret in imparem conieciſſe amorem. Iudaicæ ergo Gentis incluſus anguſtijs, velut diſſimulato habitu, facieque velata, amori contentus Eccleſiæ vacare, connubio ſibi iungere non audebat, ſponſali iure conſtrictus. Homo autem factus, ſimiliſque in natura ex ea parte Eccleſiæ, iam pares nuptias minimè aut erubeſcit inire, aut de dignatur oſtentare. Ergo non iam angulos, aut Synagogæ latebras amat; publicum quærit: &, vidente, ac plaudente orbe vtroque Angelorum, Hominumque, feſto tripudio, cupitis gaudijs fruitur, partemque hilaritatis communicat; quæ tanta ſcilicèt eſt, vt vix laxiſſimo ſinu videatur capi poſſe. Libere ergo indulget affectui, & ſua gaudia vultu, totoque animi, corporiſque habitu manifeſtat: glorioſumque ſibi ducit, quod nactus eam ſit Sponſam, quæ digniſſima ſuo amore ſit, cuius ipſe caritatis vim omnem impenſam ſciat. Id ergo eſt: *Quia ipſi me auolare, in altum* ſcilicèt *tolli*, atque *leuari* fecerunt. Atque ea cauſa eſt, cur hoc maximè loco, cum Eccleſia relictis Iudæorum anguſtijs, ad latitudinnm Gentium migrat, hiſce eam blanditijs Chriſtus, vel prouocat ad amandum impenſius, vel amantem omnino commendat.

EX VERSV IV.

CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM, QVÆ APPARVERVNT DE GALAAD.

COMMENTARIVS.

EAndem eſſe Eccleſiam, quæ toto inducitur cantico, ſed ſecundum ſtatus diuerſam, vel ex hoc loco & proximis colliget prudens lector, quibus eiſdem prorſus verbis laudatur, quibus locis alijs. Hoc ergo loco *Capillorum* encomia continentur, ex comparatione cum *Gregibus Galanditarum Caprarum*, ſicuti Cap. 4. 1. Et licet in verbis exigua in ſenſu grandis eſt diuerſitas. Ad verba, illa pertinet, quod loco illo. *Gregibus Capellarum*, plurali numero, hic *Gregi*, ſingulari, comparantur, illic, *Quæ aſcenderunt*; hic: *Quæ apparuerunt*. Quæ tamen myſterio vacat diuerſitas, cum in Originibus eædem prorſus ſint voces. Vnum diſcrimen eſt, neque id ad ſententiam faciens, quod Cap. 4. dicitur *Quæ aſcenderunt de monte Galaad*; hic autem ſolum: *Quæ apparuerunt de Galaad*. Sed, vocibus omiſſis, rimanda arcana ſententia eſt, Exiſtimamus autem *Capillorum* hoc loco nomine, *multitudinem promiſcui de Gentibus Populi* indicari multas ob cauſas. Nam & *Capra* inquietum animal eſt, & maximè laxiuum. Gemina autem hac labe infamis *Gentilitas* fuit. Facile autem pecudes illæ à reliquo exerrant Grege dum virgulta carpunt; quemadmodum & *Gentes*, ad profanum Deorum cultum facilè transferri ſolitæ; & à ſemel inita factorum via, ad difficiles, nouaſque ſemitas exerrare. Edacitas autem illius pecudis optimè applicatur ad *Gentium* morem in inuadendis, ſola cupidine dominandi, aliorum imperijs. *Apparere* autem dictæ *De Galaad*, id eſt de *Gentilitate*, *Galaad* enim Regio, de qua in plana Chanaanitidis Hebræi deſcendiſſe leguntur, *Gentilium Populis* habitata, tamque fœdis contaminata ſceleribus; vt propterea à Deo deleta ſit, & hebræis tradita. Hic meliore ſorte mutata in melius *Gentilium multitudo*, & impietati mortua, viuificata fide in Chriſtum eſt. *Capillorum* autem cum Populis ſimilitudinem, illic executi ſumus, quam hic etiam facile poſſumus applicare.

ENARRATIO.

ALias in te promiſcui Populi multitudinem Prædicaui, ſuis decoram virtutibus, cum ſcilicet in procinctu promiſſæ adeundæ poſſeſſionis montibus exſcendebat, inque plana inuehebat ſe. Sed in ea ipſa re maiora olim futura contemplabar, cum infinitis propemodum, moribuſque, & linguis diuerſis Gentibus aucta, multaque ſobole læta, ſpectaculum mihi gratiſſimum præbitura eras. Id ergo, quod meditatione olim ſola oblectabat me, nunc exhibendum breui, mira, ſed proxima, voluptate perfundit. Nam quid mihi poſſit eſſe optatius, quam ſi videam, de Gentilitatis, atq; infidelitatis montibus aſperis, confragoſiſque Greges Hominum, velut Caprarum, in plana pietatis euocatos, & mitioribus moribus inſtitutos, & in vnum communem Gregem, ſub vnius Paſtoris cura redactos, virentibus Fidei, pinguibuſque Pietatis paſcuis reficientes ſeſe; nitidoſque & pingues magni Patrisfamilias opulentiam commendare? Quod ſi dotes illas, quibus ex nouis inſtitutis Gentium Populi mutati ſunt, conſiderem, haud ſecus te illis, quam honore rutilantis comæ, ornari fatebor. Facit id & Fidei vnitas, morumque conformitas, & qui à caritate rutilus ſplendor, aureuſque communicatur. Facit ſimplicitas cultus, &, quæ omnibus communis eſt, cordis munditia, & conſcientiæ puritas. Facit æqualitas ipſa, & ab om-

Digitized by Google

ni carnis affectu expers libertas; vt, cum in carne ambulent, carni non viuant, ſed ſpiritui famulentur, vt mirum minimè ſit, tanto redditam pulchriorem comam; immo decidentibus prioribus capillis humore prauo corruptis, nouiſque naſcentibus, qui nitore ſuo originis referunt ſanitatem, ſplendidiorem, geminatas à me laudes meritam, itaratis encomijs prædicari.

NOTATIO XII.

SVM. COM.

CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM.

I.

Alias ſententiarũ multitudine.

Hic parcitate laboramus.

Omnibus mora geminatio viſa.

Eiuſdem prorſus laudationis.

Ex conſuetudine amantium.

ALias, & multitudine, & diuerſitate ſententiarum tantum non obruti, copia impediebamur ipſa, dubij, in quam partem propendendum de multis eſſet. hic parcitate interpretum moras iniici vobis animaduertimus; vt mirum ſit, ab contrarijs cauſis eundem eſſe effectum. Sed ſæpè corpori paria damna ſaturitas, ac fames adferunt: nec infrequentior mors plenitudinem, quam inanitatem ventriculi ſequitur. Omnibus eadem ſilentij cauſa, quod ſuperius Cap. 4. hæc cum proximis verba tractata ſunt. Sic Theodoretus, ſic Pſellus, ſic ferè cæteri de Veteribus, ac Recentioribus, omnes enim lectorem remittunt ad ea, quæ dixerant Capite illo 4. Ponunt enim plerique, repetitionem hanc eſſe laudationis eiuſdem; quæ ſolet eſſe Amantibus frequens conſuetudo, qui, vt aſpectu ſuarum nunquam ſatiantur, ſic etiam nec encomijs: quodque ſæpe videre, ac frui iuuat, ſæpe ſermone laudare delectat. De his diximus Drammatico Commentario hoc eodem loco.

Theodoret. Pſellus.

Cap. 6. Not. 11.

II.

Id miramur in ſcripto myſterijs pleno.

Illis veniſſe in mentem.

Mutaſſet ſaltem verba ſcriptor.

Nauſea fugienda.

Nobis ſcriptoris fama carius æſtimatur.

Cui Sanctus Spiritus adfuit.

Indicauere id quidam.

Qui his Gentes conuerſas agnouere.

Sed mirum eſt, in ſcitiſſimo, atque artificioſiſſimo ſcripto, &, quod caput eſt, à Spiritu S. delineato, ad potiſſima Chriſti, & Eccleſiæ arcana, ſub fictis perſonis, inducenda in ſcenam, perſuaſiſſe ſibi, ſolam hic eiuſdem ſententiæ geminationem agnoſcendam, nulla arcanæ diuerſitate ſententiæ. Si id voluiſſe ſcriptorem, æquum eſt arbitrari, variaſſet ſaltem verba, verborumque ordinem, ne tam defectus artis videretur, vt eadem toties verba, non numeraret ſolum, ſed appenderet: id conſequuturus ſaltem, vt nemini nauſeam eorumdem geminatione verborum adferret: vti ſolers haud raro inuitator ſolet, eundem leporem conuiuis apponere, ita diſſimulata apparatoris artificio, ac condiendi modo re, vt vel attentiſſimo imponat; diuerſamque dapem reputet. Nunquam ego iniuriam hancce ſcriptori faciam, quem & ſcientiſſimum artis ſcio, & à ſapientiſſimo Dei Spiritu ad ſcribendum impulſum, ad Eccleſiæ ortum, augmentumque, ad ſummam vſque gloriam, eiuſque cum Verbo plenas nuptias, conſummatumque connubium deſcribendum. Videre id pauci quidam, ſed indicauere potius, quam tractauere: qui ſicut in verbis illis Capitis 4. Synagogæ Populos agnouere, ita in his *promiſcuam ex Gentilitate conuerſam multitudinem* deſignatam, arbitrati ſunt. Sic Iuſtus Vrgelitanus, qui nobis ſentitis velut omnium probabiliſſimus, amplectendus eſt: Si tamen quædam præmiſerrimus more noſtro.

Non hic ſolare petitio eiuſdem ſententiæ.

Salomon à Spiritu S. doctus, minimæ artis negligens.

Iuſtus Vrgel.

III.

Alij deuotionem interpretantur.

Ex vſu Nazaræorum.

Qui prohibiti tõderi.

Capris, comparari. quia earũ greges vtiliſſimi.

Pietas autem ad omnia ſit vtilis.

Sed cur duplici loco mentio pietatis ſit facta.

Non ſatis explicant.

Quanquam hæc, Religionibus accommodant.

Quidam de Recentioribus, & quidem doctiſſimis, cum non ſine magna cauſa haſce geminatas laudationes arbitrentur, minus tamen felices in interpretandi ratione viſi ſunt nobis. Nam eorum quidam *Capillos Deuotionem* interpretantur, qua quis ſe Deo totum conſecrat. Notum Nazaræorum inſtitutum, de quibus dictum, *Vir, ſiue mulier, cum ſe voluerit Domino conſecrare, omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non tranſibit ſuper caput eius.* Num. 6. 5. Et de Sanſone Iudic. 13. 5. *Concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero.* Comparari vero *Caprarum Regibus*, quod ex nulla paſtoritia negatione maior exiſtat prouentus. *Pietas* autem, quæ eadem cum *Deuotione*, aut Soror illius eſt, *ad omnia vtilis eſſe* dicatur 1. Tim. 4. 8. Quæ addunt alia, non validiora ſunt: ac ne id quidem quod poſitum ex illis eſt, valde robuſtum eſt; nec cum hoc loco connexum. Cum alioqui cur huius *Deuotionis*, ſiuè *Pietatis* duplice loco facta ſit mentio, non ſatis explicent, quod omittendum non erat: tametſi alterum ad Eccleſiam primitiuam, quæ ſub Apoſtolis floruit, referunt; alterum ad illa, quæ, poſt inſtitutas familias Religioſas, refloruiſſe viſa eſt, ſiue, vt illi loquuntur, reformata eſt. Sed quid de ea poſitione ſentiamus, loco alio dictum eſt.

Capillos qui deuotionẽ interpretati ſunt. *Num. 6. 5.*

Iudic. 13. 5.

1. Tim 4. 8. Pietas ad omnia vtilis.

IV.

Alij priora illa, quæ Cap. 4. continentur, de fidelibus Chriſtianæ Eccleſiæ interpre-

Digitized by Google

Alij de Iudæorũ reliquijs hæc accipiunt.
Sed nondum Eccleſia de illis cogitat.
Immo nulla cantici pars ad eas pertinet.
Vt alibi dictum à nobis eſt.

Capillos qui Iudæorũ reliquias eſſe voluerint.

Cantici ſeries vſque ad pacem ſub Conſtantino.

pretantur: eos intelligunt ſcilicet, qui primum ex Iudaiſmo, mox ex Gentilitate vocati ſunt: Hæc autem de Iudæorum reliquijs, quæ ſub mundi finem vocandæ ad Chriſtum, ac cæteris adiungendæ ſunt. Sed nondum Eccleſia capite hoc, ſub eo ſtatu deſcribitur, quo indulgentiſſima mater etiam filios illos, hactenus duros, & contumaces, ſuo complexu, ſinuque latura eſt. Multa adhuc illi gerenda ſunt, multa toleranda, antequam eas ad ſe reliquias gaudeat adduci. Quin, ſi verum eſt iudicium noſtrum, tota Cantici huius ſeries ſub pace Eccleſiæ poſt Conſtantinum finem habet: quidquid inde vſque ad ſæculi finem futurum eſt, ad hoc Canticum litteraliter non pertinet; totum Apocalypſis argumentum eſt.

V.

Nos hæc ad Gentes vocandas ad fidem referemus.
Sic facilè geminatio defenditur.
Nam Eccleſia eadem eſt.
Sola ætate diuerſa.
Prius iunior ſub natura, & lege.
Nunc adultior ſub gratia.
Etiam pulchrior, ideoque laudari dignior.

Iuſtus.

Capilli Eccleſiæ Gentiles vocãdi ad fidem.

Eccleſia vt ætate, ita etiam creuit pulchritudine.

Superest vna ſententia, quam indicauimus paulo antè ex Iuſto Vrgelitano: Quæ hic dicuntur ad Eccleſiam, vocatis iam ad Chriſtum, aut certè proximè vocandis Gentibus; Capilliſque promiſcuæ multitudinis Plebem ex gentiliſmo ſignificari; quemadmodum Capite illo 4. verba illa, analogiam non ineptè ſequuti. De Iudaici Populi multitudine intelligenda definiuimus. Sic vero ſatis idonea ratio redditur, cur duobus locis eædem poſitæ ſint laudes *Capillorum*, & quidem eiſdem omnino verbis. Nam certè, tametſi Eccleſia, & ætate & ſenſu alia eſt, verè tamen eadem eſt; prius quidem ſub Synagoga iunior, poſterius adultior ſub gratia: ſed ſibi ſemper ſimilis, niſi quantum facit diſcriminis ætatis ipſa diuerſitas, & ipſa ab Sponſa in iuſtam Vxorem mutatio. Intelligi ergo oportebat, non aliam, ſed grandiorem eſſe; mutatam ſtatu & ſorte, non perſona, & naturà: profectu meliorem, non diuerſam à priore: pulchram ſub priore ſtatu, ſub poſteriore pulchriorem. Nam quod ſolet in humanis contingere, cum forma, ætate grauante minuitur, donec, ex areſcente omni flore, ſepulchro condatur; malum eſt huius, quæ oculis blanditur formæ, non eius, quæ mente perſpicitur, ſancta ergo Eccleſia, vt ætate creuit, ita & forma: pulchra quidem ſub Naturæ lege, ſed ea ſpecie laudanda, quam in Puellis probare ſolemus, plenam in nubilibus annis promittente potius pulcritudinem, quam habente: florem ergo in eo ſtatu laudamus, nondum fructum. Acceſſit iuueni pulchritudo maior, & paranti ſeſe ad plenas nuptias, fauit natura, ſeu potius gratia; ideoque encomia meritò Sponſi Verbi ſuas per partes deſcripta eſt, & quidem per otium. Ea ætas media fuit, cum per Legem, pronubo Moſe, conſcriptiſque Sponſalibus tabulis, in Sponſam electa eſt, facta futuri per Incarnationem connubij, non tantum ſpe, ſed etiam promiſſione. Cumulata felicitas tandem eſt, peractis per aſſumptam carnem Nuptialibus Sacris, eaque in domum iam viri deducta contraditaque familiæ omni adminiſtratione: tunc verò tam a ſe viſa diuerſa eſt, tam alia ab ea, quæ ſub prioribus ætatibus fuerat; Vt multo maioribus encomijs prædicari digna ſit viſa. Quod ſatis animaduertes, ſi cõſideres, hoc iam ſtatu non iam ruſticis ſolum rebus, vt antea, comparari, ſed cum Vrbanis, eximijs, ingentibuſque: immo cum in terris exempla deficerent, quæſita in cœlis: Et quæ antea ſimpliciter fœminarum dicta pulcherrima, &, per ſingula membra ducta laudatione, commendata, iam & Ieroſolymæ Vrbi, & acies Caſtrorum, & Aurora, Lunæ, Soli componitur; tamque aucta ſpecie prædicatur, vt & Reginis præferatur omnino; & vna præ omnibus dilecta Sponſo, & Genitrici prædicetur, velut vnica, & ſola. Vides per quos gradus deductæ ſint laudes, quamque merito accumulentur hoc, & ſequenti Capite; & ea quæ Capite 4. fuerant poſita, geminentur; ne quis exiſtimaret, vel aliam eſſe, vel deteriore forma minus Sponſo placentem; Atque hæc generatim ſint dicta.

Quam cum puella eſſet.
Et poſtmodum Sponſa.
Quæ media fuerat ætas.
Inter puellarem, & adultam.
Cum ducta in vxorem eſt.
Ideo iam non ſolum ruſticis rebus comparatur.
Sed Vrbanis immo, et cæleſtibus.
Et Reginis antefertur.
Et vnica dicitur ſponſa, ſicuti & matri.

Pulchrã ſub natura, pulchrior ſub lege, pulcherrima ſub Gratia.

Eccleſia cur ſub hoc ſtatu rebus magnis comparetur, terræ & cœli.

VI.

Eſt & alia geminationis ratio.
Nam ingreſſus in promiſſam terrã.
Typus fuit cõuerſionis Gentium.
Qui omninò cum re conuenit.
Quod vt indicaretur.
Geminare oportuit laudationẽ.

Hebræorum in promiſſam terrã ingreſſus typus conuerſæ Gentilitatis.

Cæterum euſdem iterationis rationem aliam eſſe arbitramur, nec prætereundam. Nam quidquid geſtum legimus eo Hebræorum in Chanaanitidis poſſeſſionem ingreſſu, eorum, quæ in vocatione Gentium contigere, typus fuit. Sicut enim Dei populus, poſt diuturna prælia, & dura facinora, promiſſæ olim poſſeſſionis, Gentibus illis ſublatis, dominatum adeptus eſt; ſtabilitoque ad multos annos regnauit imperio; ſic Eccleſia, non niſi poſt dura bella, multoſque labores, Gentilitatis adijt poſſeſſionem, non quidem eiectis Gentibus, ſed ad gratiam Euangelij traductis, & Chriſti fide communicata, eodem caritatis Vinculo conſtrictis, communique Domino nobili ſeruitute ſeruire coactis. Per omnia ergo typus cum re ipſa conuenit; & quiſquis animum aduertat, altiuſque mentis oculos in Symbola defigat ipſa, ſtatim intelliget, encomia hæc non ſine magna geminata cauſa, vt, digito quaſi intento, ſimilitudo typi cum ſignificata re oculis admoueretur. Sunt ergo eadem omnino verba, ſed ſenſus ſenſui tam diſcrepans, quam ſtatus ipſi Eccleſiæ differunt inter ſeſe. Id autem mouendum fuit, ne in eruendo vero ſenſu, quique dignus hoc ſtatu Eccleſiæ eſſet, facile quiſquam exerraret.

VII.

Capillos autem fideles populos eſſe.

Quod ſi *Capilli* Eccleſiæ, hoc quidem ſtatu, *Gentium Populi* ſunt, vocandi mox ad Fidem, atque Euangelij libertatem: ijdemque *Capratum Gregibus* aſcendentibus è

Monte

Digitized by Google

Alibi ſatis oſtenſum eſt. — Propter originem. Nitorem. — Æqualitatem, & ordinem. — Quæ populis Iudæis alibi applicata. — Facilè hic etiam applicari poſſunt. — Populis Eccleſiæ ſub gratia.

Dotes Capillorũ Fidelibus applicatæ.

Monte Galaro, comparantur, neceſſe eſt exquirere, & cur *Capilli* dicantur, & cur *Capris* ſimiles ſint. *Capillorum* cum Populis fidelibus ſimilitudinem ex analogiæ legibus Cap. 4. Not. 4. num. 5. exequuti ſumus, illorum dotes Fidelibus applicantes; quas eſſe diximus quatuor potiſſimas inter alias, ſcilicèt, *Originem* eandem à capite: *Nitorem* ſimilem; *Æqualitatem* ſororiam: *Ordinem* minime perturbatum. In Fidelibus vero *Origo* eadem à Gratia vocante eſt, & eligente; *Nitor*, ac rutilus ſplendor à Fide, quæ Caritatẽ ſociã habeat; *Æqualitatẽ* eadẽ in Deũ pietas, & in proximos facit caritas; ac demum *Ordinem*, minimè perplexũ, Sacræ Leges conſtituunt Eccleſiaſticæ Politiæ, qua multitudo omnis continetur, vt quiſque ſuũ ſeruans ordinem, & doctrinæ pane, & inſtitutionis ſalubri potu ad robuſtam virtutem nutriatur. Quod ſi id verè de Hebræorum Populo ſub Moſe eo loco dictum eſt, eo verius ad Chriſtianam Eccleſiam accommodari poteſt, quo in ſingulis illis Iudaicæ excelluiſſe eſt certum. Haud libet idem hoc loco argumentum tractare; poteritque auidus Lector eo recurrere, & pro ſua prudentia, quod minimè difficilè eſt, conuertendis ex Gentilitate Populis applicare.

VIII.

Vnum obſeruatũ à Nyſſeno addendum. — Nam capilli ſine ſenſu ſunt. — Ideo ſine dolore reſecari & exuri poſſunt. — Cum decidẽtibus à fide Iudæis. Tales docet Eccleſia filios — Honeſtum ob turpi diſtinguentes. — Et pro Chriſto multa tolerantes. — Quaſi ſine ſenſu ſint. — Verè id dictum intelliges. — Si veterum temporum exempla recorderis. — Virorum, atque mulierum. — Summa. & puerorum, puellarũque. — Alacriter currentium ad mortem. — Per diros cruciatus & pœnas. — Tanquam ſenſu doloris carerent, Ingenti cum hominum admiratione.

Nyſſenus.

Capilli ſine ſenſu, & dolore.

Vnum eo loco omiſſum, & in hunc de induſtriã reiectum, quod & Gregor. Nyſſenus in tempore obſeruauit: Id autem non melius meis, quam illius exequar verbis, Hom. 15. propè finem, quæ & vltima eſt. *Capilli corporis peculiarem quandam, & diuerſam à reliquo corpore, naturam habent. Nam cum corpus vniuerſum vis ſenſilis gubernet, abſque qua nemo viuere poſſet, quòd ſenſus ipſe ſit vita corporis* (vitæ proles, & indicium) *ſolos Capillos videmus, & partem corporis eſſe, & ſenſu tamen carere.* Hanc autem vitæ ſenſusque carentiam ex eo confirmat, quòd ſine vllo doloris ſenſu, & reſecari, & exuri ſoleãt. Pergit: *Itaque cum de ſententia dicti Paulini, gloria mulieris ſit coma, quippe quæ per cincinnos caput exornet; docemur, per hanc, Capillorum Sponſæ prædicationem, debere illos, qui in capite Sponſæ eſſe intelliguntur, & per quos gloria Eccleſiæ accedit, habere ſenſus in poteſtate ſua, perque ſapientiam ſenſus occultare.* Hi non aſpectu, non odore, non alio ſenſu de rebus ad animam pertinentibus iudicant; ſed mentis ſapore ſolo honeſtum ab inhoneſto diſtingunt, amplectunturque corde, quidquid mente probauere *non honoribus intumeſcentes, neque per abiectionem animi rebus triſtibus in anguſtum coacti: ſed in aduerſis caſibus, Capillorum inſtar, ſe ſenſus expertes declarantes; etiam ſi vel ſectio propter Fidem Chriſti, vel ad beſtias, vel in ignem abiectio perferenda ſit.* Hæc Nyſſeni ſunt. Quod ſi Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum ſub ea tempora, quibus, cæpto prædicari Gentibus Euangelio, propagari cæpta eſt, conſideres; ſi ardorem Fidei, caritatiſque ad dura quædam perferenda pro Chriſto, etiam cruciatus, & mortem ipſam per ferrum & flammas, ſine vllo gemitu, veluti non homines eſſent, ſed vel rupes, vel ligna inanima: Si conſideres illuſtria poſtea ſub tyrannis exempla, quibus idipſum, quod ante animi præparatione ſint paſſi, opere ipſo cumulauere; quanta cũm ratione *Capillis* comparentur *Populi Chriſtiana Fide imbuti*, forſitan aſſentiere. Quod ſi & fœminarum decus, & gloria *Capilli* ſunt, quam glorioſum Eccleſiæ fuiſſe arbitraris, tam ſeria inſtitutione à ſe Fideles imbutos, tam forti virtute armatos, vt vel lactentes pueri, ac teneræ virgines Matrum abſtractu de ſinibus, haud aliter mortem, ac cruciatus, omnes ſubirent, quam ſi ſenſu prorſus carerent; & quidquid patiebantur ipſi, in alijs ſpectarent è loco tuto. Multa omni illo tempore, quo prælia inita, & multa, & aſpera cum Idolatriæ vanitate, quoad tandem deleretur, illuſtria facta illuſtrauere Eccleſiam; Sed, ſi rite deiudices, nihil omnino maius ad gloriam, aut illuſtrius ad famam, aut grandius ad memoriam fuit, quam ingentia ſpectare virorum fœminarum; puerorum, puellarumque agmina, vltro ad mortem pro Chriſto ſubeundam, & alacres properare: nec fuit omnino quidpiam, quod maiorem homines in admirationem rapuerit. Quidquid enim grande eſt, & à grandi profectum animo, mortalium ſecum admirationem trahit, & laudem extorquet. Sint ergo Eccleſiæ Chriſtianæ ex Gentibus aduocati *Populi Capilli* ad ornatum, & gloriam.

Eccleſiæ populi pro Chriſto cruciari, & vri paſſi quaſi ſenſu carerent.

Fœminarũ decus coma, Eccleſiæ martyres.

Martyrum virtute nihil Eccleſię ad gloriã maius.

IX.

Inſuper ſæpè contingit ex morbo capillos defluere. — Quod turpe in mulieribus. — Ceſſante morbo renaſcuntur. — Id nobis contigiſſe Eccleſia viſum.

Capilli ex morbo defluente, eo ceſſante renaſcũtur.

Sed eſt aliud magis arcanum, quod *Capillorum* ſub ſchemate continetur, quod huic loco accommodatum, non creperam lucem inferet. Nam ſæpe certè contingit, aut deficiente excrementitia materia, aut alio verſa; aut humore prauo corrumpente radices ex morbo *Capillos* defluere: quod turpe omnino eſſe, vel Cæſar ipſe profeſſus, qui ideo laureatus libens triumphaſſe ſolitus, quod caluitij turpitudinem laurea obtegeret. Sed ceſſante morbo, aut reuocata in notos exitus excrementitia materia, velut arbores primo vere ſolent, iterum *Capilli* geminant, caputque ſuum veſtiunt, nouoque augent decore. Id mihi Eccleſiæ contigiſſe videtur quodam modo ſub Synagoga, moxq; ſub Euangelio, Nam certè cum Iudæorum natio repulit Euangelij gratiam, ſeque indignam æterna vita, quam Chriſti vita, & mors intulit mundo, confeſſa eſt, defluentibus *Capillis*, ingrata caluicie Eccleſia quodammodo deformata eſt,

Digitized by Google

eſt: vt ſeſe in hominum conſpectum dare vix auderet. Ideo Synagoga lucem exoſa, Gentilitatis tenebras petijt, donec enaſcentibus nouis *Capillis*, ac multo ſplendore fulgentibus, in Iudæorum locum Gentibus ad fidem vocatis; nouo ſpectanda cultu, ac geminato inſignis honore, orbi ſe ſpectandam dedit. Tam pulchra ex eo tempore viſa Sponſo Verbo, immo & Angelis, vt & illius encomia, & horum laudes mereretur. Atque ea alia ratio eſt, cur laudatio geminata eadem ſit: quod à miſſo ſemel comæ decore, eodemque cum fœnore recuperato, formæ illius creſcere gratia viſa eſt. Id autem, quam merito obſeruatum ſit, ex Paulo intelliges, quamquam mutata forma ſermonis. *Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis; & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos; quod ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. Dices ergo: Fracti ſunt rami, vt ego inſerar: Bene: propter incredulitatem fracti ſunt.* (En defluentes maligno humore corrumpente radices, Capillos) *Tu autem Fide ſta: noli autem ſapere, ſed time.* Rom. 11. 17. 18. 19; 20. Reliqua apud Paulum vide; qui, metaphoræ pulchrè illi hærens, perſequitur argumentum; & quidem maximè ad rem noſtram, cum à *Capillis* ad arborum ramos frondoſque loquendi aduocentur pulchræ formæ, & contra: vt loco alio obſeruatum eſt.

Quaſi decidua coma deformata.

Gětium latebras quæſiuit.

Donec renaſcerentur capilli.

Gentibus conuerſis ad fidem.

Id ex Paulo diſces, quanquam alia orationis forma.

Sed appoſitè in rē noſtram.

Illum ſi placet legere, potes.

Deficientibus à Fide Iudæis, defluere capilli Eccleſiæ.

Rom. 11. 17. Fractis Iudæorum ramis Gentium inſerentur ſurculi.

Com. Dramat. Cap. 7. Not. 20. nu. 6.

NOTATIO XIII.

SICVT GREX CAPRARVM.

I.

CAprarum ſuos per manipulos diſtinctarum cum Hebræo Populo comparationem, Cap. 4. Not. 5. exequuti ſumus: hic earundem cum *Populis ex Gentibus* ſimilitudinem exquemur; ne quid inobſeruatum omiſiſſe videamur, in argumento exiliter, & aridè ab alijs pertractato. Nam in *Capellis* & *inquietam naturam*: & *laſciuiam*; *facilemque à ſuo Grege exerrationem* notamus; atque *edacitatem*, quia nullum omnino paſtum, dum viride ſit, reſpuere ſolent. His autem notis omnes *Gentilium Populos* fuiſſe inſignes, res ipſa docet. Nam antequam vocarentur ad Fidem, & Chriſtianis imbuerentur moribus, quietem nec amare docti, nec pati, haud facile imperio aliorum acquieſcebant; & poſtquam ſemel ſuſcepiſſent, ſæpe excutere tentabant: de quo multa habes in Profanorum Hiſtorijs exempla. *Caprarum* ſic *Greges* difficile regi ſe ſinunt, vt plus negotij Paſtori paucæ *Capellæ* exhibere ſoleant, quam ingentes Ouium Greges, quarum ſe manſuetudo, obſequiumque, facile, vel puerorum, puellarumuè ducatui accommodare ſolet. Carpūt autem virgultorum ſumma, cumque vix teneriora frondium deguſtarint, noua pabula quærunt, quæ iterum carpant; quaſi pabuli ſola varietate delectentur, non abundantia. Itaque anxiæ quærunt, quæ dente auido rodant; mox velut auiditate obſtupeſcente, aut faſtidiente præſentia, eadem anxietate minus obuia conſectantur. Id autem proprium Gentilium fuit religionis quacumque ſpecie delectari, nec minus facile reijcere, & ad aliam tranſire, quam auidè quæſiuiſſent; vt libatis extremis frondium contenti, noua ſemper amarent, nullo vanorum excluſo Numinum, quod vel caſus offerret, vel aliorum error commendaret. Hinc tot ſectæ ſua ſe multitudine, ac diuerſitate deſtruentes; tot Deorum myriades, tot portenta vanitatum, tot errorum monſtra; vt mirari lubeat, mortalium habitos ſapientiſſimos tam fœdè, tam enormiter, tam frequenter in tanti momenti erraſſe re. De his multa in multis habes, maximè in noſtris Auguſtino, Arnobio, Firmocæno, Tertulliano, quem primum oportuit nominaſſe.

Sed cur capilli capris comparat?

Caprarum vitia potiſſima.

Gentibus applicata, quia communia.

Inquieta capra, inquieta & Gentes.

Nec in eodem ſtatu durare ſolita.

Sed mutare frequenter religionē.

Priore relicta atque damnata.

Vndè tot Deorum portenta.

Tot errorū monſtra.

Etiam à ſapientibus approbata.

Gentium inquietum ingenium.

Populi Gentiū in vna religione durare non ſolitæ.

Vndè tot Sectæ ſe ſe mutuo deſtruentes.

II.

Laſciuum animal *Capram* eſſe, conſtat, maximè mares, vt in prouerbium abierit, *Capro laſciuior*. Quin & *Capellæ*, adhuc lactentes, marem non pati modo, ſed quærere, ac prouocare feruntur, & partu impleri. *Prior in die coitus non implet, ſecundus, efficatior, ac deinde. Itaque ſæpius in die ineuntes ſe mares patiuntur: ardentioreſque multo in coitu, quam oues ſunt.* Gentilitatis autem in eo labem nemo hominum verbis exprimat: pleni exemplorum ſpurciſſimorum libri ſunt. Vt ne à maribus quidem abſtinerent, tam cœca pronitate naturæ, vt rem nefandam, & meritam aliquando de cœlo flammas, arbitrarentur honeſtam; immo ex ſapientibus, & Philoſophis dignam. Parum id fuiſſet, niſi, quæ crimina ipſi in ſe honeſta putabant, Dijs ſe quidem cultoribus dignis, aſcriberent: ne immuniores, ſcelerum Dij vindices, ſceleribus eſſent, quam homines. Nec contenta ſceleratis Numinibus ſcelerata gens, ſcelera etiam ipſa, ac omnis ſpurcitiei propudia conſecrauit: Vt non modo Deos coleret ſceleribus multis infames, ſed & ſcelerum infamias ipſas, Numina veneraretur. Sed id totum antequam

Euan-

Sed & fœda laſciuiæ labes.

Qualis nec in capris viſa.

Vt nec moribus parcerent.

Neque tantam infamiam probro ducerent.

Immo & Dijs adſcriberetur, ſe dignis ſcilicet.

Et ſpurcitias ipsa conſecrarent.

Capra laſciuior, Prouerbium. *Plin. lib. 8. cap. 50.*

Gětilium laſciuia antequam adducerētur ad fidem. *Athenæus. Lucianus.*

Digitized by Google

Donec Euangelij luce perfuſi. *Caſtitatem cole-rent.* *Et pudicitiam voluptati præferrēt.*

Gentiles ad fidē vocati muttati de capris in agnus.

Euangelij luce perfuſi, nouis inſtitutis formarentur in melius; ac, caligine diſcuſſa omni, Pudicitiæ Deus obuijs vlnis amplecterentur; & è Capris laſciuientibus Agni mundi, caſtique fierent: doctique caſta connubia iungere, noua ac pulchra prole matrem Eccleſiam, Chriſtumque Patrem bearent: multique, repudiata omni voluptate, cœlibem vitam agerent; virginitatemque catnis etiam permiſſis delitijs præ haberent. Qua de re inferius ſuo loco.

Inf. Not. 10. Num. 4.

III.

Eſt etiam errabūdum pecus capra. *Nec minus errabundæ Gentes.* *Et præcipitia amātes.* *Aut omnes colentes Deos, aut nullos.* *Nec verum agnoſcentes.* *Ab errore in errorem delati.* *Etiam ſapientes ex illis.* *Qui cæteris prælucere debuiſſent.*

Gentilium errores ſemper extranei.

Etiam qui vnum agnouere Deum in vno errarunt.

Sapiētium Græcorū verò ignoratio.

Exerrandi autem à toto Grege facilitatem in *Capellis* nemo mirabitur; ſed mirari tamen poterit in Gentibus, & litterarum cultu mitibus, & humana ſapientia claris, & Philoſophiæ præceptis imbutis tam multiplices, in re omnium maxime graui; & ad ſalutem animæ neceſſaria, errores, atque incertitudinem ſentiendi: vt prorſus per extrema currerent, & multi nullum omnino Deum agnoſcerent, cui cultus impendendus eſſet; alij nullum non agnoſcerent, cultuque Deum venerarentur. Semper ſcilicet impietas per præcipitia currit, & media fugiens extrema ſectatur; &, vt ille ait, Chriſtus inter duos latrones crucifixus eſt. Quod ſi qui fuere, quibus, incerta quadam, & craſſa notitia, vnus Deus agnitus eſt, in eo ipſo fœdiſſime lapſi ſunt; quidquid potius vanæ menti obiectabatur, vel cœlum vel ſolem, vel quiduis aliud Diuinitate donantes, quam primam illam æternamque, atque immutabilem rerum cauſam, quam Deum dicimus, credimuſque. Itaque ab errore in errorem migrans profanitas; neque certa lege regi docta, cæcis inuoluta tenebris; velut ſine Rectore nauis, vaſto commiſſa pelago, Flanti vndecumque vento obſequi coacta, omnem in partem ferebatur, donec fluctibus extremæ infelicitatis hauriretur. Neque id malum, vulgus ſolummodo gentis inuaſit, rude indoctumque; ſed eos ipſos proceres, qui ſapientiæ fama clari, cæteris velut ſydera magnitudinis primæ prælucebant. Hæc ergo *decerrandi* à vero tramite procliuitas, præcipitia ſemper amans haud ineptè *Caprarum* ſimilitudine indicata eſt.

IV.

Sed et edacitate ſimiles capris. *Fame ambiendi aliena ſcilicet.* *Hinc Imperiorum mutationes.* *A Nino Tyrannorū primo apud Aſſyrios.* *Quos deleuere Perſæ ſub Cyro.* *Perſas deinde Græci, ſub Alexandro.* *Græcos Romani.* *Et ipſi delendi à barbaris.* *Vndè minora Regna ſub Chriſtianis.* *Quos inter licèt non ſemper pax.* *Modeſtius tamen egere.* *Sed & nullam magnū imperiū.* *Niſi ſub infidelitate creuit.* *At mutauere Gētes mores.* *Ad Chriſtum cōuerſa;* *Quem maluere Dominum.* *Nobili obſequio contenti.*

Plin. lib. 8. cap. 50.

Gentium libido in ambiendis imperijs.

A Nino Aſſyriorum imperiū.

Medi, & Perſæ.

Græci ſub Alexandro.

Romani à barbaris deleti.

Minora Regna ſub Chriſtianis.

Nullum magnū imperium, niſi ſub infidelitate natum.

Reſtat poſtrema *Edacitas*, nullo ſaturata paſtu, ſtirpibus, virgultiſque noxia; nam & *Caprarum* morſus arboribus exitialis proditur: immo oleam lambendo à *Capris* ſterilem reddi; qua cauſa à veteribus id pecus Mineruæ minimè immolatum, ſatis conſtat. Id ſi ad Gentilitates transferas, intelliges, inſaturabilem aliena ambiendi famem; vndè tantæ Imperiorum mutationes, & euerſiones Regnorum. Tranſiere Imperia à Gentibus ad Gentes. Nam quid non regnandi libidini permiſſum eſt potius, quam licuit? Quid non bellis tentatum, & obtentum eſt? Ninus reali progenies primus regnauit, Si tamen primus, & ante Ninum nemo mortalium tyrannidem exercuit: Inde Aſſyriorum Imperium pati orbis coactus eſt; donec ea monſtra deleuere Medi, vt atrocius ipſi ſæuirent in Gentes liberas natas. Cyrus à Medis ad Perſas imperandi iura tranſtulit, auidus humani ſanguinis, quo niſi poſt mortem impleri non potuit. Perſarum Regno de angulo Græciæ exortus Alexander interitum cum fortuna Græcorum attulit: Darioque deleto Gentis ſuæ nomen aſtris inuexit; indignus dominandi libidine, qui filios hæredes haberet. Familiam ergo, quam pene primus euexit, idem extinxit. Diuiſoque in amicos Imperio, ruinam inuexit. Sequuta Romanorum tyrannis eſt, quæ in magnitudinis culmen elata, ſub non malis Principibus, vt grauiore caſu affligeretur à barbaris Gentibus; quibus ad ludibrium vſque conculcata, eadem, immo & grauiora ab illis eſt paſſa, quam quibus alios ipſa afflixerat. Ea ſcelerum vltio, ſera quidem, ſed iuſta fuit. Inde minora ſub Chriſtianis Principibus Regna, veluti de ruinis magnarum ædium domibus ædificatis minoribus, Sed, etſi bellis ſæpe inter illos tentata pax, mitius actum eſt; frenantibus dominandi cupidinem ſanctioribus inſtitutis, & moderationem inſtillantibus bonorum exemplis. Id autem non ante contigiſſe certum eſt, quam caritas illa priorum à Chriſto ſæculorum refrixiſſet, quibus honeſtius exiſtimatum obſequi, quam imperare; leges accipere, quam alijs dare. Id certum eſt nullum magnum Imperium in orbe vetere, niſi ſub infidelitatis vmbra genitum adultumque: quia nimirum aliena rapiendi libido infidelitatis legitima proles eſt; cui omne ſcilicet licuit, quod libuit; nullo inhoneſti, honeſtique diſcrimine. Ea aliena inuadendi rabies, edacitaſque; nullo ſaturata cibo *Capris* deſignata eſt; quæ pecudes ſunt auiditate nobiles inter alias. Id nimirum fuere Gentiles, antequam melioribus inſtitutis ad Chriſtianæ modeſtiæ normam formarentur. Deſiere antiqui mores, & abiecta ad Chriſti veſtigia Regnorum inſignia vni libauere obſequium; ac ſtatua illa diuerſa de materia figurata, excisa de monte percuſſa petra, comminuta eſt: vt notabiliore imperandi forma, vnus in orbe Chriſtus regnaret, animorum potius, quam corporum Dominator. Is Iſaiæ ſenſus. *Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem Filiæ Sion*, Iſai. 16:1. Qui locus, in paucis difficilis, communi veterum Patrum ſenſu de Chriſto eſt, ejuſque in omne mortalium genus imperio,

Iſa. 16. 1.

Imperia omnia in Chriſtum deſiere.

acci-

Digitized by Google

Id cantatum ab Iſaia. *Et ſub Moabitarum ſchemate.* *De Gentibus prædictum,* *Et ſuper eas imperio Chriſti.* *Iuſto, miti, pacifico.*

accipiendus. *Is Dei Agnus* eſt, is *Dominator terræ*, ad cuius aduentum Gentium omnium euertenda imperia, vt vni traderentur ſceptra. Id proximè indicarunt ſub perſona Moabitarum, qui etiam ex Gentilibus: *Et erit ſicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, ſic erunt Filiæ Moab in tranſcenſu Arnon. Ini conſilium, coge concilium; pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie: abſconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei: Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris: finitus eſt enim puluis, conſummatus eſt miſer: defecit, qui conculcabat terram.* Hæc ad cladem Moabitarum ſubque eorum ſchemate ad Gentilitatis per Chriſti Euangelium vaſtitatem ſpectant: ad illius mite imperium quæ ſequuntur, *Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper illud in veritate, in tabernaculo Dauid, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens, quod iuſtum eſt.* Iſai. 16. 2. 3. 4. 5.

Iſa. 16. 2. **Imperium Chriſti pacificum.**

NOTATIO XIV.

QVÆ APPARVERVNT DE GALAAD.

I. *Lectionis diuerſitas.* *In qua male fundatus ſenſus Aponij.* *Nam in Hebræo eadem verba.* *Quæ illum non patiuntur.* *Sed cur vulgatus variè tranſtulit?* *Vt ſignificaretur vocatio Gentium.* *Noua, ſubita, inſperata.* *Qualis viſa conuerſis ex Iudæis.* *Et difficulter credita.*

MOnitum alias eſt, Quanquam verſus hic idem capite 4. continetur, aliquid tamen diuerſitatis eſſe: illic enim dicitur, *Quæ aſcenderunt de Monte Galaad*: hic autem *Quæ apparuerunt de Galaad*. Hinc Aponij obſeruatio nata, & diuerſitatis ratio ſingularis quam apud illum videre potes. Fefellit ignoratio Hebræi vocabuli, quod vtroque loco eſt idem: propriè autem, vt alias obſeruatum eſt, idem eſt, quod apud Hiſpanos noſtros *Amanecer*. *Como el rebaño de cabras, que Amanecieron de Galaad*, ideſt, quæ ſubito, ex improuiſo, ac omnino inſperatæ ſeſe ſpectandas dederunt. 72. *Quæ aſcenderunt*, vt latinus cap. 4. ἀνέβησαν. Cum contra Cap. 4. reddidiſſent: *Quæ reuelata ſunt.* ἀπεκαλύφθησαν. Vbi vulgatus: *Quæ aſcenderunt*. Quo ſatis oſtenditur, aut nullum in ea diuerſitate myſterium eſſe, aut illud non eſſe, quod Aponio venit in mentem. Sed quæri poteſt, cur idem vocabulum vulgatus alibi *Aſcenderunt*; hic, *Apparuerunt*, reddiderit? Si hæc pergas interpretari de Gentibus vocatis ad Fidem, in *Apparendi* verbo ſignificatum arbitrari poſſis, Gentium ad Eccleſiam migrationem tam ſubitam, tam incogitatam, inſperatamque fuiſſe, vt apparuiſſe ſubito viſæ ſint, cum aduentus nullum præceſſiſſet indicium. Et vero non ſine cauſa obſeruatum id eſt; nam tam noua res viſa, vt prodigio eſſet ſimilis, nec ſatis de circunciſione Fideles crederent, etiam Gentibus Euangelij gratiam communicatam. *Obſtupuerunt ex Circumciſione Fideles, qui venerant cum Petro, quia & in Nationes gratia Spiritus Sancti effuſa eſt*, Act. 10. 45. Rei autem rationem reddente Petro, poſtquam à Cornelio rediſſet: *His auditis, tacuerunt; & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam* Act. 11. 18.

Amanecer, quid ſit Hiſpanis. **Gentium conuerſio inſperato & vix credito.** *Act. 10. 45.* *Act. 11. 18.*

II. *Sed quidam ad ſignificatum Galaad.* *Reſpectum hic putant.* *Et de Martyribus interpretantur.* *Id autem minimè hæret.* *Iuxtà eorum ſententiam.*

Galaad autem, quid myſtico ſignificato ſit hoc loco, alia quæſtio eſt. Plerique in ſignificato nominis arcanum ſenſum fundauere: & quia *Galaad*, eſt, *Tumulus teſtis*, ſiue *Aceruus teſtimonij*. Gen. 31. 47. Honorius Auguſtodunenſis Chriſtum interpretatur. *In quem teſtes eius, ſeu Martyres coaceruantur. De hoc monte Apparere Capras, dum Fideles Chriſti exemplo aſpera mundi ſubeunt, per quæ vt Capræ ad alta cœlorum ſcandant.* Hoc verè dicitur, ſed huic loco non videtur hærere; maximè iuxta eiuſdem Honorij interpretationem, qui *Capillos* interpretatur *Coniugatos Fideles*. Cum autem *Capilli Galaaditicis Capris* comparentur, non apparet, qua ratione coniugati Martyres imitentur, aut ſimiles illis dici poſſint, *qui in Chriſtum, vt illius teſtes aceruantur*. Ijdem ergo & *Capillis*, & *Capris* comparantur, quicumque ſint tandem. Id difficilem ſenſum Honorij facit.

Galaad. Tumulus teſtis, da Martyribus.

III. *Ergo de ſolo mõte interpretabimur.* *Et exſcenſu Iſraelitarum ex illo.* *In promiſſam terram.* *Qui typus vocationis Gentium.* *Prius ſcelerib ſuis infamium.*

Probabilius arbitramur, non ad nominis ſignificatum, ſed ad rem ipſam, ideſt, ad *Montem Galaad*, & ad circumiectas Regiones eſſe reſpectum: nec aliud ſignificari loco hoc, quam quod in typo factum eſt tunc, cum Hebræi earum Regionum iniuêre poſſeſſionem, Gentibus omnibus illis deletis, quæ pinguiſſimos campos illos occupauere. Ergo in illis bellis, prælijſque, quibus Dei Populus Regna illa deleuit, cum Regibus eorum; ac pulſis vanis Deorum religionibus, veram fundauit, horridiora bella, & prælia atrociora, & illuſtriores victoriæ deſignatæ ſunt, quibus Eccleſia de Idololatria, toto orbe depulſa, triumphauit; tantæque victoriæ trophæa in cœlo locauit: non quidem deletis Gentibus, ſed ſceleribus, & infidelitate, vt eaſdem Gentes, iam alias, Chriſto ſubderet, & quidem volentes, quod victoriæ genus fuit multo nobilius, & illuſtrius. Ideſt *Apparere de Galaad*: De *Idololatriæ* tenebris ad nouam, tuncq; albeſcentem, Euangelij lucem vocari. Illæ ergo prius Gentes, ſceleribus

Deſcenſus Hebræorũ in promiſſam terram, figura Gentium conuerſarum.

 ſuis

Digitized by Google

Poſteà Dei filijs adiunctarum.

Ea noua Galaad eſt.

Vndè medicinæ petendæ.

Ad omnes morbos depellendos.

Hic Ieremiæ ſenſus.

De reprobatione Iudæorum.

Qui non vſi remedijs ad ſalutē paratis.

Quibus Gentes ſalutem cōſequutæ.

ſuis infames, in Eccleſiæ complexum iunctæ, iam ad illam vt Filij pertinentes, illius gloriam extulere; vt, iam non anguſtis Iudææ finibus contenta, laxius, & ſplendidius habitaret, ſecundum vaticinia Prophetarum. Eadem ergo *Galaad* in Regni partem potiſſimam Chriſti aſſerta; nouis legibus inſtituta, nouo cultu mutata, priorem malignitatem noua virtute, atque vtilitate penſauit; vt vnde mortiferæ ſtirpes, mortaliū perdendis animabus, petebantur; indè ſalutares pietatis herbæ eiſdem perſanandis, immo ad vitā immortalē ſuſcitandis, peterentur. In hunc ſenſum illa: *Numquid non eſt reſina in Galaad? aut medicus non eſt. Quare ergo non eſt obducta cicatrix, Filiæ Populi mei?* Iere. 8. 22. Quibus verbis tametſi de ruina Ieroſolymæ, & illius cauſis ſermo eſt, oſtenditurq; totam in eam culpā, & eius ſcelera refundendam, cum ex parte Dei nunquam illi auxilia defuerint neceſſaria vel delendis morbis, vel ſanandis vulneribus: magis tamen arcano ſenſu illius Populi reprobatio propter cordis duritiem, & contumaciam, prædicitur: cui nulla ſatis ſubſidia, quæ parata in Eccleſiæ promtharijs ſunt, ſanitatem conferre potuerunt: non eorum defectu virtutis, ſed quia contemnenti, reſpuentique applicari non poſſunt. Hinc hortamenta illa ad infideles adhuc Gentes, & nec dum vocatas, aut certè nondum inter Eccleſiæ Filios computatas: *Aſcende in Galaad, & tolle reſinam Virgo Filia AEgypti: fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi.* Ierem. 46. 2. Extra Eccleſiam enim nulla eſt ſalus, neque afflictæ valetudini medicina.

Galaad, ideſt Gentilitas in partem Chriſti Regni vocata.

Ierem. 8. 22.

Iudæi abiecti, quia non vſi paratis ad ſalutem auxilijs.

Ierem. 41. 11.

VERSVS V.

DENTES TVI SICVT GREX OVIVM, QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO; OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST IN EIS.

COMMENTARIVS.

HAbes hæc eadem verba capite 4. 2. quamquam leui mutatione, hic *Ouium*, illic *Tonſarum*, quo etiam pacto in Originibus legimus. Id autem nullo myſterio factum eſſe, indicauere 72. Interpretes, qui vtrobique reddidere ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων. *Dentes Tui ſicut Greges Tonſarum*. *Dentibus* autem in Eccleſiæ corpore *Doctores*, *Magiſtroſque*, quorum munus diuinis inſtitutis imbuere populos, plerique arbitrati ſunt. Id nos ſequuti Capite illo 4. Not. Nec ſine magna ratione geminata eadem laudatio eſt, cum de Chriſtiana ageretur Eccleſia, iam per proximum in eam Gentium ingreſſum cæpta in omnem late orbem dilatari. Cum ſcilicèt tradita ſibi duplice ſcientiæ claui, & credendorum, & agendorum, conſtituta Magiſtra Fidei, & regula doctrinæ, morumque eſt; ad quam, velut ad Lydium lapidem, omnia exigerentur, probanda, vel improbanda. Illi datum, vt per *Magiſtros Doctoreſque*, à ſe creatos, atque authoritate, ac poteſtate docendi auctos, Doctrinæ vtriuſque panem diuideret Filijs; præmanſumque atque digeſtum, atque ad ſingulorum captum accommodatum, in aures, indeque in animum, velut ſtomachum, ingereret; vndè omnibus alimenta ſuppeterent, quibus non vitam modo prorogarent, ſed continuo etiam auctu creſcerent. Ea vna cauſa eſt, cur *Doctores*, ac *Magiſtros Dentibus* ſimiles dictos arbitramur. Eſt & alia, quæ propria Chriſtianæ Eccleſiæ eſt. Nam quemadmodum *Dentibus* ideſt proprium, vt cum ad iuſtum auctum venerint, non amplius creſcant, potius conterendi cibi conſuetudine atterantur; & cum alijs augmenta præbeant, ipſi interim detrimenta patiantur: ita Chriſtiani *Doctores*, de aliorum ſolliciti bono, ſua contemnant: & vel per ſua damna commoda aliorum procurent.

Digitized by Google

ENARRATIO.

*QVID de illis dicam, qui dentium in myſtico tuo corpore vicem ſubeunt? Magiſtros dico, Doctoreſque, qui præmanſum doctrinæ cibum cæteris in os ingerunt, quo ſcilicèt paſti, & viuant, & continuo auctu creſcant. Nam tametſi alias edentula omnino non fueris, tamen magnum diſcrimen eſt. Dentes quidem olim Puellæ, atque impuberi nati ſunt tibi, ſed decidui, haud ſtabiles, aut diuturni: adultiori factæ eorum in locum nati alij firmiores, profundiuſque actis radicibus, diuturniores, ac magis ſtabiles. Et quidem aucta in grandiore virium virtute, quidquid eiectitium erat, & temporarium, euanuit; manſit quod firmum erat, nec ad decorem minus, quam ad neceſſitatem à natura tributum. Id dico: Synagogæ Magiſtris ad tempus commodatis magis, quam datis, Euangelij ſucceſſiſſe Doctores; quorum non ad breue tempus docendi munus adſtringeretur, ſed ad mundi finem vſque permaneret. Horum ego virtutibus & delector ſimul, & glorior: Sed id imprimis laudo, quòd tradita tibi ſcientia claui eorum quæ credenda, quæque agenda ſunt, pro authoritate non ſcientiam ſolum illis, ſed poteſtatem docendi communicaſti. Eſt & aliud, quod mirè placet. Nã cũ illi toti ſint oſsei, ideſt, in ſe ipſos ſeueri, & duri, alijs in membris carnem generant, mollem, blandamque: cumque aliorum ſemper inuigilent commodis, ſua ipſorum minimè curant. quin docendi ipſo vſu cùm ſæpè viribus ipſi frangantur; haud officium deſerunt: quin potius, vel per ſua detrimenta bonum cæterorum quærunt: Sic Ouium Greges ſcilicèt, cum continuo paſtu pingueſcant, grandeſcantque, & vellera generent; nec ſibi tamen carnes, nec vellera ferunt, partuque multiplice cum Dominum ditent, non ſibi tamen, ſed Domino filios pariunt, nu-*triuntque,

NOTATIO XV.

SVM. COM.

I.

De dentibus iterũ ſermo. cur.

Ratio peculiaris ex natura eorum.

Qui ſeptimo menſe naſcuntur decidui.

Anno ſeptimo firmiores, & duraturi.

Dẽtibus eoque ſimiles Doctores.

Sub ſynagoga, & Gratia.

Qui comminutũ Doctrinæ cibum.

Populis tradant.

II.

Sed ſynagoga dati decidui, & temporarij.

Ac velut adiectitij.

DENTES TVI SICVT GREX OVIVM.

CVR iam ſecundo *Dentium* Mentio fiat, Generalis Ratio tradita eſt, quòd hæc deſcriptio omnis ad Eccleſiæ alium ſtatum, ætatemque pertineat, id eſt in Gentilitatem à Iudaiſmo translata. Sed peculiaris alia ratio eſt, & huius propria loci. Ea autem ex natura *Dentium* ſumitur, quorum cætera inter membra proprium, vt menſe ſeptimo naſci incipiant, prouidente natura teneriori proli inſtrumenta, ad comminuendum ſolidiorem cibum, cui poſt lactis facilitatem deſtinatur: rurſus, anno ſeptimo, decidant, ſcilicèt nec mandibulis hærẽntes, ſed propemodum ſolis gingiuis velut adnati, non radicibus immiſſi; tunc ſufficiantur firmiores, ſuis radicibus firmiſſimè mandibulis inſerti. Hi duraturi naſcuntur, augenturque ad iuſtam magnitudinem, ac per totam vitam manent; niſi vel caſu tracti; vel per vim excuſſi, vel, putrido defluente humore, corrupti, tabeſcant. Ergo quòd Doctores Chriſtianæ Eccleſiæ Dentibus dicantur ſimiles, ratio illi communis cum Synagoga eſt, quòd eorum ſit, ſub quocumque ſtatu doctrinæ ſolidum cibum diuidere populis, ac omnino comminuere, primaque digeſtione facta, præparare, nutriendis illis ſcilicèt, & tacitis incrementis ad ſtaturam iuſtam adducendis: *Donec occurrant omnes in vnitatem Fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Epheſ. 4. 13.

Dentium laudatio cur geminata.

Dentes ſeptimo mẽſe naſcuntur decidui anno ſeptimo manſuri.

Epheſ. 4. 13.

Sed magnum diſcrimen eſt, quod Eccleſiæ ſub Synagoga *Dentes* quidem dati ſunt, ſed temporarij, deciduique; recens enim ablactatæ à naturalis Legis vbere, ad ſolidiorem Legis Moſaicæ cibum mandendum, digerendumque, *Dentibus* fuit opus; ſed qualibus ea ætas donari ſolet. Habuit ergo *Dentes*, ſed non profundius per ſuas radices mandibulis inſertos, immiſſoſque, ſed quaſi adnatos, additoſque, nec oſſi, ſed carni hærentes, vtpotè deſituros, vt firmiores ſuccederent. Id dico, datos eſſe eius

Synagogæ dati dentes, ideſt Doctores, temporarij.

Id eſt Doctores deſituri.

Non enim idem cibus conuenit.

Infantibus, & adultis.

Eccleſiæ ſub Chriſto, dati firmiores.

Et duraturi, ideoque non velut adiectitij.

Sed à natiua virtute producti.

Eccleſiæ ſub Chriſto ſtabiles & duraturi.

Doctrinæ *Doctores*, quæ deſitura eſſet; ac cum ætate, & robore Eccleſiæ mutanda. Neque enim puellis, dum prioribus armantur dentibus, omnis iſ cibus aptus eſt, qui adultioribus, & iam iuuenibus, conuenit. Cum puellarum ergo eſca ſcriptæ legis *Dentes* illi deſière, vtpotè minimè iam vtiles decidentibus ſuffecti robuſtiores, validioreſque, & in iuſtam ætatem perductæ ſub Chriſto Eccleſiæ Doctores ſunt dati, qui ſolidiores Euangelicæ doctrinæ eſcas comminuerent, frangerentque: qui, quoniam ea alimenta Doctrinæ mutanda non erant, ſed per totam vitam duratura, tales futuri erant, quibus alij minimè ſufficerentur. Profundius ergo in Eccleſiæ firmioribus maxillis actis radicibus, hærere oportuit firmius, ne omnino vllo iam caſu decidérent: hæſit ergo os oſſi, nec iam carni vt intelligeretur, eo præſtare Chriſtianæ Eccleſiæ *Doctores* Synagogæ *Magiſtris*, quo oſſium durities, ac firmitas, carnium blanditiei præſtat. Vt non diuturnitatem ſolum, ac ſtabilitatem haberent, ſed & firmitatem, quibus meliores haberentur. Magna ergò hæc cauſa fuit, cur hoc loco *Dentium* Eccleſiæ laudes caneréntur.

III.

Sed à philoſophicis interdum, lux peti poteſt.

Ad interpretandas ſcripturas.

Septimo menſe, dentes naſcuntur.

Quibus ſeptimo anno firmiores ſuccedunt.

Qui numerus criticus eſt.

Et quædā ſymptomata ſecū vehit.

Sic Eccleſia ſucceſſit.

Plin. lib. 7. Cap. 16.

Septenario, qui decretorius eſt naſci, & mutari dentes.

Haud placet, ad Sacras litteras interpretandas, ex intima Philoſophia, aut reconditioris Medicinæ placitis, aduocare ſubſidia. Sed ſæpè eadem illæ litteræ cogunt, ſimile quidpiam rimari ſeptimò ætatis menſe dentire incipere infantes, paulo antè monitum eſt; anno autem ſeptimo decidere priores *Dentes*, & nouos duraturoſque ſuffici. Quod vero ſeptenario vtrumque contingat, alterum hebdomada menſium; alterum annorum. (Qui numerus Criticus, ſiue Decretorius habetur à Medicis; & veris multiſque experimentis eſſe probatur; quanquam rei cauſa adhuc, poſt doctas multorum tractationes, ignota eſt) non ſine ratione eſt. Accedit, vtroque tempore naturam percelli, & quaſi concuti, quod immutationis cuiuſdam indicium eſt, aut effectus. Nam & infantes dum dentire incipiunt, valetudine pulſantur: &, cum firmiores dentes prioribus ſufficiuntur, ſæpè ſymptomatibus haud ſolitis mutari ſe ſentiunt. Id ſi ad Eccleſiæ ætates, mutationeſque accommodaueris, enaſcentium *Dentium* videbis effectus, quaſi ab ſtatu imperfectiore in perfectiorem mutandæ: ideoque ipſa accidentium diuerſitate pulſandæ. Nam & cum à lege Naturæ tranſiret ad ſcriptam, quo ſcilicet tempore priores *Dentes* gingiuas armarunt, velut decretorius annus eſſet, percelli ſe nouis accidentibus ſenſit, velut Symptomatibus quibuſdam: & cum à lege tranſiret ad gratiam, quo tempore nouis, ſtabilibusque donata *Dentibus* eſt, vel vt decretorius eſſet annus, grauioribus adhuc modis mutari ſe ſenſit. Nam non ſine ratione obſeruamus, ſeptima mundi ætate natum fuiſſe Chriſtum, & quadrageſimo ſecundo ab ortu mundi ſæculo, quod etiam decretorium eſt, prædicationem exorſum. Atque etiam Moſen, per quem lex Eccleſiæ data eſt, natum trigeſimo quinto decenniorum ſeptenario, qui etiam Clymatericus eſt. Quæ forſitan cauſa fuerit, cum ſub lege adhuc naturæ infans eſſet Eccleſia, cur minime ſit à *Dentibus* laudata; poſtquam autem ſub ſcripta lege, deinde ſub Euangelio ætate robuſtior floruit, laudes *Dentium* audire ſit merita: vtpote ſub naturæ ſtatu edentula; ſub duobus alijs, tametſi magna cum diuerſitate, dentata. Atque hæc prima ſit ratio, cur, cum ſemel *Dentes* Eccleſiæ Chriſtus laudaſſet, iterum loco hoc eorundem encomia geminarit.

Cum à natura ad legem, ab hac ad gratiam transferretur.

Scilicet decretorio tempore, per ſeptennarium.

Ideò ante legem non laudantur Eccleſiæ dentes.

Vtpotè quæ tunc edentula.

Sub lege & ſub gratia dentata laudatur.

Vtroque tempore pueri valetudine pulſantur.

Eccleſiæ à natura ad legem, à lege ad gratiam mutatio non ſine conuulſione quadam.

Chriſtus decretorio natus tempore.

Cur ſub lege naturæ non laudantur dentes Eccleſiæ.

IV.

Dētes infantium ante ſeptennium, maxillis non infixi.

Nec vllis fixi radicibus ſtabiles.

Non habuit claues Eccleſia ſub Moſe.

(Qui honor Eccleſiæ ſeruabatur ſub Chriſto)

Sed extraordinarie mittebantur Prophetæ.

Secundum rerum et temporum exigentiam.

Id conſtat ex Machabeis.

Infantium dentes ante ſeptennium ſine radicibus, poſt ſeptennium illis infixi.

Eccleſiæ ſub Moſe Claues non datæ: ſub Chriſto traditæ.

Extraordinarie miſſi Prophetæ.

1. Math. 4. 46.

Ratio alia ex ea ipſa analogiæ ratione petenda eſt; nam ſi conſideres priores illi *Dentes*, quibus ora infantium armantur, non oſſibus mandibularum inſerti, ſed adiectitij videntur: nec tam oſſibus hærere, quam carni: eius rei indicium eſt, quòd nullis radicibus, quibus mandibulis inſerantur, conſtant: additi potius extrinſecus videntur, quam nati: contrà, ijs poſt ſeptennium excuſſis, noui naſcuntur, quorum non carni gingiuarum ſolum, ſed oſſibus mandibularum ipſis immittuntur radices. Naſcuntur ergo, robuſtiore eos naturæ vi protrudente foras, ac per radices firmante, ac retinente. Nec magnum erit id applicare ad myſticos *dentes*, eorumque ſecundum diuerſos Eccleſiæ ſtatus diuerſitatem. Nam certè veteri Eccleſiæ ſub Moſe nondum alterutram clauem ſcientiæ, ac poteſtatis datam putamus: adeoque nullam illi fuiſſe authoritatem ordinariam ad creandos Doctores, Magiſtroſque: nullam ad fori interni gubernationem poteſtatem. Non ergo licuit Religioſas familias inſtituere, aut approbare; non vota relaxare; non à peccatorum reatibus, aut culpis liberare. Seruabatur is honor Eccleſiæ Chriſtianæ, tanquam maturæ iam prudentiæ tantæ poteſtatis vſus poſſet rite concredi: non illi, quæ nondum per ætatem eam prudentiam conſequuta erat. Mittebantur quidem à Deo Doctores, & Prophetæ ſecundum temporum exigentiam, rerumque ſtatum; ac velut *Dentes* addebantur gingiuis; non naſcebantur ab interiore, & propria illius virtute, ac poteſtate. Eſt in eam rem locus illuſtris 1. Mach. 4. 44. 45. 46. *Et cogitauit (Iudas) de Altari holocauſtorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit illis conſilium bonum, vt de-*

ſtruerent

ſtruerent illud; ne forte illis eſſet in opprobrium; quia contaminauerant illud Gentes; & demoliti ſunt illud: & repoſuerunt lapides in monte Domus, in loco apto; quoad vſque veniret Propheta, & reſponderet de eis. Nemo ergo in Eccleſia illa erat, qui ordinaria poteſtate, & Spiritus Sancti aſſiſtentia, in rebus dubijs, certo iudicio ſententiam ferret: Sed id extraordinariè ad Prophetas, velut delegata Dei auctoritate pertinebat. Id Chriſtus accuſabat in Scribis, & Phariſæis. *Væ vobis legis peritis, qui tuliſtis* (vſurpauiſtis vobis) *clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis; & eos qui introibant, prohibuiſtis.* Luc. 11. 52. Quod ſi Prophetam tunc cui iudicium reſeruatum eſt, Chriſtum intelligas, cuius aduentum diu tardare non poſſe ſentiebat, quod quidam arbitrantur, & id, quod de clauium poteſtate dictum eſt, ſatis firmat: Idem enim ille Chriſtus *clauem habere* dicitur *Dauid. Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid; qui aperit & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.* Apoc. 3. 8. non modo quia eo aduenient e, tanquam regia quadam claui, ſcripturæ apertæ ſunt; Et Eccleſiæ duodecim portæ patuire, quibus omne genus mortalium in Eccleſiam ingrederetur; Sed quia ſua in Eccleſiam poteſtate tranſfuſa, & admittendi, & eijciendi, ligandi, atque ſoluendi; ac de rebus ad Fidem, moreſque pertinentibus certo, firmoque iudicio decernendi authoritatem contradedit Sponſæ: qua illa vt ordinaria, & vt ita dixerim natiua, & inſita, Doctores crearet; ac docendi munus committeret. Hi *Dentes* ergo ſunt illi Eccleſiæ, ingreſſi pleni iudicij annos, enati, ſuis infixi radicibus, nec iam carni, ſed oſſibus hærentes, ad comminuendum, frangendum, digerendumque doctrinæ cibum; aptiſſimi: dum graui aliquo caſu, aut ictu de loco ſuo non deciderent; aut affluxu noxij humoris tabeſcerent: tunc ſcilicet, velut mortui, inutileſque, in ſterquilinium obijciendi. Id ergo in ſecundo *Dentium* encomio Chriſtus in Eccleſiæ ſuæ corpore commendat.

Qui in re dubia, ad futurum Prophetam prouocarunt.
Cuius iudicio ſtarent:
Et ſignificauit Chriſtus.
Qui dictus habere clauem Dauid.
Non ſolum quia aperuit nobis ſcripturas.
Et omnibus ingreſſum ad vitā.
Sed quia clauis tradita Eccleſiæ.
Creandi doctores poteſtatem dedit, ordinariam.
Hi ergo ſunt dentes Eccleſiæ, iam ſecundo laudati.

Luc. 11. 52.
Suarius.
Apoc. 3. 8.
Chriſtus quo ſenſu dictus habere clauem Dauid.
Eccleſia poteſtate ordinaria, & quaſi innata creat Doctores.

V.

Tertia ratio ex alia analogiæ forma petenda eſt, ac ne ea quidem contemnenda. Nam cum *Dentes* oſſicati ſint, nulla contecti, aut impediti carne, ſolerti naturæ prouidentia, ad mandendi officium deſtinati ſunt: itaque cum inſtrumenta ſint, quibus cætera membra carne conteguntur, ſoli illi ſemper aridi, nudique, & excarnes manent, & quidquid cibi comminuunt, in bonum aliorum, non ſuum, comminuunt. Alia contegunt, ipſi interim detecti: alia veſtiunt, ipſi nudi; alia pingueſcere faciunt, ipſi excarnes, & macri; & cum laborem ipſi ſubeant omnem, non ſibi, ſed alijs ſubeunt. Quin potius cum frequenter mutuo attritu, & durioris contumacia cibi, ſæpè atterantur, ſæpè frangantur, quidquid id damni eſt, læti ſubeunt, dum alijs proſint, vt per propria detrimenta aliorum commoda quærant: ac tunc ſe demum ſuo functos munere arbitrentur, cum vi in ipſo mandendi conſumpti, bono ſeſe aliorum prorſus impenderint. Hæc autem ſi ſolerter applices ad myſticos Eccleſiæ Chriſtianæ *Dentes* latum excurrendi nactus campum, orationis lora laxare licebit; nobis ſtrictius res premenda. Nam ea lex *Doctoribus Fidei* fixa eſſe debet, vt Populorum vtilitati ſemper inuigilent; &; vel per ſua detrimenta, & damna, immo & mortem ſpiritalem vitam proximis, &, cum non habent; communicent, &, cum habent, conſequent, promoueantque. Is ſenſus Pauli eſt, qui cæteris & ſentiendi, & agendi norma Magiſtris eſt. *Non enim quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos: nec enim debent Filij Parentibus theſaurizare, ſed Parentes Filijs. Ego autem libentiſſime impendam, & ſuper impendar pro animabus veſtris.* 2. Cor. 12. 14. & mox: *Coram Deo in Chriſto loquimur: omnia autem, chariſſimi, propter ædificationem veſtram.* Ver. 19. Et Rom. 9. 2. *Triſtitia magna mihi eſt, & continuus dolor cordi meo: Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem.* Præceſſerat exemplum Capitis, qui pro ſpiritali ſalute mortalium, & dum vixit, laborem recuſauit nullum; & mortem tandem oppetijt. Exemplo ſcilicet ſuo docuit, quid eos facere debeat; quos in docendi munere vicarios ſibi ſubſtituit; & in pulchro Eccleſiæ ſuæ corpore *Dentium* ſubire vicem voluit.

Accedit, & dentes oſſeos eſſe.
Nulla carne contectos.
Cum alia membra carne contegant.
Et frequentia triti vſu.
Non ideo ceſſent ab officio.
Qui character Doctorum Eccleſiæ.
Quos decet populi commoda procurare.
Sua negligere, & poſthabere.
Talis fuit Paulus.
Id de ſe confeſſus,
Sed maiore merito Chriſtus.
Quem ſequi decet Doctores.

Dẽtes cum alia membra carne veſtiant, ipſi ſemper ex carnes.
Doctorum Eccleſiæ character aliorum commoda procurare, ſua negligere.
2. Cor. 12. 14.
Rom. 12. 2.
Chriſtus totum ſe impendit pro mortalium ſalute.

NOTATIO XVI.

SICVT GREX OVIVM QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO.

I.

HÆC quæ de *Dentibus* dicuntur hoc commate, quidā de Recentioribus de *Diuitibus* interpretantur, qui facultates ſuas indigentibus diuidunt, vti ſolum *Dentes*; nec eorum quidquam reſeruant ſibi, niſi quantum ex communi partitione obuenerit. Id autem eum faciunt, non libenter ſolum, ſed hilariter faciunt. S. D. E.

Sed quidam hoc de diuitibus exponunt.
Qui de ſuo pauperibus ſubueniūt.

Diuites dentes Eccleſiæ, conſenſu quorundam.

Digitized by Google

In omni dato hilarem fac vultum tuum. Eccle. 35. 11. Et: *Qui miſeretur in hilaritate.* Rom. 12. 8. Eo etiam ire *Ouium detonſarum* ſimilitudinem, quæ nunquam alacriores ſunt, quam cum vellus depoſuere, & à *lauacro* nitidæ domum redeunt. Quin non *Ouibus* ſolum ſed earum *Dentibus* Dentes Eccleſiæ comparari: ſolere enim eas auidius paſcere poſt detonſionem, vt damna velleris reparent: maximè cum poſt fœturam lactant proles, ac multo magis ſi geminam, vt lac alendo ſufficiat. Id etiam ad *Diuites* pertinere aiunt, tametſi minimè applicant. Quæ quidem acute obſeruata ſunt, nec ineptè ad *Diuitum* largitatẽ applicata: tametſi id quod extremè eſt dictum, de auiditate paſcendi, haud facile applicari poteſt, niſi velis, *Diuites* eo auidius diuitijs aceruandis inſiſtere, quo egentium maior, & numerus, & egeſtas, quod non facile done ipſe.

Id ſit vtrumque probabile. Sed multo facilius, & aptius de Eccleſiæ *Doctoribus*, & *Magiſtris* dicetur, pro quibus & Veterum, & Recentium hoc loco authoritas ſtat, quod ideo non ſequuti ſumus. Ergo *Ouium Gregibus* Eccleſiæ *Dentes*, & in ijs *Doctores* comparantur, ob eamdem illam cauſam, quam ſuperiore Notat. Num. 5. indicauimus: quod vni commodo proximorum intenti, ſua detrimenta non curent, non ſentiant. Nam, ſi animaduertas, *Ouis* tota vtilis eſt, & ſacra, (quod ex Salomone Iarrhio viri docti obſeruarunt) Vellus hyacinthinis ſequiebat pellibus, caro deſtinabatur ſacrificio, Miniſtrorumque victui, cornua in buccinas, oſſa in tibias, inteſtina in neruos, fideſque inſtrumentorum, corium in typana ad concelebranda ſacra impendebantur. Itaque cum tota vtilitati communi, ac Dei obſequio ſeruiret, tota ſibi peribat. Habes Eccleſiaſticorum *Dentium* munus expreſſum, *Magiſtrorum* dico *Doctorumque*; qui, cum ſe totos diuino cultui, animarumque commodis mancipatint, & omnino impenderint, tum demum ſuo ſe munere functos arbitrentur: nihilque admodum ſe feciſſe, niſi quod eos deceret facere fateantur. *Sic vos cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Luc. 17. 10. Proprerea eos Dominus & *Oues* appellat, & ad lupos mittit, ſingulas ad plures; mites ad truces; innocuas, ac omnino vtiles ad inutiles damnoſoſque. *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.* Matth. 10. 16. Vt ſcilicet vel de lupis *Oues* facerent: puſillumque Chriſti Gregem vel modicis acceſſionibus augerent; vel, ſi id minimè daretur, ſaltem inter eorum dentes interirent; æquè in vtrumque parati, vel ad vitam, vel ad mortem: nam & *Ouis* eadem facie in paſcua, & in macellum, aut aras venire ſolet, ne mutire quidem auſa, aut doloris dare indicia. Id eſt, quod de Paſtore ſimul & *Oue* Chriſto dicebat Petrus. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* En *Ouis* innocentiam; ac manſuetudinem, candoremque non à *Lauacro* tractum, ſed natiuum. *Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur; tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.* 1 Petr. 11. 22. 23. In manſuetudinem, & preſſam medijs lupis vocem ringentibus, frendentibus, deuorantibus: ne magnum aliquid tanti Præceptoris Diſcipuli feciſſe exiſtiment ſe, cum eiuſdem preſſis veſtigijs, pro ſpiritali proximorum ſalute impenderint ſeſe.

Quod autem additur; *De Lauacro*, non ſine cauſa eſt additum. Ideo id quidam ad puritatem, nitoremque Doctrinæ referunt; nihil vt in illa ſit inutile, nihil ſubdolum, nihil noxium: ne, cum Populi vtilibus ſe paſci alimentis arbitrentur, aconita bibant; &, vnde vitam, ac ſalutem accepturos crediderant ſe, inde hauriant inualitudinem, nec infrequenter mortem. Sed *Lotio* ipſa bonum potius earundem *Ouium* eſt, qua ſcilicèt non modo nitent, & candore ſuo conſpicuæ ſunt; ſed ad valetudinem propriam diſponuntur: quanquam, & ipſa valetudo, tametſi proprium ſit bonum, tamen reſpicit alienum. Ita vitæ innocentia, cum animus ſcilicèt, omni ſcelerum ſorde purgatus, tenorem retinet ſuum, magni momenti eſt, non ad vtilitatem modo propriam procurandam, ſed & aliorum promouendam. Id ergo vigili ſtudio myſticis hiſce *Ouibus* procurandum, vt nihil omnino ſit labis, quo propria puritas deformetur: aut terrenarum affectionum afflatu polluatur. Nam quid non damni ſcabioſum pecus gregibus adfert? Vt vnica ſæpè *Ouis*, ea labe fœdata totum gregem inficiat, ſed & putris vnus *Dens* proximos vel attactu, vel afflatu tabe corrumpit, prauoque odore reddit ingratos. Sic *Doctorum* mala, vel exemplo, vel contagio tranſeunt ad Diſcipulos, tam diſſimulata fraude, vt prius ſe infectos ſentiant, quam infici poſſe perſenſerint.

Id probabile eſt; ſed fortaſſis in lautitijs hiſce, quod Philoni magis placuit, (quanquam alio totum comma refert) Baptiſmi lauacrum melius intelligimus, quo mundati prius *Doctores*, eandem innocentiam vitæ, morumque retinentes, quam in Baptiſmo inducti ſunt, transfundere in alios per verbi miniſterium, & doctrinæ communicationem debent. Quidquid enim puritatis acceptum per Baptiſmi gratiam eſt, reliquæ totius vitæ Sanctitatis, non fundamentum ſolum, cui ſpiritalis vitæ ædificium

Et quidem hilari vultu.

Sic oues detonſæ alacriores

Et auidiores in paſtu.

Et fœtibus lac ſufficiunt.

Sed id ægrè diuitibus applicari poteſt.

II.

Aptius eiſdem Doctoribus applicabis.

Ideo ouibus comparatis.

Quod toti ſint vtiles, ſicut & oues.

Et cum ſe proximorũ commodis impenderint.

Suo ſe functos munere arbitrentur.

Ideo velut oues inter lupos miſſi.

Vt innocentia ſua de lupis facerent oues.

Vel inter eorum dentes interirent.

Chriſtum Paſtorem & ouem imitati.

Quiques mutare exemplo non potuit.

Pro illis mortem oppetijt.

III.

Sed de lauacro, quod dicitur cauſa non caret.

Vel propter puritatem doctrinæ.

Quod quibuſdam placuit.

Vel propter vitæ innocentiam.

Quod aptius huic loco quadrat.

Nam vnius pecudis ſcabies multas inficit.

Et Dens vnus patris alios corrumpit.

IV.

Ideo puritatem baptiſmalem.

Moribus retinere debent.

Quæ totius vitæ forma eſt.

Eccli. 35. 11.
Rom. 12. 8.

Doctores Eccleſiæ cur ouibus comparari.

Ouis tota vtilis, & Deo ſacra.

Doctores digni hoc nomine, cum aliorum ſaluti ſe impenderint.
Luc. 17. 10.

Matth. 10. 16.
Chriſtus curſu os vt oues inter lupos miſerit.

Chriſtus Paſtor & ouis innocẽs mortem ſubijt.

Doctori puritas doctrinæ neceſſaria.

Innocentia vitæ.

Philo Carphat.
Doctoribus retinenda baptiſmalis mũdities.

Digitized by Google

ficium totum innititur, ſed etiam forma eſt, ad cuius exemplar & mores, & facta exigi debent: tuncque demum perfecti ſumus, cum eandem innocentiam, quam, largiente Deo, de fonte traximus, perfectè moribus retinemus. Id eſt, quod, cum de Doctoribus ſuis ageret Chriſtus, verbis profeſſus eſt: *Euntes, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* Matth. 28. 19. Prius eos aquis iubet intingere, poſtea docere, vt omnia, quæ præcepta ſunt, obſeruent: vt intelligant ſcilicèt, fundamentum omnium, & quaſi formam, Innocentiam eſſe, quam de Sacro fonte intincti traxerint. Nec ſine cauſa additum: *Quæcumque mandaui vobis*; ne ſcilicèt alia lege agendum cum alijs putent, quam cum eiſdem illis ſit actum. Moribus ſuis ergo eam exprimere decere ſe vitæ integritatem, quam per Baptiſmum induerint; Si apti eſſe velint diuinarum rerum magiſterio. Nec ſine myſterio grandi non ante ſuper Chriſtum cœli aperiuntur, & Spiritus Sanctus in Columbæ ſpeciem deſcendit, & vox intonat Patris, Filium cum conteſtantis, in quo ſibi verè complacuerit, quam Baptizatus aſcendat de aqua. *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cœli; & vidit Spiritum Dei, deſcendentem ſicut Columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis, dicens. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Matth. 3. 16. Doctoris munere perfuncturus, innocentiæ, ac Sanctitatis accipit teſtimonium, & à Ioanne: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Matth. 3. 14. Et à Sancto Spiritu, baptizatum obumbrante; & à Patre Filium conteſtante, vt doctrinæ innocentiam, vitæ innocentia, morumque puritas anteiret: doceremurque, haud aliter initiandos eſſe Eccleſiæ *Magiſtros*, quam innocentia baptiſmali, luſtralibus aquis communicata, & factis, operibuſque retenta. Sed & in monte Chriſtus figura mutatus, veſtibuſque in candorem ſplendentibus, teſtibus Diſcipulis, & audientibus, voce Patris, & Filius dicitur, & vt doctor iubetur audire; poſtquam candore puriſſimo interioris innocentiæ veſtes videntur aſperſæ. Tunc verè Filius, tunc verè doctor pronuntiatur, cum veritati doctrinæ vitæ candor, & morum innocentia teſtis acceſſerit: Neque tanta res ſine teſtibus fuit Moſe, atque Elia, qui & Populorum doctores, & vitæ innocentia clari, non efficacius voce, quam moribus exempliſque Dei præcepta ſuæ genti tradiderunt; additis ex numero Apoſtolorum tribus maximè familiaribus, qui quæ didiciſſent in monte cæteris enuntiarent.

Et perfectionis norma.
Ideò Chriſtus doceri Gentes, & baptizari.
Et præceptis inſtrui iubet.
Quæ ſeruarint prius Diſcipuli.
Ne alia lege ſe victuros putent.
Ideo nec ſpiritus ſuper Chriſtum delabitur.
Nec vox Patris auditur.
Quam baptizatus de aquis aſcenderit.
Vt innocentia doctrinam anteiret.
Et in monte non ante iubetur.
Voce Patris audiri.
Quam de animi innocentia, vt ijs canderet.
Teſtibus, qui ſic docturi homines eſſent.

Matth. 28. 19.
Baptiſmalis mũdities forma reliquæ vitæ.
Matth. 3. 16.
Chriſtus nõ ante proclamatus Filius, quã baptizatus.
Matth. 3. 14.
Chriſtus non prius doctor renuntiatus, quam ex animi candore candida veſte ſplenderet.
Matth. 17.

NOTATIO XVII.

OMNES GEMELLIS FOETIB, ET STERILIS NON EST. I.E.

I. GEmellos Fœtus Quidam de Veteribus, Duplicem Caritatem, Dei, & proximi, interpretati ſunt. Hunc ſenſum nemo luculentius tradidit, quam Philo, bonus Author, & Epiphanio Synchronos niſi à quibuſdam malo exemplo alterius interpretationibus, maximè Gregorij, fuiſſet interpolatus. *Vere*, inquit, *duplici fœtu anima decoratur a Domino, poſtquam omni omnium delictorum labe, per ſalutarem confeſſionem, atque Baptiſma, vel pœnitentiam purgata eſt, & lota; nam ex accepto Spiritu Sancto, vt ſalua fiat, Deum ipſum, & quemque proximum Syncerè amare debet: alioqui fruſtra ſe lauerit, niſi Deum vnum ſupra omnia caſtè, & ſanctè veneretur, & colat: proximum verò ſicut ſe ipſam diligat.* Hactenus Philo. Sed id commune omnibus Fidelibus eſt, non proprium *Doctorum, Magiſtrorumque.* Et alioqui *Fœtura* ipſa aliquid aliud videtur innuere, quod ad illos propriè ſpectet; ſed vt filij ad Patres, Matreſque ſpectant, quos ſcilicet ad ſobolem multiplicandam edidere: non ad perficiendum ſe ipſos: de ea enim dote dictum iam fuerat, cum gregi *Ouium de Lauacro Aſcendentium*, comparati ſunt: vt proximè dictum eſt, vitæ enim integritas vtramque Caritatem vel potiſſimè complectitur; cum ſine illis nec Baptiſmi gratia conſtet, quam integritas, atque innocentia poſſe ſequuntur. Qua ratione etiam Nyſſeni ſenſus minus huic loco aptus eſſe videtur, qui *Doctores* vult ſemper conſpici puros, quaſi digreſſos primum à Lauacro, & pilorum copia minimè grauatos eſſe, quaſi recens tonſos; & virtutum interim fœcunditate geminis fœtibus inſignes, vt puritatis duplicis parentes fiant, tum quæ in animo, tum quæ in corpore conſpiciatur.

Gemellos fœtus quidam interpretantur.
Vtramque caritatem.
Qui ſenſus luculentius traditur à Philone.
Sed id Fidelibus commune eſt.
Hic ſingulari aliquid innuitur.
Quod Doctorum proprium ſit.
Nec Nyſſeni ſenſus probandus.
Qui puritatem duplicem maluit.
Animæ & corporis.

Gemini fœtus, duplex caritas Dei. & proximi.
Philo Carphat.
Fœtura ad bonũ prolis ſpectat hoc loco.
Nyſſenus.

II. Sed ad Eccleſiam ſecundum hunc ſtatum, qui Matronalis eſt, atq. eius, quæ per iuſtum connubium Viro copulata ſit, proprius eſt, omnino ſpectat Filios generare, & familiam augere, quod negatum prioribus ſtatibus eſt. Ea autem generatio haud

Eſt autem Eccleſiæ ſtatus Matronalis.

Eccleſia ſtatus Matronalis, & fœcundus.

aliter,

Alibi ſatis oſtenſum eſt.

Propter originem. Nitorem.

Æqualitatem, & ordinem.

Quæ populis Iudæis alibi applicata.

Facilè hæc etiam applicari poſſunt.

Populis Eccleſiæ ſub gratia.

Dotes Capillorũ Fidelibus applicatæ.

Monte Galaro, comparantur, neceſſe eſt exquirere, & cur *Capilli* dicantur, & cur *Capris* ſimiles ſint. *Capillorum* cum Populis fidelibus ſimilitudinem ex analogiæ legibus Cap. 4. Not. 4. num. 5. exequuti ſumus, illorum dotes Fidelibus applicantes; quas eſſe diximus quatuor potiſſimas inter alias, ſcilicèt, *Originem* eandem à capite: *Nitorem* ſimilem; *Æqualitatem* ſororiam: *Ordinem* minime perturbatum. In Fidelibus vero *Origo* eadem à Gratia vocante eſt, & eligente; *Nitor*, ac rutilus ſplendor à Fide, quæ Caritatẽ ſociã habeat; *Æqualitatẽ* eadẽ in Deũ pietas, & in proximos facit caritas; ac demum *Ordinem*, minimè perplexũ, Sacræ Leges conſtituunt Eccleſiaſticæ Politiæ, qua multitudo omnis continetur, vt quiſque ſuũ ſeruans ordinem, & doctrinæ pane, & inſtitutionis ſalubri potu ad robuſtam virtutem nutriatur. Quod ſi id verè de Hebræorum Populo ſub Moſe eo loco dictum eſt, eo verius ad Chriſtianam Eccleſiam accommodari poteſt, quo in ſingulis illis Iudaicæ excelluiſſe eſt certum. Haud libet idem hoc loco argumentum tractare; poteritque auidus Lector eo recurrere, & pro ſua prudentia, quod minimè difficilè eſt, conuertendis ex Gentilitate Populis applicare.

VIII.

Vnum obſeruatũ à Nyſſeno addendum

Nam capilli ſine ſenſu ſunt.

Ideo ſine dolore reſecari & exuri poſſunt.

Cum decidẽtibus à fide Iudæis.

Tales docet Eccleſia filios

Honeſtum ab turpi diſtinguentes.

Et pro Chriſto multa tolerantes.

Quaſi ſine ſenſu ſint.

Veri id dictum intelliget

Si veterum temporum exempla recorderis.

Virorum, atque mulierum.

Summa. & puerorum, puellarũque.

Alacriter currentium ad mortem.

Per diros cruciatus. & pœnas.

Tanquam ſenſu doloris carerent,

Ingenti cum hominum admiratione.

Nyſſenus.

Capilli ſine ſenſu, & dolore.

Eccleſiæ populi pro Chriſto caſuari, & vri paſſi quaſi ſenſu carerent.

Fœminarũ decus coma, Eccleſiæ martyres.

Martyrum virtute nihil Eccleſiç ad gloriã maius.

Vnum eo loco omiſſum, & in hunc de induſtriâ reiectum, quod & Gregor. Nyſſenus in tempore obſeruauit: Id autem non melius meis, quam illius exequar verbis, Hom. 15. propè finem, quæ & vltima eſt. *Capilli corporis peculiarem quandam, & diuerſam à reliquo corpore, naturam habent. Nam cum corpus vniuerſum vis ſenſilis gubernet, abſque qua nemo viuere poſſet, quòd ſenſus ipſe ſit vita corporis* (vitæ proles, & indicium) *ſolos Capillos videmus, & partem corporis eſſe, & ſenſu tamen carere.* Hanc autem vitæ ſenſuſque carentiam ex eo confirmat, quòd ſine vllo doloris ſenſu, & reſecari, & exuri ſoleãt. Pergit: *Itaque cum de ſententia dicti Paulini, gloria mulieris ſit coma, quippe quæ per cincinnos caput exornet; docemur, per hanc, Capillorum Sponſæ prædicationem, debere illos, qui in capite Sponſæ eſſe intelliguntur, & per quos gloria Eccleſiæ accedit, habere ſenſus in poteſtate ſua, perque ſapientiam ſenſus occultare.* Hi non aſpectu, non odore, non alio ſenſu de rebus ad animam pertinentibus iudicant; ſed mentis ſapore ſolo honeſtum ab inhoneſto diſtingunt, amplectunturque corde, quidquid mente probauere *non honoribus intumeſcentes; neque per abiectionem animi rebus triſtibus in anguſtum coacti: ſed in aduerſis caſibus, Capillorum inſtar, ſe ſenſus experies declarantes; etiam ſi vel ſectio propter Fidem Chriſti, vel ad beſtias, vel in ignem abiectio perferenda ſit.* Hæc Nyſſeni ſunt. Quod ſi Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum ſub ea tempora, quibus, cæpto prædicari Gentibus Euangelio, propagari cæpta eſt, conſideres; ſi ardorem Fidei, caritatiſque ad dura quædam perferenda pro Chriſto, etiam cruciatus, & mortem ipſam per ferrum & flammas, ſine vllo gemitu, veluti non homines eſſent, ſed vel rupes, vel ligna inanima: Si conſideres illuſtria poſtea ſub tyrannis exempla, quibus idipſum, quod ante animi preparatione ſint paſſi, opere ipſo cumulauere; quanta cũm ratione *Capillis* comparentur *Populi Chriſtiana Fide imbuti*, forſitan aſſentiere. Quod ſi & fœminarum decus, & gloria *Capilli* ſunt, quam glorioſum Eccleſiæ fuiſſe arbitraris, tam ſeria inſtitutione à ſe Fideles imbutos, tam forti virtute armatos, vt vel lactentes pueri, ac teneræ virgines Matrum abſtractu de finibus, haud aliter mortem, ac cruciatus, omnes ſubirent, quam ſi ſenſu prorſus carerent; & quidquid patiebantur ipſi, in alijs ſpectarent è loco tuto. Multa omni illo tempore, quo prælia inita, & multa, & aſpera cum Idolatriæ vanitate, quoad tandem deleretur, illuſtria facta illuſtrauere Eccleſiam; Sed, ſi rite deiudices, nihil omnino maius ad gloriam, aut illuſtrius ad famam, aut grandius ad memoriam fuit, quam ingentia ſpectare virorum fœminarum; puerorum, puellarumque agmina, vltro ad mortem pro Chriſto ſubeundam, & alacres properare: nec fuit omnino quidpiam, quod maiorem homines in admirationem rapuerit. Quidquid enim grande eſt, & à grandi profectum animo, mortalium ſecum admirationem trahit, & laudem extorquet. Sint ergo Eccleſiæ Chriſtianæ ex Gentibus aduocati *Populi Capilli* ad ornatum, & gloriam.

IX.

Inſuper ſæpè contingit ex morbo capillos defluere.

Quod turpe in mulieribus.

Ceſſante morbo renaſcuntur.

Id nobis contigiſſe Eccleſia viſum.

Capilli ex morbo defluente, eo ceſſante renaſcũtur.

Sed eſt aliud magis arcanum, quod *Capillorum* ſub ſchemate continetur, quod huic loco accommodatum, non creperam lucem inferet. Nam ſæpe certè contingit, aut deficiente excrementitia materia, aut alio verſa; aut humore prauo corrumpente radices ex morbo *Capillos* defluere: quod turpe omnino eſſe, vel Cæſar ipſe profeſſus, qui ideo laureatus libens triumphaſſe ſolitus, quod caluitij turpitudinem laurea obtegeret. Sed ceſſante morbo, aut reuocata in notos exitus excrementitia materia, velut arbores primo vere ſolent, iterum *Capilli* geminant, caputque ſuum veſtiunt, nouoque augent decore. Id mihi Eccleſiæ contigiſſe videtur quodam modo ſub Synagoga, moxq; ſub Euangelio, Nam certè cum Iudæorum natio repulit Euangelij gratiam, ſeque indignam æterna vita, quam Chriſti vita, & mors intulit mundo, confeſſa eſt, defluentibus *Capillis*, ingrata caluicie Eccleſia quodammodo deformata

eſt,

Digitized by Google

Quaſi decidua coma deformata.
Gētium latebras quæſiuit.
Donec renaſcerentur capilli.
Gentibus conuerſis ad fidem.
Id ex Paulo diſces, quanquam alia orationis forma.
Sed appoſitè in rē noſtram.
Illum ſi placet legere, potes.

eſt: vt ſeſe in hominum conſpectum dare vix auderet: Ideo Synagogæ lucem exoſa, Gentilitatis tenebras petijt, donec enaſcentibus nouis *Capillis*, ac multo ſplendore fulgentibus, in Iudæorum locum Gentibus ad fidem vocatis, nouo ſpectanda cultu, ac geminato inſignis honore, orbi ſe ſpectandam dedit. Tam pulchra ex eo tempore viſa Sponſo Verbo, immo & Angelis, vt & illius encomia, & horum laudes mereretur. Atque ea alia ratio eſt, cur laudatio geminata eadem ſit: quod à miſſo ſemel comæ decore, eodemque cum fœnore recuperato, formæ illius creſcere gratia viſa eſt. Id autem, quam merito obiectuatum ſit, ex Paulo intelliges, quanquam mutata forma ſermonis. *Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis: & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduerſus ramos; quod ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te. Dices ergo: Fracti ſunt rami, vt ego inſerar: Bene: propter incredulitatem fracti ſunt.* (En defluentes maligno humore corrumpente radices, Capillos) *Tu autem Fide ſtas: noli autem ſapere, ſed time.* Rom. 11. 17. 18. 19. 20. Reliqua apud Paulum vide: qui, metaphoræ pulchrè illi hærens, perſequitur argumentum; & quidem maximè ad rem noſtram, cum à *Capillis* ad arborum ramos frondoſque loquendi aduocentur pulchræ formæ, & contra: vt loco alio obſeruatum eſt.

Deficientibus à Fide Iudæis, defluere capilli Eccleſiæ.
Rom. 11. 17. Fractis Iudæorum ramis Gentium inſeruntur ſurculi.
Com. Dramat. Cap. 7. Not. 20. nu. 6.

NOTATIO XIII.

SICVT GREX CAPRARVM.

I.
Sed cur capilli capris comparat?
Caprarum vitia potiſſima.
Gentibus applicata, quia communia.
Inquieta capra, inquieta & Gentes.
Nec in eodem ſtatu durare ſolita.
Sed mutare frequenter religionē.
Priore relicta atque damnata.
Vndè tot Deorum portenta.
Tot errorū monſtra.
Etiam à ſapientibus approbata.

CAprarum ſuos per manipulos diſtinctarum cum Hebræo Populo comparationem, Cap. 4. Not. 5. exequuti ſumus: hic earundem cum *Poplis ex Gentibus* ſimilitudinem exquemur; ne quid inobſeruatum omiſiſſe videamur, in argumento exiliter, & aridè ab alijs portractato. Nam in *Capellis* & *inquietam naturam*: & *laſciuiam*; *facilemque à ſuo Grege exerrationem* notamus; atque *edacitatem*, quia nullum omnino paſtum, dum viride ſit, reſpuere ſolent. His autem notis omnes *Gentilium Populos* fuiſſe inſignes, res ipſa docet. Nam antequam vocarentur ad Fidem, & Chriſtianis imbuerentur moribus, quietem nec amare docti, nec pati, haud facile imperio aliorum acquieſcebant; & poſtquam ſemel ſuſcepiſſent, ſæpe excutere tentabant: de quo multa habes in Profanorum Hiſtorijs exempla. *Caprarum* ſic *Greges* difficile regi ſe ſinunt, vt plus negotij Paſtori paucæ *Capellæ* exhibere ſoleant, quam ingentes Ouium Greges, quarum ſe manſuetudo, obſequiumque, facile, vel puerorum, puellarumuè ducatui accommodare ſolet. Carpūt autem virgultorum ſumma, cumque vix teneriora frondium deguſtarint, noua pabula quærunt, quæ iterum carpant; quaſi pabuli ſola varietate delectentur, non abundantia. Itaque anxiæ quærunt, quæ dente auido rodant; mox velut auiditate obſtupeſcente, aut faſtidiente præſentia, eadem anxietate minus obuia conſectantur. Id autem proprium Gentilium fuit religionis quacumque ſpecie delectari, nec minus facile reijcere, & ad aliam tranſire, quam auidè quæſiuiſſent; vt libatis extremis frondium contenti, noua ſemper amarent, nullo vanorum excluſo Numinum, quod vel caſus offerret, vel aliorum error commendaret. Hinc tot ſectæ ſua ſe multitudine, ac diuerſitate deſtruentes; tot Deorum myriades, tot portenta vanitatum, tot errorum monſtra; vt mirari lubeat, mortalium habitos ſapientiſſimos tam fœdè, tam enormiter, tam frequenter in tanti momenti erraſſe re. De his multa in multis habes, maximè in noſtris Auguſtino, Arnobio, Firmocæno, Tertulliano, quem primum oportuit nominaſſe.

Gentium inquietum ingenium.
Populi Gentiū in vna religione durare non ſolitæ.
Vndè tot Sectæ ſeſe mutuo deſtruentes.

II.
Sed & fœda laſciuiæ labes.
Qualis nec in capris viſa.
Vt nec moribus parcerent.
Neque tantam infamiam probro ducerent.
Immo & Dijs adſcriberetur, ſe dignis ſcilicet.
Et ſpurcitias ruiā conſecrarent.

Laſciuum animal *Capram* eſſe, conſtat, maximè mares, vt in prouerbium abierit, *Capro laſciuior*. Quin & *Capellæ*, adhuc lactentes, marem non pati modo, ſed quærere, ac prouocare feruntur, & partu impleri. *Prior in die coitus non implet, ſecundus, efficatior, ac deinde. Itaque ſæpius in die ineuntes ſe mares patiuntur: ardentioreſque multo in coitu, quam oues ſunt.* Gentilitatis autem in eo labem nemo hominum verbis exprimat: pleni exemplorum ſpurciſſimorum libri ſunt. Vt ne à maribus quidem abſtinerent, tam cœca pronitate naturæ, vt rem nefandam, & meritam aliquando de cœlo flammas, arbitrarentur honeſtam; immo ex ſapientibus, & Philoſophis dignam. Parum id fuiſſet, niſi, quæ crimina ipſi in ſe honeſta putabant, Dijs ſe quidem cultoribus dignis, aſcriberent: ne immuniores, ſcelerum Dij vindices, ſceleribus eſſent, quam homines. Nec contenta ſceleratis Numinibus ſcelerata gens, ſcelera etiam ipſa, ac omnis ſpurcitiei propudia conſecrauit: Vt non modo Deos coleret ſceleribus multis infames, ſed & ſcelerum infamias ipſas, Numina venoraretur. Sed id totum antequam

Capra laſciuior, Prouerbium. Plin. lib. 8. cap. 50.
Gētilium laſciuia antequam adducerētur ad fidem.
Athenæus.
Lucianus.

Euan-

Donec Euangelij luce perfuſi.
Caſtitatem colerent.
Et pudicitiam voluptati præferrēt.

Gentiles ad fidē vocati mutati de capris in agnus.

Inf. Not. 20. Num. 4.

Euangelij luce perfuſi, nouis inſtitutis formarentur in melius; ac, caligine diſcuſſa omni, Pudicitiæ Deus obuijs vlnis amplecterentur; & è Capris laſciuientibus Agni mundi, caſtique fierent: doctique caſta connubia iungere, noua ac pulchra prole matrem Eccleſiam, Chriſtumque Patrem bearent: multique, repudiata omni voluptate, cœlibem vitam agerent; virginitatemque caræis etiam permiſſis delitijs præ haberent. Qua de re inferius ſuo loco.

III.

Eſt etiam errabūdum pecus capra.
Nec minus errabunda Gentes.
Et præcipitia amātes.
Aut omnes colentes Deos; aut nullos.
Nec verum agnoſcentes.
Ab errore in errorem delati.
Etiam ſapientes ex illis.
Qui cæteris prælucere debuiſſent.

Gentilium errores ſemper extranei.

Etiam qui vnum agnouere Deum in vno errarunt.

Sapiētium Græcorū verò ignoratio.

Exerrandi autem à toto Grege facilitatem in Capellis nemo mirabitur; ſed mirari tamen poterit in Gentibus, & litterarum cultu mitibus, & humana ſapientia claris, & Philoſophiæ præceptis imbutis tam multiplices, in re omnium maxime graui; & ad ſalutem animæ neceſſaria, errores, atque incertitudinem ſentiendi: vt prorſus per extrema currerent, & multi nullum omnino Deum agnoſcerent, cui cultus impendendus eſſet; alij nullum non agnoſcerent, cultuque Deum venerarentur. Semper ſcilicet impietas per præcipitia currit, & media fugiens extrema ſectatur; &, vt ille ait, Chriſtus inter duos latrones crucifixus eſt. Quod ſi qui fuere, quibus, incerta quadam, & craſſa notitia, vnus Deus agnitus eſt, in eo ipſo fœdiſſime lapſi ſunt; quidquid potius vanæ menti obiectabatur, vel cœlum vel ſolem, vel quiduis aliud Diuinitate donantes, quam primam illam æternamque, atque immutabilem rerum cauſam, quam Deum dicimus, credimuſque. Itaque ab errore in errorem migrans profanitas; neque certa lege regi docta, cæcis inuoluta tenebris; velut ſine Rectore nauis, vaſto commiſſa pelago, Flanti vndecumque vento obſequi coacta, omnem in partem ferebatur, donec fluctibus extremæ infelicitatis hauriretur. Neque id malum, vulgus ſolummodo gentis inuaſit, rude indoctumque; ſed eos ipſos proceres, qui ſapientiæ fama clari, cæteris velut ſydera magnitudinis primæ prælucebant. Hæc ergo deerrandi à vero tramite procliuitas, præcipitia ſemper amans haud ineptè Caprarum ſimilitudine indicata eſt.

IV.

Sed et edacitate ſimiles capris.
Fame ambiendi aliena ſcilicet.
Hinc Imperiorum mutationes.
A Nino Tyrannoris primo apud Aſſyrios.
Quos deleuere Perſæ ſub Cyro.
Perſas deinde Græci, ſub Alexandro.
Græcos Romani.
Et ipſi delendi à barbaris.
Vndè minora Regna ſub Chriſtianis.
Quos inter licèt non ſemper pax.
Modeſtius tamen egere.
Sed & nullum magnū imperium.
Niſi ſub infidelitate creuit.
At mutauere Gētes mores.
Ad Chriſtum cōuerſæ:
Quem maluere Dominum.
Nobili obſequio contenti.

Plin. lib. 8. cap. 50.

Gentium libido in ambiendis imperijs.

A Nino Aſſyriorum imperiū.

Medi, & Perſæ.

Græci ſub Alexandro.

Romani à barbaris deleti.

Minora Regna ſub Chriſtianis.

Nullum magnū imperium, niſi ſub infidelitate natum.

Iſa. 16. 1.
Imperia omnia in Chriſtum deſiere.

Reſtat poſtrema Edacitas, nullo ſaturata paſtu, ſtirpibus, virgultiſque noxia; nam & Caprarum morſus arboribus exitialis proditur: immo oleam lambendo à Capris ſterilem reddi; qua cauſa à veteribus id pecus Mineruæ minimè immolatum, ſatis conſtat. Id ſi ad Gentilitates transferas, intelliges, inſaturabilem aliena ambiendi famem; vndè tantæ Imperiorum mutationes, & euerſiones Regnorum. Tranſiere Imperia à Gentibus ad Gentes. Nam quid non regnandi libidini permiſſum eſt potius, quam licuit? Quid non bellis tentatum, & obtentum eſt? Ninus reali progenies primus regnauit, Si tamen primus, & ante Ninum nemo mortalium tyrannidem exercuit: Inde Aſſyriorum Imperium pati orbis coactus eſt: donec ea monſtra deleuere Medi, vt atrocius ipſi ſæuirent in Gentes liberas natas. Cyrus à Medis ad Perſas imperandi iura tranſtulit, auidus humani ſanguinis, quo niſi poſt mortem impleri non potuit. Perſarum Regno de angulo Græciæ exortus Alexander interitum cum fortuna Græcorum attulit: Darioque deleto Gentis ſuæ nomen aſtris inuexit; indignus dominandi libidine, qui filios hæredes haberet. Familiam ergo, quam pene primus euexit, idem extinxit. Diuiſoque in amicos Imperio, ruinam inuexit. Sequuta Romanorum tyrannis eſt, quæ in magnitudinis culmen elata, ſub non malis Principibus, vt grauiore caſu affligeretur à barbaris Gentibus; quibus ad ludibrium vſque conculcata, eadem, immo & grauiora ab illis eſt paſſa, quam quibus alios ipſa afflixerat. Ea ſcelerum vltio, ſera quidem, ſed iuſta fuit. Inde minora ſub Chriſtianis Principibus Regna, veluti de ruinis magnarum ædium domibus ædificatis minoribus, Sed, etſi bellis ſæpe inter illos tentata pax, mitius actum eſt; freuantibus dominandi cupidinem ſanctioribus inſtitutis, & moderationem inſtillantibus bonorum exemplis. Id autem non ante contigiſſe certum eſt, quam caritas illa priorum à Chriſto ſæculorum refrixiſſet, quibus honeſtius exiſtimatum obſequi, quam imperare; leges accipere, quam alijs dare. Id certum eſt nullum magnum Imperium in orbe vetere, niſi ſub infidelitatis vmbra genitum adultumque: quia nimirum aliena rapiendi libido infidelitatis legitima proles eſt; cui omne ſcilicet licuit, quod libuit; nullo inhoneſti, honeſtique diſcrimine. Ea aliena inuadendi rabies, edacitaſque; nullo ſaturata cibo Capris deſignata eſt; quæ pecudes ſunt auiditate nobiles inter alias. Id nimirum fuere Gentiles, antequam melioribus inſtitutis ad Chriſtianæ modeſtiæ normam formarentur. Deſiere antiqui mores, & abiecta ad Chriſti veſtigia Regnorum inſignia vni libauere obſequium; ac ſtatua illa diuerſa de materia figurata, excisa de monte percuſſa petra, comminuta eſt: vt notabiliore imperandi forma, vnus in orbe Chriſtus regnaret, animorum potius, quam corporum Dominator. Is Iſaiæ ſenſus. *Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem Filiæ Sion.* Iſai. 16: 1. Qui locus, in paucis difficilis, communi veterum Patrum ſenſu de Chriſto eſt, eiuſque in omne mortalium genus imperio, acci-

Digitized by Google

Id cantatum ab Iſaia. accipiendus. *Is Dei Agnus* eſt, is *Dominator terræ*, ad cuius aduentum Gentium omnium euertenda imperia, vt vni traderentur ſceptra. Id proximè indicatum ſub perſona Moabitarum, qui etiam ex Gentilibus: *Et erit ſicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, ſic erunt Filiæ Moab in tranſcenſu Arnon. Ini conſilium, coge concilium; pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie: abſconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei: Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris: finitus eſt enim puluis, conſummatus eſt miſer: defecit, qui conculcabat terram.* Hæc ad cladem Moabitarum ſubque eorum ſchemate ad Gentilitatis per Chriſti Euangelium vaſtitatem ſpectant: ad illius mite imperium quæ ſequuntur, *Et præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper illud in veritate, in tabernaculo Dauid, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum eſt.* Iſai. 16. 2. 3. 4. 5.

Et ſub Moabitarum ſchemate. *De Gentibus prædictum,* *Et ſuper eas imperio Chriſti.* *Iuſto, miti, pacifico.* — *Iſa. 16. 2.* — Imperium Chriſti pacificum.

NOTATIO XIV.

QVÆ APPARVERVNT DE GALAAD.

I. *Lectionis diuerſitas.* *In qua male fundatus ſenſus Aponij.* *Nam in Hebræo eadem verba.* *Quæ illum non patiuntur.* *Sed cur vulgatus variè tranſtulit?* *Vt ſignificaretur vocatio Gentium.* *Noua, ſubita, inſperata.* *Qualis viſa conuerſis ex Iudæis.* *Et difficulter credita.*

Monitum alias eſt, Quanquam verſus hic idem capite 4. continetur, aliquid tamen diuerſitatis eſſe: illic enim dicitur; *Quæ aſcenderunt de Monte Galaad*: hic autem *Quæ apparuerunt de Galaad*. Hinc Aponij obſeruatio nata, & diuerſitatis ratio ſingularis quam apud illum videre potes. Fefellit ignoratio Hebræi vocabuli, quod vtroque loco eſt idem: propriè autem, vt alias obſeruatum eſt, idem eſt, quod apud Hiſpanos noſtros *Amanecer*. *Como el rebaño de cabras, que Amanecieron de Galaad*, ideſt, quæ ſubito, ex improuiſo, ac omnino inſperatæ ſeſe ſpectandas dederunt. 72. *Quæ aſcenderunt*, vt latinus cap. 4. αἳ ἀνέβησαν. Cum contra Cap 4. reddidiſſent: *Quæ reuelatæ ſunt.* αἳ ἀπεκαλύφθησαν. Vbi vulgatus: *Quæ aſcenderunt.* Quo ſatis oſtenditur, aut nullum in ea diuerſitate myſterium eſſe, aut illud non eſſe, quod Aponio venit in mentem. Sed quæri poteſt, cur idem vocabulum vulgatus alibi *Aſcenderunt*; hic, *Apparuerunt*, reddiderit? Si hæc pergas interpretari de Gentibus vocatis ad Fidem, in *Apparendi* verbo ſignificatum arbitrari poſſis, Gentium ad Eccleſiam migrationem tam ſubitam, tam incogitatam, inſperatamque fuiſſe, vt apparuiſſe ſubito viſæ ſint, cum aduentus nullum præceſſiſſet indicium. Et vero non ſine cauſa obſeruatum id eſt; nam tam noua res viſa, vt prodigio eſſet ſimilis, nec ſatis de circunciſione Fideles crederent, etiam Gentibus Euangelij gratiam communicatam. *Obſtupuerunt ex Circunciſione Fideles, qui venerant cum Petro, quia & in Nationes gratia Spiritus Sancti effuſa eſt*, Act. 10. 45. Rei autem rationem reddente Petro, poſtquam à Cornelio rediſſet: *His auditis, tacuerunt; & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam* Act. 11. 18.

Amanecer, quid ſit Hiſpanis. — Gentium conuerſio inſperato & vix credito. — *Act. 10. 45.* — *Act. 11. 18.*

II. *Sed quidam ad ſignificatum Galaad.* *Reſpectum hic putant.* *Et de Martyribus interpretantur.* *Id autem minimè hæret.* *Iuxtà eorum ſententiam.*

Galaad autem, quid myſticè ſignificatu ſit hoc loco, alia quæſtio eſt. Plerique in ſignificato nominis arcanum ſenſum fundauere: & quia *Galaad*, eſt, *Tumulus teſtis*, ſiue *Aceruus teſtimonij*. Gen. 31. 47. Honorius Auguſtodunenſis Chriſtum interpretatur. *In quem teſtes eius, ſeu Martyres coaceruantur. De hoc monte Apparere Capras, dum Fideles Chriſti exemplo aſpera mundi ſubeunt, per quæ vt Capræ ad alta cœlorum ſcandant.* Hoc verè dicitur, ſed huic loco non videtur hærere; maximè iuxta eiuſdem Honorij interpretationem, qui *Capillos* interpretatur *Coniugatos Fideles*. Cum autem *Capilli Galaaditicis Capris* comparentur, non apparet, qua ratione coniugati Martyres imitentur, aut ſimiles illis dici poſſint, *qui in Chriſtum, vt illius teſtes aceruantur*. Ijdem ergo & *Capillis*, & *Capris* comparantur, quicumque ſint tandem. Id difficilem ſenſum Honorij facit.

Galaad, Tumulus teſtis, da Martyribus.

III. *Ergo de ſolo mõte interpretabimur.* *Et exſcenſu Iſraelitarum ex illo.* *In promiſſam terram.* *Qui typus vocationis Gentium.* *Prius ſcelerib ſuis infamium.*

Probabilius arbitramur, non ad nominis ſignificatum, ſed ad rem ipſam, ideſt, ad *Montem Galaad*, & ad circumiectas Regiones eſſe reſpectum: nec aliud ſignificari loco hoc, quam quod in typo factum eſt tunc, cum Hebræi earum Regionum iniuêre poſſeſſionem, Gentibus omnibus illis deletis, quæ pinguiſſimos campos illos occupauere. Ergo in illis bellis, prælijſque, quibus Dei Populus Regna illa deleuit, cum Regibus eorum; ac pulſis vanis Deorum religionibus, veram fundauit, horridiora bella, & prælia atrociora, & illuſtriores victoriæ deſignatæ ſunt, quibus Eccleſia de Idololatria, toto orbe depulſa, triumphauit; tantæque victoriæ trophæa in cœlo locauit: non quidem deletis Gentibus, ſed ſceleribus, & infidelitate, vt eaſdem Gentes, iam alias, Chriſto ſubderet, & quidem volentes, quod victoriæ genus fuit multo nobilius, & illuſtrius. Ideſt *Apparere de Galaad*: De *Idololatriæ* tenebris ad nouam, tuncq; albeſcentem, Euangelij lucem vocari. Illæ ergo prius Gentes, ſceleribus

Deſcenſus Hebræorũ in promiſſam terram, figura Gentium conuerſarum.

Digitized by Google

Poſteà Dei filijs aduncTarum.

Ex noua Galaad eſt.

Vndè medicina petendæ.

Ad omnes morbos depellendos.

Hic Ieremiæ ſenſus.

De reprobatione Iudæorum.

Qui non vſi remedijs ad ſalutē paratis.

Quibus Gentes ſalutem cōſequuntæ.

Galaad, ideſt Gentilitas in partem Chriſti Regni vocata.

Ierem. 8. 22.

Iudæi abiecti, quia non vſi paratis ad ſalutem auxilijs.

Ierem. 41.11.

ſuis infames, in Eccleſiæ complexum iunctæ, iam ad illam vt Filij pertinentes, illius gloriam extulere; vt, iam, non anguſtis Iudææ finibus contenta, laxius, & ſplendidius habitaret, ſecundum vaticinia Prophetarum. Eadem ergo *Galaad* in Regni partem potiſſimam Chriſti aſſerta; nouis legibus inſtituta, nouo cultu mutata, priorem malignitatem noua virtute, atque vtilitate penſauit; vt vnde mortiferæ ſtirpes, mortaliū perdendis animabus, petebantur; indè ſalutares pietatis herbæ eiſdem perſanandis, immo ad vitā immortalē ſuſcitandis, peterentur. In hunc ſenſum illa: *Nunquid non eſt reſina in Galaad? aut medicus non eſt. Quare ergo non eſt obducta cicatrix, Filiæ Populi mei?* Iere. 8. 22. Quibus verbis tametſi de ruina Ieroſolymæ, & illius cauſis ſermo eſt, oſtenditurq; totam in eam culpā, & eius ſcelera refundendam, cum ex parte Dei nunquam illi auxilia defuerint neceſſaria vel delendis morbis, vel ſanandis vulneribus: magis tamen arcano ſenſu illius Populi reprobatio propter cordis duritiem, & contumaciam, prædicitur: cui nulla ſatis ſubſidia, quæ parata in Eccleſiæ promptuarijs ſunt, ſanitatem conferre potuerunt: non eorum defectu virtutis, ſed quia contemnenti, reſpuentique applicari non poſſunt. Hinc hortamenta illa ad infideles adhuc Gentes, & nec dum vocatas, aut certè nondum inter Eccleſiæ Filios computatas: *Aſcende in Galaad, & tolle reſinam Virgo Filia AEgypti: fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi.* Ierem. 46. 2. Extra Eccleſiam enim nulla eſt ſalus, neque afflictæ valetudini medicina.

VERSVS V.

DENTES TVI SICVT GREX OVIVM, QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO; OMNES GEMELLIS FOETIBVS, ET STERILIS NON EST IN EIS.

COMMENTARIVS.

HAbes hæc eadem verba capite 4. 2. quamquam leui mutatione, hic *Ouium*, illic *Tonſarum*, quo etiam pacto in Originibus legimus. Id autem nullo myſterio factum eſſe, indicauere 72. Interpretes, qui vtrobique reddidere ὀδόντες σου ὡς ἀγέλας τῶν κεκαρμένων. *Dentes Tui ſicut Greges Tonſarum*. *Dentibus* autem in Eccleſiæ corpore *Doctores*, *Magiſtroſque*, quorum munus diuinis inſtitutis imbuere populos, plerique arbitrari ſunt. Id nos ſequuti Capite illo 4. Not. Nec ſine magna ratione geminata eadem laudatio eſt, cum de Chriſtiana ageretur Eccleſia, iam per proximum in eam Gentium ingreſſum cæpta in omnem late orbem dilatari. Cum ſcilicèt tradita ſibi duplice ſcientiæ claui, & credendorum, & agendorum, conſtituta Magiſtra Fidei, & regula doctrinæ, morumque eſt; ad quam, velut ad Lydium lapidem, omnia exigerentur, probanda, vel improbanda. Illi datum, vt per *Magiſtros Doctoreſque*, à ſe creatos, atque authoritate, ac poteſtate docendi auctos, Doctrinæ vtriuſque panem diuideret Filijs; præmanſumque atque digeſtum, atque ad ſingulorum captum accommodatum, in aures, indeque in animum, velut ſtomachum, ingereret; vndè omnibus alimenta ſuppeterent, quibus non vitam modo prorogarent, ſed continuo etiam auctu creſcerent. Ea vna cauſa eſt, cur *Doctores*, ac *Magiſtros Dentibus* ſimiles dictos arbitramur. Eſt & alia, quæ propria Chriſtianæ Eccleſiæ eſt. Nam quemadmodum *Dentibus* ideſt proprium, vt cum ad iuſtum auctum venerint, non amplius creſcant, potius conterendi cibi conſuetudine atterantur; & cum alijs augmenta præbeant, ipſi interim detrimenta patiantur: ita Chriſtiani *Doctores*, de aliorum ſolliciti bono, ſua contemnant: & vel per ſua damna commoda aliorum procurent.

ENAR-

Digitized by Google

ENARRATIO.

QVID de illis dicam, qui dentium in myſtico tuo corpore vicem ſubeunt? Magiſtros dico, Doctoreſque, qui præmanſum doctrinæ cibum cæteris in os ingerunt, quo ſcilicèt paſti, & viuant, & continuo auctu creſcant. Nam tametſi alias edentula omnino non fueris, tamen magnum diſcrimen eſt. Dentes quidem olim Puellæ, atque impuberi nati ſunt tibi, ſed decidui, haud ſtabiles, aut diuturni: adultiori facta eorum in locum nati alij firmiores, profundiuſque actis radicibus, diuturniores, ac magis ſtabiles. Et quidem aucta in grandiore virium virtute, quidquid eiectitium erat, & temporarium, euanuit; manſit quod firmum erat, nec ad decorem minus, quam ad neceſſitatem à natura tributum. Id dico: Synagogæ Magiſtris ad tempus commodatis magis, quam datis, Euangelij ſucceſſiſſe Doctores; quorum non ad breue tempus docendi munus adſtringeretur, ſed ad mundi finem vſque permaneret. Horum ego virtutibus & delector ſimul, & glorior: Sed id imprimis laudo, quòd tradita tibi ſcientiæ claui eorum, quæ credenda, quæque agenda ſunt, pro authoritate non ſcientiam ſolum illis, ſed poteſtatem docendi communicaſti. Eſt & aliud, quod mire placet. Nã cũ illi toti ſint oſſei, ideſt, in ſe ipſos ſeueri, & duri, alijs in membris carnem generant, mollem, blandamque: cumque aliorum ſemper inuigilent commodis, ſua ipſorum minimè curant. quin docendi ipſo vſu cùm ſæpè viribus ipſi frangantur; haud officium deſerunt: quin potius, vel per ſua detrimenta bonum cæterorum quærunt; Sic Ouium Greges ſcilicèt, cum continuo paſtu pingueſcant, grandeſcantque, & vellera generent; nec ſibi tamen carnes, nec vellera ferunt, partuque multiplice cum Dominum dicent, non ſibi tamen, ſed Domino filios pariunt, nutriuntque,

NOTATIO XV.

SVM. COM.

DENTES TVI SICVT GREX OVIVM.

I. *De dentibus iterũ ſermo. cur.* *Ratio peculiaris ex natura eorum.* *Qui ſeptimo menſe naſcuntur decidui.* *Anno ſeptimo firmiores, & duraturi.* *Dẽtibus eoque ſimiles Doctores.* *Sub ſynagoga, & Gratia.* *Qui comminutũ Doctrinæ cibum.* *Populis tradant.*

CVR iam ſecundo *Dentium* Mentio fiat, Generalis Ratio tradita eſt, quòd hæc deſcriptio omnis ad Eccleſiæ alium ſtatum, ætatemque pertineat, id eſt in Gentilitatem à Iudaiſmo translata. Sed peculiaris alia ratio eſt, & huius propria loci. Ea autem ex natura *Dentium* ſumitur, quorum cætera inter membra proprium, vt menſe ſeptimo naſci incipiant, prouidente natura teneriori proli inſtrumenta, ad comminuendum ſolidiorem cibum, cui poſt lactis facilitatem deſtinatur: rurſus, anno ſeptimo, decidant, ſcilicèt nec mandibulis hærentes, ſed propemodum ſolis gingiuis velut adnati, non radicibus immiſſi; tunc ſufficiantur firmiores, ſuis radicibus firmiſſimè mandibulis inſerti. Hi duraturi naſcuntur, augenturque ad iuſtam magnitudinem, ac per totam vitam manent; niſi vel caſu tracti; vel per vim excuſſi, vel, putrido defluente humore, corrupti, tabeſcant. Ergo quòd Doctores Chriſtianæ Eccleſiæ Dentibus dicantur ſimiles, ratio illi communis cum Synagoga eſt, quòd eorum ſit, ſub quocumque ſtatu doctrinæ ſolidum cibum diuidere populis, ac omnino comminuere, primaque digeſtione facta, præparare, nutriendis illis ſcilicèt, & tacitis incrementis ad ſtaturam iuſtam adducendis: *Donec occurrant omnes in vnitatem Fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Epheſ. 4. 13.

Dentium laudatio cur geminata.

Dentes ſeptimo mẽſe naſcuntur decidui anno ſeptimo manſuri.

Epheſ. 4. 13.

II. *Sed ſynagogæ dati decidui, & temporarij.* *Ac velut adiectitij.*

Sed magnum diſcrimen eſt, quod Eccleſiæ ſub Synagoga *Dentes* quidem dati ſunt, ſed temporarij, deciduique; recens enim ablactatæ a naturalis Legis vbere, ad ſolidiorem Legis Moſaicæ cibum mandendum, digerendumque, *Dentibus* fuit opus; ſed qualibus ea ætas donari ſolet. Habuit ergo *Dentes*, ſed non profundius per ſuas radices mandibulis inſertos, immiſſoſque, ſed quaſi adnatos, additoſque, nec oſſi, ſed carni hærentes, vtpotè deſituros, vt firmiores ſuccederent. Id dico, datos eſſe eius

Synagogæ dati dentes, ideſt doctores, temporarij.

Doctrinæ *Doctores*, quæ deſitura eſſet; ac cum ætate, & robore Eccleſiæ mutanda. Neque enim puellis, dum prioribus armantur dentibus, omnis is cibus aptus eſt, qui adultioribus, & iam iuuenibus, conuenit. Cum puellam ergo eſca ſcriptæ legis *Dentes* illi deſiêre, vtpotè minimè iam vtiles decidentibus ſuffecti robuſtiores, validioreſque, & in iuſtam ætatem perductæ ſub Chriſto Eccleſiæ Doctores ſunt dati, qui ſolidiores Euangelicæ doctrinæ eſcas comminuerent, frangerentque: qui, quoniam ea alimenta Doctrinæ mutanda non erant, ſed per totam vitam duratura, tales futuri erant, quibus alij minimè ſufficerentur. Profundius ergo in Eccleſiæ firmioribus maxillis actis radicibus, hærere oportuit, firmos, ne omnino vllo iam caſu deciderent; baſis ergo os oſſi, nec iam carni: vt intelligeretur, eo præſtare Chriſtianæ Eccleſiæ *Doctores* Synagogæ *Magiſtris*, quo oſſium durities, ac firmitas, carnium blanditiei præſtat. Vt non diuturnitatem ſolum, ac ſtabilitatem haberent, ſed & firmitatem, quibus meliores haberentur. Magna ergo hæc cauſa fuit, cur hoc loco *Dentium* Eccleſiæ laudes canerentur.

Id eſt Doctores deſituri.
Non enim idem cibus conuenit.
Infantibus, & adultis,
Eccleſiæ ſub Chriſto, dati firmiores,
Et duraturi, ideoque non velut adiectitij.
Sed à natiua virtute producti.

Eccleſiæ ſub Chriſto ſtabiles & duraturi.

III.

Haud placet, ad Sacras litteras interpretandas, ex intima Philoſophia, aut reconditioris Medicinæ placitis, aduocare ſubſidia. Sed ſæpè eadem illæ litteræ cogunt, ſimile quidpiam rimari ſeptimo ætatis menſe dentire incipere infantes, paulo antè monitum eſt; anno autem ſeptimo decidere priores *Dentes*, & nouos duraturoſque ſuffici. Quod vero ſeptenario vtrumque contingat, alterum hebdomada menſium; alterum annorum, (Qui numerus Criticus, ſiue Decretorius habetur à Medicis; & veris multiſque experimentis eſſe probatur; quanquam rei cauſa adhuc, poſt doctas multorum tractationes, ignota eſt) non ſine ratione eſt. Accedit, vtroque tempore naturam percelli, & quaſi concuti; quod immutationis cuiuſdam indicium eſt, aut effectus. Nam & infantes dum dentire incipiunt, valetudine pulſantur; &, cum firmiores dentes prioribus ſufficiuntur, ſæpè ſymptomatibus haud ſolitis mutari ſe ſentiunt. Id ſi ad Eccleſiæ ætates, mutationeſque accommodaueris, enaſcentium *Dentium* videbis effectus, quaſi ab ſtatu imperfectiore in perfectiorem mutandæ: ideoque ipſa accidentium diuerſitate pulſandæ. Nam & cum à lege Naturæ tranſiret ad ſcriptam, quo ſcilicet tempore priores *Dentes* gingiuas armarunt, velut decretorius annus eſſet, percelli ſe nouis accidentibus ſenſit, velut Symptomatibus quibuſdam: & cum à lege tranſiret ad gratiam, quo tempore nouis, ſtabilibuſque donata *Dentibus* eſt, vel vt decretorius eſſet annus, grauioribus adhuc modis mutari ſe ſenſit. Nam non ſine ratione obſeruamus, ſeptima mundi ætate natum fuiſſe Chriſtum, & quadrageſimo ſecundo ab ortu mundi ſæculo, quod etiam decretorium eſt, prædicationem exorſum. Atque etiam Moſen, per quem lex Eccleſiæ data eſt, natum trigeſimo quinto decenniorum ſeptenario, qui etiam Clymatericus eſt. Quæ forſitan cauſa fuerit, cum ſub lege adhuc naturæ infans eſſet Eccleſia, cur minime ſit à *Dentibus* laudata; poſtquam autem ſub ſcripta lege, deinde ſub Euangelio ætate robuſtior floruit, laudes *Dentium* audire ſit merita: vtpote ſub naturæ ſtatu edentula; ſub duobus alijs, tametſi magna cum diuerſitate, dentata. Atque hæc prima ſit ratio, cur, cum ſemel *Dentes* Eccleſiæ Chriſtus laudaſſet, iterum loco hoc eorundem encomia geminarit.

Sed à philoſophicis interdum, lux peti poteſt.
Ad interpretandas ſcripturas.
Septimo menſe, dentes naſcuntur.
Quibus ſeptimo anno firmiores ſuccedunt.
Qui numerus criticus eſt.
Et quædã ſymptomata ſecũ vehit.
Sic Eccleſiæ ſucceſſit.
Cum à natura ad legem, ab hac ad gratiam transferetur,
Scilicet decretorio tempore, per ſeptennarium.
Ideò ante legem non laudantem Eccleſiæ dentes.
Vtpotè quæ tunc edentula.
Sub lege & ſub gratia dentata laudatur.

Plin. lib. 7. Cap 16.
Septenario, qui decretorius eſt naſci, & mutari dentes.
Vtroq; tempore pueri valetudine pulſantur.
Eccleſiæ à natura ad legem, à lege ad gratiam mutatio non ſine conuulſione quadam.
Chriſtus decretorio natus tẽpore.
Cur ſub lege naturæ non laudantur dentes Eccleſiæ.

IV.

Ratio alia ex ea ipſa analogiæ ratione petenda eſt; nam ſi conſideres priores illi *Dentes*, quibus ora infantium armantur, non oſſibus mandibularum inſerti, ſed adiectitij videntur: nec tam oſſibus hærere, quam carni: eius rei indicium eſt, quòd nullis radicibus, quibus mandibulis inſerantur, conſtant: addici potius extrinſecus videntur, quam nati: contrà, ijs poſt ſeptennium excuſſis, noui naſcuntur, quorum non carni gingiuarum ſolum, ſed oſſibus mandibularum ipſis immittuntur radices. Naſcuntur ergo, robuſtiore eos naturæ vi protrudente foras, ac per radices firmante, ac retinente. Nec magnum erit id applicare ad myſticos *dentes*, eorumque ſecundum diuerſos Eccleſiæ ſtatus diuerſitatem. Nam certè veteri Eccleſiæ ſub Moſe nondum alterutram clauem ſcientiæ, ac poteſtatis datam putamus: adeoque nullam illi fuiſſe authoritatem ordinariam ad creandos Doctores, Magiſtroſque: nullam ad fori interni gubernationem poteſtatem. Non ergo licuit Religioſas familias inſtituere, aut approbare; non vota relaxare; non à peccatorum reatibus, aut culpis liberare. Seruabatur is honor Eccleſiæ Chriſtianæ, tanquam maturæ iam prudentiæ tantæ poteſtatis vſus poſſet ritè concredi: non illi, quæ nondum per ætatem eam prudentiam conſequuta erat. Mittebantur quidem à Deo Doctores, & Prophetæ ſecundum temporum exigentiam, rerumque ſtatum; ac velut *Dentes* addebantur gingiuis; non naſcebantur ab interiore, & propria illius virtute, ac poteſtate. Eſt in eam rem locus illuſtris 1. Mach. 4. 44. 45. 46. *Et cogitauit (Iudas) de Altari holocauſtorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit illis conſilium bonum, vt de-*

Dẽtes infantium ante ſeptennium, maxillis non infixi.
Nec vllis fixi radicibus ſtabiles.
Non habuit claues Eccleſia ſub Moſe.
(Qui honor Eccleſiæ ſeruabatur ſub Chriſto)
Sed extraordinarie mittebantur Prophetæ.
Secundum rerum et temporum exigentiam.
Id conſtat ex Machabæis.

Infantium dentes ante ſeptennium ſine radicibus, poſt ſeptennium illis infixi:
Eccleſiæ ſub Moſe Claues non datæ: ſub Chriſto traditæ.
Extraordinarie miſſi Prophetæ.
1. *Match.* 4. 46.

ſtruerent

Qui in re dubia, ad futurum Prophetam prouocarunt.

Cuius iudicio ſtarent:

Et ſignificauit Chriſtus.

Qui dictus habere clauem Dauid.

Non ſolum quia aperient nobis ſcripturas.

Et omnibus ingreſſum ad vitã.

Sed quia clauis tradita Eccleſiæ.

Creandi doctores poteſtatem dedit, ordinariam.

ſtruerent illud; ne forte illis eſſet in opprobrium, quia contaminauerant illud Gentes; & demoliti ſunt illud: & repoſuerunt lapides in monte Domus, in loco apto; quoad vſque veniret Propheta, & reſponderet de eis. Nemo ergo in Eccleſia illa erat, qui ordinaria poteſtate, & Spiritus Sancti aſſiſtentia, in rebus dubijs, certo iudicio ſententiam ferret: Sed id extraordinariè ad Prophetas, velut delegata Dei auctoritate pertinebat. Id Chriſtus accuſabat in Scribis, & Phariſæis. *Væ vobis legis peritis, qui tuliſtis* (vſurpauiſtis vobis) *clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis; & eos qui introibant, prohibuiſtis.* Luc. 11. 52. Quod ſi Prophetam nunc cui iudicium reſeruatum eſt, Chriſtum intelligas, cuius aduentum diu tardare non poſſe ſentiebat, quod quidam arbitrantur, & id, quod de clauium poteſtate dictum eſt, ſatis firmat: Idem enim ille Chriſtus *clauem habere* dicitur *Dauid. Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid; qui aperit & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.* Apoc. 3. 8. non modo quia eo aduenien̄te, tanquam regia quadam claui, ſcripturæ apertæ ſunt; Et Eccleſiæ duodecim portæ patuire, quibus omne genus mortalium in Eccleſiam ingrederetur; Sed quia ſua in Eccleſiam poteſtate tranſfuſa, & admittendi, & ejiciendi, ligandi, atque ſoluendi; ac de rebus ad Fidem, moreſque pertinentibus certo, firmoque iudicio decernendi authoritatem contradedit Sponſæ: qua illa vt ordinaria, & vt ita dixerim natiua, & inſita, Doctores crearet; ac docendi munus committeret. Hi *Dentes* ergo ſunt illi Eccleſiæ, ingreſſæ pleni iudicij annos, enati, ſuis infixi radicibus, nec iam carni, ſed oſſibus hærentes, ad comminuendum, frangendum, digerendumque doctrinæ cibum; aptiſſimi: dum graui aliquo caſu, aut ictu de loco ſuo non deciderent; aut affluxu noxij humoris tabeſcerent: tunc ſcilicet, velut mortui, inutileſque, in ſterquilinium objiciendi. Id ergo in ſecundo *Dentium* encomio Chriſtus in Eccleſiæ ſuæ corpore commendat.

Luc. 11. 52.

Suauius.

Apoc. 3. 8.

Chriſtus quo ſenſu dictus habere clauem Dauid.

Eccleſia poteſtate ordinaria, & quaſi innata creat Doctores.

Hi ergo ſunt dentes Eccleſiæ, iam ſecundo laudati.

V.

Accedit, & dentes oſſeos eſſe.

Nulla carne contectos.

Cum alia membra carne contegant.

Et frequentia triti vſu.

Non ideo ceſſent ab officio.

Tertia ratio ex alia analogiæ forma petenda eſt, ac ne ea quidem contemnenda. Nam cum *Dentes* oſſicati ſint, nulla contecti, aut impediti carne, ſolerti naturæ prouidentia, ad mandendi officium deſtinati ſunt: itaque cum inſtrumenta ſint, quibus cætera membra carne conteguntur, ſoli illi ſemper aridi, nudique, & excarnes manent, & quidquid cibi comminuunt, in bonum aliorum, non ſuum, comminuunt. Alia contegunt, ipſi interim inſecti: alia veſtiunt, ipſi nudi; alia pingueſcere faciunt, ipſi excarnes, & macri: & cum laborem ipſi ſubeant omnem, non ſibi, ſed alijs ſubeunt. Quin potius cum frequenter mutuo attritu, & durioris contumacia cibi, ſæpè atterantur, ſæpè frangantur, quidquid id damni eſt, læti ſubeunt, dum alijs proſint, vt per propria detrimenta aliorum commoda quærant: ac tunc ſe degunum ſuo functos munere arbitrentur, cum vi ipſo mandendi conſumpti, bono ſeſe aliorum prorſus impenderint. Hæc autem ſi ſolerter applices ad myſticos Eccleſię Chriſtianæ *Dentes* latum excurrendi nactus campum, orationis lora laxare licebit; nobis ſtrictius res premenda. Nam ea lex *Doctoribus Fidei* fixa eſſe debet, vt Populorum vtilitati ſemper inuigilent; & vel per ſua detrimenta, & damna, immo & mortem ſpiritalem vitam proximis, &, cum non habent, communicent, &, cum habent, conſeruent, promoueantque. Is ſenſus Pauli eſt, qui cæteris & ſentiendi, & agendi norma Magiſtris eſt. *Non enim quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos: nec enim debent Filij Parentibus theſaurizare, ſed Parentes Filijs. Ego autem libentiſſime impendam, & ſuper impendar pro animabus veſtris.* 2. Cor. 12. 14. & mox: *Coram Deo in Chriſto loquimur: omnia autem, cariſſimi, propter ædificationem veſtram.* Ver. 19. Et Rom. 9. 2. *Triſtitia magna mihi eſt, & continuus dolor cordi meo: Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem.* Præceſſerat exemplum Capitis, qui pro ſpiritali ſalute mortalium, & dum vixit, laborem recuſauit nullum; & mortem tandem oppetijt. Exemplo ſcilicet ſuo docuit, quid eos facere debeat; quos in docendi munere vicarios ſibi ſubſtituit; & in pulchro Eccleſiæ ſuæ corpore *Dentium* ſubire vicem voluit.

Dẽtes cum alia membra carne veſtiant, ipſi ſemper ex carnes.

Qui character Doctorum Eccleſiæ.

Quos decet populi commoda procurare.

Sua negligere, & poſthabere.

Talis fuit Paulus.

Id de ſe confeſſus.

Sed maiore merito Chriſtus.

Quem ſequi decet Doctores.

Doctorum Eccleſiæ character aliorum commoda procurare, ſua negligere.

2. Cor. 12. 14.

Rom. 12. 2.

Chriſtus totum ſe impendit pro mortalium ſalute.

NOTATIO XVI.

SICVT GREX OVIVM QVÆ ASCENDERVNT DE LAVACRO.

I.

Sed quidam hoc de diuitibus exponunt.

Qui de ſuo pauperibus ſubueniũt.

HÆC quæ de *Dentibus* dicuntur hoc commate, quidã de Recentioribus de *Diuitibus* interpretantur, qui facultates ſuas indigentibus diuidunt, vti cibum *Dentes*; nec eorum quidquam reſeruant ſibi, niſi quantum ex communi partitione obuenerit. Id autem cum faciunt, non libenter ſolum, ſed hilariter faciunt. S. D. E.

Diuites dentes Eccleſiæ, conſenſu quorundam.

In

In omni dato hilarem fac vultum tuum. Eccle. 35. 11. Et: *Qui miſeretur, in hilaritate.* Rom. 12. 8. Eo etiam ire *Ouium detonſarum* ſimilitudinem, quæ nunquam alacriores ſunt, quam cum vellus depoſuere, & à *lauacro* nitidæ domum redeunt. Quin non *Ouibus* ſolum ſed earum *Dentibus Dentes* Eccleſiæ comparari: ſolere enim eas auidius paſcere poſt detonſionem, vt damna velleris reparent: maximè cum poſt fœturam lactant proles, ac multo magis ſi geminam, vt lac alendo ſufficiat. Id etiam ad *Diuites* pertinere aiunt, tametſi minimè applicant. Quæ quidem acute obſeruata ſunt, nec inepté ad *Diuitum* largitatē applicata: tametſi id quod extremè eſt dictum, de auiditate paſcendi, haud facile applicari poteſt; niſi velis, *Diuites* eo auidius diuitijs aceruandis inſiſtere, quo egentium maior, & numerus, & egeſtas, quod non facile doné ipſe.

Et quidem hilari vultu.

Sic oues detenſa alacriores.

Et auidiores in paſtu.

Et fœtibus lac ſufficiat.

Sed id ægrè diuitibus applicari poteſt.

II.

Aptius eiſdem Doctoribus applicabis.

Id ſit vtrumque probabile. Sed multo facilius, & aptius de Eccleſiæ *Doctoribus*, & *Magiſtris* dicetur, pro quibus & Veterum, & Recentium hoc loco authoritas ſtat, quod ideo non ſequuti ſumus. Ergo *Ouium Gregibus* Eccleſiæ *Dentes*, & in iis *Doctores* comparantur, ob eamdem illam cauſam, quam ſuperiore Notat. Num. 5. indicauimus: quod vni commodo proximorum intenti, ſua detrimenta non curent, non ſentiant. Nam, ſi animaduertas, *Ouis* tota vtilis eſt, & ſacra, (quod ex Salomone Iarrhio viri docti obſeruarunt) Vellus hyacinthinis ſeruiebat pellibus, caro deſtinabatur ſacrificio, Miniſtrorumque victui, cornua in buccinas, oſſa in tibias, inteſtina in neruos, fideſque inſtrumentorum, corium in typana ad concelebranda ſacra impendebantur. Itaque cum tota vtilitati communi, ac Dei obſequio ſeruiret, tota ſibi peribat. Habes Eccleſiaſticorum *Dentium* munus expreſſum, *Magiſtrorum* dico *Doctorumque*; qui, cum ſe totos diuino cultui, animarumque commodis mancipa rint, & omnino impenderint, tum demum ſuo ſe munere functos arbitrentur: nihilque admodum ſe feciſſe, niſi quod eos deceret facere fateantur. *Sic vos cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Luc. 17. 10. Proptererea eos Dominus & *Oues* appellat, & ad lupos mittit, ſingulas ad plures; mites ad truces; innocuas, ac omnino vtiles ad inutiles damnoſoſque. *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.* Matth. 10. 16. Vt ſcilicet vel de lupis *Oues* facerent: puſillumque Chriſti Gregem vel modicis acceſſionibus augerent; vel, ſi id minimè daretur, ſaltem inter eorum dentes interirent; æquè in vtrumque parati, vel ad vitam, vel ad mortem: nam & *Ouis* eadem facie in paſcua, & in macellum, aut aras venire ſolet, ne mutire quidem auſa, aut doloris dare indicia. Id eſt, quod de Paſtore ſimul & *Oue* Chriſto dicebat Petrus. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* En *Ouis* innocentiam, ac manſuetudinem, candoremque non à *Lauacro* tractum, ſed natiuum. *Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur; tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.* 1 Petr. 11. 22. 23. In manſuetudinem, & preſſam medijs lupis vocem ringentibus, frendentibus, deuorantibus: ne magnum aliquid tanti Præceptoris Diſcipuli feciſſe exiſtiment ſe, cum eiuſdem preſſis veſtigijs, pro ſpiritali proximorum ſalute impenderint ſeſe.

Eccli. 35. 11. Rom. 12. 8.

Doctores Eccleſiæ cur ouibus comparari.

Ideo ouibus comparatis:

Quod toti ſint vtiles, ſicut & oues.

Ouis tota vtilis, & Deo ſacra.

Et cum ſe proximorū commodis impenderint.

Suo ſe functos munere arbitrentur.

Doctores digni hoc nomine, cum aliorum ſaluti ſe impenderint. Luc. 17. 10.

Ideo velut oues inter lupos miſſi.

Vt innocentia ſua de lupis facerent oues.

Matth. 10. 16. Chriſtus cur ſuos vt oues inter lupos miſerit.

Vel inter eorum dentes interirent.

Chriſtum Paſtorem & ouem imitati.

Chriſtus Paſtor & ouis innocēs mortem ſubijt.

Qui oues mutare exemplo non potuit.

Pro illis mortem oppetijt.

III.

Sed de lauacro, quod dicitur cauſa non caret.

Quod autem additur, *De Lauacro*, non ſine cauſa eſt additum. Ideo id quidam ad puritatem, nitoremque Doctrinæ referunt; nihil vt in illa ſit inutile, nihil ſubdolum, nihil noxiumue, cum Populi vtilibus ſe paſci alimentis arbitrentur, aconita bibant; &, vndè vitam, ac ſalutem accepturos crediderant ſe, inde hauriant inualitudinem, nec infrequenter mortem? Sed *Lotio* ipſa bonum potius earundem *Ouium* eſt, qua ſcilicèt non modo nitent, & candore ſuo conſpicuæ ſunt; ſed ad valetudinem propriam diſponuntur: quanquam, & ipſa valetudo, tametſi proprium ſit bonum, tamen reſpicit alienum. Ita vitæ innocentia, cum animus ſcilicèt, omni ſcelerum ſorde purgatus, tenorem retinet ſuum, magni momenti eſt, non ad vtilitatem modo propriam procurandam, ſed & aliorum promouendam. Id ergo vigili ſtudio myſticis hiſce *Ouibus* procurandum, vt nihil omnino ſit labis, quo propria puritas deformetur: aut terrenarum affectionum afflatu polluatur. Nam quid non damni ſcabioſum pecus gregibus adfert? Vt vnica ſæpè *Ouis*, ea labe fœdata totum gregem inficiat, ſed & putris vnus *Dens* proximos vel attactu, vel afflatu tabe corrumpit, prauoque odore reddit ingratos. Sic *Doctorum* mala, vel exemplo, vel contagio tranſeunt ad Diſcipulos, tam diſſimulata fraude, vt prius ſe infectos ſentiant, quam infici poſſe perſenſerint.

Vel propter puritatem doctrinæ.

Doctori puritas doctrinæ neceſſaria.

Quod quibuſdam placuit.

Vel propter vitæ innocentiam.

Innocentia vitæ.

Quod aptius huic loco quadrat.

Nam vnius pecudis ſcabies multas inficit.

Et Dens vnus putris alios corrumpit.

IV.

Ideo puritatem baptiſmalem.

Moribus retinere debent.

Quæ totius vitæ forma eſt.

Id probabile eſt; ſed fortaſſis in lautitijs hiſce, quod Philoni magis placuit, (quanquam alio totum comma refert) Baptiſmi lauacrum melius intelligimus, quo mundati prius *Doctores*, eandem innocentiam vitæ, morumque retinentes, quam in Baptiſmo inducti ſunt, transfundere in alios per verbi miniſterium, & doctrinæ communicationem debent. Quidquid enim puritatis acceptum per Baptiſmi gratiam eſt, reliquæ totius vitæ Sanctitatis, non fundamentum ſolum, cui ſpiritalis vitæ ædificium

Philo Carpbat. **Doctoribus retinenda baptiſmalis mūdities.**

ficium totum innititur, ſed etiam forma eſt, ad cuius exemplar & mores, & facta exigi debent: tuncque demum perfecti ſumus, cum eandem innocentiam, quam, largiente Deo, de fonte traximus, perfectè moribus retinemus. Id eſt, quod, cum de Doctoribus ſuis ageret Chriſtus, verbis profeſſus eſt: *Euntes, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* Matth. 28.19. Prius eos aquis iubet intingere, poſtea docere, vt omnia, quæ præcepta ſunt, obſeruent: vt intelligant ſcilicèt, fundamentum omnium, & quaſi formam, Innocentiam eſſe, quam de Sacro fonte intincti traxerint. Nec ſine cauſa additum: *Quæcumque mandaui vobis*; ne ſcilicèt alia lege agendum cum alijs putent, quam cum eiſdem illis ſit actum. Moribus ſuis ergo eam exprimere decere ſe vitæ integritatem, quam per Baptiſmum induerint; Si apti eſſe velint diuinarum rerum magiſterio. Nec ſine myſterio grandi non ante ſuper Chriſtum cœli aperiuntur, & Spiritus Sanctus in Columbæ ſpeciem deſcendit, & vox intonat Patris, Filium cum conteſtantis, in quo ſibi verè complacuerit, quam Baptizatus aſcendat de aqua. *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cœli; & vidit Spiritum Dei, deſcendentem ſicut Columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis, dicens. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Matth. 3.16. Doctoris munere perfuncturus, innocentiæ, ac Sanctitatis accipit teſtimonium, & à Ioanne: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Matth. 3.14. Et à Sancto Spiritu, baptizatum obumbrante; & à Patre Filium conteſtante, vt doctrinæ innocentiam, vitæ innocentia, morumque puritas anteiret: doceremurque, haud aliter initiandos eſſe Eccleſiæ *Magiſtros*, quam innocentia baptiſmali, luſtralibus aquis communicata, & factis, operibuſque retenta. Sed & in monte Chriſtus figura mutatus, veſtibuſque in candorem ſplendentibus, teſtibus Diſcipulis, & audientibus, voce Patris, & Filius dicitur, & vt doctor iubetur audire; poſtquam candore puriſſimo interioris innocentiæ veſtes videntur aſperſæ. Tunc verè Filius, tunc verè doctor pronuntiatur, cum veritati doctrinæ vitæ candor, & morum innocentia teſtis acceſſerit: Neque tanta res ſine teſtibus fuit Moſe, atque Elia, qui & Populorum doctores, & vitæ innocentia clari, non efficacius voce, quam moribus exempliſque Dei præcepta ſuæ genti tradiderunt; additis ex numero Apoſtolorum tribus maximè familiaribus, qui quæ didiciſſent in monte cæteris enuntiarent.

Et perfectionis norma.

Ideò Chriſtus doceri Gentes, & baptizari.

Et præceptis inſtrui iubet.

Quæ ſeruarint prius Diſcipuli.

Ne alia lege ſe victuros putent.

Ideo nec ſpiritus ſuper Chriſtum delabitur.

Nec vox Patris auditur.

Quam baptizatus de aquis aſcenderit.

Vt innocentia doctrinam anteiret.

Et in monte non ante iubetur.

Voce Patris audiri.

Quam de animi innocentia, vt ijs canderet.

Teſtibus, qui ſic docturi homines eſſent.

Matth. 28. 19.

Baptiſmalis mũdities forma reliquæ vitæ.

Matth. 3. 16.

Chriſtus nõ ante proclamatus Filius, quã baptizatus.

Matth. 3. 14.

Chriſtus non prius doctor renuntiatus, quam ex animi candore candida veſte ſplenderet.

Matth. 17.

NOTATIO XVII.

OMNES GEMELLIS FOETIB, ET STERILIS NON EST. I.E.

I. GEmellos *Fœtus* Quidam de Veteribus, Duplicem Caritatem, Dei, & proximi, interpretati ſunt. Hunc ſenſum nemo luculentius tradidit, quam Philo, bonus Author, & Epiphanio Synchronos niſi à quibuſdam malo exemplo alterius interpretationibus, maximè Gregorij, fuiſſet interpolatus. *Vere*, inquit, *duplici fœtu anima decoratur a Domino, poſtquam omni omnium delictorum labe, per ſalutarem confeſſionem, atque Baptiſma, vel pœnitentiam purgata eſt, & lota; nam ex accepto Spiritu Sancto, vt ſalua fiat, Deum ipſum, & quemque proximum Syncerè amare debet: alioqui fruſtra ſe lauerit, niſi Deum vnum ſupra omnia caſtè, & ſanctè veneretur, & colat: proximum verò ſicut ſe ipſam diligat.* Hactenus Philo. Sed id commune omnibus Fidelibus eſt, non proprium Doctorum, *Magiſtrorumque*. Et alioqui *Fœtura* ipſa aliquid aliud videtur innuere, quod ad illos propriè ſpectet; ſed vt filij ad Patres, Matreſque ſpectant, quos ſcilicèt ad ſobolem multiplicandam edidere: non ad perficiendum ſe ipſos: de ea enim dote dictum iam fuerat, cum gregi *Ouium de Lauacro Aſcendentium*, comparati ſunt: vt proximè dictum eſt, vitæ enim integritas vtramque Caritatem vel potiſſimè complectitur; cum ſine illis nec Baptiſmi gratia conſtet, quam integritas, atque innocentia poſſe ſequuntur. Qua ratione etiam Nyſſeni ſenſus minus huic loco aptus eſſe videtur, qui *Doctores* vult ſemper conſpici puros, quaſi digreſſos primum à Lauacro, & pilorum copia minimè grauatos eſſe, quaſi recens tonſos; & virtutum interim fœcunditate geminis fœtibus inſignes, vt puritatis duplicis parentes fiant, tum quæ in animo, tum quæ in corpore conſpiciatur.

II. Sed ad Eccleſiam ſecundum hunc ſtatum, qui Matronalis eſt, atq. eius, quæ per iuſtum connubium Viro copulata ſit, proprius eſt, omnino ſpectat Filios generare, & familiam augere, quod negatum prioribus ſtatibus eſt. Ea autem generatio haud

aliter,

Gemellos fœtus quidam interpretantur.

Vtramque caritatem.

Qui ſenſus luculentius traditur à Philone.

Sed id Fidelibus commune eſt.

Hic ſingulari aliquid innuitur.

Quod Doctorum proprium ſit.

Nec Nyſſeni ſenſus probandus.

Qui puritatem duplicem maluit.

Animæ & corporis.

Eſt autem Eccleſiæ ſtatus Matronalis.

Gemini fœtus, duplex caritas Dei. & proximi.

Philo Carphat.

Fœtura ad bonũ prolis ſpectat hoc loco.

Nyſſenus.

Eccleſia ſtatus Matronalis. & fœcundus.

aliter, quam ſparſo ſemine verbi, fit: *ſemen ſiquidem Verbum Dei eſt*, Chriſto eodem interprete. Spargitur vero per *Doctores*, ac *Prædicatores*, *vbique Miniſtros*, ſi qui ſunt alij, vel voce ſonante, vel ſcripto manente. Iure ergo, qui *Ouibus* comparantur, non *ſteriles* non infœcundi, ſed gemina ideſt, multiplice prole fœcunditatem Matrum probare iubentur. Vt in vnius multiplice prole, fideliſſimi Prophetarum impleantur vaticinia. Iſai. 54. 1. 2. Pſal. 112. 9. Sed de hoc inferius plura.

Et a qua ſperetur proles.
Cuius ſemen verbum eſt.
Luc. 8. 11.
A Doctoribus ſponſum.
Iſai. 54. 1. 2.
Pſal. 112. 9.

III.

Iure autem additum, *Et ſterilis non eſt in eis*, quaſi, qui huiuſmodi *ſterilitate* notantur, indigni ſint, qui inter *verbi Miniſtros*, & nobiliſſimi huius *Gregis Oues* cenſeantur, quas Paſtor Chriſtus ideò paſcit, vt multiplice earum partu peculium augeat ſuum. Eo ergo conatus omnes eorum, eo artes ire debent, vt fœcunditate hac myſtica Dominum beent, & in ſe generandi virtutem perficientes, & in ijs, quos generant Patris imaginem reformantes. Habent in Paſtore vno nobile documentum Iacobo, qui de ſe haud iactanter ad Socerum. *Oues tuæ, & Capræ ſteriles non fuerunt; arietes gregis tui non comedi: nec captum à beſtia oſtendi tibi; ego damnum omne reddebam*. Hæc ad induſtriæ, ac laboris fructum ſpectant: ad laborem ipſum, diligentiam, & vigilantiam illa *die*, *noctuque æſtu vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis: ſicque per viginti annos ſeruiui tibi in domo tua*. Gen. 31. 38. Hac lege primi illi Eccleſiæ Proceres, atque Magiſtri incubuere labori, & miniſterio verbi: vndè fructus mirabilis conſequutus eſt, totius orbis ad Chriſtum conuerſio. Sed alij nunc mores, alia tempora ſunt; ac poſtquam antiquus ille vigor intepuit, *Doctores*, ac *Magiſtri* propemodum infiniti illorum, qui fuere pauci, æquare non poſſunt opera. Quid æquare? cum ferme, quod deplorandum eſt, multitudo ipſa fructum impediat, vt fere inter manus ipſas euaneſcat; & cum meſſis tempus aduenerit, nulla vbertas areas grauet; ſed inutili calmo ſpicis vacuis impediat quidem, non beet. Vt dici illis poſſit: *laboraſtis multum, & intuliſtis parum*, & quæ ſequuntur. Auſim dicere nullo vnquam tempore, ab Eccleſiæ Chriſtianæ initijs, plures fuiſſe vel *Miniſtros verbi*, vel *Magiſtros*, vt pene tot numerentur, quot diſcipuli: neque minus vnquam tantæ multitudinis ſpem frequentius perijſſe. Laboramus itaque multitudine, & bonis noſtris affligimur: & vt ſæculis alijs parcitate impeditus eſt fructus, ſic hoc noſtro abundantia premimur ipſa. Nam ita certè comparatum eſt, vt non plus damni *Ouibus* pabuli defectus pariat, quam ſuperfluitas: niſi pabuli vbertatem bonitas, ac ſalubritas comitetur. Hinc fortaſſe mali radix, quanquam vna non eſt: nam ducuntur quidem Greges in læta doctrinæ paſcua, non ſemper ſalubria. Vitio ergo ſuo, & in cocto humore turgentia, implere quidem, & obruere ventriculum poſſunt, perque totum corpus ſparſo humore, valetudinem perdunt. Ita cruditatem cibi incocti facies ipſa probat, & virium toto corpore defectus, & languor, quid cæteræ facultates patiantur, teſtantur. Haud libet hæc ſtrictius premere, nam & malum grauius eſt quam vt à priuato medicinam ſperet: & alioquin noſtrum non eſt graſſanti longè, & latè malo obſiſtere. Viderint quorum eſt, communia arcere damna, qua arte minui ſaltem poſſint: Si in totum emendari non poſſunt: ne ſcilicèt, cum factorum dictorumque reddenda ratio fuerit, male præſtiti muneris arguantur, meritæque ab illis ob male præſtitum munus, ab illis exigantur. Nimis euagatum eſt à via. Ignoſcendum eſt.

Inde fœcunditas omnis.
Qua qui caret, inter has oues non cenſendus.
Doctores ſteriles indigni hoc nomine.
Eo ergo curas obuertere neceſſe eſt.
Exempla Iacobi.
Gen. 31. 38.
Qui Paſtorum exemplar eſt.
Iacobus paſtor exemplar Doctorum.
Sic primi Eccleſiæ proceres.
Familiam auxere Chriſti, cum pauci eſſent.
Apoſtoli pauci familiam Chriſti mirificé propagarunt.
Nunc multitudine laboramus.
Neque tamen fructus reſpondet.
Quia ouibus tam noxia ſuperfluitas pabuli.
Quam parcitas eſt.
Doctorum multitudine nunc laborat Eccleſia, alias parcitate.
Et paſcua læta, non ſemper ſalubria.
Paſcua lætiora, ſæpé inſalubria.
Sed incocta, & noxia.
Sed huic malo ſuaderi, non noſtrum.
Viderint ad quos ſpectat.

EX VERSIONE LXXII.

SICVT FVMICVLVS COCCINEVS LABIA TVA, ET ELOQVIVM TVVM DECORVM.

COMMENTARIVS.

ABeſt totum hoc comma, non a vulgatis ſolum codicibus, ſed etiam ab originibus. Retinuere 72. Cur autem nobis eadem cum cæteris ſerie exponendum cenſuerimus, in Notationibus dicemus. Pertinent autem hæc ad *Verbi Miniſtros*, qui ſcilicet ſonante voce, Chriſti doctrinam audientibus inſtillant. Fuit vero magna cauſa, cur hoc loco *Labiorum* myſticorum non omitteretur laudatio: nullo enim tempore digniora

ra encomijs Chriſti Eccleſiæ fuere *Labia*, quam cum à Synagoga tranſijt ad Gentilitatem. Commendat autem in *Verbi Miniſtris*, & ſermonis temperamentum, & menſuram: quod ad quantitatem; vt ita dixerim, ſpectat: ideò *Funiculo* ſimilia dicit: & Chriſti ipſius paſſi, mortuique in Cruce memoriam, quod non aliud omnino ſonarent, quam *Chriſtum, & hunc Crucifixum*. Ea vis *Coccinei* coloris eſt; quæ ſimul Labiorum ſumma eſt laus. Poſtremo doctrinæ ſuauitatem, quod ad diuinam artem pertinet, qua auribus ſeſe audientium ſuauiter inſinuare ſolebant, indeque prædicationis vim in corda, animoſque transferre; quoad eos ad aſſentiendum pertraherent, amplectique Chriſtum pene cogerent, Ideo *Eloquium Decorum* eſſe fatetur.

E N A R R A T I O.

QVid mihi in Doctoribus tuis Placeat, nuper dixi: addam nunc de verbi Miniſtris, quorum eſt, ſonante verbo promiſcuum Populum mea doctrina imbuere. Et quidem ſtudium illud, quod ſuo muneri exercendo impendunt, non prædicare non poſſum. Nam, & mira prudentia doctrinam temperant, & ad menſuram diſpenſant, ne plus ingerant; quam cuiuſque captus exigat: aut aliter inſtillent, quam qua ratione profuturam ſciant audienti. Laxant itaque orationis habenas, cum opus eſt, rurſuſque contrahunt: velut ſermones imperium habeant, & ex prudentia legibus moderentur. Id quanti ſit momenti ad fructum; dicere non attinet. Sed & doctrinæ ipſa ſubſtantia vitam audientibus adfert, nihil enim aliud, quam Crucis meæ myſterium ſonat, ſparſumque à me ſanguinem pro mortalium incolumitate, & vita. Rubent itaque nobili cocco Labia, & quidquid interius mei ſanguinis tingitur ſtillis, redundat in linguam, vt alios tingat, & colore eodem imbuat. Itaque ſimilitudine Purpura mea, quam in tuis labijs ſpecto, maxime afficior, nec aliter, quam cum me ipſum ſplendenti cruoris clamyde indutum video. Perficit, atque implet vota ars ipſa, qua verbis doctrina veſtitur, tam ſimplice, decentique cultu, immo ſuaui ad mulcendum concentu, vt cum auribus inſtilletur, feriat animum; ac dolo, non vtili ſolum, ſed amico trahat ad ſe, ideſt, mihi conciliet, vel inuitum.

N O T A T I O XVIII.

SVM. COM.

SICVT FVNICVLVS COCCINEVS LABIA TVA.

I.

Abſunt hæc à vulgatis Codicibus, & Originibus.

Retinere Græci Interpretes omnis.

Et Patres, qui hunc librum interpretati.

Maximè Gregorius Nyſſenus.

Ideo probabile eſt.

Id olim lectum in Originibus.

ABeſſe hæc ab originibus, & vulgatis codicibus monitum in Commentario eſt: legiſſe 72. Interpretes; Coddicum Græcorum probat conſenſus, in quibus omnibus Comma hoc legitur: Probat & aliorum Interpretum Græcorum authoritas, quibus etiam hæc fuiſſe probata, eorum Editiones confirmant. Nam pro illis verbis: ὡς σπαρτίον κόκκινον. Sicut Funiculus coccineus, quæ 72, habent, Scholiart. reddidit, ὡς νῆμα κόκκινον. Sicut Filum coccineum. Aquila autem τῆς κόκκου Sicut Filum cocci. Pro eloquium tuum Decorum, Symmachus habet: διάλεξίς σου καλή. Allocutio tua bona. Probat poſtremo veterum PP. quicumque 72. Editionem agnouere, & in hunc librum edidere Commentaria, vſus, Theodoretus, Tres PP, Pſellus, Philo Carpathius, &, qui multorum eſt inſtar, Gregorius Nyſſen. Qui ex profeſſo, quod alij minimè faciunt, præter Philonem, hoc Comma Commentario illuſtrauit, ſicuti & reliqua.

72. Lectio.

Scholiaſtes G.

Aquila.

Symmachus.

Theodoretus.

Tres Patres.

Pſellus.

Philo.

Nyſſenus.

Quibus ex argumentis ſatis probabile fit, lecta quidem in Originibus fuiſſe olim, poſtea autem, per librariorum incuriam, aut alio caſu, quod totidem Cap. 4. verbis legerentur, fuiſſe ſublata, tanquam additia: quo factum, vt vulgati ætate minime

Probabile eſt olim lecta in Hebr. Codd.

Alioqui non decebat, inter reliqua.
Labiorum omitti laudationem.
Eo factum vt hac etiam commentaremur.

legerentur. Sed & ea non ablegandà eſſe, fortis ratio eſt; Nam, cum quidquid ſingillatim laudatum Cap. 4. eſt, iterum Cap. 6. & 7. repetatur, ſola omittuntur *Labia*; cum nulla tamen aſſignari omiſſionis cauſa poſſit; nec maior appareat cætera repetendi neceſſitas. Et quanquam in ſecunda hac laudatione nonnulla membra laudentur, de quibus mirum Cap. 4. ſilentium eſt, tamen eius rei non minimi momenti ratio eſt, vt ſuis infra locis dicemus. Hæ fuere cauſæ, cur hoc loco tametſi latini Vulgatum Latinum amplectimur, & Commentarijs illuſtrare conamur, hoc comma minime nobis omittendum duxerimus: cum præſertim ea pars ad Chriſtianam Eccleſiam applicata, ſuam arcanam ſententiam habeat, & quidem probabilem.

II.
De ſenſu Philonis duæ ſententiæ ſunt. Poſterior probabilior.
De confeſſoribus Fidei.
Per quam ſaluamur.
Coram tyrannis.
Teſtimonium Chriſto ferentes.
Id non ineptum ad noſtrum filũ.
Sub eo Eccleſiæ ſtatu.
Cui Chriſtus ſapientiam pollicitus.
Et verba, quibus contradici nõ poſſit.
Quod vtrumque indicatur hoc loco.

Sed de *Labijs* duæ ſunt quæſtiones: altera. Quid *Labia* ſint arcano ſenſu; altera, quæ vis ſimilitudinis *Labiorum* cum *Funiculo Coccineo*. Philonis duæ ſunt interpretationes; vtraque alluſum arbitratur, ad Raab tabernariæ Hyſtoriam. Sed prior interpretatio, obſcurioribus tradita verbis, minus etiam probanda eſt. Eam lector curioſus apud illum habet. Poſterior, vt ſermone planior, ita etiam probabilior. *Labia* ergo interpretatur, *Fidei confeſſionem*: *Vt enim*, inquit, *corde iuſtificamur ſecundum Apoſtolum, ita etiam ex aperta oris noſtri confeſſione ſaluamur*: *Eoque Labia tua*, *dixit*; *ne quis Fidelium coram impijs, crudeliſſimiſque tyrannis, Chriſtianæ fidei deſtructoribus, vel ſtructoribus magis, poſitus, erubeſcat vitam æternam palam confiteri, quin intrepidus, in victuſque, omnino orthodoxam Chriſti Fidem conſtantiſſime retineat, & prædicet.* Hæc ſi ad Chriſtianam eo ſub ſtatu Eccleſiam, quam hic deſcribi putamus, referas, haud ineptè filum nectes interpretationis: fuit enim illius magna gloria in ore Martyrum pura *Fidei confeſſio*, coram Principibus. Id enim eſt, quod Chriſtus prædixerat, cum futura prælia ſuis Diſcipulis denuntiaret. *Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari, quemadmodum reſpondeatis: ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri*. Luc. 21. 14. 15. Qui locus ſi rite intelligatur, huic vice Commentarij poteſt eſſe, *Sapientiam* enim ab *ore*, ideſt, *eloquio* diſtinguit, ſeque vtrumque daturum, pollicetur. *Sapientia* ad res ipſas ſpectat, & doctrinam ſolidam: immo & prudentiam, qua artes omnes hoſtium eludantur: *Os* autem ad verba, orationem ſcilicet, quæ rerum reſpondeat magnitudini, & grauitati, ne languida nimirum, aut eneruis oratio, quidquam de rerum ipſarum dignitate deminuat. Id autem vtrumque etiam indicatur hoc loco, alterum in *Labijs*, & *eloquij dulcedine*: alterum in *Funiculo coccineo*. Probabilis hic ſenſus eſt; nec ineptus ad noſtrum ducendum filum.

Philo Carpath.
Labia Eccleſiæ Fidei confeſſio apud tyrannos.
Eccleſiæ magna gloria Martyrum fortitudo. *Luc. 21. 14.*

III.
Sed præſtat de verbi miniſtris accipere.
Licet Doctoribus ex parte conueniat.
Sed diſcrimen tamen eſt.
Ex ſenſu Pauli Apoſt.
Qui Doctores ab Euangeliſtis diſtinguit.
Id eſt a verbi Miniſtris.
Hos enim intelligunt PP.
Qui in eo Miniſtri Apoſtolorum.
Et adiutores in annuntiando Euangelio.
Vel certè qui certis regionibus, deſtinati.
Docebant populos.
Hi ergo ſunt labia Eccleſiæ.

Sed præſtat hæc interpretari de *Verbi Dei miniſtris*, quibus concredita diſpenſatio myſteriorum Fidei; atque ex munere tradita veluti quibuſdam præconibus, enuntiatio Chriſtianæ Doctrinæ. Ea certè *Labia* ſunt Eccleſiæ: & quanquam id Doctoribus etiam conuenit, & nomina & munera videntur eſſe ſimilia: tamen id diſcrimen eſt, quòd alij velut diuini Iuris Conſulti, reſponſa ore reddunt, aut etiam ſcripto, parati venientibus ſe conſultum, de propoſitis quæſtionibus reſpondere. *Verbi* autem *Miniſtri* voce ſonante, Chriſtianæ legis myſteria aperire ſoliti, & vltro ingerere ſe; & oportune, importune, quæ neceſſaria ad ſalutem ſunt, auribus cunctorum inſtillare. Id intelligere ex Paulo poſſumus, qui Chriſti in Eccleſiam ſuam chariſmata recenſens, poſtquam relictis terris abijt ad Patrem, & in illius dexterâ conſediſſet, *Doctores* ab *Euangeliſtis* diſtinguit: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*. Epheſ. 4. 11. 12. Nam quos *Euangeliſtas* vocat, non Euangeliorum ſcriptores, ſed Annuntiatores accipiunt Theodoretus, & Chryſoſtomus. Erant autem hi, qui Apoſtolis, in annuntianda Chriſtiana Doctrina, miniſtrabant: Ideo dicti Diaconi. Sic cenſent Theophylactus, & Ambroſius. Qui monet, potuiſſe quidem illos Euangelium prædicare, ſed ſine cathedrâ, ideſt, ſuggeſtu; qualis Epiſcopis propter dignitatem erigebatur. Eorum enim erat ex proprio munere Euangelium prædicare: illi vocati ſunt in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Sed fortaſſis *Euangeliſtarum* nomine ij hoc loco Pauli probabilius accipientur, quibus determinatæ quædam regiones, ad prædicandum, deſignatæ ſunt: quo ab Apoſtolis diſtinguuntur, quibus nulla certa Prouincia ad prædicandum deſignata: ſed liberè omnem in partem totum per orbem excurrere poterant, velut communes quidam Magiſtri. Vt vt ſit, *Doctores* ab *Euangeliſtis* Pauli authoritate diſtinximus. Hos ergo, quorum opera Eccleſia in miniſterio verbi vtebatur, iure *Labiorum* nomine deſignantur, quæ potiſſima inſtrumenta ſunt, ad efformandam orationem, & ſonos articulandos, & animi intima ſenſa propalanda, alijſque manifeſtanda.

Eccleſiæ labia verbi miniſtri.
Doctores diſtincti a Verbi Miniſtris. *Epheſ. 4. 11. 12.*
Theodoret.
Chryſoſt.
Euangeliſtæ apud Paulũ qui?
Theophil.
Ambroſius.

IV.
Sed quid labijs cũ funiculo?

Quæſtio altera, de vi ſimilitudinis *Labiorum* cum *Funiculo coccineo*. In *Funiculo*, quod menſorum inſtrumentum ſit, vt colligimus ex varijs ſcripturæ locis, Gregorius

Nyſſen.

Digitized by Google

Ad temperamentum orationis id pertinet. Ex ſenſu Gregor. Nyſſeni. Vt ſuis locis; ac temporibus diſpē ſetur. Nec vbi inutile futurum, aut noxium. Id præceptum Chriſti eſt. Nec contemnendum. Sic & dictis docuit. Et factis oſtendit. Et Paulus Magiſtri boni. Bonus diſcipulus. Et imitator ſollicitus.

Miniſtrorũ verbi temperamentum in diſpenſanda doctrina. *Greg. Nyſſ.* — Medicina pro ægroti diſpoſitione ſalutē, aut mortem affert. — *Matth. 7. 6.* — *Ioan. 16. 12.* Chriſtus & verbis & factis docuit doctrinam prudenter diſpēſare. *Luc* 8. 10. — 1. *Cor.* 3. 1. — *Hebr.* 5. 12.

Nyſſen. orationis modum, ac temperamentum agnouit Id tametſi non admodum aptum ad ſeriem interpretationis eſt, & analogiæ rationem; quia vtile tamen eſt, omitti non debet. *Funiculus*, inquit, *in Labro collatus, menſura quadam circumſcriptam ſermonis vſurpationem in ænigmate vocat: Id, quod Vates ille cuſtodiam, & hoſtium compreſſionis appellauit; cum in tempore os ad loquendum aperitur; & ſuo tempore rurſus occluditur.* Intelligas, ſi id placeat, ſermonem in verbi Miniſtris moderatum, & ad prudentiæ normam exactum: ne alieno loco, & tempore Euangelij doctrinam, velut effundant, & proijciant: multa ſunt, quæ pro temporum, perſonarum, locorum diuerſitate, vel vtilia ſunt, vel noxia. Quin &, quæ medica vi pollent, pro circunſtantiarum varietate, vel mortem afferunt, vel ſalutem. Itaque prudenter faciet verbi Miniſter, ſi, vbi non profuturam eſſe doctrinam, aut certè, propter prauam audientiũ diſpoſitionem, nociturnam eſſe viderit, abſtineat à docendo. *Nolite*, inquit, *Sanctum dare canibus, nec mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirumpant vos.* Matth. 7. 11. 12. Sic & dictis, & factis Dominus docuit diſpenſare prudenter doctrinam *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Ioan: 16 12. Et cum loqueretur per parabolas, earum tamen ſenſum, non Iudæis peruicacibus, ſed Apoſtolis inſinuabat. *Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Luc. 8 10. Sic Magiſtri boni doctrina bonus imbutus Diſcipulus dicebat Corinthijs: *Non potui vobis loqui tanquam ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam; nondum enim poteratis, ſed necdum quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis.* 1. Cor. 3. 1. Et alibi: *Cum deberetis Magiſtri eſſe, propter tempus, rurſum indigetis, vt doceamini, quæ ſint elementa ſermonis Dei, & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.* Hebr. 5. 12 Hanc ergo Miniſtrorum verbi prudentiam loco hoc in *Labiorum* cum *Funiculo* comparatione latere Nyſſenus Gregor. arbitratur.

V.

Nec obeſt, quod Paulus præcipit. Importune ſtandum doctrinæ. Eſt enim importunitas quædam oportuna. Qualis medici per acerba remedia. Ægritudini medentis.

Importunitas doctrinæ ſæpè opportuna. — *Simile.* — *Phil.* 1. 18.

Quod ſi obijcias Pauli ad Timotheum monita: *Prædica verbum, oportunè, importunè.* 2. Tim. 4. 2. facile eſt reſpondere. Eſt enim nonnunquam *importunitas* quædam maxime oportuna, qua arceri verbi Miniſter non debet, ab annuntianda Chriſti doctrina. Quid ægroto importunius, quam venæ ſectio; cathartici medicamenti ingratus palato ſapor. & ſtomacho violenta vis? Quid importunius, odioſiuſque, quam vel varicis inciſio; vel cauterium brachio impreſſum? Nec ideo tamen bonus Medicus abſtinet à medendo, doctus, quod importunum ſtomacho, aut palato, aut brachio eſt, oportunum incolumitati eſſe: nec quid quam ſe gratius facturum, quam ſi, vel per acerbos cruciatus, morbum depellat, ſalutemque reſtituat. Et hoc pertinet ad hanc Miniſtri prudentiam, vnam ſibi animarum ſalutem proponere, ad quam, cum certa eſt ſpes, vel per importunitatem eat: etiam ſi ſe damnandum à ſæculi prudentia ſciat. Sic dicebat Paulus; *Quid enim? Dum omni modo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur, & in hoc gaudeo, & gaudebo.* Philip. 1. 18.

VI.

Id ſit vtcumque probabili. Sed hic funiculus non menſorius eſt. Ideo vulgatus vitam tranſtulit. Cum qua maior labijs ſimilitudo, maximè in colore.

Chut, quid ſit Hebr. *Ambroſius.* — Vulgati prudentia.

Sed monui, quanquam & hunc ſenſum, propter vtilitatem illius, indicaui in Commentario, minus Analogiæ legibus eſſe conformem: Originalis enim vox *Chut*, vt alio notatum eſt, & *Vittam*, & *Filum*, & *Chordam*, & affinia ſignificat. Ambroſius *Reſticulum*, à *reſti* ſcilicet, vocat. Adeoque cum 72. σπαρτίον, reddidere. *Funiculum* intellexere, non quidem menſorium, immo ne ſtrictorium quidem; ſolam formam reſpexere: incumbentia enim ſibi mutuo *Labia*, velut tenui *filo coccineo*, per longum videntur eſſe diuiſa. Optime ergo factum à vulgato eſt, quòd capite illo 4 maluit *Vittam*, quam *Funiculum*, aut *Filum* reddere: intellexit enim, incumbentia ſibi modeſte *Labia*, & quidem multo ſanguine recumbentia, multo melius per *Vittā coccineā*, quam per *Filum* exprimi. Niſi vero in *Funiculo*, aut *vitta coccinea*, ad ſolum colorem reſpectum eſt, non ad formam: & quidquid tamen velis, id certum fatebere, potiſſimùm ad purpuram *Labiorum* eſſe reſpectum.

VII.

In coccineo Funiculo. Chriſti ſanguis ſignificatus. Ex cenſu Nyſſeni. Sicuti alias nos interpretati ſumus. Fidem in venturum, & moriturum Chriſtum. Et hic eiuſdem prædicatio intelligenda.

Gregor. Nyſſen. Funiculus coccineus Chriſti mors in labijs.

Pergamus ergo latens in *coccineo colore* myſterium inueſtigare, quantum attinet ad hunc locum. Gregorius idem Nyſſenus Homil. 15. in Cant. eademque extrema, & grauiter & appoſitè ad *Chriſti ſanguinem, id eſt, paſſionem, & mortem refert. Tunc autem oratio maximè ſuam menſuram conſequitur, cum à rubedine colorata eſt; quæ eſt ænigma ſanguinis illius, à quo redempti ſumus. Quare ſi quis ad exemplum Pauli, Chriſtum in ſe loquentem habet, qui proprio nos ſanguine redemit, etiam* Funiculum *illum habet in ore, ſanguinea tinctura ornatum.* Id ſequamur, & ad noſtræ interpretationis ſeriem accommodemus. *Et* quidem ſimilia verba de *myſticis* Eccleſiæ ſub Moſe *Labijs* interpretati ſumus cap. 4. Not. 8. Num. 2. & Fide in venturum Chriſtum, ac morte, & ſanguine mundi ſcelera deleturum. Quantum ergo diſtat futurorum fides, à fide præſentium; & rei figura à re, quæ ſub illa latet, tantundem diſtat eorundem verborum ſenſus a ſenſu. Miniſtrorum ergo verbi ſub Chriſtiana Eccleſia id ſtudium deſcribitur, quo

Digitized by Google

quidquid loquebantur, iactabantque in Populum Chriſtum paſſum, crucifixum, mortuumque ſonabat. Sic de ſe Geutium ille Magiſter Paulus: *Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Chriſtum Crucifixum; Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* 1. Cor. 1. 22. Et loco alio; *Et ego, cum veniſſem ad vos, veni, non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum,* 1. Cor. 2. 1. 2. En tibi Sponſæ Eccleſiæ *Labia Chriſti ſanguine tincta*, ac propterea *Funiculo*, ſeu *Vittæ Coccineæ* ſimilia. Noua Eloquij ratio hæc eſt, noua orationis forma, à noua Rhetoricæ arte profecta. *Sermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis; ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum ſed in virtute Dei.* 1. Cor. 2. 4. 5. *Dei virtus Chriſtus Crucifixus* eſt, nec alia lege miniſterium verbi in Eccleſia, aut alia arte gubernandum, quam ea eloquentia, quæ Chriſtum ſapit, Chriſtum loquitur, Chriſtum cordibus audientium, ac crucis amorem inſinuat. Omnis enim Chriſtianæ eloquentiæ perſuaſio Crux Chriſti eſt, vt non prorſus ineptè Crucem Chaldæi vocent, *Maſchal*, id eſt, *intellectum*, ſiue *doctrinam*; quod ſit veluti liber quidam diuinus, cœleſti plenus doctrina, vnde omnis ad ſpiritum ſcientia ſpectans habeat, velut à fronte, originem. Id autem quam verè de primis illis Chriſtianæ Eccleſiæ proceribus dicatur, quæ manent veteris Sacræ Hiſtoriæ veſtigia, ſatis docent. Nihil enim in plateis, & compitis; immo non aliud in cancellis Iudicij, ac tribunalibus Præſidum eorum ore reſonabat, quam Chriſti mors, pro mortalium ſalute, totiuſque orbis à communi Dæmonis ſeruitute libertate. Sic mundo perſuaſum eſt, vt abdicatis profanis ſacris, Chriſti Fidem amplecteretur, & crucis ignominiam gloriam crederet. Mirum eſt ſic potuiſſe mortales adduci ad Fidem. Hæc eſt enim (Chryſoſtomi verba) *magnæ virtutis: Apoſtoli, non ſignis, aut ſapientia; ſed rebus, quæ his planè videntur contrariæ, hoc eſt, ſcandalo, & ſtultitia Crucis, tanquam ingenti potentia, ac diuina ſapientia Iudæos, & Græcos ſuperarunt, Magnæ enim virtutis, & ſapientiæ eſt argumentum, perſuadere per contraria.*

Sic factū à Paulo. — Qui neglecta humana ſapientia. — Nihil ſe ſcire aliud dixit. — Niſi Ieſum Chriſtum. — Et hunc crucifixum. — Nec alia lege gubernandum verbi miniſterium. — Ideo à Chaldæis Crux dicta Maſcal. — Id eſt doctrina, ſeu intellectus. — Sic à primoribus Miniſtris factum. — Si orbis adductus ad Chriſtum. — Quæ res admirãda fuit. — Per ſcandalum crucis mundum conuerti.

Miniſtrorũ verbi in Eccleſia ſtudium crucis Chriſti prædicatio. — 1. Cor. 1. 22. — 1. Cor. 2. 1. 2. — Eloquẽtia Chriſtianæ Crux Chriſti. — 2. Cor. 2. 4. 5. — Crux Chaldæis Maſcal, id eſt intellectus cur dicta. — Per crucis ſcandalum orbem conuerſum, mirabile eſt. *Chryſoſtom.*

VIII.

Sed omnis is *Labiorum* color à ſanguine eſt, qui ex intimis euocatus, *Labia* pingit; &, velut minetur egreſſum, ſeſe oſtendit. Signum conſtitutionis optimæ, ac ſanitatis robuſtæ. Quibus enim per lentos morbos æger ducitur ſpiritus, ſanguinis, vel vitio liuent *Labra*, vel defectu palleſcunt; nullum vt certius indicium valetudinis ſit. Tingitur ea omnium maximè pars, & cum purus ſanguis in viſceribus floret, in *Labijs* ſplendet, velut phialis paruis è vitro incluſus. Ea fere omnis gratia oris eſt. Id ſi transferas ad *Myſtica* hæc Eccleſiæ *Labra*, aliquid fortaſſe intelligas, quo omnis eorum laus perficiatur. Chriſti crucem, & mortem ſonare ſemper debent, ac nobili illo tingi ſanguine, qui pro nobis eſt fuſus: ſed niſi is ſanguis interius in animo per imitationem lateat Chriſti, vndè in *Labra*, id eſt, in verba ſonantia redundet coloris gratia; exangui neceſſe eſt colore, aut liuido animi ægritudinem, aut ſanguinis defectum teſtentur. Mortua ergo, ac omni virtute vacua verba natabunt in *Labijs*; nec, qua carent ipſa virtute, eam in audientes transfundent. Et tametſi omni artificio, aduentitio rubore *Labia* tingas, haud vnquam efficies, vt audientibus perſuadeas. Id dico, Nulla arte fieri poſſe, vt quam ipſe in animo, per imitationem crucis, virtutem non habes, eam aſcititijs fucis, & ficta purpura mentiaris: languor enim ſermonis ipſe, & verborum imbecillitas, & contraria facta verbis, artificium, ac fallaciam prodent. Mirari ſæpè ſubit, aut deplorare potius, noſtrorum temporum infelicitatem, in tanta doctrinæ luce, qua nullum omnino ſæculum magis ſplenduit, morum tamen tantam eſſe corruptelam; tam exiguum infinitarum penè concionum fructum: Et licèt maxima mali pars in Populis hæret, quorum torpore, atque deſidia fit, vt verbis ſemen maxima ſui parte pereat, vel ſuffocatum curarum ſpinis, vel lapidum ſiccitate areſcens: vereor tamen, ne Miniſtrorum in ſtudio mali tanta hæreat cauſa. Verba quidem ſonant, ſed virtute indiga, ac vi omni defecta: aures feriunt, ad animum minime penetrant: & cum pruriant, vrticarum tamen in morem, cutim quidem titillant, carnem non penetrant. Nam quotus quiſque eſt, qui Chriſti crucem, & mortem, & fuſum ſanguinem de ſuperiore loco loquatur? Quotus quiſque, qui libenter audiat? Si quid ſimile conere, hic dormit, ille garrit; ſi tamen non concionantem ſolum, in vacuo templo clamantem deſtituat. Sed eiſdem artibus & generari res, & conſeruari, Philoſophiæ dogma eſt, frequentibus documentis comprobatum. Conandum contra impetum fluuij eſt, & quidem coniunctis ſtudijs animiſque. Magna res eſt animarum ſalus; nulluſque tantus labor, nulla tam grandis impenſa, cui non ſatis grande præmium ſit, animæ vnius lucrum. Nec, quia aduerſis ventis mare turbatum fremit, deſperandum nauis magiſtro eſt, aut abijciendum, aut intermitten-

Is autem labiorũ color. — Ab interno ſanguine eſt. — Teſtis bonæ valetudinis. — Sic verba crucis in labijs miniſtrorum. — A crucis imitatione profluere debet. — Alioqui mortua, & mortis indicia. — Aut certè animi inualitudinis. — Hæc infelicitas noſtri temporis. — In tanta Doctrinæ luce fructus tam parcus. — Nam verba ſonant in ore. — Sed virtute caſſa, & mortua. — Et auditor nauſeat ipſe. — Sed conandum in oppoſitum Viribus coniunctis. — Nam & nauta in tempeſtate clauum non deſerit.

Labiorum color à ſanguine interiore. — Miniſtrorum vis in Verbis ab amore crucis. — Nullo fuco labiorum color imitabilis. — Noſtris temporibus abundat doctrina, ſed fructus exiguus. — Animarum ſalus magna res eſt.

Digitized by Google

Dabit forſitan Deus ſucceſſum, conatibus.

Id ergo meminerint, qui vicem ſubeūt labiorum.

Monitum Verbi miniſtris neceſſarium.

mittendum ſtudium gubernandi. Dabit forſitan Deus, cuius agitur cauſa, effectum conatibus; & victo tandem vndarum fremitu, & ventorum furore poſito, placidam tranquillitatem reſtituet, quoad ouans nauis inuehatur in portum. Meminerint, quibus id muneris commiſſum eſt, *Labia* ſeſe Eccleſiæ eſſe, ad efformandum ſermonem, atque animi manifeſtanda intima ſenſa, deſtinata. Sanitatem internam purpura ipſa ſanguinis Chriſti rubens in verbis teſtetur. Sic digna erunt, quorum Chriſtus Sponſus ſpecie delectetur; eandemque, quam probat pulchritudinem, laudibus efferat, encomijs tollat: dicatque: *Sicut Funiculus coccineus labia tua:*

NOTATIO XIX.

ET ELOQVIVM TVVM DECORVM.

I.

Decorum, ſuaue, & dulce dictum à Vulg.

Quo alia miniſtrorum virtus ſignificata.

Quæ tamen non vnius generis eſt.

Sed diuerſa pro varietate rerum.

Ea artium eſt ars.

Nata ex zelo ſalutis alienæ.

Eius autem artis magiſter Paulus.

Sed Chriſti in eo diſcipulus.

Qui magnus orator, & magiſter.

Decorū hic quid ſit.

Orationis genus pro rerū ac perſonarum varietate variandam.

Paulus in orationis arte diſcipulus Chriſti.

QVO hæc pertineant, facile eſt deffinire. Quod *Decorum* hic dicitur, alibi Vulgatus *Suaue*, vel *Dulce* tranſtulit. Significatur autem, quam ex Miniſtrorum verbi voces, Chriſto ſint gratæ: quam auribus ſuaues, & dulces. Voces autem non euanidæ, & quaſi ſono inanimi auribus accidentes. Nam Dei certè auribus non ſonus exterior ipſe ſuauis eſt, ſed animi interior vis, quæ oratione, velut veſte contegitur. At præter eam *ſuauitatem* quam Miniſtrorum Verbi ſermo ab interiore pietate, & alienæ ſalutis deſiderio participat, aliam hic orationis virtutem commendari, putamus. Ea autem non vnius generis eſt, ex multis potius conſtat virtutum notis; vt complexu multarum totum orationis corpus ſplendeſcat. Nam, pro varietate rerum, ac perſonarum, variari eam neceſſe eſt: ſiue vitia Concionator carpat, ſiuè ad virtutem hortetur; ſiuè crucis amorem, atque imitationem perſuadeat. Et vero ars artium eſt, ita ſermonem gubernare, vt ſeſe ad rerum, ac perſonarum indigentiam accommodet. Id facile conſequitur boni aliorum amor, & animarum ardens zelus. Hi affectus, velut armigeri quidam, arma non modo parant, ſed omnino miniſtrant; ſicque ea diſpenſant, vt id telum ſemper paratum habeant, quo conficiendus aduerſarius ſit. Habes huius artis exemplum in Paulo, cuius, mirum eſt, quam ſit varium orationis genus, quamque ad victoriam ſemper aptum: vt ſingula quæque verba triumphos, & palmas ſecum vehant; & viciſſe, ac triumphaſſe antequam pugnent. Præceſſerat Chriſti magni Oratoris, ac Diuini prorſus exemplum: cuius ad imitationem tunc ſe demum cæteri Miniſtri verbi compararunt, cum viſus in terris, & auditus eſt. Similis ergo in ſuis Miniſtris Eccleſia Chriſto in ea ſermonis gratia, merita eiuſdem laudes eſt.

VERSVS VI.

SICVT CORTEX MALI PVNICI SIC GENÆ TVÆ, ABSQVE OCCVLTIS TVIS.

COMMENTARIVS.

IN *Genis*, loco alio, Eccleſiæ ſub ſynagoga *Honeſtè, ac pudicè inſtitutam Iuuentutem* agnouimus: in Eccleſia Chriſtiana tanto meliore cum ratione, quantum veritas typo, & vmbræ ſua lux præſtat. Quidquid enim in eo Populo in illo genere fuit laudabile, nec duratione perpetuum, nec qualitate perfectum fuit. *Virginitas* quidem in honore ad nubiles vſque annos fuit: tunc, quæ hactenus laudes merita, opprobrio eſſe penè cæpit. Quin & quidquid illud fuit, magis ad corpus, quam ad animum, ſpectabat: omnibus enim commune votum Nuptiæ fuere; vt, ſi quo ante Nuptiarum vincula obijſſet. *Virginitatem* lugeret, velut vidua moreretur.

Vide,

Digitized by Google

Sic factũ à Paulo.

Qui neglectâ humana ſapientia.

Nihil ſe ſcire aliud dixit.

Niſi Ieſum Chriſtum.

Et hunc crucifixum.

Miniſtrorũ verbi in Eccleſia ſtudium crucis Chriſti prędicatio.

1. Cor. 1. 22.

1. Cor. 11. 1, 2.

quidquid loquebantur, iactabantque in Populum Chriſtum paſſum, crucifixum, mortuumque ſonabat. Sic de ſe Gentium ille Magiſter Paulus: *Quoniam & Iudaei ſigna petunt, & Graeci ſapientiam quaerunt: nos autem praedicamus Chriſtum Crucifixum; Iudaeis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudaeis, atque Graecis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* 1. Cor. 1. 22. Et loco alio: *Et ego, cum veniſſem ad vos, veni, non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiae, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum.* 1. Cor. 2. 1. 2. En tibi Sponſae Eccleſiae *Labia Chriſti ſanguine tincta*, ac propterea *Funiculo*, ſeu *Vittae Coccineae* ſimilia. Noua Eloquij ratio haec eſt, noua orationis forma, à noua Rhetoricae arte profecta. *Sermo meus, & praedicatio mea, non in perſuaſibilibus humanae ſapientiae verbis; ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum ſed in virtute Dei.* 1. Cor. 2. 4. 5. *Dei virtus Chriſtus Crucifixus* eſt, nec alia lege miniſterium verbi in Eccleſia, aut alia arte gubernandum, quam ea eloquentia, quae Chriſtum ſapit, Chriſtum loquitur, Chriſtum cordibus audientium, ac crucis amorem inſinuat.

Eloquẽtia Chriſtianae Crux Chriſti.

1. Cor. 11. 4. 5.

Nec alia lege gubernandum verbi miniſterium.

Ideo à Chaldaeis Crux dicta Maſcal.

Id eſt doctrina, ſeu intellectus.

Crux Chaldaeis Maſcal, id eſt intellectus cur dicta.

Omnis enim Chriſtianae eloquentiae perſuaſio Crux Chriſti eſt, vt non prorſus ineptè Crucem Chaldaei vocent, *Maſcbal*, id eſt, *intellectum*, ſiue *doctrinam*; quod ſit veluti liber quidam diuinus, cœleſti plenus doctrina, vnde omnis ad ſpiritum ſcientia ſpectans habeat, velut à fronte, originem. Id autem quam verè de primis illis Chriſtianae Eccleſiae proceribus dicatur, quae manent veteris Sacrae Hiſtoriae veſtigia, ſatis docent. Nihil enim in plateis, & compitis; immo non aliud in cancellis Iudicũ, ac tribunalibus Praeſidum eorum ore reſonabat, quam Chriſti mors, pro mortalium ſalute, totiuſque orbis à communi Daemonis ſeruitute libertate. Sic mundo perſuaſum eſt, vt abdicatis profanis ſacris, Chriſti Fidem amplecteretur, & crucis ignominiam gloriam crederet. Mirum eſt ſic potuiſſe mortales adduci ad Fidem. *Hoc eſt enim* (Chryſoſtomi verba) *magnae virtutis: Apoſtoli, non ſignis, aut ſapientia; ſed rebus, quae his planè videntur contraria, hoc eſt, ſcandalo, & ſtultitia Crucis, tanquam ingenti potentia, ac diuina ſapientia Iudaeos, & Graecos ſuperarunt, Magna enim virtutis, & ſapientiae eſt argumentum, perſuadere per contraria.*

Sic à primoribus Miniſtris factum.

Si orbis adductus ad Chriſtum.

Quae res admirãda fuit.

Per ſcandalum crucis mundum conuerti.

Per crucis ſcandalum orbem conuerſum, mirabile eſt.

Chryſoſtom.

VIII.

Is autem labiorũ color.

Ab interno ſanguine eſt.

Teſtis bonae valetudinis.

Labiorum color à ſanguine interiore.

Sed omnis is *Labiorum* color à ſanguine eſt, qui ex intimis euocatus, *Labia* pingit; &, velut minetur egreſſum, ſeſe oſtendit. Signum conſtitutionis optimae, ac ſanitatis robuſtae. Quibus enim per lentos morbos aeger ducitur ſpiritus, ſanguinis, vel vitio liuent *Labra*, vel defectu palleſcunt; nullum vt certius indicium valetudinis ſit. Tingitur ea omnium maximè pars, & cum purus ſanguis in viſceribus floret, in *Labijs* ſplendet, velut phialis paruis è vitro incluſus. Ea fere omnis gratia oris eſt. Id ſi transferas ad *Myſtica* haec Eccleſiae *Labra*, aliquid fortaſſe intelligas, quo omnis eorum laus perficiatur. Chriſti crucem, & mortem ſonare ſemper debent, ac nobili illo tingi ſanguine, qui pro nobis eſt fuſus: ſed niſi is ſanguis interius in animo per imitationem lateat Chriſti, vndè in *Labra*, id eſt, in verba ſonantia redundet coloris gratia; exangui neceſſe eſt colore, aut liuido animi aegritudinem, aut ſanguinis defectum teſtentur. Mortua ergo, ac omni virtute vacua verba natabunt in *Labijs*; nec, quia carent ipſa virtute, eam in audientes transfundent. Et tametſi omni artificio, aduentitio rubore *Labia* tingas, haud vnquam efficies, vt audientibus perſuadeas. Id dico, Nulla arte fieri poſſe, vt quam ipſe in animo, per imitationem crucis, virtutem non habes, eam aſcititijs fucis, & ficta purpura mentiaris: languor enim ſermonis ipſe, & verborum imbecillitas, & contraria facta verbis, artificium, ac fallaciam prodent.

Sic verba crucis in labijs miniſtrorum.

A crucis imitatione profluere debet.

Alioqui mortua, & mortis indicia.

Aut certè animi inualitudinis.

Miniſtrorum vis in Verbis ab amore crucis.

Nullo fuco labiorum color imitabilis.

Mirari ſaepè ſubit, aut deplorare potius, noſtrorum temporum infelicitatem, in tanta doctrinae luce, qua nullum omnino ſaeculum magis ſplenduit, morum tamen tantam eſſe corruptelam; tam exiguum infinitarum pęnè concionum fructum: Et licèt maxima mali pars in Populis haeret, quorum torpore, atque deſidia fit, vt verbis ſemen maxima ſui parte pereat, vel ſuffocatum curarum ſpinis, vel lapidum ſiccitate areſcens: vereor tamen, ne Miniſtrorum in ſtudio mali tanta haereat cauſa. Verba quidem ſonant, ſed virtute indiga, ac vi omni defecta: aures feriunt, ad animum minime penetrant: & cum pruriant, vrticarum tamen in morem, cutim quidem titillant, carnem non penetrant. Nam quotus quiſque eſt, qui Chriſti crucem, & mortem, & fuſum ſanguinem de ſuperiore loco loquatur? Quotus quiſque, qui libenter audiat? Si quid ſimile conere, hic dormit, ille garrit; ſi tamen non concionantem ſolum, in vacuo templo clamantem deſtituat. Sed iiſdem artibus & generari res, & conſeruari, Philoſophiae dogma eſt, frequentibus documentis comprobatum. Conandum contra impetum fluuij eſt, & quidem coniunctis ſtudijs animiſque. Magna res eſt animarum ſalus; nulluſque tantus labor, nulla tam grandis impenſa, cui non ſatis grande praemium ſit, animae vnius lucrum. Nec, quia aduerſis ventis mare turbatum fremit, deſperandum nauis magiſtro eſt, aut abijciendum, aut intermitten-

Haec infelicitas noſtri temporis.

In tanta Doctrinae luce fructus tam paruus.

Nam verba ſonant in ore.

Sed virtute caſſa, & mortua.

Et auditor nauſeat ipſe.

Noſtris temporibus abundãs doctrina, ſed fructus exiguus.

Sed conandum in oppoſitum Viribus coniunctis.

Nam & nauta in tempeſtate clauum non deſerit.

Animarum ſalus magna res eſt.

Digitized by Google

Dabit forſitan Deus ſucceſſum, conatibus.

Id ergo meminerint, qui vicem ſubeũt labiorum.

Monitum Verbi miniſtris neceſſarium.

mittendum ſtudium gubernandi. Dabit forſitan Deus, cuius agitur cauſa, effectum conatibus; & victo tandem vndarum fremitu, & ventorum furore poſito, placidam tranquillitatem reſtituet, quoad ouans nauis inuehatur in portum. Meminerint, quibus id muneris commiſſum eſt, *Labia* ſeſe Eccleſiæ eſſe, ad efformandum ſermonem, atque animi manifeſtanda intima ſenſa, deſtinata. Sanitatem internam purpura ipſa ſanguinis Chriſti rubens in verbis teſtetur. Sic digna erunt, quorum Chriſtus Sponſus ſpecie delectetur; eandemque, quam probat pulchritudinem, laudibus efferat, encomijs tollat: dicatque: *Sicut Funiculus coccineus labia tua:*

NOTATIO XIX.

ET ELOQVIVM TVVM DECORVM.

1.

Decorum, ſuaue, & dulce dictum à Vulg.

Quo alia miniſtrorum virtus ſignificata.

Qua tamen non vnius generis eſt.

Sed diuerſa pro varietate rerum.

Ea artium eſt ars.

Nata ex zelo ſalutis alienæ.

Eius autem artis magiſter Paulus.

Sed Chriſti in eo diſcipulus.

Qui magnus orator. & magiſter.

Decorũ hic quid ſit.

Orationis genus pro rerũ ac perſonarum varietate variandam,

Paulus in orationis arte diſcipulus Chriſti,

QVO hæc pertineant, facile eſt deffinire. Quod *Decorum* hic dicitur, alibi Vulgatus *Suaue*, vel *Dulce* tranſtulit. Significatur autem, quam ex Miniſtrorum verbi voces, Chriſto ſint gratæ: quam auribus ſuaues, & dulces. Voces autem non euanidæ, & quaſi ſono inanimi auribus accidentes. Nam Dei certè auribus non ſonus exterior ipſe ſuauis eſt, ſed animi interior vis, quæ oratione, velut veſte contegitur. At præter eam *ſuauitatem* quam Miniſtrorum Verbi ſermo ab interiore pietate, & alienæ ſalutis deſiderio participat, aliam hic orationis virtutem commendari, putamus. Ea autem non vnius generis eſt, ex multis potius conſtat virtutum notis; vt complexu multarum totum orationis corpus ſplendeſcat. Nam, pro varietate rerum, ac perſonarum, variari eam neceſſe eſt: ſiue vitia Concionator carpat, ſiuè ad virtutem hortetur; ſiuè crucis amorem, atque imitationem perſuadeat. Et vero ars artium eſt, ita ſermonem gubernare, vt ſeſe ad rerum, ac perſonarum indigentiam accommodet. Id facile conſequitur boni aliorum amor, & animarum ardens zelus. Hi affectus, velut armigeri quidam, arma non modo parant, ſed omnino miniſtrant; ſicque ea diſpenſant, vt id telum ſemper paratum habeant, quo conficiendus aduerſarius ſit. Habes huius artis exemplum in Paulo, cuius, mirum eſt, quam ſit varium orationis genus, quamque ad victoriam ſemper aptum: vt ſingula quæque verba triumphos, & palmas ſecum vehant; & viciſſe, ac triumphaſſe antequam pugnent. Præceſſerat Chriſti magni Oratoris, ac Diuini prorſus exemplum: cuius ad imitationem tunc ſe demum cæteri Miniſtri verbi comparatunt, cum viſus in terris, & auditus eſt. Similis ergo in ſuis Miniſtris Eccleſia Chriſto in ea ſermonis gratia, merita eiuſdem laudes eſt.

VERSVS VI.

SICVT CORTEX MALI PVNICI SIC GENÆ TVÆ, ABSQVE OCCVLTIS TVIS.

COMMENTARIVS.

IN *Genis*, loco alio, Eccleſiæ ſub ſynagoga *Honeſtè, ac pudicè inſtitutam Iuuentutem* agnouimus: in Eccleſia Chriſtiana tanto meliore cum ratione, quantum veritas typo, & vmbræ ſua lux præſtat. Quidquid enim in eo Populo in illo genere fuit laudabile, nec duratione perpetuum, nec qualitate perfectum fuit. *Virginitas* quidem in honore ad nubiles vſque annos fuit: tunc, quæ hactenus laudes merita, opprobrio eſſe pęnè cæpit, Quin & quidquid illud fuit, magis ad corpus, quam ad animum, ſpectabat: omnibus enim commune votum Nuptiæ fuere; vt, ſi quo ante Nuptiarum vincula obijſſet. *Virginitatem* lugeret, velut vidua moreretur.

Vide,

Digitized by Google

Vide, quanto meliore ſub conditione ſub Chriſtiana Eccleſia ea virtus fuerit, prælucente facem Maria Virgine, tanquam caſtiſſimi, ac pulcherrimi agminis Choriphæa, ac innumerabilis exercitus Duce. Nec enim contenta, ſub eo ſtatu, Eccleſia corporis integritate, etiam animi illibatum pudorem tenuit; non modo impudicitiam omnem auerſata, ſed caſtos etiam amplexus coniugales: Tunc honos maior *Virginibus*, quam nuptis haberi cæptus; ſterilibus magis quam fœcundis: & potior in Eccleſia gradus cœlibum, quam coniugatorum fuit. Vide quanta cum ratione *Genæ* Eccleſiæ Sponſæ laudibus efferantur, in quibus *Virginitatis* prærogatiua laudatur. Ritè autem *Cortici Mali Punici* comparantur, quæ perſecutionis calore coquente, ruborem non languidum, ſed omnino robuſtum, oſtentarunt. Perficitur enim preſſurarum ardore Pudicitia; & gratius de laborum exercitio emicat: Auget autem decorem ipſum *latendi ſtudium*, quo *Virginitas* creſcit ad laudem: & viribus aucta, in ſolem, & puluerem perſecutionis armatur.

ENARRATIO.

ALIAS quidem in tuis Genis iuuentutis tuæ pudorem, honeſtatemque laudaui, & à matrum cura, latendique ſtudio commendaui. Sed animaduerto te ſemper in melius proficere; &, quemadmodum ætate, ita etiam & moribus fieri meliorem. Nam quantum doctrina mea creueris in ſanctitate, & diſciplina obſeruantia, Virginum agmina, virorum, fæminarumque (Qui omni voluptati carnis, etiam licitæ, nuntium remiſſere) prorſus confirmant. Pulcherrimus chorus, dignuſque, quem Mater mea præcedat Virgo, ducatque. Hinc rubor ille pudicus Genarum, cui ſi exemplum quæram, vnius Mali Punici Cortex dabit, ruſticulo rubore, ſolis ardentiore radio decoquente, pulcherrimè tinctus. Id præſtat ſcilicèt Virginibus perſecutionum venatio, vt rubicundius, ſed & robuſtiore purpura tincta, ſpeciem augeant tuam. Additaque integritati carnis, ac ſpiritus Martyrij gratia, formam perficiat; & quaſi geminato honore donatam oſtentet. Amant quidem tanta decora latere; & tunc ſe demum ſplendidius enitere putant, cum hominum obtutibus ſe ſubduxerint. Niſi quod cum perſecutoris vox, quaſi lituo, claſſicum canit, omne latendi ſtudium contemnitur, præ alacritate currendi ad pugnam. Certam enim victoriam Virginitas auguratur; &, vbi Fidei certamen eſt, ante pugnas canit triumphos, & corollas velut ſuas depoſcit, vel de Virginitate candidas, vel de martyrio purpureas. Pudet enim vbi venalis purpura eſt, ſola byſſo veſtiri; cum color colori gloriam addat, & pretium.

NOTATIO XX.

SVM. COM.

GENÆ TVÆ.

I. *De Genis alibi dictum. Quid illæ ſint qui dam non aptè dixerunt. Quidam Fidei, Spei, & Caritatis ardorem.*

QVidquid ad Dramaticum ſenſum facit, & ex illo transferri ad arcanam ſententiam eliciendam, vel iuandam poteſt, loco alio dictum eſt, & ſuis inferius locis applicabitur. Quid autem *Genarum* appellatione intelligendum ſit, exquirendum hic eſt: nam quidam de veteribus patum, vt nobis videtur, aptè, ad texturam ſenſus principis, interpretantur: nec aptius de Recentioribus nonnulli. Philo Carpath. in *Malo punico* ruborem, & albedinem, cum ad maturitatem properat, obſeruat, permixtas: interpretatur autem. *Fidei integritatem, & Spei, Caritatiſque ardorem* *Philo Carphat.*

Digitized by Google

Sic Philo Carpathius.

Id autem nimis generale eſt.

Cum hic ſingulare aliquid dici videatur.

Genæ Eccleſiæ Fides, Spes, Caritas. Id reijcitur.

rum quibus duces eſſe debet, quicumque ſe Dei ſeruum profitetur; cum hiſque bonæ conſcientiæ optimos, atque caſtiſſimos mentis cogitatus, ac fructus interius, veluti grana rubentia, retinere: ne bonis operibus vacuum, coram Iudice conſtitutus, ſine Lampade Caritatis lucente oleo, vt Virgines fatuæ damnetur. Id vero generaliſſimum eſt, nec ad hunc pertinet locum, quo non de ſingulis Fidelibus ſermo eſt, ſed de quodam Fidelium ordine, cui ex analogia conueniat, vt *Genarum* nomine intelligatur. Agit enim de Eccleſiæ membris, ſeu partibus potiſſimis, ſicuti ex toto ſuperiorum Verſuum decurſu ſatis patet.

II.

Nec aptius alij theſaurum Eccleſiæ.

Apud eam eſſe vt grana ſub cortice.

Id enim tropologicum eſt.

Nec malo ſed cortici comparantur Genæ.

Greg. Nyſſen. Eccleſia theſaurum ſuum intra ſe habet, vt cortex grana. Neque id placet.

Eodem laborare videtur incommodo Nyſſeni interpretatio, qui ſignificare his verbis velle Sponſum arbitratur; *non alio quodam in reſitum eſſe theſaurum illius: ſed eam ſui ipſius eſſe theſaurum, quippe quæ omnis boni apparatum in ſe complectatur.* Nam vt Cortice continentur grana, quæ in *Malo punico* eſculenta ſunt; ſic etiam demonſtrat contineri theſaurum ipſius interiorem pulchritudine illa vitæ, quæ ſub aſpectum cadit. At id, præterquam Tropologicum eſt, extra analogiam eſt: neque enim *Genæ* Eccleſiæ *Malo Punico*, ſed illius *Cortici* comparantur. Eius ergo rei quærenda ratio erat. Nam quod de granis purpureis interius latentibus dicitur, velut theſaurus ſit, hominum fugiens obtutus, tametſi eſt verum, non ad hunc locum ſpectat, ſed aliorum eſt proprium.

III.

Alij pudorem ac verecũdiam malunt.

Quæ cuſtodes multarum virtutum.

Id verum quidem eſt.

Sed de cortice ſimilitudo ſumitur.

Non de cæteris, nec ſine cauſa.

Nec facilè id dramatico ſenſui accommodari poteſt.

Cum non granis, ſed cortici genæ comparentur.

Ad quam grana minimè pertinent.

Genæ Eccleſiæ Pudor, & verecundia, neque id probatur.

Ambroſius.

Genæ pudoris ſedes, & modeſtiæ Tribunal.

De recentioribus quidam maluere in *Genis pudorem, verecundiamque*, quæ multarum virtutum ſunt cuſtodes, agnoſcere: Mirabile autem *verecundiæ* ſymbolum *Malum punicum* eſſe monent. Sicut enim grana multa, ac multo diſpoſita ordine, vno cortice includuntur, ita verecundiam virtutes multas, veluti prætioſas gemmas, abſcondere. Nam & S. Ambroſius in *Mali* huius Symbolo *Virtutum ordinatam ſocietatem* contemplatur. Hæc quidem quin appoſitè obſeruata ſint minimè inficior: Scio *Genas verecundiæ ac pudoris ſedes eſſe, ac modeſtiæ tribunal*: Scio multarum virtutum cuſtodem *Verecundiam* eſſe; virtuteſque mutua ſocietate gaudere. Sed id ad hunc locum minimè pertinere affirmo: niſi quod dictum de *Pudore* eſt, ex quadam parte: Video enim de *Cortice* ſumi ſimilitudinem, non de cæteris: quod certè ſi voluiſſet ſcriptor, neceſſe non erat de ſolo *Cortice* ſimilitudinem aduocaret. Diceret: *Sicut malum punicum, ſic gena tua*: Nunc cum *Corticem* nominet, grana non videtur curare. Adde, ſi Dramatico inhæreas ſenſui, haud apparet, quid commercij habeant *Genæ* Virgineæ, cum granorum multitudine, niſi ruborem agnoſcas granorum in *Genis*. At non granis exquiſitè rubentibus quales *Genæ* nullæ ſunt, niſi purpuriſſo enormiter infectæ, quod honeſtis non eſt ſolitum; ſed *Cortici* modice rubenti, & Sole torridulo, comparari, ſuo loco monitum eſt. Ad rem ergo non pertinet, cum veneris ad arcanam ſententiam, in *myſticis Genis*, quidquid tandem eſſe volueris, aliquid agnoſcere, quod ex analogiæ legibus ad ſenſum corticis aptari non poſſit: nulla enim in hoc Symbolico genere certior regula eſt.

IV.

Nobis Genæ Virgines ſunt.

Magnum Eccleſiæ Chriſtianæ decus.

Tùm viri tùm fœminæ.

Qui ſequuti Chriſtum & Mariam Virginum Duces.

Et quidem virgines apud ſynagogam fuere.

Sed vſque ad nuptias.

Hinc mœror ſi ante eas morerentur.

Sic Iephte filia Virginitatem luxit.

Eiſdem lachrymis.

Quibus alius mortem.

Ceruicem inflexit ferro interrita.

Solum doles quod raperetur in nupta.

Genæ Eccleſiæ Virgines.

Virginitas in laude ſub ſynagoga, ſed cedẽs coniugio.

Iudic. 11. 37. Iephte filia non mortem, ſed virginitatẽ in nuptam lugens.

Interpretationis filum teneamus, & qui Cap. 4. 3. in *Genis* Eccleſiæ ſub Synagoga, Populi illius iuuentutem pudicè inſtitutam agnouimus; loco hoc eandem ſignificationem ad *Genas* Chriſtianæ Eccleſiæ transferamus: ſed tanto maiore cum ratione, quanta ſtatus ſtatum perfectione vincit, quod ſæpè monendum eſt. Quæ vna cauſa eſt haſce laudationes geminandi; ne fruſtra iteratas fuiſſe quiſquam obijciat. Itaque *Virginum chorum* hic accipimus, Virorum, fœminarumque, qui Virginum Virginem Chriſtum, & Mariam Matrem ſequuntur alacres, non imitatione ſolum pudoris, ſed participatione honoris & gloriæ. Obſeruandum autem diſcrimen inter vtrumque Eccleſiæ ſtatum. Nam ſub ſynagoga ſuam habuit integritas corporis laudem, ſed minimè duraturam. Seruari ſolitæ ſcilicet, pudicè, & caſtè Virgines, ad nuptialia vſque ſacra: tunc, quæ hactenus in pretio virtus fuerat, cedebat coniugio; vt ſolum oſtentaſſe pudoris florem videretur, vt mox abijceret: & imagine ſola contenta, veritatem abnueret. Hinc queſtus, & lachrymæ, cum quo caſu mori Virgini ante nuptias contigiſſet. Id eſt, quod Iephte Filia quærebatur: *Dimitte me*, inquit, *vt duobus menſibus circum eam montes, & plangam Virginitatem meam cum ſodalibus meis. Cui ille reſpondit: Vade: & dimiſit eam duobus menſibus. Cumque abijſſet cum ſocijs, ac ſodalibus ſuis, flebat Virginitatem ſuam in montibus.* Iudic. 11. 37. 78. Poſt exactos duos plangoribus menſes, reuerſa ad patrem eſt, manu Genitoris ad ipſas aras immolanda, *quæ ignorabat virum.* Quali eam in pretio virtutem habitam putas, quæ eaſdem lachrymas merita eſt, qualibus infelicitates magnæ vix lugentur? Et quidem illa annuit Patris votoſ, nec deprecata mortem eſt; læto, atque immutato vultu viſura ferrum iugulo imminens; nec etiam imagine mortis, quæ fœminis, ac multo magis puellis, ſolet eſſe formidabilis, deterrenda. Vna virginitas viro incognita, ac nuptiarum expers, lachrymas elicit: quoſque debebat cædi gemitus, impendit Virginitati. Ergo ſi data fuiſſet optio, maluiſſet Virginitatem ſuam victimam cadere victimario viro ad nuptiales aras, quam Patre ad Sacras.

Sed

Digitized by Google

V.
Laude ergo digna Virginitas.
Sub ſynagoga ſue rit.
Sed interim tamē nuptias cogitat.
Quas horret ſub Chriſto.
Sequuta Mariā.
Hinc ingens numerus.
Myſticorum Eunuchorum.
Quos non prius mundus vidit, quam Chriſtum audiret.

Gloria virginitatis Chriſtianæ, non minus ſpiritu quam carne.

Chriſtus magiſter, & exemplū virginitatis.

Sed corporis illa integritas, dum nuptiæ tardant, nulla illicita voluptate libata, viroque ſe integram ſeruans, ſua ſit laude digna: interea tamen, & nuptias cogitat, ſed & expetit: haud verita, ne futurarum ſub coniugio voluptatum meditatio, & vota Virginitatem corrumperent. Itaque illud eius virtutis decus, quod non corporis ſolius, ſed animi totum eſt, quo etiam ſe volens ab licitis arcet, Synagogæ tempore, aut nunquam viſum, aut veriſimè viſum eſt. Ea gloria Chriſtianæ Eccleſiæ integra ſeruata erat, vt *primam Virginum Mariam* ducem haberet, idque eſſet agminibus virginum, quod exercitui Imperator, quod choro præcentrix. Sequitum prius Chriſti exemplum, & mox doctrinæ, quæ nec ab alio tradenda, nec ſtudioſius commendanda: Atque ex eo tempore *myſticorum* numerus *Eunuchorum* creuit, vt iam non per decurias aut centurias, ſed per myriadas numerari vix poſſint. Ergo huius virtutis non antè agnita pulchritudo eſt, quam Dei voce ipſius homines docerentur, quid inter *Virginem*, & *nuptam* interſit. Lachrymis digna olim virginitas fuit, antè nuptias integra moriens: poſt Chriſtum, niſi mortem prius, quam nuptias inueniat, lachrimis pene digna eſt. Et quæ priorem locum cedebat coniugio, iam nobiliſſima victoria præcedit in ſecundis nuptias habens, immo & in poſtremis.

VI.
Id autem decus perpetuitas commendat.
Carnis nuntium remittens.
Vt inter mortales.
Mortua, aut immortalis videretur.
Haud ſubdita voluptatibus carnis.

Perpetuitas virginitatis Chriſtianæ decus.

Cæterum hanc Chriſtianæ Eccleſiæ prærogatiuam perpetuitas ipſa nobilitat, & generoſus quidam ſpiritus, quo carnis omnibus voluptatibus, non corpore ſolum, ſed mente etiam in perpetuum nuntium remiſit, vt, quantum ad id, vel mortua Virgo reputetur, vel immortalis: nam & qui mortui ſunt, & qui mori non poſſunt, nullo carnis illectamento titillantur. Quantum autem id eſſe putas, mortales inter, mortalitatis iniurijs non pulſari; & cum nondum carnem exueris, carnis tyrannide non teneri: cumque adhuc homo ſcis, inter Angelos computari? Vide quanta cum ratione nobiliſſima hæc Eccleſia portio Chriſti merita ſit encomia, quæ tanto exceſſu *Virginum* ſub Synagoga decus exceſſit: vt, ſi rite calculum ponas, illic vmbram, hic veritatem; illic figuram, hic rem ipſam exhibitam eſſe fateare. Hæ ergo ſint Eccleſiæ *Genæ*, quibus & purus candor, & pudoris index purpureus color, gratiam geminauit.

NOTATIO XXI.

SICVT CORTEX MALI PVNICI.

I.
Cortici verò genæ Eccleſiæ ſimiles, non malo.
Nec ſine magna ratione.
Nam Punica mala ſæpè ſole torrida
Purpuraſcunt decentiſſimè.
Neque id prius contingit.
Quam ex ſolis radijs & ventorū turbinibus impetantur.

Virgines cur cortici mali Punici ſimiles.
Mala Punica ſole torrida purpuram induūt; ideo ſymbola martyrij.

NON ſine cauſa, non *Malo Punico*, ſed illius *Cortici* comparatas ſponſæ *Genas*, ſuo oſtendimus loco. Hic de Eccleſia ſermo eſt, cuius *Genas Virgines* eſſe docuimus, hoc tertio illius ſtatu. Cur autem *Virgines Cortices mali Punici* dictæ ſint ſimiles, expendendum nunc eſt. *Punica mala*, quæ primis de floribus creſcunt, ſi ſublimioribus ramis ad meridiem vergentibus, pendere contigerit, cum coqui ætate, ac colore ſolis cœperint, ſimul & ruborem gratiſſimum, ea parte, qua ſolem aſpiciunt, induere; ſenſimque feriente torreri, experimēto didicimus, & Commentario dramat. obſeruauimus. Hiſce *Corticibus* ruſticulæ Puellæ *Genas* comparari monuimus, & natiua purpura tinctas, & æſtu torridulas. In eo ergo tota vis ſimilitudinis hæret, quantum attinet ad ſenſum corticis. Id ſecundum Analogiæ leges applicandum ad arcanum ſenſum eſt. Et quidem id non ante *Puniceis malis* contingere, quam & noctium algoribus, & ventorum incurſibus, & feruentioribus ſolis radijs ſint probata, obſeruandum omnino eſt: vt per aſpera, & dura, immo, & acerba, colorem illum induiſſe videantur, quo mirè oculis placent; interius autem grana continent, exquiſiti ſaporis, omni humore correcto, & ſolis feruoribus emendato.

II.
Ideo martyrum ſymbola.
Nam & ſol ſæpè in deteriorem partem ſumitur.
Pro rebus aduerſis.
Hinc Virginum rubens color.
Cum martyrium acceſſerit.
Quæ propria Chriſtianæ Eccleſiæ laus eſt.

Virgines cortici mali punici ſimiles, cum virginitatem martyriū coronauit.

Pſal. 120. 6.
Iſai. 49. 10.

Magna Eccleſiæ gloriæ Virgines martyrio cōſummatæ.

Id facit vt in *Malo punico* hoc loco *Martirij decus* agnoſcamus, ad quod ſcilicet, non niſi per aſpera & acerba perſecutionum, iri poteſt. Et quidem haud raro ſolem in deterius accipi, alio loco docuimus; ac perſpicue docet ille, qui dixit, præſentiſſimam Dei opem iuſtis pollicitus: *Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem*. Pſal. 120. 6. Nec abſimilia Iſai. 49. 10. *Puniceum* autem *colorem* propter ſanguinis ſimilitudinem, haud ineptè ad *Martyrum* cruorem ſignificandum trahi, multis argumentis fit. Quod ſatis quibuſdam fuit cum Philone, *vt in Funiculo coccineo* Martyrum pugnas agnoſcerent. *Cortici* ergo *Mali punici Virgines* Chriſtianæ Eccleſiæ dictas arbitramur ſimiles, cum ad *Virginitatis* candorem *Martyrij* purpura iuncta eſt, quo illa fit colorum mixtura, quæ gratiſſima Chriſti oculis eſt. Ea autem prærogatiua tam propria Chriſtianæ Eccleſiæ eſt, vt extra illam vix legamus aliam, quæ, ne pudorem fœdaret, mori maluerit.

luerit:

Cuius Virgines pauidæ ad acus puncturam. Impauidæ ad mortem, & cruciatus. Pro fide, & integritate. Duplici corona digna.

luerit: nedum vitam inter extremos cruciatus profundere, quam pati ſibi libari, vel laſciuo aſpectu, pudorem. Id magnum ſcilicet in Eccleſia Chriſtiana eſt, teneras *virgines*, & vel ad acus puncturam pauidas, ad vulnerum aſpectum induere fortitudinem; nec ad ſuum timere diſcrimen, quæ vel ad alienum timere ſolitæ erant. *Non ſic ad thalamum nupta properaret, vt ad ſupplicij locum, læta ſucceſſu, gradu feſtina, Virgo procedit non intorto crine caput compta, ſed Chriſto: non floſculis redimita, ſed moribus.* Inde nobilis ille rubor in Genis Eccleſiæ, Deo, atque hominibus dignum ſpectaculum, qui nouas pugnas, & poſt pugnas victorias, triumphoſque nouis donaret coronis, & quidem Lilijs, Roſiſque permixtis, quæ mori non poſſent. — *Ambroſius.*

III. Nec ſola cum externo hoſte pugna. Grauior interior. Cum affectibus carni cognatis. Quos fugere non poſſis. Veri hi tyranni ſunt. Cum quibus tamen pugnandum ad mortem. Martyrium ergo virginitas ipſa eſt. Quæ in veteri lege vix habuit exemplum. Minus in profanis religionibus. Licet vmbra quædam fuerit. In Veſtalibus, & Palladis myſtis. Sed virginitate temporaria. Et ſatis coacta. Ideoque indigna nomine.

Sed ſæpè prius pugnandum cum procis, quam cum Tyrannis: &, ſi liceret optare odia vnius potius, & ſatellitis minæ, quam illorum amor, & affectuum blanditiæ placuiſſent: Nam blandior quidem cum nuptias ambiente, quam cum Fidem oppugnante pugna; ſed grauiore diſcrimine horridior. cum illic vita periclitaretur, hic pudor, vita carior ipſa. Perire maluere formam, quam ſeruari placituram hominibus, cum Chriſto iam vota fuiſſet. Quid domeſtica prælia dicam, & inter ædes proprias, parum id eſt, intra proprium corpus laceſcentes virtutem hoſtes, quos nec fugere poſſis, & fugere tamen cogaris, vel conſertis brachijs, nunquam deſitura pugna laſſare, nec laſſari tamen? Affectus illos dico carnis, qui corpus hoc mortis ad mortem vſque ſequuntur, non niſi cum ſpiritu ceſſaturi. Hi veri tyranni ſunt, hi veri tortores, qui Chriſti pugiles in arena *virginitatis* exercent, quoad nobili victoria ſeruire cogantur; ac velut vinctæ ſuis catenis feræ, ringere, non mordere, ſinantur: ac velut de pulchra victoria ſeruati captiui, triumphantium Virginum trophæa nobilitent. Itaque ipſa Virginitas martyrium eſt; *Nec ideo ſolum laudabilis, quia & in martyribus reperitur, ſed quia ipſa martyres facit.* Id Eccleſiæ Chriſtianæ tam proprium bonum eſt, quam Chriſtus vnius eſt, & caput, & Vir, & quanquam eius imitamenta quædam decoris in veteri lege præceſſerint, in paucis quibuſdam, futurorum ij fuere prænuntij, ac, velut immaturi partus futuræ, magis obſides fœcunditatis Eccleſiæ, quam præſentis indicia. *Habemus ergo* (Ambroſium audi) *authoritatem vetuſtatis à ſæculo, plenitudinem profeſſionis à Chriſto. Certè non eſt hoc mihi commune cum Gentibus, non populare cum barbaris, non cum cæteris animantibus vſitatum: cum quibus etſi vnum eundemque vitalem traximus ſpiritum, vulgarem terreni corporis participamus ſtatum, generandi quoque non diſcrepamus vſu: hoc ſolo tamen conuitia naturæ parilis declinamus, quòd Virginitas affectatur à Gentibus, ſed conſecrata violatur, incurſatur à barbaris, neſcitur à reliquis. Quis mihi prætendit veſtæ Virgines, & Palladis Sacerdotes? Qualis iſta eſt non morum pudicitia, ſed annorum? quæ non perpetuitate, ſed ætate præſcribitur? Petulantior eſt talis integritas, cuius corruptela ſeniori ſeruatur ætati. Ipſi docent Virgines ſuas, nec debere perſeuerare, ne poſſe, qui Virginitati fidem dederunt. Qualis autem eſt illa religio, impudicæ anus? Sed nec illa pudica eſt, quæ lege tenetur; & illa impudica, quæ lege dimittitur. O myſteria! O mores! Vbi neceſſitas imponitur caſtitati, authoritas libidini datur. Itaque nec caſta eſt, quæ metu cogitur: nec honeſta, quæ mercede conducitur: nec pudor ille, qui intemperantium oculorum quotidiano expoſitus conuitio, flagitioſis aſpectibus verberatur.* Pluribus exequuti ſumus ex Ambroſio diſcrimen, Chriſtianarum Virginum ab alienis. Sed orationis ipſa pulchritudo longitudinis tædium vincet.

Virginitatis pugna cum procis, horridior quam cum tyrannis. Virginitatis prælia cum affectibus carnis. Ambroſius. Virginitas ipſa martyrium eſt. Ambroſius. Virginum Chriſtianarum cum externis comparatio. Caſta nõ eſt quæ metu cogitur.

NOTATIO XXII.

ABSQVE OCVLTIS TVIS.

I. Diuerſa verundi verborum tranſlatio. Et conciliatio cum diuerſis. Senſus autem de ſtudio latendi Virginum. Et cura parentũ. Quæ noua Virginum fuit gratia. II. Id datum Eccleſiæ Chriſtianæ.

CVM eadem hic in originibus legamus verba, quæ cap. 4. 3. legimus, diuerſis ea verbis, eadem tamen ſententia, latinus reddidit, variandæ tamen, vt videtur, tantum orationis gratia: illic, *Abſque eo, quod intrinſecus latet*; hic: *Abſque occultis tuis*. Aliorum interpretum Lectiones locis alijs expendimus, & in verum ſenſum expoſuimus. Illinc petat lector, ſi quid deſiderat. De Eccleſiæ iuuentute ſub Synagoga, antequam legibus coniugij teneretur, cap. 4. Not. 11. ac laudabili inſtitutione, ſub arcta Parentum cuſtodia interpretati ſumus. Eam enim latendi ſiuè in Virginibus curam, ſeu in Parentibus earum formam virorum oculis ſubducendi, verbis illis *Abſque eo quod intrinſecus latet*, intelleximus: vt ſcilicet indicaretur, & integritas virginalis ſe ipſa placens, & latendi ſtudio longe placentior. Id num ad Eccleſiæ Chriſtianæ Virgines accommodari poſſit, videndum eſt.

Vulgatus eadem verba cur diuersé tranſtulit. Virginitas ſe ipſa placens, gratior ſtudio latendi.

Et quidem ſtatus ipſe perfecti coniugij Chriſti cum Eccleſia, qui deſcribitur, id

Digitized by Google

Et qui iam auctio cenſu.

Vtpotè vxori iam iuſtæ.

Sed Hebrææ virgines latere ſolitæ.

Vſque ad nuptias tantum.

Chriſtianæ toto vitæ ſpatio.

Quæ cuſtodes pudicitiæ latebras ſciunt.

Mariam Virginē imitatæ.

In qua latendi ſtudium.

Laudauit Ambroſius.

Habet latens Virginitas teſtē Deū,

Et ab eo certum præmium.

Laudanda ergo per ſe ipſam.

Sed maiora latebris laus.

exigit, vt in iuſtam vxorem, vtpote in quam familiæ adminiſtrationem omnem, dominiumque tranſtulerit, in eandem ea dona, ac chariſmata accumulet, quibus ea animorum, ac vitæ coniunctio indicaretur, Semper enim Coniugem in maius euehit:&, quidquid Amans, & Coniux tantam vnionem decere animaduertit, libenter adiungit: quæque Sponſus in Sponſam contulit, poſtquam Vxorem accepit, auxit,& in maius extulit. Id intelliges ſi in hoc latendi ſtudio,ſeſeque virorum conſpectibus ſubtrahendi, veteris Eccleſiæ,id eſt Iudaicæ, *Virgines*, cum Chriſtianæ *Virginibus* contuleris. Nam illæ certè diligenti ſtudio cuſtoditæ parentum, ad nuptiarum vſque tempus, Poſtquam nuptui datæ fuiſſent,liberius euagari ſolitæ, iam non virorum vitare conſpectum,non conuictum auerſari,non inſolitas auribus voces horrere. Virginitati temporariæ latendi ſtudium temporariū debebatur: & deſitura in nuptijs integritas,vſque ad nuptias paſſa latebras, proceſſit in publicum,vel ſpectanda, vel alloquenda. *Chriſtianarum Virginum*; quemadmodum perpetua virtus, nec morte finienda; ſic & cura ſubducendi ſeſe publico,& in abdito otiandi diuturnior, nec niſi cum vita deſitura. Horret *Chriſtiana Virgo* hominum patere conſpectui, immo & fœminarum, niſi mater illa ſit, vel eſſe digna affectū, & caritate: vniuſque ſequuta exemplum agmina cæterarum, pudicitiæ cuſtodiam latebras didicere: nec ſatis tutum pudorem,niſi vbi viri aſpectus penetrare non poſſet. Ambroſij verba lectiſſima poſui, cum de Virgine Duce Virginum loqueretur. *Diſce Virginem moribus, diſce Virginem verecundia, diſce Virginem oraculo, diſce myſterio. Trepidare Virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus* (immo & aſpectus) *vereri. Diſcant mulieres* (Virgines) *propoſitum pudoris imitari. Sola in penetralibus,quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperiret; ſola ſine comite, ſola ſine teſte, ne quo degenere de prauaretur affatu, ab Angelo ſalutatur.* Nec ideo minus Virgini glorioſum latere, quod decoris ſui teſtem non habeat hominem: cum Deum habeat inſpectorem, qui ſuis momentis nouit æſtimare virtutem,& pro æſtimationis modo præmio donare; quod, qui videt in abſcondito Pater, largiter reddet. Id eſt ſcilicèt *Abſque occultus tuis.* Laudanda quidem Virginitas ipſa eſt: ſed ſi latendi ſtudio, & ſubducendi ſeſe virorum obtutibus iuncta ſit, iam ſupra omnem laudem tollitur: creſcit enim ipſis latebrarum vmbris decor, & tunc maximè ſplendor ſe prodit, cum inter penetralium nubila abſcondit ſeſe, ſpectari refugiens; ne quo virorum afflatu natiuus flos inficiatur.

Chriſtus Eccleſiam coniugem in maius euehit ſemper.

Hebrææ Virgines vſque ad cōiugium latentes. Chriſtianæ per totam vitam.

Maria V. dux Virginum, in latendi ſtudio, *Ambroſius lib. 2. in Luc.*

Virgo ſui decoris teſtem Deū habet,& præmium.

III.

Ac reddidere alij intra comā tuā.

Coma autem populi multitudo eſt.

Hoc dicit ſcilicet comparatione.

Virginitatis laus maior.

Magna enim omnino res.

Virgo inter nuptas, coniugatoſque.

Cuius occurſu licentia ſuffundatur.

Moreſque minus honeſti erubeſcāt,

Ea gratia commendatur in virginibus.

Id ſit generatim dictum, ad horum verborum elucidationem. Nunc premendæ aliorum ſunt verſiones, atque ad eandem ſeriem interpretationis optandæ. Nam quod quidam, *Intra comam tuam*, ſiue *intra cincinnos tuos*, reddiderunt, ſi rite intelligatur, aptum ſenſum efficiet. Nam cum *Coma*, ſiuè *Capillis populi multitudinem promiſcuam* accipiendam eſſe, hoc eodem Cap. Not. 12. dixerimus, haud ineptè *Genas*, inumbratas vtrinque dependentibus a capite cincinnis, vndè illis noua accedat gratia, *Virgines* intelligemus,reliqua fidelis populi, multitudine velut abſconditas, noua ex comparatione gratia commendare ſeſe. Quid enim ad laudem maius eſſe poteſt, quam ſi inter reliquam Chriſtiani populi,licitam quidem, ſed liberam licentiam, & nubendi, & ducendi vxores,& coniugij opera exercendi, agmen emineat Virginum, candore conſpicuum,& rubore ſuo pudibundum, velut licentiam obiectent, & facilitatem traducant, qua pudicitiæ bonis coniugij præpoſuere ſeu onera, ſeu faſtidia? Grande Virginitatis priuilegium eſt, quæ etiam tacens audiatur. Nam tametſi lingua quieſcat,aut prudentia cohibita, aut verecundia impedita, ipſe habitus Virginis loquitur; & ſic demum auditur, dummodo videri ſinat; immo etſi non ſinat. De occurſu ſuo, immo & nomine, non vitia modo, ſed & virtutes ignobiliores ſuffundit. Quis enim æmulum ſuum cum videt, aut cogitat, non etiam patitur? Quis oculos in eam defixerit, in quam ne mentem quidem defigere audeat? Grande Virginitatis magiſterium,ac ſeuera cenſura eſt,ſub cuius recogitatu improbi,ſed & minus probi, mores, vel erubeſcant. Hanc ergo *Genarum* Eccleſiæ Chriſtianæ, id eſt *Virginum* gratiam, quæ ex comparatione cum vulgo Fidelium populorum,conſurgit, hiſce verbis, ſecundum hanc lectionem, commendari exiſtimamus.

Virginum maius decus ex comparatione vi promiſcuo populo.

Virginitas de ſolo recogitatu licentiam aliorum ſuffundit.

IV.

Aliorum lectio, intra velum tuū.

Id ad velatas Virgines referendum.

Velum enim indicium nuptiarū cum Chriſto.

Exemplo ſæculi nuptiarum.

Sed maluerunt alij reddere. *Intra velum*, ſeu *Peplum ſuum*. Quid autem id ſit,ad ſenſum quod attinet Dramatis, ſuo eſt dictum loco. Arcanam hic ſententiam quærimus. *Velatarum Virginum*, ſic enim nominauit antiquitas, Deo per Virginitatis propoſitum dicatas,& quas *Profeſſas* à vitæ firma *Profeſſione* dicimus, proprium Chriſtianæ Eccleſiæ decus eſſe, eſt certum. Id inſigne non modo Pudoris hactenus illibati, ſed & Chriſto ſponſo per Virginitatis perpetuæ votum dicati, vt iam tales pro Chriſti nuptis haberentur. Antiquiſſimi, ſed & ſanctiſſimi moris & multa manent in antiqui æui ſcriptoribus ſignata veſtigia,& hodieque perſeuerat in virginum Monaſterijs: Nam quod ſæculi mulieres, cum ad virum ducerentur, non ſine flammeo ire con-

Virginum velatarum decus.

Chriſtianæ Virgines Chriſto de nuptæ, ideò & velatæ.

Digitized by Google

Velum enim indicium traditionis. *Et poteſtationis.*
Immo Virgini pro galea, & ſcuto.
Aduerſus diaboli tentamenta.
Et virorum incitamenta.
Nemò enim facilè abſcondi tam non veretur.
Hæc ergo virgini noua gratia his commendatur.
Cum Virginitati additur votum.
Et illius index velum.
Quo gratior Chriſto virginitas.
Vtpotè illi in totū ſacra.

Tertul. de Vel. Virg. cap. 15.
Velum Virgini pro galea, & ſcuto.
Ambroſius. Ibidem.
Quod propoſitū olim, nunc votū dicitur.

conſueſſent, traductum à noſtris eſt, ad myſticas nuptias; ne ſe minus Virgines ſub Chriſti vmbra, ac poteſtate arbitrarentur, quæ illum Sponſum elegiſſent; quam quæ profane denupſerant, ſub virorum. Itaque *Velum* & *traditionis* fuit inſigne, qua in iura Chriſti tranſibant; & *poteſtatis*, ac iuris acquiſiti denuo Chriſto, tanquam in ſua: & *protectionis*, ac ſecuritatis, qua ſub illius vmbra fruerentur. Addit & Tertullianus, etiam *Capitis velamen* in virgine fuiſſe pro galea, & clypeo aduerſus hominum artes, & diaboli tentamenta. *Vera*, inquit, *& tota, & pura Virginitas nihil magis timet, quam ſemet ipſam: etiam fœminarum oculos pati non vult; alios ipſa oculos habet: confugit ad velamen capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum, qui bonum ſuum protegat aduerſus ictus tentationum; aduerſus iacula ſcandalorum; aduerſus ſuſpiciones, & ſuſurros, & æmulationem, ipſum quoque Liuorem.* Id autem non ſolum, vt ſibi proſpiciat, ne per oculos interitum bibat, ſed & propter viros, quibus tentatio ipſa eſſe non debet. *Quis enim audebit, oculis ſuis premere faciem clauſam; faciem non ſentientem; faciem (vt dixerim) triſtem? Quicumque malus cogitatus ipſa ſeueritate frangetur. Iam ſe etiam mulierem negat, quæ Virginem celat.* Hanc nouam Chriſtianæ Virginitatis prerogatiuam agnitam hic, & prædicatam à Chriſto, haud ambigimus, quæ ſimplice illa integritatis Virgineæ dote minimè contenta, etiam electione voluntaria ignobili libertati nubendi præpoſuit ſeruitutem ingenuam non nubendi. Propoſito itaque ingenuæ mentis, quod votum nunc dicimus, etiam licitarum voluptatum facultatem ſibi ſuſtulit, vt totam ſe Chriſto traderet, *Virginem, Sponſam, vxorem*. Pulcherrimæ igitur Eccleſiæ *Genæ*, ac ſponſo Chriſto de ſuo candore gratæ, de ſua purpura placentes: ſed pulchriores *Intra uelum*, ſeu *peplum*, ipſoque latendi ſtudio gratiores. Id dico: Gratiſſimas Deo *Chriſtianas Virgines*, ipſa virginitatis cuſtodia, ſimpliceque integritatis amore: ſed gratiores multo Propoſito, quo ſeſe Deo Homini mancipant in perpetuum; teſſeramque mancipij *Velum Religioſum* induunt: ne videre velint, aut videre alium poſſint, quam eum, *qui in abſcondito videt*, ſeque dilectis videndum exhibet, immo & amplectendum.

VERSVS VII.

SEXAGINTA SVNT REGINÆ ET LXXX. CONCVBINÆ; ET ADOLESCENTVLARVM NON EST NVMERVS.

COMMENTARIVS.

ECcleſiæ ſub eo ſtatu per eas partes laudata pulchritudine, Chriſti Sponſi creuere gaudia, vel, quod in talem incidiſſet, vel quòd à tali tam fideliter amaretur. Suam ergo ſortem iactat, quòd in vna inuenerit, quidquid vota poſſet explere. Id autem facit ex comparatione eorum (quicumque tandem ſint illi) qui, vnicam non contenti, in plures diuiſere amorem: quod & ipſum argumentum eſt; in nulla vna inueniſſe omnia, quæ cuperent, vel placerent; idcoque inter plures quæſiuiſſe votorum cumulum, quanquam ne in pluribus quidem reperiſſe, quod quærerent, argumentum eſt, non contentos duxiſſe multas, ſiue in thalami ſolius conſortium, & prolis gratia ſiue in communicationem honoris, & nominis, integras Puellarum mandras in gynecceis incluſiſſe, quæ in alterutram vicem ſuccederent. Sibi contra factum eſſe, qui in vna habeat, quod illis in pluribus datum non eſt. Itaque totus eſt in commendanda coniugij ſui felicitate, vnius cum vna; quod multa in illa habeat, quibus cæteræ carent; nihil in cæteris amabile ſit, quod in ſua deſideret. Omnia eo tendunt, vt Eccleſiam perfectiſſimam ſub hoc tertio ſtatu, cum expeditio in Gentes in proximo eſſet, affirmet.

ENARRATIO.

NVnc maxime felicem me reputo, qui in talem incidi, quæ, vna cum ſit, infinitarum merita non æquet modo, ſed & ſuperet: vt in vna accumulata ſint, quæ ſingula in alijs laude ſunt digna: ipſa contra multis emineat, quæ alijs omnibus ſunt negata. Quiſquis multas amat, ſeu iuſtas vxores, & in thalami, honoriſque communionem admiſſas, ſiue prolis tantum introductas gratia, diuiſus ſcilicet eſt, eo ipſo infelix, quod multarum amore ardens, nullius caritate poſſit ardere. Amat ergo, nec amat, &, quod in amore grauiſſimum eſt, in diuerſa non ferri, nec in partes diuidi, eo priuatus eſt. Nam quid infelicius, quam amare, quod amore tuo totum dignum non ſit: vt alibi quærere cogaris, quod per partes expleat vota; cum in diuiſum, integrumque, quod expleat, nihil ſit? Ea enim demum vera felicitas eſt, quæ plena eſt; plena autem ea eſt, quæ & vna, & ſimplex eſt: haudque indigna extra ſe quærere, quæ non habeat: ſibi ſufficiens ſoli, nec inuida aliorum. Nam vbi vel indigentia eſt, vel inuidentia, felicitas ibi eſſe non poteſt: cum nec egens, nec æger animus felix ſit: vtpote vel adhuc deſiderijs ſuis diſtractus: vel ægritudine ſua ſibimet grauis, odioſuſque. Sint ergo alij, quorum in multas deſideria rapiantur: ducant quas velint, & quot velint: atque inſuper agminibus Puellarum repleant gynecæum ne ſcilicet deſit, quod ament: faſſi ipſa vxorum multitudine infelicitatem ſuam: qui, cum domum implerint, vota habeant vacua: ſtudijs diuiſi, curis diſtracti. Nihil eſt, quod cuiquam inuideam, cum totam habeam vnam, cui me totum ipſe contradidi, quæque mea omnia impleat vota, & amorem totum abripiat.

NOTATIO XXIII.

SEXAGINTA SVNT REGINÆ.

SVM. COM.

I.

Locus difficilis valdè.

Sed in impedita ſylua.

Vel manibus aperienda via.

Prima quæſtio.

An hæc ad arcanum ſenſum faciant.

Secũda, quid Reginæ ſint, & concubinæ.

Tertia de numeris.

LOcus intuitu primo facilis; ſi tamen paulo altius ſcrutari volueris, non modo difficilis explicatu, ſed multis ambagibus impeditus, quidquid amplecti volueris. Cogita te delatum in Syluam, & arboribus multis, & virgultis cæcam; & quanquam ſuis ſemitis ad euadendum ſignatam, talibus tamen, vt, quacumque libeat ire, vel in præcipitia ferri, vel maioribus implicari erroribus, ſit neceſſe; vt, vnde ſis digreſſus, regredi cogare, incertior multo, quam dudum. Et tamen conandum eſt, & vel manibus exitus quærendus, excisis virgultis, quacumque vel ſors ducat, vel fortuna comitetur. Prima, & potiſſima quæſtio, ex qua aliæ originem habent, An, quæ de numero *Reginarum Concubinarum*, & *Adoleſcentularum* dicuntur, ſuam in arcano ſenſu ſignificationem habeant: an contra, ſoli ſeruiant Dramati. Inde ſequitur quæſtio alia, quæ *Reginæ*, quæ *Concubinæ* dicantur, quæ *Adoleſcentulæ*. Tertia, An quid arcani lateat, in numeris, qui deſignantur. Vix vna poteſt ab alijs diuidi Quæſtio, tametſi poſtrema non ita cum prioribus eſt coniuncta, quin poſſit agitari ſeorſim.

Simile.

Prima de his verbis quæſtio.

II.

Quidam volunt.

Comparari Eccleſiam cum ſectis alijs.

Quarum celebriores Reginæ, aliæ dicantur concubinæ.

Id probari nõ poteſt.

Plerique tam Veterum, tum Recentium, & verba hæc ad arcanam ſententiam pertinere, arbitrati ſunt, & vt cuique placuit, ea explicarunt. Tres potiſſimæ ſententiæ ſunt, alijs, quæ minus videntur probabiles, omiſſis. Quidam enim hîc volunt comparationem vnius *Eccleſiæ Catholicæ* cum reliquis ſeu *Nationibus*, ſeu *Sectis*, quacunque laude floruerint, quibus omnibus excellere dicatur Eccleſia pulchritudine apud Chriſtum. Harum *Gentium*, ſeu *Sectarum*, celebriores *Reginas* eſſe, *Concubinas* minus celebres, *Adoleſcentulas* ignobiliores. Id nobis minimè probatur, & magnis rationibus. Nam hic certè comparatio vnius cum plurimis initur, eiuſdem ſcilicet generis, nam in eo comparantur: Si autem ſic interpretere, nullum eſt commune ge-

Eccleſia Chriſti comparata cum alijs ſectis, ex quorundã ſenſu.

Id reijcitur.

nus,

Digitized by Google

Non enim comparatio rite inſtituitur.
Vera religionis cũ falſis.
Quæ amari à Chriſto non poſſunt.
Neque ex comparatione cum deformibus.
Species cuiuſquam creſcit.

nus, *Vnius Eccleſiæ* cum *Gentibus* alijs ſiue *Sectis*, in quo poſſint comparari. Eccleſia enim & *Sponſa* eſt, & *Vxor* vnica, & amore digna Chriſti: cæteræ nec ſponſæ, nec amari dignæ: inimicæ potius, ac meretriculæ impudicæ, & odioſæ. Quid ergo magnum de Eccleſia prædices, eam dicas gratiorem eſſe Chriſto, quã *Iudæos*, *Mahumetanos*, *Idolatras*, *Hæreticos*? Et tamen grande aliquid de Eccleſia ſua prædicat Chriſtus, poſt ſingularium partium encomia. Nemo eam pulchram probat, quam ſola comparatione cum deformibus pulchram affirmat: nemo eam amabilem, quam ſola comparatione cum odioſis amari dignam confirmat. Quale enim bonum eſt, quod mali ſola comparatio commendat; vt ideo melior Eccleſia prædicetur, quod deteriora ſint reliqua.

Omnis comparatio in terras eiuſdem generis eſſe debet.

III.

Deinde nomina hæc omnia.
Affectum maritalem ſapiunt.
Et verum caritatem ac legitimam.
Non ergo ſignificabunt eas.
Quæ duci in vxores non poſſunt.
Nulla enim conuentio luci cum tenebris.
Et ſi hic reſpectũ ac Salomonis vxores.
Etiam illa fuere legitimæ.
Quales falſæ ſectæ eſſe non poſſunt.

Hæc prima ratio eſt; Alia ex his eiſdem verbis ſecundum analogiæ leges ſumitur, vt quidem illi Authores interpretantur: Nam hic certè *Reginarum* nomine veræ vxores ſignificantur, ſolenniter ductæ, cum dote, & flammeo, & omnino vt Regis nomen participent, & in conſortium thalami non magis, quam honoris, & dignitatis aſſiſcantur. *Concubinæ autem* (non *pellices* vt arbitratus videtur Epiphanius in Panarij Epilogo) ſed legitimæ vxores, in ſobolem procreandam ductæ, tametſi ſine vllo ſolemni ritu, nec admittendæ ad honoris, & domeſticæ adminiſtrationis conſortium, & pęne habendæ vt famulæ. *Adoleſcentulæ* autem, quæ Gynæceo incluſæ, in alterutram ſpem alebantur. Omnia ergo affectum, atque Vxoriam caritatem redolent; vel præſentem, vel futuram. Quo ergo pacto myſtico ſignificatu eas, ſeu *Gentes*, ſeu *Sectas* accipis, quæ nec vxoribus iuſtis, ac cenſeri poſſunt, nec infuturas parari; Vt enim vſurpem, quæ alias Paulus dixit, *Quæ participatio Iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad Belial, aut quæ pars Fideli cum infideli? Qui autem conſenſus Templo Dei cum Idolis?* Nec huius argumenti vim poſſunt effugere hi Authores, qui ponunt, hæc dicta per reſpectum ad Salomonis vxores, quarum ſuam fuiſſe velut cæterarum Dominam; alias vxores quidem legitimas, ſed quaſdam ſolemni ritu ductas, quaſdam priuatim, & ſine vlla ſolemnitate. Cum ergo ad arcanam ſententiam veneris, quærendæ tibi ſunt, quæ verè tribus illis ordinibus reſpondeant; cumque illam vnam cæterarum Dominam conſtet eſſe Eccleſiam, deſignare alias debes, quæ & à Chriſto amari ſint dignæ, ac veræ, ac iuſtæ vxores dici, tametſi cum diſcrimine.

Nomina hęc omnia affectũ mortalem ſignificãt.

2. Cor. 6. 14.

Ad Salomonis Vxores hic reſpectum ex quorundam ſenſu.

IV.

Alij referunt ad incipientes, proficientes, & perfectos.
Cum quibus comparetur Eccleſia.
Et omnibus præponatur.
Grandis hic ſenſus eſt.
Et patronorũ multitudine grauis.
Sed ſupeſt quod deſideres.
Nam omnes illi gradus.
Ad Eccleſiam pertinent.
Nec aliud illa eſt, quam Fidelium complexio.
Nõ ergo quartum gradum illa conſtituet.
Mixta ſcilicet cum cæteris.
Aut certè tertium cum perfectis conſtituet.
Cum tamen omnibus præponatur.

Viderunt hoc alij, ideoque quidquid hic dicitur, intra Eccleſiam quæſiere. Tres hoc loco volunt Militantis Eccleſiæ ordines deſignari; Primum *Perfectorum*, qui *Reginæ* dicantur, ſexagenario numero comprehenſi, propter eius numeri perfectionem; de qua alio à nobis loco dictum eſt. *Proficientium*, ſiue ad *Perfectionem euntium*, alterum, qui dicantur *Concubinæ*: Tertium *Incipientium*, qui, quòd pueri adhuc, & in virtute teneri, dicantur *Adoleſcentulæ*: His omnibus vnam præponi Eccleſiam: Quo ſibi ſatis aditum illi argumento occluſiſſe, ſunt viſi, cum hi omnes ad Chriſtum pertineant, & caritate cum illo ſint coniuncti, tametſi cum diſcrimine. Hic ſenſus grandis eſt, & cantico dignus: probabilem autem illum faciunt, tum ſcita partium ad partes applicatio, tum Patronorum authoritas. Sic enim arbitrantur multi, quorum nomina in marginem reiecimus, præter Auguſt. lib 83. Quæſt. 4. 55. Eliam Cret. in Nazianzeni orationem 13. poſt redit. Quis à tot, & tantis audeat diſſidere? Sed eſt tamen quod deſideres. Nam certè loco hoc in typo quatuor perſonarum ordines, ſeu gradus diſtinguantur. *Adoleſcentularum*, *Concubinarum*, *Reginarum*, *Principis Reginæ*, quæ vna dicitur eſſe: quibus ex horum Interpretum ſenſu, reſpondent eodem ordine, *Incipientes*, *Proficientes*, *Perfecti*, *Eccleſia*. At Eccleſia nihil eſt aliud, quam Fidelium complexio, vt vnum efficiunt corpus. Quidquid ergo prioribus tribus ordinibus continetur, Eccleſia ipſa eſt, Quo ergo pacto vis, quartum gradum ſolam conſtituere, cum reliquos includat omnes, quos alios eſſe neceſſe eſt (Non ergo iam quatuor, ſed tres omnino ſunt ordines. Quod ſi vis, quandoquidem vna illa dicitur Chriſto dilecta præ omnibus, non pro omnium complexu ſumi, ſed pro ſolis *perfectis*, quo pacto cęteros vincet gradus, ne id quidem ſolidum eſt, cum eo ſenſu Eccleſiam, quæ in quarto, ac ſupremo gradu eſt, cum tertio confundas, Quocumque ergo te vertas, effugere non potes, quin membrum cum membro confundas; Et Eccleſiam inter *Reginam* numeres, quaſi ſuperior non ſit, & honore, & dignitate maior. Quod ſi id, non aliud, velis ſententiam perdis; cum Eccleſia ita omnibus præponatur, vt extra omnium commones vagetur leges, ac ſola ſuum conſtituat gradum, vt mox videbimus.

Eccleſia vna cõparata cum triplici fidelũ ordine, incipientium, proficientium, perfectorum.

Nyſſenus.
Philo Carphat.
Theodoret.
Pſellus.
Iuſtus.
Aſiodor.
VVilleram.
Honorius.
Auguſtinus.
Elias Cret.
Tres PP.
Greg M.
Aponius.
Rupertus.
Anſelmus.

Ecc eſia complexio fidelium incipientium, perfectorum.

Eccleſia pro ſolis perfectis tertium ordinem conſtituit.

V.

Aliorum ſenſus, in ſpeciem probabilis.

Hunc ſcopulum, vt vitarent alij, alio obuertere interpretationis proram, quæ benignior impellere aura videbatur. Non ergo hic vniuerſalem Eccleſiam agnoſcunt in vna, quæ omnibus præponatur; Sed omnino *Romanam*, vt *vna Eccleſia ſingularis eſt*,

Eccleſiarum quatuor ordines, ſũ Romana.

Digitized by Google

Hic Eccleſia Rom. alijs præponi omnibus.
Ideo vnicam dici, quam cæteræ veneren tur.
Eccleſiarum autem
Aliæ filios non generant.
Quales. quæ in paruis oppidis.
Ideò dictæ adoleſcentulæ.
Aliæ filios quidē generant.
Sed ſolum Chriſtianis præceptis imbuunt.
Hæ ſunt concubinæ.
His ſuperiores aliæ.
Fideles ad perfectionem inſtituūt.
Hæ reginæ dicuntur.
Omnibus autem vna Romana ſuperior.
Quæ ideò Princeps cæterarum.

eſt, *cæterarum omnium Princeps, & caput*: itaque id diſcrimen eſſe, quod illi velut capiti quemadmodum ſubduntur omnes per orbem ſparſæ Eccleſiæ, ita ea ſit *vnica* illa, quæ mox proximo verſu & *Columba*, & *Perfecta* dicitur, & *Vnica Matri*, & *Electa Genitrici*. Et vero ſi nihil aliud exquiras, nec eorum, quæ præceſſere, quæque ſequuntur, ordinem, nexumque, haud inficiabere, id acutè inuentum eſſe, & aptè ad analogiam. Fœminarum ordines, quattuor hiſce verbis deſignantur: primum *Adoleſcentularum*, quæ nondum ſcilicet admiſſæ in thalami conſortium, adhuc ſolitarias noctes ducunt; has numero carere aſſirmat. Sic de Eccleſijs per orbem ſparſis quædam ſunt, quibus ex munere minimè conuenit, ſpiritales filios gignere, & Chriſto parere; quales pleraſque in paruis oppidis, vno curione contentæ, nec de aliorum ſaſalute ſollicitæ. Eæ autem magno numero per omnem ſunt partem ſparſæ. Has ergo *Adoleſcentularum* nomine comprehendunt. Sequuntur Coniuges duplice ordine, *Concubinæ*, atque *Reginæ*. Hæ iam prolis gratia ductæ thalami conſortio gaudent, ſed cum honoris diſcrimine: generant quidem Chriſto Filios, ſed non in eandem ſortem. Nam quædam id agunt, vt quamplurimos lucrentur Chriſto, Chriſtianis præceptis imbuant; ac, per rectam viuendi rationem, eo prouehant; vt ſalutem æternam conſequantur. Hæ *Concubinæ* ſunt ſcilicet, nec numero prioribus illis æquales, ſed multo pauciores. His eminent aliæ, quæ non contentæ ſalutem multorum promouere, totis viribus annituntur, vt ad perfectionem contendant: ac per obſeruationem, non mandatorum modo, ſed etiam conſiliorum indices creſcant, donec euadant in viros perfectos, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Hæ meritò *Reginæ* dictæ, numero quidem alijs pauciores, ſed præſtantiores honore, ac Chriſto communi Sponſo coniunctiores. Vtrarumque autem Filios legitimos eſſe notant, & è legitimis nuptijs procreatos; ſed eo diſcrimine, vt alij dicantur *Concubinarum Filij*, alij *Reginarum*: De his enim ſunt illa Pauli: *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei*. Rom 14. His autem omnibus *vnam* ſupereminere *Romanam Eccleſiam*, non *Reginam* ſolum, ſed cæterarum *Dominam*, quam omnes ſcilicet flexo poplite reuereantur. Ideo *Vna* dicitur *Columba, vna perfecta, vnica matri, electa Genitrici ſuæ*. Et illi quidem ſic diſputant.

Eccleſiæ quibus ex munere non conuenit filios gignere.

Eccleſiæ quæ ſolis præceptis fideles imbuunt.

Quæ ad perfectionem inſtituūt filios.

Romana omnibus ſuperior.

VI.

Verùm id minimè videtur ſolidum.
Multa enim ponuntur, quæ vera non probantur.
Nam quas ſteriles ponunt Eccleſias.
Aut vitio, aut ætate ſteriles ſunt.
Neutrum autem quadrat.
Nam adoleſcentulæ in ſpem prolis educantur.
Ita ergo & Eccleſiæ illæ.

Acutè hæc inuenta eſſe, haud inficiari libet, ſed vereor, vt ſolidè. Dicam, quæ in ea interpretandi ratione deſiderem, haud certè obtrectandi cauſa, quod à me crimen longiſſimè abeſſe cupio; ſed vt ad veram difficilium verborum ſententiam tandem penetremus, ſi fieri tamen poſſit. Nam in ea Eccleſiarum diuiſione multa videntur ab his Authoribus poni, quæ vera non ſunt, certè vera non probantur. Primo quaſdam ideo *Adoleſcentulis* accenſeri, quod minimè fœcundæ ſint, neque vllos pariant Chriſto Filios, ſed quæro, an ætatis defectu, an natiua ſterilitate generare non poſſint. Nam ſi hoc poſtremum velis, ne in *Adoleſcentibus*, quidem numerandæ ſint, quas non ſterilitas, ſed tenera, ac nedum nubilis ætas iunioribus adiunxit. Eccleſias vero illas ex munere nullos poſſe parere filios, dicis: quod aliud nihil eſt, quam non ætatis deffectu, ſed natiuo vitio infœcundas eſſe. Si primum illud potius placeat, (vt placere certe debet, ſi analogiam ſequare) ætatiſque defectu filios generare non poſſe; immo aliquando maturas viro, poſt exactos puellares annos, inter famularum obſequia in Gynæceo, in thalamum introducendas; ergo & *Eccleſiæ* illæ, quas *Adoleſcentulas* eſſe vis, aliquando inter *Concubinas*, & *Reginas*, ideſt, fœcunditate ſua nobiles *Eccleſias*, cenſebuntur: quod ipſe nunquam te admiſſurum credo. Id primum eſt, quod cupienti hanc ſententiam amplecti, velut pedibus, manibuſque ferrum inijcit, ne facile poſſim, quod volo.

Adoleſcentula per ætatem ineptæ ad gignendos filios.

VII.

Quin nulla Eccleſia eſt
Quæ ſterilis dici poſſit.
Nam in exiguo oppido curio eſt.
Qui infantes luſtret.
Peccatores per Sacramenta reconciliet.
Præceptis Chriſtianis imbuat.
Morituros confirmet.

Alterum grauius eſt. Nam quo pacto verè dicatur, vllam aliquam in orbe Eccleſiam eſſe, quæ ſterilis ſit, & ideo *Adoleſcentulis* accenſenda, ipſe non video; immo omnino contendo, indignam eſſe, quæ inter Eccleſias cenſeatur, ſi quæ talis in orbe eſt, cui nulla ſit, & generandi, & pariendi, & nutriendi filios cura. Si id oſtendero, ruit potiſſimum illius ſententiæ fundamentum. Nam ſit in exiguo Chriſtiano oppidulo paucorum capitum numerus; is certe ad Eccleſiam, tametſi exiguam, pertinet: Paræciam dico (ſic enim è Græcis ſumpto vocabulo placuit appellare) ſuum enim minimum ſpirituale caput habet, Sacerdotem dico, cui adminiſtrandi ſacra munus commiſſum. Is ſacro fonte infantes luſtrat, ac communicata per Baptiſmum gratiâ, in Dei Filios euehit, illius & charactere, & ſimilitudine inſignitos. Adultiores per pœnitentiam reconciliat Deo, & iterum, gratia donatos, in familiam magni Parentis adſcribit. Sacris dum operatur, pro communi ſalute populi iuge ſacrificium offert, impetratorium gratiæ, depulſorium culpæ, certè remiſſorium pœnæ. Non nunquam, (tametſi fingas id raro fieri) populum Chriſtianæ diſciplinæ præceptis imbuit, idque ex officio, & munere; in prauos mores inuehitur, ad pietatem adhortatur, defi-

Eccleſia nulla inepta ad myſticam prolem generandam.

Fœcunditatis myſticæ indicio.

deſides, viget, vigiles laudat, morituros ad ignotam hactenus ingrediendam ſæculi alterius viam, & animos addit, & impedimenta ſubmouet. Quid filios gignere, quid educare eſt, ſi hoc non eſt? Aut dic mihi, qua ratione fœcundæ illæ, quas vocas, Eccleſiæ Chriſto filios, vel gignunt, vel pariunt, vel certè educant? Inique ergo facis, ſi ſterilitatis infamiam in eas conferas, quæ non minus fœcundæ ſunt, quam quibus fœcunditatis laudem tribuis. Non ergo ſunt cum *Adoleſcentulis*, id eſt, cum ijs, quæ nondum per ætatem ſunt fœcundæ ad procreandos liberos, numerandæ. Ruit ergo ſubſtructio illa, cui cætera moles incumbit; atque adeo ne ea quidem ſtare poterit. Hoc ſecundum eſt.

Id verò & gignere, & educare filios eſt.

Non apte ergo ſteriles dicūtur eſſe.

Et munere à cæteris diſtinguūtur.

Nulla eſt Eccleſia ſterilis.

VIII.

Nec diſcrimen obſtat.

Inter concubinas, & Reginas.

Cum nulla ſic Eccleſia.

Quæ ex munere ſolis præceptis imbuat filios.

Nulla, quæ ſolis conſilijs.

Nulla Eccleſia ex munere ſolis præceptis imbuit filios.

Sed quid dicam de diſcrimine inter *Eccleſias Concubinas*, & *Reginas*? Aliæ quidem, inquiunt, filios pariunt, ſed forte infeliciores, contentos ſcilicet nuda mandatorum obſeruatione, vt ad vitam ingrediantur; Aliæ in maiorem ſobolem pariunt ſpem, vt non modo Chriſtianis præceptis, ſed conſilijs etiam imbutam, nobiliore partu editam, in familiam Chriſti inferant; qua cauſa & *Reginæ* illæ, & *Reginarum* ipſi *filij* vocitantur, ſed vellem mihi aliquam Eccleſiam digito deſignaſſent, cui, velut ex munere, id conueniret, vt ſolis, ac nudis præceptis plebem, ſibi commiſſam imbueret. Nam id nunquam certè facient. Omnium vna ex munere Eccleſiarum cura, & non Chriſtianos per Baptiſmum aggregare reliquo Chriſti corpori; & Chriſtianos in virtute promouere, vt non modo Chriſtiano nomine gaudeant, & Filij ſint; Sed etiam vt in dies in Chriſti imitatione proficiant. Quod ſi alicubi vel incuria, vel tædio, vel alia accuſabili cauſa peccatur, & officium deſeritur, non ea eſt Eccleſiarum culpa, ſed Miniſtrorum, quæ illas certè maculare non debet. Id ſaltem audeo dicere, nullius Deum ſic abieciſſe curam, in qua pro modo ſuo & Magiſtri non ſint, qui docere diſcipulos poſſint; & diſcipuli vel pauci, qui imbui cupiant, & proficere altioribus illis diſciplinæ Chriſtianæ documentis. Vt ſæpè etiam in paruis oppidis viros, fœminaſque ſibi ſeparauerit Deus, quos ſibi ſtrictiſſimè per ſtudium perfectionis coniungat. Haud vnquam deſerit quenquam Deus, & etiam in angulis, latebriſque orbis amat habere familiares, quibus contubernij ſui conſortium non neget. Haud ergo diſcrimen illud ſubſiſtit, quod inter *myſticas Concubinas, & Reginas* hi Authores inuexere.

Quin omnibus ex æquo Deus proſpexit.

Ne magiſtri deeſſent, & diſcipuli.

Qui docerent, & diſcerent.

Altiora illa, quæ ad perfectionem pertinent.

Nunquam deſideratur, qui doceat, quique diſcat perfectiora.

IX.

Sed poſſemus & nos, ſi ea placeret via.

Fortaſſis aptius aliquid commentari.

Nam Eccleſiarū quattuor gradus.

Primates enim à Metropolitis, & Patriarchis vix diſtincti.

Paræciales in numero Eccleſiarū.

Simpliciter non recenſæ.

Epiſcopales intra ſuos limites arctatæ.

Adoleſcentulæ dici poſſunt.

Nam ſola infidelium ad fidē vocatio.

Generatio propriè dicta.

Hierarchicum ordinē, quatuor Eccleſiarū gradus conſtituunt.

80. Diſt. 101. & 2.

99. Diſt. 101. & 2.

Primates ijdem cum Patriarchis, vel à Metropolitis parum diſtincti.

Paræciales nomine Eccleſiarū non donatæ ſimpliciter.

Epiſcopales adoleſcentulę dictę & cur.

Quod ſi placeret, ſimili ratione locum hunc interpretari, eſſet forſitan aliquid ſolidius aliquanto, quod meditarer: certè ad analogiam ipſam magis accommodatum, ſicuti ex Eccleſiaſtico ordine immediatè petitum. Iudicabo ſenſum potius, quam tradam, vt, ſi quis fuerit, cui ad palatum faciat, poſſit ingenium exercere, in complenda, atque illuſtranda ſententia. Pono autem Eccleſiarum priuatarum gradus ita diſtinctos, vt ordine omnino ſint, quatuor, non plures *Epiſcopales*, *Metropolitanas*, *Patriarchales*, & communem omnium *Matrem*, quæ *Romana* eſt. Nam tametſi de *Primatialibus* multa mentio, earum tamen vel obſcura iura ſunt, vel cum Patriarchalibus eædem ſunt, quod voluit Anacletus Pont. vel ſi à *Patriarchalibus* diuerſæ ſolo fere nomine, atque honore à *Metropoliticis* diuerſæ (Nam & *Metropolitas Primates*, dictos conſtat) vel nullam, vel exiguam in reliquas habuere poteſtatem. Id argumentum pleniſſimè alio loco tractamus Opere de ſacro Hiſpaniarum Primatu. Inferiores autem *Epiſcopalibus*, quas Paræciales dicimus, Eccleſiarum nomine, quantum ad vſum antiquitatis, & gradum Hierarchicum, non gaudent: & ſemper *Epiſcopalibus*, quarum maiora ſunt iura, vel vt partes acceniſæ ſunt. Inter hos autem Eccleſiarum gradus, ſeu ordines id obſeruatum eſt, vt *Epiſcopales* vltra ſui Epiſcopatus limites minimè vagarentur; idque omnino agerent, vt curam omnem ouibus ſuis impenderent; nec in alienam meſſem falcem immitterent. Ideo ergo inter *Adoleſcentulas* accenſendæ, quæ Filios minimè procreant. Et quamuis, & Baptiſmo luſtrent infantes, & per verbi prædicationem inſtruant, gubernentque Fideles, id tamen magis ad nutritionem educationemque, quam ad generationem ſpectat: quo nomine ſola infidelium ad Fidem conuerſio, & per Baptiſmum regeneratio intelligenda eſt. Id enim verè gignere eſt, & parere Chriſto Filios. Quibus ergo Filios gignere hac myſtica generandi ratione datum non eſt, rite iuſtis *vxoribus* non annumerantur, ſed inter *Sponſas*: illarum enim aliæ curæ ſunt.

X.

Metropolitarum patentiora iura.

Etiam in Epiſcopales.

Earum quinarius olim in Hiſpania numerus.

Metropolitanarum iura ſupra Epiſcopales, hæ concubinæ.

Metropolitanæ olim in Hiſpania, quinque.

Hunc proximè ſequitur ordo alter *Metropolitanarum Eccleſiarum*, quarum patentiora ſunt iura: neque enim contentæ ſuas priuatas res agere, alienis immiſcent ſeſe, ſtudiumque, & curam impendunt *Epiſcopalibus* alijs, quas certo numero ſibi ſubiectas habent: Tales enim in noſtra Hiſpania ſolæ olim fuere quinque. *Tarraconenſis*, *Carthaginenſis*, quæ poſtea *Toletana*, *Hiſpalenſis*, *Emeritenſis*, *Bracharenſis*. Poſtea his diuiſis, aliæ emerſere. Has autem, quibus & ſolicitior cura, & latior fuit poteſtas in ſacra adminiſtratione, & alienæ ſalutis ex munere procuratio, iure inter iuſtas

Vxores,

Digitized by Google

Hic Eccleſia Romana ſupra ſponſam omnibus.

Ideo unicam dici, quam cetera venerentur.

eſt, cæterarum omnium Princeps, & caput: itaque id diſcrimen eſſe, quod illi velut capiti quemadmodum ſubduntur omnes per orbem ſparſæ Eccleſiæ, ita ea ſit *vnica* illa, quæ mox proximo verſu & *Columba*, & *Perfecta* dicitur, & *Vnica Matri*, & *Electa Genitrici*. Et vero ſi nihil aliud exquiras, nec eorum, quæ præceſſere, quæque ſequuntur, ordinem, nexumque, haud inficiabere, id acutè inuentum eſſe, & aptè ad analogiam. Fœminarum ordines, quattuor hiſce verbis deſignantur: primum *Adoleſcentularum*, quæ nondum ſcilicet admiſſæ in thalami conſortium, adhuc ſolitarias noctes ducunt; has numero carere affirmat. Sic de Eccleſijs per orbem ſparſis quædam ſunt, quibus ex munere minimè conuenit, ſpiritales filios gignere, & Chriſto parere; quales pleraſque in paruis oppidis, vno curione contentæ, nec de aliorum ſalute ſollicitæ. Eæ autem magno numero per omnem ſunt partem ſparſæ. Has ergo *Adoleſcentularum* nomine comprehendunt. Sequuntur Coniuges duplice ordine, *Concubinæ*, atque *Reginæ*. Hæ iam prolis gratia ductæ thalami conſortio gaudent, ſed cum honoris diſcrimine: generant quidem Chriſto Filios, ſed non in eandem ſortem. Nam quædam id agunt, vt quamplurimos lucrentur Chriſto, Chriſtianis præceptis imbuant; ac, per rectam viuendi rationem, eo prouehant; vt ſalutem æternam conſequantur. Hæ *Concubinæ* ſunt ſcilicet, nec numero prioribus illis æquales, ſed multo pauciores. His eminent aliæ, quæ non contentæ ſalutem multorum promouere, totis viribus annituntur, vt ad perfectionem contendant: ac per obſeruationem, non mandatorum modo, ſed etiam conſiliorum indices creſcant, donec euadant in viros perfectos, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Hæ meritò *Reginæ* dictæ, numero quidem alijs pauciores, ſed præſtantiores honore, ac Chriſto communi Sponſo coniunctiores. Vtrarumque autem Filios legitimos eſſe notant, & è legitimis nuptijs procreatos; ſed eo diſcrimine, vt alij dicantur *Concubinarum Filij*, alij *Reginarum*: De his enim ſunt illa Pauli: *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei*. Rom 14. His autem omnibus *vnam* ſupereminere *Romanam Eccleſiam*, non *Reginam* ſolum, ſed cæterarum *Dominam*, quam omnes ſcilicet flexo poplite reuereantur. Ideo *Vna* dicitur *Columba*, *vna perfecta*, *vnica matri*, *electa Genitrici ſuæ*. Et illi quidem ſic diſputant.

Eccleſiarum autem.

Aliæ filios non generant.

Quales, quæ in paruis oppidis.

Ideò dictæ adoleſcentulæ.

Eccleſiæ quibus ex munere non conuenit filios gignere.

Aliæ filios quidē generant.

Sed ſolum Chriſtianis præceptis imbuunt.

Eccleſiæ quæ ſolis præceptis fideles imbuunt.

Hæ ſunt concubinæ.

His ſuperiores aliæ.

Fideles ad perfectionem inſtituūt.

Quæ ad perfectionem inſtituūt filios.

Hæ reginæ dicuntur.

Omnibus autem vna Romana ſuperior.

Romana omnibus ſuperior.

Quæ ideò Princeps cæterarum.

VI.

Verùm id minimè videtur ſolidum.

Acutè hæc inuenta eſſe, haud inficiari libet, ſed vereor, vt ſolidè. Dicam, quæ in ea interpretandi ratione deſiderem, haud certè obtrectandi cauſa, quod à me crimen longiſſimè abeſſe cupio; ſed vt ad veram difficilium verborum ſententiam tandem penetremus, ſi fieri tamen poſſit. Nam in ea Eccleſiarum diuiſione multa videntur ab his Authoribus poni, quæ vera non ſunt, certè vera non probantur. Primo quaſdam ideo *Adoleſcentulis* accenſeri, quod minimè fœcundæ ſint, neque vllos pariant Chriſto Filios, ſed quæro, an ætatis defectu, an natiua ſterilitate generare non poſſint. Nam ſi hoc poſtremum velis, ne in *Adoleſcentibus*, quidem numerandæ ſint, quas non ſterilitas, ſed tenera, ac nedum nubilis ætas iunioribus adiunxit. Eccleſias vero illas ex munere nullos poſſe parere filios, dicis: quod aliud nihil eſt, quam non ætatis deffectu, ſed natiuo vitio infœcundas eſſe. Si primum illud potius placeat, (vt placere certe debet, ſi analogiam ſequare) ætatiſque defectu filios generare non poſſe; immo aliquando maturas viro, poſt exactos puellares annos, inter famularum obſequia in Gynæcæo, in thalamum introducendas; ergo & *Eccleſia* illæ, quas *Adoleſcentulas* eſſe vis, aliquando inter *Concubinas*, & *Reginas*, ideſt, fœcunditate ſua nobiles *Eccleſias*, cenſebuntur: quod ipſe nunquam te admiſſurum credo. Id primum eſt, quod cupienti hanc ſententiam amplecti, velut pedibus, manibuſque ferrum inijcit, ne facile poſſim, quod volo.

Multa enim ponuntur, quo vera non probantur.

Nam quas ſteriles ponunt Eccleſias.

Aut vitio, aut ætate ſteriles ſunt.

Adoleſcentula per ætatem ineptæ ad gignendos filios.

Neutrum autem quadrat.

Nam adoleſcentulæ in ſpem prolis educantur.

Ita ergo & Eccleſia illa.

VII.

Quin nulla Eccleſia eſt

Quæ ſterilis dici poſſit.

Alterum grauius eſt. Nam quo pacto verè dicatur, vllam aliquam in orbe Eccleſiam eſſe, quæ ſterilis ſit, & ideo *Adoleſcentulis* accenſenda, ipſe non video; immo omnino contendo, indignam eſſe, quæ inter Eccleſias cenſeatur, ſi quæ talis in orbe eſt, cui nulla ſit, & generandi, & pariendi, & nutriendi filios cura. Si id oſtendero, ruit potiſſimum illius ſententiæ fundamentum. Nam ſit in exiguo Chriſtiano oppidulo paucorum capitum numerus; is certe ad Eccleſiam, tametſi exiguam, pertinet: Paræciam dico (ſic enim è Græcis ſumpto vocabulo placuit appellare) ſuum enim minimum ſpirituale caput habet, Sacerdotem dico, cui adminiſtrandi ſacra munus commiſſum. Is ſacro fonte infantes luſtrat, ac communicata per Baptiſmum gratiâ, in Dei Filios euehit, illius & charactere, & ſimilitudine inſignitos. Adultiores per pœnitentiam reconciliat Deo, & iterum, gratia donatos, in familiam magni Parentis adſcribit: Sacris dum operatur, pro communi ſalute populi iuge ſacrificium offert, impetratorium gratiæ, depulſorium culpæ, certè remiſſorium pœnæ. Non nunquam, (tametſi fingas id raro fieri) populum Chriſtianæ diſciplinæ præceptis imbuit, idque ex officio, & munere; in prauos mores inuehitur, ad pietatem ad hortatur, defi-

Eccleſia nulla inepta ad myſticam prolem generandam.

Nam in exiguo oppido curio eſt.

Qui infantes luſtret.

Peccatores per Sacramenta reconciliet.

Fœcunditatis myſticæ indicio.

Præceptis Chriſtianis imbuat.

Morituros confirmet.

Id verò & gignere, & educare filios eſt.

Non aptè ergo ſteriles dicũtur eſſe.

Et munere à cæteris diſtingũtur.

Nulla eſt Eccleſia ſterilis.

deſides, vrget, vigiles laudat, morituros ad ignotam hactenus ingrediendam ſæculi alterius viam, & animos addit, & impedimenta ſubmouet. Quid filios gignere, quid educare eſt, ſi hoc non eſt? Aut dic mihi, qua ratione fœcundæ illæ, quas vocas, Eccleſiæ Chriſto filios, vel gignunt, vel pariunt, vel certè educant? Inique ergo facis, ſi ſterilitatis infamiam in eas conferas, quæ non minus fœcundæ ſunt, quam quibus fœcunditatis laudem tribuis. Non ergo ſunt cum *Adoleſcentulis*, id eſt, cum ijs, quæ nondum per ætatem ſunt fœcundæ ad procreandos liberos, numerandæ. Ruit ergo ſubſtructio illa, cui cætera moles incumbit; atque adeo ne ea quidem ſtare poterit. Hoc ſecundum eſt.

VIII.

Nec diſcrimen ſubſtat.
Inter concubinas, & Reginas.

Cum nulla ſit Eccleſia.

Quæ ex munere ſolis preceptis imbuat filios.

Nulla, quæ ſolis conſilijs.

Quin omnibus ex æquo Deus proſpexit.

Ne magiſtri deeſſent, & diſcipuli.

Qui docerent, & diſcerent.

Altiora illa, quæ ad perfectionem pertinent.

Nulla Eccleſia ex munere ſolis præceptis imbuit filios.

Nunquam deſideratur, qui doceat, quique diſcat perfectiora.

Sed quid dicam de diſcrimine inter *Eccleſias Concubinas*, & *Reginas*? Aliæ quidem, inquiunt, filios pariunt, ſed forte infeliciores, contentos ſcilicet nuda mandatorum obſeruatione, vt ad vitam ingrediantur; Aliæ in maiorem ſobolem pariunt ſpem, vt non modo Chriſtianis præceptis, ſed conſilijs etiam imbutam, nobiliore partu editam, in familiam Chriſti inferant; qua cauſa & *Reginæ* illæ, & *Reginarum* ipſi *filij* vocitantur, ſed vellem mihi aliquam Eccleſiam digito deſignaſſent, cui, velut ex munere, id conueniret, vt ſolis, ac nudis præceptis plebem, ſibi commiſſam imbueret. Nam id nunquam certè facient. Omnium vna ex munere Eccleſiarum cura, & non Chriſtianos per Baptiſmum aggregare reliquo Chriſti corpori; & Chriſtianos in virtute promouere, vt non modo Chriſtiano nomine gaudeant, & Filij ſint; Sed etiam vt in dies in Chriſti imitatione proficiant. Quod ſi alicubi vel incuria, vel tædio, vel alia accuſabili cauſa peccatur, & officium deſeritur, non ea eſt Eccleſiarum culpa, ſed Miniſtrorum, quæ illas certè maculare non debet. Id ſaltem audeo dicere, nullius Deum ſic abieciſſe curam, in qua pro modo ſuo & Magiſtri non ſint, qui docere diſcipulos poſſint; & diſcipuli vel pauci, qui imbui cupiant, & proficere altioribus illis diſciplinæ Chriſtianæ documentis. Vt ſæpè etiam in paruis oppidis viros, fœminaſque ſibi ſeparauerit Deus, quos ſibi ſtrictiſſimè per ſtudium perfectionis coniungat. Haud vnquam deſerit quenquam Deus, & etiam in angulis, latebriſque orbis amat habere familiares, quibus contubernij ſui conſortium non neget. Haud ergo diſcrimen illud ſubſiſtit, quod inter *myſticas Concubinas, & Reginas* hi Authores inuexere.

IX.

Sed poſſemus & nos, ſi ea placeret via.

Fortaſſis aptius aliquid commentari.

Nam Eccleſiarũ quattuor gradus. Primates enim à Metropolitis, & Patriarchis vix diſtincti.

Paraciales in numero Eccleſiarũ.

Simpliciter non recenſa.

Epiſcopales intra ſuos limites arctatæ.

Adoleſcentulæ dici poſſunt.

Nam ſola infidelium ad fidẽ vocatio.

Generatio propriè dicta.

Hierarchicum ordinẽ, quatuor Eccleſiarũ gradus conſtituunt.

80. Diſt. 101. & 2.

99. Diſt. 101. & 2.

Primates ijdem cum Patriarchis, vel à Metropolitis parum diſtincti.

Paraciales nomine Eccleſiarũ non donatæ ſimpliciter.

Epiſcopales adoleſcentulę dictę & cur.

Quod ſi placeret, ſimili ratione locum hunc interpretari, eſſet forſitan aliquid ſolidius aliquanto, quod meditarer: certè ad analogiam ipſam magis accommodatum, ſicuti ex Eccleſiaſtico ordine immediatè petitum. Indicabo ſenſum potius, quam tradam, vt, ſi quis fuerit, cui ad palatum faciat, poſſit ingenium exercere, in complenda, atque illuſtranda ſententia. Pono autem Eccleſiarum priuatarum gradus ita diſtinctos, vt ordine omnino ſint, quatuor, non plures *Epiſcopales*, *Metropolitanas*, *Patriarchales*, & communem omnium *Matrem*, quæ *Romana* eſt. Nam tametſi de *Primatialibus* multa mentio, earum tamen vel obſcura iura ſunt, vel cum Patriarchalibus eædem ſunt, quod voluit Anacletus Pont. vel ſi à *Patriarchalibus* diuerſæ ſolo fere nomine, atque honore à *Metropoliticis* diuerſæ (Nam & *Metropolitas Primates*, dictos conſtat) vel nullam, vel exiguam in reliquas habuere poteſtatem Id argumentum pleniſſimè alio loco tractamus Opere de ſacro Hiſpaniarum Primatu. Inferiores autem *Epiſcopalibus*, quas Paracciales dicimus, Eccleſiarum nomine, quantum ad vſum antiquitatis, & gradum Hierarchicum, non gaudent: & ſemper *Epiſcopalibus*, quarum maiora ſunt iura, vel vt partes accenſæ ſunt. Inter hos autem Eccleſiarum gradus, ſeu ordines id obſeruatum eſt, vt *Epiſcopales* vltra ſui Epiſcopatus limites minimè vagarentur; idque omnino agerent, vt curam omnem ouibus ſuis impenderent; nec in alienam meſſem falcem immitterent. Ideo ergo inter *Adoleſcentulas* accenſendæ, quæ Filios minimè procreant, Et quamuis, & Baptiſmo luſtrent infantes, & per verbi prædicationem inſtruant, gubernentque Fideles, id tamen magis ad nutritionem educationemque, quam ad generationem ſpectat: quo nomine ſola infidelium ad Fidem conuerſio, & per Baptiſmum regeneratio intelligenda eſt. Id enim verè gignere eſt, & parere Chriſto Filios. Quibus ergo Filios gignere hac myſtica generandi ratione datum non eſt, rite iuſtis *vxoribus* non annumerantur, ſed inter *Sponſas*: illarum enim aliæ curæ ſunt.

X.

Metropolitarum patentiora iura.
Etiam in Epiſcopales.
Earum quinarius olim in Hiſpania numeratus.

Metropolitanarum iura ſupra Epiſcopales, hæ concubinæ.

Metropolitanæ olim in Hiſpania, quinque.

Hunc proximè ſequitur ordo alter *Metropolitanarum Eccleſiarum*, quarum patentiora ſunt iura: neque enim contentæ ſuas priuatas res agere, alienis immiſcent ſeſe, ſtudiumque, & curam impendunt *Epiſcopalibus* alijs, quas certo numero ſibi ſubiectas habent: Tales enim in noſtra Hiſpania ſolæ olim fuere quinque. *Tarraconenſis*, *Carthaginienſis*, quæ poſtea *Toletana*, *Hiſpalenſis*, *Emeritenſis*, *Bracharenſis*. Poſtea his diuiſis, aliæ emerſere. Has autem, quibus & ſolicitior cura, & latior fuit poteſtas in ſacra adminiſtratione, & alienæ ſalutis ex munere procuratio, iure inter iuſtas

Vxores,

Digitized by Google

Hæ concubinis aſſi-nantur. Ductu prolis gratia

Vxores, tametſi ordine, & gradu inferiores, numerari poſſe, nemo negauerit. Hæ ergo ſint *Concubinæ*, in thalami ſcilicèt conſortium vocatæ, non in omnem adminiſtrandæ Chriſti familiæ poteſtatem.

XI.

Patriarchales dictæ Throni. Latiſſima in reliquas habuere iura. Et in terras infidelium. Hæ ergo Reginæ ſint. Quæ ex munere filios Chriſti pariunt. Ideò aliæ à matribus, aliæ à Patribus habuere nomen

Patriarchales dictæ throni.

Patriarchalium, quæ à Græcis ſunt dictæ *Throni*, longe maior authoritas, & ampliora iura, cum & *Metropoliticis*, & *Epiſcopalibus* ius dicerent: & in vaſtiſſimas Diœceſes (ſic enim dictas conſtat) poteſtatis faſces extenderent, & iura transferrent: immo & ex munere, etiam in infidelium regiones latam haberent poteſtatem. Earum ſiquidem fuit, miſſis Miniſtris in barbaras illas regiones, quæ cuique Diœceſi fuiſſent aſſignatæ, victricia ſigna Chriſtianæ pietatis inferre, & ſobolem magni Patris augeret, qua ſola fortaſſe cauſa *Patriarchales* ſunt dictæ, vt loco alio ſatis oſtendimus. Hæ ergo *Reginæ* ſint, quibus & honoris pars non minima communicata eſt; & id ex munere proprio commiſſum, vt Filios Chriſto gignerent *verbo veritatis*, & felici partu ederent. Vides diſcrimen, vides & cauſam, cur & aliæ *Metropoles*, id eſt, *Vrbium Matres* ſunt dictæ: *Matrum* enim eſt, Filios procreare: & aliæ *Patriarchales* ob eandem cauſam: vt quantum diſcriminis eſt inter *Patrem*, & *Matrem*, tantundem ſit inter illas. Si tamen *Patriarcha* nomen à *Patre* ductum arbitrere, cuius alia fortaſſe origo eſt.

Metropolas, & patriarchales vndè dictæ.

XII

Omnibus Superior Romana. Omnium iura in ſe confuſa habet. Huic omnes illi ſubmittunt faſces. Si cui hæc placeant. Habet campum quem decurrat. Per Romanæ Eccleſiæ laudes. In quam Chriſtus omnia contulit.

Romana Eccleſia omnibus eminentior.

His omnibus vna impoſita eſt, *Romana Eccleſia*, quæ omnium in ſe iura confudit, volente Chriſto, Miniſtro Petro. Nam & *Epiſcopalis* eſt, ſi ſolum Romanum Epiſcopatum conſideres: & *Metropolitana*, ſi Romanam Prouinciam, plures Epiſcopatus complectentem; & *Patriarchalis*, cui totus Occidens omnino paruit: & tandem *omnium caput & Princeps*, quæ in omnem omnino orbem faſces poteſtatis extendit. Huic omnes, etiam *Patriarchales*, faſces ſubmittunt, & velut *Principem Chriſti Sponſam* venerantur, ſicut paulo inferius dicitur. *Viderunt eam Filiæ, & Beatiſſimam Prædicauerunt: Reginæ, & Concubinæ, & laudauerunt eam*. Et vero non prorſus ineptè hæc videntur adhuc locum applicata: quæſi fidem aliquam apud cordatum lectorem inuenerint, habet campum quem decurrat. Erit itaq; horum verborum, iuxtà hanc interpretationem ſenſus: Placere quidem ſingularum Eccleſiarum ſpeciem Sponſo Chriſto, ſed nihil ad Romanam: & quanquam gratum ſpectaculum præbent ſuis quæque ordinibus, munijs, poteſtate diſtinctæ, eminere tamen illam magnitudine, authoritate, ac ipſa poteſtatis amplitudine, in quam prodigè Chriſtus omnia transtulerit, totius que familiæ adminiſtrationem contradiderit.

Eccleſiæ veteræ Romanæ ſubditæ.

XIII.

Nobis ne id quidē probatur. Alia ergo via tenenda eſt. Si fieri poſſit vt loco difficili lux maior inferatur.

Huic ſēſui quid poſſit obijci.

Cæterum quia multa ſunt etiam in hac interpretandi ratione, quæ quia minus explere videntur ſenſum verborum, illud maximè, quod, quæ de Eccleſia vniuerſali dicta toto Cantico arbitramur, ad ſingularem vnam *Romanam* ſcilicèt arctamus; ne minutiora alia, quæ minus nobis placere poſſunt, indicemus, tametſi totum hoc noſtrum eſt, ineunda alia via eſt, ſi forſitan dabitur, aliquid inuenire aliud, quod maiore ſe probabilitate lectori docto, prudentique commendat. Huius ſaltem loci id exigit ſeu difficultas, ſeu grauitas, nihil vt intentatum reliquiſſe videamur, quo vel eadem tanta difficultas minuatur, vel ſaltem ad nouam intelligentiam, quo locus obſcurus illuſtretur, via aperiatur.

NOTATIO XXIV.

I.

Mens Spōſi, vnius prędicare amorē, quæ expleat vota. Ideò vnam colūbam, ac perfectā vocat. Cum multarum meminit, non de ſuis loquitur. Illa certè Paſtor deſcribitur, cui cēſus ad tam multas ſuſtentandas non eſſet. Nec ſatis ſi dicas alluſum ad Salomonem.

Scopus Sponſi, vnitatem ſui amoris indicare.

NObis *in huius loci explanatione aliam eſſe mentem*, ex Commentario prudens lector potuit intelligere. Mens & ſcopus ſponſi in hiſce verbis exquirendus eſt, indè enim omnis pendet verborum intelligentia. Totus in eo mihi videtur eſſe, vt ſortem ſuam iactet, ac felicitatem exaggeret: quòd, tametſi vnam amet, & ab vna ametur, in ea habeat, quidquid ad implenda vota neceſſarium ſit. Id intelliges ſi vim eorum quæ ſequuntur verborum expendas: *Vna eſt columba mea, perfecta mea*. Nam cum *perfectam* dicit, nihil omnino deeſſe illi profitetur, quod extra illam queri oporteat. Cum ergo loco hoc de *Adoleſcentibus*, *Concubinis*, ac *Reginis* ſermonem infert, non de ſuis loquitur; qui, vna contentus, nullam haberet cauſam multas ambiendi. Id autem quod generatim eſt dictum, facilè erit argumentis conuincere. Nam cogita mihi ſponſum hic paſtorem induci, certe ruſticum, & habitu à ciuico multum diuerſo. Huic vndè tantus cenſus eſſet, qui alendis vxorem mandris ſatis eſſet? Vndè Paſtori, ac ruſtico *Reginæ*! vndè *Conbinæ*? Vndè, quod multo eſt maius, *adoleſcentularum infinitus numerus*; quod vel Aſſuero negatum, qui habuit quidem multas, minimè infinitas! At inquis alluſum hic ad Salomonis vxores & concubinas, Quin vt intelligatur non alium eſſe qui loquitur ſub perſona ruſtici, certis non nunquam no-

Adoleſcentulæ, Concubinæ, & Reginæ ad Chriſtum non pertinent.

Ad Salomonis vxores hic alluſum non eſt.

tis

Cum numeris eũ numero non conſentiat.

Nec cum de illius vxoribus dicitur, de adoleſcentibus mentio.

Incertumque quo tempore hæc ſcriberet, quot haberet vxores.

Si quid tale contigiſſet, haud omiſiſſet ſcriptura, vt ſobrietatem notaret, quæ libidinem indicarat.

Si tamen ſobrietas eſt amor in tam multas ſparſus.

3. Reg. 2. 3.

Incertum quot vxores Salomoni fuerint cum hunc librum ſcriberet.

Salomonis in multarum amore intemperantia.

tis ita deſignatur, & maius aliquid ſub paſtore latere indicetur. At nec numerus concubinarum, vxorumque Salomonis conuenit, cum ijs, quæ hoc loco deſignantur. *Fueruntque ei vxores quaſi Reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ* 3. Reg. 2. 3. Habes hic *Reginas ſeptingentas, concubinas* trecentas, plures multo *Reginas* quam *concubinas*: cum contrà hoc Canticorum loco, & multo pauciores alterutræ ſint; & plures *concubinæ*, quam *Reginæ*. De *adoleſcentulis* nulla in Salomonis Hiſtoria mentio. Agnoſcere qui contra ſentiunt nodum, nec tamen ſoluunt. Aiunt, fortaſſe cum hic liber ſcriberetur (ſcriptum autem à Salomone ſobrio res loquitur ipſa) nondum in tot, & tantas incaluerat, vt millenas haberet: fortaſſe non plures traduxerat in domum, quam quæ hic commemorantur. Leuis coniectura, vt id ſcilicèt aſſereretur inuenta, quod hic placuit; cum contra fieri oporteret, & ab certis incerta monſtrari; non, vt incerta ſuſtentes, incertiora quærere. Audeo dicere, ſi quid tale contigiſſet, non omiſſurum ſcriptorem ſacrum, ne qui in caleſcentis in mille Salomonis, & quidem alienas à cultu paterno, flammas narrauit: ſobrietatem taceret, ſi ſobrietatem tamen vocas calorem, qui non potuit niſi centum quadraginta vnorum complexu, vel extingui, vel magis accendi. At de eo altum ſilentium: cum alioqui certum ſit nulla certa lege, nec ſtatuto numero vxores ſibi quæſiuiſſe Salomonẽ, & prorſus veriſimile ſit, & quæque iudicio oculorum probata fuiſſet, inductam in domum, & thalamo regio deſtinatam.

II.

Quin, & decorũ ſi ſpectes, traſtat Chriſtum de vnitate amoris quam multitudine prædicari.

Cuius cum Eccleſia coniunctio caſti connubij forma eſt.

Cumque ſint alia in Salomone, in quibus figurã geſſerit Chriſti, dedecet de re vxoria ſimilitudinem aduocare.

Extra decorum eſt, Chriſtũ multarũ amore captum introducere.

Chriſtus & Eccleſia caſti coniugij forma.

Alijs ex capitibus Salomon Chriſti figura.

Sed ſit certè vt vis, habueritque Salomon priuſquam deſiperet amore mulierum inter iuſtas vxores *Sexaginta* velut *reginas*, & *concubinas octoginta*: quid magis ex decoro fuiſſe dicas, vt *Chriſtus* vnius *Eccleſiæ Sponſus*, atque aliorum amorum non inexpertus ſolum, ſed omnino alienus, de vnitate, an de multitudine laudaretur? *Vnam agni vxorem, vnam Chriſti Eccleſiam*, & hoc loco, *vnam columbam*, *vnam perfectam* legò; nunquam plures: formam enim caſti coniugij Chriſtus & exemplo docuit, vnam ſibi *Eccleſiam* ſocians; & verbis indixit, vnam vni permittens viro: cur vnius ſynceritatem amoris ea comparatione commaculas inficiſque, qua carnalis Rex, ac intemperantiſſimus, etiam cum ſaperet, centenas quadragenas amauit? ac, necdum exſaturata libidine, ſibi adiunxit! Habes in Salomone alia laudanda, propterquæ typum eum geſſiſſe Chriſti non indecore affirmes: de re vxoria ſi cogitas, dedecet eum figuram Saluatoris geſſiſſe, niſi vnam fortaſſe conſideres filiam Pharaonis, quæ typum geſſit gentilitatis.

III:

Quin probabilius multo eſt loco hoc intemperiem Salomonis præſtrictã, quam in vxorum illius multitudine ſimilitudinẽ aduocatam.

Verus ergo ſenſus tametſi ſit cuius amor in multas ſit ſparſus amore eſſe contentum.

Seque feliciſſimũ reputare, quod talis ſibi contigerit.

Fortaſſis hoc loco intemperantia Salomonis tacitè perſtricta.

Loci huius ſenſus per paraphraſim expoſitus.

Vis comparationis.

Ego vero tam abſum ab ea cogitatione, vt ſi quidquam arcani latet in *Concubinarum*, ac *reginarum* numero poſiti, potius arbitrer licentiam Salomonis præſtrictam, ac reprehenſam libidinem, quam imitatione amorem expreſſum. Itaq; ſenſum eſſe puto, quemadmodum in commentario monui: ſi aliquis de regum numero, ſiuè etiam ipſe Salomon, cui non ſatis amorem vna expleat vxor: numeret per centenaria vxores multiplicet concubinas, inſuperque greges innumeros alat puellarum, quas prioribus ſatur vel irritandæ, vel excitandæ libidini ſubſtituat. Quantæ infelicitatis eſt, aut ſatiari amando non poſſe: &, cum ſemper menſæ aſſidias, nulla ciborum copia impleri? Aut nullam inueniſſe, in quam, quidquid amoris pectus pulſaret, conijceres? Mihi & amare & amari feliciter contigit, qui vnam Eccleſiam inuenerim cui omnem affectus mei vim impenderem, quam vnice mihi ſociarem, & ad progignendum infinitos ſpiritales filios ſemine verbi iacto implerem ſuo tempore parituram, familiamque aucturam fidelium. Ea ergo ſorte contentus, ſupra regum omnium ſortem felicitatem meam iacto, ac vere beatum me prædico. Non ergo vnius cum multis initur comparatio, vnius, inquam, quæ propria ſit & princeps vxor, cum multis quæ ſint etiam propriæ, tametſi minus præcipuæ. Tota comparatio verſatur, inter *Chriſtum* qui vna contentus *Eccleſia* totam in eam caritatis effuderit vim, & Principum cæteros, qui, vna minimè contenti, vxores per agmina numerent, nullius amore contenti, aut contubernio ſatiati. Quanto id grandius eſt? quanto amoris illius, quo *Chriſtus* in *Eccleſiam* ſuam fertur, dignius ſimplicitate, & vnitate? Quanto ad intelligendum facilius, ac ſeriei totius Dramatis conformius, in quo ſemper ad vnam eandemque omnia referuntur; vnam encomia omnia reſpiciunt; vnam, quidquid laudũ congeritur auribus, ac propemodum occulis ſeù legentium, ſeu ſpectantium, objjcit?

Grandior hic ſenſus eſt, & dignior ſimplicitate, et vnitate nuptiarum Chriſti.

Granditas huius ſenſus, & facilitas.

IV.

Si vrgeas de numero concubinarum ac reginarũ. In quo magni Authores myſterium agnouere, illos habes.

Sexaginta, & octoginta numerũ non ſine myſterio poſitum quidam putant.
Gregorius M.
Aponius.
Honorius.
Angelomus.
Alij.

Sed erit forſitan, qui importunus vrgeat de numero *Sexagenario*, & *octogenario*, quos non ſine myſterio deſignatos arbitrantur de veteribus plerique. Et vero, ſi quæcumque ſunt ab alijs dicta, congerere velim, otio lectoris abutar: legere poteſt, qui volet Gregorium Nyſſenum Hom. 15. propè finem. Aponium, & Honorium, & Angelonium, & alios, qui in eo argumento otioſe verſati ſunt. Nobis quibus placuit nec *concubinas*, nec *Reginas*, nec omnino *adoleſcentulas* ad *Chriſtum* pertinere, in

Digitized by Google

Nobis ſolum videtur in numero ad vſum Principū eſſe reſpectum.

Quorum plures Concubinæ quam Reginæ, plurimæ adoleſcentulæ;

Innumeris hoc loco ad rerum naturam, & principum morem reſpectum.

Sexagenario numero, atque *octogenario* aliud myſterium non videtur latere; ſed ad rerum naturam, vſumque Principum eſſe reſpectum, apud quos, cum vna ſit, cui authoritas omnis, tanquam reginæ, tributa ſit; ſecundariæ aliæ ſunt vxores, plures quidem numero; & veriſimiliter pauciores, quæ poſt vnicam illam potiore iure gauderent, ductæ ſolemniter: plures reliquæ, quæ ſine flammeo ac ſine ſolemni ritu introductæ ſint. Plurimæ autem, quas vocat *adoleſcentulas*, in aliarum ſortem cum vſus fuerit ſubleuandæ. Itaque omnia eo currunt, vt ſignificetur Princeps, qui vnica non contentus, in plures affectum diuidat: iſque opponatur *Chriſto*, cuius vnus in vnam Eccleſiam amor ſimplicitate gaudeat ſua.

VERSVS VIII.

VNA EST COLVMBA MEA, PERFECTA MEA: VNA EST MATRI SVÆ, ELECTA GENITRICI SVÆ.

COMMENTARIVS.

HVC *tota refertur ſententia, ad vnitatem Eccleſiæ ſcilicet*, & merita aduerſus Chriſtum, quæ omnem illius in ſe caritatem rapuere. Id hoc loco iactare videtur, ex amantium ſcilicèt more, qui, vbi in vnam inciderint talem, ſeſe felices arbitrantur. Huius vt nuptijs poriretur; quid non præſtitit? quid non pertulit *Chriſtus*? vt ſibi ſeruaret vni, quid non molitus eſt? cui labori pepercit? Vnam amat, vni adhæret, vni totum ſe impedit, nec extra illam quærit quod diligat. Hanc *Columbam* pudicam, fidamque comparem; quod ad *Eccleſia* in ſe ſpectat amorem purum, ſimplicem, certum, fidum: Hanc *Perfectam*, cui ſcilicèt addi nihil poſſit, nihil detrahi, appellat: quod ad merita illius quibus eum ad ſe amandam coegit, omnino pertinet: Hanc non minus tenere à ſe amari fatetur, quam ſoleat à *Matre* diligi, quæ *Vnica* filia ſit, & ſummè dilecta, quia diligi merita. Sed quam Eccleſiæ matrem dicemus? Haud erat opus hæc tam minute exigere, eratque ſatis comparationem hic agnoſcere inter illam, & *Vnicam* quæ eſſet filia vnius *Matris*: ſed dicendum tamen eſt aliquid. Quidam Synagogam intelligunt, vndè *Eccleſia* ex Gentibus: ſed ſi fidelem arbitrentur, non *Mater*, ſed eadem illa Eccleſia eſt ſecundum ſtatum alium. Si infidelem, non *Mater*, ſed nouerca fuit. *Matrem* ergo interpretemur Gratiam redemptricem, qua genita, qua nutrita Eccleſia eſt.

ENARRATIO.

HANC amare vnam delectat, huic totam affectus impendere vim. Hæc mihi vna Columba eſt pudicitia, & fide in comparem, nuſquam euariante oculo in me vnum intentam aciem figens: hæc perfecta, cui omnia ſunt collata, quæ amorem, vel extorquere poſſunt, vel allicere. Quid mihi tam de eſſe poteſt? quid vota pangere, poſtquam illam totam habeo? Multum illa Genitrici Gratiæ debet, cuius vnica filia eſt, nec aliam habituræ; totum ſiquidem in eam contulit, quo diues ipſa transferre in filiam potuit, velut omnis patrimonij ſui hæredem. Nec fuit alia cui diuidere partem aut vellet, aut poſſet. Ideo & tota in illam Genitricis gratiæ caritas fluxit, quinquid eſſet,

quod

Digitized by Google

quod alibi impenderetur: Fructus is ſanguinis mei fuit in cruce fuſi, fructus & vitæ per labores acta. Nec pœnitet, vel tanto pretio eam emiſſe mihi, erutamque ſeruitute miſerrima adoptaſſe in filiam, in Sponſam elegiſſe, atque familiæ augendæ maritalis thalami feciſſe conſortem. Parum eſt, quidquid impenſum eſt præ æſtimatione illius.

NOTATIO XXV.

SVM. COM.

VNA EST COLVMBA MEA, PERFECTA MEA.

I. *Quot verba, tot ſenſus noſtri probationes hic ſunt. Solum eſſe ſermonem de ſimplicitate, & vnitate Amoris in Eccleſiam ſui.*

QVot ſunt hoc commate vocabula, tot ſunt ſententiæ noſtræ probationes, hic de vnitate Eccleſiæ ſolum agi; & quod dictum de *Adoleſcentulis*, *Concubinis*, ac *Reginis* eſt, minimè ad Chriſtum, aut Eccleſiam pertinere, cum omnis orationis vis in eo ſit ſita, vt ſui amoris ingenuitatem, nobilitatem, vnitatem, ſimplicitatemque commendet, non diuiſi in plures, ſed vni prorſus impenſi. Eo omnia eunt. Ideo *Columbam* dicit, ideo *perfectam*, ideo *vnicam Matri*, ideo *electam genitrici*. Sed ſingula perſequenda ſunt.

II. *Sed mirum eſt, quoſdam hæc exponere de ſingulari illa natura aſſumpta à verbo.*

Nam alienus hic ſenſus eſt ab hoc loco.

Neque eorũ redditur ratio, quæ præceſſerant, cur vna contentus alias non quæſierit.

Nec deeſt huic ſenſui authoritas veterum.

Non ergo diuidẽda vna Eccleſia eſt.

Nec in illã Chriſti amor, quod monitum Pauli eſt, de viris in vxores.

Sic Chriſtus Eccleſiam diligit, quæ licet ex multis conſiſtens, amandi omnes ratio vna eſt.

Vna fidei omniũ, eadem ſpes, & caritas vna, velut vnius corporis ex multis membris, anima.

Ac primo mirari ſubit, non nullos tam alienè hæc expendentes, vt quidam ſermonem hic eſſe velint de *Chriſti* humanitate, ideſt, de ea priuatim natura humana, quæ à Verbo inſuppoſiti vnitatem aſſumpta eſt. *Vnicam eſſe Matri* Synagogæ ſcilicet, ex qua carnem, genuſque ſuſcepit. Ideo *Genitrici electam* dici, quia ex multis vna delecta eſt in Verbi diuini conſortium. Hic tam alienus ab hoc loco ſenſus eſt, vt ne confutari quidem ſit dignus. Inuenit tamen Authorem alioqui non malum Aponium, Sed hic aliquid humanum paſſum, nec vllum habiturum ſectatorem. Certum ergo ſit omnia hæc ad Eccleſiam pertinere, cuius hactenus ſunt congeſtæ laudes. Redditur autem hoc loco ratio eorum, quæ dicta fuerint; cur ſcilicet vna contentus, aliarum, quod fecere alij, nuptias non ambierit: quod ſcilicet &, amore fida, in ſe vnum omnem caritatem impendat: &, quòd omni ſui parte perfecta, omnino dignam ſe caritate *Chriſti* probarit. Referunt autem hæc ad huius amoris vnitatem, ac ſimplicitatem *Eccleſiæ*, tam etſi non omnes eadem via incedunt, plerique veterum Gregor. Nyſſenus Epiphan. lib. 3. contra her. Gregor. Papa, Philo, Beda, Primaſius in cap. 1. Apocal. Optatus Mileuit. lib. 2. & 4. contra Parmen. Cypr. epiſt. 76. ad Magnum. & lib. de vnitate Eccleſiæ. Rufinus in expoſit. Symboli Auguſt. tract. 5. in Ioan. Pacianus epiſt. 1. & qui primus omnium laudandus erat, Origenes Hom. 2. ex 4. Non ergo diuidenda in plures *Eccleſia* eſt. Facit in hunc locum, quod alias monitum à Paulo eſt: *Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quo modo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quo modo placeat vxori, & diuiſus eſt.* 1. Corinth. 7. 32. Omnis enim omnino diuiſus in plures amor, minor in ſingulis eſt; &, quidquid non totum vni datur, datur ex parte, truncatum ſcilicet: aut potius omnino non datur; quia dum datur diuiditur, quod diuiſum in partes perit. Id argumentum Pauli eſt, neque enim de eo amore loquitur, quo vir vxorem diligit propter Deum: tunc enim non vxorem, ſed Deum diligit, aut potius in vxore illum, cuius cauſa & illam. Sic & *Chriſtus Eccleſiam* dignatus amore ſuo eſt, & dum illam diligit, Fidelium omnium complexum diligit, qui tametſi multi ſunt, illius amorem non diuidunt; quia ſingulos diligendi vna atque eadem ratio vnitatis eſt, quia, quod diuiſum, ac multiplex eſt, vnum, & ſimplex eſt. Vna præteritorum fides, vna futurorum ſpes, vnus charitatis nexus, vna velut anima eſt, qua corpus Eccleſiæ multiplex animatur. Siue ergo imperfectos, ſiue proficientes, ſiue perfectionis iam delatos ad culmen ſpectes ad Eccleſiam vnam eandemque pertinent omnes, nec neceſſe eſt, vt, vbi *vnam* profitetur *Chriſtus*, & *Columbam*, & *Perfectam*, eam diuidas ipſe in plures, nam tametſi pluribus conſtet, vbi primum *vnam* audis iam plures illi vnum ſunt, nec aliud Eccleſia eſt.

Singularis illa natura a verbo aſſumpta vna colũba eſt, ex quorundam ſenſu.

Aponius.

Ad vnitatem, ac ſimplicitatem amoris Chriſti hęc referenda.

Greg. Nyſſen.
Epiphanius.
Gregor. M.
Philo Carphat.
Beda.
Primaſius.
Optatus Mileu.
Cyprian.
Rufin.
Auguſt.
Patianus.
Origenes.
1. Cor. 7. 32.

Omnis in plures diuiſus amor diuiſione perit.

Eccleſia vna, licèt ex multis mẽbris vnum, quia anima vna.

III. *Sed columbam dictam quidã volunt, quod illapſu Spiritus S. Sanctificata.*

Alij propter Spiritus vnitatem.

Eccleſia columba, quod Spiritu S. Sanctificata.

Tres PP.

Cur *Vnam* appellet, dictum eſt; cur autem *Columbam*, non omnes eodem modo definiunt. Quidam, quod in eam ſicut in Chriſtum Spiritus S. deſcenderit, & gratia ditarit ſua, & mundiciem communicarit, per lauacrum Sacri Baptiſmatis. Sic fermè tres apud Theodoretum PP. tametſi de anima pia interpretantur. *Columba autem*, inquiunt, *vt ſpiritalis atque perfecta, cum omnium affectrice ſapientia per amplum virtutum cultum coniuncta, atque in ipſa per ſingularum virtutum fructus progrediens.* Et Ambroſius

 lib.

Digitized by Google

lib. de Iſaac & anima cap. 8. qui vnam columbam eſſe ait, quod *habeat ſpiritus vnitatem, in qua ſit pax, quæ fecit vtraque vnum: & quæ non ſit compoſita ex diuerſis elementis diſcretæ, compugnantiſque naturæ.* Omnia vere, & grauiter dicuntur. Sed ad naturam illius auis eſſe reſpectum arbitror; quæ fida compari vni adhæret, vni filios parit, caſtitatis ideo coniugalis, vel Symbolum; vel exemplum. Tacite ergo rationem reddit, cur in vnam affectus ſit, quod ſcilicet in ſe vnum totum illius amorem ſciat impendi, nec vel minimam illius partem libari à quoquam. Dignam ſcilicet tantam eſſe fidem, tam ſimplicem caritatem, purumque affectum, vt in eam totus ipſe feratur, ac velut *Columbus Columbam* amet, nec alibi quærat quod diligat, quandoquidem illa in vno illo omnes amoris cauſas ſciat eſſe collocatas. Quemadmodum ergo *Columbus* poſtquam vni adhæſerit, cæteras minimè curat, non certe magis, quam ſi alienæ generis eſſent, ac minime pertinerent ad ſe; Ita Chriſtus vnitatem ſuæ caritatis commendat, ac ſimplicitatem affectus, quod poſtquam vnam ſibi copulauit Eccleſiam, quidquid aliud eſt, atque ad ſe minime pertinens non curauit omnino. Ideo Paulus cum coniugatos ad officium hortaretur, ſeque amandum mutuo *Chriſtum* exemplum proponit; & illius ſimpliciſſimumque vnumque in vnam *Eccleſiam* amorem. *Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus Eccleſiam dilexit, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſe ipſum diligit.* Epheſ. 5. 25. 26. 28. Ideo autem ſicut ſe ipſos diligere vxores præcipit, quod quemadmodum qui ſe amat non diuidit amorem in plures, eſt enim vnus ipſe nec diuidi in partes poteſt; ita cum vxorem diligit, ſimpliciter diligere debet: vnumque, & totum amorem vni impendere, non diuiſum. *Nemo enim carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam; quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius.* Vnum autem corpus eſt, tametſi membra diſtincta; neque quiſquam brachium aut crus amat; niſi quia vnius corporis partes, vndè totum corpus exſiſtit: nec alio amore amat, quam corpus ipſum. Nam cum totum corpus amat, partes in corpore, & propter corpus amat. *Propter hoc relinquet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ; & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Eph. 5. 29. & ſeq. Vides totum in eo Paulum, vt hanc Eccleſiæ vnitatem ſtatuat; & vnitatem caritatis, qua Deus eam dilexit. Ideo *Vnam Columbam vocat*, quod in vnam ardentiſſima, ſed & ſimpliciſſima caritate feratur. Nam & illa vnum amat, vnum quærit, ſimpliciſſimaque caritate fertur in vnum.

IV.

Quod autem *perfectam* vocitet, & in perfectione *vnam*, eſt & enim vnitas etiam eo referenda, alio pertinet Tres apud Theodoretum PP. explicant perfectam, *vtpote per diuinitatem vni & ſoli Deo coniunctam, & apud illum immobilem manentem.* Ambroſius autem loco ſuperius indicato *perfectam* intelligit; *Simplicem atque ſpiritalem, quæ minimè turbetur huius corporis paſſionibus, in quo foris pugnæ, intus timores ſunt.* Animam piam intellegit, quæ apicem iam perfectionis contigerit. Sed applicari verba ad *Eccleſiam* poſſunt. Qui de *Eccleſia* Romana ſola, quæ hic dicuntur, accipiunt, *Perfectam* interpretantur nouis inſtitutis Religioſorum virorum familijs ad priſtinam obſeruantiam diſciplina reuocatam. *Perfectam* autem ideo dici, quod in multis incontaminata eſſet conſcientiæ puritas, in pleriſque autem ſollicita obſeruantia diſciplinæ, vt nemo delicti vllo malo pulſaretur prudenter commiſſi, quod ſi quid tale contingeret, vt humanus omnis conatus diuturnus non eſt, ſtatim per pœnitentiam aboleretur. Sed quod de Romana dicitur *Eccleſia*, quam hoc loco agnoſcunt loco alio confutatum eſt; quod de perfectione additur, & illius forma, neceſſarium hoc loco non eſt: aut ſi neceſſarium eſt non alia ratione accipiendum eſt, quam ſi ad *Eccleſiam* ſub eo temporis articulo applicetur, quo abdicata gente hebræa, ad Gentium populos Euangelij lumen transferre moliebatur. Quod ſi *Eccleſiam* ſub recens excitatis religioſis familijs vis ad priſtinum feruorem reuocatam ideoque & perfectam, profecto multo maiore cum ratione eam nos illi appellationem indemus quæ paulo ante ex vtroque vbere Chriſti & Sancti Spiritus, quos vbera ſi dicas Patris non errabis, lac diſciplinæ Chriſtianæ non modo biberat, ſed in oſſa, & carnem verterat. Nullo enim vnquam tempore *Eccleſiæ* facies, aut pulchrior, aut ſegetior, aut gratior fuit, quam cum magnum illud opus adducendæ ad Chriſtum gentilitatis aggreſſa eſt. Latet ergo in ea compellatione ratio alia, cur in vnam ferri ſe fateatur *Chriſtus*, quod vna meritis ſuis effecerit, vt digna eſſet, & ſola tanti ſponſi amore digna. Nam vide obſecro quantæ qualeſq; virtutes in illis exigerentur qui ſe ſe ad tantum obeundum facinus parabant. Et quidem quidquid tunc mente ac conſilio agitauere, Deo conatus ſecundante, poſtea perfecere: cum, exciſſo gentilitatis imperio nouum regnum ſubdidere *Chriſto*, qui exinde gentiū rex cōſalutatus latiſſimi imperij adijt poſſeſſionem.

Vbique verè, & grauiter.

Sed reſpectum ad naturā illius auis quæ coniugalis caſtitatis ſymbolum eſt.

Columbæ ergo in eo Eccleſia ſimilis, digna amore Chriſti eſt.

Cui vt primum adhæſit, alias omnino non curat.

Ideo Paulus coniugatis Chriſti aduerſus Eccleſiā proponit exemplū.

Eaſque iubet diligi & ſe ipſos; quod ſicut qui ſe amat, amorem nō diuidit; ita & qui vxorem.

Quæ poſt coniugium vna cū viro eſt caro.

Ideo vxori potius adhærendum quā Patribus. Quod Sacramentū continet Chriſti, & Eccleſiæ.

Perfectam autem quidam explicāt, Deo perfectè vnitam.

Alij ad pacē interiorem referūt.

Alij nouis religioſorū inſtitutis renouatam.

Et in multis incontaminatā cordis puritate.

Sed id quod dicitur de Romana alias retentū eſt.

Quod de perfectione additur ei applicandum eſt, cum ſynagoga reiecta tranſire ad Gentes parabat.

Nam nullo tempore pulchrior Eccleſiæ facies viſa eſt.

Redditur ergo ratio alia cur ſola placuerit.

Cum ex eo articulo latum Gentium imperium Chriſto ſubdiderit.

Ambroſius. Eccleſia columba propter Spiritus vnitatem.

Columba caſtitatis & fidei cōiugalis exēplar.

Columbus poſtquam vni adhæſerit, alias omnino non curat.

Exemplum amoris Chriſti erga Eccleſiam propoſitum coniugalis à Paulo. *Epheſ.* 1. 25.

Qui ſe amat amorem non diuidit.

Vnitas amoris facit, vt vir vxori adhæreat pluſquam Patribus.

Perfecta dicitur Eccleſia, quia Deo perfectè vnita. Vel quia interius pace fruitur.

Maxima Romana.

Nouis Religioſis inſtitutis renouata.

Nunquam Eccleſia pulchrior, quam cum expeditionem in gentes, vel parabat, vel vrgebat.

Verbum, & Spiritus Sāctus duo patris vbera.

Quod facinus ſolius Eccleſiæ fuit, quo ſponſi mercata amorem eſt.

nem. Cum ſcilicet impletum eſt quidquid à Patre promiſſum fuerat. *Poſtula*, inquit, *à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos*. Pſal. 2. 8. 9. Id autem totum *Eccleſiæ* facinus fuit, vt, quod tam late imperaret vni deberet Chriſtus. Hæc illa merita fuere *Eccleſiæ* quibus totum *Chriſti* amorem in ſe vnam digniſſime conuertit: Nec aliud ea compellatione volens ſe *Chriſtum* arbitramur.

Pſal. 2. 8. 9.

NOTATIO XXVI.

VNA EST MATRI SVÆ, ELECTA, GENITRICI SVÆ.

I.

Quidam Eccleſiæ matrem ſynagogã interpretantur. Quod probãdum non eſt. Nam fidelis, eadem illa Eccleſia eſt. Vel ſorores inuicē ſunt. Quod voluit Paulus. Gal. 4. 28. Infidelis autem, nouerca, non mater fuit. Et quanquã primi credẽtes ex Iudæis, non ideò Eccleſia ſynagogæ filia. Eſt enim nomen matris hoc loco nõ naturæ tantum, ſed indulgentiæ.

DVplex *hic quæſtio eſt, quæ mater, quæ genitrix hæc Eccleſiæ* ſit: ea prima eſt. Et quid ſit, *vna eſt*, & *electa eſt*. Et quidem nonnulli *Eccleſiæ* matrem Synagogam eſſe voluere, à qua *Eccleſia* Chriſtiana, quia ex ea primi credentes in Apoſtolis, cæteriſque. Sic Aponius, & de recentioribus non nemo. Minus hoc probandum eſt. Nam ſi de Synagoga fideli accipiant, ea non *Eccleſiæ mater*, ſed eadem illa *Eccleſia* eſt ſecundum alium ſtatum: quemadmodum toties monitum à nobis eſt: non enim vnquam patiemur, vt *Eccleſia* dicatur multiplex, quatenus toto hoc Canticorum libro Verbi Sponſam agit. Quod ſi diſcrimen agnoſcerem, potius pateret Sororem, quam *matrem* dici. Vt Soror enim dicatur, ſunt multæ cauſæ, vno Patre genitæ Deo cum Synagoga, vno partu gratiæ edita, vno fidei lacte nutrita, vno latice doctrinæ pota: queadmodum inferius cap. 8. 8. dicitur: *Soror noſtra parua*, vt eo loco dicemus. Certe Paulus ſolam inter eas eam affinitatem agnouit, quæ inter fratres eſt, aut Sorores; non quæ inter *matrem* & filiam eſt. Galat. 4. 29. Si autem Synagogam intelligant reprobum iam datam inſenſum, reiectoque Euangelio obduratione percuſſam, & Eccleſiam perſequentem, & certe non *mater* amans indulgenſque Filiæ, qualis hoc loco deſcribitur; Sed inimica fuit; &, ſi quo nomine compellanda, nouerca peior. Nec ſatis eſt ſi contendas primos *Eccleſiæ* credentes de Synagogæ rupe exciſos, & in noui ædificij fundamenta ab ædificatore Chriſto dolatos lapides, non enim hic de ea generatione agitur, ſed de nobiliore alia, vt mox dicemus. Nam *matris* hoc loco nomen non naturæ ſolum eſt, ſed benignitatis, & indulgentiæ, eius vno verbo, quæ affectu, & caritate viſcera *matris* vel retinuerit, vel induerit.

Synagoga Eccleſiæ mater an dici poſſit, & quo ſẽſu.

Aponius.

Synagoga mater Eccleſiæ nullo verò ſenſu dic poteſt.

Cant. 8. 8.

Synagoga infidelis nouerca fuit; fidelis non mater, ſed eadem, aut certé ſoror. *Gal. 4. 29.*

Matris nomen hoc loco benignitatis ac indulgentiæ.

II.

Alij matrem volunt primitiuam ſub Apoſtolis, ex qua genita Romana ſit, vna inter multas.

Quæ dicta ſit Mater Syon ab Iſaia, & à Paulo Mater noſtra.

Sed neque id placet, nam quæ hic filia dicitur, ea primitiua Eccleſia eſt.

Nec Ieroſolymitana mater Eccleſiæ dici poteſt, etiam Romana.

Et antequam Petrus Romæ figeret ſedem, nulla Eccleſia primatu donata.

Propriè ergo mater Romanæ dici Ieroſolymitana nõ potuit.

Probabilius alij, certe ad ſpeciem ſplendidius, iuxta eam quam iniuerant viam, *Primitiuam Eccleſiam*, id eſt eam quæ genita in Apoſtolis à Chriſto eſt, *matrem* intelligunt. Romanæ ſcilicet *Eccleſiæ* genitricem, de qua hic ſermonem eſſe contendunt. Multas illam filias, id eſt, multas Eccleſias peperiſſe Antiochenam Alexandrinam, cæteras; hanc autem vnam Romanam ſibi velut Heredem ſubſtituiſſe, ac cæterarum reginam, & caput. Ideo *vnam* dici *matri ſuæ*; quia præ cæteris dilecta, atque electa, vt mox dicetur. Eam dictam ab Eſaia *Matrem Sion*, & de illa prophetarum capite 66. pene toto. De illa dictum à Paulo Gal. 4. 26. *Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.* Sed de Iſaiæ, & Pauli ſententia hic minimè agimus. Id contendimus loco hoc primitiuam *Eccleſiam*, quam appellant, id eſt Ieroſolymitanam, *matrem* hic non vocari. Nam quæ hic intelligitur filia, non alia eſt, quam primitiua illa *Eccleſia*, cum à Synagoga tranſijt ad gentilitatem: neque eadem vno eodemque reſpectu *mater* poteſt, & filia eſſe, ſe ipſa genita, ſe matre nata. Sed nec Ieroſolymitana vnquam vero vocabulo caput *Eccleſiæ* dici potuit, & iam antequam Petrus vel Antiochiæ, vel Romæ figeret ſedem: nunquam enim Petrus Epiſcopus Hieroſolymitanus fuit, qui, *Caput Eccleſiæ* totius conſtitutus à Deo, primatum illi *Eccleſiæ* reſeruabat, in qua ſtabilem ſedem collocaturus erat. Erat ergo tunc quidem vna vniuerſalis *Eccleſia*, eademque Ieroſolymitana; quia, nondum in regiones alias Euangelij luce delata, breui illo angulo clauſa, poteſtatis limites extendere cogitabat nondum extenderat nulla autem adhuc priuata *Eccleſia* erat, quæ cæterarum caput eſſet, adhuc Petrus, nulli certa affixus ſedi Chriſti gregem gubernabat. Non ergo niſi valde improprie, &, vt ſcholæ vocabulis dicam, materialiter. *Mater* Romanæ dici potuit, nec in eam hæreditatem traſferre, qua ipſa carebat, nec ſibi in caput, & reginam cæterarum ſubſtituere illam, tum ipſa non eſſet, nec dare, quod ipſa non habebat, poſſet. Hanc ergo ſententiam probare non poſſumus; nam tametſi plauſum apud nonnullos aſſequuta, ſoliditatis, ſi preſſius premas, non multum habeat. Accedit poſtremo ratio non inualida. Nam certe loco hoc *Eccleſia* dicitur

Anſelmus.

Primitiua ſub Apoſtolis Eccleſia, mater Romanæ ex quorundã ſenſu.

Eccleſia Ieroſolymitana mater Eccleſiæ dici verè non poteſt, quemadmodum nec Eccleſiæ caput.

Antequam Petrus Romam veniret, nulla priuata Eccleſia caput cæterarum fuit.

vna,

Digitized by Google

Cum illa non minus aliarum, quã Romana mater eo ſenſu eſſet.

Hæc verò vnica matris dicitur filia, id eſt vnigenita.

Et Electa Genitrici cum dicitur alio ſenſu dicitur.

Eccleſiæ mater hic ſignificatur vni para: quod in Ieroſolymitanam non quadrat.

vna, id eſt *vnica matri ſuæ*; quo ſatis ſignificatur, quæcumque tandem ſit *mater*, vnipara fuiſſe, nec plures habuiſſet filias; vt ſcilicet *vnica matri*, cum *vnica Sponſa* compararetur. Ieroſolymitana autem multas peperit *Eccleſias*, tametſi de multis vni Romanæ primatus conceſſus eſt. Quod ſi obijcias proxima verba: *Electa genitrici ſuæ*, quibus ſatis innuitur, alias habuiſſe *Sorores*, inter quas vna ad primatum eligeretur; id minime vim argumenti eludere, dico eorum enim verborum ſenſus alias eſt, & mox dicemus: nec enim ideo *Electa* dicitur, quod de multis vna ſit ſumpta, & in ſpem tantam deſtinata.

III.

Alij eam, quæ in cælis eſt matrẽ agnoſcunt.

Theodoret. Iuſtus Vrgel. Angelomus. Caſſiodor. Honorius.

Mater Eccleſiæ cœleſtis, vt quidam putant.

Sed contra ſi ordo inter vtrãque aliquis, potius quæ in terris eſt, dici poteſt mater cæleſtis.

Quę in terris eſt mater quodammodo cœleſtis eſt.

Probabilior aliorum ſenſus eſt, qui eam, quæ in cælis *Eccleſia* eſt, cum *Chriſto* iam regnans, *matrem* huius, quæ adhuc hic militat, agnoſcunt. Theodoretus, Iuſtus, Angelomus, Caſſiodorus, quos de recentioribus ſequuti quidam. Sed cur illa *mater Eccleſiæ* dicatur non ſatis intelligo: cum, ſi rem expendas, quæ in terris eſt, eius, quæ in cælo regnat, potius videatur eſſe *Mater*. Hæc enim eſt, quæ filios poſt bella triumphaturos in cælum ſummi ſit. Itaque quidquid ibi Sanctorum eſt regnans, hic prius in acie, & puluere cum hoſtibus depugnauit. Genita ergo quodam modo *Eccleſia* illa eſt, ab hac, quæ terras adhuc inhabitat; tametſi illa, ſtatum felicitatis ſtabilem aſſequuta, eo hanc vincit, quòd adhuc dubio marte pugnas ineat, ac victorias ſæpè meditetur, frequenter obtineat. Sed non ſit hæc illius *mater*, ſit certe Soror in opimam vocata hæreditatis ſpem, quam illa iam ſit conſequuta; inde Sorori ad huc luctanti, & animos acuens vocibus, & manibus palmas oſtentans, ac in portus tranquillitatem adhuc luctantem cum fluctibus, ſcopulis, ſentis, inuitans. Sed Caſſiodorus acute hanc illius filiam dictam imitatione arbitratus eſt, quia *ad exemplum cœleſtis Ieruſalem, in hac peregrinatione inſtituitur, atque ad illam beatitudinem nititur peruenire*. Sed parum id eſt, vt ideo illam *Matrem* dictam arbitreris: Non enim quiſquis alium moribus imitatur, ſtatim illius filius eſt, tametſi quodam modo dici poteſt, quemadmodum *Chriſtus* dicebat: *Vos ex Patre diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri vultis facere*. Ioan. 8. 44. Et iniqui *filij Diaboli*, id eſt, incitatores operum illius dicuntur. 1. Ioan. 3. 10 & Act. 13. 10. ſed hoc loco aliquid amplius innuitur, cum quæ mater dicitur, genitrix ſtatim dicatur.

Sed verè altera alterius ſoror eſt, neutra mater.

Verè ſoror illius minor.

Quamquam quæ in terris eſt imitatione dici filia cœleſtis poteſt.

Quodammodo filia imitatione.

Ioan. 8. 44. Ioan. 3. 10. Act. 13. 10.

Sed alio ſenſu dicta hic filia.

IV.

Sed praeſtat Eccleſiæ matrem regenerantium gratiã arbitrari.

Id & Gregorius innuit Romanus.

Et alter Nyſſenus.

Eccleſiæ mater Redemptrix, & regeneratrix gratia.

Greg. M. Philo Carphat. Gregor. Nyſſen.

Probabiliſſimum, & ad ſeriem interpretationis maximè accommodatum, quòd monitum à Magno Gregorio eſt, *Eccleſiæ Matrem* regeneratricem *Gratiam* eſſe, quod & Philoni Carpathio video placuiſſe. *Multi quippe fideles*, ait Gregorius, *cum in id ipſum intendunt, ex multis membris vnum corpus efficiunt, omneſque in vnitatis ſimplicitate, & vnitate viuentes vna columba exſiſtunt, quæ ſola perfecta, & electa genitrici ſuæ dicitur: quia extra hanc, quam dicimus Eccleſiam nemo ad perfectionem, nemo ad vitam niſi per hanc ſolam gratia fouente nutritur*. Nec abſimiliter alius Gregorius, Nyſſenum dico, qui, quanquam *Spiritum Sanctum Eccleſiæ Matrem, ac genitricem* appellat, *qui vt columba ipſam Eccleſiam etiam columbam genuit*, nihil aliud videtur intelligere, quam *gratiam*, quæ proprium Spiritus Sancti donum eſt, quo velut ſemine vtitur ad Dei filios generandos. Id dixi probabiliſſimum eſſe cæterorum: nec ab eo multum diſtat ſententia noſtra, qui arbitramur non aliam eſſe *Matrem* quam *gratiam redemptricem*, qua genita, ac nutrita Eccleſia eſt, tandemque in iuſtam Chriſti vxorem adoleuit. Is ſenſus Pauli eſt: *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea: vt illam Sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi; ſed vt ſit ſancta, & immaculata*. Epheſ. 5. 25. 26. 27. Cùm autem dicit ſe Chriſtum pro Eccleſia tradidiſſe, id dicere videtur, vnam illi *Eccleſiam* fuiſſe menti obiectam, cum traderet ſeſe Patri in holocauſtum: vt ſcilicet quidquid id erat virtutis, valoris, & efficaciæ in redemptionis operibus, vni donaret *Eccleſiæ*. Quod duplice ſenſu verum eſt; aut quia, tametſi mortuus, traditusque propter omnes homines eſt, id morte ſua agebat, vt omnes homines ad *Eccleſiam* adduceret, atque vno fidei vinculo ſociaret. Qui ergo mortuus eſt vt omnes adduceret ad *Eccleſiam*, propter ſolam *Eccleſiam* vere traditus eſſe dicitur. Hic ſenſus eſt Verborum Ioannis: *Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret, in vnum*. Ioan. 11. 12. Aut quia tametſi propter omnes mortuus eſt, quo ad vim ſanguinis ſui ad omnium exhaurienda peccata; quoad applicationem, & effectum ipſum propter ſolos illos mortuus fuiſſe vere dicitur, quos per fidem vocauit ad *Eccleſiam*. Pro ſola ergo illa vere traditus, vere mortuus dicitur, quam ſolam effectu mortis donauit ſanctificatione ſcilicet per baptiſmum, quo de fonte & fidei, & ſpei, & caritatis aquas traxit, ebibitque abunde. Id eſt quod addit Paulus: *Vt illam Sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ*. Genita ergo à *Chriſto Eccleſia* eſt, & ſola genita, per *gratiam redemptricem*, qua ſuper abundanter applicata, vitam illi nouam impertijt, id eſt diuinam cœleſtemque. *Vna* ergo *Matri ſuæ redemp-*

Nec ab hac ſenſus noſter multum abeſt qui redemptricem gratiam intelligimus.

Quem ſenſum nobis Paulus indicauit.

Epheſ. 5. 25.

Qui cum Chriſtũ ait ſe pro Eccleſia tradidiſſe, vnam ſcilicet intellexit.

Chriſtus quo ſenſu dictus ſe pro Eccleſia tradidiſſe.

Morte vim ſua id agebat, vt omnes homines ad Eccleſiam adduceret.

Et qui verè pro omnibus paſſus, quo ad applicationẽ meritorũ propter ſolos illos paſſus eſt, qui intra Eccleſiam ſunt.

Pro ſola Eccleſia traditus Chriſtus cui effectum ſoli mortis donauit.

Ideo eam Chriſtus mundaſſe dicitur lauacro aquæ in verbo vitæ

tricĩ

Digitized by Google

trici Gratiæ iure dicitur, quæ Vnicam genuit, vnicam nutriuit, vnicam ſinu fouit: tam ſcilicèt *vnicam matri* filiam, quam *vnica filia mater* erat. Pulchre Philo Carpath. *Hac fide à genitrice gratia nutritur, ſpe futuri præmij alitur, carne ſui ſponſi paſcitur, ſanguine abluitur, ſacris litteris eruditur, caritate ſagiuatum hiſque cœleſtis alimoniæ cibis alta, atque firmata, dæmonum vires expugnat, vitia fugat, virtutes inſerit carnem ſuperat, ſpiritum roborat, coronam demum æternæ felicitatis expectat*. Et id ergo ad ſententiæ ſcopum pertinet, ad vnitatem coniugij ſcilicèt *Chriſti* cum *Eccleſia*. Nam, ſi *Gratia redemptrice* vna illa velut vnigenita, & quæ vim generandi, ac pariendi totam exhauriret, eſt nata; profecto vnam, nec aliam, *Chriſtus* habuit quam ſibi coniungeret, & in legitimam *Sponſam* ſumeret. Nam quemadmodum cum audis *tradidiſſe ſe Chriſtum pro Eccleſia*, totum ſe tradidiſſe intelligis, vt nihil ſupereſſet aliud, quod alij daret: ita, cum *Vnam eſſe matri ſuæ* audis, intelligere debes, ita huius matrem eſſe, vt alterius nec ſit, nec eſſe poſſit amplius mater. Hanc ergo, in quam totum contulit, quod conferre potuit, vt vnam filiam habet, ita vnam complectitur, vnam fouet, in vnam indulgenter fertur, quin in aliam partem amoris ſui deriuet.

Vnica ergo matri ſua eſt Gratia, qua vnicam genuit.

Philo Carphat. Eccleſia vnica filia matris gratię redemptricis quæ vnicam genuit.

VnicaChriſto qua vnicam adamauit.

V.

Quidam aliam matrem, aliam genitricem faciũt. Sed eadem, quæ genitrix, mater eſt.

Quæ prius Eccleſiam vtero concepit, poſterius peperit.

Sequitur: *electa genitrici ſuæ*. Miror non defuiſſe qui aliam *matrem*, aliam *genitricem* interpretaretur. Is eſt Honorius Auguſtod. bonus pro ætate ſua author, qui cum *matrem* fuiſſet interpretatus *cœleſtem Ieroſolymam*, *genitricem gratiam* facit, *quæ de mundo eam elegit, & ſupernis ciuibus ſociauit*. Sed non alia *Genetrix* à *Matre* eſt, niſi quod diuerſa notat miniſteria, & eiuſdem officia, *Genetrix* enim eſt, cum ſemine ſuſcepto foetum concipit; *Mater* cum poſt menſes parit; vtrumque autem redemptionis gratia *Eccleſiæ* præſtitit; prius, dum *Chriſtus* adhuc viuens ſenſim Eccleſiam formaret ſuam, velut in vtero gratiæ: poſterius, cum confirmato per mortem foetu, noua in ſpiritus gratiam excitante, noua proles videri cœpit, & nomine *Eccleſiæ* inſigniri. Sit ergo & iam *Gratia Eccleſiæ Genitrix*. *Electa* cur dicatur non omnes eodem explicant modo. Quidam hinc inferunt multitudinem: nunquam vnum eligitur, niſi aliud abijciatur. Sic dictum à Paulo eſt. *Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali (vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori*. Rom. 9. 11. 12. 13. Sed obſeruare debuiſſent, quod alibi a nobis oſtenſum eſt, *electum* vſu ſcripturæ ſæpè non eum dici, qui de multis vnus ſumptus ſit, ſed ſimpliciter perfectiſſimum; quique eligi ſit dignus, ſi plures eſſent. Sic inferius dicitur *Eccleſia*: *Pulchra, vt Luna, electa, vt Sol*, Cap. hoc ver. 9 & tamen ſol eligi de multis minime potuit. *Electam ergo genitrici ſuæ* intelligemus vnicam, eandemque talem, quæ tametſi ſorores alias habere poſſet, eligi ex omnibus digna eſſet. Nunc cum vnica ſit, quidquid commendabile in ſe ſit, vnam habere; vt nihil, quod deſiderare poſſit, ei deſit; nihil adijcere, quod laudem mereatur. Vocabulum enim Hebræum pro, *electa*, *mundam, puram, immaculatam* ſignificat. Id quid ſit intelliges, & quantum *Eccleſiæ* bonum, ſi verba expendas Pauli, ſuperius indicata: *Vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi; ſed vt ſit ſancta, & immaculata* Ephes. 5. 26. Atque hoc ſenſu dictum exiſtimamus: *Vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ*. Quæ tamen ita probamus vt aliorum ſenſus minime improbemus.

Honorius. Electa matri ſuę cur dicatur Eccleſia. an quia ſorores alias habuit, quibus prę ferretur.

Graria redemptrix vnigena, & vnipara.

Electa autẽ, quia dicitur, quidam multi param cogitarunt.

Sed electum vſu S. S. perfectiſſimũ intelligitur, quò dignum ſit eligi, ſi alij ſint.

Rom. 60. 11. 12. 13.

Comment. Dram. Cap. 5. Not. 49. Electus vſu S. S. qui perfectiſſimus in ſe ſit, mũdus purus immaculatus.

Nam electa vt ſol dicitur Eccleſia, cũ ſol tamen vnus ſit.

Cant. 6. 9.

Itaq. electam intelliges perfectiſſimam, qualẽ Paulus deſcripſit.

EX VERSV VIII.

VIDERVNT EAM FILIÆ, ET BEATISSIMAM PRÆDICAVERVNT: REGINAE, ET CONCVBINAE, ET LAVDAVERVNT EAM.

COMMENTARIVS.

HOC *Summum Eccleſiæ Chriſtianæ Encomium, Eius Sanctitatem* etiam ab illis vel approbatam, vel approbari dignam, qui alia ſacra colerent. Ea ſcilicet veræ virtutis eſt merces, vt ſol mirabiles omnem in partem ſplendores emittat, quibus vel eorum oculi, qui iurati illius ſunt hoſtes, percellantur. Id eſt quod dicebat Chriſtus: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona*. Matth. 5. 16. quod tametſi

omni

omni ætati tribui *Eccleſiæ* encomium poſſit, ſaltem perfectorum ratione, nulla tamen veriùs, quam prioribus illis ſæculis; cum vocatæ ad illam gentes ex Euangelij præſcripto vitam inſtituere, magna nationum cæterarum admiratione. Quo certe factum eſt, vt multi ex infidelitate vocarentur ad fidem, non modo doctrina, ac prædicatione Apoſtolorum, ſed fidelium vita exemplo permoti; ſatis ſibi perſuadentes, fieri minime poſſe, quin ea religio vera eſſet, quæ tales cultores haberet.

ENARRATIO.

MEum quidem, tametſi verum, ſuſpectum de mea Eccleſia teſtimonium videri poteſt, & velut amicum, domeſticumque traduci, aduocanda ergo extranea præſidia ſunt, & non alienorum modo, ſed æmulorum teſtimonijs agendum eſt. Videant eam aliæ gentes, quocunque cenſeantur nomine, quæcunque ſacra colant, ac per otium contemplentur: nullus erit qui pro ea non iudicet. Illam ergo multis cauſis beatiſſimam prædicabunt. Tanta operum perfectio, tanta agendi omnis rationis ſublimitas, tanta morum integritas, & ad rationis rectè normam actionum conformitas, vt laudare cogantur, quod non probare, non poſſunt. Quid ſi interiora illi videre poſſunt, quæ in intimo animorum latentia hominum ſeſe obtutui negant? Quid ſi excellentiam virtutum illam, vnde in exteriora opera manat precium? Creſcunt certe laudationum cauſæ nec vllus eſſet, qui continere orationem poſſet, properantibus animis ſenſum ſuum foras proferre, & officium linguæ præuenire.

NOTATIO XXVII.

SVM.COM.

VIDERVNT EAM FILIÆ, ET BEATISSIMAM PRÆDICAVERVNT.

I.

Validum contra noſtram ſententiã ex his verbis argumentum. Hinc enim videtur omninò fieri Cõcubinas et Reginas ad ſenſum myſticum pertinere. Quanquam plerique hæc inexplicata præteriere.

Argumentũ aduerſus noſtrum ſẽſum validum.

ADuerſus Id, *Quod Superius Adſtruximus Neque Adoleſcentulas*, neque *Concubinas*, aut *Reginas* myſtico ſignificatu ad *Chriſtum* pertinere, neque iniri vnius Principis vxoris, cum alijs minus principibus eiuſdem Principis comparationem; Sed ſolam vnitatem, ac ſimplicitatem coniugij cum vna prædicari, validum ſumi hoc ex loco argumentum poteſt. Nam certe hic *Filiæ Concubinæ*, atque *Reginæ* ſeu beatam prædicare ſeu laudare vnam dicuntur. Quod ſi id ad arcanam ſententiam transferas, vt transferre certe debes, opus iam erit, vt myſtico ſignificatu aliquid *Filiæ* ſint, aliquid *Concubinæ*, atque *Reginæ*. Sed plerique tamen veterum Interpretum hanc commatis huius partem præteriere, arbitrati fortaſſis nihil in verbis eſſe, quod interpretis officium exigeret. Sequuti præeuntes recentiores ſunt, ſi vnum aut alium demas.

II.

Quidam Filias Patriarchas, Concubinas Reginaſque Apoſtolos interpretantur.

Quibus datũ non iam à longè ſalutare Eccleſiã, ſed coram admirari.

Vera doctrina. ſed huic loco minimè apta. Cum omnes illi ad Eccleſiam ſpectarent.

Philo Carpathiorum Eiſcopus *Filias* interpretatur Patriarcharum, ac Prophetarum animas, *qui longius hanc futuram Sponſam in Sponſo naſcituro aliquando proſpexere: Sed hanc ipſam Apoſtoli*, inquit, *cœleſti Sponſo ſua prædicatione ſociarent.* Vera ſententia, nam & de illis dictum à Chriſto, de Prophetis dico, & Patriarchis: *Multi Prophetæ, & iuſti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.* Matth, 13. 17. Et loco alio. *Abraham exſultauit; vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.* Ioan. 8. 16. Et Petrus iam doctus myſteria Chriſti: *De qua ſalute exquiſierunt, & ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophitauerunt, quibus reuelatum eſt, quia non ſibimet ipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quæ nunc nunciata ſunt vobis per eos.* 1. Petr. 1. 10. 11. 12. Eo ergo refert, quod dicitur: *Beatiſſimam Prædicauerunt.* Omnes enim à longe ſalutantes *Eccleſiam Chriſtianam* eam laudibus extulerunt. Veram dixi ſententiam, quia totum id verum eſt, & vere dicitur; ſed vereor vt aptè ad hunc locum. Omnes enim illi ad Eccleſiam ſpectauere, & ea nihil aliud vnquam fuit, quam fidelium

Philo Carpath. Filiæ, Prophetarum animæ. Reginæ & Concubinæ Apoſtoli.

Matth. 13. 17.

Ioan. 8. 16.
1. *Petr.* 1. 10. 11. 12.

ipſa

Quidam triplice ordine fœminarũ ſynagogam accipiunt, fidelem ſcilicet.

Sed rationem rei minimè reddunt.

III.

Alij priuatas Eccleſias interpretãtur, quæ Romanæ primatum agnoſcant.

Aut eius, quæ in cælis eſt laudes prædicant.

Id extra Cantici vagatur metas; Illud alienum ab hoc loco.

IV.

Sed diximus Dram Com validum hic argumentum eſſe ad formam ſponſæ prædicandam.

Eſt enim amantis ſemper ſuſpectum iudicium.

Cuius vnus eſt, et linguæ, & mentis motus.

Sed ſæpè qui ſecurè amat, aliorum ambit ſuffragiũ.

Etiam inimicorũ, Quem amantium morem expreſſit hic Salomon.

IdeoChriſtum inducit iudicium de ſpecie Eccleſiæ alienis permittentem.

V.

Sunt autem alienæ à Chriſto religiones omnes ꝓphanæ.

Quibus id commune. & Chriſtianæ diſciplinæ mirentur perfectionem.

Filiæ ergo, concubinæ atque Reginæ pro æmulis poſitæ.

Quarum alienæ formæ approbatio ſine ſuſpicione eſt. Ita Eccleſiæ laudes ab alienis profectas teſtimoniũ eſſe illius ſanctitatis.

Quam id verè dictum de Eccleſia cõuentioni gẽtium accingunt ſe.

Gentilitatis ipſa conuerſio probat, & ſapientium hominum multitudo qui colla Chriſto ſubdidere, vel doctrina permoti, vel exemplo.

VI.

ipſa collectio, cuius potiſſima membra Prophetæ, ac Patriarchæ, vt neceſſe ſit ab ſe ipſam beatam prædicari *Eccleſiam*. Ideo fortaſſe quidam de recentioribus maluit *Filias, Concubinas, Reginaſque* Synagogam intelligere, fidelem ſcilicet. Sed cur cum vnica Synagoga ſit, multis & quidem ſub triplici ordine deſignatur, ipſe non dicit, quemadmodum nec Philo, cur Patriarchæ atque Prophetæ *Filiæ* dicantur: cur etiam Apoſtoli, *Concubinæ*, atque *Reginæ*, cum & illi ad Principem illam vnam, ſingularemque vxorem omnia pertineant nec vlla ſit cauſa, cur in ſecundis cenſeantur. Inuoluta hæc eſſe vides, ſatiſque perplexa.

Minus aliena, tametſi aliena & ipſa, quæ Philo idem indicauit, & probauere de recentioribus quidam. *Filias, Concubinas, & Reginas* eſſe priuatas Eccleſias, ſuis diſtinctas ordinibus, nec omnes eiuſdẽ nobilitatis, quæ primatũ Romanæ agnoſcant, pleræq; & mirentur pulchritudinẽ, dilaudentq; ſanctitatẽ. Id tamen Philo ad cæleſtẽ refert, iam triumphantem cum *Chriſto*, quã *Eccleſia* adhuc fluctibus vitæ huius iactatã à longe ſalutent, & laudibus tollant. Sed id extra cantici metas vagatur, vt ſæpè eſt monitũ: quæ .n. in eo deſcribitur *Spõſa* militans eſt, non triumphans. Illud de Romanæ prærogatiuis ad hunc locum minimè pertinere, monſtratum ſuperius eſt.

Sed ſi meminerit lector, quæ ad hunc locum Commentario Dramatico diximus, fortaſſis haud difficile erit in probabilem ſenſum hæc interpretari. Nam contineri his verbis validum argumentum, diximus, ad *Sponſæ* ſpeciem commendandam: cuius tantæ ſcilicet vis ſit, vt vel ab æmulis, ac riualibus confeſſionem principatus extorquere poſſit. Et eſt quidem omnis amantis ſuſpectum teſtimonium, quiſquis enim amat, id, quod amat, optimum putat: nec eſt, qui, quod tale non iudicat, affectu proſequatur. Vno ergo eodemque motu, & mens agitur, & lingua; & quidquid interius placet, id vetiat animus, id lingua loquitur; vt nec illum faſtidia eiuſdem toties agitatæ rei pulienr, nec linguam ſubeat fatigatio, ſi etiam continuo eadem verba vel ſuis, vel alienis auribus inſinuet. Sed interea qui ſecurè amat, dum iudicium ſenſumque ſuum probari etiam alijs vult, nec de falſitate, aut errore notari, prouocat ad iudices alios, tam ſui ſæpè confiſus, vt ne inimicorum quidem, aut eorum, quos ſibi parum eſſe æquos non ignorat, iudicium defugiat. Hunc hoc loco amantium morem, de quo alias nonnulla diximus, imitatus Salomon eſt, haud veritus in tam bona cauſa iudicij ſeueriſſimi ſenſum. Id certè maximè ad *Eccleſiæ Chriſtianæ* laudes pertinebat, ſi voce *Chriſti Sponſi*, aut *mariti* potius, probaretur, cuius, tametſi coniunctiſſimi, iudicium falli non poterat, qui errare in cognitione *Eccleſiæ*, illiuſque meritorum nequibat prorſus. Iudicium ergo totum alienis ſamio & æmulis, riualibuſque *Eccleſiæ* permittit, certus nec poſſe eas aliter exiſtimare, quam res exigeret; & earum ſenſum magni momenti futurum ad prædicationem Eccleſiæ, vtpote de æmulatione atque inuidia ſuſpectarum.

Cæterum quæ hæ ſint alienæ à *Chriſto Eccleſiæque* æmulæ, facile eſt intelligere, ſi alienas ab *Eccleſia* religiones, ſiue colendi Dei rationes examines: omnibus enim id commune eſt, vt Chriſtianorum morum mirentur, tollantque perfectionem; qui quidem ad omnem, quod dicitur, lucem inſpecto, & videri ſe ſinunt, & vel non probantibus *Chriſtum*, placent, *Filiæ*, ergo, *reginæ*, & *concubinæ*, pro alienis, æmuliſque ſunt poſitæ; apud nullas enim inuidentia & æmulatio magis regnat, quam apud eas, quæ cum ſe eiuſdem thalami regij, vel conſortes, vel candidatas ſciant, vnam aliquam reuereri cogantur, velut forma, ac meritis principem. Itaque tota in eo ſimilitudo eſt, quòd, quemadmodum magnum argumentum eſſet ad vnius ſpeciem commendandam, ſi vel ab æmulis, & riualibus teſtimonium haberet excellentiæ, & vel ab inuitis extorqueret; ita ad myſticam *Eccleſiæ* pulchritudinem commendandam nullum maius argumentum inueniri poſſit, quam ſi ab ijs, qui ſuperſtitionibus alijs dediti, encomia extorqueat. Neque aliud ad loci exodationem quærendum eſſe putamus. Quam autem verè id de primitiua illa *Eccleſia* dum ſe accingeret ad Gentilitatem aduocandam, adducendamque ad *Chriſtum*, vel dum grandi inſtaret facinori, vique boni exempli, atque excellentis doctrinæ, velut bicipiti gladio, Idololatriam iugularet, dictum fuerit; intelliget, quiſquis expeditionis tantæ euentum feliciſſimum conſideret, cum peragrato orbe, disiectis profanis aris, Sacris exauthoratis, multitudinem vanorum Deorum de orbe expulſa, *Chriſtique* cruce velut ſigno in nationibus ſublato, egit de veteri hoſte nobiliſſimum triumphum. Neque enim tot hominum millia, etiam fama prudentiæ, ac doctrinæ clarorum, Sanguine illuſtrium poteſtate ſuperborum, adduci ad *Chriſtum* potuiſſent, niſi, quod videbant, audiebantque, probaſſent; & quæ præcepta inſtillabantur ijs meliora faterentur, quibus hactenus ipſi aſſueuiſſent.

Id eſt, *Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt*. Nam quemadmodum ſuo

Kkkk loco

Legion. Filiæ, Concubinæ, Reginæ, Synagoga Fidelis.

Philo Carp. Filiæ Concubinæ, & Reginæ, priuatæ Eccleſię. Quæ cœleſtem laudibus tollũt.

Comment. Dram. Cap. 6. Not. 14

Quiſquis amat, quod amat, optimum putat.

Qui ſecure amat ſæpè vel æmulorum ſuffragium quærit, nec iudicium timet.

Chriſtus iudiciũ alienorum à fide non defugit.

Alienæ à Chriſtiana religiones ei ſuffragium ferunt.

Filiæ, Concubinæ, Reginæ, pro æmulis poſitæ.

Nulla magis æmula inter ſe, quam eiuſdem thori conſortes.

Gentilitas conuerſa magnum Eccleſię ſanctitatis teſtimoniũ

Digitized by Google

Vi'erunt, autem cum dicitur, indicatur nõ cæco impetu tractas gentes.

Sed omnibus examinatis, ac prudẽter ac ſerio probatis.

Sic eã examinaſſe ſunt, probauiſſe, et prædicaſſe qui illis tãtis bonis fruerentur.

Nec de alia hac beatitudine intelligi neceſſe eſt.

Ex quibus argumento initio poſito reſponſum eſt.

Drummat. Comment. cap. 6. Not. 14.

Videndi hoc loco vocabulum viſionem attentam ſeriamque ſignificat.

Gentes ad Euangelium non cœco impetu cucurrere, ſed cum ſerio omnia examinaſſent, probauere.

Haxar. Auguſt.

loco obſeruatum eſt, *Videndi* hoc loco vocabulum, ſi originale conſulas, non quamcumque inſpectionem dicit, ſed attentam, curioſam, diligentem, ac cum exquiſito ſtudio coniunctam, qualis eorum eſſe ſolet, qui rem vident, non vt inſpiciant ſolum, ſed vt examinent, atque examinatam vel probent, vel omninò improbent. Indicatur autem gentes ad Euangelium adductas, non vt ouium greges, qui vno ſæpè ductore præcedente ſequuntur, nulla repugnante; ſed vt homines prudentes ſolent, qui ſola ſe ratione, ac veritate perſuaderi ſinunt. Examinauere ergo per otium, quæ dicerentur, quàm rationi conſona, quàm ſibi conſentientia, quam digna authore Deo; quàm eorum moribus confirmata, qui Doctores eſſent: & quod caput eſt, quàm fortia, quàm potentia ad permouendum corda, & animos permutandos. Cum ergo vidiſſent hac ratione, probauerunt, ac beatos illos prædicauerunt, qui iam illis bonis tot, & tantis fruerentur. Qui ſenſus, & aptiſſimè in hunc locum quadrat, & cum ſuperioribus nectitur. Nec neceſſe eſt id de beatitudine alia interpretari, quod Honorius facit, cuius poſui pauca verba: *Beata erat Eccleſia, quæ de Idololatria ad fidem Chriſti vocata: beatior, quando varijs donis Spiritus Sancti eſt ditata; beatiſſima erit, quando in ſumma beatitudine Angelis aſſociata Deum videbit:* Satis eſt, ſi eam *Beatam* prædicent, quæ tanta hic felicitate donata eſſet, quæ & Dei tanta cognitione, tanta aucta fauore eſſet, & vna inter omnes religiones eſſet, in qua & ſalutis certa ſpes, & vera Dei notitia inueniretur. Quibus argumentum initio Notationis huius poſitum ſubneruatum omnino eſt.

VERSVS IX.

QVÆ EST ISTA, QVÆ PROGREDITVR QVASI AVRORA CONSVRGENS, PVLCHRA VT LVNA, ELECTA VT SOL, TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA?

COMMENTARIVS.

CHori *Puellarum hæc ſunt verba, ideſt, Angelorum Eccleſiæ* ſpeciem commendantium: Continent autem cultiſſimam gradationem, ac ſplendidiſſimis tractatam tropis: Quin ſi aduertas, ſenſim oratio ſurgit, & à vulgaribus, communibuſque ad ſingularia, & nobilia progreditur: Deſcribitur autem triplex *Eccleſiæ* ſtatus, auctæ per ſingulos, ac magis magiſque illuſtris, vt ab vno ad alium tranſit. *Pulchram* autem ſub omni fuiſſe ætate, ex his, quæ ſuperius toto fere cantico obſeruata ſunt, ſatis conſtat: ſed ſenſim etiam adoleuit, & quemadmodum ætate, ita etiam ſanctitate, ac doctrina, quæ myſticam complent pulchritudinem, aucta eſt. *Auroræ* ſimilis in pueritia, id eſt, in naturæ lege fuit; dubia enim adhuc luce *Aurora* lucet, nec in totum diſpulſis tenebris faciem monſtrat, quaſi adhuc pudeat apparere. Sic ſub ſtatu naturæ *Eccleſia* & modica luce fulſit: & ſub obſcuriore lumine arcana diuina vidit, nec plane vidit, quia potius illi oſtenſa fuiſſe videntur, quam data ſpectanda: Succeſſit naturæ lex, *Eccleſia* autem ætate robuſtior, Verboque per ſponſalia ſacra coniunctior, *Lunæ* potuit comparari, ſed pleno orbe fulgenti medijs tenebris infidelitatis. Tunc enim aucto ſenſim fidei lumine ſplendidior apparuit, & orbe ſuo pleniſſima, tametſi nondum in totum vmbra ignorationis ablata. Tunc aſtra fulſere Prophetarum, quibus amplior communicata myſteriorum lux. Noctem tandem dies plenus excepit, & *Eccleſia* viro iam matura in conſortium thalami aſſumpta a verbo, atque in intima ſecretorum admiſſa, lumine perfuſa multo, *Solem* imitata eſt: atque Euangelij radijs totum per orbem diffuſis pleniſſimum diem inuenit, rebus omnibus ad perfectum

ſectum

Digitized by Google

fectum adductis. Tunc admiranda hoſtibus, aciei ordinatæ caſtrorum merito comparata eſt.

ENARRATIO.

QVale nobis Spectaculum Vnius exhibet Eccleſiæ ſpecies! Quæ autem orationis forma, quis qualiſque de ea noſter ſit ſenſus, poſſumus promere? nam quidquid infra cælum eſt, meritis illius minus eſt. Quærere ergo in cælo cogimur, quod terra non habet, & aſcendentem ab imis ad ſumma, per ſumma atque ſublimia commendare. In ea autem, quanquam ſumma ſunt omnia, nihil mirandum magis, quam vno gradu non hærere, ſed ſemper ad altiora conari; ſiuè ergo eam ſub naturæ lege puellam conſideres, ſiue iuuenem, ſponſamque ſub ſcripta, ſiue demum matronam, coniugatamque ſub gratia, omnia ſumma erunt: quæque ſingula laudes extorqueant: tametſi cum grandi diſcrimine. Vidimus exorientem velut matris ex aluo ex naturæ ſinu, cum fide imbuta Dei dubio adhuc, ſed læto fulgeret lumine per arcanorum Dei notitiam, & Auroræ ſimilem prædicauimus, cum poſt noctis tenebras diei lucem magis promittit, quam explicat. Vidimus maiore ſub lege lumine auctam: & quemadmodum ætate ad iuuentutem accedentem, & ad Deum per ſponſalia legis; ſic etiam pleniore fidei ac cognitionis lumine, quanquam infidelitatis circumfuſam nocte, ſplendentem. Sic ſcilicèt Luna pleno fulget orbe, noctiſque laceſſit tenebras, & ex comparatione proxima infelicitatis pulchrior apparet. Rara tunc, ſed ſplendida apparuere Prophetarum Sydera, ne ſcilicèt reginæ cæli deeſſet & regnum. Succeſſit maturior ætas, atque apta coniugio, & adueniente Chriſto Sacra nuptiarum celebrata ſunt: quæque hactenus Sponſa, iam Marita, non in thalami ſolum conſortium ad myſticam procreandam prolem, ſed ad ſecretorum omnium communionem admiſſa eſt. Tunc pleniſſimus ac latiſſimus ſcientiæ dies orbi apparuit, quæque hactenus luctata cum tenebris infidelitatis, nocte diſiecta ſola regnauit: Solem cogita, qui vnus luminis & fons, & pater, cum, medio cælo fulgens, diſiectis tenebris, nubibuſque, latiſſimus ſplendet, nec luminis auarus, nec patiens in illuminandi munere ſocium. Solis nomen omen victoriæ eſt, quo ſcilicèt ſpargente comam inimicæ fugiunt tenebræ, velut ſagittis haſtiſque luminis fixæ. Sic Eccleſiam contemplamur inuectam fidei lumine, in acies idololatriæ victorias accumulantem, ac triumphis triumphos addentem; donec toto orbe euexerit clara Chriſti trophæa, lætumque gentium imperium ſubdiderit ſponſo.

NOTATIO XXVIII.

SVM. COM.

QVAE EST ISTA QVAE PROGREDITVR.

I. *Mimeſim hic quidam agnoſcunt, et verba eſſe Reginarum, volunt. Id probabile eſt. Sed præſtat chorum puellarum, id eſt, angelorum agnoſcere.*

CVius *Hæc Verba Sint, Quantum Attinet Ad Dramatis Senſum* ſuo loco diſquiſitum eſt. Quidam hæc per mimeſim dicta arbitrantur, ac cum ſuperiore commate vectenda. *Regina, & Concubinæ laudauerũt* eam, dicentes: *Quæ eſt iſta*: Probabile id arbitrati ſumus loco alio. Quod ſi *Reginas, Concubinaſque* Gentes à fide alienas interpretari placeat, quod proxima notatione voluimus, laudes hæc earum continebunt, quibus *Eccleſiam ſuſtulerunt eam*, ſed præſtat hic chorum puellarũ agnoſcere, quæ in laudibus tollenda *Sponſa Sponſo* ſuppetias ferant: Senſu ergo myſtico Angelorũ agnoſcemus voces, quæ Eccleſiæ encomia contineant merita.

Gentium à fide, alienarum voces laudantium Eccleſiam. Drammat. Comment. cap. 6. ver. 9.

II. *De ſenſu quæſtio maior.*

Sed ſtatim oritur quæſtio, cui *Eccleſiæ* ſtatui hæc applicanda ſint, an vni ſcilicet determinato, an pluribus diuerſiſque. An contra de vna, eademque accipienda ſecundum varios non ſtatus, ſed ordines. Nam quod Bernardus ſerm. 60. ex paruis ad

Voces Angelorum in Eccleſiæ encomium.

Digitized by Google

Nam qui ad virtutes referunt Auroram ad humilitatem, ad caſtitatem Lunam. Solem ad caritatem litteram deſeruiunt.

Qui ad ſtatus animæ recens conuerſe, proficientis, ac perfectæ tropologia ſequuti ſunt.

Qui de Chriſto poſt baptiſmum miracula patrantem poſt mortem rediuiuum audiendi non ſunt.

Bernardus. Virtutes varias Aurorem, Luná, Solem eſſe.

Philo Carphat. Gregorius Mag. Animæ proficiétis varios gradus.

Hieronym. Ambroſius. Auguſtinus. Aponius. Chriſti vitæ progreſſus ad reſurrectioné vſque.

virtutes determinatas refert, *auroram* ad humilitatem, ad caſtitatem *lunam*, ad caritatem *ſolem*, litterale minimè, eſt ſed omnino accommodatitium. Contrà qui de fideli anima à conuerſione ad caritatis conſummationem properante intelligunt; quod & M. Gregorio, & Philoni Carparchio video placuiſſe, vt recens ad Deum conuerſa *Auroræ* proficiens *lunæ*, perfectionem aſſequuta caritatis comparetur *Soli*, non etiam ad literam, ſed ad tropilogiam pertinet, de quo ſuo loco, tametſi aliter alij explicant. Vide Hieronymum Epiſt. 22. ad Euſtochium: Ambroſium orat. in obitum Valent. Auguſtinum lib. Medit. Cap. 22. Nec meliore loco cenſenda Aponij interpretatio, de *Chriſti* humanitate, quæ poſt ignorantiæ tenebras, vt *auroræ* proceſſit ad Baptiſmum; vt *luna* progreſſa eſt per miracula: vt *ſol* poſt reſurrectionem toto lumine reſplenduit gloriæ. Hic enim non humanitatem *Chriſti*, ſed *Eccleſiam* ſub typo latere alias monuimus.

III.

QuiEccleſiam hic aurora ac Luna, in cœlo ſoli ſimilē dicunt. Cantici ſenſum vltra metas trahunt.

Quin modus loquendi innuit, hic de rebus præteritis non de futuris ſermonem eſſe.

Et alioqui ordinē rerum perturbant quod non expedit.

Theodoretus. Eccleſia in hac vita Auroræ, ac Lunæ ſimilis; in alia, Soli.

Quidquid Cantico toto continetur ad hãc pertinentiam.

Theodoretus, ſi mentem illius cupio, *Auroræ*, ac *Lunæ* comparari *Eccleſiam* in hac vita affirmat, *Soli* in alia ventura. Vitam noctem eſſe hanc quam viuimus, in hac nocte *Eccleſiam* velut *Lunam* eſſe plenam, *quæ iter facientibus lumen præbet, & rectam oſtendit viam*. Eſſe etiam vt *Auroram*: Nam tempus, quod Domini aduentum eſt ſubſequutum, fuit veluti quædam *Aurora*, quæ tranquillitatem futuram, quaſi diei præſentiam ſignificabat. Cum autem dies illa magna Domini venerit, tunc non iam, vt lunam futuram, ſed vt ſolem admirationem allaturam, non ſolum hominibus, ſed & Angelis. Sed dixi, quidquid Cantico toto de *Eccleſia* dicitur, ad ſtatum militantis pertinere, non ad futurum in cœlo; is enim alterius ſcripturæ parte deſcribitur. Adde, modum orationis ipſum indicare, hic de tranſactis rebus mentionem eſſe, non de futuris. Demum hic author ordinem videtur perturbare rerum, cum prius *Eccleſiam*, vt *Lunam* ſub nocte fulgere *dicat*; mox adueniente *Chriſto auroram* eſſe, poſtremo in cœlo *Solem* ſplendore æmulaturam: cum hic tamen prius *aurora*, mox *Lunæ*, *Soli* demum comparetur. Qui ordo in arcana ſententia peruertendus minimè eſt.

IV.

Probabilius qui hæc ad diuerſum modum Eccleſiæ tradendi doctrinā pro captu cuiuſq; retulere.

Quanquam in hūc locum minus appoſita.

Nec aptè ad rerū ſeriem.

Quemadmodum, & quod alij voluere, Aurorā eſſe enim perfectis. Lunam in proficientibus, in perfectis ſolem.

Tres PP. Eccleſiæ in tradenda doctrina modus ſe ſe ad captū cuiuſque accommodātis.

Gregor. M. Eccleſia in incipientibus aurora, Luna in proficientibus, Sol in perfectis.

Alia iuere via tres apud Theodor. PP. Eandem indiuiſam *Eccleſiam*, lumine quidē ſcientiæ pleniſſimam, doctrinam ſuam pro audientium captu diſpenſare. Alijs *auroram* eſſe, nondum plenam lucem dici explicantem; ſed ita temperantem, ne fulgore toto infirma adhuc imperfectorum lumina percellantur, quoad ſenſim condocefacta ipſa aſpiciendi aſſuetudine plenum diem patiantur. Alijs, qui cum veritatis prædicationi crediderint, & maliciæ tamen operibus nondum purgati ſunt. *Lunam* eſſe, luminis tantū præbentem, quantum ad ignorāntiæ noctem pellendam neceſſarium eſſe videtur. Cum perfectis autem, totius iam luminis capacibus, *Solem* eſſe, totam lucem explicantem, nihilque iam doctrinæ reconditioris eis inuidentem. Prudenter id dictum, ac ſubtiliter obſeruatum; Sed minus aptè in hunc locum, ſi ſeriem rerum expendas, & interpretationis conſequentiæ inſiſtas. Nam ſi ita interpretere, nulla hæc apta ratione necti cum ſuperioribus videntur poſſe, aut ægre poſſe. Quo eodem cenſu Gregorij M. ſenſus numerandus eſt, qui parum à præterito differt, *Auroram* eſſe incipientium ratione, *Lunam* proficientium, *Solem* perfectorum. Sed haud opus eſt, quod ratione ſui *Eccleſia* conuenit, aliunde ex ſuis membris mutuari.

V.

Pertinēt ergo hæc ad Eccleſiā a paruis initijs ad perfectionem properantem.

Ideo quidam volunt Aurorā fuiſſe vſque ad Conſtātini tempora.

Tunc enim Eccleſia Chriſtiana initijs martyrum ſāguine rubra, vt aurora ſolet.

Sequutis temporibus fuiſſe Lunam hæreſeon tenebras diſpellentem.

Quæ otiantibus à perſecutione aruis velut herbæ noxiæ pullulauerunt.

Poſtremò Solem, cum hæreſum profligata morte plena emicuit luc.

Eccleſiæ Chriſtianæ progreſſus. Aurora ad Conſtantini tēpora.

Poſt Conſtantinum Luna eorum hæreſumque diſpellens noctem.

Sed progreſſus ipſum nomen ſatis oſtendit, hæc ad Eccleſiam pertinere, quæ à paruis initijs ad perfectionis complementum properantem, quoad tam grandis effecta eſt, vt ſtupori fuerit, non hominibus modo, ſed & Angelis. Hæc autem *Eccleſiæ* augmenta duplice explicari ratione poſſunt; aut de Chriſtiana, nullo reſpectu ad ſtatus præteritos, naturæ, & legis: qua ratione doctus de recentioribus author nec inſcite interpretatur. *Auroram* fuiſſe *Eccleſiam* Chriſtianam à ſui initio ad Conſtantini ætatem, dum crepera luce in hominum ſplenderet oculis, nondum clarum (diſcuſſis perſecutionum tenebris) diem aſſequuta; luctabatur ergo adhuc cum Idololatriæ tenebris, quas tandem, licet, ſero, diſiecit: ſenſim enim aucto lumine, progreſſu nunquam interciſſo, lętiſſimam faciem orbi oſtendit. Et ſolet quidem *aurora* inter dubiæ adhuc lucis radios purpurea ſpecie orbi ſe ſiſtere, eodemque colore cœlum, nubeſque proximas tingere. Nec ſecus tunc *Eccleſia* martyrum cruore tincta, in tyrannorum ſe conſpectum dedit, haud verita ne ſua illa luce priuaretur: certa potius per vulnera, & cædes ad nominis celſitudinem properandum ſibi eſſe. Sequutum Conſtantini boni Principis ſæculum, & quæ hactenus *Aurora*, orbe pleno ſplendens *Luna* fuit, tota ipſa ſolis luce in ſe transfuſa, tunc lumine aucto ſplendidior apparuit, ac velut nobilis præliatrix horrori noctium bella parauit. Hæreſes dico, quæ tunc quidem, otiante ab aratris, raſtriſque tyrannorum agro, velut noxiæ herbæ, ac mala gramina, pullularunt. Eo factum, vt, dum camporum infelicitatem illam nouo labore ſtudioque perpurgat, quaſi tenebris noctium ſepta, ipſo vincendi conatu ocurante ſe ſplendore, ſplendidiore radio fulgens appareret. Hanc conſe-

quuta

quinta poſtrema eſt ætas, qua Hæreſibus profligatis, Hæreticiſque in ſuum infernum coactis, vel in partes traductis, nullis impedientibus nebulis doctrinæ lumen omnem in partem late ſpargere auſa, nouis acceſſionibus aucta eſt: imitata *Solem*, qui tunc quidem & calore viuifico terras fouet, & lumine implet, cum diſiectis, vel tenebris, vel nubibus, ſolus in cœlo regnat. Sic *Auroræ, Lunæ,* ac *Solis* ſimilis pronunciatur.

Poſteà Sol plena luce diem inferent.

VI.

Id acute, ſed minus conſequenter inuentum.

Id acute excogitatum eſſe non nego, & ſatis probabiliter, quod de *Aurora*, ac *Luna* ſimilitudine dicitur, enarratum applicatumque: ſi in poſtrema parte ſimilitudinis felicius laboratum eſſet. Nam ſi noctem hæreſes eſſe volunt, nullo vnquam tempore Hæreſes defuere; nec errorum architecti, qui, lumini Eccleſiæ, circumfuſi, vel obruere illud, vel de orbe pellere conarentur. Emerſere quidem hæreſes ſub Conſtantino, ac proximis annis; ſed & ante Conſtantinum ſua mala paſſa *Eccleſia* eſt ab multorum erroribus, quibus tanquam ſentibus, rubiſque bonum ſemen ſuffocantibus excindendis multum ipſa laborem impendit, multum moleſtiarum ſubijt. Poſt Conſtantinum autem, quas furias in orbem non immiſit auernus? quæ hoſtium agmina erroribus, hæreſibuſque velut pilis armata graſſata in immeritam matrem non ſunt; vt eam delerent? Pudet ſæculorum memoriam reuocare. Quod ſi ad poſteriora tempora reſpicias noſtra patrumque memoria, quid vnquam funeſtius paſſa *Eccleſia* eſt à ſui exordio, toto pœne terrarum orbe in illam coniurante, vt nulla fermè; nec doctrinæ, nec diſciplinæ Chriſtianæ pars ſuo demolitore caruerit? Certe, ſi noctem Hæreſes eſſe velis, nunquam eſſe non *Eccleſia* deſijt: Variatum quidem eſt, ſed nunquam intermiſſum. Fruſtra ergo *Solis* ſimilitudinem ad tempora poſteriora referas non minus tenebris errorum infamia, quam quæ Conſtantini imperium ſequuta ſunt. Quo mihi prudenter feciſſe doctus interpres alius eſt viſus, qui quanquam *Chriſtianæ Eccleſiæ* hæc applicare videtur, nullo tamen certo tempori alligat: quod videret, ſi ita faceret, multa dicenda eſſe, quæ minime probarentur lectori cordato, & ad minus probabilia faſtidire ſolito. Honorius autem Auguſtodunenſis, quanquam ſimili prope modum ratione interpretatur, *Auroram* tamen *Eccleſiam* fuiſſe in ſui exordio affirmat, *Lunam* ſub perſequutionis nocte, *Solem* ſub religionum pacem, quod tametſi alienum eſt ab huius loci ſcopo, minus illo alienum eſt.

Nam ſi non hæreſes ſunt, nunquam dies fuit.

Nam et ante Cōſtantinum hæreſibus Eccleſia ſciſſa eſt.

Poſt illum haud minus ſæuè laboratum.

Poſteriora autem tempora quas non furias paſſa?

Nunquam ergo hiſce tenebris libera fuit Eccleſia, nunquam illi dies ſplenduit: ideoque nec Sol fuit.

Prudentius alij, qui hæc non tam minutè applicāda cenſuere ad certa tempora.

Quinè ad diuerſos illius ſtatus retulere.

Nunquam hæreſes deſiere vexare Eccleſiam.

Ante Conſtantinum. Ebionitæ, Nicolaitæ Cerinthiani, Gnoſtici, Marcionitæ, Cataphrygeſque, Alogiani. Nouatiani, Chiliaſtæ, Samoſateni, Manichæi, Meletiani, Macedoniani, Agnoitæ, Alij.

Poſt Conſtantinū, Apolinariſtæ, Collyridiani, Priſcillianiſtæ, Heluidiani, Donatiſtæ, Campenſes, Pelagiani, Neſtoriani Acephali, Eutychiani, Tritheitæ Monothelitæ, Armeni, conoclaſtæ, & alij minoris nominis multi, ad annū vſque Chriſti M.

Ab eo tempore ad ætatem noſtram præter obſcuriores alios propemodum infinitos. Valdenſes, Albigenſes, Mennonitæ, Fraticelli, Begardi, Lolhardi, Vuicleffiſtæ, Huſſitæ, Picardi, Pragenſes, Lutherani, Anabaptiſtæ, Libertini Zuingliani. Molles, Caluiniani, Seruetiani, Vbiquetarij, Bezanitæ, Oſiandriani, Stancariani, Trinitarij, Sacramentarij, Antipibeani, Illyricani, Anglicani, & infiniti alij tam nominibus Barbari, quā erroribus turpes.

VII.

Triplex ergo Eccleſia ſtatus deſignatus triplice ſimilitudine.

Præſtat multo, quod idem Honorius, quaſi aliud agens, indicauit, nobiſque etiam antequam in Honorium incideremus, (incidimus autem tarde admodum) probatum eſt, his verbis triplicem *Eccleſiæ* ſtatum deſignatum fuiſſe. Pueritiæ ſub naturæ lege, quo tametſi non nulla illius lux, & futurorum notitia crepera tamen fuit; & quæ potius prohiberet noctem eſſe, quam diem inueheret; qualis *Auroræ* ſolet eſſe, cum poſt noctis tenebras ridere incipit dies. Sed ſenſim quemadmodum ætate ita & notitia, & religionis cultu creuit, quoad ſub lege Iuuenis *Sponſam* inuenit, legem accepit, Dei per Moſem doctrina imbuta fuit, ac Prophetis docentibus futurorum arcanorum clariore luce perfuſa: Tunc vmbra futurorum omnia occupante, *Luna* fuit, pleno orbe ſplendens, ac medijs fulgens tenebris, chorumque Prophetarum ipſa velut anteſignana ſyderum ducens. Succeſſere feliciora tempora, ac Iuſtitiæ Sole Chriſto exorto, tunc & ipſa pleno ſplenduit radio, tenebriſque noctis diſcuſſis, toto ſe orbe lucidam exhibuit. Scilicet ſimillima illi cui ſolenni ritu deſponſata, cum nihil illi ſecretorum inuideretur, nihil gratiæ negaretur. Tunc *Solis* appellatione donata & quidem merito, nihil iam deinceps, niſi victorias, cogitauit; atque ex eo tempore, inuecta in Idololatriæ tenebras Euāgelicæ doctrinę lumine totū per orbem inuecto, ſplendidiſſimum, duraturumque diem induxit. Hæc noſtra tota interpretatio eſt, vno ſimpliceque aſpectu ob oculos conſtituta: nunc ſingula illuſtranda ſunt.

1. Pueritia ante legem: cum modica illi myſteriorum lux communicata, tunc Aurora.

2. Adoleſcētia ſub lege, quo tempore maior illi oborta lux diuinarum rerum.

Et inter futurorū umbras aſtra Prophetarū effulſere.

3. Sub Chriſto, a quo lumine toto illuſtrata, vt Sol ſplenduit, ac diem induxit orbi.

Ex eo tempore nihil niſi victorias cogitauit, ideò acies inſtructa cō parata.

Triplice ſimilitudine Eccleſię triplex ſtatus deſignatus.

Pueritiæ, iuuentutis, matronalis.

1. Ante legem: tunc Aurora.

2. Sub Moſe: tunc Luna.

3. Sub Chriſto: tunc Sol.

NOTATIO XXIX.

PROGREDITVR QVASI AVRORA CONSVRGENS.

I.

Aptiſſimè Eccleſia ante legem Auroræ ſimilis dicitur.

Vel quia vt Aurora noctem dici coniungit, ſic poſt primam culpā illuminata Eccleſia, tenebras priores, a futura luce diſcluſit.

Eccleſia à paruis initijs progreſſus ſignificatus per auroram.

ECcleſiæ *Progreſſum a ſui Exordio ſi Conſideres, Aſſertiuo*, quam aptè cum *Aurora* exoriente comparetur, vt aliud toto naturæ ambitu eſſe nuſquam videatur, cuius ex ſimilitudine is motus ſemper in maius creſcens ob oculos ponetur; Illi Interpretes omnes executi ſunt, pro ingenio quiſque ſuo. Sed radicem ſimilitudinis non omnes eandem deſignauere. Theodoretus eo reſpexit, quod *Aurora* ſit finis tenebrarum, quæ noctem efficiunt, & initium ſit diei. In confinio itaque velut collocata, conſti-

tuta,

Quæ cauſa dies ille primus à tenebris capit numerari.

Aurora finis noctis initium diei Eccleſia poſt primam culpam finis peccati initium ſanctitatis.

Gen. 1. 4.

tuta & fugientem noctem, & aduenientem diem conſpicit, immo dirimit; ac velut quodam ſepto, ne iterum coniungi poſſit, diuidit. Id facile accommodare eſt ad ſenſum noſtrum: prima enim illa gratiæ, & fidei lux, *Eccleſiæ* poſt primam culpam communicata, & finis priorum tenebrarum, & initium futuri diei fuit; & quoddam veluti ſeptum, quod præteritos noctis horrores à monſtrante ſeſe diei benignitate, ac calore diſcluderet. In cuius fortaſſe rei typo dies ille primus, cæterorum futurus norma, non à luce, ſed à tenebris incipit numerari. *Factum eſt*, inquit, *Veſpere, & mane dies vnus.* Incubuerant ſcilicet rebus tenebræ, quæ mox adueniente noua luce diffugere coactæ ſunt, & in ſuum redire barathrum. Tunc noctis dieique diuiſa munia, naturarumque diuerſitas appellationis diuerſitate notata eſt. *Diuiſitque Deus lucem à tenebris: appellauitque diem lucem, & tenebras noctem*, Gen. 1. 4. 5. Id ergo probabile ſit, nec ineptum ad noſtræ interpretationis filum docendum.

Diuiſiſque luce prima diei, noctiſque munijs diuerſæ appellationes ſunt datæ.

Diuerſa diei noctiſque munia diuerſa appellatione donata. *Gen.* 1. 4. 5.

II.

Alij Auroram frigidam notant, ſed temperatã.

Philo Carpath. Aurora temperata frigida, ideoque ſenſui grata, gratiæ ſymbolũ.

Philonis Carpathiorum Epiſcopi alia mens. *Auroram* præterquam quod lucis ſecum cunabula vehit, non nihil habere frigiditatis, ita tamen temperatæ, vt gratiſſima ſenſui ſit; ſiue conglobante ſeſe nocturno frigore, vt potentiori reſiſtit, calori ſolis inuehenti ſe; ſiue vt collectis viribus cedens, victoriam valentioris nobilitet. Culpa autem omnis calor eſt ab igne concupiſcentiæ, cui temperando frigiditate tẽperata gratiæ eſt opus; qua refrigerante animus, æſtu prius culparum preſſus, vitales attrahat auras, vitæ ſalutaris prima indicia reſpiratione teſtatus. Id quidquid eſt, ad eum *Eccleſiæ* ſtatum applicare, qui velit, poteſt. Nam natura certe in parentibus primis, igne concupiſcentiæ tollente flammas, ignoto hactenus æſtu ardere ſe ſenſit, nouumque mirata ſenſum obſtupuit; cum ignem viſceribus clauſum, totas per interiores ædes graſſantem, nec compeſcere ſciret, nec pati poſſet. Frigidiorem ergo gratiæ diuinæ auram expetijt, quod vnum ardori remedium eſſe ſciebat. Sed id illius poteſtatis minime erat, nec merita ſcelere fuerat, vt bono, quo ſua culpa caruerat, bearetur. Sed Dei factum benignitate, vt indigna, & indiga illius manu ſubleuaretur, qui leuare ſolus potens erat. Flauit ergo Dei ſpiritus per gratiam ſuam, ac frigeſcente blanda illius aura ardor ille, etſi non totus euanuit, temperiem paſſus eſt. Cæpit illa nouum anhelitum reſpiratione trahere, ac vitalia æſtu torrida confouere; ſenſimque ad intermiſſa ſalutaris vitæ munia redire, donec ſtabilita valetudine, viribus confirmata, vitam ſe ab illo ſpiritalem accepiſſe fateretur, à quo habuerat. Et id ergo probabiliter dictum ſit.

Culpam autem calorem omnẽ eſſe ab igne concupiſcẽtiæ, cui modum gratia ponit.

id applicare ad ſenſum noſtrum facile eſt.

Nam poſt primã culpam naturã ardere ſe igne concupiſcentiæ ſenſit, & doluit.

Maluiſſe remediũ in Dei gratia inueniſſe gauiſa eſt.

Cæpitque frigidiores auras, ac ſalubriores reſpirare.

Culpa omnis calor eſt, à flamma concupiſcentiæ.

Natura poſt primam culpã igne concupiſcentiæ arſit, ſed gratiæ temperato frigore remedium inuenit.

Natura lapſa per gratiam erecta cœpit nouũ anhelitum trahere.

III.

Sed Ambroſius aliter hunc locum legit refertque ad contemptum terrenorum.

Ambr. Orat. de obitu Valent. Eccleſia de loco ſuperiore inferiora deſpiciens.

Ambroſius diuerſus iuit. nam legens. *Quæ eſt iſta, quæ proſpicit tanquam diluculum*, hæc ad proſpectum ex alto retulit, contemptumque inferiorum: *Proſpicit*, inquit, *Sancta anima de loco ſuperiore; tanquam inferiora deſpiciens. Igitur tanquam de corpore recedens; & repulſa noctis caligine ſurgens diluculo, ſicut Sol appropinquat Deo; & rapido volatu ſicut aquila, quæ ſunt terrena, relinquit.* Senſum de illius verbis elicui, quæ ipſe de Valentiniano ſcripſit. Sed id totum litterale minime eſt. Nam quamquam Hebræum vocabulum, quod alio loco monitum eſt, *proſpicere* etiam ex alto ſignificat, hic non in ea ſignificatione poſitum eſt; aut, ſi poſitum eſt, alio referendum eſt; nam quia, qui ex alto proſpicit, etiam videndum exhibet ſeſe, quaſi ſubito, atque improuiſo appareat, ideo etiam ſignificatur eo vocabulo ſubitus is ſeſe oſtendendi modus, ſeu apparendi. *Quæ eſt iſta quæ apparet, quæ ſeſe videndam improuiſam præbet.* Sed animaduertit ſolers vulgati ingenium non quãcunque apparitionem ſignificari, ſed eius, qui, cum ſubito, & improuiſus appareat, non ſtatim abſcedat, aut eodem conſiſtat, quo apparuerat, loco; Sed qui ſenſim accedat, ſeque videndum propius ſinat. Quo mire *Eccleſiæ* illius progreſſus ſignificatus eſt, ex quo primum, poſt horridam culpæ noctem, ſeſe videndam præbuit luce gratiæ colluſtratam, ac Fidei ſplendore conſpicuam.

Quod litterale minimè eſt.

Nam hic Hebræũ vocabulum minimè proſpectum ex alto ſignificat.

Sed rei apparentiam improuiſam, quæ non ſtatim abſcedat, aut totam deſpectandam.

Sed ſenſim augeſcens. Quo Eccleſiæ progreſſus indicatur.

Comment. Dram. Cap. 6. *not.* 16. Vocabuli Hebræi notatio.

Eccleſiæ progreſſus lucis ſenſim augeſcẽtis ſchemate aptè indicatus.

IV.

Aurora certè id proprium, vt ſenſim augeſcat, donec in diem mutetur.

Aurora à paruis initijs ſẽſim creſcit in lumine.

Id ergo vt arbitramur propriè pertinet ad vim ſimilitudinis, quod & pleriſque interpretibus video placuiſſe. Nam & *Auroræ* id proprium eſt vt à paruis lucis initijs continuis incrementis augeſcat, nihil vnquam de priore luce amittens, donec lumine toto ſplendens, non iam *Aurora*, ſed dies ſit, mutata cum auctu luminis appellatione, non natura. Sic ſtatus *Eccleſiæ* deſcribitur, & ſol vt in imagine viua obijcitur oculis, nihil vt aptius fingi poſſit. Illa certe poſt originariæ labis noctem, euigilans per Dei gratiam, licet tenui ſcientiæ lumine fulta, & obſcura quadam Dei arcanorum notitia, articulum diei illum repræſentauit, cum infans adhuc lux, velut aſpici tota vereatur, verecunde ſe orbi ſiſtit. Id quã verè dicatur à nobis ex his ſatis intelliges, quæ Commentario hoc diximus cap. 1. Not. 20. cum verba illa expenderemus: *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Sed ſenſim Dei aucta fauoribus, & lumine ſplendidiore donata, velut pudore omni obiecto, ſe in publicum dedit, auſa latius excurrere, nec angulis iam contenta, fora, & plateas ama-

Eccleſia autẽ poſt culpæ noctem euigilans, tenui arcanorum fulſit notitia.

Quod ſuo eſt à nobis loco mõſtratum Cap. 1. *Not.* 20.

Mox ſplendidiora donata luce proceſſit in publicũ.

Eccleſia poſt culpam tenui arcanorum notitia donata, ſenſim inaruit.

Digitized by Google

Futuræ ſub Chriſto felicitatis indicia fuerunt. Quæ ſæpius exhibita, vel figuratâ ſub typo, vel paucis reuelatum myſterijs, ſeu promiſſis. In quo ſimilitudinis vis omnis ſita.

Futuræ ſub Chriſto lucis pleniſſimæ indicia omni tẽpore fecit. *Theodoretus.*

Vt in Aurora dies, ſic in initijs Eccleſiæ futura myſteria cõtenta.

amare. Et, tametſi nondum ſolem *Chriſtum* videre merita, ineque exprimere immenſum illum ſplendorem, qui dici adultæ ætati ſeruabatur; radijs tamen, haud parcè ebibitis, futuræ felicitatis fecit indicia: quod, & *Auroræ* proprium eſſe, Theodoretus obſeruauit. Ea autem futuræ magnæ lucis ſub Chriſto indicia ſæpè ſunt data: ſiue figurarum ſub typo, tunc quidem paucis intellecta: ſiue plano reuelato paucis Incarnationis myſterio; ſiue tandem nonnullis Patriarcharum promiſſo. Quidquid ergo ſequutis tẽporibus geſtũ eſt, tunc, velut in ſemine contextum, ſuum expectabat tempus, & in futuram vbertatem ſeruabatur. Atque in hoc totam ſimilitudinem *Eccleſiæ* ſub naturæ lege cum *Aurora* repoſitam eſſe putamus.

NOTATIO XXX.

PVLCHRA VT LVNA.

I.

Multa à Philoſophis obſeruata in Luna.

Nec certũ in quo hæreat comparatio.

Noctem diemque Deus diſtinxerat, & illi Lunã, huic Solem præſides dedit.

Noctem autẽ Paulus legem gratiam diem definit.

Sit ergo Eccleſia ſub lege Luna, ſub gratia Sol.

Nam, & Luna abſente Sole ſplendet, & ſuæ lucis originem Solẽ quærit.

Eccleſia autẽ ſub lege abſente Chriſto monſtrabatur. Et quærebat anxie, donec inuento diſpareret lex.

Nam mirum eſt Lunã, quo remotior à Sole, ſplendidius enitere. Propinquam, lumine viduari, nec apparere.

Deſijt ergo Synagoga Chriſto propinqua, vt mutato lumine Solem æmularetur.

Gen. 1. 14. 16. Deus diei Solẽ, nocti Lunã præſides dedit.

Nox myſticè legem dies gratiã ſignificat. *Rom. 13. 12.*

Eccleſia ſub Moſe Luna.

Eccleſia ſub lege ſola ſplendẽs, Chriſtum ſecuta deſijt apparere.

Eccleſ. 43. 7.

Luna quo propior ſoli minus Lucens, Synagoga Chriſto propior vidua luce.

HÆC *Ad Eccleſiam ſub lege pertinere monuimus, ſed cum,* multa id hoc ſydere obſeruarit Philoſophia, vel communis hominum notarit opinio, cui ſe ſæpè ſcriptura ſacra accommodat, in quo hæreat comparatio, quærendum eſt. Et quidem noctem, diemque Deus appellatione diſtinxit, & ornatu; illi præſidem lunam, huic ſolem creans. *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem, ac noctem; & ſint in ſigna, & tempora, & dies & annos. Fecitque Deus duo luminaria magna; luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas.* Gen. 1. 14. 16. Noctem diemque myſtico in orbe Paulus legem veterem, & nouam eſſe definit. *Nox præceſſit dies autem appropinquauit.* Rom. 13. 12. Quod ſi placeat, non ineptè luminare illud maius Eccleſiam ſub *Chriſto*; luminare minus eandem ſub Moſe definies: prius *Lunam*, deinde et & *Solem*. Sed ſunt multa ſi analogiam ſequare quæ huic ſenſui quadrent. Nã & *Luna* lumen à *Sole* mutuatus, nec niſi abſente ſplendet; vt quo remotior eum ſpectat, eo ſit ipſa luce emendicata præſtantior; ſequitur velut fugientem luminis ſui originem, quo ad eum complexa in coniunctione, omnino diſpareat, velut tota in eum defierit, cuius ante luce ſplendebat; ſic tota *Eccleſia* ſub ſynagoga lux, *Chriſto* abſente, ac velut fugiente, monſtrabatur: cum omnis in ea fidei ſplendor futurum illum ſpectaret, nondum præſente frueretur. Anxio ergo, ſed & celeri veſtigio *Chriſto* occurſura ferebatur, donec, illum brachijs complexa, apparere deſijſſet, & cœlo addere decus. Atque hoc eſt quod dictum legimus. *Luminare quod minuitur in conſummatione: creſcens mirabiliter in conſummatione, Vas caſtrorum in excelſis in firmamento cœli reſplendens glorioſè.* Eccl. 43. 7. 8. 9. Nam mirabile profecto eſt, eandem illam, quæ *Soli* ex diametro obiecta toto ſuo orbe lumen ipſius bibit; ac medijs noctis tenebris inſolatium mortalibus mutuatur, quo propior authori ſui luminis eſt, eo ſe, ſplendore magis priore fraudato, minus conſpiciendam orbi dare donec demum illi coniuncta, toto decore viduata, omnino ſit nulla, cum contra futurum fuiſſe ratio perſuadeat. Sed occulis mortalium obuerſa ſcilicet ea parte, qua *Solem* non ſpectat, quidquid luminis ab eo habet in eundem refundit, à quo acceperat. Sic in *Chriſto*, dum *Chriſtum* quærit, deſijt ſynagoga, ac *Sole* aduenienie diſparuit, vt illi ſcilicet coniuncta, ac mutato nomine, maiore ſplendore luceret, vt *Solem* ipſum videretur æmulari.

II.

Sed Lunam mutationes infamãt, & maculæ. Sic et etiam ſynagogam. Quæ ſub Iudicibus regibuſque alternauit ſæpè vices.

Donec quæ leges dare ſolita, ipſa acciperet.

Mutationes, & maculæ mala Lunæ.

Eadem Synagogæ cuius ſub Iudicibus Regibuſque varia ſors.

Sed nobiliſſimum ſydus mutationes infamant, maculæque multę deformant: neque ea mala ab ſeſe abijcere potuit in totum ſynagoga, cuius non vnquam vno eodemque ſtatu, graduque felicitas ſtetit. Alternauere rerum vices, & quæ ſub Iudicibus frequenter inuita, ignobiliſque ſeruiuit, ſub Regibus Dauide, ac Salomone multis gentibus leges ſcripſit; in tantum euecta magnitudinis, vt terrori multis gentibus eſſet, nominiſque claritatem per totum orbem inueheret. Rurſus ſuæ ipſius felicitatis haud patiens exteris gentibus ſeruire coacta eſt, impoſitumque ceruicibus iugum ferre, inter gemitus, lachrimaſque. Victa ſiquidem leges accepit, quas dare ſolebat, ab Aſirijs, Caldæis, Græcis, Romanis; donec, omni priſco honore ſpoliata, non in Gentibus, ſed in ſectis numeraretur. Sed alterius hæc argumenti ſunt, nec ad noſtrum inſtitutum.

III.

Sed ſi lucem notitiam interpretere, mirabere mutationes.

Sub Iudicibus ſæpè ad profana ſacra cõuerſa, raros habuit prophetas, vel vt malignè lucente Luna.

Sub Iudicibus quãta rerum Sacrarum ignoratio.

Cæterum ſi lucem notitiam accipias, vt debes, haud minus frequentes mutationes obſeruabis in illa. Nam quanta rerum ignoratio ſacrarum ſub iudicibus? quam ſæpe à veris, ad prophana ſacra traductus populus eſt? quam raro viſi Prophetæ, auditique toto illo tempore? Dicas ſiluiſſe tunc *Lunã*, ac ſub maligna luce fidei populum

Digitized by Google

Samuele mox duce reductus in viã populus.
Sub Dauide toto orbe ſplenduit Synagoga.
Poſtea magna ex parte defecit ad hoſtes ſub Regibus Samariæ.
Velut Luna ergo creuit decreuitque.

Samuele Duce palabundus populus reductus in viam.
Sub Dauide Luna orbe toto ſplẽduit, iterum decrementa ſenſuras.

pulum palabundum per incertas vias, dubioſque tranſitus, qua ſors, & fortuna ferebant, ſparſus. Mox Samuele Magiſtro reductus in viam populus, nouo fidei, doctrinæque ſplendore eſt auctus; quoad ſub Dauide, ac Salomone, veri Dei mirum in modum aucto cultu, toto orbe *Luna* ſplenduiſſe viſa eſt. Sed iterum decrementa ſenſit ſequutis ætatibus; neglectoque ſtudio religionis, magna ex parte defecit ad hoſtes; ac priore illo ſpoliata ſplendore gens horridis errorum tenebris velut ſequuta iacuit; quoad erigeretur à Chriſto, nouoque cœlitus demiſſo lumine, diei felicitate noui frueretur. En *Lunam* creſcentem, decreſcentemque, ac per ſuas vices auctam minutamque lumine.

IV.

Sed hic non probra, ſed laudes continentur Eccleſiæ.
Ideo Luna plena comparatur.
Lux ſapientiæ eſt, qua modicè ſub naturæ lege imbuta Eccleſia.
Sub Moſe accepta lege profecit.
Et arcanorum vberiorẽ nacta notitiam, inter infidelitatis tenebras emicuit.

Eccleſia non cũ Luna mutabili, ſed cum plena comparatur.

Lux ſapientia, quæ modicè cõmunicata ſub naturę lege.

Sub Moſe, circũiecta infidelitatis nocte, ſola ſplenduit Synagoga.

Sed quia Cantico hoc, non *Eccleſiæ* ſub quocumque ſtatu probra, ſed laudes contineri, alias monitum eſt, neque hic cum mutabili *Luna*, iamque minuto lumine languida, iam aucto valente, comparatur: Sed cum pleno orbe ſub noctis tenebras inter reliqua regnat aſtra, hæc in aptum ſenſum explicemus, quem prælitterati haberi volumus. Sit ergo lux *ſapientiæ* tum credendorum tum agendorum. Ea diximus *Eccleſiam* ſub naturæ primos annos, quæ illius fuere crepundia, modice imbutam, quantum ſcilicet decebat ætatem illam, & captum; ideo *Auroræ* exorienti comparatam. Creuit illius cum ætate captus, atque Sponſalibus tabulis per futurorum promiſſa Deo coniuncta, maiore luce doctrinæ perfuſa eſt: Magiſtrum, itaque Moſen habuit, habuit & Prophetas, quorum illa præceptis edocta, digna illius ſtatus arcanorum diuinorum notitia imbuta eſt. Tunc maior illi rerum cœleſtium, & clarior doctrina myſteriorumque grandium, non quidem clara, ſed expreſſior notitia; inter infidelitatis circumfuſas tenebras toto orbe læta emicuit; haud aliter, quam *Luna* ſolet, nocte concubia, faciem oſtendere, ac tenebras infugam cogere. Id intelligas ſi memineris, vni datas ſacras litteras, & Prophetarum vaticinia, vni morũ doctrinam à Deo reuelatam, vni veri cætus rationem, & modum, vni, quod caput omnium eſt, futuri mediatoris obſcuram quidem ſed clariorem tamen notitiam, multarumque circumſtantiarum, quæ *Chriſti* aduentum nobilitauere: quod naſciturus de Virgine eſſet homo ſimul, & Deus; quod nullius ſceleris reus agendus in crucem; quod pro aliorum peccatis occubiturus: multaque alia ad futuram *Eccleſiæ* gloriam pertinentia, ac gentium vocationem. Ergo quæ tanta tantarum rerum notitia donanda erat, & quidem illuminante per Prophetas ſuos *Chriſto*, dum gentes omnes aliæ ſuorum errorum tenebris inuolutę cæca caligine tenebantur, ritè plenæ *Lunæ* medio noctis toto ore ſplendenti comparata eſt.

Nam vni data Sacra littera, vni veri Dei cultus ratio vni mediatoris notitia.
Vni magna futura myſteria communicata.
Itaque aptè Lunæ plenæ comparata.

Vni data veri notitia Dei. Vni lex, vni prophetæ, vni promiſſa, vni notitia mediatoris.

V.

Nec maculæ Lunæ veræ ſunt maculæ, ſed varie temperata lux ad varios effectus.
Sic Eccleſiæ ſub eo ſtatu quarũdam rerũ clarior, quarundam obſcurior lux cõmunicata.

Maculæ Lunæ eiuſdem luminis varius modus.

Eccleſiæ ſub Synagoga non rerum omniũ par notitia communicata.

Sed nec quod maculis ſuis *Luna* videatur fœdari, quidquam pulchritudini demit; ſunt enim illæ non veræ maculæ, ſed luminis eiuſdem repercuſſi radij, prout in diuerſam lunaris corporis incidere partem, magis minuſue lucidi: lucet ergo tota illa, ſed non æquali ſecundum omnes partes lumine; nec ea varietas obeſt influxui, potius temperat, variatque, vt pro ratione emiſſi luminis, & caloris ſublunarium rerum varientur effectus. Id autem etiam *Eccleſiæ* ſub eo ſtatu proprium fuit; cui multarum rerum, grandiumque communicata notitia; aliarum obſcurior, pro ſtatus illius captu, ac rerum exigentia; vnde effectus in filios varij, ſed cuique accommodati. Habes ſimilitudinis cauſas, radicemque non vnam, quaſdam ab alijs indicatas, pleraſque à nobis inuentas.

NOTATIO XXXI.

ELECTA VT SOL.

I.

Sequitur ſtatus Eccleſiæ ſub Chriſto, coniugata ſcilicèt.
Ideo ſoli comparata, & vnica prædicata.
Nam ſicut ſponſus vnus eſt ſic ſponſam vnicam eſſe decebat.
Sed hic ſingularitas in lumine prædicatur, quæ prærogatiua Eccleſiæ Chriſtianæ eſt.

Cum electa vt ſol dicitur Eccleſia, vnica ſignificatur.

Eccleſiæ in lumine ſingularitas.

STatus Hic *Eccleſiæ Chriſtianæ deſcribitur, quæ Chriſto* per incarnationem denupta, ad honorum ſecretorumque omnium notitiæ communionem admiſſa eſt. Iure ergo, quemadmodum *Chriſtus Sol* myſtico intellectu dictus eſt, eadem illa, cui cum *Chriſto* omnia quodammodo paria erant, *Solis* appellatione cenſetur. *Immo* enim *Electa vt Sol* dicitur, vnica deſignatur; quemadmodum ea in *Sole* electio, nõ maioratum in alios Soles, ſed vnitatem ſingularitatemque ſignificat. Facit hoc ad decus *Eccleſiæ*, quæ quemadmodum ſuum habet Sponſum *Chriſtum*, ita ea vnica Sponſa eſt, vnica multorum filiorum mater. Sed de ea *Eccleſiæ* ſingularitate alias dictum eſt. Hic primum ſingularitas in luce conſideranda eſt, quæ vna de prærogatiuis *Eccleſiæ* Chriſtianæ eſt: id enim illi ſingulariter datum eſt vt diuinarũ rerũ ſcientia non excelleret modo.

Digitized by Google

Ideo dicta columna & firmamentum veritatis.
Significata in columna ignis, qua duce fideles in patriam properarēt.
Quidquid ergo luminis extra Eccleſiam eſt, aut vanum eſt, aut non tutum.

modo: Sed penè ſola eſſet, vtpote quæ vna erat futura magiſtra Fidei, ac veritatis. Ideo à Paulo dicta *Columna, & firmamentum veritatis* 1. Timot. 3. 15. *ob certitudinem dogmatum inuiolabilem*, ait Auguſtinus, in Pſal. 47. *cum Iudæi verſentur in vmbra.* Fortaſſis alluſum à Paulo ad columnam ignis, quæ caſtra Hebræorum præceſſiſſe legitur, & iter in tenebris commonſtrans, & Dei teſtans præſentiam. Vt velut in typo ſignificaretur, nunquam Deum abfuturum ab *Eccleſia*, nunquam defuturam eam rerum diuinarum notitiam, quæ in huius vitæ tenebroſo atque horrido deſerto certam expeditamque ad promiſſam patriam monſtraret viam. Quidquid ergo extra *Eccleſiam* luminis eſt, aut vanum eſt, aut minime tutum; aut ab ea mutuatum: nec eſt quod alibi quiſquam quærat, quod apud eam ſolam depoſitum eſt. Quod Irenæi monitum eſt lib. 3. cap. 3. Ad hunc locum reſpexiſſe Hieronymum puto, cum lib. Contra Lucifer. dixit *Poteram diem iſtius modi eloquio ducere, & omnes propoſitionum riuulos vno Eccleſiæ Sole ſiccare.* Vna ergo illa *Sol* ſapientiæ, doctrinæ, ac veritatis eſt.

1. Tim. 3. 15.
Auguſtinus.
Columna ignis typus notitiæ, quæ communicata Eccleſiæ Chriſtianæ.
Quidquid extra Eccleſiam eſt luminis vanum, & non tutum eſt.
Irenæus lib. 3. cap. 3.
Theodor. de Græc. affect. cur. multis locis.
Hieronym.

II.

Cæterum Sol ſua, Luna aliena luce ſplendet.
Sic omnis veteris Eccleſiæ lux à venturo Chriſto fuit.
Ideo Paulus eam vmbram habuiſſe dicit, non imaginem.
Quidquid enim id fuit, delineatio rudis ſola fuit.
Imago perfecta Chriſtianæ Eccleſiæ ſeruabatur.
Nec ante quod delineatū fuerat eſt agnitum, quā ipſa monſtraretur imago.
Veram enim lucē Chriſtiana Eccleſia, ſynagoga rudem, & aliundē mutuatam, habuit.

Sed id diſcrimen inter *Lunam, Solemque* eſt, quòd illa aliena luce, *Sol* propria ſplendeat; &, quod illa luceat à *Sole* habeat, hic autem à ſe. Quod vel maximum diſcrimen inter veterem nouamque legem, id eſt, inter *Eccleſiam* ſub Synagoga, eandemque ſub *Chriſto*, eſt. Nam omnis veteris *Eccleſiæ* lux à venturo olim *Chriſto* manans, eundem lucis authorem habebat, ad cuius radicem ſplendens vmbræ figurarum illuminarentur, & typorum omnes aufugerent tenebræ. Ita lucebat quidem, ſed lumine aliunde mutuato. Id Paulus voluit: *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.* Heb. 10. 1. Nam certe quidquid habuit lex, rudis quædam delineatio fuit (*Vn boſquejo*) eorum, quæ tanquam in imagine, omnibus numeris abſoluta, ac ſumma arte perfecta, *in Chriſtiana Eccleſia* exhibenda erant. Quo ergo rudis delineatio à perfecta abſolutaque imagine differt, eo vetus à noua Eccleſia. Si quid ergo illa habuit in vmbris illis, quod intelligentiam acueret, ab imagine futura perfecta habuit: cui vtcumque, tametſi rudi, & craſſa Minerua, ſimilis fuit. Ideo *Eccleſia* ſub *Chriſto* comparata *Luna* dicta eſt: in qua *Solis* velut rudem quandam, & impolitam ſpeciem, ac multis vmbris turbidam, obſeruamus: in qua id ipſum laudamus, quòd Solem quodammodo referat. Et quemadmodum, quod in tabula rudi penicillo delineatum, & craſſa Minerua eſt, tum demum, quid ſit, agnoſcimus, cum perfectam, abſolutamque imaginem iuxta poſitam intuemur; ſic quidquid lege Moſis adumbratum delineatumque eſt, non ante agnitum eſt, quam vera legis gratia imago, ſuis abſoluta numeris, oſtenſa eſt, & poſita iuxta vmbram. Veram enim lucem, ac propriam *Eccleſia Chriſtiana* habuit claram, ac ſplendentem; ſcripta lex & tenuem, & aliunde mutuatam.

Sol proprio, Luna mutuato lumine fulget.
Lex vmbra & rudis delineatio: Gratia vera imago, & lux pura.
In Luna Solis imaginem, ſed rudem, & turbidā obſeruamus.
Quidquid ſub Moſe delineatū, tunc agnitum, cum Chriſtus apparuit.

III.

Plenitudo luminis alia ſolis prærogatiua eſt, & eiuſdē continuus partus.
Quod vtrumque Eccleſiæ Chriſtianæ conuenit.
Alterum ab Iſaia cantatum, capite 11, 9, qui ideo comparat Oceano.
Et plana & excelſa aquis inundanti.
Quod idem, & à Ieremia cap 31. ſcriptum.
Et a Chriſto opere impletum, cum Eccleſiam in Apoſtolis inter amicos computauit.
Quibus nihil eorū inuidit, quæ acceperat à Patre.
Et tametſi nondū nota omnia fecerat.
Proxima facturus erat per Spiritum ſuum.
Hæc ergo eſt luminis plenitudo, qua ſolis æmula Eccleſia eſt.

Eſt & alia *Solis* prærogatiua, luminis plenitudo, quod in eo velut in oceano natat, & ſibi ſufficiens, & omnibus de diuite vena large communicans. Suis ergo ipſius prægnans bonis, continuo parit: niſi vterum fœtu frequenter leuet, ſuis quodammodo obruendus diuitijs. Et id ergo vtrumque *Eccleſiæ Chriſtianæ* accommodandum eſt. Nam de ſcientiæ plenitudine, quæ in eam, velut in vaſtum mare ſtagnantibus late vndis, Dei largitate manauit, dictum ab Iſaia eſt: *Repleta eſt terra ſcientia Domini ſicut aquæ maris operientes.* Iſa. 11. 9. Non enim inueniſſe videtur aliud, cui eam abundantiam, affluentiamque ſcientiæ compararet, quàm oceanum, aquarum redundantia inuectum in terras; &, non camporum ſolum culta, ſed & montium aſpere inundantem, ac quodammodo eructantem aquas, quas continere non poſſet ſinuum vaſtitate. Atque id eſt quod de ea abundantia in omnem partem immiſſa, ſcriptum eſt. *Non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: Omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus: quia propiciabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.* Ierem. 31. 34. Id autem impletum, cum dicere poſtea *Chriſtus* potuit: *Iam non dicam vos ſeruos* (quemadmodum ſub lege ſeruitutis) *quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius.* Multa mihi ſeruaui, atque etiam illis, quæ familiariter adhibebam, abſcondi, velut cum ſeruis agerem, quibus pauca quædam Domini manifeſtāt, multa ſibi ac potiſſima reſeruant. *Vos autem dixi amicos* (inter familiares cooptaui, & in amicitiam adiunxi) *quia omnia, quæcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis.* Ioan. 15. 14. 15. Nondum nota omnia fecerat, nam poſtquam hæc dixiſſet, adhuc verè potuit dicere: *Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* Ioan. 16. 12. Pleraque reſeruabantur poſt illius exceſſum, ac glorificationem enuncianda per Spiritum Sanctum: ſed nota ſe feciſſe dicit, quia paulo poſt nota facturus erat; & tametſi nondum fecerat, decreto voluntatis immutabili facere conſtituerat. Itaque ſuo tempore fecit, nihil eorum illis abſcondens, quæ audiuiſſet a Patre, ideoque non ſatis habuit, ſi diceret, *omnia* ſe illis nota feciſſe, niſi adderet, *quæcumque*, ne aliquid excepiſſe, aut ſubtraxiſſe eorum videretur.

Luminis plenitudo, & perennis fluxus ſolis alia prærogatiua.
Eccleſiæ Chriſtianæ ſcientia plenitudo, velut in Oceano.
Iſa. 11. 9.
Ierem. 31. 34.
Id perfectū per Chriſtum: cum velut amicis omnia communicauit Apoſtolis, per ſe perque Spiritum Sanctum.
Ioan 15. 14. 15.
Ioan 16. 12.

Digitized by Google

En luminis plenitudinem, en ſcientiæ affluentiam, en *Solem* ſuo lumine prægnantem.

IV.

Alterum de illuminandi vi, dictũ à Danide Pſ 18. Et à Salomone Ecleſ. 1. 5. 6 Eſt ergo Sol Eccleſia Chriſtianæ typus. & luminis vbertate, & illuminandi vi. et irrequieto curſu Synagoga ſibi lucens. alijs ſine luce quos à Sacris ſuis arcebat penè.

Sub Christo mores Eccleſia alij, tunc enim quæ prius ſub modio, ſupra candelabrum lumen fuit.

Tunc audit euntes docete omnes gentes.

Tunc termini prius fixi, reuellũtur. & extra Iudæam Euangelij lux ſe fundit.

Ritè ergo Eccleſia Chriſtiana Solis ſimilis dicitur, ac appellatione ipſa muneris admonetur.

Communicandi luminis vis quãta in Sole.

Solis irrequietus labor. *Ecleſ. 1. 5. 6.*

Sol Eccleſiæ Chriſtianæ typus, illuminandi conatu. & motu irrequieto.

Synagoga lumẽ ſub modio, quia ſibi ſoli fulſit.

Eccleſia Chriſtiana lumen ſuper candelabrũ, quia omnibus luxit.

Matth. 28. 19.

Mar. 16 15.

Matth. 10. 5.

Eccleſia Chriſtiana, ſolis donata nomine, vt admoneretur officij.

Sequitur ipſa communicandi vis, quæ contineri non poſſit, & perpetuus perennisque luminis fluxus, quo quadam neceſſitate cogente, omnibus ſe vel innitis, atque ægteferentibus communicat. S. D. E. *Exultauit vt gigas ad currendam viam, a ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius; nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius.* Pſ. 18. 6. Et id mirum in pulcherrimo ſydere eſt, irrequieto motu ferri, & nec labore laſſari, nec deficere viribus. *Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur; indeque renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, luſtrans vniuerſa, in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* Eccleſ. 1. 5. 6. Habes in vtroque *Eccleſiæ Christianæ* typum, cui & illuminandi totum orbem munus commiſſum eſt, & irrequieto curſu omnia permeandi: quod vtrumque minimè quæſitum à Synagoga eſt, cui ſatis fuit ſibi lucere, non alijs: quin potius gentes alias a ſuis quodammodo ſacris arcere, vt ſe exiſtimaret alienorum conuictu, contactuque inquinandam, latere ergo docta angulo Palæſtinæ, ſibi quidem aliqua, cæteris maligna luce lucebat; ac velut *lucerna ſub modio* latens exiguum vſum ſui Domui præbebat. Atque, vno loco affixa, quid alibi gentium tenebrarum diem adimeret, haud curabat: Sed adueniente *Chriſto*, mores alios *Eccleſia* induit: ſublatoque ſuper candelabrum prædicationis Euangelicæ lumine, omnibus illucere cæpit, qui erant in domo. Nec contenta ſtabili gradu officio defungi, orbem peruaſſit omnem, nulla gentium ſtirpe neglecta, etiam barbararum, cui non *Chriſti* ſplendorem inferret. Tunc ad illam dicitur: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* Matth. 28. 19. 20. Et *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Mar. 16. 15. terminos hactenus ſtatutos reuellit: vt qui antea iuſti fuerant, cum ad prædicandum mitterentur, Iudæam minime excedere, ſed intra eam gentem prædicationis lumen continere: *In viam gentium ne abieritis.* Matth. 10. 5. iam licere intelligerent ſibi, immo velut munere proprio demandatum, quaſcumque gentes ad Euangelium vocare; vtque tantum illis boni impertirentur, omnia vniuerſi orbis loca, ac Prouincias, quantum per vires daretur, peragrare: Pertinebat autem ad hunc *Eccleſiæ* ſtatum, qui Canticorum hoc loco, iuxta noſtram interpretationem, deſcribitur, vt eadem illa admoneretur, nobili *Solis* appellatione, quid muneris eſſet ſui: irrequieto ſcilicèt curſu omnia permeare, & omnem in partem Euangelij lucem inferre.

V.

Sed cum Chriſtus ſit Sol, non aptè videtur Eccleſia eo nomine donari. Sed primo illa non Sol, ſed vt Sol electa dicitur. id eſt illuminandi munere Chriſto ſimilis.

Et alioqui illi per carnem coniuncta ad participationẽ vocatur honoris. Nam. et qui ante connubium duo, poſtea vnũ ſunt. Quod multo aptius in Chriſtum, & Eccleſiã quadrat.

Ideo Deus homo, & homo dicitur Deus.

Et Eccleſia ſoli denupta Chriſto ſol dicitur.

Quæ ex eo tempore. & naturam et mores ſolis induerat.

Quo pacto, cum Sol ſit Chriſtus, etiam Eccleſia Sol dicatur.

Decebat Chriſto coniunctam eodem cum illo honore donari.

Gen. 11. 24. Per connubium quæ duo fuerãt, vnum ſunt.

Matth. 19. 6.

Epheſ. 5. 32.

Solis nomẽ Verbi proprium Eccleſiæ poſt Incarnationẽ cõmune.

Vnum, quod obijci poteſt, diluendum eſt, quantum attinet ad *Solis* appellationem, quod loco hoc *Eccleſia Chriſtiana* tribuitur. Nam certe *Chriſtus* verus mundo *Sol* eſt, eſt enim illa *lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioa. 1. 9. vt non rectè videatur hoc nomen *Eccleſiæ* tribui poſſe. Sed primo *Eccleſiam, Electam, vt Solem*, Angeli vocitant, quod ſimilitudinem ſolam videtur ſignificare. Quod ſi *Solem Chriſtum* intelligas, illi intelliges munere comparatam, & illuminandi conatu. Nec mirum eſt illam *Chriſto* per ſuſceptam carnem inſolubili coniugio iunctam, à coniunctione ſimilitudinem trahere, immo & nominis, & honoris, & muneris communionem: Sed eſt ſubtilius aliud, & magis arcanum, ex natura coniugij ductum, quod in hunc locum, atque *Eccleſiæ* ſtatum aptius quadret. Nam certe per legitimum connubium iam, qui ante duo, vnum ſunt. *Quamobrem*, inquit, *relinquet homo Patrem, & Matrem; & adhærebit*, (agglutinabitur) *vxori ſuæ; & erunt duo in carne vna.* Gen. 1. 27. addit Chriſtus: *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.* Mat. 19. 6. Quod ſi verè de matrimonio legitimè iunctis affirmatur, multo verius de *Verbi* cum *Eccleſia* per Incarnationis connubium coniunctione: quod myſterium in eo facto Adami latere, Paulo monitore, didicimus *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Ephes. 5. 32. Ideo poſt incarnationis diſpenſationem, & homo Deus, & Deus dicitur homo, in eandem dignitatem euecta carne, eiuſdemque honoris; atque appellationis participe. Quod ſi *Solis* appellatio *Verbi* propria eſt, ne ea quidem *Eccleſia* poſt incarnationem inuidenda eſt. *Sol* ergo & ipſa vere dicitur, poſtquam, *Soli Verbo* denupta, illius in ſe bona omnia tranſtulit, atque natura quodammodo tranſmutata, in diuiniorem euecta eſt. Haud ergo mirabere ex eo tempore, quæ mores, naturamque, & genium *Solis* induerat, officium etiam impleuiſſe; vt, & perpetuo, nec vnquam intermiſſo curſu, orbem, qua longe, lateque patet, circum iret; & ſplendidum Euangelij lumen in omnem gentem inferret.

NOTA-

Digitized by Google

NOTATIO XXXII.

SVM. COM.

TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA.

Cur nõ adeò multis interiectis, eadẽ hoc vſurpata ſententia.

QVO *ſenſu hæc vel dicta, vel accipienda ſint, ſuperius hoc* eodem Cap. Not. 9. dictum eſt. Hic illud quæri poteſt, quod ab nemine interpretum, quantum memini quæſitum eſt: Cur, nõ adeo multis interiectis verbis, eadẽ ſententia ſit poſita, cum id non ſine cauſa fuiſſe factum credendum ſit. Eius rei mihi duplex videtur ratio reddi poſſet altera à perſonarum, quæ interloquuntur diuerſitate, altera à rerum diuerſo habitu. Vtraque autem probabilis ratio eſt. Nam verſu tertio *Sponſus*, hoc nouo puellarum chorus loquitur. Videntur ergo illius probare iudicium, & *Sponſæ* honeſtatem grauitatem, & ſeueritate iucunditatem temperatam commendare: quaſi per otium contemplatæ illius ſpeciem, nihil ab Sponſo affectui datum in pulcherrima laudatione confirment. Id ſi ad arcanũ ſenſum transferas, animaduertes Angelorum, nam eórum has voces eſſe poſuimus, ſimile de *Eccleſia* cum *Chriſto* iudicium: amant enim non obſequi ſolum imperanti, & ad nutum moueri, ſed affirmanti etiam annuere. Sciunt enim nunquam ſe verius, atque integrius de rebus ſentire quam cum ſenſum ſuum omnino ſenſui *Chriſti* conformant. Atque ea prima ratio eſt.

Superius Chriſti ſunt verba, hic Angelorũ, à quibus illius iudiciũ approbatur.

Angeli videntur Chriſti iudiciũ approbare.

Eorum enim proprium eſt, illius adhærere ſenſui.

Altera à diuerſa rerum facie petenda eſt, Nam eadem illa *Eccleſia* priore loco, adhuc de prioribus cum Iudaiſmo pugnis calens, meditanſque potius nouas cum Gentiliſmo, quam iniens, inducitur. Veluti quæ noua arma paret, expediatque ad noua bella. Ideo à fortitudine, ac robore commendatur; quod tametſi parum feliciter ſucceſſiſſet prior cum Iudæis conatus, cum quibus multum laboris fruſtra eſſet impenſum, animum minime deſponderet; ſed in maiora armaret facinora, parata difficiliora ſubire diſcrimina, dummodo *Chriſti* Fidem gentibus annunciaret, ac felicitate ſucceſſus priorem infelicitatem emendaret. Eo habitu, *Chriſti* laudes merita eſt, qui ideo illam *Aciei Caſtrorum ordinatæ* compararet. Hoc autem commate cogita parata ante arma iam induiſſe, diſpoſitaſque ſuis locis acies in hoſtem vrgere, claſſicũ, incinentibus tubis, ac quaſſante arma milite vocibuſque animos erigente ſodalium. Eo habitu iam deſcribi ex proximis verſibus planum fiat. Ergo ſic conſpectam nobilem præliatricem laudibus Angeli tollunt, eiſdemque verbis virtutem iam pęne miſcentis cum hoſte pugnas commendant. Atque ob has cauſas geminatam eſſe hic ſententiam arbitramur.

Eſt & alia ratio ab diuerſa rerum facie Nã priore loco inducitur arma parans in gentilitatem.

Chriſtus laudarat Eccleſiã tranſitum meditantẽ ad gentes.

Hoc autem parata ãte arma ſtringens, inferenſque in hoſtem.

Angeli laudant eandem in procinctu ad tantũ facinus.

Sic conſpecta virtutem mirantur Angeli, & laudibus proſequuntur.

VERSVS X.

DESCENDI IN HORTVM NVCVM, VT VIDEREM POMA CONVALLIVM, ET INSPICEREM, SI FLORVISSET VINEA, ET GERMINASSENT MALA PVNICA.

COMMENTARIVS.

VERBA *Sunt Chriſti, reddentis rationem, cur ad Gentium* diſperſionem, relicta Synagoga tranſierit. Nam inuento in ea (Horto olim ſuarum deliciarum, quem ſua manu plantarat, ſuo labore coluerat, ſuis fauoribus in ſpem futuri fructus euexerat; ſed iam ſyluеſcentibus lignis, atque areſcentibus fruticibus ſterili) deſiderato fructu, quem auide, ac ſtudio multo quæſiuiſſet: illius damnata infelicitate, alio obuertiſſe ſtudia ſua, alibi quæſiturum, quod inibi minime inuenire potuiſſet. Alio ergo ſolo, quanquam hactenus inculto, ac multis ſenſibus oblito, nouum ſibi plantare *Hortum* voluiſſe. *Deſcendiſſe* ergo inſpecturum, num

qua ſpes futuri aliquando fructus eſſet; an nondum eſſet opportunitas quærendi obedientiæ poma, fidei fructus. Id ſcilicet dicere vult, expectaſſe ſe præordinatum á Deo tempus ad Gentium vocationem. Eo aduentante, hæreditatem adijſſe ſuam, exſcidiſſe ſterilia virgulta, mala gramina flammis abſumpſiſſe, ſeuiſſe fidei ſemina; cæpiſſe Vbere ſe prouentu fœcunditatem oſtentare, hic floribus futuri fructus obſidibus; illic primulis pomis venturæ maturitatis pignoribus.

ENARRATIO.

EX his, quæ à me de te prædicata, quæque ab Angelis meis approbata, intelligas, quam mihi grata ſis, quàm in eo procinctu transferendi in Gentes Euangelium omnino placens. Nunc cauſa reddenda eſt, cur à te, dum Iudæorum genti diligentem nauas operam, viſus abeſſe fuerim. Multo mihi labore Synagoga conſtiterat: nam quid non actum à me, dum in viuis eſſem, vt eam ad me adducerem? Quid non ab Apoſtolis, poſtquam ipſe rediuiuus in cælum abij, quos mei voti vicarios ipſe reliqui? fruſtra fuere omnia; & Hortus ille olim mearum delitiarum, cultu ipſo, cultoriſque labore ſylueſcens, fructum negauit. Quærenda ergo mihi pinguior gleba, ſi poſſem, & laborem, & ſtudium fructuoſius collocare. In Gentiliſmum ergo deſcendi, eoque curas omnes tranſtuli, vbi ſe ſpes futuræ vbertatis oſtentabat, ſi opera, & cultus accederet. Multus labor ſubeundus fuit, vt ad futuram ſementem, vber alioqui tellus, pararetur; exſciſæ noxiæ ſtirpes, ſpinæque, & tribuli flamma conſumpti: noualia aratro ſubacta; fidei iacta ſemina; & præordinato à Patre tempore aduentante, noua effulſit & grandis ſpes. Hunc exinde abdicato priore, mihi delegi hortum ad delicias, in quo ad prima ſtudia, culturæque conatus vidi omnia mutari in melius: ſpei certiſſime floribus campos depingi, primuliſque pomis arbores futuram maturitatem ſolidarum virtutum oſtendere; quarum erit partium Sponſi ſtudia promouere, & vota conatibus cumulare.

NOTATIO XXXIII.

SVM. COM.

DESCENDI IN HORTVM NVCVM.

I. *Locus impeditiſſimus, & ſententijs diſtractus interpretum.*

Ponimus autem primum Chriſti verba hæc eſſe.

Abſceſſus ſui à Synagoga rationem reddentis.

VEntum *eſt in locum difficillimum, ac multis ambagibus impeditum*, ac variantium Interpretum ſententijs diſtractum. Nam & dubium eſt, vtri tribuenda hæc verba ſint, *Chriſto*, an *Eccleſiæ*, & quo pacto cum ſuperioribus nectenda ſint, non eſt facile definire. Vtramque quæſtionem Dram. Comment. Not. 19. Capitis 6. otioſe tractauimus, quo lector ablegandus eſt. Ponimus ergo ex eo loco *Sponſum* hic, ideſt, *Chriſtum* interloqui; tum rationem reddere ſui abſceſſus ab *Eccleſia*, dum ab ea anxie quæreretur. Id ab eo factum, quod ſterilitate Synagogæ offenſus, in Gentilitatem obuertiſſet curas. Eo ergo contuliſſe ſe, atque interius per arcanos motus Eccleſiam è ſterilibus Iudæorum agris in pingues Gentilitatis campos euocaſſe. Hæc adnexum horum cum præcedentibus generatim ſpectant.

Dram. Commit. C. 6. Not. 19.

Reddit rationẽ Chriſtus ſui abſceſſus à Synagoga.

II. *Id generatim ſit dictum, ſed quidã exponunt de verbi in terras deſcenſu.*

Sed mirum eſt, toties de Incarnatione eſſe ſermonem.

De ſenſu magis intricata lis eſt. Nam omiſſis ijs, qui non litteram, ſed tropologiam probauere, de quibus tropologico commentario; quidam hæc interpretantur de *Verbi* in mundum per Incarnationem *deſcenſu* fructuque ex eo præcepto. Sic videtur ſentiſſe Hieronymus Com. in Cap. 12. Zachariæ, & omnino Aponius, & Aponio antiquior Philo Carpath. & recentior Honorius Auguſtodunenſis: quanquam non omnes ſingula eodem explicant modo. Mirum eſt toties ab his Authoribus ad *deſcen-*

Hieronym.
Philo Carpbat.
Aponius.
Honorius Auguſt.

Deſcenſus in Hortum incarnatio Chriſti.

Nobis alia rerum ſeries probata eſt, alia hic omnino mens.

deſcenſum Verbi in terras non eadem verba referri; cum ſeries ipſa rei minime id videatur pati. Nos, qui in ſuperioribus, quæ geſta, poſt Chriſti in cœlum reditum, ſunt, agnouimus, ea ſentiendi ratio probari non poteſt. Aliud ergo quærendum eſt, quod aptius in hunc locum quadret iuxta ſeriem noſtræ interpretationis.

III.

Alij ad ſæculi poſtrema referunt.
Synagogam hortū eſſe nucum, arborem quæ diu creſcit, & omnem ſuccum ad ſe trahit.
Sero fructum nec niſi verberibus reddere.
Amaro, duroque, nec ſimplice cortice tegi, qui facilè frangi non poſſit.
Nucheum adhuc pellicula amara ingratum.
Synagogam tardè creuiſſe, ſero fructum nec niſi vexatam reddidiſſe.
Durā fuiſſe Prophetis, putamine obdurationis tectam.
Vix tandem exiguo fructu compenſaſſe tantum laborem.
Id obiectum illi à Stephano grauiter.

Contra alij, vt mirari poſſis ingeniorum diuerſitatem, emenſo toto durationis mundi tempore, hæc ad reliquias Synagogæ tandem adiungendas *Chriſto* duorum prædicatione Enochi atque Eliæ, maluere referre. Et quidem illi apte, vt videtur, applicant ſingula. Synagogam iure *Hortum* eſſe *nucum*, quod, & Philoni, & Honorio, & Aponio placuit, *Nucem* difficile creſcere: omnem terræ ſuccum vicinis arboribus ſubtrahere: ſero fructum ferre: quem tamen nunquam, niſi verberibus coacta, reddit: cum autem arbore deiectæ fuerint *nuces*, craſſo primum, amaroque, & ſordido cortice; deinc ligneo, duroque, & quem ſi dentibus premas, citiles dentes frangas, quam expugnas, contegi. Poſtquam autem lapide confregeris, nucheus quidem apparet, ſed adhuc pellicula, ſapore ingrata, defenditur. Et quidem pro exigui nuchei guſtu, magna corticum moles, non niſi ignibus apta, ſeſe opponit auido guſtatori: &, quidquid id gratioris cibi eſt, amarore, duritie, ac labore eruendi moleſtum, ingratumque eſt. Sic Synagogam tardis incrementis auctam, contra Gentium ſalutem iugi inuidia laboraſse; ſero fructum reddidiſſe, idque non niſi ſæpè flagellis geminatis petitam; Perfregiſſe Prophetarum ſæpè conatus, vt obſtupeſcerent dentes; Putamine obtectam multo obdurationis, obſtinationiſque eoque amaro, ſordido, ligneo, duro; quo tandem expugnato multo tempore, multa vi, nucheus exiguus auidum Dei guſtum refecit. S. D. E. *Dura ceruice, & incircumciſis cordibus & auribus vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis, ſicut Patres veſtri ita & vos. Quem Prophetarum non ſunt perſequuti Patres veſtri? & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu Iuſti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis!* Act. 7. 51. 52. In hunc *hortum deſcendiſſe Sponſum*, poſt Eliæ, atque Enochi quadraginta duorum menſium prædicationem, vt videret quos fructus prædicatione illa, atque hybe no perſecutionis Anti Chriſti torrente irrigatus *nucum hortus* polliceatur: num aliqua de preſſo tumore ſuperbiæ in vallibus humanitatis, mitia manſuetudinis mala germinarint: num in Domini Sabaoth vinea recepto Euangelij nuncio, botrorum aliquid fidei, & obedientiæ reperiatur: num Syncerai caritatis, & deſiderati martyrij efloreſcat ſpecimen. Omnia hæc quidem aptè dicuntur, ſi ſeorſim verba conſideres; ſi cum ſuperioribus nectas, non apte. Nam cum illa de tota *Eccleſia* interpretentur ijdem illi authores, mirum eſt, tam ſubito tranſitu ad vltima tempora cucurriſſe, vt inuenirent in fine mundi, cui hæc verba tribuerentur. At tot ſæculorum Hiſtoriam prætermiſſam, nemo prudens affirmauerit: & multo magis mirabitur, *Eccleſiæ* curſum tam grandi intercìſſum hiatu. Difficultas credo loci coegit ad ea, quæ, audeo dicere, ne ijs quidem illis fuiſſe omnino probata; ſed meliorum defectu potius non abiecta, quam electa.

Synagoga Hortus nucum dicta à quibuſdam, & quas ob cauſas. *Philo Carpath. Honorius. Aponius.*
Nucis arboris & fructus natura deſcripta.
Synagogæ natura nuci arbori, & fructui ſimillima.
Act. 7. 51. 52.

In hunc hortum poſt Eliam Enoch umque Chriſtū deſcēdiſſe, fructus collecturum.
Quibus verbis virtutes intelligūt fidem obedientiā caritatem Martyrium
Acutè omnia niſi ad nexum cum præteritis reſpicias.
Quæ cum de tota Eccleſia illi exponant.
Mirum eſt tot ſeculorum Hiſtoriā prætermiſſam.

Chriſtus in Synagogæ Hortum poſt Eliæ, & Enochi prædicationem deſcendit.
Nō decet in interpretando ſubitò tranſitu interpretationem peruertere.

IV.

Alij pergunt hæc de Romana interpretari, illiuſque ſæculari dominatu.
Quo factum, & dum exteriora illa curat ſui muneris fuerit incurioſa.
Id verò verſu proximo, hunc generatim interpretātur,
Sed mirum eſt paulò ante in religioſis reformatā, tam breui ſæcularibus pompis obrutam.

Quidam alij, quibus, vt monitum ſupra eſt, placuit verſibus ſuperioribus *Romanam Eccleſiam* agnoſcere, hic maieſtatem illius, magnitudinemque, & opes ad oſtentationem vſque, regumque æmulationem agnoſcunt; ſæcularem ſcilicet dominatum, ſplendoremque, & opulentiam liberalitate Principum *Eccleſiæ* communicatam, (de quo agi verſu proximo arbitrantur) vnde factum, vt illa exteriora dum curat, in curioſius, quod proprij erat muneris, ipſa tractaret: minus de cæteris *Eccleſijs*, fructuque earum ſollicita. In hunc illi ſenſum interpretantur, & generatim hæc explicant, ſed ſingularibus intactis. Sententia, cui plus acuminis ineſt, quàm firmitatis. Et profectò mirum eſt, eam, quæ paulo ante religioſorum ordinum inſtitutione ab ea deſidia fuerat reuocata; quibus exemplo, voceque docentibus, priſtinam alacritatem reſumſerat, vt illuſtres illas ſponſi laudes mereretur, tam breuè interiecto interuallo iterum ſæcularibus pompis, ac cultus ſplendore, & opibus, de concepta nuper reformatione tantum remiſiſſe; vt, dum ſollicitius exteriora illa curat, ſtudia propria intermiſerit: eius oblita muneris, quod potiſſimum erat, particularium Eccleſiarum fructum exquirendi. Vides hæc minimè cohærere: nec decere, vt tam ſubitæ in tanta permutationes inducantur. At, inquis, conqueſtiones hæ *Eccleſiæ* ſunt quales in bonis Pontificibus obſeruamus: nam & Gregorius haud ſemel doluit aliorum cura ſeſe ſæpius impediri, & mole negotiorum obrui, quod & Auguſtinus haud raro queſtus eſt. Non ergo accuſationem hæc *Eccleſiæ Romanæ* continent, ſed dolorem: quòd, cum exteriorum ſtudiorum mole obrui ſe ſentiat, proprij oblita muneris, Eccleſiarum, populorumque ſpiritualem profectum vrgere deſierit. Id vero, argumenti vim non infirmat. Nam, quæ ſe dolet, non aduertiſſe ad muneris ſui rationem propter occupationes

Romanæ Eccleſiæ hoc, & proximo verſu factū diuitiaſque notari volunt.
Quæ paulò ante ex eorum ſententia inducta eſt per religiones reformata, non aptè tam breui inducitur ſæculari pōpa obruta.
Bonorum Pontificum conqueſtiones de negotiorū mole, quibus premuntur.

Certè non decet tam ſubitas fieri mutationes.
Qui negotijs obruti doleant minus ſe poſſe officio defungi.
Sed inquiūt queſtus hos eſſe bonorum Pontificum.
Sed quidquid dicas ſui muneris negligentem Eccleſiam facis.

Digitized by Google

Atque à priſtina morum diſciplina alienam.
Sed nec ſenſus hic aptari verbis poteſt.
Quibus potius ſtudium ſuũ & muneris curam cõmendat.
Tàm abeſt, vt damnet, & doleat.

Studia ſua in munere obeundo, Eccleſia commẽdat, non accuſat in curiam.

tiones extrinſecas, ſe certe fatetur muneri defuiſſe ſuo, quod, vel per cæterorum negotiorum neglectum debuiſſet vrgere. Id autem magnam in illius moribus mutationem factam ſatis oſtendit; & ad eadem illam mala reuertam, quæ religioſorum vel doctrina, vel exemplo poſuerat. Quid in re plana diutius vetiamur, cum hic ſenſus omnino in verba non quadret? Tam enim abeſt, vt ſtudia damnet ſua in procuranda aliarum Eccleſiarum Diſciplina, vt potius laudet. Se enim affirmat (nam Eccleſiæ Romanæ hæc verba tribuunt, non Chriſto) *Deſcendiſſe in Hortum nucum, vt Videret poma conuallium: vt inſpiceret num adhuc vineæ ſuis floribus pingerentur, num granata mala germinarent*, quæ niſi ſollicitudo eſt eius, quæ munus ſuum pro viribus explere cupiat, nulla alia eſt. Quo ergo pacto vis, quæ tam ſollicite, quæ egiſſet, commemorat, ſtatim dolere, quòd, exterioribus curis diſtenta, non aduerterit ad id, quod muneris erat ſui? Nec ergo apte hæc dicuntur ad rerum ſeriem ſecundum eorum authorum ſenſum nec apte ad verborum ordinem.

V.

Pertinent ergo hæc ad militantem Eccleſiæ expeditionẽ ad gentes.
Quæſiuiſſe ſe Chriſtum nec inueniſſe in Iudæis dixerat.
Mox monitu Petri didicerat, etiã gentibus gratiam communicatam.
In quibus Chriſtum inuenit.
In eo procinctu laudatur ab Angelis
Et conſilij ſui rationem audit à Chriſto.

Horum verborũ cũ ſuperioribus nexus & ſententiæ cohærentia.

Hæreamus ergo interpretationis conſequentiæ, atque Verba hæc interpretemur de inſtante *Eccleſia* tranſitu ad Gentes, Synagoga relicta, cui *Chriſtus*, cuius ſcilicèt agebatur res, & viam paret, & impedimenta ſummoueat. Abijſſe ſibi *Chriſtum Eccleſia* doluerat in Apoſtolis; &, quamuis anxiè quæſitum, nuſquam apud Iudæorum pectora inueniri potuiſſe à ſe. Tranſijt ad Gentilitatem, monitu docta Petri, etiam gentibus patere in *Eccleſiam* ingreſſum: ergo ſuſpicata eo ſe ſuum *Chriſtum* contuliſſe, ſpei plena cucurrit; eo inibi inuento lætata eſt, & ad grande facinus accinxit ſeſe, non animo magis magno, quam alacri. In eo procinctu pulcherrima viſa *Sponſo*, viſa & Angelis, quorum alternantibus choris laudes promerita, ſecura iam rei, adeundi diſcriminis ſignum exſpectabat. Hoc rerum ſtatu, *Chriſti* vox ſonuit, qua ſui conſilij rationem expoſuit; ac temporariæ illius abſentiæ cauſas enumerauit: Quales autem eæ ſint, diſerte exponit. Hæc tota nexui ratio eſt.

Chriſtus ſui cõſilij de tranſitu ad Gentes reddit rationem.

VI.

Deſcẽdiſſe autem ſe dicit, quia à faſtu Iudaici populi ad humilitatem Gentium tranſierat.
Id indicatum in exſcenſu Hebræorum è mõtibus in plana promiſſa terra.
Et vocibus Prophetarum cantatum.
A quibus Gentiũ humilitas variè ſignificata.
Et ſublimitas poſtquam electa à Chriſto fuit.
Deſcendit ergo, quia a gente hactenus ſibi dilecta, tranſijt ad abiectam.

Chriſtus de faſtu Hebræi populi deſcẽdit ad Gentium humilitatem.

Sed in *Deſcendendi* verbo pleriq; myſterium agnouere quod nobis minime neceſſarium viſum eſt: tametſi, ſi velis, cum deſcendiſſe ſe dicit, humilitatem, abiectionemque gentium intelligere voluiſſe, quas adiens ipſe, quaſi deſcenderit, non prorſus damnabo. Cantatum id a Prophetis fuerat, & figuris etiam præſignatum. Nam & cum filij Iſrael, tunc Dei ſcilicèt populus, promiſſam poſſeſſionem adirent, è vaſtis ſolitudinis montibus, immo & ſterilibus, deſcendit in plana. Sic *Eccleſia* è ſterili Synagogæ deſerto, ac ſcopulis multis infami, inhumiles gentilitatis campos exſcendit, nouarum plagarum aditura poſſeſſionem, dominatumque latè propagatura. Prophetarum illę ſunt voces: *Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent*: (in Iudæorum populum, Dei fauoribus ſuperbum, Dei beneficijs elatum) *miſericordia autem mea non recedet a te, & fœdus pacis mea non mouebitur, dixit miſerator tuus* Dominus. *Paupercula tempeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione*. Iſa. 54. 10. 11. quæ de gentilitate dicta non ambigimus, & omnino perſuadent quæ ſequuntur. *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris: & ponam iaſpidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles. Vniuerſos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filijs tuis*. Ibid. Ver. 11. 12. 13. Et: *Ite angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius: ad gentem exſpectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius*. Iſa. 18. 2. Ideo ergo *deſcendiſſe* ſe dicit, quia ad gentem nullis meritis inſignem, hactenuſque à ſe abiectam, ac ne oculo quidem dignatam præpoſteris Abrahami, fauorem ſuum decreuit transferre, & grãdibus beneficijs ditare, & in patrimonij totius hæredem, abdicata Synagoga, inſtituere: vt tandem verum illud eſſe oſtenderet: *Maior ſeruiet minori*. Gen. 25. 26.

Præceſſit typus in Hebræorum populo.

Prophetarum vaticinia de eo deſcenſu. Iſai. 54. 10 11.

Hebræi montibus ſignificati.

Gentium humilitas, & abiectio variè a Prophetis ſignificata. Iſai. 54. 11. 12 13.

Gentium ſublimitas poſtquam á Chriſto electa. Iſa. 18. 2.

VII.

Hortum autẽ vocat non quod iam tùc eſſet, ſed quia mox futurus.
Quemadmodũ ſi regum quiſpiam in neglecta hactenus ſylua Hortum regium plantet.
Deſignatoque loco dicat, Hic iã meus Hortus erit.
Inducitur ergo Chriſtus de Gentilitate ſollicitus, ſyu[a] hactenus infrugifera.

Gentilitas antequam Chriſtum agnoſceret Hortus dicitur, quia mox futurus.

Similè appoſitiſſimum, quo two ſenſu mira explicatur.

Hortum autem *Suum* appellat; quia, tametſi tunc quidem adhuc incultus, & multis ſenſibus impeditus ager, tamen mox, adhibito per Apoſtolos prædicationis cultu, futurus erat delicias locus, quo ſæpè animi cauſa diuerteret, ſeque percoctis fructibus ſatiaret. Cogita magnatem, medijs Syluis multa arbore, ac frequenti ſtirpium implexu impeditis, locum deſignare ad plantandum Hortum regium; in quo miro artificio, regijſque omnino ſumptibus omnia diſponantur ad oblectamentum: atque in eo totum eſſe, vt rationem inueniat, qua breui exciſis infelicibus arboribus, eradicatiſque ſentibus, & ſpinis flamma abſumptis, mitiores ſtirpes depangat, vtileſque arbores, ſuis diſtinctas ordinibus, plantet ad ſpeciem, & menſas: Verbiſque animi ſui vota promentem. *Hic deinceps meus futurus eſt Hortus, mearum delitiarum locus, in quo regni curis grauis ſæpè cõcedam innocuis me oblectaturus voluptatibus, nullus vt ſit, qui partem gaudiorum delibet*. In eo ſtatu rerum *Chriſtus* inducitur iam de gentilitate ſollicitus, cunctaque mira prouidentia diſponens, vt in ea, hactenus ſterili, Sylua, & infrugifera, delitiarum ſuarum ſummam collocet. Ideo *Hortus* eſt qui nondum eſt, quia futurus mox, eſt delitiarum *Chriſti* locus.

Chriſtus de Gẽtilitate ſollicitus.

Sed

VIII.
Sed Hortus nucũ cur dictus? Syluestres arbores ad Hortorum delitias minimè pertinent. Aſperis enim locis gaudent, mitioribus nō proueniūt.
Nuces ergo vel iuglādes, vel Amygdalas intelligamus.
Nuci igitur Gentilitas comparata propter vaſtitatē.
Et vim habendi ad ſe omnem ſuccum, id eſt omniū populorum dominatum.
Et quia vmbra inſalubris, erroribus orbem impleuit.

Hortus nucum cur Gentilitas dicatur.

Sed quod *Hortus nucum* dicitur interpretati ſumus Dramatico commentario non generatim de omni arbore, cuius fructus ligneo cortice circundatus. Nam nec credo & pinum, & corylum etiam exiſtimabis ad Hortenſes delitias pertinere; quæ montana potius amant, & aſpera loca, & aduerſus frigora & ſolis ardores, & ventorum turbines ſolent eſſe contumaces. Excludit earum vaſtitatem *Hortorum* mitior temperies, & ſuis ipſæ aſſuetæ plagis horridioribus, pinguioris, ac delicatioris plebæ benignitate non gaudent. Adde earum fructus non tanti fieri, vt inter reliquas Hortenſes delitias, regijs menſis inferendas, & cenſeantur. *Nucum* ergo nomine vel iuglandes, vel Amygdalas, quod magis probauimus, accipiamus. Vtrumque autem diuerſo reſpectu Gentilitatem notat, ſeu Gentiles potius. Sed placet ſimilitudinis vtriuſque indicare rationem. Nam & quod *Nucis iuglandis* arbor vaſta ſit, & vmbra noxia, & ſuccum omnem proximæ telluris ad ſe trahat, nec ſtirpes alias in conſortium admittat, mores Gentilitatis ſatis exprimit, nam & enormi vaſtitate, ſi cum Iudaiſmo compares, orbem repleuit, immo & imperijs vaſtiſſimis, occupauit. Quale illius de quo dictum eſt: *Magna arbor & fortis: & proceritas eius contingens cælum, & aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ.* Dan. 4. 8. Nec fieri poterat, vt tantæ magnitudinis enormitas non proxima quæque regna exſcinderet, conſumeretque: vt quidquid erat poteſtatis ad ſe traheret vnam. Nulla enim ſocietas imperio probatur, nec vllum omnino fuit, quod non per alienas clades adoleſceret. Vmbra autem ſua quam noxia mortalibus gentilitas fuerit, dicere haud neceſſe eſt: cum omne prorſus genus hominum in errores induceret, & ad profana cogeret ſacra. Et id ergo pertinet ad ſimilitudinis rationem, vt ſi ad hos mores Gentilitatis reſpicias non inepte dictam *Hortum nucum*, aut *nucis*, vt inſontibus eſt, affirmes.

Nucis arboris cū Gentilitate adhuc aliena à Chriſto comparatio, a vaſtitate.

Dan. 4. 8.

A vi trahendi ad ſe omnem ſuccū id eſt proximarū gentium dominatum.

Ab inſalubritate vmbræ, qua proxima quęque erroribus corrūpebat.

IX.
Si malis Amygdalas intelligere, fructu gratas, eſt maximè tener ad huc ſuo lacte turget.
Non ineptè Gentilitati accommodabis, cum in paucis, qui crediderant, & Chriſti guſtū titillaret.
Et ſpem faceret vbertatis futura ſi cultus prædicationis accederet.
Mirum ergo iam non eſt Chriſtum ad ſuam ſollicitādam ſpem deſcendiſſe.

Amygdalus arbor hoſtis digna Regijs, & menſis. Gentilitati comparatur incipienti credere.

Primi de Gentibus credentes aptè amygdalæ dictæ.

Facilitas qua vocatæ crediderę: & ſpem fecere vberioris fructus.

Quod ſi *Amygdalæ* magis placeant, quæ arbores Hortis regijs digniores, neque enim tanta vaſtitate ſe tollunt; nec vmbra nocent; nec ſuccum proximis inuident arboribus: & inſuper fructu gratiſſimæ ſunt, ſi maximè teneras adhuc, ſuoque lacte nondum inſolidum cibum coacto, prægnantes, guſtare placuerit: haud inepte Gentilitati accommodabis eo tempore, quo, primis iam fructibus, velut tenerrimis amygdalis, in paucis qui de gentilitate crediderant, ſpem fecerat futuri prouentus. Adiuncti iam ad fidem fuerant Cornelius, & domeſtici, & eunuchus ille candacis Reginæ; iam audiente ex ore Petri *Eccleſia* intellectum, etiam volente Deo Gentibus fidei lumen communicandum eſſe. Itaque futurorum fructuum vbertas in primis illis, atque adhuc teneris apparebat: & placuerat illa facilitas, qua ad primos Chriſtiani luminis radios humor percoctus & frondes, & cum frondibus fructus emiſerat. Sit ergo Gentilitas, fructuum illis primitijs futuræ vbertatis faciens ſpem, *Hortus nucum*, ſeu *Amygdalarum* potius: Nec iam mirabere *Chriſti* ſtudium, quo *deſcendit in Hortum*, inſpecturus, an adhuc tempus aliorum fructuum percipiendorum immineat.

NOTATIO XXXIV.

VT VIDEREM POMA CONVALLIVM.

I.
Lectiones variæ alibi expenſæ.
Vulgatus in transferendo primas tulit.
Sed vallis, ſeu cōuallis vocabulum ad Gentilitatem pertinet.
Ideò dictum: Omnis vallis implebitur.
Quæ ſi arcano ſenſu interpretare, montes faſtum, ſuperbiamq; vallis abiectionem ac puſillitatem intelliges.
Sed potes, ut montes Iudæos intelligere abijciendos.
Valles Gentilitatem gratia implēdam.

Vulgati iudiciū in transferendo.
Vallis quid?
Iſai 40 4.
Luc. 3. 5.
Valles impleri, colles humiliari, omnia impedimēta viæ demi.
Aduenięte Chriſto, & faſtus, & puſillitas mentiū adimenda.
Mōtes humiliādi, Iudæi abijciendi.
Valles implēda, Gentes vocandæ.

VArias *Hoc loco verſiones eſſe alio loco monuimus, &* varietatis cauſas aſſignauimus. Alij reſpexere ad arbores, alij ad arborum fructus. Vulgatus prudenter vocabulum poſuit, quod & arboribus, & fructibus commune eſſet, *Vt viderem poma Conuallium*. *Vallem* intellige frugiferis arboribus conſitam, quam mediam torrens, aut riuus permeans aquis interſecet. Id autem vtrumque ad Gentilitatem pertinet, nam & de illius vocatione dictum eſt. *Omnis vallis implebitur* (exequabitur) *& omnis mons, & collis humiliabitur*. Iſaiæ 40. 4 quemadmodum Lucas citat Cap. 3. 5. Quid id ſit quærere ſi velis, facile eſt intelligere; omne ſcilicet impedimentum, quod aduenienti *Chriſto* poſſet obeſſe, demendum eſſe, ſiue altitudine, ſiue humilitate locorum inæqualis via facilem curſum negaret. Ad animos ſi id transferas, altitudine ſuperbiam, faſtum, vanitatem accipies; humilitate puſillitatem, animique anguſti deiectionem intelliges; vtrumque demendum obicem *Chriſto*. Hunc ſenſum probat communis interpretum ſenſus. Sed minimè id impedit, quin, arcano magis ſenſu, *montes, & colles* accipiamus Iudæorum populum, faſtu, ac deſpectu cæterorum elatū, & Dei in ſe propenſiſſimis fauoribus tumentem. Hic humiliandus, abijciendusque erat. *Vallibus* autem Gentium populos, tametſi ſæpè ſuperbia ſua ſublimes, humiles, abiectoſque tamen, hactenuſque Deo neglectos, quaſi ad ſe minime pertinerent.

Hi

Digitized by Google

Scilicet in eã velut in vallem omnis gratiæ humor à montibus deriuandus.

Nomen enim hic ſingularis numeri eſt,ſicut,& Symmachus tranſtulit.

In Gentes velut in valles montiũ humor deriuandus.

Hi implendi erant, non modo quia, abiecto Iudaico populo, in illius locum leuandi; ſed quia in eos tanquam in decliuia loca gratiarum imbres, montibus illis ariditate negatis pluuijs, ſterileſcentibus, affluentiſſima manu deriuandi erant, quemadmodum de *montibus* in *valles* ſolent aquæ defluere, atque vbertatem præſtare. Ideo loco hoc Gentilitas *Conuallis* eſt dicta, nam in originibus ſingularis numeri vocabulum eſt: ſicuti etiam Symmachum tranſtuliſſe monitum loco alio à nobis eſt: κατα μαθεῖν τας ὀπώρας της φαραγγος *Ad conſiderandos fructus conuallis.*

Symmachi lectio.

II.

Vnum obeſt, quod nondum erat fructus colligendi tẽpus.

Sed quidam reddidere, vt viderẽ virentes plantas.

Vt futuri ſpem fructus exquireret ſcilicet. Num tẽpus deſtinatum aduenißet ad iaciendum ſemen.

Sic in ſterileſcente iam ſynagoga fructum quærebat.

Non inuento maledictione percuſſit.

Et fauorem ad Gentes tranſtulit.

Vtrobique ergo fructus quærit ſed in Synagoga maturos. In Gentilitate primulos.

Illam expectauit vt faceret, quia faciendi tempus erat.

Non ferentem, cũ deberet ferre, abiecit.

Hanc coluit vt faceret. Sed in illis initijs non tã fructus, quam flores quæſiuit.

Obiectio.

Quorundam lectio, in aptum ſenſum intellecta.

Chriſtus in Gentes deſcendit, vt videat fructus, ſcilicet an adhuc tempus deſtinatum aduenerit. Vocationis earum.

Matth. 21. 19.

Luc. 13. 6. 7. Ficus fructu carens ſynagoga ſterilis.

Chriſtus fructus in Synagoga, ac Gentilitate quærit: ſed in illa maturos, in hac velut adhuc latentes in gemmis.

Luc. 13. 6. 7.
Matth. 21. 34.
Iſai. 5. 2.

Vnum obeſt, quod tamen & facile diluere eſt, & aptum ad eorum, quæ ſequuntur, interpretationem iuuandam. Nam in eo procinctu, & paratura *Eccleſia*, qua deſerta Synagogæ peruicacia, ad Gentes Euangelium transferre cogitabat; nondum videtur fuiſſe tempus quærendi fructus in Gentilibus: cum tamen hic affirmet, *Deſcendiſſe ſe, vt conſideraret fructus conuallis*, ſed ſi quorundã amplectare lectionem, qui, quemadmodum eodem monuimus loco, tranſtulere: *vt viderem virentes plantas*, facile eſt intelligere vna *Chriſtum* in Gentilitatem euocatum cura, vt videret, quam ſpem facerent futuri prouentus arbores, an adhuc adueniſſet tempus deſtinatum ad illarum Gentium cultum, id eſt, ad Euangelij ſementem faciendam. Habes huius rei documentum in Euangelio non vnum, cum de ſterileſcente iam Synagoga loqueretur. *Chriſtus*, cum ad Ficulneam acceſſit inſpecturus an vllis pomis onuſta, ſobriam, parcamque menſam poſſet ornare. Matth. 21. *Et videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea niſi folia tantum, & ait illi nunquam ex te naſcatur fructus vſque in ſempiternum; Et areſacta eſt continuo ficulnea.* Et loco alio ſub eodem ſchemate: ſed ratione non eadem. *Arborem fici habebat quidam in vinea ſua plantatam, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.* Luc. 13. 6. 7. Pertinet hoc vtrumque ad Synagogam, in qua fructus fidei, *Chriſtus* quærebat, nec inuentis, iratus fauorem alio tranſtulit. Quærit ergo fructus in Synagoga, quærit in Gentilitate, ſed non eadem ratione quærit. In Synagoga maturos, & ad eſum aptos, in Gentilitate non tam fructus, quam eorum ſpem, & indicia futurorum. Alteram *expectauit vt faceret*; quia faciendi tempus erat. *Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac & non inuenio.* Luc. 13. 6. 7. Et. *Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad Agricolas vt acciperent fructus eius.* Matth. 21. 34. Et *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas.* Iſai. 5. 2. non autem ferentem immo pro ficubus ſpinas germinãtem excidit, & totam illam Gentem abiecit, reprobauitque. Alteram, id eſt, Gentilitatem, præuenit, coluit, rigauit, vt faceret fructus, omni quam impenderat, in Synagogam cura, in Gentes, translata: translatis autem in eam ſtudijs, in illis tantæ rei initijs, *inuiſiſſe* ſe eam dicit, *vt videret fructus*, id eſt, quam illa feliciter ſtudia ſua procederent, quam ſpem facerent arbores vbertatis futuræ. Is horum verborum eſt ſenſus:

III.

Chriſtus ergo hic inducitur de Gentilitate ſollicitus.

Idque innuitur, expectaſſe ad opus tempus à Patre olim conſtitutum.

Nec falſa ſpe fuiſſe deluſam.

StudiaChriſti de Gẽtilitate commendantur.

Inuocandis Gẽtibus conſtitutũ à Patre tempus Chriſtus expectauit.

Pertinet autem totum id ad ſtudia *Chriſti* de Gentilitate ſolliciti, nec aliud innuitur, quam expectaſſe tempus à Patre olim conſtitutum, atque æterno decreto firmatum ad Gentium vocationem: eo inſtante, manus admouiſſe operi, ac per ſe arcanis impulſibus, diuinæque gratiæ illuſtrationibus gentium animos præparaſſe ad excipiendum Euangelium: per Apoſtolos autem ſuos, veluti gnauos cultores, multo adhibito labore, exciſſis noxijs ſtirpibus, vtiles, vbereſque plantaſſe: atque ad futuros fructus præparaſſe. Reſpondiſſe autem ſpei conceptæ euentum, atque omnia feliciſſimè proueniſſe, proximis verſibus, quibus laudes *Eccleſiæ* in gentibus continentur, pulcherrimè dicitur,

NOTATIO XXXV.

ET INSPICEREM SI FLORVISSET VINEA, ET GERMINASSENT MALA PVNICA.

I.

Tranſitum Eccleſiæ ad Gentilitatem & iam quidam de veteribus agnouere.

Sed minus aptè ſententiam diuidunt.

Philo Carpath. Sententiam diuidit, haud aptè.

TRanſitum *Toto hoc verſu Chriſti à Synagoga ad Gentilitatem* etiam PhiloCarpathius agnoſcit, niſi quod partem de Synagoga exponit, de Gentilitate autem poſtrema verba, *Et germinaßent mala Punica.* Sed multis argumentis conuincitur, id minus apte dictum ab illo. Nam *deſcenſum* per incarnationem ad Synagogam interpretatur, haud accommodate ad cohærentiam, cum multis antea locis Incarnationem agnouiſſet, nec neceſſe ſit toties ad eadem recurrere, quaſi alia deſint, quæ aptè

in

Digitized by Google

Vt partem de Synagoga exponant, partem de Gentilitate.
Fortaſſis, quod de floritione vineæ dicitur eos coegit in eam ſentiendi rationem.
Nam miſtica vinea Synagoga eſt.
Punicis malis martyres ſignificantur qui ad Gentilitatem cõuerſam pertinent.
Sed obſtat ſeries orationis ſimplex.
Nec ſola Synagoga Vinea eſt, ſed Eccleſia.
Immo. & quicũque populus illius pars, velut eiuſdẽ eiuſdem vineæ minor portio.

in verba quadrent. Sed illud magis mirum eſt, nec continentem ab eo orationis curſum, & vnum ſimplicemque, diuidi; &, cum priora tribuat Synagogæ, poſteriora de gentilitate interpretari. At quiſquis conſideret verborum ſeriem, ſtatim intelliget, omnia ad vnum, idemque pertinere; nec diuidi, niſi violentiſſimè, poſſe. Quod ergo Philo in his verbis tranſitum Euangelij à Synagoga ad Gentes agnouit, laudandus eſt: quod verba à verbis, ſenſumque à ſenſu diſcreuit, probandus non eſt. Sed vno argumento in eam ſententiam pertractus fuiſſe videri poteſt, quod de *floritione vineæ* hic ſermo ſit, conſtet autem myſtico intellectu *vineam* Synagogam eſſe, nam & id à Propheta monitum eſt: *Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt. Et vir Iuda germen eius delectabile.* Iſa. 5. 7. Et à *Chriſto* in parabola vineæ ſignificatum Matth. 21. 33. *Malis autem Punicis* martyres, (qui omnino ad *Eccleſiam* pertinent) ſignificari, & rubor granorum ipſe, & coronæ impoſitæ ſatis oſtendant. Eſt vero ea obiectio exigui momenti, ſi vim orationis perpendas, in qua eadem ſerie dicitur *Deſcendiſſe in Hortum, vt videret poma conuallium; vt inſpiceret ſi floruiſſet vinea; & germinaſſent mala punica,* In eundem ergo *Hortum*, non in duos omnino deſcendit, ſingula inſpecturus: Si de vno duos facias hortos, cur non plures? cum non probabilius poſteriora verba à cæteris diuidas, quam à ſingulis commata ſingula. *Vinea* quidem dicta Synagoga, ſed minime ſola, eſt etiam *Vinea Eccleſia*, quod argumentum Ambroſius, Ambroſio fluens eloquio, late proſequitur HExaem. lib. 3. cap. 12. Eſt & *Vinea* quicunque populus *Eccleſiæ* illius pars, velut eiuſdem latitudinis portio quædam. Nihil ergo id obſtat, quin, quemadmodum poſtrema ad Gentilitatem refers, ita referas & priora. Id ergo ſit certum.

Vinea ſynagoga ſed non ſola.
Iſa. 5. 7.
Matth. 21. 33.
Vinea etiam Eccleſia eſt, & quælibet illius pars.

II.
Quin & modus ipſe loquendi vineam hic non ſynagogam eſſe conuincit.
Nam flores ad Gentilitatem fructus ad Synagogã pertinent.
A qua, quæ tam ſollicite culta diu fuerat, fructus exquirendi erant.
A Gentilitate ſub illis initijs, ſatis erat ſi flores exigerentur.
In nouis enim vitibus flores, et pãpini pro fructu ſunt.
Ideo tam multa florum mentio eſt de Gentilitate eſt mentio toto hoc Cantico.

Quod autem hic de *Vinea* dicitur ad Gentilitatem non ad Synagogam pertinere, vel modus loquendi ipſe ſatis confirmat, non *deſcendiſſe* ſe dicit *inſpecturum*, non an maturos botros, eſuique aptos offerret; ſed an *floribus* pingi cœpiſſet. *Flores* autem ad Gentilitatem, fructus ad Synagogam pertinere, facile eſt demonſtrare, & paulo ante indicatum eſt. Nam certè, quoties ferè de Synagoga ſermo eſt, fructuum mentio fit. *Expectaui vt faceret vuas.* Iſa. 5. 5. *Cum autem tempus fructuum appropinquaret,* Matth. 21. 34. Nam ab ea quæ tam ſollicita cura plantata, tanto ſtudio culta, tanta ſollicitudine rigata fuiſſet, fructus certe, non flores exigendi erant. Id ſæpè Deus dolet. *Ego te plantaui vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum?* Ierem. 2. 21. *Quid eſt quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruſcas?* Iſa. 5. 4. Ab adulta certe atque robuſta, multoque cultu ad vbertatem inuitata fructus exigendus eſt, quam ſi negauerit, non niſi flammis vltricibus ſterilitas punienda. At à Gentilitate ſub illis initijs vtpote adhuc tenerrimis pampinis explicare incipientis ſe, ſatis erat ſi vel flores non tam exigerentur, ſi nondum vernarent, quam laudarentur, ſi ſpectari ſe ſinerent: in tenerrimis enim vitibus vel flores ipſi pro fructu ſunt, quibus ſpes omnis vbertatis continetur. Faciunt huc illa Gregorij: *Vineæ florent, quando in Eccleſia filij recenter in fide generantur, & ad ſanctam conuerſationem, quaſi ad fructus ſoliditatem præparantur.* Greg. hoc loco. Ideo cum de *Eccleſia* gentium ſermo eſt toto hoc Cantico haud ſemel *Floritionis* huius ſermo eſt: nam infra de ea dicitur: *Egrediamur in agrum, commoremur in villis; videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt* (promittunt) *ſi floruerunt mala punica* Cant. 7. 11. 12.

Quod hic de vineæ floritione dicitur ad Gentilitatem ſpectat.
Iſai. 5. 5.
A Synagoga diu & impenſe culta, exigendi fructus erant.
Matth. 21. 34.
Hier. 11. 21.
A Gentilitate notant fructus quã flores quærendi ſub hiſce initijs.

III.
Si alicubi cum de ſynagoga mentio eſt, nominantur flores.
Id de ea intelligẽdum eſt adhuc infanti, & nondũ accepta lege.
Vnde & hic noſter ſenſus confirmatur, flores hic ad Gentilitatem pertinere.

Vnum obijci poteſt, quod ſuperius capite 3. 13. dicitur. *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum, &* ver. 15. *Nam vinea noſtra floruit,* quod tamen vtrumque nos de *Eccleſia* vetere interpretati ſumus, non de *Eccleſia* ex gentibus. Sed inde noſtra hæc ſententia tam non euertitur, vt potius ſtabiliatur egregiè. Nam eanos verba de *Eccleſia* ſub Synagoga interpretati ſumus, ſed adhuc infante, nondum ſcilicet accepta lege; cum ad exceſſum ex Ægypto inuitaretur. Tunc autem ab adhuc tenera, & vix dum in Patriarcharum poſteritate plantata, immo nondum in pinguis Chanaanitidis campos tranſducta, non fructus, ſed flores exigendi erant, futuræ vbertatis obſides. Ab adulta contra, & ætate firmata, Altiſque iam defixa per legem, ac legis diſciplinam radicibus, exigendi fructus, non flores erant. Et id ergo pertinet ad ſenſum hunc noſtrum firmandum, ſub illis initijs atque infantia Gentilitatis florum cultum, vernatemque ſuaui odore honorem, deſiderandum fuiſſe, qui ſuos tempore in optimos, maturoſque fructus percocti Domini menſas onerarent.

Floritio vineæ etiam de Synagoga dicta, ſed adhuc tenera & nondum accepta lege.
Id autem ad adultam nõ pertinet.

IV.
In malis Punicis quidam Martyres agnoſcunt.
Alij aliter interpretantur. Sed ſequamur priores.

Sequitur *ſi germinaſſent mala punica, quod eodem referendum eſt,* ad indicia ſcilicet, & ſpem futuræ vbertatis. Sed quia in *Punicis malis* plerique martyres agnouere certe Angelomus, Honorius & de recentioribus quidam, (quamquam alij concordiam, charitatemque, vt Theodor: alij virtutes timoris auſteritate conſeruatas, vt tres apud eundem PP. alij præconia Prophetarum, vt Aponius) hæc ad hunc *Eccleſiæ* ſtatum

Angelomus.
Honorius.
Theodoretus.
Tres PP.
Aponius.

Digitized by Google

Nam certè nullus fructus maior Gẽtilitatis, quã martyres.

Auguratur ergò Chriſtus in Gentilitatis Horto martyrum huiuſ proventum.

Mala punica germinãtia, Martyrum futurorum ſpes.

Auguria Chriſti ſub eo deſcenſu de futuris martyribus.

applicemus. Certè nullus nec maior, nec pulchrior fructus Gentilitatis ad Euangelium traducta fuit, quam infinitus ille fortiſſimorum martyrum numerus, qui diuinitati Chriſti, ac fidei illius veritati teſtimonium præbuere. Habet enim martyrium propter imitationem crucis *Chriſti*, & charitatis ſynceritatem, laudem ingentem: ideo nihil vel gratius *Chriſto*, vel martyribus ipſis glorioſius. Et id ergo hoc in *hortum* ſuum deſcenſu auguratur Sponſus, futuros *Martyrum* exercitus, qui cruore ſuo pro pietate profuſo *malorum punicorum* nomine in Eccleſia cenſerentur: regijſque inſignes coronis, Domini, pro quo pugnarant, gloriam augerent. Et quidem ille in *Horto* Gentilitatis nondum *Mala punica* videbat, ſed flores ſpectare cupiebat, ſpe ipſa contentus dum fructus differebatur. Pertinent ergo omnia ad *Chriſti* gaudia ex illa tanta ſpe concepta, cum properari videret tempora, quibus adductis ad Eccleſiam Gentibus, & in Iudæorum locum ad hæreditatem vocatis, illius implenda vota erant, & mortis cruciſque fructus ingentes colligendi.

VERSVS XI.

NESCIVI: ANIMA MEA CONTVRBAVIT ME PROPTER QVADRIGAS AMINADAB.

COMMENTARIVS.

RVRSVS *Eccleſia loquitur: idque, quod dictum eſt de tranſitu Chriſti* á Synagoga ad gentes, vnde tam certa ſpes eſſet vberes fructus fidei, atque obedientiæ colligendi, ſe ignoraſſe fatetur hactenus: nondum ſcilicèt docta à *Chriſto* tempus illud aduenıſſe. Nam hactenus quidem admiſſæ ad Euangelij gratiam Gentes fuerant, neque neſciebat *Eccleſia*, cum Iudæis etiam illas tanti beneficij eſſe participes. Illud quod de vnius populi abiectione, & alterius electione, dictum eſt, ſe neſciſſe hactenus fatetur. Pertinent ergo hæc ad admirationem de tanta rerum mutatione conceptam. Addit autem anxietudine multa percuſſam ſeſe, nec leuiter perturbatam, ea occaſione, quæ tantam rerum conuerſionem præceſſerat. Intelligit Iudæorum perſequutionem in ſe concitatam. Varijs ſe animi impulſibus agitatam, multo metu pro filijs ſollicitam, ne quem ſæuus ille turbo in vortices abriperet infidelitatis: Quod ſi hanc *conturbationem* referre velis ad ſtuporem, admirationemque de tanta rerum mutatione, ac Dei conſiliorum abſtruſa ratione conceptam, haud repugnabo. Interim tamen ſe *Chriſtum* quem apud Iudæos per fidem, obſequiumque minime inueniebat, coactam alibi quærere. Id autem quia ab ea & ſollicitè actum, & nulla interpoſita mora, vbi primum Dei conſilium innotuit ſibi, ideo addit de *Quadrigis Amenadab*, quarum ipſa imitata velocitatem operi prædicationis accinxit ſe. Niſi placeat potius ad velocitatem, qua tranſlatum Euangelium in Gentes eſt á Synagoga, hæc referre. Quaſi dicat nihil magis miratam ſe, quam cum celeritatem animi aduerteret, qua Euangelium à Iudæis ad Gentes translatum eſt; cum ſerius id faciendum eſſe credidiſſet.

ENARRATIO.

VIdeo nunc tandem, ſponſe, quo tua eant conſilia. Video eo rem tendere, vt, Iudæa gente repudiata, ad Gentes Euangelij gratia transferatur.

Id me

Digitized by Google

Id me hactenus ignoraſſe fateor: nam tametſi ſciebam Gentes in totum non abiectas, ſed cum Iudæis ſalutis æternæ participes factas, in partem tanti beneficij veniſſe, futurum tamen, vt ille quondam Dei populus, tantis fauoribus auctus, tam impenſe dilectus, reijceretur prorſus, & eius in locum Gentilis allegeretur, nondum intellexeram plane. Suſpicio quædam magna erat, cum pernicaciam anim aduerterem, qua gratiam repudiabat, non impune tantum ſcelus laturam Synagogam; ideoque multa me anxietate fuiſſe pro filijs ſollicitam fateor, cum nullus metus eſſet, ne perſequutore ſæuiente imbellis adhuc, ac nondum ſatis confirmata fidelium turba diſpergeretur, ac de infirmioribus quis eſſet, qui cederet tempeſtati, & inuortius infidelitatis raperetur. Et alioqui nunquam arbitrata fuiſſem tam breui inſtare ſupplicium. Variæ ergo me torſere curæ, animuſque meus non vno agitatus motu varias in partes diſtractus eſt. Sed interim tamen vbi conſiliorum diuinorum per lata adme notitia eſt, nihil me retardare potuit, quin ad obſequium properarem, & celeritate mira vſa operi prædicationis accinxi me. En me ergo paratiſſimam ad grande facinus, ſed & difficultatibus multis implicitum. Sed ſcio non defuturum te Eccleſia tua, & quo auſpice fuerit capta feliciter res, eodem ferente auxilium feliciſſime finiendam.

SVM. COM.

NOTATIO XXXVI.

NESCIVI.

I.

In difficili ac nouo itinere ſæpè vno impedimento ſuperato maius ſuccedit.

Sed vſu doctus viator ſperare didicit.

Simile autè quiddam nobis ſæpè contingit.

Sed omnis ſpes collocanda in Deo cui noſter omnis ſeruit labor.

Et magis hoc loco quod omnium cōfeſſione difficillimus eſt.

Et ſperamus nos non omninò a lectore damnandos.

Simile appoſitū de via difficili, & impedita.

Cum maior eſt loci alicuius difficultas, tunc maximè de Deo ſperandum, cui interpretis labor ſeruit.

Nouus, & ſenſus huius commatis difficillimus.

Commēt. Drammat. cap. 6. not. 22.

Difficile *Iter ingreſſis, hic montium anfractibus, illic vel* Fluminum, vel torrentium fluctibus intercisſum, vno vitato periculo, vel ſummoto impedimento, ſæpè maius ſuccedit; cui vel ſuperando ingenium non ſuppetat, vel ægrè ſuppetat. Sed vſu ſæpè viator doctus, ſperare magis audet aliunde fore ad vincendum obices auxilia, quam verſis omnem in partem oculis videat. Ità nobis in hoc ſcribendi làbore ſæpè contingit, quos vnius loci ſuperatam difficultate, maior excipit alia. Sed audendum tamen eſt, nec de Dei deſperandum auxilio, cui vni labor omnis noſter ac induſtria ſeruit, quem multis experimentis dedicimus, immeritis nobis licèt, ſæpè ſummiſiſſe auxilia; & inde apertam interpretationis viam, vndè minimè ſperaſſemus. Locus autem hic omnium confeſſione Interpretum tam abſtruſus eſt, ſeu nectendi rationem, cohærentiamque conſideres cum Superioribus: ſeu ſenſum arcanum exquiras, vt vix vnus aliquis ſit maioribus difficultatibus impeditus. De dramatico ſenſu non dicimus, & ſecundum eum cum cæteris nexu, ſuo loco dictum eſt; exquo hic ea ſumemus, quæ neceſſaria ad veram intelligentiam arbitrabimur. Nec diffidimus, quin cordato lectori nos probare poſſimus, ſi tamen ſedatum animum, iudiciumque liberum ad lectionem attulerit.

II.

Quidam Synagogam hic loqui putant.

Seſe Eūāgelij curſu turbatam, & inuidentia percuſſam.

Sed Eliæ doctam prædicatione confiſam priùs damnaſſe, & ad Chriſtum acceſſiſſe.

Quid de hac ratione interpretādi ſentiamus paulò ante diximus.

Quidam alij de Chriſto interpretantur, ſed non aptè.

Veterum quidā ſenſus Synagogam hic fateri curſu Euangelij turbatam ſe ex inuidentia.

Synagoga prædicatione Eliæ reſipiſcens.

Gregor. Mag.
Beda.
Caſſiodor.
Anſelmus.
Rupertus.
Iuſtus Vrgel.
Aponius.

Quis hic loquatur prima eſt quæſtio, nec minimi ad verum ſenſum momenti. Synagogam veterum multi, ac recentiorum quidam agnoſcunt in fine mundi, dolentis, quod, cæcitate multa impediente, hactenus ignorarit tempus redemptionis ſuæ, *Conturbatam* quidem ſe propero Euangelij curſu, cum tamen apud ſe ſciret & legem, & Prophetas eſſe, veræ doctrinæ fontes. Inuidentia ergo tactam, omnem mouiſſe lapidem, vt Euangelij curſum retardaret; immo prorſus impediret. Id ſe, doctam prædicatione Eliæ, atque Enochi nunc dolere, immo & damnare; & ſplendidiore radio illuſtratam agnoſcere. Ergo ad conuerſionem Iudæarum reliquiarum in fine mundi hæc referunt. Sic ferme Gregorius PP. Beda, Caſſiodorus, Anſelmus, Rupertus, quibus hærent de recentioribus quidam. Sententia probabilior propter authores, quam ab alias cauſas. Nos quid de ea ſentiamus Notat. ſuperiore diximus. De *Chriſto* autem qui interpretantur, quanquam diuerſa ratione, Iuſtus, & Aponius audiendi non ſunt; ac multo minus poſterior, qui de *Chriſti* paſſione extra ſuum, & tempus & locum interpretatur, & *Quadrigas Aminadab* principes Iudæorum, ac eos omnes qui necis Chriſti fuere miniſtri. Aliorum veterum interpretationes, quia ferme ad tropologiam ſpectant, in ſuum locum reijcimus.

III.

De recentioribus quidam *Eccleſiam* hic, & quidem verè, agnoſcunt; in ratione

 interpre-

interpretandi non æque felices. Rationem reddere, cur, quæ tam grauiter laborarat in Euangelio Iudæis annunciando, ceſſarit ab opere, & ad gentes verſo ſtudio, ad eas Euangelij gratiam tranſtulerit. *Neſciſſe* ſeſe minimè apud eam gentem inuenturam ſe *Chriſtum*: ideo *conturbatam* propter Apoſtolos, qui *quadrigarum* in morem totum per orbem diſcurrentes *Chriſti* ſplendores gentibus intulere, curſu velociſſimo. Horum ſe æmulari velocitatem cupiuiſſe, vt in prædicatoribus ſuis celeri pede eas regiones ipſa percurreret, in quibus *Chriſtus* valenter commoraturus eſſet. Hæc ita perplexè tradita ſunt, vt me non ſatis mentem horum interpretum aſſequi fatear. Et alioqui *Eccleſia* ipſa Iudæis Euangelium per Apoſtolos prædicauit, monitu *Chriſti*, atque imperio; & quanquam ignorans tam exiguum futurum laboris fructum, cauſa prædicandi tamen non ex ea ignorantia, ſed ex præcepto *Chriſti* manauit. Nulla ergo erat cauſa excuſandi factum ex eo quòd ignoraſſet fructum prædicationis labori non fuuturum parem. immo tametſi ſciſſet, à prædicatione minimè abſtinuiſſet. Deinde cum Apoſtoli velociſſimo curſu ad Gentes Euangelium tranſtulere, eadem in illis *Eccleſia* etiam tranſtulit: non enim alia ipſa ratione prædicat, quam per ſuos. Quæ ergo cauſa *conturbationis* eſſe potuit, aut quo pacto *conturbari* potuit, eoſque imitari velle, cum quibus & ipſa & diligentiſſime, & ſtrenuiſſime laboraſſet? Vellem doctus author, & de his ſtudijs optimè meritus, hæc explicatius tradidiſſet: nam collimaſſe illum in ſcopum arbitror; ſed neſcio, quo caſu factum, vt emiſſa interpretationis ſagitta in diuerſum raperetur, ne ſcopum deſignatum feriret. Eorum ſenſum, qui hęc de *Romana Eccleſia* ſæculari poteſtate, & pompa aut impedita, aut occupata, & à ſtudio eorum munium, quæ illius propria ſunt ſacra procurandi, & vrgendi diſciplinam, prohibita, vel auerſa interpretantur, loco alio, ſuperiore ſcilicèt Notatione reiecimus & de eo quid nos cenſeamus, indicauimus.

Sed videamus quo in ſtatu *Eccleſia* proximis verſibus deſcripta ſit, & ſtatim intelligetur verus horum verborum ſenſus. Et quidem initio iuſſa *Eccleſia* eſt, ſolis Iudæis Euangelium prædicare. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ſed potius ite ad oues, quæ perierunt* Domus *Iſrael*. Matth. 10. 5. 6. Deindè mortuo *Chriſto*, & in cœlum ſublato, cum anguſtior ille campus latitudini gratiæ videretur, etiam Gentibus permiſſum eſt, vt in partem gaudij admitterentur, & Iudaicæ felicitatis participes eſſent. Id etiam *Eccleſiæ* notum, cui in Petro eius capite reuelatum eſt. Docta igitur, & præcepto *Chriſti*, & doctrina Petri *Eccleſia* eandem ſpartam ornare pro viribus conata eſt; quoad occludentibus voci ſalutis aures Iudæis, ſeuaque illa commota perſecutione in Chriſtianos, cumulus ad ea ſcelera peruicaciſſimę gentis additus eſt, quibus reprobatione puniri commerita eſt, & vt in eius locum ſubſtitueretur Gentilitas: quod ſæpè cantatum à Prophetis, ſæpè à *Chriſto* fuerat comminatum, ac prædictum. Et fortaſſis quidem *Eccleſiam* id myſterium non latebat in totum. Sed articulum, ipſa tamen temporis ignorabat, quo id executioni mandandum erat; quoad monitore *Chriſto* didicit, illud aduenîſſe tempus, quo tanta rerum mutatio facienda erat. Id ergo eſt quod nunc, poſtquam *Chriſtum* ad Gentilitatem obuertiſſe curas animaduertit, *neſciſſe* fatetur ſe. *Et tu quidem deſcendiſſe te ad Hortum Gentium dicis, quæſiturum an adhuc ad tanti facinoris executionem res paratæ eſſent. An ſata à te in eorum mentibus cogitationes, & pia ſalutis deſideria radices cæpiſſent agere: An oſtendere ſeſe primuli flores, futuri pignora fructus. An adhuc vitis gemmaret fidei: an martyrum mala punicæ germinarent. Omnia in procinctu eſſe vidiſti, nec aliud ſuper eſſe, quam vt operi alacriter admoueres manus. Horum ego hactenus ignara fui: & tamen cum vidiſſem res infelicius prouenire, interque Iudæorum gentem in vtilimo labore verſari, multis, varijſque cogitationibus capi pulſari: animuſque inquietiſſima ſollicitudine meus agitari: verita ne mea aliqua culpa contigiſſet, vt minus ex voto res tanta procederet: ſollicitus ſcilicèt omnis eſt amor; nec fui, etiam vigilantiſſimus, omnino ſecurus. Ea me cura anxiam exercuere, quo ad conſiliorum tuorum conſcia, alio animum meum affectu ſenſi torqueri; nam me clades mei populi miſerebat, qui, quanquam iuſtiſſimo tuo iudicio proſcriptus, tamen proſcriptionis diriſſima malis miſerrime agitandus erat. Sed potior tamen obſequendi tibi cura erat; & quidquid alienum erat, vno deſiderio tui vincebatur. Sequuta ergo præeuntem, quà ducebas, adſto, tuis imperijs alacris paritura. Nec patiar in re, quæ tua tota eſt, meam diligentiam accuſari: quin auſpicijs tuis velut celeribus vecta quadrigis, ne curribus quidem magnatum ſeiugibus velocitate concedam.* Horum nos verborum generatim ſenſum hunc eſſe putamus: nec ineptum ad filum noſtræ interpretationis ducendum.

De recentioribus quidam Eccleſiã agnoſcunt rationẽ reddentem cur à Iudæis ad Gentes tranſierit.

Quadrigas Apoſtolos interpretantur quas imitatam ſe Eccleſia dicat eo conturbatam.

Sed perplexè dicũtur hæc omnia.

Et ea per Apoſtolos Iudæis Euangeliũ prædicauit.

Per eos velociſſimè totum per orbẽ Euangelij gratiã venit.

Vndè ergo cauſa conturbationis?

Ergo hæc explicatius tradere oportuit.

Qui de Romana Eccleſia ſæculari opulentia hæc accipiunt, ſuperius reiecti ſunt.

IV.

Sed ex ſtatu Eccleſiæ deſcripto verus ſenſus erui poteſt.

Nam primũ iuſſa ſolis prædicare Iudæis. Mox etiam gentibus.

Quod Eccleſiæ per Petrum notum.

Primum ergo Iudæis operam nauauit ſuam.

Sed occludentibus aures gratiæ meriti reprobari.

Id momentum ignorabat Eccleſia, donec docta à Chriſto eſt, id inſtare.

Hoc ergo eſt, quod dicit: Neſciui.

Te iis ad Gentilitatem obuertiſſe curas. Viſurum an parata omnia ad mutationem eſſent tantam.

Id me neſciſſe fateor, quam cum apud Iudæos infeliciter labor proueniret.

Varijs verſari cogitationibus ſum coacta.

Quod à te docta, miſereri cœpi gentem meam.

Sed potior obſequij cura.

Ergo velut celeribus equis recta imperium expectans adſto.

Eccleſia rationẽ reddit, cur ad gẽtes tranſtulerit Euangelium.

Quadrigæ Aminadab Apoſtoli.

Eccleſia per Apoſtolos Euangelium prius Iudæis, deindé Gẽtibus prędicauit.

Velociter Apoſtolis currentibus, & ipſa cucurrit.

Verus ſenſus ex ſtatu Eccleſiæ, qui deſcriptus eſt, colligendus.

Matth. 10. 5. 6.

Iudæorum campus anguſtus gratiæ latitudini.

Act. 10. *toto cap.*

Iudæorũ reprobatio, & Gẽtiũ electio ſæpè à Prophetis cantata.

Deut. 32. 21.
Ierem. 13. 31.
Matth. 21. 43.
Iſa. 65. 1. 2.

Eccleſia ignorare fatetur ſe aduenîſſe tempus reprobandæ ſynagogæ.

Senſus totius commatis paraphraſi traditus.

Eccleſia verita ne ſua aliqua culpa minus apud Iudæos prædicatio ſucceſſiſſet.

Deſiderium obſequendi Chriſto omnia vincit.

NOTA-

NOTATIO XXXVII.

SVM. COM.

ANIMA MEA CONTVRBAVIT ME.

I. *Sed huius nos cõturbationis Eccleſiæ cauſas quæramus.*

Nam dandum, aliquid illis eſt, qui hiſce varietatibus delectantur.

Conturbationis Eccleſię nõ vna cauſa, & ſimplex

VAriantes hoc loco lectiones Commentario Dramatico Cap. 6. Not. 22. obſeruauimus, & in commodum ſenſum conciliauimus, ne vna aliam videretur euertere. Hic vbi ſenſus arcani potiſſimi cura eſt, & *Conturbationis* huius cauſæ quærendæ ſunt, & lectionum varietas eidem ſenſui accommodanda. Erit cui forſitan hæc & ſubtilia, & minimè neceſſaria exiſtimentur, cum proxima Notatione ſenſum totius commatis tradiderimus ad interpretationis noſtræ normam non ineptum: neque id nos inficiamur; Sed dandum aliquid illis eſt, qui per has rerum diuerſitates vagari gaudent, ac nihil omnino inuideri ſibi volunt, quod ad pleniorem ſenſum vtcumque iuuare poſſe videatur.

II. *Eius conturbationis vna cauſa.* *Inuitanti Chriſto ad opus Eccleſia reſtiterat.* *Mox alacris operi incubuerat, inutili penè opera.* *Hinc metus ne præteritam deſidiæ culpam caſtigare vellet Deus.* *Nam verus amor etiam tuta omnia timet: quia peccare ſe poſſe non neſcit.*

Primo cauſa ex timore ne ſua culpa quid erratum eſſet in prędicatione.

Poſſumus autem eius *conturbationis* non vnam reddere cauſam, & quidem ex decoro perſonarum. Prima ex ipſa rei ſerie (prout geſtam ſuperioribus verſibus, ab illis verbis *Ego dormio, & cor meum vigilat*, obſeruauimus) ſumenda eſt. Aſtiterat Eccleſiæ adhuc cœnaculo incluſæ per arcanos motus *Chriſtus*, inuitarat in publicum, & in negocium animarum impulerat. Reſtitarat illa metu adhuc multo animum occupante: quoad, illabente Sancto Spiritu, omni abiecto timore, audax in opus incumberet, ſed, poſt non adeo magnos collectos animarum manipulos, exorta perſecutione ſæuiſſima, ſtetiſſe curſum ſenſit, & quaſi hæreret ſibi aqua, fruſtra conari. Hinc animi magna anxietas, cogitantis, an vel præteritum torporem ſuum, & ſanas excuſationes vlciſci Deus, aut vellet aliã culpã, in operãdi ipſa ratione cõmiſſã, caſtigare. Amans animus, ac placere cupiẽs omnia ſuſpecta habet; & ibi ẽt culpã timet vbi meritũ habet: ac pęnã ſomniat, vbi præmiũ eſt. Et quanquã ſuæ ſibi conſcius fidelitatis, & voti nõ neſcius, vel ignoratione tñ, vel humanæ imbecillitate naturæ, interuenire quod poſſe non ignorat, quo votorum conatus ipſe, vel hebeſcat, vel hærere cogatur. Quid ſimplicius caritate Petri, qui rogatus à *Chriſto* an ſe plus cæteris amaret, audacter, haud veritus aliorum inuidiam, affirmauit? Hic tamen, tertio interrogatus, cum bis ante prouocaſſet ad tribunal *Chriſti*: *Contriſtatus eſt, quia dixit ei tertio: amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te.* Ioan. 21. 17. Huius ſi triſtitiæ cauſam interroges, haud difficile reddent Chryſoſtomus, Theodorus Mopſueſt, Leontius, Theophilactus, & Euthymius; contriſtatum fuiſſe, quia, cum *Chriſtus* idem iterum, & tertio interrogaſſet, trinæ illi abnegationis in mentem venerit; confuſioneque plenum ſcelus commiſſum nouis lachrymis eluiſſe, veritum fuiſſe etiam ne quemadmodum ter profeſſus vitam pro Chriſto poſiturum ſe, ter tamen negauit, ita nunc minus fortaſſe amaret Chriſtum, quam ſibi videretur amare. Itaque nullius ſibi in amore labis conſcius, aut næui, timet tamen, ne ſeueriſſimo, ac quod falli non poſſet *Chriſti* iudicio, aliquid amori ſuo labis aſperſum eſſet, quod quidquam illi de granditate detraheret. Vere enim, & ſyncere Deum amans ne ſibi quidem de amore credit; & ſuſpecta habet etiam quæ tutiſſima ſunt. Hæc prima conturbationis *Eccleſiæ* cauſa eſt, & quidem eo amore digniſſima, quo ferebatur in *Chriſtum*.

Sic ſimplex Petri caritas, excrutatur à Chriſto.

Et ille ter rogatus, contriſtatus: Vel quia trinæ abnegationis Venit in mentem.

Vel quia nullius ſibi in amore labis conſcius, ſe ipſum timet.

Nec ter interrogatus ſibi corã Chriſto de amore credidit.

Amans animus omnia ſuſpecta habet, & vbi meritum habet culpam timet.

Petrus Chriſtũ amans ſibi de amore non credit.

Chryſoſtomus. *Theodoret, Mopſu.* *Icomius.* *Theophilactus.* *Euthymius.*

Ter dę amore interrogatus, trinæ meminit negationis.

Verè amanti Deum ſuſpecta omnia ſunt, etiã quæ tutiſſima.

III. *Cauſa conturbationis Eccleſiæ alia.*

Dolor de ſua infelicitate gentis: nam matrem ſciebat ſe viam perditiſſimi filij.

Et quanquã Dei iudiciũ probabat, infelicitatem ſentiebat.

Sic Abſalonem malum filiũ, bonus Pater lugebat.

Non enim vlla culpa filij poteſt facere ne ſe meminerit Patrem, qui genuit.

Dolet mater Eccleſia filiũ etiam meritum Dei Patris domo exactum.

Abſalonem hoſtem velut filiũ Pater plorat.

Qui Pater eſt oblíuiſci, quod eſt non poteſt.

Alia ex eadem orta radice, non eodem omnino reſpexit. Nouerat illa quidem Gentes iam ante participes cum Iudæis factas Euangelicæ felicitatis; communemque ſe ſciens matrem, gaudio exilijt noua prole fœcundior: mox abdicata Iudæa gente, tametſi iuſtiſſimo Dei iudicio, non potuit non apud ſe dolere infelicitatem: nam quid matri moleſtius, quam ſi filium videat, tametſi propter ſua merita iuſtiſſimo ſupplicio affectum, ædibus tamen paternis exactum, atque hæreditate in minorem filiũ translata, vagum, extorremque, omniumque rerum indigum per orbem ferri? Ea cogitatio pijſſimam matrem torquebat, nam, tametſi Dei probabat iudicium, infelicitatẽ tamẽ illius populi ſentiebat, ac lachrymis ſequebatur. Quã iuſtè cõmeritus Abſalom, impius in Patrem, & auidus, iam minus paterni ſanguinis, quam regni, & ſuſpendi ex quercu, & non vna haſta transfodi, ne viuere iactaret ſeſe Patre viuente, qui mortuo viuere concupierat? Et tamen optimi Patris gemitus tota aula ſonabant, & voces illæ triſtiſſimo ſono aures procerum implebant. *Abſalom fili mi, fili mi Abſalom: quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te, Abſalom fili mi, fili mi Abſalom?* 2. Reg. 18. 32. Bonus pater etiam mali filij patrem ſe meminit. nec ſcelere vllo efficere ſceleratus filius poteſt, quin ad illius necem paterna viſcera conturbentur. Nec mater Ec-

eccleſia

cleſia etiam eius filij infelicitate lætatur, qui ſuæ ſibi fortis artifex fuit: non enim quia filius malus eſt, materna exuit viſcera bona mater.

IV.
Cauſa conturbationis tertia, à properata executione reiectionis Synagogæ.

Tertia conturbationis cauſa. Velox abiectio Synaghogæ.

Tertia *Turbationis Eccleſiæ* cauſa, ex ipſa rei nouitate, atque inexpectata Dei conſiliorum executione orta. Nam certè, ſi animaduertas, præcipitaſſe Deus conſilia videri poterat in abijciendo eo populo, & facere ſuo in Gentilitatem transferendo. Potuit ille quidem diutius expectare; &, qui tot annis in multa patientia ei negotio inſtiterat, ſæpe repulſas, ſæpè tædia, ſæpè importunitates paſſus, aliquid amplius temporis indulgere peruicacibus; ſi tandem admoniti reſipiſcerent, & oblatæ luci gratiæ per Chriſtum occurrerent. Sed poſt *Chriſti* triennalem prædicationem, opera & miracula; poſt Apoſtolorum indefeſſos nonnullorum annorum conatus, quibus ſtrenuè in illa vinea colenda laborarant, tantum non fruſtra, nihil aliud expectandum ratus, in gratam gentem abdicatione eſt vltus; ac ne vlla ſpes maneret, hæreditatis iura ad alienos tranſtulit. *Ecce tres anni ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: ſuccide ergo illam: vt quid etiam terram occupat.* Luc. 12. 7. & tamen & annum expectat alium; & fodit circum eam humum; & ſtercora mittit: & iugi aqua rigat, ſed tandem, ne ſic quidem vtilem, operamque omnem ludentem, ſuccidit illam. Id autem tametſi nimis longum, ſi merita populi ſpectes, & fruſtratos ſæpè labores, breue viſum *Eccleſiæ* matri eſt, & inopinatè certe factum. Ad omnem vero ſubitam mutationem animus ipſe percellitur, & concutitur, dum ab aſſuetis ad inaſſueta vocatur. Ideo ſe *Conturbatam* dicit *Propter quadrigas Aminadab*: quia ſibi ſcilicet viſa res erat omnibus laxatis habenis cucurriſſe; quaſi omnibus in curſum effuſis *Quadrigis*: id volens innuere, properantiam illam conſiliorum Dei, in abijcienda Iudæorum gente, ac eligenda Gentilitate, ſibi fuiſſe inexpectata: ac non modicæ *turbationis* occaſionem, cum nihil minus ſibi videretur eo temporis articulo timendum, quam tam ſubitę rerum mutationem. Habes conturbationis huius *Eccleſiæ* cauſas probabiles, & quidem perſonæ decoro ſeruato.

Poſt Chriſti prædicationem, opera, & miracula, & Apoſtolorum labores, abdicata eſt Synagoga.

Et Hæreditas ad minorem filium tranſlata.

Longum fuit tempus ſi merita illius ſpectes ſed matri bona breue viſum.

Ideo cõturbatam ſe dicit, quaſi inexpectata re commotam.

Eam properantiã ſignificãt quadrigæ Aminadab.

Tardè abiecta Synagoga ſi merita pendas. Si amorem matris Eccleſiæ, properanter.

Quadrigis Aminadab ea properantia ſignificata eſt.

NOTATIO XXXVIII.

PROPTER QVADRIGAS AMINADAB.

I.
SamathniHebræis & ponere, & conturbare ſignificat.
Si alterum ſequere, obſequij properantiam in Eccleſia intelliges.

Lectionum varietas. Quid Samathni Hebręis.

VArietas *Hic lectionum applicanda eſt ad arcanam ſententiam*, qui conatus ſua forſitan difficultate non caret. Samathni, iuxta varias origines & *ponere*, & *conturbare*, ſignificare ſuo monitum loco eſt. Hinc nata lectionum diuerſitas, nam Græci interpretes 72. reddidere *Poſuit me currus Aminadab*, quod pleriſque de recentioribus probatum eſt. Hæc ſi placeant intelliges velocitatem exprimere, qua, poſtquam *Eccleſia* didicit decretum Deo à Synagoga ad Gentes curas, ſtudiumque obuertere, ſequuta ducentem, illa operi accinxit ſeſe, velociſſimos imitata iugales, quibus magnorum Principum raptantur quadrigæ. Hoc quam vere ſit dictum, ex Paulo intelliges, qui ſuo iam tempore progreſſus Euangelij notans, miranſque, illud Pſalmographi impletum eſſe affirmat, quod de miniſtris Euangelicis ipſe intelligendum arbitratur. *Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Rom. 10. 18. Quod tametſi per hyperbolem dictum, (nam ne nunc quidem, poſt tot ſæcula, in omnes orbis nationes Euangelij penetraſſe lumen, vel inde conſtat, quod nouæ in occidente, & omnino ignotæ, gentes deteguntur in vaſtis illis regionibus, ferarum ritu degentes) tamen argumentum magnum eſt eius celeritatis, qua vſa per Apoſtolos *Eccleſia* in Euangelio gentibus inferendo. Id ergo eſt *Neſciui: anima mea poſuit me currus Aminadab*. Nam *Aminadab*, vt Dramatico Comment. Not. 24. obſeruauimus *Populum Principem*, ſeu *Populum Ducem*, aut *præeuntem*, vel *imperantem* ſignificat, quæ Magnatum virorum deſcriptio eſt. *Ignoraram hactenus tam prope eſſe ſui conſilij executionem de transferenda à Iudæis ad Gentes Euangelij gratia: nunc, eius rei certior facta, animo tota agitari me ſenſi, diſpoſuique ad grande facinus. Nouos ergo ſpiritus, animoſque indui; neque celerrimè comparaui ad obeundum orbem: Ardor enim ille animi mei velocitatem indidit nouam, vt, velut quadrigis velociſſimis vecta, totum orbem luſtrarem, imitata totum Principum virorum vehicula velociſſimis equis raptata in curſum.* Qui ſenſus & facilis eſt, & expeditus, & ad filum ducendum interpretationis aptus.

Velocitas Eccleſiæ in obſequendo, qua ad Gentes Euangelium tranſtulit.

Pſal. 18. 5.
Rom. 10. 18.

Hyperbole in Dauid, & Pauli verbis.

Aminadab, quid ſit hoc loco.

Senſus verus traditus per paraphraſim.

Quod obſeruatũ à Paulo.

Ex Dauide Pſalmo 18. 5.

Quod argumentũ magnum eſt eius celeritatis Eccleſiæ in Apoſtolis.

Hos currus vocat Aminadab id eſt Principum populi.

Qui ſenſus facilitate ſe ſua probat, & conſequentia.

II.
Sed in his quadrigis quidã aliquid altius rimantur. Quidam in malum tyrannos Eccleſiæ, aut Diabolum.

Sed ſunt, qui in hiſce *Quadrigis Aminadab* plus aliquid quam ſimilitudinem ineſſe putent. De veteribus certè quidam in malum accipiunt, aut Principes ſæculi *Eccleſiæ* ſemper infeſtos, qualis Pilatus, & Iudæorum fuere Primores. Sic Aponius. Aut Prin-

Aminadab quidam in malum accipiunt, *Aponius*.

Digitized by Google

Plerique in bonũ Euãgeliſtas Chriſti Principis vniuſque populi.

Sed præſtat Apoſtolos interpretari Chriſtiani populi Principes.

Quorum curribus Eccleſia vecta in omnem partem.

Principem malorum Diabolum, cuius illi *currus* ſint mala pro bonis retribuentes. Vtrumque autem parum cohæret. Sed plerique tamen de veteribus in bonum accipiunt, *Quadrigam* Euangelia eſſe quatuor, quæ dicatur *Aminadab* id eſt, *Principis populi*, quod Euangelia *Chriſtum* Chriſtiani, Iudæique populi Principem, authorem habeant, & aurigam, & ducem. Id autem haud difficile eſt ad noſtrum ſenſum applicare; nam eadem illa *Eccleſia*, Euangeliſtarum inuecta *quadriga*, totum per orbem circumtulit Euangelium. Aut quod nobis non minus apte dici videtur poſſe, Apoſtoli ipſi qui Chriſtiani *Populi Principes* verè ſunt, tanquam generoſi ac velociſſimi equi Euangelij currum infatigabili curſu, mira celeritate, omnem fere in partem cogniti mũdi detulere. *Poſita* ergo *Eccleſia eſt currus vel quaſi currus Populi Principis*, quia pedibus Apoſtolorum omnes orbis plagas permeauit, atque Euangelij ſplendore impleuit, & quidem mira celeritate. Sed de hoc argumento inferius plura.

Theodoret.
Alij interpretãtur Euangeliſtas vel Apoſtolos.
Innocent. 3.
Iuſtinus.
Gregorius Mga.
Honorius.
Caſſiodor.
Villeram.
Rupertus.
Philo.
Guilhelmus.

Apoſtoli Chriſtiani populi primores, quorum curribus Eccleſia adijt gentilitatem celeriter.

VERSVS XII.

REVERTERE, REVERTERE, SVLAMITIS; REVERTERE, REVERTERE, VT INTVEAMVR TE.

COMMENTARIVS.

IN hoc *Eccleſia* procinctu, ac apparatu, cum tantum illud facinus aggreſſura procederet, pulchrior emicuit; certe ſpecioſior, & virili quadam ſpecie grauis. Admirantur Angeli illius pulchritudinem, eamque per otium ſpectare velle finguntur; quod ad commendationem ſpectaculi pertinet: niſi enim ingens eſſet, quod ſpectant, diu ſpectare otio eſſet abuti. Habet autem modus loquendi ipſe epitaſim, non modo ingentis deſiderij illam ſpectandi; ſed & gaudij, ac voluptatis à ſpectaculo: quaſi haud contenti vidiſſe ſemel, iterum, & ſæpius ſpectare, nunquam ſatiandi, cogantur. Adde, & formam orationis ipſam inſpectionem curioſam, attentam, ac ſollicitam notare: quaſi non contenti vna ex parte ſpectare, ad omnem, quod dicitur, lucem tanto ſpectaculo frui velint. *Sulamitem* autem vocant, id eſt, *Pacificam*, quia tunc quidem, nulla adhuc perſecutione Gentilium mota, ad Neronis enim imperium otium *Eccleſia* fuit; prioribus illis annis pace altiſſima fruebatur; & Euangelij curſus, nullo impediente, aut remorante, feliciſſimè procedebat. Aut certè *Sulamitem* ideo vocant, quia quantũ in ipſa erat, tantũ profecerat, vt nulla turbari tempeſtate altiſſima illa, in eius animo radicata tranquillitas, poſſet; quin velut quietiſſimo æquore nauigaret, omnia diſcrimina hoſtium, velut ad ſe minime pertinerent, prorſus contemneret; nec ideo ab opere prædicandi ceſſaret. Sed audi, quibus Angeli vocibus ſuum ſenſum expromant.

ENARRATIO.

NÆ tu nunc quidem, quam Chriſtus coniugem habeat, digniſſima es: digna quam per otium contemplemur, grato que ſpectaculo animum recreemus. Granditas ipſa ſpectaculi pupugit vota, nec iam latere valentis, a cordibus in ora tranſtulit affectus vim. Nec puta ſemel ſatis vidiſſe fuerit: Satiari animus haud aliter poterit, quam ſi ſemel viſam ſæpè reuiſat. Ne ergo graue ſit, pijs fauiſſe votis; &, qua quacumque ſpectere ſpectari digna es; quacumque vt ſpectere, permitte. Inhibere ergo tantiſper opus eſt greſſum; & properantis ad grande facinus gradum, vel ad horam ſiſte. Ne nobis inuide noſtra gaudia. Quanta toto vultu alacritas! Quantas oculorum fulgor.

Digitized by Google

gor! Quanta oris maieſtas! Quanta totius inceſſus maturitas! Animi ſemper ſpecies ſplendet in vultu, & quidquid grande mentem nobilitat, ora ſuffundit. Ita habitu exterior totus, eius quæ in animo latet pulchritudis ſpeculum eſt. Quales iam videmus pugnas, quales victorias? Ibunt laurea ſerta per victricia tempora: & per omnes ſacros faſtos canentur triumphi; & miſta latis frondibus, palmæ valuas ornabunt. Chriſti tui cum tua gloria creſcet, cui tu ſcilicet pugnabis, & vinces, & accumulatis hoſtium ſpolijs eriges trophea Regi, in quibus & falſorum numinum aræ euerſa, & diruta templa, & exciſſi luci, & profani cultus inſtrumenta abiecta viſantur. In orcum ſuum Idololatria reuertetur, ac toto de orbe pulſa ſuperſtitio latebras ſuas luce relicta reuiſet. Vnus Chriſtiani cultus latiſſimus dies orbi illucebit, nulla iam noctium viciſſitudine aut interpolandus, aut minuendus. Aurea tibi pax hærebit; ac nihil erit, quod tantis obſtrepat gaudijs. Iure tibi nomen à pace eſt factum, quam vel inuenies ipſa, vel in orbem inferes, quæ eius quæ animum tuum componit, vel imago, vel fructus eſt.

SVM. COM.

NOTATIO XXXVIIII.

REVERTERE REVERTERE SVLAMITIS.

I.

Eccleſia hic votes quidam agnoſcũt ad reliquias Synagogæ in mundi fine.

Quater vocari Sulamitidẽ, quia a quatuor mundi plagis colligenda. Id quanquã multis placuit minimè nobis probatur Neceſſariũ id non eſt, & Verbũ multitudinis: intueamur, non ad vnã refertur.

Alij Chriſto tribuunt, neque hi aptè.

QVIS *Hic interloquatur, dubium minimè eſſet, ſi plerique* ad rerum ordinem, & conſequentiam animum aduertiſſent. Multi hic de veteribus *Eccleſia* voces agnoſcunt, ad reliquias Synagogæ in mundi fine, quibus eam reuocet ad obediendum *Chriſto, Sunamitidem,* (ſic enim legunt) dictam, id eſt *Captiuam deſpectamque* quod hactenus errori ſeruierit, ideoque deſpecta à *Chriſto* fuerit. Nunc quater vocari, quia à quatuor mundi partibus aduocanda eſt. Sed quidquid de reliquijs dicitur Iudaicis, ad hunc locum minime pertinere exiſtimamus, & ſæpè monuimus. Quanquam ſic fermè interpretantur Caſſiodorus, Gregorius PP. Philo Carpath. Anſelmus. Addit doctus Auctor è recentioribus, *Eccleſiam* ex Gentibus, ac Iudæorum primitijs Sororem, id eſt, reliquias Iudaicas, non tam euocare, quam illius excuſatione accepta vt cumque eam monere, vt perſeueret; illi ergo reditum gratulari; &, vt bene feliciterque ſit factum, apprecari Sed minimè neceſſarium id eſt, & multitudinis numerus in verbo, *intueamur,* indicat non ad vnam *Eccleſiam* pertinere hæc verba, ſi inueniamus multos, quibus aptari poſſint. Minus probandi, qui verba volunt eſſe *Chriſti*; quemadmodum Rupertus arbitratur: tum ob eandem cauſam, tum quia quæ ſeſequuntur continentque ad prolixam laudationem *Eccleſiæ* tranſitum; perſpicuè *Chriſti* ſunt verba, quibus ad noua encomia per Angelorum voces viam parat.

Ad Reliquias ſynagogæ hæc dici quidam volunt.

Sunamitis, captiua, atq; deſpecta.

Caſſiodorus. Gregor. M. Beda. Philo Carp. Anſelmus. Recentiores.

VerbaChriſti ad Eccleſiã ex quorundam ſenſu. *Rupertus.*

II.

Alij recens cõcurſorum à Iudaiſmo voces eſſe volunt. Orantium Eccleſiam ne tam cito ad gentes trãſeat, donec noua proles firmetur.

Id eſſe reuertere toties repetitum.

Id ad verum ſenſum propius accedit; nondum tradit.

Nam nunquam Eccleſia ſemel genitos filios obliuiſcitur.

Nec noua proles adultioris curam impediuit.

Duplex supereſt de perſona inter loquente ſententia. Quidam hic animarum imperfectarum, ac recens à Iudaiſmo conuerſarum, voces agnoſcent; quæ tranſitum ad Gentilitatem molientem *Eccleſiam,* immo & accelerantem, orent, non quidem, vt ab eo opere omnino ceſſet: ſed ne tam celeri gradu currat; ac relicta, vel neglecta teneræ adhuc prolis cura, nouam vt concipiat, alias regiones quærat, adeatq; moram tantisper trahat, donec qui teneri adhuc in fide ſunt, nouis inſtitutionis viribus firmentur, adultique ſibi proſpicere ſecurius poſſint. Non eſſe abijciendam filiorum propter alios curam, quibus ætatis, ac naturæ prærogatiua iam fauerit. Id eſſe, *Reuertere,* toties repetitis vicibus iteratum. *Intuitionem* vero eo referunt, vt exemplo Apoſtolorum, ſiuè Apoſtolicorum virorum: ſeſe ad illorum imitationem fingant. ſic de recentioribus Doctus Author. Proximè id ad Verum ſenſum accedit, nondum tradit. Nam certe nunquam *Eccleſia* mater, ſemel quos genuit, filiorum curam abiecit; aut abijcere poteſt; fruſtra ergo eam retinere conentur, quæ apud eos per doctores, magiſtroſque manet. Non enim vnquam illius amor intepuit, quæ vera eſt mater: nec Gentilitatis ad *Chriſtum* adducendæ ſtudium impediuit, quin eorum, qui Deo adducti de Iudæis fuerant, ſalutem integram, perfectamque per omnia media procuraret.

Ghisler. Recens de Iudæis conuerſi, Eccleſiam rogant, ne tam propere ad Gentes tranſeat.

Eccleſia mater nunquam eorũ quos ſemel genuit filiorũ curam abijcit, propter alios.

III.

Sunt ergo Angelorum voces: qui Eccleſiam ſub eo procinctu laudaturi, ſpectare potiùm prius volunt.

Angelorum ergo nos in his voces audimus, qui mox illius encomia accumulaturi, eam prius oculis probare, quam vocibus laudare, volunt. Id autem factum prudenter: prius enim eſt oculorum, quam linguæ officium, & quidquid aſpectu probamus,

Angeli Eccleſiã tranſitum molientem ad Gentes laudatori, prius ſpectare volunt.

Et quidem varia de re olim CC. & in pleriſque lectũ, ſunamitis.

Nunc, & latini, & Græci Hebræos ſequuti, ſulamitis habent.

Et quia ſunamitem quidam captiuam interpretãtur, & deſpectam ſynagogam agnouere.

Sed ſunamitis hic nomen non opprobrij, ſed fauoris eſt.

Nam quæ tota hæſerat Chriſto pungenda non erat in felici appellatione.

Nec quæ nobili ſeruitute gaudebat, turpiore notanda.

Codices olim variauere, hodie omnes Sulamitem habent.

Gregor. Mag.
Iuſtus Vrgel.
Aponius.
Honorius.
Anſelmus.
Rupertus.
Bernardus.
Editio latina Ro. 72. Interp.
Græca Brylinger.

Tres PP.
Theodoret.

Sunamitis captiuam ſonat, & deſpectam, ideo Synagogam ſignificat.
Aponius.
Caſſiodor.
Sunamitis hic nomen honoris non probri.

mus, verbis exequimur: ſed duæ ſunt quæſtiones, vna de *Reuertendi*, vel bis quater poſito; alia, quo ſenſu *Sulamitis* nunc maximè *Eccleſia* dicta ſit: ad hanc enim vſque locum eo nomine compellata non eſt: Ab hac incipiamus. Variaſſe olim codices latinos, loco alio monitum eſt, & in pleriſque legi ſolitum *Sunamitis*. Atque ita legiſſe Gregorium PP. Iuſtum Vrgel. Aponium, Honorium, Anſelmum, Rupertum, Bernardum, alioſque ex eorum in hunc locum Commentarijs conſtat. Variaſſe etiam Græcos, dubium minimè eſt: nam *Sunamitis* legit Philo Carpath, ſi Commentarium potius, quam textum conſideres. Immo & editio Romana latina 72. iuſſu Sixti edita, & Græca Brylingeriana *Sunamitis legunt*. Nunc & latini, & Græci Hebræos ſecuti *Sulamitis* habent, ſic Complutenſes, & Regij, & Sixtini: quam etiam lectionem agnouere de veteribus tres apud Theodor. PP., & vt videtur idem ille Theodoretus. Hinc nati varij ſenſus vnius appellationis. Nam quia *Sunamitem* pleriquc interpretati ſunt *Captiuam, deſpectamque*, Synagogam intellexere, Diaboli captiuam propter perfidiam, quo pacto Honorius interpretatur: *deſpectam* autem, quia à Deo olim Viro ſuo repudiata, conciſiſque nuptialibus tabulis, & iure priuata vxorio, & domo exacta, nunquam reuocanda, eſt. Sed haud facile adducor vt *Sunamitis* hic nomen, ſi ita legere placeat, opprobrij ſit, & quidem infeliciſſimæ ſeruitutis notatio. Nam cur, ſi hæc ad conuerſas de Synagoga reliquias referas, eam quæ amica iam ſit, quæ priorem damnarit errorem, quæ *Chriſto* iam ſit coniuncta, infamia odioſiſſimæ appellationis pungas? eamque, quæ tota iam in *Chriſti* tranſierit ius, regiamque ſeruiat ſeruitutem, adhuc Diaboli *captiuam* cognomines, quaſi ei in faciem iactes præteritam infelicitatem? Blande potius appellari ſit digna: quæque volens, libenſque iugo *Chriſti* ceruicem ſubdiderit, ac noua, ſed & nobili, captiuitate triumphat, honeſtioribus nominibus, ac præſentis felicitatis indicibus compellari.

IV.

Ergo ſunamitis vocatur Eccleſia quia tũc maximè Chriſti captiua.

De priore ſcilicet ſeruitute redempta per Chriſtum.

Vel quia victoria ſpolium fuerat vel quia ſanguine empta.

Mutauit ergo non nomen, ſed conditionem.

Ideoque cui captiuitas non probrũ, ſed gloria eſt, ſunamitis dicta.

Eccleſia Sunamitis dicta, quod Chriſti captiua, duplici iure.

Eccleſia ſimul Chriſti Victoris ſpolium, & ſanguinis pretium.

Nos ad *Eccleſiæ* vnius corpus eo quidem tempore quo nobilem in Gentilitatem expeditionem maturabat, referamus, ſit ergo *Eccleſia* ſub eo articulo *Sunamitis Captiua* ſcilicèt ſimul & *Sponſa*, ideoque verè *Sponſa*, quia propria voluntate, & *Chriſti* virtute *captiua*. Et prius quidem, Dæmonis in poteſtatem tradita, turpi ſeruitute premebatur, atque infelix & miſera eo erat, quod nihil ſibi facultatis ſupererat, ad eximendam ſeruitutem. Ea *Chriſti* vnius gloria erat, cui & virtus ad tyrannum vincendum, & facultas ad eximendam captiuitate ſupererat. Siuè ergo *Chriſtum* ducem, victoremque cogites, ſiue lythrum vltro offerentem ad redemptionem, ſanguinem ſuum ſcilicet, vtroque titulo *Eccleſiam captiuam* dices, vel nobili captam prætio, & in viatoris poteſtatem cum reliquis ſpolijs transductam; vel emptam precio, & in emptoris ius & dominatum vocatam. Itaque non nomen, ſed conditionem mutauit, ſortemque cum Domino, quam ante miſera, atque infelix Dęmonis ſeruitute, tam poſtea nobilis, ac fortunata Chriſti captiuitate. Ergo, cui captiuitatis nouæ nomen, non probrum, ſed gloria eſt, cum *Sunamitis* vocatur ab Angelis, id eſt, *Chriſti ſerua*, non honeſta modo, ſed & regia appellatione lætatur: nec quidquam gratius audire poteſt, quam ſi ſuæ ſortis admoneatur, & in quam dignitatem *Chriſti* benignitate euecta ſit, quanquam immerita.

V.

Sed Sunamitis vocabulum etiã coccineam, quidam interpretantur, quod ad Chriſti ſanguinem referendum.

Vt vno nomine, et in cuius dominiam eſſet, & quo iure admoneretur.

Honorius.
Angelomus.
Sunamitis id eſt coccinea dicta Eccleſia, quia ſanguine tincta Chriſti.

Facilè autem hunc ſenſum lectori nos probaturos arbitramur, ſi moneamus, quod & veterum nonnulli obſeruauere, certè Honorius: *Sunamitem* etiam *coccineam*, ſeu *rubricatam* ſignificare, redemptionis pretium Chriſti ſanguinem intelligemus, quod & Honorio eidem placuit, vt ſcilicèt, quo iure in *Chriſti* dominatum veniſſet, nomine admoneretur. Vna ergo, eademque appellatione & cuius *captiua* ſit, & quo iure ſit, illi reducitur in memoriam; ne vnquam nominari ſe audiat, quid ſortis meminerit ſuæ eiuſque benignitatis, cuius ſanguine empta, de viliſſima ſeruitute in *captiuitatem*, quæ reges conſtituit, aſſerta ſit. Id ergo ſit vtcumque probabile: tametſi, quod de ſignificatu poſtremo *Sunamitis* dicitur, apud ſolum Honorium, & Angelomum lego, quantum quidem commemini, quod mihi, verum vt fatear, ſuſpectam rem facit.

VI.

Vocatur autem nunc primum eo nomine. tametſi iã in Parentibus primis eo donari poterat, iugo culpa liberata.

Quia aggreſſura ingens facinus.

Quod nõ minoris laboris, quam famæ futurum.

Admonenda erat cuius ipſa ſeruire deberet auſpicijs.

Cur nunc primũ Sunamitis dicta Eccleſia.

Magnum facinus, & ingentis gloriæ aggreſſura, pro cuius gloria pugnet admonetur, Eccleſia.

Cur autem nunc primum eo nomine compelletur, propria huius loci quæſtio eſt, quam tamen nemo Interpretum, quem viderim, mouet: nec facilis eius rei ratio reddi poſſe videtur. Nam certè, quæ iam ante in Parentibus primis, iugo excuſſo diaboli, in veram libertatem, quæ *Chriſti* ſeruitus eſt, aſſerta fuerat, *Sunamitis* erat verè: precio ſcilicet ſanguinis Redemptoris empta, atque in ingenua in *captiuitatem* vocata. Et tamen non ante hunc locum *Sunamitis* dicta eſt; nec ſuæ ſeruitutis admonita. Sed fuit magna ratio cur hic maximè ea appellatione ſuæ ſortis, conditioniſque admoneretur. Aggreſſura erat facinus ingens, & ab hominum memoria maximum. Gentilitatis ſcilicèt, cuius vaſtum erat imperium, per omnes orbis plagas dilatatum, expugnationem: Quæ res ingentis quidem laboris erat, ſed nec minoris famæ, & gloriæ. Ergo nunc maximè ſuæ *captiuitatis* admonetur, vt intelligat, quidquid in re tanta lau-

Nec quidquam ſibi laudis de tantis victoriis libandum eſſe.

dis, ac gloriæ fuerit, non ſuum eſſe, ſed *Chriſti*, cuius illa in dominatu tota ſit. Non alterius, quam illius, fultam præſidijs, expeditionem nobilem ſuſcepturam ſe; non alijs, quam illius armis pugnaturam. Itaq; totum apparatum illius futurũ, nec laudẽ alterius ſibi de tanta re nihil retinere debere; ſed, quidquid id fuerit, ſeu imperiorũ, ſeu captiuorũ, ſeù etiã ſpoliorum, ad *Chriſti* cuius auſpicijs prælia initura, acieſque hoſtiles profligatura erat, pedes abiecturam, cum quidquid ſeruus acquirit, non ſibi acquirat, ſed Domino certiſſimo iure. Intelliges, ſi hæc placeant, *Chriſti* Verborum mentem, cum mittendos ad prædicandum diſcipulos præceptis inſtrueret. *Quis*, inquit, *veſtrum habens ſeruum arantem, aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi; ſtatim tranſi, & recumbe: & non dicat ei: para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem, & bibam: & poſt hæc tu manducabis, & bibes. Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit, quæ imperauerat? non puto. Sic & vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite*: Serui *inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus*. Luc. 17. 7. 8. 9. 10. Mali Authoris non omnino mala admonitio eſt, tametſi vir doctus repugnat, hic *ſeruum* non conductitiũ, ſed *mancipium* intelligendum, cuius ideo opera omnis Domini ſit. Sed antiquior & melior author Ambroſius id indicaſſe videtur. *Agnoſce, te eſſe ſeruum plurimis obſequijs deſæneratum. Non te præferas, quia filius Dei diceris. Agnoſcenda gratia, ſed non ignoranda natura. Nec te iactes ſi bene ſeruiſti, quod facere debuiſti obſequitur ſol, obtemperat luna, ſeruiunt Angeli.*

Eccleſia prædicationis omnem fructum Chriſto tribuat.

Sic Chriſtus dicebat cum feceritis hæc omnia, dicite, ſerui inutiles ſumus.

Luc. 17. 7. locus expoſitus:

Nam ſeruus hic non conductitius, ſed emptitius accipiendus eſt.

Caluinus in Harmonia. *Maldonatus.*

Quod & Ambroſius indicauit.

Ambroſ. Commẽt. ad illud cap. Lucæ.

VII.

Nec refert inde Hæreticum errorẽ colligere. nihil nos apud Deum mereri poſſe. quia omnia Dei ſint.

Inepte colligit inſanus collector.

Nec refert Hæreticum ex hac doctrina non vnum errorem ſuum velle firmare: Nihil nos poſſe apud Deum mandatorum obſeruatione promereri. Inepti collectoris eſt, ex bona doctrina malam colligere: & alioqui malus interpres, tametſi veræ doctrinæ authoritatem non tribuit, non tamen adimit veritatem. Debentur quidem omnia Deo dominij iure, nec ideo efficies, nihil apud Deum habere meriti, ſi & ſuo genere bona ſint, & in Deum ferantur; qui alias debitis operibus præmium eſt pollicitus, tanquam minimè deberentur. Id alterius argumenti eſt. Sed iubet tamen *Chriſtus*, quodcunque præcepta fuerint, grauiter fieri: poſtquam autem feceris imperata, referre in Deum omnia, cuius omnia iure Dominij ſunt: nihil vero eorum reſeruare tibi, qui totus in illius poteſtate es. Orbe toto Verbi miniſtri circumferant crucis vexilla, illatoque fidei lumine, tenebris errorum diſcluſis, diem inferant; mortalium animos ad Chriſtum adducant; ac, velut nobilia de hoſtibus ſpolia parta, ad illius pedes abijciant: omnia cum fecerint, nihil ſe ſibi feciſſe ſciant. Sed eius eſſe omnia, qui omnium dominus eſt. In hunc omnino ſenſum Paulus 1. Cor. 9. 16. *Nam ſi Euangelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit: væ enim mihi eſt ſi non Euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Quæ eſt ergo merces mea? vt Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponam Euangelium: Vt non abutar poteſtate mea in Euangelio. Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci*. Id exiſtimamus velle, cum eos dicere iubet: *inutiles ſerui ſumus. Mancipia ſumus, quorum quidquid vtile eſt non noſtrum, ſed Dei eſt. Illi paſcimus oues, illi campos aramus, nihil ex eo vtilitatis relaturi nobis. Dabit ille pro labore mercedem; ſed interim tamen tota laboris laus tota operum gloria, illius non noſtra eſt, vtpote qui quod debuimus facere fecerimus*. Habes cauſam cur hoc loco maximè *Eccleſia*, cum magno operi ſe accingit, *Sunamitis* dicta ſit, & conditionis admonita. Hæc autem de appellatione *Sunamitis* obſeruare oportuit, ne prorſus veterum tot, tantorumque authoritatem contempſiſſe videremur, qui ita legiſſe probantur.

Inepti collectoris eſt ex bona doctrina prauã inferre.

Iubet Chriſtus grauiter fieri quæ imperauit, omniaque referri in Deum.

Prædicationis omnis fructus Chriſto ſiſtendus.

Circumeunt orbẽ Apoſtoli, & Euãgelij gratiam inuehunt.

1. *Cor.* 6. 16.

Poſtquam mittendi tempus aduenerit lucra in Domini horrea verã ferant. nõ in ſua. Nam et mercedem omnia lucra Domino celant.

Dabit tamen ille pro labore mercedem.

Ideo nunc ſunamitis appellatur.

VIII

Id vtcunque ſit dictum: ſed præſtat Salamitem retinere id eſt, Pacificam.

Sed præſtat ſequi Codices correctiores, & hic *Salamitem* agnoſcere: id eſt *pacificam*, vt Commentario Dramat. Notat. 32 demonſtratum eſt. Cur eo nomine appellata ſit, vna quæſtio eſt. cur nunc maximè alia eſt, neutra difficilis explicatu. *Pacifica* dicta eſt, quod & in Commentario indicauimus, quod primis illis annis, cum tranſitum eſt à Synagoga ad Euangelium inferendum Gentiliſmo, pacem *Eccleſia* habuit nemine ferme repugnante, nemine ſeueris legibus prohibente curſum Euangelij: ea poſtmodum turbata pax eſt, & in ſæuum bellum deſijt, donec victrix *Eccleſia* ſuorum ad pedes hoſtium proiectos aceruos calce depreſſit: *Pacifica* dicta eſt, quod, tametſi bellum Idololatriæ mouebat, atque arma circumferebat, per id bellum tamen veram mortalibus pacem afferebat: nec alia mente prælia inibat, quam, & ſtabili pace, humani generis deletis, aut in fugam verſis hoſtibus, orbem firmaret, & temporum fœlicitatem afferret. *Pacifica* dicta eſt, quod tametſi bellis ipſa petenda, ac multorum, pertinaciumque hoſtium validis incurſibus tentanda, ſuam tamen ipſa pacem internam habitura erat, nulla rerum aduerſitate turbanda, nulla mouenda; non certe magis, quam ſi, in portum deducto nauigio, de maris imperio pugnantibus ventis, pelagus iratum aut minis terrorem, aut furoribus metum faceret. Quidquid enim turbarum futurum erat, quaſi ad ſe minimè pertineret, contempturaerat, certa nullam

Eccleſia ſulamitis id eſt pacifica, quia primis illis annis nullo bello laceſſenda

Quia primis illis annis nulla perſecutione vexata, incubuit alacriter operi.

Nam tametſi magnũ illa & atrox cum Synagoga bellum, veram pacẽ mortalibus afferebat.

Pacifica dicta, quod mediis cũ idololatris bellis pacem ſemper cogitabat & per bella quærebat;

Vel quia tametſi bellis ipſa exagitãda, internam pacẽ amiſſura non erat

Pacifica dicta, quod etſi bellis vexanda internã pacem amiſſura non erat.

Et quidquid turbarum futurum contemptura.

pugnam

Digitized by Google

IX.
Sed aliquid arcanius eſt, & aptius huic loco.
Nam Sulamitis nomen à Salomone ductum non proprium ſed honorarium.
Chriſtus autem non ante Pacificus dictus eſt, quã morte pacem ſtabiliret, velut fundamenta locaret, Moles reliqua ædificio impoſita ab Apoſtolis eſt.
Ideo miſſurus eos ad prædicandum; de pace nuncium iuſſit præmittere.
Quæ nihil eſt aliud, quam Euãgelij fructus.
Quemadmodum ab Iſaia cantatum eſt.
Ergo quæ eam pacem gentibus diſpenſatura procedebat, iure Pacifica dicta eſt.
Nam quod Chriſtus Princeps pacis diceretur, a ſe habuit. quod verè fuerit ab Eccleſia.
Ideo tunc Sulamitis dicitur, cum ad eam inuehendam pacem accingit ſe.

pugnam ſine turbis eſſe, nullam ſine pugna victoriam; ſeque per varia pacis, & belli ad veram ſtabilemque felicitatem deducendam. Hæc in communi ſunt dicta.

Cæterum aliquid aliud magis arcanum in *Sulamitis* appellatione latere putamus, quod quidem huius loci proprium ſit. *Sulamitem* dictam communicato à Salomone nomine obſeruauimus; vt cui cætera communia facta fuerant, ne nomen quidem commune non eſſet; quod nec vacuum luce laudis erat. Non nomen proprium, ſed honorarium fuit: & dignitatis, non naturæ. Et quidem *Chriſtus pacis* author, & vindex non ante orbi ſpectandus datus per virginem eſt, quam & *Princeps pacis* Prophetarum præconio diceretur, & ab Angelis eo naſcente fauſtiſſima *pax* hominibus nunciaretur. Ei autem *paci* per vitam, & mortem ipſe alta, ac ſolida fundamenta iecit; molem reliquam non adiunxit. Ea cura miniſtris *Eccleſiæ* ſeruabatur, qui Euangelij in gentes, hactenus inteſtinis bellis animorum implicitas, diſtractaſq; introductione, reliquam pulcherrimi ædificij gratiam adijcerent. Ideo miſſurus, ad prædicandum, monitiſque ſalutaribus diſcipulos inſtruens dicebat: *In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui: vt ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: Sin autem, ad vos reuertetur.* Luc. 10. 5. 6. Neque enim ſolum iubet, vt ſalutent, *pacem* illis, id eſt, omnia apprecari felicia; ſed vt ad *pacem* veram inuitent excipiendã; quæ alia non eſt, quam quæ Euangelij annunciationem conſequitur. *Pacẽ annunciate, pacem offerte, ad pacem inuitate, non eam modo quã ſe mutuem ſalutantes impertiũt, quæ deſideriũ quidẽ impertientis promit, nõ vota audientiũ implet; ſed eã potius, quã Euangelij futuros miniſtros ſecum addacturos cecinit Iſaias; Quam pulchri ſuper mõtes pedes annunciantis, ac prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus.* Iſa. 52. 7. Euangelium intelligit, eamque bonorum omnium vbertatem, quam tanta felicitas ſecumſert. Quod ſi eam *pacem Chriſtus* illaturus orbi erat; *Eccleſia* autem eiuſdem illius *pacis* diſpenſatrix futura; iure hoc, quæ in procinctu ad eam *pacem* inuehendam Gentilibus erat, *Sulamitis* id eſt *pacifica* dicitur, *pacifico* ſuo *Sponſo* in ea re, non adiutrices modo adhibitura manus, ſed omnino effectura, vt quam appellationem *Chriſtus, Principis pacis,* meritus ſuis factis fuerat, eandem, introducta in orbem Euangelij *pace*, opere ipſo teneret. Quod ergo *Chriſtus Princeps pacis* & verus *Salomon* dictus ſit, à ſuis meritis habuit: quod verè fuerit, ab *Eccleſia* habuit. Merito tunc ab Angelis nobili compellatione donatur, cum ad inuehendam Euangelij *Pacem* Gẽtibus parat ſeſe: tunc ſcilicet cum ſimilitudine cum *Sponſo* in eo conatu merita eſt, vt eodem cum illo nomine conſalutetur, & *Princeps pacis* dicatur. Id enim *Sulamitis* eſt. Quibus ad vtramque quæſtionem reſponſum eſt, & cur *Sulamitis* ſit dicta; & cur hoc primum loco eo nomine compellata.

Sulamitis dicta Eccleſia à Salomone communicato vocabulo.
Sulamitis nomẽ non proprium, ſed honorariũ.
Iſai. 9. 6.
Luc 2. 14.
Chriſtus fundamenta iecit pacis. cui Apoſtoli molẽ impoſuere
Luc. 10. 5. 6.
Chriſtus cũ ituros ad prædicãdum diſcipulos inſtrueret, pacẽ prius nunciare iubet, ſed ea nõ aliud eſt quam Euangelium.
Iſai. 52. 7.
Chriſtus author pacis, Eccleſia diſpenſatrix.
Eccleſia perfecit, vt Chriſtus verè & re Pacificus eſſet.

NOTATIO XL.

REVERTERE.

I.
Reuerti quidam exponunt, ad Deũ redire.
Quo ſenſu id verbum ſæpè in S. S.
Quater inuitari, per fidem ſcilicèt, ſpem, caritatem, et bona opera.
Vel per quatuor Euangelia.
Vel deſiderijs, orationibus, verbo, & exemplo.
Vel quia diſperſa Iudæorũ reliquia ad quatuor mundi plagas.

REuertendi vocabulum non eodem modo omnes interpretati ſunt. Pleríque quibus hæc de Iudæorum reliquijs intelligere placuit, *Reuerti* exponunt ad Deum redire, à quo diſceſſerant, quaſi poſt liminio. Quem in ſenſum Deus voce Iſaiæ dicebat: *Seruus meus es tu Iſrael, ne obliuiſcoris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas; & quaſi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniam redemi te.* Iſa 44. 22. Et illa apud Oſeam; *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem.* Oſeæ. 2. 7. Quater autem vocari, & ad reditum inuitari, vt per *fidem*, per *caritatem*, per *bona opera*, per *ſpem* futuræ repromiſſionis ad *Chriſtum* veniat. Vel quia per quatuor Euangelia, velut quatuor tubæ vocibus, excitatur: vel per quatuor virtutes, tanquam totidem trahenda vinculis. Vel quia à Gentilibus ſuis Iudæis, in principio Euangelij conuerſis, quatuor modis inuitantur ad Fidem, deſiderijs, orationibus, verbo, & exemplo. Hæc ferè ex Honorio ſumpta ſunt, & paucis verbis expoſita, quæ apud illum fuſius leges. Gregorio autem magis placuit, quater ad reditum inuitari, quod diſperſi ad quatuor mundi plagas Iudæi vocandi ſunt, atque oblata Euangelij libertate illiciendi. Quod & alij probant.

Reuerti, ad Deũ à quo id diſceſſerant redire.
Iſai. 44. 22.
Oſee 2. 7.
Quater cur ad reditum inuitetur ex quorundã ſenſu.
Honorius Auguſt.
Gregor. M.
Quater vocatur à quatuor ſcilicet mundi plagis.

II.
Pie omnia: ſed ſenſu alio dictum: reuertere.
Nam originale vocabulũ hic motum in loco ſignĩficat.

Omnia hæc piè dicuntur, ſed nec *Reuertendi* vocabulum in ea ſignificatione poſitum, arbitrati ſumus; nec in quater repetito verbo aliud latere miſterium, quam expreſſionem ingentis deſiderij eam per otium contemplandi. Vocabulum ergo originale loco hoc, non motum ad locum, ſed in loco ſignificare probabilius arbitrati ſumus Com Dram. Cap. 6. Not. 31. Non ergo rogant, vt in eum locum, à quo

In quater repetito verbo vis deſiderij indicatur.
Comment Dramat. cap. 6. *Not.* 31.
Num 1.

Deſiderij ergo vis eam ſpectandi repetito quater vocabulo ſignificatur.
Eſt enim inter cor & linguam affinitas magna.

Reuerti hic motum in loco, non ad locum ſignificat.
Cordis, & linguæ affinitas.

diſceſſerat reuertatur; Sed vt ad ſeſe conuertat faciem, vt per otium ad omnem lucem ſpectare eam poſſint. Indicatur ergo votorum vis, quæ pectore latentia, qua licet, produnt ſeſe: & ebullientis in corde affectus, nec illis anguſtijs capi potentis, ardorem repetitis vocibus, velut quibuſdam à plenitudine ructibus, explicant. Sequitur enim lingua animi motus, & quidquid illum acrius pulſat, excitat illam. Eſt enim magna inter cor, & linguam affinitas; nec poteſt lingua non vocibus ſonantibus exequi, quod tacitis motibus animus manifeſtat.

III.
Sed eſt de ſenſu corticis cuiuſdam noua ſententia.
Rogatam à Rege Sulamitem, vt ſaltaret ad numeros, voluptatis cauſa.
Sed leue id eſt & parum aptum ad ſeriem.
Nam hæc non in aula, ſed in Horto adhuc geruntur.
Cum autem applicare volueris ad ſenſum arcanum, ſaltus ad numerum Sulamitis ceſſabit.

Singularis cuiuſdam ſententia de ſenſu dramatico Sulamitis ſaltās ad numeros.
Adhuc hæc in Horto geruntur non domi.
Saltatio haud facile ad principē ſenſum accommodari poteſt.

Doctus Interpres in ſenſu hic Dramatico tradendo ſingularis eſt. Arbitratur Rege, & Regina reuerſis ex Horto in regiam, tripudium, & ſaltationem inſtitutam; in qua ad modulantis ſonum citharæ motis pedibus, qui aderant, nuptialem lætitiam augerent. Rogatam ergo *Sulamitem* à cæteris, quam ſciebant regi poſt reginam caram, vt & ipſa ſaltaret, & corporis multiplice, ſed & decenti flexu, aſpicientium oculos recrearet. Sed præterquam id leue eſt, parum aptum ad ſenſum eſt; & minime ad texturam neceſſarium. Nam digreſſos ab Hortis adhuc, nulla coniectura eſt. Omnis enim hæc actio, ab illis verbis Cap. 6. 1. *Ego dilecto meo*, vſque ad initium capitis octaui, ad Actum quartum ſpectat; nec toto eo tractu mutatæ ſcenæ apparet indicium, ſine cuius mutatione, cum theatrum ſcilicet conticeſcit, Actus mutationem fieri, non permittat ars Dramatica. Accedit, cum veneris ad Principem ſenſum, languere ſententiam; ſi tripudia, ſi ſaltus, ſi conuerſiones ludentium ad ſeria volueris adplicare. Quod ſi ſolum illam Rex per otium ſpectare volebat, (hæc enim ille verba ad Sponſum refert) quid neceſſe erat ſaltationem inſtitui publicam? quanto decentius, & ad regiam maieſtatem accommodatius, inuitaretur, vt ſe ſpectari ſineret, extra tripudia & ſaltus choream ducentium? Is ergo ſentiendi modus minimè probandus videtur.

NOTATIO XLI.

VT INTVEAMVR TE.

I.
Cur eam vertere ad ſe faciem velint hic dicunt vt per otium ſpectent ſcilicet.
Sed intuendi vocabulum auiditatem, ac curioſitatem dicit, immo, & fauorem.
Gratiſſimum ſcilicet id ſpectaculū angelis fuit.
Qui Gentitatis conuerſionem, & auide cupiebant, & cum voluptate ſpectaturi erāt.
Eamque in Eccleſia alacritate ſpectabant velut in feruire.
Faciem ad nos ſuam obuerte, tam tim in illius alacritate futuras nō minus victorias; quam prælia cogitamus.

Intuitio auida, attenta, curioſa, fauens.
Drammat. Comment. cap. 6. Not. 27.
Gratiſſimum Angelis ſpectaculū Gentilitas ad Chriſtum adducta.
Luc. 15. 7.
Paraphraſis horum verborum.

COntinent hæc verba cauſam, finemque cur eam orent, vt reuertatur, ſeu potius vertat ſeſe; vt ſcilicet intueantur illam, ac contemplentur per otium. Duo autem hic notanda ſunt; alterum *intuitionis* rationem, non quancumque ſignificari, ſed attentam, curioſam, amicam, fauentemque; vtpote ab eis profectam qui non oculis ſolum, ſed multo magis affectu toto in eam ferantur. Vide quæ diximus Dramat. Comment. Cap. 6. Not. 27. Quo ſatis innuitur, quam Angelis gratum illud ſpectaculum *Eccleſiæ* properantis ad Gentilitatis conuerſionem ſit. Nam ſi verè de illis eſt dictum à *Chriſto*: *Gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*. Luc. 15. 7. Quanto hoc gaudium maius futurum fuiſſe putas, cum tantam ſpem adducendarum ad Chriſtum nationum, quæ illius redemptionis participes futuræ erant, de proximo conſpicerent, & in illo *Eccleſiæ* procinctu, velut in ſemine, intuerentur (*Faciem ad nos tuam obuertere, ne pigeat, in eius enim alacritate qua nobile facinus aggreditur futura non minus prælia quam victorias cogitamus, quid cogitamus? intuemur: ac non velut futuras, ſed vt geſtas conſpicimus. Quid cum gladio armata verbi, ac fidei clypeo, ac caritatis tecta caſſide in ſtipatas hoſtium acies inuebare? Certior victoria quam pugna erit. Sic vouemus*. Hoc primum eſt.

II.
Id autem totum pertinet ad inſtruendam viam ad futuram laudationem
Ne videretur magis ex affectu, quā ex iudicio proceſſiſſe.

Inſtruitur via ad futuram laudationem Eccleſiæ.

Alterum pertinet ad inſtruendam ad futuram laudationem viam. Qui enim paulo poſt effundendi in illius encomia ſunt, aptè inducuntur eam auide contemplantes, ac curioſe intuentes, ne videretur tam prolixa laudatio ex affectu potius cœco, quam ex maturo iudicio proceſſiſſe. Omnia autem innuunt, quam pulchrum contemplanti *Eccleſia* ſpectaculum præbeat, expeditionem in Idololatriam ſuſcipiens. Neque enim non potuit non & auide ſpectari, & digne laudari. Atque finis commentariorum ſit capitis ſexti.

CAPVT SEPTIMVM.

ARGVMENTVM.

ACVIT Chriſtus Angelorum Deſideria Verſ. I.
Videndi per otium Eccleſiam, per ſpe-
ciem extenuantis illius formam. Nihil
viſuros in ea molle. Speciem eſſe ex hi-
laritate, ac grauitate mixtam, qualis in
caſtris viſitur, cum victor Miles ſimu-
lata pugna concurrit. Sequitur encomi-
um illius, quo Angeli per ſingulas par-
tes eius ſpeciem laudant. Initium à PEDIBVS, & INGESSV,
id eſt, ab illius per Apoſtolos diſcurſu inter Gentes, graui,
compoſito, circunſpecto. Tum TIBIARVM FEMORVM-
QVE formam prædicant, & in illis FORTITVDINEM, ac
PERSEVERANTIAM in agendo, perficiendoque tanto fa-
cinore. † Mox in VMBILICO VIM AD CONCIPIEN- Verſ. II.
DAM MYSTICAM PROLEM conſiderant: & in eo ipſo
mirabilem pudicitiam, & caſtimoniæ puritatem. In VEN-
TRE autem FOECVNDITATEM, ad pariendam prolem
multiplicem; ex comparatione cum tritici aceruo. † Nec Verſ. III.
ſatis fuiſſet peperiſſe, niſi & lactare poſſet. Ideo VBERA
laudantur, ſcilicet, DOGMATICA, ac MORALIS DOC-
TRINA: qua ſemper abundauit ECCLESIA ad Myſticos
filios nutriendos. † Ab VBERIBVS itur ad COLLVM; Verſ. IV.
in quo laudatur MENTIS EXCELSITAS, nullis turban-
da procellis, nullis periculis retardanda. Comes illi VIGI-
LANTIA, quæ laudatur in Oculis: ſed attẽta, nõ trepida; quie-
ta, non turbida: publico bono, non priuato intenta. In
NASO autem SOLERTIAM PROVIDENTIAMQ; ad diſ-
crimina cauenda, & præuenienda pericula. Inde ad CAPVT Verſ. V.

fit

Digitized by Google

fit tranſitus, in quo SAPIENTIAM collaudant; à Patris Sa-
pientia deriuatam: tum cogitationes à terra ſubmotas, &,
cum etiam ad humilia tractanda demiſſas, nunquam abiec-
Verſ. VI. tas: quin ſemper de CHRISTI Sanguine rubicundas. †
Angelorum has voces gratiſſima aure CHRISTVS audiuit,
& corollario iuuit: ECCLESIAE ſpeciem, decoremque im-
mo & quas ſe in illa ſciebat paratas habere DELITIAS, com-
Verſ. VII. mendans. † PALMAE ſibi viſam ſimilem, cui, pro BO-
TRIS, VBERA ſint. Animi ſcilicet prædicat altitudinem;
tum in aduerſis tolerandis virile robur: intentionis rectitudi-
Verſ. VIII. nem, æqualem omnium filiorum curam. † Hinc tacite iuſ-
tum cum ſua ECCLESIA connubium, myſticamque con-
iunctionem deſcribit, ad ſpiritales gignendos filios, & qui-
dem decentiſſima metaphora ASCENSVS IN PALMAM,
APPREHENSIONIS FRVCTVVM, VBERVMQVE COM-
Verſ. IX. PLEXVS, OSCVLIQVE MARITALIS. † Quid autem
ex ea myſtica coniunctione voluptatis ipſe perceperit, hoc
Commate dicit: haud aliter recreatum ſe, quam VINI GE-
NEROSI POTV, cuius tanta ſuauitas ſit, vt præ voluptate
percepta, non tam bibatur, quam RVMINETVR, ſenſim-
Verſ. X. que traijciatur. † Suſcipit ECCLESIA extremas SPONSI
voces, & arcta maritali coniunctione cum illo beata, ſortem
iactat ſuam; quæ eo fauoris euecta ſit, vt non ſolum tota in
poteſtatem CHRISTI tranſierit, ſed eum ſibi ita obnoxium
habeat, vt ad SPONSÆ voluntatem videatur fictus, & ad
Verſ. XI. nutum paratus obſequi. † Sic ECCLESIA diſponebatur
ad nouas perſequutiones. Innuit ergo qualibus anxietatibus
vexetur in filijs, quorum cogatur cædes ſpectare: nec permit-
tatur palam confiteri CHRISTVM: cõpellaturque ciuitati-
bus excedere, & ſolitarias terras, & montium anfractus inco-
lere. Eo ergo profectura, CHRISTVM, cuius cum ea cau-
Verſ. XII. ſa communiſerat, vt ſe comitetur orat. † Nec otio interim
dedituros eſſe ſe: inde in omnem partem iactandas curas,
proſpiciendumque communibus rebus: quam proſpere con-
tingat infidelium ad fidem conuerſio: quibus virtutibus emi-
neant; quam fortiter pro fide depugnent, quam fidenter
ſanguinem fundant. Nec ideo ſteriles futuros dies; dandam
Verſ. XIII. operam nouis ſuſcipiendis liberis, & ſoboli multiplicandæ. †
Qua in ſpe mente defixa, fecunditatem futuram odoratur:
lætaturque, auditura mox teneram prolem balbutiente lin-
gua blandientem Matri: nec ſibi tantum vni felicitatem tan-
tam obuenturam, omnia potius vni CHRISTO reſeruanda,
cuius auſpicijs fuerint comparata.

VER-

Digitized by Google

VERSVS I.

QVID VIDEBIS IN SVLAMITE, NISI CHOROS CASTRORVM?

COMMENTARIVS.

CHriſti *Sunt verba, acuentis Angelorum deſideria inſpiciendi*, *&* laudandi *Eccleſiam*, expeditionem in Gentes, vel meditantem, vel exequentem. Nihil ſe viſuros in *Eccleſia* molle, nihil delicatum, nihil fœmineum: maſculam eſſe pulchritudinem; virilia, ac fortia omnia. In ſumma ſpeciem quidem, quæ admirationem excitet, ſed cui comes indiuulſa ſit fortitudo, atque ſeueritas, qualis matronas, nec iam iuuenes deceat. Abeſſe triſte illud, ac tetricum, quod omnem implacidam, quantumcumque grandem, formam facit. Hilaritate temperati ſeueritatem, & contra. *Sulamitem* vero nomine ab illis appellatam; nam, tametſi bella cum Gentilitate initura procedit, ad veram pacem per bellorum horrida, & dura contendit. Principem eam vere pacis eſſe, ſibi *Principi pacis* omninò ſimilem: nec alio ire illius conatus, quam vt toto orbe Euangelij veram pacem introducat; in quo *Sponſus* pacifice imperium exerceat. Quibus mirum eſt, quam graphice illius *Eccleſiæ* ſtatus deſcribatur, ita pacis in Euangelij propagatione artes exercentis, morum, ac doctrinæ candore; vt ſimul ſeſe pararet ad bella, quæ ſciebat de proximo minitari: Sic miles, etiam poſt victoriam vigil, inter tripudia exſultantis aciei, ludos inſtituit, ſed militares: ne in totum poſuiſſe ſollicitudinem videatur, ſed in pacis ipſis artibus prælia meditari.

ENARRATIO.

VOS autem Eccleſia Sponſa, expeditionem in gentes properantis, ſpectaculum vocat, & ſpecies inuitat. Fortaſſis viſuros vos arbitramini delicatum quoddam & molle, quale hominum error in fœminea pulchritudine ſolet probare: cuius potiſſimus decor teneritudo eſt, nihil virile, nihil ſeuerum Sapiens: *Sed totum molle & puellare, quale cum puella adhuc eſſet, aut ſub primis iuuentutis annis, cum ſub natura crepundijs luſitaret, aut ſub ſcripta lege læta exſiliret. Nihil tale in mea* Sponſa *videbitis. Sed maſculam omnino, ac qualis matronam bellatricem decet, pulchritudinem. Hilare quiddam, ac feſtiuum obijcit intuenti; vt in hilaritate vultus animi alacritatem intueare, qua, ſui ſecura, in Gentilitatis acies ſtipatas ruit; Sed hilaritas eſt ſeueritate mixta; feſtiuitas fortitudine ſocia grauis Vt cum altero ad ſe inuitet intuentes altero trahat repugnantes. Cogitate victores poſt deletum hoſtem milites, læta fronde coronatos, interque tripudia, & cantus victoriam celebrantes: aut futuris mox pugnis præludentes: & imagine prælij ficta ad vera ſe prælia exercentes; ne etiam in pace belli cogitationes poſuiſſe videantur. Talem Eccleſiam ſpectate. Facit id ſcilicet interior virtus illa; qua ſenſim adoleuit, vſque ad matronale robur. Nam & ipſe, cuius gloriæ totus illius labor, ac ſtudium ſeruit, eis ornaui dotibus & conſortem thalami, & magnarum miniſtram rerum, qualibus opus eſſe illi exiſtimaui, cui tantæ expeditionis executio commiſſa eſt. Ergo illam circumſpicite totam, nihilo minorem pronunciabitis, quam paſt exhibituram ſe eſſe ſatis ſcio.*

NO-

SVM. COM.

I.

Chriſti hæc verba ſunt.
Qui dum ardorē Angelorum inhibere videtur, acrius excitat.
Qui de reliquijs Iudæorum proxima expoſuere hic inuitantis voces agnoſcunt de gentilitate fideles, ad intuendum nouos fratres.
Sed id a nobis reiectum eſt.

II.

Alij voces agnoſcunt Eccleſiæ, extenuantis pulchritudinem ſuam.
Vos ſpectare vultis me. ſed nihil inuenturos ſcitote, quod veſtras laudes mereatur.
Aliam quærite, cui laudes cumuletis.
Eam ergo, quæ ſe ſenſerat encomijs ſublatam modeſtius de ſe iudiciū ſuum promere.
Eſt enim Eccleſiæ humilitas atque modeſtia innata.
Miſerum enim eſt ſemper cum hoſte confligere, & de repetitis prælijs puluere & ſanguine fœdari.
Itaque nihil viſuros in ea illos fatetur, niſi pugnas ac frequentes mortes.

III.

Vera doctrina ſed huic loco minus apta.
Nam cum choros caſtris coniungit, aliquid de contrarijs mixtum dicit.
Quam vero militaris vita quidquā de ſpecie demat Eccleſiæ, potius auget.
Vt ſe ipſa ſemper et maior, & melior exiſtat.
Nemini enim quidquam gloriæ pugna detraxit, iuncta victoriæ.
Id autem multò eſt verius in myſticis pugnis.

IV.

Chriſti ergo ſint verba quæ Angelis viā monſtrant ad Eccleſiæ encomia.

NOTATIO I.

QVID VIDEBIS IN SVLAMITE?

QVIS *Hic interloquatur*, *anceps quæſtio eſt*: *eam*, *quantum* ad corticis ſenſum ſpectat, ſuo loco definiuimus. Hoc ergo certum ex eo loco ponamus, *Sponſi* eſſe verba ardorem illum deſideriorum ſpectandi *Sponſæ* formam per otium dum temperare, atque inhibere videri vult, excitantis, augentiſque. *Chriſti* ergo agnoſcamus voces, quarum arcanum ſignificatum hic quærimus. Et quidem qui ſuperiora de Iudæorum reliquijs interpretati ſunt, in fine mundi conuertendis, pergunt hæc de eiſdem exponere, quaſi *Chriſtus*, ſeu *Eccleſia* excitet animos fidelium ex gentilitate ad ſpectandum aduenientia noua fidelium agmina, ſeſeque ad *Chriſtum* adiungentia. Probabiliter id dicas ſi primum illud ſequare, & eorum authoritati hæreas, qui ita ſentiunt. Sunt autem Honorius, Aponius, & de recentioribus quidam. Sed eam nos ſententiam de Synagogæ reliquijs ſæpè reiecimus, vt minus aptam ad ductum Dramatis, ac filum interpretationis.

Cui hæc verba tribuenda ſint.

Quo pacto hæc interpretentur, qui ſuperiora de reliquijs Iudæorum expoſuere. *Honorius. Auguſt. Aponius. Recentiores.*

Alij quidam arbitrantur voces eſſe *Eccleſiæ* extenuantis pulchritudinem ſuam, quam ſpectare ſe voluiſſe dixerant ſodales. *Vos quidem ſpectare me per otium vultis, vt laudibus ſcilicet efferatis: Mibi vota quidem veſtra laudanda, ſed minimè probandum conſilium. Quid enim in me eximium vos viſuras ſperatis? Militaris vita eſt, ſeueri mores, cultus incultus: vere, puluere, ſole, ſæpè etiam cruore deformis; vita conſuetudinem ornatu, ac cultu præfero; nihil vt in me ſit quod maximè placiturum vobis ſperem. Alio ergo mentem, oculoſque flectite, aliam quærite, quam per merita encomia celebretis; neque enim æquum eſt, vbi nulla materia laudis eſt, vos & Verba, & tempus perdere.* Itaque illam eandem, quæ paulo antea ſuam formam prædicari ſenſiſſet, & Auroræ, Lunæ, Soli, & Caſtrorum aciei ordinatæ comparari ſe audiſſet, modeſte id poſtremum probare; ſed ſuo ſenſu interpretari, cætera ſilentio negare, & à ſe repellere. Id ad *Eccleſiæ* humilitatem pertinere, cui modeſtia ſit innata; cumque in ſe næuos agnoſcat pluſculos, merita ipſa non videt; potius quodammodo negat; certe extenuat quantum poteſt. Nam quod militarem agere vitam cogatur, nec vnquam arma ſinatur deponere; quod perpetuas pugnas cieat, nec ocio dedi permittatur vel ad horam; quod aduerſus carnem, & ſanguinem & tenebrarum poteſtates die noctéque ſtandum in acie ſit, miſeræ omnino conditionis eſt: quid enim magis miſerum? *Quid ergo*, inquit, *videbitis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? Quid niſi miſerias, labores, excubias, pugnas, & frequentes mortes?* Sic illa: *Ne vocetis me Noemi (ſuauem) ſed vocate me Mara (amaritudinem) quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. Egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* Ruth. 1. 20. 21.

Voces Eccleſiæ extenuantis ſpeciem ſuam.

Hic ſenſus per paraphraſim expoſitus.

Eccleſiæ humilitas, & modeſtia.

Alia paraphraſis

Ruth. 1. 20. 21.

Totum id vere dicitur, quantum ad doctrinam: vt aptè ad locum, non puto. Nam primo non *Eccleſiæ*, ſed *Chriſti* ſunt verba. Deinde, cum de *Choris* mentionem facit, aliquid certè *Caſtris* opponit; quod acute vidit Theodoretus: *Neque enim caſtris conueniunt Chori. Hi namque rebus ciuilibus, pacatiſque congruunt; illa bellicis, & militaribus; pax autem bello contraria*. Non ergo id vult, ſeſe de puluere, & acie ſordidam, incultamque placere non poſſe: cum non *Caſtris* ſe ſimpliciter, ſed *Choris Caſtrenſibus* comparet; ſit autem in *Choris* multum, quod inſpectantes alliciat, recreetq; Quod ſi rem ex ſerio iudicio cenſeas, ne ea quidem vitæ conditio, quæ militantem *Eccleſiam* comitatur, quidquam illi de pulchritudine demit; potius auget. Verſatur illa quidem in acie, & puluere, interque frequentia prælia ſudoris multum, ſæpè etiam & ſanguinis fundit: ſed nihil id illi de vera pulchritudine demit: addit potius, & incrementis nouis auget: vt ſe ipſa ſemper quemadmodum maior, ita etiam & melior, & pulchrior fiat. Cui enim vnquam de vera gloria quidquam detraxit bellicus labor, atque armorum conſuetudo? maximè cum frequentes pugnæ, nec minus ſunt victoriæ frequentes; qua nulla breuior ad verum decus eſt, & expeditior via? Quod quidem verum eſt in viſibili hac militandi arte, qua corporibus corpora opponuntur, ac ferro ferrum componitur; multo verius de ſpiritali tota bellandi ratione dicitur; cum eo bellum bello nobilius ſit, quo, quæ parantur alterutri præmia, illuſtriora ſunt. Non ergo extenuat *Eccleſia* pulchritudinem ſuam, cum bellorum ſe motibus fateatur implicitam: potius exaggerat: illius enim myſtica pulchritudo non ſenſu, ſed animo probanda eſt.

Chori caſtris opponuntur. *Theodoret.*

Militaris conditio, & neceſſitas, nihil Eccleſiæ de pulchritudine demit.

Generatim ergo *Chriſti* eſſe verba dicamus, quæ *Eccleſiæ* encomijs viam parent, Angeloſque excitent ad id præſtandum; immo & viam monſtrent, qua decurrere, omnibus

Parat his verbis Chriſtus ad futura encomia viam.

Digitized by Google

bus laxatis habenis, poſſint, per latiſſimum laudum illius campum. Si enim aduertas, verba hæc pauca videntur argumentum omne ſequentium encomiorum continere; vt hic quidem rei caput, in cæteris eiuſdem capitis, ad vnum corpus compigendum, membra contineri videantur. Sed de his paulo poſt dicturi ſumus. Hic illud quærendum eſt; cur tam breui interuallo iterum *Sulamitis* nomen audiatur. Facilis reſponſio. Audierat paulò antè nobili appellatione ab illis donatam, quæ ſciret, cui omnia iam communicata fuiſſent, ab eo, qui iuſto cum ea connubio iunctus eſſet, neque nomen inuidendum eſſe. Id gratiſſimum illius auribus fuerat; nihil enim gratius *Chriſto*, quam ſi eandem illam quam ſuo ſanguine acquiſiuit *Eccleſiam*, ſibique per incarnationem deſpondet, non alio nomine compellari audiat, quam ſuo ipſius. Nam ſi *Seruam* cogites, ſolent & Domini ſeruis de ſuo nomine nomen indere; ſi maxime in eas affecti ſint. Si *Coniugem*, nihil antiquius, quàm eam thalamo & familia nomen communicare. In vna ergo *Sulamitis* appellatione vtrumque ius redigi in memoriam gaudet ſibi; vel quo emptitia ſerua eſt, vel quo iuxta vxor eſt. Quod ſi, & in *Sulamitis* appellatione (quod probabile arbitrati ſumus Dramatico Commentario) concordiam, pacemque futuram perpetuam inter *Chriſtum* & *Eccleſiam* augurantur, quam grata ea appellatio Chriſto fuerit, nemo dubitabit; cuius id omnino in votis, vt nunquam is caritatis nexus obrumperetur, qui ſibi Eccleſiam coniunxiſſet. Approbat ergo appellationem, gloriaturque, non tantum ſuo ipſius teſtimonio pacificam eſſe, ſed & alieno; quod ſæpè ſolet & integrius, & minus ſuſpicioſe iudicare de rebus.

NOTATIO II.

NISI CHOROS CASTRORVM.

IN *Choris Caſtriſque plerique oppoſitionem notauere*, quæ non ſine magna cauſa ſit poſita: tametſi non omnes eamdem deſignauere. Quidam id indicari putant, quod in *Eccleſia* quidem multi ſint & fortitudine, & excelſo animi robore inſignes, propter quos Eccleſia *Caſtris* ſimilis eſſe dicatur; alij contrà diuinas continuo laudes in ore gerant: ideoque *Chori*, ſint pſallentium canentiumque. De his dixiſſe Dauidem: *Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.* Pſ. 117. 15. De illis Paulum: *Arma militiæ noſtra non carnalia ſunt, ſed potentia Dei ad deſtructionem munitionum.* 2. Corinth. 10. 4. Sic Theodoretus, & quidem probabiliter. Vnum obeſt; id commune omni ſtatui *Eccleſiæ* eſſe, in nullo enim defuere, qui & Deum laudibus tollerent, & aduerſum vitia pugnarent; cum tamen hic aliquid nouum, propriumque ſtatus, quo deſcribitur, videatur de ea dici. Illud obſeruatum à Theodoreto, tametſi leue cuipiam videri poſſit, inutile tamen non eſt. Non dici *Caſtra Chororum, ſed Choros Caſtrorum, quia de Caſtris Chori, non de Choris Caſtra ſunt*; prius enim pugnandum cum vitijs eſt, vincendumque, inde victor miles, Peana canens, reuertitur, victoriam concelebrans vocibus.

Id diſcrimen alij non agnoſcunt. Sed *Choros Caſtrorum* interpretantur de reliquijs Synagogæ conuerſis, quæ, ad *Eccleſiam* adiunctæ, illius imitabuntur fortitudinem, & per agmina ſua diſcretæ, pro eadem ipſa fide vſque ad mortem pugnabunt, qua ferme ratione exponunt Caſſiodorus, & qui illius ſemper lateri hæret Beda, & Gregorius M. Sed melius Honorius, & Angelomus *Caſtra* ad pugnam aduerſus vitia, *Choros* ad laudes referunt Dei. Et Rupertus neutrum ab altero ſeparat, *Quid videbis in Synagoga conuerſa, niſi Choros Caſtrorum, idest, cantus & tripudia præliantium, prælia & pugnas cantantium, laudando enim Chori præliantur, Caſtra præliando laudant.* Id etiam verè dictum eſt; nulla enim laus maior Dei in ore reſonat iuſtorum, quam cum fortiter pro illius honore cum aduerſis vitiorum, ac Dæmonum aciebus depugnant. Tacet quidem tunc lingua, ſed clamant manus, & inter mutarum vocum ſilentia facta audiuntur. S.D.E. *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ieruſalem.* Pſal. 64. 2. Nam in voti redditione officium omne pietatis in Deum ſi intelligas, non puto errabis. Quod autem legit Vulgatus, *Te decet hymnus*, in Hæbreo eſt, *tibi ſilentium hymnus, ſiue laus.* Haud opus eſt, vt ſonante voce in Dei laudes linguam ſoluas; ſi Dei præceptis obſequatis; ſi, quod placitum illi eſt, opere impleueris, ſi nullum officium Chriſtiani hominis prætermiſeris, Deum verè laudaſti: gratiſſimus is ſonus illius auribus accidit, cui omne benefactum dulciſſimus cantus eſt. Nihil enim illi magis gratum, quam cum, ſilente lingua laudabiliter manus verſantur in opere.

Cur tam breui interuallo Sulamitis iterũ dicta Eccleſia.

Seruis *Domini* ſuum nomen ſæpè communicãt. Vxoribus mariti ſemper.

IV.

Pacem, ac coniunctionẽ, æternam ſibi cũ Eccleſia futuram ominari Angelos gaudet Chriſtus.

Chori caſtris opponuntur.

Diuerſi fideliũ in Eccleſia gradus.

Pſal. 117. 15.

2. Cor. 10. 4.

V.

Theodoretus.

Nullo defuere tempore, in Eccleſia, qui vtrumque præſtarent.

Theodoret.

Cur chori caſtrorum non caſtra chororum dicta.

Caſſiodor.

Beda.

Gregor. Mag.

Caſtra ad pugnã aduerſus vitia, chori ad Dei laudes pertinent.

Honorius.

Angelomus.

Rupertus.

Nulla Dei maior laus, quàm cum tacente lingua manus loquuntur.

Pſal. 64. 2.

Voti redditione officium omne pietatis in Deum intelligitur.

SVM.COM.

Sunt enim verba hæc pauca ſuturarum laudũ argumentum.

Sed cur tam breui interuallo Sulamitis nomen audiatur?

Sulamitem illi dixerant, honoratiſſima appellatione ille id ſibi fuiſſe gratiſſimum confitetur.

Nam ſi ſeruã velis, ſolent & ſerui Domini nomen communicare.

Si coniugem, appellationem non inuident.

Si in Sulamitis vocabulo pacem interdum æternã Angeli agnouere. Gaudet recordatione futurorum, & quod volupe ſibi eſt, ab Angelis approbari.

I.

Eſt oppoſitio in choris, & caſtris. Quod quidam ad diuerſitatem fidelium retulere.

Quorum quidam in acie verſantur, alij laudes Deo canunt.

Sed obeſt, id commune eſſe omni Eccleſiæ ſtatui.

Cum hic tamen aliquid dicatur, quod ad hunc Eccleſiæ ſtatum pertinet.

II.

Alij nihil diſcriminant, maximè qui de reliquijs ſynagogæ interpretantur.

Melius alij, qui caſtra ad bellum aduerſus vitia, choros ad Dei referunt laudes.

Et quod quidam non diſcernunt, quod præliãtes aduerſum vitia, verè Deum ſatis laudent.

Cum tacente lingua, manus clamant.

Hic ſenſus Pſalmographi. Pſal. 44. verſ. 2.

Nec n. opus linguâ canere, cum præceptis Dei obſequimur.

Deo n. quidquid bene factum eſt ſuauis eſt cantus.

III.

Sic tacens Abel audiebatur.

Cum in eo iam ſtatu eſſet, vt odiſſe fratrem ſi poſſet nollet.

Clamabat ergo à dira propiſitate morte, non lingua.

Mulcebat que Dei aures cantu quia adhuc ſpectabatur pietas præterita.

Nec deeſſe vox laudes poterat, vbi, qua vicerat, virtus erat.

IV.

Sed ſtatus ipſe Eccleſiæ, & locus in quo verſamur, in veri ſenſus viã ducet;

Hæc ergo habitum illius deſcribunt, tantum facinus aggredientis.

Nam illius bellandi ratio futura, qualis Agni coniugem decebat.

Non ergo ferrum, ſed veritatem meduta proceſſit.

Merito ergo et Sulamitis dicitur.

Et in hoſtem ducens choris caſtrorum ſimilis prædicatur.

Quia in ea procinctu poſt victorias pacem cogitabat.

V.

Nondum pugnauerat Eccleſia nec proclamata victrix fuerat.

Sed in alacritate cum ſis in prælia, futuræ victoriæ ſpectabantur.

Certus ergo futurorum ſponſus ante prælium canit triumphum.

Ergo cũ init prælia tam cantus inſtituit Eccleſia quodammodo.

Nam ſæpe tam certum victoriæ eſt omen, vt, antequam pugnes, viciſſe te putes, et vt victor plaudas.

VI.

Sed latet ſenſus altior, niſi ſermonis exilitate illum corrumpimus.

Oeconomia Chriſti contrarijs quodammodo cõſtat.

Nam ille Homo ſimul, & Deus: Agnus mitis ac, Leo fortis: candidus, et rubicundus: formoſus in ſtola, gradiens in fortitudine canitur.

Abele mortuo, atque exangui, adhuc *clamaſſe ſanguis* illius dicitur. *Vox*, inquit, *Sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, Gen. 4. 10. Quid rogo nitiſſimi iuuenis *ſanguis clamabat*? quid mortui, ac ſine vllo iam ſenſu iacentis vox audiebatur? An odio fratris ardens mortuus, quo non caluerat viuus, quas vltrices manus inijcere in eũ non poterat, exanguis leuabat in cœlum in vindictam? At in eo iam ſtatu erat, vt ne quidem, ſi poſſet, vellet fratrem odiſſe; aut Dei in eum vindictam concitare. Facto ipſo, aditaque pro pietate morte, non lingua clamabat, nec clamor ille mutus odium in fratrem agnoſcebat patrem; ſed patientiam, ac caritatem genitricem. Erat ergo ſi Abelis mentem, animumque conſideret, non clamor, ſed cantus; & quidem ſuaui modulatione gratiſſimus: mulcebat Dei aures, non ſtrepitu feriebat: & quanquam mortuo iuſto deſierant facta, adhuc ſpectabatur pietas, ſonuſque præteriti cantus adhuc Dei auribus tinniebat. Pugnauerat quidem cum impietate pietas; cum iniuria patientia; & quamquam viciſſe impietas, viciſſe iniuria videbatur; victoria pro pietate, pro patientia ſteterat; nec deeſſe poterat, qui victoriam vocibus lætis ſequeretur, vbi quæ vicerat, virtus erat. Hi ſunt ſcilicet *Chori Caſtrorum* & pugnas ad cantum cientium, & cantus edentium, dum pugnant. Redeamus in viam, à qua materiæ ipſius vtilitas minus aduertentes, quaſi manu prehenſos, auerterat.

Locus ipſe in quo verſamur, & ſtatus ipſe *Eccleſiæ*, quo eam, ſequuti noſtræ interpretationis filum, deduximus, in veram, vt putamus, interpretationem manu nos ducet. Nam ſi *Eccleſiam* properantem ad Gentilitatem deſcribi ſuperioribus verbis arbitrati ſumus, quæ hoc commate dicuntur, illius certe habitum, iam aggredientis ad facinus nobiliſſimum, deſcribent. Tunc è contrarijs quodammodo comparata, & *Choris* ſimilis dicitur, & *Caſtris* eſſe; aut potius *Caſtrorum Choris*. Nam prælia certè multa, & grauia initura procedebat, cum hoſtibus multis, vſu armorum doctis, animo infenſiſſimis: ſed diuerſiſſima illi futura bellandi ratio, qualis eam deceret, quæ *vxorem*, ſe *Agni* ſciret, cui dominatus terræ parabatur. Non ergo Caſſides æreas, non thoraces ferreos, non ſquammatas loricas, aut calybe ſuo excuſos enſes parabat, aut ad delendos hoſtes acuebat, ſed artes omnino pacis veritatem, doctrinam, fidem eorumque amorem, quos acquirere *Chriſto* feſtinabat. Viſcera mater materna, & vbera oſtentabat; & quidquid ad alliciendos homines prodeſſe poſſe ſciebat, id omne comparabat. Ergo quæ in hoſtem, non ferrum, ſtringebat, non arma acuebat, ſed pacificum omnino animum, & ſolis pacis artibus armatum præferebat, quemadmodum merito *Sulamitis* dicebatur; ita etiam; in grande facinus feſtinans, *Choris* canentium, ac tripudiantium ſimilis eſſe dicitur. Sed eaidem illas artes ſequutura ingens victoria erat, victricemque nobilem agmina hoſtium omnia, iam non hoſtium, ſed amicorum, obſequentiumque ſtipatura. Imaginem ergo belli cogitat *Sponſus* vbi victoriæ palmas indices videt. Iungit itaque cum *Choris Caſtra*, nec alterum diſcetnit ab altero vtriuſque imagine delectatus.

Sed in *Choris Caſtrorum* Honorius agmina præliantium militum agnouit, ac pro victoria canentium, nec inepte adhunc locum. Et *Eccleſia* certe nondum pugnas cum Gentilitate inierat, nondum ſtrage multa parauerat ſibi ad victoriam viam, adeoque nondum tripudio, ac plauſu victrix à victore exercitu fuerat conſalutata. Sed alacris tamen, ac ſtrenua bellatrix ruebat in acies. Sed in ea ipſa alacritate pugnatura futuræ mox victoriæ ſpectabantur; omenque futuræ felicitatis ſtrenuitas erat, hilaritaſque illa oris, qua, ſui ſecura, ibat in prælium. Qui ergo futuræ mox victoriæ certus erat, haud mirum eſt, ſi ante pugnas victoriam canat: &, cum, claſſicum inſonantes, Apoſtolorum tubæ audiri incipiunt, milites Peana canentes, quaſi iam viciſſent, audire ſe arbitretur. *Choros* ergo, cantuſque plaudentium acierum, ac victoriam gratulantium, etiam tunc; cum init prælia magna Imperatrix *Eccleſia*, inſtituere videtur quodammodo: ac inuerſo rerum ordine victoriã per lauſibus celebrare, antequam pugnatum ſit. Pertinent ergo omnia hæc ad exaggerationem fortitudinis, qua ſancta *Eccleſia* expeditionem in gentes ſuſcipit, & fœlicitatis, qua rem difficillimam perductura ad finem erat. Sæpe victoriæ tam certum eſt omen, vt, antequam pugnes, te viciſſe non imprudenter arbitrere; nec aliter victurus miles tripudio ante prælium plaudat, quam ſi de prælio victor, ac triumphaturus iam regrederetur.

Et hæc quidem probabiliter omnia dicta ſint. Sed latet adhuc in his verbis altior ſenſus, quem vereor ne ſermonis exilitate corrumpam. Oeconomiam *Chriſti*, non modo diuerſitatibus, ſed etiam contrarietatibus componi loco aliq obſeruaſſe me memini: vt qui *Deus* ſimul & *Homo* erat, quibus nulla ſunt extrema magis diſtantia, etiam oppoſitionibus ſtaret, quibus illius ſpecies, ac forma conſiſteret. Ita idem ille & *Agnus* eſt, pacificus, mitiſque; & *Leo* fortis, & vorax. Idem ille *candidus*, & *rubicundus*, ſiue *Fuluus*, quæ originalis vocis ſignificatio eſt, ne vel *agno candidus* innocentiæ,

Abel mortuus adhuc clamabat

Ab iſta propietate mors cantus Dei auribus eſt.

Victrici virtuti deeſſe non poteſt laudator.

Habitus Eccleſiæ properantis ad Gentilitatem.

Eccleſiæ arma veritas, doctrina fides.

Ideo choris caſtrorum ſimilis.

Honorius.
Tres PP.
Theodoret.
Eccleſia antequã pugnas ineat, cantu victoriam celebrat.

Victrix à Chriſto canitur antequã pugnet.

Omen victoriæ certum.

Chriſti Oeconomia ex aduerſis conſtans.

Chriſti diſpenſationis antilluſes.
Ioan. 1. 29.
Apoc. 5. 5.
Cant. 5. 10.

Digitized by Google

tiæ, ac manſuetudinis color deeſſet; aut *Leoni* magnanimitate ac fortitudine inſigni, *Fuluus*. Idem ille dicitur *Formoſus in ſtola*, qui habitus pacis eſt; & *Gradiens in fortitudine*, quæ militaris viri repræſentatio eſt; Facit huc Iſaiæ locus: *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ*. Iſa. 16. 1. Verſanti in extremo orbi remedia malorum quærebat Propheta. *Omnia peſſum ire video, diſtracta mortalium corda, & inimicitijs omnia perturbata. Hoſtes hoſtibus infenſos, tyrannos tyrannis impoſitos. Nec malis quæ patimur, mederi naturam poſſe. A cœlo ſperandum tot malis, quibus humanum genus premitur, remedium eſt: nam, vbi natura omnis ſuccumbit vis, ſeque victam ſuis malis confitetur, vnus tu, Domine, qui naturæ es author, etiam vindex eſſe debes. Ergo illum ad nos Agnum mitte, qui dominaturus orbi eſt*. Mirum eſt rebus omnino perditis, afflictoque humano generi tantarum calamitatum mole, ab vno *Agno* miti, imbelliq; ſperari remedium *Leo* melius aduocaretur vindex, qui vel rugitu ſolo malos terreret, atque in fugam verteret: *Cui ſcilicet naturæ animoſitas agnata eſt, atque eliciendæ voci tam apta inſtrumenta data, vt animalia ipſo velociora, ſolo ſæpè rugitu capiantur*. Sed mirum id eſt, eodem Hebræo vocabulo *CAR*. & *Agnum*, & *Arietem* appellari, non illum ſolum Arietem ouium ducem, agnorum, & patrem; ſed machinam illam exſcindendis vrbibus, diruendis muris inuentam: cuius ſe inuentricem Carthago gloriatur illa, *ſtudijs aſperrima belli, commentata vim tormenti debile pecoris capite Vindicantis*. Vt loquitur Tertullianus: *Agnus* ergo ſimul & *Aries* eſt: *Agnus* candidus, mitis, pacificus, qui aris impoſitus, incidente iam in iugulum ferro, ne voce quidem ſacrificium perturbabit, aut ſacra corrumpet. *Aries* idem vrbium ſubuerſor, arcium exciſſor: cui nulla hominum, nulla dæmonum ars, aut potentia reſiſtat. Quidquid enim in *Chriſto* eſt oppoſitionibus, non diuerſitatibus ſolum, conſtat; vt noua ex contrarijs ſpecies conſiſtat.

Decebat autem *Sponſo Sponſam* ſimilem eſſe, ne alio illa charactere, quam ille inſigniretur, pro vnius iuſta vxore habenda. Et quidem vbi tantæ Reginæ cultus deſcribitur, diuerſitatibus, varietatibuſque ornata producitur. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: in fimbrijs aureis, circum amicta varietatibus*. Pſal. 44. 14. 15. *Verſicoloribus*: qualibus ſcilicet videmus coloribus imbui pauonum corpora qui vario lucis petiti radio, pro luminis diuerſitate varie incurrunt in oculos, vt ſpectatorem ſæpè fallant; Vt vere de ea alite dictum ſit: *Multicolor, & diſcolor, & verſicolor; nunquam ipſa ſemper alia, & ſi ſemper ipſa quando alia: toties denique mutanda, quoties mouenda*. Et hæc quidem in *Eccleſia* externum cultum optime quadrant; qui varietate multa conſiſtit. Vera illa, atque interior ſpecies, non varietatibus ſolum, magis contrarietatibus conſtituitur, & quodammodo repugnantibus; ne diſſimilis *Sponſo Chriſto* videretur. Hi ſcilicet *Caſtrorum* ſunt *Chori*, quibus ſimilis eſſe dicitur: nam quiddam eſt de militia & pace mixtum. Vt pax caſtrenſis ſit, caſtra autem pacifica: nam *Chori* certe ad pacem pertinent; *Caſtra* de martiali apparatu ſunt. Nam & bellandi modus pacificus eſt, & pacem non modo moliens, ſed ſecum etiam circumferens: & pacis ipſa, quam circumfert, ratio haud paucioribus palmis ornatur, quam ſi de iuſtis, veriſque prælijs victrix rediret. Ergo & in adulta pace prælia meditatur, addura, & aſpera bellorum ſemper parata; &, ſæuiente ab hoſtibus prælio, minime pacem obliuiſcitur, ſed ad eam ſemper contendit. Nec in pugna trepida, nec in otio ſecura nimium confidentia deſertalis cum ſit, ſe ſeque ad imitationem *Chriſti* fingat, digna certe eſt, cuius illa commendetur encomijs, & quaſi monſtretur digito; Angellorum laudibus celebranda, quod ſequitur.

Et ab Iſaia Agnus terræ dominator dicitur.

Et quod mirum eſt, ſuis malis orbi preſſo, remedium ab Agno quæritur. Qui nec ſibi poſſit ferre ſuppetias.

A Leone melius imploraretur auxilium.

Qui vel rugito ſolo hoſtes abigeret.

Sed eodem Hebrai vocabulo Agnum, & Arietem bellicam machinã appellant.

Vtrumque ſcilicet Chriſtus eſt, Agnus ad aram ſiſtendus, Aries Vrbium ſubverſor.

Conſtat enim ex contrarijs Oeconomia Chriſti.

VII.

Sic ſponſam decebat ſimilem eſſe ſponſo.

Sed vbi exterior cultus deſcribitur, varietatibus ornata producitur. Interior facies cõtrarijs conſtat, & quodammodo repugnantibus.

Hi ſcilicet ſunt chori caſtrorum, & pacis artes in prælio.

Caſtrenſis ergo pax eſt, & acies pacifica: quia medijs bellis pacem circumfert.

Atque in pace prælia meditatur, nec prælia eius obliuiſcitur pacẽ. Ideo digna encomijs Chriſti.

Iſai. 63. 1.

Iſai. 16. 1.

Iſaiæ locus per paraphraſim expoſitus.

Baſil Hexam. Hom. 9.

Leonis animoſitas, & vocis terribilitas.

..... Car Hebræis, & Agnus, & Aries militaris machina.

Carthago Arietis inuentrix.

Tertul. lib. de Pallio.

Chriſtus Agnus ad aram mitis: Aries ſubuertendis vrbibus.

Eccleſiæ cultus externus ex diuerſitatibus.

Pſal. 44. 14. 15.

Tertullian. lib de Pallio.

Internus cultus ex repugnantibus.

Pax caſtrenſis, caſtra pacifica.

EX VERSV I.

QVAM PVLCHRI SVNT GRESSVS TVI IN CALCEAMENTIS FILIA PRINCIPIS.

COMMENTARIVS.

HINC *ſingillatim, ac per ſingulas partes, deſcribi incipitur Eccleſia*: qualique ſpecie ſit viſa cæleſtibus illis ſpiritibus, dum magnum illud opus vrgeret, Gentium ſcilicet conuerſionem. Incipiunt a *pedibus Greſſibuſque*. In illis autem intelligimus Apoſtolorum per orbem totum diſperſionem, & Euangelij per omnem colli plagam prædicationem. In

Digitized by Google

eo autem miram apparuiſſe *Eccleſiæ* pulchritudinem, certum eſt: quæ res Angelis, qui Dei ſunt nuncij, admirationi fuit; neque enim in exhibendo officio vinci ſe ab Angelis paſſi ſunt. Hi ergo *Eccleſiæ* ſunt *Greſſus*, hi Euangelij diſcurſus. Indicatur etiam in *Gradiendi* ratione Euangelij progreſſus, & prædicationis incrementa, nunquam languentia, nunquam interrupta, nunquam ceſſantia; ſed nouis ſemper auctibus meliora. Id intelliges, ſi Apoſtolorum indefeſſum ſtudium, & laborum tolerantiam in adducendis ad fidem infidelibus conſideres. *Calceamenta* autem interpretamur ſollicitum Apoſtolorum; vigilemque conatum, ne ex vitiorum ſordibus, quas tractare neceſſe erat in medio nationis prauæ ambulantibus, quidquam adhæreret, quo inquinari poſſent. *Calceamenta* enim pedum tutelæ inuenta ſunt, & ſordibus prohibendis, & auertendis ab offendiculis damnis. Sic incedentem *Eccleſiam*, ſui ſemper non modo ſimilem, ſed omnino meliorem, *Filiam Principis* nominant, genus ſcilicet diuinum factis prodentem; quaſi, quæ ſic progrediatur, vel *Regis Filia* ſit, vel digna quæ *Rege Deo* ſit nata: certè *Principis Chriſti* digniſſima *conſors*. Sed voces Angelorum audiendæ ſunt.

ENARRATIO.

EO iam ventum eſt, vt quidquid hactenus delineatum eſt, executioni mandetur. Videmus opus prædicationis in gentibus vrgentem grauiter, diſcurrentemque alacri pede per omnem partem, qua totum per orbem Gentilitas funditur. Dignum ſpectaculum, quod Angelos, non approbatores, teſteſque modo, ſed admiratores habeat, ac omnino laudatores. Quanta Apoſtolorum tuorum alacritas in difficillimo opere perſequendo! Quanta in diſcurrendo celeritas, vt, quantus patet in longum, & latum orbis; Anguſtus campus curſui videatur! Quid de progreſſu dicemus, cum, quamcumque in partem illorum incubuerit labor, Euangelij victorias, & geminatas palmas ſpectemus: hominumque ſine numero numerum ad Chriſtum accurrere duces ſequutos. Sed nihil æquè mirum eſt, ac innocentiam tantam vitæ, cum operis labore tanti coniunctā; Flammas vitiorū calcare nec amburi; ſordentes ſceleribus vias pede premere, nec inquinari: cum hominibus conuerſari peccatoribus nec quidquam de conuictu trahere, aut de conſuetudine mutuari, nec inquinari pice cum picem manibus tractes. Animi ſcilicet magnitudo id poteſt, & hærens Deo per caritatem nobilitas mentis. Nunc vere Principis filiam compellamus. Nam cuius talia ſunt opera, digna certe eſt quæ Deum regem regum ſcilicet Patrem habuerit; quem toto ore refert; & Chriſtum Dei filium Sponſum habeat, quæ per omnia ſimilis ei eſt.

SVM. COM.

I.

Verba Angelorū hæc ſunt, Eccleſiā laudantium verſantē in opere prædicationis.

Nam prædicationis laudes hic multi agnouere de veteribus.

Præluxere facem Iſaiæ verba Quā pulchri pedes.

Sed in eius ſenſus applicatione exorbitauere quidam: ad ſynagogæ reliquias referentes.

Alienè certè, cum Paulus non de greſſibus conuerſorum, ſed Apoſtolorum loquatur.

Qui autem de operum firmitate, ac affectuū mortificatione hic ſermonem eſſe volunt, audiendi nō ſunt.

NOTATIO III.

QVAM PVLCHRI SVNT GRESSVS TVI.

VErba *Eſſe chori*, *Commentario Dramatico Monuimus*: *chorum* autem Angelorum ſuſtinere perſonam, ſæpè diximus. Id ergo ſtatuamus, laudes ab illis *Eccleſiæ* concini, & facinora commendari, quibus Gentilitatem ad *Chriſtum* adduxit. Scimus hic à Patribus prædicationis *Eccleſiæ*, *Prædicatorumque* laudes agnoſci: Certe Theodoretus, Caſſiodorus, Ambroſius, Gregorius PP. Philo Carpath. Iuſtus Vrgel. alijque, quibus, & recentiorum plerique hæſere, ità exiſtimarunt. Omnibus autem Iſaiæ verba cap. 52. 7. *Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona*, quemadmodum Paulus citat Rom. 10. 15. prætulere facem. Sed in re communi calculo probata non defuere, qui exorbitarent, ſuæ illi ſententiæ, de Iudæorum reliquijs, hæren-

Communis ſenſus hic de prædicatione ſermonem eſſe.

Theodoretus.

Caſſiodorus.

Ambr de Inſt. virgin cap 14.

Greg PP.

Philo Carpath.

Iuſtus Vrgel.

Bede.

Iſai. 52. 7.

Rom 10. 15.

Digitized by Google

II.

Ergo hæc de Apoſtolis interpretemur.
Huc Iſaias perſpicuè reſpexit.
Nam pacem non Iudæis modo, ſed & Gentibus pollicetur.
Nam quæ tam multa de pace ſub Meſſia loquitur, in Gentibus impleta ſunt.
Ideo nunc Sulamitis dicitur cū pacem Euangelij gentibus infert.
Bonum autem felicitas omnis eſt ex vſu S. S. quæ ex vnione cū Deo conſurgit.
Huic bono Gentiles ſinum obtulere repulere illud Iudæi.
Chriſti verò nomen ſono ſalutem, ſed multo magis factis præfert.
Quam cū Iudæi reſpuiſſent, migrauit ad Gentes.
Et iugum Chriſti cum excuſſiſſent, illi collum ſubdidere Gentiles.
Ideo Chriſto hæreditas in Gentibus deſtinata.
Sion ergo verus Gentes ſunt ad Chriſtum cōuerſæ.
Et quidquid de myſtica Sion, ac Ieruſalem cantatum, ad eas pertinet.

hærentes. *Greſſibus* hic notari affectionis (ſic enim loquuntur) celeritatem & promptitudinem, qua Iudæorum illæ reliquiæ ad prædicationem Enoch, & Eliæ, properabunt ad *Chriſtum*. Indicat Aponius, Honorius clarius affirmat. Sequitur vir de recentioribus doctus. Mirum eſt cum Iſaiæ locus, Paulo interprete, planus ſit de *Prædicatoribus* Euangelij, quod nec ipſi negant; maluiſſe, vt ſuæ illi hærerent ſententiæ, aliene interpretari, de conuerſis ad fidem: cum multo ſit certius hic ſermonem de Apoſtolis eſſe; quam illic de reliquiarum conuerſione: ac multo ſatius, ex huius loci interpretatione, illorum ſenſum elicere, aut corrigere, quam contrà. Multo adhuc magis Angelomi ſenſus alienus eſt: qui generatim *Eccleſiam* laudari cenſet à firmitate, ac ſtabilitate operum, ac mortificatione carnalium affectionum: alterum enim in *Greſſibus*, alterum in *Calceamentis* agnoſcit.

Sed ſequamur agmen nobile, atque hæc de Apoſtolis accipiamus, ſed accōmodate ad filū, & cōſequentiā noſtræ interpretationis, de *Eccleſiâ* per Apoſtolos expeditione in Gētilitatē. Et vero ſi rite examines, nō alio trahes Iſaiā; nec alio Paulū. *Quā Pulchri*, inquit ille, *ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacē: annūciantis bonum, prædicantis ſalutem: Dicentis Sion: Regnabit Deus tuus.* Iſa. 52. 7. Vno commate quanta, quam grandia promittit. *Pacē* non iam ſolis Iudæis cōmunicandā, ſed ab illis transferendā ad gentes. S. D. E. *Non leuabit gens contra gentē gladiū ſuum, nec exercebuntur vltra ad præliū. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.* Iſa. 2. 4. Id autem vere in Gentibus impletum conſtat, quarum tam multæ, tam diuerſæ, tam truces moribus gentes in vnam Euangelij *pacem*, ſunt compoſitæ; contra Iudæis, qui cum Euangelio reſpuere pacem in ſua infelicitate manentibus. Ideo nunc maximè, cum Iudæis abiectis ad Gentilitatem Euangelium transferri captum, *Sulamitis Pacifica*, & *Pacifera* ſalutatur. Id *annunciare* id *prædicare pacem* eſt. *Bonum* autem ex ſacræ ſcripturæ vſu omnimoda felicitas eſt, quæ in agnitione, obſequioq; Dei ſita eſt, & per caritatem vnione cum illo. Sic dicebat ille: *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.* Hoc Iudæi abiecere *bonum*, Gentiles recepere in ſinum, & vltro inuitantem felicitatem lætis, gratiſque animis ſuſcepere. Atque hoc tantum *bonum annunciantem* per Apoſtolos *Eccleſiam* & audiere læti, & gaudentes excepere. Et *Chriſti* quidem nomen, non ſolum ſono ipſo ſalutem, ſed multo magis factis prætulit. *Ipſe enim*, inquit, *Saluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Matth. 1. 21. Sed omnis tamen ea *ſalus* promiſſa quidem Iudæis, immo & oblata: ſed reſpuentibus illis, & inualitudinem legis valetudini gratiæ præponentibus, *Salus* omnis migrauit ad Gentes. S. D. E. *Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* Iſa. 49. 6. Hinc promiſſum, cantatumque ſæpè Dei Regnum per *Chriſtum*, fundatum in Gentium nationibus, & vſque ad poſtremos terræ limites propagatum, detrectantibus Iudæis imperium, dicentibuſq; *Nolumus hunc regnare ſuper nos* Luc. 19. 14. S. D. E. *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Pſal. 2. 8. 9. Hic ſcilicet verus *Sion* fide, & obſequio ad *Chriſti* pertinens hæreditatem. Nam nec aliud voluiſſe Propheta exiſtimandus eſt, quam quod impletum poſtea eſt. Quare quæ poſtmodum apud Iſaiam legis de *Sione* ac *Ieruſalem*, de miſtica omnino accipies, quæ *Eccleſia* certè eſt. Quod deſignatum à Propheta eſt illis verbis: *Gaudete, & laudate ſimul deſerta Ieruſalem; quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit Ieruſalem. Parauit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium Gentium; & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.* Iſa. 52. 9. 10.

III.

Hic Iſaiæ ſenſus, nec alius Pauli, toto cap. 10. ad Rom.
Qui Iſaiæ verba de Apoſtolorum prædicatione in gentibus interpretatur.
Cum mox de Iudæis loquatur, & eorum obduratione.
Nam prædicatū illis fuerat Euangelium vt excuſari non poſſent.
Sed obturantibus aures, meliores auditores quæri oportuit.
Qui non quærentes, & omninò ignari inuenti ſunt.
Ex ſerie ergo orationis Pauli conſtat Iſaiæ locum ad Gentes referendum, cum à Iudæis ad illos translatum Euangelium eſt.

Nec alius Pauli ſenſus toto eo Capite Roman. 10. Cum enim dixiſſet: *Quomodo credunt ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante. Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur.* Quæ omnino omnia ad Gentes pertinent; nam Iudæis prædicatum Euangelium erat: Iſaiæ locum inducit, ac de Apoſtolis interpretatur. *Sicut ſcriptum eſt: Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Mox autem de Iudæis addit: *Sed non omnes obediunt Euangelio: Iſaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti. Sed dico: nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Prædicatum vtique Iudæis Euangelium eſt, vt excuſari non poſſint: cum in omnem tunc ab eis habitatam regionem fama Euangelij peruagata fuiſſet. Sed obturantibus illis aures, qui libentius gratiam amplecterentur, fuere quærendi. Id eſt, quod ſubdit. *Sed dico: Nunquid Iſrael non cognouit? Primus Moyſes dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem; in gentem inſipientem in iram vos mittam. Iſaias autem audit, & dicit: Inuentus ſum à non quærentibus me: palam apparui his qui de me non interrogabant. Ad Iſrael autem dicit: tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem*, Rom: 10 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Vides ex ſerie tota ſermonis, quem inducit Iſaiæ locum, omnino ad Gentes pertinere, cum primum à Synagoga translata in illas Euangelica gratia eſt.

Quod

Promptitudo qua reliquiæ ſynagogæ ad Chriſtum venturæ, hic deſcribi, quidam putant.
Aponius.
Honorius.

Eccleſiam ab operum ſtabilitate, & mortificationis ſtudio, alij arbitrantur.

Apoſtolorum in gentibus excurſus, progreſſuſque deſcribitur.
Iſai. 52. 7.
Iſaiæ locus expoſitus.

Pax ſub Meſia promiſſa in Gentibus diffuſa eſt.
Iſa. 2. 4.

Bonum in vnione cum Deo ſitum.
Pſal. 72. 28.

Bonum hoc repulſum a Iudæis, translatum ad Gentes.

Ieſu nomen ſalutem, & ſono, & factis præfert.
Matth. 1. 21.
Et etiam ſalus à Iudæis translata ad Gentes.
Hæreditas Chriſti Gentes.
Luc 19 16.
Pſal 2 8 9.

Gentes ad Chriſtum adductæ verus Sion vera Ieruſalem.
Iſai 52. 9. 10.

Rom. 10. 14 locus de Gentibus expoſitus.

Iudæis ſatis prædicatum Euangelium, ſed non credentibus, trāſlatum ad Gētes.

Id probat Paulus inducto Iſaiæ & Moſis teſtimonio.

IV.

Iſaiæ ergo ac Pauli verba de Apoſtolis in Gentibus accipiemus, maturantibus expeditionem.

Cum maturæ Gentes ad meſſem erant.

Et celeri pede ad oblatam occaſionem Apoſtoli accurrere.

Quod autē quidquid munus ſui implet gratum eſt.

Quod vero pulchrum eſt omnibus placet.

Ideo greſſus munus implentes pulchri dicuntur.

Pedes verò gradiendo ſunt inſtrumenta, & properandi, ideoque celeritas prædicationis pedū pulchritudine deſignatur.

Id munus Paulo fuit de mandatū à Chriſto.

Qui h dus celeritatis nobiliſſimū exemplum eſt.

Vt obſeruauit Hieronymus, verbis lectiſſimis.

ideo Apoſtolos ſuos lucē eſſe mūdi Chriſtus teſtatur.

Et quia fidei lumine orbem illuminaturi.

Et quia in modo ſe diffundendi velocitatem luminis æmularentur.

Cui nulla obſtāt nubila, nullæ tenebræ.

Iſaiæ, & Pauli verba de Apoſtolis maturantibus in gentes prædicationem.

Nauu. Quod ſic Hebræus. Variæ eiuſdem vocis translationes.

Tertullianus.

Ambroſius.

Act. 16. 14

Sic alias Tertullian.

Lib. 4. aduerſus Marc. C. 13.

Suo tēpore, ſed & celerrime prędicatum Gentilibus Euangeliū.

Greſſus ſuo fungentes munere pulchri.

Pedes cur pro myſticis greſſib. vſurpati.

Act. 9. 15.

Celeritatis in prædicando Euāgelio nobile exemplum Paulus.

Hieronym.

Pſal. 18. 7.

Apoſtoli lux mūdi, quod & Euāgelij luce ferātur diē, & lucis celeritatem imitētur.

Matth. 5. 14.

Quod ergo & Iſaias, & Paulus aiunt, *Quam pulchri ſiue ſpecioſi pedes annunciantium pacem*, de Apoſtolis accipiemus, maturantibus conuerſionem Gentium, derelictis Iudæis. Maturantibus dixi, quia apud Iſaiam originale vocabulum NAVV quidam *tempeſtiuos* interpretantur, quo pacto Tertullianus lib. 5. contra Marc. Quidam *maturos*, vt Ambroſius Epiſt. 11 ad Iren. *Tanquam maturitas in montibus*. Significatur autem, non ſolum *tempeſtiuo*, id eſt, aptiſſimo tempore, prædicatum Gentibus Euangelium, cum ſcilicet Deo agente eorum erant diſpoſita corda ad audiendum, quemadmodum de Lydia dicitur: *Cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo*. Act. 16 14. Quod ſignificatum à Tertulliano eſt loco alio reddente. *Adſum dum hora eſt, in montibus, & euangelizantes auditionem pacis, euangelizans bona*. Sed etiam celerrime prædicatum Euangelium, quandoquidem paucis annis toto orbe cognito ſonus auditus eſt Apoſtolorum. Quia autem quidquid accommodatè ad rerum naturam, officiumque geritur, gratum eſt; quod vero pulchrum eſt, omnibus probatur gratumque eſt, Ideo *pedes*, ſeu *Greſſus*, ſuo fungentes munere *pulchri* ſunt: vtraque enim ratione originale vocabulum verti poteſt, hoc Canticorum loco, & *Pedes*, & *Greſſus*. Laudatur itaque hoc loco alacritas *Eccleſiæ*, ac celeritas in Euangelio Gentibus annunciando per Apoſtolos ſuos. Quia enim, quocumque eundem eſt, ac properandum nobis, *Pedibus* inſtrumentis vtimur; ideo Euangelij hæc prædicatio, qua *Chriſtus* ad gentes deductus eſt, per *pedes*, ſiue *greſſus* ſymbolicè ſignificatur. Id eſt quod de Paulo, quem in Gentium Apoſtolum initiabat *Chriſtus*, ad Ananiam dixit. *Vas electionis* (inſtrumentum electiſſimum) *eſt mihi, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael*. Act. 10. 15. Quod ſi eius celeritatis exemplum quæris, tametſi Apoſtolis cæteris communis eſt, haud tamen neceſſe eſt à Paulo recedere. De eo lectiſſima Hieronymi verba ponere haud alienum ab hoc loco fuerit, Commentarijs in Cap. 5. Amos. *Paulus Apoſtolus, vocatus à Domino, effuſus eſt ſuper faciem vniuerſæ terræ, vt prædicaret Euangelium, à Ieruſalem vſque ad Illyricum: & ædificaret non ſuper alterius fundamentū, vbi iam fuerat prædicatum; ſed vſque ad Hiſpanias tenderet, & à Mari Auſtro, immo ab Oceano, vſque ad Oceanum curreret: imitatoris vtique Dominum Deum ſuum, & ſolem iuſtitiæ de quo legimus; A ſummo cælo egreſſio eius: & occurſus eius vſque ad ſummum eius: & ante Paulum terra deficeret, quam ſtudium prædicandi Euangelium.* Ideo Apoſtolos ſuos *lucem* eſſe *mundi* dixit Dominus, non modo quia Euangelica doctrina, quam circumlaturi toto orbe erant, luci, & quidem ſplendidiſſimæ, ſimilis erat; Sed quia in celeritate, qua omnem in partem ſparſis radijs intulere fidei diem, lucis ipſius ſe diffundendi modum imitaturi erant, luci certè nullæ obſunt tenebræ, quin momento temporis cœlum, terras, maria, aeremque permeet, vixque in Oriente viſa occidenti incūbit, pulſiſq; noctibus, introducit diē: quod & de Apoſtolorū celeritate verè dici poteſt, in inferendo fidei ſplendore Gentilibus. Id ergo ſit: *Quam pulchri ſunt greſſus tui*.

NOTATIO IV.

IN CALCEAMENTIS.

I.

Aliud Eccleſiæ encomium in calceamentis.

Quidam Chriſti mortem interpretantur.

Et Sanctorū quorum exemplo munitos oportet eſſe Apoſtolos.

Alij membra Eccleſiæ infima, quibus accommodare ſe debet.

Alij carnis mortificationem.

Alij Iudæorum reliquias quæ vltimo conuertenda.

Id violentum cætera dicuntur aptius.

Calceamenta de pellibus mortuorum animalium. Chriſti mortis, & Sanctorū imitatio.

Gregorius Mag.

Caſſiodor.

Membra Eccleſię infima, calceamenta ſunt.

Ambroſius.

Calceamenta mortificatio carnis.

Anſelmus.

Calceamēta Iudæorum reliquiæ vltimo cōuertendæ.

PErtinet *id ad aliud Eccleſiæ in Gentilium conuerſione* grauiter laborantis encomium. Quale autem id ſit, non omnibus eadem ſententia eſt. Quidam, quia *calceamenta* de pellibus mortuorum animalium ſunt, mortem Chriſti interpretantur, aut mortuorum exempla Sanctorum, quibus munire ſeſe verbi miniſtri debeant, ad tolerādos labores, qui verbi miniſterium comitantur. Sic ferme Gregorius, & Caſſiodorus, Alij membra *Eccleſiæ* infima, ideſt plebem humi repentem intelligunt; quibus dum ſe Apoſtoli accommodant, & ad eorum captum doctrinam temperant, pulchros *Eccleſiæ* pedes faciunt in *Calceamentis*, quod Ambroſio placuit. Anſelmus mortificationem carnis explicat, quæ neceſſaria Apoſtolis valde eſt: Quia autem hæc ad reliquias Synagogæ pertinere arbitratur *Calceatos Pedes* intelligit, eaſdem ipſas reliquias, quia vltimi de fidelibus futuri ſunt, ſicut *Pedes* vltima in corpore membra ſunt, moneri ergo *Eccleſiam*, vt eorum conuerſioni inſiſtat grauiter. Hoc poſtremum violentum eſt; cætera dicuntur aptius, Quiſque ſequutus quod placuit, analogiæ partes expendit ſingulas, applicauitque: Nemo vnus, quod potiſſimum erat conſiderauit. Id ergo indagandum eſt.

II.

Sed in calceis munus conſiderandum non materia.

Ergo in *Calceis* non tam materia, quam munus conſiderandum eſt. Quod enim attinet an ex corio, an ex Spartho, an ex funiculis fiant cannabis, an alia ex materia, quæ non vna apud omnes gentes eſt; ſi materia omnis muneri ſeruit, non contra: nam

nec

Pedum ſcilicet tutela, et ad ambulãdũ præparatio. Quia, & humum ſemper coniũgunt. Et ad faciliùs gradiẽdum facultatẽ præſtant.

Vtrumque autem myſticis Eccleſiæ pedibus neceſſariũ fuit.

Apoſtolis autem duplex periculum erat cum hominibus acturis.

Primum ne ſordibus quas calcabũt inquinarẽtur, aut læderentur offendiculis.

Erunt ergo Apoſtolorũ calcei vitæ innocentia, et morum integritas.

Et ſudiũ ne quid labis de aliorum conſortio cõtrahatur.

Exemplo Pauli Apoſtoli.

Calceorum munus duplex, pedum tutela, & ad ambulandum præparatio.

Apoſtolis prædicantibus duplex periculum, immunditiei, & offendiculi.

Medicus ne cõtagio lædatur, ſe munit antidotis.

Apoſtolorũ calceamenta vitæ integritas, & morum.

1. Cor. 9. 26. 27.

nec munus propter materiam eſt, ſed materia cauſa muneris, ea quæ ſeligitur quæ aptiſſima muneri eſt (Calceorum autem munus aut tutela *pedum*, aut præparatio ad exercitium eſt, Nam quia ſitus ratione hæc infima corporis pars eſt, humo ſemper adhæret: vnde & offendiculis, & ſordibus obiecta, quibus malis *Calceis* vel medemur, vel occurrimus. Hoc primum eſt. Alterum progrediendi facilitas eſt; quam adhibitis *Calceis* quærimus, nec inter progrediendum, offendiculis impediti, tardius procedamus. Itaque alterum neceſsitatis eſt, alterum vtilitatis. Vtrumque autem miſticis *Eccleſiæ* pedibus munimentum neceſſarium fuit. Ne vel offendiculis damnum, vel ſordibus incultum, vel progreſſus impedimenta ſentirent. Id ergo quid myſtice ſit, facile eſt definire. Nam certe Apoſtolis in medio nationis prauæ conuerſaturi cum eſſent, duplex periculum ſuberat, aut offenſionis, aut immunditiæ: ne ſcilicet ab prauis exemplis gentilium aliquid, quaſi contagio, traheretur, quo eorum innocentiæ vitæ, velut peſtilenti halitu, inficeretur. Nullum enim maius diſcrimen medico, quam, dum mederi alijs vult, ne eodem ipſe morbo corripiatur, cui medendo in alijs ſtudet. Antidotis ergo muniat ſeſe neceſſe eſt, vt id malum auertat: ne, qui alijs vitam præſtat, mortem conijciat ſibi. Ergo per ſalebroſa, & aſpera; per accliuia ac præcipitia ambulanti *Calceis*, & quidem optime comparatis, eſt opus, vel vt offendicula vitet, vel ſi minus vitare poſſit, damnum omne auertat. Sint ergo *Eccleſiæ*, aut Apoſtolorum *Calcei*, vitæ integritas, conſcientiæ puritas, diſciplinæ ſtudium, vigilque ſollicitudo, ne quid de eorum moribus in ſe transferant, quorum ſaluti inuigilant. Habes in Paulo exemplum huius ſeu vigilantiæ, ſeu munimenti. *Ego igitur ſic curro non quaſi in incertum; ſic pugno non quaſi aerem verberans; ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo; ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* 1. Cor. 9. 26. 27.

III.

Arcent etiam calcei à pedibus puluerem, ſordeſque.

Quibus minores culpas ſignificari putamus.

Nam miniſterij ipſius granditas animos grandes generat.

Et fama ipſa ſãctitatis, & donorũ & vtilitatis allata proximis, ſæpè mentem elatione pulſant.

Hæ ergo ſunt ſordes, quæ calceis adhibitis abigẽdæ ſunt.

Id ſtudium in Apoſtolis laudant Angeli.

Quem & Apoſtolus in ſe haud vanè prædicat.

Calceis etiam à luto, ac puluere liberamur id eſt à minoribus culpis.

Apoſtolicum miniſterium, & quæ ei coniuncta eſt gloria facilè elatos ſpiritus generat.

Qui ſtudent ne quid tale cõtingat, calceatos habent pedes.

2. Cor. 10. 3. 4. 5.

Sed nec ſatis eſt, ſi maiora pericula euaſeris ab offendiculis, lapſibuſque; ſi minora admiſeris, à quibus quamuis minime periclitatur vita, ſaltem inquinatur, & inficitur. Hoc alterum *Calceatorum* pedum commodum eſt, quia via quanquam ſordida, ac lutuoſa progreſsi, ſordes tamẽ minime contrahunt: nec luto, aut puluere inquinantur. Hæc nos referenda putamus ad minores illas labes, quibus haud infrequenter inquinari ſolent, qui proximorum ſalutem procurant; facile eſt enim ei qui luto multo obſitam viam pedibus præmit, aut puluere alto impeditam, aliquid vel luti, vel pulueris trahere, quo pedes ſordeſcant. Et vero granditas ipſa Apoſtolici miniſterij, & ſpecioſitas, niſi multum aduertas, animos creat etiam grandes; omnis autem animi granditas facile in elationem degenerat, affinitate quadam vitij cum virtute. Quid ſi obſequium iure aliorum, honoreſque, ſæpe vobis, ſæpè factis delatos; communes laudes, ac præconia, auribus non inuitis tinnientia conſideres? Quid ſi exanthlatos pro *Chriſto* in prædicatione labores, adita pericula, animarum lucra, quas per manipulos, vti maturas fruges, in Dominicam arcam te accumulaſſe ſcias, oculo contuente conſpicias, quam facile eſt, vt tibi de tuis bonis blandiaris, & aliquid te eſſe putes maius, quam fueris; fructumque proprium omne, quem labore improbo conſequutus fueris, philantia perdas? Eæ ſcilicet ſordes ſunt, quæ, niſi *Calceis* probè obtectis *Pedibus* ambules, facile contrahuntur, nec facile luuntur. Et id ergo in Apoſtolis ſuis *Eccleſia* bonum eſt, dignum Angelorum encomio, cum dicere verè poſſent: *In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus. Nam arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.* 2. Cor. 10. 3. 4. 5.

IV.

Præparatio ad gradiendum alterum calceorũ munus.

Ideo iubemur ſuccingi lumbos, & calceati incedere in præparationem Euangelij.

Quæ de omnibus licet dicta, trahi haud in vita ad Apoſtolos poſſunt.

Nam calceus in militari re animi conſtantis eſt ſymbolum.

Quapropter Homerus Græcus ad Troiam ἐϋκνήμιδας ἀχαιούς, benè calceatos vocat.

Theodoret.

Calcei ſtudium non recedendi à militari via.

Epheſ. 6. 14. 15.

Calceus in militia conſtantis animi ſymbolum, cur habitus.

Homerus.

Græci ad Troiã benè calceati dicti.

ἐϋκνήμιδας ἀχαιούς.

Tertium *Calceorum* munus præparatio ad gradiendum, ſcilicet vt faciliùs, expeditiuſque progrediamur. Huc videtur reſpexiſſe Theodoretus, qui commendari hic arbitratur inceſſum *Eccleſiæ, qui & rectus ſit, & regiam ſemper viam teneat: Nec vnquam exorbitet ab itinere ſibi conſtituto.* Id voluiſſe Paulum cum Epheſios monet: *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam Iuſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.* Epheſ. 6. 14. 15. De omnibus quidem fidelibus Paulo loquitur, nam omnibus doctrina communis eſt: ſed ex analogia trahi ad Apoſtolos poteſt, cum *Calceamentum* ad præparationem pertinere myſtice intelligatur, ad aggrediẽdum aliquid. Certe *Calceum* in militia Symbolum eſſe animi conſtantis, confidentis, intrepidè aliquid aggredientis, conſtat: quicumque enim nudis pedibus viam præmit, timidè, circumſpectè, attentè, ne offendiculo lædatur, procedit: calceatus audacter, ſecurè, confidenter, vt qui nihil timeat ab impedimentis itineris. Qua fortaſſe cauſa Homerus Grecos milites, Troiæ excidium machinantes, vt audacter ſtrenueque operi inſiſtentes, *bene calceatos*, nominauit. ἐϋκνήμιδας ἀχαιούς. *Caligatos* puto intelligit, fuit enim caliga militare *Calceamentum*, vnde Cæſari Caligulæ nomen hæſit, quod mater ad exercitium, militari illo habitu indutum, introduxiſſet. Præparatio ergo Euangelij ani-

molitas

Digitized by Google

moſitas illa eſt, ac ſtrenuitas, qua diſponimur, non ad defendendum modo, ſed ad propagandum Euangelium *Chriſti*, nullis timoribus retardati, aut perſecutionibus impediti. Sic videbis Hebræos longam, ac difficilem peregrinationem, impeditiſſimumque iter aggreſſuros, iuberi, vt *Calceamentis* pedes muniant, & baculos manibus teneant: vtpote ad difficultates omnes, & diſcrimina ſubeunda alacres, & parati, omniaque contemnentes pericula, dum in promiſſam hæreditatem mittantur. Hæc animi conſtitutio ſtabilis ac firma, & conſtans Apoſtolorum *pedes* munit; quæ quia ſub illum temporis articulum quo expeditionem ſuſcipiebant in Gentilitatem, maxime illis neceſſaria fuit, pandemque toto tempore vitæ ſuæ retinuere, ideo *Eccleſia*, quæ in eis repræſentabatur, non à *Greſſibus* modo, ſed à *Calceamentis* laudatur. Quam autem id verè dicatur ex ea conſtantia, atque animoſitate conſtat, qua Apoſtoli, & Diaboli artes, & tyrannorum minas & peruerſorum hominum conatus, non contēnentes modo, ſed etiam ſuperantes, miniſterio verbi inter gentes vacauere, donec nobili victoria Gentilitatem omnem ad *Chriſti* pedes abijcerent; Deque pulcherrimi belli manubijs trophea erigerent duratura.

NOTATIO V.

FILIA PRINCIPIS.

F*ilia Principis quo ſenſu dicatur Sponſa Dramatico* Commentario Not. 5. diſputauimus, & inter magnorum virorum ſententias, quid nobis vero videretur ſimilius, conſtituimus. Inde in hunc locum, quo de ſenſu arcano diſquirimus, fundamenta ſumenda ſunt. Theodoreti duplex eſt interpretatio, quarum alteri fauere non poſſumus, alteram vt cumq; probamus. Sequutus 72. Interpretum lectionem, qui vocem retinuere Hebræam: *Filia Nadab*, mirabilem ſenſum tradidit, quem malo illius verbis, quam meis exponere: *Fuit* (Nadab) *Aaron filius, qui cum ignem alienum in Dei tabernaculum intuliſſet, vitæ finem accepit. Inuenimus igitur & Domini ſponſam Eccleſiam diuinum in tabernaculum non ignem legalem, ſed quem ab ipſo Sponſo ſuſceperat, intuliſſe: Ignem enim, inquit, veni mittere in terram. Merito igitur vocat eam filiam. Nadab, quæ igne nouo ſacrificium bonum obtulerit.* Vidit ille quidem quid ſibi obijci poſſet, reſpondetque: *licet diuerſo conſilio ignem intulerint* (Nadab, & Eccleſia) *idem tamen ab vtroque fuiſſe factum*. Leuis quidem ratio, vt propterea hominis, qui tanto ſe ſcelere polluerat alieno igne miniſtrans, vt iuſſo Dei iudicio viuus flammis abſumeretur, atque extra caſtra loco immundo ſepeliretur. *Filia* diceretur, ſola facti ſimilitudine, nulla religionis.

Nadab ergo non viri proprium nomen, ſed appellatiuum hoc loco eſſe, probabilius dicemus; quod & veteribus Interpretib. præterquam 72. video placuiſſe, quibus Latinus prudenter heſit. Nam & Theodoretus idem monet Aquilam reddidiſſe: ἑκουσιαζομένου *Principis, Sponte dantis, Munifici*. Symmachum autem: ἡγεμόνος, *Ducis*: quæ eodem omnia redeunt. Principem autem, ſeu *Ducem*, ſeu *Munificum* interpretatur Spiritum Sanctum, cuius eas ad *Eccleſiam* voces eſſe affirmat: *Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam*. Pſal. 44. 11. de quo etiam Pſal. 50. 14. dictum: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me*. Indicium eius interpretationis fortaſſe illi tres PP. fecere, qui *Filiam Principis, filiam Dei* interpretantur. Eſt autem *Eccleſia* verè Dei *Filia*, verè Sancti Spiritus proles; Dei enim ſemine concepta, nata, educata eſt, ac munificentia ſine exemplo dotata, & in Matrimonium *Verbo* tradita. Id ergo probabile ſit, poteſtque, qui volet, tuto ſequi. Sed cur non ante hunc locum eo nomine compellata eſt? cum ſemper *Dei filia* vere fuerit, ex quo genita per gratiam eſt? Id ergo quærendum eſt, ſi eius ratio inueniri aliqua poſſit.

In tanto aggrediendo facinore, quantæ in *Eccleſia* virtutes ſeſe monſtrarint, paullo ante dictum eſt. Magnanimitas, conſtantia, ſtrenuitas, alacritas, & illa quæ ferè dimidium rei confeciſſe ſe putat, animoſitas. Regiæ certè virtutes, nec priuatæ fortunæ opes. Nam quantum putas difficultatis obiectum Apoſtolis, cum humiles, pauperes, ignoti, ac ſubito de piſcatoribus facti doctores, rem tantam aggrederentur? Quot impedimenta ab hominibus, Dæmonibuſque repræſentata; cum bellum cum toto orbe, & à multis ſæculis imperio Idololatriæ ſtabilito ſuſciperent? & tamen nec animis concedere, nec de ſucceſſu deſperarunt; ſed magnis animis rem aggreſſi, feliciſſime perfecerunt, donec pacatum orbis imperium *Regi Chriſto* tradiderunt. Con-

ſer

Eſt ergo præparatio Euangelij animoſitas et alacritas ad ſubeunda difficilia quæque. Sic Hebræi via cōmiſſuri ſeſe, calceari iubentur. Parari ad longā, ac difficilem viā. Hæc animi conſtitutio Apoſtolis in Gentes ituris neceſſaria. Ideoque calceati Eccleſiæ pedes laudantur. Quam verò aut id dictum ſit, res loquitur ipſa, & prædicationis inter multas difficultates euentus mirabilis.

I.

De ſenſu corticis alibi dictum. De arcano ſenſu mirabilis Theodoreti interpretatio. Filiam Nadab dictam Eccleſiam, quod igne nouo ſacrificiū Deo obtulerit contra quā Nadab feciſſe legitur. Diuerſo quāquam conſilio in re ſimilem fuiſſe illi. Sed id nec aptè ad locum, nec decenter ad laudem dicitur.

II.

Eſt ergo Nadab, quòd nomen in originibus legitur, nō proprium viri nomē. Quod & veterib. interpretibus placuum. Quidam interpretantur Principem Spiritum S. Qui dicitur Spiritus principalis. Alij malunt filiā intelligere Dei, cuius verè filia Eccleſia. Id in verum ſenſū collimat. Sed cur non ante eo ſit nomine cōpellata quærendū fuerat.

III.

Et fuere quidem Eccleſiæ virtutes in eo aggrediendo facinore verè regiæ. Cum ignota, & neglecta per Apoſtolos rem tantam vrgeret. Nec concidit tamē animo. Donec omnia ſubijceret Chriſto. In quo quotquot clari militari gloria, vna ſuperauit.

Præparatio Euāgelij animoſitas ſubeūda ad pericula.

Hebræi ad longum, & difficilē iter iuſſi calceari.

Animoſitas Eccleſiæ in ſuis Apoſtolis ſub expeditionem in gentes, ad pericula ſubeunda.

Comment. Dramat. cap. 7. Not. 5.

Theodoretus.

Filia Nadab, cur dicta Eccleſia ex Theodoreto.

Luc. 12. 49.

Leuit. 10. 1.

Nadab non propriū hic viri nomen. Princeps, dum ſponte dās. *72. Lectio. Theodoretus. Aquila. Symmachus.*

Filia Principis Dei, vel Spiritus Sancti filia, cuius concepta de ſemine, nata, educata, dotata, collocata eſt.

Cur hic primum dicta Principis filia.

Virtutes Eccleſiæ veré regiæ.

Digitized by Google

Ergo cum Regijs virtutibus inſignis apparet iure Principis filia dicitur, ſimilis Patri ſcilicet.

Sic ſolent Patres eos filios oſtentare quos factis ſimiles ſe dignos iudicãt. Nam magni generis nota magnus eſt animus.

ſer Apoſtolos cum omnibus illis, qui, militari gloria clari, ingentia ſibi imperia, & poſteris parauere; fatebere certè in illis regias virtutes veras, in his falſas, & veraium quaſdam vmbras apparuiſſe potius, quam ſplenduiſſe. Iure ergo, cum *virtutibus* illis *Principalibus Eccleſia* inſignis conſpicitur, *Princeps*, ſeu *Filia Principis* dicitur; tunc enim vere id quod erat factis prætulit: & ſemine ſata Dei, dignam ſe tanta origine comprobauit. Ideo non ante tam nobili compellatione donata, quia nondum factis oſtenderat, quali origine nata eſſet. Sic enim ſolet mortalium vſus eos agnoſcere filios, & vt tales oſtentare, qui egregie geſtis rebus ſeſe dignos exhibuere, qui illuſtribus parentibus naſcerentur. Character enim magni ſanguinis magnus animus eſt; nec vllus ſua granditate ſuper alios eminet, qui vel magni Patris proles ſit, vel mereatur eſſe.

Eccleſia in Apoſtolis virtutes veræ, aliorum & fama clarorum vmbratiles fuere.

Ideo cum regiarum virtutũ ſpecimen edit, Principis dicitur Filia.

Magnus animus magni generis nota.

IV.

Sic Pater Chriſtũ filium teſtatur. Cum claſſic excitatum ſpectat fremitũ prælia ineuntem.

Habes in *Chriſto* exemplum de quo dictum Pſal. 2. 6. 7. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Nam certè mirum maximè eſt, non antè audiſſe *Chriſtum* Filij nomen de ore Patris, cui & gentium hereditas traderetur, quam vox illa claſſicum incinens ſonuiſſet: *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania? Adſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Pſal. 2. 1. 2. ſemper ſcilicet in Oeconomia Dei, *Filij* nomen laborum anxietatumque, quæ bella ſunt ſpiritualia, tolerantiæ ſeruatum eſt. Fuerunt quidem *Chriſti* opera non ingentia ſolum, ſed diuinitatis teſtimonia: mortuis vitam, ægris ſanitatem reſtituit, obſequente eius imperio morte ipſa, cui nemo non obſequitur: cæcis lucis vſuram impertijt; iratumque pelagus, fremitumque late ferentes vndas, verbo compeſcuit, & in pacem compoſuit. Nuſquam tamen, dum hæc ageret, teſtimonio Patris agnitus *filius* eſt. Aquis Iordanis inter peccatores intinctus, & in monte figura mutatus, *filius* Dei præconio declaratur. *Hic eſt filius meus dilectus.* Mat. 3. 17. 17. 5. ſcilicet à Iordane redemptoris munus exorſus, diſcipulis exemplum præbuit, qualibus animis tantam aggredi rem oporteret. In monte autem redemptionis extremum facinus, mortem, meditabatur; nobilemque expeditionem pulcherrimo fine claudere deſtinabat: nec pigebat inter ſplendores & nubes, corporiſque gloriam illam, qua ſe diſcipulis conſpiciendum dabat, crucis ignominiam, ac prælia loqui. Iure tunc *filius* proclamatur, cum factis oſtendit, ſe tali genere dignum eſſe: meritus egregijs factis, vt, quod natura acceperat, haberet, & meritis. Ne mirum ſit, non ante audijſſe a Patre: *Filius meus es tu, ego hodie genui te:* Quam victis hoſtibus & multis & actibus triumphatorem ſe Patri ſiſteret. Nolo mihi lector debeat pulcherrimum ſenſum, ſed Ambroſio, qui illius mihi indicium fecit. *Pulchre autem Pater dicit ad Filium: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc eſt. Quando redemiſti populum, quando ad cœli regnum vocaſti, quando impleſti voluntatem meam, probaſti meum te eſſe filium.* Atque hanc cauſam eſſe putamus cur *Eccleſia* Principalibus ornata virtutibus, facinuſque ingens Prædicationis in Gentibus aggrediens *Filia Principis* dicta ſit.

Nam in Oeconomia Dei Filij nomen tolerantia ſeruatum.

Ideo Chriſtus miracula patrans, nõ dũ dicitur filius. Dum baptiſmate tingitur, dumque transfiguratur filius audit.

Nam à Iordano redemptionis munus exorſus ad grande facinus: animum comparauerat.

In monte mortem meditabatur, in quo eam armabatur.

Nec pigebat ignominias ac dolores inter glorias meminiſſe.

Iure tunc filius dicitur

Quẽ ſenſum Ambroſius pulcherrimis verbis expreſſit.

Ideo ergo Eccleſia ad labores prædicationis in Gentibus accincta Principis Filia dicta eſt.

Pſal. 2. 6. 7.

Chriſtus haud ante Filius dictus Patris, quam factis ſe ſe probaret filium.

Pſal. 2. 1. 2.

In Chriſti Oeconomia Filij nomen laborum toleranciæ præmium.

Chriſtus cur nõ ante Filius agnitus voce Patris eſt, quem aquis tingeretur, & transfiguraretur in monte.

Chriſtus natura Dei Filius appellari meruit factis

Ambroſ. lib. 3. de Sacr. cap. 1.

EX VERSV I.

IVNCTVRÆ FENORVM TVORVM SICVT MONILIA, QVÆ FABRICATA ſVNT MANV ARTIFICIS.

COMMENTARIVS.

QVOD *Ad ſummam laudem in Euangelij miniſtris pertinet*, hoc commate continetur, *Perſeuerantia* ſcilicet, ac *Conſtantia* in annunciando Gentibus Dei verbo. *Femora* .n. ad firmitatẽ, ac ſtabilitatẽ arcano ſenſu referuntur, ijs enim totum inſiſtit, ac firmatur corpus: ideoque ſuperius *Sponſi crura columnis marmoreis* comparantur, quæ & ipſæ fortitudinis, ſtabilitatis, ac perſeuerantiæ ſunt Symbola. Quanta autem ea *perſeuerantia*, ac *Conſtantia* Apoſtolorum in verbi miniſterio fuerit, & admiranda rerum mutatio docuit, pulſa toto de orbe Idololatria, & in infernum ſuum compulſa, nunquam amplius orbe tyrannide poſſeſſura; & Chriſtiana pietate omnibus illis locis inducta, quibus error, & impietas exterminata fuiſſet. Quod autem de *perſeuerantia* dicimus, ac *conſtantia*

miniſtrorum Verbi intelliget, quiſquis vel Pauli peregrinationes, ac quos ſubijt pro Euangelio labores, nullis deterritus periculis, nullis minis retardatus; vel aliorum Apoſtolorum itinera, diſcurſus, fatigationes, perſequutiones, anxietates, marique, ac terra diſcrimina, capitiſque pericula ſæpè adita, conſiderarit. Quorum exemplorum plurimum in *Eccleſia* illa primitiua, in qua plerique pro Euangelio cæſi, obſeruatum eſt; nec noſtris temporibus nulla, quanquam rariora, viſuntur. *Iuncturas* autem ad facilitatem inceſſus referimus, quæ & ipſa laus alia prædicationis eſt. Ex his ſcilicet gemmis Apoſtolorum, & in illis *Eccleſia monialia* conſtant. Hæc Angelos ſuis vocibus exequentes audiamus.

ENARRATIO.

Alacritati, atque animoſitati perſeuerantia coniuncta eſt, atque conſtantia: neque enim ſatisfuiſſet ad laudem, fortiter tantum facinus incepiſſe, niſi perſeueranter inſtares, & captis. Eam nos in tuis Apoſtolis miramur virtutem; admiratio laudes extorſit. Nam infinitum propemodum Gentilitatis campum pedibus metaturi, haud periculis tardati, aut metu deterriti, aut labore feſſi, ſuas omnino partes expleuere; & medijs furentis pelagi fluctibus, cum in aduerſum venti flarent, & minantia cælo ſaxa, ſyrteſque voratu nauigiorum infames obijcerent ſeſe, durauere tamen; ſeque ſecundioribus rebus ſeruarunt, donec omnia perſeuerantia peruincerent, ac Chriſto ſubijcerent. Hæ, quas læti ſpectamus, meſſes adductarum ad Chriſtum gentium, eorum laborum fuere fructus, ac perſeuerantis animi grande præmium. Hæc in tuo pulcherrimo corpore femorum vicem ſubeunt, quibus reliqua moles incumbit. Addita eſt & facilitas motus, cum omnem in partem, qua res ferebat, expediti procurrerent, quin quidquam eſſet, quod eorum conatus, vel retardaret, vel impediret. Cum natura omnis rerum, in obſequium ficta, tuum imperium ſequeretur, & nutum obſeruaret. Eæ iuncturæ femorum ſunt, ad motum aptiſſimæ, nec minus ad gratiam: artificis illius arte perfectæ, cuius quidquid è manibus prodijt ſummum eſt. Monilia cogita, quæſitiſſima aurificis arte perfecta, in quibus nihil eſt, quod illaudatum ſit, nihil quod oculorum, ac multo magis animi iudicio examinatum, non probes.

NOTATIO VI.

SVM. COM.

IVNCTVRÆ FEMORVM TVORVM.

I.
In fœmoribus fœcunditatem agnouere quidam
In iuncturis fidelium inter ſe ſe per caritatem nexum.
Quem ſenſum nemo melius Ambroſio tradidit
Ex Pſalmographo Pſal 44.
Hinc Eccleſiæ mirus proceſſus; & propagatio.
Senſus probabilis, vel propter authores tot, & tantos.

IN *femoribus Eccleſiæ plerique veterum fæcunditatem* agnouere, *femora* enim vſu ſcripturæ ad generationem pertinent: ideoque poſteri de *Femore* alicuius *egreſſi* dicuntur. Sic Gen. 46. 26. 49. 10. Ex. 1. 5. Iud. 8. 30. *Femorum* autem *Iuncturas* interpretantur nexum per caritatem *Eccleſiæ* filiorum inter ſe, & cum *Eccleſia*. Magnorum authorum hic ſenſus eſt, Caſſiodori, Greg. PP. Iuſti Vrgel. Honorij Auguſtod. Angelomi, & Aponij. Sed nullus, aut pulchrius aut luculentius locum tractauit, quam Ambroſius. *Meritò hoc additum eſt, vt poſteritatis Eccleſiæ canerentur ornamenta. Per femur enim inſigne generationis agnoſcimus*, iuxta illud: *Accinge gladium tuum circa femur tuum potentiſſime. Quo ſignificatur, quod filius Dei, cum ſemet ipſum exinaniſſet, Verbi accinctus diuinitatem, & generationem calceatus humanam, prodiret ex Virgine, omnibus daturus ſalutem. Monilia autem* (Sic lege, non Moduli) *dicuntur ornamenta precioſa, quæ ſuſpendi matronarũ ceruicibus ſolent. Tantus ergo Eccleſiæ proceſſus ſignificatur, vt ornamentis precioſiſſimis comparatus ſit, & torquibus triumphantium. Siue ergo generatio Chriſti ex Virgine, ſiue Eccleſiæ propagatio, ſpecie quidem, tanquam manu artificis, torquibus adornatis, verè autem virtutis inſignijs ſpiritalibus ceruices fidelium coronauit*. Probabilis hic ſenſus eſt, vel propter tot, tantorumque au-

Femora fœcunditas Eccleſiæ.
Gen. 41. 26.
Et 49. 10.
Iud. 8. 30.
Iuncturæ, nexus mẽbrorum per caritatem.
Caſſiodor.
Greg Mag.
Iuſtus Vrgel.
Honorius.
Auguſt.
Ambr Serm. 17: in Pſal. 118.
Angelomus.
Aponius.
Pſal. 44. 4.

authoritatem; nec ineptum omnino ad noſtræ interpretationis filum ducendum. Semen enim Spiritalis generationis *Verbum Dei* eſt, per prædicationem in cordium agros immiſſum; ſementem autem fructus conſequitur, qui *generationis* myſticæ proles eſt. Sed id obeſt, quòd *femora* hic non videntur eo ſenſu poſita, cum ſtatim in *vmbilico*, & *ventre* fœcunditas ipſa notetur, & quidem appoſitiſſime. Accedit *femur* in Sacris ideo videri generationis Symbolum, quod *femore* lumbi, inquibus generandi vis ineſt, intelligantur, vt pote qui *femoribus* iuncti ſint. Sic dictum Iacobo, cum in patrem multæ poſteritatis præpararetur; *Ego Deus omnipotens: creſce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur*. Gen. 35. 11 Sic 2. Par. 6. 9. Act 2. 30. Heb. 7. 5. 10. Ideo, ſi Gregorio credimus, Apoſtolos ſuos Christus monet, vt præcinctis lumbis faces manibus geſtitent: *Lumbos enim præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus*. Sic de Behemoth dicitur: *Fortitudo eius in lumbis eius*. Iob. 40. 11. eodem interprete Gregorio. Itaque lumbi proxime ad generationem vſurpantur; *femora* remotius arceſſuntur, quia cum lumbis coniuncta ſunt. Vt neceſſe non ſit hoc loco *femora Eccleſiæ* de prolis multiplicatione interpretari. Sed ſit tamen cuique per nos fas hunc ſenſum ſequi, quem & veteres multi, & recentiorum quidam authoritate firmarunt.

Modulos per *Iuncturis* Ambroſius legit; nam ſic interpretatur græcum vocabulum *ῥυθμοὺς*, quo vſi ſunt 72. Alij malunt *circuitus, ambitus, vertebras*, interpretantur autem *Quemadmodum monilia artificioſiſſime iunguntur, & conſtruuntur, ita femur tuum mirifice, & affabre iunctum cohæret ſuis tibiis, & pedibus*. Id ad corticem pertinet; alii ſenſum arcanum ita transferunt. *Conuerſi, & geniti Chriſto conueniunt mirabiliter cum Apoſtolis, & Apoſtolicis viris*. Sed de hac ſimilitudinis parte dicam Notatione ſequenti. Hic pono neminem magis appoſite, quam Vulgatam, Hebræam vocem reddidiſſe *Iuncturas*. Nam & 72. cum reddidere *ῥυθμοὺς*, nihil aliud voluere, quam proportionatas, aptaſque *iuncturas femorum*, ad propria exercenda munia. Ergo & id videamus, quæ propria *tibiarum, femorumque* (totum enim id *femorum* vocabulo comprehenſum, monuimus Dram. Comment.) ſint officia; nam fortaſſe id non in veram loci huius interpretationem deducet. Quidquid ergo ab ima aluo ad pedes eſt, & corpori reliquo ſuſtinendo, erigendoque, & deferendo ſeruit, ac mirabili arte conſtitutum & à natura magiſtra ad vtrumque munus factum eſt. Nam cum firmitate multa opus eſſet ad molem corporis ſuſtinendam: ac rectitudine minuendo ſuſtentandi labori: & apticudine, ac iunctura, ad fabricam tantam facile circumgeſtandam, omnia prouidentiſſima natura ita diſſoluit, vt nihil magis ex arte fieri potuiſſe, ſit certum. Ad ſuſtentationem pertinent oſſium firmitas, quæ in *tibijs femoribuſque* tanta eſt, vt nulla toto corpore oſſa corpulentiora, ac compactiora ſint. Eodem pertinet firmitati iuncta rectitudo; quæ multum iuuat, ad minuendum ſuſtinendi laborem: cum totum corporis pondus, ad lineam rectam crura premens, totis excipiatur oſſibus, qua parte vires maiores, coniunctioreſque ſunt, ſeſeque mutuo iuuantes: quod & in Stylobatis, & columnis videmus; quæ rectæ, quantumcumque grande pondus ſuſtineat nec onere grauantur aut fatiſcunt; ſi aliter ſtatuas, ruina certa eſt; cum perpendiculariter ſtatutis, à ſummo ad baſim extra columnæ corpus pondus non incidat, ex Geometricà doctrina. Quod aliter ſtatutis, minime contingit. Erigitur etiam, ac ſuſtollitur *cruribus femoribuſque* totum corpus: ideo nulla oſſa longiora ſunt: Vt ex duobus pæne tantundem corpus creſcat, quantùm ex cæteris. Nam, cum oporteret ventrem in medio eſſe, haud aliter videbatur fieri poſſe, quam ſi ad ventrem vſque femora pertingerent. Poſtremum femorum, cruriumque munus corporis totius per progreſſum circumlatio; ad id autem opus fuit, vt non vnico oſſe conſtarent, neque enim flecti potuiſſent, ſed pluribus, iiſque inter ſeſe aptè commiſſis, vt qua neceſſe eſſet, flecti poſſent; ita tamen vt firmitati ea ad motum conſtitutio non obeſſet. Ideo ſuperiore parte *femoris* os Iſchio per enarthroſin coniungitur; inferiore tibiæ per gynglimon, nulla media vertebra, quæ ſinè dubio firmitati multum detraheret. Hinc intelliges haud prudenter eos feciſſe, qui loco hoc pro *iuncturis vertebras* reddedere, quæ nullæ in femoribus ſunt: niſi vertebrarum nomine oſſium commiſſuras intelligant, quæ verè *iunctura* ſunt. Vt laudandus omnino vulgatus ſit, qui omnium optimè ſenſum expreſſit.

Hinc facile eſt in arcanum huius loci ſenſum penetrare, laudantur *femora*, & *femorum* ipſæ *iunctura*; in altero *ſtabilitas* ac *perſeuerantia* in opere difficillimo, in altero *facilitas motus*, vt quacumque ſpiritus ferret, Euangelij lumen inferrent Apoſtoli, & cum illis ipſa *Eccleſia*. Sic ſuperius Cap. 5. 15. in cruribus Sponſi, quæ marmoreis columnis comparantur, fortitudinem, ac perſeuerantiam *Chriſti* intelleximus: vt videantur Angeli vicem *Eccleſiæ* reddere, eiuſque ſimilitudinem cum *Chriſto* commendare.

Verbi enim ſemen iactum in cordibus fructus vberes parit, myſticã ſcilicet prolem.
Sed non videtur hic de generatione agi, de qua mox in vmbilico, & ventre.
Et alioqui femur quòd lumbis proximum, ad generandi vim pertinet.
In lumbis enim generandi vis agnoſcitur vbi, & reſidet.
Ideo Apoſtoli ſuccingi iubentur lũbos.
Nihil ergo cogit hoc loco femora ad vim generãdi referre. II.
Sed pro iuncturis quidam reddidere modulos, alij vertebras.
Quod Chriſto geniti per fidem cum Apoſtolis mire cõueniunt.
Sed optimè vulgatus reddidit iuncturas, Nam Græci, qui reddidere ῥυθμοὺς, proportiones intellexere.
Sed videamus femorum, quæ ſint munera.
Quidquid ab ima aluo ad pedes eſt, ſuſtinendo, erigendo, ac circumgeſtãdo corpori ſeruit.
In quo mirum ingenium naturæ oſtenditur.
Nam tibiarum femorumque ad ſuſtinendum firmiſſima oſſa, ſimul & recta.
Quæ poſitio ad id munus omnino neceſſaria, qualis in Stylobatis, & columnis.
Erigendo corpori eorundem oſſium longitudo ſeruit.
Quod oporteret ventrem in medio locari.
Ad circumferendum autem corpus iuncturæ pertinent oſſium.
Quibus aptè inter ſe cõmiſſa in quãcũque partẽ flecti poſſunt, & gyrari.
Ideò malè quidã loco hoc pro iũcturis vertebras poſuere. III.
Hinc eliciās arcanum ſenſum Non in femoribus firmitas, ac ſtabilitas, in iuncturis motus facilitas commendatur.
Sic ſuperius in cruribus ſponſi columnis ſimilibus fortitudinem, ac perſeuerantiam intelleximus.

Semen ſpiritalis generationis Dei verbum fructus myſticæ prolis generatio.
Femora, quod lumbis proxima ad generandi vim pertinent.
In lumbus vis generandi.
Gen. 35 11.
2. *par* 6. 9.
Act. 2. 30.
Hebr. 7. 5. 10.
Apoſtoli ſuccingere iubentur lumbos, id eſt carnis motus frenare. *Iob* 40. 11.
Pro iuncturis modulos Ambroſius legit.
Chriſto per fidẽ geniti maximè conformes Apoſtolis.
ῥυθμοὺς, proportiones.
Femora hic comprehendũt, quę ab aluo ad pedes currunt mẽbra ſeruiūtque ad ſuſtinendum, ac circumferẽdum corpus.
Tibiarum femorũq. firmitas ad ſuſtinendum.
Eorũdẽ rectitudo ad eundem finem.
Rectis cruribus firmiùs ſuſtinet; onus corporis, quod pōdus per pẽdiculariter incidat.
Varis cruribus aut vatijs ægrè ſuſtinent corpus ob contrariam cauſam.
Femorum tibiarumq. aliud munus, erigere corpus. ideo oſſa lõgiſſima.
Corporis delatio ac circũlatio femoribus, & cruribus debita, ideò non vnico oſſe conſtitui oportuit.
Femoris os Iſchio per enarthroſin coniunctum. Tibiæ per Gynglimon.
Qui pro iuncturis reddidere vertebras minimè probandi.
Femora ſtabilitatẽ firmitatẽque ſignificant: iuncturæ motus facilitatem.
Ideo ſuperius crura ſponſi fortitudinem, ac perſeuerãtiã ſumus interpretati

Digitized by Google

Ideo Christi ore Apoſtoli luci, id eſt, ſoli comparati ſunt.
Cuius aſtri mira in illuminādi mu nere perſeuerātia, motuſq; facilitas.
A prima creatio ne ſemel à motu ceſſauit nūquam labore feſſus, aut tadio laſſus.
Id ergo Apoſtolorū mun ra quo non magis ceſſare debent quam ab illuminando Sol.
Ideo cum Pſal. 18. multa de ſole fuiſſent dicta, ſtatim ad Dei legem ſit tranſitus, à Symbolo ad rem ſcilicet.
Legis autem nomine verè veteri intelliges, ſed multo aptius Euangelium.

Ad hanc autem ſtabilitatem, firmitudinem; ac perſeuerantiam in miniſterio verbi in gentibus pertinet elogium *Chriſti*, quo Apoſtolos impertijt, cum *lumen eſſe mundi* affirmauit, quemadmodum de illo fuerat dictum, *Dedi te in lucem gentium, vt ſis Salus* (Ieſuah) *mea vſque ad extremum terræ*. Iſa. 49. 6. *Lux* autem *mundi* ſol eſt, cuius mirabilis in illuminandi labore perſeuerantia, atque ſtabilitas: et quidem quarta die ſua luce donatus orbi illuxit fulgentiſſimus, rebuſque reddito natiuo colore, lætitia, & decor toto orbe refudit. Inde ad diem hanc, ſemel tantum ad Ioſue preces interrupto motu, nec exhauſtus largitione luminis, nec labore feſſus, nec tædio laſſus, ceſſauit orbi dierum, noctiumque ſucceſſione prodeſſe. S. D. E. *Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi*. Pſal. 118. 91. In orbe *Eccleſiæ* lucis munere Apoſtoli funguntur, nec magis à labore illuminandi ceſſare debent, quam ſol ipſe: illa enim ex *Chriſti* vberibus tracta hominum caritas, nouis ſemper acceſſibus aucta, nouis ſe ſemper animarum parabat lucris, nullis tædijs intepeſcens, nullis laboribus fracta, nullis aduerſis caſibus abſterrita; donec, victis obicibus omnibus, velut obſtantibus luci nubibus, toto ſe orbe Chriſtianæ pietatis lumen infudit; ac ſuperſtitionis gentilicæ nox, diem tantum expauens, aufugit. Id eſt quod Pſal. 18. cum de Cœli pulchritudine, firmitate, & motu; deque dierum ſucceſſione, de ſole, illiuſque infatigabili motu, dicta fuiſſent, multa, ſtatim, à Symbolo ad rem tranſiens, Propheta addit; *Lex Domini immaculata conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis: Iuſtitiæ Domini recta, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum illuminans oculos*. Pſal. 18. Nam quidquid toto eo Pſalmo de lege dicitur Dei, multo magis in nouam gratiæ, quam in ſcriptam quadrat. Ideoque videtur Propheta in illius magis quam in huius encomia effundi. Ad ſtabilitatem ergo, ac perſeuerantiam *Eccleſiæ*, in annunciando Gentibus Euangelio hæc ſpectant.

Matth. 5. 14.
Iſa. 49. 6.
Cur Apoſtoli lucem mūdi, id eſt, Soli comparati.
Solis mira in illuminandi labore perſeuerātia, à prima ſua creatione.
Pſal. 118. 91.
Apoſtoli in orbe Eccleſiæ Solis munere functi, imitari Solē debent.
Pſal. 18. à ver. 1. ad 7.
Sol Euangelij ſymbolum.
Pſal. 18. 8. 9.
Leges præconia hoc Pſalmo magis ad Euangelium, quam ad Moſis legē pertinent.

IV.
Motus autem facilitatem cruribus iunctura præſtat.
Et earum modus per Enarthroſim, qua parte coxa cōmittitur, vnde omnis motus varietas.
Eccleſiæ enim in Apoſtolis motum multiplicem oportuit eſſe ad nutū ſpiritus impellentis.
Habes in Philippo exemplum.
Symbolum autem virorum Apoſtolicorum in Cherubinis Ezechielis.
Quibus facies quatuor ad cœli plagas ne quid moraretur inceſſum.
Nā quod dicitur ibant & reuertebatur, eſt, in quācumque partem diſcurrebant.
Vehebatur autem curru Chriſtus per Euangeliū orbis iniens poſſeſſionē.
Apoſtolici autem muneris eſt Chriſtum in omnem partem peruehere.
Ideo dicuntur animalia pedes habuiſſe recta, id eſt talis carentes.

Sequitur facilitas ipſa motus, quam in *cruribus femoribuſque iunctura*, earumque in hunc finem apta conformatio præſtant. Si enim aduertas, qua parte femur coxæ iungitur, ita committitur os oſſi, vt, quam in partem velis, *femur* totum mira facilitate flectatur. *Iunctura* autem modus id præſtat, committitur enim oſſi os per *enarthroſim*, eſt autem *enarthroſis*, cum cauum vnius caput alterius excipit eximio rotundum vinculiſque non vnius generis conſtrictum, omnem in motum inuat. Seu antrorſum, ſeu retrorſum, ſeu ad læuam, ſeu ad dexteram, ſeu in orbem potius placeat flectere. Id ergo in *iuncturis femorum Eccleſiæ* commendatur. Neque enim vnus ſimplexque motus, ſed multiplex neceſſarius erat, pro vario diuini ſpiritus impulſu: cum eorum eſſet imperium expectare, & ad nutum moueri, atque à gente transferri in gentem Sic de Philippo dictum: *Cum autem aſcendiſſent de aqua, ſpiritus Domini rapuit Philippum; & amplius non vidit eum Eunuchus: Philippus autem inuentus, eſt in Azoto; & pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæſaream*. Act. 8. 39. 40. Sic Dei currus, qui viſus Ezechieli eſt, animalia trahentia & quatuor facies habere dicta, & in quamcumque cœli plagam obuerſa, ad ſpiritus impellentis impetum mouerentur: cum vis illa interius ageret, vel obuertendi ab vna in aliam partem vultus neceſſitas moraretur inceſſum. *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Et facies & pennas per quatuor partes habebant: non reuertebantur* (non facies conuertebant) *cum incederent, ſed vnum quodque ante faciem ſuam gradiebatur. Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur. Et animalia ibant & reuertebantur* (redibant, in quamcumque partem diſcurrebant) *in ſimilitudinem fulguris coruſcantis*. Ezech. 1. 6. 8. 9. 12. Quod ſi is currus arcano magis ſenſu *Chriſtum* vehebat, velut triumphum agentem, Orbiſque domiti ineuntem imperium; profecto in quatuor animalibus ideam habes Apoſtolorum, quorū muneris eſt *Chriſti* euangelium toto orbe peruehere, & ad nutū agentis interius ſpiritus omnem agi in partem, in omnem plagam obuerſis vultibus: id eſt, tam paratos, egregieque fuiſſe diſpoſitos ad inceſſum, vt ne id ipſum neceſſarium eſſet, vt facies obuerterent. Ideo *& pedes eorum* dicuntur *pedes recti*, quod nec talis diſtingueretur anterior à poſteriore parte; ſed æque, in omnem partem parati, in obſequium imperantis Dei ficti eſſent. Atque hæc in *iuncturis* Eccleſiæ prerogatiua Apoſtolum deſcribitur.

Coxæ fœmur iūgitur per enarthroſin.
Enarthroſis quid ſit.
Apoſtolorū non vnus, ac ſimplex motus, pro ſpiritibus impulſu.
Act. 8. 39. 40.
Ezech. 1.
Animalia Dei currum trahentia quatuor habuere facies, et obuertendi vnā neceſſitas moraretur inceſſum.
Ire, & reuerti, in omnem partē diſcurrere.
Ezechielis curru Chriſt vehebatur per Euangelium orbis iniēs poſſeſſionem.
Apoſtoli Cherubini iuncti currui.
Animalia rectos habuere pedes, id eſt, ſine talis.

NOTATIO VII.

SICVT MONILIA.

I.
Vim hic ſimilitudinis rimari difficile eſt.

Haud Facile eſt vim ſimilitudinis indicare, nec ab Interpretibus lux, niſi crepera, & dubia, vt in confinio diei noctiſque; vt magis vmbras rerum confuſas, quam res videas

Digitized by Google

Quidam morales virtutes intelligũt quibus, & mouemur in bonum, ſibique inuicẽ connectuntur.
Etiam nos ſenſum probare non poſſumus.
Alij ad augmentũ in myſtica prole referunt hæc monilia.
Nec alienum id ab vſu ſacro, quo filij ornamẽta patrum dicuntur.
Quo fortaſſe ſenſu Iob detractam ſibi coronam de capite querebatur.
Et quaſi euulſæ arbori ſpem poſteritatis ſublatam.
Sed hic in femoribus fæcũditatem non agnoumus.

Comment. Dram. Cap. 7. not. 3.
Theodoretus.
Fœmora morales virtutes quibus anima mouetur, ſibi inuicẽ connexæ.

Ambr. Mediolan. Serm. 17. in Pſal. 118.
Monilia ad multiplicationem ſobolis pertinent.

Filij Parentum ornamenta.
Prou. 18. 6.
Iob. 19. 9. 10.

videas ipſas. Loquor de ſenſu arcano; nam de Dramatico ſuo loco dictum eſt. Theodoretus bonus omnino author facile ſeſe nodo hoc exſoluit. Per *Iuncturas* n. *Femorum* morales virtutes intelligit, quibus velut quibuſdam greſſibus ad imitationem *Chriſti* contendimus. Eas ſic inter ſe aptè conuenire, atque connecti, quemadmodum in aureo monili gemmis diſtincto, pars parti ex arte connexa ſplendet. Nobis id probari non poteſt, aut tametſi probetur, parum iuuat ad interpretationem noſtram, quam alia via tradidimus; fulciendam, vel ornandam. Ambroſius ad profectum *Eccleſiæ* refert; id eſt ad augmentum in virtutibus, aut filijs, cum verba hæc, vt vidimus, de ſpirituali generatione interpretetur. *Monilia autem dicuntur ornamenta precioſa, quæ ſuſpendi matronarum ceruicibus ſolent. Tantus ergo Eccleſiæ proceſſus ſignificatur, vt ornamentis pretioſiſſimis comparatus ſit, & torquibus triumphantium. Hæc enim ornamenta ſunt bellatorum.* Nec aliena tranſlatio ab vſu ſacro: nam & filij inter precioſiſſima ornamenta parentum numerantur. *Corona ſenum filij filiorum.* Prou. 17. 6. Quo fortaſſe ſenſu dictum à Iob cum amiſſam felicitatem immenſis lachrymis ſequeretur, & quæſtibus. *Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.* Iob. 19. 9. cum indicare vellet, omnem ſibi in ſublatis filijs poſteritatis ſpem ſublatam; quod alia metaphora mox explicauit; *Deſtruxit me vndique & pereo, & quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meam.* Ver. 10. Se ergo inter mortuos ipſos computabat, vt cui nulla ſupereſſet viuendi ſpes: ſed illud dolebat ſcilicet, ſolatio ſe prolis carere, in qua mortuus ipſe ſpem viuendi ſuſtentaret. Bis ſcilicet mortuus, ſemel in ſe ipſo, vtpote mox mox moriturus; iterum in filijs, quos ſibi intempeſtiue ſublatos dolebat. Satis hæc dicuntur probabiliter; ſequererque, ſi *Iuncturas Femorum* de ſpirituali *Eccleſiæ* generatione & partu interpretarer.

II.

Alij ad nexum hæc membrorũ Eccleſiæ trahunt.
Quod ex Paulo confirmant.
Sed hic non de reliquarum partiũ, ſed de fæmorum iuncturis ſermo.
Quidam enim in duobus femoribus vtrumque populũ agnouiſſent, hæc ad connexionẽ vnius cum alio referunt.

Nexus inter ſeſe membrorũ Eccleſiæ, in monilium ſimilitudine ſignificatus.
Coloſ. 2. 19.
Iuſtus Vrgel.
Coniunctio vtriuſque populi in vna fide.

Quidam de recentioribus hæc ad nexum membrorum *Eccleſiæ* trahunt, laudare, itaque omnium partium inter ſeſe nexum, & copulationem. Id eſt, *Eccleſiæ* ordinem, & corporis myſtici partium inter ſeſe concentum, & coniunctionem prædicare; qua nec admirabilius, nec artificioſius excogitari quidquam poteſt. Sic dictum eſſet: *Ex capite totum corpus, per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum, creſcere in augmentum Dei.* Coloſ. 2. 19. Sed non hic de ea partium *Eccleſiæ* coniunctione agi, ſatis oſtenditur ſimpliciſſimo verborum ſono; quibus de ſola *Femorum Iunctura* ſermo eſt, non cæterorum membrorum. In myſtico ergo *Iunctura*, & *Femoris* ſignificatu quærenda *Monilium* ſignificatio eſt. Id fecit Iuſtus Vrgelitanus, hanc connexionem referens ad vnionem, nexumque in vna eademque fide vtriuſque populi, Iudæi, qui ex *Femore* Abraham ſecundum carnem propagatus eſt, & Gentilis, qui in ſemine illius, *Chriſto* ſcilicet, genitus, & multiplicatus eſt. Hanc conſertionem vtriuſque Populi conſertioni *Monilium* comparari.

III.

Nos qui in femoribus ſtabilitatem in iuncturis motus facilitatem intelleximus.
Monilia diuerſis & multis quamquam partibus cõſtantia & extẽdi & contrahi facile poſſunt.
Et cuicumque parti ornandæ diſſolui.
Ità docet Miniſtros verbi in omnem ſe vſum fingere.
Et extendere ad alienos & contrahere ad ſuos.
Eſt in hanc rem illuſtre exemplum in Paulo.
Qui cum proficiſci in Hiſpaniam decreuiſſet, aliud inſpirante Deo, ab eo abſtinuit.
Saltem eo quo decreuerat tempore Hiſpaniam non vidit.
Sic cum Romanos viſere deſtinaſſet prohibitũ ſe fuiſſe affirmat.

Comparationis vis in quo ſit ſita.
Monilia multis quamquam conſtantia partibus, ad quemcumque vſum facilè ſe accommodant.

Verbi miniſtri in omnẽ ſe vſũ fingere debent.
Como ſe eſtuuieron hechos de gonzes.

Paulus quam facilè agi ſe à Dei ſpiritu fineret.

Rom. 15. 24. 28.
Eius in Hiſpaniã aduentus incertus eſt.

Nos, qui *Femur* ad *perſeuerantiam*, ac *ſtabilitatem* in miniſterio verbi Apoſtolorum retulimus, *Iuncturas* autem ad motus facilitatem, & obſequium promptum in circumferendo Euangelio in quamcumque partem, comparationis vim in eo eſſe putamus, vt ea ipſa ad motum, obſequiumque facilitas indicetur. *Monilia* certe, quanquam multis ex partibus conſtant, quos anulos dicimus (noſtrates *Eslauones, y trozos*) ita tamen inter ſe conſertis, vt & extendi, & contrahi, facile poſſint, quin vlla in illis repugnantia ſit, ſiue ſuſpendi de ceruice velis; ſiue etiam corporis partem ornare; ſeu ſupra menſam iacere; ſeu ſuis thecis includi, ſeu diuidi in partes, ita vt, quod *Monile* erat ad collum, pilei iam ornatus ſit, iam brachiorum, iam ad veſtis cultum applicetur; ita Verbi miniſtri in omnem ſe vſum fingant, pro agitantis interius Spiritus impulſu: quin, quantum quidem in ſe eſt, motum alium habeant. Immo & extendi ad alienos, & contrahi ad ſuos, ſtudiumque, & curam omnem eo impendere, quo Deus mouet, ſint parati; aut certe domi contineri ad tempus, vt meditationis otio ac contemplationis pabulo vel hebetatas vires reficiant, vel amiſſas reparent, nouis animis ad officium redituri. Id autem proprium Apoſtolorum eſt munus; quemadmodum obſeruamus in Paulo, qui cum haud raro in vnam, vel aliam ire gentem conſtituiſſet, tamen, ſpiritu aliud interius iniungente, in alias orbis plagas penetrabat, Euangelij gratiam communicaturus. Sic cum de ſua in Hiſpaniam profectione ſcribens ad Romanos dixiſſet: *Cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero, quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruitus fuero.* Rom. 15. 24. & ver. 28. *Hoc igitur cum conſummauero, & aſſignauero eis fructum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam.* Quæ decretum certum continent; poſtea tamen vel omnino Hiſpaniam non vidit, vel certe eo tempore, quo conſtituerat, minime vidit (Et quanquam, qui affirmant, multi, & grauiſſimi authores ſunt, certum tamen minime eſt; eiuſque aduentus incerta ſunt, & tenuia omnino veſtigia.) Vel mutante mentem Apoſtoli, quo agebatur interius ſpiritu; vel in tempus aliud expeditionem deſtinante. Sic de ſua in

Ro-

Digitized by Google

Et Petrus non potuiſſe ſe prohibere, quin, & Gentibus pateret in Eccleſiã aditus.

Nec opus aliud hic ſenſum quærere.

Rom. 1. 13.14. Prohibitus Romanos viſere, cũ viſere decreuiſſet.

Act. 11. 17. Petrus non potuit prohibere, quin aditus ad Gentes pateret.

Romanos profectione dicebat: *Nolo autem vos ignorare, fratres, quia ſæpè propoſui venire ad vos (& probibitus ſum vſque adhuc) vt aliquem fructum habeam & in vobis, ſicut & in cæteris gentibus: Græcis, ac barbaris; ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Rom 1.13.14. Et cum Petrus rationem multitudini redderet, cur etiam gentibus aditum in *Eccleſiam* aperuiſſet, dicebat: *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis, qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum; ego quis eram qui poſſem prohibere Deum?* Act. 11. 17. Nec opus eſt magis arcanum ſenſum quærere in *Monilibus*, quibus *Femorum Iunctura* comparantur.

IV.

Fabricata autem monilia dicuntur manu artificis vt perfectiſſima intelligantur.

Nec id ad arcanã ſubſtantiam pertinet:

Quanquam ſunt qui artificẽ Deum manum gratiam interpretantur.

Alij Chriſtum, qui vtrumque populum ſua fide coniunxit.

Alij Deum Patrẽ qui duo condidit, & coniunxit teſtamenta.

Sed operoſa id, nec neceſſariò quæſitum.

Manu artificis fabricata monilia, perfectiſſima intelligenda.

Philo Carpath. Artifex Deus, manus illius gratia eſt.

Iuſtus Vrgel. Chriſtus vtrumque populũ vna fide coniunxit.

Honorius, Deus vtriuſque artifex teſtamẽti qui in vnũ ea coniunxit, per filium manum ſuã.

Quod autem additur, *Quæ fabricata ſunt manu artificis*, additum ſolum arbitramur, vt *Monilia* intelligantur perfectiſſima arte elaborata; non ergo quibuſcumque *Monilibus* comparantur; ſed illis, quæ ſint ab eximio artificio profecta, in quæ peritus opifex omne ſtudium, artiſque ſecretiores rationes conſumpſerit. Nec opus eſt hæc ad arcanam ſententiam accommodare. Sed ſi cui tamen aliud placeat, habet Philonem Carpath. qui *Artificem* Deum, *Manum*, diuinam gratiam interpretatur, à qua omnia noſtra bona perfectionem accipiunt. Habet Iuſtum Vrgellenſem, qui cum hæc de vtriuſque generatione populi, ac coniunctione in vna fide accipiat, addit: *Quis enim artifex tanquam monilia hos in fide populos ſociauit, niſi ille, de quo Apoſtolus ait: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum?* Chriſtum intelligit. Habet Honorium, cuius ſingularis in eo ſententia eſt, nam cum *iuncturas femorum* vtriuſque populi coniunctionem accepiſſet, addit: *Quæ iunctura eſt ſicut monilia: quia concordia illorum ita conuenit, ſicut duorum teſtamentorum congruit: quod vtrumque iſtam coniunctionem prædixit. Quæ monilia fabricata ſunt manu artificis; quia, vt duo teſtamenta, quæ Eccleſiam exemplis ſanctorum, vt monilia, ornant, compoſita ſunt à Deo Patre omnium artifice, per filium, qui eſt manus eius, per quem fecit omnia; in quo opere ignis erat Spiritus Sanctus.* Operoſe id inuentum eſt, & minimè neceſſaria anxietate quæſitum. In noſtræ interpretationis conſequentia haud difficile eſt, id applicare. Omnis enim verbi miniſtrorum in miniſterio agilitas, & facilitas, ac omnino expedita promptitudo, qualem deſcripſimus paulo ante, à Deo eſt, gratiæ omnis non largitore ſolo, ſed & authore, atque artifice vnico; qui de ſuis electis ſollicitus, non modo miniſtros ſibi fabricat, quibus velut inſtrumentis in tanto negotio vtatur; taleſque omnino facit, quales neceſſarios iudicat; ac agilitatem, facilitatemque, ac omnino promptum ad obſequium indit animum, & omnia fiant, quemadmodum fieri neceſſe eſt. Id in ſe Paulus agnoſcebat, cum diceret: *Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* 2. Corinth. 3. 4. 5. 6. Agnoſcit quid poſſit, & vnde habeat, vt poſſit, fatetur ingenue: vt omnia in illum referat, à quo duxere principium.

Si quid tamen dicendum ſit, malo eam omnẽ promptitudinem & facilitatem à Deo eſſe.

Quod, & de ſe, et cæteris Miniſtris Paulus fatetur.

Omnis miniſtrorum agilitas, & expedita promptitudo à Dei gratia eſt.

2. Cor. 3. 4. 5. 6.

VERSVS II.

VMBILICVS TVVS CRATER TORNATILIS, NVNQVAM INDIGENS POCVLIS.

COMMENTARIVS.

PRÆDICATIONIS *Fructus incipiunt enarrare, ſcilicèt filiorum procreationem*, ac ſobolem infinitam. Sed prior fœcunditas eſt, & ad prolem concipiendam aptitudo: inde ſuſcepto ſemine generatio ſequitur; generationem conſequitur partus. Commate hoc *Eccleſiæ* fœcunditas & conceptus deſcribitur, in *Vmbilico crateri* ſimili, non quidem vacuo ſed *Pleno*; nam *Eccleſia*, Dei concepto Verbo, ac Spiritus Sanctus illapſu, atque calore mirabiliter facta, ſpem *Chriſto* futuræ ſobolis, immo & infinitæ poſteritatis ſuſtentat. Rite autem ea virtus *Eccleſiæ* ad generandos ſpirituales filios *Vmbilici* nomine deſignatur, *Vmbilicus* enim in tota generandi ratione ad fœminas ſpectat; eam enim partem in fœminis, ſi conſtituta ſit rectè, mirè ad conceptum facere, earumdem opinio eſt. Quod & ipſum *Crateris* non vacui, ſed *Miſto pleni*: Similitudine deſignatum eſt: nam plenitudo ad fœcunditatem, proliſque conceptum perti-

Digitized by Google

pertinet: ad caſtimoniam mixturam: ne quis ſcilicet cum & *Vmbilicum*, & fęcunditatem, & conceptum audiret, quidquam minus honeſtum, decenſque cogitaret.

ENARRATIO.

IN ea tua ad egregium facinus Gentium conuerſionis, diſpoſitione, fœliciſſima omnia auguramur, moxque futuram te infinita prole, ſed & pulcherrima beatam matrem, quam Chriſto paritura es, vt pro paucis Iudæis, quos velut ingratos filios domo exegit, ſine numero alios ſuſcipiat, imitatione fidei veros Abrahami poſteros. Sed id poſtea dicetur nobis. Nunc fœcunditatem miramur tuam aptitudinemque, & vim validam ad prolem gignendam. Totum ſcilicet illius eſt opus, qui & vim ſterili indidit, vt concipere poſſes, & Diuino Verbi ſermone impleuit, vt vere conciperes. Intumeſcere iam viſcera tua, & per augmenta ſecreta impleri felici fœtura videmus, & felicibus auſpicijs maturari ſobolem, orbem omnem repleturam, immo & cœlum. Quanta tunc gaudia noſtra erunt in fructu, quorum tanta nunc in flore exſiſtunt! Si ornare rem ſimilitudine velimus aliqua, nihil eſt, quod æquare poſſit, quod cernimus. Sed Craterem tamen aureum cogita, recentem, nitidumque ab artificio, cuius in fundo extuberet gemma, vibretque ſplendorem. Hunc ſi ad ſumma labra vino aqua diluto repleas, vſque ad auri æmulationem ſplendenti, atque à ſocio lumine mutuante nitorem, vt cumque rem obijcias oculis. Nam & plenitudo ipſa fœcunditatem, conceptumque notabit, & potus ipſa mixtura munditiem, honeſtatemque conceptus. Nam in geneſi hac tua nihil quod decentiſſimumque non ſit reperiri poſſe, ipſa concipiendi Cæleſtis ratio, & ſeminis Diuinitas omnino confirmat.

SVM. COM.

I.
Loci huius difficultatem, & indicat, & auget diuerſitas ſententiarum.
Nam quidam in Vmbilico caſtitatē intellexere.
Sed tropologicū id quibuſdam eſt viſum.
Alij opponi hic Eccleſiam Synagogæ volunt.
De hac enim dictum. quando nata es non eſt præciſus vmbilicus tuus.
De hac: vmbilicus tuus crater tornatilis, omninò præciſus ſcilicet.
Id huic loco aptari vix poteſt.
Illud enim de Synagoga dictum cū nōdum legem accepiſſet. & in ſpōſam aſſumpta eſſet: vt turpitudo generis ex Gentilibus notaretur.
Poſt accepta lege in Dei tranſijt iura.

NOTATIO VIII.

VMBILICVS TVVS.

LOci *Huius quanta difficultas ſit, vel veterum, vel recentiorum* Interpretum ſententiarum diuerſitas ſatis probat; vix enim vnus aliquis eſt, cui alterius interpretatio probetur: maluere ſcilicet ſolitarias ire vias, nulliuſque veſtigio ſignatas, quam per incertas ſemitas præeuntes ſequi; incerti quo tandem deducerentur, per dubios tramites. Quidam enim in *Vmbilico Caſtitatem*, ac munditiem intellexere, ſequuti Rupertum. Id fortaſſe ad tropologiam aliquid faciet, ad litterale ſenſum, quam quærimus, aut parum, aut omnino nihil: tametſi verum ſit, quod de rebus torno factis monent, ea rotunda, nitida, læuia eſſe, ac quibus haud facile adhæreſcant ſordes.: quod omne ad honeſtatem referre facile eſt. Theodoretus oppoſitionem hic notari inter Synagogam & *Eccleſiam* monet: de illa quippe dictum: *Quando nata es, non eſt præciſus vmbilicus tuus; & aqua non es lota in ſalutem: nec ſale ſalita; nec inuoluta pannis*. Ezech. 16. 4. *Illa enim*, inquit, *ex Aegypto oriunda, non præcidit Vmbilicum ſuum; ſed veluti per radium quendam ex Aegypto impia doctrina traxit improbitatem*. De hac autem nunc dicitur *vmbilicus tuus crater tornatilis; quia non ſimpliciter modo præcidit vmbilicum ſuum, ſed: ſed ita penitus amputauit, vt omnem Idololatriæ radium euelleret, & crateri tornatili ſimilis videretur*. Id acute obſeruatum eſt; ſed vereor, ne ad hunc locum difficile accommodetur. Nam id certè ab Ezechiele dictum de Hebrea gente, illo notato tempore, quo nondum in partes Dei per legem tranſierat: nondum in honorem Sponſę vocata fuerat. Origo ergo ex Parentibus Gentilibus notatur. *Radix* inquit, *tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea*. Poſt id temporis vocata ad Sponſalia iura eſt. *Et expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam*. Id factum cum Abrahamo & poſteris circunciſionis pactum dedit, ſibique deſtinauit in populum, ac peculium. *Et iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, & facta es mihi*. Ezech. 16. 8. En legem, qua factum eſt, vt populus ille in Dei iura tranſiret. Ex eo tempore *Eccleſia*

fuit

Rupertus.
Vmbilicus ad caſtitatem pertinet indicandam cū tornatus dicitur.

Theodoret.
Synagogæ diuerſitas, & Eccleſiæ, quod illi præciſus non fuerit vmbilicus, huic fuerit.
Ezech 16. 4.
Vmbilicus non præciſus, idololatriæ radix manens. Præciſus, Idololatria in ſua radice ſublāta.
Ezechielis locus enodatus. Hebręa gens ex gētilibus.
A Deo per legē in honorem ſpōſæ ſublata.

Digitized by Google

Præciſus ergo illi vmbilicus eſt, ne quid eſſet quo minus ſpōſo placeret. Nec benè Chriſtiana Eccleſia cū Hebræa recens nata, & ſuo adhuc ab vtero ſanguine natante componitur. Ideoque non puto loco hoc alluſum ad illum Ezechielis.

II.

Alij vmbilicum fragilitatē noſtrā interpretantur. Sed grandius hic quiddā latere videtur. Nec aptior aliorū ſenſus, nec magis perſpicuus. Quanquā in vmbilico quidā molles, ac delicatos intelligunt.

III.

Ergo cū proxima de ventre vallato lilijs ad fœcunditatem pertineant. Hæc ad vim concipiendi validam trahemus. Nam vmbilicus in fœminis concupiſcentiæ ſedes eſt. Cuius rei nonnullæ ſunt coniecturæ, tametſi nō firmæ rationes. Quibus ſcilicèt anatomes experimenta non fauēt. Ideò quidam de veteribus in re venerea vmbilicum ad fœminas referunt. Quod ſeminaria luxuriæ in viris lumbi, in fœminis vmbilicus ſit. De lumbus paſſim indicat ſcriptura. Id tractum de ipſa virorum concumbēdi ratione. Vmbilicum autē ad fœminas referendum contraria ſit ratione. Ideo vmbilicus præciſus, carnis petulantiam cohibitam ſignificat. In qua re Hieronymus aliquanto vlterius progreſſus, quam oporteret.

IV.

Ex his quæ dicta ſunt, huic loco ſumenda neceſſaria tantum, ad caſtiſſimæ cōiunctionis Chriſti cum Eccleſia commendationem. Itaque Eccleſiam conſidera concepto iam fœtu ferentem in vtero.

fuit ex Hebræo populo, cui & cultus cærimoniarum additus eſt, & ornatus ſacrificiorum. *Et laui te aqua, & emundaui ſanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo*, in quibus & *præciſum* & *alligatum vmbilicum* intelligere debes: ne quid eſſet in ea, quod priores ſordes referret. Ad ornatum, cultumque pertinent, quæ ſequuntur, *Et veſtiui te diſcoloribus*, & cætera vſque ad Ver. 15. Nec bene facias, ſi *Eccleſiam* Chriſtianam cum Hebræa conferas, recens à vulua Idololatriæ excluſa, ſuoque adhuc ſanguine, ſordibuſque natante. Neque enim id magnum fuerit. Nullam ergo hic huius loci ad verba Ezechielis alluſionem agnoſces, cum diuerſiſſima ſint, & alio colliment.

Nec Angelōmi ſenſum ſequimur, qui *Vmbilicum* fragilitatem noſtræ mortalitatis interpretatur; fortaſſis, quia ea pars noſtri corporis & molliſſima eſt, & imbeciliſſima. Sed non eo videtur reſpexiſſe ſacer ſcriptor; ſed grandius quiddam, magiſque pertinens ad hunc ſtatum *Eccleſiæ*, qui deſcribitur voluiſſe. Quo eodem ſenſu numeranda Iuſti interpretatio eſt, qui, quod Vmbilicus centrum corporis totius ſit, mediumque occupat locum, eos intelligit, *qui non in extremo, ſed in medio Eccleſiæ corpore commutantur*. Quæ non intelligere fateor, nec confiteri piget. Honorius, quod mirere, *molles, ac delicatos* intelligit, *qui per ſeptem opera miſericordiæ aſpirant ad ſeptenarium requiei, quæ dabitur per ſeptem dona ſpiritus* S. Perplexa hæc ſunt, & nimis recondita; fortaſſis à nobis minimè ſatis intellecta. Ideo malumus expeditiora ſequi, magiſque apta ad filum commentarij noſtri ducendum: ne ſi ſemel abrumpi contigerit, fruſtra nitamur continuare.

Ergo cum proxima, quæ de ventre dicuntur, vallato lilijs, ad fœcunditatem omnino Eccleſiæ trahenda ſint, matris iam infinitæ prolis, quam ſemine grauida verbi, *Chriſto* feliciſſimo partu in Gentilitate conuerſa edidit; ſtatim intelligitur, hæc quæ in manibus ſunt, non alio pertinere poſſe, quam ad id, quod proximè partum anteceſſit, vim ſcilicet validam, ad prolem concipiendam, & ad eam, quo vterum ferat. Id ſi oſtenderimus in vmbilico deſignari, erit forſitan, quod prudens approbet lector. Noua erit interpretatio ſed quam & perſpicuitas ipſa, & ductus interpretandi, & ſenſus ipſius granditas commendent. *Vmbilicum* ſedem eſſe concupiſcentiæ, & voluptatis venereæ promptuarium, vel ex vero, vel ex vulgari opinione Gregorius prodidit. Et quanquam eius rei probabilis ratio non apparet, eſt tamen non vnica coniectura, maxime, ſi de fœminis ſermo ſit, in quibus peculiaris eſt ratio; ſiue quia, vt Albertus eſt Author, matrix neruos habet vſque ad *vmbilicum* pertingentes; proptereaque *Vmbilicus*, ſemine ſuſcepto, vehementi voluptatis ſenſu titilletur, ſiue quia, vt vir doctus affirmat, vteri fundum ſub *Vmbilico* eſt ſupine iacenti: ideoque *Vmbilicus* in congreſſu coniugali dilatatur, atque inflatur, diſtenſo, ac dilatato vtero: Inflatus autem maſculi pondere preſſus voluptate titillatur. Quæ rationes, quanquam nonnullis minimè firmæ videntur, vtpote quibus anatomes experimenta repugnent, contemnendæ tamen non ſunt, in re maxime difficili. Hinc Gregorius quod Iob. Cap. 40. 11. dicitur: *Fortitudo eius in lumbis eius: & virtus illius in vmbilico ventris eius*. Diuiſione non inepta viris, fœminiſque diſtribuit, vt ad illos lumbos referat, ad illas autem *Vmbilicum, Quod coitus ſeminaria viris in lumbis eſſe, ineſſe autem fœminis in vmbilico perhibeantur*. Hinc à Domino diſcipulis præcipi, vt *præcinctos habeant lumbos*. Luc. 12. 25. Hinc Petrum, cum luxuriam à corde reſtringendam admoneret, dixiſſe: *Succincti lumbos mentis veſtræ in veritate*. 1. Pet. 1: 13. Hinc Paulum, *decimatum* dixiſſe *leuie*, *cum adhuc in lumbis Patris eſſet*. Hebr. 7. 9. Nec neceſſe eſt de prophana litteratura probationes arceſſere, & chartas opplere, quod facile eſſet. *Vmbilici* autem ſignificatum myſticum ad fœminas pertinere, certum eſt. Vnde *Vmbilicus præciſus* carnis petulantiam cohibitam, & motus omnes compreſſos ſignificat: vt non præciſus libidini laxatas habenas: quo trahit Gregorius quod de Iudæorum gente ſub ſchemate mulieris ab Ezechiele dicitur: *In die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus*. Ezechiel. 16. 4. Quin & Hieronymus, cuius ſecurior cenſura eſt, aliquanto vlterius progreſſus eſt, quam fortaſſe oportuiſſet, inquiens: *Quomodo virorum ſeminarium ſignificatur in lumbis, ita genitalia fœminarum honeſto ſermone iuxta conſuetudinem ſcripturarum, vmbilicus vocatur, teſtimonio Iob*. vtrumque ergo oſtenſum eſt, & *vmbilicum* ad concupiſcentiam pertinere, nec ad mares, ſed ad fœminas referendum.

Transeamus ad *Eccleſiam* cuius loco hoc *Vmbilici* laudes percenſentur; in cuius cum *Chriſto* coniunctione & puritas, & honeſtas, & caſtimonia pronubæ fuere: Ideoque ex ijs, quæ indicata ſunt, id ſumamus tantum, quod ad caſtiſſimæ coniunctionis ſpectat commendationem: & in *Vmbilico validam ad concipiendum filios vim* intelligamus; ſed in opus iam deductam; *Eccleſiamque* conſideremus concepto iam fœtu ferentem vterum; & ad partum infinitæ prolis proximè iam diſpoſitam. Nam & *Vmbilici* præligandi recens natis rationem multum ad vim generandi, vel iuuare, vel obeſſe obſte-

trices

Ex eo tempore Eccleſia fuit, illique vmbilicus præciſus.

Et cultu nouo digno ſtatu ornata.

Eccleſia Chriſtiana haud aptè cū Hebræa adhuc Gentili componitur.

Angelomus.
Vmbilicus fragilitas noſtra carnis.

Iuſtus Vrgel.
Vmbilicus centrum corporis.

Honorius Auguſt.
Vmbilicus Eccleſiæ molles, ac delicati.

Vmbilicus hoc loco vis Eccleſiæ ad concipiendū valida.

Vmbilicus in fœminis concupiſcentiæ ſedes.

Gregor. lib. 32. Mor. cap. 11.

Albertus Mag.
Matrix neruos habet vſque ad vmbilicum pertingentes.

Comara de Repr. lib. 4. cap. 12.
Vteri fundū ſub vmbilico ſupine iacenti.

Gregor. ubi ſupra. Iob. 40 11.
Lumbi in re venerea viris, vmbilicus fœminis tribuitur.

Luc 12. 35.
1. Petr. 1. 13.
Hebr. 7. 9.
Vmbilici ſignificatus ad fœminas pertinet.
Vmbilicus præciſus, carnis frænati motus.

Gregorius Magn. Eodem loco.
Ezech 16. 4.
Hier. in cap. 16. Ezech.

In vmbilico valida ad concipiendum vis deſignatur hoc loco.

Vmbilici recens natis præligandi ratio, ad vim facit generandi.

Digitized by Google

Decuit autem eã rem ad gignendã myſticam prolem commendari.
Ne ſterilitatis infamia ſacras has nuptias macularet.
Id autem ritè Angeli faciunt.
Eſt enim fœcunditas communis gaudij cauſa familiæ toti.

trices produnt; ex vero ne, an ex vulgari ſenſu, non diſputo: quanquam cuique in ſua arte credendum eſſe, vetus eſt dictum. Decuit autem, vt præparantis ſeſe ad Gentilitatem conuertendam per verbi miniſtros ad *Chriſtum* commendaretur generandi vis illa, ſine qua nulla manere poteſt ſpes poſteritatis; ne ſterilitatis infamia pulcherrimum *Verbi* cum *Eccleſia* connubium macularet. Eam honeſto vocabulo ſcriptura ſignificare ſolet concluſionis vuluæ, quæ velut efficienti cauſæ Deo tribui ſolet, cuius beneficium eſt prolis multiplicatio. Gen. 16. 2. 20. 18. 1. Reg. 1. 5. Decuit etiam, vt à *Chriſti* Sponſi familia, Angelos dico, ea prædicaretur felicitas, qua in nouam ſpem poſteritatis Domus excitabatur, cum *Eccleſiam* matrem familias vtero ferentem viderent, pleniſque viſceribus partum maturantem. Communia ſcilicet hæc gaudia erant, nec ad ſolos Dominos, ſed ad familiam omnem pertinebant, quam in partem lætitiæ venire decebat, & quidquid animo ſentiebat, vocibus prædicare.

Gen. 16. 2. 1. Reg. 1. 5.
Decuit Angelos de fœcunditate Eccleſiæ participare lætitiam.

V.
Eſt & alia ratio: nam cõcepti fetus indicia in vmbilico ſunt quædam.

Eſt & alia ratio, cur ea ipſa fæcunditas, ad partum proxima *Vmbilico* deſignetur: Nam & inter conceptus indicia aliquid *Vmbilicus* præſtat, ſi lenis doloris ſenſus circa illum, & hypogaſtrium oberret. Nam & Hypocrates lib. de ſterilibus inter indicia cõceptus numerat, ſi melle, & aniſo tenuiſſimè trito dein in aqua diluto, atque exhibito, fœmina indormiat, moxque ei tormina circa Vmbilicum contingant, vterum ferre. Et alioqui matureſcente partu, cum vterus diſtendatur, & ventris laxentur ſinus, formam *Vmbilicus* mutat, quia ſuis ſcilicet certa menſura vinculis cohibitus, ſequi laxantis ſeſe ventris motum non poteſt; itaque in ſe collectus ipſo lacunatur, focuolamq; profundiorem laterum turgentium monticuli formant: quo propius enitendi abeſt articulus, ſinu ſe magis profundo contrahentem. Et id ergo fortaſſe faciat ad hunc locum, quo de *Eccleſia* vi ad concipiendam prolem, deque prole concepta, & ad partum appropinquante ſermo eſt. Et hæc quidem vtcumque diſputata ſint.

Indicia concepti fœtus, in vmbilico.
Aud. Laurent. & Hippocr.
Vmbilicus matureſcente partu ſitum mutare ſolet.

Et matureſcente iam partu ſitu mutatur.

NOTATIO IX.

CRATER TORNATILIS.

I.
De ſenſu corticis loco alio dictum, & poterat id ſatis eſſe niſi ſequentia myſterium continerent.
Quidam de Sacerdotio Chriſtiano interpretantur eaque mũditie, quæ in Miniſtris exigitur.
Virtutibuſque, quibus ornati eſſe debent.
Alij tornum benè operandi conſuetudinem accipiũt.
Alij mortificationem qua animus expolitur, ac rotũdatur.

QVO *Hac pertineat comparatio, diſquirendum hic eſt* Et quidem, quod attinet ad corticis ſenſum, loco alio pro captu noſtro de ea re dictum eſt: & poterat id ſatis eſſe, ſi diceremus totam *Crateris* cum *Vmbilico* ſimilitudinem extra corticem non excurrere. Sed quia quod ſequitur, *Nunquam indigens poculis*, omnino ad arcanum ſenſum etiam pertinet, & id etiam, quod de *Cratere* dicitur, alienum ab eo non eſſe exiſtimandum eſt. Neque id ſine veterum exemplo fiet. Nam Philo Carpathiorum Epiſcopus, cui placuit hæc de ſacrificio altaris, ac Sacerdotio Chriſtiano interpretari, propter ea quæ ſequuntur: *Non deficiens mixto*, ſecundum lectionem 72. Siue *nunquam carens mixto*, quemadmodum ipſe legit (in *mixto* enim vinum aqua mixtum in calice agnoſcit) *Craterem torno elaboratum* ad munditiem, ac puritatem retulit. *Vt aperte*, inquit, *doceret Sacerdotes mundos, ac puros, & omni labe detersos, cunctiſque virtutibus bene tornatos eſſe oportere.* Quod ferme idem, quantum attinet ad munditiem, Aponio placuit, niſi quod nec de Sacerdotibus, ac Sacrificio interpretatur: & *tornum* conſuetudinem ac bonum deſiderium, quo mirabiliter expoliti ſint, agnoſcit: Honorius autem caritatem. Alij *mortificationem, qua animus ſuperfluis omnibus præciſis expolitus in rotundam perfectionis formam redactus ſit.* Omnia eodem ferme eunt. Aut id ergo ſequamur, aut quod non multum diuerſum eſt ab eorum ſenſu, ſed ad noſtram tamen interpretandi formam accommodatum.

Dramat. Commentar. cap. 7. Not. 9.
Philo Carpath.
Sacerdotum puritas, & munditiés ad Sacrificiũ neceſſaria.
Lect. 72.
II.
Et virtutum omnium ornatus.
Aponius.
Torna.
Honorius.
Caritas, ſiuè mortificatio.

II.
Pleni crateris cũ Eccleſia ſub eo ſtatu comparatio, & illius vis
In cratere tornatili nihil quod manus aut oculos offendat.
Sic in Eccleſia ſub eo tirocinio omnia nitida pura, terſa & mira æqualitate polita.
Sic docet verbi miniſtros eſſe, qui matrum in Eccleſia, funguntur munere.
Geſtantis enim vtero affectiones transferuntur in fœtum.

Arbitramur ergo vim ſimilitudinis in eo eſſe, vt quemadmodum *Crater* argenteus *Torno* factus mundiſſimum opus eſt, terſum, politumque, nihil vt ſit, quod oculos aſpectu; nihil quod contractatione manus offendat; quia ſcilicet nihil aſperum, nihil hiulcum eſt: ſed omnia æquabili arte nitida, ac polita: Ita in eo ſtatu *Eccleſia*, qui hic deſcribitur, ſcilicet cum proxime parata ad expeditionem in gentilitatem erat, & iam iam aggreſſura negotium tantum, conceptoque verbi ſemine intumeſcente vtero partum nobile maturabat, nihil omnino eſſet, quod non nitidum, purum, ſimplex, ac non vno genere contineretur: nihil, quod vel inſpicientium oculos, vel contrectantium manus poſſet offendere. Qua in re documentum ij habent, qui animarum ſaluti inuigilant, ac velut matrum funguntur munere, ad progignendum Deo ſpiritales filios. Scitum enim eſt geſtantis vtero affectiones transferri in conceptum, & quidquid valetudinem infeſtat in matribus genituram infeſtare. *Adeo enim inceſſus, atque omne quidquid dici poteſt, in grauida refert, vt ſalſioribus cibis vſa, carentem vnguiculis*

Crater torno politus mundiſſimum opus.
Eccleſia infinita iam prole prægnans pura nitida, polita, nihil vt oculos offenderet.
Geſtantis vtero affectiones ſæpè transferuntur in fœtum.
Plin. lib. 7. cap. 6.

Vt non iam ſui ſolius cauſa, ſed etiã prolis eos oporteat propria ſaluti inuigilare, & perfectione.

Ne uteri affectione praua filij vel Patri Deo diſſimiles, vel inualitudine lãguidi oriantur.

Qui matris munere funguntur in Eccleſia, non iam ſui ſolius cauſa, ſed prolis, perfectioni debent incũbere.

partum edant. Merito ergo, quibuſcumque id muneris demandatum eſt, etiam præcipitur, vt ſuæ ſalutis intentiſſimam curam agant, non iam propter bonum proprium ſolum, ſed propter prolem. Ne, cum valentiſſima parentis Dei ſit virtus, ac ſeminis prolifica, ac ſalutaris maxime vis, quod eſt verbum Dei, genitricis imbecillitate, aut inualetudine, imbecilla etiam proles, ac ſæpè valetudine aduerſa tentanda, diſſimiliſque parenti, naſcatur: Niſi verè ante diem, immaturo partu, nec vitali, potius euomatur, quam pariatur. Ergo ea in *Eccleſia* commendantur hoc loco, quæ & vitam, & ſalutem, & longæuitatem promittebant mox naſcituræ poſteritati.

NOTATIO X.

NVNQVAM INDIGENS POCVLIS.

I.

Fontium vis expenditur, & lectionum diuerſitas.

Temperaturæ carentia ex duobus capitibus, vel quia res non habetur, aut pena melior poſſidetur.

Cum res habetur abeſt indigentia illius.

Sic dictum ſpolijs non indigebit.

Et hoc loco ex quorũdam ſenſu: non indigens temperamento, quia temperato vino plenus crater.

Sic Deus dicitur nõ indigere noſtro mendacio.

Et Chriſtus alieno teſtimonio.

Et rurſum Deus alienis rebus quia proprijs abundat.

Sic non indigens poculis, poſſumus intelligere, quia mero plenus crater.

Lect. originalis. Et 72.

Indigentiæ carentia originem habet, vel rei eiuſdem abſentiã, vel melioris poſſeſſionem.

Abeſt rei indigentia, cum ipſa res habetur.

Ita non indigẽs mixto, erit idem quod mixto plenus.

Abeſt etiam indigentia rei, cum melior ipſa habetur alia.

Iob. 13. 11. Quomodo dicatur Deus noſtro mendacio non egere.

Ioan 2. 25. Quomodo Chriſtus alieno teſtimonio non egeret.

Pſal. 49. 9. 10. 11. Deus nullis indiget alienis, qui proprijs abũdat.

Non indigens mixto crater, quia mero plenus.

Non indigens mixto, quia mixto ſemper plenus.

IN *Fontibus, vt quidam de recentioribus Interpretibus volunt: Non indigebit temperamento.* Quod expreſſere 72. μὴ ὑστερούμενος κρᾶμα. *Non indigens mixtione, aut temperatura.* Sed quia indigentiæ carentia duplicem agnoſcere poteſt originem aut eiuſdem rei poſſeſſionem, cuius indigentia negatur, aut melioris alterius, quæ minus bonam excludit; hinc factum, vt duplicem ſenſum poſſint referre verba. *Non indigens poculis,* aut *temperatura,* quia ſemper plenus vino temperato: qui autem plenus eſt, vt pote cui vota omnia ſucceſſere, minimè vlterius indiget. Sic diues ad alium dicit, *Non indigeo pecunijs*: & ſi de ſcripturis exempla placeant. Sic dictum de forti matrona: *Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit.* Prou. 31. 2. Atque hunc ſenſum videntur Hebræa continere, quæ nonnulli interpretantur: *Non carens temperatura, ſiuè mixto,* id eſt, vino aqua temperato. Poſſumus etiam intelligere, *non indigentem temperato vino,* quod mero generoſo, nulla aqua diluto ſit plenus, quod longe melius eſt *Mixto*. Sic dicebat Ille de Deo; *Nunquid indigebit Deus veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?* Iob. 13. 11. Nullum illi commodum mendacium veſtrum præſtat; nec ad aſſerendam maieſtatem teſtimonio falſo eget, qui apud ſe veritatem habeat, cuius teſtimonium verum eſt, cui non credi non poſſit. Et de *Chriſto* Ioannes: *Opus ei non erat vt quis teſtimonium perhiberet de homine, ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.* Ioan 2. 25. Haud enim indigebat alterius teſtimonio, vt ſciret, qualis quiſque interius eſſet, & qua fide credidiſſet; ipſi enim omnia eorum intima erant cognitiſſima. Sic de ſe Deus: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: Quoniam mea ſunt omnes feræ ſyluarum iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum eſt.* Pſal. 49. 9. 10. 11. Cum omnibus abundem ipſe, cui omnia tanquam domino ſeruiant, haud indigeo tuis; nec ſterili latice tuo ſitim ſedabo, qui apud me fontem habeam vberem, perſpicuis manantem aquis, neque vnquam defecturum. Sic, *nunquam indigens poculis temperatis,* poſſumus intelligere, quia ſcilicèt Vino generoſo, nec vlla aqua, cauponia arte corrupto, abundabat. Vtrum duorum magis adhunc locum pertineat, an vtrumque aptari poſſit, videndum eſt.

II.

Primum illud probatum in Commentario.

Quod pleriſque veterum placuit.

Quorum authoritati dandum vt id amplectamur.

Poculum ergo quidam doctrinam interpretantur.

Alij virtutes.

Sapientiam alij.

Quidam gratiã.

Quæ omnia verè dicuntur, cũ omnibus Eccleſia abundet.

Cui deeſſe non poteſt quod filijs largiatur.

Id ſub omni ſtatu Eccleſiæ conuenit; ſed ſub gratia maximè.

Ambroſius. Aponius. Angelomus. Iuſtus Vrgel. Honor. Auguſt. Theodoretus. Tres Patres.

Ambroſius. Poculum pro doctrina.

Pro omnibus virtutibus.

Prouerb. 9. 2. Pro ſapientia.

Pro gratia. *Honorius. Angelomus. Iuſtus Vrgel. Theodoret. Aponius.* Pro lætitia.

Eccleſia omnibus abundans bonis.

Eccleſia ſub omni ſtatu bonis abundans, ſed abundantius ſub gratia.

Primum illud probauimus in Commentario, quia ad ſilum vtrumque eo loco aptari non poterat: Sic autem plerique Veterum interpretantur latinorum: id enim latina verba potius indicare videntur, in quibus nulla de mixtione mentio. Ambroſius varijs locis, Aponius, Angelomus, Iuſtus, Honorius, Auguſtodunenſis: indicat Theodoretus, & apud illum tres PP. ſequuntur recentiores. Id ergo nunc ſequamur. Sed de myſtico ſignificatu *Poculorum* lis eſt, nec facile definienda: nam, quod dicitur, *Non indigens,* ad abundantiam, ac plenitudinem omnes retulere. Ambroſius Serm. 16. in Pſal. 118. *Doctrinam* exponit: *Eo quod in omni doctrina ornatus, plenitudine cognitionis, & potu non deficiat Spiritali.* Orat. autem de obitu Valent. Maluit *Omnes virtutes,* intelligere: libro autem de Inſt. Virg. Cap. 14 *Sapientiam*: hunc enim locum cum eo componit: *Sapientia miſcuit vinum ſuum & propoſuit menſam ſuam.* Prou. 9. 2. Legit autem ipſe ſequutus 72. *Miſcuit in cratere vinum ſuum.* Illud de *Doctrina* ſequutus Honorius eſt. Angelomus, & Iuſtus maluere *gratiam*. Theodoretus, & Aponius *lætitiam,* cuius Vinum & cauſa, & Symbolum eſt: alterum à natura habet, alterum ab Scripturarum vſu. Et omnia quidem hæc vere dicuntur, abundat ſiquidem Eccleſia omnibus his bonis, & de Sponſi ditata promptuarijs, filijs abunde diſpenſat, quin deficere vnquam illi materia ad largitionem poſſit. inexhauſta enim vena illius eſt; &, quantum alijs communicat, ſuo de fonte reſtituit. Siue ergo *Doctrinam* interpretere, & *Sapientiam,* ſiuè *Gratiam,* ſiuè *Lætitiam, Spiritalem,* nunquam *Eccleſia* deeſſe poteſt, quod filijs largiatur. Sed id tamen Eccleſiæ ſub omni ſtatu commune fuit: quanquam ſub gratia longè affluentius abundauit, ſub naturæ enim lege adhuc puella, ſub Moſe

Digitized by Google

Tunc enim per cõiugij iura, Chriſti omnia communicata illi.

Quamquam diu eſt cum familiam coniux adminiſtrat, vt fero videatur de eo ſermo inductus.

Eccleſia ſub Chriſto ingẽti aucta dote diuitias diſpenſat filijs.

vero nondum connubio iuncta, donis quidem, pro cuiuſque ætatis, ac ſtatus meritis, ornata eſt: at, coniugio iuncta per Incarnationem, bona omnia cum viro communia habuit; & ingenti aucta dote, cœpit, velut mater familias, de largitate *Chriſti*, iam mariti, diuitias filijs diſpenſare; haud paſſa, quantum in ſe fuit, quemquam egere. Id fortaſſe ſit ſatis, vt ſub hoc ſtatu *Crateri pleno* comparetur. Sed diu eſt, cum, in domum deducta viri, pleno iure familiam adminiſtrat; vt ſero nimis de ea affluentia, ac largitate ſermo inductus videatur, ſi *Craterem* hunc *plenum* abundantiam *gratiæ*, aut *Sapientiæ*, aut certe *lætitiæ* interpretere.

III.

Probabilius hic Eccleſiæ vterũ prægnantem ſignificatum.

Cui cum cratere liquore pleno magna ſimilitudo.

Crater mixto plenus, Eccleſiæ vterum prægnã-tem ſignificat, & munditiem conceptus.

Hæreamus ſemel cœptis; &, qui in *Vmbilico* fœcunditatem *Eccleſiæ*, partui proximam, agnouimus, in *Cratere pleno mixto* eam ipſam alui plenitudinem prægnantis, & vteri caſtiſſimi munditiem, honeſtatemque intelligamus, vtrumque enim tam ſingulare in *Eccleſia* fuit, vt merito Angelorum laudes ſit merita. Et vero *Craterem* ſi cogites, ad ſumma vſque labra plenum, ita vt extuberet liquor, interque ſeſe effundendi contentionem, atque labri repellendi à ſe humoris affluentiam conatum, in altum conglobetur, vterum repræſentabis ſua prole tumentem; ac proximè enixurum fœtum; quemadmodum extuberans in *Cratere* liquor, proximam indicat effuſionem.

Alioqui vinum fœcunditatis eſt Symbolũ, ex ſcripturæ vſu.

Vinum fœcunditatis ſymbolũ.

Ideo ab Zacharia germinare dictum virgines.

Sic ſibi ſcilicet ſacri concinunt ſcriptores.

Zachar. 9. 17.

Et eſt alioqui *vinum* huius *fœcunditatis* egregium Symbolum: quod nec alienum ab vſu ſcripturarum eſt. Zacharias certè id intellexit, cum futuram felicitatem Eccleſiæ, & Sobolis abundantiam prædiceret, ac grandi ſermone, ſummotoque à vulgi vſu, prædicaret. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines.* Zachar. 9. 17. Vide, vt concinant ſibi Sacri ſcriptores, cum eiſdem metaphoris apud Zachariam fœcunditas hæc Eccleſiæ deſignetur, quibus hoc à Salomone Cantico prædicata eſt: qui enim hoc loco prægnantem *Eccleſiam* infinita prole *Crateri vino pleno* comparauit, proximo ſtatim verſu, partu feliciſſimo filios enixam; *Aceruo tritici* componet. *Vinum* ergo, quo *Crater* hic plenus dicitur, ad fœcundam ad concipiendum Vini; atque alui plenitudinem à multa concepta ſobole referes, quam mox mox editura ſit *Eccleſia* mater.

Crateris vero plenitudo ad fœcunditatem vteri Eccleſiæ referenda.

Quod & filijs ipſa communicat.

Quod, et à Zacharia obſcuris verbis indicatum.

Eccleſia nõ modo fœcunda, ſed fœcunditatem filijs communicans.

Zachar. 9. 15.

Quæ quia non ipſa modo fœcunda eſt, ſed filijs etiam fœcunditatem communicat, vt omni ex parte matrem referant; ideo ab eodem Zacharia eadem illa felicitas filiorum, ſub *Crateris pleni* Schemate, prædicata eſt: *Dominus exercituum proteget eos & deuorabunt, & ſubijcient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur, quaſi à Vino: & replebuntur, vt phialæ; & quaſi cornua altaris* Zachar. 9. 15. Sermo de Apoſtolis eſt, & Gentilium conuerſione, ſub belli Schemate, in quo, cum victor ingenti ſtrage hoſtem deleuerit, bibiſſe eius ſanguinem, vſque ad ebrietatem, dicitur: quod nec ab vſu ſacrorum, & profanorum longe eſt. *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Deut. 32. 42. Et ille:

Nam ſanguine inebriari, ad hoſtiũ ſtragem pertinet.

Quod & ſacris, et profanis in vſu.

Ebrietas ad ſatietatem vindictæ.

Deut. 32. 42.

Ouid.

meumque

Deuoueas ſine fine caput, cupiaſque dolenti

Me tibi forte dari, noſtrumque haurire cruorem.

Prædicatio autem Apoſtolorum myſticum prælũ eſt, quo, & regenerantur, qui primum mortui infidelitate.

Phialæ vino plenæ, & ſuper altare fuſæ, Apoſtoli.

In *phialis* autem, & *Altaris cornibus*, ad pateras alluditur, quibus in Sacrificijs Sanguis victimarum excipiebatur, & ſupra altaris ipſa cornua fundebatur. Sed interim tamen eæ ipſæ *Phialæ* vino plenæ vſque ad ſumma labra Apoſtoli erant, nobili liquore extuberantes, & quaſi multa prægnantes matres ſobole. *Ergo in plenitudine Crateris* redundantis vino, prægnantem *Eccleſiam* infinitis filijs intelligamus, moxque feliciſſimo partu onus vteri poſituram.

IV.

In vino autem mixto etiam caſtitas ſignificatur. Sicut in mero carnales delitiæ.

Vinum mixtum caſtitatis ſymbolum.

Vinum purum carnales delitiæ.

Quo hauſto turpes motus excitantur.

Ebrietas exceſſus carnaliũ voluptatum.

Prou. 7. 18.

Ideo meri potus damnatus, mixti laudatus.

Vinum dilutum honeſta voluptas.

Pier. lib. 53. in vite.

Quæ menſura vinum aqua diluendum.

Meleag.

Vide Bullenger. lib. 3. de con. cap. 1.

Alterum in *Mixto* ſignificatum eſt, *Caſtitas* ipſa ſcilicet, & honeſtiſſimi conceptus mundities; in quo nihil Sordidum, nihil carnale, nihil voluptuoſum eſſet. In *Vino* certe puro, nec vlla aqua temperato, & omnino quale profert vitis, carnales ſignificare delitias; &, quam eæ inducunt ebrietatem, ſæpius obſeruatum eſt. Facit id vis liquoris ipſius alio liquore minime hebetata, quæ ſtatim non ſtomachum modo replet, ſed & caput occupat; & per omnia membra permeans torporem inducit, turpeſque motus in ijs membris ciet, quæ natura generationi deſtinauit. Hinc translatum nomẽ ad exceſſum voluptatum carnalium. *Veni inebriemur vberibus*, dicebat illa cum thori conſortium quæreret, abſente marito, & in eo carnis voluptates. Sed quemadmodum vinum, adhuc purum, & nulla aqua mixtum ad nequitiam, ac illicitas voluptates transfertur; ità, ſi aqua ſimplice illius vim inhibueris, & quaſi exarmaueris, in laude eſt; & ad laudabilem, honeſtamque voluptatem transfertur. Menſuram Heſiodus poſuit, vt ad tres aquæ ſimplicis partes, quarta adijceretur vini. Qua de re exſtat & Meleagri Græci poetæ epigramma non inuenuſtum, quod à viro docto ſic latine redditum eſt.

Ideo Bacchum recens natum aqua lauiſſe nymphæ dicuntur.

Ardentem ex vtero Semeles lauere Lyæum

Naides, extincto fulminis igne ſacro.

Cum Nymphis itaque eſt tractabilis, at ſine Nymphis
Eundem rurſum fulmine corripitur.

Cratere ergo mixto pleno connubij caſtitas deſignatur Chriſti, et Eccleſia.

In cratere mixto pleno honeſtas connubij Chriſti cum Eccleſia.

Apto itaque ad honeſtatem, ac caſtimoniam connubij Chriſti cum *Eccleſia*, eiuſque myſtici conceptus, & partus puritatem indicandam illius fœcunditas adhuc vtero gerentis, *Crateri tornatili* vino *mixto*, ſiuè diluto, & aqua domito pleno, comparatur: ne quis, cum & conceptum, & vterum plenum legeret, quidquam turpe cogitaret, quale in cæteris conceptibus, ac partubus ſolet contingere.

V.

Sed præſtat mixto non indigitem interpretari: haud deſiderantem.

Mixto non indiget crater, quia mero plenus.

Sed ſequamur alia via latentem in paucis verbis ſententiam. *Ex poculis, ſeu mixto non indigentem Craterem* accipiamus, minimè exigentem, ac deſiderantem; quod ſcilicet vino puro; nec vlla aqua domito, plenus ſit; quod longe melius eſt. Nam & vir doctus de recentioribus ſimili ratione interpretatur; quanquam ad munditiem refert: *Crater enim poculis non indiget, quia aqua mundari debeat, nihil habet. Ideo enim,* inquit, *Vmbilicus Crateri tornatili ſimilis dicitur, & polito graphicè, & ita puro, vt neceſſe non ſit aquis mundari.* Quemadmodum dicebat Chriſtus. *Qui Lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus*; Ioan. 13. 10 Quanquam originalia hunc ſenſum minimè patiuntur, cum non de aqua, ſed de vino diluto, & temperato, quale apponi ſolebat in conuiuijs, ſermo ſit: id enim eſt, *Mazeg*. Id intellexere 72. Interpretes, qui reddidere *κρᾶμα*, quo Plutarcho authore ſignificatur vinum aqua domitum, ac temperatum. Immo id intellexit etiam latinus, qui reddidit *poculis*, non pro vaſis, Sed pro eo quod in vaſis potatur: non autem à Iudæis aqua potari, puro de fonte, ſolita, ſed vinum dilutum. Id intelliges ſi aduertas eandem vocem Pſal. 74. 9. reddidiſſe, *mixtum*. *Quia Calix in manu Domini Vini meri plenus mixto*. Ea ergo interpretandi ratio probanda non eſt; nec hic de munditie agitur, nullis aquis indigente, ſed de plenitudine, quæ ideo *non indigeat mixto*, quia mero abundat. Id ſi placeat in plenitudine fœcunditatem partui proximam intelligemus, quod ſupra oſtenſum; in mero hilaritatem, ac lætitiam à ſpe proxima filiorum. Nam & Vinum hilaritatis eſſe Symbolum, & Sacris, & profanis litteris notum eſt, & loco alio demonſtratum, Socrates certe apud Xenophontem Sympoſio, haud aliter vinum triſtibus mederi teſtatur hominibus, quam mandragoram: & lætitiam haud aliud excitare, quam ingeſtum oleum lucernæ, malignè ob defectum pabuli lucenti. In ea autem, quæ poſt ſterilitatem fœcunditate donetur, quanquam vtero ad huc ferens, ſola ſpe partus ſuſtentetur, lætitiæ multæ ſunt cauſæ. Sic Anna Samuelis mater, dum, prolis ſpe ob ſterilitatem careret, & lacrymis, & gemitibus infelicitatem ſuam proſequebatur, etiam pungente eam Phenenna: &, *Cum eſſet amaro animo orabat ad Dominum flens largiter, & votum vouit*; 1. Reg. 1. 10 Spe autem plena, & ſi nondum concepto fœtu, *abijt in viam ſuam, & comedit, vultuſque illius non ſunt amplius in diuerſa mutati*. Ver. 18. Poſtquam peperiſſet autem non lætitia modo plena, ſed & prophetico ſpiritu, auſa canere futura prædixit, & fœcunditatem Eccleſiæ ſub ſuo ipſius typo prædicauit. *Exſultauit*, inquit, *cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalutari tuo*. Ver. 6. In hac autem Annæ lætitia, ob ſterilitatis infamiam depulſam, *Eccleſiam* ex Gentibus, *matrem ſcilicet filiorum lætantem*, agnouere de veteribus pleriſque, Auguſtinus, Gregorius, Iſidorus, Beda, Theodoretus, Procopius, Rupertus, Angelomus, Ildephonſus tolet. Alij Hinc illa apud Iſaiam: *Lætabitur deſerta, & inuia*. Iſa. 34. 1. Et: *Lauda ſterilis, quæ non paris*. Iſa. 54. 1. Quæ citans Paulus Gal. 4. 27. pro, *Lauda*, legit, *Lætare*. Haud ergo inepte *Eccleſia* gerens vterum, & magnam futuræ ſobolis ſpem ſuſtentans, crateri vino mero redundanti comparatur.

Quo ſenſu quidā de recentioribus.

Quanquam alio trahit, quod non patiuntur originalia.

Nec 72. authoritas.

Nec vulgatus, qui pocula pro potu poſuit.

Alio loco 72 etiā mixtum tranſtulere.

Plenitudinem ergo ad fœcunditatem vinum ad hilaritatem refer.

Cuius vinū Symbolum eſt.

In prægnante autem lætitiæ multa ſunt cauſæ.

Habes in Anna exemplum, ſolā ſpe prolis hilarē.

Ea autem ſuſcepta exultabūda fœcūditati ſuæ plaudit. Eccleſiæ Matris typus.

Quod veteres PP. obſeruauere.

Et Prophetæ prædixere.

Paulo interprete.

Cuiuſdam interpretatio, poculis non indigens, quia nihil habet quo mundari poſſit.
Ioan. 13. 10.
Mazeg, quid ſit Hebræis. Quid Græcis *κρᾶμα*.
Pſal. 74. 9.

Plenitudo fœcunditatē notat, Eccleſiæ, vinum lætitiam.

Vini, & mandragoræ vis ſimilis.

Multæ in prægnantibus lætitiæ cauſæ.
1. *Reg.* 1. 10. 18.

Annæ ſola ſpe prolis concepta lætatur.

1. *Reg.* 2. 1.
Exultatio poſt partum.
Anna Samuelis Eccleſiæ typus.
Pſal. 112. 9.
Auguſtinus.
Gregorius.
Iſidorus.
Beda.
Theodoretus.
Procopius.
Rupertus.
Angelomus.
Ildephonſus.
Iſai. 30. 4. 1.
Et 54. 1.
Galat. 4. 27.

EX VERSV II.

VENTER TVVS SICVT ACERVVS TRITICI, VALLATVS LILIIS.

COMMENTARIVS.

A Valida *Concipiendi vi partus fœcunditas eſt, & filiorum* procreatio: *Eccleſia* autem, multiplice beata ſobole, nunquam ea laude dignior fuit, quam poſtquam relicta Synagoga tranſijt ad Gentilitatem. Ideo ad hoc vſque tempus nec vmbilicus illius, nec venter omnino laudatur: vti-

que

que quæ, nondum marita, nec legitima prole impleri poſſet, nec onere poſito lætari; Ex hoc iam loco vtrumque habet, vtpote quæ & valida vi ad concipiendum donata, & mira facilitate ad pariendam prolem. Illud inſuper illius proprium encomium eſt, vt ſine noua prolis ſuperfœtate poſſit; ſemper prægnans, ſpemque futuræ prolis ſuſtentans, ſemper pariens, ac nouo partu Sponſum beans; ſemper lactans, & ſinu fouens filios ſuos. Pulchrè autem ea ipſa fecunditas, noua ſpe, ſemper ſuſtentata, *Aceruo tritici* comparatur, & quidem *Vallato Lilijs*; nam & *Triticum* fæcunditatis eſt Symbolum, & *Lilium* ſpei. Niſi velis in *Tritico* multiplicitatem potius innui filiorum, qui, quod in vna fide ſint coniuncti, *Aceruum* faciant: quod autem *Vallati* ſint *Lilijs*, pudicitiam, atque honeſtatem matrem teſtentur.

ENARRATIO.

EA tua fœcunditas, & vis ad concipiendam prolem ingens euentu comprobata eſt, & diſperſi omnem in partem quacumque patet orbis Apoſtoli verbi Dei iacto ſemine breui laborum fructum meſſes ſcilicet ſpectauere, quę ætate properata maturæ, atque percoctæ horrea tua, immo magis Chriſti Sponſi, repleuere. Beatum ſcilicet fuit concipere, ſed parturire beatius beatiſſimum autem tam breui prolem adoleſcere. Itaque filiorum multitudinem, è Gentilitate Chriſto ex te natam; & vna inſuper fide, ac caritate amplectentium ſeſe, & in vnam ſpem viuentium, aceruo tritici ſimilem pronunciamus, cum purgatum paleis aureo colore flaueſcit in area, gratumque ſpectaculum Domino prabet, qui ſolatia præterita operæ ſpectat in cumulo Perfecta autem ſimilitudo erit, ſi aceruata ſimplice arte farra lilia circunſtent, candore ſuo gratiam addentia. Nam & in frumenti cumulo futuræ proximæ vbertatis ſpes viuit, & in multiplice tua prolę noua nouorum filiorum gaudia Chriſtus iam ſpectat; nec enim, vt aliarum matrum, virtus tua ad generandum partu vno, vel altero moritur. Eadem enim te dies & vtero ferentem videt, & partu leuari, & ad motos ad vbera lactare filios aut gaudet, aut miratur. Erit hac diuturna felicitas, & matris caſtitatem fœcundam filiorum innumera multitudo teſtabitur; Dum effœta Synagoga, ſterilitate ſola infamis, ore noſtro traducetur ad poſteros.

NOTATIO XI.

SVM. COM.

VENTER TVVS.

I.

Ventris mollities, ciborum coquendorum officina, & conceptus receptaculum.

VEntrem *Molliſſimam eſſe, atque imbecilliſſimam corporis* partem, nullis oſſibus ſuſtentatam, alio loco monuimus. Eandem autem ciborum omnium recondi torium eſſe, vbi coquantur, &, quidquid vtile ad alimentum eſt, exprimatur natiua inteſtinorum facultate, etiam certum eſt. Vltimo in fœminis receptaculum eſſe prolis, dum non editur in lucem, vbi & alatur & ad partum matureſcat, haud neceſſe eſt dicere. Hinc factum, vt loco hoc ſententijs diſtracti Interpretes ſint, alijs alio reſpicientibus. Et quidem Iuſtus Vrgelitanus, & ex eo Angelomus, vt paſſim alias, *ventris* nomine eos intelligit, qui alimenta ſcripturarum percipiunt, & intra ſe condunt, ac ſeria digeſtione præparant, vnde membris cæteris & vires, & robur augeant; & ea, quæ ſalutaria ſunt intra ſe congerunt; Interpretatio minus huic loco apta, cum locis ſuperius alijs, Prædicatores agnouerint hi Authores, nec opus ſit ad eadem tam ſæpe redire. Ad *ventris* tum inertiam, tum capacitatem, &, quod caput eſt, ad imbecillitatem reſpexiſſe videntur plerique de veteribus, qui in eo fidelis populi multitudinem, & laxitatem agnouere: certe Gregorius M. *Aceruo* autem tritici ritè comparari, quia, dum operibus laudabilibus exercetur, in cœleſte horreum

Venter membrũ molle, ciborum conditoriũ, prolis receptaculũ.

Hinc interpretum diuerſitas.

Iuſtus. Angelomus. Aponius.

Nam quidam, aut accipiunt qui alimenta ſcripturarum in ſe condunt minus aptè.

Venter, qui alimenta ſcripturarum intra ſe cõdunt, & cocta membris alijs diuidunt.

Alij fideliũ multitudinem, & laxitatem.

Venter fidelis populi multitudo, & laxitas.

Lilia vero Sanctorum exempla.
Alij aceruum ad conſociationem fidelium in vna Eccleſia referunt.
Quidam ad incrementa virtutũ varia.
Cæteri fermè ad tropologiam reſpexere.

reum præparatur, exemplisque Sanctorum tanquam *Lilijs* munitur. Aliqua naturaliter Philo *Aceruum* ad conſociationem fidelium in vna *Eccleſia* retulit. Melius Caſſiodorus, cui Beda ſuffragium fert, vt ſolet, *Aceruo* comparatum *Ventrem Eccleſiæ* ideſt, plebis multitudinem, propter incrementa virtutum varia; alij enim imum locum, alij medium tenent, alij in ſuperiora contendunt; quemadmodum in cumulo grana locum eundem non habent. Subtilis hæc eſt, & neſcio, an nimia laboret ſubtilitate, ſententia. Veterum aliorum ſententias non examino; pertinent enim magis ad tropologicum ſenſum, de quo ſuo dicemus loco.

Gregor. Mag.
Aceruus cõſociatio fidelium in vna Eccleſia.
Philo Carpbat.
Caſſiodor.
Beda.
Aceruus eſt fidelium multitudo propter incremẽta varia virtutũ.

II.
Melius Honorius in ventre concipiendi vim, in tritico fœcunditatem agnouit.
Quamquam in applicatione exorbitauit.
Addunt recentiores in lilijs exaltationem, minus aptè.
Et ad ſolos religioſos arctant, nimis ſtrictè.
Nam & clericalis ordo ex ſui ſtatus ratione myſticæ proli vacant.
Quod Monacatui non conuenit.
Niſi ex adiuncto ſtatui munere.

Sed in hac ſe emicuit recentiorum ſtudium, quibus facem Honorius Auguſtodunenſis præbuit. Qui in *Ventre* concipiendi facultatem, in *Tritici Aceruo* fœcunditatem agnouit: in eo minimè laudandus, quòd Coniugatorum ordinem intelligit, quorum munus filios Deo generare, quos ille ſibi per baptiſmum adoptatos coniungat. Parum id eſt ad prægnantiſſimi loci enodationem, cum loquendi modus ipſe, & *Tritici* cum *Lilijs* coniunctio altius quiddam continere videatur. Doctus de recentioribus Interpres, qui totum hoc encomium de Religioſis familijs dictum arbitratur, in *Ventre* pariendi vim agnoſcit, in *Tritici Aceruo* fœcunditatem, in *Lilijs* exaltationem. Duo illa priora verè, & aptè dicuntur; poſtremum minus aptè, vt ſuo dicam loco; nec placet hæc arctare ad ſolos Religioſos; neque enim illis ſolis proprium eſt ſpiritales parere filios; pertinet id ex ſtatus ipſa ratione ad Clericos, quorum non defuere plures, etiam poſt inſtitutas religiones, qui ſtrenuis laboribus *Eccleſiam* Dei adiuuerint, multoſque illi pepererint filios. Dixi ex ſtatus ipſa ratione, quod Religioſi non Clerici non habent, ſed ex adiuncta ſui inſtituti lege; quique admiſſi ſunt ſuppetias laturi Clericis, non ad ſe tracturi omnem generandi ſpiritalem filios poteſtatem. Vt ab eo munere qui clericalem ſtatum arcere voluerit, iniuriam faciat *Eccleſiæ*, quæ per illos maximam, immo omnem adminiſtrationis ſacræ molem ſuſtentet ex inſtituta à *Chriſto* forma. Quanquam ſuæ etiam ſunt partes religioſorum ordinum aliorum, qui Clerici non ſunt. Sed tanquam auxiliarium operarum, non primarum partium miniſtrorum.

Honorius.
In ventre concipiendi vis, in aceruo fœcunditas deſignatur.
Alcazar.
Non ſolis religioſis datum myſticæ proli vacare.
Clericis ex ſtatus ipſa ratione proprium ſpiritales filios generare.
Religioſi nõ clerici, auxiliares clericis.

III.
Probabilius hæc ad totam Eccleſiã referemus.
Nam venter ad concipiẽdi munus pertinet ex S. S. vſu.
Cui ſæpè propter prolem benedicimus.
Venter ergo hoc loco ad connubialem rem ſpectat.
Cogitanda ergo Eccleſia multiplice ſobole ex Gentilitate fœcunda.
Cui Angeli hanc fœlicitatem gratulantur.

Multo ergo probabilius, & ad ſeriem rerum aptius, Eccleſiæ *Ventrem* ad totam *Eccleſiam* referemus, & quam concepto fœtu grauidam proximo induximus commate hic enixam, & multa beatam ſobole inducemus. *Ventrem* certe ad munus concipiendi, generandi, ac pariendi pertinere, multa probant: nam & filij *Fructus ventris* ſæpè dicti. Gen. 30. 2. Deut. 7. 13. &, 20. 8. 4. 18. & Pſal. 131. 11. &, Luc. 1. 42. Immo propter filios, laudes congeſta in vterum & *Ventrem* haud rariſſime. *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* Luc. 2. 27. tanquam in eum cui proles laudanda deberetur. Sic ſæpè arbori propter fructum benedicimus, & propter frugem terræ. Et quia à Deo omnis fœcunditas eſt, ideo ille dicitur & *vuluam concludere*, Gen. 20. 18. &, Reg. 1. 5. 6. &, *Priuare fructu ventris.* Gen. 30. 2. Quo fit, vt *Venter* omnino ad vxoriam rem pertineat, & filiorum procreationem. Iam mihi cogita Eccleſiam, feruide operi prædicationis incumbentem, votiſque, tametſi nondum factis, totam gentilitatem amplectentem, vtroque currentes ad Euangelium mortales infinito numero vt, ſacris aquis intincti, in Dei filios reformarentur, illius & imagine inſigniti, & ad hæreditatem vocati. Hæc gaudia ſcilicet Angeli prædicant; hanc felicitatem canunt, vni *Ventri Eccleſiæ* debitam, qui, ſemine verbi accepto, multiplicem, ſed & pulcherrimam prolem peperit Chriſto.

Hic locus ad totam pertinet Eccleſiam.
Ventris munus proprium concipere, & parere.
Gen. 30. 2.
Deut. 7. 13.
Et 28. 4. 18.
Pſal. 131. 11.
Luc. 1. 42.
Et 2. 27.
Gen. 20. 18.
1. *Reg.* 1. 5. 6.
Gen 30. 2.
Venter hic ad vxoriã rem pertinet.
Angelorum gaudia ex frequentia concurſorũ.

NOTATIO XII.

SICVT ACERVVS TRITICI.

I.
Ad fœcunditatẽ hic terræ permiſſæ reſpectum.
Quæ minimum trigeſſimum referre ſolita: ſæpè cẽteſimum.
Sed longè mirabilior tritici vbertas in Africa.
In qua ex vno modio cẽteni quinquageni.

TRitici *aceruum ad multiplicem prolem pertinere monuimus*, ſi maximè fœcunditatem eius terræ memineris, quæ ingenti fœnore ſemen commiſſum reddebat, vt, quæ minus eſſet fertilis gleba, trigeſimum redderet. Id intelliges ex Chriſti parabola ſeminantis. *Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.* Math. 13. 8. Sed & de Iſaaco dicitur Gen. 26. 12. *Seuit Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum.* Sed de *Tritici* ad multiplicandum vi audiendus Plinius eſt, haud in ijs, quæ videre ipſe potuit, indiligens author. *Tritico nihil eſt fertilius: hoc ei natura tribuit, quoniam eo maximè alat hominem, vtpote cum e modico, ſi ſit aptum ſolum, quale in Byzacio Africæ campo, centeni, quinquageni modij reddantur. Miſit ex eo loco Diuo Auguſto procurator eius ex vno grano, vix credibile dictu, quadringenta paucis minus*

Vbertas promiſſæ terræ.
Matth. 13. 8.
Geneſ. 26. 12.
Plin. lib. 18. *Cap.* 10.
Tritici fœcunditas.
Ex vno granò 400. ſpicæ.

Immo ex vno grano 400 ſpicæ. Ideo in tritico fœcunditas indicatu.

Eccleſiæ ex Gentibus fœcunditas tritico aptè deſignata.

minus germina, exſtantque de ea re epiſtola. Miſit & Neroni ſimiliter trecentas quadraginta ſtipulas ex vno grano. lib. 18. cap. 10. vt minimè mirum ſit, ad fœcunditatem Eccleſiæ ex gentibus indicandam *Triticum* vſurpatum, ſeminum nobiliſſimum, ac fœcundiſſimum.

II.

Id à Prophetis prædictum.

Sub diuerſo ſæpè ſchemate.

Et Eccleſia lætitia ex multiplicè ſobole prædicata.

Nam deſertũ Gẽtilitas eſt, ex VV. PP. ſenſu.

In quam transferenda gloria Libani, & Carmeli decor.

Et alias ſiticuloſa, aquarum abundantia conferẽda.

Vndè mira felicium arborum vbertas.

Quod tantum opus vnum decebat authorem habere Deum.

De ea fœcunditate multa à Prophetis prædicta. *Iſa* 35. 1. 2.

Lætitia Eccleſiæ ex multiplice prole.

Iuſt. Mar. Apol. 2. Orig. in cap. 15 Matth & lib. 2. contra Eccl. Nazian Or. 3. Euſeb. lib. 6. demonſt. 21 & lib. 9 dem. 13. Tertul. de Reſur. cap. 20. & lib 4. contra Mar. cap 8 Cyrillus in Iſaiã. Hieron ibidem. Chryſ tract quod Chriſtus ſit Deus. Lact. lib 4. Inſt. cap 15. Alij. Iſai. 51. 18. 19. 20.

Id autem, quod tunc geſtum eſt; ſæpè, & grandibus verbis ab ſacris vatibus prædictum, & cantatum eſt, ſæpè ſub figurarum vmbris indicatum. Eo pertinent illa: *Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Germinans germinabit lætabunda & laudans: gloria libani data eſt ei; decor Carmeli & Saron: ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.* Iſa 35. 1. 2. Quibus ſub alio ſchemate fęcunditas gentilitatis, hactenus ſterilis, deſignatur, lætitiam enim, & exultationem multa facient; ſed maximè tam mutata rerum facies, vt, ibi ante ſolitudo, & horror, ibi omnium felicium arborum deliciæ inuenirentur; haud minus quam in Hortorum cultiſſimis & irriguis. Deſertum autem hoc loco, vt terram inuiam pro gentilitate poſita omnium omnino veterum ſententia eſt. Si vnum alterum demas de recentioribus, nimis adhærentibus Rabbinorum inſanijs. Immo eſt Cyrilli Regula: *Deſertum appellare ſolet ſcriptura diuino ſpiritu tradita Gentium Eccleſiam quæ olim in illis erat, non habens e cœlo intelligibilem Sponſum:* (ſcilicet ad generandos filios) *Sed inopia laborans bonorum omnium, & quaſi nutrix ſpinarum ſiticuloſa, & aquis carens.* Et vt id non afferamus in argumentum, quod ſtatim ſubditur ſatis oſtenderet, cum dandam illi (ideſt transferendam in illam) gloriam Libani, Decorem Carmeli & Saron Propheta vaticinatur. Sic etiam loco alio: *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudinem Cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto Abietem, vlmum & buxum ſimul Vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & Sanctus Iſrael creauit illud.* Iſa. 51. 18. 19 20. Tantum ſcilicet opus non alium authorem agnoſcere decebat, quam Deum ipſum, cuius alto conſilio factum eſt, vt quidquid de ſobolis multiplicatione promiſſum Abrahæ fuerat, non in prole carnali, ſed in myſtica impleretur. Sed clarius ad rem ipſam etiam eadem ſeruata ſermonis forma, illa ſunt: *Lauda ſterilis* (72. *εὐφράνθητι*, *lætare*, quod ſequutus eſt Paulus. Gal. 4. 27.) *quæ non paris: decanta laudem & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij deſertæ* (viduæ, deſolatæ mariti conſortio carentis, ac proinde omni ſpe ſobolis ſpoliatæ) *magis quam eius, quæ habet virum, dicit Dominus, Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, & ſemen tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.* Iſa. 54. 1. 2. 3. Hanc ergo Eccleſiæ fœcunditatem in Gentibus per *Aceruum Tritici* ſignificatam loco hoc, & quidem aptiſſimè, arbitramur.

Idem alio ſub ſchemate deſignatũ. Fœminæ ſterilis multa prole donata.

Cui noua loca ad habitandum quærenda eſſent, ad omnem cœli plagam.

Gẽtilitatis e ſterili infœcundam mutata vbertas vnius Dei opus.

Iſai. 54. 1. 2. 3.

Deſerta, pro vidua, & viri conſortio deſtituta.

III.

Hic ergo Eccleſiæ fœcunditas indicata, & ſimul vnitas filiorum.

Cuius caritas mater eſt.

Paulo interprete optimo.

Cuius verba huic de ea re loco pro commentario ſint.

Vbertas Eccleſię ex Gentibus, ſimul quo vnitas.

Caritas vnitatis mater.

Epheſ. 4. 1.

Verba Pauli apti ad vnitatem hanc fidelium.

Sed ſimul etiam vnitatem, ac conſolationem fidelium ex Gentibus conuerſorum. Nam ſingula quidem ſunt grana, ſed in vnum aceruum accumulata, ſibi mutuo hærent, ſibi incumbunt: & quæ inferiorem locum obtinent, aliorum, qui ſuperiorem nacti, onera ſuſtinent. Facit id ſcilicet Caritas, quæ fidelium vinculum eſt, & omnia ſuſtinere docta, & ſui curam abijcere, dum aliorum commoda procuret. Habes in Paulo huius loci plenum commentarium. *Obſecro itaque vos, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in caritate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis noſtræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Epheſ. 4. 1. 2. 3. 4 5. 6.

IV.

Sed mirum eſt Eccleſiam aceruo, Chriſtum grano comparari.

Quod nõ videtur conuenire, cum omne connubium inter æquales ſit.

Nedum Aponius diſſoluit, ſed verbis obſcuris.

Nec ſatis aptè.

Ambroſius aptius ſed aliquantum obſcure.

Eccleſia aceruo tritici comparata, Chriſtus vni grano.

Ioan. 12. 24. 25.

Aponius.

Fideles à paleis ſeparati ſimiles Chriſto.

Ambroſius.

De vno grano Chriſto aceruus fidelium factus.

Et hanc quidem probabiliter obſeruata ſint. Illud maximè mirum eſt, Eccleſiam *Aceruo Tritici*, & quidem multorum granorum, ſimilem eſſe, cum Chriſtus illius Sponſus, vni grano, & quidem in terræ viſceribus mortuo, comparetur, S. D. E. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet: Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Ioan. 12. 24. 25. Magnum diſcrimen eſt, nec conuenire videtur, vt vni grano opponantur multa; mortuo viuentia, terræ clauſa viſceribus ea, quæ ſupra terram ſint. Et in tanto tamen diſcrimine ſit Eccleſia Chriſti Sponſa, illius, & Sponſus Chriſtus, cum coniugium omne inter æquales conſiſtat. Vidit id Aponius, nec ſatis aptè diſſoluit, ſimilia vni grano grana eſſe multa fideles. *qui iam à palearum leuitate ſeparati, grauitate morum, pudicitiæ lilijs circundati; illius ſplendidiſſimi grani tritici expreſſerunt in ſe imaginem, qui pro totius mundi vita in terra abſconſus eſt ſingularis, & in toto mundo pullulantia in ſe grana credentium reſurgendo porrexit.* Sed non ſinguli fidelium hic cum Chriſto comparantur, ſed vt vnum Eccleſiæ corpus conſtituunt, id eſt, vt aceruum vnum componunt, Indicauit ſenſum, ſed obſcurius, Ambroſius. lib. de Inſt. vir. Cap. 14. *Quia de vno grano tritici aceruus eſt factus, completum eſt illud Propheticum: Conualles*

abun-

Digitized by Google

Citatus Auguſtinus.

Qui Chriſtũ mortuum granum in infidelitate Iudæorum, viuum in fide Gentium, monet.

Auguſtinus: Chriſtus granũ mortuum in infidelitate Iudæorum, multiplicatum in fide gentium.

abundabunt frumento, quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit. Et Auguſtinus tractu 51. in Ioan. magis perſpicuis verbis. *Ipſe Dominus Ieſus erat granum mortificandum, & multiplicandum; mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide populorum.* Itaque ſolus eſt, vt multos generet; moritur, vt infinitos viuificet; abſconditur, vt ſplendido culmo maſſes, non modo repleant orbem, ſed & beent. Moritur apud Iudæos, vt eos deinceps velut mortuos abijciat; & quidquid felicitatis illis promiſſum fuerat, in alios transferat, quibus vita in Chriſto carior ſit. Seminat ergo ſeminator ſemen ſuum, vt de ingentis grano virtutis infinita proles exiſtat; Et qui de latere, cum mortuus eſſet, ſponſam Eccleſiam educturus, ſanguine fluxit, & aqua: aqua ad lauacrum, ſanguine ad pretium: iam ante in cruce moriens Eccleſiam ſibi ſuam multiplice fœnore fœcundaret: vt aceruis ſuis diuiſſa meſſis Domini ſpem impleret, & gaudia cumularet. Sit ergo Chriſtus Sponſus vnicum frumenti granum, ſit & mortuum, ſit, & terræ viſceribus conditum; haud aliter Eccleſia in cumulos ſurget, quam ſi mortui grani in ſe virtutem omnem tranſtulerit. Chriſtus enim mortuus Eccleſiæ ſemen eſt: & quidquid vberrimi fructus in plenis cumulis apparet, ſimilitudinem in ſe originis repræſentat, vt quiſquis aceruos tritici viderit, ei referat abundantiam, qui ideo ſolus iactatus in terram, vt multiplicatus in cumulos ſurgeret; & in Gentilitate Eccleſiam ſibi inſolubili connubij nexu ſociaret.

Moriente Chriſto moritur Synagoga, vt reſurgat Gentilitas.

Eccleſia de Chriſti mortuo latere educta, morientis fructus.

Nam mortuus Chriſtus Eccleſiæ ſemen eſt.

Eccleſiæ ſemen mortuus Chriſtus.

In quam virtutẽ omnem tranſtulit ſuam.

Et ſua ſimilitudine inſigniunt.

NOTATIO XIII.

VALLATVS LILIIS.

I.

Lilium candore, ſpecie, ſuauitate iure pudicitiæ ſymbolum.

Ideo quidam hoc loco de caſtitate accipiunt.

Quia fœcunditat Eccleſiæ ſit coniũcta.

Cuius, & puriſſimus conceptus, & partus eſt.

Iuſtus. *Angelomus.* *Aponius.*

Lilia pudicitiam ſignificant, cum fœcunditate cõiũctam.

Ambroſius.

Mater Eccleſiã eſſe non poteſt, niſi & virgo ſit.

LIliorum *Candor innocuus, & in candore puritas, &* in tota forma pulchritudo, & ſpecies, grataque ſuauitas, naribus, id merita eſt, vt honeſtatis Symbolum habeatur, & quidem merito. Ideo loco hoc plerique id agnouere, Aponius pudicitiam, Angelomus caſtitatem, Iuſtus virginitatem. Si hæc placeant, intelliges cum fœcunditate coniunctam integritatem, nec ad id ſignificandum quidquam aptius inuiniri potuiſſe, quam ſi *Aceruus Tritici Lilijs* circundaretur, & quaſi ſtiparetur: vt alterum ab altero decorem acciperet. *Eccleſia* ſiquidem, vt Ambroſius alicubi loquitur, *immaculata coitu, fœcunda partu, Virgo eſt caſtitate, mater eſt prole.* Nam vbi Sponſus eſt Agnus, permanet Sponſa Virgo. Hanc partus multiplex non deintegrat, Quin nec mater eſſe poſſet, niſi & virgo foret. Ne quis cum & vterum ferentem, & partu leuatam ſciret, quidpiam cogitaret, quale cæteris fæminis ſolet accidere in congreſſu, & partu. Probabile id eſt, idque ſequuti in Commentario ſumus ex parte.

II.

Alij in Lilijs exaltationem agnoſcunt.

Eſt enim fœcunditatis gloria ingens.

Habes in Anna Samuelis matre exemplum.

Quod maiore cũ ratione quadrat Eccleſiæ, olim ſterili, & à Synagoga deſpecta.

Iam fœcunda, vt poſſet æmula inſultare.

Alcazar. A fœcunditate ingens matribus gloria.

1. *Reg.* 2. 1. 7. 8.

Eccleſia multiplice prole fœcũda iure gloriatur

Eccleſia fœcunda ſynagogæ ſterili iure inſultat. 1. *Reg.* 2. 5.

De recentioribus quidam doctus interpres, in lilijs hic exaltationem agnoſcit, quod loco alio fusè oſtenderat, & vero negari non poteſt, ingentem fœcunditatis eſſe gloriam, ſi maximè ad conſuetudinem Hebræorum reſpicias, apud quos ſterilitas probro erat. Hæc illa fortaſſe gaudia, quibus Anna Samuelis mater exultabat. *Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. Dominus pauperem facit, & ditat; humiliat, & ſubleuat. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat.* 1. Reg. 2. 1. 7. 8. Quanto maiore cum ratione hanc exaltationem, & gloriam in *Eccleſia* de gentibus agnoſcemus? Illa, illa prius ſterilis, ac deſerta; illa abiecta, & à Synagoga ne oculo quidem dignata: Suſcepto verbi ſemine, ac concepto fœtu, infœcunditatis exuta infamiam, infinita prole beata, eo ſe ſenſit Sponſi beneficio dignitatis, atque honoris euectam, vt infra ſe eandem illam Synagogam deſpectaret; & olim inſultanti ſibi inſultaret ipſa. *Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt.* 1. Reg. 2. 5. Id fortaſſe ſint *Lilia Aceruo Tritici* circum poſita in Valli modum.

III.

Sed probabilius in lilijs ſpem deſignatam.

Flores enim pignora fructuũ ſunt.

Fœcunditas autẽ magnum coniugij bonum. cuius proles finis eſt.

Intererat autem intelligi, multa ſobola fœcunditatẽ Eccleſiæ non imminui.

Lilium ſpei ſymbolum.

Fœcunditas cõiugij myſtici magnum bonum.

Vis omnis humana ad concipiendum tandẽ ſeneſcit.

Sed longe probabilius eſt, in *lilijs* Symbola ſpei contineri, quod locis alijs obſeruatum eſt. Nam, quo ſpes boni à poſſeſione ipſa differt, eo flores à frugibus differunt: Et in illis velut in ſemine fructus, oppigneratus continetur. Florum autem in vniuerſo cenſu pulcherrimum *Lilium* eſt, ideoque iure ſpei futurorum bonorum pignus. Eſt vero fœcunditas hæc ſpiritalium filiorum maximum coniugij Chriſti cum Eccleſia bonum, quia & finis potiſſimus coniunctionis. Magni autem intererat, ſi intelligeretur ea Eccleſiæ mira multiplicatio in credentibus ex Gentilitate, quæ Angelorum oculis obiectabatur, non vim ad concipiendum tantæ Matris hebetare; quaſi, effœta virtute, omnis alia poſteritatis myſticæ ſpes præcideretur: quod inhumanis partubus ſæpè, immo & ſemper contingere ſolet; nulla enim tam fœcunda mater eſt, quæ parere tandem non deſinat; ſunt etenim concipiendi, pariendique facultati ſui ſtatus;

Digitized by Google

Quemadmodum alijs matribus ſolet contingere.
Niſi miraculo redditur ad concipiendum virtus.
Sicut non niſi miraculo mortuo vita redditur.

tus;&, quæ iuuenis valida vi domum repleuerat filijs,cum ſenio appropinquarit,ſuam mortem ſterilitate teſtatur, non iam de filijs cogitans, niſi miraculo effœta virtus excitetur. S. D. E. de Abrahamo. *Et non infirmatus eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum,cum iam fere centum eſſet annorum: & emortuam vuluam Saræ: pleniſſime ſciens,quia quæcumque promiſit, potens eſt facere.* Rom. 4. 19. 21. &, cuius in voluntate vitæ momenta ſunt ſita, in mortuos excitet, eius eſſe in poteſtate mortuam vuluam ſuſcitare, vt noua iterum prole glorietur. At Sanctæ *Eccleſiæ* concipiendi,generandique facultas ætatem non ſentit;nec partuum frequentia redditur imbecilla; quin potius, quæ rara eſt in fœminis, & inter portenta ferme numerata, ſuper fœtatio, illius laus de potiſſimis vna eſt. Fœtum ergo ſemper ſuper inducit fœtui; nec vlla vnquam dies partu leuatam vidit, quin eadem illam concepto fœtu plenam miraretur: & ſemper poſtrema proles naſcendi viam nouæ monſtraret; vt de ea poſſis dicere:

Rom. 4. 19. 21.

Eccleſiæ ad generãdum vis ætatem nõ ſenſit.

Eccleſiæ laus ſuperfœtatio.

Eccleſia autem in eo ætatem non ſenſit.
Quin illius laus ingens ſuper fœtatio eſt.
Et nouiſſima proles ad nouã via.

Vno auulſo, non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Virgilius.

Aut quod de arbore illa dicitur: *Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuum.* Apoc. 22. 2. Sit *venter* illius ſimilis *aceruo tritici vallato Lilijs*,& qua nouæ ſæpè ſemper prolis partu gloriatur, floribus ſpem nouæ poſteritatis ſuſtentet. Eodemque tempore & triticum in horrea condat,ſuoſque per cumulos numeret;& meſſem in herba videat; & ſemen ad nouum conceptum ſuſcipiat, paritura progeniem parenti ſimillimam. Abeſt enim ab illa illaudabile illud encomium; *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* Iſa. 9. 3.

Apoc. 22. 2.

Ideo venter illius vallatur lilijs, quod nouæ prolis ſpem ſemper ſuſtinet.
A qua ſcilicet abeſt illud. Multiplicaſti gentem, nõ magnificaſti lætitiam.

Eccleſia eodem tempore ſemen ſuſcipit, meſſem in herba videt, & horrea implet

Iſai. 9. 3.

III.

Nec ſine cauſa vallatus voce caſtrenſi dictus venter.
Sunt enim filij fecunditatis munimentum.
Sunt enim velut vitis propagines, aut olearum Stolones, in morientium de pactis locum.

Nec ſine cauſa putamus dictum, *Vallatus Lilijs*, quod vocabulum, de medijs petitum caſtris, in pace id innuit, vt quemadmodum militares copiæ vallo, ac foſſa ad munimentum coronantur, vt omnis illarum ſalus à munitionibus ipſis ſecuritatem accipiat; ita fœcunditas ipſa in filiorum multitudine obſidem, vademque ſpem viridem ſemper habeat, ne decedentibus quo caſu filijs, aut morte tranſlatis, non eſſent qui in eorum locum ſubſtituerentur, vt ordo conſtaret, & numerus. Ideo de illa dictum eſt. *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Pſal. 127. 3. vtrumque enim ad rem connubialem ſpectat: cum & vitis palmites propaginentur,& in decedentium locum depangantur; & Stolones oliuarum in ſimilem creſcant ſpem. Eſt ergo multitudo filiorum Eccleſiæ propria felicitas,ſed quam *Lilia* ſpei *conuallent*, ne quo caſu multitudo minuatur.

Caſtum coniugum filijs tanquam vallo munitum.

Pſal. 127. 3. Vitis,& olea caſti cõnubij ſymbola.

VERSVS III.

DVO VBERA TVA SICVT DVO HINNVLI GEMELLI CAPREÆ.

COMMENTARIVS.

LOCO *Alio, quo hæc eadem verba continentur, aliter interpretati ſumus*, quod rerum ipſe ordo id videretur exigere,& interpretationis conſequentia. Hic fontes duos accipimus Theologicæ, ac moralis doctrinæ, ſemper in Eccleſia abundantes, quorum alterum credenda, alterum agenda proponit; quin in tradenda ea doctrina, quæ ad dogmata ſpectat, quæque ad mores, falli Eccleſia poſſit. Sunt autem *Hinnulis gemellis* ſimiles, propter ſimplicitatem, ſucculentiam, coniunctionemque; ſe enim, vel vt eodem editæ ſorores partu, fouent,& amplectuntur, quin in re vlla altera alteri ſuccenſeat. Vtroque autem hoc vbere teneriores aluntur Eccleſiæ filij: quod tunc maximè verum fuit, cum, recens adductis ad Eccleſiam gentibus, doctrinæ Vtriuſque lac inſtillandum fuit: tunc enim vere infantes, Lactenteſque, lacte eos ali, non ſolido cibo, oportuit. Ideo loco hoc, cum de alio Eccleſiæ ſtatu agitur, iam ſcilicèt matris, de *Vberibus* ſermo eſt; proximum enim erat, vt quæ infinito numero pepererat filios, *vbera* illis ſalutari redundantia lacte oſtenderet, ad ſeque allicere auidos lactis infantes. Cogita Angelos his loquutos fuiſſe verbis Eccleſiam.

ENARRATIO.

TANTA Matrem prole fœcundam vberibus ad nutriendam deſtitui non decebat: ne quæ pepererat filios, alijs nutriendos committere cogeretur, forſitan & in alieno lacte alienis moribus imbuendos, mutandoſque. Nec ea in te vbera, myſtici lactis promptuaria, ſua laude priuanda ſunt, à candore, æqualitate, ac ſororia ſimplicitate, & ſaluberrimi laticis abundantia. Nam quis duplicem doctrinæ fontem in te, quibus teneram prolem ad adultiorem ætatem firmas, conſideret, Theologicam ſcilicèt, & morum diſciplinam, qui non in tantæ ſpeciei laudes cogatur? Quanta vtriuſque ſimplicitas! quantus candor? Quanta ſe inuicem ſocietate fouent, & vires conſiliumque communicant! Quam vbere turgent latice præceptorum, quam dulci, quam ſalubri, quam ad teneram adhuc ſobolem nutricandam accommodato! Vere nunc te duplice matrem titulo pronunciamus, & quia genueris de tuis viſceribus filios, genitoſque pepereris. & quia ſinu tuo ipſius fætus, vberibus admoueris, tuo lacte nutriendos: vt quam naturam diuinam fide communicaras, & gratia, præceptis traditis conſeruares, augereſque.

NOTATIO XIV.

DVO VBERA TVA SICVT DVO HINNVLI GEMELLI CAP.

SVM. COM.

I.
Hæc cum ſuperioribus nectere facile eſt.

Nã decebat, quæ mater eſſet donari vberibus.

Quod obſeruatum ab Aponio.

QVANTA *Cum probabilitate ſuperiora duo commata de* fæcunditate Eccleſiæ, multiplicequе in Gentilitate prole, fuerimus interpretati, vel ex hoc loco ſatis confirmatur: cum ei, quæ iam mater eſſet filiorum, nihil neceſſarium magis eſſet, quam abundans lactis copia, ad nutriendos infantes adhuc. Id nunc obſeruamus, tum vt nexum horum cum proximis oſtendamus; tum vt interpretationis probabilitatem. Vidit hoc Aponius perſpicace oculo. *Hoc igitur ratio naturæ poſcit, vt cum impletus fuerit ex conceptu fœmineus venter, horrea lactis in augmento vberum conſtruantur.* Hæc Aponius; quanquam in ratione interpretandi diuerſam viam ineuit ab ea, quam nos calcamus.

Eccleſiæ tunc data vbera, cum mater effecta eſt.

Aponius.

II.
De vberibus autẽ non vnus omniũ ſenſus.
Quibuſdam duo ſunt teſtamenta.
Alijs duplex doctrina ſcripta, & non ſcripta.
Alijs Doctores.
Quibuſdam regimen profanum, et Sacrum.
Alijs Apoſtoli Petrus, & Paulus.
Probabiliter dicta omnia, non item quod Ruperto placuit.
Gemellos hinnulos vtrumque populum eſſe.
Quod analogia non patitur.

Sed in ſenſu arcano tradendo, ac myſtico *Vberum* ſignificatu, non vna omnium ſententia eſt; quanquam omnes, certe plerique ſenſus affinitate quadam conueniunt, nec extra analogiæ leges, quod maximè conandum eſt: ita incertum eſt, quid maximè ſequare; cum omnia non difficile videantur poſſe aptari. Quidam duo teſtamenta interpretantur, in quibus, tanquam in *vberibus* multo lacte diſtentis, ea doctrina continetur, quæ ad nutriendos ſpirituales filios neceſſaria eſt. Sic Iuſtus Philo, & de recentioribus quidam non indocti. Alij malunt intelligere duas rationes legum, quarum ſemper in Eccleſia par fuit authoritas, ſcripto tradita, & ſine ſcripto, quas traditiones appellamus. Sic quidam de Doctiſſimis noſtræ ætatis. Alij Doctores intelligunt, quorum eſt ſub omni Eccleſiæ ſtatu ad populi captum doctrinam accommodare. Aponius, Angelomuſque ita interpretantur. *Hinnulis* ſimiles eſſe propter conformitatem ac doctrinæ conſenſionem. Alij regnum & Pontificatum, gemino enim hoc regimine Eccleſiæ filij nutriuntur, aut Doctrinam & Sacramenta, perquæ pabulum Eccleſiæ proli præparatur: aut duos Apoſtolos Petrum, & Paulum qui nutritij Eccleſiæ non ſinè cauſa dicti ſunt. Probabiliter omnia hæc dicuntur. Illud non item quod Honorio Auguſtodunenſi video placuiſſe, bono alioqui Authori, qui *vbera* per metonymiam Lactentes ipſos intelligit, *quaſi dicat*, inquit, *Hi qui lactati ſunt lacte vberum tuorum, vel qui inſtructi ſunt doctrina vtriuſque legis doctorum, ſunt ſicut duo populi ex Iudæis & gentibus ſub Apoſtolis conuerſi, qui fuerunt hinnuli, quia ad ſtudia religionis aſcendentes: gemelli, quia in gemina dilectione feruentes, filij capreæ bonas herbas à noxijs eligentes.* Id minimè probabile eſſe, analogiæ ipſa ratio, & orationis ductus perſuadet. Nam certè eadem vbera ſunt, nec alij hinnuli, quibus illa comparantur: vbera autem eoſdem eſſe non poſſe, qui vberibus aluntur, planum eſt. Mitto hæc ad reliquias Synagogæ referri ab illo, quod ſupra reiectum eſt.

Eccleſiæ vbera, duo teſtamenta.

Iuſtus Vrgel.
Philo Carp.
Angelomus.
Vbera Eccleſiæ ſcriptura, & traditiones.
Doctores, vbera.

Aponius.
Angelomus.
Vbera Pontificatus, & Regnũ.

Vbera Petrus, & Paulus.
Honorius Auguſt.

Vbera atq; hinnuli idem ſunt.

Nos

III.

Probabiliſſimum vbera Dogmaticã ac moralem doctrinã accipiemus.

Quod qui Doctores interpretati ſũt voluiſſe videntur.

Nam lac vtriuſque doctrinæ proprium Eccleſiæ bonum.

dogmatica, ac morũ doctrina, vbera Eccleſiæ.

Apoſtoli geruli, & Eccleſiæ miniſtri ad filios nutriendos.

Eccleſia filiorũ mater,& nutrix.

Nos *vbera* ad doctrinam Eccleſiæ, quæ lactis habet vicem referenda exiſtimamus, ad geminos ſcilicèt Eccleſiæ fontes dogmaticæ, ac moralis doctrinæ, quarum altera credenda, altera agenda monſtrat. Vtrumque enim Chriſtianæ Eccleſiæ tam eſt proprium, vt in potiſſima Eccleſiæ dote donum vtrumque numeretur. Nec aliud voluiſſe puto, qui Doctores maluere accipere. Sunt enim DD. velut *vbera* quædam lacte multo diſtenta ad nutriendos Eccleſiæ filios, ipſe DD. gerulorum potius officio fungi dico, aut certe canalium, per quos Eccleſiæ ipſius inſtitutio in populum manat. Itaque lac doctrinæ proprium Eccleſiæ bonum eſt, quæ de puro latice alimenta filijs non vno modo diſpenſat; miniſtriſque vtitur ijs, quos in id munus deſtinauit, vt in ea re illius velut inſtrumenta eſſent, perquæ id ageret, vt doctrinæ lac paruulorum filiorum labijs admoueretur. Sit ergo illa quemadmodum omnium mater, quæ felici partu enixa eſt, ita etiam nutrix, quæ, quos ſemel ediderit, vberibus ſuis admotos, ſuſtentet.

IV.

Nec ſine cauſa vberum geminata laudatio.

Propter diuerſum Eccleſiæ ſtatum ſub lege, & ſub gratia.

Magni autem intereſt alimenti natura ad mores.

Præſtatque iuuenis lac ſeneſcentis lacti, ac languido.

Et de iuuenibus mammis, auidius pueri ſugunt, & vtilius.

Et ſæpè effeti lactis incõmoda colore teſtantur.

Ideo effetæ nutrici Synagogæ, Eccleſia alimentis ſubſtituta.

Hæc cauſa eſt cur laudatio vberum repetita ſit.

Nam ex eo tempore Eccleſiæ filij lactis ſalubritatẽ meliore colore teſtantur.

Quod monitum à Bernardo ex collatione Baptiſmi cũ circumciſione.

Vberum encomium cur geminatum.

Doctrinæ lac diuerſum pro diuerſo ſtatu Eccleſię.

Lactis qualitas magni momenti ad nutriendam prolem.

Lactis qualitatẽ pueri colore teſtantur, & valetudine.

Effœtæ nutrici Synagogæ iuuenis Eccleſia ſubſtituta.

Eccleſiæ filij colore morum, ac vitæ ſanitate, lactis bonitatem monſtrant.

Illud hic quæri merito poteſt, cur hoc *vberum* encomium geminatum hic ſit, cum iam ſuperius Cap. 4.5. actum de *vberibus* eſſet? Hanc Quæſtionem, vel nullus veterum, vel pauci admodum agitauere, ſed non deeſt probabilis ratio: nam non ſine ratione idonea totam laudationem pænè per ſingula commata repetitam, monitum ſuperius eſt. Ea ratio ex diuerſo Eccleſiæ ſtatu ſumenda eſt. Nam loco illo Cap. 4. 5. de Eccleſia ſub Moſe Sermonem eſſe monuimus: hic de Chriſtiana ſermo eſt: quo ergo differunt inter ſeſe gemini hi ſtatus Eccleſiæ, eo etiam myſtico ſignificatu *vbera* diuerſa ſunt,& lactis non eadem ſubſtantia, ſed cuique ſtatui pro captu accommodatio. Scis quanti interſit alimenti ipſa ſubſtantia ad puellos nutriendos, vt potens ſit ad naturam mutandam, vel in deterius, vel in melius. Immo quanto præſtet lac iuuenis, ac robuſtæ de vberibus nutricis exſuctum, ei, quod de vberibus ſeneſcentis, & parce,& ſteriliter exprimatur. Nam & nutriendi vis in illo robuſtior,& abundantia maior, & ſapor ipſe palato gratior eſt. Id facit, vt, & auidius papillis hæreant infantes,& ſalubrius hauriant,& bonitatem alimenti colore,& vegeta totius corporis ſanitate teſtentur. Contra ſi de non iuueni vbere lac,& parce quidem, exſuxerint: & languido cutis colore,& imbecillis viribus, totiuſque corporis macie, etiam tacentes defuiſſe ſibi ad nutritionem alimenta clamant: eique malo vnum remedium ſolers parentum cura nouit, nutricem iuuenem ſanam robuſtam ſubſtituere. Ea à Deo indulgentiſſimo filiorum ſuorum parente, adhibita cura eſt; ne alimenti aut parcitate, aut languore infeliciter filiorũ nutritio procederet. Effœta namq; Synagoga, ac vix de ſeneſcentibus vberibus lacte manante, eoque non languido ſolum, ſed inſalubri,& noxio: nutricem nutrici ſubſtituit, & Synagogæ Chriſtianam Eccleſiam, iuuenem ſcilicèt,& hilari quadam virtute robuſtam, cuius è ſinu turgentis lacteo latice filij nutrirentur, in certam ſpem poſteritatis. Iure ergo ſecunda vberum laudatio inſtituta eſt eo tempore, quo conuerſa Eccleſiæ cura ad Gentilitatem, cæpit fœcundiſſima mater parere filios multos, eoſdemque vt lactaret ipſum matris officium expoſcebat. Ex eo tempore noua proles Chriſti ſponſi familiam cæpit augere, ac bonitatem, ſalubritatemque lactis, quo nutriebatur, & morum colore, & vitæ ſalubritate, & innocentia teſtari. Atque id eſt, quod alio ſub Schemate monuit Bernardus, circuncisionem olim Synagogæ vnius membri præſcriptam, cum totius corporis baptiſmate, integra in aquas merſione, ex vetere ritu, comparans. *Sicut enim paruulus adhuc in fide, ac dilectione populus congruum ſibi mandatum exiguæ circumciſionis accepit: ſic, vbi creuit in virum perfectiorem, toto iubetur corpore baptizari, quæ totius eſt hominis integra circumciſio.* Serm. 1. de Circunſ. Renatis autem per baptiſmum, & in nouam naturam mutatis, nouo alimento fuerat opus. Id eſt quod Petrus dixit: *Deponentes igitur omnem malitiam,& omnem dolum, & ſimulationes & inuidias, & omnes detractiones* (en baptiſmi effectum: en naturæ mutationem) *ſicut modo geniti infantes, rationabile, ſine dolo lac concupiſcite & in eo creſcatis in ſalutem.* (En ſalubritatem,& ab exſuctu ſaluberrimi alimenti totius corporis ſanitatem) *Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.* 1. Pet. 2. 1. 2 Quid eſt quod de guſtu monet, & lactis dulcedine? Hic maximè verum illud dictum vulgare puto, quod & in medicina ſuam rationem habet *Quod ſapit, nutrit.* Nam certè exquiſitus ſaporis ſenſus ad guſtandas dapes, diſcernendaſque, argumentum ſanitatis eſt, & robuſtæ valetudinis: quæcumque autem talis in paruulis eſt, id præſtat, vt & auidiſſimè *ſugant*, & valide coquant, & vtiliter tranſmutent alimentum, illiuſque præſtantiam exterius indicent. Vt non ſine magna cauſa addiderit Apoſtolus: *Si tamen guſtaſtis*; argumentum perceptæ ab lacte myſtico vtilitatis, ac valetudinis, ab exquiſiti guſtatus indicio ſumens. Atque ex his cauſis factum arbitramur, vt encomia *vberum* Eccleſiæ loco hoc geminarentur, quod ad alium ſtatum hæc pertineant.

Quia renatis per aquam noua alimenta parata ſũt.

Qui locus à Petro luculenter tractatus.

Qui Eccleſiæ lac, rationabile, ſine dolo, nuncupauit.

Ac de guſtu monuit, quia quod ſapit nutrit.

Et exquiſitus guſtatus, ſanitatis indicium eſt.

Nec alia geminati encomij cauſa eſt, quam diuerſus Eccleſiæ ſtatus.

Bernardus. Circũciſio vnius membri, baptiſmus totius corporis ablutio.

1. Petr. 2. 14.

Lac Eccleſiæ rationabile,& ſine dolo.

Exquiſitus guſtatus Sanitatis inditium.

Encomia vberũ cur geminata.

NOTATIO XV.

SVM. COM.

SICVT DVO HINNVLI GEMELLI.

I.

Vberum cum hinnulis comparatio, in hilaritate, ſucculentia, æqualitate, & alliciendi vi.

Eas dotes in genitrice Eccleſia doctrina agnoſcimus.

Hilaritatem in ratione tradendi doctrinã, placide amanterque.

Succulentiam in doctrina ſalubritate, & vtilitate.

Qua nec fallere, nec falli poteſt.

Ideo lac Eccleſia ἄδολον, ſine dolo, dictum.

Quæ propria illius eſt dos, vt falſitatem non agnoſcat.

Ideo dicta columna, & firmamentum veritatis.

In quam præualitura inferi portæ non ſint.

II.

Æqualitatem in origine, ſimilitudine, & ætate.

Et mutua concordia inter illas.

Com. Dramat. cap. 4.

Com. hoc ſupra cap. 4. Not. Hinnulorum cũ vberibus ſimilitudo in quo ſita.

Eccleſiæ ſtudiũ in accommodãda doctrina filijs.

Hilaritas in tradenda doctrina.

Prou. 9. 4. 5. 6.

Doctrinę Eccleſiæ ſalubritas, & vtilitas.

Lac Eccleſiæ ſiné dolo, & fraude, aut errore.

1. *Timot.* 3. 15.

Auguſtinus.

Eccleſia cur dicta columna, & firmamentũ veritatis.

Matth. 16. 18.

Eccleſiæ doctrinæ vtriuſque æqualitas, & concordia.

Gemellæ ſorores.

QVO *eat comparationis vis, alio loco dictum eſt, ſiuè ſenſum* corticis quæras, ſiuè arcanam intelligentiam. Hic breuiter applicanda eſt. In *Hinnulis hilaritatem, ſucculentiam, æqualitatemque* conſiderauimus, quæ virtutes etiam *vberum* eſſe propriæ ſolent, alliciendis infantibus: In vtroque autem doctrinæ fonte, credendorum, & agendorum, quæ diximus *Vbera* eſſe hoc loco, omnes illas dotes agnoſcimus: & in matre Eccleſia ſtudium ſeſe accommodandi ad cuiuſque captum, & ad ſeſe alliciendi Gentilium populos, ea inſtillata ſenſim & per partes doctrina, niſi fontis omnem ſolueret vim, exuberante latice potius obrueret, quam lactaret teneram ſobolem. Itaque hilaritas in tradendi doctrinam ratione eſt, alliciendique, & inuitandi placide amanterque; ſicuti faciebat illa cum diceret. *Si quis eſt paruulus veniat ad me. Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Relinquite infantiam & viuite, & ambulate per vias prudentiæ*, Prou. 9. 4. 5. 6. Succulentia autem ad lactis ſiue doctrinæ, non abundantiam modo, ſed ſalubritatem pertinet; quod etiam pro primum Eccleſiæ donum eſt, vt in inſtillanda filijs doctrina nec fallere poſſit nec falli. Id voluit Petrus cum diceret: *Sicut modo geniti infantes rationabile, ſine dolo, lac concupiſcite*. 1. Pet. 2. 2. Græcè vnicum vocabulum eſt: ἄδολον, ac cum lacte conuenit, quod *ſine dolo* dicitur, quod ſine periculo ſugatur; nulla ſcilicèt qualitate noxia mutata, ſed ſimplice candore, ac bonitate ſe probans: id autem proprium eius liquoris eſt, cum de ſanis nutricum, aut matrum corporibus, *vberibuſque* ſtillatur. Eſt ergo ea *Eccleſiæ* propria dos, vt doctrina illius ſana ſit, nec illa poſſit falſitate aut errore infici. Ideo dicta, *columna & firmamentum veritatis*. 1. Tim. 3. 15. Vt monuit Auguſtinus Com. in Pſal. 47. *ob certitudinem dogmatum inuiolabilem, cum Iudæi* (adde & Hæretici, & cæteri infideles) *verſentur in vmbra*. Ideo prædictum: *portas inferi aduerſus eam non præualituras*. Matth. 16. 18. quod non modo ad ſecuritatem, ac durationem ſpectat; ſed etiam ad hanc doctrinæ ſimplicitatem, ſanitatemque, nullo errorum cœno miſcendam: aut inſalubri latice inficiendam.

Tertium æqualitas eſt, ac velut ſororia coniunctio; eadem matre vtraque doctrina genita, eodem diuino ſemine, id eſt, ea, quæ delurium eſt ſapientia, ſata, eodem edita partu eſt, nullo temporis ordiniſue diſcrimine. Ita nulla de maioratu contentio, nulla de hæreditate lis. Complectuntur ergo ſe mutuo, & quidquid vtriuſque proprium bonum eſt, in commune conferunt bonum, nec illas voces agnoſcunt, omnis belli ſeminarium, meum, ac tuum. Ideo gemellis hinnulis comparantur, quos natura, ac nutricatio æquales fecit.

VERSVS IV.

COLLVM TVVM SICVT TVRRIS EBVRNEA.

COMMENTARIVS.

IN *Collo animi excelſitatem commendari exiſtimamus.* Ceruix enim eſt, quæ caput non modo ſuſtentat, ſed & ſuſtollit, vt cæteris emineat membris, tanquam in arce quadam, vnde in inferiora deſpectet. Eſt ergo ceruix non curuata, non demiſſa, ſed recta ſe ſurrigens, excelſi animi, minimeque abiecti, & ad ima demiſſi Symbolum. Et quanquam, cum ex faſtu, ac ſuperbia ea erectio prouenit, in vitio ponitur; cum ſolam mentis excelſitatem, haud facile ſe ſinentem ad ima, & abiecta, atque indigna deduci, matrem agnoſcit ingentis laudis materia eſt. Ritè autem *Turri eburneæ* comparatur, in altero enim rectitudo, quæ potiſſima ædifi-

ædificiorum maximè turrium dos eſt, vt perpendiculariter erigantur, ſignificatur; in altero candor nitor, ſimplicitas, firmitudo: quæ eius mentis excelſitatis, ac magnitudinis velut pediſequæ ſunt virtutes, ſine quarum ſocietate laude digna eſt. Eius autem hoc loco virtutis meritò mentio eſt iniecta, cùm nihil magis neceſſarium ad tantum facinus eſſet, quantum Gentium ad Eccleſiam vocatio fuit, quam ea animi magnitudo, ac mentis excelſitas, qua Sancta Eccleſia nullis turbata procellis, nullis incurſibus de ſede mota, nullis fluctibus aduerſantium aquarum obruta, ſuperior ſemper, arduo vertice omnia deſpexit; nullis retardata obicibus, quo ad nobili victoria & triumphos ageret, & trophæa erigeret. Audi, niſi graue eſt, hæc Angelos ſuis verbis dicentes.

ENARRATIO.

AB vberibus vtriuſque ſcilicet doctrinæ fontibus ſalubri lacte turgentibus, ad collum, quod vberibus imminet gradum facimus, excelſitatem mentis dicimus, & animi illam magnitudinem, ac generoſitatem, qua velut ſuperior rebus omnibus, quidquid eſt aliud infra te ſuſpicis, nulla mole turbanda, aut obruenda. Ea virtutibus cæteris velut neruos addit, & oſſa, omnemque tribuit firmitatem; ne vel in aduerſis deſpondeant animum, vel cedant ingruentibus malis. Itaque velut ex edita, ſeſeque nubibus inſinuante arce, cuncta deſpectas; & quidquid humani faſtus, aut maieſtatis eſt, vel rides, vel negligis. Magnum id ſcilicet, & diuinum eſt, quo ſatis, ſi alia deſint omnia, ſponſam te Chriſti probas; qui, maieſtate communicata, ea etiam excelſitate, quæ Dei propria eſt, omnino donauit. Ea ſcilicet dote auxit vxorem, qua nulla ad grande facinus, quod aggrederis, neceſſaria magis eſt. Eam autem & candor, & ſimplicitas, & innocuus nitor commendant; ne quid addititium, aut arte quæſitum, ſed ingenita omnia videantur: quæ vitia omnem humanam excelſitatem infamant. Cogita turrim, quæ directis in rectum muris, nutibus ſeſe inſinuet, & cælo ſit proxima; Sed non crudi cæmento, aut laterculo cocto, aut dolatis ſaxis erecta, ſed ebore puro, in quo & candor læuorem pronocet, & læuor nitorem. Huic nos turri animi hoc bonum tui ſimile pronunciamus.

SVM. COM.

NOTATIO XVI.

COLLVM TVVM.

I.

Colli diuerſa munia.

Inſtrumentum vocis.

Ideo quidam Doctores accipiunt.

Vel quia canalis eſt tranſmittendis cibis in membrorum alimenta.

Alij malunt intelligere Sacerdotum ordinem: qui eſt capite Chriſto membra coniungunt.

Et quia collum oneribus ferendis deſtinatum.

Quidã in eo martyres intelligunt, quod non admodum aptum eſt.

QVia *Colli diuerſa ſunt munia, quiſque id potiſſimum* in eo conſiderauit, quod, iuxta eam quam iniuit viam, vero ſimilius viſum eſt, vt inde ad arcanum ſenſum ſecundum analogiæ rationem ſe transferret. *Collum* per magnam arteriam vocis inſtrumentum eſt; ſpiritus enim è pulmonibus emiſſus ac collo exceptus, oris organis temperatus, in voces formatur, & verba, quibus animi ſenſa foras emittimus, alijs intimanda. Id pleriſque placuit: ideoque in *Collo* vel Doctores, vel Prædicatores accipiunt. Caſſiodorus, Greg. Papa, Beda, Anſelmus. Quanquam & Caſſiodorus in *Collo* illud etiam obſeruauit, velut canalem eſſe per quem cæteris membris alimenta miniſtrantur, quod etiam Doctoribus conuenit. *Colli* aliud proprium eſt, vt ſcilicet caput cum reliquo iungat corpore, atque influxu illius partus cæteras irriget, quod loco nos alio monuimus: Ideo Philoni magis placuit, hic Sacerdotum ordinem agnoſcere, quorum id munus eſt propium, vt Eccleſiæ membra cætera cum Chriſto capite iungant, alimentoque corporis & ſanguinis Chriſti nutricant, ſuſtentent que; donec adoleſcant in viros. Id alio loco à nobis probatum eſt, *Collum ſubiectionis indicium eſt*, iugoque Chriſti ferendo accommodata pars: ideo Aponius in eo Martyres agnoſcit, *qui colla ſua ſub iugum ſeruitutis Chriſti mittentes nunquam ſubducunt*; *& exem-*

Variã colli munia.

Collum vocis inſtrumentum. Doctores, ac Prædicatores.

Caſſiodorus.

Gregorius PP.

Beda.

Anſelmus:

Collum canalis ad trajiciendum cibos, ſic Doctores.

Supra cap. 4.

Collum nexus corporis cũ Capite: Ordo Sacerdotum.

Philo Carp.

Collum ſubiectionis indicium.

Martyres.

Aponius.

Digitized by Google

Alij ſcripturarum notitiam, quod non accommodatè dicitur.

Quidam vim rationis interpretantur, quæ ſenſum menti connectit.

Sed Philonis ſententia probabilior de Sacerdotibus.

& exemplum martyrij à capite Chriſto ſuſceptum ad totum corpus Eccleſiæ, poſteris futurum traſmittant. Id nobis ſatis videtur violentum eſſe, nec admodum probabile. Scripturarum notitiam mauult intelligere Iuſtus Vrgelitanus; Nec ſatis intelligo, qua analogiæ ope id dixerit, nulla enim apparet. Denique tres apud Thodon. PP. per collum Eccleſiæ *vim rationis intelligunt, quæ, vt collum capiti totum corpus reliquum, ita menti ſenſum connectit, & inſtar turris per virtutem à rebus carnalibus ad ſpirituales, ac cœleſtes extollitur.* Hæc malui illorum verbis, quàm meis exprimere, de quibus quod meum ſit iudicium non dico, quia haud ſatis intelligere me fateor. Sed, ſi qua harum interpretationum mihi amplectenda eſſet, illa certe Philonis eſſet, qui de Sacerdotibus interpretatur, quam & Cap. 4. probaui.

Collum ſcripturarum noticia, *Iuſtus Vrgel.*

Tres Patres. Collum, vis rationis, quæ ſenſum æmeret connectit.

II.

Eam autem hic minimè amplectimur.

Quia ad noſtrum ſtilum minus aptari poteſt.

Qui omnia hæc de virtutibus Eccleſiæ interpretati ſumus.

Quia ſcilicet ad aliũ Eccleſiæ ſtatum pertinent.

Cui illæ virtutes propriæ ſunt.

Cur autem eam hic minimè amplectar ea cauſa eſt, quod reliquas encomij partes, hoc quidem capite, non de myſtici Eccleſiæ corporis partibus, ſed de illius virtutibus interpretatur hactenus ſum, illiſque dotibus, quibus, velut quibuſdam armis, inſtructa, expeditionem in Gentilitatem ſuſcepit: ne ſcilicet myſticum partium nexum confunderem, & non vnius generis membra coniungerem, vt monſtrum eſſet: cum contra, quamcumque analogiæ ſequare rationem, id ob oculos verſari debeat, ne qua deformitas in membris ex generis diuerſitate appareat. Qui ergo in greſſibus Euangelij diſcurſum, & Eccleſiæ in diſcurrendo alacritatem; in fœmoribus fortitudinem, & perſeuerantiam; in vmbilico validam ad concipiendum vim; in ventre fœcunditatem; in vberibus doctrinam intelligere maluimus, cum ad collum delati fuerimus, aliquid intelligemus, quod cum illis affinitate quadam, ac congeneri natura iungatur. Cur autem interpretandi formam mutauerimus ab ea, quam capite 4. tenuimus, diuerſus rerum ſtatus facit, & tranſitus à Synagoga ad gratiam, quo ſtatu virtutes illæ mirabili auctu creuere, immo pleræque tam propriè Eccleſię ſub ſtatu gratiæ ſunt, vt vix ſub alio ſtatu ſint agnitæ: quarum ideo hoc loco inducta laudatio eſt, quod Eccleſiæ datæ in eum potiſſimè finem fuerint, vt illis ad expeditionem in Gentilitatem velut præſidijs neceſſarijs vteretur.

Analogię leges exigunt, ne diuerſi generis mẽbra vni corpori aptentur.

Diuerſus rerum ſtatus diuerſam interpretandi rationem exigit.

Virtutes in his membris notatę propriæ Eccleſię ſub hoc ſtatu.

III.

In collo itaq; animi magnitudinẽ, atque excelſitatẽ intelligimus.

Quanquam alias id membrum cõtumaciæ indicium eſt.

Nam extentum collum ſuperbiam notat.

Et proteruiam, & contumaciam.

Vt vix videatur accipi in bonum poſſe.

Ergo in *Collo* animi magnitudinem, & mentis excelſitatem, & quam ſpiritus generoſitatem dicimus agnoſcamus, cuius nos rei rationem ex analogia in Commentario reddidimus. Id fortaſſe nouum cuiquam videatur, qui ſæpè legerit *ceruicem*, aut *Collum elatum* ſuperbiæ indicium eſſe, proteruiæ, & contumaciæ. Haud opus arceſſere à profanis argumenta, cum ſacra tractantibus ſanctiores litteræ multam offerant meſſem ad id probandum. Certè extentum aut *erectum Collum* ſuperbiam notat Iob. 15. 26. de viro tyranno: *Cucurrit aduerſus eum (Deum) erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.* Et Iſa. 3. 16. de Virginibus Hebræis, aut certè de toto ſexu. *Ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant.* Muliebris ſcilicet notatur vanitas nimium ſibi, vel de pulchritudine placens, vel de cultu gratulans. Sed & durities, proteruia, & contumacia in ceruice notatur paſſim. Ex. 22. 9. 33. 5. & 34. 9. Prou. 29. 1 Iſa. 48. 4. Quod ſi *Colli* ſeu ceruicis ſignificatio in deterius ſumitur, fruſtra hic in laudibus Eccleſiæ *Collum* ponas.

Collum animi excelſitas, & magnitudo.

Ceruix extentá indicium contumaciæ atque ſuperbiæ.

Iob. 15. 26.
Iſai. 3. 16.

In ceruice rigida proteruia, & contumacia.
Exo. 22. 9.
Ex. 33. 5.
Ex. 34. 9.
Prou. 29. 1.
Iſai 48. 4.

IV.

Sed non ſemper, quod deterius eſt ſignificat.

Ideo ornatur torquium inuentus.

Ac velut præmiũ egregiæ virtutis donatus.

Sic ſuperius factũ cum ſponſa.

Reſidere ergo videtur in collo virtus illa, quæ præmio donatur.

Cæterum haud ſemper *Collum*, aut ceruix transfertur ad id ſignificandum, quod deterius eſt, ſæpè in laudibus vſurpatur. Nam cum *Collum* & torquibus, & monilibus dignè oneratur, ſeu impeditur, certè aliquid in *collo* intelliges, cui præmia ſint monilia, & torques. Sic videbis Gen. 41. 42. Pharaonem haud contentum alijs ornamentis donaſſe Ioſephum, etiam *Collo* torquem ex auro circumpoſuiſſe. Et Dan. 5. 7. præmium conſtituitur ei, qui ſcriptas in pariete notas ignota manu interpretaretur torquis aurea, qua illius impediretur *Collum*. Aliquid ergo laudabile ineſt *Collo* quod ornatu, cultuque præmium accipiat. Sic ſuperius ſponſæ pulchritudinem *Colli* torquibus ſe muneraturum Sponſus pollicetur Cap. 1. 10. 11. Nullam enim partem corporis magis decet aureus cultus, immo & gemmeus. Quod ſi commune nationibus omnibus eſt, vt præmium laudatorum facinorum ceruix accipiat, non manus, non brachium, quibus potiſſimè à gentibus res magnæ geruntur, profecto in *Collo* vel virtus illa ſignificatur, quæ præmio digna exiſtimata eſt; vel ante in eo reſidere videtur.

Collum cur torquibus ornari ſolitum.

Geneſ. 41. 42.
Dan. 5. 7.

Nullam partem magis decet aureus cultus.

V.

Colli fortitudo, et ad onera ſuſtinenda virtus.

Quod nec ab vſu S. S. alienum eſt, cum loquitur de Leuiathan.

Nã morandi verbum non ſolũ ſtatam fortitudinẽ; ſed natiuam ſignificat.

Certè in ceruice fortitudinem notari, & mos eam parte onerandi, & ingentia ſæpè onera ea parte ſuſtentandi, ſatis oſtendit, nec aliena ab eo ſacra ſcriptura eſt, cuius illa ſunt de ceto, qui nomine leuiathan deſcribitur Iob 41. 13. *In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egeſtas.* Nam certè cum toto corpore valeat leuiathan; mirum eſt, vni ceruici fortitudinem tributam, & quidem non quamcumque, ſed nulli ceſſuram oneri, nullis aduerſis frangendam, aut minuendam. Id enim verbo *morandi*, ſiue *pernoctandi*, vt in originibus legimus, intelligimus. Fortitudinem, quæ vinci non poſſit, nec omnino fatigari; adeoque perpetuam, ac natiuam. Quin ſi animaduer-

In ceruice notata fortitudo, quę natiua ſit.

Iob. 41. 13.

Morari, ac pernoctare, quid inſeruit.

Ergo ex adiunctis videndum an in laude, an in reprehenſione ponatur.

Colli ſignificatus ex adiunctis ſumendus.

maducetas *Collum* aut ceruix, niſi aliquid aliud addas, nec in laude, nec in reprehenſione ponitur: deiecta enim, & iugo ſummittens ſe animi deiectionem, ac turpem ſeruitutem notat. Ierem. 27. 8. 12 Quemadmodum & *Collum* calce preſſum ſeruitutem in eo, qui premitur, dominatum in eo, qui premit. Deut. 33. 29. Ioſ. 10. 24. Sic etiam *Collum* vinculis ſtrictum ſeruitium notat, ſolutum autem libertatem. Immo & vinculorum *Colli* vel ſolutio vel abiectio eius eſt, qui ſe in libertatem aſſeruit. Iſa. 52. 2. *Excutere de puluere, conſurge, ſede Ieruſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.* Et Ierem. 30. 8. *Conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni.* Vides *Colli* vocabulum, niſi aliquid addas, quo latior eius ſignificatio vel laxetur, vel aſtringatur, nec in laudem, nec in reprehenſionem venire.

Id exemplis oſtenditur.

Deiecta ceruix animi demiſſionem ſignificat.

Collum calce preſſum ſeruitē ſubiectionem.

Solutum libertatem.

Iſai. 52. 2.

Ierem. 30. 8.

Alioqui ſimpliciter poſitum nec in reprehēſionem venit.

VI.

Collum ergo ſua natura rectum, non artificio generoſitatem notat.

Aduerſis nunquā cedentem.

Collum ſua natura rectum grādis animi indicium.

Sed extentum *Collum*, atque inflexum proteruiæ, contumaciæ, atque ſuperbiæ indicium eſt. Sic certè, ſi ex praua animi affectione erigas. Sed eſt ſæpè *Collum* ſua natura rectum, liberum, generoſum, non artificio, ſed virtute; in quo excelſum illud appareat, quo animus grandis interius diues eſt. Erectio ergo ceruicis inaffectata, & ſuo genio ſimplex notatur in ſymbolum *generoſitatis, libertatiſque*; ſiue malis *excelſitatis, animique magnitudinis*, nunquam deiecti, maliſque preſſi, & quaſi obruti; ſed qui ſemper ſit rebus ſuperior; quique norit, vt dicebat ille, *ſibi ſemper res, non ſe ſubijcere rebus*. Eſt enim ſemper ijs, qui ad magna ſunt nati, proprius is character, vt animum ingentem, mentiſque quandam generoſitatem rebus opponant; vt nihil videatur illis opponi poſſe, quo alacritas illa, ac ſecura ſpes perficiendi, quæcumque fuerint aggreſſi, langueat. Splendet ergo etiam in pueris nobile illud, quod ætate poſtquam maturuerit, primas partes facinorum implet. Sic videbis Alcidem fabulis multis cantatum, etiam cum puellus, & adhuc lactens cunis arctatur, immiſſos ſerpentes à Nouerca manibus ſtrangulare, haud lacrimis madidum, haud vagitu prodentem metum: ſed interritum inter tyrocinia fortitudinis: ac ne monſtris quidem paſſum animi excelſitatem corrumpi; quoad per aduerſa, ac difficilia multa probatus etiam cœlo ſupponat ceruicem inuictam, dignum ſcilicet innatæ magnitudinis, ſeu præmium, ſeu trophæum. Sed fabulas canimus, vbi in proximo in ſacris libris exempla ſuppetunt vera. Dauidem mihi conſidera adhuc ephœbum, ac omnino puerum, & feras ab grege arcentem, & vrſos interimentem, & leones amplexu ſtrangulantem; animique vere regij excelſitatem pulcherrimis facinoribus exercentem; quo ad & gigantes ſternat, & phalanges alienigenarum ſolus vertat in fugam, audiatque grande illud encomium, tametſi merito minus, *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*. Nondum percuſſerat multos, ſed vnius cædem omnium futurorum accipiunt; & anticipatis laudibus efferunt, victorem multorum eum proclamantes, qui in vnius ſtrage ad omnium ſtragem aditum aperuerat.

Nam ingens animus ſui ſecurus, omnia contemnit.

Nos etiam in pueris pueritiam nouit.

Sic Alcides adhuc vagiens ſerpentes manibus ſtrangulat.

Ac ne fabularum imploremus fidē.

Dauid nondum iuuenis feris illudit.

Et gigantes ſternit.

Auditque grande illud encomium percuſſit decem millia.

Horatius.

Grandis animus eorum, qui ad magna nati proprius Character.

In pueris futurorum facinorū rudimenta notantur.

Alcides infans adhuc ſerpentes manibus ſtrangulat.

Dauid puellus feras interimit.

Dauidis encomium grande, ſed infra merita.

VII.

Id aptum huic loco eſt.

Quo animi magnitudo Eccleſiæ in nobili expeditione notatur.

Donec victrix efferret ſe ſe.

Eccleſiæ generoſitas dum gentiū vrget conuerſionem.

Eſt hoc, niſi multum fallor, aptiſſimum in hunc locum, quo per encomium *Colli Eccleſiæ* generoſitas animique excelſitas dum gentium conuerſionem viget, commēdatur. Nam quantis animis fuiſſe opus exiſtimas, ad tantam rem aggrediendam, ac perficiendam? Quanta mentis excelſitate, ad tyrannorum contemnendas minas, ac ſæculi huius ſapientiam pedibus proterendam, donec tandem victrix ſe *Eccleſia* efferret, gentibuſque ſub iugum Chriſtianum miſſis, pulcherrimo facinori pulcherrimum finem imponeret? Hæc ergo animi excelſitas, mentiſque magnitudo ſub *Colli recti*, decentiſſimeque erecti ſchemate commendatur.

NOTATIO XVII.

SICVT TVRRIS EBVRNEA.

I.

Olim Dauidicæ turri collum ſponſæ comparatum, nunc eburneæ.

Eius diuerſitatis cauſa, diuerſus aliusque ſtatus, & decorum perſonarū.

Nam hic laudatrices fœminæ, illic vir.

Et alioqui decet exterior cultus magis ſponſas, quam vxores.

Quæ ſimplici ſpecie, et minimè affectata magis placent.

Collum ſponſæ olim Dauidicæ turri nunc eburneæ comparatū, cur?

Decet fœminas alia laudationis ratio alia viros.

Alius cultus decet ſponſas, alius iuſtas vxores.

COllum olim Cap. 4. 4. *cum Sponſus in Sponſa* laudaret, *Dauidicæ turri* comparârat, non *propugnaculis* ſolum, ſed *ſcutis armiſque* ornata. Id ſatis ſuperque videri hoc loco poterat, nec neceſſe mutari ſermonis formam, qua ſimpliciter *eburneæ turri* ceruix *Eccleſiæ* comparatur. Eius diuerſitatis diſcrimen nos Dram. Comment. & in decorum perſonarum retulimus, cum loco illo vir laudator induceretur, hoc fœminæ laudatrices, quarum non erat clypeos inſerere brachio, arma manibus ſtringere; ſed fœmineas artes colere: & in ſtatum Sponſæ diuerſum cum priore loco adhuc Sponſa, nondum marita eſſet, hoc autem iam connubiali lege viro coniuncta. Decet autem magis exterior cultus auri, moniliumque iuuenculas, ſponſaſque; nuptas iam, matronaſque minus ea cura ſollicitat, quarum ſcilicet alia ſtudia ſunt, filiorum procreatio, gubernatio familiæ, rei domeſticæ conſeruatio. Nec minus tamen tunc aut

ttt viris

Digitized by Google

Id ergo puella cõmendat. Id applicandum ad arcanum ſenſum.

Matronę nõ tam exteriore cultu, quam virtutibus alijs viris gratæ.

viris gratæ, aut de forma placentes, cum ſimplex ſpecies, nullo aſcititio mutata cultu, genio ſuo potius confiſa, in affectatis ſtudijs magis ſe probet. Id fœminarum ſolertiſſimum, ſecurumque iudicium in nupta commendat. Placuiſſe quidem olim ſponſo ſponſali cultu ornatam, & quidem merito pulchram illius ceruicem; ſed multo gratiorem ſibi, nobili neglectu incultam, ſoliſque naturæ bonis commendantem ſeſe. Id ad Dramaticum ſenſum ſpectat. Sed applicandum eſt ad arcanam ſententiam.

II. *Externus cultus ad cæremonialia ſpectat. Cum Eccleſia ſponſa eſſet. Iuſta iam vxor id omne abiecit. Seque proprijs virtutibus probauit. Ideo olim laudata à verbo à cæremonijs extrinſecis. Hic Angeli à veris ſolidiſque virtutibus. Et collum à rectitudine, candoreque, quæ propria illius ſunt dona.*

Extrarius cultus cæremonias ſignificat, quo iuuenis Eccleſia donata. — Eccleſia iuſta vxor cæremonias abdicauit. — Eccleſiæ ſub Chriſto verus cultus, virtutes. — Colli dotes rectitudo, candor, nitor.

Et nos quidem extrarium omnem ſponſæ cultum ad cærimonias retulimus, & ſacrificiorum omnem ritum, quo *Eccleſia* ſub lege, cum adhuc ſponſam ageret; donata pulchritudo eſt: tranſijt ab ſtatu in ſtatum; &, quæ ſub lege, & Moſe, Sponſa fuerat; ſub gratia per incarnationem, verbi marita, & iuxta coniux, optatis, promiſſiſque toties nuptijs potita eſt. Ergo omni illo ceremoniali, externoq; abdicato ornatu, matronali ſe potius grauitate, maturaq; ſpecie probauit; auctis interioribus ſanctitatis donis, boniſque virtutum, cætera neglexit omnia, velut minimè neceſſaria. Laudauit ergo olim *Verbum Eccleſiæ* ſub Synagoga pulchritudinem, ſed additis cæremonijs, & ſacrificiorum ritibus, vel vt addito cultu ornatam. Mutant contrà hic laudatores *Eccleſiæ* ſub *Chriſto* laudandi formam, eiuſque prædicant nudam ſpeciem, id eſt, nullis ex lege cæremonijs, ritibuſque mortuis excultam; ſed viuido virtutum decore placentem, eoque digniorem laudibus, quo natiua ſpecies aduentitiæ præſtare ſolet; & matura ætate forma puellari, & matronalis virgineæ. Ideo *Collum* ſimpliciter laudant à rectitudine, candore, atque nitore, ex comparatione cum *Eburnea Turri*, cui omnes illæ inſunt dotes, & propriæ etiam, ac natiuæ ceruicis ſunt; cultu extrario minimè indigentis, cum proprijs, & apud ſe natis abundet. Id inobſeruatum ire non oportuit: cætera nunc perſequenda ſunt.

III. *Sunt ergo qui in ebore candorem ac robur conſiderent. Quo vtroq; Doctores eminere oporteat. Alij altitudinem in turri, quam contemplationem exponunt. Alij ſolum puritatem vitæ. Quidam minus aptè de martyribus, quorum dum carne conteguntur ſpecies non apparet.*

Ebur pulchritudo, & robur. Doctorum. — *Caſſiodorus. Gregor. PP.* Altitudo, robur, pretium, per cõtemplationem, exercitium virtutum, diuinam ſapientiam. *Philo Carpath.* Sacerdotum vitæ puritas. *Aponius.* Martyres dum in carne viuunt ſine æſtimatione ſunt, carne exuti in precio, ſicut ebur.

In *Ebore* quidam & pulchritudinem, & robur conſiderant; cumque *Collo* Doctores intelligendos docuerint, præſtari ab illis vtrumque *Eccleſiæ* monent; pulchritudinem à caſtitatis candore venire, robur autem eorum munimenta præſtare, qua eandem firmant, ac tutam præſtant. Caſſiodorus ſic exiſtimat. Gregorio Pontifici magis placuit, altitudinem per contemplationem, fortitudinem per ſanctorum operum exercitium, pretium per diuinam ſapientiam in *Turri Eburnea* contemplari. Carpathius autem Philo in Sacerdotibus (hos *Collum* eſſe dixerat) ſolum candorem ex *Ebore* mutuatur; id eſt, vitæ puritatem quæ ſacerdotij magnum ornamentum eſt. Remotius Aponius, immo & violente, hæc ad martyres refert, non videri eorum pulchritudinem, dum carne conteguntur mortali, tuncque demum apparere, cum exuti carne Deo ſiſtuntur. Sic & *Ebur* dum carne contegitur pretium non habet, vbi ſine carne candere incæperit æſtimari. Vide quam ſæpe etiam magni viri in hoc interpretandi difficillimo genere per auia viam quærant.

IV. *Probabiliſſimum in turri receſſum à terra, acceſſum ad cœlum intelligimus. In ebore virtutes alias, eius celſitudinis veluti pediſſequas. Sit ergo rectitudo turris, intentionis puritas. Qua Eccleſia Dei gloriã ſemper quærit. Habet exemplum in Paulo, & Apoſtolis. Qui ſua luce ſplendent quidem. Sed lucem refundunt in Deum.*

Celſitudo à terra ſummota, proxima cœlo. — Intentionis rectitudo, & puritas Eccleſiæ. — *Rom. 15. 16. 17.* — Eccleſia quidquid ſplendet, refundit in Deum.

Sed vim ſimilitudinis expendamus; ac facile forſitan inueniemus, quod quærimus. *Turri* ergo *Collum* Eccleſiæ comparatur, ſed *Eburnea*. In altero rectitudinem celſitudinemque, & quod celſitudinem conſequitur remotionem à terra, vicinitatem ad cœlum, conſideramus. Iam arbitror in his, ſi etiam de *Ebore* nihil eſſet dictum, quibus dotibus animi illa excelſitas *Eccleſiæ* donata ſit, intelligis. In altero eximio candori, læuor nitorque coniungitur, ſoliditaſque firmitati: quo totum illud completur, quo animi celſitas illa *Eccleſiæ* laudari ſit digna. Ne quis exiſtimaret, cum in *Collo* laudatam celſitatem audiret, ſine cauſa id factum eſſe, quam ſcilicet tot bona velut ſatellites reginam ſtiparent. Rectitudo ad intentionem pertinet, nunquam euariantem: nec extra diuinæ gloriæ perpendiculum ſurrigentem ſeſe. Nunquam enim Eccleſiæ per miniſtros ſuos propria, ſed Dei gloria quæſita eſt: non hominibus placere, ſed Deo; non alio reſpicere, quam ad vnum illum, cui omnia ſeruire debeant. Id eſt, quod dicebat Paulus Rom. 15. 16 17. *Propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in gentibus, ſanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu Sancto. Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum.* Non enim poſſunt præclara Apoſtolorum geſta non ſua luce ſplendere, illiſque communicare; ſed quidquid id eſt luminis, refundat in Deum, vnde acceperant, cui omnino ſeruiunt, nihil ſibi de laborum fructibus tribuentes. Hæc rectitudo colli eſt.

V. *Celſitas ad ſublimes cogitatus pertinet. Dum Eccleſia adhuc terras inhabitans, conuerſatur in cælis.*

Eccleſiæ ſublimes cogitationes. — *2. Cor. 10. 3. Philip. 3. 20.* Conuerſatio quid in Paulo.

Celſitatem ad ſublimes cogitatus, prorſus à terra ſummotos, referre placet; vt illud impleatur Pauli: *In carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus.* 2. Cor. 10. 3. Et: *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* Phil. 3. 20. *Conuerſatio*, ſiue latini ſermonis proprietatem, ſiue Græci vocabuli vim (πολίτευμα) expendas, vitæ rationem, & inſtitutum, & agendi viuendiq; conſuetudinem, ſignificat. *Vita noſtra inſtituta, tametſi in terra ſumus, in cælo ſunt: Omnis noſtra ſeu viuendi, ſeu agendi ratio cælum ſuſpicit, nec à cælo vnquam recedit; corpore quidem terram calcamus, & inhabitare videmur; ſed animus totus*

in

Digitized by Google

Velut ciuitate cū beatis iam donata.

Nam quam Paulus conuerſationē dixit, municipatus eſt alijs.

Quem in ſenſum pulchrè Ambroſius.

Sub hoc ſtatu Eccleſia deſcribitur cælo vicina, à terrenis ſummota.

Ac æternæ felicitatis candidata.

Apoſtoli cæli municipes.

Tertul. lib. 3. ad Marc. c. 24. lib. de Cor. mil. cap. 13. lib. de Reſur. car. c. 47.

Caſſia. col. 3 cap. 6 & 7.

Hieron. plus vno loco.

Ambroſius lib. de Iacob. c. vlt.

Eccleſia terras inhabitans, ſed cœlum magis.

in cœlo verſatur; quaſi non iam inquilini terrarum, ſed cœli ſimus municipes. Quemadmodum & Tertullianus habet lib. 3. Adu. Marc. c. 24. & locis alijs, ſed & Caſſianus; Collat. 3. *Municipatus noſter in cælis eſt.* Ergo hæc ad hanc *animi celſitudinem* terrena omnia deſpicientis, ſoliſque cœleſtibus vacantis, referre poſſumus. Ambroſij ſunt illa longe pulcherrima, quorum vel apicem omittere piaculum ſit: *Quando autem feriatus videri poſſit, cuius mens ſemper operatur? Quando autem ſolus, qui cum illo ſemper bono eſt, de quo ait Propheta. Replebimur in bonis domus tuæ? Quando abiectus, cuius conuerſatio in cælo eſt? Quando non decorus, qui ad illius decori, & ſolius boni ſe conformat ſimilitudinem; qui etiam ſi membris ſolutus non ſit, mente ſe erigat?* lib. 1. de Iacob. Cap. extremo. Hoc ſtatu Eccleſia deſcribitur, terrena deſpiciens, cœlum ſuſpectans; quoque magis recedit ab ijs, quæ ſenſibus obiecta paſſim occurſant, eo vicinior æternis: animi generoſo neglectu cuncta deſpiciens: & tametſi vinculis adhuc carnis conſtricta, ac neceſſitate agendi cum hominibus, velut catenis, circundata, libero tamen volatu ſedes æternas petens, ac cum ciuibus beatæ illius ciuitatis, fœlicitatis illius candidata, ſermones miſcens, poſſeſſionemque illius hæreditatis quodammodo adiens, cum adhuc peregrina terrenis inhæreat.

VI.

At eboris candor celſæ mentis notat puritatem.

Nullo terrenæ fæcis neceſſariò contactu maculatā.

Non ſeruire doctā ſed meritam imperare.

Quæ labes multorum mentis celſitatem infamat.

Qui cum alios ſeruire coegerint ſibi, vitijs ipſi ſeruiūt.

Eo infelitiores, quod cum integrū ſit ſeruitium abijcere, ſeruiant volentes.

Notaſque miſeræ captiuitatis oſtentant.

Ea ergo propria laus Eccleſiæ eſt.

Eboris candor candidæ mentis ſymbolum.

Eccleſia nullo terrenorum cōſortio fœdatur.

Humanam celſitudinem multa infamant.

Miſera libertas, ſimul captiua.

Sequitur *Candor* nulla macula notatus in *Ebore*, quæ in fœminea ceruice non poſtrema laus exiſtimatur: in eo & ſimplicitas, & celſæ mentis candor notatur: animi enim illam magnitudinem nullus ignobilior affectus maculat, ſuoque genio ſupra omnem ſe terrenarū rerū, ac periturarum fæcem ſuſtollentem nullus earundem rerum neceſſarius contactus inficit. Pura ergo, ac nitida ſplendet, proprijſque bonis diues, haud indiget alienis: liberoque gaudens cœlo, ſeruire non nouit, quæ nata eſt imperare. Non enim illam vllæ ſeruitutis notæ infamant, quæ humanam alioqui mentis celſitudinem turpant. Nam quid attinet ſi ſupra alios te tollas, liberamque ceruicem hominum ſeruitio eximas, &, tanquam nullum commercium cum cæteris habeas, ſuperis inſerere te poſſe caput, arbitreris; ſi interim infelicem libertatem notæ infelicioris ſeruitij maculant? Si qui alijs leges ferre te poſſe gloriaris, vitijs ipſe tuis obſequeris: quique aliorum ceruicibus catenas inieceris, vitiorum ipſe vinculis ſtrictus, vix grauantia collum pondera paſſis trahere; eo ſcilicet cæteris infelicior, quod illi inuiti ſeruitium ſubeunt: &, ſi poſſint, iugum libentes excutiant: tu ſeruitio delectaris, infelicitatiſque tuæ author amas ferrum: oculiſque ſæpè libatis vincula preſſas, vel vt fortunæ gratias agas, quod te cum liberum poſſet facere, turpiſſimæ ſeruituti manciparit. Notas itaque captiuitatis, & inuſta ſtigmata eo magis prodis, quo erectiorem tollis ceruicem, ne cui ſcilicet infamia ſeruitutis poſſit eſſe ignota. Longius abij, quam res exigeret, & locus fortaſſe: ſed ignoſcet lector, idque in *Eboris* cum *Eccleſiæ Collo* ſimilitudine, illiuſque nitore atque candore notari intelliget, nulla illius animi excelſitatem, mentiſque magnitudinem ignobilioris affectus notari infamia; ſed libera puritate nitere.

VII.

Eboris autem ſoliditas, ad ſtabilitatem pertinet.

Neſcit enim mutari Eccleſia, ſed nec mutare.

Ideo columna cū parata.

Is verò apparatus virtutum Eccleſiæ neceſſarius.

Cum expeditionē in Gentilitatem ſuſciperet.

Stigmata ſeruitutis in ceruice.

Eboris ſoliditas cariem non timet.

Firmamentum veritatis, id eſt veriſſimum, dicta Eccleſia.

Celſitas mentis Eccleſiæ immobilis.

Reſtat *Eboris* ſoliditas, vnde & firmitas ſtabilitaſque, qua nec cariem ſentit, nec vllo ſe malo corrumpi patitur, quæ labes aliorum animantium oſſa inficit, & cornua. Pertinet autem id ad ſtabilitatem mutationi nulli obnoxiam, ſuique ſemper ſimilem quidquid vel ridens fortuna faueat, vel aduerſa minetur. Ideo *Eccleſia* dicta Paulo, *Columna, & firmamentum veritatis.* 1. Timot. 3. 15. quod tantundem eſt iuxta Hebræam loquendi formam, ac ſi diceret, columnam, ac firmamentum veriſſimè eſſe, ideſt omnis firmitatis, ac ſtabilitatis originem: mutabilitatis omnis expertem; quæque non modo moueri de loco neſciat, ſed nec nutare vnquam poſſit. Intelliges autem eam mentis magnitudinem, animiq; celſitatem Sanctæ Eccleſiæ nullo vnquam motu pulſandam, nullo caſu mouendam. Is autem ingens apparatus; tum demum Eccleſiæ neceſſarius viſus eſt, cum nobili facinori inſiſteret, adducendæ ad Chriſtum gentilitatis, quod opus, & multa difficultate impeditum, & aduerſariorum artibus perplexum, & multa euentuum varietate diſtractum animi eam celſitudinem, & mentis conſtantiam, cedere fortunæ neſciam, exigebat.

EX VERSV IV.

OCVLI TVI SICVT PISCINÆ IN HESEBON, QVÆ SVNT IN PORTA FILIÆ MVLTITVDINIS.

COMMENTARIVS.

RECTE *Collo Eccleſiæ collaudato, de oculis dicitur*: decet enim eam celſitatem mentis, animique magnitudinem, quam agnouimus in *Collo* Vigilem eſſe, nuſquam dormitantem; nuſquam deſidem: ſed obtutu ſemper intento aliorum vitandis damnis ac commodis exquirendis inſiſtere. Ergo *Oculis* vigilantiam hanc *Eccleſiæ* intelligemus, excubantis, vt ſollicita ſolet mater familias, cui nunquam ſomnus imponit, in familiæ commoda. Aptè autem de *Piſcinis* additum, *quæ ſunt in porta filiæ multitudinis*, decet enim eas excubias publicas eſſe, non tantum in abdito, & priuatas: ſimulque promiſcui populi commoda, nullo perſonarum diſcrimine, procurare. Sed imitari tamen decet *piſcinarum* placidam, ridentemque quietem: æquum enim eſt, ea cura vigilandi Prælatos ſollicitet; ſed minimè vt ſit turbida: non ad quamcunque, vel tenuem auram, commouenda: nihil enim magis obnoxium eſt incommodis; ideoque prudenter cauendum, omnique niſu procurandum ne quid ſit quod excubiarum laudem deminuat.

ENARRATIO.

MENTIS illa excelſitas, qua humanis omnibus emines, & proxima diuinis eſt, non ideo humanarum rerum ſollicitudinem dedignatur; Vigili potius ſtudio, velut ex edita arce, omnia circumſpicit, vt omnibus vna prouideat. Hi ſcilicèt in myſtico tuo corpore oculi ſunt, nuſquam indulgentes ſomno; ſed inconniuente acie ſemper intenti. Decebat enim tantæ familiæ matrem, ſollicitæ matris familias omnes partes explere: ac perpetuas excubias agere in familiæ bonum. Vt dum cæteris ſomnus, vel imponit, vel blanditur, vna in ſoporem contumax, pro omnibus vigilaret. Id per Prælatos tuos, & verbi miniſtros facis, quibus id oneris eſt impoſitum, vt vigilum fungantur vicem. Sed publicas eas eſſe excubias decet, nec quis imponat: Quin multitudo populi ipſa haud facile per auia erret, ſciatque, haud defuturos, qui in viam aberrantes reuocent, nec patiantur perire. Nec publicas ſolum eſſe decet, ſed & promiſcuas; nullum perſonarum, rerumue diſcrimen admittere; ſed omnium æque commoda procurare; omnium æque damna arcere. Ea tuorum vna oculorum eſt dos: altera illa, nam cum ſollicita ea vigilandi cura ſit, anxia non eſt, non turbida, non ad quamquumque auram commouenda, velut in mari fluctus raro quieſcunt. Imitatur ergo piſcinarum placidum otium, & in ſumma aquarum altitudine nitidam, ridentemque quietem. Haud enim aptus eſt animus conturbatus ad exequendum ſuum munus: pluſque ſæpè damni intulit vigil turbatio, quam dormiens quies.

NOTATIO XIIX.

SVM. COM.

OCVLI TVI.

I. *Quidam in Eccleſia oculis DD. agnoſcunt. Quod minimè probatur nobis.*

RVrſus *In Oculis Eccleſiæ Caſſiodorus, & quidam alij* Doctores agnoſcunt, per quos ſcilicèt Eccleſia membrorum reliquorum dirigit actus, ne exerrent ducatus defectu. Sed mirum eſt certe, toties de Doctoribus agi: & *Collo*, & *oculis* tam diuerſis ſcilicèt membris eandem rem intelligere. Id ergo eam ob cauſam minime probandum cenſemus. Aponius autem haud magis probabiliter, vbi *Piſcinas* vidit, lacrymas cogitauit;

Oculi Eccleſiæ Doctores.

Lacrymæ pœnitentium.

Digitized by Google

cogitauit, quas iuſti pro ſuis, aut aliorum criminibus fundunt. Alienum id eſt, nec litterale. Probabilius, quod & Theodoreto placuit, & Philo Carpath. exiguo diſcrimine probat, *Oculos* Eccleſiæ cogitationes eſſe: quibus certe ſtagnantium aquarum dotes accommodare facile eſt, affluentiam, puritatem, perſpicuitatem, nitorem, profunditatem, quemadmodum ſupra de oculis diximus Chriſti Cap. 5. 12. Cui hæc placeant, habet eo loco commentarium. Ab his parum differunt tres apud Theodoretum PP. qui potentias ipſas animæ accipiunt, quas ſpeculatiuas dicimus. Illos habes. Omnium probabiliſſimè Hugo Victorinus Annot. in Ioelem. *Oculos* Eccleſiæ interpretatur fidei claritatem, & intelligentiam Diuini eloquij. Id ſequerer, niſi aliud eſſet, quod aptius huic loco quadraret, iuxta ſeriem interpretationis, quam hactenus duximus. De recentioribus quidam in *Oculis* hoc loco Prophetas agnoſcunt; quorum eſt futura longe proſpicere. Alij contemplationem, quæ *Oculus* eſt animæ. Alij tranquillitatem mentis, & animæ pacem nullis motibus turbandam. Alij intentionis puritatem, ac ſynceritatem, & bonarum cogitationum abundantiam. Alij alio iuere, nec omnium cenſere ſenſus vacat, aut libet, ſeliget inter tam diuerſa lector cordatus, quod placeat; niſi ijs, quæ à nobis dicentur hærere maluerit.

Alij lachrimas pænitentiæ, Quod etiam alienũ eſt. Alij cogitationes, aliquato aptius. Quidam potẽtias animæ ſpeculatiuas. Quidam intelligentiã diuini eloquij ſatis accomodatè. Nonnulli Prophetas. Alij contemplationem. Tranquillitatem mentis alij. Quidam intentionis puritatem.

Theodoretus. Philo Carpath. Cogitationes, oculi Eccleſiæ. Tres Patres. Animæ potentiæ ſpeculatiuæ. Hug. Victor. Fidei claritas, & intelligentia ſcripturarum. Prophetæ Eccleſiæ oculi. Contemplatio, Mẽtis tranquillitas. Intentionis puritas.

II.

Ergo in *Oculis* Eccleſiæ id agnoſcemus, quod proprium ex analogiæ legibus *Oculorum* ſit munus; maximè autem ad eandem *Eccleſiam* hoc, quo deſcribitur, ſtatu, pertineat. *Oculorum* proprium munus *videre* eſt: ſed ſæpè videre, ac perſpicere qui poſſunt, & cauere membrorum aliorum pericula, & damna auertere, neutrum faciunt, ſomno ſcilicèt ob ſequentes, aut alio certe auerſis quadam in curia ſtudijs. Ergo & attentione opus, & vigilantia, ne quid quis vel incautis imponat; vel dormientibus moliatur, quo diſcrimen immineat. Eam vigilantiam, attentionemque Eccleſiæ *Oculorum* hic nomine commendari exiſtimamus; quæ ſemper virtus illi neceſſaria fuit. Habes ſenſus huius probationem in illa matre familias de qua dictum: *De nocte ſurrexit, deditque prædam* (cibum) *domeſticis ſuis, & cibaria* (dimenſum) *ancillis ſuis.* Prou. 31. 15. Et: *Guſtauit & vidit, quia bona eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.* Verſ. 18. Et: *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.* Ver. 27. Nam quæ toto eo capite deſcribitur fœmina fortis, non alia, quam *Eccleſia* eſt, nec quæ de ea dicuntur, in aliam quadrant, ſi ſenſum principem placeat exquirere, nec ad myſticos, minuſque proprios verba transferre. Indè quibus in *Eccleſia* vigilandi, ac proſpiciendi commiſſum eſt munus in cæteros, Epiſcopi Vocabulo Græco ſunt dicti, id eſt, ſpeculatores inſpectoreſque. Indè Pauli monitum Hebr 13. 17. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis:* Meigeros vos veſtris Præpoſitis exhibete, neque, ſi quid iniunxerint, repugnate. *Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Omnium ergo ſomnum eorum Vigilantia debet defendere; Omnium otium labor; omnium delitias induſtria; omnium vacationem occupatio: ſi ſecus faxint, officium minimè impleturi. Excubias ergo agit *Eccleſia* perpetuas; & omnem in partem ſparſis luminibus, omnium commodis proſpicit; omnium damnis occurrit; ac, nunquam intermiſſis ſtudijs, ſponſi familiam non conſeruat modo, ſed & auget.

Sed præſtat Eccleſiæ oculos vigilantiam interpretari. Ei enim qui de aliorum agat ſalute, attentione eſt opus. Ea virtus ſemper Eccleſiæ neceſſaria. Cuius typum mulier illa fortis geſſit. Cuius ſub ſchemate Eccleſia deſcribitur. Ideo per quos eas excubias agit, dicuntur Epiſcopi. Quorum munus in aliorum bonũ excubias agere. Vigilat ergo Eccleſia, ne quid damni capiat publica res.

Oculorum munus cernere, à quo ſæpè ſomno auertuntur. Oculi Eccleſiæ vigilantia. Fortis mulier Eccleſiæ, nocte ſurgit, lucernam nõ extinguit, ſemitas domus conſiderat. Cur prælati dicti Epiſcopi. *Hebr.* 13. 17. Prælatorum proprium munus vigilias agere. Eccleſia ſemper vigil.

III.

Haud abire poſſum, quin gnaui Paſtoris exemplo hanc excubias agendi curam commendem. De ſe ille: *Idcirco viginti annis fui tecum? Oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnum omne reddebam: quidquid furto peribat à me exigebas. Die, noctuque æſtu vrebar, & gelu; fugiebatque ſomnus ab oculis meis: Sicque per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi.* Gen. 31. 38. 39. 40. Vtrumque gnaui ſcilicèt Paſtoris eſt. Qua forſitan cauſa eos, qui alijs præſunt, Paſtores dicimus; Nam & Homerus Reges Paſtores hominum, ſiue populorum appellauit: quin & in ſacris frequentius paſcere gubernare eſt, nec tam Paſtoris, quam Principis munus. Multo autem cum maiore ratione nomen ad Eccleſiæ proceres aptabis, quorum non modo officium oues in paſcua ducere, ſed omnino doctrina paſcere ſua: multo autem magis moribus, & exemplis. Sed & eandem fortaſſe ob cauſam Dramate toto hoc tam Chriſtus, quam Eccleſia Paſtorum ſub ſchemate inducuntur. Sed hanc nunc ſacri regiminis partem mitto, de qua loco alio nonnulla ſunt dicta: id libet expendere, quod in hunc maximè locum facit, quod ad vigilandi pertinet ſtudium. Quam bene ſuo ille functus munere, quem nec adulti ſolis ardores, nec frigentis algores noctis ab ſtudio ouium paſcendarum abſtinere cogebant! tanta vigilandi contentione, vt conſuetudine pænè naturam, vel vicerit, vel mutarit, nec auderet ſomnus accedere blandeque intuito ſopore ad otium prouocare: id que non vno die, vel altero, ſed annis totis viginti. Magna ſcilicèt res ouium Cuſtodia eſt, cuique non omnium ſit induſtria par. Sibi ipſi non parcat, vt gregi proſpiciat. Et quidquid otio ac ſomno ademerit ſuo, alieno impendat: atque ipſa vigilandi conſuetudine ita ſomnum blandientem arceat, vt ne accedere audeat quidem? & cum oculos

Exemplum habes in Iacob. Cuius ab oculis aberat ſomnus, dũ Paſtorem ageret. Ideo qui alijs præſunt paſtores dicuntur. Et in ſacris litteris paſcere gubernare eſt. Quod proprium Apoſtolorum, & Epiſcoporum. Qui à vigilandi ſtudio nullo caſu abducendi. Nam magna res ouium cuſtodia.

Gen. 31. 38. Iacobi dum Soceri paſcit greges vigilãdi ſtudium. Reges paſtores populorum. Paſcere gubernare, in Sacris. Iacob nullo labore a vigilando deterritus. Cuſtodia ouium magni momenti res.

Digitized by Google

Et priuato ſomno ſi indulgeat venia dada eſt: Paſtori neganda.

Paſtoris viderit, victum ſe fuga ipſa fateatur. Tantiſper ſomno ſi priuatus indulſerit, veniam habet: qui perſonam multorum ſuſtinet, ſomno ſi dederit ſeſe, indulgendum minime eſt. Nam & excubante paulo ante paſſionem Domino comites diſcipuli omnes, humanum quid paſſi, dormiſſe produntur. Nec tamen digni, qui deſidiæ accuſarentur, ſunt habiti: ad vnum dicitur Petrum: *Simon, dormis! non potuiſti vna hora vigilare?* Mar. 14. 37. cum omnibus tamen excubias iniunxiſſet. *Sedete hic*, inquit, *& vigilate*. Scilicet adhuc cæteri priuati erant, vnus Petrus initiabatur in Paſtorem, & Epiſcopum cæterorum: ideoque & vigilandi ſtudium, ſub eodem nomine commendatum, cum negligit, Domini voce corripitur.

Mar. 14. 37.

Ideo de dormientibus Apoſtolis ſolus corripitur Petrus.

Petrus corripitur dormiens, non cæteri.

IV.

Eccleſiæ autem cũ ad Gentes properat, excubiæ commendantur.

Fuit autem magna cauſa ſub illum temporis articulum quo Eccleſia in Gentes expeditionem maturabat, cur eius vigilantiæ dum laudatur, admoneretur ſimul. tunc enim excubias vt ageret indefeſſo conatu, maximè oportebat, cum innumeros ouium manipulos per deſerta errorum vagantes, palanteſque, in caulas magni Paſtoris, eiuſdemque ſponſi reducere moliebatur, ne ſi quid nictarent oculi, aut torperet ſtudium vigilandi, Lupus in earum damnum vigil oues aligeret, ac diſpergeret. Simul ergo verba hæc & laudationem continent, & hortamenta ſunt. Quod toto hoc Cantico quoties encomia canuntur Eccleſiæ, obſeruari velim: eſt enim omne encomium generoſis animis, quemadmodum præteritorum laudatio facinorum, ſic etiam futurorum officiorum hortamentum, quo alacres animi magis etiam incitantur.

Eccleſia dũ laudatur, admonetur officij.

Dũ in oculis eius vigilantia laudatur.

NOTATIO XIX.

SICVT PISCINAE IN HESEBON.

I.

Heſebon *ad ſenſum arcanum an ſpectet.*

Piſcinarum *Significatus ex analogiæ ratione traductus* ad oculos magni momenti eſſe plerique intellexere: Quod additur, *in Heſebon*, non ab omnibus transfertur ad ſenſum arcanum. Quidam ſignificare volunt, *Cingulum mœroris*, referunt autem ad lacrymas, quibus oculos *Sponſæ* decet madere, ſiue oculos *Doctores* eſſe velis, ac *Prædicatores*, quos oportet terrenis abiectis gaudijs, *Cingulo mœroris* conſtringi, caſtè viuere, proximorum malis indolere. Sic Caſſiodorus interpretatur. Sed in eo Gregorij acumen nouum quid inuenit: *Oculos* hoſce *Eccleſiæ* dum peregrinantur à Domino lacrymas fundere, mœrore autem roboratos contra ſpiritales hoſtes accingi. Sic *cingulum* cum *mœrore* coniungit. Ambroſius autem Serm. 16. in Pſal. 118. *Oculis prouidentiam futurorum* accipit, qui ſi aduerſa immineant, lacrymis iram Numinis vel auertere, vel mitigare non deſinant.

Heſebon, *mœroris cingulum*, ſignificat.
Caſſiodorus.
Beda.
S. *Thomas.*
Rupertus.
Aponius.
Honor.
VVilleram.
Guilhelm.
Gregorius.

Proximorum malis indolere proprium Apoſtolorum.
Ambroſius.

Quidam ad lacrymas referunt.

Vt Gregorius, & [illegible]

II.

Sed probabilius, Heſebon. *ad arcanum ſenſum nõ ſpectat.*

De ſignificatu nominis *Heſebon* tam multis tam grauibus repugnare quis audeat? An hic ad rem faciat, alia eſt quæſtio. Nobis minimè videtur eſſe neceſſarium eo ſignificati reſpectum. Stagnis ergo, ſeu *piſcinis oculi Sponſæ* comparantur, ſed non quibuſcumque, ſed ijs quibus *Heſebon* Vrbs clara apud cæteras erat. Vide quæ ad hunc locum diximus Dramatico Comment. Nam non omnibus ea felicitas vrbibus contigit, vt aquis abundent, perſpicuis maximè, & ad potum ſalubribus. Ergo quod in *Piſcinis* bonum laudamus aquarum affluentiam, perſpicuitatem, immotamque quietem, id maximè ad oculos translatum eorum laudes commendat. Id ergo ad analogiam pertinet.

Non vrbes omnes aquis abundant.

Sed ad piſcinarũ commendationem quibus oculi comparantur.

III.

Vigilantia ergo Eccleſiæ ſollicita, ſed quieta commẽdatur.

Ergo qui in *Oculis vigilantiam Eccleſiæ* conſiderauimus, ſtudiumque, nunquam intermiſſum, excubias agendi, in *Piſcinarum* placida ridenteque quiete, eiſdem illius vigilantiæ bona, quibus eminet intelligamus. Vigilat ergo *Eccleſia*, ac ſollicita vigilat, ſed nunquam vnquam turbatur, aut ſequiore affectu pulſatur. Nam ſollicitudo quidem in laude ponitur, turbatio vitium eſt & quidem anguſtæ mentis. Miniſtrantem ſibi Martham, quærentemq; quod ſe ſolam ſoror ſineret miniſtrare, illis verbis Chriſtus admonuit: *Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima.* Luc. 10. 41. Haud puto ſollicitudinem accuſauit, ſed turbationem in multis. Quod ergo ſollicita miniſterium vrgeret Chriſti, gratiam meruit: Quod turbationi locum dediſſet, iuſte corripitur. Non ergo agitatis pelagi fluctibus, fremitumque late ferentibus *Eccleſiæ oculi* ſimiles eſſe dicuntur, ſed *piſcinis* nullo flante vento quietis, placideque blandientibus: omne enim illud vigilandi ſtudium nullo caſu turbari poterat: eademque illa mentis magnitudo haud facile moueri de loco poterat: propria enim turbatio anguſtarum mentium labes eſt, cum nullum vas flammis applicitum tollat citius feruorem, quam quod minime liquoris eſt capax. Sic non alius citius animus rerum obruitur varietate, & mole premitur, quam qui anguſtiſſimus eſt, nec ſibi res ſummittere cæteras, ſed ſe illis, ſolitus eſt.

Vigilantia ſollicita eſſe debet, ſed extra turbationem.

Luc. 10. 41.

Nam, & in Martha non ſollicitudo, ſed turbatio reprehenſa à D.

Ideo oculi Eccleſiæ nõ Pelago, ſed piſcinis comparantur.

Turbatio anguſtarum mentiũ labes.

Nam turbatio anguſtarum mentiũ malum eſt.

NOTA-

Digitized by Google

SVM. COM.

NOTATIO XX.

QVÆ SVNT IN PORTIS FILIÆ MVLTITVDINIS.

I.

Filiam multitudinis Ambroſius Eccleſiam interpretatur.

Sed minus appoſita.

In vrbium portis iudicia, exerceri ſolita.

Et magnatū haberi concilia.

Vnde frequentia in ijs locis.

Ideo Heſebon Filia multitudinis, id eſt vrbs frequens.

Ne piſcinarum locus ſolitarius putaretur.

Ambroſius.

Iudicia in portis Vrbium, & concilia, & mercimonia. Deut. 22. 15. Ioſ. 20. 4. Ruth. 4. 1. Iob. 29. 7.

Prou. 31. 23. Filia multitudinis pro vrbe frequenti.

FIliam Multitudinis *Ambroſius citato ſuperius loco* Eccleſiam interpretatur; cui an aliquis acquieturus ſit interpretationi, non ſine cauſa ambigimus. Nam, cum *Eccleſiæ* oculi *Piſcinis, quæ ſunt in portis filiæ multitudinis*, comparantur, ſtatim intelligitur, aliud *Eccleſiam* eſſe, quæ comparatur; aliud *Multitudinis Filiam*, quæ partem alteram ſimilitudinis complet: ne, ſi aliud velis, eandem ſibi ipſi ſimilem dici, fateare; quod nemo concedat. Ergo cur *Piſcenis oculi* comparentur *Eccleſiæ*, paulo ante dictum; cur ijs *quæ ſunt in portis filiæ multitudines*, nunc exquirimus. In portis Vrbium iudicia exerceri ſolita apud Hebræos notiſſimum eſt, ex frequenti vſu ſcripturæ. Deut. 22. 15. Ioſ. 20. 4 Ruth 4. 1. Iob 29. 7. Immo non alibi fora erant ad diſceptandum, & ad venales res vel permutandas vel diſtrahendas. Ibi magnatum frequens concilium. (Prou. 31. 23. *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ.*) dijudicandis litibus, negotijs tranſigendis, comedendis neceſſarijs ad victum. Hinc magna locis illis frequentia mortalium: ſi maximè Vrbes ingentes eſſent, & frequentiſſimo habitatore plenæ. Ideo *Filiam Multitudinis* nominat. Ex tribus ergo cauſis multa *In Portis Heſebon* hominum frequentia confluebat, & quia ciuitas frequentiſſima, vnde nomen Vrbi inditum, vt *Multitudinis* diceretur *Filia*; & quia eodem loco iudicialia agitabantur, tranſigebanturque negocia, & venum expoſitæ merces extabant; & quia ad portas *Piſcinæ* erant, ad quas, oblectando aſpectui, multi confluere ſoliti. Omnia eo eunt, vt locus publicus intelligatur, non ſolitarius, ſed hominum frequentiſſimo concurſu nobilis.

II.

Vt ſcilicet excubiæ publicæ intelligerentur.

Et bono publico inſtituta.

Quod, & ab Iſaia indicatum.

Qui excubitores ſuper muros locat, ſed clamantes.

Ideo qui cuſtodes ijdem, & ſpeculatores dicti.

In quibus notati Apoſtoli.

Inconniuente lumine aſſurri excubias.

In bonum multitudinis.

Eccleſiæ excubiæ publicæ eſſe debent & bono publico inſtitutæ.

Iſai. 62. 6.

Iſai. 52. 8. Cuſtodes & ſpeculatores ijdem Apoſtoli.

Oculo ad oculū videre. Quid ſit in Iſaia.

Pertinet ergo id ad aliam eius in vigilando ſtudij notam. Et quia non in abdito, & ſecreto vigilandi, ac proſpiciendi ſollicitudo claudebatur, quaſi mortalium vereretur conſpectum, & conſortium fugeret: ſed publicè & palam oſtendebat ſeſe. Omnis enim ea excubias agendi cura bono publico debita eſt, qui omnino excubiandi finis, ne quis ab illis commodis arceretur, quæ vigilijs Eccleſiæ deberentur. Id intelliges ex Iſaiæ verbis, quibus Eccleſiæ hæc ſollicitudo prædicitur: *Super muros tuos, Ieruſalem, conſtitui cuſtodes; tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Nam cum dicuntur nec interdiu nec noctu tacituri, excubiarum indicatur perpetuitas, quaſi nunquam interrumpendæ ſint, nunquam vigilum oculi occludendi. Quod autem ſuper ciuitatis muros ſtatuuntur, loco ſcilicet edito & ſublimi, quos illi ſcilicet continuo circumeant, publicas haſce excubias fore ſatis innuitur, non priuatas, & ad paucos, ſingulareſque pertinentes. Non tacituri vero dicuntur, id eſt nunquam à mouendo, hortando, indicandis periculis imminentibus ceſſaturi. Omnia pertinent ad circumſtantias vigiliarum, vt ſcilicet intelligantur vtiles multitudini. Ideo, qui hic dicti ſunt *cuſtodes*, loco alio dicuntur *Speculatores*: *Vox ſpeculatorum tuorum, leuauerunt vocem, ſimul laudabunt; quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Sion.* Iſa. 52. 8. Hæc autem ad Eccleſiam Chriſtianam pertinere, res ipſa minimè nos ſinit ambigere, nec ſeries totius illius loci apud Iſaiam. Speculatores ergo Apoſtoli ab hoc vigilandi, ac proſpiciendi munere dicti ſunt: ideo additur: *Oculo ad oculum videbunt*, quod tametſi quidam ad intuitionem rerum præſentium, ac myſteriorum gratiæ referunt, quæ negata Prophetis, Apoſtolis perſpicuè demonſtrata; id tamen minimè impedit, quin de perpetuis excubijs interpretemur, quaſi *oculo ad oculum* videre, omnino ſit, inconniuente lumine circumſpectare omnem in partem, ne quid detrimenti obueniat multitudini: quod Apoſtolorum nomine *Eccleſiæ* proprium munus eſt. Nam ſalute publica ac communi per Ieſu Chriſti Euangelium, vitamque & mortem inuecta, non iam defuturi erant, qui ex munere eadem bona procurarent, omnibuſque latè gentibus communicarent; ac vigili ſtudio in opus tantum incumberent. Excubiæ ergo hæ publicæ ſunt, & in ſalutem promiſcuæ multitudinis inſtitutæ, ideo *Oculi Eccleſiæ Piſcinis* comparantur, *quæ ſunt in portis filiæ multitudinis.*

III.

Nullo diſcrimine perſonarum.

Sicut, quæ in publico manant aquæ omnibus patent.

Nec cū alij ſitiāt, alij vomant.

Eccleſiæ vigilantia perſonarum diſcrimen non agnoſcit.

Eſt & alia earum excubiarum nota, in commune bonum ita dirigi, vt nec perſonarum ſint diſcrimina, nec ſexuum vlla diuerſitas: quin potius omnibus ex æquo beneficium ſit commune: quemadmodum qui in publico manant fontes, ac perſpicuis aquis fluunt omnium ex æquo bono decurrunt; aut ſicut ſtagnantes in *Piſcinis* aquæ nemini ſua commoda inuident, ſed beneficijs menſura votorum cuiuſque, aut indigentiæ modus eſt. Pertinet enim ad communem matrem, æque filiorum amantem impa-

Digitized by Google

Quod Paulus exẽplo ſuo confirmat.

impare largitate minimè diuidere ſtudia, vt cum alij eſuriant, alij pleni ſint, & alimenti redundantiam ructent. Id de ſe fatebatur Paulus: *Græcis, ac Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum: ita (quod in me) promptum eſt, & vobis, qui Romæ eſtis euangelizare.* Rom. 1. 14. 15. & loco alio exemplo Chriſti fideles ad mutuam caritatem adortans. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem, ſecundum imaginem eius, qui creauit illum: vbi non eſt Gentilis, & Iudæus: circumciſio, & præputium; Barbarus & Scytha; Seruus, & liber. ſed omnia, & in omnibus Chriſtus.* Coloſ. 3. 9. 10. 11. Quod ſi in Chriſto vnum ſunt omnes gentes, nullo naturæ morumque diſcrimine, quid agant Chriſti miniſtri? an diuidant curas ac ſollicitudinem partiantur, diſcrimenque gentium, ac perſonarum inducant? Id ergo ſtudium *Eccleſiæ* commendatur, vt ſtudiorum excubias omnibus ex æquo diuidat, & pari ſollicitudine multitudini proſpiciat. Quod certè monitum nunquam illi neceſſarium magis, quam cum ad vocandam ad Chriſtum Gentium multitudinem accingebat ſeſe.

Communis mater ſtudia minimè diuidat. Rom. 1. 14. 15.

Nam omnes in Chriſto ſunt vnũ diſcrimine nullo.

Coloſ. 3. 9. 10. 11.

Quem imitari Eccleſiam decet.

In Chriſto omnes gentes vnũ ſunt.

EX VERSV IV.

NASVS TVVS SICVT TVRRIS LIBANI, QVÆ RESPICIT CONTRA DAMASCVM.

COMMENTARIVS.

VIgilandi *Studium ſolertia, & ſagacitas comitetur*, quæ ſi comites illi non ſint, multa peccari neceſſarium prope eſt. Fuit autem vtraque dos omni tempore *Eccleſiæ* propria, immo & neceſſaria: neque enim ſatis illi ſi præſentia pericula, & animaduerteret, & arceret à filijs, niſi futura ſagaciter odorata etiam prouidentia przueniret, & aduerſus imminentia damna ſuos armaret. Id pertinet maximè ad Hæreticorum artes, quorum ſemper ſtudium, & veri ſpecie fallere, & *dormiente* villico *tritico ſuperſeminare zizania*. Ideo cum de *vigilantia* dixiſſent in *oculis* de hac *ſolertia*, ac *ſagacitate* dicunt in *naſo*; *oculis* enim id datum eſt, vt præſentia, & adſtantia ſpectent tantum: *nare* autem etiam abſentia, quæque negantur aſpectui, exploramus odore. Ideo aptè *Eccleſiæ naſus Libanoticæ turri* comparatur *Damaſcum* vrbem Iudæis ſemper inimicam *reſpicienti*, ad hoſtium ſubitos incurſus auertendos. Eſt autem ea *Eccleſiæ* Chriſtianæ inter dotes alias conceſſa, vt acri oculo inter verum falſumque diſcernat, & certo iudicio definiat: & pullulantes errores, antequam, velut noxiæ ſtirpes, vel radices agant, vel comam exportigant, & digito deſignet, & ferro excindat, ne ſenſim, minimèque à filijs obſeruatæ antea vel vmbra, vel fructu interitum afferant, quam agnoſcantur. Id autem totius retro antiquitatis repetitis documentis confirmare minimè neceſſarium eſt, neque ad hunc propriè locum ſpectat.

ENARRATIO.

TVum illud perpetuum vigilandi ſtudium in tuorum bonum, ſolertia, ac ſagax prudentia comitatur. Neque enim ſatis vlla poſſent eſſe excubiæ ad auertenda ab tuis incommoda, & commoda procuranda, ſi ſolis oculis datum eſſet id muneris. Decebat & præſentibus afferre malis remedium, & imminentia prauenire, vt in ipſo ſui exordio obruerentur, nec ſinerentur, inficere. Hæreticorum artes quis ignorat? Serpunt velut cancer errores, & tam occulta ſæpè ratione inſinuant ſeſe, vt vel attentiſſimis imponant, ſeu veri ſpecie fallunt oculos, ſeu blando conſortio imponunt animis. tibi vni da-

tum,

Digitized by Google

tum, id quidquid imminet damni, ſolerti diligentia prauenire, acrique cenſura damnare: intentoque in venenum digito filios admonere periculi. Quia enim nunquam defecturi ſunt, qui prauis doctrinarum ſuccis puros doctrinæ latices corrumpant, oportuit tibi eam indi prouidentiam, quæ fontes ipſos aperiret, & noxias aquas alio declinaret, Sic in Iudææ, Syriæque confinijs edito loco ad Libanum turris conſurgit, vnde liber totis campis in Damaſcum vrbem inimicam proſpectus; vnde ſi quid hoſtis, inſidiarum moliatur, facilè auerti poſſit, admonitiſque ciuibus damnum omne præueniri.

NOTATIO XXI.

SVM. COM.

NASVS TVVS.

I.
Conſenſus hic Doctorum fauet nobis.

Iuſtus Vrgel. Theodoretus. Tres Patres. Aponius. Honorius. Angelomus. Caſſiodorus. Gregor. M. Beda. Thomas Aquin. Hugo Victor. Philo Carp. Ambroſius. Recentiores:

LOco Hoc *minus nobis cum alijs digladiandum erit*, *vide* enim pleroſque tametſi non in eandem ſententiam, in affinem tamen conueniſſe. Si enim vnum Iuſtum Vrgelitanum excipias, qui per *Naſum* eos intelligit, *qui odorem iuſtitia, qua eſt in Chriſto Ieſu, percipientes ad interna traijciunt*, cæteri fere omnes ad Iudicij præſtantiam, diſcretionem, ac ſagacitatem, tametſi ſuam quique ſequuti ſemitam, retulere. Theodoretus, tres apud illum PP. Aponius, Honorius, Angelomus, Caſſiodorus, Gregorius M. Beda, Thomas Aquin. Hugo vict. & quos prius nominaſſe oportuit, Philo Carpathiorum Epiſcopus, & Ambroſius Mediolanenſis, ſerm. 5. in Pſal. 118. & lib. de Spir. S. cap. 9. Acceſſere ſuffagijs recentiores doctiſſimi.

Qui naſum ad ſolertiam retulere, licet variè.

II.
Naſus certè apud profanos, & Sacros ſagacitatem notat.
Ex Phyſiognomica doctrina.
Hinc naſuti pro ſolertibus poſiti à Martiale.

Naſus ſolertiæ ſymbolum. *Metopoſcopi.*

Et vero ſi quid ſymbolice apud ſacros & profanos *Naribus* indicetur conſideres, facilè intelliges non hæc alio quam ad *Solertiam*, ac *ſagacitatem* referenda. Nam huius prudentiæ, ſeu prouidentiæ partis *Naſum* iuxta ſe magnitudinis proportione ſupra faciem tollētem, oculoſque, ac aures velut quodam aggere diſcriminantem, & in frontem deſinentem, & labra, ſymbolum eſſe Metopoſcopi ſemper arbitrati ſunt: Inde etiam vulgari ſermone factum eſt, vt obeſſe naris homines parum ſolertes, prudenteſque dicantur; vt contrà *Naſuti*, qui multa prudentia ſolertiaque, & mentis acumine pollent: Vnde Poetæ iocus non inſcitus.

Naſutus pro prudenti, atque ſagace. *Mart.*

Naſutus ſis vſque licet, ſis denique Naſus;
Quantum nec poſſit ferre rogatus Athlas.

Et: *Maiores nuſquam rhonchi, iuueneſque ſeneſque,*
Et pueri Naſum Rhinocerotis habent.

Et: *Non cuiquumque datum eſt habere naſum,*

Hinc *Naſo ſuſpendere* pro irridere.

Naſo ſuſpendere. *Horat.*

Naſo ſuſpendis adunco
Ignotos, vt me libertino patre natum.

Et ſuſpendere naſo pro irridere ab Horatio.

Nam ſicut & auritos, & oculatos, & cordatos dicimus, ſic etiam & *Naſutos*, qui acri, ac ſagace odoratu pollent, vnde ad animi virtutem, ſeriò iudicantem de rebus, nomen translatum eſt. Vnde ex Onirocritica diſciplina, qui ſe magno *Naſo* per ſomnium præditum viderit, magna in rebus agendis ſolertia, ac prudentia vſurus exiſtimatur.

Oniro critica: Artem. lib. 1. c. 29.

III.
In Sacris autem naſus iracundia nota.

Naſus furoris nota. *Pſal. 17. 9.* *2. Reg. 22. 9.*

In ſacris autem iracundiæ, ac furoris ſymbolum *Nares* eſſe, certum eſt. Pſal. 17. 9. *Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarſit.* In originibus: *Aſcendit fumus in Naſo eius.* Et 2. Reg. 22. 9. Verſus idem aliter redditus à vulgato eſt, quam habeant 72. *Aſcendit fumus de Naribus eius, & ignis, de ore eius, & ignis de ore eius vorabit.* Nec ſine cauſa ira *Naribus* tributa, aut per id nomen ſignificata, ſolet enim irato *Naſus* impleri, ac multo ſpiritu redundare, vt à concepto internis igne fumus naribus, vel vt camino videatur ſpirare. De Theagene Heliodorus Aethiop. 2. *Naſus, & nares libere aerem attrahentes ſignum ira, & impetus.* Sic ille de generoſo equo, ac in pugnam incenſo.

Solet enim ea pars in iratis tumere, et ſpiritu impleri.

Naſus iratis hiat euaporando ſpiritui.

Collectumque premens voluit ſub Naribus ignem.

Virgil.

Sed & magnanimitatis, animique celſitudinis *Nares* indicium ſunt, & ad ea ſignificanda trasferuntu r. *Quieſcite ergo ab homine, cuius ſpiritus in Naribus eius eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe.* Iſa. 2. 2. Quanquam hæc fortaſſe de eo intelligemus, qui promptus ad iram ſit, quaſi paratam habeat materiam, quæ vel ſcintilla adhibita flammas concipiat? Nos dicimus: *Guardabos del, que no es hombre que ſufre burlas.* Eſt quod de vrſo dixit ille:

Et magnanimitatis, animique celſitudinis.

Naſus magnanimitatis iudiciū. *Iſa. 2. 2.*

Rabido

SVM. COM.

Rabido nec perditus ore
Fumantem Naſum viui temtaueris vrſi:
Sit placidus licet, & lambat digitoſque manuſque
Si dolor, & bilis, ſi iuſta coegerit ira,
Vrſus erit,

IV.
Sed maximè ſolertia, & ſagacitatis.

4. *Reg.* 19. 28.

Hinc circulus naribus impoſitus, ſtuporem notat.

Circulus in naribus, ſtupiditatis nota.

Sed de *ſagacitate*, ac *ſolertia*, ob quam nimium ſibi quiſquam complaceat, illa ſunt Iſaiæ in Sennacherib. *Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum in Naribus tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te in viam per quam veniſti.* 4. Reg. 19. 28 Nam quod tali ſupplicio afficiendus dicitur, pertinet ad irriſionem: vt quia ſuarum artium nimis confiſus copias inſtruxerat, ratus ſe facile victoria potiturum, quod hactenus feliciter illi cum alijs gentibus contigerat, ſciret, ſe non pluris fieri, quam aut bouem, aut bubalum, animalia ſtupida, & ignaua, quibus ideo *Naribus* inſertis circulis ferreis, impoſitiſque capiſtris ſeruitia viliſſima imperari ſolent. Nec ſine cauſa *Naribus* inſerendus dicitur circuitus, vt quæ notæ ſolertiæ, ac prudentiæ ſolent eſſe certiſſimæ, eædem ſtupiditatis inſignibus infamentur, ac per ora hominum traducantur. Nec ſine cauſa Leuit. 21. 17. 18. inter cæteros, qui propter corporis quoſdam defectus arcentur ab altaris miniſterio, etiam quibus naſus vitio laboret aliquo connumerantur: *Homo de ſemine tuo Paterfamilias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi paruo, vel grandi, vel torto naſo.* Quia nimirum ſæpè vel exceſſu vel defectu peccatur, atque haud raro prauum in finem, quæ de ſe recta ſunt, diriguntur, quod tantundem ad culpam eſt: *Solertia* autem hæc, ac *Sagacitas*, quæ prudentiæ filia eſt, ſi exceſſu peccet, in calliditatem mutatur, quæ fraudum omnium artifex eſt; ſi vero defectu ſtupiditas eſt, & multorum errorum in agendo origo; ideo nec *Naſo* longiore, nec breuiore qui fuerint, ad miniſterium ſacrum apti cenſentur: decet enim Sacerdotes ea iudicij mediocritas, quæ virtutum vt altrix, omniſque honeſtæ actionis magiſtra. Nec minoris infamiæ eſt, iudicij ipſa peruerſitas, ac ſolertiæ ad illicita declinatio, vt quod alioqui ex ſuo genere laudem meretur, abuſu quodam ad illaudata detortum damnari ſit dignum. Ideo etiam qui obtorto ſit *Naſo* à miniſterio prohibetur.

Et ab altari arcetur, quibus naſus vitio laborat.

Nam ſagacitas eſt medium exceſſit, calliditas eſt.

Si medium non pertingat, ſtupiditas.

Diſtortus naſus peruerſitatis indicium.

Leuit. 21. 17.
Naſus grandior calliditatis nota, paruus ſtupiditatis, diſtortus peruerſitatis.

Naſi vitio aliquo notari ab altari prohibentur.

V.

Sit igitur in Eccleſia facie naſus ſagacitas.

Qua abſentia, & futura odorari poſſit.

Naſus in Eccleſiæ corpore ſolertia eſt & ſagacitas.

Ergo in *Eccleſia Naſo* decenti ſe mole ex ſymetriæ legibus ſupra malas tollente, nulloq; vitio notabili, ſed ſuis omnino dotibus inſigni, hâc *ſolertiā*, ac *ſagacitatē* agnoſcemus ad præcauenda diſcrimina imminentia. Aequum autem erat vt cuius *oculi* (quibus vigilantiam intelleximus) laudem meriti fuerant, eiuſdem etiam *Nares*, ac in illis *ſolertia*, ac *ſagacitas* commendaretur: Ne qua vigili *oculo* præſentia qua eſſent peruidere poſſet, exiſtimaretur abſentia, ac nondum exſtantia, aut non videre, aut præuenire non poſſe. Indita ergo inter cæteras ea dos *Eccleſiæ* eſt, vt nemo imponere poſſet illi, ſed quidquid vel prodeſſe vel obeſſe familiæ poſſet, vna & acute peruideret, & prudentiſſimè gubernaret. Huius fortaſſe rei in typo de forti muliere, quam *Eccleſiam* eſſe alio monuimus loco, dictum legimus: *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum.* Prou. 31. 14. Nam profecto ad hanc *ſolertiam*, ac *prouidentiam* ſpectat, in familiæ, ſeu ciuitatis rectore, futura diſcrimina famis, aut indigentiæ præuenire; neque expectare, quoad malo ipſo, ciues premantur, ac tardis tunc remedijs, ideoque parum vtilibus, extremis, aut deſperatis rebus ſubuenire. In tempore de commeatu prouidendum eſt, miſſiſque in cæteras prouincias negociatoribus, alimenta conquirenda. Id ergo iure in fœmina forti laudatur, neque enim ſolum *De nocte* dicitur *ſurrexiſſe, dediſſeque cibum domeſticis, dimenſumque ancillis,* quod ad præſentium curam ſpectat. Sed etiam *elonginquis regionibus adiectis nauibus annonam curaſſe*; ne cum vrgeret familiæ neceſſitas, non eſſet quo ſubleuare famem poſſet. Sed de his ſatis.

Exemplum habes in Muliere forti.

E longinqua regione alimenta familiæ conquirete,

Ne famem præuēte remedia tardarēt.

Prou. 31. 14.

Ad Rectoris prouidentiam ſpectat remedia præuenire imminentium malorum.

NOTATIO XXII.

SICVT TVRRIS LIBANI.

I.
Libani nomen ad arcanam ſententiā pertinere, quidam volunt.
Et ad baptiſmum referunt.

Libanus baptiſmus.
Greg. M.

AD Corticis *quod attinet ſenſum ſatis alio loco dictum* eſt, & in quo comparationis vis ſita ſit, diſquiſitum. Huius loci ea propria quæſtio eſt, an *Libani* nomen ad ſenſum arcanum faciat. Nam plerique certè veterum, qui harum minutiarum ſolertes fuere exploratores, aliquid in ea voce latere ad ſenſum arcanum pertinens, arbitrati ſunt, quanquam in ſeculo minimè conueniant. Gregorius PP. quia *Libanum* dealbationem quidam exponunt, vel baptiſmi aquas, vel pœnitentiæ lacrymas, quibus

à pec-

Alij ad virtutis puritatem.

Alij ad Chriſtum Eccleſiæ fundamentum.

Libanus virtutis puritas. Iuſtus Vrgel. Aponius. Libanus Chriſtus in quo fundata Eccleſia. Honorius.

à peccatis mundamur, intellexit. Sed minimè cohærere videtur. Quemadmodum & quod Iuſtus Vrgelitanus voluit, qui cum *Naſum* fuiſſet interpretatus, eos qui odorem Chriſti percipientes ad cordis interna illum traijciunt, eos *Turri Libani*, id eſt candoris, ſimiles eſſe dicit, quod in magna virtutis puritate conſiſtant. Id generalius, quam vt in hunc locum videatur quadrare. Aponij haud aptior videtur eſſe interpretatio, qui, quia *Libanus* thus eſt, humanitatem intelligit Chriſti. Nec Honorij, qui in *Libano* Chriſtum agnoſcit, in quo fundata *Eccleſia* eſt. Nam certe non tota illa ſed ſolus ipſius *Naſus Turri Libani* comparatur, quod aliud quiddam eſt. Quod ſi de quibuſdam priuatim Eccleſiæ gradibus id accipiunt, vt accipiunt certè, ne id quidem maximè iuuat, cum omnibus id commune *Eccleſiæ* gradibus ſit, vt in Chriſto per fidem fundati ſint.

II. *Sed Libani nomẽ ad arcanam ſententiam haud pertinet.*

Nam turris ad altitudinem ſpectat, nec alio Libanus in quo fundata.

Sic apud Iſaiam præcones Euangelici aſcendere ſublimi iubentur.

Eſt ergo altitudo turris eminentia nota ea prouidentia eccleſiæ.

Turris in Libano altitudinis nota.

Eccleſia ex edito circumſpicit omnia.

Iſai. 40. 9.

Eccleſiæ prouidentiam nihil fugit.

Præſtat ergo affirmare cum Theodoreto, tribus PP. Angelomo, Caſſiodoro, Ambroſio, *Libanum* hic ad arcanam ſignificationem minimè pertinere, cum comparatio tota ſit Eccleſiæ *Naſi*, cum *Turris* non quacumque, ſed eius, quæ in *Libano* ædificata ſit, ad ſpeculandum ex ea, ac præcauendas hoſtium inſidias, de quo mox. *Turris* ergo ad altitudinem ſpectat, vt intelligatur ea *Eccleſiæ prouidentia*, velut ex edito loco omnia circumſpicere, attentoque, ac vigili oculo omnia prævidere. Si quid ergo *Libanus* eſt, ad eandem ſpectat altitudinem, ac celſitatem omnia infra ſe habentem, deſpectantemque: nam præterquam turris altiſſima intelligitur, ſupra montem celſiſſimum conſtituta, & ſua, & montis altitudine conſpicua eſt. Sic Euangelicos præcones Iſaiæ adhortatur. *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Ieruſalem; exalta, noli timere.* Iſa. 40. 9. è locis enim editis quemadmodum & facilius vox, & longius ad multos perfertur, ita oculorum ipſa acies ad longiora proijcitur, facile vt obſeruari omnia poſſint, & etiam longius diſſita cognoſci. Intelligemus ergo eam Eccleſiæ *prouidentiam, ſolertiamque* ita omnibus eminere; vt nihil eam latere poſſit, cum omnia infra ſe videat; nec aliquid omnino ſit, quod illius proſpectum valeat impedire, aut aciem fallere. Nec aliud turris libanoticæ comparatione innui exiſtimamus.

NOTATIO XXIII.

QVAE RESPICIT CONTRA DAMASCVM.

I. *Damaſcus in deterius ſumitur.*

Pro mundo apud Iuſtum.

Pro peccatoribus apud Gregor.

Pro Dæmonibus apud Caſſiodorũ.

Pro tentationibus apud Hugonem.

Pro Gentilitate apud Theodor.

Cæteri tropologiã ſequuti.

Damaſcus Symbolicè in malum ſumitur.

Damaſcus, pro mundo. *Iuſtus Vrg.*

Iſai 1. 15. *Damaſcus*, pro peccatoribus. *Gregor.* *Pſal.* 13. 3. *Damaſcus*, pro Dæmonibus. *Caſſiodorus.*

Damaſcus, pro tentationibus. *Hugo Victor.* *Theodoretus.* *Damaſcus*, pro Gentilitate. *Iſai* 8. 4.

DAmaſci *Vocabulum in deteriorem partem accipiendum* hoc loco & ex Sacris litteris omnino conuincitur, & concors Interpretum veterum, recentiumque ſenſus confirmat. Sed quia id quod deterius eſt, vnum non eſt, ideo in myſtico ſignificatu vocabuli non omnes conſentiunt, tametſi affinitate quadam omnes ſe mutuo amplectuntur ſententiæ. Iuſtus Vrgelit. *Mundum* (ruinæ ſemper bonis occaſionem) interpretatur: quanquam ille alio refert, *ad perfectos nimirum qui ea ſapientia, quæ ex Deo eſt, mundum illuminant*. Gregorius non multum diuerſus abit, peccatores accipiens quibus Verbi Dei miniſtri ſemper infenſi ſunt, interpretatur enim *Damaſcum Sanguineum*, De peccatoribus autem dictum eſt; *manus tuæ plenæ ſunt ſanguine*. Iſa. 1. 15. & *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem*. Pſal. 13. 3. Caſſiodorus cui & alij interpretes hærent, malignorum ſpirituum in curſus; eſt enim *Damaſcus ſanguinis potus, vel oculus*; Dœmones autem hominum ſanguinem &, cum non habent, inhiant: &, cum habent, potitant. Hinc parum abeſt Hugo Victorinus lib. 3. Annot. allegor. in leuit. Cap. 17. intelligens tentationes & futura vitiorum bella. Theodoretus bonus omnino interpres *Damaſcum* interpretatur gentilitatem, inducitque Iſaiæ locum Cap. 8. 4. *Quia antequam ſciat puer Vocare Patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci: & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum.* *Adhuc*, inquit, *puer exiſtens, regem Aſſyriorum* id eſt, *Diabolum profligabit*. *Auferet autem Damaſci fortitudinem*, hoc eſt, *Idololatriæ robur euertet, & ipſe captiuis, ſub Diaboli poteſtate conſtitutis, potietur*. *Auferet & iam Spolia Samariæ*, id eſt. *Iudæos Gentileſque liberans, & ab erroribus abducens, deuicto tyranno, in ſuam rediget poteſtatem*. Cæterorum omitto ſententias qui non litteram hic, ſed tropologiam ſunt ſequuti: ſicuti etiam & recentiorum, quorum pleræque interpretationes ſola rerum ad res analogia, & interpretationis ſerie parum huic loco aptæ probantur.

II. *Damaſcus nobis eſt, quidquid aduerſum Eccleſiæ eſt.*

Ne nimium ſententiã reſtringamus.

Damaſcus quidquid aduerſum Eccleſiæ eſt ſignificat.

Nobis plenior futura videtur interpretatio, ſi *Damaſci* appellatione ea omnia accipiamus, quæ felicem *Eccleſiæ* curſum, vel retardare, vel impedire poſſunt; eius enim & *Solertia*, & prouidentiſſima *Sagacitas* omnia obſeruat, vt ne minima quidem eius aciem attentiſſimam fugiant. Cur enim ſententiam alioqui ſanam ad vnum genus adſtringas, cum re vera, quidquid demere velis, illuſtre illud donum minuas, quo ditata ab ſponſo *Eccleſia* eſt: nec puto laudandum, ſi aliquid eorum negauiſſet, quod ad

Digitized by Google

Cuius rei typum mulier fortis eſt.

Cui vir confidit.

Cui filij laudes cumulant.

populi Chriſtiani regimen vel vtile, vel neceſſarium eſſet. Ea ſunt ſcilicet iura illius, quæ non ſolum ſponſa ſit, ſed marita, vt & adminiſtratio familiæ omnis cū tradatur illi, & poteſtatis omne ius eidem commune ſit, nequid illi ad dignitatem deſit; lege totum Caput.31. Prouerb. videbis in typo qualem ſibi vxorem Chriſtus adiunxerit, quamque merito illius nuptijs glorietur. Hinc ſecura in illius ſolicitudine ac prouidentia confidentia, S. D. E. *Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit.* Prou. 31. 11. Hinc congeſtæ in illam laudes. *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt; vir eius, & laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Ver. 28. 29. Siuè ergo vitiorum incurſum, ſeu errorum agmen, ſeu hæreticorum rabiem, ſeu Idololatriæ imminentia prælia conſideres, omnium auertendorum curam ad Eccleſiæ prouidentiam ſpectare affirmes, nihil enim minus hoc loco de illa prædicari arbitrandum eſt, quam quod reuera in ea illi parte conceſſum eſt. Eſt autem certiſſima, & conſtans interpretandi, quæ vel Symbolice, vel prophetice dicta de Eccleſia ſunt, ſi ab his, quæ facta vides, ad illa, quæ obſcure ſunt ſcripta, argumentêre.

Prouer. 31. 11.

Prou. 31. 28.

Omnium enim aduerſorum auertēdorum cura ad Eccleſiam ſpectat. Id autem euentu probatur, quæ certa probatio eſt.

Regula ad interpretanda vaticinia, & ſymbola.

III.

Hæc generatim dixiſſe ſufficeret. Sed exigit locus ipſi & ſuo quaſi iure noſtra conſuetudo flagitat, vt hæc aliquanto ſtrictius premamus, ne temere quis exiſtimet nos in eam ſententiam declinaſſe. *Damaſcus* Syriæ latiſſimæ prouinciæ, non ciuitas modo, ſed & caput: Vnde cæteris iura dabantur, ſæpe pro tota ponitur Prouincia, quemadmodum & Roma pro imperio toto. Iſa. 17. 1. *Onus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas, & erit ſicut aceruus lapidum in ruina,* quæ de vaſtatione non modo Vrbis, ſed gentis Hieronymus intellexit. Sic etiam Iſa. 8. 4 & locis alijs. Aſſyriorum autem in Iudæos odium multis conteſtatum documentis apud Sacros authores eſt, donec tandem, poſt illatas multas clades, decem tribus transferrent; duobus autem ſæpè bellum intulerint, & grauibus damnis affecerint, eadem clade vaſtaturi eas, niſi Deus adſtitiſſet & regum pietatem reſpexiſſet. Harum inimicitiarum, quæ mutuis vel acceptis, vel illatis cladibus adoleuêre, ratione factum eſt, vt myſtico & arcano ſignificatu, quemadmodum veteri populo Iudæorum fidelium *Chriſti* regnum, id eſt *Eccleſia* ſignificata eſt, ita Aſſyriæ, ſeu *Damaſci* nomine Diaboli regnum, *Chriſti* regno inimicum & infenſum ſemper acciperetur. Auguſt. in Pſal. 82. Gregor. lib. 9. Mor. Cap. 1 Beda in Cap. 2. Gen. Quidquid ergo inimicum *Eccleſiæ* eſt, damnaque illius vel procurat, vel inſtruit, *Damaſci* nomine intelligemus hoc loco. Quidquid enim id eſt, ad Diaboli pertinet tyrannidem, omnibusque illis ad *Eccleſiæ* ruinam; vel tanquam adminiſtris, vel tanquam armis vtitur. Et quia illius perpetuum bellum *Eccleſiæ* eſt indictum, & nunquam interrumpendum, eam oportuit illis præſidijs armari, armiſque muniri, quibus & illius eludere artes, & vires accidere, & arma declinare poſſet. Quemadmodum ergo monitum Petri ad Eccleſiæ filios eſt: *Sobrij eſtote ac vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret:* 1. Pet. 5. 8. Ita ad paraturam Eccleſiæ exigebatur, vt artes poſſet opponere artibus, ac vim vi repellere, ne imparatum militem hoſtis facile ſterneret. Ergo & *Solertiæ* multum, & *Sagacitatis* dandum erat, ne, quæ fortis ad prælia ineunda erat, conſilio deſtituta imminentes fraudes à calido hoſte, ac vigilantiſſimo præuidere, ac præuenire non poſſet. Sed ſemper obuerſa facie, intentiſſimo ſtudio, ac nuſquam oculo conniuente, minantes ab inimica vrbe motus omnes obſeruaret, atque ex edito loco filios periculi imminentis admoneret.

Damaſcus Syriæ caput. Sæpè pro tota Prouincia.

Damaſcus, ſæpè pro tota prouincia.

Iſai. 17. 1.

Aſſyriorum autē in Iudæos odium notum eſt.

Iſai 8. 4.

Hieronymus.

Aſſyrij Iudæorū hoſtes.

4. Reg. 15. 29. Et 16. & 17.

4. Reg. 18.

2. Paral. 32.

Ezech. 36.

Hinc Damaſcus vſurpatur pro Diaboli aduerſus Eccleſiam regno.

Auguſtinus.

Gregorius.

Beda.

Et vires tyrannidis artibus.

Damaſcus pro Dæmonis aduerſus Eccleſiam tyrannide.

Damaſcus quidquid aduerſum Eccleſiæ eſt.

Ideo monemur à Petro vt vigilemus, & ab eo caueamus nobis.

1. Petri 5. 8.

Et Eccleſia multa ſolertia opus ad illius artes præcauendas.

Eccleſię ſolertia neceſſaria.

IV.

Ad inferendum Idololatriæ bellū.

Sed id omne ad tria capita reuocari poteſt, quibus diſperſa *Eccleſiæ* illa ſolers vigilantia, officium implet. Nam & Idolatriæ inferendum bellum erat, quo nomine prauas omnes religiones à Chriſti nomine alienas intelligimus; quoad, exciſſo regno illius, Chriſto imperium tantum ſubderetur; & Hæreticorum frangendi impetus, qui pietatis ſpecie pietatem ſemper conantur toto de orbe pellere; & prauorum Chriſtianorum retundendi conatus, qui, vitiorum ſuperſeminatis noxijs ſeminibus, Chriſtianæ pietatis vel obruere ſemen, antequam naſcatur, ſolent; aut, poſtquam natum ſit, corrumpere, ne adultum deſideratum fructum ferat. In eo autem ſtatu, quo Capite hoc *Eccleſia* deſcribitur, id propriè ad illam ſpectat, cum armis inſtructa ſponſi nobiliſſimam expeditionem vrgeret, ac crucis vexilla in omnem latè gentilitatem inferret. Nam & eæ nationes, quarum Damaſcus metropolis erat, & ciuitas princeps, Idolatrijs ſuis infames, optimè omnem late dominantem gentilitatem repræſentarunt: Obuertit ergo faciem in *Damaſcum Eccleſia*, proſpectura de alto quibus artibus aut viribus ſubiugandum Gentilitatis imperium ſit. Quid damni, quid periculi a facie Aquilonis immineat fidelibus ſuis. Ergo iam tunc futura perſequutionum ſæua bella meditatur; & quemadmodum ſolers gubernator, quam futuram præſagit, certis, ex indicijs tempeſtatem vigil expectat, interim tamen & armamenta parat, & rudentes geminat, & nauale vulgus officij admonet, ne tempeſtatis furor improuidos, imparatorque

Hoſtes Eccleſię tres Idololatria, Hęreſis, praui mores.

Et Hæreticorum frangendos impetus.

Et prauorū Chriſtianorū conatus impediendos.

Damaſco autem haud inepte Gentilitas omnis ſignificata.

Damaſcus Idololatrię regnum

Obuertit autem in eam Eccleſia faciem, vt imminens diſcrimen auertat.

Eccleſiæ futura bella meditatur.

Digitized by Google

Suoſque ad futuram perſecutionis tempeſtatem parat.

Donec tranquillitas redeat.

Contra Damaſcum reſpicere, quid ſit.

que antè occupet, quam admoneantur diſcriminis: ſic ſancta *Eccleſia* ex alto proſpiciens futura mala, quæcumque ad durandum tolerandumque expediunt, ſollicita parat, ſuoſque filios armat in futuram ab Idololatria tempeſtatem, certa concepta ſpe futurum, auxilijs ab ſponſo ſummiſſis, vt tandem vel fatiſcente ventorum rabie, vel domito vndarum horrore, nubibuſque de collo deterſis, pelagus omne quieſcat, ſedatiſq; fluctibus rideat, nouo felicioris diei lumine ad æmulationem cryſtalli reſplendens. Hoc putamus eſſe *Contra Damaſcum reſpicere*.

V.

Sed Idololatria confecto bello, Hæreſum aliud ſupererat.

Niſi quod altera aperta graſſatur vi.

Altera fraude, & dolo.

Huic detrahenda larua, vt agnoſceretur.

Diſcrimen inter Idololatriam, & Hæreſim.

Cæterum non vna iactanda *Eccleſia* tempeſtate erat, & pace poſt perſequutionis bella compoſita, noua aliundè ſubeunda erant pericula: & quæ cum externo hoſte felici hactenus marte pugnauiſſet, domeſticis diſſidijs, *Deo* grandes ob fines omnia permittente, laceranda erat. Hæreſes dico, infauſtum ſemper nomen Eccleſiæ, neque vnquam in totum abolendum malum, donec ſæculi exitus tardat. Id autem diſcrimen, quod Idololatria manifeſta graſſata vi, eo minus timenda fuit, quod artes illius fallere minimè potuerunt. Hæreſis contra pietatis vultum mentita, & profana meretrix in pudicam transformata Virginem fallere incautos aggreſſa, artibus alijs excipienda erat, quibus detracta perſona, quæ latebat Harpjia, ſimplicium oculis qualis erat ſcilicet, monſtraretur: agnita autem in ſanguine ſuo, nudata turpitudine, ſtatueretur ab omnibus deridenda. Et id ergo pertinebat ad Eccleſiæ vigilantiam, ſolertiamque, ac futurorum prouidentiam. Nam & *futura ſcandala* monuerat antè Chriſtus, malumq; interminarat illis, per quos futurum erat, vt ſcandala eſſent. Matth. 18. 7. Nomen enim ſcandali eo loco generale quidem eſt; ſed nulli magis aptari poteſt rei, quam Hæreſi, quæ omnium maximè ſcandalorum, & Eccleſiam perturbat, & omni niſu non auertendum modo, ſed antè veniendum eſt. Et Paulus magiſterio Chriſti doctus è ſpecula Apoſtolica clamat ad Vigiles: *Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos (inſpectores) regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.* Act. 20. 28. 29. 30. Nam quod *attentionem* imperat, grande aliquid, magnique ad negotium totum ponderis ſe dicturum indicat, cuius meminiſſe oporteat. Sic ſæpè Chriſtus, cum magnum quiddam vellet præcipere, ad attentionem prouocabat. Matth. 6. 1. Luc. 12. 1. Et 21. 34. Et quod *Epiſcopos* vocat, officij admonet, & ad vigilantiam hortatur; & quod miniſterij à Spiritu Sancto commiſſi meminit, quanta res ſit, quamque illorum muneris iura contingat, ſatis oſtendit. *Intraturos* autem *Lupos* dicit, *nec parciturus gregi*, quæ deſcriptio hæretici hominis eſt, qui nec legitimè electus, nec rite miſſus, ſua vnius authoritate, vſurpata poteſtate, Doctoris officio functurus, ſeſe intrudit, inuocatus, intruſuſq; Sed cur *Lupos* appellat, quos fortaſſe aptius Leones, vrſoſq; dixiſſet? Nempe Leonis eſt vi potius agere, quam aſtu decipere; *Lupus* & vim fraudi iungit, & cum vi non poteſt, aſtu ouium cladem molitur. Hæretico ergo Lupi nomen, quod & fraudis etiam eſt, omnino quadrat. Cæteros Eccleſiæ hoſtes aptius Leones dicemus, quemadmodum & Neronem Paulus appellat. 2. Timot. 4. 17. Et quanquam aliquando Leones legimus gregibus infenſos, id vero rarum eſt: à *Luporum* rapacitate atque ferocia frequentiſſimi metus, & damna. Plures enim ſuſtulit Hæreticorum calliditas de grege Chriſti, quam Perſequutoris crudelitas. Habes in Paulo huius ſolertiæ documentum, quæ in *Naſo* Eccleſiæ commendatur, ex comparatione *turris, quæ reſpicit contra Damaſcum*.

Hoc enim ſcandalum eſt, quod futurum Chriſtus monuit.

Monuit & Paulus vt attentos faceret Præſides.

Et magni momenti doctrinam moneret.

Exemplo Chriſti.

Et Epiſcopos appellauit, vt vigilantiam admoneret.

Caueretque ab Hæreticis, quos Lupos vocat.

Et meritò, nam Lupus fraude graſſatur magis quam vi.

Plureſque ſuſtulit Hæreſis calliditas, quam Perſecutoris crudelitas.

Matth. 18. 7.

Scandali nomen Hęreſis propriū

Actor 20. 28.

Attentio cum imperatur, rei ſignificatur grāditas.

Matth. 6. 1. Luc. 12. 1. Luc. 21. 34.

Epiſcopus nomen officij.

Lupus Hæreticus quod clam, & fraude graſſetur.

Leonis nomen magis tyranni. 2. *Timot. 4. 17.*

Plures perdidere Hæretici, quā tyranni.

VI.

Poſtrema Eccleſiæ cura, morum reformatio.

Cui modo inuigilat, vt præueniat.

Quæ optima, ac ſaluberrima medendi ratio.

Quæque magis cōmēdat medicum.

Et licet Valētibus opus medico non eſt.

Vitiorum cum morbis comparatio.

Morbi radices euellendæ.

Præueniendi morbi remedijs.

Matth. 9. 12.

Sani ægrotaturi pro ægrotis habendi.

Poſtrema Eccleſiæ prouidentiæ cura paſſim graſſantium vitiorum radices occidere, ac in cauſas origineſque tanti mali ſolerter inquirere. Habet vitiorum hæc Lues cum morbis, quibus humana ſæpè valetudo tentatur, affinitatem; ſunt enim vitia animorum ægritudines, quibus eorum ſæpè affligitur ſanitas. Nec puto magnam is medicus laudem meritus ſit, qui adhibito medicamento præſentem grauantemque corpus morbum depulit. Nam ſi latentes in imo ægritudinis cauſas, fibraſque non attigerit, recrudeſcet ſcilicet morbi vis, eoque violentius infeſtabit, quo hactenus vi medicaminis cohibitus vires in ſe collegit inuitus. Is maiorem laudem tulerit, qui non præſenti ſolum morbo medicina auxilium tulerit, ſed qui cauſas origineſque ipſas abſciderit. Sed, ſi rite calculum ponas, vnica Aeſculapij cuiuſquam gloria arte præueniſſe cauſas ipſas, origineſque morbi vetuiſſe vel naſci. Id ergo maximè ad perfectionem ſpectat artis, anteuenire inualetudinis cauſas, humanumque corpus ſanum præſtare, ne vel ægritudinis pati mala, vel medicaminis tædium omnino, quo valetudo reſtituenda eſt, compellatur; quod ſæpè grauius eſt. Et quanquam enunciatum Chriſti eſt, *Non eſſe opus bene habentibus medico, ſed male habentibus*. Matth. 9. 12. Audeo tamen dicere, haud multum diſtare morbo pulſandos, tametſi valeant, ab ijs, qui ægritudini ſuccubuere. Vtrumque ergo ad medium pertinet, & prohibere morbi

Digitized by Google

Sed qui ita valet vt ægrotaturi ſint, pro ægrotis curandi.

Quod Eccleſiæ pa tiſſimum ſtudiũ, ſed & laudabile.

Sit ergo Eccleſiæ naſus hæc multiplex prouidentia.

Eccleſiæ cura mala animarum præuenire.

cauſas,& morbum auertere; ſed multo laudabilius illud prius eſt. Quod ſi vitiorum ipſæ diuerſitates morbi quidam myſtici corporis ſunt, *Eccleſia* vnius animus erit vtraque medicari ægris animabus ratione. Sed multo laudabilius fuerit, ſi non modò morbos,& morbi cauſas depulerit, ſed etiam diuina, qua pollet, arte cauſas morborum ipſas, antequam enaſcantur, eſſe prohibeat. Id ergo pertinet ad hunc locum. Habes *Eccleſiæ naſum*, id eſt, *Prudentiam Solertiamque turri* ſimilem ob verſa in *Damaſcum* facie *Libani* vertici inædificatæ, ideſt, altiſſimo loco, vnde omnem in partem circumſpiciens & diſcrimina imminentia ſuis filijs antè videat; & eorum admeneat illos, ne quem inopinatus caſus opprimat incientem.

VERSVS V.

CAPVT TVVM VT CARMELVS: ET COMÆ CAPITIS TVI SICVT PVRPVRA REGIS VINCTA CANALIBVS.

COMMENTARIVS.

CÆPTAM *in pedibus laudationem in capite finiunt*. Sicut ſolet ſtabes à fundamentis turrim erigere, donec in faſtigio deſinat. In *Capite* autem *Sapientiam* intelligimus, cuius in ſummo ſedes,& agendi adminiſtra ſunt organa in cerebro. Eſt autem ea *Eccleſia Sapientia* in eam de cœlo delapſa, ideoque & cœlo proxima: qua cauſa aptiſſimè *caput Carmelo* monti comparatur; cuius ſupra alios colles vertex cœlo propinquior, vnde & benignis fotus influxibus pulchrè vernabat, non modò multa felicium arborum prole veſtitus, ſed & vinetis, oleis, frumentis abundans, nihil vt alicubi ſterile eſſet. Quòd ſi *caput Eccleſiæ Sapientiam* ponimus; *Capilli cogitationes* erunt, quod & alio loco, cum de Chriſto Sermo eſſet, monitum à nobis eſt. *Purpuræ* autem à tinctura recentiſſimæ comparantur, eique, quæ regia, id eſt, ſumma artis Diligentia tincta ſit: quia *Cogitationum* illam nobilitatem nihil humile,nihil abiectum, plebeiumque maculabat: & quanquam ad humilia ſæpè demiſſa,ea ipſa non demiſſa tractabat. Sed officij ſemper memor,nec dignitatis oblita, partes ſuas implebat; Sed extremas has laudantium *Eccleſiam* Angelorum voces audiamus.

ENARRATIO.

PRoperant ad finem encomia: &, quæ cœperunt in pedibus, in capite deſinent, ſic ſcilicèt nobilibus ædificijs ſumma faſtigia coronam imponant. Multa à nobis prædicata de te ſunt, eiſque virtutibus, quibus ad ingens facinus perficiendum inſtructa proceſſeras, gentilitatis imperium exciſura, variarumque omnium religionum tyrannidem deletura: ſed cæteris omnibus pro capite ſapientia data eſt, ac velut regina; qua leges ferente, & conſilijs dirigente, ſuum quæque locum tenerent, munuſque perficerent. Sed nullum ſine coma caput laudem meretur; nulla ſine pulchro colore coma placet. Huius in te vicem cogitationes illæ ſubeunt vere regiæ, nec vnquam commercio viliorum abiectarumque rerum fœdatæ. Sua ergo luce ſplendidæ, ſuo nitore placentes, vibranteſque latè radios, purpuræ regiæ ſimiles ſint, à tinctura recenti; nec attritu flore amiſſo, nec ſordium contactu corrupto. Id totum origine tractum, à cœlo ſcilicèt, quo largiente, de ſapientia ipſa Sponſi mutuata magnam partem es: ne in eo diſſimilis eſſe viderere. Ergo totũ id, quod eſt, quod ſapientiæ datum eſt, de cœleſti theſauro Sponſi communicatum eſt: Ideo inferius nubibus

caput,

Digitized by Google

caput, quoque vicinior cælo eſt, terrarum abiecta faſtidis. Sic Carmelus montium pulcherrimus ſurrigit in cælum verticem; vnde felicitas ſibi omnis obuenerit grata confeſſione profeſſus.

NOTATIO XXIV.

CAPVT TVVM VT CARMELVS.

ſVM. COM.

I.

Gemina Quæſtio. Quid caput ſit; et cur carmelo ſimile.

Carmelus Paleſtinæ mons, ad Phœnices confinia.

Eliæ aliorumque commoratione nobilis.

A quibus vmbra religionum quadam.

Significat autem ſcientiam circumciſionis.

Vnde quidam hæc ad myſticam circumciſionem Eccleſiæ reuocant.

Cum proximè in naſo Prædicatores agnouerint: haud rectè.

Cum vnum alteri non hæreat.

Carmeli montis ſitus.

Religionum rudis delineatio in Elia, & filijs Prophetarum.

Carmeli ſignificatio.

Tres PP.
Philo Carpath.
Rupertus.
Guilhelmus.
Gregorius M.
Caſſiodor.
Beda.
Anſelmus.

In carmelo notata myſtica circunciſio.

DVplex *in totidem verbis quæſtio: quid myſticè per caput* ſignificetur; hæc prima eſt: & cur *Carmelo* monti comparetur; hæc altera eſt. Ordiamur ab hac, neque enim facile prior, niſi poſteriora explicata, intelligetur: *Carmelo* montem Palæſtinæ ſignificari, cuius multa ab vbertate fama, certum eſt. Situm conſtat prope Ptolemaidam qua Phœnices, Paleſtinæque confinia ſunt. Huic celebritatem auxit Eliæ, Eliſæi, aliorumque qui Prophetarum dicti ſunt filij diuturna, ac frequens commoratio; quibus authoribus rudis quædã Religionum ſacrarum delineatio in eodem monte viſa tunc eſt, cui, adueniens poſtea Chriſtus, extremam manum impoſuit, religioſo ſtatu conſtituto, ac certis, ac ſtabilibus legibus confirmato. Sed, quod ſæpè alias hebreis vocabulis proprium eſt, nec nomen ipſum myſterio caruit. Volunt enim plerique veterum ſignificare, *ſcientiam circumciſionis*, Hinc diuiſi Interpretes ſunt, nec eadem omnibus ſententia placuit. Nam Caſſiodorus, & illum ſequuti Beda, Rupertus, Anſelmus, Honorius, ad poſtremum illud de ſignificatu nominis retulere. Futuram in Eccleſia *circumciſionis veræ ſcientiam*, quam ſynagoga ſolum in typo habuit. Ideo *caput* illius *Carmelo* ſimile dici, *ſcientia* enim in *Capite* reſidet. Et id quidem quantum ad doctrinam verum eſt; cur autem nunc eius maximè *ſcientiæ circumciſionis* mentio facta ſit, ratio non redditur. Quin, cum proximo commate in *Naſo* Eccleſiæ Prædicatores ſcientia præditos diſcretionis accipiant, ſi analogiæ herendum eſt, aliquid per *Caput* ſignificari dicendum erat, quod affinitate aliqua cum Prædicatoribus conueniret, quale eſſet ſi diceretur, *Capite* Romanum ipſum Pontificem Chriſti Vicarium intelligendum, à quo in Doctores, Prædicatoreſque ſcientiæ manat omnis influxus. Nunc ſi ad *circumciſionis ſcientiam* velis eſſe reſpectum, pars cum parte non conuenit, vt vnius generis corpus conſtituat.

II.

Alij ad pluuiam ab Elia imperatam referunt.

Mentes ergo fidelium in Carmelo agnoſcunt.

In quas Chriſtus pluuias mittit gratiarum.

Alij modum vitæ contemplatiuam.

Hic Eliſæum commorari, & angelorum eſſe ſubſidia.

Quidam Ordinẽ Pontificum, altiſſimum in Eccleſia.

Caſſiodorus.

Carmelus fidelium montes.

Honor. Auguſtod.

Carmelus contemplatiua vita.

Carmelus Ordo Pontificum.

Nec videtur multum ſibi in ea interpretandi ſententia, placuiſſe Caſſiodorus. Hæc ipſa referens ad *Carmelum* in quo Elias ſæpè verſatus, vndè & precibus pluuiam impetraſſe à Deo legitur. 3. Reg. 18. 42. irrigandæ telluri triennali ſiccitate laboranti. *Carmelum* ergo mentes fidelium eſſe, quæ ſancta conuerſatione ſublimes cœlo ſunt proximæ; quas Chriſtus verus Elias aſcendit, atque inde areſcenti mundo pluuias gratiarum immittit. Hæc tametſi acutè inuenta ſunt, nec puto facilem approbatorem habitura; nec facile vno filo cum cæteris connectenda. Quo etiam catu numeranda Honorij ſententia eſt, qui *Capite Carmelo* ſimili ſignificari vult contemplatiuam vitam, ideo montem, quia ſublimis eſt, & vicina cœlo. In ea verum Eliſæum habitare, cuius nomine Domini ſalus notatur, quæ Chriſtus eſt, in ea eſſe Angelorum exercitus in ſubſidium armatos in hoſtes. Difficilia hæc ſunt, & moroſius excogitata: & alioqui æquè incertum eſt hic ad Eliſæum, & Eliam eſſe reſpectum. Probabilius Honorius idem hic ordinem Pontificum, qui ſupremus in Eccleſia eſt, agnouit. Sed de eo paulo inferius dicam, ne ordinem rerum perturbem.

III.

Sed Carmelus hic non aliud, quam Carmelus eſt.

Mons beata vbertate notus & ſitu ſublimis.

Quod, & nomen ſignificat.

Siuè prima hæc nominis notatio ſit, ſiuè manans à prima.

Carmelus eminens cęteris terrarum. Sicut caput humoris.

Iſa 29 17.
Et 32. 15.
Et 35 2.
Hier. 50. 19.

R. Dau. Kim.

Carmelus vbertatem ſignificat.

Probabiliſſimum omnium *Carmelum* hic nihil eſſe aliud quam *Carmelum*, id eſt montem altum ſublimemque, vbertate mira nobilem, à vertice ad radices multa arbore conueſtitum, multa vitæ ſatum & frequenti olea, vt nihil in illo ſterile eſſet, ſed omnia beata fœcunditate felicia, vt prouerbio locum fecerit. Altitudine ergo, qua nubibus caput inſinuabat, & ſubiecta omnia ex alto deſpectabat, *Caput* comparatione corporis referebat, ſuis dotibus inſigne. Quidquid ergo *Caput* eſſe volueris, & eminentia ſupra cætera, & cœli vicinitate, & myſtica vbertate illuſtre opus eſt definias: quod cum oſtenderis, nihil erit aliud, quod exquiras. Facit huc & vocabuli notatio: locum enim feracem pinguemque, multaque arborum, vitium, olearum, triticique fruge diuitem notat, ſi credimus Rabbino Dauidi Kim. Siue primæua ſignificatione montem vberem, felicemque diuite rerum prouentu ſignificet, vnde ad felicia omnia in eo genere translatum ſit nomen, quod quibuſdam placuit; ſiue contra, quod alij magis probant.

IV.

Caput Eccleſiæ quidam Chriſtũ volunt.

Caput Eccleſię Chriſtus D.

Altera nos quæſtio vocat, quid hoc loco myſtico ſignificatu ſit *Caput Eccleſiæ*; & in quo ſita ſimilitudinis cum *Carmelo* ratio ſit. Quidam Chriſtum accipiunt, qui caput

put

put Eccleſiæ eſt, Epheſ. 1.22.23. *Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius.* *Carmelo* ſublimitate comparari, quia ipſe per paſſionem quam ſuſtinuit, ad gloriam Patris eſt exaltatus. Ideo de illo dictum Iſa. 2.2. *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium.* In *Carmelo* Eliam orantem obtinuiſſe pluuiam; Eliſæum autem Angelorum præſidium: nos in Chriſto, & per Chriſtum cæleſtium bonorum pluuiam impetrare. Sic ferme Gregorius, cuius interpretatio digniſſima quæ à pietate commendetur, qui proprius character illius eſt. Doctus de recentioribus author, *Carmelo* Chriſtum ſimilem dici vult, quod & altiſſimum in Eccleſia gradum obtineat, & in ſe contineat, ex ſeque producat infinitam bonorum copiam. Probabiliter id dictum ſit, ſi maxime addas, ſublimi, ac feraci monti comparari, propter eminentiam diuinitatis, qua non modo cœlo proximus fuit, ſed ſupra cœlum ad conſenſum Patris ſubleuatus eſt: adde & altitudinem infinitæ ſcientiæ, qua omnem humanum ſuperat captũ, & Angelicum: tum propter ingentem, quam in omnia Eccleſiæ membra bonorum gratiarumq; copiam deriuat, velut aquarum fluenta. Sequerer libenter id, (quod, quantum ad id, quod eſt, Chriſtum Eccleſiæ caput eſſe hoc loco, video approbatum ab grauibus Interpretibus & Patribus, Gregorio, Iuſto, Philone, alijſque) niſi me prohiberet tot, & talium hærere ſententiæ & interpretationis ipſius ductus, & analogiæ ratio. Nam quod loco alio à me memini obſeruatum, quemadmodum in naturali corpore eiuſdem generis partes ſunt corporeæ ſcilicet, carne atque oſſibus conſtantes, nec diuerſarum ſpecierum partes humanum corpus conſtituunt, ne

Exaltatum per paſſionem.
In eo nos habere, & pluuiam gratiarum, & angelorum præſidium.
Et quia altiſſimũ in Eccleſia gradũ tenet.
Sed magis propter eminentiam diuinitatis, qua proximus Patri.
Et quia in membra Eccleſiæ bonorum copiam deriuat.
Sed obſtat analogiæ ratio, & ductus interpretationis.

Epheſ. 1. 22.
Iſai 2. 2.
Per Chriſtum, & de cœlo pluuias, & Angelorum præſidium. *Gregorius.*
Carmelus Chriſtus quod altiſſimus.
Chriſtus mons quia *Deus*, & propter altitudinem ſcientiæ & vbertatem gratiarum.
Gregorius.
Iuſtus.
Philo.
Regula certa ad ſymbolici generis interpretationem.
Horat.

Turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne,
Aut: *Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.*

Ita omnino in myſtico ea ſeruanda regula eſt, vt membra affinitate quadam naturæ conueniant, niſi cum in diuerſitate ipſa partium, & naturæ repugnantia myſterium fundatur, vt in ſtatua Danielis, in qua regnorum ipſa diuerſitas metallorum diuerſitate notata eſt. Hoc autem loco ſi velis membris alijs, quæ laudata ſunt, ſtatus, ſeu ordines perſonarum, quæ Eccleſiam conſtituunt, fuiſſe ſignificatos, puta Apoſtolos, Doctores, Prædicatores, Prophetas, Martyres, Virgines, & cæteros, laudabo partium ſymmetriam complexumque, ſi, cum ad *caput* Veneris, Chriſtum interpretere, à quo in membra cætera manat influxus: contrà, ſi ordinem partium alia ratione cõſtituas, vt ſi velis varias Eccleſiæ virtutes doteſque ſub membrorum ſchemate contineri, haud probare potero, ſi caput Chriſtum eſſe volueris, qui omnino ad aliam ſpeciem pertinet, non ad hanc, quam inſtituiſti. Aliud ergo quærendum eſt, quod ad ſeriem inſtitutam eadem affinitate pertineat. Itaque tametſi Chriſtum caput Eccleſiæ fatemur, quo influente cætera Eccleſiæ membra & ſenſum, & vitam participant, id hoc loco contendimus quadrare non poſſe, quod iuxta eam, quam iniuimus viam, ad idem genus omnino non ſpectet.

Et partium in illa hæreat affinitas.
Nam ſi membris alijs ſtatus Eccleſiæ acceperis.
Quia in capite Chriſti non agnoſcas ipſe nó pugno.
Nos aliam ingreſſi viam, alio pergamus.

Daniel. 2. 31.
Partium proportio maximè ſeruanda in ſymbolis.

V.

Hac etiam obſeruatione aliorum Interpretum ſententias reijcies, qui adhuc longius receſſere ab analogiæ ratione, vt Aponij (qui tamen hoc loco mendoſiſſimus eſt) qui Reges, ac Principes Chriſtianos interpretatur, maximè Romanorum; cum Romani ipſi Imperatores, alioqui diu non ſint; vt dicere cogamur, ſi id probemus, à multis iam annis Eccleſiam ſine *Capite* eſſe: nam illius certe corpus myſticum illis partibus conſiſtit, quæ perpetuæ non minus, quam illa, ſint. Quod ſi generatim Reges accipias, vbilibet gentium Regnantes, hi potius ad membra pertinent Eccleſiæ, quam *Caput* ipſi conſtituant, cum Romano Pontifici viſibili Chriſti Vicario, id potius proprium ſit, vt in myſtico hoc, viſibileque corpore principatum teneat: atque ab eo in membra reliqua manet influxus per hierarchicam adminiſtrationem. Placuit id quibuſdam de recentioribus, fauetque & nomen ipſum *Capitis*, & comparatio cum monte, qua eminentia Pontificiæ poteſtatis, dignitatiſque ſublimitas apte indicatur; cui *Coma* hæreat *Purpurea*, qua purpuratos Patres volunt intelligi, proximè hærentes Pontificibus, eorumque poteſtatis adminiſtros, per quos, veluti per canales quoſdam in inferiora Eccleſiæ membra *Capitis* deriuantur influxus. Nec mirum eſt *Purpura* comparari, & quia id illorum proprium eſt inſigne, quo à cæteris diſcriminantur, & officij admonentur: ſiue enim purpuram caritatem eſſe velis, decet illos cæteris eminere, nec minus animi dotibus, quam ornamento illo corporis, anteferri: ſiue martyrium ſanguineo colore velis referri, eorum eſt, cum ſe occaſio dederit, cæteris exemplo præire. Vide Conc. Lateranenſe ſub Iulio, & Leone X. in bulla ſeſ. 9. *Conueniens eſt, ac debitum, vt vita munditia ac virtutum ſplendore cunctis præfulgeant.* Et, Sixtus 5. in Bulla. *Poſtquam verus ille*, ait, *Cardinales eſſe nobiliſſima, & præcipua ſacri capitis membra à Spiritu S. conſtituta.* Hæc purpura eſt. Conc. Bal. ſeſ. 23.

Minus probandi, qui caput Principes Chriſtianos accipiunt.
Cum hi membra potius ſint inferiora.
Et Romano ipſi Põtifici ſubiecta.
Id quibuſdã probatum, de Romano.
Cui Cardinales veluti coma hærent.
Et quidem purpura inſignes.
Vel propter caritatem, vel propter martyrium.

Caput Eccleſiæ Reges ac Principes.
Aponius.
Reges inter cætera membra capiti ſubiecta. R. Pontifici.
Caput Eccleſiæ Romanus pontifex.
Coma Cardinales.
Purpura cur Cardinalium propria.

Digitized by Google

Vt pro bono vniuerſalis Eccleſiæ ſanguinem proprium non vereantur effundere. Omnia hæc ſi verba ſolitaria expendas, non inepte videntur aptata; ſi penitius ſcruteře, vna illa ratione minus apta probantur, quod hæc ad aliud omnino genus, & analogiæ rationem aliam pertinent, vt monitum proximè eſt.

Sed ne id quidem aptè neſtitur.

VI.

Sicut nec quod quidam voluere caput Eccleſiæ Ordinū ſummos præſides eſſe.

Vna ſupereſt ſententia docti ex noſtris Interpretis, cuius in ſymbolicis eruendis ſenſibus, ætate noſtra diligentiſſimo, tum hoc, tum Apocalypſis libro, deſudauit ingenium, & doctrina enituit, qui cum totum hoc encomium, non ad vniuerſam Eccleſiam, ſed ad Eccleſiam religioſam, (vt ipſe loquitur) pertinere contendat; verbis hiſce eos intelligit, qui in ordinibus religioſis velut moderatores præſunt, hos à generalitate regiminis communi vocabulo Generales appellamus: maximè autem eos qui eorundem cætuum conditores fuere, atque eximia ſanctitate præiuere alijs ad exemplum. Rite autem additam *Carmeli* ſimilitudinem, non modo propter illius montis celſitatem, & bonorum beatam copiam; ſed etiam quia in Elia, Eliſæo, cæteriſque, qui filij prophetarum dicti ſunt, eiuſque montis incoluere ſolitudines, religioſi ſtatus imago repræſentata eſt. Sed in Eliſæo, atque Elia, qui cœtus illius anteſignani fuere, deſignatos ſacrarum religionum Proceres eorumque ſanctimoniam, vitæque perfectionem, cogitationeſque ſublimes, conatuſque egregios reipublicæ Chriſtianæ maximè ſalutares; quales Prophetæ illi fuere, ideo merito dictos *currus Iſrael & eius aurigas* 4. Reg. 2. 12. & 4. Reg. 13. 14.

Caput Eccleſiæ Generales religionum maximè conditores.

Ideo de Carmelo additum, propter Eliam à quo vmbra quædam religionum.

Ab Elia ſimulacra quędam Religionum.

In quo etiam deſignati Religionū anteſignani.

Quorū opera Eccleſiæ maximè ſalutaria.

Elias Eliſæuſque cur dicti currus Iſrael.

VII.

Sed non hæret hic ſenſus, cum toto Canticorum libro vna Eccleſia communis mater deſcribitur.

Huic nos interpretationi hærere non poſſumus ob multas magnaſque cauſas de quibus alio diximus loco, hic vna eam ratione reijcimus, quod, quæ de tota Eccleſia vniuerſali dicuntur, vni parti tribuit. Et cum canticorum toto libro vna deſcribatur *Sponſa*, in quam omnia congeruntur encomia, ipſe in plures diuidit, & vni quidem partem vnam, alij aliam tribuit. Quid, quod, nec *Eccleſia*, quam appellat religioſam, ſi preſſe accipiamus, dici verè Eccleſia poſſit, religioſi enim ſtatus preſſe vnū caput non eſt, quod ad myſtici corporis conſtitutionem vel maximè neceſſarium eſt. Habet quidem quæque ſuam priuatam Oeconomiam ſub vno generali *Capite*; ſic tamen adminiſtratio ſingularum eſt, vt priuatis rationibus à cæteris diſſideat, nec vno complexu cum illis fœderetur. Quod ſi dicas, quod dicere vere potes, ſummum Pontificem vnum eſſe ſupremum ſtatus Religioſi *Caput* ac Principem, cui priuatim in omnes ordines ſacros ius, & poteſtas, à quo in inferiores ad miniſtros manat authoritas; iam capitis appellatione, non eos, qui priuatim religionibus ſingulis præſunt, accipies, ſed Romanum ipſum Epiſcopum, cuius non in ſolas illas poteſtas & authoritas eſt, ſed in omnem omnino *Eccleſiam*. Sit ergo certum quidquid laudum in *Sponſam* vnam confertur, ad vnam ac vniuerſalem *Eccleſiam* conferri, cuius hoc capite toto laudes per ſingulas partes recenſentur. *Caput* ergo cum audis ad eam id pertinere definies, cuius hactenus membra à ſummis pedibus laudatione cœpta deſcripta ſunt. Licet enim ſacratum religionum ſtatus maximè ad *Eccleſiæ* non ornatum modo, ſed ad oſſa, neruos, ac carnem ſpectat, nobiliſſima quidem illius pars eſt, in quam ex analogiæ ratione laudum pars deriuanda eſt, non totam in eam conijcienda, quod illi quidem Interpreti viſum eſt. Sed de his alias.

Nec religioſi Ordines vna Eccleſia dici poſſunt.

Religiones in Eccleſia vnum corpus non conſtituunt.

Cum ſingulis ſua ſit Oeconomia, & caput.

Et quanquam in vno Romano iunguntur.

Summus Pont. Religionum caput, ſed & aliarum partium.

Non in ſolas illas poteſtatem habet.

Laudes Eccleſię hoc libro ad vnam & cōmunem ſpectant.

Tametſi corporis Eccleſiæ non infima pars Religiones ſint.

VIII.

Nos in capite ſapientiam intelligimus.

Haud facile fuerit, reiectis tam multis grauium Interpretum ſententijs, quidpiam dicere, quod eadem licentia ſentiendi alij non reijciant: ſed audendum tamen eſt; & erit forſitan cui non omnino noſtra diſpliceant. Ergo qui in *oculis Eccleſiæ vigilantiam*, in *Naſo ſolertiam & prudentiam* intelleximus, in *Capite ſapientiam* delineatam multis de cauſis arbitramur. Nam &, ſi ſedem ſapientiæ quæras, eam in *Capite* velut in arce, atque aula regia reſidere animaduertes. Et eſt quidem illa humani animi dos nobiliſſima, omniumque prima: ſed eam in *Capite* locatam dicimus, quod anima eadem ibi ſenſus adminiſtros habeat tam internos, quam externos, quorum opera, ac famulitio vtitur ad arcanas *Sapientiæ* leges rebus ipſis applicandas. Symbolice ergo cum ſapientiam ſignificare volumus, *Caput* vſurpamus; quod Plato in timæo *diuiniſſimum membrum* indigerat, *reliquorumque principem, cui totum corpus connexum Dij ſubeſſe & parere voluerunt: ideo motus omnem diuerſitatem inditam illi*, quamcumque in partem flectere, verſare, demittere, erigere, circumducere velis, quæ alia ratio eſt, cur *Capite* ſapientia deſignetur, cuius eſt omni motu concitari, vt omnia non peruideat ſolum, ſed etiam diſpenſet, alta, humilia, diſtantia, proxima, diuina, humana, latentia, peruia; quæque in orbem, quæque alio quocumque mouentur motu. Ideo cum Pſal. 103. multa de Dei operibus fuiſſent dicta, mox quaſi ab admirabundo dicitur, *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine! omnia in ſapientia feciſti*. Pſal. 103. 24. Quidquid à te factum eſt, tale ſcilicet eſt, vt in admirationem abripiat intuentem: in ſingulorum enim opificio, natura, munere, ſapientia illius tuæ rationes monſtrantur, qua omnia condidiſti, quæ tametſi in perpetuo motu ſit, nuſquam exorbitat, aut fallit. Atque

Caput Eccleſiæ corporis ſapientia.

Cui in capite ſedes tanquam in arce.

Sapientia in capite tanquā in arce quadam.

In quo ſenſus interni, atque externi.

Senſuum organa in capite.

Ideo Platoni dictū membrum diuinum.

Plato. Caput diuiniſſimum membrū, cui cætera ſubſunt.

Cui motus omnis conuenit ratio.

Sicuti, & ſapientia.

Sapientia omni motu concitatur.

Quæ quanquam perpetuo motu cietur, nunquā exorbitat.

Pſal 103. 24.

Digitized by Google

id eſt, quod alio eſt dictum loco, *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter:* Sap. 8. 1. Nuſquam euariante ab ſcopo ratione, ac ne latum quidem vnguem à fine, quem deſtinauit ſibi, diſcedens, quin vllo creato conſilio impediri poſſit. καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς *Diſponens cuncta commode, vtiliterque.* Hiſpane diceres: *Sin per der lanza, ni hechar a mal coſa alguna.*

Aut ab ſcopo aberrat: commoda cuncta diſpenſans.

Sapientia nunquam exorbitat, aut euariat à fine.

Sapient. 8. 1. Græca Lectio.

IX.

Id donum Eccleſiæ communicatũ affluenter.

Ideo dicta domũ ædificare.

Et in Prouerbijs tota illius Oeconomia deſcripta.

Iure autem ſapiẽtiæ hic mẽtio cum Eccleſia trãſit ad gentes.

Sapientia Eccleſię neceſſaria ad ſacram adminiſtrationem.

Prouerb. 14. 1.

Prouerb 31.

Tranſeamus ad *Eccleſiam*, cuius in *Capite ſapientiam* prædicamus, de diuite Sponſi theſauro partem non minimam. Intererat autem ſcire quam in hac parte in illam beneficus Chriſtus eſſet, cui tantarum rerum adminiſtrationem concedebat, ne id illam deficeret maximè, ſine quo adminiſtrationis ipſa ratio conſtare non poterat. Ideo in typo de illa dictum arbitramur: *Sapiens mulier ædificat domum ſuam.* Prou. 14. 1. Nam *ædificandi* vocabulo felix omnis, ac laudanda familiæ adminiſtratio ſignificatur; vt omnia ſcilicèt ordinatè, commodè, vtilitèr fiant. Lege totum fermè Prouerbiorum caput 31. videbiſque, quam aptè hæc de *Eccleſia* dicantur; nam toto eo loco, ſub ſchemate prudentis matronæ, *Eccleſiam* deſcribi putamus; quæcumque enim de ea prædicantur, nullibi præterquam in *Eccleſia* inuenies. Iure autem cum de *Eccleſiæ* à Synagoga receſſu, ac in Gentium latitudinem tranſitu agitur, *Sapientiæ* mentio in *Capite* facta eſt, quæ tam illi neceſſaria erat res, vt nullis magis egeret præſidijs.

X.

Sed in Carmelo emmentiam, cœli vicinitatem, et vbertatẽ notamus.

Et in eis ſapientiæ dotes.

Cui nihil commune cum terrena fæce.

Sed ſemper cœleſtibus inhærenti.

Talis Pauli Sapientia.

Quam ſine faſtu deſcribit, & vidit.

Erat enim omninò ſublimis.

Ab ijs, quæ mutationi obnoxia ſunt ſubmota.

Talis Eccleſia à Chriſto Dei ſapiẽtia participata.

Immo, & fæcundata.

Quæ verbo ſapiẽtiæ Dei pregnans editura filios ſimiles erat.

Et Dei familiam auctura.

Hæc vbertas eſt, qua Carmelo ſimillima.

Sapientiæ dotes in Carmelo adumbratæ.

1. *Cor.* 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Apoſtoli Pauli ſapientia.

Textus Græcus expenſus.

Eccleſiæ ſapientia à terrenis ſe tollens.

1. *Cor.* 1. 24.

Verbum Dei ſapientia, in Eccleſia liberale.

Eccleſiæ ſapientia vberrima.

Reſtat, vt de vi ſimilitudinis cum *Carmelo* monte dicamus. Monuimus paulo antes in eo ad eminentiam, excelſitatemque ſupra cætera, ac cœli vicinitatem, cui vertice inſinuare videbatur ſe, eſſe reſpectum; & ad vbertatem, quæ eius montis fuiſſe propria, proditum eſt. Dotes ergo eiuſdem *Sapientiæ* commendantur, quod à terrenis ſummota, diuinis proxima, omnibus vtilis, ac beneficia eſſet. Ergo nihil illi fuiſſe commune cum terrena fœce, ſed origine diuinam intelligemus: inde traxiſſe quod communicaret hominibus boni; quemadmodum *Carmelus* exceptas è nubibus, cœlique influxu pluuias, per decliuia laterum in ima demittens, ſubiectam glebam vbere prouentu ditabat. Quale, quantumque id ſit, intelliges, ſi memineris, Paulum haud iactantem humanam, ſterilemque ſapientiam, ac velut euanidam, caſſamque virtutis; ſed diuinam, fortem, viuidam, vberem. *Et ego in infirmitate, ac timore, ac tremore multo fui apud vos: & ſermo meus, ac prædicatio mea* (ſiue priuatim, ſiue publicè loquerer) *non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis; vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: ſapientiam vero non huius ſæculi, nec principum huius ſæculi, qui deſtruuntur:* (τῶν καταργουμένων, qui pereunt, tranſeunt, euaneſcunt, nec omnino durare poſſunt.) *Sed loquimur Dei ſapientiam in myſterio.* En tibi Eccleſiæ *Sapientiam* à terrenis, ac tranſeuntibus, quæque permanere non poſſunt ſummotam; ſed & diuinam, cœleſtemque, quæ deficere nunquam poſſit, vtpote ab diuina, atque æterna origine & diuinitatem, & immortalitatẽ participans. Nec mirum, cum *Eccleſiæ Sponſus Chriſtus* ſit, *Dei virtus, & ſapientia* de diuite theſauro ditaſſe dilectam, tantumque tribuiſſe, quantum ei neceſſe erat, quæ in omni gentium magiſtram initiabatur iam tunc, cum in Agni vxorem deſtinabatur. Quod ſi ſuſcipiendæ prolis gratia id inſtituebatur coniugium: nec ſpiritalis conceptus, ac partus alia ratio erat, quam verbi ſemine in genitale aruum ſuſcepto, impleri prius illam decebat, quæ, non niſi plena prius, editura prolem erat, ac multiplice ſobole Chriſti domum repletura, ac familiam auctura. Hanc ergo *Sapientiam* de cœlo tractam, ſublimem, diuinamque, nihilque humanis præſidijs indigentem, aut terrenæ fœcis contagio corruptam *Carmeli* ſimilitudine indicatam arbitramur: tum etiam vbertatem, qua in vniuerſum humanum genus infinitam diuinarum diuitiarum copiam, & fructus inuectura erat, nullo ſenectutis malo fęcunditate corrupta, aut virtute ipſa partuum frequentia ac labore laſſanda.

XI.

Sed Carmelus etiã coccinum ſignificat.

Vndè vox Hiſpana Carmeſi.

Coccineus autem color à purpureo diuerſus.

Carmelus coccineum ſignificat.

2. *Par.* 2. 7. 14.

2. *Par.* 3. 14.

R. Dauid Kim.

Vox Hiſpana Carmeſi, vndè ducta.

Coccineus, & purpureus color quo differant.

Carmeli voce ſignificari alicubi *coccinum*, certum eſt, non modo Hebraice ſcientium ſententia, ſed & latini Interpretis teſtimonio, qui ſic reddidit 2. Par. 2. 7. 14. & 3. 14. Id eo quidam loco hoc ad eam vocabuli notationem arbitrantur eſſe reſpectum, ſequuti Kimhium; vt quod ſequitur: *Coma capitis tui ſicut purpura*, geminatio eiuſdem ſententiæ, diuerſis verbis expreſſæ, ſit, qua dicendi forma ſæpè ſcriptura vtitur non alio myſterio, quam elegantiæ cauſa. Eſt quidem id de vocabuli ſignificatu verum, vnde fortaſſe nos eum colorem, qui, poſtquam deſijt purpura, in illius locum ſubſtitutus eſt, vocamus, *Carmeſi*. Sed, vt dem loco hoc ad hanc vocabuli notionem eſſe reſpectum, haud aſſentiar ſolam geminationem, eſſe ſententiæ, cum *caput coccineum* dicatur, *Coma purpurea*: qui colores diſſident inter ſeſe & origine, & vſu, & luminis tota ratione, cum ardentior multo ſit coccineus, quam purpureus, qui magis in violaceum declinat. Immo tametſi vtroque vocabulo idem ſignificatum concedam, diuerſam ſententiam ſtatuam; & alterum de *Capite* ipſo: alterum de ſolis *Capillis* intelligam. Arcana ergo ſententia (ſi id placeat) *Caput Eccleſiæ* ipſum *Carmelo* compa-

rari

Ideo autem coccinea ſapientia, quia Chriſtum mortuũ ſapit.

Sic Paulus nihil aliud ſe ſcire faſſus niſi crucifixũ.

Et Dei ſapiẽtiam in myſterio.

Sic Eccleſiæ coccineum caput eſt.

Eccleſiæ ſapientia omnis de Chriſti promptuarijs tracta. 1. Cor. 2. 1. 2.

1. Cor. 2. 7.

Myſterium per antonomaſiam Chriſti Oecono. mia.

tari dicam, id eſt, *Coccineum* eſſe, quòd quidquid *Sapientia Eccleſiæ* datum eſt, de Chriſti ſanguinis promptuarijs tractum ſit, ne quidquam ſcilicet aliud ſaperet, quam Chriſtum Crucifixum. Sic dicebat Paulus 1. Cor. 2. 1. 2. *Et ego cum veniſſem ad vos, Fratres, veni non in ſublimitate Sermonis, aut ſapientia, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Id eſt, quod Capite eodem paulo inferius dicit, quamquam obſcurioribus verbis: *loquimur Dei Sapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram.* 1. Cor. 2. 7. Myſterium vocat grande illud arcanum Oeconomiæ Chriſti, quo redemptio hominum per illius crucem & ſanguinem peracta eſt. En tibi *Coccineum Eccleſiæ caput*, omnis enim illius *Sapientia* Chriſtum, & hunc quidem crucifixum, & originem habuit, & ex illius cruore colorem mutuata eſt, cum non aliud ſentiat, non aliud ſapiat, nec loquatur aliud, quam *Chriſti Sponſi* pro mortalium ſalute paſſionem, & mortem.

NOTATIO XXV.

COMA CAPITIS TVI SICVT PVRPVRA REGIS.

I.

De coma autem nõ vna ſententia.

Quidam Fideliũ multitudinem accipiunt.

In quem ſenſum Philo Carpath.

Quod fideles ornatui Eccleſiæ ſint dati.

Purpurei, de nece Chriſti, & ſanguine pro eis fuſo.

Mox & martyrũ cruore.

Ad quos alij ſenſum ſtringunt.

Alij ad pauperes ſpiritu.

Vtiliter omnes, ſed ad hunc locũ minus appoſitè.

Sicuti, & Theodoreti ſẽſus, qui aliã ſequutus Lectionẽ.

Philo Carpath. Comæ fidelium multitudo ſub vna fide.

Fideles ornamentum Eccleſiæ.

Purpurea coma a ſãguine Chriſti & martyrum.

Iuſtus Vrgel. Aponius. Comæ Eccleſiæ Martyrum multitudo, ſanguine purpurata.

Anſelmus. Comæ Eccleſiæ pauperes ſpiritu.

VEL *ex his Verbis ſatis liquet, diuerſam hoc loco ſententiam* à proxima eſſe, cũ *Comã* hic capitis laudet, quæ illius ſeu ornatus, ſeu gloria eſt. De ſenſu nõ vna ſententia eſt. Qui in Eccleſiæ *Capite Chriſtum* agnouere, ne ij quidem in vnum ſenſum conuenere. Quidam fidelium multitudinem vno baptiſmo conſignatam, vno Chriſti ſanguine tinctam interpretantur. Hunc ſenſum nemo melius Philone Carpathio Verbis expreſſit. Verba ſubdidi, tametſi longiuſcula, ſi cui hæc placet ſententia, ne Philonis locum alibi quærere compellatur. *Vt coma ex multiplice capillorum numero conſtant, ita & Eccleſia infinita fidelium multitudine ad vnam fidem vnumque baptiſmum ſanctiſſimè copulantur. Hos enim omnes ad ornatum ac decorem Chriſtianæ religionis, æternæque ſalutis Eccleſia ſancta comit, & plicat; vt docet Apoſtolus cum dicit: Mulier, hoc eſt, Eccleſia, ſi comam nutrit, ornamento ſibi eſt, & gloria. Coma enim pro capitis amictu atque ornatu ei data eſt, atque conceſſa. Quod autem comas capitis vti purpuram eſſe dicit, ad vaticinia* Prophetarum, *& oracula de futura ipſius ſpõſi nece, & martyrum reſpexit: vt enim purpura ſanguinis colorem imitatur, ſic & fidelium turba primum ſanguine Ieſu* Chriſti *lota eſt, & colorata, mox & martyrum nece aucta eſt, & confirmata.* Alij ſtringunt ad martyres, nec ſine magna ratione cum & ſanguine *Chriſti* tincti, & proprio cruore purpurei, *Chriſtum* eundem *Eccleſiæ caput* nouo decore nobilitent. Sic ferme Iuſtus, & Aponius. Anſelmus contrà, neſcio qua cauſa, Pauperes maluit intelligere, eos ſcilicèt, quos Chriſtus Spiritu pauperes vocat, fortaſſis quia in ſe Chriſti patientiam in laboribus perferendis expreſſere, ac contemnendis omnibus terrenis eidem imitatione ſunt proximi. Sed monui proxima Notatione, omnia hæc grauem, vtilemque continere doctrinam, & Cantici huius maieſtate dignam. Verum impedimento eſt nobis, ad eam probandam, analogiæ ratio, cui omnino hærendum eſt, & nexus horum, quantum ad arcanam ſententiam attinet, cum antecedentibus, ac conſequentibus. Mitto autem Theodoreti, ac trium PP. ſenſum expendere, quia lectionem ſequuti aliam, cum ijs, qui vulgato hæſere, miſcendi non ſunt.

II.

Sed præſtat comas cogitationes interpretari.

Vt per omnia ſimilis ſponſo ſponſa ſit.

Eſt autem comã ſimilis purpuræ, duplici reſpectu.

Et quod Regis ſit, id eſt ſplendidiſſima.

Et optimi coloris.

Gregorius Mag. Angelomus. Rupertus. Cyprian. Ciſter. Gaſ. Sanctius. Cap. 5. 2. Not. 34. Comæ Eccleſiæ Cogitationes.

In Regia purpura & color & ſplendor laudatur.

Nos interpretationis ipſa ſeries alio ducit, nec ſoli tamen viam ingredimur: præiuere non veteres modo quidam & graues Gregorius, & Angelomus, imo & Rupertus quantum ad myſticam *Comæ* ſignificationem, ſed e recentioribus quidam. *Comas* ergo *Cogitationes* accipimus, propter eam cauſam, quam loco tradidimus alio, cum de Capite & comis ſponſi diceremus, quo remittendus eſt lector. Eſt autem præter analogiæ rationem ipſam, quam eo obſeruauimus loco etiam ratio aptiſſima, cur hoc loco ſic interpretemur *Comas Eccleſiæ*, quod per omnia Chriſto ſponſo ſimilem non deceat alijs ex partibus conſtitui, nec alio cultu ornatam publicitus apparere, ſeque in hominum conſpectum dare. Hic ea ſimilitudo premenda eſt, qua *Capilli regis purpuræ* dicuntur ſimiles, in quo ad duo eſſe reſpectum, monuimus; ad colorem ſcilicet, & ad coloris ipſius perfectionem, vt intelligatur *Purpura*, & ſplendoris multum continere, & non alios decere, quam *Reges*, quorum dignitas, graduſque in orbe ſupremus id exigit, vt non, niſi quæ precioſiſſima ſunt, ac pænè ſingularia, in eorum cultum impendantur. Vtrumque ergo ad hunc locum facit, vt *Coma Sponſæ* & ab colore ipſo, & à coloris excellentia commendetur.

III.

Sed cur caput Chriſti aureum, comæ elatis ſimiles dictæ ſunt quæ natura colorãtur.

Chriſti caput aureum, & comæ ſimiles elatis, quia natiuis donis decus, nõ aſcititijs.

Sed antequam de eo dicamus expedienda Quæſtio eſt, quam an alius Interpretum indicarit, haud ſcimus. *Chriſti caput aureum* diximus, *comas* autem *capitis* illius *palma-*

Digitized by Google

rum elatis ſimiles. Eſt autem ſimilitudo vtraque ſumpta à naturalibus rerum dotibus, fuluo ſcilicèt auri colore, elatarumq; haud abſimili, quod vtrumque arcano tenui quomodo intelligendum eſſet, eo loco docuimus: nunc *Capilli Eccleſiæ purpureis* ſeu velleribus, ſeu complexibus comparantur, rei ſcilicèt, cui ab artificio additur color, quo à naturali, ac proprio mutatur. Sit forſitan cui videantur hæc leuiora, quam vt obſeruari debuerint. Sint ſcilicèt: interim tamen ſi & in his, quæ minutiora videntur, aliquid cogitando latere doceamus, quod minutum certè non ſit, neminem futurum, qui noſtram diligentiam accuſet, arbitramur. Quidquid in *Chriſti Sapientia*, quidquid in *Cogitationibus* (quod *Caput*, quod *comam* diximus eſſe) fuit magnum, natiuum fuit, non aliunde acceptum, neque in *aurea*, id eſt, diuina *Sapientia* quidquam fuit, aut eſſe potuit ab artificio profectum. Suis enim *Chriſtus* diues bonis, nemini, inuidebat; redundanſque *Sapientia*, ac *cogitationum* theſauris, non ſibi ſolum ſufficiebat, ſed omnibus abundabat, vt de illius opulentia homines, & angeli ditarentur. *Aureum* ergo *caput*, cui pretium à natura eſt, *comæ* autem *palmarum* ſimiles *elatis* erant, quas nullus peregrinus color tingit, nullus fucus à natiuo decore mutat. At quidquid *Eccleſiæ* datum *Sapientiæ* eſt, quidquid in *cogitationibus* grande, prorſuſque laudandum, natiuum non eſt, ſed aduentitium; non domi natum, ſed de liberalitate *Chriſti* mutuatum. Plus ergo in vtroque diuinæ *Sponſi* arti, quam naturæ, debet; deceтque auribus ſemper illius eas Pauli voces inſonare: *Quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti quid gloriaris, quaſi non acceperis*. 1. Cor. 4. 7. Miſerum enim, & ſtultum, immo & ingratitudine plenum, ſi, quæ ab alio accepiſſe te inficiari non poſſis, tibi aſcribas. *Væ, qui contradicit fictori ſuo teſta de ſamijs terræ: Quid facis? & opus tuum abſque manibus eſt. Væ, qui dicit Patri: Quid generas? & mulieri: Quid parturis?* Iſa. 45. 9. 10. Ne irridentem audiatis Apoſtolum: *Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnatis, & vtinam regnetis, vt & nos vobis cum regnemus*. 1. Cor. 4. 8. Meminerit ergo *Eccleſia* ſibi quidem *caput* ſimile eſſe *Carmelo*, ſed quod non aliunde pulchritudinem, vbertatemque, quam à cœli influxibus trahat; eaque imbrium abundantia, qui, nihil illo agente, de nubibus effluant, vt genitrici latice impleant, præſtentque fœcunditatem. Omnis enim à Deo per *Chriſtum Sapientia* eſt, qui de ſua plenitudine Eccleſiam ſuam impleuit, vt haberet ſcilicèt, vndè filijs ſecundum cuiuſque captum, indigentiamq; diuideret. Meminerit *Comas* velleribus *purpura* tinctis ſimiles eſſe, nec aliunde *cogitationes* habuiſſe, quod *Sponſo* placeret, quam à tinctura, qua mutatus color eſt, & in nobiliorem, regiumque translatus. Denique ſibi in ſuis membris audiat dici: *Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas; & dealbauerunt eas in ſanguine agni: ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt illi die, ac nocte*. Apoc. 7. 14. 15.

Purpuram vero loco hoc quidam ad caritatem referunt, cuius ſcilicet colore cogitationes Eccleſiæ tinctæ dicantur: *Eſt autem Deus ipſe caritas, & qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo*. 1. Ioan. 4. 16. originem ergo ipſam, diuinam ſcilicèt, hic agnoſces. Et quidem in lana ſuo murice tincta, & naturæ multum, & artificij non parum agnoſcis: nam & vellera de ouium ſpolijs candidis conſtant; ſuper inducitur tinctura color, nec mutatur tamen natura, ſed habitus: & quidquid in candido ante colore oculis adludebat, nobiliore, vel abſconditur, vel deletur. Itaque totum opus & natura conſtat, & arte; ſed ſi obſerues plus *purpurea* vellera arti debent, quam naturæ; cum ab hac id ſolum habeant, quòd ſint; à tinctura autem, quòd & magna æſtimatione cenſeantur, & regium præparentur in cultum. *Cogitationes* ergo Eccleſiæ ab humana mente ſunt, id naturæ ſolius eſt; caritate autem velut tinctura mutatæ, aliam formam induunt, vt eodem cum illa precio cenſeantur. Iure autem hoc ſtatu hæc *Cogitationum Eccleſiæ* dos laudatur: nihil enim magis neceſſarium ad expeditionem in Gentes ſeu ſuſcipiendam, ſeu vrgendam, quam ardens illa caritas, quæ omnium gentium complexa ſalutis curam, in opus grande alacris, ac valens incumberet. Sit ergo id vtcumque probabile.

Alij malunt *Purpuram* ad *Chriſti* referre *Sanguinem*, quo ſcilicèt *Eccleſiæ* cogitationes ſenſuſque tincti dicantur, eo enim omnis illius conatus ire debet, vt aſſidua meditatione in ſanguinis *Chriſti purpura* ſe immergat; nec aliud recogitet apud ſe, quam illius mortem pro ſua ipſius ſalute obitam. Pertinet autem ad huius loci elucidationem, quod doctus vir obſeruauit. Cogitationem noſtram id ſua vi poſſe, vt quod illi ſubijcitur quodammodo formet, & animet, & quaſi in nouam naturam transformet, & ad cogitatæ rei ſimilitudinem fingat. Ex qua diſciplinæ ratione, ac legibus Iacobus ouium conceptus mutaſſe legitur, abiectis in canalibus virgis verſicoloribus, detracto partim cortice partim intacto; ſic *Eccleſiam* quę à Dei amore ac filiali timore concipit, dum Chriſti Sanguinem contemplatur, affectus parere ſimiles exemplari, ſanguine eodem tinctos, ne quid deſit ad illius ſimilitudinem. Verè id dicitur, & appoſite,

Eccleſiæ autem caput purpura, qui color ab artificio eſt?

Quidquid laudabile in Chriſti cogitationibus natiuum, non aduentitium fuit.

Ideo aureum caput cui à natura ſplendor.

Comæ elatis ſimiles, quæ non aſcititio colore mutantur.

Quod contra Eccleſiæ factum, cuius omnia bona à Deo.

Cui, & accepta referre debet.

Et meminiſſe ſimile ſe caput habere Carmelo.

Cui omnis à cœlo fœcunditas.

Omnis autem Eccleſiæ ſapientia à Chriſto.

Tum cogitationes quod Deo placeat eſſe ab eodem.

IV.

Sed purpuram hic quidam caritatem eſſe volunt.

Habet autem à ſe purpura quod lana ſit, quod tincta ab artificio.

Sed plus arti, quã naturæ debet.

Sic cogitationes ab humana ſunt mente, ſed à caritate pretium habent.

V.

Alij Purpuram ſanguinem Chriſti malunt eſſe.

Nec antique cogitationes ad verum ſimilitudinem fingi.

Ex qua lege Iacobus diſcolores ouium partus conceperit.

Sic cogitationes Eccleſiæ de ſanguine Chriſti ſimilitudinem habere.

Coma Eccleſiæ purpurea, quia bonis aſcititijs ſolum decens.

1. Cor. 4. 7.

Iſai 45. 9. 10.

1. Cor. 4. 8.

Caput Eccleſiæ Carmelo ſimile, quod quidquid boni habet à cœlo habeat.

Omnis Sapientia à Deo per Chriſtum.

Apoc. 7. 14. 15.

Cyprian. Ciſter. Delrius.

Purpura Caritas eſt.

1. Ioan. 4. 16.

Lana opus naturæ, purpura artificij.

Cogitationes Eccleſiæ à mente, quod placeant à caritate habent.

Philo Carpath. Rupertus. Cypr. Ciſter. Alcazar.

Purpura Chriſti ſanguis.

Sanctius.

Cogitatio in rebus quodammodo nouam naturam inducit.

Eccleſia ab cogitatione ſanguinis Chriſti filios eodem colore tingere ſtudet.

Digitized by Google

Et alioqui genitura patri ſimiles filios, illius à ſemine ſimilitudinem trahere. neceſſe erat.

Habes in Paulo exemplũ, ſic parturiente filios.

Et à priore forma mutatos, iterum vulue reddente formandos.

Galat. 4. 19. 20.

Oris, & mentis conformitas neceſſaria, ad generandos filios Chriſto ſimiles.

poſite, & ad ſtatum *Eccleſiæ*, qui deſcribitur, non ineptè: & alioqui ſenſus ipſe grauis eſt, ac ſua maieſtate dignus hoc Cantico. Et vero quæ per prædicationem Euangelij genitura infinitam prolem erat, per omnia Patri *Chriſto* ſimilem, haud aliter ſimilitudinem inde re poterat, quam eo ſuſcepto ſemine, in quo erat virtus illa genitalis, & viuida ad ſimilem Patri prolem procreandam. Id Pauli votum, cum diceret: *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis: Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis*. Gal. 4. 19. 20. Deformatos erroribus reuocat ad veritatis incudem, vt reformet: & abolitam Chriſti imaginem iterum exprimat in illis, vt Patrem referant: quaſi matre diſſimilem patri filium denuo eaſdem vteri anguſtias petere cogat, vt iterum formet. Quod ſi verba vt *Chriſtum* generent in gentibus, aut gentes certe in ſimiles illi filios, eundem & mortuum, & paſſum ſonare debent; certè & *cogitatus* ipſi, qui velut animus verborum ſunt, nihil continere aliud debent, quam mortem Chriſti, illiuſque rubere cruore, vt eodem colore filios imbuant. Et id ergo probabiliter dictum ſit.

VI.

Nec improbabile, quod alijs placuit. Purpurã ad Martyrium referri.

Quod Gregorius probat.

Et piè, & grauiter.

Sed tempus magis nunc pugnæ, quam corona per mortem.

Gregor. Mag. Honor. Auguſt. Luyſ. Legion. Coma purpurea martyrium. *Gregorius*.

Nec minus fortaſſe ad rem. Quod & Gregorio M. & Honorio Auguſt. & viro inter recentiores magni nominis placuit, Martyrum decus, & martyrij amorem in *Comis purpureis* indicari. Eius rei rationem Gregorius Magnus, qua ſolet pietate, & acumine, reddit. *Quia dum in cogitationibus ſanctæ mentis gratia cæleſtis ſuſcipitur, totam animam in cæleſte ornamentum componit, ita, vt iam tota in vitam æternam inardeſcat, & ad æternum ſponſum etiam per ſanguinem martyrij pergere concupiſcat*. Id pie & grauiter dictum eſt, quanquam quo ſtatu *Eccleſiam* hic deſcribi putamus, magis laboris tempus, & pugnæ, quam vnionis per mortem cum Chriſto tempus eſt. Scit illa multa adhuc ſibi abeunda prælia, multa hoſtium ſtrage viam Chriſto ad regnum in Gentilitate, immo toto orbe parandam: nec dum ergo otij tempus eſſe, nec ponendi, ſed ſtringendi ſtrenue arma: ideoque ſi in *purpura martyrij* ſanguinem rubere velimus, aliud quiddam dicendum eſt, quod cum ſtatu hoc Eccleſiæ quadrat. Si meminerimus *Chriſti* ad diſcipulos monitum, facile erit hæc in aptum ſenſum explicare. *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet illam*: Luc. 9. 24. Ea fidelium ſumma fortuna eſt, ad imitationem capitis prodigere vitam: nec vllam æſtimare notam ſimilitudinis certiorem, quam ſi quemadmodum ille pro eorum ſalute vitam profudit, ita & illi pro illius honore profundere ne dubitent. Et, ſi rite examines, intelliges, neminem propius Patrem referre, quam eum, qui, quidquid in eo laudabile eſt, moribus, ac vitæ inſtitutis conatur referre. Militia Pater exercitus, & multo facinore clarus, militiæ deſtinat filium, ſuaque ipſius manu balteo militari præcinctum Marti initiat: tuncque demum minimè filium dedignatur, cum, per dura & aſpera præliorum, facinorum ſimilitudine, magis quam facie Patrem retulerit. Præiuerat quidem *Chriſtus* exemplo fortitudinis, & nobiliſſimo paſſionis prælio confecto feliciter, ouans, cœlum petierat coronandus. Vnum votum reſtabat, ſi quos geniturus erat per *Eccleſiam* filios imitatione motum agnoſceret ſimiles, vt non minus ipſi ſuo ipſorum tingerentur cruore, pro nominis illius gloria, quã ille ſuo rubuerat pro eorum ſalute profuſo. Id per *Eccleſiam*, poſtquam ad Patrem abijſſet, gerendum erat, cui vicariam ſuorum adminiſtrationem reliquerat: ideoque eundem illi martyrij affectum inſtillarat, vt ad tantum facinus filios armaret, & cætui martyrum multos adiungeret, qui ſub vexillo rubeo *Chriſti* & Ducis & Patris militarent. Atque hinc intelliges, cur tunc maximè à *Capillitij* rubore, id eſt, *Cogitationum* hac laude, commendetur, cum in gentilitatis regnum felicia arma ſtringit Apoſtolicæ prædicationis, eo enim tunc maximè tempore periclitandum erat ſub tyrannorum furore, qui veſano conatu Chriſti imperium excindere, ac nomen abolere quæſituri erant: Ergo ſi cui hæc placeant, ſequi poterit, quin propterea reus ad Prætorem agatur.

Quanquam Chriſti vox eſt, animam perdendam ne pereat.

Luc. 9. 24.

Summa fideliũ fortuna pro Chriſto mori.

Qua nulla certior ſimilitudinis nota cum illo.

Similè.

Sic militaris Pater filium geſtis magis, quam facie probat.

Chriſti votum habere multos, qui pro ſe mortem ſubirent.

Nec aliud Chriſti votum in cælo. Quod per Eccleſiã implendum.

Eccleſia martyrum genetrix.

Tunc maximè cũ in Gentiliſmi Regnum ſtringeret arma.

VII.

Sed præſtat in purpura cogitationũ celſitatem intelligere.

Qui proprius Eccleſiæ character, ſicut, & Purpura Regum ornatus.

Decent autem, & Regem rege digni cogitatus.

Comæ purpureę cogitationes ſublimes, & regiæ.

Iſai. 32. 8.

Regem decent regij cogitatus.

Sed monui in Commentario in ea ſimilitudine *Comæ* cum *Purpura* ad cogitationũ earundem celſitatem vere regiam, nullo plebeiæ fœcis commercio fœdatam eſſe reſpectum. Ideo enim non cuique *Purpuræ*, ſed regiæ comparantur. Vt quemadmodum id decus in ſolos ſupremos Principes cadit, vt non minus gradu, quam habitu toto, & cultu ab cæteris de populo differant: ita illa cogitationum celſitas, ac granditas conſiliorum vnam *Eccleſiam*, Regis Regum Sponſam, efferret, ac cæteris omnibus ſuperſtantem oſtentaret. Quod ſi Regis nomine non quemcumque, ſed ipſummet *Chriſtum*, accipias, quod pleriſque placuit, ſenſum alioqui ſe ſtantem ſtabilius firmabis. Huc Iſaiam non inuitum trahes: *Princeps vero ea quæ ſunt digna Principe cogitabit, & ipſe ſuperduces ſtabit*. Iſa. 32. 8. Quæ tam grandis laus Principis eſt, vt in mortalem non quadret: quis enim tam felice natus ſydere, vt nunquam exorbitet, & vel per imprudentiam ad faſtigij principalis parum dignas *cogitationes* non ſe ſæpè

Quæ laus vni ſeruata Chriſto. Ad cuius ſe ſimilitudinem Principes debent fingere. Vt maiores alijs hominibus videãtur.

Pſal. 2. 6. 10. 12.

abijciat? Vni illi ſeruata ea prerogatiua eſt, qui de ſe dixit, & verè dixit: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Apprehendite diſciplinam.* Pſal. 2: 6. 10. 12. Scilicet exemplari propoſito veri Principis id reſtabat, vt quicumque eo nomine cenſerentur, ac honore iactarent, ad illius ſimilitudinem, quantum daretur humanitus, fingerent ſeſe: vt qui homines inter homines nati humilitatem originis exuere minimè poterant, eius qui Deus eſſet imaginem in ſe conarentur exprimere, ſi videri hominibus maiores vellent. *Cogitat* ergo Principum Princeps *Chriſtus*, *quæ digna principe ſunt*, quia illius conſilia omneſque *cogitationes* terrenis rebus omnibus eminebant, nec vllo eorum contagio fœdebantur.

Principes ad Chriſti imaginẽ fingendi.

Id Eccleſia ſtudium, verã ſe Principis ſponſam cogitationum celſitate probare.

Eccleſia ad Chriſti ſimilitudinẽ principales ſpiritus ſumit.

Ad illius ergo exemplum *Eccleſia* Sponſæ *cogitationes* exactæ, quanquam incolatu adhuc terrarum grauis, terrenis affectibus minimè pulſabatur: & quidquid ageret, ſeſe, quæ erat, veram Principem comprobabat: magnitudine autem capaciſſimæ mentis nihil, niſi grande, regiumque, monſtrabat: vt tametſi ſæpè neceſſitate quadam ad humilia, atque abiecta ſeſe abijcere cogeretur, nihil tamen humiliter ageret: ſed mente ſublimi rerum ipſam humilitatem natura mutaret, vt iam non humilia viderentur, nec plebeiam originem colore referrent. Atque id putamus eſſe: *Coma capitis tui ſicut purpura Regis.*

Vt etiam cũ abiecta tractaret, abiecta non faceret.

NOTATIO XXVI.

VINCTA CANALIBVS.

I.

Purpura vincta canalibus intelligitur perfectiſſima.

Purpura vincta canalibus perfectiſſima.

CОntinent *Hac exaggerationem coloris; vt loco* alio monuimus, vt intelligatur ſcilicet *Purpura* & colore perfectiſſima, vtpote recentiſſima, & adhuc pœnè tinctorijs vaſis immerſa; & nitore mundiſſima, ac ſplendidiſſima, ſcilicèt nondum vſu ipſo, & contactu, aut pulueris aſperſione, de rutilo colore quidquam mutata, aut flore ſuo ſpoliata. Siue ergo in purpureo crine caritatem: ſiue necem, ac ſanguinem Chriſti; ſeu martyrium eiuſque ſeu votum, ſeu decus; ſiue tandem cogitationum celſitatem, ac Regiam maieſtatem agnoſcas, quidquid mage placuerit, intelliges perfectiſſimum, mundiſſimumque, & ſuo in genere tale, cui vix quidquam addi poſſit. Generatim id dictum ſit.

Ea autem perfecte Eccleſia cogitatibus inerat.

Sed in canalibus quidam humilitatem agnoſcunt.

Caſſiodor. Beda. Purpura in Canalibus, humilitas ad Chriſti imitationem.

Sed in *Canalibus* Caſſiodorus, & Achates illius Beda, Sanctorum humilitatem accipiunt, fortaſſis, quia *Canales* fluentem purpurpuram inferiores ipſi ſuſtinent, & cum inficiendis velleribus materiam ipſi ſubminiſtrent, nihil interim ipſi ſeruant de liquore. Explicant autẽ, de humilitatis *Chriſti* imitatione, dũ paſſionũ illius ſimiles fieri ſtudẽt. *Vincta* hæc dicitur *Canalibus purpura*, quia eorũ corda in Chriſti timore, atq; amore fixa ſunt, ne vnquã ab illius caritate ſeparari poſſint. Satis hæc impedite tradita ſũt, & operoſè inuẽta.

In Chriſti amore, atque imitatione fixam.

Rupertus. Purpura in Canalibus Chriſti paſſio ſecundum Dei conſilia.

Nec minus operoſè Rupertus to. 1. tit. Quemadmodum *Purpura* eo ſplendidior eſt, ac maiore æſtimatione cenſetur, quo vicinius, ac diutius *Canalibus* hæſerit, in quibus ſanguis conchiliorum rubet; ita *Chriſti* paſſionem eo ſplendidiorem eſſe, quo amplius præcunctis ſacrificijs præceſſit, ſecundum diuinitatis conſilia, per quæ quaſi per *Canales* cucurrit ſanguinis *Chriſti purpura*, qua Chriſtus virginitate candidus, factus eſt paſſione purpureus.

Alij malunt canales diuinitatis cõſilia.

Quibus factũ vt ſanguis Chriſti ſupra omnem æſtimationem precio creſceret.

Id in aptum ſenſum exponitur.

Non audeo damnare, nec ſatis me capere fateor, forſitan hebetudine mentis præpedior, vt ibi cernam, vbi maximè oporteret, vt cernerem. Fortaſſis ſignificare voluit paſſionem, & mortem *Chriſti* eo æſtimationis, & prætij alto Dei conſilio euectam, nihil vt illi addi, nihil deſiderari ad fines à Deo præſtitutos poſſet, vt quidquid aliunde pretij eſſet in mortalium operibus, inde mutuatum, communicatumque eſſet. Id verum eſt, & ex parte cum noſtra quadrat interpretatione, qui hæc, quæ de *Canalibus* dicuntur, ad perfectionem, ac commendationem *Purpuræ* referenda eſſe monuimus.

Quod ex parte verum eſt.

II.

Alij ſacras ſcripturas accipiũt, quibus ſponſæ crines ligentur, ne fluctuent.

Gregorius M. Purpura in Canalibus cogitationes ſcripturis ſacris ſuſtentarę.

Gregor. autẽ maluit, *Sacras Scrip.* in *Canalibus* agnoſcere, in quibus *crines Sponſæ ligati* dicantur, qua cogitationes ſcripturis diuinis, ne inutiliter fluant, vinciri debent, conſtringique. Id verum quantum ad ſententiam, & doctrinam eſt: verè enim ſcripturarum doctrina regula eſt, qua non actiones modo noſtræ, ſed & cogitationes dirigantur; alioqui inordinato motu, indecentiq; ſemper agitandæ. Sed vereor vt aptè ad hunc locum. Nam, cum *Canales* vel tinctoria ipſa vaſa intelligantur, vel *Canales* ipſi per quos liquor excoctus effluit ad tincturã, ſtatim intelligitur *Purpura Canalibus* contenta, ſeu per eos currens, quibus etiam illigata ſint vellera, vt tincturam accipiant, vel excepti coloris, quidquid ſuperfluum fuerit, reddant. Hæc ad analogiam ſpectant, quibus quæ de ſcripturis dicuntur haud facile aptari poſſe videntur. Sed authoritas tamen Gregorij facit, vt hanc interpretandi rationem veneremur, quam vt ſequamur ductus ipſe, & interpretationis facilitas non permittit. Concinnius Aponius

Quod huic loco haud facile videtur quadrare.

Et tamen venerandus nobis is ſenſus, ſed ſequendus minimè.

iuxta

Digitized by Google

iuxta ſuum ſenſum, *Purpuram* enim ad martyrium refert, *Canalibus*, per quas *Purpura*, tinctis iam velleribus currit alijs tingendis profutura, ſignificari ait. Martyres non ſolum ſuo ipſorum tingi ſanguine, ſed quidquid ſuperfuerit, alijs tingendis impendere, qui eorum incitati exemplo ad martyrium alacres currunt. Sed obeſt *Purpuram Canalibus vinctam*, dici eo tantum, vt indicetur recentiſsima, nulloque adhuc peregrino contactu amiſſo flore libata. Id ergo omnino ſequamur.

Alij Martyres accipiunt ſuo exemplo alios ad martyrium prouocantes.

Sed nec hi apta ad hunc locum.

Apponius.

Martyres exemplo ſuo ad martyrium alios hortantur.

III.

Nos purpuram in canalibus caritatem accipimus ſemper recentem.

Nam conatus noſtri initio alacres ſenſim langueſcūt.

Et pro alacritate torpor ſuccedit.

Quemadmodum rebus, quæ violento motu cientur.

Nam ſe ſemper natura quærit, & otium amat.

Fuit autem magnum Eccleſiam à prima alacritate minimè defeciſſe.

In Gentilitatis cōuerſione.

Et cogitationum celſitate mutatio neq; caritatis Chriſti.

Atque hæc purpura eſt canalibus ſemper vincta.

Si igitur id, quod de *Purpureis comis* eſt dictum, ad caritatem referre, cum quibuſdam placeat, intelliges, *cogitationes* caritate quidem Eccleſiæ tinctas, ſed recentiſſimè tamen; vt ſcilicet talem exhibeat ſeſe, qualis tunc primum fuit, cum ea imbutæ cogitationes fuere. Et quidem ita comparatum eſt, vt, quidquid aggredimur, alacriter in id, ſub ipſa conatus initia, incumbamus, mox, ipſa rerum mole fatiſcente conatu, vel minus felici ſucceſſu, velut exanimato deſiderio, viribus concidamus; & pro alacritate priore torpor quidam mentis, & animi languor obrepat: nobis itaque idem omnino contingit, quod rebus, quæ alienis mouentur impulſibus, non natiuis; in quibus, ſenſim remittente virtute, tandem deſinit non ſuis viribus nitens motus. Id malum poſt priorem labem mortales mentes infamat, quibus, quidquid à virtute eſt ſeu impulſus, ſeu motus, quodammodo violentum eſt, ſeſe ipſam ſemper quærente natura, &, niſi ſolers animus multum aduertat, in otium ac deſidiam prolabente. In ea autem re tanta, quantam *Eccleſia* in vocatione gentium ad Chriſti vexillum & aggreſſa fortiter eſt, & ſtrenuè tandem perfecit, nihil mirandum magis, quam alacris illa contentio, ac nunquam vel difficultatibus impedita, vel obicibus retardata, vel ſucceſſuum infelicitate exanimata, qua quidquid cogitando molita eſt, opere tandem perfecit. Ea ergo loco hoc in ea caritatis laudatur contentio, recens ſemper, nec quidquam de ſua alacritate remittens: *Cogitationum* ea viuida ſemper, ac virens alacritas, quæ, *Chriſti* caritate intincta, qualem ſuſceperat, ebiberatque purpuram, puram ſeruauit, nunquam paſſa, vt, vſu attrita, quidquam de coloris gratia amitteret, aut contagio ſordentium rerum ſordium quidquam contraheret, qua labe minus grato colore ſplenderet. Semper ergo tinctorijs vaſis *vincta* recentiſſimo colore rubet, nec ſenectutis mala timet, quæ ſemper iuuene caritate, ad robuſta, velut anima quadam immortali vitam inſpirante, iuuentutem ſanam, vegetamque conſeruat.

Cogitationes recenti ſemper, ac viuida caritate imbutæ.

Mortalis omnis conatus initio viuidus ſenſim languet.

Omnis poſt primam labem conatus ad virtutē violentus eſt.

Eccleſiæ alacritas ſemper viuida in excindendo Gentiliſmo.

Eccleſiæ caritas ſemper viuida ſenectutis mala non timet.

Eccleſiæ mortē Chriſti, & præſentem meditatur.

Rupertus.

IV.

Si autem purpuram ad Chriſti ſanguinem referas.

Cogitationes intelliges mortem Chriſti velut præſentē tractantes.

Nam tametſi ſemel mortuus Chriſtus.

Quo ad fructum ſemper moritur.

Ideo Agnus eſt occiſus à mundi origine.

Immo. & ſemper occidendus.

Ideo iuge ſacrificium Chriſti eſt.

Quia ſemper ſe immolat Patri.

Ideo Sacerdos in æternum.

Ideo dictus ante oculos fideliū crucifixus.

Quia illius mors in effectu ſemper omnium oculis obuerſatur.

Semper ergo purpura canalibus vincta eſt.

Quia ſāguis Chriſti ſemper recens.

Et cogitationes Eccleſiæ mortem meditantur Chriſti.

Quod ſi magis placeat cum Philone, ac Ruperto *purpuram* ad Chriſti referre ſanguinem, ne id quidem difficile *Canalibus* applicabitur, quin eo ſenſus pulchrior exiſtet, quo ſimilitudine ſanguinis cum *purpura* facilius oculi capiuntur. Ergo *cogitationes Eccleſiæ*, ebibito *Chriſti* cruore *purpura*, adhuc *vincta canalibus* ſint, illiuſque mortem, & crucem non, vt olim obitam, tranſactamque, ſed quaſi præſentem, ſemper apud ſe retractent, ac veluti tunc omnino, id eſt omni momento gerantur. Mortuus quidem ſemel *Chriſtus* eſt pro peccatis noſtris, ſi opus ipſum, mortemque geſtam conſideres; ſi autem effectum, fructumque ex ea partum, ſemper moritur, nec vllum omnino momentum eſt, neque ab initio ad mundi finem erit, quo idem ille non moriatur: toties enim ſanguinem fundit, ac mortem ſubit, quoties ſanguinis mortiſque fructus hominibus applicatur. Ideo *Agnus eſt occiſus ab origine mundi*, quia à prima rerum molitione ſanguis illius mortalibus præfuit ad ſalutem, neque vlla ſine illo ſalus eſſe potuit. Eademque ratione dici poteſt adhuc occidendus, mactanduſque ſemper ad mundi vſque conſummationem ipſam, quia non antè deſinet mortis illius vis, & pretium hominibus applicari. *Iuge* ergo *Chriſti* in cruce *ſacrificium* fuit, quia ſemper durat, neque vnquam deſiturum eſt: &, vbicumque eſt, hoſtiam ſe immolat Patri, quia non aliter prodeſt, ac ſi ſemper immolaretur: Ideo fortaſſe dictus *Sacerdos æternus*, quod ſemper immolet hoſtiam Patri, actione ſcilicet, quantum ad effectum, fructumque ſpectat, & iam æternā. Nec alio ſenſu loquutus Paulus, cum Galatis diceret: *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt in vobis crucifixus* Gal. 3. 1. Non illi paſſionis *Chriſti* fuerant teſtes, quibus nec cognitus antequam illis à Paulo prædicatum fuiſſet Euangelium, & tamen *ante eorum oculos crucifixum* audet dicere, quia ſcilicet illius mors in cruce non tunc, quantum ad fructum deſierat, cum in monte ſpiritū Patri redderet, ſed adhuc in effectu omnium oculis obuerſabatur, adeoque etiam Galatarum, qui percepto baptiſmo fructum ſanguinis Chriſti perceperant, ac continuè experiri in ſe poterant. Semper ergo ſanguinis *Chriſti purpura* tinctorijs vaſis excipitur, ſemper per miſticos currit *Canales*, recentiſſimo imbutura cruore, quidquid vaſis immergi contigerit, aut *Canalibus* applicari, atque *vinciri*. Hinc intelligere facile eſt, cur *Eccleſia coma purpuræ Canalibus Vincta* dicatur ſimilis, quia ſcilicet illius *cogitationes*, memoria paſſionis, ac mortis Chriſti rubentes, eam ipſam mortem, vt non tranſactam olim geſtamque, ſed vt præſentem, meditantur, exprimuntque. Tingitur ergo ſemper *coma*, nec

Chriſtus quoad fructum ſemper moritur.

Apoc 13. 8.

Chriſtus dictus Agnus occiſus ab origine mundi, cur?

Iuge ſacrificium Chriſti cur dictū.

Num 28. 6.

Dan. 11. 31.

Pſal. 109. 4.

Chriſtus cur Sacerdos in æternum.

Gal 3. 1.

Chriſtus ante oculos Galatarū crucifixus cur dictus a Paulo.

Cogitationes Eccleſiæ præſenti memoria mortis Chriſti rubētes.

Digitized by Google

Quaſi tunc primū geritur.
Purpura bis tincta in laude.
Nec minus Eccleſiæ cogitationes ſāguine Chriſti ſemper imbutæ.

V.

Si martyrii agnoſcas in purpura.
Imitationem martyribus conſiderabis.
Proprio tincti ſāguine.
Ideo Chriſtus Martyrum dictus Rex.
Sine quo nemo triumphauit Martyrum.
Qui non modo exemplo præit.
Sed & virtute armat milites ſuos.
Quidquid enim fortitudo Chriſti non eſt, ignauia eſt.
Qui nobis meruit, vt illius armaremur virtute
Ergo eo tendant cogitationes Eccleſiæ.
Non modo vt Martyrum creſcat numerus, ſed & gloria ex laude Chriſti.

VI.

It ſenſus Ioannis Apoſtoli
Cum multos ſequentes Agnum inducat.
Nam Virgines qui dicuntur Martyres ſunt.
Nam ſicut Idololatria adulterium & fornicatio dicitur.
Ita cultus veræ religionis Virginitas eſt.
Nam mendaciū apud Ioannem abnegatio fidei eſt.
Sicuti & apud Paulum.
Quæ & iniquitas & eſt quam veritati opponit.
Errorem ſcilicet in fide intelligens.
Nec alio ſenſu Ioannes locis aliis.
Qui & abominationem vocat.
Vt ſæpe alias ſcriptura Idololatriā.
Sed eſt inſignis locus Deuter. 7.
Vbi & appellationis indicatur ratio.

nec à tinctorijs vaſis, *Canalibuſque* recedit, potius *vinctam* ſe gaudet, ne, tametſi velit, poſſit abſcedere. Quod ſi olim *purpura* bis murice tincta, vnde & nomen, vt dibapha diceretur, tanto in pretio fuit, vt vix aliorum cultui, quam regum ipſorum pararetur quid miramur *Eccleſiæ comam*, & in ea cogitationes laudari, quæ non ſemel, aut iterum, *purpura* id eſt, Chriſti ſanguine epoto rubens, ſed ſemper eodem immerſa cruore, ſplenderet, ac ſuper theſauros omnes æſtimatione, ac pretio cenſeretur? Si id ergo ſequare, quin in hunc ſenſum *purpuram Canalibus vinctam* interpretere, nihil prohibet.

Si contra in *purpura* martyrij decus malis agnoſcere, ne id quidem difficile erit aptare *Canalibus* quibus *vincta* dicitur *purpura*. Honorius Auguſt. *Vinctam Canalibus purpuram* dici, ait, *quia paſſio Chriſti fixa eſt in eorum cordibus per affluentiam Spiritus S. quia exemplo paſſionis Chriſti cruorem proprium Martyres pro eo fundunt*. *Purpuram ergo Vinctam Canalibus* ad *Chriſti* exemplum cruore proprio tinctam interpretatur. Id ſi rite accipias, ad probabilem ſenſum viam faciet. Neque enim ſine cauſa cum triumphos Martyrum Eccleſia celebrat, inter fauſtas deducentium voces *Chriſtus Rex Martyrum* conſalutatur; quaſi omnis militum gloria non redundet in ducem modo, ſed in ſubditis vni Principis honori irradiet. Nunquam enim ſine Chriſto quiſquam triumphat, cum nemo ſine illo vicerit, nemo ſine illo inierit pugnas. Ducis ergo ſubditi pugnant, non auſpicijs modo, ſed & virtute, vt omnis eorum laus ab vno ſit, & in vnum deſinat. *Itaque* non iam exemplo modo milites ſuos *Chriſtus* Dux præit, & in agmina ruit; ſed & virtute animos addit, atque omnino armat in prælia, qui *virtus* eſt *Patris*. Eſt enim omnis humana virtus ignauia, niſi quam Chriſti fortitudo corroborat; nec grande aliquid geri poteſt, ipſo non ferente ſuppetias. Corpus cogita ſine animo mortuum, nec aliud quam inutile pondus. Id autem quidquid eſt virium, quo mortalium imbecillitas excitata, diuinam quodammodo fortitudinem æmulatur, *Chriſto* debemus, qui morte ſua, & ſanguine pro nobis fuſo, id meritus eſt, vt de illius fortitudine omnis humana imbecillitas naturam exueret, & nouam indueret, *Canalibus* ergo martyrij, quo claruit Chriſtus *Vincta Eccleſiæ* ſemper ſit *coma*, &, quidquid cogitando conſiliorum molitur ad inſtitutionem ſuorum, eo collimet, vt Martyrum nō modo numerus creſcat, ſed etiam gloria, vt ſtipent militum agmina ducem ſuum; &, quidquid nominis conſequuti ſunt, in illum refundant, cui omnia debent.

Si loci huius Commentarium; quantum ad hunc ſenſum ſpectat, quæris, habes Ioannis verba Apoc. 14. 1. quæ quanquam alij aliter accipienda putant, nobis tamen ſtat ſententia de Martyribus accipienda: *Ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis*. Et poſt pauca: *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: Virgines enim ſunt Hi ſequuntur Agnum, quocumque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno, & in ore eorum non eſt inuentum mendacium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei*. Apoc. 14. 1. 4 5. Nam quod *Virgines* fuiſſe dicuntur, nec ſeſe fœminarum conſortio polluiſſe, ad fidei ac religionis pertinet puritatem, nullo profanæ cuiuſquam religionis cultu fœdatam; quemadmodum enim cultus externus omnis ſcripturæ ſacræ vſu *fornicatio* dicitur, & *adulterium*; & anima idololatriæ ſe polluens ſcelere, *Meretrix*, & *fornicaria*, ita contra veræ religionis cultus illibatus *virginitas* eſt, &, qui ea laude florent, ſunt *Virgines*. Id hoc loco Apocalypſis intelliges, ſi verba, illa expendas *In ore eorum non eſt inuentum mendacium*. Nam mendacij nomine nihil aliud intelligendum, quam abnegatio Chriſti, & fidei peregrinæ confeſſio. Semper ergo in illorum cordibus verus Dei ſenſus & fides fuit, & quidquid corde coluere, verbis palam etiam inter rotas, & cruces, & flammas profeſſi ſunt. Eſt enim illud *mendacium*, de quo Paulus 2. Theſ. 2. 2. cum de vltimis temporibus loqueretur, ac de illis qui abnegato Chriſto ad partes Antichriſti tranſituri ſunt. *Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati*. Quod dixerat *mendacium*, *iniquitatem* nunc dicit, hanc autem *veritati* opponit: errorem ergo intelligit, & à vera fide, ac Dei cultu receſſum. Sic Ioannes idem Apoc. 21. 27 arcet ab ingreſſu Ciuitatis ſanctæ *abominationem ac mendacium facientes Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium*. Synonymæ voces ſunt, ſi ſenſum latentem exquiras: *abominatio* autem ex ſcripturæ vſu ad prauæ religionis cultum pertinet. Ex 8. 26. Deut. 12 31. 13. 14 17 4. 18. 9. Pro omnibus vnus ſatis erit locus Deut. 7. 25. *Sculptilia eorum igne combures: non concupiſcens argentum, & aurum, de quibus facta ſunt; neque aſſumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, quia abominatio eſt Domini Dei tui. Nec inferas quidpiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquinamentum, ac ſordes abominationi habebis, quia anathema eſt*. Vbi & rationem nominis habes, *abominatio*

eſt

Purpura dibapha.

Honorius.
Martyres imitatores martyrij Chriſti.

Chriſtus Rex Martyrum cur dictus.
Hym. ad laudes in offic. Martyr.

Martyre nō modo Chriſti exemplo pugnant, ſed & virtute.

Virtus humana ſine Chriſto ignauia eſt.

Martyres quidquid honoris cōſequuti in Chriſtū refunduntur.

Apoc. 14 1.

Apoc. 14 4.

Martyres cur dicti Virgines.

Iudic. 2. 17.
Ierem. 2. 20. 3. 1 6. 8. 13. 27.
Iſa. 1 21.
Ezech. 23 43.
Et 16 28 & ſeq.
Apoc. 17. 1.
Mendacium pro Idololatria.

2. Theſ. 2. 10.
Iniquitas profanus cultus.

Apoc. 21. 27.
Abominatio pro Idololatria.
Hier. lib. 4. Com. in Matth.
Exo. 8. 26.
Deut. 12 31.
Et, 13. 14.
Et, 17. 4.
Et, 18. 9.
Et 7. 25.
Idololatria cur dicta abominatio.

Digitized by Google

eſt omnis alienus à vera religione cultus, quia *abominanda* res eſt. *Mendacium* ergo ad prauæ religionis cultum, & peregrinam, ac profanam fidem trahendum eſt, eam autem labem ab eorum abfuiſſe ore affirmat, quia nullo metu abduci potuere à vera fide & illius confeſſione.

Mendacium ergo ad prauum cultū referendum.

VII.

Dicti autem Martyres primitiæ Agni.
Quia illius merita principaliter martyribus applicata.
Ideo dicti primi reſurrecturi in Chriſto.
Quod ſingulari titulo reuocādi ad vitam.
Ideo & empti ex hominibus dicuntur.
Quod præ cæteris dato precio comparati.
Immo, & licitante Chriſto.
Emptitij ergo ſerui ſunt.
Ac ſeruitutis notas in fronte gerūt, ab omnibus agnoſcendi.

Quod autem additur: *Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno*, ad Martyrum ſpectat eam dignitatem, quam ſuperius notabamus, merita ſcilicèt illis ſanguinis Chriſti ſingulari quadam ratione applicata fuiſſe. Ideo *Primitiæ Chriſti* merito dicuntur: nihil enim tam pertinet ad illius gloriam, quam Martyrum illud decus, & animi conſtans virtus, qua vitam pro illius nomine poſuere. Qua fortaſſe cauſa de illis dicitur 1. Theſ. 4. 15. *Mortui, qui in Chriſto ſunt reſurgent primi*: non quod in reſurrectione poſtrema temporis aliquis ordo ſit futurus: ſed quod ij, *qui mortui pro Chriſto ſunt* (hos arbitramur hic dici *mortuos in Chriſto*) peculiari titulo euocandi ad vitam ſint; æquum enim eſt, vt, ijs, quibus pro Chriſto vilis vita fuit, peculiari quodam debito vita per reſurrectionem reddatur. Id ergo ad primatum debiti, ac dignitatis, non temporis ſpectat. *Empti* autem *ex hominibus* dicuntur, quod quanquam ſanguinis *Chriſti* pretium ad omnium hominum redemptionem ſoluebatur, ſingulariter ad Martyrum decus ſpectarit, vt vere dici potuerint *ex hominibus empti*, id eſt, præ cæteris dato precio comparati. Alioqui originale verbum coemere dato precio ſignificat, quod publice in foro expoſitum eſt, ei qui pluris licitatus fuerit, dandum. οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Empti ergo licitante *Chriſto*, & pretium omne reddente, iam non alterius, quam *Chriſti* ſunt, emptitij ſcilicèt ſerui, notaſque ſeruitutis in frontibus oſtentantes magnis litteris inſcriptas. Atque id eſt, quod dicitur: *Habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis*. Ne vllus eſſet, qui cuius ſeruitio mancipati eſſent, non agnoſceret, cum frontibus inſcriptas notas videret.

Martyres cur dicti primitię Chriſti.

1. *Theſ.* 4. 15. Martyres cur primi reſurrecturi dicti à Paulo.

Martyres empti ex hominibus, quod ſanguinis pretium ſingulariter illis applicatum.

Chriſtus martyrum licitator. *Apoc.* 14. 1.

Martyres velut emptitij ſerui, notas ſeruitutis frontibus præferentes.

VIII.

Ideo eius Chriſti latera ſtipant.
Vt obſequio Dominum conteſtentur.
Ideo martyrū purpura canalibus vincta, quod à Chriſti ſanguine omne decus Martyrum ſit.

Ideo *ſequuntur Agnum quocumque ierit*: quia ſcilicet ſeruorum eſt ad nutum Dominorum agi, ac procedentem ſequi, illiuſque ſtipare latera, ducemque ſemper & dominum obſequio profiteri, a quo omnia habeant, cui omnia debeant. Id ergo eſt *purpura Regis vincta canalibus*. Martyrum omne decus indè eſſe, quod Chriſtum Regem non exemplum modo habeant, ad cuius ſe normam fingant, ſed authorem, & omnis fortitudinis largitorem, quo vires miniſtrante, & prælia ineant, & ad victoriam currant, donec triumphatores inuehantur in cœlum.

Martyres Chriſtum ſequuntur, vt ſerui Dominum.

IX.

Eſt hic ſenſus probabilis.
Quāquam poſſemus aliter interpretari.
De cogitationum ſublimitate.
Nunquam ſeſe ad vilia abijciente.
Nam, & Purpura ſolet vſu fœdari.
Et humanarum cogitationum languere ſublimitas.
Niſi ſæpè ad ſuam normā exigatur.
Ea cogitationum Eccleſiæ laus, nihil de ſua ſublimitate remittere.
Vel conatuum ipſa contentione perdere.

Id autem omne dictum ſit (prolixius fortaſſe quam res exigeret ipſa) vt probabilem magnorum authorem ſenſum ſuſtentaremus, & ad noſtrum ſentiendi modum applicaremus: quanquam minus operosè poſſumus hæc, quæ dicuntur hoc loco de *purpura vincta canalibus*, ad noſtrum ſenſum applicare. Nam ſi in Regia purpura, cui *coma* Eccleſiæ dicitur ſimilis, cogitationum illius ſublimitatem, ab omni terrena colluuiè ſe ſurrigentem, intelleximus, profectò in eadem *purpura canalibus vincta*, quo ſignificatur à tinctura recentiſſima, earundem cogitationum ſublimitatem intelligemus nunquam de ſua illa perfectione quidquam remittentem, ſed ſemper veluti nouam, puram, ſimplicem, velut *Purpura* eſt adhuc in ſuis vaſis liquorem bibens. Et ſolet quidem *purpura*, etiam quæ dibapha eſt, & Regum cultui deſtinata vſu ipſo veteraſcere, & vel vetuſtate flore amiſſo languere, vel puluere, attactuque manuum multum de primo nitore remittere. Sic humanarum cogitationum quantumcumque magnarum, ſublimiumque vis & conatus ſolet languere, ac multum de priore nobilitate remittere. Vnum remedium eſt, ſi ſæpè ad ſuam normam primam exigantur, ac recenti ſemper ſtudio, quidquid, vel vſu vel humana imbecillitate remiſſum de prima laude eſt, reuocetur, vt quod ſuo genere minime durabile eſt, cura, ac diligentia reparetur, vt duret. Pertinet ergo id ad earundem *Eccleſiæ cogitationum* laudem: quòd in ſublimè euectæ ipſa ſe euehendi contentione nihil de ſua nobilitate remittant: ſed ſemper ſui ſimiles vnum eundemque ſeruent tenorem, ſicut *Purpura* ſeruat, dum tinctorijs vaſis, aut *canalibus vincta* tingitur; nec ab vſu detrita, nec a temporum iniuria mutata. Atque in hunc nos ſenſum dictum arbitramur; *Coma capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus*.

Cogitationū Eccleſiæ ſublimitas ſemper ſibi conſtans.

Purpura vſu ſolita fœdari, & multum de flore amittere.

Humani cogitatus ſæpè à ſua ſublimitate decidentes.

Eccleſiæ cogitatus ſtabiles, nec contentioni fatiſcentes,

NOTATIO XXVII.

REX LIGATVS IN CANALIBVS.

I.

Originalis lectio, quam retinuere 72. Interpr.

SI Origines, *prout nunc diſpuncti ſunt codices, expendas* ſic ſonant: *Rex ligatus in canalibus*, quod & 72: *Interpretes* retinuere, niſi quod pro *canalibus* maluere, *in tranſcurſibus*: ἐν παραδρομαῖς, quemadmodum ſuo loco dum de Dramatico ſenſu diſquireremus,

Originū Lectio, Et 72. Interpr.

mus,

mus, monitum à nobis eſt. Authoritas ergo Græcorum Interpretum facit, vt hanc etiam lectionem, & veterum de ea ſententiam examinemus, videamuſque an in ſenſum commodum iuxtà noſtram viam trahi poſſit. Miramur autem Philonem Carpathium, qui vnus legit hoc loco *Rex tremendus in excurſibus*. Nam quod παραδρομαῖς interpretatur *excurſus*, pro *tranſcurſibus*, dari illi poteſt: quod autem Βασιλεὺς δεδεμένος, interpretetur *Rex tremendus*, probari minimè poteſt. Sed nec illius ſententia ſatis quadrat. Ipſum ſolum *tremendum in progreſſibus ſuis ac geſtis*, quæ pro ſalute noſtra non vllius neceſſitatis vinculis coactus egit, ſed immenſæ caritatis ardore victus. Reliqua in eam ſententiam apud illum habes. Sed tametſi id verum eſt, non apparet, ſi interpretationis conſequentiam non negligas, qua ratione aptari huic loco hæc poſſint. Aliter Theodoretus & tres apud illũ PP & legunt & interpretantur. *Et nexus capitis tui ſicut Rex purpura indutus in tranſuerſibus*. Intelligit autẽ Theodoretus *Doctrinã aptè, & decore compoſitã, ac pronunciatã, quæ Chriſti ſanguine tincta ſit ad purpuræ æmulationẽ: nec adeo fulgere Regem trabeatum, vt Doctor fulget pietatis, qui diuinæ cognitionis prædicat diſciplinam eaque imbuit veritatis alumnos*. Aliter autem tres PP. *Chriſti doctrinam rationum & morum nexu contextam, tanquam Regis indumentum eſſe, piæ animæ amictum, in quo illa perturbationibus dominatur & eſt Rex vinctus in tranſuerſibus id eſt, nulli ſubiectus perturbationi, ſed diuinæ doctrinæ funiculo ligatus in tranſuerſibus præſentis vitæ, ne rerum ſenſibilium & caducarum lubrico prolabatur*. Vtraque expoſitio ſatis perplexa eſt, quarum cum neutram ſatis capiam, neutram probare poſſum, aut improbare.

II. Monui cum huius commatis Dramaticam ſententiam exquirerem, grandem in verbis hiſce ſenſum latere, & ad Cantici huius maieſtatem aptum: Id nunc oſtendendũ eſt, ex analogia ad ea quæ ſunt loco illo tradita. Nam retulimus id ad amoris adulti in ſua ſibi felicitate placentis vehementiam, cui cum amatæ rei datur coniungi, id vnum eſt votum, vt illi hæreat, nec diuelli iam poſſit, ſed totus, quantus eſt, in eo ſit, nec animi motu, nec ſenſuum officio alibi occupetur: quaſi ligatus catenis, aut trabalibus ſit confixus clauis. Quidquid cogitat, quidquid agit; id agit, id cogitat, vt fruatur; nec gaudij ſui particulam illi ſenſuum inuideat, aut neget. Deducta fuerant *Eccleſiæ* encomia ab Angelis ad finem, ac per omnem partem laudatione ducta, quaſi extrema tabulæ eſſet addita manus, velut ab arte abſolutiſſima profecta, ac in publico locata, omnium vt ad ſe oculos atque admirationem traheret, ſolum ſupererat; illius maximè cuius potiſſimum cauſam res tota ſpectabat. Ideo ille inducitur, non admiratione ſolum pulſatus, ſed quaſi in vnius ſpectaculo defixus, ſibique gratulans talem ſibi, vel inueniſſe *Sponſam*, vel feciſſe; tam ſcilicèt ſimilem ſibi, vt dum illam videat, ſe videat ipſum; nec alia caritate complectatur, quam ſe ipſum. *Eccleſiam* ille ſibi in primis parentibus lapſam ſuſcitarat, ac per totius ætatis gradus deduxerat, ſummaque cura & enutritam, & cultam, maturam tandem ſociarat ſibi, ac myſtico connubio iunxerat. Illa conſcia ſibi quantum & Patri, & *Sponſo* deberet, omnes ſui muneris partes impleuerat, ac Idololatriæ exciſſo imperio nouum Regnum parauerat Chriſto. Tunc quaſi adulta pulchritudine tota iam placuit, atque in ea de ſuo ſibi opere gratulatus *Chriſtus* eſt; in nouas ergo laudes excitatus verſu mox proximo, quidquid ab Angelis encomiaſtis fuerat prædicatum, corollario iuuabit. Nunc his verbis ad eius encomia via paratur. Hic generatim ſenſus huius commatis eſt, ſi ſequi placeat Lectionem 72. Interpretum; quo ſatis aptè hæc cum proximis necti videntur.

III. Sed quia graues quidam ac pij Interpretes in *Rege ligato canalibus* ſeu *tranſcurſibus*, *Chriſtum* Cruci ſuffixum, & manante de ſacris vulneribus latè cruore purpureum contemplantur, & id etiam placet noſtræ interpretationi accommodare. *De Chriſto* & Eccleſia dixerat Paulus: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret*. Ephel. 5. 25. Habes Chriſti aduerſũ *Eccleſiã* dilectionẽ, quod ad primum illud pertinet, quod nuper eſt dictũ, coniunctionẽ ſcilicèt illius cũ illa: nam & dilectio ipſa vinculum eſt, & vbi ipſa eſt, non ligantur modo animi, ſed ſtringuntur non ſtringuntur, ſed vnum ſunt. Dilectionem ſequuta Chriſti traditio propter illam eſt, morte ſcilicèt obita pro illa, vt quam amore ſibi coniunxerat, precioſo cruoris ſui theſauro dotaret. Sanctificauit ergo illam, ſibique in perpetuum mancipauit tam ſtricto caritatis vinculo, vt rumpi aut ſolui non poſſit. Totum id redemptionis per crucem opus fuit, cui non ligatus modo, ſed confixus Rex Iudæorum, velut per *Canales* totidem ſanguinis *purpuram* emiſit; quot vulnera erant, quæ pleno margine tingendis Eccleſiæ capillis exundarent, ac nobili, feruentique liquore turgerent. Cogita Eccleſiam hiſce ſubditam *canalibus*, totumque largè excipientem cruorem, qui à capite in cætera demiſſus membra, totam mundaret, immo & tingeret; vt, nouo *purpuræ* ſplendore conſpicua, ſeſe ſpectandam orbi daret, de Regis Sponſi trabea ſtolam induta regiam,

Ea examinanda eſt, & veterum de ea ſenſus.
Philonis aliena lectio, & ſenſus.
Ideò minimè probandus nobis.
Nàm licet quodã ſenſu Chriſtus in excurſibus tremẽdus dici poteſt.
Id huic loco minimè quadrat.
Nec quod Theodoretus, & tres PP. probauere.
Hæc ad Doctores referentes.
Quorũ doctrina velut purpura ſplẽdeat.
Et incedat Reges purpura ſua indutos ad pompam.
Sed id ſatis perplexè ab illis traditũ.
Sed hæc ad amoris adulti vehemẽtiam pertinent.
Qui voti compos, ab amata re diuelli non poteſt.
Quaſi catenis ſit illi conſtrictus.
Et perfectæ Eccleſiæ imagine.
Iacebat locata in publico.
Chriſtus inducitur quaſi in vnius ſpectaculo defixus.
Quam ſibi ſimillimã agnoſcebat.
Eam prius enutrierat, & futuram ſponſam ornarat.
Ea autem haud ignara, quantum illi deberet.
Nouum imperiũ parauerat ei.
Id Chriſto gratiſſimum fuerat.
Ideoque in eius encomia fũditur.
Sed quia in Rege canalibus ligato, quidam Chriſtũ crucifixum cogitant.
Id etiam examinandum eſt.
Et quidem dilexerat Chriſtus Eccleſiam.
Vbi autem dilectio eſt, ibi animi ligantur.
Sequuta traditio Chriſti eſt, per mortem.
Opus ergo redemptionis per crucem fuit.
Cui Chriſtus non ligatus modo, ſed fixus fuit.
Tot per canales quot vulnera ſanguine fluens.
Et ſubditam mandans Eccleſiam, vt ſimilem faceret.

Philo Carpath. Chriſtus tremẽdus in progreſſibus ſuis, & geſtis.

Theodoretus. Tres Patres.

Veræ doctrinæ Doctores, vt Reges purpura ſua fulgentes.

Doctores funiculo doctrinę ligati in tranſcurſibus vitę huius.

Amor adultus rei amatæ velut catena conſtrictus.

Amoris adulti cogitatus omnis & conatus amata re frui.

Chriſtus Eccleſiæ ſuæ velut clauis confixus.

Eccleſia idololatriæ exciſo imperio, nouũ regnũ parauit Chriſto.

Rex ligatus in canalibus, Chriſtus cruci ſuffixus.

Epheſ. 5. 25.

Chriſtus Eccleſiam amore ſibi coniunxit, ſanguine dotauit.

Chriſti vulnera canales, & in eis purpura, tingendæ Eccleſiæ comæ.

Digitized by Google

Qui ſenſus indicatus ab Ambroſio.

regiam, quali decebat indui, quæ Regina iam erat. Huc Ambroſium forſitan aduocem Serm. 17. in Pſalm. 118. *Sanguis Chriſti purpura eſt, qui inficit ſanctorum animas, non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate quia Reges facit; & meliores Reges quibus regnum donet æternum.* *Ambroſius.*

IV. *Hic autem cruor capite primum exceptus, comas infecit.*

Cogitationes nimirum.

Quia vero, tametſi in totum *Eccleſiæ* corpus, & membra ſingula *Chriſti* ſanguis delapſus decorem indidit nouum, primus tamen ille ebullientis liquoris, ſeſeque prementis impetus *capite* exceptus eſt, è quo in partes cæteras deriuatus eſt, ideò effectus princeps *capiti* illius tribuitur, ac *coma purpurea* prædicatur. Hinc enim *cogitationes* habuere originem, hinc incrementa ſenſere: vt iam nihil niſi Chriſti mortem ac ſanguinem ſaperent, eodemque ſapore imbuerent cætera, ne quid eſſet deinceps quod *Sponſi* palato eſſet ingratum. Sed de his alias.

Primus cruoris effectus capite exceptus Eccleſiæ.

VERSVS VI.

QVAM PVLCHRA ES, ET QVAM DECORA, CARISSIMA IN DELITIIS.

COMMENTARIVS.

SPonſi *Hæc eſſe verba, non fæminarum, quod alij voluere*, alio loco docuimus. Chriſto ergo aptius tribuemus, qui Angelorum illa incitatuslaudatione, quidquid illi dixerant, corollario firmat. *Pulcherrimam* ergo ſibi viſam *Eccleſiam* ait, ac *Suauiſſimam*; nec ſe ſecus erga illam affici, quam amantiſſimus vir vxori ſuæ iuſtæ ſoleat adhærere, cum digniſſima illius amore eſt. Fecit vero magna cauſa, cur nunc maximé *Eccleſia* talis *Chriſto* & videatur, & prædicetur cum ſcilicet expeditionem in gentilitatem. Idololatriæ tyrannidem deiectura, vrgeret acriter, & feliciter auſpicijs *Chriſti* alacres ſequeretur. Ad eum enim Eccleſiæ ſtatum hæc pertinere omnia ſuperius monitum eſt. Continet autem modus ipſe loquendi admirationis formam, vt nonmodo eam *Pulchram* fateatur, ſed ad miraculum vſque. Et vero nihil pulchrius, nihil admirabilius eſſe poterat, ea properantis ad victoriam *Eccleſiæ* ſpecie, quæ quo propius ad ſummam tanti operis accedebat, eo *Pulchrior* non apparebat modo, ſed verè erat: hanc enim vim hebræa habent. *A pulchritudine iucunditas* erat, aut illi certè comes erat, quæ omnis formæ tametſi alioqui laudabiles, condimentum eſt. Ex vtroque autem *Delitiarum* illa affluentia, qua in ea *Chriſtus*, tanquam opiparo conuiuio exceptus, recreabat ſeſe: vt intelligeremus nihil in illa eſſe quod pro eo ſtatu gratum illi, ac iucundum non eſſet. Sed interloquentem illum audiamus.

ENARRATIO.

ANgelorum voces illæ, quibus tuum nunc ſtatum oculis obiecere, quin gratiſſimæ mihi fuerint, negare nec volo, nec poſſum. Quidquid ergo dictum ab illis de te eſt, ad me pertinet maximè, cuius eſt eorum verè dicta probare. Gratulor ergo mihi, quod iudicium de me tuum eorum teſtimonio pondus acceperit. Noua nunc mihi videris ſpecie enituiſſe: & quidquid tantarum virtutum luminibus ſplendet in te mihi ſcilicet ſplendet, cuius totum eſt opus quod non mihi ſolum, ſed alijs etiam places. Itaque tam gratum mihi ſpectaculum præbes, vt vel in admirationem quodammodo voces, cum oculis in te meis nihil ſe offerre nouum poſſit, qui omnia donarim: tam ſcilicet aptè quidquid in te collatum eſt, ac ſtudio tuo totum de gratiarum donis diſpoſitum

eſt, ſuoque ordine conſtitutum. Sapientia celſitas, cogitationum granditas, vigil prudenſque ſolertia, animi conſtans magnitudo, doctrinæ abundantia, vis ad myſticam prolem generandam robuſta, fœcunditas felix, conſtantia, ac firmitas in opere difficultatibus impedito; alacritas in progreſſu: Omnia ſibi inuicem ita reſpondent nectunturque, vt viciſſim ſpeciem & mutuentur & reddant. Quin ergo mihi tota placeas, & gratiſſimo ſpectaculo bees? Accedit pulchritudini iucunditas, quæ omnis formæ velut animus eſt, ne quid ad ſummam deeſſet laudem. Me hæc ſcilicet inuitat, cum illa delectet, & ad noua gaudia vocat: ea autem à modeſtia humilitateque tota eſt, & ſimplicitate illa, qua, in tantæ felicitatis vocata apicem, nihil ſapis altum, ſed tuæ tibi conſcia tenuitatis, tuo te metiris pede, quidquid in te laudabile eſt accepiſſe te profeſſa, haud gloriæ alterius amans quam meæ. Nunc te & cariſſimam habeo, meaſque omnes in te delitias collocatas fateor, vnamque eſſe in quam meæ omnis caritatis digniſſime vim profundam.

SVM. COM.

NOTATIO XXIIX.

QVAM PVLCHRA ES, ET QVAM DECORA.

DEſiiſſe *Angelorum encomia præcedente commate* in commentario eſt monitum: hæc vero verba *Chriſti* eſſe ipſius, quibus ad ſubſequentia; quæ medullam arcani ſenſus nobis continere videntur, via facilis ſternatur. Et tametſi, ſi adhuc hæc Angelis laudatoribus tribuas, idem ſenſus exiſtet, ſed multo aptius partes partibus connectuntur, ſi *Chriſtum* loquentem inducas. De arcano ſenſu haud conuenit inter veteres, aut nouos Interpretes. Philo Carpathiorum Epiſcopus ſingularis eſt interpres. De *Chriſto* hæc dicta putat, legitque: *Quam ſpecioſus factus eſt & potens*, iam legit. *Caritas in delitijs tuis, hæc eſt magnitudo tua aſſimilatus es palma, & vbera tua botris*.

Caſſiodorus & quidam alij *Pulchram* Eccleſiæ fide, *Decoram* operatione, interpretantur, quo ex vtroque ſpeciei illius perfectio exiſtit. Verè id dicitur, ſed cur hoc loco de fide, atque operibus, quibus ſemper Chriſto placuerat, ſermo ſit, Caſſiodorus nec quærit, nec dicit, nec vt puto idoneam rationem poteſt reddere. Theodoretus autem premens, vt puto, originum vim, (*Quam pulchruiſti, & quam dulcuiſti*) *Decora*, inquit, *facta es, cum antea non eſſes, & cum antea fœditate omni eſſes plena, repente iucunda ac ſuauis euaſiſti, idque es conſequuta, quoniam in caritatis delicijs oblectaris*. Id ſi ad vniuerſam *Eccleſiam* referas, haud aptè dicitur, hoc maximè ſtatu, quo in ſummo coniunctionis gradu verſari intelligitur, vt ex proximis verſibus omnino conficitur; immo ex toto reliquo ſermone ad finem vſque totius Cantici. Si ad *Eccleſiam* pertinere velis de gentibus aduocatam, quæ iam hoc tempore admirandis auctibus tollebatur, vt ex noſtra interpretatione conſtat toto hoc capite, non inconcinnè aptare poteris. Verè enim ea pars *Eccleſia*, quæ de gentibus adducta ad Chriſtum erat, cum antea fœditate ſcelerum, ac turpitudine idololatriæ deformis eſſet, aqua baptiſmali abluta, ac Chriſti ſanguine mundata mutauerat ſpeciem, & grato ſpectaculo Chriſtum recreabat. Dixerat Paulus: *Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt*. 1. Cor. 6. 9. 10. En Gentilium fœditatem, ac turpitudinem, antequam ad Chriſtum vocarentur. Pergit Paulus: *Et hæc quidam fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri*. Ver. 2. En ſpeciem & pulchritudinem, ad quam ab ea fœditate tranſlati ſunt. Hoc ſtatu, alij ſcilicet à prioribus, iam Chriſto placebant, eorumque ſe oblectabat aſpectu, vt vere dicere poſſet: *Quam pulchruiſti*. Hæc verè dicuntur omnia, & ſatis aptè ſecundum noſtræ interpretationis filum. Sed obſunt duo: alterum, quod non hæc videntur ſingillatim ad conuerſos ex gentibus alliganda, & reſtringenda; potiuſque ad *Eccleſiam* communem matrem ſpectant, dum ingens illud facinus vrgeret aduocandi ad *Chriſtum* gentes, quo omnibus illis armata virtutibus, quas ſuperius memorauimus, inuehebatur in *Chriſti* perduelles, donec omnino victoria pleniſſima poriretur. Huius ſub eo ſtatu ſpecies laudata ab Angelis ſupra eſt, nunc ab *Chriſto Sponſo* prædicatur. Alterum, quod Hebræum vocabulum *Iapah* vel *pulchrum eſſe* ſimpliciter ſignificat, vt ſupra cap. 4. 10. & eodem 7. 1. Aut *in pulchritudine*

I.

Chriſti hæc verba ſunt.

Nec alius ſenſus erit ſi Angelorum eſſe dicas.

Philonis lectio ſingulares & ſenſus.

Nec eſtat in quos Codd. inciderit.

Sibi ergo relinquendus.

II.

Quidam Eccleſiæ fide pulchram, operatione decoram interpretantur.

Verè, ſed non aptè ad hūc locum.

Nec Theodoreti interpretatio aptior.

Si de vniuerſali Eccleſia accipiat.

Si de vocata ex Gētibus ſatis aptè.

Cum ea prius fœda, poſt pulchra ſit facta.

Gratumque Chriſto ſpectaculum.

De primo ſtatu verba ſunt Pauli, 1. Cor. 6. 9.

De ſecūdo ver. 2.

Quo pulchritudinem deſcribit Eccleſiæ.

Sed huic ſenſui obeſt. quod hæc ad conuerſos ex Gentibus non videntur arctanda.

Sed propria eſſe Eccleſiæ, cum in Idololatriam inueheretur.

Et verbum Iapah creſcere in pulchritudine ſignificat.

Angelorum voces.

Philo Carpath.

Philonis lectio, & ſenſus minimè probandus.

Caſſiodorus.

Eccleſia fide pulchra, operatione decora.

Theodoretus.

Eccleſia ex turpi decora facta, vocata ex Gentib.

1. *Cor.* 6. 9. 10.

Eccleſiæ fœditas ſub Gentiliſmo.

Eccleſiæ ſpecies ſub Chriſto.

Hæc ad conuerſos ex Gentibus arctanda nō ſūt.

.... *Iapah* quid Hebræis.

iudunt utaceri: non autem è tœdo fieri pulchrum. Atque hinc fortaſſis intelliges, cum tam ſæpè eo vocabulo, cum de *Eccleſia* ſermo eſt, toto hoc Cantico vtus ſacer Scriptor ſit, eius calamum diuino ſpiritu gubernante: ſcilicet, quia, cum de *Eccleſia* ageret profectibus, quibus ſe ipſa ſemper maior, nouis incrementis augebatur, id eo vocabulo indicari oportebat, quo à pulchritudine in pulchritudinem, à minore ſcilicet in maiorem tranſitus ſignificatur.

Idem iudicium de tribus PP. ferendum, qui verò quidem, ſed ad hunc locum non admodum aptè interpretantur. *Admirabiliter circundata es pulchritudine, ea nimirum, quæ peruenit ad te ex exemplari: & ſponſo coniuncta, atque illo fruens referta es incredibili iucunditate ſpirituali.* Nam tametſi verum eſt, omnem Eccleſiæ pulchritudinem à *Chriſto* fuiſſe participatam, ipſius imitatione exemplaris, & ex coniunctione cum *Chriſto* ſpirituali iucunditate fuiſſe perfuſam; cuius tamen vtriuſque rei loco hoc mentio facta ſit, illi Interpretes non dicunt: cum, ſi rem preſſius examines, quidquid quocumque tempore pulchritudinis, decoriſque *Eccleſiæ* tributum eſt, de ſimilitudine *Chriſti* ſit tractum. Aliquid ergo addendum erat, quo intelligeretur cur in hunc locum dilatum id encomium fuerit. Accedit, & alia ratio, nam cum hoc loco *iucunda* dicitur, non eo dicitur, quod illa iucunditatibus affluat ex complexu Sponſi, tametſi id verum eſt; ſed quod ea *delitias* faceret Sponſo, & *iucunditatem* afferret, vt mox dicemus.

Veræ nobis interpretationis iudicium Rupertus Tuitienſis fecit, qui *Pulchritudinem ad abundantiam gratiæ, iucunditatem ad manſuetudinem, & humilitatem cordis* retulit. Sed nos *abundantiam gratiæ* virtutes illas, ac dona accipimus, quibus S. *Eccleſia* ornata à Sponſo Chriſto eſt, & in Gentilitatem armata. Ergo eorum donorum, quæ liberè, ſed largiter collata in illam ſunt, affluentiam, & exiſtentem ex illis myſticam *pulchritudinem* hic prædicari exiſtimamus. Rate autem ea ſpecies hoc maximè loco prædicata eſt, quo dona illa apicem perfectionis in eo genere attigerant, & ad facinus ingens vocandæ Gentilitatis ad Chriſtum, ſuppetias ferebant, vt in ſuperioribus dictum eſt. Miratur ergo *Chriſtus Eccleſiæ* ſuæ profectus, quæ ſcilicet à paruis exorta initijs in eum venerat ſtatum, vt vix aliquid addi ad eius abſolutiſſimam ſpeciem poſſe videretur. Sic ſuperius Angeli dicebant. *Quam pulchri ſunt greſſus tui*, eodem vſi verbo, quia myſtici Eccleſiæ greſſus in Euangelio gentibus annunciando, admirandis profectibus negotio prædicationis inſtitere. Tametſi ergo tunc Eccleſia; & multum in caritate, & gratia creuerat, fideque & ſpe firma ſtrictiſſimè Deo coniuncta erat, ideoque etiam pulcherrima; tamen loco hoc non de ea pulchritudine ſermonem eſſe arbitramur; ſed de ea, quæ ex illis donis, ac virtutibus exiſtebat, quæ apparatum continebant, & ſupellectilem omnem ad expeditionem in Gentes, quam illa tunc vrgebat. Quod ſi & illas virtutes Fidem, ſpem, caritatem in hunc ſenſum placeat ſcribere, haud multum repugnabimus, dum de illis ſermo ſit, quantum earum opera, ad eandem promouendam rem, neceſſaria erat. Totus enim in eo *Sponſus* eſt *Chriſtus*, vt id prædicet in *Eccleſia*, quo vel diſpoſita, vel armata tantum facinus & fortiter aggreſſa fuerat, & gnauiter exequebatur, donec tandem feliciſſimè perficeret. Id autem intelliges ſi Apoſtolorum ſtudia, conatus, laboreſque in aduocanda ad Chriſtum Gentilitate, miriſque, ac diuinis artibus conciliandis Chriſto nationibus, omnibus, conſideres, quorum pleni ſunt Eccleſiaſticarum Hiſtoriarum libri.

Supereſt dicamus, quo ſenſu *Decora* etiam dicta ſit. Vocabulo Hebræo eam ſignificari, quæ *iucunda, ſuauis*, ac *dulcis* ſit, alio loco monuimus, qua ratione quidam tranſtulere: immo & 72. τί ὡραιώθης, καὶ τί ἡδύνθης. *Quid pulchra facta es, & quid iucunda facta es.* Id autem referendum eſſe monuimus ad modeſtiam, manſuetudinem, humilitatem, quibus virtutibus donorum illam granditatem temperabat Eccleſia; ſeſeque ad omnium captum fingebat, & ad cuiuſque guſtum condiebat, vt adduceret ad Chriſtum. Sic dicebat Paulus; *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Omnia autem facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar.* 1. Cor. 9. 22. 23. *Decor* ergo hoc loco, ſeu *iucunditas* relatiuè dicta eſt, & in ordine ad alios, quidquid enim *Eccleſia* datum eſt, bono aliorum eſt datum. Non ergo de *iucunditate* ſermo eſt, qua *Eccleſia* frueretur in ſe, quod Caſſiodorus voluit, *quia* ſcilicet *ſuauitatem ſupernæ dulcedinis aſſiduè palato mentis ipſa deguſtabat, & inter preſſuras huius ſæculi illas adipiſci deſiderabat:* ſed quia quidquid *ſuauitatis, iucunditatis*, ac *dulcedinis*, quod *Sponſi* dono agnoſcebat in ſe, in commodum, ac vtilitatem cæterorum ordinabat, omnem admouens machinam, dum ad *Chriſtum* adduceret. Inde *iucunda* etiam *Chriſto Sponſo*, cui ſuauiſſimum erat, ac iucundiſſimum id ſtudium Sponſæ in generandis ſibi filijs verbo veritatis. Eas ergo, quas ex ea percipiebat, *delitias*, laudat hoc commate, ſibi multum de ſua felicitate gratulatus. Nihil enim iucundius Chriſto ſpectaculum præbet, quam ſi videat

mini-

Nil à fœditate ad decorem mutari. Ideò tam frequẽs vocabuli illius vſus.

Cum Eccleſia aucta continuo in decore creſceret.

III.

Alij ad pulchritudinẽ referunt participatam à Chriſto vt exemplari. Id verum eſt, ſed cur hic de eo ſit ſermo, non dicunt. Et alioqui id Eccleſiæ ſub omni ſtatu proprium eſt. Hic verò iucunda Eccleſia dicitur. Non quod iucũditatibus ipſa abundet, ſed quod Sponſo faciat.

IV.

Ruperti vera interpretatio.

Is ſenſus explicatur aptè ad hunc locum.

De gratiarum affluentia Eccleſiæ collatarum.

Hanc Chriſtus miratur ſpectans, à paruis initijs auctam.

Sicut prius Angeli greſſus laudauerant.

Intellige autẽ eas virtutes, quibus ornata ad expeditionem in Gentes.

Nec fidem, ſpem, caritatem excludimus.

In eundem finem neceſſarias.

In eo ergo totus eſt Chriſtus.

Vt Apoſtolorum ſtudia conatus, labores extollat.

V.

Decoram autem interpretamur, iucundam, ſuauem, dulcem.

Quod pertinet ad modeſtiam, manſuetudinem, humilitatem.

Quibus ſeſe ad omnium captum fingebat.

Omnibus omnia facta.

Nam quidquid Eccleſiæ datum, bono datum aliorum.

Quod ipſa omne in alienum commodũ impẽdebat. Ideo iucunda etiã Chriſto cui grata illius conſuetudo. Qui maximè gaudet animarum profectu, quas ſanguine ſuo redemit.

Cant. 1. 8. 15.
Et 4. 1. 7. 10.
Et 5. 9. 17.
Et 6. 3. 9.
Et 7. 1. 6.

Tres Patres.

Omnis Eccleſiæ pulchritudo participata à Chriſto.

Eccleſia iucunda dicta, quod iucũditates Chriſto faciat.

Rupertus Tui. Pulchritudo Eccleſiæ ad abundantiam, iucunditas ad manſuetudinem pertinet.

Eccleſia à paruis initijs in ſũmum deducta.

Cant. Cap. 7. 2.

Pulchra Eccleſia virtutibus ad cõuerſionem Gentium neceſſarijs.

Drammat. Comment. cap. 7. not. 22.
Decora hic pro iucunda, ſuaui, dulci.

1. Cor. 9. 22. 23.
Eccleſia ad omnium ſe captum accommodans.

Caſſiodorus.
Tres PP.

Eccleſia Chriſto iucũda, quod ad ſalutem alienam ſtudia omnia impendebat.

Digitized by Google

miniſtros ſuos, in obeundis muneribus ſibi commiſsis, gnauos, ac induſtrios eſſe, nihilque prætermittere, quod aptum in eum ſit finem.

NOTATIO XXIX.

CARISSIMA IN DELITIIS.

I. *Blandius hæc ſonant in Originibus.* *Et apud 72. quorum inter punctio minimè probāda.* *Niſi mendum irrepſit in Codd.* *Nam Theodoretus emendatius legit.* *Et tres apud illū Patres.* *Et Ambroſius; & Editio latina 72.*

MOllius, *ac tenerius Originalia ſonare, monuimus* ſuo loco, cum corticis ſenſum traderemus, idemque ſequutos 72. Interpretes; quanquam in interpungendi ratione ab Originalibus receſſere, hæc nectentes cum ijs, quæ ſequuntur, in hunc modum. *Quid pulcra facta es, & quid iucunda facta es, Dilectio? In delitijs tuis hæc magnitudo tua. Similis facta es palma.* Suſpicor vel in Græcos codices obrepſiſſe in ratione interpungendi mendum, aut certe antiquitus Codices variaſſe. Video enim Philonem Carpathium cum hodiernis ferme codicibus conuenire; Theodoretum autem doctum omnino virum, licet paulo poſteriorem Philone, aliter legiſſe, ſcilicet quemadmodum vulgatus legit, *Caritas in delitijs tuis*. Immo & tres Patres id ſequuti ſunt, quemadmodum ex Theodoreti, & eorundem commentarijs conſtat: vt dubitari de eo non poſſit. Quibus accedit Ambroſ. Serm. 17. in Pſal. 118. Idque retentum in edit. latina 72. Interpretum Romana. Hæc ad lectionem ſpectant, immo & ad ſententiam faciunt.

Originū Lectio. *72. Lectio.* *Græci Codd. haud integri hoc loco.* *Philo Carpath.* *Theodoretus.* *Tres Patres.* *Ambroſius.* *Editio Rom. 72.*

II. *Caritas autē hic pro ſponſa ipſa poſita eſt.* *Quod ſatis intelligimus ex vulgato.* *Quanquam quidam de virtute accipiunt cū Theodoreto.* *Melius Ambroſius, quia Deus caritas, etiā ſponſa.* *Ideò vulgatus cariſſimam reddidit ne quis erraret.*

Cum autem legimus, *Caritas in delitijs*, an *Caritas* pro virtute ſit poſita, qua Deum amamus, an pro ipſa *Sponſa* quæ nomine *caritatis* inſigniatur, quod inter amantes ſolitum, quæri poteſt. Et quidem nobis, quibus latini Interpretis authoritas merito ſumma eſt, de eo dubitare non licet, quin ad *Sponſam* referatur, qui pro; *caritas in delitijs* reddidit *cariſſima in delitijs*; id ergo certum ſit nobis, quanquam Theodoretus, & tres apud illum PP. ad dilectionis virtutem referunt, *Idque es conſequuta, quoniam in caritatis delitijs oblectaris: diligens enim Amantem te Sponſum; & in eius amore tuas omnes delitias locans, reliqua omnia contempſiſti* Theodoreti hæc ſunt. Aliter intellexit Ambroſius loco ſuperius indicato *Ipſa iam caritas, quæ diligendo Deum, & nomen acceperit, quia Deus caritas eſt*. Id vidit ſolerter vulgatus, ideoque ne quis ſcrupulus maneret, maluit *Cariſſimam*, quam *Caritatem*, (quod originalia videbantur exigere) reddere, in altero enim periculum erat errandi, in altero nullum erat.

Caritas ſponſa dicta. *Theodoretus.* *Tres Patres.* *Caritas pro virtute caritatis.* *Ambroſius.* *Caritas ſponſa dicta, quia Deo iuncta, qui caritas eſt.*

III. *Sed cur hic tenerius compellata ſponſa?* *Id factum tribus locis nec ſine cauſa.* *Locis eis haud facilis intelligatu* *Sed triplicis Eccleſiæ ſomni cauſa diuerſitas ſtatus eſt.* *Et laborum in illis perpeſſio* *Primo in Aegypto. deindè in deſerto, poſtremò ſub tyrannis* *Sed ſemper in Deū incitatius ardens, creuit in amore* *Ideo teneriore donata appellatione.* *Alia ratio perfectionis in quoque ſtatu ſummus gradus.* *In eoque veluti quadam quies.* *Vt videretur ad altiorem vires reſumere.* *Itaque ſe ipſa ſemper melior. gratiorque ſponſo.* *Blandiore voce cōpellari digna.*

Cur autem loco hoc *Eccleſiam* ſuam *chriſtus* teneriore vocabulo appellarit, quærere poſſumus, cum alias *Sponſam*, alias *Sororem*, alias *amicam* aut *ſodalem* appellarit. Et quidem quantum commemini, præter hunc locum, tribus alijs ea forma loquendi Sponſus eſt vſus cap. 2. 7. 3. 5. & 8. 4. quibus locis inducitur ſomnum Sponſæ concilians. Ea obſeruatio perſuadet non ſine cauſa id factum eſſe, tametſi nobis, quibus crepera in hoc interpretandi genere lux affulget, non facile tantæ rei ratio apparet. Sed, quantum ad triplicem Eccleſiæ ſomnum, cauſam putamus eſſe ſtatuum Eccleſiæ diuerſitatē, primū ſub lege naturæ, ſecundū ſub ſcripta, tertiū ſub gratia. In ſingulis autē laboribus *Eccleſia* preſſa, primo in Aegypto ſub tyrannide Pharaonis eruiens; deinde in deſerto, famæ, ſitique extrema vexata; poſtremo ſub gratia, tyrannorum perſequutionibus lacerata; ſed ſemper tamen ſingulari Dei prouidentia erecta, & paterno ſtudio tuta, & periculis erepta omnibus, & in tuto locata, *Sponſique* ſui prouidentia admonita, acrioribus in eum amoris flammis accenſa, digna fuit quæ nobili, ac tenera appellatione *Amor*, ſeu *Dilectio*, ſeu *caritas* diceretur; docta appellatione ipſa, quam Deo curæ illius ſalus eſſet, ſub cuius protectrice manū nihil mali timendum eſſet, nihil boni deſiderandum. Ea ergo appellationis tenerrimæ illis locis vna cauſa eſt, Alia aliunde petenda: nam in diuerſis quanquam ſtatibus, primo amantis, altero ſponſæ, tertio coniugatæ, ſuam in ſingulis perfectionem aſſequuta, qua, ad ſuperiorem proximè diſpoſita, ſenſim proficeret: in ea cuiuſque perfectione (velut in ſcalarum gradibus contingere ſolet, quibus certo numero per interualla planities interijcitur (nos *deſcanſos* appellamus) ad quam cum aſcenſum fuerit, quietis aliquid interponimus ſpiritui reſumendo, ac leuandæ laſſitudini) quodammodo conquieſcens, ad altiorem Spiritus reſumebat, & vires parabat. Hinc factum, vt ad cuiuſque ſtatus ſummam deducta, vti ſeſe ipſa ſemper melior, gratior etiam *Sponſo* videretur, & *pulchrior*, ideoque amore digniſſima. Id ergo ſignificans *Sponſus* inducitur, vocabulo illo teneriorem affectum indicante: vt eo ſcilicet admoneretur *Eccleſia*, quam gratum Sponſo chriſto eſſet ſtudium promouendi gradum, donec ſummum coniunctionis apicem conſequeretur.

Triplex Eccleſiæ ſomnus, & quies & illius cauſæ. *Triplex Eccleſiæ ſtatus, & in ſingulis perfectio.*

III. *Sed alia loco hoc eius compellationis ratio.*

Hoc autem loco alia eius appellationis ratio eſt, nec aliunde profecta, quam quod gra-

gratiſſimum *chriſto* fuit *Eccleſia* ſpectaculum ſub eo temporis articulo, quo gnauiter miniſterio verbi per Apoſtolos, Gentilitatis imperium expugnatura, proceſſit in aciē. Quemadmodum enim nunquam *chriſto* ſimilior, quam tunc fuit, ſic nunquam dilectior. Tunc ergo illam nobiliſſima, ſed & tenerrima, compellatione donat, qua vel præterita ſtudia, ac facinora gratis encomij ornet: vel ad futuros labores acrius incitet: eius amoris admonens *Sponſam*, quo eam dignatus eſt; ne ſcilicet in amando tepeſcat, vel in obſequendo quidquam remittat.

Eodem fermè pertinent quæ ſequuntur. Sed *Delitias* poſſumus accipere, vel quibus *Eccleſia* ipſa perfundi ſe ſentiebat ex coniunctione cum *Sponſo*; vel quibus in ea *Chriſtus* ſe ſentiebat impleri. Vtrumque probabile eſſe Commentario Drammatico diximus. Primum illud placuit pleriſque, ſed eodem omnes modo non explicant. Caſſiodorus & Beda: *Quia ſuauitatem ſuperna dulcedinis aſſiduè palato mentis deguſtat, & inter preſſuras huius ſaculi illas adipiſci deſiderat.* Id ex parte verum eſt, ſed amplius quiddam intelligendum eſt, nec de futuris gaudijs, aut deſideratis ſermo, ſed de præſentibus eſt. Gregorius, & poſt eum Rupertus: *Dona gratiarum, & intelligentiam ſcripturarum, & Sacramentorum cæleſtium veras eſſe delitias.* Id verum eſt; ſed cur hoc maximè loco de illius *Delitijs* mentio ſit inducta, non dicitur, nec eius rei ratio redditur. Nam certè non ante hunc tertium ſtatum de illius *Delitijs* quidquam eſſe dictum, & loco hoc, & cap. 8. 5. myſterio vacare haud puto. Quo etiam defectu Theodoreti diſplicet interpretatio, qui ad caritatis vnionem cum Sponſo *Delitias* retulit: & triū PP. qui ad virtutem ſimpliciter retulere.

Nos ad duo capita ſeu origines haſce *delitias* reuocandas arbitramur, hoc quidem ſtatu, quo ſecundum interpretationem noſtram verſatur *Eccleſia*, ad laborum pro *Chriſto* ſuſceptorum tolerantiam, & ad laborum fructum, ſcilicèt ad multarum animarum, quas per prædicationem vel adiunxerat, vel adiungendas videbat de proximo *Chriſto*, certiſſima lucra. Ad primum quod attinet, caritate quidem Chriſti tota ardebat, ſed magnæ caritatis facinora labores, atque anxietates ſunt, ac veluti fructus maturi; quos ſi contingat verè amantem animam Chriſto ſponſo offerre poſſe, beatam ſe prædicat, & tunc quidem gloriari audeat, tanquam & ſuo munere functa, & id conſequuta, quo maximè amorem ſuum *Chriſto* probarit. Dulce enim pro amato pati, dulce & mori; feliciſſimum in patiendi conatu deficere, & vitam ponere dum amorem oſtentas. Huc ex parte Auguſtini acumen reſpexit: *O quàm bene cantatur tibi in Epithalamio, quia caritas in delitijs tuis! Ipſa non perdat cum impijs animam tuam, ipſi diſcernat cauſam tuam, & ſicut mors valida eſt, & in delitijs tuis eſt. Quàm mirandi generis mors, cui parum fuit non eſſe in pœnis, niſi eſſet inſuper & in delitijs.* Tract. 65. in Ioan.

Et quidem *Eccleſia* in ea in Gentilitatem expeditione quantum ſibi laboris ſubeundum eſſet, ignorare non potuit: alacris ergo difficili prælio accinxit ſeſe, certa ſibi victoriam non de facili parandam; quin ardore caritatis quidquid laborum ſubeundū eſſet, non leue modo, ſed & ſuaue reputabat. Ergo in amaris dulcedinem, in grauibus leuamen, in duris aſperiſque ſuauitatem inueniens, eo votis pertingebat, vbi duriora futura reputabat, ac ſupra rerum aduerſarum magnitudinem deſiderio ferebatur. Hæc illi gaudia, hæ *delitia*, hæc gloria. Paulum audi, & in eo *Eccleſia* gaudia cogita, quibus dum duriſſima patitur perfundi ſe ſentiebat. *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus: ſcientes, quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio vero ſpem: ſpes autem non confundit: quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Rom. 5. 3. 4. 5. Vides *caritatem* radicem glorationis in laboribus eſſe: quantaque & qualia bona laborum operetur tolerantia, vt non ſine cauſa laborum pro *Chriſto* ſuſceptorum indiuulſus ſit comes gaudium. Sed audi iterum labores ſuos iactantem quodammodo: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt in habitet in me virtus Chriſti. Propter quod placeo mihi* (διὸ εὐδοκῶ, ideo delector, oblectationem capio) *in infirmitatibus meis, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſequutionibus, in anguſtijs pro Chriſto.* 2. Cor. 12. 10. Hanc ergo *Chriſtus Sponſus* in *Eccleſia* ſua Gentium conuerſionem vrgente animi paraturam prædicat, quod dum multos ad ſe adduceret, nihil durum, aut aſperum reputaret; ſed in duris & aſperis ſuas *delitias* collocaret, tunc ſe demum felicem ac beatam arbitrata, cum medijs pelagi vndis, & furente ventorum rabie, & minantibus vndique ſcopulis cinctæ validis lacertis contra pugnaret, donec per aduerſa, & grauia deduceretur in portum.

Hæc vna earum *delitiarum* radix, altera illa, quod ſobolem infinitam *Chriſto* enixa, vel proximè enixura, eius familiam æternis fulcris ſuſtentaturam ſciebat ſeſe. Magna hæc ſcilicèt, ac nullis verbis explicanda cauſa gaudendi: nihil enim æquè lætitiā connubio iunctis affert, ac fælix numerus filiorum, qui maritalis coniunctionis finis potiſſimus. Dictum quidem à Chriſto eſt: *Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit*

hora

SVM. COM.

Quia nunquam gratior Chriſto, quam cum bellū Gentilitati pararet.

Et vt eam ad noua facinora animaret. IV.

Delitias autem et Eccleſia, & Chriſti accipere poſſumus.

Primum multis placuit autoribus

Sed Caſſiodori ſenſus locum non explet.

Nec Gregorij, & Ruperti.

Nā non ante hūc locum de delitijs mentio facta.

Quod myſterio carere nō poteſt. V.

Nos ad duos fontes haſce delitias reuocamus Eccleſia.

Ad laborum tolerantiam.

Et eorundem fructum.

Nam magna caritatis opera labores ſunt, pro Chriſto ſumpti.

Id ſi cui cōtingat, Beatum ſe putat.

Nam dulce pro Amato pati.

Dulcius vitam amori oſtentando profundere.

Qui ſenſus Auguſtini eſt. VI.

Eccleſia autem multum laborum ſubeundum in Gētilitate vocanda.

Quod illi gratiſſimum erat.

Eoque propenſius ferebatur, vbi duriora occurſabant.

Sic Paulus, vt etiā gloriam pati putaret ſuam.

Nam caritas gloriationis eſt radix.

Et laborum pro Deo ſubitorū gaudium comes.

Vt quodammodo iactet amans ſeſe.

Hanc ergo Eccleſia alacritatem Chriſtus prædicat.

Cui nihil durum, dum Gentes ad eum adduceret.

Sed omnia delitiarum cauſa eſſent.

VII.

Altera delitiarū radix, multa ſoboles.

Nihil enim gratius connubio iunctis.

Is enim coniugij finis potiſſimus.

Eccleſiæ alacritas in expugnāda Gentilitate Chriſto grauiſſima.

Delitiæ Eccleſię & illarum cauſę.

Caſſiodorus. Beda.

Gregorius M. Rupertus Tuith.

Ante hunc tertium ſtatum nihil de delitijs Eccleſiæ dictum.

Theodoretus. Tres Patres.

Labores pro Chriſto ſuſcepti magna cauſa gaudiorum.

Amans cū quid grande pro amato paſſus beatū ſe reputat.

Dulce pro amato pati, dulcius mori

Auguſtinus.

Eccleſię labores in gentes in Gētibus vocandis.

Labores Eccleſiæ dulces in cōuerſione Gentiū.

Rom 5. 3. 4. 5.

Caritas in laboribus gloriatur.

2. *Cor.* 12. 10.

Cōiugio iunctis multa ſoboles gaudij magna cauſa.

Digitized by Google

Cum in myſtica hac generatione abſit dolor.
Qui alios partus infamat
Nam, & ſementē, et meſſem gaudia condiunt.
Et ſi lachrymæ ſementem comitantur.
Lætitiæ ſunt non mœroris
Meſſe autem gaudia duplicantur, dum matrem ſe videt.
Ideo Paulus Philippenſes gaudium ſuum vocat.
Non ſolum ex communi caritatis affectu.
Sed quia eos Chriſto genuerat, & pepererat.
Patris ergo affectus induit.
Et gaudia ſibi cumulari ſentit.
Sicut agricola cū quam ſeuerat arborem fructuoſam ...

VIII.
Nec abeſt, quod has alibi delitias ad Chriſtum retulimus
Sunt enim illi cū Eccleſia cōmunes.
Nam ſi gratum illi cum filijs eſſe hominum.
Quanto magis cū filijs eſſe Dei?

bat eius, cum autem peperit, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Ioan. 16. 21. Sed abeſt ab ſpirituali hoc Eccleſiæ partu illud infelicitatis elogium, *in dolore filios paries*. Nam & cum concipit gaudet, & cum parit lætatur; &, poſtquā peperit gloriatur: eoque maiore lætitia triumphat, quo fœcundiore partū plures filios Chriſto peperit. Itaque & cum ſemina iactat, & cum meſſes colligit, gaudia cumulat. Id intelliges, ſi Chriſti dictum, cum Apoſtolis ſuis documenta ad miniſterium verbi daret, expenderis. *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam; vt & qui ſeminat gaudeat, & qui metit.* Ioan. 4. 36. Seminat quidem in lachrymis, ſed lachrymæ gaudij, ac lętitiæ ſunt, non mœroris: nec enim pia mater, dum pro Chriſto labores ſuſcipit, & patitur anxietates, mœrore pulſatur; potius *delitijs affluit*, & vbertim rore lætitiæ rigatur. Cum autem filiorum numeroſa prole matrem ſe videt, gaudij duplicantur cauſæ, & velut inundantibus lætitiæ aquis mergitur tota: & tunc verè *Fluminis impetus Dei lætificat ciuitatem*. Pſal. 45. 5. *Tunc habitare* Chriſtus *facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Pſal. 112. 9. Habes huius lætitiæ in Paulo exemplum, cuius in perſona Eccleſiam ipſam agnoſces, cum, Philippenſes alloquens, audet eos & *gaudium ſuum, & coronam* compellare. Phil. 4. 1. Neque enim ſolo communis caritatis affectu de illorum gaudet profectu, quod voluere quidam: nam tametſi caritatis character ſit, de proximorum bonis haud minus, quam de proprijs, gaudere, grandius tamen aliquid Paulus inſinuat, quod proprium illius, non commune cæterorum eſſet. Genuerat ſcilicet Chriſto filios, ac doctrinæ lacte paſtos in viros eduxerat imagine Chriſti illos inſigniens. Itaque Patris affectus induit, ac de filiorum felicitate lætatur, quod parentes ſolent. Nam ſi agricolam arbor, quam olim ſeuerat, cum patula ramis, fronde viridis, trunco robuſta maturos fructus oſtentat, delectat omninò; quid Dei Apoſtolus ſentiat, cum, quidquid olim laboris in prædicatione a ſe eſt impenſum felici fructu penſari videt? Hæ ſcilicèt ſunt *Eccleſiæ delitiæ*, quas in illa *Chriſtus* prædicat, hæc quæ gratulatur gaudia, numeroſæ prolis, vel præſentem ſpem, vel proximam felicitatem commendans.

Et tametſi probabilius arbitrati ſumus Dramatico commentario, *Delitias* hic pro illis accipi, quibus in *Sponſa Sponſus* affici ſentiebat ſe, id tamen minimè impedit, quin etiam *Eccleſiæ* in his verbis gaudia agnoſcamus, ſiue de laborum pro Chriſto ſuſceptorum tolerantia: ſeù de myſtica concepta, aut educta prole: vtraque enim ſe mutuo iuuant, & quidquid *Eccleſia* gaudet, ad *Chriſtum* etiam pertinet, & contra; Ergo in ijs ipſis *Eccleſiæ delitijs Chriſti gaudia* agnoſcamus cui ſcilicèt earum *delitiarum* cauſæ non placere non poterant. Nam ſi *delitias* ipſe reputat *cum filijs eſſe hominum*; Prou. 8. 31. quid reputet cum filijs eſſe Dei? Vtroque ergo ex Capite in *delitijs Chriſto Eccleſia* eſt, & quia propter ſe dura, & aſpera ſubeuntem alacriter intuetur; & quia, ſemine verbi fœcundam, numeroſa prole, ſed & communi, circundatam, familiam electorum augere non ſolum videt, ſed & lætatur. Atque in hunc ſenſum dictum putamus *cariſſima in delitijs*.

Ioan. 16. 21.
A myſtico partu abeſt illud, in dolore paries. Et illud, qui ſeminant in lachrymis.
Eccleſiæ ſeminantis lachrymæ ex lætitia.
Pſal. 45. 5.
Conuerſi gaudium Apoſtolorum.
Phil. 4. 1.
Agricolæ gratus arboris fructus, quam ipſe plantauit.
Delitiæ Eccleſiæ de conuerſione Gētium Chriſto communes.
Prou. 8. 31.

V E R S V S VII.

STATVRA TVA ASSIMILATA EST PALMÆ ET VBERA TVA BOTRIS.

COMMENTARIVS.

EX hoc *iam loco & Eccleſiæ in Gentibus incrementa* notantur, & mira ex coniunctione cum illa Chriſti fœcunditas, qua numeroſa ſobole gaudent, miſſis omnem in partem filijs colonijs nouæ gentis orbem repleuit. Id autem factum ſemine Verbi iacto, & *Chriſto* tacitis influxibus vim genitricem indente: mox enatum ſemen eadem illa *Eccleſia* doctrinæ latices inferente, feliciter adoleuit, donec maturas ſegetes Domini horrea capere vix valerent. Ergo *Eccleſiam*, in eam altitudinem euectam, *Palmæ* comparat, quæ inter arbores reliquas & recto in cœlum ſtipite tollitur, &, dedignata quodammodo terras, conatur in ſumma. Id & ad mentis altitudinem, & ad rectitudinem intentionis, & ad terrenorum deſpicientiam

ſpectare

ſpectare putamus. Sequitur ſtipitis ipſius aſperitas, & ad curſus omne ingruens pondus contumacia; quod ad tolerantiam aduerſarum rerum, & contra omnem iniquioris fortunæ conatum inuictam conſtantiam ducimus referendum. Tertium expandens ſe quaquauerſum æquabili rotunditate, frondiumque virore coma eſt: quo ſignificari arbitramur, æquabilem illam *Eccleſiæ* omnium gentium ſollicitudinem: ſtudiumque Euangelium vitæ omnem in partem diſſeminandi, perſonarum nullo reſpectu, aut gentium diſcrimine: cum omnibus æque paratam per *Chriſti* mortem ſalutem ſciret. Poſtremum ad fructum pertinet, nam quæ in *Palma dactylorum* racematim pendentium, dulcique liquore prægnantium abundantia eſt. Ea in *Eccleſia vbera* ſunt, multo, ſed & ſuaui lacte diſtenta vtriuſque doctrinæ, quibus genitis ex Gentilitate filijs alimenta miniſtrat, donec in viros perfectos adoleſcant. Sed ſuis hæc Verbis *Chriſtum* eloquentem præſtat audire.

ENARRATIO.

Reliquam tuam tot ex virtutibus conſtantem formam procera atque elegans ſtaturæ ratio perficit, nihil vt deeſſe ad ſummam laudem poſſet. Nam cum terris adhuc ſtatus neceſſitate hæras, ſurſum ſemper ad cælum tacitis incrementis contendis; & , dedignata quodammodo terras, mentem, animumque diuinis accommodas, haud vſquam euariante intentionis puritate, qua id vnum agis, vt placeas mihi. Vnum auocat ab illa cælorum vicinitate, & deducit ad terras; ſi aſpera & aduerſa obijciant ſeſe, virtutemque, atque animi conſtantiam prouocent. Tunc, exercendæ fortitudinis occaſionem nacta, pectus opponis, nulla aduerſitate domandum, nullo hoſtium incurſu vincendum. Semper ergo de prælio fortior ſurgis, & ſpolijs hoſtium opulentior, & triumphis recentibus glorioſior. Rurſus mutata facie, quam, inuehentem in confertas acies, hoſtis exhorruit, matrem tenera proles agnoſcit, filiorum æquè ſollicitam, & ſalutis anxiam. Communis is affectus eſt, & cuiusque indigentiam reſpicit, cui prouide ſubuenit. Scis me æque pro omnium gentium ſalute ſanguine multo madidam vitam tandem poſuiſſe: Similemque induta affectũ, diſcrimen ipſa inter eos non facis, quos vnus amor coniunxit. Omnibus ex æquo vbera, multo doctrinæ ſalubris lacte prægnantia, monſtras: & ad ea admotos nectare paſcis. Hinc felix ille filiorum ſplendor, & per ſingulorum ætates augmentum, qui quantum & genitrici, & altrici debeant, ſpecie tota teſtantur.

NOTATIO XXX.

SVM. COM.

STATVRA TVA ASSIMILATA EST PALMÆ.

I.

Verba hæc ſponſi ſunt.

Qui ſecus ſentiũt minimè probãdi.

Nos hinc incipere deſcribi progreſſũ in Gentibus putamus.

Quod quidã tradidere per partes.

Alij ad Palmæ rectitudinem retulere.

Et intentionis rectitudinem.

CVI *Hæc tribuenda verba ſint, multum ad ſententiam facit*, ſed eam nos Quæſtionem loco alio definiuimus, & omnino cum ſequentibus Sponſo tribuenda eſſe docuimus. Qui aliter exiſtimauere, cum ad arcanum ſenſum tradendum acceſſere, labores multum ſubeunt, nec magno laboris pretio. Plerique eneruauere ſententiam, & granditatem ſenſus obſcuris ambagibus, vel vt ſolem abductis nubibus, occuluere. Nobis id probabiliſſimum viſum eſt, hinc incipi progreſſum in Gentibus *Eccleſiæ* deſcribi, atque illius ex *Verbi* complexu ſobolem numeroſam, futuroſque labores propter eam cauſam ab ea ſuſceptos. Tradidere hæc quidam per partes, quanquam alius alio flexit proram: nemo vnus plenè interpretatus eſt. Nam cum multa in *Palma* ſint, oculis, cuiuſque conſpicua, quiſque id elegit quod placuit, raro conſequentiæ rerum in interpretando memor. Quidam ad *rectitudinem*, ac *proceritatem* reſpectum volunt; in eoque notari *rectitudinem intentionis*, proximam ſemper cœlo, vnde muneratoris Dei præmium expectat, ſeu anima, ſeu *Eccleſia*. Caſſiodorus ſic exiſtimat, cui

Eccleſię progreſſus in Gentibus hinc deſcribi incipit.

Eccleſię recta in omnibus intentio.

Digitized by Google

Sed, cur eius inſtitionis mentio hic facta ſit, non dicunt.
Quod in alijs etiã deſideramus.
In Ambroſio, qui ad ſemper virentẽ Sanctitatẽ retulit.
Quod palma folia nunquã decidant,
Quod videtur ex vulgari dixiſſe ſenſu.
Cum certum ſit etiam palmæ folia decidua eſſe.
Et quanquã tardè, & nulla certa temporũ lege frondibus viduari.
Quod fortaſſe minus obſeruatũ Ambroſio.

cui hæret comes indiuulſus Beda, vtique Anſelmus. Sed cur loco hoc huius ſeu *celſitudinis*, ſeu *rectitudinis* mentio fiat ipſi non dicunt, quod minimè tacendum fuerat. Id ipſum in alijs deſideramus: In Ambroſio, qui lib. 3. Hexaem. cap. 16. obſeruat inter palmam & arbores alias, quæ ſuis frondibus omni tempore veſtiuntur, id diſcrimen eſſe; quod hæ ſenſim ſuis frondibus ſpoliantur, ac recentibus veſtiuntur; tametſi non annis ſingulis foliorum decorem amittunt: palma autem ſemel enata folia nunquam abijciat, *nam quæ primo germinauerit folia, ea ſine vlla ſubſtitutionis ſucceſſione conſeruat. Hanc viriditatem gratiæ ſemper florentis in Chriſto ſecutam Eccleſiam; hanc prærogatiuam doni virentis accepiſſe Apoſtolos, quorum nec folium vnquam potuit elabi, vt eorum etiam vmbra curaret ægrotos.* Pulchrum id ad ſpeciem eſt, & quantum ad *Eccleſiam* attinet, verum eſt; quæ, ex quo excitata in primis parentibus per gratiam eſt, eius virentem ſpeciem nunquam amiſit. Sed id aliunde firmandum potius, quam ex ſimilitudine cum *Palma*. Vulgari potius ſenſu, quam eo, quod verum contineret, ductum Ambroſium arbitror; nam quod de perpetuitate foliorum, nullis ſucceſſibus vices mutantium, dicitur, falſum experimento probatur. Vidimus ſæpè deciduas cum ſuis ſpatulis frondes, in annoſis, ac ſublimibus palmis, putreſcente enim materia tandem exareſcunt, & decidunt manentibus recentioribus. Tardè id quidem contingit, nec certa temporum lege, ideoque & minus hominibus obſeruatum. Sed contingit tamen, nec alia lege mortalitas etiam in arboribus conſtat. Id ergo vt falſo nixum fundamento huic loco aptum non eſt, tametſi id videmus, & à Beda notatum.

Caſſiodorus. Beda. Anſelmus. Ambroſius.

Palma folia nũquam decidua ex Ambroſio.

Palmæ folia decidua licet tardè & incerta lege.

Beda.

II.

Gregorius diſcrimen inter palmã, & arbores alias obſeruat.
Quod aliæ in conum deſinant, palma ampliore coma tendantur.
Sic Eccleſiam initio ſtrictior, ſenſim dilatatam.
Quod non ineptũ ad noſtrum ſilũ.
Qui hic augmentum in Gentibus illius agnoſcimus.
Gregorij habẽ verba lectiſſima.
Et in eis hunc ſenſum explicatum.
Et ex Iſaia verbis confirmatum.

Haud abſimili obſeruatione Gregorius lib. 19. Mor. C. 16. huic enodando loco viam aperuit, notans inter *Palmas* aliaſque arbores diſcrimen, quod hæ ramis vndequaque fuſis iuxta terram vaſtæ ſubſiſtant, & ampliore ſpacio ſolum inumbrent: vbi ſumma petierint in conum attenuentur, quaſi pigeat relinquere terras, palma contra minor ab imis inchoet, & iuxta ramos, ac fructus ampliore robore exſurgat; & quæ tenuis ab imis proficit, vaſtior ad ſumma ſuccreſcat. Hæc ſi *Eccleſiæ* accommodare velis, facile potes. Nam & in ſuis initijs ſtrictior, progreſſu latior, ampliorque, immo & robuſtior facta eſt: quod maximè ad progreſſum illum ſpectat, quo ea vt proxima notatione dicebamus, ſe ipſa ſemper maior apparuit. Nec ineptè id ad noſtrum inſtitutum accommodari poteſt, qui loco hoc Eccleſiæ latitudinem, & augmentum in gentibus agnoſcamus. Sed Gregorij verba lectiſſima in eam rem omiſiſſe piaculum fuerit, quanquam ille de iuſtis hominibus, non de *Eccleſia* loquitur: ſed facile eſt & illi etiam applicare, longitudinis autem tædium verborum pulchritudo, ſenſuſque pijſſimi ſuauitas temperabit. *Palma vero vaſtior in ſummitate eſt, quam eſſe cœperit in radice: quia ſæpè electorum conuerſio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando; & ſi tepidius prima inchoat, feruentius extrema conſummat: videlicet ſemper inchoare ſe æſtimat, & idcirco infatigabilis in nouitate perdurat. Hanc ſcilicet Iuſtorum conſtantiam Propheta intuens, ait: Qui confidunt, in Domino mutabunt fortitudinem ſuam, aſſument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Cætera apud illum habes. Vt alia apud alios, ne longiores ſimus.

Gregor.

Diſcrimen inter Palmam, & alias arbores ex Gregorio.

Eccleſia initio ſtrictior, progreſſu latior.

Gregorius.

Iſai 40. 31.

III.

Id verò magnum in Eccleſia fuit.
Inter aduerſa nouis ſemper auctibus creuiſſe.
Et quãquã tardè ſuſtuliſſe tamẽ ſe.
Nam trecentis ipſis annis Victoria de Gentilitate cõſtitit.
Donec per ſũmos labores victoria potiretur.
Ideo Palmæ diu creſcenti ſimilis.
Altera laus excelſitas mentis.
Quod & à Philone obſeruatum.
Nam, & Palma radicẽ è terra tollit.
Quaſi faſtiditis terris, cœlũ petat.

Cæterùm in eo ſtatu, quo *Eccleſiam* gentium concurſioni inſtantem, ac feliciſſimis progreſſibus augeſcentem hoc loco conſideramus omnium primum hoc ipſum eſt, quod inſinuatum eſt, tametſi inter aduerſa & dura, & horridas perſecutionum procellas, maximis auctam incrementis, nouis ſemper gentium acceſſibus familiam Chriſti Sponſi propagaſſe. Vidit id Gregorij acumen loco paulo ſuperius indicato; *Palma tardè proficit, ſed diu in viriditate ſubſiſtit: cum multis autem difficultatibus Sancta Eccleſia ad fidei ſtatum venit; &, pro collectione plurimorum, in eiuſdem fidei gloria diutius ſtare concupiſcit.* Et vero qui viderit, plus annis trecentis conſtitiſſe *Eccleſiæ* Idololatriæ ruinam, & gentium ad *Chriſtum* conuerſionem; quo omni tempore in ſummis anxietatibus, ac diſcriminibus verſata, & duris aſperiſque exercita, non ideo tamen quidquam de illa animi conſtantia, mentis alacritate remiſit, quoad pleniſſima, ac glorioſiſſima victoria potita, de hoſtium manubijs *Sponſo Chriſto* trophæa erigeret, quæ miraretur poſteritas: intelliget profecto, quam aptè *Palma* diu recenti, ſed diutius frondium viriditate fruenti, comparetur. Alterum in eo ipſo mentis celſitas eſt, & in ſumma neceſſitate verſandi inter homines terrenis affectibus omnino grauatos animi ſublimitas, qua faſtiditis terris, cœleſtibus inhærebat. Obſeruatum id à Philone Carpathio: quanquam ad tropologiam transfert: *Iuſtorum voluntas, ac vita ſeſe virtutibus illuſtrat, neque circa terrena hæc, & peritura verſatur, & tacet, ſed ad ſuperna, atque cœleſtia, & ſempiterna cor attollit, & dirigit, nec vllis aduerſis frangitur, ſed inuicta perdurat, ac regnat.* Eſt autem ſæpè à nobis obſeruatum in *Palmis*, quod neſcio, an ab alijs animaduerſum, vbi primum annis grauari incipiunt, cum nunquam tamen ſurſum ferri

Eccleſia inter aduerſa magnis incrementis aucta.

Gregorius.

Eccleſiæ Victoria de Gentilitate trecentis annis ſtetit.

Eccleſia de Gentilitatis manubijs trophæa Chriſto creuit.

Eccleſiæ mentis excelſitas.

Philo Carp.

Palma ſenior radicè è terra tollit.

ceſſent

Digitized by Google

Quod indiciũ ſenectutis. — *Sic Eccleſia terræ hærens cœlum ſuſpirabat.* — *Eccleſia terris faſtidiens, cœlũ petit.*

ceſſent, ſenſim ab imo velut in altum protrudi, prodeuntibus ipſis radicibus, velut tædio terrarum, quibus hactenus defixæ, petere velint cœlum: vt ſæpè ad iuſtam hominis ſtaturam aliquando ad geminatam radicem animaduerterimus à ſua ſcrobe ſublatam in altum; quod vel certum indicium ſenectæ eſt. Et hoc ergo ad laudem *Eccleſiæ* trahendum eſt, illumq;conatum, quo vicinitatem affectat cœli, vt cum ſorore ſua, iam cum Deo triumphante, dexteram iungat, & pacificis Sponſi complexibus perfruatur.

Eſt & Palma ligneo ſtipite, ac deformi. — *Niſi cacumẽ ſuſpicias.* — *Vt in altero Eccleſiam mirere preſſam anguſtijs.* — *In altero laborũ præmium gloriã.* — *Nam filiorum obſcuritas obiectabatur Eccleſiæ.* — *Sed id illius gloriam non minuit.* — *Etiam ſub initia.* — *Poſteà Reges nutritios habuit.* — *Et alioqui quantum fuit talibus inſtrumentis rem tantam perfeciſſe?* — *Id Paulus iactabat ſolitus.* — *Tunc præcipuè cũ expeditionem in gentes parabat Eccleſia.*

Palma deformis ſtipite lætiſſimã comam ſpargit. — *Eccleſia ſpecie contemptibilis, cœlo pulcherrima.* — *Credentium abiectio obiectata Eccleſiæ, ſed ſine cauſa.* — *Reges, & Principes Eccleſiæ nutritij.* — *1. Cor. 1. 26.*

IV. Sed & *Palma* lignoſo ſtipite, & deformi, denſis, gradatiſque corticum pollicibus aſperum, ruſticumque quid exhibente, nihil omnino ſpectatori gratum, aut auido quærendum pollicetur. Si à trunco oculos in comam ſuſtuleris, prope eſt, vt eandem neget, ea pulchritudo cacuminis; ſeu virentes circum ſpatulas, ſeu dactilorum auream maturitatem, velut guſtatum prouocantem, contemplere. Huc non ſine ratione Beda reſpexit. Habes ergo in Palma *Eccleſiam* laboribus quidem preſſam, & quantum attinet ad obiectam oculis ſpeciem, nihil oſtentantem, quod faſtidioſorum oculis placeat, ex ſola exteriore forma de rebus iudicantium. Sed in ſummo cacumine laus tota; ſiue quia certa laborum præmia ſperat in cœlo, ſiue quia meretur accipere. Vetus illud, ſed illaudatum æmulorum Eccleſiæ elogium, nullos, niſi de plebeia fæce, homines in eam aſcribi: qui ſupra Vulgus ſe tollerent, alia colere ſacra. Sed id neque Eccleſiæ gloriam minuit, cum inter homines non natura, ſed error mortalium diſcrimen inuexerit, cum omnibus vnus naſcendi ſit, ac moriendi modus; nec pluris ſalus Principum, quam plebeiorum *Chriſto* conſtiterit: & id in naſcentem ſub Chriſti auſpicijs obijci potuit; poſtea & Regibus, & Principibus, iugo Chriſti colla ſubdentibus, deſijt omnino, quod videbatur opprobrium. Et alioqui nullibi ſe magis & crucis virtus, & Eccleſiæ oſtentauit potentia, quam cum abiectiſſimis, quæ habebantur, inſtrumentis rem tantam perfecit. S. D. E. *Videte vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptiblia elegit Deus, & ea, quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.* 1. Cor. 1. 26. 27 28. Quod ſi omni tempore hæc in *Eccleſiam* quadrant, nunquam verius, quam cum, ſuccincta in Apoſtolis viam Euãgelio parabat in Gentibus, tunc in ea miniſtrorum abiectione, atque incultu, ſanctitatis ſe gloria monſtrauit, illarumque virtutum regius ornatus, ſine quarum comitatu omnis conatus fruſtra fuiſſet. Et id ergo pertinet ad hunc locum.

Et merito Eccleſia abiectione fundata à Chriſto. — *Ne patientiæ materia, aut laboribus tolerantia deeſſet.* — *Et pati paratis nõ deeſſent perſequutores.* — *Poſita ergo virtus in arena media.* — *Non armis alijs, quam fide tecta, vicit tamen.*

Eccleſiam oportuit abiectione fundari. — *Nec defuit Eccleſiæ patientia, nec patiẽtiæ anxietates, & labores.* — *Chriſtiana virtus media in arena conſtituta.*

V. Fuit vero magna cauſa, cur *Chriſtus Eccleſiam* ſuam non niſi abiectione, ac contemptu, vellet fundari, *Palmamque* hanc ſtipite aſpero, ac deformi ſubniti, vt à proxima deformitate magis ſe comæ honor, ac fructuum decus oſtentaret; ne ſcilicet aut patientiæ, ac tolerantiæ materia, aut aduerſitatibus, ac perſecutionibus tolerantia deeſſet. Nam ſi Reges ab initio nutritios voluiſſet illius, quis laceſſere virtutem auderet, quam Regibus protectam ſciret? Quis inſultare pietati, quam eorum hominum authoritas ſuſtentaret, qui & ſapientiſſimi haberentur, & cæterorum Duces. Ea ſcilicet tolerantiæ Chriſtianæ ſpecies eſt, vt magna arte pronidendum fuerit, ne vel d eſſent qui pati poſſent, vel qui pati paratis patiendi materiam miniſtrarent. Statuenda ergo fuit Chriſtiana virtus in arena media, ſed non alijs armis quam fide protecta, ne quæ veræ virtutis gloria erat, externis auxilijs tribui poſſet. Hoc cacumen *Palmæ* eſt, vt victrice fronde, ac læta viriditate ridente decorum, in mortalium, ſuperumque admirationem extenſum.

Eſt & Palmæ coma rotunda, & circinata. — *Et omnem in partem pariter extenſa.* — *Nec ſecus Eccleſia omnibus, & æquo proſpitiens.* — *Ideo ſoli comparata.* — *Qui omnibus ex æquo beneficus.* — *Inde ortum conſilium diuidendi orbem Apoſtolis.* — *Ne cui gratia Euangelij deeſſet gens.* — *Poſſunt hæc videri leuia.*

Palmæ coma naturæ genio rotunda. — *Eccleſiæ caritas pariter in omnẽ partem ex porrecta.* — *Cant. 6. 9.* — *Apoſtolorũ diuiſio, & prouinciarum ſortitio.*

VI. Cæterum ſingulare illud in *Palma*, & à naturæ genio eſt, rarum in arborum reliquis, nec niſi ab arte, aut caſu: circinatam comam ſpargit, ac æquabili rotunditate permenſam, omnemque in partem pari inclinatione ramorum extenſam. Nullum diſcrimen eſt, nulla diuerſitas; vt velle videatur communi quodam affectu omnia complecti. Nequid à genio abhorret *Eccleſia*, cuius ſynceriſſima caritas cum late ſtudium ſalutis mortalium porrigat, diuerſitatem potius inuenit, quam facit. Et eſt hæc forſitan cauſa, cur ſoli comparata ſit hoc maximè ſub tertio ſtatu, vt ſupra obſeruatum eſt. Cap. 6. 9. Nam & Sol, omnibus ex æquo beneficus, ſuam in orbem lucem ſpargit, omnia æquè illuminaturus, niſi quæ ſint, quæ lucem reſpuant, & ſuis tenebris malint commori, quam illius ſplendore vitam vel accipere, vel retinere. Cogita ſollicitudinem illam, qua, initio expeditionis in gentes, *Eccleſia* mater inter primos Apoſtolos ſuas per partes orbem diuiſit, ea cuique tributa, quam oporteret excolere; ne cui ſcilicet genti materna prouidentia deeſſet. Sic ſolers agricola aratro ſubactis campis frumenta committit, immiſſiſque fluentis rigat, nullo culturæ diſcrimine, ne dum pars alia ebria coquere humorem non poteſt, alia negato latice exareſcat, leuia hæc fortaſſe cuiquam videri poſſunt, & poterant certè omitti, ſed in myſterijs pleno libro nulla nimia diligentia poteſt eſſe, in exquirendo arcano ſenſu, & alioqui

Sed, cur eius inſtitionis mentio hic facta ſit, non dicunt. Quod in alijs etiã deſideramus. In Ambroſio, qui ad ſemper virentẽ Sanctitati retulit. Quod palma folia nunquã decidant, Quod videtur ex vulgari dixiſſe ſenſu.

Caſſiodorus. Beda. Anſelmus. Ambroſius.

cui hæret comes indiuulſus Beda, vtique Anſelmus. Sed cur loco hoc huius ſeu *celſitudinis*, ſeu *rectitudinis* mentio fiat ipſi non dicunt, quod minimè tacendum fuerat. Id ipſum in alijs deſideramus: In Ambroſio, qui lib. 3. Hexaem. cap. 16. obſeruat inter palmam & arbores alias, quæ ſuis frondibus omni tempore veſtiuntur, id diſcrimen eſſe; quod hæ ſenſim ſuis frondibus ſpoliantur, ac recentibus veſtiuntur; tametſi non annis ſingulis foliorum decorem amittunt: palma autem ſemel enata folia nunquam abijciat, *nam quæ primo germinauerit folia, ea ſine vlla ſubſtitutionis ſucceſſione conſeruat. Hanc viriditatem gratiæ ſemper florentis in Chriſto ſecutam Eccleſiam; hanc prærogatiuam doni virentis accepiſſe Apoſtolos, quorum nec folium vnquam potuit elabi, vt eorum etiam vmbra curaret ægrotos.* Pulchrum id ad ſpeciem eſt, & quantum ad *Eccleſiam* attinet, verum eſt; quæ, ex quo excitata in primis parentibus per gratiam eſt, eius virentem ſpeciem nunquam amiſit. Sed id aliunde firmandum potius, quam ex ſimilitudine cum *Palma*. Vulgari potius ſenſu, quam eo, quod verum contineret, ductum Ambroſium arbitror; nam quod de perpetuitate foliorum, nullis ſucceſsibus vices mutantium, dicitur, falſum experimento probatur. Vidimus ſæpè deciduas cum ſuis ſpatulis frondes, in annoſis, ac ſublimibus palmis, putreſcente enim materia tandem exareſcunt, & decidunt manentibus recentioribus. Tarde id quidem contingit, nec certa temporum lege, ideoque & minus hominibus obſeruatum. Sed contingit tamen, nec alia lege mortalitas etiam in arboribus conſtat. Id ergo vt falſo nixum fundamento huic loco aptum non eſt, tametſi id videmus, & à Beda notatum.

Palma folia nũquam decidua ex Ambroſio.

Cum certum ſit etiam palmæ folia decidua eſſe.

Palmæ folia decidua licet tardè & incerta lege.

Et quanquã tardè, & nulla certa temporũ lege frondibus viduari.

Quod fortaſſe minus obſeruatũ Ambroſio.

Beda.

II.

Gregorius diſcrimen inter palmã, & arbores alias obſeruat. Quod aliæ in conum deſinant, palma ampliore coma tendatur. Sic Eccleſiam initio ſtrictiorem, ſenſim dilatatam. Quod non ineptũ ad noſtrum ſtũ. Qui hic augmentum in Gentibus illius agnoſcimus. Gregorij habẽ verba lectiſſima. Et in eis hunc ſenſum explicatum. Et ex Iſaia verbis confirmatum.

Gregor. Diſcrimen inter Palmam, & alias arbores ex Gregorio.

Haud abſimili obſeruatione Gregorius lib. 19. Mor. C. 16. huic enodando loco viam aperuit, notans inter *Palmas* aliaſque arbores diſcrimen, quod hæ ramis vndequaque fuſis iuxta terram vaſtæ ſubſiſtant, & ampliore ſpacio ſolum inumbrent: vbi ſumma petierint in conum attenuentur, quaſi pigeat relinquere terras, palma contra minor ab imis inchoet, & iuxta ramos, ac fructus ampliore robore exſurgat; & quæ tenuis ab imis proficit, vaſtior ad ſumma ſuccreſcat. Hæc ſi *Eccleſiæ* accommodare velis, facile potes. Nam & in ſuis initijs ſtrictior, progreſſu latior, ampliorque, immo & robuſtior facta eſt: quod maximè ad progreſſum illum ſpectat, quo ea vt proxima notatione dicebamus, ſe ipſa ſemper maior apparuit. Nec ineptè id ad noſtrum inſtitutum accommodari poteſt, qui loco hoc Eccleſiæ latitudinem, & augmentum in gentibus agnoſcamus. Sed Gregorij verba lectiſsima in eam rem omiſiſſe piaculum fuerit, quanquam ille de iuſtis hominibus, non de *Eccleſia* loquitur: ſed facile eſt & illi etiam applicare, longitudinis autem tædium verborum pulchritudo, ſenſuſque pijsſimi ſuauitas temperabit. *Palma vero vaſtior in ſummitate eſt, quam eſſe cœperit in radice: quia ſæpè electorum conuerſio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando; & ſi tepidius prima inchoat, feruentius extrema conſummat: videlicet ſemper inchoare ſe æſtimat, & idcirco infatigabilis in nouitate perdurat. Hanc ſcilicet Iuſtorum conſtantiam Propheta intuens, ait: Qui confidunt, in Domino mutabunt fortitudinem ſuam, aſſument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Cætera apud illum habes. Vt alia apud alios, ne longiores ſimus.

Eccleſia initio ſtrictior, progreſſu latior.

Gregorius.

Iſai. 40. 31.

III.

Id verò magnum in Eccleſia fuit. Inter aduerſa nouis ſemper auctibus creuiſſe. Et quãquã tarde ſuſtuliſſe tamẽ ſe. Nam trecentis ipſis annis Victoria de Gentilitate cõſtitit. Donec per ſũmos labores victoria potiretur. Ideo Palmæ diu creſcenti ſimilis. Altera laus excelſitas mentis. Quod & à Philone obſeruatum. Nam, vt Palma radicitũ è terra tollit. Quaſi faſtiditis terris, cœlũ petat.

Cæterùm in eo ſtatu, quo *Eccleſiam* gentium concurſioni inſtantem, ac felicisſimis progresſibus augeſcentem hoc loco conſideramus omnium primum hoc ipſum eſt, quod inſinuatum eſt, tametſi inter aduerſa & dura, & horridas perſecutionum procellas, maximis auctam incrementis, nouis ſemper gentium acceſſibus familiam Chriſti Sponſi propagaſſe. Vidit id Gregorij acumen loco paulo ſuperius indicato; *Palma tardè proficit, ſed diu in viriditate ſubſiſtit: cum multis autem difficultatibus Sancta Eccleſia ad fidei ſtatum venit; &, pro collectione plurimorum, in eiuſdem fidei gloria diutius ſtare concupiſcit.* Et vero qui viderit, plus annis trecentis conſtitiſſe *Eccleſiæ* Idololatriæ ruinam, & gentium ad *Chriſtum* conuerſionem; quo omni tempore in ſummis anxietatibus, ac diſcriminibus verſata, & duris aſperiſque exercita, non ideo tamen quidquam de illa animi conſtantia, mentis alacritate remiſit, quoad pleniſſima, ac glorioſisſima victoria potita, de hoſtium manubijs *Sponſo Chriſto* trophæa erigeret, quæ miraretur poſteritas: intelliget profectò, quam aptè *Palma* diu recenti, ſed diutius frondium viriditate fruenti, compararetur. Alterum in eo ipſo mentis celſitas eſt, & in ſumma neceſſitate verſandi inter homines terrenis affectibus omnino grauatos animi ſublimitas, qua faſtiditis terris, cœleſtibus inhærebat. Obſeruatum id à Philone Carpathio: quanquam ad tropologiam transfert: *Iuſtorum voluntas, ac vita ſeſe virtutibus illuſtrat, neque circa terrena hæc, & peritura verſatur, & iacet, ſed ad ſuperna, atque cœleſtia, & ſempiterna cor attollit, & dirigit, nec vllis aduerſis frangitur, ſed inuicta perdurat, ac regnat.* Eſt autem ſæpè à nobis obſeruatum in *Palmis*, quod neſcio, an ab alijs animaduerſum; vbi primum annis grauari incipiunt, cum nunquam tamen ſurſum ferri ceſſent

Eccleſia inter aduerſa magnis incrementis aucta.

Gregorius.

Eccleſiæ Victoria de Gentilitate trecentis annis ſtetit.

Eccleſia de Gentilitatis manubijs trophæa Chriſto creuit.

Eccleſiæ mentis excelſitas.

Philo Carp.

Palma ſenior radicè e terra tollit.

Digitized by Google

Quod indiciũ ſenectutis.

Sic Eccleſia terræ hærens cœlum ſuſpirabat.

Eccleſia terris faſtidiens, cœlũ petit.

ceſſent, ſenſim ab imo velut in altum protrudi, prodeuntibus ipſis radicibus, velut tædio terrarum, quibus hactenus defixæ, petere velint cœlum: vt ſæpè ad iuſtam hominis ſtaturam aliquando ad geminatam radicem animaduerterimus à ſua ſcrobe ſublatam in altum; quod vel certum indicium ſenectæ eſt. Et hoc ergo ad laudem *Eccleſiæ* trahendum eſt, illumq;conatum, quo vicinitatem affectat cœli, vt cum ſorore ſua, iam cum Deo triumphante, dexteram iungat, & pacificis Sponſi complexibus perfruatur.

IV.

Eſt & Palma lignoſo ſtipite, ac deformi.
Niſi cacumẽ ſuſpicias.
Vt in altero Eccleſiam mirere preſſam anguſtijs.
In altero laborũ præmium gloriã.
Nam filiorum obſcuritas obiectabatur Eccleſiæ.
Sed id illius gloriam non minuit.
Etiam ſub initia.
Poſteà Reges nutritios habuit.
Et alioqui quantum fuit talibus inſtrumentis rem tantam perfeciſſe?
Id Paulus iactare ſolitus.
Tunc præcipuè cũ expeditionem in gentes parabat Eccleſia.

Palma deformis ſtipite lætiſſimã comam ſpargit.

Eccleſia ſpecie contemptibilis, cœlo pulcherrima.

Credentium abiectio obiectata Eccleſiæ, ſed ſine cauſa.

Reges,& Principes Eccleſiæ nutritij.

1. Cor. 1. 26.

Sed & *Palma* lignoſo ſtipite, & deformi, denſis, gradatiſque corticum pollicibus aſperum, ruſticumque quid exhibente, nihil omnino ſpectatori gratum, aut auido quærendum pollicetur. Si à trunco oculos in comam ſuſtuleris, prope eſt, vt eandem neget, ea pulchritudo cacuminis; ſeu virentes circum ſpatulas, ſeu dactilorum auream maturitatem, velut guſtatum prouocantem, contemplere. Huc non ſine ratione Beda reſpexit. Habes ergo in Palma *Eccleſiam* laboribus quidem preſſam, & quantum attinet ad obiectam oculis ſpeciem, nihil oſtentantem, quod faſtidioſorum oculis placeat, ex ſola exteriore forma de rebus iudicantium. Sed in ſummo cacumine laus tota; ſiue quia certa laborum præmia ſperat in cœlo, ſiue quia meretur accipere. Vetus illud, ſed illaudatum æmulorum Eccleſiæ elogium, nullos, niſi de plebeia fœce, homines in eam aſcribi: qui ſupra Vulgus ſe tollerent, alia colere ſacra. Sed id neque Eccleſiæ gloriam minuit, cum inter homines non natura,ſed error mortalium diſcrimen inuexerit, cum omnibus vnus naſcendi ſit, ac moriendi modus; nec pluris ſalus Principum, quam plebeiorum *Chriſto* conſtiterit: & id in naſcentem ſub Chriſti auſpicijs obijci potuit; poſtea & Regibus, & Principibus, iugo Chriſti colla ſubdentibus, deſijt omnino, quod videbatur opprobrium. Et alioqui nullibi ſe magis & crucis virtus, & Eccleſiæ oſtentauit potentia, quam cum abiectiſſimis, quæ habebantur, inſtrumentis rem tantam perfecit. S. D. E. *Videte vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt destrueret.* 1. Cor. 1. 26. 27 28. Quod ſi omni tempore hæc in *Eccleſiam* quadrant, nunquam verius, quam cum,ſuccincta in Apoſtolis viam Euãgelio parabat in Gentibus, tunc in ea miniſtrorum abiectione, atque incultu, ſanctitatis ſe gloria monſtrauit, illarumque virtutum regius ornatus, ſine quarum comitatu omnis conatus fruſtra fuiſſet. Et id ergo pertinet ad hunc locum.

V.

Et merito Eccleſia abiectione fundata à Chriſto.
Ne patientiæ materia, aut laboribus tolerantia deeſſet.
Et pati paratis nõ deeſſent perſequutores.
Poſita ergo virtus in arena media.
Non armis alijs, quam fide tecta, vicit tamen.

Eccleſiam oportuit abiectione fundari.

Nec defuit Eccleſiæ patientia, nec patiẽtiæ anxietates,& labores.

Chriſtiana virtus media in arena conſtituta.

Fuit vero magna cauſa, cur *Chriſtus Eccleſiam* ſuam non niſi abiectione, ac contemptu, vellet fundari, *Palmamque* hanc ſtipite aſpero, ac deformi ſubniti, vt à proxima deformitate magis ſe comæ honor, ac fructuum decus oſtentaret; ne ſcilicet aut patientiæ, ac tolerantiæ materia, aut aduerſitatibus, ac perſecutionibus tolerantia deeſſet. Nam ſi Reges ab initio nutritios voluiſſet illius, quis laceſſere virtutem auderet, quam Regibus protectam ſciret? Quis inſultare pietati, quam eorum hominum authoritas ſuſtentaret, qui & ſapientiſſimi haberentur, & cæterorum Duces. Ea ſcilicet tolerantiæ Chriſtianæ ſpecies eſt, vt magna arte prouidendum fuerit, ne vel deeſſent qui pati poſſent, vel qui pati paratis patiendi materiam miniſtrarent. Statuenda ergo fuit Chriſtiana virtus in arena media, ſed non alijs armis quam fide protecta, ne quæ veræ virtutis gloria erat, externis auxilijs tribui poſſet. Hoc cacumen *Palma* eſt, vt victrice fronde, ac læta viriditate ridente decorum, in mortalium, ſuperumque admirationem extenſum.

VI.

Eſt & Palma coma rotunda, & circinata.
Et omnem in partem pariter extenſa.
Nec ſecus Eccleſia omnibus, & æquo proſpitiens.
Ideo ſoli comparata.
Qui omnibus ex æquo beneficus.
Indè ortum conſilium diuidendi orbem Apoſtolis.
Ne cui gratia Euangelij deeſſet genti.
Poſſunt hæc videri leuia.

Palmę coma naturæ, genio rotunda.

Eccleſiæ caritas pariter in omnẽ partem ex porrecta.

Cant. 6. 9.

Apoſtolorũ diuiſio, & prouinciarum ſortitio.

Cæterum ſingulare illud in *Palma*, & à naturæ genio eſt, rarum in arborum reliquis, nec niſi ab arte, aut caſu: circinatam comam ſpargit, ac æquabili rotunditate permenſam, omnemque in partem pari inclinatione ramorum extenſam. Nullum diſcrimen eſt,nulla diuerſitas;vt velle videatur communi quodam affectu omnia complecti. Nequid à genio abhorret *Eccleſia*, cuius ſynceriſſima caritas cum late ſtudium ſalutis mortalium porrigat, diuerſitatem potius inuenit, quam facit. Et eſt hæc forſitan cauſa, cur ſoli comparata ſit hoc maximè ſub tertio ſtatu, vt ſupra obſeruatum eſt. Cap. 6. 9. Nam & Sol, omnibus ex æquo beneficus, ſuam in orbem lucem ſpargit, omnia æquè illuminaturus, niſi quæ ſint, quæ lucem reſpuant, & ſuis tenebris malint commori, quam illius ſplendore vitam vel accipere, vel retinere. Cogita ſollicitudinem illam, qua, initio expeditionis in gentes, *Eccleſia* mater inter primos Apoſtolos ſuas per partes orbem diuiſit, ea cuique tributa, quam oporteret excolere; ne cui ſcilicet genti materna prouidentia deeſſet. Sic ſolers agricola aratro ſubactis campis frumenta committit, immiſſiſque fluentis rigat, nullo culturæ diſcrimine, ne dum pars alia ebria coquere humorem non poteſt, alia negato latice exareſcat. Leuia hæc fortaſſe cuiquam videri poſſunt, & poterant certè omitti, ſed in miſterijs pleno libro nulla nimia diligentia poteſt eſſe, in exquirendo arcano ſenſu, & alioqui ma-

Sed omittenda nō fuere.

magni omnino ſcriptores præiuere viam, quos imitari non piget, quando aſſequi negatum eſt.

NOTATIO XXXII.

ET VBERA TVA BOTRIS.

I.

Botri hic nō vitei, ſed palmei. Sed pro vberibus in originalibus Sadai. Quæ non omnimodam ſufficientiam ſignificat. Et pro vberibus poſita. Lactis ad lactandum copiā, non deficientem. Sic locis alijs vſurpata. Maximè toto hoc Cantico Præterquam vno loco, neque id ſine ratione. Sic etiam Gen 49 25. & Oſee 9 14. Cum ergo hic botris dactillorum vbera ſimilia dicantur. Ad nutriendum indicantur apta.

Botri palmei. Sadai Hebræis ſufficiens omnibus. Vbera Eccleſiæ omnibus ſufficientia. Sadai. De vberibus ad lactandum ſæpè. Cant. 7. 3. Cant. 8. 1. Cant. 8. 10. Cant. 8. 8. Gen. 49. 25. Oſee 9. 14.

BOtros hoc loco non viteos, ſed palmeos accipiendos, alio loco docuimus: atque eam contra alios quæſtionem pleniſsimè pertractauimus. Hic illud obſeruatu dignum eſt, loco hoc pro *Vberibus* non eſſe Dodim, quemadmodum locis alijs, ſed Sadai, quod vocabulum à ſufficientia ductum volunt, ideo dixiſſe Deum: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente:* Ex. 6. 3. *Deus omni ſufficiens*, qui poſſum & volo omni ratione omnium indigentiæ ſubuenire. Itaque vocabulum ſua ratione, ac notione propria abundantiam, affluentiamque ſignificat, adeo cum pro *Vberibus* ponitur non quæcumque ſignificat, ſed apta ad lactandum, & filios nutriendos. Obſeruauimus autem, cum ſæpè toto Cantico vſurpata ea vox ſit, locis omnibus hunc ſignificatum admittere. Cap. 1. 13. *Inter vbera mea commorabitur*, cum Eccleſia; quas nondum aſſequuta nuptias cogitabat, & ſobolem quam *vberibus* admotam Chriſto nutritura erat. Cap. 4. 5. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli*, cum de Moſe, atque Aarone ſermo eſſet, quos Deus illi populo nutritios, ſeu nutrius potius dederat. Cap. 8. 1. *Sugentem vbera matris meæ*. Cum matris eiuſdem lacte nutritum vellet intelligi. Vnus locus eſt cap. eodem 8. 8. *vbera non habet*, de quo dubium eſſe poteſt an in ea ſignificatione poſitum ſit Sadaich. Sed de hac re eo loco diſquiremus. Immo quod dicitur Gen. 49. 25. *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus vberum & vulua.* Et Oſee 9. 14. *Vuluam ſine liberis, & vbera arentia*. Huc omnino trahendum eſt, & hanc ſententiam confirmat. Sic quibuſdam locis aliter vſurpatum vocabulum. Sed eorum aliam rationem eſſe, loco dicemus alio. Nunc illud monuiſſe ſit ſatis cum *Vbera* hic Eccleſiæ *Botris Dactilorum* dicuntur ſimilia, ſine dubio ad nutriendi pertinere vim.

II.

Id vero pleriſque veterum placuit. Vt Gregorio, qui duo caritatis præcepta. Et Caſſiodoro qui Doctores intelligit. Quæ ſenſit in Theodoretus pulchrè tradidit. Nam Palmæ fructus pendentes, quaſi inuitent. Non hærentes ramis vt in cæteris. Vt occurrere auidis videantur.

Gregorius. Vbera Eccleſiæ duo caritatis præcepta. Doctores docēdi munere minime impediti, quin ad cœleſtia aſpirent. Palmæ fructus pendentes, non de ramis.

Id autem pleriſque veterum, tametſi vim vocabuli minimè expendentibus, placuit, qui *Botros viteos* intellexere, quiq; *palmeos*. Vt Gregorius, qui duo caritatis præcepta intelligit, *quæ animam Vino cœleſti nutriunt, & ſæpè inebriant*, quanquam id tropologicum eſt. Et Caſſiodorus, ac Beda, qui Doctores malunt, *qui vno eodemque tempore & magna magnis auditoribus ſcripturarum Sacramenta aperiunt: & mente excedentes ad ſublimia inebriantur ab vbertate Domus Dei*. Sed nemo melius & grauius Theodoreto, poſt tres PP. ex quibus mutuatus Anſelmus eſt. *Cum excelſa ſis adeo, vt cœli faſtigia attingas, tamen ſubmittis te infirmis diſcipulis tuis quibus, doctrina indigentibus, vbera præbes doctrinæ tuæ. Palma enim fructus deorſum pendentes habet.* Theodoreti hæc ſunt. Obſeruatum id de fructibus pendentibus in tempore eſt, quod eius arboris proprium eſt. Nam cætera poma ramis ſuis hærentia proferunt, nec demittunt niſi cum ramis: palma non de ramis flores, ac poſtea fructus de floribus proferet, nec inter folia, vt in cæteris, quaſi ſubtrahat conſpectui, ſed ſuis inter ramos palmitibus racemoſas, longiſque velut corrigijs, deque illis multiplice, ac prolixo filamento dependentes, vt occurrere auidis videantur, non inuidere; & vel in cogitantes oblata dulcedine inuitare.

III.

Hac Eccleſiæ cura eſt lactanda prolis. Quæ, aliud etiam agentes inuitat. Nec contenta peperiſſe Chriſto, etiā lactat. Quod multæ matres non ſolent. Quaſi pudeat peperiſſe, & matres appellari. Nam, quæ ſimul parit et lactat, bis mater eſt. Sic Machabæorū mater putabat. Cuius filius duplici pietati morte litauit.

Eccleſia aliud etiam agentes doctrinę inuitat. Matrum error, extraneis lactādos filios tradētium. Bis mater, quæ ſimul peperit, lactauitque. 2. Mach. 7. 27. Eccleſia matris nomen verè implens.

Ea ergo *Eccleſiæ* matris ſeu affluentia, ac omni ſufficientia doctrinæ, ad nutriendam genitam Chriſto prolem; & pronitas, ac facilitas, qua *vbera* omnibus oſtentabat, & aliud agentes inuitabat, ſimilitudine *Botrorum Palmæ* aptiſſimè ſignificata eſt. Et quidem matres aliæ, quos genuere filios, & partu difficili edidere, extraneis ſæpè fœminis tradunt lactandos. Credo eas pudet matres haberi, &, quod pepererint, infamiam ducere. Præſtitiſſet à coniugijs abſtinuiſſe, niſi ſe putabant, in virorum traductas domum, non vt matres fierent, ſed vt dominæ. Nec puduit balbutientes filios alias matres vel exiſtimantes, vel appellantes audire, quam quæ eos genuerant, quæque pepererant, ideoque & erant. Si, qualis ea ſit appellatio, ſciſſent, haud puto fuiſſent paſſæ, vt alijs communis eſſet. Semel quæ peperit mater eſt: bisquæ etiam lactauit: ac duplice beneficio liberos obſtrinxit ſibi. Suo iure ſcilicèt agebat illa cum filio, dicens: *Fili mi, miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam perduxi: Peto, nate,* (iure ſcilicèt duplice) *vt aſpicias ad cœlum, & terram, & ad omnia quæ in eis ſunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus*. 2. Mach. 7. 27. 28. Obligatum duplice pignore vocat in naturæ ius; nec vadimonium filius auſus, vel deſerere, vel differre, lætus obijt mortem; gemina nobilis pietate, & Dei, & matris; non vna lauro donandus. *Matris Eccleſia* nomen, hono-

remque

Digitized by Google

Eccleſia Matris nomĕverè implet. Verbo Dei concipiens ac pariens, et nutriens. Et incogitantes vbere oſtentato alliciens.

remq; verè implet, & innumeram prolem Veritatis verbo generans, & fœlici educés partu, admotamque *Vberibus*, ſimul nutriens, haud faſtidia timens; nec veritas, ne numeroſæ proli lac doctrinæ non ſufficiat, quam ſciat ſubmitti ſibi de omni ſufficientis ſponſi largitate. Nec contenta auidos, ſinumque petentes gremio ſuſcipere, & arctare complexu, in cogitantes, atque aliud omnino agentes oſtenſis fontibus allicit, ad ſeque inuitat alimenti ſuauitate. Ritè *Palmæ* comparata, cum, pendentibus racematim fructibus, obuios prouocat ad veſcendum:

IV.

Sed cur Eccleſiæ doctrina palmæ fructibus comparatur? Dactylorum ſapor ſuauis, ſed acerbitati mixtus. Sic gratior palato futurus. Nam quod dulce nimium eſt, fatuũ eſſe ſolet. Id autem doctrinæ Eccleſiæ proprium. Quæ diſciplinæ acerbitatem, cum dulcedine doctrinæ coniungit.

Sed cur Eccleſiæ Doctrina *Dactylis Palmarum* potius, quam aliarum arborum fructibus comparetur, forſitan erit qui quærat. Nimis id curioſum eſt, ſed indicanda tamen ratio potius quam explicanda. Suauitatem quidem ac dulcedinem *Palmarum* fructibus ineſſe, guſtu quotidie probamus, ſed miſtam acerbitati haud ingratæ, mordet enim excitatque palatum, quod ſæpè nimia cibi dulcedine fatua obſtupeſcit. Sic Vinum illud probamus magis, quod quiddam in liquoris dulcedine acerbi ad mixtum habeat: & melli ſæpè acetum addimus, vt gratius non ori modo, ſed ſtomacho ſit. Sic dicebat ille:

Fructus palmarũ ſuauis, ſed acerbitate mixtus.

Infanti melimela dato fatuaſq; mariſcas,
Nam mihi quæ nouit pungere Chia ſapit.

Martialis.

Id autem eius doctrinæ proprium eſt, quam ſuis inſtillat: cui cum ſuauitate auſteritas eſt: & quæ credenda, quæque agenda ſint docet: & diſciplinæ acerbitatem dulci permiſcit, vt auidius appetatur, nec nimia cibi dulcedo nauſeam odiumque inducat. Ea enim eſt quæ matris indulgentiam, cum Pædagogi diſciplina coniungit, ne ſi nimium indulgeat proli, laxius inſtitutam morum corrumpat indiſciplinata licentia.

Eccleſiæ doctrina dulcis, ſed mixta acerbitati.

VERSVS VIII.

DIXI ASCENDAM IN PALMAM, ET APPREHENDAM FRVCTVS EIVS; ET ERVNT VBERA TVA SICVT BOTRI VINEÆ; ET ODOR ORIS TVI SICVT MALORVM.

COMMENTARIVS.

PRoperat *Amor ad metas, & exhauſto immerſo votorum* curſu, victor exultat. *Palmæ* Eccleſiam ſimilem dixerat, *Vbera* autem illius ſimilia *Botris dactylorum* de ſummò ſtipite inuitantium: Hæret nunc metaphoræ, & iure ſe pleniſſimo cupitis gaudijs fruiturum affirmat. Id ad ſenſum corticis ſpectat, quem alio exequuti loco ſumus. Arcano ſignificatu, plenum *Chriſti* cum *Eccleſia* connubium, ac intimam cum illa coniunctionem per doctrinam & gratiam, eiuſque coniunctionis fructus, deſcribi putamus. Ad maritalem ergo myſticam coniunctionem hæc pertinent, cum verbi immiſſo ſemine in genitale Eccleſiæ aluum, innumera ſe proles effudit, non terras modo nouis ciuibus, ſed cœlum etiam repletura. Ergo & gratiæ ad procreandos per prædicationem filios, & doctrinæ, quæ myſticæ huius generationis eſt ſemen, abundantiam Eccleſiæ ſuæ promittit Chriſtus. Id *Aſcendere in Palmam*, eſt, *& apprehendere fructus eius*. Inde ſuauiſſimus eius ex ore *Odor* omnem in partem diffuſus, ideſt, bonum nomen & fama, quo allectæ Gentes agminatim, erroribus ſuis damnatis, veritati fidei ſubdidere humilia colla, & ad *Chriſti* abiecti pedes poſtliminio reſtituti inter filios computati ſunt. Hinc pleniſſima *Chriſti* gaudia, hinc voluptatis puriſſimæ exceſſus vſque ad ebrietatem: ideo *Botres* comparat *Vineæ*, quorum expreſſus liquor, & lætitiæ pater eſt, & myſticæ ebrietatis cauſa. *Oris* autem habitum *Malorum odoris* comparat, orationis ſcilicet gratiam ea ſuauitate imbutam, quæ in affectata ſimplicitate hominum ad ſeſe animos rapiebat. Magna hæc ſunt arcana, nec vllis verbis æquanda: ſed tentanda ſunt vada, & altitudo

Digitized by Google

ipſa exploranda aquarum, eo duce, qui quemadmodum montem iniecit, ſic facultatem præſtabit, cum vnus poſſit. Eum ergo loquentem audiamus.

ENARRATIO.

HVC noſter ab exordio amor properat, hæc connubij per Incarnationem meta, hic finis fuit, myſtica prolis procreatio. Eo ætatis maturitas tuæ deducta eſt, vt iam non vnius ſed innumeræ prolis mater dicaris, meque patrem ſentiam appellari, quod ſuaue eſt. Vtriuſque hoc opus eſt. Gratia ergo, ac virtute implebo mea, qua, velut ſemine iacto tellus, fæcundas parias fætus. Prædicationis is fructus per Apoſtolos eſt, qui, verbi Dei ſparſo ſemine per latiſſimos Gentilitatis campos, vberes colligant ſuo tempore meſſes. Sic maritata palmæ vitis producit botros, & alienos ſinu filios fouet ſuos. Qualia mea gaudia putas futura? Quali ex hac coniunctione lætitia perfundendum? Hi palmæ maturi fætus meo palato gratiſſimi. Hic ex prædicatione odor ſuauitate ſua beat, cum non alia vota ſint, quam ſalus hominum, quam per te prope adeſſe video: meum enim fuit quod pati vellem, tuum quod ſanguinis vim applices multis. Hærebunt vberibus doctrinæ tuis, quam verbo conceptos edideris partu, tantaque erit doctrinæ ſuauitas, tanta virtus, vt, velut vino madidis, ſugendi finis ebrietas ſit. Mirus interea nominis tui, meique odor ſpargetur in orbem, quo excitatæ Gentes totis agminibus ad te currant, ſacris myſterijs imbuendæ; meque multiplice gaudio perfuſuræ.

SVM. COM.

NOTATIO XXXII.

DIXI: ASCENDAM IN PALMAM, ET A. F. E.

I.
Loci huius magna difficultas.
Et qui Puellarum eſſe voces volunt, audiendi nō ſunt.
Quod nemo veterum exiſtimauit.
Quāquā ſunt qui Eccleſiæ voces putent
Chriſti ergo verba ſunt.
Nec aliud dices ſi cum Superioribus componas.
Et ab illis verbis, quam pulchra loquentem facias Chriſtum.
Si maximè Origines conſulas.
In quibus pro cariſſima caritas eſt.
Quo nomine nunquam niſi ab ſpōſo nominatur. eſt enim connubiale.
II.
Si adoleſcentularum eſſe velis.
Haud ineptus ſenſus erit ſolitariæ ſententiæ
De multitudine currentium ad Eccleſiam.
In quem ſenſum vir apprimè doctus.

LOcus *Multis difficultatibus implicitus, ſed ex cuius* vera intelligentia futurorum omnis interpretandi pendeat ratio. Qui hic vel puellarum chorum, vel vnam de earum numero interloquentem fingunt, loci deterriti difficultate, audeo dicere, ſenſum omnem perdidere. Eorum, quantum ad corticis ſenſum attinet, ſuo loco, & vt putamus, non inanibus argumentis ſententiam confutauimus. Id certum eſt, veterum neminem, quem viderim, puellis aut earum cuiquam hæc tribuere. Quin præter paucos, qui *Eccleſiæ* volunt eſſe verba, de quo paulo poſt, *Chriſto* ipſi tribuunt: & tametſi de aſcenſu in crucem interpretantur, vt mox dicemus, tamen id certum ponunt, eum eſſe, qui interloquitur. Quin ſi rem examines & antecedentibus, ſequentibuſque præſentia componas, videbis aliud dici non poſſe. Vna ea ratio prætermiſſis alijs, huc aduocanda ex loco alio eſt, atque indicanda potius, quam tractanda. Dixerat: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.* Addit hunc: *Aſcendām in Palmam,* quam *In Palmam?* certè in eam, quam paulo antea nominarat. At, inquis, priora illa verba, non *Sponſi*, ſed puellarum eſſe. Ita enim illi definiunt. Sed quanto magis aptius, ſi ab illis verbis; *Quam pulchra, & quam decora,* interloquentem facias Sponſum? & alioqui epitheton *cariſſima*, maximè ſi origines conſulas, in quibus *Amor*, vel *caritas*, id efficit planè; cum nunquam alias eo nomine ſit compellata, niſi ab Sponſo. Eſt enim erotici generis, & omnino in hoc Cantico connubiale vocabnlum. Cap. 2. 7. 3. 5. 8. 4. Nec alibi, quam hoc loco; poſitum autem alio ſenſu, nulla perſuadet ratio, multoque minus alterius ex ore prodijſſe, quam Sponſi. Id ergo certum ponamus, Chriſti ipſius ad Eccleſiam Sponſam verba eſſe.

Chriſti hæc verba ſunt.

Vox cariſſima, in Hebræo, caritas, Erotica, & connubialis.

Cant. 2. 7.
Cant. 3. 5.
Cant. 8. 4.

Scio ſi adoleſcentularum eſſe fingas, haud defuturum, qui aptius ad ſolitariam ſententiam, quam ad texturam, exponat. Significari hic, quanto ſtudio Gentes ad Eccleſiam cucurrerint, vt bonorum illius incommunionem venire permitterentur. Ea de re inſignes eſſe Prophetarum voces: Nam & Iſaias canit: *Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes,* Iſa. 2. 2. Et rurſum: *leua in circuitu oculos tuos, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi,* Iſa 60. 4. Sic doctus de recentioribus vir, cui nos multum tribuere ſole-

Gentium alacritas currentium ad Eccleſiam.

Iſai. 2. 2.

Iſai. 60. 4.

Digitized by Google

ſolemus, ſed hic alio imus, magnis argumentis coacti. Alius, nec minus eruditione ac doctrina clarus; Sororis hic minoris, ſeu nouellæ ſponſæ voces agnoſcit. Sed monuimus totum id de duabus ſponſis confictum eſſe, vt multæ, quæ toto hoc emergunt capite, difficultates vitarentur: ſed facilius via alia poſſe vitari. Veterum nunc examinandæ ſententiæ ſunt, ne quid auidus requirere poſſit lector, & vt noſtris veſtigijs inſiſtamus.

Palmam interpretatur Ambroſius *Verbi altitudinem*, & vt videtur, *Botros* ſcientiæ illius ſublimitatem. Loquens enim de *Eccleſia* lib. 3. Hex. c. 16. ait: *Quæ eminentiam videns verbi, & ſperans, quod ad eius altitudinem poſſit aſcendere, & ſcientiæ ſummitatem, dixit: Aſcendam in palmam; vt omnia inferiora relinquat, & ad ſuperiora contendat, ad brauium Christi: vt ſuaues eius fructus carpat, & guſtet: ſuauis enim virtutis eſt fructus.* Sic etiam fermè Ioanne Chryſoſtomus Hom. 22. ad populum. Magis mirum eſt Theodoretum huic hæſiſſe ſententiæ, & verba hæc *Eccleſiæ* tribuere, cum tamen ſuperiora: *Statura tua aſſimilata eſt Palmæ*, non ab *Eccleſia*, ſed de illa dicta exiſtimet. Quærit autem, quomodo Sponſus *Palma ſit*, & in eam *Aſcendere* velit *Eccleſia*, & in quem finem. *Chriſtum palmam* eſſe, ſed maſculam, ſine cuius complexu, inditaque virtute fœcunda Eccleſiæ eſſe non poteſt; inſilire ergo in illam, vt piorum ſeminum occaſiones inueniat. Id autem colligit ex Aquilæ verſione, qui legit: *Apprehendam elatas eius*: eſſe autem elatas marium palmarum fructus, qui fœminis *Palmis* impoſiti, & firmos, & maturos earum fructus efficiunt. Quod tametſi verum non eſt, quantum attinet ad elatarum ſignificatum, cum potius fœminarum vaginas, quibus fructus includitur, ſignificent, vt alibi dictum eſt; tamen id magni faciendum eſt, quòd verba hæc ad maritalem complexum ad prolem procreandam pertinere arbitratur. Neque ad id neceſſarium eſt, magis *Eccleſiam* aſcenſum conari in *Palmam Chriſtum*, quam *Chriſtum* in *Palmam Eccleſiam*. Quid ergo hic locus rerumque nexus, & interpretationis filum exigat, potius penſandum eſt.

Celebris ſententia apud veteres, maximè latinos, hęc exponentes de Chriſti aſcenſu in Crucem, Vnde vberes fructus hominum ſalutis retulerit, & nominis ſui odore orbem replerit, multoque ſanguinis exarentes ſiti animas recrearit, & vſque ad ebrietatem impleritt. Senſus de ſe grandis, & Cantici dignus arcanis, ſeque authoritate patronorum commendans, & multitudine. Eos ad marginem habes. Sed hunc nos ſenſum & propter ſe ipſum, & propter Authores veneramur, ſed non inter litterales, ſed inter omnino myſticos, aut per accommodationem traditos numeramus. Nam vt de paſſione hic Chriſti ſit ſermo, extra rerum ordinem eſt, nec facile eius rei ratio reddi poteſt. Adde cum paulo antea fuiſſet dictum, *ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ*, quæ de *Eccleſia* dicta ſunt ex eorum authorum ſententia, ſtatim intelligi, cum additur: *Aſcendam in palmam*, de eadem *palma* dictum, nec tam ſubitam factam eſſe ſignificatus vnius vocis variationem, quod extra omnem artem eſt, maximè in Symbolico genere: ne quæ de ſe difficillima oratio eſt, inacceſſa reddatur, & inextricabilis omnino. Vidit hoc Gregorij acumen, ac ne hoc vorare cogeretur incommodum, *Eccleſiam* notat, *palmæ* ſimilem dici, quia pro *Chriſto* mori non dubitat, quiſquis *Chriſtum* vere imitatur. Sed ne id quidem fugit incommodum, vel in maius incidit dum minus vitare conatur. Nam ea in hoc genere dicendi certa debet eſſe regula, vt in arcano exquirendo ſenſu id certum ponamus, vnam ſimilitudinis partem ſenſum occultum continere, ex analogia ad proprium ſenſum alterius, non ad myſticum, ſi myſtici capax ſit. Nam eo additur ſimilitudo, vt ex anologiæ legibus ex vno alterius ſenſum rimenſur, ſcilicèt ex proprio myſticum. Nam ſi ex myſtico myſticum cogare rimari, quidquid dixeris, incertum ſit neceſſe eſt: & geminatus tibi labor ſubeundus erit expiſcandi ſenſum myſticum in duobus, & ex vno obſcuro obſcurum aliud indagare, quod præterquam immenſi laboris eſt, omnino inutile eſt. Nam cum audis. *Collum tuum ſicut turris eburnea*. Statim intelligis arcano ſignificatu *Collum* non corporis partem eſſe, quam ea vox immediatè ſignificat, ſed aliquid aliud per collum arcanè intelligendum ex ſimilitudine cum eburnea turri. Quam ſi velis non propriè, ſed myſticè accipiendam eſſe, laborem duplicas. Primo enim quærendum tibi eſt, quid myſtice turris ſit, quid ebur: mox quid collum, quaquę cum myſtico turris ſignificatu ſimilitudine conueniat: quod nihil aliud eſt, quam ad illuminandas tenebras à nocte obſcura ſubſidia petere, vt noctem ſcilicèt nocti accumules, & oculorum adimas omne ad peruidendum lumen. Non ergo alia cauſa ſimilitudines inuentæ ſunt, quam luminis inferendi ei, quod obſcurum eſt, ex ſimilitudine cum alio. Reſtat igitur, vt extremum ſimilitudinis aliud in hoc genere ſemper propriè interpretandum ſit; aliud myſtice; quod tum demum probandum erit, cum rei, in ſimilitudinem adductæ, aptè conuenire probabitur. Rede ad Gregorium, cuius hæc occaſione ſunt dicta,

Alius ſororis minoris voces agnoſcit.
Sed nos duplicem ſponſam non agnoſcimus.

III.

Ambroſius palmã vult verbi altitudinem.
In quam conetur Eccleſia aſcẽdere.
Sic etiam Ioannes Chryſoſtomus.
Et Theodoretus.
Qui Chriſtũ Palmam vult maſculam.
In quam inſilire Eccleſia velit illius ſemine fœcundanda.
Fauere autẽ Aquilæ verſionem.
Nam elatæ mariũ Palmarum ſunt fructus.
Sed id verùm nõ eſt.
Magni autem faciendum, quod hic connubiales amplexus agnouit.

IV.

De veteribus multitudo aſcẽſu Chriſti in crucem interpretantur.
Qui ſenſus de ſe grandis ſed minimè litteralis.
Nam vt ſic exponas ſerias res non patitur.
Nec alia hic palma intelligenda, quã proximo verſu.
Ea autem Eccleſia eſt, ijſdem authoribus.
Gregorij ſenſus alius.
Quo non vitantur incommoda.
Nam in hoc interpretandi genere certa regula eſt.
Vt ſimilitudinis altera pars propria ſumatur.
Et ex ea myſticus alterius ſenſus eruatur.
Vt ſi collum dictũ ſit ſicut turris.
Collum myſticè ſignificet, turris propria.
Ne in interpretando duplex labor ſubeatur.
Nam ſimilitudines ad facilitandum ſenſum partis alterius ſunt inuenta.
Quæ niſi diſpliceat regula.
Erit, quod in Gregorij ſenſu requiras.

Ambroſius.
Palma verbi altitudo in quam aſcendit Eccleſia.
Chryſoſt. Hom. 22. ad pop. Anti.
Theodoretus.
Tres PP.
Chriſtus Palma maſcula, cuius fructu Palma Eccleſia fœcundatur.

Aquilæ lectio.

In aſcẽſu in Palmam connubiales amplexus intelligendi.

Aſcenſus in Palmam Chriſti in crucẽ aſcenſus.
Tertul. l. 3. cont. Marc.
Cypr. ſer. de Paſſio.
Philo Carp.
Iuſtus Vrgel.
Caſſiodorus.
Aponius.
Angelomus.
Honorius.
Gregorius.
Guilhelmus.
VVilleramus.
Beda.
Rupertus.
Anſelmus.
Abj. il. Ab. Sc. 26

Senſus de Chriſti cruce, nõ litteralis, ſed myſticus.

Gregorius.

Canon 30.

Regula certa ad hoc interpretãdi genus.

Similitudinis pars altera ſemper propriè ſumenda, vndè myſticus alterius ſenſus creatur.

Similitudines luminis inferendi cauſa inuentæ.

Digitized by Google

Non enim Palma m[illegible] ſed propriè accipienda.
Nos coniunctionē myſticam maritalem hic accipimus.
Sed decentiſſimo tropo ſignificata.
Nos primi ſic arbitramur.
Praiuit enim nobis Theodoretus.
Aquilæ verſionē premens.
Et velut digito indicauit latentem ſenſum.
In eo diuerſus à nobis, quod Eccleſiæ aſcenſum tribuit.
Fauent, & de recentioribus quidā.
Quanquam in applicandi ratione diuerſi.

dicta, qui cum *ſtaturam ſponſæ* comparari cum *Palma* videret, *palmam* crucem interpretatur: & vocabulum, quo extremum alterum ſimilitudinis continetur, non propriè accipit, ſed translatè, quod minimè, iuxtà hanc regulam faciendum videtur.

Fuſius hæc forſitan dicta, quam locus exigeret, ſed credo non inutilis labor erit. Reſtat, vt qui aliorum ſententias reiecimus, quo hæc pacto accipienda exiſtimemus nunc dicamus. Arbitramur ergo myſticam hic *Chriſti*, & *Eccleſiæ*, ac legitimam coniunctionem, (cuius maritalis copulatio ad gignendam prolem ſimilis eſt) contineri; ſed, quod decebat, honeſtiſſimum Drama, pulcherrimo tropo contectum *aſcenſus in palmam, apprehenſionis fructus illius*, botrorum ſuauitate, & odore oris ipſius, quo mala vincantur. Scio nouum id non nemini putandum eſſe. Sed primi non ſumus: præripuere alij laudem, vel inuidiam ſua diligentia minuere. Quid Theodoretus ſenſerit, paulo antè obſeruatum eſt: hic illius reddenda ſunt verba. *Ad ſenſum reconditum ducet nos Aquilæ interpretatio: nam pro: Apprehendam altitudines eius* (iuxta interpretationem 72.) *vertit: Apprehendam elatas eius. Sunt autem elatæ marium palmarum fructus, qui fœmineis palmis impoſiti, & firmos, & maturos earum fructus efficiunt. Auet igitur Sponſa piorum ſeminum occaſiones, & ait: Dixi: Aſcendam in palmam, & apprehendam altitudines eius: vel, vt Aquila vertit, elatas eius.* Vides digito indicaſſe latentem ſenſum de maritali, ſed myſtica *Chriſti* cum *Eccleſia* coniunctione; in eo a nobis diuerſum, quod *palmam Chriſtum* arbitratus eſt, & *aſcenſum Eccleſiæ* tribuit, quod nos contra exiſtimamus. Nec deeſt Recentiorum quiſpiam, & quidem de doctis, nec vulgaris authoritatis in hoc genere interpretandi, qui nobis ad audendum animos fecerit: quanquam in eo illius nobis minus probatur ſententia, quod hæc ad *Eccleſiam religioſam*, vt vocat, ſingulariter applicat, cum nos de communi, ac vniuerſali dicta contendamus.

Myſtica Chriſti Eccleſiæ maritalis coniunctio decētiſſimo tropo ſignificata.

Aquila verſio. *Theodoretus.*

Alcazar.

VI.

Eccleſiæ ergo maritaliter iungitur Chriſtus per caritatem fœcundam.
Qua ſibi Eccleſia vnita, ut concipit myſticam prolem.
Diligunt quidem adoleſcentulæ ſponſum.
Sed adhuc [illegible] ſteriles.
Sola myſticis amplexibus vacat gignendæ prolis.
Indicatum id diſcrimen in Parabola decem virginū.
Nam prudentes intrant domum lætitiæ participes.
Sola ſponſa ſponſo hæret.
Genialis tori futura particeps.
Mox, & prolis multæ mater.

Nunc qua id ratione applicandum verbis ſit dicendum eſt. *Aſcendit* ergo *in Palmam Chriſtus* cum Eccleſiæ ſuæ per eam caritatem coniungitur, quæ ſterilis minimè eſt, ſed prolifica & fœcunda. Quæ ſcilicèt haud contenta Deum vtcumque complecti, ſic complectitur, vt è complexu & concipiendi vim, & pariendi virtutem ipſa trahat: eo ſpiritu plena vnde omnis vitæ ſpiritalis ratio manat, qua ſobolem in nobile *genus* educat. Nam & adoleſcentulæ *Sponſum* diligunt, & *Sponſa* deperit, ſed eo diſcrimine, quod inter virguncularum affectum eſt, & eius, quæ iam viro in matrimonium tradita ſit, gignendis liberis vocatura. Comitantur illæ pompam, fortaſſis & domum ingredi permittuntur; ſed, in *Sponſi* cubile minimè admiſſæ, ſecubant ſolæ; dum *ſponſa* myſticis complexibus vacat, & numeroſam prolem cogitat, immo & concipit. Habes rei documentum in parabola decem virginum. Matth. 25. 1. & ſeq. Neque enim ſine cauſa & Virginum, & *Sponſæ* facta eſt mentio: *ſimile eſt Regnum cælorum decem Virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam Sponſo & ſponſæ*. Vt diuerſa huius, & illarum iura indicarentur, immo & munera. Illæ faces præferunt, venturos coniuges præſtolantur, &, ſi paratæ ſint, intrant cum illis ad nuptias, menſis aſſident, tripudium ſpectant, hilaritatis participes. Vbi ſolida gaudia maritos oblectatura incipiunt, cubiculi quæritur ſolitudo, nec adytus illis eſt, nec dum ſcilicèt aut ſtatu, aut ætate viro *Chriſto* maturis. Contra *Sponſa*, aut iuſta potius *vxor*, viro hæret, eique innixa magna ſtipante pompa procedit, & inter fauſtas deducentium voces, fœlicitatis admonetur, immo & dignitatis, cui mox liberi blandiantur, & circumfuſe gaudenti, matris appellationem labro balbutiente congeminent.

Caritas fœcūda cōnubialis Chriſti cum Eccleſia coniunctio.

Caritas ſterilis adoleſcētularū.

Matth. 25. 1.

Adoleſcentulæ hilaritatis nuptialis participes.

Sola ſponſa genialis lecti particeps.

VII.

Amans Deus ſub natura, ſponſus ſub lege.
Vterque ſtatus ſterilis.
Factus maritus ſub gratia fœcundam Eccleſiam.
Id à Prophetis cātatum
Et quidem haud vno loco.
Et tanta fœcunditas fuit
Vt laxanda domus fuerint ſpacia.
Id autem non ſtatim initio factum.
Rebus nondū diſpoſitis, ut myſtica proli vacaretur.

Et fuit cum Deus *Sponſum* Eccleſiæ ageret ſub ſcripta lege, & *amantis* ſub naturæ: ſed neuter ſtatus adhuc gignendis myſticis liberis aptus, nondum maturis annis, virtuteque adulta ad matris honorem. Ideo ſub vtroque ingens domus ſolitudo, & ad pauciſſimos redacta Dei familia. Adultam ſub gratia copulauit ſibi, factus homo Dei *Filius*: plenamque ſpiritu ſuo parauit ad partum. Id ille voluit, qui gratulatus Eccleſiæ fœlicitatem dicebat: *Lætabitur deſerta & inuia & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium* (en conceptum) *Germinans germinabit & exultabit lætabunda, & laudans. Gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli & Saron*. Iſa. 35. 1. 2. (en partum & fœcunditatem miram, montibus illis ſignificatam, qui omnium terrarum vberrimi habebantur.) Et iterum: *Lauda ſterilis, quæ non paris: decanta laudem & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij deſertæ magis, quam eius, quæ habet virum, Dicit dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas, inhabitabit*. Iſa 54. 1. 2. 3. Id autem non ſtatim ab initio factum eſt, tametſi per Incarnationem *Eccleſia Chriſto* in matrimonium copulata: parcè enim primum, & quaſi nondum ſatis diſpoſitis rebus, proli vacatum, vocatis ad Chriſti fidem de Iudæorum gente non adeo multis, de Gentilibus autem admodum paucis. Succedentibus annis, quaſi concipiendi aucta virtute numeroſæ prolis exortu, vocatis ad Eccle-

Eccleſia ſub lege, & ſub natura adhuc ſterilis.

Eccleſia ſub gratia fœcūdiſſima. *Iſai.* 35. 1. 2.

Eccleſiæ filiorū multitudo capi ſolitis domus anguſtijs haud potens. *Iſai.* 44. 1. 2. 3.

Vocatis gentibus familia aucta in immenſum eſt. Ideo hic de ea re ſermo.

Eccleſiam Gentibus & agminatim currentibus ad crucis vexillum, parens vterque & *Chriſtus*, & *Eccleſia* lætitia triumphauere. Ideo in hoc maximè tempus de myſtica connubiali coniunctione ſermo ſeruatus eſt.

VIII.

Sed aſcendendi vocabulum myſterio non vacat. Nam ſemper Eccleſia in melius proficit. Et quidem fonti comparata ſub lege. Aquarum autem natura eſt, vt originem aquerant. De ſublimi ſcilicet loco demiſſe. Eccleſia autem ſub lege veluti humiliore loco iacēt. Præcipitanti ſeſe gratiæ latius excipit. Sub Chriſto euecta aquas in altum eructat. Nā qua arte Deus homo, eadem homo Deus eſt factus. Sic quodammodò aſcendere viſus Chriſtus. Vt verò diceret Aſcendam in Palmam. Myſtica ſcilicet proli vacaturus.

Cantic. 4. 12. Eccleſia in melius ſemper proficit.

Cant. 4. 15. Aqua in fōtibus origines quærit.

Ecceleſia ſub lege humili iacens loco, ſub gratia ſublimi.

Eccleſia vſq; ad Diuinitatem euecta, per incarnationem.

Verbum vſque ad humanitatē abiectum, aſcendere viſum in Palmam.

Verum in *aſcendendo* verbo quidam myſterium inuenere, nec ineptum ad illuſtrandum quod dicimus. Hortum olim Eccleſiam dictam, in eamque *deſcendiſſe ſponſum*, per gratiæ ſcilicèt immiſſionem: nunc in *palmam aſcendiſſe* per eius profectus, & gratiæ augmenta, ſemper enim illa proficit, & ab interioribus ad media, à medijs ad ſumma contendit. Caſſiodori, & Bedæ hæc interpretatio eſt; ſi aptes ad filum interpretationis noſtræ, erit forſitan quod probes. Dum ſub lege eſſet, comparata *fonti* eſt, & *puteo aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano*: e loco ſcilicèt ſublimi in depreſſum. Sed ſcis aquarum eſſe naturam, vt immiſſæ de alto, ſuiſque tubis incluſæ, altitudinem quærant originis, donec ad libellam cum capite omnino conueniant. Ergo quo altius ſcaturit liquor, eo etiam altius manat, & contra grauium naturam tollitur ſurſum: neque id fieri poteſt, niſi immiſſarum de ſublimi aquarum copia tanta ſit, vt vrgens ab origine pondus potens ſit, aquas priores coactas in anguſtum trudere, & cogere ad aſcenſum; donec, æquatis vtrinque ponderibus, ceſſet vnius in aliam actio. Hac maximè Hydraeulicorum ſecreta conſtant ratione. Ergo dum Eccleſia ſub lege iacet, velut in locum depreſſiorem, gratiarum fluenta de diuinitatis altitudine præcipitant ſeſe: ſub gratia contra ſublimitate, Deo iam terris excepto, ac mortalitatem induto, cum fluenta gratiarum deſcendere iam non poſſent, aſcenſum conata ſunt, & *Eccleſiam* impleuere, tubiſque cordium prægnantibus, ſublimitatem originis petiere. Eadem ergo arte, qua Deus homo eſt factus, factus homo Deus eſt; Diuinitaſque *Verbi* vſque ad humanitatis humilitatem deſcendit; humanitas vſque ad Dei altitudinem euecta eſt. *Aſcendere* ergo quodammodo viſus eſt Chriſtus; cum *Eccleſia* myſtico connubio copulatus eſt, cui ſcilicet tantum fœcundiſſimæ caritatis indidit ad prolem myſticam gignendam, quantum ſatis ſuperque eſſet, vt verè diceretur illa *Similis Palmæ*, cuius ille in ſumma nitens *Apprehenderet fructus*: ac verè diceret, *Aſcendam in Palmam & apprehendam fructus eius*: qua loquendi forma nihil intelligimus aliud, quam illa gaudia ingentia, quibus exiliji Chriſtus, cum mira illa, ac filiorum procreatrice, coniunctione *Eccleſiam* complexus eſt, vnde numeroſa proles exorta eſt, quæ patrem referret.

NOTATIO XXXIII.

ET ERVNT VBERA TVA SICVT BOTRI VINEÆ, ET ODOR ORIS TVI SICVT MALOR.

I.

Ingens Chriſti voluptas ex hoc myſtico complexu. Tametſi hæc quidam de myſtico calice accipiunt. Alij de Martyribus. Neutri ſatis accommodatè. Alij malunt duplicem caritatem agnoſcere. Sed id litteralem nimiè eſt. Qui Doctrinam intelligunt probabilius loquuntur. Id ex parte ſequendum nobis.

Theodoretus. Calix Euchariſtiæ myſticus. *Philo Carpath.*

Martyres lætitiæ vinum Chriſto propinant.

Gregor. M. Duplicis caritatis vinum Chriſto gratiſſimum.

Doctrina Eccleſiæ cur vineæ botris, & malorum odori comparata?

Eodem *Hæc pertinent omnia, ad voluptatem, iucunditatemque* perceptam ex myſtico *Eccleſiæ* per caritatis exceſſum complexu. Sed in ratione hæc interpretandi non conuenit inter omnes. Nam Theodoretus de *Calice Euchariſtiæ* videtur interpretari priora verba. Pius ſenſus magis, quam huic aptus loco enucleando, Philo Carpathius de *martyribus* accipit; aut certe de *iis*, qui propter Chriſtum preſſuris probantur. E calcatis *Botris* vinum exprimi lætitiæ hominibus cauſam: preſſos aduerſitatibus iuſtos ſuauitatis, ac lætitiæ plenas pateras *Chriſto*, ſiue *Eccleſiæ* propinare. Conſtans hæc ſimilitudinis ratio eſt, ſed nec huic loco admodum accommodata, quo aliud quidquam ſignificari rerum ipſa ſeries docet, vt mox dicemus. *Gregorio caritatem* duplicem magis placuit agnoſcere in *Vberibus Botris Vineæ* ſimilibus, quam veramque in morte Chriſti ſenſus animæ ſuſcepere. Sed id præter quam ad tropologiam ſpectat illud habet incommodi quòd *Aſcenſum in Palmam* de cruce interpretatur, quod non litterale eſſe monuimus. Probabilius, qui *Doctores* aut *Prædicatores* intelligunt, qui dum populos doctrina verbi paſcunt *Botri* ſunt *Vineæ*; dum odore exempli ædificant, *malorum odorem* ſpargant. Sic Caſſiodorus. Addit Beda, fieri hoc *Aſcendente in Palmam Chriſto*, *ac fructus eius apprehendente*; quia, niſi eius gratia profectum verbi miniſtro tribuerit, nihil boni communicaremus cæteris. Id nos ex parte ſequemur.

II.

Hic ergo doctrinæ iucunditatem, & gratiam intelligimus. Quod vtrumque bono aliorum impenſum, ſpectabat tamen ad Chriſtum.

Eccleſiæ doctrinæ iucūditas, & vis.

Ergo in *Vberibus Botris* ſimilibus *Doctrinæ vim*, *ac iucunditatem* intelligemus: in *Oris Odore Malorum Odori ſimili orationis* ipſam *gratiam*, qua ſe probabat audientibus, nullo artificio conditam, ſed naturali, atque inaffectata ſimplicitate placentem. Et id quidem vtrumque, quanquam ad alios pertinebat, proximè ſpectabat ad *Chriſtum*, ex quibus illi, in ea cum *Eccleſia* coniunctione, lautum conuiuium, & omni mixtum

dulce-

dulcedine, præbebatur: Facit id ergo, quod amantes ſolent, cum in eas incidere, quæ omnia vota explerint: tunc cum ad eas acceſſerint, de poſſeſſione per connubiales leges ſecuri, & *vberum* ſuauitatem, & *halitum* emendatum, & omnino conuictus fęlicitatem, ac iucunditatem ſenſu magis, quam verbis prædicant. Sic *Sponſus*, in hac ſua cum *Eccleſia* coniunctione, ſub eis verborum inuolucris ſuam quodammodo ſortem iactet. Ergo & *Vbera* à iucunditate, ac tranſmutandi vi laudat; *Os* autem ab halitus emendatione, & mox verſu proximo reliqua; quo ſub ſchemate grandius quiddam meditatur. *Doctrina* igitur duplicem dotem commendat, *iucunditatem*, ad guſtum, & *vim* ad perſuadendum, ac tranſmutandum, hominumque animos flectendos àb impietate ad fidem. Quod vtrumque & *Vberibus* ineſt, & *Vino*, quo *Botri vinea* turgent, cum maturi ad vindemiam torcula expectant. Nam & *Lactis* vis ineſt ad delectandum dulcedine, qua alliciuntur infantes; & ſubſtantiæ ad nutriendum, qua creſcunt in viros. *Vini* autem iucunditas nemini non nota, virtuſque ad mutandas mentes. Ad tantam autem rem, quanta erat orbis ad Chriſtum conuerſio, quanta quali. que apparatu *doctrina* opus eſſet, res loquitur ipſa. Id volebat ille cum ex perſona Eccleſiæ diceret ad omnes omnino gentes: *Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac. Quare appenditis argentum non in panibus; & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabilitur in craſſitudine anima veſtra*. Iſa. 55. 1. 2. Quæ cum omnino ad *Eccleſiam Chriſtianam* pertineant, maximè hunc locum illuſtrant, quo *Vbera* Eccleſię *Botris vinea* comparantur. Hæc ergo preſtat in vocatis ad fidem *Chriſtus*, & mira in preſſando voluptate repletur, ideoque dicit: *Erunt vbera tua ſicut Botri vineæ*.

Alterum eſt orationis ipſa ſuauitas, natiua ſe ſimplicitate probans, & nullo artificio ſe fingens: Immo nec vana loquacitate tumens, rerum interea vacua; ſed diues ſapientiæ fructibus, quibus cum mirè audientes recrearet, ſimul & paſceret. Id autem totum vna ſimilitudine *Malorum*, quibus natura odoris gratiam nullam inuidit, *Sponſus* confirmat, & id decentiſſimè. Et quidem ſermoni id proprium eſt, vt eos, qui loco abſunt, & corpore, iungat; & quidquid animo ineſt, quod lateat in corde, quod ſonante ſermone, vel à nolente, non vel omnino prodatur, vel ſaltem indicetur, vt facile ſit, id quidquid eſt, aſſequi coniectura. In toto antem amoris negotio ea vis oſculis ineſt, vt per ea quoadmmodo animi, non modo incitent ſeſe, ſed etiam coniungantur, & manus conſerant, & amica pace, pignoribus mutuo datis, componantur. Emendatus autem *Odor*, qui *ore* halatur ſanitatis indicium eſt, & valentis conſtitutionis, quæ non alias certiore probatur indicio, quam libato oſculo. *Odor* ergo *oris* gratus, oſculo perceptus *Sponſi*, myſtico ſignificatu animi valentem conſtitutionem, ex ſolida virtute profectam, indicabit; halitus autem oris arcana intelligentia oratio eſt, & ſermo ille, qno mentis manifeſtantur arcana. Vera enim Chriſti vox eſt: *Ex abundantia cordis os loquutur. Bonus homo de bono theſauro ſuo profert mala*, Matth. 12. 34. Sed ſæpè contingit arte emendari naturam, & adſcititijs munditijs prauam oris animam corrigi; ſed facilis fraudis detectio, habet enim quiddam emendata reſpiratio, quod nullo artificio imitari datum eſt volentibus fallere. Sic & ſæpè ſermo ſanitatem mentitur animæ, & cum virtutem oſtentaret, non habet: Sed difficile latet ars, nec durare poteſt, ſi cautè aduertas; nam inter olentia pietatem verba impietatis ructus ingratus ſentitur, quin latere in totum poſſit. Eo ſenſu Chriſtus dicebat: *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali?* Matth. 12. 34. Sciebat bona quidem loqui poſſe (multi enim bona loquuntur, cum prano ſint corde (ſed non ita poſſe, quin indicio aliquo ſolerti auri fraus pateret: non ita poſſe, vt diu loqui poſſent, quin verbis proderetur prauitas mentis. Id ergo in *Sponſa Eccleſia Chriſtus* commendat, & ſermonis altam pietatem, non artificio partam, non fraude mentitam, ſed natura inſitam, cuius non alia eſſet origo, duam ea gratia, & caritas, qua ſe totam Sponſi obſequio, & animarum ſaluti manciparat. Aptiſſimè autem id *Eccleſia* ſuæ donum coniunctione hac myſtica cum illa præceptum *Malorum odori* comparauit, quòd & pingue quiddam, ac nutrimento ſum, & natiua ſimplicitate ſuaue, ac iucundum, nec vllo artificio mutatum, olere ſoleant *mala*, ſed de his ſatis ſuperque.

Qui ex amantium more, & vberum ſuauitatem et halitum emendatũ laudat.

Sed ſub eo ſchemate grandius, quiddam.

Doctrinæ ſuauitatem ad guſtũ.

Et vim ad perſuadendum.

Nam & lacti vis ineſt ad delectandum, ac nutriendum.

Et vino ad mutandas mentes.

Habes loci huius commentarium in Iſaia.

Qui ad lac, et vinum gentes inuitat.

Quarum rerum fontes in Chriſtiana Eccleſia.

III.

Doctrinæ addita ſuauitas orationis.

In malorum ſimilitudine, natura ſua odore ſuauiũ.

Nam ſermo id habet, vt abſentes iungat.

Et quidquid latet corde exterius promat.

Oſculis autẽ animi quodammodo coniunguntur.

Et ſanitatis argumentum halitus extendatus eſt.

Qui oſculo libato percipitur.

Eo autem oratio, ſiuè ſermo ſignificatur.

Quod animi valetudinis indiciũ certum.

Et licèt fallere velis, ars facilè ſe ipſam prodit.

Quod argumentũ Chriſtus vrget in Phariſæos.

Nec aliud in Eccleſia ſua laudat.

Quam verborum pietatem non fraude mentitam.

Id malorum odore aptè indicatũ.

Qui natiuus, ac nullo mutatus artificio placet.

Chriſtus ex amantium more Eccleſiæ omnia laudet.

Lactis vis iucunda ad nutriendũ.

Vini vis ingens ad tranſmutandum.

Iſai. 45. 1. 2.

Odor malorum orationis ſuauitas à ſano corde.

Sermo abſentes cõiugit. & quod corde latet exterius prodit.

Oſculo animi coniunguntur.

Eccleſiæ gratus odor à valente conſtitutione.

Latens animi morbus oratione proditur. *Matth.* 12. 35.

Mali qui ſunt, bona loqui non poſſunt. *Matth.* 12. 34.

Verborum Eccleſiæ pietas haud fraude mentita, ſed natura inſita.

Malorum odor nulla mutatus arte.

VERSVS IX.

GVTTVR TVVM SICVT VINVM OPTIMVM, DIGNVM DILECTO MEO AD POTANDVM, LABIISQVE, ET DENTIBVS ILLIVS AD RVMINANDVM.

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

EA *Myſtica filiorum procreatio*, *& partus per* prædicationem fit verbi, eiuſque in cordibus infidelium ſeminationem. Sed niſi in eo ipſo *Eccleſia* ſuæ *Chriſtus* adſit, & potenter iuuet, & ſociatis viribus in opus incumbat, velut ſterile ſit, ac ſubuentaneum, euentu fruſtratur, & euaneſcit omnino. Ea eſt *Chriſti* cum *Eccleſia*, ſiue cum Apoſtolicis viris coniunctio, & myſticus maritalis complexus. Quidquid autem indè voluptatis *Chriſtus* percipit, quod certe multum eſt, cum hauſtu generoſi *vini* comparat. *Gutturis* autem *ſuauitatem* exaggerat, quod verbum ipſum ex ore procedat *Eccleſia*, vim autem ad permouendum hominum animos, ac tranſmutandum, quæ verbo ineſt, ab interioribus fluat: ineſt enim animo *Eccleſia* velut fons, ac ſcaturigo ſpiritus, vndè perennis illa virtus, vitalis, ac efficax afflatur in verba. Significatur ergo vis, non temporaria, ſed diuturna, ac perpetuo duratura; non aduentitia, ſed natiua: ideoque cum *vino* componitur, cui ad inebriandum natiua eſt facultas. Quia autem verbum idem ſerio audiendum eſt, vt fructificet, non feſtinatè; non quaſi ab aliud agentibus, ſed ex inſtituto, ideo non *potandum* ſolùm, ſed dentibus conterendum, & per otium *ruminandum* eſſe affirmat. Habet enim hoc proprium Dei Verbum, quod in ſe poteſtatem habet cibi, & potus, ſiuè extinguenda ſit animæ ſitis: ſiuè pellenda fames; ſimul ergo & *bibendum*, & *ruminandum* eſt; alioqui futurum inutile. Quia autem animarum omnis profectus ad *Chriſtum*, eiuſque gloriam proximè ſpectat; ideo ſe *bibere*, ſeque *ruminare* fatetur. Et alioqui ipſe etiam eſt, qui in vocatis ad fidem concipitur, editurque, & in fidelibus proficientibus etiam adoleſcit; & creſcit; augmenta autem nulla ſine cibo, & potu nouit natura. In ſuis ergo ſimul & *paſci* dicitur, & *potare*, quemadmodum generari & creſcere. Sed interloquentem illum præſtat audire.

ENARRATIO.

SED nondum totum id mihi dixiſſe videor, quod mihi dicendum fuerat. Sermoni quidem tuo & ſuauitas ad alliciendum, & vis ad permouendum ineſt, ſed minimè vtrumque fucatum, aut artificio partum, aut aduentitium; quemadmodum ſæpè ſolent homines, maxime fœminæ vinis imponere, atque prauum ſpiritum oris aut naris emendare adſcititijs odoribus; ſed proprium, natiuumque, quódque in animo habeat diuitem venam ſpiritus illius mei, qui totum impleuit. Non labris ergo ſolum, ſed gutturi ineſt, & ab interioribus in exteriora regurgitat de propria plenitudine. Ergo vtramque illam gratiam generoſo vino compararim, quod cum ſuauitate multa, qua potantem recreat, ingentem vim habeat, qua inebriet. Facile igitur deſcendit in ſtomachum, & ſuauiter traijcitur. Sic ſermo ille tuus natiua ſuauitate conditus audienti ſe probat: & facile per aures deſcendit in mentes, eaſque tranſmutat, & informat ad nouam vitam. In ſumma talis vtraque gratia eſt, vt me, quem Dilectum tuum vocas, & vere Dilectus ſum, ſummè delectet. Nam neque ſolis audientibus, eorumque bono ea gratia ſeruit, & virtus; ſed omnino, ac verius mihi, qui in meorum ſingulis recreor, ac reficior; immo & concipior, & nutrior, & adoleſco myſticis incrementis. Sed haud decet præcipitari gaudia, ſiquidem vtilia ſint futura: aut præcipitanter, ac feſtinate verbum audire, vt vbere fructu ſe probet. Senſim & inſtillandum eſt, & per otium audiendum; ſemel-

Digitized by Google

que, & iterum reguſtandum : Quemadmodum mero bibones ſolent generoſum vinum non tam deglutire, quam mandere, & magis ruminare dentibus, quam potare, ac per fauces demittere.

NOTATIO XXXIV.

GVTTVR TVVM SICVT VINVM OPTIMVM.

SVM. COM.

I.

Nexus horum cũ proximis facilis. Natiuam orationis vim prædicat. Ab eo ſcilicèt ſpiritu quo plena Eccleſia. Licèt quidam de Euchariſtia interpretentur. Quod de vino optimo dicitur. Cum tamen in botris martyres agnouiſſent, minus vtrumque aptè. Remotius alij guttur volunt B. Petrum, & Paulũ. Sed non erat cur ſententiam ad ſolos arctarent.

FAcile *hæc cum ſuperioribus connectuntur*. Dixerat *de Sermone Eccleſiæ*, id eſt prædicatione ſub ſchemate *Vberum*, quæ *botris* muſto turgentibus compararet, ſuauitate ſcilicèt; & *malorum odoratorum*, quibus oris odorem ſimilem fecerat: nunc aliam *prædicationis* dotem deſcribit; originem ſcilicèt ab eo ſpiritu, quo, liberalitate Sponſi prægnans, eundem refundebat in Verba. Ne quid in eo ab arte quæſitum ineſſe quiſpiam putaret, qualis eloquentia omnis profana eſt. De arcano ſenſu, ſi ſingulorum ſententias roges, non admodum inter ſeſe conuenire animaduertes. Carpathiorum Epiſcopus de Euchariſtia interpretatus, & piè, & grauiter multa dicit, ſed huic loco, ſi rite examines, non multum apta, quo omnino aliud quiddam continetur. Credo quæ *vini* fit mentio non *bibendi* ſolum ſed *ruminandi*, ideoque & cibi, & potus rationem habentis, eum impulit, vt de myſtica cæna cògitaret. Nam cum proxima: *Et erunt vbera tua ſicut botri vineæ*, de martyribus fuiſſet interpretatus, quæ proximè ſequebantur, atque ad idem genus omnino pertinent, haud ſcio, quo pacto ad Euchariſtiam vno, & grandi ſaltu traduxerit. Longius adhuc euagatus Aponius eſt, vel eius certè abbreuiator Lucas Abbas, qui *guttur Eccleſiæ* B. Petrum, cæteroſque Chriſti Vicarios intelligere maluit, *e quibus optimum vinum confeſſionis Sanctiſſimæ Trinitatis, & prædicationis manat*. Sed ſi in Petro, quem *gutture* ſignificatum hic putat: & Paulo, quem *os* dixerat *mala redolens*, Verbi miniſtros intellexit, non erat cur, quod generatim omnibus conueniebat, ſingulis applicaret, quaſi, his vt daret, cæteris adimeret.

Sermonis Eccleſiæ virtus natiua.

Euchariſtia vinũ optimum. *Philo Carp.*

Aponius. Guttur Eccleſiæ Petrus Apoſt.

Os Eccleſiæ Paulus.

II.

Plerique veterum ad doctrinam referunt, ſed variè. Sed idem communis omnium ſenſus eſt. Id ſequimur: & dotem aliam doctrinæ agnoſcimus. Vim verborum non ad ſcititiam, ſed propriam. Et à Dei ortam ſpiritu quo plena Eccleſia. Id eſt, quod Chriſtus ad ſuos Daturũ illis verba & ſapientiam, cui reſiſti non poſſet. Non rem humani ſtudij eſſe. Sed Diuinæ largitatis & gratiæ. Nam Chriſtum Patris & os, & ſapientiam illis haud defuturũ. Itaque eum in illis loquuturum. Et quidem hæc dicebat Apoſtolis. Vt ad bella firmaret & inſtrueret. Sed & ad prædicationem pertinet.

Sed pleriſque tamen placuit hæc ad *Prædicationem*, ac ſermonem *Eccleſiæ* referre, quanquam non omnes eadem explicauere ratione. Theodoretus, tres apud illum Patres, Caſſiodorus, Gregorius Papa, Anſelmus, Beda, Honorius, Angelomus, *Iuſtus Vrgel.* Haud libet ſingulorum formas interpretandi in examen vocare, quandoquidem idem in communi omnium ſenſus eſt. Id ergo & quia in ſe verum eſt, & ad filum noſtræ interpretationis aptiſſimum, ſequamur. Hic ergo dotem aliam *verborum Eccleſiæ* commendari exiſtimamus, quæ proxima notatione ex parte eſt indicata, Scilicèt quidquid verbis inerat ſuauitatis ad demulcendum aures, & virtutis ad animum permouendum, tranſmutandumque, non aſcititium eſſe, & aliundè mutuatum, ſed proprium *Eccleſiæ*: nec aliam illi quærendam originem, quam interiorem ſpiritum, quo illius animus redundabat. Indè transfundi in verba, ac velut indito ſpiritu animari, nè mortua viderentur, qualia profanæ omnis Eloquentiæ ſolent eſſe verba. Id eo cum *Chriſtus* Diſcipulos & futurorum diſcriminum admoneret, & aduerſus ingruentia armaret bella, vt animos nondum adhuc viribus confirmatis adderet, dicebat: *Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari quemadmodum reſpondeatis: ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri*. Luc. 21. 14. 15. Statuite apud vos, haud eſſe neceſſarium anxiè meditari, quid vobis reſpondendum ſit. Non opus hoc humani ſtudij, atque laboris eſt: id enim eorum eſt, qui non alia ad eloquendum præſidia quam a ſe habent, ſuis viribus fiſi, ſuo marte valentes, ſapientia egeni, conſilio improuidi, viribus mentis animique deſtituti. Vobis alia præſidia ſunt, neque enim verba deeſſe illis poſſunt, quibus ego, & *os, & Sapientiam dedi*, verba ſcilicèt apta, quibus lingua loquatur; ſapientiam diuinam; quæ animum impleat, atque in verba traſfundatur à mente. Ego dabo ſapientiam, qui *Sapientia* ſum Patris; ego ſuggeram verba, qui *Verbum* ſum Dei. Et loco alio apud Matth. *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Matth. 10. 20. En theſaurum in animo, vndè pretium ſermoni: en virtutem Spiritus, vndè verbis ſit vis. Et quanquam hæc proprie dicta ad Apoſtolos ſunt, vt aduerſus diſcrimina fortes, nec timerent tyrannos, nec vererentur Minas, nec ceſſarent intrepidè ab annunciando Chriſto, etiam in tormentorum preſſuris; poſſunt & in omnem *prædicationis* ardorem aptè conuenire, neque enim minore ſtudio adfuturus illis Chriſtus erat, cum *prædicationi verbi* inſtarent, quam cum ante tyrannos defenderent. Hanc ergo Spiritus interioris vim, vndè virtus promanabat in verba, collaudari in Eccleſiæ *Gutture* exiſtimamus,

Guttur Eccleſiæ illius doctrina. *Theodoretus. Tres Patres. Caſſiodorus. Gregorius M. Anſelmus. Beda. Honorius. Angelomus. Iuſtus Vrgel.*

Eccleſiæ verborum vis non adſcitia, ſed natiua, ab eo ſpiritu quo plena.

Luc. 21. 14. 15.

Chriſtus verbũ & ſapientia Patris vtrumq; cõmunicauit Eccleſiæ.

Matth. 10. 20. Chriſtus loquitur ore Eccleſiæ.

Gutture id ſignificatur, quod ex imo eſt cordis.

mamus. Nam *Gutture* id myſticè ſignificari, quod ex immo cordis procedat, alio loco dictum à nobis eſt.

III.
Ea it ſimilitudo cum vino optimo. Cui natiua vis, et ſuauitas ad mentes mutandas. Nam vinum olēt qui biberint. Et Apoſtoli muſto pleni iudicati ſunt. A non in totum errante multitudine. Nec Petrus negauit dictum ſe correxit. Inducto Ioelis teſtimonio de effuſione ſpiritus. Et cum eo vi prædicationis. Ructu ergo ſunt proditi Apoſtoli. Quo ſpiritus, qui latebat indicium factum eſt. Id animaduertes in Pauli ſcriptis frequenter.

Eo autem pertinet ſimilitudo cum *Vino* & quidem *generoſo*, cuius id proprium eſt, vt in ſe ipſo & ſuauitatem habeat, qua ſcientes alliciat; & vim, qua mentes tranſmutet. Sicut enim, qui multo ſe *Vino* impleuit, *Vinum* olet, & temetum ſpirat; Sic qui ſpiritu hoc Dei plenus eſt, eundem ſpiritum eructet neceſſe eſt, & proximos admoneat, quo igne ferueat animus. Vinum olebant illi de quibus dictum: *Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem dicentes: Quidnam vult hoc eſſe? Alij autem dicebant; quia muſto pleni ſunt iſti.* Act. 2. 12. 13. Et quidem non in totum errauerant illi, qui ebrios exiſtimabant, niſi quod cuius illa *Vini* ebrietas effectus eſſet, neſcientes, quod ſpiritus erat, quo pleni erant, *Vino* deputabant, quo plenos arbitrabantur. Sed nec Petrus in totum negauit ebrios eſſe ſe, ſed aliam ebrietatem docuit, aliamque illius cauſam, ſpiritus plenitudinem. *Non enim* (inquit) *ſicut vos exiſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* Ebrios negat, quemadmodum illi arbitrabantur: ebrios tacite affirmans, ſed ratione alia. *Sed hoc eſt, quod dictum eſt per prophetam Ioel. Et erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt: & quidem ſuper ſeruos meos, & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt.* Act 2. 17. 18. Ructus ergo odore proditi ſunt; & oris halitu vis interior, in præcordijs æſtuans, ſui fecit indicium, & aliud etiam agentes myſticæ ebrietatis admonuit. Habes in Apoſtolis exemplum, ſed in paulo clariſſimum, quem cum legeris multis locis in verborum ipſo ſono, ac quæ verbis inerat vis, æſtuantem in animo ſpiritum, nec ſatis valentem anguſtijs pectoris, quanquam alioqui laxiſſimis cohiberi cognoſces. Huc ergo *Gutturis* cum *optimo vino* comparatio pertinet, cum à *Chriſto* in *Eccleſia Sponſa* commendatur.

Vinum vim natiuam de ſe habet, non aliundè mutuatam.

Vinum qui potarunt olent. *Act* 2. 12. 13.

Apoſtoli vino Spiritus, quo pleni, ebrij ructu proditi ſunt.

Act 2. 17. 18. *Ioel* 2. 28.

Spiritus interior ructo proditur.

NOTATIO XXXV.

DIGNVM DILECTO MEO AD POTANDVM.

I.
Sponſi hæc eſſe poſſe quidam negāt. Sed vel ſponſæ vel ſodalium, vel ſororis minoris. Id totum loco alio reiecimus. Nec probamus hic quod affirmant. Qui ſororem minorem inducunt, & reliquias ſynagogæ intelligunt. Id etiam nos alibi improbauimus. Nec ex vna duas fieri ſponſas patimur. Nam quod de ſorore parua dicitur, alio inferius pertinet. Chriſti ergo ſunt verba.

CVI *Hæc tribuenda ſint verba magna quæſtio eſt*, quod *Sponſo* tribui poſſe plerique negent, quorum vna eſt ratio ſi de ſe loqueretur (quod hactenus nos arbitrati ſumus) non dicturum eſſe. *Dilecto meo*, ſed *me Dilecto tuo*, ſiue *Quem tu tuum Dilectum vocas*. Hæc quoſdam impulere, vt non *Sponſi*, ſed alterius eſſe verba arbitrarentur; alijque *Sponſæ*, alij choro Virginum, alij vni cuipiam ex illis alij minori Sorori ea tribuerent, Id vero in ſenſu Dramatico. Quorum nos ſententiam ſuo loco confutauimus, & quidquid obijci in contrarium poſſet, & ratione diluimus, & ſcripturæ exemplis noſtram ſententiam illuſtrauimus, locum conſulat lector. De arcana intelligentia lis eſt alia; nam, qui vel chori, vel vnius è tota cohorte vel Sororis minoris voluere eſſe verba, Sororem *Sponſæ* introduxere minorem natu, ſed ad honorem etiam cum Sorore admiſſam iuſtæ vxoris, quam exiſtimauere Synagogæ reliquias in mundi fine vocandas. Ipſe vero, (tacere non poſſum nec diſſimulare) maiorem in Interpretibus & doctiſſimis, & grauiſſimis hoc loco attentionem requiſiſſem. Nam certè quæcumque tandem illæ reliquiæ ſunt futuræ, ad Eccleſiam pertineant neceſſe eſt, vt pars ad totam Eccleſiam, quæ ſcilicet eſt, quæ toto cantico celebratur. Nec diuidi ſponſam, aut multiplicari oportet. Et tametſi inferius *Soror minor* nominatur, de qua in matrimonium collocanda vltro ſermones miſcentur, eius tamen loci alia ratio eſt; vt poſtea dicemus. Nunc illud ponimus, verba hæc adhuc *Chriſti* verba eſſe, quo autem pacto ille de ſe cum loquatur dicat: *Dignum Dilecto meo ad potandum*, loco citato Dramatico Commentario explicatum eſt.

Dramat. Comm. Cap 7 not. 29.

Toto Cantico vnica ſolum ſpōſa Eccleſia eſt.

II.
Sed illud: Dilecto meo, quidam ad tertium referunt. Nā dilecti nomen commune putant. Quemadmodum, & Amici. Sed quis ille Dilectus in Dramate, non dicunt. Arcane de magnis Dei amicis accipiunt.

Alius quidem de impenſe doctis, cum *Sponſo* hæc verba reddenda exiſtimat, quod dicitur, *Dilecto meo*, non ad ſponſum refert, ſed ad tertium quendam, qui ab Sponſo eo nomine compelletur. Hanc ſententiam quantum attinet ad corticis ſenſum loco citato confutauimus, loco hoc ex alijs principijs quod attinet ad arcanam ſententiam, confutanda eſt. Arbitratur ille *Dilecti* nomen commune eſſe, nec ſemper hoc Cantico ſponſale, ſed tribui etiam poſſe amicis, quemadmodum cum ſupra diceret, *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi*. Sed quis ille *Dilectus* in ſenſu Dramatico ſit, ipſe non dicit, tantum dicit poſſe appellationem accipi de amicis Sponſi. Arcano autem ſignificatu accipiendam de magni Dei amicis, quibus religioſæ Eccleſiæ prædicatio, & doctrina ſuauiſſima ſit. Ego vero pace doctiſſimi viri huic ſententiæ minimum ineſſe probabilitatis exiſtimo, quod ſi vnam aliquam amplexurus

Dilecto meo, quod dicitur, de ſponſo dicitur.

Cana 5. 1.

 eſſem

Id autem minimè probare poſſumus. Tametſi locis alijs non negamus.
Hoc tamen Cantico nunquam niſi pro Sponſo ponitur: Id conſtat ex 72. & Origine.
Et quod, cum ſint plures amici, hic ſingulariter ponitur pro vno.
Et aliquis perpetuo pro Sponſo ſumitur toto Cantico.

III.

Sed quo pacto ſe dicat vinum dignū quod potet? Cum doctrina ad alios dirigatur.
Sed eo ad Chriſtum etiam pertinet.
Ad alios quia illi guſtant, ſeque reſpici ſentiant.
Sic faſſi Apoſtoli. Qui cum loquentem audiuiſſent. Interiore guſtatu ſaporem ſuauis ſenſerat, perceperantque.
Et ſaporis indicio verbi vitæ eſſe intellexerant.
Eoque vino plenus, id eructauerat Petrus, quod biberat.
Sic ſe illi mutatos experti, quorum cor ardebat in via.
Hæc Chriſti verborum gratia, communicata Eccleſiæ eſt.
Et illius miniſtris legitimis, ſi ritè ſuo fungātur munere.

IV.

Bibit etiam in illis Chriſtus.
Eadem illa ratione, qua dicitur concipi, nutriri, creſcere pati.
Et quidquid fidelibus ſuis propriū eſt, ſuum reputat.
Id ex Paulo intelliges.
Qui formari Chriſtum in nouis conuerſis fatetur.
Id doctrinæ vi, nō aliter fit.
Quæ, & regenerandi, & nutriendi vim habet.
Sic Chriſtus etiā generatur, & nutritur.
Cum Eccleſia generat filios, genitos nutrit.
Id potare vinum doctrinæ eſt.

eſſem hanc certè non ſequerer? Sit ita, *Dilecti* nomen ſi ſimpliciter audias, conuenire alijs poſſit Pſal. 126. 2. Prouer. 31. 2 Eccli. 45. 1. Iſa. 5. 1. & 11. 4 Ierem. 11. 15. & non multis alijs locis. Id dico hoc toto Cantico nunquam poni niſi pro *Sponſo*, ſiue *Sponſa* loquatur ipſa, ſiue ſodales, ſed neque id ille inficiari potuit; excipit autem, dum *Sponſus* loquitur, tunc enim etiam alijs eandem appellationem communem facere. Sed ponit id in reſponſione, quod in quæſtionem vocatum eſt. Id enim contendimus hoc Cantico toto nomen illud ad *Sponſum*, non ad alium pertinere. Idque videntur intellexiſſe 72. qui loco hoc, vt alijs omnibus reddidere *ἀδελφιδῷ μου*. *Nepoti meo, vel fratruo meo*, quod omnino ad Sponſum non ad alium pertinet. Accedit ſingularem ipſum numerum *Dilecto meo*, & *Dentibus illius*, ſatis perſuadere ad vnum aliquem hæc non ad plures poſſe aptari, niſi violentiſſimè; nam cum de amicis loqueretur multitudinis numero vſus eſt, *Comedite amici, inebriamini cariſſimi*. At amici Dei multi ſunt, quibus illius eloquia ſuauia ſunt, quique dicere poſſint. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* Pſal. 118. 103. Reſtat vt omne id ad *Sponſum* ipſum, & conſequenter ad *Chriſtum* referendum ſit.

Maior difficultas eſt, ſi *Chriſti* eſſe verba velis, quomodo *Eccleſiæ* doctrinam, id eſt *Prædicationis vinum ſe dignum* eſſe, dicat, cum *prædicationis* ipſum opus reſpiciat vel in fideles conuertendos, vel fideles ad *Chriſtum* ex ſuis erroribus iam traductos, ſed facilis nodi ſolutio, nam eadem *Eccleſiæ* doctrina & potum hominibus, & *Chriſto* præbet; cuiuſque, & illorum palato ſuauis eſt, ſed ratione diuerſa. Audiunt quidem illi exterius ſonans verbum, ſed vi ſpiritus, quæ transfuſa in verba eſt, interius operante ſuauitatem verbi cordis palato percipiunt, ac virtutem qua ſe tranſmutari mirantur ſentiunt, & prædicant. Id illi fatebantur qui dicebant interrogante Chriſto, an alijs recedentibus, & ipſi etiam abire vellent: *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei.* Ioan. 6. 68. 69. Quod *Credidiſſe* ſe dicant, haud mirandum eſt, tot viſis ſignis, tot miraculis, tot operibus; quod *cognouiſſe* ſe dicant; id mirandum eſt. Id nos ad id, quod dixerat Petrus, *verba vitæ æternæ habes*, referendum putamus, loquentem audierant, & diuino ore tonantem, ſenſerant in abdito pectoris verborum vim, & tacito quodam guſtatu ſaporem diuinitatis verbis communicatum perceperant, cognouere cum vim aliunde eſſe non poſſe, quam ab eo, qui Deus ipſe, & Dei *Filius* eſſet, vt vini generoſitatem & guſtu, & affectu probamus: nec contineri Petrus potuit, quin id ructaret, quod biberat, & oleret muſtum, quod de vite *Chriſti* ſuxerat affluenter. Sic illi, qui cum loquentem audiſſent, ac interpretantem ſcripturas, quæ de ipſo erant, ſubito mutati in alios, dicebant: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas?* Luc. 24. 32. Hanc gratiam, quæ *Chriſti* propria eſt, tranſtulit ille in *Eccleſiam*, & quibuſcumque miniſterium animarum ipſe committit, eos doni huius fecit participes; niſi ipſi *generoſum vinum* permixta vanæ curioſitatis aqua; aut errorum, ac prauæ doctrinæ fæce, corrumpant. Syncerè annunciantibus verbum ſalutis ipſo aſſiſtit, ſuique ſpiritus vim orationi indens, efficaciam tribuit, ad alliciendos homines, & à priſtino errore mutandos. Sic ſcilicet hoc ab hominibus *Vinum* potatur.

Sed in illis *Chriſtus* etiam potat, non ſolum generali illa ratione, qua quidquid vtilitatis communicatur hominibus propter ſe, ſibi acceptum fert, qua ratione dicit; *Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Mat. 25. 40. Sed quia eadem ratione, qua dicitur & concipi, & creſcere, & nutriri, & adoleſcere in infidelibus; dicitur etiam & cibo, & potu refici, cum illi reficiuntur. Gignitur ergo *Chriſtus* cum per fidē caritate formatā vel impij, vel peccatores in Dei filios generātur; creſcit alimento ſumpto, cum illi verbo prædicationis, ac ſecretis arcaniſque moti impulſibus, per virtutum opera in bono proficiunt: Et quidquid eſt, quo illi ad myſticam maturitatem nutriuntur, alimentum *Chriſti* eſt, quo & *cibatur*, & *potatur*. Is ſenſus Pauli cum diceret: *Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis.* Gal. 4. 19. Abierant à prima fide, mortui *Deo*, & *Chriſto* in eis etiam mortuus erat. Iterum illos reuocare ad vitam cogitur, inditoque Dei ſpiritu regeneratione formare, formatos edere partu, & filijs Dei adiungere: format iterum in eis Chriſtum, ac quaſi regenerat mortuum, mox myſticis alimentis doctrinæ in robuſtam ætatem cum illis etiam perducendum. Alitur ergo *Chriſtus* cum paruulis lacte doctrinæ; cum grandioribus, robuſtiore cibo paſtus, adoleſcit; ac *vino*, vſque ad myſticam ebrietatem, *potatur*. Hæc illius gaudia ſunt, quæ vt iactet, *Eccleſia Sponſa guttur* commendat, & cum *Vino* comparat nobili, ſe ſcilicet, quem vnicè illa diligit, *Digniſſimo* potu. Hunc ſenſum magna ex parte habet Gregorius, cuius poſuimus verba. *Tale Sponſæ Vinum, vt dignum ſit Dilecto ad potandum; quia dum Sancta Eccleſia fidem veram prædicat, dum auditores ſuos ad ſancta opera excitat, dum ſolum Chriſtum diligere, imitari, amplecti, bonum eſſe verbis, & operibus*

Dilecti nomen locis alijs commune, hic proprium.
Pſal. 126. 2.
Prou. 31. 2.
Eccli. 45. 1.
Iſai. 5. 1.
Et 11. 4.
Ierem. 11. 15.

72. pro ſponſo accipere. *ἀδελφιδῷ μου*.

Pſal. 118. 103.

Cur cum doctrina ad alios feratur, etiam dicatur digna Chriſto ad potandū.

Doctrinæ vinū quomodo à fidelibus potatur.
Ioan. 6. 68.

Vini myſtici ſaporem interno guſtatu fideles percipiunt.

Doctrinæ potatu vino, ſtatim effectus ſentitur in animo.
Luc. 24. 32.

Sermonis ſui gratiam communicauit Chriſtus Eccleſiæ.

Matth. 25. 40.

Chriſtus in ſuis concipitur, nutritur, augetur bibit, comedit.

Gal. 4. 19.

Doctrinæ vi myſtica generatio, & nutritio fit.

Gregorius.

ribus

Quod pulchrè explicat Gregorius.

tibus demonſtrat; quid aliud, quam Vinum ſuum facit Dignum, vt in ore Sponſi dulce ſapiat? Quod bene Chriſtus potare dicitur, quia à corpore ſuo, ideſt, à populis fidelibus amabiliter potatur.

V.

Dignum autem quod dicitur, facile intelligas.
Cui nullus peregrinus ſapor naturam mutarit.
Vt minus auide bibatur, aut ſuauiter retineatur.
Ea autem vini generoſi natura eſt.
Nec alia conditio doctrina Eccleſiæ.
Immo is illius eſt character.
Vt ſuauitate facilitatem præſtet.

Monuimus autem Dram. Comment. cum *Dignum ad potandum Vinum* dicitur, intelligi *aptum, accommodatum, facile ad traijciendum*: ſcilicet cui nulla acerbitas, nulla ſit amaritudo, qua, dum *potatur*, ingratum potati ſit. Id & originalia volunt, in quibus ad verbum: *Vadens Dilecto meo ad rectitudines*, ideſt, *via recta, & expedita;* nam quod guſtatui aptum, atque iucundum, facile traijcitur, nec vlla remorante aſperitate, aut acrore, ab ore in ſtomachum tranſit; eſt quod alio loco tranſtulit noſter; *ingreditur blande*, hic autem maluit, *Dignum Dilecto meo ad potandum*, fortaſſis quia vtrumque ſignificatum in fonte arbitratus eſt, & *Vinum* facile traijciendum, & Dignũ quod *Sponſo bibendum* offerretur, quæ vtraque generoſi vini periphraſis eſt: nam Regibus quod propinatur, optimum ſemper eſt, aut eſſe creditur. Arcano autem ſignificatu, intelligetur *doctrina, ſermoniſque Eccleſiæ*, qui propius eſt character, vt ſcilicet ſuauitate ſua facilitatem præſtet, & audientes alliciat: quod facile intelliget, qui meminerit, quam breui tempore Gentilitas tota traducta ad *Chriſtum* fuerit, cum & ſapientem ſecundum ſæculum faſtus, & principnm regumque ſuperbia tandem Chriſti iugo collum ſubdere, vi Chriſtianæ prædicationis coacta ſit.

Dignum ad potandum, aptum, ſuaue, facilè.

Vini generoſi notæ.

Doctrinæ Eccleſiæ proprius character facilitas, & ſuauitas.

NOTATIO XXXVI.

LABIISQ. ET DENTIBVS ILLIVS AD RVMINANDVM.

I.

Pertinet hoc ad doctrinæ Eccleſiæ vtilitatem.
Et auditiuum diſpoſitionem.
Vt ſemen verbi fructificet.
Nã bonitatis vini indicium eſt.
Si ſenſim potetur, non raptim.
Licet quidam Doctoribus tribuant.
Quorum eſt cibũ doctrinæ comminuere.
Sed de eo dum dixerat.
Hic aliud quiddã dicit.
Nam qui bibunt alij ſunt à propinantibus.

DE *Lectionum diueſitate, & originum vi alio loco* dictum eſt, cum ſenſum corticis traderemus: hic totum id applicandum ad arcanam ſententiam, iuxta noſtræ interpretationis filum. Id autem pertinere arbitramur & ad commendandam doctrinæ *Eccleſiæ* vtilitatem, iucunditatem, ſuauitatem, & omnino perfectionem; & ad eam diſpoſitionem, quæ neceſſaria in audientibus eſt, vt ſuſceptum aure verbi ſemen fructificet, & felicibus incrementis augeatur in meſſibus, donec horreis Domini inferatur. Solemus enim hauſtum generoſi vini non raptim traijcere, ſed ſenſim, & per otium reguſtare, id indicium bonitatis, cum is qui potat otioſè potat, minuenſque modicis hauſtibus calicem, illius iucunditate toto ore, palato, ac labijs frui, ne quid de ſapore ſapidiſſime pereat, gaudet. De primo illo ſatis ſupra dictum eſt; hic de altero dicendum. Quidam id interpretantur de *Doctoribus Verbique Miniſtris*, quorum eſt, doctrinæ cibum comminuere, immo ruminando quodammodo apud ſe digerere, priuſquam alijs proponant. Senſus hic Caſſiodori eſt. Doctrina vera, ſed quæ huic loco aptari difficile poteſt. Nam certe cum *Doctrinam* laudat *Eccleſiæ* in *Gutture*, *Vino* nobili ſimili, de Doctoribus, ac Prædicatoribus, quorum illa miniſterio filios paſcit, etiam loquitur; hi ergo *Gutturis* & *Vini* nomine deſignantur. Qui myſticum *Vinum* bibunt, omnino alios eſſe oportet; nec alios, quam audientes. Hi ergo *Vinum doctrinæ* bibunt, hi *Ruminare* debent, nec raptim ab ore in ſtomacum traijcere ſed per otium ſemel, & iterum reguſtare, quemadmodum oues faciunt, ſæpè è ventriculo euocato in os cibo, ſæpè remiſſo.

Eorum diſpoſitio, qui verbum Dei vtiliter audituri.

Miniſtrorum verbi eſt doctrinæ cibum comminuere, ac velut ruminatione digerere.
Caſſiodorus.

Doctorum eſt propinare doctrinæ vinum, auditorum bibere, & ruminare.

II.

Hæc ergo de ijs interpretemur.
Requiritur ergo otium, vt ſemen progerminet verbi Dei.
Hanc patientiam Chriſtus appellat.
Nam non ſatis bonitas ſeminis eſt, & gleba.
Niſi illi commiſſũ per otium foueatur.
Scimus alios interpretari, de patientia.
Qua medijs algoribus terra ſemen tamen commiſſũ retinet.

Hæc ergo ad diſpoſitionem, vt diximus, eorum pertinent qui verbum Dei audiunt, ne quod valentiſſimum ſemen, ac miræ virtutis eſt ad germinandum, praua glebæ diſpoſitione ſterileſcat. Nam, poſtquam ruſticus aratro ſubactæ telluri ſemen commiſerit, & operuerit humo, imperat quietem ſcilicèt, terramque ſinit circumplecti granum, ac per otium confouere; ne ſi ab eo otio aratro, vel raſtro reuocetur, quod cæperat radius agere ſemen, impedium ab opere naturæ, pereat, aut auibus eſca ſit. Hic ſenſus Chriſti eſt, ſi rite expendas, cum de ſemine fructifero ageret: *Hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia*. Luc. 8. 15. In altero glebæ bonitatem requirens, ſine qua vel ſterile ſemen omne eſt, vel parum vtile; tametſi natura fœcundum: in altero otium, & quietem, qua commiſſum ſemen, velut tenellus infans gremio blandæ nutricis exceptus, foueatur, & ad germinandum illius ſopita virtus excitetur. *Patientiam*, ergo loco hoc non virtutem qua aduerſa patienter toleramus, accipiemus, (quanquam ſcio qui ita velit, ex analogia ad rem ruſticam: nam & terra ſuſcepto ſemine & algoribus, & ventis, & imbribus vexata, ſemen retinet, ac per dura & aſpera fructum expectat) ſed durationem, otium, quietemque, vt ſuſceptum ſemen foueatur, exciteturque, ac iuuetur vi fructificet. Id autem & ex vi *retinendi* verbi ſatis oſtenditur, quod poſitum pro *fouere, complectique*,

Otium neceſſarium, vt ſemen terræ commiſſũ germinet.

Luc. 8. 15.

Fructum afferre in patiẽtia, quid ſit.

Retinere verbũ ad rem ruſticam ſpectant.

Digitized by Google

flectiſque, quod neceſſarium omnino, ne frigeat, hebeteturque natiua virtus nutricis gremio minimè fota. Nam & commiſſum ſemmen telluri lapidibus impeditæ non alia cauſa euanuit, quam quia foueri non potuit, nec patienter, id eſt quietè, & otioſè retineri. Quam autem hic Chriſtus *patientiam* appellauit, Iacobus, Chriſti doctrina imbutus, *manſuetudinem* dixit. *Propter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitia, in manſuetudine ſuſcipite inſitum Verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Iacob. 1. 21. Inſeritur nobile ac Diuinum germen verbi humani cordis ſtipiti, per aures immiſſum; & ſe quidem findi ac conuulnerari ad inſitionem ſentit, haud aliter excepturus naturæ nobilioris originem eamque vim qua ex oleaſtro mutandus eſt in bonam oliuam. Sed nec ſatis ſuſcepiſſe Verbum eſt, niſi in *manſuetudine* etiam ſuſceperit, ac quiete, & per otium nullo turbante, aut inquietante, opus naturæ, ſeu potius gratiæ, otioſè promoueat. Tunc tacitis profectibus con fota virtus operatur, donec perfectæ coaluerit ſtipiti germen, vt è duobus vnum fiat: & communicata virtute in nouam prolem ſuccreſcat, ſuo tempore & flores & fructus relaturum. Huc Dionyſium facile aduces Epiſt. ad Demoph. cuius ea monita ſunt: *Chriſti beneficos radios in mentis tranquillitate accipientes, ab eis ad diuina benignitatisque plena eius opera illuſtrati deducamur.* Sumpta autem tota hæc de diſciplina ruſtica res eſt. Nam & ruſticus non contentus inſitum germen muniuiſſe, & cæſpite ab imbre frigoribuſque protexiſſe, ac mollibus ciminum faſcibus contra aduerſos caſus protexiſſe, lingua bubula inſuper obtegi iubet, eamque illigari opertam ſtramentis, ne quid ſit, quod naturæ tacitè agentis opus aut interrumpat, aut impediat. Tunc ea ſibi relicta conquieſcit, vt poſt reſpirationem, quaſi Athleta laſſus certamine, recolligat vires, atque ita de integro, aperiente ſe vere, velut emiſſa carceribus ſtadioſe committat. Vere enim intepeſcente, tanquam expergefacta è profundo ſomno, & oculos gemmarum aperit, & clauſa ora patefacit: quibus autem grauida eſt, parit omnia, pampinos, palmites, clauiculas, racemos, fructum denique maturum, quo dominum beet. Id ergo loco hoc in quo verſamur, ſed ſub metaphora alia ſignificari exiſtimamus. *Vinum doctrinæ* ab *Eccleſia* per Apoſtolos propinatum, ita excipiendum eſſe, vt non feſtinanter, ac tranſuerſim, ac, velut ab aliud agentibus, excipiatur: ſed per otium, ac quietem: ac velut cibus, qui non antè in ſtomachum ab ore traijcitur, quam multo dentium labore comminutus, & linguæ, ac labiorum miniſterio in ore digeſtus. Immo iterum, & ſæpè meditatione, velut *ruminandi* quodam labore, retractatus, alioqui nullius, vel exiguæ futurus vtilitatis. S D. E. *Qui autem ſecus viam, hi ſunt, qui audiunt; Deindè venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant.* Luc. 8. 12.

III.

Et hactenus quidem locum tractauimus ſecundum vulgatam noſtri interpretis lectionem; hic Hebræa premenda ſententia eſt, quæ diuerſa aliquantum à verſione noſtra eſt. *Faciens loqui labia dormientium.* Quod tantundem eſt, ac ſi dicas: *Potens dormientes, ac multo ſopore preſſos ad euigilandum cogere, & linguas eorum, qui hactenus muti, atque elingues, in voces ſoluere.* Quod ſi *dormientes* mortuos intelligas, quemadmodum haud raro loqui ſcriptura ſolet, in qua ſomnus, ſeu dormitio pro morte ponitur; ſenſus erit; tam generoſum vinum eſſe, tam plenum ſpiritibus, tam validum viribus, vt vel mortuos excitare ad vitam poſſit. Qua loquendi forma ſæpè nos vulgari ſermone vti ſolemus. Vtroque autem mira Diuini verbi vis ſignificatur, atque ea doctrinæ Euangelicæ efficacitas, qua hominum animi, & à torpore, ac veterno veteris conſuetudinis excitantur: & ad Dei laudes compelluntur: & mortui Deo per infidelitatem, aut impietatem, ſuſcitantur ad vitam, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Vtrumque Paulus coniungit Epheſ. 5. 14. *Propter quod dicit; Surge qui dormis & exſurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Somnum morti coniungit, & quos dormientes dicit, etiam mortuos profitetur: habet enim ſtatus peccatoris magnam cùm ſomno, maiorem cum morte ſimilitudinem; & ſi rite expendas, nihil differre mortuos, ac peccatores fateberis, niſi quod alij corporis alij animi vita carent, ſine vllo motu, ſine vllo ſenſu. Excitantur ergo per vocem *Eccleſiæ*, & recepto ſpiritu nouo, incipiunt viuere; mox agere quemadmodum viui ſolent, reddito membris officio, ac facultatibus in ſua opera expeditis. Id hoc loco vno *loquendi* vocabulo ſignificatur, vna ſpecie pro toto poſita genere. Atque, vt, qui *Vino* pleni, ebrij ſæpè loquuntur: nec meditata, ſed quæcumque ebriæ menti vini vi excitata phantaſia ſuggerit. Sic hoc myſtico ebrij *vino* ea ſolum loquuntur, quæ vis illa ſpiritus interius operantis ſuggerit. *Non enim*, inquit, *vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Matth. 10, 20.

Sed certius de mora & otio accipimus. & quiete.
Nam quæ à Chriſto patientia, dicitur.
Manſuetudo a Iacobo dicta eſt.
Sicut quia inſertū germen verbi cordi non vnitur.
Non enim ſatis ſuſcepiſſe eſt.
Niſi quiete & otioſe retineat.
Sic fota virtus tacite operatur.
Et in nouam ſobolem adoleſcit.
Hunc ſenſum Dionyſius habet.
Tractum id autē e ruſtica diſciplina.
Quam & Plinius tradidit.
Et Philo pulchra ſimilitudine explicauit.
Id loco hoc ſub metaphora alia dici putamus.
Vini, quod non feſtinanter bibendū. Sed ſenſim, & velut ſemel iterumq. guſtandum.
Et quodam meditationis otio ruminandum.

Sed Origines etiā expendende.
Qua aliter ſonāt: loqui faciens labia dormientium.
Si autem dormientes mortuos interpretare, quod potes.
Vim diuini verbi maximè commendabis.
Torpētis & ſopitos, & mortuos per infidelitatem excitare ad æternam vitam.
Vtrumque Paulus coniungit.
Nam habet ſtatus peccati cum ſomno & morte ſimilitudinem:
Excitati autem per verbum, vitæ incumbunt operibus.
Id interpretamur loqui.
Ea ſcilicet quæ verbi vis potata ſuggerit.

Iacob. 1. 21. Manſuetudo quid apud Iacobum.
Inſitionis Verbi Dei in animam modus.
Dioniſ. Epiſt. ad Demoph.
Plin. lib. 19. cap. 14 Inſitionis ruſticæ ratio ex Plinio.
Philo lib de immut. Dei.
Vinum Doctrinæ non feſtinanter traijciendum.
Luc. 8. 12.
Originum lectio expenditur.
Dormientes pro mortuis.
Verbi Dei mira vis quo poſſint mortui per peccatum excitari ad vitam.
Eph. 5. 14.
Peccator ſimul ſopore preſſus, & mortuus.
Loquendi vocabulum pro omni vitæ munere.

Digitized by Google

VERSVS X.

EGO DILECTO MEO ET AD ME CONVERSIO EIVS.

COMMENTARIVS.

VErba hæc *Eccleſiæ eſſe omnes conſentiunt. Illius ergo* hic fidem habes in Deum, & caritatis flammas omnino perfectæ, vt videatur in ſtatu eſſe quodammodo, nec eſſe iam quo altius tollat ſe: modeſtiæ ergo, & gratitudinis indices voces promit, quibus quidquid in ſe prædicatione ſit dignum, non ſuum, ſed illius totum eſſe, & agnoſcit, & confitetur. Totam ergo ſe illius profitetur eſſe, & beneficio habere illius, quidquid in ſe eximium ſit. Inde omnia obueniſſe ſibi, quod ſe dilexerit *Chriſtus*, & ad ſe oculos obuerſos habeat,nec alio vnquam deflectat. Intellige etiã ſummam inter vtrumqne affectuum ſimilitudinem, atque omnimodam morum conformitatem, quo ſcilicet omnis in *Eccleſiam Chriſti* amor, omnis *Eccleſiæ* in *Chriſtum* collimat. Sed & illud non ſilendum quod maximè in hunc locum quadrat, cum tertio hæc ſententia repetita ſit, loco hoc diuerſis efferri verbis, quod non ſine cauſa factum eſſe putamus. Nam *Conuerſio* qua dicitur *Sponſus* ad *Sponſum Conuerti*, eam indicat,qua quis alteri in obſequium mancipatus, attentiſſimis oculis in eum reſpicit, ad ſimplicem illius nutum imperium exequuturus. Pertinet autem id ad hunc tertium ſeu Animæ, ſeu *Eccleſiæ* ſtatum, cui ita *Chriſtus* agglutinatus ardentiſſima caritate eſt, vt, quodammodo illi ſubditus, ad nutum paratus ſit, ad obeundum quidquid illi placitum ſit. Summa enim voluntatum ſimilitudo, immo & vnitas indicatur, qua & myſtica *Sponſa Sponſo* conformis eſt, & illi etiam *Sponſus*. Eo enim hæc pertinere, modus ipſe loquendi ſatis probat. Sed Eccleſiæ voces audi.

ENARRATIO.

TAntis tuis in me iactatis encomijs quid ipſa rependam, quod tanto amori ſit par? Reddo tibi tua dona, vt tantundem reddam quantum dediſti. Tuo ergo tibi are ſoluam, quod debeo, & crediti modum æquabo. Quin etſi me ipſam totam dedero, nihil erit, quod dabo, quando tota tua ſum; qui me ipſam ſcilicet dediſti mihi, vt haberem ipſa, quod rederem En & debita confitentem, & reddentem quidquid accepi: niſi quod tua in me beneficentia, ac caritate factum eſt, vt ea ipſa, quæ reddo, retineam, dupliceque beneficio me obſtrictam fatear; & quod dederis, quod poſſem reddere; & quod iterum in me contuleris, quod acceperas, ſcilicet tua ſemper victoria in hac pugna erit, & mea tua, quod vota mea donis exſuperes; mea, quod me imparem fatear fauoribus tuis. Et tamen ſine miſſione pugnandum vtrique. Eſt & aliud, quo ſola gloriari poſſim: nam haud contentus tanta in me gratiæ dona accumulaſſe, te ipſum auctarium dediſti; &, quaſi nihil ſit aliud tua dignum caritate, totam in me conieciſti, vt non alia velis quodammodo lege viuere quam ea quam ipſa fixerim tibi. Oculis ergo ſemper in me defixis, velut imperium ea ſpectes, nutus obſeruas. Facit hoc morum ipſa ſimilitudo, & voluntatum paritas: ficta enim ipſa ad genium tuum, voluntatem exui meam, vt tua implerer. non ergo aliud velle poſſum, quam quod placitum tibi. Sic

ergo

Digitized by Google

ergo ſolus regnas, ſolus leges præfigis, cum ne ipſa quidem poſſim, aut velim quærere aliud, aut agere, quam quod tua in me voluntas, & lex primum ſtatuerit.

NOTATIO XXXVII.

EGO DILECTO MEO ET AD ME CONVERSIO EIVS

SVM. COM.

I.

Tertia hæc ſententia repetita.
Quod ſine cauſa factum non eſt.
Tametſi pauci id obſeruauere.
Ambroſius ad diuerſos ſtatus retulit.
Inſtructioni profectum, perfectionem.
Eius verba ſed obſcuriora.
Ergo hæc ad ſtatū perfectum referēda.
Quod nos arbitramur.

TErtius *Hic locus eſt, quo hæc ſententia eadem repetita eſt*, tametſi aliquantulum diuerſis verbis. Ideo id non ſine myſterio factum eſſe, Dramatico monuimus Commentario Cap. 7. Not. 31. eius rei duas cauſas aſſignauimus alteram à decoro perſonarum, alteram à myſterio. Poſtremam hanc indicauimus loco eodem; eius autem plenam tractationem reiecimus in hunc, in quo verſamur. Et vero fuere pauci; qui vel id animaduerterent, vel qui diſcriminis rationem aſſignarent. Ambroſius tametſi tropologiam, vt plerumque ſolet, ſequutus, diuerſos animæ ſtatus repetitionis cauſam arbitratus eſt, lib. de Iſaac & anima, tametſi & id ad hunc locum ſecundum noſtræ interpretationis filum aptari poteſt. Primum pertinere ad animæ inſtructionem, ſecundum ad profectum, tertium ad perfectionem. *In primo*, inquit, *quaſi in inſtitutione adhuc vmbras videt anima, nec dum verbi appropinquantis reuelatione commotas, & ideo adhuc ei dies Euangelij non refulgebat. In ſecundo ſine vmbrarum confuſione odores pios carpit. In tertio iam perfecta requiem in ſe verbo miniſtrat, vt conuertatur ſuper eam & caput ſuum reclinet, atque requieſcat; meſſioque iam tenens, quem ante inuenire non poterat, ad agrum ſuum inuitat.* Pertinere hæc ergo ad ſupremum ſtatum *Sponſæ*, & Ambroſij authoritate conſtat, & ex verborum ipſa ratione colligimus. Hæc de interpretandi tota ratione: nunc ſingula perſequenda ſunt.

Duæ cauſæ repetitionis. perſonarum decorum & myſterium.

Diuerſi ſponſæ ſtatus.

Ambr. lib. de Iſa. & anima 100.8.

Hic ſtatus ſponſæ perfectus.

II.

Tranſitura ad Gentilitatem Eccleſia, audierat laudes ſuas.
Non modo Angelorum ore, ſed Chriſti.
Quibus accenſa flatibus caritas.
Lucidior e flamma ſe b cdit.
Ergo ſui tenuitatis conſcia
Id totum refert in Chriſtum.
A quo ſe accepiſſe non ignorabat.

Audierat laudes ſuas *Eccleſia* concinentibus primum Angelis, eaſque in ſe prædicari ſeu dotes ſeu virtutes, quibus ſtipata ipſa, velut inuictis turmis, bellum Gentilitati illatura proceſſerat. Audierat & *Sponſi*, ideſt, *Chriſti* voces, non ſolum quidquid ab Angelis fuerat dictum, probantis, ſed encomia illorum nobili corollario complentis; quo ſatis admonebatur eo ſtatu res eſſe ſuas, vt ſummè gratæ Chriſto eſſent. Ergo tanto Sponſi officio excitata modeſtia eſt, atq; in arcto poſita illuſtriore flamma ſplenduit caritas, quam æque repulſæ, ac fauores accendunt: illæ velut flatibus compugnantibus, emicare cogentibus ignem; hi velut addito nouo pabulo iuuantes incendium. Soluit ergo ora in vtriuſq; affectus indices voces, & quidquid interius grande latet, exterius manifeſtat. Ergo in ſe collecta, memorque ſuæ tenuitatis, quidque ſine *Sponſo* fuerit olim, quid nunc cum illo ſit, id totum ingenuè confitetur; ſeque, ſi quid eximium ſit, quod oculis illius placeat, totum ab illo habere. Se ergo totam in illius poteſtate eſſe, & velut flumina hauſtam per ſecretos meatus de oceano aquam patentibus alueis, conſpicuiſque itineribus, aucto fœnore, illi reſtituunt; Sic ſe quidquid arcanis beneficientiæ donis acceperit, palam oſtendere, & quantum in ſe ſit, multiplicatum reſtituere. Id eſſe exiſtimamus: *Ego Dilecto meo.*

Nexus horum cum præcedentibus.

Fauoribus Chriſti incitata Eccleſia, ſe illi magis caritate coniungit.

III.

Eſt & aliud magis arcanum.
Se plenam ſciebat illo ſpiritu fœcundo ad gignendam prolem myſticam.
Hinc arctiore ratione Chriſto coniuncta
Sortem ſuam iactat, & quidem merito
Nam ſicut coniuncta carne mariti, vna ſunt caro
Sic ea coniuncta Chriſto vnus facta ſpiritus eſt.
Id Sacramentum Paulus agnouit.
Et in eo ſobolis myſticæ procreationem.
Qui finis coniunctionis myſticæ eſt.

Id ſatis eſſe poterat ad huius loci enodationem: Sed aliud quiddam magis arcanum latere exiſtimamus, magiſque huic *Eccleſiæ* ſtatui, qui deſcribitur conueniens. Proximis verbis ab illis: *Dixi: Aſcendam in Palmam*, monuimus myſticam maritalem coniunctionem, qua fœcundata eſt *Sponſa*, & ad infinitam prolem gignendam diſpoſita, contineri; eam autem non aliter indicam fœcunditatem, quam communicata ea ſpiritus gratia affluentiſſima, qua ad tantam rem perficiendam ex ipſa *Eccleſia* indigere ſciebat ſe. Itaque tanto indicio *Chriſti* in ſe amoris admonita, arctiſſimeque Deo coniuncta, ſortem prædicat ſuam, quoque in ſtatu ſuæ ipſius res verſentur exprimit verbis. Et quidem in humano coniugio propter coniunctionem maritalem, corporumque mutuum complexum, è duobus, vnum fieri & docuit olim Moſes, & poſtea Paulus confirmauit, immo & Chriſtus. *Erunt, inquit, duo in carne vna.* In hoc autem ſpiritali, ac myſtico *Chriſti* cum *Eccleſia* connubio animorum ipſa conſociatione, myſticoque, ac ſpiritali complexu hæc Sponſorum vnitas conſtat: nec iam dicitur, *erunt duo in carne vna*, ſed in vno ſpiritu vnum erunt. Id eſt quod Paulus ſignificauit cum diceret arcanum latentemque ſenſum eorum verborum indicans: *Sacramentum hoc magnum eſt, Ego autem dico, in Chriſto & in Eccleſia.* Ac quemadmodum carnale connubium finem habet carnalem procreationem liberorum, nec aliud quæritur maritali coniunctione: Sic connubij huius *Chriſti* cum *Eccleſia* non alius finis eſt, quam myſticæ ſobolis multiplicatio, nec myſticæ maritalis coniunctionis

Fœcundo ſpiritu plena Eccleſia, arctiore vinculo Chriſto iungitur.

Gen. 2. 28.
Matth. 19. 5.
Mar. 10. 7.
Eph. 5. 31.

Eccleſia, & Chriſti ſpiritale connubium finem habet procreationem prolis.

alius

Vnde, & mira inter Chriſtum, & Eccleſiã vnitas. Id nunc Eccleſia profitetur. Ideoque nihil in ſe eſſe, quod Chriſti non ſit. Apoſtolorum hæc eſt cum Chriſto ſimilitudo. Qua eoſdem cum illo affectus induunt. Gignũt filios ſpiritales. Nec alius Pauli loco alio ſenſus. Cum in ſe viuere dicit Chriſtum. Non modo per excuſſum legis iugũ. Sed quia initiatus in Apoſtolum. Solicitudinem induiſſet ſalutis omnium. Hunc fuiſſe fructum crucis. Nec abijciendam ſibi gratiam. Aut euacuandũ Spiritum Apoſtolicum. Hic ergo idem ſenſus Eccleſiæ eſt.

alius fructus eſt. Impleri enim oportebat Abrahæ illas promiſſiones de futura infinita prole, quæ numerari non poſſet. Ea autem coniunctione factum eſt, vt arctiſſimè *Chriſtus Eccleſiæ*, & illa *Chriſto* agglutinaretur, ſiue cohæreret, vt è duobus vnũ fieret. Id ergo eſt quod *Eccleſia* his verbis indicat, cum ſe totam *Dilecti* ſui eſſe ſignificat. Extremas ſe contigiſſe connubialis huius nexus metas, nec eſſe amplius quod deſideret. Nihil iam ſe eſſe quod non ſit Chriſti, immo totam mutatam in illum: eſſe deſijſſe quod erat, eſſe cœpiſſe quod *Chriſtus*. Intelligo autem eam Apoſtolorum, ac virorum ſimilium, ſuſcepto hoc fœcundo *Chriſti* ſpiritu, cum eo ſimilitudinem, aut potius vnitatem, qua toti in illum transformati illius affectus imbibunt, ac caritatis exceſſum, qua multos illi filios generare conantur: nihil aliud cogitantes, nihil agentes, quam ſi modis omnibus familiam augeant Chriſti detrimentum omne lucrum putantes, dummodo miniſterium ſibi commiſſum impleant. Nec alius ſenſus Pauli poſt longam diſputationem de ſuo Apoſtolatu, legiſque & Euangelij diſcrimine, huiuſque libertate per *Chriſtum* inducta, ex authorata vi legis, dicentis. *Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam. Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem iam non ego viuit vero in me Chriſtus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non abijcio grattiam* Dei. Galat. 2. 19. 20. Non enim ſolum id vult ſe iugo legis excuſſo libertatem, quæ in *Chriſto* eſt, aſſequutum non amplius legi viuere, ſed *Chriſto*: id enim commune omnibus credentibus in *Chriſtum* eſt: ſed vt miniſtrum *Chriſti*, & Euangelij doctorem, diuerſiſſimos, quam quos ſub lege haberet, induiſſe ſpiritus, & totum imbibiſſe *Chriſtum*, vt iam non viueret ipſe, qui hactenus vixerat, ſed *Chriſtum* in ſe viuere experiretur. Vnde illa eſſet ſollicitudo, ne quid per imprudentiam peccaretur, quo Euangelij gloria minueretur, aut eneruatur vis, aut curſus impediretur. Eum fuiſſe fructum crucis *Chriſti*, cum quo mortuus etiam ipſe eſſet, myſticè legi, ſolumque illi viueret, qui pro ipſo mortuus eſſet. Ideo non abijciendam illius gratiam, nec ſpiritum Apoſtolicum euacuandum, aut otioſè habendum: hanc enim intelligit *Chriſti* gratiam: ideoque & ſolerter, & ſollicite vigilandum ne quid impedimenti obijceretur Euangelio, quo de ſemine multi filij generandi *Chriſto* eſſent. Atque in hunc ſenſum dixiſſe putamus Eccleſiam: *Ego Dilecto meo. Ex quo mihi ille per ſpiritum hunc fœcundum coniunctus eſt, mea ipſa non ſum, ſed tota illius: immo cum viuere mihi deſierim, iam non alij, quam Chriſto viuo, vt multos illi pariam liberos, qui ſimilitudinem Patrem referant.*

Poſt fœcundam hanc coniunctionem Eccleſiæ cũ Chriſto nihil eſt ãplius, quod deſideret.

Apoſtoli Chriſti ſpiritu hauſto ei ſimillimi.

Gal. 2. 19. 20.

Viuere in ſe Chriſtum quo ſẽſu dixerit Paulus.

Non ſe abijcere gratiam Dei, quo ſenſu affirmarit Paulus.

NOTATIO XXXIIX.

ET AD ME CONVERSIO EIVS.

I.

Locus difficilis: Philonis ſententia minus apta. Nõdum enim Eccleſia de præmio cogitat. Nec Honorij ſenſus aptior. Qui loci huius ſenſus non implet. Et alioqui diu eſt cum dicere Eccleſia potuit ſe per fidem in Deum cõuerſam. Ea enim coniunctio magis alterius ſtatus, quam huius eſt. Angelomus accõmodatius. Tametſi, & eius ſenſus communis omni ſtatui eſt. Theodoretus verè, ſed ſemper Eccleſiæ peregrinum cultũ abiecit.

Locus *ſua difficultate non carens. Veterum plerique* facile expediuere ſeſe. Mutuum inter *Chriſtum*, & *Eccleſiam* hic officium quidam agnoſcunt. Ego, inquit Philo, *Seruiam nunc filio Dei, & ipſe affatim me remunerabitur, cum in ſecundo illo aduentu cœlitus deſcenderit, iudex ſeſſurus omnium, atque diſcuſſor*. Sed obeſt, quod nondum *Eccleſia* de retributione cogitat: tantum id agit, vt ſuam, & *Chriſti* per caritatem intimam coniunctionem ob oculos ponat; quidque *Chriſto* debeat ipſa enuntiet. Honorius haud aptius ad ſeriem, quamquam ad doctrinam verè, verba eſſe *Eccleſiæ* ex Gentibus, quibus ſe fateatur olim auerſam à Chriſto, nunc per fidem conuerſam ad eundem: eum ſibi olim iratum, iam propitium, ac beneuolum. Sed parum id eſt ad arcanum ſenſum, qui loco hoc magnus eſt, vt monuimus. Nam diu quidem id beneficium in eam collatum; nec vlla cauſa videbatur, hoc loco, & ſtatu, de ea ab impietate, in Deum conuerſione ſua, aut Dei ab indignatione, loquendi: cum eo iam ſtatu eſſe ſit certum, quo arctiſſimè cum Sponſo caritatis nexu coniuncta, vix ſtrictius coniungi poſſet. Magis enim ea per gratiam coniunctio pertinet ad primum ſtatum, quam ad tertium, qui ſummus eſt. Angelomus aliquanto magis ad rem, tametſi, vt putamus, rem acu non tetigit. *Ego totam illi ſeruitutis meæ curam impendo, ille me ſolum diligit & adiuuat, ne deficiam in via*. Potuit id ſemper, & ſub omni ſtatu *Eccleſia* dicere; ſemper enim, ſecundum cuiuſque ætatis gradum, & ipſa ſeruitutis curam *Sponſo* impendit; & ille, ſubmiſſis frequenter ſubſidijs, eam & fouit, & vires addidit, ne deficeret. Hic aliquid maius eã velle, & ſtatus, in quo verſatur, & verborum ipſa forma perſuadet. Theodoretus etiam verè, ſed generatim interpretatur: *Conſecraui me illi, & omnem alienam conſuetudinem contempſi, vt illi me totam contraderem: ipſe quoque me cæteris omnibus antetulit: & ad me conuertit ſe. Cum enim prius vbi caput reclinaret non haberet, iam reperit*

Philo Carpath. Cõiunctio Chriſti, & Eccleſiæ per caritatem.

Honor. Auguſtod. Eccleſia ex Gentibus per fidem ad Deum conuerſa.

Eccleſiæ per fidem cum Deo coniunctio non huius ſtatus eſt. *Angelomus.*

Eccleſiæ in Chriſtum ſeruitutis cura.

Theodoretus. Eccleſia ſemper peregrinos cultus accuſat.

Semper in eam cap. ſuum Chriſtus reclinauit.

vbi illud reclinet, totum id verum eſt, ſed ſub omni ſtatu dicere id *Eccleſia* potuit, quæ ſemper, & peregrinas profanitates falſarum religionum abiecit, vt vni adhæſit Sponſo: ſemper in eam Chriſtus incubuit, vt quieſceret. Videtur autem hoc loco aliud quiddam illa velle, cum dicit. *Ad me conuerſio eius.*

II.

Recentiores eundem vtriuſq. partis ſenſum dicunt. Id ſingulare nec probandum. Ponunt. Ad me, eſſe in origin. ſuper me. Super me autem: In me. Poſſe reddi pro, conuerſione, beneplacitum. Siue obedientiam. Super me obedientia eius. Meum eſt obſequi, & illius voluntati conformare me. Sed id parum ſolidum putamus.

Quidam de recentioribus, vnum, eundemque vtriuſque ſententiæ ſenſum eſſe, exiſtimant; nec aliud velle, cum dicit: *Et ad me conuerſio eius*, quam cum dixiſſet: *Ego dilecto meo.* Sententia ſingularis, nec puto facile ſectatores inuentura, tametſi illi ſubtili ratione probabilitatem illi conferre conantur. Sed quæ nimia ſubtilitate nituntur; raro ſtabilitate commendant ſeſe. Sed videamus præſidia. *Ad me*, quod hic legimus, in originibus eſſe, *ſuper me*: *ſuper me* autem idem quod *in me*; ſicut in Dominica oratione. *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo* καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, *& ſuper terram.* Præterea, pro, *conuerſio*, Hebraice eſſe Theſukah, quod a radice Suk, vt alio loco notatũ a nobis eſt, ſignificat *appetere*, ſeu *concupiſcere*: reddere ergo poſſumus *Appetitum*, ſeu *concupiſcentiam*, aut *beneplacitum*: Ita ſenſum fore: *fiat in me illius beneplacitum, quemadmodum*, oramus docente Chriſto, *fiat voluntas tua*. Nihil aliud in votis eſt, niſi vt in me illius voluntas ac beneplacitum impleatur, ſic ferme, ne ſoli videantur ea via incedere, intellexiſſe R. Abraham Aber Ezra: *Ego dilecto meo, & ſuper me obedientia eius*. Nec arduum eſſe Vulgatam lectionem huic ſenſui accommodare. *Ad me conuerſio eius*. *Ad me* ſpectat, meæ partes ſunt, vt illius beneplacito totam me deſtinem, ac deuoueam. Hæc ſententia, tametſi ſubtiliter tradita, vel vna ea ratione conuellitur, quod cum duobus alijs locis ea verba ſint poſita Cap. 2. 17. *Dilectus meus mihi & ego illi*. & Cap. 6. 2. *Ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi*, ſenſum hunc admittere minime poſſunt, cum tamen ſtatim appareat, tribus locis ſententiam eſſe poſitam vel eandem, vel non admodum diſſimilem: in eo ſaltem quod in omnibus *ſponſæ* erga *ſponſum*, & huius erga illam officium, & omnino mutua caritas deſignatur. Quod autem loco hoc mutata poſteriora Verba ſint, alia cauſa eſt, vt paulo poſt dicemus: neque id ſententiam mutat, ſed ſenſum auget. Quod autem in contrarium diſputatur, leue eſt, nam ſiue legas: *in me*, ſiuè, *ſuper me deſiderium concupiſcentia, beneplacitum*, aut *voluntas eſt*, tantundem erit: nec ſignificabit ad eam ſpectare, vt ex illius nutu ac voluntate pendeat, id enim iam dixerat prioribus verbis; ſed è contrario *Sponſi voluntatem, deſiderium*, aut, ſi mauis, *beneplacitum* aut *concupiſcentiam* eo omnino currere, vt *Sponſa* poteſtati ſubmittat ſeſe, vt illius quodammodo legibus viuat, quod & ſenſum continet grandiorem & aptiorem ad texturam.

Cũ quod aliis locis aliis quoque poſitis, in quibus eandem ſententiam ...

Licet hic mutatio, quæ videtur, diuerſam faciat, nõ mutat.

Ergo quocumque modo legis non is ſenſus erit.

Sed contrarius.

Sententia cuiuſdam ſingularis.

Ad me. Super me. In me, eodem ſenſu.

Vota Eccleſiæ, vt in ſe Chriſti impleatur volũtas.

Cant. 2. 17. Cant. 6. 2. Verba hæc duobus alijs tradita locis, eiſdem fere verbis.

Verborum mutatio, quæ videtur, auget ſensũ, non mutat.

III.

Is ſcilicet, quem Com. Dram. tradidimus. Nam verus Amor & adultus, ſuo viuere neſcit. A qua lege alienus Chriſtus eſſe noluit. Immo Amantem ſe ſciens Dominum exuit. Id de Deo non falſo dicimus, Deo Chriſto veriſſimè. Qui ex quo homo eſt factus vix ſe meminit Deum. Ideo ſe miniſtrari venisse profeſſus. Non vt ab alijs ſibi miniſtrarium exhiberetur. Nam vbi Amantem ſe nouit de obſequio cogitare cœpit. Sic facit ſeruos diſcumbere, vt ſolus miniſtret.

Hunc ſenſum, quantum pertinet ad corticem, cap. 7. not. 31. Dramat. Comment. tradidimus & ſcripturæ exemplis ſtabiliuimus: monuimuſque loco hoc, in quo mutua *Sponſorum* caritas, & adulta, & perfecta deſcribitur, apte induci *Sponſum*, *ſponſæ* voluntati ita mancipatum, vt illius legibus viuere glorioſum reputet. Habet enim id ſyncerus, & purus affectus, omnique impurioris flammæ fumo purgatus, vt ſui iuris eſſe nolit, ſed omnino in amati tranſeat iura; tuncque felicem ſe reputet, cum ſe in amatum omnino impenderit. Nec ab ea ſe lege *Chriſtus* erga *Eccleſiam* immunem reputat; ſæpè enim qui Dominus eſt maieſtatem exuit, & amantem ſe ſciens vix ſe Dominum meminit, quin depoſito faſtu principatus, pæne ſe non æqualem modo ſed ſubiectum quodammodo iactat: nec dedignatur obſequi illi, cui iure ſuo poterat imperare: illiuſque viuere legibus, cui poterat dare. Quod tametſi de Deo non falſo dicimus, de *Deo homine Chriſto* veriſſimè dicimus: ex quo enim, vt *Eccleſiæ*, quaſi ex æquo iungeretur, frater per carnem voluit eſſe illius, vix ſe Deum eſſe meminit, nec turpe ducit miniſtrum agere, qui poterat Regem. *Filius*, inquit, *hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: & dare animam ſuam redemptionem pro multis*. Matth. 20. 28. *Ego verus Dominus, & verus Rex, immo & Deus, vbi mortalem indui carnem, ac formam ſuſcepi ſerui, me exiſtimaui haud Dominum, ſed ſeruis atque miniſtris legibus viuere oportere. Et domini quidem ſuis ſerui miniſterium exhibent, ego aliquid præſto minus, cum & ſeruis, miniſtriſque ipſe miniſtrem. Veni ergo, non vt obſequium mihi ab hominibus præſtetur, ſed vt ego illis præſtem. Facit hoc amor ille, qui me coegit & naſci, & dura perpeti, & vitam ipſam pro multis redemptionem* (λύτρον, redemptionis precium) *dare*. Vides vbi amantem ſe nouit de obſequio cogitare. Sic vigilantibus ſeruis ſeſe pollicitur miniſtraturum. *Faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*. Luc. 12. 37. Se non ſolum obſequio, ſed & habitu toto ſeruum profeſſus. Omnem nempè perſonam induit caritas, nec quidquam illi gratius eſt, quam cum & habitu, & munere prodit ſeſe. Hinc intelligas difficilia verba Mat. cap. 3. 14. 15. Cum venientem vt baptizaretur Chriſtus Ioannes prohibebat dicens: *Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Chriſtus autem ad illum: *Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam*. Quaſi iuſtitiæ legibus conſonum ſit, vt Chriſtus illi ſe ſubdat cuius in eum amor eo ſtatu ſit, vt ſummum gradum attigerit. Ideo ſe

Dram. Com. cap. 7. 31. Not.

Amoris perfecti natura ſui iuris non eſſe.

Deus Amantem indutus vix ſe Dominum meminit.

Verbum homo factus, quodammodo Deum exuit.

Matt. 20. 28. Chriſtus venit non vt ſibi miniſtretur, ſed vt miniſtret.

Luc. 12. 37.

minorem

minorem & iam Ioanne profitetur. In quem ſenſum non inuita illa verba trahas, cum dixiſſet Chriſtus: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, moxque adiecit: *Sed qui minor eſt in regno cœlorum maior eſt illo*. Ideſt, qui habitu minor, & obſequio illi ſubijcitur, atque ab eo baptizatus eſt, maior eſt illo. Vere enim maior eſt, & tamen ſe minorem obſequio exhibet, vt amantis omne officium impleat, & perfectæ erga ſe hominum caritati vicem rependat. Sed argumentum hoc ſi rite commemini loco alio tractauimus.

Et vt iuſtitiã iura ſeruet, baptizatur Dominus à ſeruo Ioanne.

IV.

Seque minorem in Regno cœlorum vocat.
Id eſt in Eccleſia, cum maior ſit.
Hic Eccleſiæ ſenſus, paratum Chriſtum ad obſequiũ ſuum.
Cõuerſoque obtutu ſpectare, vt ſeruiat.
Sed hoc ſtatu nihil iam erat propriæ voluntatis in Eccleſia.
Vt vna illius eſſet & Chriſti.
Siuè ergo Chriſtus Eccleſiæ, ſiuè contra leges dicat, tãtundem eſt.

Hoc ergo indicat ſponſa Eccleſia, cum dicit: *ad me conuerſio eius*, fixis in mè obtutibus; imperium velut expectet, alio nunquam auertit, felicem ſe reputans, cum ad nutum ſponſæ ſe fingit, illius voluntati obſequuturus. Sed monendum illud eſt, quod maximè in hunc *Sponſæ* ſtatum facit: eo perueniſſe ſuam in Chriſtum caritatem, vt affectus omnes minus ordinatos velut paleas, ac quiſquilias conſumpſiſſet: ac quemadmodum igni multo iniectum aurum, quidquid ignobilioris metalli permixtione illius puritatem fœdabat, exuit, purumque ac nitidum ſplendet; ita flammis illis *Eccleſiæ* omnes impurioris cupiditatis labe deterſa, perfecta caritas effulgebat. Nihil ergo relictum propriæ voluntatis, quin id, quidquid erat alienum à voluntate *Chriſti*, procul ablegatum eſt: vt vna Chriſti voluntas vtriuſque eſſet: nec aliud velle iam poſſet, quam quod *Chriſto* ſciret placere. Ergo quocumque illa voluntatis vim impulerit, abſcedere à *Chriſto* non poteſt; quidquid contra *Chriſtus* moliatur, ac voluntate ſua caueat, implacidum illi eſſe non poteſt. Ita ſiue illa obſequatur *Chriſto*, ſeu illi *Chriſtus* tantundem fuerit, quando in alterutrius opere vtriuſque voluntas vna eſt, & indiuiſa. Miniſterium ergo ſiuè exhibeat *Eccleſia Chriſto*, ſeu *Chriſtus Eccleſiæ*, ſi rite examines, imperium eſt, quando vterque voluntati ſuæ ipſius obſequitur, cum obſequitur alienæ. Atque in hunc pænè ſenſum expreſſere, qui reddidere: *Ego dilecto meo, & ſuper me obedientia eius*.

Eccleſiæ cũ Chriſto voluntatum conformitas.

V.

Cum autem ſententia ferme ſit vna, verba mutata ſunt.
Cuius rei ea eſt ratio.
Quia tunc vxores morigeros viros habere ſolent, cum id fœcunditate meruere.
Hic autem vocatis gentibus fœcũditas probata Eccleſiæ.
Quæ multò illi labore ſteterat.
Ea ergò digna erat cui multum donaret Chriſtus.

Cur autem cum ſententia eadem pænè hoc loco ſit, quæ duobus alijs locis poſita eſt, hic tamen mutata poſteriora ſint verba, ſtatus qui deſcribitur *Eccleſiæ* facit; nam cum ad ſummam perfectionem aſcendiſſe deſcribatur, aliquid addendum erat, quo ea perfectio ſignificaretur. Et quidem ſolet contingere, vt nunquam magis morigeros viros vxores experiantur, quam cum felici partu multos filios procrearunt. Tunc omnia permittunt, & ad nutum tractare patiuntur, vt nullam pænè partem domeſticæ adminiſtrationis eis inuideant, quaſi fœcunditate meritæ ſint, vt earum viri debitores multis obſtricti nominibus habeantur: immo tot nominibus, quod filios genuere. Sic fœcunditati præmia ſtatuunt, ſuam quodammodo voluntatem mancipantes vxoribus, quæ iam & matres etiam ſint. Hoc autem loco *Eccleſia* vocatis in Chriſti regnum gentibus multorum filiorum mater erat; quos non ſine multo labore & genuerat, & pepererat, & nutrierat, vtum id ob oculos habens *Chriſti* multiplicare familiam, eiuſque domum in Synagoga collapſam multiplice ſobolis fulcro fulcire, ac ſuſtentare. Digna erat ea fœcunditas quæ & *Chriſto* placeret, cuique multum donaret; immo & ſe ipſum, & omnia illius arbitrio permitteret, quam ſciebat & ſedulam in officio fore, & nobilibus incrementis familiam eſſe aucturam. Ea autem perſequutionibus mox vexanda ab Chriſto diſponitur illis fauoribus.

Viri morigeri vxoribus, quę filios peperere.

Maritorum obſequia in vxores fœcũditatis pręmia.

VERSVS XI.

VENI, DILECTE MI, EGREDIAMVR IN AGRVM, COMMOREMVR IN VILLIS.

COMMENTARIVS.

ET *Hactenus quidem pax Eccleſiæ fuerat, tametſi* haud raro turbata quies illa, ſollicitudinem potius, quam metum adduxerat. Iam totis, quod dicitur, pugnatum caſtris; & ſæuiente a parte Aquilonis procella, nauigia, Chriſtianæ claſſis in diuerſas plagas, ſæpè & ignotas, compulit. Miſer rerum ſtatus, ſi oculis credas, quibus viſibilia hæc ſpectare ſoles: ſi ſerio diſpicias oculorum illa acie, quæ Dei colluſtrata lumine ſuis momentis æſtimat omnia, erit multum, quod mirere, multum quod prædices,

mu tum forſitan quod inuideas. Neronis hic ergo, ac reliquorum ad Cõſtantinum vſque, quo pax Eccleſiæ reddita eſt, tyrannorum tempora tacitè deſcribuntur: cum *Eccleſia* perſequutione vexata, vſuque libero religionis prohibita, latere coacta eſt: ac totis ſe ſyluis, montiumque cauernis deffendere. Notum eſt, qualis eo tempore *Eccleſia Christiana* fuerit ſtatus, quam miſer, quam ærumnoſus. Iis illa malis preſſa, ac de filiorum ſalute ſollicita, cum ciuitatibus prohiberetur, vetita pro *Chriſti Sponſa* palam ſe gerere, *Chriſtum* præcatur, vt in ſolitaria, ac vaſta loca, nulliſque mortalium adeunda, ſecedant; ibi *Commoraturi*, aut vt in originibus eſt. *Pernoctaturi*, quo perſequutionis longæ diuturnitas indicatur,

ENARRATIO.

OPTIME à te, ò mi dilecte, factum eſt, quod prona in me caritate conuerſus, & Diuinis donis ornaſti multis, & fauoribus proſequutus Eccleſiam tuam es Armaſti ſcilicèt imbecillem, ac, tui virtute ſpiritus animatam, in bella paraſti & multa, & magna. Preſagiebat animus arcanis impulſibus à te admonitus, diuturnam pacem, & ex pace gaudia non fore. Video ſentioque in me meoſque Perſequutorem armari, omnique vi conſtituiſſe, vt nexus hic mutui amoris, quo hactenus vincti ſumus, ab rumpatur. Hac omnis tempeſtatis cauſa eſt, hæc meta conſiliorum. Et quidem durum eſt, filios ante matris oculos cruciatibus torqueri, equuleo laniari, facultatibus exui, morte tandem mulctari. ſed dulce eſt, quod ea omnia pro fide, ac iuſtitia patiuntur: quodque omnium diſpendia ſubire rerum malunt, quam tui vnius. Felicem matrem filiorum magis fortitudine, quàm conceptu! Id vnum graue, quod publico prohibita, nec permiſſa, quæ vxor ſum, pro vxore me gerere, gignendis tibi nouis liberis vacare non datur. Ergo in tantis malis tempori cedendum eſt, ac patienter exſpectandum illud, quo liceat palam, ac, nemine prohibente, cultui tuo vacare. Felicem diem, mihique iuxtà expetitum, atque dilatum! Interea ſpe ſuſtentandus animus eſt, arteque nitendum in aduerſos fluctus. Igitur quod publicè, & palam non licet, in apertoque facere, in abdito faciendum eſt. Quin ergo in ſolitudines ſecedimus, & montium anfractus, & ſyluarum opaca, & ſcopulorum antra petimus? Relinquamus vrbes, in quibus negatur commoratio: recipient nos montes; & quam negant feri homines pacem, humanæ factæ iam feræ permittent. Quod ſi diuturna futura hæc perſequutionis tempeſtas eſt, quod omnino præſagit animus, nec contenta rabies tyrannorum vrbibus, & oppidis prohibuiſſe, ſyluas, & ſolitudines inuiderit, & deſerta loca, ac velut indagine feras ad mortem quæſierit, locorum frequenti mutatione fallemus quærentium diligentiam, & quacumque arte poſſimus vitam, cum illa etiam pietatis integritatem ſeruabimus.

NOTATIO XXXIX.

SVM. COM.

VENI DILECTE MI EGREDIAMVR IN AGRVM.

I. *Locus grandem ſenſum inuoluens. Si ſingula verba conſideres. Ideo varij variè interpretantur. Quidã in vnanimum agnoſcunt.*

LOcus *Vnus eſt, ſed non vna ab omnibus, ratione tractatus*, & quidem omnibus viſus eſt grandem ſententiam continere, nam quod in agrum inuitat, & ciuitatum, oppidorumq; commoditatem contemnere, magnum quiddam ſe velle indicat: & quod non ſola vult egredi, ſed ſponſo comite, immo & duce, id ipſum, quod de egreſſu cogitat, arduum eſſe ſignificat; quodque à ſola ne tentandum quidem ſit. Adde & *commorandi*, ſeu *pernoctandi* verbum ſui ratione durationem, ac diuturnitatem rei ſignificare, quod non ſine magna cauſa fuiſſe dictum par eſt credere. Ergo in egreſſu ipſo quidam de veteribus *Verbi* è ſinu Patris egreſſum in terras per Incarnationem

Commorandi verbum diuturnitatem notat.

agno-

Digitized by Google

Et egreſſum verbi in mundi agrum.
Sic Ambroſius verbis vt ſolet grãdibus, & alij.
Sed de Incarnatione ſæpius dictũ.

II.

Alij de prædicatione. poſt aſcenſũ in cœlum Chriſti. Vt is aſpirãdo iuuet prædicantes Apoſtolos.
Sic poſt Caſſiodorum Angelomus.
Cuius verba in rem aptiſſima.
Senſus probabilis, nec ad noſtrum ſilum inuitus.
Nam Eccleſiæ paratura ad expeditionem in Gentes.
Prædicatio ſubſequuta eſt.
Gentilitas autem vidſe per agrum ſignificata.
Niſi cum agro cõiunxiſſet villas.
Quas ciuitatibus videtur opponere.
Et de prædicatione dictũ iam fuerat.

III.

Id diſcrimen agnitum alijs.
Ideo agrum, & villas interpretantur imam plebem, & viles animas.
Alij gentes incultas.
In quas Religioſi viri miſſi euangelij lucem inferunt.
Ciuitatum miſſa frequentia.
Id probari poſſet, niſi ad Religioſos arctarent.
Cum Clericalis ſtatus arceri ab eo munere non poſſit.
Probabilius alij ſtudium intelligunt Prædicatorum.
Qui relictis Vrbibus parua in oppida ſeceduut.
Vbi certior meſſis animarum.
Sic docuit Magiſter Chriſtus.
Cuius exemplum imitata ſocietas noſtra à ſui initio.
Immenſo cum animarum fructu.

agnouere, ad quam inuitetur ab *Eccleſia*. Agrum mundum hunc eſſe, ſentibus vitiorum impeditum, ſqualidum peccatorum ſpinis, in quo relegatus Adamus merito ſupplicio cum filijs plectebatur: pellibus indutus orbi vel vt in metallum damnatus. Hunc ſenſum Ambroſius habet, & ſolita orationis granditate ſequitur, Serm. 19 in Pſal. 118. cui hærent Caſſiodorus, Beda, Gregorius, Alij. Sed nimis ſero Incarnationem inducunt, quam toties ſuperius agnouere; nec decet toties eodem recurrere.

Vidit id Caſſiodorus, & aliter interpretatur: inuitari *Chriſtum* ab *Eccleſia*, vt Incarnationis opere perfecto, atque in cœlum iam ſublatus, per gratiam, ac diuinitatis præſentiam veniat, quo ipſa comite poſſit per Apoſtolos mundi agrum peragrare, eiuſque myſteriorum fidem hominibus annunciare. Idem fermè Honorio Auguſt. placuit, niſi quod ita officia diuidit, vt *Eccleſia* prædicando, *Chriſtus* aſpirando; illa voce, hic ſpiritu interius operante, opus perficiant. Sequitur Aponius, niſi quòd ad Gentes arctat, & Angelomus, cuius poſui verba magno iudicio ſcripta. *Quia nullatenus Eccleſia vel ad bonum operandum egrediendo procedere, vel in exercitio bonæ operationis perſiſtendo commorari, vel ſaltem ad propoſitum bene agendi aſſurgere, vel animos auditorum ſuorum quantum profecerint, diſcernere ſufficit, niſi Dei gratia adiuta: egreditur Chriſtus cum per ſanctos Doctores viſitat mundum: commoratur in villis per fidem, ſcilicet in populis ex gentibus credentibus, circumquaque diffuſis* Senſus hic probabilior eſt, nec à ſerie interpretationis noſtræ omnino alienus. Paraturam enim *Eccleſiæ*, quæ ſuperioribus verbis ex noſtra ſententia deſcripta eſt, & ad expeditionem in Gentes prædicatio ipſa ſubſequuta eſt: ideoque non ineptè poſt earum donorum encomia, quibus ad tantum facinus præparata procedebat in opus, de opere ipſo inducitur ſermo. Gentilitatem autem *Agro* indicari ſacræ ſcripturæ vſus multis locis obſeruatus ſatis probat. Quod ſi quæ interpretatio nobis amplectenda, hæc eſſet. Sed obeſt, quod cum Agro villas coniungit, id eſt oppida parua, vt videatur vtrumque frequentiæ Ciuitatum, & magnorum oppidorum opponere, quo aliud quiddam videtur inuui. Accedit, hactenus ſatis multa fuiſſe dicta de prædicatione in Gentibus; quidquid enim donorum in eã ſponſi liberalitate coniectum eſt, non ad apparatum modo, ſed ad expeditionem ipſam pertinet, ſimul enim vtrumque factum eſt, & cuius laudatus animus in aggrediendo tantum negotium, laudatum etiam officium in exequendo: iiſdem enim armis & paratur miles ad prælium; &, inuectus in hoſtiles acies, init pugnam, donec victor conclametur.

Eam diuerſitatem Theodoretus agnouit, monetque non dixiſſe: *Egrediamur in vrbes*, ſed *in Agrum, & commoremur in villis*; *Agrum* autem, & *Villas* interpretatur animas viles, & abiectas, quarum *Eccleſia* nunquam abijcit curam, quin in id opus ſubſidia ſemper ab ſponſo petit. Id ex parte ſequutus nouus Author, & doctus eſt, *Agrum* & *Villas* intelligens gentes incultas, moribuſque ac vita abiectas, ſiue eas, quæ non infrequentes etiam in prouincijs Europæ cultiſſimis ſunt, & in anguſta fortuna natæ, ac ruſtica enutritæ. In hac religioſos viros frequentibus excurſionibus *Egredi*, vrbibuſque relictis, & domeſtico otio, in eam curam incumbere, vt pietatis præceptis informent, & Chriſtianæ religionis myſterijs imbuant. Rite autem Ciuitatum frequentiam deſeri, & *commorationem in agris ruſticiſque vicis* perſuaderi, quibus innuitur oportere Apoſtolicos viros, & vrbanarum curarum ſtudium, & ambitionum ciuilium impedimenta deſerere, vt animarum huiuſmodi ſaluti incumbatur. Haud id probabile eſt, niſi ad ſolos religioſos viros ſententia arctaretur, quæ ad *Eccleſiam* cõmunem matrem omnino pertinet, ea enim eſt quæ ſemper loquens inducitur, nunquam alia. Et alij qui nullo vnquam tempore de ſtatu clericali defuere viri diuino pleni ſpiritu, quibus animarum ſalutis ſtudium calcaria adderet, ad currendum in pagos & oppida, quibus ſciebant diuini verbi *panem arctum, & aquam* doctrinæ *breuem* eſſe; *& petentibus panem paruulis neminem, qui frangeret, eſſe*. Id ergo merito alij probauere, deſignari hoc loco ſimpliciter *Eccleſiæ* ſtudium in ſuis prædicatoribus Apoſtolicis, qui magnis vrbibus neglectis lucra animarum in Pagis, ac vicis exiguis quærunt eo certiore laborum prouentu, quo rarius ad hos doctrinæ ſubſidia peruenire ſolent, ideoque magis egent inſtitutione Chriſtiana: ſæpè autem à falſorum fratrum, ac hæreticorum fraude periclitantur. Sic docuiſſe exemplo ſuo *Chriſtum*, qui relictis ſæpè vrbibus grandibus in pagos proximos excurrebat: *Eamus*, inquit, *in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni*. Mar. 1. 38. In textu Græco non eſt mentio ciuitatum, ſed oppidulorum, id eſt vicorum ſeu pagorum. *ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις. Eamus in circumuicina oppidula.* Hunc morem à ſui initio ſocietas noſtra retinet, in eoque & *Chriſti* exemplum ſequuta, & Apoſtolorum vſum, mirabili, ac nunquam ſatis commendato fructu animarum laborat, plenoſque manipulos in arcam Domini nunquam non infert. Nam quemadmodum nulla tellus vtilius irrigatur

Egreſſus verbi è ſinu Patris in mundi agrum.
Ambroſius.
Caſſiodorus.
Beda.
Gregorius M.
Caſſiodorus.
Egreſſus Chriſti per ſecreta ſubſidia, dum Apoſtoli prædicationi inſiſtunt.
Honorius.
Angelomus.
Apparatum Eccleſiæ ad prædicationem, prædicatio ſequuta.
Gentilitas agro ritè ſignificata.
Villæ loco hoc Ciuitatibus oppoſitæ.
Theodoretus.
Ager, & Villæ viles animæ, & abiecta plebs.
Ager, & Villæ pro rudi populo, & gentibus barbaris.
Clericalis ſtatus à cura prædicationis non excludendus.
Iſa. 30. 20.
Thr. 4. 4.
Verbi miniſtris Apoſt. Ciuitatibus relictis in oppidis paſcua præcantes.
Chriſtus haud raro in vicis, & paruis oppidis prædicare ſolitus.

Cum nulla tellus validius rigetur, quam quæ ſitientior.
Nulla fœcundiore prouentu Dominũ beat.
Idem plerumque in animarũ meſſe contingit.

Aridiſſimus ager auidiſſimus aquarum.

tur deciduis de nubibus pluuijs,quam quæ diutius eo fauore caruit: ſiti enim arida arida imbres expectat, expanſoque ſinu beneficium excipit, conceptoque fœtu ex commiſſo ſemine in læetiſſimas ſegetes ſoluitur, ſuo tempore metendas, & horrea repleturas; Sic omnino ruſticorum corda, quæ diu Chriſtianæ inſtitutionis imbre caruere, ſi abundantia contingat, lætis finibus fauorem excipiunt, *& in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia, alij quidem trigeſimum, alij ſexageſimum, alij centeſimum*, pro cuiuſque ratione captus. Luc. 8. 15.

IV.

Sed multo conformius huic ſtatui interpretabere.
De Eccleſiæ perſequutionibus.
Quæ tantiſſum dilatæ, vt ſemen verbi benignius habitum germinaret.
Mox mutata tempora, vt radices ſemen ageret.
Donec ſub Conſtãtino, qui ver Eccleſiæ fuit pax reddita eſt.
Tunc Ciuitatibus prohibiti fideles ſolitudines petiere.
Ea hic tempora deſcribuntur.
Sub ſchemate maritæ fœminæ, cui non licet publicè pro tali ſe gerere.
Ita exiſtimamus nec primi tamen.

Eccleſiæ pax vſq; ad Neronem, & illius cauſæ.

Id probabile eſſe diximus, nec ineptum ad noſtrum ducendum filum, ſed ſi præſentem *Eccleſiæ* ſtatum conſideres, in quem hactenus à nobis deducta eſt, longe probabilius hæc interpretabere de *Eccleſia* ſua Romanis Imperatoribus perſecutionibus; poſt priorum temporum, ad Neronem vſque, pacem, qua mirabili incremento Chriſti fides in Gentibus propagata eſt, ſed oportebat, dum gleba ad ſementem diſponitur, dumque commiſſum verbi ſemen in cordibus mortalium germinat, benigniora tempora fauere labori, ne aduerſis vexatum opus tantum temporibus impediretur, & in ſinu adhuc latens ac nondum radicibus firmatum ſemen vel areſceret, vel ſterile redderetur. Ea *Chriſti* de ſuæ *Eccleſiæ* bono prouidentia fuit. Sed rurſus mutanda tempora erant, vt quod germinarat verbi ſemen, ſenſim actis radicibus firmaretur, & per aduerſa duraret, vt tandem aperiente ſe Conſtantini tempore vera, fauentibuſque cœli influxibus, meſſis in cumulũ exurgeret, cœloque grata benefactori ſe ſiſteret. Tunc fideles ſcilicet vrgente perſequutore ciuitatibus prohibiti, edictaque imperialia, & gladios declinantes, deſerta, & vaſta ſolitudinis loca petere coacti ſunt; boniſque omnibus vel abdicatis, vel amiſſis, dum pietatis diſpendia minimè ſentirent quiduis maluere pati, quam ad profanas religiones cogi. Hoc tempus nunc Eccleſiæ deſcribit, ſub ſchemate honeſtæ fœminæ, quæ dudum quidem viro in matrimonium tradita, non tamen ſinitur, libere viri conſortio frui, ideoque ſecreta loca petit, & ſyluarum opaca, & montium abrupta, & caſas ruſticas, vbi poſſit viri ſui ſocietate, nemine impediente, perfrui. Nec primi ſenſum hunc tradimus. præceſſit vir doctus cui multum debebunt hæ litteræ noſque multum tribuimus, ſemperque tribuemus. Hæc generatim ſint dicta, quæ nunc per partes tradenda ſunt.

Perſecutione, ſemen natum, altius radices egit.

Euſeb Hiſt lib. 9. cap. 6 & 8. Damaſcen. in vita Barlaam, & Sol aph non vno loco.
Eccleſia ciuitatibus prohibita in montes ſecedit.

V.

Sed cur non ſola ſolitaria loca petat, cauſa nõ vna eſt.
Prima, quia maritam non decebat ſine viro eſſe.
Cum nondũ erat, inuitanda fuit.
Et ſocietate Dei promiſſa perſuadenda.
Hic ea ipſa eum inuitat, & ſuo iure quodammodo cogit.
Agit ergo diuerſo iure, nã cõiux eſt.
Quodammodo ſcilicet imperando.
Certè officium exigendo.
Vſa iure, de quo ſupra: Et ad me conuerſio eius.
Quanquam ſciebat aue'li à ſe Chriſtũ non poſſe.

Vxorio iure ſocietatem Chriſti exigit.

Eccleſia ſub lege inuitatur á Deo, ſed ſub gratia ab ea Deus inuitatur ad egreſſum.

Eccleſia audet officium exigere Chriſti, & quodãmodo cogere.

Et primum quidem id expendendum eſt, quod ſyluarum montiumque latebras potitura, ſola non facit, ſed comitem ſibi *Chriſtum* & cupit, & flagitat: votorum autem cauſa non vna eſt. Prima ex ipſo coniugij vinculo petenda eſt: nam haud decebat connubio iunctam ſolam in ſola loca prodire, nec verſante in vrbibus *Chriſto*, illius ſponſam *Eccleſiam* verſari in agro, ſuo ergo iure poſtulat, vt ſecum veniat. Quod ſi memineris dum olim inuitaretur *Eccleſia* ſub lege ad excendendum è montibus in Promiſſæ terræ plana, ad ineundam illius poſſeſſionem, eas ſponſi voces auditas; *Veni de libano ſponſa; veni de libano, veni.* Cap. 4. 8. ſimul etiam ſocietatem illi Dei promiſſam, Hebræa enim voce vtrumque ſignificari monuimus, & *Veni*, & *Mecum*, ne ſe ſcilicet ſolam ituram putaret; fatebere ſtatim vtriuſque diuerſitatem ſtatus, cum eo loco è montibus in vrbes *Eccleſia* vocaretur, ac comitatu Sponſi alacrior redderetur; hic contra ea ipſa *Sponſum* inuitat, & ab vrbibus in ſolitudinem vocat, certa non poſſe abeſſe à ſe *Chriſtum*, quocumque ipſa conſedat. Vides quam diuerſo iure agat hic coniux, illic amans: quæ tunc inuitanda eſſet, & allicienda *Sponſi* ſocietate; hic autem ea *Sponſum Chriſtum* inuitet, nec inuitet modo, ſed quodammodo ſuo iure officiũ coniugis exigat imperando. Id nimirum eſt quod ſupra Not 38. monuimus, dum arcanum illorum verborum ſenſum traderemus. *Et ad me conuerſio eius*, ſcilicet iam eo ſtatu eſſe *Eccleſiam* vt quodammodo dicere leges *Chriſto* poſſet, & ad nutum ducere propter ſummam voluntatum non conſenſionem modo, ſed vnitatem. Sua egro illa facultate, quam *Chriſti* faciebat indulgentia, vſa, non vt veniat, ſeque comitem præſtet rogat, ſed quodammodo exigit, officiumq; requirit. Sciebat à ſe *Chriſtum* nec diuelli velle, nec poſſe; ideoque cum ſtaret fixum, vrbes, & frequentiam vitare mortalium, ne filios certo diſcrimini non mortis modo, ſed animæ obijceret, ſequi ſe iubet, aut ducere, vt ipſa ſequatur, *Chriſtum*.

VI.

Cauſa altera à communi diſcrimine erat.
Nam ſemper in ſuis Chriſtus periclitatur.
Et perſequutore vexante ſuos, ipſe vexatur.
Nam non in illum Paulus, ſed in illos furebat.

Chriſtus periclitatur in ſuis.

Paulus perſequẽs fideles perſequitur Chriſtũ.

Altera cauſa à communi diſcrimine eſt, quod non Eccleſiæ ſolum in ſuis filijs imminebat, ſed etiam Chriſto, vbi autem commune erat periculum, communis timendi cauſa, commune remedium procurandum erat. Periclitatur ſemper in ſuis *Chriſtus*, & quæcumque eos fortuna maneat, & ipſe particeps eſt illius, & quemadmodum in illis dum vocantur ad fidem concipitur, ac cum proficientibus adoleſcit, vt ſupra obſeruatum eſt, ita in morientibus moritur, in periclitantibus periculum ſubit. Perſequutore ergo vexante ſuos, & ipſe vexatur. Nec Chriſtum Paulus, tunc Saulus, viderat, nec omnino norat; ſed nec cœlis ipſe exceptus, atque immortalitate donatus, pati quidquam poterat ab hominibus, & tamen ſuos Saulo perſequente, clamat:

Quid

Digitized by Google

Quid me perſequeris? Act. 9. 5. *Chriſto* iniurius ſcilicet eſt, qui propter *Chriſtum* ſuis iniurius eſt, nec poteſt non propria damna reputare, quæ ſuorum ſunt, ſed propter eum illis illata. Caput eſt, nec membrorum ſuorum vulnera aliena arbitratur eſſe; &, tametſi in ſe dolere non poteſt, dolet in ſuis, ac gemitibus iteratis dolorem teſtatur. Itaque periculum ipſecum ſuis ſollicitus ſubit, & quidquid graue illis eſt, grauante onere humeros ipſe ſuſtinet, vt leuius illis ſit. Et quidem olim cum adhuc humanos non induiſſet artus, humanos tamen affectus induiſſe videbatur, & præpropero ſtudio, quem olim calicem humanarum miſeriarum totum exhauſturus erat, velle vel labris extremis libare. *In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus.* Iſa. 53. 9. Quæ ſi originalia conſulas contrario ſenſu ſonabunt; *In omni eorum anguſtia, anguſtia ei fuit.* Quæ tametſi contraria, vera ſunt, ſi rite intelligas; & alterum ad rei veritatem, alterum ad effectus teneritudinem referas. Nam idem ille, qui pati Deus non poterat cum patiente, ac vexato populo, haud ſecus tamen affici videbatur, ac pati ſi poſſet, ac verè cum illis pateretur. Alterum ergo ad naturæ immortalitatem, nulli malo obnoxiæ; Alterum ad affectus rationem referes, quo haud aliter affici ſentiebat ſeſe, ac ſi verè cum ſuis pateretur. Quid cenſes poſtquam factus homo humanitatis miſerijs ſubiecit ſeſe; nec alienum à ſe putauit eſſe, quidquid humanum eſſet. Ergo qui in ſuis pati poterat, ac perſequutione vexari, cum ſuis diſcrimina mortis ſubire, potuit etiam cum illis honeſta, ſæpè etiam neceſſaria fuga diſcrimini ſubducere ſeſe, ac totis ſe montibus ac ſolitudinibus defendere, vrbibus populiſque relictis. Ea ergo Eccleſiæ cum dicit: *Veni Dilecte mi,* mens eſt, illum admonere periculi, nec tutum eſſe in Vrbium grandium frequentia verſari, vbi tot ab omni parte corporis, & animi pericula minarentur: nec iam ſuam ſolius cauſam agi, ſed vtriuſq; cum commune duobus eſſet diſcrimen.

Et tamen, quod ſi perſequatur quæritur.

Nam, & caput membrorum dolore vexatur.

Et onere illa grauante grauatur.

Nam, & antequā homo eſſet h[u]manos affectus induiſſe viſus.

Anguſtiabatur in ſuis.

Quanquam pati Deus nō poterat.

Nec aliter afficiebatur, quam ſi pati poſſet.

Quid poſtquam humanos, induiſſet artus.

Poterat ergo cum fugientibus ſe fuga ſubducere.

Ea mens Eccleſiæ eſt.

Non ſuam ſolum cauſam, ſed Chriſti agi.

Act. 9. 5.

Olim Deus nōdum homo, humanos affectus induiſſe viſus.

Iſai. 53. 9.

Poſtquam Chriſtus homo factus nihil humanum a ſe alienū putat.

Chriſtus fugere ſæpè cum fugiētibus cogitat.

VII.

Egrediamur, autem cum dicit, in agrum, verbis paucis multa dicit. Nam ipſo *Egrediendi* vocabulo iacturam rerum omnium ſubeundam eſſe indicat, dum pietatis iacturam non ſubeat. Quiſquis enim egreſſus eſt domum, totus extra domum eſt: tranſlate ergo cum de egreſſu ſermo eſt, is egreſſus intelligetur, quo omnimoda rerum omnium abiectio ſignificetur. Sic dicebat Chriſtus: *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua; & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.* Matth. 24. 16. 17. 18. Quam id autem verè hic monitum ſit, intelliget, quiſquis illorum temporum hiſtoriam legerit. Euſeb. Hiſt. lib. 9. C. 8. poſt Maximini edictum pro Chriſtianis. *At vni paulo ante nos quidem impij, Dei oſores, & totius mundi pernicies videbamur, vſquè adeò vt nec ciuitatem, nec agrum, nec ſolitudinem, aut locum deſertum incolere nobis permiſſum eſſet, ab eadem iam decreta & leges pro noſtra libertate conſcripta ſunt.* Itaque & fortunarum omnium, & commoditatum iacturam intelligemus, nam eorum pleriſque illata ſupplicia ſunt, cedereque bonis coactis vix vita donata eſt; alij autem publicatis bonis proſcripti, ſolum vertere compulſi, extremas calamitates ſubiere: læti quidem illi, & in extremis etiam miſerijs triumphantes, quod pro Chriſto illiuſque fide contumelias, ac tribulationes paterentur, diſpendia omnia vitæ, bonorum, ac famæ lucra putantes. Sic de veteribus Patribus dicebat Paulus. *Alij vero ludibria experti & verbera, inſuper & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt; circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes teſtimonio fidei probati.* Heb. 11. 36. 37. 38.

In egrediendi autē vocabulo, multa innuit.

Rerum omnium abiectionem, dum fides ſeruetur.

Qui enim egreſſus domum, totus eſt foris.

Bonorum ergo iacturam omnium, honorumq; intelliges.

Id autem fatebere ſi illorum temporum geſta memineris.

Quorum narrationem apud Paulum habes.

Licet de veteribus Patribus loquutū.

Fideles rerū omnium diſpendia ſubiere, ne Chriſtum perderent.

Matth. 24. 16. Egrediendi vocabuli vis.

Hebr. 11. 36.

VIII.

Sunt qui & hic agnoſcant monachatus initia. Et vero id certum eſt perſequutionis ſæuitiam matrem ſcilicet peſſimam optimam prolem peperiſſe. Exemplo Paulus Eremita ſit, quem perſequutoris metus ſolitudinis incolam fecit: vt tantum virum *Eccleſia* quæ martyrem non habuit, haberet cœleſtis in terris agendæ vitæ magiſtrum. Vnius veſtigia ſequuti poſtmodum infiniti, à quibus diuinum illud viuendi genus, frequentari cæptum eſt, non ſine ingenti *Eccleſiæ* gaudio, honore & gloria. Eorum ergo ex perſona nunc *Eccleſiam* dicere *Egrediamur in Agrum.* Nam illi vnum complexi *Chriſtum*, nobilique contemptu rebus omnibus nuncium remittentes, ac in deſerta loca migrantes ex vrbibus, in ſpeluncis, cauiſque montium receptaculis ſeſe abdentes, æque ab oculis, & animo humana omnia remouere, idque curauere vnum, vt nulla rerum cura pulſarentur, aut à ſtudio auerterentur pietatis. Si cui hæc placeant, haud nobis inuitis faciet: ſed prius illud probabilius eſt; ſatiſque ad enodandum hunc locum,

Et ſunt qui hic Monachatus initia conſiderent.

Et certè inde Paulus occaſionē ſumſit ſecedendi in Eremum.

Quem ſequuti alij relictis omnibus

Nouum vitæ genus exorſi.

De ſolitudine ciuitates facere.

Ne vllo profanitatis puluere fœdarentur.

Perſequutiō peperit monachatum. Cui Paulus initium dedit.

NOTA-

NOTATIO XL.

COMMOREMVR IN VILLIS.

COmmorandi Vocabulum non habitationem quamcumque dicit, ſed eam quæ longa ſit, nec paucorum omnino dierum: conſtat id & ex ipſa notione verbi, & ex proprietate originalis, quod *pernoctare* ſignificat: vt Dram. Comment. Not. 33. monuimus. Cum id certum ſit, non omnes eadem explicant ratione, ſequutus quiſque, quod aptius ad ſenſum, qui placuit, arbitratus eſt. Qui de *Chriſti* aduentu in mundum interpretantur, *Commorationem* eſſe volunt triennium quo *Chriſtus* doctrinæ cæleſtis ſemina ſparſit in Iudæorum cordibus, aut nullo, aut exiguo operæ precio. *Pernoctaſſe* ergo, quia Iudæorum corda ignorantiæ nocte, atque algore caritatis, ac turbida omnino ſtatione male diſpoſita, ſeminantis ſtudium eluſere, oppreſſo frigore multo, ac emortuo verbi ſemine. Sic Carpathius Philo, qui & *pernoctaſſe* etiam eum dicit duabus noctibus in ſepulchro, vt tandem, poſt diem tertiam excitatus, diem redderet. Senſus & minus aptus ad hunc locum, & longiſſimè petitus, ideoque rarum nactus ſectatorem.

Commorari, aut pernoctare, moram dicit.

Triennium prædicationis Chriſti.

Philo Carp.

Qui hæc ad expeditionem in gentes pertinere arbitrati ſunt, in *commorandi*, *pernoctandique* vocabulo, prædicationis Apoſtolicæ modum hic deſignari exiſtimabunt, non celerem, non in tranſcurſu, ac velut tranſitu; Sed ſeriam continuamque, ne vix verbi ſemine iacto in cordibus infidelium, quaſi omne peractum officium eſſet, alio curas obuerterent. Habes in Paulo exemplum, quod imitentur, quicumque animarum lucris incumbant, cuius ad Epheſios verba caritatis pleniſſima, poſt monita ſalutaria. *Propter quod vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non ceſſaui cum lacrymis monere vnumquemque veſtrum. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare, hæreditatem in ſanctificatis omnibus.* Act. 20. 31. 32. Et fortaſſis non ſine cauſa cum de *Villis* loqueretur, *Commorandi* vſa eſt verbo, ne quis exiſtimaret; minus ſerio, ac per otium cum ijs agendum, qui vicos, & oppida parua incolerent; Sed eandem illis curam impendi oportere, forſitan & maiorem, qui magis ruſticè educati, difficilius vel ab inueterata conſuetudine abſtrahũtur vel tardius præ mẽtis hebetudine percipiunt, quæ auribus inſtillantur. Horum inſtitutioni non dies, non noctes ſubtrahendæ ſunt, quin quod acuminis, ac ſolertiæ deeſt, tarditate, ac mora ſupplendum eſt. Nam quemadmodum clauus in blanda materia vno, aut altero ictu ſæpè totus infigitur, contra in dura, ac ſolida repetitis ſæpè mallei ictibus, difficilè, ſed alte tamen infigitur; Sic ſæpè facilibus, ac excultis ingenijs Chriſtianæ doctrinæ myſteria facilè inſtillantur, difficilibus, rudibuſque non ſine multo labore, & repetitis ſæpè præceptis traduntur. Id ergo *Eccleſia* innuit, oportere doctrinam rudibus per otium tradi, ſi interpretatio illa lectori probetur.

Verbum Dei ſeminãdum ſerio, & quaſi per otiũ

Pauli prædicatio ſeria, & cũ quadam mora.

Minus excultis audientibus informandis amplius immorandum.
Simile.

Sed ducamus filum interpretationis noſtræ, & qui in *egreſſu in agrum* latebras *Eccleſiæ* perſequutionis tempore pererrantis auias ſolitudines, & deſerta montium loca, intelleximus, in *Commoratione*, ſiue *pernoctatione* durationem perſequutionis, eorumque laborum longam ſeriem, intelligamus. Præſagit ergo pia mater ſuorum labores filiorum, & aduerſitatum mala & diritate crudelia, & longitudine, ac duratione grauia. *Relinquamus vrbis, & frequentia mortalium ſubducamus nos in filijs, ac ſecreta ſyluarum remotarumque regionum loca petentes, in meliora tempora ſeruemus noſmetipſos; & quia non ſæua modo, ſed diuturna tempeſtas imbecillibus imminet, diſſitos petamus ſinus, & qui portubus excludimur, receſſus amemus, nec aperto mari nauigia permittamus, fluctibus, ventis, ſcopulis futura ludibrium. Donec tandem aperiente ſe blandiore, ac latiore luce tuto redeamus ad intermiſſa prædicationis officia.* Durauit ea procella ad Conſtantini vſque imperium felix, qui admonitus in ſomnis Syluestrum Pontificem in Soractes latentem receſſibus vocari præcepit, qui cum ſe ad ſupplicium rapi arbitraretur, vocatus ad pacem eſt, quæ tum demum *Eccleſiæ* reddita verè duratura, qua de re mox ſub initium octaui capitis. Hoc ergo *commorari*, hoc *pernoctare* eſt.

Perſequutionũ Eccleſiæ diuturnitas.

Poſt longã perſequutionẽ pax Eccleſię reddita per Cõſtantinũ.

Sed quia Dramar. comment. Not. 33. *Commorationem* hancce, aut *pernoctationem* de conuictu maritali ad procreandos liberos etiam interpretati ſumus, videndum eſt, an is etiam ſenſus ad arcanam ſententiam, ſecundum noſtræ interpretationis conſequentiam poſſit aptari. Et quidem ſuperius myſticam, ac maritalem coniunctionem *Chriſti* cum *Eccleſia*, de communicatione ſpiritus illius, qui fœcundam *Eccleſiam* facit ad myſticam concipiendam, ac pariendam prolem, interpretati ſumus. Secedente autem illa in ſolitaria, ac ſola loca, intelligi poterat ab generanda noua prole abſti-

Dram. Com. cap. 7. Not. 33.
Eccleſia ciuitatibus excluſa nõ ideo à prædicatione ceſſauit.

I.
Commorari moram ſignificat.
Vt alibi notatum à nobis eſt.
Id ad triennium Chriſti prædicationis retulere quidam.
Pernoctaſſe, quia totum id tempus nox Iudæis fuit.
Vel quia triduo, quieuit in ſepulchro.

II.
Alij prædicationẽ malunt accipere Apoſtolorum.
Seriam continuã, quaſi per otium
Sic Paulo ſolitum apud Gentes.
Vt apud Epheſios per triennium, noctu & die.
Immo Villarum incolis ad immorandum
Eam curã potius impendendam mi nus excultis Gentibus.
Qui tardiores ſenſu ſolent eſſe.
His multum temporis, & laboris impendendum
Nam excultis facilius doctrina inſtillatur, & percipitur.
Quam rudibus, et minus excultis.

III.
Sed nos, qui in egreſſu latebras Eccleſiæ agnouimus.
In commoratione perſecutionis durationem intelligimus.
Excedendum vrbibus, & ſolitudines incolendæ.
Ibique commorãdum per otium.
Dum tempeſtas furit.
Quæ vt videtur futura diuturnior.
Id tempus ad Cõſtantinum vſque peruenit.
A quo reddita pax Eccleſiæ eſt.

IV.
Poſſumus, & de maritali conuictu accipere.
Quod pernoctãdi vocabulo innui diximus
Non ergo in illo receſſu etiã ſe futuram duxit, & ſterilem.

Prius ex Dei ſpiritu conceptur am. Mox frequentiſſimo partu familiã ſubleuaturã Chriſti.

Dum enim pariẽdi tempus non eſt, conceptui vacaturam.

Non ergo inutiliter tempora illa traducta Eccleſia. Sed ſe tũc ad nouam prolem parauit.

Sic hyeme plantæ torpere videntur. Sed ad nouos tamen fœtus parantur.

Id imitari verbi miniſtri, ſæpè ſecedunt, ad recolligendum ſpiritum.

Prius Dei ſpiritus concipiẽdus, mox parienda proles.

Simile.

Mos virorum Apoſtolicorum ſecedendi ad tempus, vt ſibi vacent.

abſtinere voluiſſe, quandoquidem ab opere publicæ prædicationis cogebatur vacare, ac in antra ſecedere: cum tamen id illius ſtudium nullis aduerſis caſibus intepuiſſet, aut remiſiſſet. Sed prius Dei ſpiritum concipere neceſſe erat qui fœcunditatem omnem verbi miniſtris præſtat, & vim illam genitricem indit, quæ magno mox miraculo filios non parit ſingulos, ſed tanquam apum examina in nouas parochias mittit; de hoc *Chriſti* complexu, ac eius ſpiritus immiſſione, ſeu communicatione nunc loquitur, ceſſante enim pariendi occaſione illo quidem articulo temporis, otij illius vſa commoditate concipiendo nouo ſpiritui vacare potuit. Id ergo illa *Commorationis*, ſeu *pernoctationis* vocabulo ſignificat. Non ſibi inutiliter atque otiosè traducta tempora illa, quibus neceſſitate coacta vrbium frequentiam reliquerat, & ſolitaria loca quæſierat. Receſsiſſe, non vt ſomno ſe dederet, ac quieti, ſed vt nouam vim filios generandi conciperet; vt aucta virtute poſtmodum partuum ipſa frequentia præſentem ceſſationem rependeret. Sic arboribus nempe contingit, quibus hyemis ipſa aſperitas vbertatis maiorem commoditatem adducit: tunc prohibita ſe exterius oſtentare virtus genitalis, in ſe ipsa collecta vires recolligit, aperiente se verè fœcundius in frondes ſe, ac flores, mox etiam in fructus explicatura; ac præteritam paucorum mẽſium ceſſationem multiplice ſobole compenſatura. Quod ad exemplum ſolent verbi miniſtris ſtatis temporibus ab opere verbi ceſſare, & diebus paucis ſecedere viribus ſpiritus recolligendis laborum ſæpè contentione languentibus, vt ad intermiſſa prædicationis munia redeant alacriores, certiore prouentu animarum otium illud penſaturi.

V.

Nec hærendũ tamen ſemper vni loco.

Sed mutãdæ ſtationis opportunitates.

Et doctrina panis diſtribuendus.

Immo non licuit tunc Eccleſiæ vno loco verſari.

Et ſæpè coacta ſolum vertere.

Dram Com cap. 7. Not. 33.

Eccleſia ſæpè coacta mutare ſtationes, & ſolum vertere.

Villarum autem quod meminit multitudinis numero, cauſa non vacat, tametſi forſitan id cuipiam nimium exquirere videatur, immo & leue. Sed obſeruauimus Dramat. Com. Not. 33. ſignificari *Commorationem* non ad vnius domus ſtationem arctandam, cum & diuerſitas ipſa vel aeris, vel loci, condire ſoleat agrarias voluptates, ac pro temporum ipſa varietate diſtinguere. Id ſi ad Dramaticum ſenſum reſpicias leue non eſt; ad arcanam intelligentiam applicare ſi velis, aliquid dices, quod minime contemnendum ſit. Significatur ergo ne in abditis quidem montium, ſyluarumque remotis locis licuiſſe tuto verſari, cum eo ſæpè perſequutionis rabies penetraret, & ſtationes mutare cogeret, atque è loco in locum transferre. Quam id verè dictum ſit infinita in Hiſtoria illorum temporum mandata litteris exempla confirmant:

VERSVS XII.

MANE SVRGAMVS AD VINEAS, VIDEAMVS SI FLORVIT VINEA; SI FLORES FRVCTVS PARTVRIVNT; SI FLORVERVNT MALA PVNICA: IBI DABO TIBI VBERA MEA:

COMMENTARIVS.

COntinent *Verba hac Eccleſiæ turbidis etiam illis temporibus* ſollicitudinem filiorum. Se ergo ait ſui, locis illis remotiſſimis ab omni mortalium frequentia, muneris haud oblitam, nolle otio, ac ſomno ſe dedere, haud defutura quibus exerceat ſeſe, & minimè otioſa eſſe ſinatur. Inde vigili ſtudio curaturam, quam ſpem *Vineæ* futuræ vbertates oſtentent. Scilicet, quam Eccleſiæ ſingulæ, tametſi inter aduerſa temporum, vtilitatem promittant: quo modo ſuo Vinitores Epiſcopi fungantur munere: quid deſidia, quid inertia peccatum ſit, vt ſalutaribus monitis atque officijs corrigatur. Quid contra labore improbo, ac perſeuerante cultura commodi ſit perceptum, vt nouis incrementis ſemper augeatur. Quam arbores frugiferæ vberioris annonæ faciant ſpem. Ideſt, qualibus incrementis Chriſtiana res in ſingulis fidelium augeatur; quam multos perſecutionis ille turbo diſperſerit; quam multos multiplex malorum metus corripuerit; qualibus auctibus ſingulorum creuerit fortitudo aduerſiſque probata virtus fortior reſurrexerit. Maximè autem quam for-

Digitized by Google

titer Martyres pro pietate, ac fide locis varijs depugnarint: victoreſque tyrannorum, ac impietatis triumphatores Chriſto duci trophæa erexerint. Has, dum durat perſequutoris rabies curas futuras. Interea temporis non defuturas voluptates ex ſocietate, mutuoque conuictu, quibus vterque beetur: quo ad deſcribendum vberes fructus ex perſequutione perceptos via paratur. Sod Eccleſiæ audiamus verba.

ENARRATIO.

CVM autem ſecedere à frequentia vrbium in auia ſyluarum, montiumq; loca ſubeo, non ad otium non ad quietem voco. Neſcit verus amor inertiam: nec ſinit matris affectus in filios intepeſcere curas. Mutabitur certaminis locus, non pugna. &, ab vrbibus in deſerta marte translato, minimè arma ſilebunt. Vigilandum eo magis erit, quo pericula maiora circumſtant, & ab infenſiſſimo hoſte diſcrimina. Prima de ſingulis Eccleſijs cura animos excitabit: ſubmiſſis ergo ſecretis per viros fidos ſubſidijs, ſingularum explorabimus ſtatum: ecquid damni perſequutoris ab ira ſit illatum: quo ſtudio Paſtorum virtus emiteat: an quid incuria, aut inertia peccatum: an abſente duce ſparſæ ſint oues; an cogi in vnum poſſint, ne pereant ſcilicet:. Anxia res amor eſt, & ſolliciti plena timoris, ſed ſpero haud defuturam lætitia materiam, inter triſtitiæ cauſas tam multas. Et plurium Eccleſiarum viuidam fidem, & in omne diſcrimen armatam, ſolatio futuram. Deſcendet inde ad ſingulos ſtudium, ac qualibus incrementis eorum aucta ſit virtus, quam firmis fides fundata radicibus exquiremus Sic Villicus arbores viſere ſolet, & ſpem futuri fructus explorare, vel matura poma decerpere. Sed potiſſima de Martyrum pugnis ſollicitudo, quam fortiter paſſi, quam feliciter certamen inierint. Is ſcilicet præcipuus honor, ea vnica gloria noſtra, communia gaudia coronabit. Sed inter ſollicitudinum hanc molem, mira erit ex mutua coniunctione voluptas. Ipſa tibi parabo delitias quibus implearis abunde: nec aliud cogitabo, quam qua ratione arctius per caritatem inhæream tibi, & pulcherrima ſobole beem, quæ referat imagine genitorem.

NOTATIO XLI.

SVM.COM.

MANE SVRGAMVS AD VINEAS.

I.

Hic quidam ad tropologiam declinarunt.

Sic Philo Carpath. & Gregorius, & alij.

Etiam recentiores.

Qui de Anachoretis accipiunt.

E eorum ſtudio propriæ perfectionis.

Et exigendi à ſe ipſis diſciplina rationem.

Id tametſi ſatis verbis accommodatur.

Minimè probari nobis poteſt.

MINOR *de horum Verborum arcana intelligentia lis* cum bonis authoribus erit, & facile componenda. Sed non defuere tamen, qui vel ad tropologiam declinarent, vt Gregorius, Lib. 2. Mor. Cap. extremo: & Philo Carpathius quorum ſenſum Tropologico Commentario examinabimus: & Honorius, & Rupertus, qui quanquam non eadem via, tropologiam tamen ſequuti ſunt. Vt de recentioribus quidam, qui triplicem animarum ſtatum hic agnoſcunt incipientium in florentibus vineis, proficientium in fructuum parturitione; perfectorum in malis punicis eorumque germinatione: Vel in ſenſum parum accommodatum exponerent de religioſis maximè Anacoretis, & Monachis, qui diem cum nocte in oratione iungentes, rerumque cœleſtium meditationi ſemper intenti, ſibi vacabant, & Deo in mundo quidem verſantes, ſed tanquam extrà illum verſarentur, & iam Angelorum commercio prorſus gauderent. Inter ea omnis eorum cura erat animum & carnis affectu omni purgare, & virtutibus excolere, ac ſæpè rationem cum ſe ipſis ponere, atque exquirere, quos qualeſque progreſſus in pietate feciſſent. Id eſſe obſeruare tempus *matutinum: vineas peragrare, videre an floribus vites vernarent, quæ fructuum ſpes arbores commendaret, quæ purpura malapunica tingeret.* Id ſatis apte verbis accommodatur, nexui, non ſatis, niſi aliud prius dixeris, quod conſequentiæ interpretationis melius aptetur.

Gregorius. Philo Carp. Honorius. Rupertus.

Ghisler.

Legion.

Anachoretarum ſeceſſus, & ſtudiũ propriæ perfectionis.

II.

Sequamur ergo quod probabilius arbitramur, quodque ſequuti boni omnino Authores ſunt, quanquam in eo ab illis diſcedimus, quod non ad Antichriſti tempora hęc,

ſed

ſed a 1 perſequutionum atrocitatem ſub Gentilium Principibus, referimus. Nec, quod alij faciunt, hæc ei tempori accommodamus, quo excitatis è viuis *Chriſto*, atque in cœlum aſſumptus, *Eccleſia* ſuæ curam minimè deſeruit, ſed ſubſidijs gratiæ iuuit, non minus de illa ſollicitus, quam cum adhuc eſſet in viuis: quod Gregorius hoc loco voluit. Vigilantia ergo *Eccleſiæ* deſcribitur, ac omnino ſollicitudo priuatarum Eccleſiarum: etiam temporibus turbidis nunquam dormiens; quin tunc maximè ſolers cura, nequid detrimenti res Chriſtiana publica, aut priuata pateretur. Qui ſenſus, præterquam veritate hiſtoriæ veteris nititur, & grandis de ſe eſt, & huic loco, & feriei noſtræ aptiſſimus.

Qui hic ſtudia Eccleſiæ deſcribi putamus. Durante adhuc perſequutione. Qua vigilantiâ priuatarum Eccleſiarum curã exegerit. Et ſingulorum fidelium officium iuuerit.

Eccleſię matris ſollicitudo priuatarum Eccleſiarum.

III.

Voce, Mane ea Vigilãtia indicatur. Id oſtenſum ex ſcriptura vſu. Ex Dauide qui eam vocẽ de Dei auxilio vſurpat. Quod ſemper Eccleſiæ ſuæ praſto eſt. Sumpta metaphora ab vigilantibus dũ alij dormiunt. Vt fortis illa mulier ſolebat facere. Omne officium ſedulæ matris familiæ implens. Sic Deus ſolitus hominum indigẽtiam præuenire. Et nondum vrgẽtibus malis parare remedium. Vndè magna illis lætitia cauſa. Id ſtudium Eccleſia hic ſignificatur.

Monitum autem in tempore ab Anſelmo eſt vocem, *Manè*, poſitam, vt & diligentia, ac ſedulitas indicaretur: quod & Hugoni Victorino placuit lib. Inſt. Monaſt. de Clauſtro animæ Cap. 7. *Manè* certè aliquid facere ex frequenti Scripturę Sacræ phraſi, non tam ad tempus matutinum antè ſolis ortum, quod propriè vox ſignificat, quam ad diligentiam, vigilantiam, ſedulitatem pertinet. *Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo*. Pſal. 45. 6. In altero certiſſimam opem a præſentia ſua pollicetur Deus *Eccleſia*, à qua nunquam receſſurus ſit, vtpote qui eam ſibi ſtabile delegerit habitaculum: in altero auxilij promptitudinem, ac celeritatem: haud itaque paſſurum, vt votis, ac precibus opem imploret; præuenturum illius omnia deſideria, ac præſto futurum periclitaturæ. Sumpta autem metaphora ab eo eſt, qui, alijs dormientibus, & nulla adhuc cura ſollicitis, euigilans ipſe ſubſidia parat. Sic de forti muliere dictum eſt: *Surrexit de nocte, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis*. Prou. 31. 15 Alijs ſomno preſſis ipſa non dormiet; Surget potius, & diligentia ſua præueniet lucem: &, tenebris adhuc omnia occupantibus, familiæ cibos, ac penſa parabit: quod certè ſedulæ matris familias officium explicat. Sic loco alio. *Repleti ſumus manè miſericordia tua, exultauimus & delectati ſumus*. Pſal. 89. 14. Haud nouit ſomnum miſericordia tua, non tardat, non moras trahit: præuenit ſemper indigentiam hominum; &, cum nondum ingruant mala, parat remedia: & anticipatis muneribus homines beat. Hinc lætitia, hinc gaudia, cogitantibus indulgentiam tantam Patris, qua filijs prouidet, nec neceſſaria ſolum præſtat, ne egeant; ſed & ſuperflua, vt abundent; & quæ ad delitias pertinent, ne ſine voluptate vitam tranſigant. Sic hoc loco: *Mane Surgamus*, erit; Preueniamus ſtudio Eccleſiarum indigentiam; nec expectemus, quoad illarum vocibus interpellemur. Nam & fortaſſis aliquid iniuria peccatum eſt, cui nos malo diligentia, ac ſedulitate decet mederi.

Mane, non ad tempus, ſed ad ſedulitatem, ac diligentiam pertinet.

Pſal. 45 6.

Deus ſẽper præuenit Eccleſiæ vota.

Eccleſiæ fidelibus dormientibus vigilans. *Prou.* 31. 15.

Pſal. 89 14. Dei miſericordia ſomnum neſcit.

IV.

Alia ſedulitatis dos. Cæterarum curarum reiectio, dum vni incumberet. Id in ſurgẽdi verbo ſignificatum. Vt ſcilicet impedimenta remouerentur omnia. Ne quid obeſſet officio, aut moraretur executionẽ.

In *Surgendi* autem vocabulo alia eiuſdem ſedulitatis dos ſignificatur, qua, cæterarum rerum cura reiecta, in vnum incumbit Eccleſiarum ſingularium bonum; nam qui è ſede, ſeu ſtragulo ſurgit, totum id abijcit, vt officio vacet: nec repetit, quoad functus officio fuerit. Eo ſenſu dictum de illa, *Surrexiſſe de nocte*: reiectis in tempus aliud cæteris, quibus diſtineri illius ſtudium poterat, vni incubuiſſe rei, & ne quid familiæ deeſſet, id vnum curaſſe. Et *Iſa.* 60. 1. *Surge, illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt*, non properare modo & occurrere inuitanti lumini iubetur, ſed reliqua abijcere omnia, ne quid eſſet quod aduentante luce, ne diem inferret, obſtaret. Vno ergo vocabulo & moras omnes abrumpere, & impedimenta demere iubetur omnia, vt venientem felicitatem excipiat. Vtrumque ergo *Eccleſia* præſtat filiabus Eccleſijs officium; nam & propero ſtudio accelerat opem: &, omni ſe poſita cura, in vnam incumbit: eo conatum omnem impendens, omnemque ſollicitudinem, vt temporibus turbidis nihil aut tarditate, aut ſocordia peccetur, quo communis vtilitas in periculum adducatur.

Surgere, omnia abijcere.

Prou. 31. 15.

Iſai. 40. 1.

Eccleſiæ vnum ſtudium cõuerſionis cæteris abiectis curis.

NOTATIO XLII.

VIDEAMVS SI FLORVIT VINEA.

I.

Numerus ſingularis pro plurali. Et vinea pro vineis. Vineam hic Eccleſiam eſſe certũ. Nec ſine magna ratione. Nam vineã multæ vites; Eccleſiã multi fideles componunt.

NVMERVS *Singularis pro plurali hic poſitus eſt, nullo* maiore myſterio; nam cum dixiſſet *manè* ſe cum *Sponſo ſurrecturam ad vineas*, quid poſtquam eo veniſſent, eſſent facturi, nunc dicit: inſpecturos ſcilicet, quæ ſpes in illis eſſet futuri prouentus: ac ſi diceret. *Surgemus cum primum explicare ſe dies lux caperit, & ad vineas properabimus, inſpecturi, quam in quaque illarum ſpem vbertatis futuræ flores promittant*. Hæc ad ſenſum corticis pertinent. De arcano non difficilis quæſtio eſt. Nam *vineam* Symbolico ſignificatu *Eccleſiam* eſſe, notius eſt, quam vt oſtendendum ſit ſcripturarum teſtimonio: & eſt magna ratio, cur ita ſit factum, de quo loco alio dictum eſt, Nam *Vineam* multæ vites ſuo ordine latæ conſtituunt; *Eccleſiam* multi fideles ſuis gradibus, ordinibus,

Singularis pro plurali nullo myſterio.

Vinea Eccleſia: & vtriuſque ſimilitudo.

ſtatibus diuiſi: *Vinea*, ſi cura adſit ſedula vinitoris, vbere fructu laborem rependit *Ecclesia* niſi Prælatorum dormiat cura. Sed contra vigili ſolertia culturæ ſtudeat, in vberes fructus prouehitur, magni Patris familias Dei gaudia cumulaturos. Nec vllum omnino ruſticum opus eſt, quo deſidia, aut ſedulitas agricolæ certius aut fructuum parcitate, aut abundantia penſetur, quam vinearum procuratio. Si ceſſet aratri officium, aut negligenter obeatur, multiplex damnum eſt, nam & gleba ipſa in noxias ſoluitur herbas, quæ ſuccum omnem exſugant, ad ſeque trahant, quo vites aliendæ eſſent: & defecti pabulo palmites, ſterili, ac inualido ſurculo vix explicant ſeſe; defectuque redundante in fructus, vua in labruſcam mutatur. Quid ſi ſuis temporibus negligentia cultoris falcis ſeuera cenſura luxuriantes pampinos non coerceat? Quid ſi in emendata, turgenſque ab imâ radice vis ſibi ſinatur? lætis quidem frondibus explicabit ſeſe, ſed alimento omni in vitium luxuriante, fructus omnis euaneſcet. Sic dicebat Deus, cum de Synagoga abdicanda conſilia coqueret. *Auferam ſepem eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: Et ponam eam deſertam. non putabitur, & non fodietur; & aſcendent Vepres, & ſpinæ; & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem.* Iſa. 5. 5. 6. Omnis enim culturæ fauor transferendus in *Eccleſiam* erat; & Gentilitatis noualibus, labore multo excultis, & frequenti aratro pro eiſis, nobilibus erant plantis arua plantanda; ac ſedula adhibita diligentia, in nouum magni vinitoris peculium adoptanda. Habes autem hoc Canticorum loco, quod olim ſeu promiſſum, ſeù delineatum fuerat, opere prorſus impletum; cum communibus ſtudijs & *Chriſtus*, & *Eccleſia* ſollicitudinem ſuam vineis excolendis impendunt. Nam & *videndi* verbum hoc loco, non quamcumque inſpectionem dicit; ſed ſedulam, attentam, diligentem, nunquam intermiſſam. Nec ſolum curioſam, & ad oblectamentum inſtitutam: ſed omnino ad vtilitatem, & commodum vinearum. Itaque vno prorſus vocabulo videtur mihi omne ſtudium ſeduli cultoris comprehendi, in *vinearum* cultura.

Pro *Florere* autem in originibus vocabulum eſſe, quo ex doctorum quorundam ſenſu is arborum ſtatus, cum gemmare incipiunt ſignificatur, Dramat. Comment. Not. 34. monitum à nobis eſt. Ideo R. Salom reddidiſſe, *ſi aperire ſe gemmæ incœperint.* Id vtrumque facit, vt hæc referenda putemus ad primam ſpem vbertatis futuræ, quæ vel in gemmis turgentibus, & partum quodammodo maturantibus; vel in primulis floribus explicat ſeſe. Nam & turgentes vitium oculi pampinos & pampini florentes vuas promittunt. Ergo hæc ad nouam fidelium ſobolem pertinere dicemus: ſollicitam enim matrem, ne tunc quidem, cum maximè aduerſis temporibus Eccleſiæ premerentur, abiecta cura eſt generandi *Chriſto* nouam prolem, & augendi familiam Sponſi: De nouis ergo conuerſis hæc accipimus, qui certè non ſine pulchra translatione gemmarum turgentium, ſeque explicantium florum ſignificantur: ſed cum diſcrimine quodam: nam pregnantes felici partu gemmas ad eos arctamus, qui, verbi Dei ſemine ſuſcepto, optimo corde deſiderium concepere fidei, & ſalutis; nondum pepe‑rere; nec per baptiſmi lauacrum geniti in *Chriſto* ſunt: quos vetus Eccleſia Cathecumenos dixit. *Flores* autem *Vineæ* nouellam fidelium prolem ſignificare putamus, qui per ſalutares vndas mundati, atque exuti vitæ vetuſtatem, *Chriſti* nouitatem induere. Hæc quam verè dicantur nemo puto non videt. Eſt Auguſtini pulcherrimus locus in eam ſententiam, quem omittere piaculum ſit, Ser. 157 de temp. cum de ſublatis de Fonte ſacro fidelibus loqueretur. *Vos alloquimur nouella germina Sanctitatis, regenerata ex aqua & Spiritu Sancto: germen pium, examen nouellum Flos Noſtri Ordinis, & fructus laboris. gaudium & corona mea, omnes qui ſtetis in Domino.* In vno ergo originali verbo, vtraque *Eccleſiæ* cura ſignificata eſt, & Catechumenorum, & Noephitorum, & quidem merito; ſunt enim hæc plantaria *Eccleſiæ*, vndè decedentibus ſtirpibus, nouæ ſuccedant; *Vineæque* Eccleſiarum, propaginibus inſtitutis, non conſeruentur modo, ſed & creſcant: vernanteque ſemper honore lætentur, *extendantque vſque ad mare palmites ſuos.* Indicauit ex parte hunc ſenſum Theodoretus, in *Floritione vineæ* initiatos Chriſtianis ſacris intelligens. *Videamus an vitis floruerit: Aſpiciamus, inquit, in eos, qui modo prædicationem acceperunt, an floruerit germen.* Et Caſſiodorus: *Flores vineæ, cum Eccleſia prima fidei, & confeſſionis percepit rudimenta.*

Pertinet autem ad *Eccleſiæ* laudem in gentem ea ſollicitudo, ac ſtudium prouidendi, ne, perſecutionis etiam atrocitate, cura vocandorum ad Chriſtum hominum vel intermitteretur, vel intepeſceret: & alioqui verbis hiſce paratur via ad deſcribendam illius fœcunditatem, etiam temporibus turbidiſſimis minimè impeditam, quod ſtatim verſu proximo fit. Et quia, tametſi ea res multo labore *Eccleſiæ* conſtiterit, quidquid tamen ageretur ab ea, ſine præſentiſſima *Chriſti* ope vanum, & inutile eſſe neceſſe erat, ideo, non contenta, ſi ſuas impleret ipſe partes, etiam *Chriſtum* ſibi comitem

eſſe

Eſt autem vinearũ vtiliſſima omnium procuratio. *Si autem cultus deſit.* *Nihil citius ſterileſcit.*

Opus ergo cultura putatione, frondatione.

Si vbertas ſperanda eſt.

Hoc ſupplicium Synagogæ minatus Deus.

Et exſequutus, vt omnis culturæ fauor transferretur ad Eccleſiam.

Eam mutationem deſcriptam hic habes.

Nam videndi vocabulum non ſolã inſpectionem dicit.

Sed ſollicitam, ac ſedulam.

II.

Florere autem hic poſitum pro gemmare. *Quo indicatur prima vbertatis ſpes.* *Pertinebunt ergo ad myſtica nouæ ſobolis ſpem.* *Nam etiam medijs perſequutionibus.* *Non abiecit Eccleſia ſtudium nouæ ſobolis generandæ.* *Gemmas vitis autẽ vites intelligimus Cathecumenos.* *Flores tenellos fidelium proles, id eſt recens conuerſos.* *Id ſumptum ex Auguſtino eſt.* *Ita in vno originali verbo vtriuſque gradus cura deſignata.* *Quæ ſunt Eccleſiæ plantaria.* *Ad propagandum fidelium multitudinem.* *In hunc ſenſum Theodoretus.* *Et Caſſiodorus.*

III.

Eſt autẽ hæc magna Eccleſiæ laus. *Immo his verbis paratur via ad deſcribendam eius fœcunditatem.* *Quæ non ſolius illius, ſed Chriſti etiã erat futura.*

Vinearum procuratio omnium vtiliſſima.

Si cultus negetur, damnoſiſſima vinearũ procuratio.

Iſai. 5. 5. 6.

Omne ſtudium colendæ vineæ ad Eccleſiam migrauit.

Videre, hic ſollicitudinem, ſtudium, ac ſedulitatem notat.

Florere pro gemmare.

Comment. Dramat.

R. Selomoh.

Eccleſiæ ſtudiũ generandi noui prolem.

Catechumenis vitium gemmæ.

Neophiti flores.

Auguſtinus.

Eccleſiæ gemina cura Catechumenorum, & Neophitorum.

Pſal. 79. 12.

Theodoretus.

Caſſiodorus.

Eccleſiæ ingens laus perſequutionis tempore, cura filiorum tenellorum.

Digitized by Google

eſſe cupit, vt collatis ſtudijs, & operibus, quod ſola ipſa non poterat, nec ſolum Chriſtum facturum ſciebat, feliciter communis conatus procederet.

NOTATIO XLIII.

SI FLORES FRVCTVS PARTVRIVNT.

I. *Fidelium in virtute profectus, ad ſollicitudinem Eccleſiæ pertinet. Scit enim initia ſæpè fine deprauari. Et flores niſi fructus ſequatur, breui tranſire. Sic Caſſiodorus, et Gregorius. Studium ergo hic habes Eccleſiæ. In promouenda diſciplina, & operibus exigendis.*

HÆC *ad incrementa ſpectant & in virtute profectum*: neque enim ſatis eſt, ſi & gemmæ turgere incipiant, & florere vites, ſi quidquid ſpei in vtroque eſt vel pruina decoquat, vel glacies corrumpat, vel æſtus abſumat, ſæpè enim initia feliciſſima miſerrimos habuere fines, cum in Chriſtianis tamen initia non magnam habeant laudẽ, niſi pulcherrimo fine decorem accipiant. Id à Caſſiodoro mutuati ſumus. *Flores parturiunt fructus, cum fides ipſa prorumpit in opera.* Sed pulcherrime Gregorius Magnus lib. 2. Mor. cap. extremo locum hunc, quanquam tropologiam ſequutus, interpretatus eſt: *Florent vineæ, cum mentes fidelium bona opera proponunt; ſed fructus non pariunt, ſi ab eo, quod propoſuerint, aliquibus victi erroribus infirmantur: Non ergo intuendum eſt,* (ſolum) *ſi vineæ floreant, ſed ſi flores ad partum fructuum conualeſcant. Quia mirum non eſt ſi quis bona ſi inchoet; ſed valde mirabile eſt, ſi intentione recta in bono opere perduret.* Hæc ergo ad ſollicitudinem & ſtudium referemus Eccleſiæ eiuſdem promouendi in ſuis pietatis opera, donec adoleſcant in viros perfectos: qui tanquam maturi, ac percocti fructus Chriſti menſis inferri, de ſuis decerpti ramis poſſint, quæ vna ſcilicèt cura Eccleſiam ſollicitat.

Caſſiodorus. Principia felicia exitus infauſti ſæpè corrũpunt. *Gregorius M.* Perfecti homines maturi fructus Deo gratiſſimi.

II. *Sed nullus partus ſine dolore eſt. Immo nec ſine triſtitia, & gemitu. Et prægnante corde Dei verbo, diſſidia ſunt. Maxime in fidei partu. Cum ſæpè ſint domeſtici inimici impedimento Aut exterius tyranni. Tunc certum periculum. Niſi Dei gratia adſit, & viam expediat. Sine qua flores, & fructus v meſcũt. Perſequutionis hyeme ſæuiente. Innuitur ergo metus Eccleſiæ de filiorum prouentu. Quoad oculis ipſi videat ſua gaudia in tuto eſſe.*

Sed in *parturiendi* verbo arcanius quiddam ſignificari arbitramur: nam nulla *parturitio* ſine dolore eſt, nulla ſine labore conſtat: *nam mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius*, inquit Chriſtus; quod in ſpiritali hoc *partu* veriſſimum eſt: nam multo conſtat labore virtus, & prægnante quanquam corde, & maturante partum, diſſidia interius matrem diſtrahunt, quo ad exurente vires gratia, &, velut obſtetrice, iuuante, inualidas facultates, fœtus lucem aſpexerit. Id autem in omni ab impietate ad pietatem tranſitu verum eſt: ſed nuſquam verius, quam cum ab infidelitatis cœno quiſqu m erigere ſe conatur in pedes, & in Chriſti partes tranſire. Accedit ſæpè, qui ab extrinſeco difficultatem augeat, & dolorem geminet; ſiue domeſtici, &, vt videri volunt, amici hoſtes pro vetere conſuetudine pugnent aduerſus recentem pietatem, ac nec dum firmis radicibus ſtabilem: ſiue perſequutionis furor metus intentet, & apertà vi virtutem adhuc teneram laceſſat. tunc certum diſcrimen, niſi Dei gratia potens ſuppetias ferat, ſubmittatque ſubſidia; & quaſi vi quadam amica manu pauentem arripiat, & ſæuiente iam per omnia flamma, locet in tuto. Cogita cum felix arbor luxuriat in floribus, quam de eo numero multi, antè ætatem decidui, humum operiant, quam facile ad quancumque ſeſe commouentem auram, aut afflantem nebulam, vel euaneſcant, vel ſterileſcant, vt minima ſæpè pars tantæ multitudinis adoleſcat in poma. Sic perſequutionis tempore teneri adhuc fidelium flores, ſæuiente procella, langueſcunt, aut viribus defecti cadunt, miſerante ſortem infelicium filiorum indulgentiſſima matre, ſuamquem calamitatem lachrymis proſequente. Id ergo totum loco hoc ſignificari putamus; nam cum audis, *Si floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt*, metus *Eccleſiæ* ſignificatur, quæ non ignorat in certis ſe votis diſtrahi ſæpè, ſæpè ſpe omni fruſtrari: Non ergo ad certa, ſed ad dubia adhuc gaudia vocat *Sponſum*, trepida adhuc nec de ſucceſſu ſecura, quoad coram videat ſuam in tuto felicitatem eſſe. Tunc de ſua ſibi ſorte gratulata, cumulat ad ſponſi pedes ſpolia, & filiorum parta virtute, & ſua ſollicitudine properata. Sed de ea re mox verſu ſequente: nunc cæteris inhærendum.

Ioan. 16. 21. Nulla ſine dolore, & lacrymis parturitio. *Geneſ 25. 22.* Verbi ſemen ſæpè à domeſticis, ſæpè ab externis inimicis impeditum. *Matth. 10. 36.* Dei gratia ſæpè manu apprehenſos locat in tuto. *Gen. 19. 16.* Minima florum pars in fructum adoleſcit. Eccleſiæ dubia ſæpè ſpes de cõuerſorum perſeuerantiæ.

NOTATIO XLIV.

SI FLORVERVNT MALA PVNICA.

I. *In malis Punicis quidam Virginitatem agnoſcunt. Sed martyrio rubentem. Illud primũ haud aptè dicitur.*

MALA Punica Aponius *deſideria* interpretatur, *ſeruandæ Virginitatis, quæ cum adoleuerint, pulchriora fiunt: cum autem per martyrium, aut debitum reſolutionis corporeæ floruerint, cum fructu ſuauiſſimo Creatori gaudij poculum præparant.* Quod de martyrio dicit, pertinet ad hunc locum, vt mox dicemus: quod de Virginitatis amore, ac deſiderio, non ſatis ſcio, quibus analogiæ legibus ſuſtentetur, longius euagati tres apud

Aponius. Mala punica virginitatis decus.

Theo-

Nec aptius, qui ad fidem referunt.

Et qui ad caritatem quam quærat in suis Ecclesia. Quod ad tropologiam spectat.

II.

Sed mala Punica Martyrum decus nos accipimus.

Quod plerique [illegible]

Et Martyres [illegible] apicē obtinent ferme.

Illis se iactat Ecclesia.

Et votis, & voce hortatur ad pugnam.

Inimo [illegible] multum sanguinis generet.

[illegible] pro [illegible]

Ecclesia [illegible] nascentes.

[illegible] expressa hic est

Vt multi existimarunt.

III.

[illegible]

Ecclesia [illegible]

[illegible] martyrij [illegible] concepe- [illegible] pietatis [illegible]

[illegible] futuro fructu [illegible] cogitatio, [illegible]

Nunc tempus colligendi martyrum [illegible]

Persequutionis [illegible] summo decoctos.

Inuitat ergo Ecclesia ad id Christum

Vt quod ante designarat votis.

Iam etiam executione potiatur.

Et martyrum mala suo cruore tincta decerpat.

IV.

Cur autem Martyres malis Punicis comparati

Regnant Punica inter cætera.

Et Martyrum decus ferme supra cæteros quid est.

Ideò proximè sequuntur Agnum.

Sed et Punici flores sua purpura fulgent.

Et Martyres suo sanguine, qui regius color est.

Theodoretum Patres, fidem hic agnoscunt. *Mala Punica intrinsecus dulcem fructum continere, extrinsecus austeritatem corticis obiectare: sic fidei fructum in occulto propter futuri præmij spem lætitiam afferre, in exteriore carnis sensu propter virtutis laboris acerbitatem præbere.* Verum quidem id omne est, sed aptius in alium, quam in hunc locum. Nec Theodoreti aptior interpretatio est, de caritate, cuius initia *Ecclesia* quærat in suis. id enim ad tropologiam potius spectat; quanquam Viri docti sententia est, loco hoc litteram cum tropologia ferme coniungi, quod tamen illi minime nos donamus.

Sequamur plerosque qui *malis Punicis martyrum* decus significari arbitrantur: Sic Aponius, Philo Carpathius, Cassiodorus, cuius unius posui verba: *Florent mala Punica cum hi qui in fide, & recta operatione profecerint, desiderium patiendi pro iustitia habent.* Sic etiam Iustus Vrgelitanus, & Honorius. Vide vt sensim *Ecclesia* augescat studium, & ab imperfectioribus ad perfectiora contendat, ne quis arbitretur, vel minimam esse partem, cui non suum omne studium, ac sollicitudinem volens impendat. Honoris apicem *Martyrum* ferme *Chorus* obtinet in *Ecclesia* magna *Christi* & communia cum illa gaudia: nam nunquam se indulgentissima mater felicius iactat, quam cum filiorum multitudinem videt suo tingi cruore, pro pietate profuso: & candidis innocentiæ ac puritatis tunicis stolas super indui purpureas. Quod si ea semper vota illius feruent, multo magis persequutionis tempore: tunc enim de se, de *Sponso*, de filijs sollicita, eo vertit curas omnes, vt & fortes animos nutriat in suis, & multum sanguinis generet, ne desit gladijs tyrannorum cruorem sitientibus, quod bibant. Armat ergo fortibus verbis ad pugnam, ac frequenti hortatu ardorem instillat; & cum acies promouentur ad pugnam, ac manus sunt conferendæ, incitat sonum, classicumque ingeminat suis, victoriam, coronas, triumphos ostentans. Ea omnis illius cura verbis hisce expressa est, tametsi apparatum pugnæ magis hæc verba, quam proximam pugnam respiciunt. Non enim iam de maturis pomis sollicita est, quam de recens natis, cum purpureum florem corona sese aperiente ostentant, seu iactant. Ita plerique existimarunt, magis hic de martyrij desiderio; quam de martyrio ipso esse sermonem: neque id displicet.

Sed multo aptius interpretabimur, si meminerimus, quo superius sensu Christus dixerit: *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala Punica.* Cant. 6. 10. Nam quin hoc loco ad hæc sponsi verba respicere sponsa voluerit, vocari in dubium non potest, cum eadem ferme sint verba. Ea autem nos interpretati sumus de Gentium vocatione, eorumque consiliorum, quæ diu concoquerat apud se Deus, executione. In *germinatione* autem *malorum Punicorum* martyrum spem, tunc quidem conceptam, agnouimus, Notat. 6. capitis 33. Vota ergo illic sunt posita Christi, de Gentilitatis prouentu, & magis cogitari fructus, quam adhuc visendi. Et quidem nondum tempus tunc aduenerat tantæ illius vbertatis, magis ergo cogitatione ipsa se quam re oblectabat; &, quidquid olim futurum erat, animo agitabat. Nunc tempus aduenerat inspiciendi de proximo, quidquid antè velut à longe placuerat. Et persequutione fremente, velut autumno maturante poma, licebat decerpere, ori admouere, & ad satietatem gustare. Ad id ergo sponsum Christum inuitat Ecclesia, & prouocat ad lætissimum spectaculum, velut dicat: *Descendisse te dixeras in Gentilitatis hortum, visurus an tempus adhuc esset sperandi fructum ex illo, an floruissent vites, an mala Punica germinassent. Quod tunc in votis fuerat tantum, frui nunc datur: ac omnino videre florentes vites, ac mala punica sua purpura tincta. Nam & virtutum multus decor Ecclesiarum hortos exornat, & ingens martyrum numerus, velut sua de arbore matura mala pendentia, expectant ad mensas. Quin ergo tantis delitijs oblectaturi nos, tam cupitis, tam dilatis in agros eximus?* Hæc vis allusionis Verborum ad verba.

Cur autem magis is martyrij fructus *malis punicis*, quam pomis alijs significatus fuerit, ratio non deest. Datum id pomi illius pulchritudini, datum colori, datum fœcunditati, datum coronæ. Nam & specie alia ferme vincit pomorum genera, & inter cætera regnat, ideo & merito corona insignitum: & *Martyrum* in *Ecclesia* Decus si Apostolos, & eorum in locum suffectos Pontifices demas, quibus primitiæ spiritus communicatæ, supremum obtinet locum. Ea prima *Ecclesiæ* species est, quæque prima incurrit in oculos: nihil enim maius ad illius gloriam, quam *martyrum* exercitus, non magis suo, quam tyrannorum sanguine, rubens. Ideo proximè Agnum sequuntur, nec ab eo vnquam absunt, vt qui, imitatione obitæ proprietate necis, proximè accedant ad illum, qui *martyrum rex* & audire gaudet, & esse. Quod si ad *mali Punici* florem splendidissima purpura splendentem respicias, quam vix alibi, vel imitatione artis, aut na[illegible]æ expressam cernas, statim fatebere, nihil in ea parte inuidisse naturam illi: In *mar*[illegible]*us* autem ita natiua purpura sanguinis est, & supra omne artificium tincta, [illegible]m fateare, quibus regio colore insigniri datum est, datum esse & regnum:

Tres Patres.
Mala Punica Fides austera extrinsecus, intrinsecus suauis.
Theodoretus.
Mala Punica caritas.
Mart. del Rio.

Aponius.
Philo Carp.
Cassiodorus.
Iustus Vrg.
Honorius.
Mala Punica Martyres.

Martyrum decus penè summum in Ecclesia.
Ecclesiæ vota pro Martyribus tempore persequutionis.

Ecclesia in suis filijs martyrij desiderium.

Cant. 6. 10.

Allusio horum ad illa Cap. 6. Descendi in hortum nucum.

Germinatio malorum Punicorū Martyrum spem significat.

Horum verborū sensus per paraphrasim expositus.

Martyrum cum malis Punicis similitudo.

Martyres in Ecclesia primi in oculos incurrūt.

Martyres in Ecclesia velut Reges.

Digitized by Google

gnum. Sed mirum eſt qui ſuo tincti ſanguine ſunt, apud Ioannem Apoc. 7. 9. candidatos induci,& *ſtolis albis* indutos. *Poſt hæc vidi turbam magnam,quam dinumerare nemo poterat,ex omnibus tribubus, & populis, & gentibus, & linguis ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni,amicti ſtolis albis,& palmæ in manibus eorum*. Nam agi loco hoc de Gentilibus vocatis ad fidem, tametſi non de omnibus, modus ille loquendi ſatis declarat, *ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis*: quod autem de ſolis *Martyribus* ſermo ſit, palmarum inſignia probant,data victoribus: ac multo magis quod paulo inferius dicitur *Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna*. Nam certè tribulatio magna nulla verius dicitur, quàm, quam ſuſtinuere pro *Chriſto* fortiſſimi illi pugiles in arena perſequutionis,quam & fuſo ſanguine tinxere, & ſtratis corporibus occupauere, ne pugnæ locum etiam mortui deſeruiſſe dicerentur. *Candidi* ergo inducuntur à Ioanne Martyres, qui verè *purpureis* clamidibus ſunt inſignes. Facilis nodi ſolutio, ſi aduertas ad diſſimiles colorum cauſas. Nam *candidis* quidem *ſtolis* veſtiuntur, qui *rubris* hactenus induti proceſſerant. Iſtud ſcilicèt olim fuerat, cum pugnas inirent,& ſui alienique ſanguinis multum profunderent; vbi primum præmio donantur beatitudinis æternæ,& ad Agni conſortium admittuntur in gloria, indumenta mutantur, & *purpura* color ardens, in *candidum* vertitur. Alterum enim milites decet, alterum triumphatores, quos decet in pura veſte dati ſpectandos. Facit ergo diſcrimen ſtatus; & à prælijs translatos ad triumphum, & à bellorum turbis ad æternam pacem, *candida* veſtis decet potius quam *coccinea*. Vt quam induerant ſanguine ſuo tinctam in *purpuram*,ſanguine ablutam Agni mutent in *candidam*, *lauerunt enim ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni*. Apoc. 7. 14. Merito enim mortis Chriſti datum illis eſt,vt & mori poſſent pro illo,& *candidi* ſuper *purpureos* amictus veſtirentur.

Quod ſi ad *Punicorum malorum* ſub vno atque amaro cortice fœcunditatem reſpicias, haud negabis merito *Martyres malis Punicis* deſignatos. Nam de pomis cum quædam ſint, quæ magnitudine punica vincant, vt in Citriorum genere, nullum inuenies, quod innumera ſeminis ſobole è Punico non vincatur. Cumque naturæ id prouiderit ſolers ſtudium, vt quæcumque precioſiſſima voluit eſſe, raritate commendet, deficit in *Malogranatis* lex: quibus cum primas partes in hortenſi prouentu conceſſerit, granorum innumerabili multitudine, toties ſeneſcentem ſtirpem in ſemine reſtitui poſſe voluerit, ne ſcilicet pulcherrimum pomum ſterilitatem timeret. At *Martyrum* ſanguinem ſemen *Martyrum* eſſe multis documentis eſt certum; nec aliam magis ob cauſam dictum a *Chriſto*: *Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert*. Ioan. 12 24. Grana .n. quæ ſingula cadunt, multiplicata redduntur. Huc Leonis Magni verba refer: *Non minuitur perſequutionibus Eccleſia, ſed augetur: & ſemper dominicus ager ſegete ditiore veſtitur dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur*. Leo. ſer. 1. de SS. Petro & Paul. Non ergo ſolum auguratur *Eccleſia* multos fore,qui propter *Chriſti* fidem libentiſſimè vitam ponant, ſed etiam terram, eorum, tametſi paucorum, ſanguine fœcundatam, innumerabilem multitudinem *Martyrum*, velut ſatis ſeminibus, geminaturam. Nec vana fuere vaticinia optimæ Matris, nam tam abfuit, diritate perſequutionis vt fidelium ſeges decreſceret, vt potius nullo vnquam tempore felicius verbi iacta ſemina prouenerint, quam cum perſecutoris gladius furioſius deſæuiret: vt pro vno ſæpè truncato, multi, pro paucis, infiniti reſurgerent parati pro pietate vitam profundere. Huius ergo fœcunditatis ſymbolum *Malum Punicum* ſit, quod ſub amaro cortice innumeram granorum ſobolem claudit, & purpura inſignem, & palato gratiſſimam.

Poſtremum in pulcherrimo pomo corona eſt, qua non ſine magna cauſa inſignitum à natura eſt, vel quia inter reliqua mala règnat, vel quia regnare ſit dignum, ſi cui regnum donandum. Id autem decus *Martyrum* eſſe proprium vt regni inſignia *coronas* accipiant certum eſt. S. D E. *Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis: & animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu* (διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ) *& propter verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam, neque imaginem eius, nec acceperunt charactherem eius in frontibus, aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille annis*. Apoc. 20.4. Cum mille annos audis, æternitatem intellige; qua regnaturi cum *Chriſto* ſunt. Ideo & palmæ donatæ ſunt illis,quæ non modo victoriæ ſymbola ſunt, ſed etiam pacis,quæ per multas victorias parta ſit. Huc Ambroſius ſerm. 24. haud inuitus trahi poteſt. *Eſt palma Martyribus ſuauis ad cibum, vmbroſa ad requiem, honorabilis ad triumphum; ſemper virens, ſemper veſtita folijs, ſemper parata victoria; atque ideo non marceſcit palma, quia Martyrum victoria non marceſcit*.

Sed & ipſi, quod mirere, candidis producuntur induti.
Nec Ioannes alios intelligit, quam vocatos Gentiles, & Martyrio nobiles.
Ideò palmatos inducit.
Et de tribulatione magna redeuntes.
Hinc purpureis induti ſtolis.
Cur ergò & candidis?
Purpureis induti cum à pugna recederant.
Candidis veſtiūtur triumphaturi.
Et cum ſtatu indumenta mutantur.
Suo ſanguine rubri Agni ſanguine candidantur.
Niſi rubra clamydi puram imponant.
V.
Sunt,& Punica fœcunditatis ſymbola.
Propter ſeminis infinitum numerum.
Magna naturæ prouidentia.
Ne pulcherrimum pomum ſterilitatē timeret.
Eſt autem Martyrū ſanguis Martyrum ſemen.
Nam, & mortuū ſemen multiplicatur in culmo.
Hanc fœcunditatem inquirit Eccleſia, & auguratur.
Nec eam coniectura feſellit ſua.
Cum, paucis pro fide mortuis multi reſurgerent morituri. VI.
Sed & corona inſignitum pomum, Regni inditio.
Coronatos Martyres repræſentat, vt Reges.
Quod Ioanni aliquando oſtenſum.
A quo mille annis cū Chriſto regnaturi.
Id eſt perpetuo.
Nam palma non modo victoriæ, ſed pacis ſymbolum.
Immo, & æternitatis, quia ſemper virens.

Cur Martyres à Ioanne candidis induti dicuntur. *Apoc 7 9.*
Magna tribulatio Martyrum.
Martyres dum pugnant rubris induti,triumphaueri candidis.
Martyres ſupra purpureas ſtolas candidis veſtiūtur. *Apoc. 7. 14.*
Malum Punicū fœcūditatis ſymbolum.
Martyrū ſāguis. Martyrū ſemen. *Ioan. 12. 24.*
Leo Magnus.
Vix vnquā magis aucta Eccleſia, quam cū ſæuius oppugnata.
Mali Punici corona regni indicium.
Apoc. 20. 4. Martyres coronati. Vt Reges.
Palma non minus pacis, & æternitatis, quam victoriæ ſymbolum. *Ambroſius.*

NOTA.

Digitized by Google

NOTATIO XXXXV.

IBI DABO TIBI VERBA MEA.

I.

Diuerſi hic ab alijs sumus.
Et hæc de maritali coniunctione interpretamur.
Tametſi ſi de Doctoribus cum alijs accipiamus.
Non ineptè ad noſtrum filum aptare poſſimus.
Sed hic de coniunctione ad conceptum ſermo eſt.

COgimur loco hoc à multorum magnorumque authorum ſenſu diſcedere, & qui hæc Dramatica ſententia de maritali coniunctione ad liberos procreandos accepimus, hic de myſtica interpretari: nec tamen primi in hanc ſententiam deſcendimus, præceſſere magni nominis Authores duo, & quidem quibus antiquitas authoritatem conciliet: Ij ſunt Iuſtus Vrgel, & Caſſiodorus. Quanquam video poſſe communem ſantentiam; quæ de Doctoribus hæc accipit, in eundem aut certe ſimilem ſenſum aptari, per eos enim non modo filij *Eccleſiæ* lacte doctrinæ nutricentur, ſed etiam filij generantur, iacto ſemine verbi, & gratia per *Chriſtum* interius fœcundante, vireſque ad partum largiente. Sed hic nondum de generatione filiorum, ſed de coniunctione ad conceptum ſermonem eſſe contendimus: nam de fœcunditate, & partu proximo verſu dicetur. Hæc ergo de vi prolifica per myſticam coniunctionem *Eccleſiæ* indictam à *Chriſto* interpretamur, quod facile nos perſuaſſuros ſperamus lectori, ſi quo ſenſu *Vberum* hic facta ſit mentio moneamus.

Iuſtus Vrgel. Caſſiodorus. Doctores Eccleſiæ vbera.

II.

Dixerat ſponſus apprehenſurum ſe vbera ſponſæ.
Ita reddit illi voces ſuas.
Addit, haud neceſſe vi apprehendere, quod ſponte donetur.
Offert ergo vbera marito amplexanda.
Indicatur autem ſtudium nouæ ſuſcipiendæ prolis.
Et Chriſto generanda per prædicationem.
In familia ſupplementum.
Nullo enim tempore robuſtior ad generandum fuit.
Quam ſub Tyrannorum odia.
Id notatum à Tertulliano non vno loco.
Nam martyrum paſſiones, exhortationes martyrij ſunt.

Dixerat ſupra Sponſus, cum Sponſæ *vbera botris* eſſe ſimilia dixiſſet, *aſcenſurum* ſe in *palmam, apprehenſurum botros*, ideſt *vbera* illius maritali licentia amplexaturum; quod de myſtico complexu nos interpretati ſumus. Reddit illi voces ſuas amantiſſima *Sponſa*, nec neceſſe ait, vi arripere, quod vltro donetur: totam ſe in illius eſſe poteſtate, nec alia velle lege viuere, quam ea, quam ipſe dixerit. Eſt ergo ſententia vna alteri concinens, Apprehendere enim *vbera*, ad mariti iura ſpectat; *Dare vbera*, ad vxorias leges, verè autem vtraque ſententia idem ſignificatur, ideſt maritalis ipſa coniunctio, quæ ſobolis procreationem finem habet. Non ergo ſugenda *Vbera* offert filijs, ſed amplexanda marito; non vt teneram lactet prolem, quam olim peperit, ſed vt nouam concipiat, ſuoque tempore editam numeroſæ proli adiungat. Significatur autem in eo ſtatu, dum adhuc tyrannorum ſæuiret rabies, eiuſdem *Eccleſiæ* ſtudium, ac vigilans ſemper ſollicitudo, non ſolum nutriendi ſuſceptos hactenus liberos, & fortibus alimentis doctrinæ prouehendi ad virile robur, & in hoſtes armandi; ſed concipiendi nouam prolem, id eſt, *Chriſto* per prædicationem generandi, quos decedentibus ſubſtitueret, ne, ſi non eſſent, qui morientium locum ſubirent, ſenſim Chriſti cõmunis interiret familia. Nunquam ergo illi vel ad concipiendam nouam prolẽ copioſior virtus eſt data, vel ad pariendum robuſtior; vnde eſt factum, vt vix vnquam maioribus incrementis res Chriſtiana ſit aucta, quam dum ſæuiens inimicus furor eam peſſundare conatus eſt; vt recte dictum à Tertulliano ſit: *Nequicquam tamen proficit exquiſitior crudelitas veſtra, illecebra eſt magis ſectæ. Plures efficimur quoties metimur à vobis; Semen eſt ſanguis Chriſtianorum.* Apolog. Cap. extremo. Et lib. ad ſcapul. cap. 5. *Nec tamen deficiet hæc ſecta, quam tunc magis ædificari ſcias, cum cædi videtur. Quiſque enim tantam toleratiam ſpectans, vt aliquo ſcrupulo percuſſus, & inquirere accenditur quid ſit in cauſa; & vbi cognouerit veritatem, & ipſe ſtatim ſequitur.* Sed de his verſu proximo nonnulla.

Maritalis coniũctio myſtica, vberum traditio.

Eccleſiæ ſtudiũ non modo nutriendi natos filios, ſed concipiendi nouam prolem.

Eccleſiæ ad conceptus nũquam robuſtior virtus, quam ſub tyrannis.

Tertullianus.

Idem.

VERSVS XIII.

MANDRAGORÆ DEDERVNT ODOREM. IN PORTIS NOSTRIS OMNIA POMA: NOVA ET VETERA, DILECTE MI, SERVAVI TIBI.

COMMENTARIVS.

MYSTICO *complexu ſponſi ſeſe grauidam Eccleſia ſentiens*, eo ipſo tempore, quo ſe ſuoſque ſeuitia perſequutionis premi videret, de proxima ſpe ſobolis infinitæ gaudet. Ideo ſe dicit *Mandragorarum odorem* percipere, quarum ad medendum ſterilitati vis, ſiue ex vero, ſiuè ex opinione vulgi, infama eſt. Ergo mirus *Eccleſiæ* profectus turbidis illis temporibus,

Digitized by Google

poribus, mira fœcunditas deſignatur. Tunc in varias orbis partes delata Euangelij gratia per Chriſtianos, vel exilio mulctatos, vel ærumnis laboribuſque diſtructos, & in multas orbis partes compulſos: vbi, ſemotis ab importunitate mortalium, bonis eſſe liceret. Sic eorum & exemplo, & doctrina plerique in partes *Chriſti* tranſiere. Eius fœcunditatis fructus vberes ſe ſponſo ſeruare affirmat, immo & paratos habere, & coram: non ergo iam ſpem ſolam, ſed rem ipſam oſtentare: nec de futuris bonis munera, ſed de præſentibus exhibere. Id eſt, *inportes omnia poma*. Cum autem *Omnia* dicit, nihil ſibi ſeruare velle fatetur, ſed *Omnia* prorſus in illum velle conferre, cuius auſpicijs & nata, & adulta ſint. Nec iam ſolos *veteres fructus* offerre, ſed *recentes*, manuque de ſua arbore decerptos. Quibus indicat verbis, ſe & de inculpata eorum, qui antè crediđiſſent, vita, ac de recenti fide eorum, qui nuperrimè vocati eſſent, plenos calathos Chriſto offerre.

ENARRATIO.

SED me ſentio à votis tranſire in rem, & ſpem omnem in gaudia verſam: eodemque tempore mihi mutatam in melius ſortem, hoſtiumque euanuiſſe conſilia. Multum Perſequutori erit, quod imputem, ſi illius odio factum eſt, quod amore non fieret. Aratro terra proſciſſa fœcundius ſemen reddit; de vulneribus quidem fortior: de iniurijs opulentior. Video ſobolem mire multiplicari, neque in pace vberius prouenisſe ſtudia, quam in bello. Diſperſit quidem ſæua hac perſequutionis procella filios meos in diſſitas orbis partes. Quis non crederet meo id damno fieri, & illorum, ſed meliora Deus, exſulauit notis vrbibus cum illis Euangelij gratia, ſed verſa in commodum iniuria eſt; ac velut ſemen fuit pinguibus, ac paratis aruis commiſſum, quod in innumeras meſſes creuit. Didici ergo nihil eſſe mali, quod te agente, dilecte non conuertatur in bonum. Totum id ergo tuum eſt, quo agente, ac miniſtrante vires, & fœcundante corda, donatum eſt. Reddo ergo totum, quod tuum eſt tibi: nec iam, vt alias, ſpem ſolam oſtento: ſed rem ad tuoſque pedes iacto geminata munera, vetera ſcilicet & recentia. Nam & eorum, qui prius credidere multiplicem pietatem ac inculpatos mores offero tibi: & eorum qui nuper fidem tuam amplexi ſunt, innocentiam dono, quod ſcio gratum tibi futurum munus, & rei ipſius gemina gratia, & amore donantis.

SVM. COM.

NOTATIO XXXXVI.

MANDRAGORÆ DEDERVNT ODOREM.

I.

Mandragora dotes ex Caſſiodoro.

Adde, conceptum iuuare, & partũ.

Caſſiodorus.

Et fœcunditatem præſtare.

Exponit autem de bono odore Apoſtolorum.

Quod parum eſt.

Sed ſingularis Aponij interpretatio.

Et Anſelmi non ſolidior.

De Gentibus & Iudæis olim conuertendis, vel conuerſis.

TOT *Ferè in partes diuiſi interpretes ſunt, quot ſunt* de *Mandragoris* proditæ dotes. Caſſiodorus herbam aromaticam eſſe monet, bifida à medio radice, hominis exhibere imaginem, ſuaui odore pollere, conciliare ſomnum, ſumptam in potu ſtupore corpus ferire, vt ne lectiones quidem, aut cautheria perſentiſcat. Addere poterat, quæ fortaſſe magis ad rem conceptum iuuare, & poſt conceptum etiam partum; amatoria vi pollere, & fœcunditatem præſtare; quæ omnia à grauibus Authoribus prodita ſunt, vt ſuo obſeruauimus loco. Quanquam cum ad rem veniſſet, odoris ſolius mentione facta, contemnit cętera. Interpretatur autem de bono odore, ac fama ab Apoſtolis ſparſa. Sed parum id eſſe videtur, ad loci huius enodationem, cuius, niſi multum fallimur, grandius, altiuſque miſterium eſt. Magis mirum eſt, quod Aponio, atque Anſelmo venit in mentem; nam quod *Mandragoræ* radix hominem ſine capite referat, illæ hoc ad Gentes, quæ homines quidem eſſent, ſed fidei carentes capite; hic autem ad Iudæos quibus caput *Chriſtus* non eſt, retulere; vtrque autem ad eorum conuerſionem, niſi quod Aponius reuocat ad finem mundi, quo ex

Mandragorę deſcriptio.

Mandragora cõceptum & partum iuuet.

Auguſt lib 12. con Fauſtum.

Dram [illegible] *cap. 7 Not 35*

Bonus odor de coſtitia Apoſtolorum per mandraguram ſignificatus.

Aponius.

Anſelmus.

Honorius.

Homines ſi le tanquam capite carentes.

Digitized by Google

Sed alter nimis properat, alter tardat.
Nec Philonis amplectendus ſenſus:
De Patribus ſinu Abrahæ incluſis.
Velut radicibus ſub terra.

II.

Alij quod ſoporiferam vim Mandragora habeat.
Ad mortificationem referunt.
Vel ad ſoporem quem ſẽſibilia inducunt.
Sed neutrum habet.

III.

Alij ad multitudinem quę cõuertenda ſub mundi finem.
Sed nulla Cantici pars ad mundi finem pertingit.
Id verò à quibuſdam inuentum.
Vt ſe multis difficultatibus expedirent.
Sed minimè id neceſſe eſt.
Hic mandragorarum mentio nullo diſcrimine pomi, et radicis.
Vel certè potius pomi ex quo odor.

IV.

Quidam hic nouã mandragoræ ſpeciem fingunt.
Sed non admodũ firmis rationibus.
Nec credere poſſunt propter id pomum Rachelẽ vẽdidiſſe virum.
Aut Liam emiſſe.
De eadem re dubitaſſe videtur Auguſt.
Aiunt Eccleſiam cum Chriſto alio modo agere quam ſorores illas.
Quarum altera mandragoras, ſine marito.
Altera maritum ſine illis amauit.
Quod vtrumque tepidi amoris indicium
Aliter ſponsã quæ omnia ſponſo deſtinarat
Et per Apoſtolicos viros omnia ſua obſequia.
Maximè in nouarum gentium conuerſione:
Id eſſe omnia noua, & vetera illi ſeruaſſe.

omnibus gentibus current ad *Chriſtum*: Anſelmus ad Iudæos iam conuerſos. Durum vtrumque eſt, & tam reconditum, vt me fatear difficile ad aſſentiendum trahi: ne obijciam, alterum nimis tardare; alterum extra ſuum tempus agere de præteritis. Nec meliore cenſu numeranda videtur Philonis ſententia, qui, quod *Mandragoræ* radix & humanam figuram referat, & terræ infoſſa ſit, Patres veteres intelligit, qui ante *Chriſtum* mortui, ſinu Abrahæ clauſi, virtutum odorem reliquere terris, fide atque ſpe viui, mortui adhuc gloriæ. Durius id eſt, nec huic aptum loco, nec ex eo ſumptum, quod proprium ſit *Mandragoræ*, quandoquidem radicibus id omnibus proprium eſt, vt humi defoſſæ ſint. Nec erat, cur de *Mandragoris* potius, quam de rapis, aut paſtinacis mentio fieret, ſi nihil aliud propoſitum erat.

Theodoreto autẽ poſt tres PP. placuit *Mandragoras*, quod ſaporiferã vim contineant, referre ad *Mortificationem*, qua ſenſim homines dedocentur affectionum ſenſu titillari. Quanquam tres illi PP. contrario ſenſu docent, ſenſilium rerum ſpecies facere, vt animus illis per ſenſus hærens, quaſi obdormiſcat, nec valeat mente vigili ad diuina conſcendere. Nobis vtrumque, tametſi parum aptum interpretationis conſequentiæ, quia tropologicum eſt, in alium locum reijcitur. Quemadmodum & quod Gregorio magis placuit, quod apud illum videre, lector ſi velit, poteſt hoc loco.

De recentioribus quidam; & quidem de impenſe doctis, ad multitudinem illam referunt, quę ſub mundi finem mortuo Antichriſto, quaſi corpus ſine capite manens, conuertenda ad *Chriſtum* eſt. Eam eſſe *Eccleſiæ* materiam ingentis gaudij, poſt *flores* Iudaicos, ac Gentilitatis *fructus*; ac reliquiarum Iudaicarum *mala Punica*; eas etiam *Mandragoras* colligendas, ac ſponſo dono ſiſtendas. Quid generatim de hac interpretandi ratione ſentiam locis alijs indicaui, monuique nullam Cantici partem produci vſque ad extrema *Eccleſiæ* tempora, ſed multo ante totum Drama finem habere. Nec aliam his authoribus fuiſſe cauſam ſecundam inducendi, immo & tertiam, & quartam ſponſam cum Honorio, niſi vt ſe multis difficultatibus impedirent, quibus totum hoc caput cum proximo plenum eſt. Id autem quod de *Mandragora* ſine capite dicitur paulo ante rejectum eſt, ac communius id ac lenius eſſe, quam vt ex eo arcana exquiratur ſententia, quæ hoc loco longe alia eſt. Quin certum putamus hoc loco de *Mandragoris* mentionem factam generatim nullo diſcrimine radicis & pomi, quin ſi diſcrimen eſt vllũ, certius eſſe ad pomum reſpectum, quam ad radicem: odor enim dum planta viuit, ac radice infixa terræ eſt, non à radice, ſed a pomis, cum folijs eſt, ab eo ſcilicet, quod extra humum exſtat, ne ſcilicet arbitretur quiſpiam, quæſitum in radice eſſe, vnde ſimilitudo duceretur.

Volunt quidam alij, *Mandragoram* hic non eam eſſe, quæ vulgo eo cenſetur nomine, quamque nobis deſcribunt, qui de plantis edidere tractatus; ſed diuerſam ſpecie, odore ſcilicet, ſapore, nutriendi vi, non enim ſibi perſuadent inter cæteras delitias, ac ſuauia poma, quod vocabulum originale ſignificat, vt loco alio dictum à nobis eſt, ea numerari, quæ prauis qualitatibus infamia ſunt, odore graui, ſapore inſipido, vi ſaporifera, immo ſtuporem adducente. Nec credendum propter rem adeo iniucundam Rachelem virum ſuum commodaſſe Sorori; nullo alio pretio operæ, quam vt graueolentiam, fatuitatem, ac ſtuporem ſibi aſciſceret. Et quidem ante hos Authores videtur S. Auguſtinus de *Mandragoris* dubius fuiſſe, an, quarum meminit ſcriptura, duobus illis locis, eiuſdem ſint naturæ, cum communibus. Sed leues illæ rationes ſunt, vt propterea ſine vlla ratione ſolida, aut cuiusquam teſtimonio nouas rerum ſpecies inſeramus in natura rerum. Ad arcanam autem ſententiam cum gradum faciunt, dicunt primo velle ſe ſponſam diuerſam probare à Rachele, & Lia, quarum altera *Mandragorarum* pretio emit maritum, altera vendidit: Altera *Mandragoras* ſine marito, altera maritum ſine *Mandragoris* adamauit, quod vtrumque damnandum. Cum ſi fructus ſuauis eſſet, deberet altera non ſola eo frui, excluſo à conuiuio viro; altera non propter voluptatem propriam, ab eius eſu maritum arcere: quod in vtraque indicium tepentis, aut frigidæ certè caritatis; quæ propriam voluptatem amato præponit. *Sponſa* amorem ſynceriorem fuiſſe, quod omnem curam, ac ſtudium in procurandis *Sponſo* delitijs impenderet, nullis ſibi priuatim reſeruatis: Atque id ad corticis ſpectat ſenſum. Alterum adijciunt ad arcanum. Apoſtolicos; è cætu religioſorum viros in arduis miſſionibus inter ignotas, ac barbaras gentes confidere (vtor illorum verbis) *quamplures ſeſe ipſis occaſiones daturas in quibus Deo, fulti quidem eius auxilio, obſequia offerant quam plurima ſiue de proprijs eorum virtutibus ſermo ſit, ſiue de animarum nouis conuerſionibus, conuerſarumque incrementis in virtute*. Id enim eſſe *Noua Poma & vetera*. Et id quidem verum eſt, & iuxta noſtram ſeriem interpretandi non ineptum adducendum arcanæ ſententiæ filum. Sed haud opus erat tam multa de

Philo Carpath:

Patres veteres terræ velut infoſſi in Limbo.

Theodoretus:
Tres Patres.
Mortificatio carnis per mandragoram ſignificata.
Senſibilia ſoporem velut mandragora inducunt.
Gregorius PP.

Conuertẽdi ſub mũdi finem Antichriſto mortuo.

Honor.
Quidam hic ſpõſas multiplicauere, vt ſe magnis difficultatibus expedirent.

Ad mandragorarum pomũ propter odorem hic reſpectum.

Alcazar.
Mandragorę hic an, quæ communiter eo cenſetur nomine.

Auguſtinus libro 22. con. Fauſt.

Factum Rachelis, & Liæ indicium tepẽtis affectus in virum.

Spõſę omne ſtudium in procurandis ſpõſi delitijs.

Man-

Quod ad noſtrã ſeriem aptum eſt. [illegible] apud hos authores mandragora citantur. Fruſtra [illegible] ſpeciebus.

V.

Sed Ambroſius ad verum ſenſum manu nos ducit. Qui ad [illegible] Gentium mandragoras refert. Cuius [illegible] ipſe nobis non omnino probatur. Sed amplectimur, quod latere putauit in vtriuſq; ſororis facto. Nam per Liam ſynagoga, per Rachelem Eccleſia ex Gentibus deſignata. Cui fœcunditatis ſymbolum mandragora ſunt conceſſa. Immo generandi vis à ſynagoga in Eccleſiam tranſlata. Quod, et ab Iſaia cantatum. Cap. 54. 1.

Comment. D. Xmat. cap. 7. Not. 35.

Ambroſ. in Pſal. 118. oct. 19.

Mandragoræ ad Gentiũ conuerſionem referendæ.

Synagogę fœcũditas in Eccleſiã translata.

Mandragorę myſticè ad fœcunditatẽ pertinent.

Mandragoris diſputare, vt tandem id diceretur, quod ſatis nulla earum mentione facta, cæteris verbis indicatur: omnia enim illa *Pomorum* nomine *Veterum*, *ac Nouorum* ſi intelligas, prudentis facies. aliud ergo intelligendum eſt, cum *Mandragorarum* fit mẽtio, & de odore earum. Non ergo fuit opus, præter communem veterum, recentiumque ſententiam, nouas plantæ illius ſpecies inſerere in naturæ cenſum. Nam quod de Lia, & Rachele dicitur, alio loco confutatum eſt, qui conſulendus lectori.

Ad veram ſententiam nos manu ducit Ambroſius, qui poſtquam *Mandragoras*, ex vulgari ſententia, ſexu diſcreuiſſet, & grauеolentiam fœminis tribuiſſet, ſenſum arcanum his verbis tradidit: *Significat ergo gentes, quæ ante ſœtebant, cum eſſent infirmitate ejurata quadam infirmitate perfidiæ, boni odoris fructus ferre cœpiſſe, poſtquam in aduentum Domini crediderunt.* Id ergo certum ex Ambroſio eſt, mandragoras ad gentium conuerſionem pertinere, tametſi in reliquis, qua potuit ratione, *Mandragorarum* ſimilitudinem applicauit, quod minimè nobis probatur. Probatur autem vel maximè, quod in ea hiſtoria Rachelis, & Liæ *Mandragorarum* pretio ſeu auctionantibus, ſeu licitantibus viri complexus, obſeruauit arcani. *Mandragoras Ruben primogenitus attulerat matri ſuæ Liæ, quæ lippientibus oculis Synagogæ figuram accepit, quia Chriſti gratiam videre non potuit hebetato debilis mentis obtutu. Quo declaratur quod fructus antea ſynagoga, quos à primogenito Dei filio ſuſceperat, Eccleſiæ conceſſit. Sed quia illius noctis potita concubitu concepit, & peperit Lia ſuæ poſteritatis hæredem, impletur myſterium, quoniam credentibus Apoſtolis reliquiæ Iudæorum per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. vnde & ait Eccleſia, Noua, & vetera Frater mi, ſeruaui tibi.* Serm. 19 in Pſal. 118. Hinc intelligimus *Mandragoras* myſticè ad fœcunditatem pertinere, quam Lia in Sororem transtulit traditis illis. Hæc ergo ex Ambroſij ſententia & ad *Gentes* referenda ſunt, & ad *fœcunditatem Eccleſiæ*, cum ex ſterili earum conditione, ſed per verbum Dei mutata quodammodo natura, infinitam prolem Chriſto adiunxit.

VI.

Id Eccleſia iactat, & iã medijs preſſuris durare fœcunditatem. Is odor mandragorarum eſt. Eius autem fœcũditatis vna cauſa Chriſti ſocietas. Qui de imperio Eccleſiæ cum ſæcularibus poteſtatibus prælia commiſit. Et per ſuorum cladem triũphauit. Ea vera victoria fuit, ad quã ſuos inſtituit armauitque. Donec per eos victoria planiſſima potiretur.

Eccleſiæ fœcunditas tempore perſecutionis.

Cauſa fœcunditatis Chriſti aſſiſtentia.

Id ergo eſt quod nunc Eccleſia, tametſi adhuc tyrannorum gladio iugulis imminentè, iactat, tunc maximè creuiſſe numerum filiorum; tamque non hebetatam concipiendi vim, vt tunc potens preſſuris, ac perſequutionibus augeretur. *Mandragoræ* ergo *dederunt odorem ſuum*; quia tunc maximè illius fœcunditas, monſtrata eſt. Totus autem is fructus non vnam originem habuit. Potiſſima ab *Chriſti* ipſius conſortio, fauenteque gratia petenda eſt, qui tunc maximè *Eccleſiæ* aſſuit ſuæ, cum in arcto perſecutionis conſtituta, videbatur delenda. Itaque inter *Chriſtum*, & ſeculares poteſtates velut ex condicto bellum inſtitutum eſt, & acriter præliatum de imperio *Eccleſiæ*, quanquam diſparibus armis. Sed vicit tandem *Chriſti* virtus, & per ſuorum non vnam cædem, ſeu potius victoriam, crucis trophæum erectum eſt, ac Romanis ipſis arcibus illatum, ex omni orbis parte nouum militem conſcripſit, nouum populum nouumque imperium fundauit, non ante finem habiturum, quam orbis exitus inſtaret. *Chriſtus ergo* ipſe magiſter & docuit pugnare; & vires ad pugnandum dedit; & ad victoriam docuit currere cluſis aut diſſlatis artibus inimicarum poteſtatum. Tertullianus in hunc fermè ſenſum, lib. ad Scap. extremo: *Magiſtrum neminem habemus niſi Deum ſolum: hic ante te eſt, nec abſcondi poteſt, ſed cui nihil facere poſſis. Cæterum quos putas tibi Magiſtros, homines ſunt, & ipſi morituri quandoque.*

Tertul. lib. ad Scap. cap. extremo.

VII.

Alia fœcũditatis radix, exemplum martyrum. Libenter pro Chriſto vitam profundentium. Ea fortitudo multo plures ad fidem traxit, quam prædicatio. Quod omnes crediderunt grande eſſe illud quo per ſupplicia itetur, & mortem. Et quidem veriſsimis.

Alia cauſa fœcũditatis, filiorum fortitudinis exẽpla.

Non niſi magnũ eſſe poteſt, quod vita, ſãguine, honore emitur.

Tertullianus lib. ad Scap.

Idem Apol. cap. extremo.

Alia fœlicitatis origo; ac *fœcunditatis*, qua multiplicata proles *Eccleſiæ* eſt, exemplo eorum conſtat, qui pro *Chriſto* paſſi, ſæpè & inter cruciatus extincti, patientia ſua, ac magnanimitate ſpectatorem docuere, grandius aliquid, quam quod humanum ſit, pectoribus illis abſcondi, quibus cruciatus non ſupplicium, ſed luſus eſſent; mors autem omni vita, & quidquid vitam felicem facit, precioſior. Animi hæc magnitudo, ac rerum mortalium deſpicientia, non in vno fidelium, ſed in omnibus obſeruata, quid non perſuaderet? Nemo enim vnus eorum, quæ certa ſunt, iacturam ſubire præſumitur, niſi qui per contemptum eorum viam ſibi faciat ad maiora. Grande ergo aliquid eſſe illud, prudenter coniectabant, quod non niſi omnium iactura rerum, etiam vitæ, etiam famæ, comparari poſſet. Ab admiratione, imitando vota fuere. *Quiſque enim tantam tolerantiam ſpectans, vt aliquo ſcrupulo percuſſus, & inquirere accenditur, quid ſit in cauſa; & vbi cognouerit veritatem, & ipſe ſtatim ſequitur.* Nam non tot inueniunt *verba diſcipulos, quot Chriſtiani factis docendo. Illa ipſa obſtinatio, quam exprobratis, magiſtra eſt. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum, quid intus in re ſit? Quis non, vbi requiſiuit accedit? vbi acceſſit, pati exoptat? vt totam Dei gratiam redimat; vt omnem veniam ab eo compenſatione ſanguinis ſui expediat? Omnia enim huic operi delicta donantur.*

Tertia fœcunditatis origo ipſa diſperſio fidelium in diuerſas, diſſitaſque orbis partes fuit: dum enim iras furentium inimicorum cedunt, ſolum vertere compulſi,

Fœcũditatis Eccleſiæ cauſa alia, exilium fideliũ.

Id grandibus verbis à Tertulliano proditum.

VIII. *Tertia fœcunditatis cauſa fidelium diſperſio.*

Sic claſſe tempeſtate diſiecta noui arbor inuenti

Et ſæpè fortuna aduerſa plus quā ſecundiori debemus.

Hæc prouidentiæ arcana.

Qua ſæpè per tempeſtates in portum deducimur.

Eius per aduerſa fœcunditatis teſtis omni maior exceptione.

Similitudo spiſſima.

Nauigantium fœlicitas plus aduerſæ. fortuna ſæpè, quam ſecūdiori debet.

Diuina prouidētia quidquid in nos armatur vt perdat, vertit in bonum.

eo migrare coacti ſunt, vbi ſine impedimento liceret Chriſtianam colere pietatem. Sic in eas oras Euangelij gratia delata eſt, quò fortaſſe nunquam, ſerius certè, fuiſſet delata. Is fructus perſequutionis fuit. Sic ſæpè procella ipſa diſiectæ claſſes, inque ignotas oras compulſa naufragia, nouas terras, nouas gentes, immo & nouas diuitias inuenere: Caſus itaque fecit, & improuiſa iactatio, vt plus deberet nauigantium felicitas tempeſtati, quam benigniori fortunæ: nam non raro quam aduerſam arbitramur ſecunda eſt; & cui iraſcimur exagitanti, gratias agimus exagitati, atque extorres. Alta ſcilicèt ſemper Dei conſilia ſunt, nec menti humanæ peruia; cum enim placuit, quidquid in nos armatur, vt perdat: vertit in bonum; & per horridas tempeſtates ducit in portum, per mortis compendia in veram vitam; humanarum ſemper rerum, aduerſus cauſarum vim, & arbiter, & magiſter. Quod ſi quam vere hæc dicantur de fœcunditate Eccleſiæ horridis illis temporibus ſcire iuuat, audi teſtem oculatum, cuius nulla authoritas maior eſt, non de multitudine ſolùm Chriſtianorum, ſed feruore etiam currentium ad mortem & palmam loquentem: *Arrius Antoninus in Aſia cum perſequeretur inſtanter, omnes illius ciuitatis Chriſtiani ante tribunalia eius, ſe manu facta obtulerunt; cum ille paucis duci iuſſis, reliquis ait: ὦ δειλοὶ εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε.* (O miſeri, ſi perire vultis, præcipitia, ac reſtes habetis.) *Hoc ſi placuerit & hic fieri, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris ac fœminis, omnis ſexus, omnis ætatis, omnis dignitatis offerentibus ſe tibi? Quantis ignibus, quantis gladijs opus erit? Quid ipſa Carthago paſſura eſt, decimanda à te, cum propinquos, cum contubernales ſuos illic vnuſquiſque cognouerit? cum videris illic fortaſſe, & tui ordinis viros, & matronas, & principales quaſque perſonas; & amicorum tuorum vel propinquos, vel amicos? Parce ergo tibi, ſi non nobis; parce Carthagini. Si non tibi.* Tertulliano ſimilia Theodoretus: *Sicut, lignatoribus Syluam cedentibus; multo plures pullulant propagines ab radicibus, quam ſint rami, qui inciduntur, ità quoque pluribus ſijs interfectis, multo plures quotidie ad doctrinam Euangelicam accedebant, cruorque ille cæſorum corporum irrigatio quædam erat, nouis in Eccleſia emergentibus plantis.* Theod. lib. 9. de Græc. Affect. cur. vide illum latè hoc argumentum tractantem. Id ergo *Eccleſia Sponſo Chriſto* gratulatur, cum *mandragorarum odore* ad moueri ſe dicit ſuæ fœcunditatis medijs diriſſime perſecutionis cruciatibus, & exilijs: nam *mandragoras* ſiue ex verò, ſiuè ex opinione vulgi ad *fœcunditatem* ſpectare, alibi diximus.

Arrius Antonius Aſiæ proconſul.

Tertull. lib. ad Scapulam.

Cuius authoritate Tertullianus vſus.

Cū ſcapula Africa Præſide.

Similia Theodoretus:

Qui ſyluarū ceſſarum, ac fœcundius germinantiū exemplo idem cōfirmat.

Theodoretus.

NOTATIO XLVII.

IN PORTIS NOSTRIS OMNIA POMA.

I.

Portas quidam Doctores interpretantur.

Alij Prophetas, vel Apoſtolos.

Alij ſenſus ac exteriores potentias.

Quaſi nihil in illis ſit quod Deo non placeat.

Vel quia per ſenſus nos ad Deum. Deus ad nos venit.

Apoſtoli portæ Eccleſiæ, & Prophetæ, & Doctores.

Portæ ſenſus externi, & potentiæ.

IN *portis, quod dicitur, non omnes vno modo explicauere.* Plerique in eo aliquid arcani contineri exiſtimarunt. Angelomus *portas Doctores* interpretatur, per quos recens conuerſi ad Deum intrant: Honorius *Prophetas, & Apoſtolos* ob eandem rationem, quia per eos intramus ad regnum: vel *virtutes* per quas in cœlum nobis viam paramus. Philoni autem, ac tribus PP. magis placet, *ſenſus ac exteriores potentias* accipere, quanquam cum aliquo diſcrimine. Philo enim interpretatur. *Omnia poma in portis*, nihil in illis eſſe ſenſibus aut membris, quod *Chriſto* non placeat. Tres autem illi PP. quia per notitiam ſenſuum ad diuina contendimus, perque eoſdem Deus venit ad nos per ſanctas cogitationes, ac deſiderium æternorum. Itaque & per ſenſus nos exire a nobis, vt in Deum feramur; & Deum à ſe, vt in nobis ſit, atque ad nos intrare. Omnia hæc veram continent doctrinam ſed vereor, vt huic loco aptari facile poſſit. Sequi quiſque poteſt, quod velit.

III.

Nos, in portis, interpretamur, in promptu, & corā. Quaſi in ipſo aditu omnia ſint accumulata.

Quæ ſimpliciſſima interpretatio eſt.

In portis Hebraiſmus, in promptu, & ad manū. Prou. 31. 31.

Nos hærentes interpretationi noſtræ ſimplicem eſſe putamus ſententiam, *omnia* ſe parata, & in promptu habere, vt *Chriſtum* inuitet. Quidquid fructuum ex perſequutione ſit partum, quod ſane multum eſt, ſeſe & feſtiuam, & gratam *Chriſto* paraſſe, & in promptu habere. Non eſſe neceſſe ſecreta excuti domus, aut explorari receſſus, & latebras: ſatis eſſe; ſi domum accedat, in ipſo aditu omnia accumulata eſſe, vel eo felicia, ac fortunata nomine, quòd in illius delitias impendenda. Hæc ſimpliciſſima interpretatio eſt, quam, & recentiorum doctiſſimorum probat cenſura, nam & R. Selomoh interpretatur *ad manum, in promptu, coram, & antè oculos*, ſicut ea, quæ in *portis*, ſunt prima in oculos ingredientium incurrunt. Et quidem antea omnia etiam ſua deſtinarat *Eccleſia Chriſto*, cuius auſpicijs fuerant facta; ſed quantum attinet ad genitam, nutritamque prolem, plura in ſpe, ac voto, quam in re exhibuerat: magis anxia de gentium conuerſione, quam de conuerſis gauiſa. Nunc inſtante tyrannorum rabie, ac perſecutionis atrocitate omnia turbante, votorum plenitudo quodammodo fuerat;

Omnia ſemper Eccleſia ſeruauerat ſponſo.

Sed quod attinet ad prolem, plura in ſpe, quàm re ipſa.

Nūc perſecutione furente votum fuerat à voto ad rem.

Prius in ſpe, & voto omnia deſtinarat Chriſto Eccleſia; perſecutione furente omnia in re obtulit.

infini-

Digitized by Google

Id ergo nunc, & merito gaudet Laborum fructu, & præstantiſſimo poſſeſſione: Quam colligere ubi rem liceat.

infinitis ad fidem vocatis: iam ergo non ſola ſpe ſuſtentari ſe ſentiens, ſed fructu & quidem vberrimo, quidquid collectum hactenus fuerat, vnum in cumulum conijcit, gratiſſimo munere Chriſtum demeritura. *Habes tuarum curarum, ac laborum meorum copioſiſſimum fructum: & qui ante quidem ſola futurorum ſpe oblectari ſentiebas te, iam potes & poſſeſſione ipſa gaudere. Ipſa ſatis præmij conſequutam me arbitrabor, ſi tibi placeo: fructus laborum cæteros omnes tibi dudum deſtinaui, tibi nunc dono. Quin ergo tuo iure vteris, & de tuis bonis, qua coram, & ad manus habes, voluptatem tibi conquiris?* Indicatur id ſtudium Eccleſiæ, quo, ſui negligens, vnam *Christi Sponſi* gloriam in operibus ſuis, ac laboribus aucupatur.

NOTATIO XLVIII.

NOVA ET VETERA D. M. SERVAVI TIBI.

I.

Id quod dixerat confirmat omnia Sponſo eſſe in promptu.

Nec arduum ad arcanam ſententiam penetrare. Ad quam Chriſtus apud Matth. munit viam.

Et licet quidam vetus, & nouum teſtamentum accipiunt.

Præſtat vetera, et noua ſicut apud Matthæum interpretari.

Nam prouerbialis forma eſt

Qua omnia omnino, quæ ad doctrinam pertinent intelliguntur.

Nã ad abundantiam doctrinæ nõ ad diuerſitatem referenda

Patres autem nouo, & veteri teſtamento doctrinæ generalitatem applicauere.

DIſtributio totius eſt; *& quia omnia dixerat in* promptu eſſe, in obſequium parata *Sponſi*. Explicat nunc nõ modo *vetera*, ſed & *recentiſſima* quæque in munus *Sponſo* reſeruaſſe. Quid autem arcana intelligentia ſint, haud difficile eſt arbitrari. Dixerat Chriſtus; *Omnis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera*. Matth. 13. 52. veteres plerique *vetus*, & *nouum teſtamentum* intelligunt; Hilar. Chryſoſt. Hieron. Beda. Theophil. Euthym. Auguſt. Ideo loco hoc *noua & vetera* eodem ſenſu quidam interpretati ſunt de legis, & Euangelij obſeruatione; aut certè doctrina, quam per Apoſtolos & Miniſtros gentibus inſtillauit *Eccleſia*. Ambroſ. Serm. 21. in Pſal. 118. Hieron. in Proem. lib. 1. in Iſa. Theodor. Philo Carp. & alij hic. Si proprium liceat ſenſum expromere, probabilius eſſe dicam non aliter intelligendum Canticorum hunc locum, quam illum Matthæi: apud hunc enim generalior illa ſententia eſt, nec de ſolo Euangelij tempore accipienda; ex eo enim, quod homo doctus ſoleat communiter facere, probat, quid velit à diſcipulis fieri; itaque nullo ad certum tempus reſpectu dicit, ſolere ſcribam, qui doctus ſit, de theſauro ſcientiæ, aut verius promptuario, pro cuiuſque captu præcepta producere, vtilia ad mores formandos; quemadmodum opulentus Paterfamilias, qui in diem non ſolet viuere, de penuaria cella quidquid conuiuis, vel hoſpitibus excipiendis neceſſarium eſt, proferre ſolet. Ad abundantiam ergo doctrinæ, non ad diuerſitatem, referenda ſunt *noua, & vetera* prouerbiali loquutione. Nec ideò Patribus iniurij ſumus, qui ſententiam alioqui generalem, Euangelij miniſtris accommodantes, *vetus, & nouum teſtamentum* intellexere, quo nomine omnem doctrinæ apparatum comprehendere voluerunt.

Matth. 13. 52.

Hilarius. Chryſoſtomus. Hieronymus. Beda. Theophilactus. Euthymius. Auguſtinus.

Noua, & vetera, nouum, ac vetus teſtamentum.

Ambroſius. Hieronymus. Theodoretus. Philo Carpath.

Noua, & vetera prouerbialis loquutio, quo omnia omnino ſignificatur.

Et verò, quanquam doctiſſimus Maldonatus falſus eſt, ſimile ſibi in ſcripturis exemplum, in ea forma dicendi, non occurriſſe, non deeſt vndè loquutionem prouerbialem firmemus. Nam Pſal. 138. 5. dicitur: *Ecce tu domine cognouiſti omnia, nouiſſima, & antiqua*. Omnia omnino tibi ſunt cognitiſſima: nec veterum excidit tibi memoria nec præſentium fallit notitia. Si ita hoc loco interpretere, facilis ſenſus erit. *Noua & vetera ſeruaui tibi*, omnia omnino, quocumque genere cenſeantur ſeruaui tibi: vt quod ante dixerat, *omnia poma*, explicet per *noua, & vetera*. Sic nos ſolemus dicere: *no dexò verde ni ſeco*, cum id velimus dicere omnia quamque ſecum tuliſſe, ac nihil omnino reliquiſſe. Erit ergo eiuſdem iteratio ſententiæ verbis alijs maioris energiæ, atque elegantiæ gratia.

Maldonatus.

Pſal. 138. 5.

II.

Similis illa forma apud Pſaltem. Tu cognouiſti omnia nouiſſima, & antiqua. Id eſt omnia omnino.

Sic hoc loco noua, & vetera accipienda pro omnibus.

Sic nos dicimus no deuo verde, ni ſeco.

Dixi autem probabilius hoc loco eſſe diuerſitatem ſignificatam, & in ea *vetus*, & *nouum teſtamentum*, quia cum hæc ad *Eccleſiam* Chriſtianam pertineant, quæ non per ſolum teſtamentum vetus, ſed per nouum eo iam tempore inſtituta erat, facilius hæc ad eam applicantur, quæ per miniſtros ſuos ex vtroque promptuario alimenta ſuis diuidit. Sed ne id quidem ſenſum implet, cum interpretationis noſtræ ſeries aliud videatur exigere. Ergo ſi *poma* fideles ad fidem vocatos intelligimus, & diſcrimen placet exquirere inter *vetera & noua*. *Vetera* intelligemus, eorum, qui iam olim crediderunt, maturam, atque adultam pietatem; *noua* vero eorum, qui recentiſſimè Chriſto per baptiſmum fuiſſent adiuncti, fidem, & obſequium: quo ex vtroque doni magnitudo commendationem habebat. Atque hic finis Commentariorum ſeptimi capitis.

Eccleſia per vtrumq; teſtamẽtum fideles inſtituens.

Noua, & vetera; fideles, & olim, & recenter conuerſi ad fidem.

III.

Sed quia hæc ad Chriſtianam Eccleſiam pertinens. Haud improbabile vtrumque teſtamentum ſignificatum.

Sed probabilius, fideles intelliges. Et olim & recenter ad fidem conuerſos.

CA-

CAPVT OCTAVVM.

ARGVMENTVM.

Verſ. I. DVRANTE adhuc perſecutionis procella,
feſa tantis malis ECCLESIA CHRI-
STVM orat, vt tandem, quod poteſt,
pacem reducat: ac, per ſpeciem con-
querentis, cupit publicè cõplecti CHRI-
STVM, tanquam legitimum virum,
omnibus approbantibus. Innuitur au-
tem tempus, quo ſub Conſtantino facta poteſtas eſt publicè
Verſ. II. colendi CHRISTVM. † Sequitur publicus Religionis cul-
tus; Excitatis templis, erectis altaribus, oblata incruenta
Hoſtia; Docetur populus, frequentantur preces Martyrum
memoriæ celebrantur. Quæ omnia pulcherrimis Symbolis
Verſ. III. indicantur. † Pace parta, ſomno ſe dedens inducitur EC-
CLESIA, diſcrimine omni tranſacto, ſecura, nulla alia ge-
nerali Gentilium perſecutione turbanda. Quieſcit ergo in ſi-
nu CHRISTI, cuius nutu pax tanta fuerat reuocata. Hic fi-
Verſ. IV. nis perſecutionis fuit. † Eo pertinet *Adiuratio* CHRISTI,
qua Angelis edicit, faueant felicitati SPONSÆ; eamque ſi-
nant pace illa frui, omneſque cauſas ſubmoueant, quibus
Verſ. V. turbari poſſit. † Id libenter præſtant Angeli, ſomnumque
quieſcenti conciliant, illius laudes percenſentes, venientis
ex *deſerto Gentilitatis,* ac *delitijs affluentis* ex conſortio CHRISTI,
cuius in ſinu quieſcit, brachijs protectionis illius conſtricta.
Poſt bellorum horrida, pacis ſuccedunt artes. Incipit autem
CHRISTVS vtilibus præceptis SPONSAM inſtruere. Memi-

nerit

nerit originis ſemper; qua matre ſit nata, Natura ſcilicet humana, peccato corrupta ſub arbore ſcientiæ in Paradiſo. Sic continenda in officio. † Velle ſe velut *Sigillum* eſſe, cuius imagine conſignetur; ne quis ignorare poſſit, cuius ſub iure ſit tota. Velle ſibi dicari non ſolum *cordis cogitationes*, ſed *opera*, & *actiones* omnes; Id exigere *Caritatem*, qua in eam feratur, quæ *fortitudine morti* non cedat: id ſociam *Æmulationem*, quæ *durior* ſit *inferno*. Nec eſſe quòd aliunde ſibi timeat, dum officij memor ſit: non deeſſe ſibi arma, quibus protegatur: *Flammas* vrentes, *ignea* miſſilia, volitantia *fulmina*, quibus vlciſcatur audentes moleſtiam exhibere. Tales autem eſſe *flammas*, vt extingui non poſſint, etiam oceano merſas; *fluminumuè* inundatione petitas. Sibi autem tanti ęſtimari Caritatem, qua proſequatur ECCLESIAM, vt nolit ea carere, vel fortunarum iactura omnium. † Annuit ECCLESIA CHRISTO, & obſequi in omnibus parata. Vertit curas ad familiæ adminiſtrationem; & quando in veteri orbe omnia videt procedere ex ſententia, ſollicitam ſe dicit de conuerſione noui orbis. Hanc *Sororem paruam* dicit, rudem ſcilicet, ac contemptibilem, nec facilè inuenturam paranymphum, qui eam ducat ad CHRISTVM. In id ſuppetias à CHRISTO petit. † Qui anxiam eam eſſe non ſinit, pollicitus opulenta dote tradita effecturum, vt virum ſuo tempore inueniat; id eſt, tantis diuitijs donaturum eam, vt propter illas quæratur, & ametur. Id ſignificatur duplici metaphora, *ædificij* ruinoſi, cui adduntur ſplendida *propugnacula*; & *Ianuæ* carioſæ, quæ inductis *tabulis* ex materia pretioſa, & ex arte dolata reparetur. † Alia ſecum ratione actum ECCLESIA dicit, in perſona Gentium veteris orbis, quibus multa naturalia dona data, quibus allicerent ad ſe Prædicatores apoſtolicos. Hæc *Vbera* appellat, & pro *turribus* ſibi data dicit: vndè *pace* donata eſt, quæ Euangelium ſecum vehit. † Sequitur rei domeſticæ ſtudium, inter CHRISTVM & ECCLESIAM ex æquo diuiſum, ſub *Vineæ* nomine: cuius quædam partes ad CHRISTVM, quædam ad ECCLESIAM pertinent. Ad CHRISTVM, influxus per arcanos gratiæ motus; communicatio gratiæ per ſacramenta, & huiuſmodi alia, quæ propria CHRISTI ſunt, tanquam capitis. Ad ECCLESIAM, externa gubernatio, leges condere, cæremonias inſtituere, Miniſtros ordinare, Cenſuras ferre, Concilia cogere, diſciplinam vrgere. Hanc *Vineam* vocat *ſuam*; vnde vberes fructus ſponſo obueniant. † His conſtitutis properat ad finem Actio, & quia ſub hæc tempora nati ordinis Religioſi,

Verſ. VI.
Verſ. VIII.
Verſ. IX.
Verſ. X.
Verſ. XI.
Verſ. XIII.

Digitized by Google

ligioſi, de illis dicitur. Horum propter ſeceſſum à turbis ECCLESIAM CHRISTVS appellat *Hortorum habitatrium*, eamque hortatur vt canat; auere ſe eam audire; at ere & *Amicos*; id innuit, vt actionibus illis vacet, quæ propriæ Religioſi ſunt
Verſ. XIV. ſtatus, qualis Oratio, Meditatio, Pſalmodia. † Paret illa imperanti, & modulata voce canit: materia autem cantus deſcriptionem continet ſtatus Religioſi, qui perficitur tribus partibus *ſeceſſu* à ſæculo, *Contemplatione*, & *Vnione cum Deo*. Primum iudicatum ſimilitudine *Capræ*, quæ ſolitaria loca amat; ſecundum *Hinnuli* matrem ſequentis, ſemperque hærentis lateri: Tertium *Montibus aromatum*. Et quia ſoli ſine CHRISTO nihil horum poſſumus hortatur illum, vt ſeducat in auia, & quidem præcipiti curſu. Atque hic finis arcani ſenſus ſub Dramate latentis eſt.

VERSVS I.

QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ, VT INVENIAM TE FORIS, ET DEOSCVLER TE; ET IAM ME NEMO DESPICIAT?

COMMENTARIVS.

TEmpeſtate *Adhuc illa diriſſimæ perſequutionis iactata Eccleſia*, quæ coacta fuerat ſolum vertere, & ſolitarijs, aſperiſque locis ſe abſcondere, ſecundiora tempora ſuſpirat: immo & mox ſucceſſura diuinat: iam enim ceſſaturæ aduerſitatis nonnulla ſe ſigna monſtrare animaduerterat. Turbida ergo *Eccleſiæ* tempora finem habere incepiunt, & placidiora ridere. Itaque & perſequutionum ſedari fluctus, & ſecundiores auræ mulcere incipiunt. Iterat ergo vota, & longinquis ærumnarum moleſtijs fatigata, quanquam *Chriſto* iuncta iuſto connubio, ægre ferebat non licere ſibi pro ea, quæ erat, iuſta vxore profiteri ſe palam. Ea votorum illius ſumma. Ad pacem ergo properat, quæ mox Conſtantino authore reddita eſt; & ad publicum religionis exercitium, videntibus, &, quod multo eſt maius, omnibus approbantibus. Ea deſideria pulcherrimo tropo exponit, *Sororis* quæ vterino ac *collactaneo Fratri* hærens, & haud raro oſcula libans, neminem obloquutorem habet, aut facti ſui reprehenſorem. Id eſt, *vt inueniam te foris & deoſculer te*. Neque enim intelligit, in agro eo enim loco iam habebat, ſed extra domum in propatulo, ac videntibus omnibus, quin propterea in illius reprehenſionem incurrat. Ne quis eſſet, qui impedire auderet, aut vitio vertere, quod publicè, & liberè *Chriſtum* coleret; ac velut iuſta vxor adhæreret viro. Sed illius audiamus voces puriſſimi plenas affectus.

ENAR-

ENARRATIO.

DIV eſt cum latere cogimur, & vrbibus excluſi ſyluas, ac montes incolere, nec mutuæ caritatis edere ſigna permittimur. Prohibeor te Deum habere, ac pro eo colere: & quanquam fides & pietas mea in tuto eſt, tamen ſæpè periclitatur in filijs, quorum mihi infelicitas grauis eſt: & alioqui durum eſt iuſtæ vxori, ac tenerrimè virum amanti, ab coniugali officio prohiberi. Scio temporum ipſa momenta, & in poteſtate tua eſſe, & arbitrio diſponi: & poſſe te ſæuiente tempeſtate, ac maria exagitante procella, pacem adducere, iratoſque fluctus ad otium componere. Quin ergo meliora tempora te authore redduntur, & aurea aduocata pace orbis componitur? Tunc mea omnia in tuto gaudia erunt, cum, quod latenti nunc, ac fugienti vix licet, dabitur palam fieri. Tum te omnibus officijs demerebor, & publico cultu merenti honorem impendam. Florebit religionis Chriſtianæ decus, ac multo ſplendore mortalium oculos perſtringens, ſecura regnabit: domitiſque tandem hoſtibus triumphabit. Nemo erit, qui ſuccenſeat: nemo, qui obloquatur; aut ſi cui noſtra felicitas grauis erit, etiam ſupplicium erit, contemptiſque obloquentium calumnijs, vim minimè metuemus. Reditus ergo maturandus in vrbes eſt, & poſtquam è ſolitudine fecimus paradiſum, pietatiſque, ac religionis habitaculum, ciuitates ipſas vertemur in templa, quibus tuo nomini laudes plenis vocibus concinantur: & tua Diuinitas, ac maieſtas ſolennibus Sacrificijs honoretur.

SVM. COM.

NOTATIO I.

I. *Difficilis ſenſus, propter diſcrepantes ſententias.*
Nam quidam de primo Chriſti aduentu interpretantur.
Qui prius intus id eſt in ſinu Patris. Poſtea foris, id eſt, inter homines apparuit.
Pia interpretatio, ſed minus huic loco apta.
Et accommodata verbis, nō propria.

DE horum cum ſuperioribus nexu ſatis dictum in Commentario eſt. De ſenſu haud facilis Quæſtio eſt, propter grauiū virorū non vnam ſentiendi rationē. Generatim hæc quidā de veteribus de primo *Chriſti* aduentu interpretantur. Ambroſ. lib. de Inſtit. Virg. cap. 1. *Foris oſculatur Eccleſia Chriſtum, & ab eo in cubiculū introducitur: oſculatus eſt eam foris, quando, tanquā Sponſus procedens de thalamo ſuo exultauit, tāquā gigas ad currendā viā, tanquam gigas foris eſt, qui non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, formam ſerui accipiens. Foris ergo factus eſt qui erat intus. Vide illum intus, quando legis, quod eſt in ſinu* Patris: *cognoſce illum foris, quando nos quærit, vt redimat. Foris ſibi factus eſt, vt mihi intus eſſet, & fieret medicus noſter.* Piè omnia, ſed minus aptè ad hunc locum; cum antè ſæpius incarnatus Chriſtus inductus ſit, aliam nunc ætatem agit, alio iam verſatur ſtatu. Itaque hunc ſenſum inter accommodatitios ponimus quem ſolum quædam vocum applicatio commendat; tametſi video multos adhæſiſſe Ambroſio, Philonem Carpath. Gregor. PP. Honorium, Caſſiodorum, Alcuin. Angelom. VVilleramum.

Ambroſius.

Chriſtus foris viſus cum inter homines apparuit.

Philo Carpath.
Greg. PP.
Honorius.
Caſſiodorus.
Alcuinus.
Angelomus.
VVillér.

II. *Alij ad ſecundū aduentum referūt.*
Et vota Eccleſiæ regnandi in cælo cum Chriſto.
Mirum eſt fuiſſe qui litteralem hūc ſenſum contenderet ſolum.
Cum & Hebræa repugnent.
Et cū adhuc multa Eccleſiæ agēda maneant.
Vt extra tempus otia ſuſpiret beatitudinis.
Quæ adhuc admonenda eſſet, ne ſe ſineret vanitate pulſari.
Quæ illi de Eccleſia virtute accipiunt.

Alij contra ad ſecundum referunt aduentum ſequuti Aponium. Anhælare ergo *Eccleſiam* ad illa gaudia, quæ iuſtos, ac Dei amicos manent in alia vita. *Foris* ergo interpretantur, extra huius mundi ambitum, ac tenebris oppreſſa loca, immo extra hæc corporis inuolucra, ac neceſſitatem agendi cum creaturis. Miramur autem & doctum virum, non tam, quod huic hæſerit ſententiæ, quam quod vnicam loci interpretationem veram eſſe contendat, cum non pauca ſint, quæ eam conuellant. Nam primum, quòd *Foris* interpretatur extra hunc mundum, id Hebræa minimè patiuntur cum *foris* nihil ſit aliud, quam publicè, & in propatulo, opponitur ergo *Secreto*, quemadmodum priuato publicum: & quod in abdito fit ei, quod palam & in oculis. Ideo alij tranſtulere ἐν ἀγορᾷ, *in foro* loco publico & communi, vt alio monuimus loco. Deinde cum tam multa adhuc ſibi agenda ſciret *Eccleſia*, antequam raperetur cum *Chriſto* in cœlum, quam multa toto hoc capite ad Cantici finem deſignantur, extra & tempus, & locum vellet ſeſe labori ſubducere, & otio beatitudinis perfrui. Certè illa: *Sub arbore malo ſuſcitaui te*, in eam iam non quadrant, quæ nulla in cœlo poſſet vanitate pulſari, vt admonenda ideo eſſet originis ſuæ, quo ſenſu illi ea interpretantur. Quemadmodum & cætera, quæ ſequuntur, ab illis verbis: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum*, ad finem vſque capitis, de *Eccleſia* interpretantur

Eccleſia Chriſto in cœlo perfrui deſiderans.

Foris, quid ſit hoc loco.
Eſt publicè, & in propatulo.

Comment. Dramat. hoc loco.
Adhuc multa Eccleſiæ agenda & toleráda manent.

Digitized by Google

Et ſollicita de filiorum ſalute.
Haud ergo multũ huic ſententiæ tribuere poſſumus.
Sed & aliorum ſenſus ad tropologiam vergunt.

adhuc viante; & ſuas curas, ac ſtudia de Sorore minore id eſt, reliquijs Iudæorũ conuerſis, loquente. Miror poſtquam introduxiſſent in Beatitudinis otium iterum ad negotium reuocaſſe; & à triumphis, & palmis adhuc ad ferrum, & pugnas compuliſſe. Minimum ergo huic interpretationi fauemus, cui nec ſeries rerum, nec vocum proprietas fauet. De aliorum interpretandi rationibus nihil dico, maxime recentiorum, quarum pleræque vel alienæ ſunt ab his verbis, vel ad tropologiam relegandæ, de quibus alio dicemus loco.

III.

Qui religioſam Eccleſiam agnouere.
Optare ſeceſſũ volunt in regionibus remotis.
Quibus per caritatem vniãtur Deo.
Sed ea iã in agro erat, nec quo fruebatur optare poterat.
Iam enim apud illas gentes verſabatur.
Alia ergo illius ſunt vota, aliud quærit.
Non optat in abdito verſari cum ſponſo.
Sed publicè, & in omnium oculis.

Aliorum ſenſus. Seceſſum amat Eccleſia in regionibus barbaris.

Vitium illud omittendum non eſt. Qui hactenus *Eccleſiam* religioſam, vt ipſi vocant, agnouere, hic mire laborare, in his trahendis ad ſuum ſenſum. Optare receſſum in remotiſſimis, barbariſque nationibus Sinarum, Iaponiorum, Cynaloaniorum; quo loci futurum ſperent, vt nullo hominum reſpectu Deo per caritatem perfectam vniantur. Tunc illis nihil obeſſe, cur caueant, quid dicant alij, quod ipſi ſe totos Chriſto exhibeant. Sed leuiſſimum id eſt ad prægnantiſſimum locum enucleandum: ac præterea magis ad tropologiam pertinet, quam ad literalem ſenſum. Adde hæc ab illa dici, quæ iam in agro erat, id eſt in receſſu, quemadmodum ijdem illi authores interpretati ſunt, cum diceret: *Egrediamur in agrum, commoremur in villis*. Quæ ergo iam nationes illas petierat, quas *agro*, & *villis* deſignarat, & cum *Sponſo* egreſſa in illas etiam apud ſe habebat, cui ſcilicet omnia oblectamenta parauerat: cum addit: *Quis mihi det, vt inueniam te foris*, aliud quiddam vult, quam quod habebat. Poſtremo *Foris*, hi interpretantur extra vrbem, in ſolitarijs locis, diſſitiſque nulla teſtium importunitate ingratis, cum vocabulum originale ſecreto, & receſſui opponatur. Non enim optat in abdito, & clam hominibus *Oſculari dilectum*; id enim iam illi datum fuerat; ſed publicè, & in luce mortalium, quin vllus eſſet, qui videns & obſeruans, obloqui auderet: quod multo grandius ad affectum indicandum eſt, & ad arcanam ſententiam longe accommodatius.

Eccleſia nõ iam in abdito optat Chriſto coniungi, ſe publicè.

IV.

Sed vtriũ ſenſum indicauit doctus author.
Pertinere hæc ad vota Eccleſiæ futura mox pacis.
Et poſt perſecutionis tenebras diem ſperantis.
Suam ergo fœlicitatem non optat modo, ſed diuinat.
Cum ad ibitur publicè, Deum Chriſtum profiteri.
Et omniũ in oculis venerari.
Seque pro iuſta vxore gerere.

Sed verum horum verborum ſenſum vir de recentioribus doctus ſagaciter indicauit. Poſtquam *Eccleſiam* ſuam Deus longiſſimæ, ac cruentiſſimæ perſecutionis malis exercuiſſet, promouiſſetque, & in varias, ac diſſitas orbis partes diſparſiſſet, ac dilatis finibus imperium propagaſſet, tempus viſum eſt reddendæ pacis. Pulſis ergo tyrannis, ac ſecurè habitis, ſedari tempeſtas cœpta eſt, & tempora commutari, quemadmodum poſtquam horror hyemis, & frigidiſſima ſtatio deſijt, ver lætum oſtẽditur, & è torpore illo natura reſurgens, vitalibus auris excitata, redit in opus, deterſiſq; nubibus, quæ eripuerant cœlum oculis, alma lux ſplendet, pratiſque decus, arboribus honor redditur; admonitis animantibus tacitis naturæ impulſibus, nouum eſſe tempus, iamque licere libere totis agris vagari, ac liberis procreandis vacare. Vota hæc ergo verba continent *Eccleſiæ*, quæ arcanis impulſibus admonita *Sponſi*, in proximo fœlicitatem eſſe ſuam lætatur, per quam liceat, nullo interpellante, aut obloquente, quin approbantibus omnibus, publicè, & in oculis mortalium fidem Chriſtianam profiteri, ſeque, pro ea, quæ erat, *Vxorem Agni* oſtentare. Si hæc placeant, videbis omnia rectè concinere, ſeque mutuo conſequi, quin vllus in verbis hiatus, vllus in rebus ſit nodus, qui magno vindice videatur egere. Sed ſingillatim ſingula premenda ſunt.

Eccleſiæ ſecundiora tempora deſcribi incipiunt.

Eccleſia ſuam fœlicitatem in proximo eſſe conijcit, & lætatur.

NOTATO II.

QVIS MIHI DET TE FRATREM MEVM SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ VT INVENIAM TE FORIS.

I.

Optantis vehementer voces.
Optauerat Eccleſia publicam fidei profeſſionem.
Quæ hactenus negata fuerat.
Precibus ergo Deũ fatigat, qui ſæpè orari gaudet.
Et orandi mentẽ inijcit.

CVM *audis*, *Quis mihi det*, *non interrogantis ſed optantis*, & ex intimo animi ſenſu cupientis verba agnoſcas. Non enim dubitat à quo poſſit votorum fieri compos, ſed præ impatientia Amoris in voces ſoluitur intimi affectus indices; vt ſæpè latens in imo flamma, ipſis loci anguſtijs viribus aucta, ac prouocata, qua data porta, ruit, & in apertum erumpit, Vnum *Eccleſiæ* votum fuerat publica, ac libera religionis profeſſio; ne quis eſſet, qui impediret, quin *Chriſto* hæreret; ſeque illius obſequio mancipatam fateretur. Id autem hactenus datum non fuerat. Sed contrà negatum; cum omni ſuppliciorum genere, & bonorum proſcriptione prohiberentur Chriſtiani eo nomine gloriari. Verſa ergo ad *Chriſtum*, malorum, quibus diu vexata fuerat, remedium quærit. Vult ſæpè ſcilicet orari Deus, & quidquid, facturus eſt in ſuorum bonum, ne ſimplex videatur beneficium, eorum precibus, & ſæpè importunitati donat. Ergo & menti eorum pios inijcit cogitatus, & voluntati affectus, ac taci-

Eccleſiæ voces magnorum votorum indices.

Eccleſiæ deſiderium profitendi Chriſtum publicè.

Deus cum orari vult orandi affectum inſtillat.

Vt cum dat ſimplex beneficium videatur. Sed potius vendidiſſe quã donaſſe. Ea ergo deſideria Eccleſia Chriſtus accenderat. Mox ea ipſa cumulatiſsime largiſſime. At ea ſimul orat, & quod orat futurum diuinat. Nam ſcit preces in eum ferri qui poſſit, veliuque cumulare. Ideo nunc primũ fratrem appellat. Nam licet quidã fratrem interpretantur, quod homo factus. Conſanguineus Eccleſiæ iam ſit. Quod verè dicitur. Sed cur nunc primum fratrem dicat, ea alia quæſtio eſt. Ea res duas habuiſſe cauſas videtur. Et primis quidem temporibus amarius habita Eccleſia. Ad Neronem vſq; pacem habuit. Mox ſequuta perſequutionis procella. Cumque ea tribus fermè luctata ſæculis. Suorum periculis admonita, pacem ipſis petijt. Precibus ergo blãditijs miſcens ſponſi officium interpellat. Fratrem ergo appellat, vt admoneat officij. Satis ſubditum diſcriminum. Satis probatam virtutem. Meminerit, quod ſorori frater debeat vxori maritus. Sic ſolitum nobis blandius appellare, quos morigeros deſideramus. Sic Iſaias exoraturus Deum, Patrem vocat. Et Chriſtus deprecaturus ab eo mortem. Quod in tempore obſeruatũ à Hieronymo.

te intus operatur, & ad petendum impellit, quod donaturus ipſe eſt. Ita dum non videri vult fauorem ſimpliciter impendiſſe, ſed ſuorum dediſſe precibus, & pretio votorum vendidiſſe, beneficentiam accumulat; qui ſcilicet totum dederit largiter, & vota, & precandi conatum; & poſt vtrumque, quidquid donare decreuerat in præmium petitionum. Volebat *Eccleſia* pacem, & otium poſt labores multos anxijs precibus expoſcebat: ſed ea ipſa deſideria ſponſus accenderat; & largiturus mox, quidquid erat *Eccleſiæ* in votis, prius deſideria pupugit, & ad petendum verba ſummiſit; vt quod ſimplex beneficium erat, videretur illius votis, præcibuſq; donatum. Cũ autem audis *Quis mihi det?* intelliges per ea verba non nuda ſignificari vota pacis, & fęlicitatis; ſed exhibitionem: ſimul .n. & quid deſideret exprimit, & quid futurũ, non ſperet modo, ſed diuinet: dum enim optare; ac petere fingitur, id quod mox futurum eſt omnino prædicitur. Scit enim ſua ſemper eſſe in tuto vota, cum ad eum feruntur, quem & poſſe, quæ rogetur, præſtare; & velle rogari, vt præſtet, non ignorat.

Deus cum omnia det, vult videri tamen vendidiſſe potius, quam dediſſe, quod dat.

Eccleſia ſimul optat, & diuinat ſuam fęlicitatẽ.

Atque hæc vna fortasſis eſt cauſa, cur nunc maxime *Fratrem* appellet, nec *Fratrem vterinum* modo, ſed *Collactaneum*. Nam, ſi aduertis, hoc primum loco *Fratrem* appellat, quem hactenus *Dilectum*; nec alio loco ea donat appellatione, quod non ſine cauſa factum fuiſſe, nemo negauerit. Quidam de veteribus *Fratrem* intelligunt, vere *Fratrem* humana ſcilicet natura ſuſcepta *Eccleſiæ* conſanguineum, immo & concorporeum. Qua ratione ſuperius cap. 4. Not. 33. *Eccleſiam* a *Chriſto* dictam *Sororem* monuimus. Sic de veteribus Philo, Theodor. Caſſiodor. Gregor. Beda, Anſelmus, Rupertus. Id verum eſt: ſed cur nunc *Fratrem* primum appellet, id eſt, quod quærimus, vellemuſque ab alijs & inquiſitum, & definitum. Nam cum à principio. 5. capitis *Eccleſiæ* coniunctus per Incarnationem inductus ſit, mirum eſt *Fratris* appellationem in hunc vſque locum dilatam. Id autem duas ob cauſas fuiſſe factum arbitramur. Nac hactenus quidem amarius habita (mitius certe tractata) ſecundis ventis nauigarat: ac poſt illas à ſynagoga turbas, longa vſque ad Neronem pace donata, mirabili auctu creuiſſe ſe animaduertit. Secundioribus ergo temporibus *Chriſti* fauorem experta placido æquore, ac ridentibus fluctibus, cœloque gaudente, auriſque mulcentibus nauigarat, velut in portum deduceretur, turbatis repente diriſsima perſequutione fluctibus, coniuratiſque in illius excidium ventis, non ideo animo concidit, ſed fortibus lacertis in oppoſitum nixa, luctata cum multis hoſtibus eſt, & quidem non diebus paucis, ſed integris annis duobus & quadraginta ſupra ducentos: interea ſpe meliorum lactata, cum longius rem videret protrahi, non tam fatigata aduerſis, quam multorum filiorum periculis admonita, verſa ad *Chriſtum* Sponſum precibus eſt, à quo ſciret certum malorum remedium eſſe, & diuturnæ tempeſtatis pacem. Precibus autem blanditias à ſynceriſsimo, atque ardentisſimo affectu ortas adiunxit, nec iam *Dilectum* vocare, contenta, quod ſub omni ſtatu licuit, arctioris vinculi appellationis indice nomine vocat, vt ſcilicet officij admoneat, & ad ferendam opem impellat. *Fratrem* ergo vocat, quòd, nomen connubiale diximus eſſe, & *Sponſum* ſignificare. Si enim aduertis, nunquam alias *Sponſum* dixerat, nunquam *Fratrem*. Ergo in memoriã reuocat; quid illi debeat, cui ſe tradidit in *Sponſum* & *Fratrem*: nec decere tam diuturna, tam dura perſequutione vexari ſinere eam, cui per Incarnationem denupſiſſet. Satis probatam fidem, ſatis auctam aduerſis flatibus flammam, ſatis expertam patientiam, fortitudinemque: ſatis demum in filijs diſcriminum eſſe ſubitum. Nam quid *Frater Sorori* & diu, & grauiter vexatæ, non præſtet? Ideo *Fratrem* vocat, quo nomine omnia illa complectitur officia, quæ maritus vxori debeat. Solemus enim ad inclinandam aliorum voluntatem & blandiora vſurpare nomina, & ea omnino geminare, quæ potentiora arbitramur ad permouendum. Sic Iſaias dicturus: *Quare errare nos feciſti, Domine, de vijs tuis: indurasti cor noſtrum, ne timeremus te? Conuertere propter ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. Quaſi nihilum poſſederunt populum ſanctum tuum hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam:* præmiſit antea. *Tu enim Pater noſter, & Abraham neſciuit nos; & Iſrael ignorauit nos: tu Domine Pater noſter, redemptor noſter, à ſæculo nomen tuum.* Iſai. 63 17. Sic & Chriſtus cum proximæ mortis imagine ſecundum hominem angeretur, illius atrocitatem deprecaturus dicebat: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Matth. 26. 39. Nam quod *Patrem* dicit orationis initio, non quemadmodum alias ſimpliciter Deum, aptum ad conciliandam gratiam exordium eſt. *Humilitatem mentis,* (inquit Hieronymus) *habitu carnis oſtendit dicitque blandiens,* Mi Pater, *& poſtulat, vt ſi poſſibile eſt, tranſeat ab eo paſſionis calix.* Atque hæc prima ratio eſt, cur nunc *Fratrem* appellet quem alias *Dilectum*, cum orat, vt, pacatis fluctibus perſequutionis, tranquillitatem reſtituat.

Eccleſia Chriſtum Fratrem vocat, quia conſanguineus per aſſumptam carnem.

Cant. 4. not. 33. Philo Carp. Theodoretus. Caſſiodorus. Gregorius. Beda. Anſelmus. Rupertus.

Eccleſia prius tranquillius habita, poſt perſecutione vexata.

Eccl. ſit precibus blanditias addit, vt pacem à Chriſto impetret.

Fratris nomen connubiale, & potens ad impetrandum.

Vtimur blandioribus appellationibus ad quid impetrandum. Iſai. 63. 17.

Matth. 26. 39.

Hieronymus. Eccleſia filiorũ inbecillitatem miſerata pro illis ſollicita.

Altera ratio haud minus facit ad hunc elucidandum locum. Quam multo hactenus fuiſſet in filijs paſſa, non ſine graui doloris ſenſu reputabat apud ſe: mirata Dei

Atque hæc prima eius appellationis ratio. Altera à recordatione naturæ.

Digitized by Google

Se enim non ferream, ſed carneã ſentiebat.
Similis ergo in natura ſponſi commiſerationem prouocat.
Cui olim mortis repræſentatio ſudorem ſanguineũ eliciuerat.
Memento me carnem eſſe, qualis et tu.
Qui propterea olim horrore proximæ mortis perculſus.
Extremam ſortẽ deprecatus es.
Grandem hunc ſenſum Paulus habet.
Nec vno loco commenerat.
Vnde, & fideles ad fiduciam adhortatur.
Quaſi negare auxilium non poſſit, qui malis eiſdem preſſus, auxilium popoſcit.
Et humana alioqui imbecillitas ſatis pro ſe orat.
Et eſt Fratris nomen non tam naturæ, quam auxilij eſt.
Vt ea appellatione videatur indignus.
Qui miſereri, atq; auxiliari tardat.

moras in ope ferenda diuturnis exagitatæ malis. Et quanquam hactenus patienti a fortis durabat, & contumax, ſeſe tamen in ſuis, non ferream eſſe, ſed carneam ſentiebat. Ergo ſuppetias cum à *Sponſo* petit, *Fratrem* appellat, vt recordatione naturæ, quam ſecum communem induerat, in memoriam reuocaret imbecillitatem multorum, qui tot preſſi malis vel animum deſpondebant, vel certè diſcrimen adibant abijciendi, pro qua patiebantur tam dira, pietatem. *Memento Fratrem eſſe te, & hominem natum, & cum dira imminerent, quid proxima mortis imagine animus occupatus, ſentiret: Memento illum eſſe te, qui naturæ fragilitate admonitus, in faciem rueris, & blandiſſimis verbis à Patre, atrocitatem extremi diſcriminis fueris deprecatus. Homo Deus mortem horruiſti, quid faciant homines puri? Quid ſupplicia poſſint: quam doleant, expertus, tuorum iam miſerere; nec æterna mala inundare permitte. Si te ipſum memineris fratrem eſſe dignatum, fratrum vices dolebis, & qui potes mederi malis, diutius remedium non differes.* In hunc ſenſum Fratrem vocat. Hunc ſenſum Paulus habet Hebr. 2. 17. 18. *Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi: in eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus, potens eſt, & eis, qui tentantur auxiliari.* Et loco alio; *Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ; vt miſericordiam conſequamur.* Heb. 4. 15. 16. Magnum enim eſt ab eo auxilium ſperare, qui & naturæ conſortio, & dolorum ipſa perpeſſione ſimilis tibi, negare auxilium non poſſit, quin à ſe accuſetur ipſe conſcientia ſua. Et alioqui humanæ imbecillitatis repræſentatio ad commiſerationem impellit. Sic dicebat ille aduerſitatum malo preſſus: *Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam? aut quis finis meus vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt. Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens, qui raptim tranſit in conuallibus.* Iob 6. 2. 12. 15. *Fratrum* exigit officium, ac crudelitatem accuſat: nomen enim non naturæ ſolum eſt, & coniunctionis, ſed multo magis auxilij. S. D. E. *Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs comprobatur.* Prou. 17. 17. Quod eleganter 72. expediuere. *Fratres autem in neceſſitatibus vtiles ſint, huius enim gratia naſcuntur.* Expreſſere fontes in quibus: *In omni tempore diligens amicus, & frater ad anguſtiam naſcetur.* Quaſi tum demum *frater* eſſe incipiat, cum aduerſis premẽtibus præſto eſt; ſi ceſſet, nobili appellatione indignum ſe ſciat, & qui inter *fratres* computetur.

Naturæ ſimilis recordatio commiſerationẽ excitat.

Hebr. 2. 17. 18.
Chriſtus hominibus factus ſimilis, vt eorum miſereri diſceret.
Hebr. 4. 15. 16.

Ad Deum hominẽ paſſum cũ fiducia accedendum in preſſuris.

Iob. 6. 12. 12.

Fratris appellatio non tam naturæ, quam officij & auxilij.
Prou. 17. 17.

NOTATIO III.

SVGENTEM VBERA MATRIS MEÆ.

I.

Veterum ſtudium in minutiſſimis exigendis.
Sicut argentarij etiam pulueſculos metallorum nõ negligunt.
Mater Eccleſiæ Spiritus S. ex Theodoreto. Vbera gratiæ abundantia.
Hæc verè ſuxit Eccleſia, apparenter et in ſpeciem Chriſtus.
Ideò dictus profeciſſe ſapientia, & gratia.
Et baptizari voluit, vt doceret nos Qua ratione ſpiritus gratiam trahimus.
Id pulchrè dicitur & verè. ſed non aptè ad locum.
In quo aliud vult Eccleſia.
Reuocare ſcilicet in memoriã Chriſto quid ſorori debeat.

LAudandum *veterum ſtudium ſingula exacte exigentium*, & ne minutiſſima quidem prætermittentium, quin arcanum quid rimentur, & promant. Sic argentarij ſolent ne minutiſſimos quidem pulueres negligere, quin verriculo diligenter collectos ſeponant, & igni explorent, ne quid de pretioſo metallo pereat. Ergo duæ hic ſunt quæſtiones, Prima quæ ſit vtriuſque *Mater*, altera, quæ ſint *Vbera* quæ dicitur exſugere. *Matrem* Theodoretus videtur *Spiritum Sanctum* intelligere, *vbera* autem lacte turgentia *gratiæ abundantiam*, quam ſpiritus ille *Eccleſiæ* largitur, vt nutriat, nunquam deficiente fonte. Pulchre autem in pulchro argumento verſatur. Eadem ergo *Vbera* ſuxiſſe *Chriſtum*, & *Eccleſiam*, ſed cum diſcrimine: illam quia indigebat, illum vt doceret exemplo quomodo ſugenda eſſent. Nam *Chriſtus* à conceptione gratia plenus, haud amplius indigebat, ſed nec capere quidquam poterat; ſic tamen agebat, vt & indigere, & ſugere videretur. Ideo dictum de illo: *Ieſus autem proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia, apud Deum, & homines.* Luc. 2. 52. Et baptizari à Ioanne voluit inter reliquos peccatores, non vt peccatorum ſordes, quibus inquinatus non erat, ablueret: aut ſpiritus gratiam reciperet, qua plenus erat; ſed vt nobis indicaret, quæ ſint ſpiritus dona, & qua ratione poſſimus ſpiritus gratiam ſugere. Ideo ſub columbæ ſpecie deſcendiſſe Spiritum Sanctum, non vt illi præberet, quæ non haberet; ſed vt nobis demonſtraret, quæ ſit baptiſmatis virtus. Id dixi pulcherrimè dictum eſt verè: ſed vereor, vt huic loco accommodate, in quo tota verſatur *Eccleſia* in eo, vt apta ratione perſuadeat, oſtendatque, eſſe iam æquum, vt perſequutionũ acerbitas blandioribus auris mutetur. Ad id autem non videbatur admodum attinere, ſi diceret, *ſuxiſſe* cum voluiſſe videri eandem ſpiritus gratiam, vt eam doceret, quo pacto ſugere ipſa poſſet, & deberet. Multum autem pertinebat, ſi in memoriam reuocaret, ex quo carnem humanam copulaſſet ſibi, factum illius *Fratrem* non vteri-

Diligentia veterum in interpretando hoc libro

Theodoretus.
Spiritus S. Eccleſiæ mater, vbera affluentia gratiæ.

Lucæ 2. 52.

Theodoreti interpretatio minus apta.

Digitized by Google

num modo, ſed *collactaneum*, duplice iure *Sorori* obſtrictum, & quòd eadem genitrice natus, & quòd eodem lacte nutritus: ideoque æque eſſe vt, quaſi qui ex æquo ageret cum *Sorore*, nihil illi negaret officij, quod impendere *fratres ſororibus* ſuis, & ſolent, & debent. Adde exteriorem illam *ſugendi* rationem exiguum quid eſſe, vt propterea dicatur eadem *Matris vbera ſugens*, cum verè non *ſugeret*; nec minus verè ſit dictus *vbera matris* communis *Sugere*, quam appellatus eſt *frater*. Verè autem *frater* natura humana fuit, quod nec Theodoreto diſplicuit, qui ideo *fratrem* indicat dictum, quia &, homo factus eandem cum *Eccleſia* participauit naturam.

Alio reſpexere tres Patres, (vide quantis ſit hoc interpretandi genus difficultatibus implicatum (nam *Matrem* interpretantur cœleſtem Ieroſolymam, *quæ eſt mater noſtra*, teſte Paulo. *Eccleſiam* ergo, pertæſam huius vitæ miſerias, quibus diu confli ctari ſentiebat ſe, ad illam requiem aſpirare: illud ſitire lac, quod ſanctis cum *Chriſto* cōmune eſt, gloriam dico. Pluribus hæc ab illis tradita nos coniecimus in pauca. Habet illos lector auidus. Nobis id longius videtur eſſe petitum; quin potius ad nexum parum aptum, etiam ſecundum horum Patrum ſenſum, qui ſuperioribus verbis. *Veni Dilecte mi, egrediamur in agrum, Eccleſiam* agnouere de imperfectioribus ſollicitam inuitantem *Sponſum* ad eorum perfectum procurandum. *Egrediamur*, inquiunt, *ad choros diſcipulorum meorum, quem, vt agrum à tribulis, & ſpinis, à vita ſollicitudinibus, & prauis cogitationibus, ipſum ſuffocantibus, purgaui. Egrediamur autem, oſtendentes illis ſpiritalem coniunctionem noſtram in virtutum moribus per actionem expreſſis. Egredientes vero commoremur in villis, in animabus quæ nomini tuo, vt villæ incolas ſuos, cunctis intelligendi, appetendique potentias, & ſenſus in vnum cogentes dedicarunt. Ego autem illis me ipſum, quo tibi placeant exemplum præſtabo*. Adhuc ergo præſentium ſollicita, adhuc negotio animarum intenta: Qui ergo vis, eandem illam, quaſi ſtudij illius ſui eam pœniteret, mox otium, & quietem ſuſpirare; cum maxime ſciret tam multa, tam ardua adhuc manere ſeſe, qualia toto hoc capite deſcribuntur? Non puto futuram adhuc vitam cogitabat; quæ ſeſe adhuc luctaturam cum hujus vitæ ſtudijs ſciebat, opemque ad ferendum onus implorabat ab Sponſo. Quod ergo *fratrem* vocat, quod communium admonet *Vberum*, aliud quiddam eſt, totumque ad hanc pertinet vitam, non ad futuram quam tanquam à longè ſalutat; non, vt proximam, velut manu apprehendere feſtinat.

Sed arbitror vocabulum *ſugentem*, quod præſentem actionem dicit, exercitiumque, negotium fecit: & cum non facile inuenirent, qua ratione id verè oſtenderent in hac vita, quæſiuiſſe rationem in alia. Verumque vt fugerent incommodum. Iuſtus Vrgel. alio vertit proram. *Sugit vbera matris Chriſtus, cum myſterijs priſcæ legis reficitur Chriſtianus populus; vel cum ſpiritualibus ſacramentis Doctores, & piiſſima expoſitione, tanquam vero lacte reficiunt*. Sed ne id quidem aptum eſſe videtur; nam tametſi *Chriſtus* in ſuis paſcitur, & potatur, immo & lactatur; tamen aliud quiddam hic velle videtur Eccleſia, cū eundē *Fratrem* vocet: non certe quia in ſuis fidelibus fraterno iure gaudeat. Sic enim potius *Matris Eccleſiæ filium* dicas, quemadmodum & illi ſunt. Quo ſenſu ergo verè dictus eſt Frater, eodem verè dicitur *Matris vbera ſugere*. Qua etiam ratione, & Honorij Auguſt ſententiam minus probamus, qui *Sugentem* interpretatur, *In medio Doctorum ſedentem, & interrogantem*, cum tamen ſapientia Patris eſſet. Luc. 2. 42. Ruperti pia eſt interpretatio, non litteralis: *Matrem Mariam* Virginem eſſe, quæ *Chriſtum* & peperit & lactauit; eademque *Genitrix* eſt *Eccleſiæ*.

Probabilius, quod & Honorius, & Angelomus indicarunt, *Matrem* ſynagogam eſſe, ex qua & nata *Eccleſia*, & *Chriſtus* carnem ſuſcepit: Synagogam autem cum audis Abrahami progeniem intelliges, ex qua *Chriſtus* homo natus *Eccleſiæ* copulatus per carnem eſt, ideoque & *Frater* illius & conſanguineus factus eſt. Quod ſi ſynagogam *Chriſtus Matrem* habuit, quia homo carne ex illa ſuſcepta natus eſt, profecto etiam illius *ſuxiſſe vbera* dici poteſt, nec minus verè. Natus ergo de Maria matre per illam Synagogam habuit genitricem; per illam *vberibus* illius admotus lac ſuxit infans vt adoleſceret tandem tacitis incrementis in virum. Eccleſia autem non alia ratione ſynagogam matrem habuit, quam quòd primi credentes ex Iudæis, *vbera* doctrinæ illius preſſere, inde ad ſolidiora alimenta Euangelicæ legis tranſducti.

Cæterum cum hic *Eccleſiam* non aliam agnoſcamus, quam, quæ in Adamo genita, ſenſim per ætates ſingulas adoleuit in *Sponſam Verbi*; haud facile aſſentiemur, eius vt dicatur *Mater* ſynagoga, cum priuſquam ſynagoga eſſet, populuſque Iudæorum ſecerneretur à reliquis per circuncisionem, & legem, iam *Eccleſia*, in *Sponſam verbi* deſtinata eſſet, & tametſi nondum per legem illi coniuncta, ac promisſione nuptiarum dignata, amabatur tamen, & in futurum olim honorem initiabatur. Potius ergo *Eccleſiæ* filiam ſynagogam dicas, quam contra, cum antè ſynagogam *Eccleſia* eſſet, & ex ea eadem illa ſynagoga ortum habuerit. Sed ne id quidem, cum vna eademque

Ec-

Ideò non fratrem modo, ſed & collactaneum vocat, Nec ſatis apparens illa ſugendi ratio, vt ſugere dicatur Chriſtus. Nam quàm verè dictus frater, tàm verè ſugere dictus etiam.

II.

Alij matrem volunt cœleſtem Ieroſolymam. Quæ Paulo mater noſtra dicta. Cuius Eccleſia cupiat vberibus inhærere, huius vitæ laboribus feſſa. Sed id longius arceſſitum videtur. Cū maximè adhuc Eccleſia ſciat multum hic illi laborandum. Etiam ex eorum Authorū ſententia. Qui ſtudium illius aliorum vtilitatis commendari hic aiant. Nō ergo laborum pertæſa otium patriæ ſuſpirat. Potius ſubſidia ad tolerandum poſtulat. Et cum vberum communium meminit aliud quiddam vult.

III.

Sed ſugendi vocatio præſens negotiū multis fecit. Vt id fugerēt alij in ſugentibus fidelibus Chriſtū ſugentem conſiderarunt. Non ideò aptius ad hunc locum. Nam quo ſenſu dicitur frater, & ſugere dicitur. Aliorū ſenſus, vel ad accōmodationem pertinent Vel litterales non ſunt.

IV.

Probabilius, qui matrem ſynagogā voluere. Ex qua Chriſtus ſecūdum carnem. Cuius, & vbera ſuxit in Maria. Eadem autem nata Eccleſia in primis credentibus.

V.

Nos Eccleſiam eā putamus, quæ in Adamo genita. Prior Synagoga fuit, quæ ex ea nata. Immo, & in ſponſam deſtinata. Vna ergo Eccleſia fuit, ſecundum diuerſos ſtatus.

Tres Patres.

Galat. 4. 26. Mater cœleſtis Ieruſalem, cuius amplexus ſponſa ſuſpirat.

Eccleſia adhuc laboribus exercenda de requie æterna non cogitat.

Eccleſia opem potius ad ferēdum onerā implorat, quam labores deprecatur.

Iuſt. Vrgelitan. Philo Carpathius.

Chriſtus vbera matris ſugit, cum fideles lacte doctrinæ paſcuntur.

Honorius.

Luc. 2. 42.
Rupertus.
Mater Eccleſiæ Maria mater Chriſti.

Synagoga quo ſenſu eccleſia, & Chriſti mater.

Eccleſia vna, in Adamo genita, ex ea ſynagoga nata.

Eccleſiæ filia Synagoga.

Digitized by Google

Sit ergo Eccleſiæ mater natura humana. Eſt itemque Chriſti hominis. Cuius vbera prior ſuxit, ſicut Eccleſia. Ideo Vterinus Frater & collactaneus. Quod quidam minus aduertentes, In alienos ſenſus detracti ſunt. Foris ergo inuenire illum deſiderat Et tanquam Fratrem & collactaneum oſculari.

Eccleſiæ mater humana natura. Humana Natura Chriſti mater, cuius illa vbera ſuxit.

Eccleſia fuerit ſub omni ſtatu, ſola ea diuerſitate, quæ inter puellam amantem, iuuinem ſponſam, adultamque coniugio iunctam eſt. Eius ergo *Matrem* præſtat ſimpliciter *naturam humanam* dicere, cuius illa vtero edita, ac lacte nutrita ſit: nec minus *Chriſtus*: vt qui hactenus Deus fuerat, atque omnino pater, inciperet Frater eſſe germanus nullo natalium diſcrimine. Naturam ergo humanam Chriſtus genitricem agnouit, quia & habuit: eius & *vberibus* lactatus eſt, vt non ſolum vterinus Eccleſiæ *Frater* eſſet, ſed etiam *Collactaneus*: nec vnico iam iure *Frater*, ſed gemino: ne quid eſſet, quod inter duos diuerſitatem induceret. Cum ergo *ſugentem* audis, non actu *Sugentem* intelliges, ſed qui olim ſuxerit, nec aliud omnino quam *Collactaneum fratrem*. Id autem minus à quibuſdam animaduerſum in alienas ab hoc loco interpretationes compulit, vt ſuperius viſum eſt. Non enim vult Eccleſia, illum *Inuenire foris*, quem oſculis fatigare non vereatur, quaſi *Frater* adhuc *Lactens* eſſet, quod voluere nonnulli, noſque ex parte probauimus, vt eorum nos ſententiæ ex parte accommodaremus: ſed potius ideo illius oſculis in propatulo inhærere deſiderat, quod *Fratrem Collactaneum* verè ſciret eſſe, cuperetque pro tali ab alijs cognoſci; ne cuiuſquam ideo in reprehenſionem incurreret, cum *Fratrem* ſciret: & quidquid id erat officij caritatis fraternæ opus eſſe, non ignobilioris affectus.

Vbera ſugens; pro collactaneo

VI.

Immo cum fratrem collactaneũ vocat. Maritum intelligit, & vt talem oſculari deſiderat. Nam hactenus vxorio donata iure. Nondum in totũ potita fuerat. Ideo publicum amat, vt libere eo fruatur.

Quod ſi tunc nuptiarum ſacra celebrata ſunt, vt ſuperius monitum eſt, cum *Verbum* carnem aſſumpſit, ne cõſanguineus *Eccleſia*, & omnino *Frater* factus eſt, profectò cum *Fratrem Collactaneum* vocat, etiam connubio iunctum ſignificat: cumque optat, *Fratrem*, & complecti & *Oſculari*, optat, vt iuſta vxor virum, cui iure connubiali omnia iam liceant. Et hactenus quidem iure omni illo donata, nondum in totum potita fuerat, prohibita ſcilicet profeſſione Chriſtiana: coactaque ne carere ſponſo cogeretur, ſolitudines, ac receſſus amare montium: ac ſolitaria & ſola loca incolere. Iam ſecretorum pertæſa, & fatigata ſolitarijs curis, publicum amat, publicè ſcilicet ſeſe *Chriſti Sponſam* profiteri: ac in omnium conſpectu officia coniugis myſtica exercere, quin aliquis ſit, qui ſuccenſere poſſit, ſed omnibus approbantibus, quod ſtatim donatum eſt illi.

Per incarnationem Chriſtus Frater Eccleſiæ factus ſimulque maritus.

NOTATIO IV.

VT INVENIAM TE FORIS ET DEOSCVLER TE.

I.

Foris enim hoc ſecreto & occulto opponitur. Idem eſt quod extra domum. Sed inuenire eius eſt qui anxie quæſierit. Vt negotiator ille, qui quæſitã margaritam inuenit. Solent enim id facere negotiatores ſuis intenti lucris. Sic nempe ſpiritalia bona quærenda. Diu ergo quæſitũ ſponſum inuenire vult. Vt id ſtudium indicaretur. Quo Eccleſia procurauit pacẽ ſuis filijs dari. Fuſis ad Deum precibus feruentiſſimis. Quas ſciret nunquam ſine fructu primari.

Monuimus *Hebraicam vocem hoc loco, pro qua noſter* poſuit *foris*, opponi *ſecreto*, atque *occulto*, ideoque optimè quoſdam reddidiſſe, *εἰς ἀγορὰν*, *in foro, in propatulo*: vide quæ diximus Comment. Dramat. Cap. 8. Not. 3. Quanquam, ſi originum vim expendas, generalius quiddam notat, idemque, quod extra domum, quod loco alio monuimus, & ſacræ Scripturæ vſu comprobauimus. Quod autem *inuenire* ſe eum dicit velle, non ab eo deduci, quiddam innuit, quod contemnendum non ſit. *Inuenire* eum dicimur, quem quæſiuimus, nec quomodocumque quæſiuimus, ſed anxiè, & cum ſtudio, ac ſollicitudine: vt loco alio obſeruauimus. *Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas; inuenta autem vna pretioſa margarita, abijt, & vendidit vniuerſa quæ habuit, & emit eam*. Matth 13.45. Nam quod non hominem ſolum, ſed & *negotiatorem* dixit, ſtudium diligentiamque in quærendo poſitam ſignificat, quod negociatores ita ſoleant ſuis lucris intentiſſimi: quia ergo quæſiuit diligenter, inueniſſe eam dicit, quod inuentio non niſi multo labore, ſtudioque conſtiterit: quo & quali ſtudio regnum cœlorum quærendum ſit indicauit, nec ab alijs inueniri, niſi qui ità quæſierint. *Inuenire* ergo ſe velle *Sponſum* in publico dicit, vtpote diu quæſitum, ac ſtudio diligentiſſimo omnibus indicijs veſtigatum. Quo id ſtudium *Eccleſia* ſignificatum, & anxietas, qua omnem lapidem mouit, qua precibus ad Deum, qua humanæ prudentiæ artibus in vnum coniunctis, ſi qua via poſſet ſurentium ventorum rabiem ad pacem cogere, aut alio declinare procellæ illius atrocitatem. Sunt enim temporibus turbidis *Eccleſia* arma preces ad Deum, ſine intermiſſione fuſæ. Lege Hiſtoriam veteris Eccleſiæ, ſacris libris conſignatam, lege veteres authores, qui illius pugnas, & victorias conſcripſere; inuenies omni tempore eaſdem fuiſſe curas, eadem ſtudia: ſcit optimè *Eccleſia* temporum momenta, rerumque omnium vices in Dei eſſe poteſtate, nec irritas ſolere eſſe preces ad eum fuſas, qui & poteſt, & ſæpè vult, certè cum oportet, tempeſtatem in tranquillitatem mutare; ac, disiectis ventorum conatibus, iratos fluctus ad pacem componere. Ideo ergo *inuenire* ſe eum velle affirmat.

Foris pro publicè, & in propatulo.

Inuenire eius eſt qui anxiè quæſierit.

Matth. 13. 45.

Spiritalia bona quærenda, quo ſtudio á negotiatoribus ſua lucra.

Studium Eccleſiæ in procuranda filijs pace, ſedatis perſequutionibus.

Quid

Digitized by Google

II.
Sed quid Oſculari ſit? Quidam viſionē beatam. Alij caritatem interpretati ſunt. Siuè vnionem per incarnationem. Sed per caritatem et carnē iam fuerat Chriſto copulata. Aliud ergo vult cum oſculari deſiderat. Nec loquitur de vnione per gratiā. Quāquam omnia piè dicuntur. Hic ergo publicus religionis cultus ſignificatur. Per actus, qui propriè ad Dei honorem pertinent. Sacrificia, preces, Sacri ritus.

Oſculum Beatā in cœlo viſio. Oſculum Incarnatio verbi. Aliæ oſculi ſignificationes. Oſculari pro publico religionis exercitio.

Quid autem *oſculari* ſit, alia quæſtio eſt. Qui hæc ad gaudia cœleſtis patriæ pertinere arbitrati ſunt, *oſculo* viſionem beatam intellexere. Sed anticipaſſe nimium *Eccleſia* euentus monuimus. Qui autem ad Incarnationem hæc pertinere arbitrati ſunt, vnionem per caritatem *oſculum* interpretantur, quemadmodum cum initio diceret, *Oſculetur me oſculo oris ſui*, quo ad vnionem per incarnationem cum verbo *Eccleſiam* properare monitum ſuo loco eſt. Sed tamen antequam id myſterium perageretur, ferri quidem illa potuit votis in illud; ideoque *oſculi* metaphora eam coniunctionem ſignificare; eo peracto myſterio, ſibique copulato *Chriſto* per aſſumptionem, cum *oſculis* inhærere deſiderat, aliud omnino eſt, quod deſiderat. Quidam alij *oſculo* animarum reconciliationem per gratiam: aut fidei myſteriorum *Chriſti* notitiam: aut Sacramenta pietatis eius familiariter agnoſcere, interpretati ſunt. Quæ ipſa varietas ſatis indicat, quamque id ſequutum, quod placuit, iuxta eam, quam inſtiterat, viam. Et omnia quidem piè, ſunt dicta: ſed loco hoc aliud exigit interpretationis ipſa ſeries: nihil autem aliud, quam religionis cultus eſt liber, & vnio illa cum Chriſto, quæ non ſolum per caritatem fit; ſic enim ſemper oſculata Eccleſia Sponſum eſt: ſed per exteriores illos actus, qui propriè ad virtutem pertinent Religionis, cuius eſt debitum Deo cultum impendere. Preces, ac ſacrificia intelligo, additis ſacris ritibus, ad peragenda decenter, & grauiter diuina officia; & quidquid pertinet ad exteriorem cultum, quo interior pietas tanquam indumento veſtitur, vt decenti habitu ornata ſe Deo ſiſtat. Sed de his verſu proximo dicemus.

NOTATIO V.

ET IAM ME NEMO DESPICIAT.

I.
Indicat Eccleſia ſe ſe antea fuiſſe deſpectam. Is deſpectus nō ex vno fonte manauit. In cortice quidem aut ex dilatis nuptijs. Aut ex ſterilitate. Aut ex infamia vagæ libidinis. Id poſtremum huius loci propriū eſt. Nam quanquam hactenus legitimè recepta. Pro tali nō habita, velut pellex habebatur. Et proiecti pudoris fœmina. Ea inter Gentes Chriſtiani nominis infamia. Vt non ſecta, ſed ſceleris appellatio videretur. Et ſatis nominis pro criminis confeſſione. Itaque in illis non ſcelus damnabatur, ſed nomen. Et ſola appellatione Chriſtiani crimen conſtabat.

Deſpecta prius Eccleſia, optat alterius minimè deſpici. Deſpectus cauſa triplex. Huius loci vna deſpectus cauſa, quod legitimè nupta nō haberetur, vt verè erat.

QVÆ *Se cupere profitetur palam oſculari ſponſum*, ne quis ſit deinceps, qui eam *deſpicere* audeat, ſeſe indicat ante *deſpectam*. Quis ergo *deſpectus* is fuerit, & quas habuerit cauſas, nunc videndum eſt, nam certe vno vocabulo multa ſignificaſſe probabile eſt. Id nos ad duo capita dum ſenſum corticis traderemus reuocauimus Cap. 8. Not. 4. ex ſcripturæ ſacræ vſu, ac veteris populi conſuetudine: ad negatas, vel dilatas nuptias, & ad ſterilitatem coniugij. vtrumque enim apud illum populum ducebatur probro, ſi quæ matura viro virum non inueniret; aut ſi inueniſſet, ſterilis tamen eſſet, nec familiam prole auxiſſet. Adde tertiam deſpectus & infamiæ cauſam, vagam libidinem, cum, quæ cito coniuncta non erat, aut tametſi eſſet, pudore poſt habito, vacaret libidini; neque viro contenta procum haberet. Loci huius proprium eſt hoc poſtremum. Nam hactenus quidem *Eccleſia Chriſto* in matrimonium coniuncta, iuſtiſque, ac legitimis nuptijs copulata, honeſtiſſimo illius fruebatur conuictu; ſed durum erat, eas ab cæteris nuptias turpi nomine infamari, quaſi non virum, ſed procum ſectaretur. Quicumque enim eam eo nomine inſectabantur, quòd falſam, vanamque coleret religionem; eumque pro Deo haberet, qui non modo homo eſſet, ſed homo etiam ſceleratus, ac propter ſcelera turpi morte multatus, eam non nuptam, honeſtoque iunctam coniugio, arbitrabantur; ſed vel adulteram, vel infami libidine notatam. Hinc ille *deſpectus* Gentium, & nomen traductum, & infamia appellationis, vt non turpius magi quam Chriſtiani audirent, aut homines alioqui vitijs ſuis infames. Nomen enim Chriſtiani non ſectæ, ſed vitij nomen habebatur, & ſceleris: ideoque ad damnationem, proſcriptionemque ſatis erat, ſi Chriſtianus delatus ad iudicem nomen non negaret, ſed vltro fateretur. Tertullianum audi: *Illud ſolum expectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, & non examinatio criminis. Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis ergà nos, quod cæteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum; ſolis Chriſtianis ad negandum; Cum igitur in omnibus in nos aliter diſponitis, quam in cæteros nocentes, id vnum contendendo, vt de eo nomine excludamur, intelligere poteſtis, non ſcelus aliquod in cauſa eſſe, ſed nomen. Ideo torquemur confitentes, & punimur perſeuerantes, & abſoluimur negantes; quia nominis prælium eſt. Chriſtianus, ſi nullius criminis reus eſt, nomen valde infeſtum eſt, ſi ſolius nominis crimen eſt.* Tertul. Apolog. cap 2.

Chriſtianū nomen apud gētes non tam ſectæ, quàm ſceleris. *Tertul. Apoſt. cap. 2.* Chriſtiani appellatio atque confeſſio ſola pro crimine.

II.
Id graue erat Eccleſiæ ſeſe propter nomen traduci. Et pellium haberi quæ vxor eſſet. Hæ voces poſtulātium, ne fideles propter nominis inuidiam damnarentur.

Eccleſiæ ſenſus, dolentis ſuos propter ſolū nomen traduci atque damnari. *Iuſt. Mart. Apol.*

Id ergo *Eccleſia* ſub ea perſequutionis tempora graue ducebat, ſe velut meretricem haberi, quæ honeſto coniugio iuncta eſſet, nominiſque ſimplicitatem pro crimine eſſe: odiumque ſubire publicum, cum digna tamen amore omnium eſſet; *Et quando*, inquit, *dabitur, vt Chriſtiani nominis infamia veritate purgetur, ac conſcijs omnibus innocentiæ licebit ſine vllo probro pietatem profiteri*. Hæ ſcilicet ſunt voces eorum qui Chriſtianorum cauſa patroni, id vnum agebant, vt Chriſtianorum nemo indicta cauſa propter ſolum

nomen damnaretur. *Nihil illa*, inquit Tertullianus, *de cauſa ſua deprecatur, quia nec de conditione miratur. Scit ſe peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos inuenire. Cæterum genus, ſedem, ſpem, gratiam, dignitatem in cœlis habere. Vnum geſtit interdum, ne ignorata damnetur. Quid hic deperit legibus in ſuo regno dominantibus, ſi audiatur? An hoc magis gloriabitur poteſtas earum, quo etiam inauditam damnabunt veritatem? Cæterum inauditam ſi damnent, præter inuidiam iniquitatis, etiam ſuſpicionem merebuntur alicuius conſcientiæ, nolentes audire, quod auditum damnare non poſſint. Quid enim iniquius, quam vt oderint homines, quod ignorant, etiam ſi res mereatur odium? tunc enim meretur cum cognoſcitur; an mereatur. Vacante autem meriti notitia, vnde odij iuſtitia defenditur, quæ non de euentu, ſed de conſcientia probanda eſt? Cum ergo propterea oderint homines, quia ignorant, quale ſit, quod oderunt; cur non liceat eiuſmodi illud eſſe, quod non debeant odiſſe.* Quæ ideò pluribus à nobis ex Tertulliano, minimè ſuſpecto teſte, relata ſunt, quod ex illis & ſtatus *Eccleſiæ* illius melius dignoſcatur, quoque ſenſu optauerit minimè ab hominibus *deſpici*, intelligatur.

Alia *deſpectus* cauſa infamia magnorum ſcelerum erat, qua notati Chriſtiani digito à Gentilibus deſignabantur, vt non aliud haberetur Chriſtianus, quam atrociſſimorum ſcelerum reus, nam nullum erat tam turpe tam fœdum facinus, quod non in Chriſtianum cadere putaretur. Tertul. Apol. cap. 2. *Chriſtianum hominem omnium ſcelerum reum, Deorum, Imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum exiſtimas, & cogis negare vt abſolues, quem non poteris abſoluere niſi negauerit.* Et cap. 7. *Dicimur ſceleratiſſimi de Sacramento infanticidij, & pabulo inde: & poſt conuiuium inceſto, quod euerſores luminum canes, lenones ſcilicet tenebrarum, & libidinum impiarum inuerecundè procurent.* Et cap. 9. de tam profanæ ſuperſtitionis initijs: *Veni demerge ferrum in infantem nullius inimicum, nullius reum, omnium filium: vel ſi alterius officium eſt, tu modò aſſiſte morienti homini antequam vixit; fugientem animam nouam ſpecta: excipe rudem ſanguinem, eo panem tuum ſatia, veſcere libenter. Interea diſcumbens dinumera loca, vbi mater, vbi ſoror, nota diligenter, vt cum tenebræ ceciderint caninæ, non erres, piaculum enim admiſeris, niſi inceſtum feceris.* Talia de Chriſtianis fama vulgauerat, tam ſpurca, tam fœda, tam Thyeſtea facinora. Huius autem in noſtros accuſationis multi de veteribus meminere, quorum ad marginem habes nomina: qui & hanc calumniam fortibus argumentis depulere. Sed interim tamen eam ob cauſam non vulgo ſolum, ſed apud magnates ſæculi Chriſtianum nomen male audiebat. Hunc ergo *Eccleſia deſpectum* vocat, ſeque queritur *deſpectam* hactenus, tempuſque eſſe monet, vt veritatis ſplendidiſſimo radio mendaciorum, ac calumniarum hæ tenebræ fugarentur, ac induceretur dies. Hæc *Eccleſiæ* vota expreſſere tunc temporis viri magni, ac mira eruditione clari, poſtulantes, vt delatorum facinorum fieret inquiſitio. Vnius pro omnibus Tertulliani verba habes. *Si de alio nocente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo eo nomen homicidæ, vel ſacrilegi, vel inceſti, vel publici hoſtis, contenti eſtis ad pronunciandum, niſi & conſequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, tempus, conſcios, ſocios. De nobis nihil tale, cum æque extorquere oporteret quodcumque falſo iactatur, quot quiſque iam infanticidia deguſtaſſet, quod inceſta contenebraſſet, qui coci, qui canes affuiſſent. O quanta illius Præſidis gloria, ſi eruiſſet aliquem, qui centum iam infantes comediſſet.* Vide citatos Authores. Puto ex his ſatis intelligi, quid *Eccleſia* velit, cum cupit *foris inuenire Chriſtum*, & omnium in conſpectu in ſinus amplexum, & *oſcula* ruere, ne iam vltra aliquis ſit, qui eam *deſpicere* audeat.

Ideò rogabāt veritatem exquiri criminum

Quæ nomini Chriſtiano imputabātur.

Ne inaudita innocentia damnaretur

Nihil enim iniquius, quam damnare quod ignores.

Cum id ipſum, quod ignorans damnas, fortaſſe non ſit damnandum.

Is ſtatus Eccleſiæ tunc certè miſer.

Alia deſpectus cauſa infamia magnorum criminum

Nullum enim tā fœdum, quod in Chriſtianum non caderet

Nam & habiti infanticidæ.

Et humanarum carniū vorātores.

Et inceſti, et propediſſæ libidinis ſectatores

Id grauiter à Tertulliano depulſū.

Et à multis veterum ſcriptoribus confutatum

[illegible] fortiter depulerunt.

Sed nomen interim Chriſtianum male audiebatur.

Nunc ergo deſpectū vocat Eccleſia.

Hanc à ſe infamiam depelli orat

Id viri magni contendere tota vi ſua.

Veritatem in apertum producere.

Et de criminibus exquireretur.

Ex quibus quid hic velit Eccleſia intelliges.

Tertul. Apol. c. 1.

Status Eccleſiæ miſer eo tempore à Tertulliano deſcriptus.

Nihil iniquius, quā odiſſe, quod ignores.

Chriſtiani olim magnorum ſcelerū habiti rei.

Tertul. Apol. c. 2.

Chriſtiani habiti inceſti, infanticidæ, humanarum carnium vorātores.

Iuſt. Mar. Apol 2.

Athenagoras.

Tatianus.

Theoph ad Autol. lib. 3.

Minut. Fœlix in Octauio.

Euſeb lib 4. c. 8.

Eccleſiam deſpectus quem aboleri orat, grauiū criminum infamia, qua iniuſtè notata.

Tertullianus.

V E R S V S II.

APPREHENDAM TE, ET DVCAM IN DOMVM MATRIS MEÆ: IBI ME DOCEBIS, ET DABO TIBI POCVLVM EX VINO CONDITO, ET MVSTVM MALORVM GRANATORVM MEORVM.

COMMENTARIVS.

ID Quod *Eccleſia ardentiſſimis votis quæſierat tandem* conſequuta inducitur; paceque per Conſtantinum reddita, ingenti perfuſa gaudio, triumphat, ac nouis caritatis vinculis *Chriſto* coniungitur. Ex ea autem coniunctione quātæ eam voluptates perfuderint, id hiſce verbis ſignificat. Et quidem tam appoſitè, vt in vna fœlicitatis tantæ cogitatione defixæ

omnia

omnia videantur excidiſſe vota, & triſtitiæ omnes cauſæ diſpulſæ. Quod autem dicit, *Deducturum ſe Chriſtum in domum matris* nihil eſt aliud, quam ſibi publico ritu ſacrificandum illi in templis, publica iam authoritate, & inſanis propè ſumptibus Conſtantiniana liberalitate, aliorumque principum toto orbe extructis. Ibi præter ſacrificia, quibus Chriſto Deo ſolemni cultu diuinus honor impendatur, ſacras habendas de fidei myſterijs, rebuſque diuinis, & Chriſtiani hominis officij collationes, concioneſque, quibus inſtruantur fideles, & impenſius doceantur. Id ſcilicet eſt; *Ibi me docebis. Vinum conditum* ſuauitas precum, & aſſiduitas eſt, quo Deus vultu, velut ſuaui vini poculo delectatur *Malorum granatorum muſtum*, martyrum, qui pro Chriſto fudiſſent ſanguinem, celebris commemoratio; qua fieret, vt quod ſemel in eorum morte *Chriſto* propinatum ſuauitatis eſſet, ſæpè etiam afferretur. Quæ omnia ingentem *Chriſto* lætitiam eſſent adductura. Sed audiamus Eccleſiam, ac cum ea de tanta felicitate lætitiam delibemus.

ENARRATIO.

ET tu quidem, haud diu fatigari te ſiuiſti, ac importunis precibus videri voluiſſe beneficium vendere. Cumulaſti vota omnia, & quidquid animo deſignaui, large dediſti. Ergo viri impenſe ſponſam amantis omnes partes expleuiſti. Reddidiſti Eccleſiæ *tuæ pacem, & pulſis tenebris horridis aureum diem. O mihi tempora diu cupita, & ad cumulum felicitatis, lætitiæque dilata? Reddam tibi pro tanto beneficio quidquid poſſum & quæ prius amabam impensè, deperibo deinceps; & quidquid caritatis infundis, in te conijciam. Cordis ergo, ac totius animi te complectar affectu; atque ita brachijs caritatis incingam, mihique adſtringam, vt æterno nexu iungamur. Dabis veniam importunitate meæ, & vtenti licentia, quam feciſti, facilis ignoſces. Surgere iam templa æmula cæli video, & cur non æmula, cum non minus in illis ſe maieſtas tua oſtentatura ſit, quam in arce illa beatorum? Huc deducam te, (velut in matris domum nuptiali pompa comitante ſponſum deducam) plaudentibus ſuperis, nec hominibus improbantibus. Vide quantæ ſurgant moles, quo ſumptu, qua artis contentione! tibi ſcilicet omnia ſurgunt; & quidquid grande molitur regum potentia, aula tibi futura eſt. Cogentur in templa fidelium agmina; nec multitudini ſpacia ſatis erunt: quique prius in ſpeluncis, & rupium anfractibus vix tuti latebant, omnium in oculis pietatem oſtentabunt. Fauſtas parietes excipient, ac reddent laetantium voces, vnumque nomen, & vindicis, & Redemptoris ſonabunt. Mihi autem per miniſtros licebit ſacrorum, iterare ſine metu ſacrificia; eaſque tibi offerre hoſtias, quibus ſolis delectaris. Nam te, agnum immaculatum, offeram tibi, & Patri; & quidquid in cruce olim pro mortalium ſalute ſanguinis effudiſti, repetitam memoriam celebrabo, tibique te reddam. Licebit, nullo interpellante, de diuinis myſterijs ſermones miſcere; ac filios inſtituere præceptis illis, quibus pietas augeatur. Tu ſcilicet, verbi miniſtris ſapientiam miniſtrabis, quæque te docente didicerint illi, populis inſtillabunt. Feruebit interea precum aſſiduitas, & laudum tuarum præconia reſonabunt, quibus te ſcio ſuauiſſimè recreari. Demum agmina tibi tuorum martyrum ſiſtam, munus gratiſſimum, ac ſolo te dignum; &, alternantibus elogijs eorum fortitudinem, ac caritatis ardorem exemplum proponam cæteris, quod imitari non pigeat; ſi iterum pietatem tuorum contigerit in arctum compelli.*

Digitized by Google

NOTATIO VI.

APPREHENDAM TE.

SVM.COM.

I.

Nexus horum cũ præcedentibus facilis.
Apprehenſio, poſſeſſionem eius ſignificat, quod ante non habueris.
Ideo non probamus expoſitores de fide, & caritate.
Aut vtriuſq; feruore virtutis.
Nam licet caritatis nullus ſit modus.
Et aucta boni notitia nouo ſemper creſcat augmento.
Cuius doctrina Paulus bonus magiſter.
Ideo caritati coniungit ſcientiam.
Et id ineptum nõ eſt ad ſeriem noſtram tractãdam.
Indicat namque Eccleſiæ ſtatum.
Id tamen ſenſum non implet.
Nec quod alij ſenſerunt, hæc ad contemplationem referre.

II.

Nec aptius qui ad finem ſæculi referre malunt.
Et ad eos, qui tũc vniendi per fidem ſunt Chriſto.
Nam vota hæc eius ſunt, quæ iã iuncta per fidem Chriſto.
Et quidẽ ſtrictiſſime erat.
Apprehenſuram ſe ergo alia ratione dicit.
Et licet dici poſſit, deſideraſſe eum inuenire in ijs, qui foris adhuc eſſent.
Vt alibi feciſſe legitur.
Id tamen huic loco non quadrat.
Quo nulla diſceſſus ſponſi mentio eſt
Ideoque, nec quærendi cauſa.

III.

Id probabiliſſimũ.
Feſam perſecutione longa, pacem optaſſe
Et publicè pro vxore ſe gerere.

NExus *Horum cum ſuperioribus facilis eſt*, *fluit enim* interpretationis ſeries ſuo pondere. Hic quidquid in Commentario traditum eſt, ſtabiliendum etiam eſt. Quod *apprehenſuram ſe inuentum*, dicit, coniunctionem notat maiorem; eiuſque quem ante non habuerit, poſſeſſionem: id enim *apprehendere* dicimur, quod nondum datum eſt, vt fruamur. Hæc ergo prima eſt Quæſtio, quo ſenſu id vere dicere potuerit. Caſſiodorus, Aponius, & quidam alij, *apprehendam*, interpretantur, Per fidem, & caritatem, adhærebo tibi. Atqui iam antea ſic *apprehenderat*, ſibique coniunxerat, immo, ex quo illi ſemel hæſerat, nunquam dimiſerat. Si de fidei, ac caritatis feruore intelligas, & nouis augmentis, probabilius loquere, ſed ſenſum ne tunc quidem explebis, ſed de eo mox dicam. Caritatis nullum eſſe modum nomen amoris ipſum ſatis probat; qui nactus, vbi ſe dignè impendat, ſemper, noua auctus ſui boni notitia, nouis ſemper acceſſibus creſcit; quemadmodum ſi ardenti flammæ noua ſemper, ac recentia pabula ſubminiſtres. Sic dicebat optimus huius artis magiſter Paulus: *Hoc opto, vt caritas veſtra magis, ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu.* Phil. 1. 9 ſcientiam caritati ſociam dedit, ea enim eſt illius armiger, qua miniſtrante tela, prælia init pacifica, triumphatque ſine pugna. Semper ergo qui Deo per caritatem hæret ac, prælucente facem fide, quod *apprehenderat* ſemel, denuo *apprehendit*, quia denuo amat. Neque id ineptum eſt ad ſeriem interpretationis noſtræ, qui hanc *apprehenſionem* referendam arbitramur ad *Eccleſiæ* lætitiam pace gaudentis, poſt perſequutionis atrocitatem, tunc enim nouis documentis inſtituta, doctaque à *Chriſto*, quantum illi deberet, qui verbo procellam tantam compeſcuiſſet, ac poſt horrorem ob curiſſimæ noctis diei lucem auream reddidiſſet, nouis incrementis caritate aucta, illum complexa eſt. Sed id quanquam vere putamus, ſenſus granditatem non ſatis explere arbitramur: multoque minus, quod alij voluere, *apprehenſionem* hanc intelligendam per contemplationem, & orationem, quod inuocare videatur tres PP. quãquam hæc tropologicè interpretantes. & domum mentem intelligentes, in quam introducatur *Chriſtus*, quod ſatis durum eſt.

Apprehendere eius eſt, qui id cõſequitur, quod non habebat.

Caſſiodor.
Aponius.
Rupertus.
Coniunctio per fidem, & caritatem.

Caritatis nullus modus, qui ea apprehẽdit Chriſtum ſemper denuó apprehẽdit.

Philip. 1. 9.

Sciẽtia caritatis armiger ad ineunda pacifica prælia.

Eccleſia pace gaudens arctius Deo coniuncta per caritatem.

Tres PP.
Honorius.

Qui omnia hæc ad finem ſæculi pertinere volunt, & de Synagogæ reliquijs ad fidem vocatis intelligunt, *apprehenſionem* hanc interpretantur *fidem in Chriſtum*, qui enim antea ſeparati fuerant ab illo per duritiem, & perfidiam, eidem per *fidem*, & pietatem coniuncti, non amplius diuellendi ſunt. Sed id minime videtur hærere: nam eadem illa, quæ optarat illum *foris inuenire*, atque *oſculari*, nunc poſtquam foris inuenerit, quid ſit factura deſignat. *Apprehenſuram* ſe ſcilicet illum, atque *in domum genitricis deducturam*. At ea vota eius erant, quæ iam fide, ac caritate coniuncta *Chriſto* erat, immo ea ipſa vota eius erant, quæ *Sponſum* deperiret, ſeque ſibi adiungere, vellet, vt nunquam diuelli pateretur; id autem & fidei in illa, & caritatis granditatem ſatis probat. Non ergo, cum *apprehenſuram* ſe dicit, id fide, ac caritate facturam ſe ſe dicit: ſed aliud quiddam, quod vel diuerſum, vel maius, ſit. Scio dici poſſe, deſideraſſe eam *Foris*, id eſt, in eis, qui *foris*, adhuc eſſent, *Chriſtum* inuenire, quemadmodum ſupra diximus Cap. 5. 6. cum inducitur *Sponſum* quærens, ſignificari *Eccleſiam Chriſtum* in Iudæorum cordibus per fidem in illum inuenire cupientem. Et tamen illa iam ſic inuenerat *Chriſtum*, ſibique coniunxerat, Habebat ergo illum, & tamen quærebat, quia quæ ſibi illum iam inuenerat, inuenire in alijs volebat: vnum ergo alteri contrarium non eſt. Acutè hæc obiecta ſunt, ſed eſt, quod reſpondeam. Nam loco illo diſceſſiſſe ſponſus dicitur: *At ille declinauerat, atque tranſierat*, quod interpretati ſumus, de gentis illius obduratione, quo illam Deus merito percuſſerat, propter grauiſſima ſcelera, & ſummam ingratitudinem. Eum ergo, qui abierat, optime inducitur quærens *Eccleſia*, nec inueniens. Hoc loco diſceſſus nec vlla mentio, aut iudicium eſt; nec neceſſitas vlla confingendi. Vt non eadem horum, atque illorum ratio eſſe videatur.

Apprehenſio fides in Chriſtũ.

Eccleſia per fidẽ ſemper Chriſto coniuncta, alia ratione apprehẽdere deſiderat.

Obiectio.

Solutio.

Sed videamus quo vota *Eccleſiæ* properarent, cum diceret: *Quis mihi det, vt inueniam te foris*, & ſtatim intelligemus, quo ſenſu eam *Apprehenſuram* ſe dicat. Pertæſa perſequutionis atrociſſima mala, diuque illius iactata procellæ fluctibus, pacem quærebat, idque vnum erat in votis, vt liceret ſibi publicè *Chriſtum*, ac nullo impedimento colere, vt ſuperius interpretati ſumus. Ergo cui dabatur in abdito, & ſolitarijs locis *Chriſtum* complecti, negabatur id publicè, & in mortalium luce facere. Eodem

Eccleſia feſa per ſequutionis malis, otium deſiderat.

ergo

Digitized by Google

ergo tempore quodammodo *Chriſto* fruebatur, quodammodo frui prohibebatur; præſentem ergo ſimul, & abſentem habebat. Id ergo eſt, quod nunc facturam ſe dicit, vbi nacta occaſionem potiundi votis ſuis. *Si te foris inueniam, arcte complectar; apprehenſumque brachijs ad me traham, & ſtrictiſſimè illigatum abire non ſinam, licebit tunc omnia vota explere: &, quod diu negatur, eo quietè, ac per otium frui. Apprehendi quidem olim per incarnationem, & arctiſſimè copulaui mihi, quin & fide, & caritate mihi coniunxi, ſed hactenus publica luce prohibita, ac latere coacta, id deſideratum ad vota implenda, vt clara luce, atque inſpectantibus omnibus, pro coniuge agnoſcerer, quin aliquis eſſet, qui vel obloqui, vel impedire auderet. Id nunc ſcilicet dabitur, & ipſa nacta quod cupio, Apprehendam te, videntibus, & probantibus cunctis.* Hunc ego horum verborum ſenſum facilem eſſe puto, quod enim facimus in abſcondito ac tanquam lucem hominum fugiamus, vereamurque deprehendi, vix facere dicimur: ſi quid in publico, & inſpectantibus, ac probantibus multis, id facere verè videmur, & dicimur. *Apprehenſionem* ergo hanc nihil aliud intelligemus, quam publicum religionis Chriſtianæ cultum, nullo impediente, nullo damnante, ſed omnibus approbantibus, laudantibus, prædicantibus. Quemadmodum quæ verè vxor eſt, & hactenus coacta latere, nec ſe auſa prodere, ſi permittatur publicè, & ſolemniter ſe pro vxore gerere, virum complecti, ac oſculis, connubialis amoris obſidibus, fatigare, tunc ſe demum arbitratur nuptam, quaſi antea minimè fuerit, quod hominum opinione non fuerit. Ducimur ſæpè non tam re ipſa, quam fama, idque nos eſſe putamus, quod videmur alijs eſſe: vixque eam felicitatem ducimus, quæ non ſolitarios beat; magna enim fecundioris fortunæ pars in eo ſita eſt, quod hominum opinione conſtat: nec quiſquam eſt, qui beatum eum reputet, qui ſibi ſoli beatus eſt, in eo ipſo non beatus, quod alijs non videtur, coactus quidquid eſt, tanquam minime ſit, latere.

Et hæc quidem ſimplicem expoſitionem continent, ſed latere aliquid aliud in *apprehendendi* vocabulo arbitramur, quod faciat ad hunc locum. Nam cum *apprehenſuram* ſe dicit, *& deducturam in genitricis domum* ſtatus firmitatem, ac ſecuritatem quandam ſignificat. Auguratur ſcilicet fœlicitatem illam diuturnam fore, tranſactiſque turbidiorum temporum moleſtijs non vltra ſe prioribus malis exercendam. Ergo pacem eam per Conſtantinum inductam non breui finiendam. Sic ſupra Cap. 2. 2. Cum de Ægyptię ſeruitutis fine loqueretur ſponſus dicebat, *Surge propera amica mea: Iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra.* Vt indicaret ſcilicet proximam libertatis fœlicitatem diuturnam fore, nec vltra populum Hebreorum Ægyptia tyrannide vexandum. *Nolite,* inquit, *timere: State, & videte magnalia Domini, quæ facturus eſt hodie: Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vſque in ſempiternum,* Ex 14. 13. Simile illud Cap. 3. 4. *Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Quę de deſponſatione per legem interpretati ſumus eo loco, duraturam quoad iuſto connubio per Incarnationem copularetur *verbo* tunc tantū *Sponſo*. Nam cum *Apprehenſuram* ſe dicit, ita dicit, vt velit intelligi, non hactenus dimiſſura, aut paſſura eum abire, cui copulata iam ſit. Si autem conſideres, quod poſtea factum eſt, videbis, quam illam verè eam ſibi fœlicitatem diuturnam eſſe arbitraretur: nam, poſtquam reddita *Eccleſiæ* quies in orbe Romano eſt, nunquam hactenus *Eccleſia* generalem aliquam perſequutionem eſt paſſa, turbatum quidem alicubi eſt, nec vno turbatum tempore; ſed generale malum non fuit, & habuit *Eccleſia* ſemper Principes, & prouincias multas, quibus liber religionis vſus eſſet, & pietas ſine retur libertate ſua frui. Id autem ſatis eſt, vt quem ſemel *Sponſum* ſub ea pace *apprehendiſſe* gauſa eſt, nunquam dimiſiſſe diceretur: cum maximè ab eo tempore arx illa Imperij Roma nunquam à publico fidei Chriſtianæ cultu prohibita ſit: ne quæ in cęterarum Eccleſiarum matrem inſtituta Deo volente fuerat, & in magiſtram data, errorum vlla colluuie, qua fidei puritas fœdaretur, diceretur oppreſſa.

Marginalia (left): *Vt quodammodo videretur carere Chriſto quodammodo frui.* — *Id facturam ſe dicit foris inuento ſponſo.* — *Si te palam inueniret dabitur, amplectar ſtrictiſſimè.* — *Et quem olim per incarnationem apprehendi.* — *Sed latenter tamen.* — *Enim nunc palam probantibus omnibus apprehēdā.* — *Quod enim facimus clam facere non videmur.* — *Id hac apprehenſione innuitur, publicus religionis cultus.* — *Sic vxor hactenus latere coacta.* — *Tunc ſe nuptam verè putat, cum publica pro tali tractatur.* — *Nam ſæpè magis opinionem, quam re ducimur.* — *Nec fœlicitatem putamus quæ in abdito, & ſolitarios beat.* IV. — *Significat etiam apprehēſio hæc firmitatem ſtatus.* — *Diuinat enim eā fœlicitatem diuturnam fore.* — *Sic olim in typo promiſſum illi.* — *Poſtquam mari tranſmiſſo Aegyptij merſi ſunt.* — *Et cum de ſponſalibus loqueretur, tenui, inquit nec dimittam.* — *Quaſi non ante dimiſſura, quam pleno connubio poteretur.* — *Nec immeritò eā ſibi ſecuritatem pollicetur.* — *Nunquam enim poſtea vniuerſali Gentilium perſecutione vexata eſt.* — *Quod ſatis vt nūquam ſe ſponſum dimiſſuram affirmet.* — *Cum maximè Roma à cultu Chriſti nunquā poſtea ſit prohibita.*

Marginalia (right): Eccleſia eodem tempore Chriſtū complexa, & eodem carens. — Eccleſia Chriſtū apprehendit per incarnationem, ſed in abdito. — Per publicū cultum publicè apprehendit Chriſtum. — Similitudo appoſitiſſima. — Fœlicitas quæ ſolitarios beat, vix eo nomine digna. — Apprehenſio ad firmitatē ſtatus pertinet. — *Cant.* 2. 11. — *Exod.* 14. 13. — *Cant.* 3. 4. — Poſt partam Eccleſiæ per Conſtantinum pacē, non amplius generali bello tētata Eccleſia eſt. — Roma ex quo publicè Chriſtū amplexa nūquā ab eius cultu prohibita.

NOTATIO VII.

ET DVCAM IN DOMVM MATRIS MEÆ.

I.

DVplex *Hic Quæſtio eſt, neutra facilis explicatu, quæ* myſtico ſignificatu ſit hæc *Mater* quæque *Domus* illius ſit. Quidam *Domum Matris* cœlum, in quo, quæ deſurſum eſt Ieruſalem, habitare dicitur, interpretantur. Caſſiodori, ac Iuſti hęc interpretatio eſt; ſed valde laborant, quo pacto vere dici *Eccleſia* poſſit *Chriſtum* in cœlum intro-

Marginalia (left): *Domum Matris, quidam cœlum interpretantur.* — *In eam introducturam Eccleſiam Chriſtum.*

Marginalia (right): Cœlum domus Matris Eccleſiæ. — *Caſſiodorus. Iuſtus.*

Digitized by Google

Cũ ſub finem recipiatur in cœlũ.
Durum id eſt, ſicut, & quod alij voluere.
De aſcendente Chriſto, & ſpectantibus Apoſtolis exponentes.
Quod huic loco non quadrat.
Nec aptè verbis accommodatur.

troducere. Iuſtus tunc introducturam dicit, cum ipſamet cum omnibus bonis, quę per Chriſti gratiam conſequuta ſit inuehi mereatur in cœlum, æternis gaudijs fruitura. Durum id eſt, ſic enim ea potius, quę introducitur, quę ſcilicet exul hactenus, & orbis incola, in eam patriam transferatur à *Chriſto*. Nec aptius Caſſiodorus, deduxiſſe *Eccleſiam Chriſtum*, cum aſcendentem illum in cœlum, & oculis, & deſiderijs Apoſtoli proſequuti ſunt. Nam, pręterquam quòd ſero nimis myſteriorum vitæ, & mortis Chiſti mentionem hic fieri certum eſt: parum id omnino eſt, vt ideo dicatur ab *Eccleſia Chriſtus in domum Matris introduci*, cum maximè, tametſi id vtcumque probabile eſſe velis, neſcio quo pacto verè dici poſſit *Eccleſia Chriſtum* eumdem *apprehendere*; vt ideo ſolum *Deducere* illum dicatur, quod aſcendentem oculis, ac deſiderijs comitati ſint eum Apoſtoli.

Eccleſia introducet in domũ Matris Chriſtũ, cum ſub finem pro cœlũ ingredietur.
Apoſtoli ſpectãtes Chriſtum inuehẽtem in cœlum, cum introduxiſſe viſi.

II.

Alij Matrem Sinagogam volunt.
Et ad reliquias in fine conuertendas referunt.
Sed id à nobis ſæpè reiectum.
Nam nullo vero ſenſu ſynagoga Mater Eccleſiæ dici poteſt.
Alij ad tropologiã declinarunt.
Quod alio loco examinabimus.
Alieniſſimè, qui Matrem mortem, domum ſepulchrũ volunt.
Etia iuxta eorũdem ſeriem interpretandi.

Quidam alij malunt hęc referre omnia ad mundi finem, & conuerſionem reliquiarum Iudaicarum; vt ſuperiore notatione monitum eſt; hi *Matrem Synagogam* interpretantur, Gregor. Aponius, Anſelmus, quanquam non eodem modo. Nos quid de hac interpretandi ratione ſentiamus diximus ſupra Cap. 4. Not. 11. Quo loco oſtendimus ſynagogam *Matrem Eccleſiæ* non niſi impropriè dici; ſiue de infideli, rebelliq; ſermo ſit, quę certe nouerca, non *Mater Eccleſiæ* ſit; cum hic tamen Matris nomen blandum quid, & plenum indulgentia notet: ſiue de fideli, ea ſcilicet Iudeorum parte, quæ *Chriſto* per fidem adiuncta eſt; Hæc enim ſoror potius, quam mater eſt; immo non alia, quam ea ipſa *Eccleſia* communis omnium *Mater*: cum hic tamen modus ipſe loquendi diuerſitatem notet. Tres PP. loco hoc ad tropologiam, vt plerumque ſolent facere confugere: *gratiam Spiritus S. Matrem*, mentem *domum* interpretantes. Et alioqui id durum, nec admodum aptum ad interpretationis conſequentiam eſt. De eo autem loco dicemus alio. Alieniſſimè omnium Philo *Matrem* hominis terram interpretatur, mortem *domum*, ſiue vt ipſe legit, *promptuarium*: in eam introductum *Chriſtum* cum mortuus in cruce terrę mandatus eſt. Sed hęc & alieniſſimo tempore & loco dicuntur, etiam iuxta eius interpretis ſeriem.

Mater Eccleſiæ ſynagoga nullo vero ſenſu dici poteſt.
Cant. 4. Not. 6.
Gregorius M.
Aponius.
Anſelmus.
Tres Patres.
Philo Carpath.

III.

Nos ſolemnem religionis cultum intelligimus.
Nam verbum ducam deductionẽ dicit publicam.
Cum pompa ex ritu nuptiali.
Cur autem ea virum deducens inducatur alio loco dictum eſt.
Ergo non eſt quod quæras, quæ Mater ſit, quæ domus.
Cum totum toti ſententiæ aptare ſit ſatis.

Nobis hic nihil aliud innui videtur, quàm publicus, ac ſolemnis religionis Chriſtianæ cultus: id autem aptiſſimè ſignificatum ſolemni ſponſi in *domum matris ſponſæ introductione*. Cum enim dicit, *ducam*, deductionem publicam, ac ex ritu nuptiali, cum pompa comitantium, & fauſtas voces ingeminantium intelligit; cum lætitiæ modus non iam domi, & intra parietes continetur, ſed amicis, ac conſanguineis, atque omnino plebeiæ multitudini communicatur: cum a communibus gaudijs nemo arcetur, maximè cum Principum aut Regum nuptialia ſacra peraguntur. Cur autem *Eccleſia deducat in domum matris Chriſtum*, cum contra viri ſoleant nouas nuptas domum transferre, vndè *ducendi* vocabulum ſimpliciter de viris dictum eſt vſu latinorum, loco alio ex profeſſo dictum a nobis eſt. Cap. 4. Not. 11. Si hæc placeant, non eſt quod anxie quæras, quæ hæc ſit *domus*, quæ *mater*, cum loco hoc non ſingula ſingulis inſenſu Dramatico, & arcano reſpondeant, ſed totum toti, & ſententia ſententiæ: quod alias obſeruatum à nobis eſt.

Deductio publica ex ritu nuptiali hic ſignificata.
Cant. 4. Not. 11.

IV.

Sed plures aliquid arcani in vtroque meditati ſunt.
Et Theodoretus ad verum ſenſum viam facit.
Matrem Spiritum Sanctum domum templum intelligens.
Tunc ſcilicet templa magnificè inſtrui ſunt cæpta.
Quæ tametſi Chriſti ſint tecta. Eccleſia etiam ſunt
In eas introductus publico ritu colendus.
Etiam cum tripudio & pompa.
Fortaſſis alluſum hic ad Pſal 44 10 11.
Hæc Eccleſia vera gaudia, poſt triſtitiam.

Sed quia video veterum pleroſque id preſſius pertractaſſe, & in *matre*, & *domo* illius aliquid arcanum agnouiſſe, & id tentandum eſt. Theodoretus Cyrenſis ad veram interpretationem indicium facit. *Quæ eſt domus Spiritus Sanctus (hic enim ſponſam genuit) niſi diuinum templum, quod cœleſtem imitatur Ieruſalem, quo quis ingrediuntur ſponſa dignitatem ſuſcipientes, cum fiducia ſponſum alloquũtur. Templum ergo*, quod, & *domus Dei* dictum eſt, etiam *Eccleſia matris domus* eſt, quia & communis illi cum *Sponſo*; nam poſtquã eam ſibi coniugij legibus copulauit, omnia ſibi cum illa voluit eſſe communia. Ergo cum regio ſumptu excitatis baſilicis erigi templa ſunt cæpta, in quibus ſolemni ritu cultus Chriſto exhiberetur, tunc *Chriſtus* ab *Eccleſia in domum matris* introductus eſt. Nam tametſi templa in *Chriſti* honorem erecta ſunt, ideoque, & illius verè *Domus* dici poſſunt, quia tamen fidelium pietate, & regum liberalitate id præſtitum eſt. Verè etiam ea templa *Eccleſiæ domus* ſunt, in quas ſcilicet ille dicatur introductus publico ritu, ac ſtatis ceremonijs colendus, atque agnoſcendus vt Deus. Sic videbis Pſal 44. cum de nuptialibus, ſolemnibuſque ſacris horum ſponſorum ſermo eſſet, dictum fuiſſe *Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.* Et mox *Adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum* (palatium, aulam) *Regis*. En tripudia, en pompam, ac fauſtas, lætaſque voces acclamantium, deducentium, comitantium. Cui fortaſſe Dauidis loco ex his verbis Canticorum inferri lux non crepera poterit. Omnia ergo hæc pertinent ad *Eccleſiæ* gaudia, cum poſt præteriti temporis anguſtias hyemaleſque horrores, diuturnæ perſecutionis, mitiora tempora ſucceſſere, atque, aperiente ſe vere, Conſtantinianæ pietatis, ac beneficientiæ, de ſpeluncis, & antris euocata

Theodoretus.
Mater Eccleſiæ Spiritus S. Domus Templum.
Euſebius Cæſar. Hiſt. lib 10. c. 3. & c 12.
Et lib. 9. c. 9.
Sacra templa domus Eccleſiæ ſimul, & Chriſti.
Pſal. 44. 10.
Euſeb. Cæſarens Hiſtor. lib. 10. c. 12.

in

Digitized by Google

Et hyeme tranſacta aureum ver.

In publicam lucem eſt; & hactenus prohibita publicè *Chriſtum* colere, permiſſa eſt, & templa erigere, & ritu ſolemni in illis, *Chriſtum* Deum profiteri, ac cæteris prædicare.

V.

Sed fortaſſis in Eccleſia Matre Romana intelligenda.

Domus autem tẽpla illa reliquorum prima.

Vaticanum ac Lateranenſe.

Ingẽs ea felicitas, cum liceret in ea vrbe templa erigere regio ſumptu cultus.

Quæ fuiſſet ſuperſtitionis arx.

Profanas Deorũ aras deſtruere.

Et omnia ſuperſtitionis antiqua abolere veſtigia.

Vt vni Chriſto vindici cultus impenderetur.

Nec alienum ab hac interpretandi ratione erit. Si *Eccleſia matrem* Romanam dicamus, quæ *mater omnium Eccleſiarum* vere eſt dicta, *domum* autem illius templa illa reliquorum prima, quæ Conſtantinus Chriſto adiunctus, in ea vrbe inſanis propemodum ſumptibus ædificari curauit, Lateranenſe, & Vaticanum, illud Saluatori, hoc autem in honorem Petri, & tertium in honorem Pauli a fundamentis excitatum, ea magnificentia operis, ac ſtructuræ ratione, ac materiæ æſtimatione, vt cum magnis orbis miraculis, poſſent conferri. De quibus multa leges in illius temporis ſcriptoribus, quos habes ad marginem. Nec puta hæc ſine magna cauſa dicta a nobis, nihil enim maius ad *Eccleſia* gloriam felicitatemque, nihil ad hilaritatem eximium magis, quam cum videret licere ſibi in ea orbis vrbe, quæ caput illius eſſet, & ſuperſtitionis gentilicæ arce, vnde hactenus omnis belli apparratus ad eam oppugnandam proceſſerat; nullo prohibere audente profanas aras deſtruete, Deorum diruere templa, ac conculcare ſacra, ac fremente, ac inuidente idololatria, noua excitare templa, aras dedicare, altaria erigere, ſacram ex auro, ac argento ſupellectilem conflare, addito ex gemmis ornatu Deumque ſtatis, ac ſolemnibus ritibus orbi propiciare, *Chriſtum* ſacrificijs honorare, eiuſque nomen latè per orbem propagare, concurrentibus ad ſalutares aquas latis nationibus turmatim, agminatimque. Ea ergo iactat gaudia, & poſt atroces difficileſque pugnas canit victoriam, erigitque trophæa. Nec alio ſenſu putamus dictum. *Ducam in domum matris meæ*,

Eccleſiæ Mater Romana.

Immo, & antonomaſtice dicta Eccleſia *Alban. Apol. 2 proſa.*

Domus Conſtantinianæ Baſilicæ.

De harum Baſilicarũ aliarumq; magnitudine, ac donarijs vide.

Baron. An. t. 3. An. Chr. 324.

Ingens Eccleſiæ gloria, eam vrbẽ religionis arcem fieri, quæ fuiſſet erroris.

Euſeb. Hiſt. lib. 10. cap. 4 in Orat. incerti de temple Tyrienſi.

NOTATIO VIII.

IBI ME DOCEBIS.

I.

Templa verò etiã Gymnaſia, & ſcholæ.

Docetur autem in ſuis filijs Eccleſia.

Fuere verò in templis ſeparata ad doctrinam loco.

Vbi iuuentus inſtitui ſolita.

Etiam ab Epiſcopis, & proceribus primariũ ſedium.

Talis Iſidorus Hiſpalenſis.

Id autem gaudiorũ Eccleſia aliud caput eſt.

QVO *Hoc pacto accipienda ſint haud difficilis quæſtio eſt*, iuxta interpretationis noſtræ filum. Nam ſi templa in Dei honorem extructa *Domus Eccleſiæ* ſunt, ſimul etiam Gymnaſia litteraria dici poſſunt ad inſtructionem, ac doctrinam fidelium inſtituta. Ideo autem docendam ſe dicit, quia in filijs ſuis ea etiam inſtituitur. Si repetas antiquitatis memoriam, inuenies olim nullos fuiſſe alios litterarios ludos in *Eccleſia*, quam templa ipſa. In illis ſeparato quidem loco iuuentus Eccleſiaſticis inſtitutis formabatur: atque ad functiones ſacras rite obeundas ſenſim inſtituebatur; deſignatis doctoribus, qui id muneris ſubirent, ne miniſtrorum deeſſent ſeminaria, vnde in decendentium locum digniſſimi ſubſtituerentur. Immo nec res indigna viſa eſt, in quam magni viri incumberent, etiam illi, qui ſummis ſedibus impoſiti primas Eccleſias Epiſcopi gubernabant. Habes in noſtra Hiſpania exemplum in Iſidoro Hiſpalenſi, cuius ex ſchola plerique prodiere viri, & fama eruditionis clari, & ob inſignia merita principibus Eccleſijs præſules dati. Et id ergo pertinet ad communia gaudia Eccleſiæ, licere iam ſibi publicas ſcholas inſtituere, Doctores deſignare; iuuentutem cogere; eamque, non minus pietatis præceptis imbuere, quam ſapientia extolere; ac velut tirones exercere ad palum, eorumque *manus docere ad prelium, & digitos ad bellum* Hoc primum eſt.

Tẽpla olim etiã Scholæ.

Conc. Tolet. 2. c. 1. Habetur diſt. 28. cap. 5. Conc. Tolet 4. cap. 23. apud Grat. Can. 1. 12. quæſt. 1. Conc. Aquiſgar. cap 135. Concil. Later ſub Alex. 3. P. 1. c 18. & Lat. ſub Innoc. 3. cap. 11.

Primarum ſediũ antiſtites Doctorũ munere functi.

Plat. 17. 35.

II.

Adde promiſcuã populi inſtructionem.

Et exactionem diſciplinæ Chriſtianæ.

Docentibus Epiſcopis ipſis.

Sed omnis eorum doctrina de Chriſti theſauris erat.

Quod in tempore obſeruatum ab Anſelmo.

Sic ſcilicet Eccleſiam Chriſtus docet.

A quo tanquam ab Oceano omnis ſapientia eſt.

Alterum pertinet ad promiſcuam populi inſtructionem in fidei myſterijs, & morum doctrina, vel per publicas conciones, vel per collationes ſacras; in illis enim quid ſentiendum, quid agendum, docebantur fideles; in his exigebatur diſciplina; & ad ſacrarum legum obſeruantiam animi excitabantur. Vnde nata tam locuples exhortationum, concionumque ſuplex, quantam in veterum libris, velut in opulentiſſimis promptuarijs, habet Eccleſia, & docebant quidem populos Doctores ipſi, qui plerumque Pontifices erant, & Epiſcopi; ſed, quidquid illi loquebantur, de *Chriſti* theſauris erat; & de illo ſapientiæ communicatum fonte, *qui de ſede Dei, & Agni* latice vberrimo promanabat. Obſeruatum id Anſelmo, tametſi ille ad finem, ac reliquias ſynagogæ, maluit referre. *Ibi dum te filijs annunciabimus, nos docebis; quia nos aperiemus os, & tu adimplebis illud, vt promiſiſti.* Sic ſcilicet *Chriſtus Eccleſiam* docet, cum per miniſtros verbi rudiores inſtituit; nunquam enim ceſſat Doctores ipſos indito diuinarum rerum lumine illuſtrare, vnde alijs ipſi communicent. *Omnis enim ſapientia à Domino Deo eſt, & cum eo fuit ſemper.* Eccli 1. 1. Et quidquid mortalium ſapientibus inſtillatur, de illo profundiſſimo Oceano per ſecretiſſimos, nec ſatis intellectos, meatus deriuatur in illos: maximè cum illi vitæ inſtitutis, mentiſque puritate ita cõparati ſunt, vt non indignos videatur beneficium eſſe collatum. Cum multa prece, ac

Promiſcua populi inſtructio per conciones. & Catecheſes.

Apoc. 22. 1.

Anſelmus.

Chriſtus ſapientiæ Oceanus, vndé aqua doctrinę in omnes deriuatur.

Eccli. 1. 1.

Cũ ſub finem recipiatur in cœlũ. Durum id eſt, ſicut. & quod alij voluere.

De aſcendente Chriſto, & ſpectantibus Apoſtolis exponentes.

Quod huic loco non quadrat.

Nec aptè verbis accommodatur.

troducere. Iuſtus tunc introducturam dicit, cum ipſamet cum omnibus bonis, quę per Chriſti gratiam conſequuta ſit inuehi mereatur in cœlum, æternis gaudijs fruitura. Durum id eſt, ſic enim ea potius, quę introducitur, quę ſcilicet exul hactenus, & orbis incola, in eam patriam transferatur à *Chriſto*. Nec aptius Caſſiodorus, deduxiſſe *Eccleſiam Chriſtum*, cum aſcendentem illum in cœlum, & oculis, & deſiderijs Apoſtoli proſequuti ſunt. Nam, pręterquam quòd ſero nimis myſteriorum vitæ, & mortis Chiſti mentionem hic fieri certum eſt: parum id omnino eſt, vt ideo dicatur ab *Eccleſia Chriſtus in domum Matris introduci*, cum maximè, tametſi id vtcumque probabile eſſe velis, neſcio quo pacto verè dici poſſit *Eccleſia Chriſtum* eundem *apprehendere*; vt ideo ſolum *Deducere* illum dicatur, quod aſcendentem oculis, ac deſiderijs comitati ſint eum Apoſtoli.

Eccleſia introducet in domũ Matris Chriſtũ, cum ſub finem pro cœlũ ingredietur.

Apoſtoli ſpectãtes Chriſtum inuehẽtem in cœlum, cum introduxiſſe viſi.

II.

Alij Matrem Sinagogam volunt.

Et ad reliquias in fine conuertendas referunt.

Sed id à nobis ſæpè reiectum.

Nam nullo vero ſẽſu ſynagoga Mater Eccleſiæ dici poteſt.

Alij ad tropologiã declinarunt.

Quod alio loco examinabimus.

Alieniſſimè, qui Matrem mortem, domum ſepulchrũ volunt.

Etiã iuxta eorũdem ſeriem interpretandi.

Quidam alij malunt hęc referre omnia ad mundi finem, & conuerſionem reliquiarum Iudaicarum: vt ſuperiore notatione monitum eſt; hi *Matrem Synagogam* interpretantur, Gregor. Aponius, Anſelmus, quanquam non eodem modo. Nos quid de hac interpretandi ratione ſentiamus diximus ſupra Cap. 4. Not. 11. Quo loco oſtendimus ſynagogam *Matrem Eccleſiæ* non niſi impropriè dici; ſiue de infideli, rebelliq; ſermo ſit, quę certe nouerca, non *Mater Eccleſiæ* ſit; cum hic tamen *Matris* nomen blandum quid, & plenum indulgentia notet: ſiue de fideli, ea ſcilicet Iudæorum parte, quæ *Chriſto* per fidem adiuncta eſt; Hæc enim ſoror potius, quam mater eſt; immo non alia, quam ea ipſa *Eccleſia* communis omnium *Mater*: cum hic tamen modus ipſe loquendi diuerſitatem notet. Tres PP. loco hoc ad tropologiam, vt plerumque ſolent facere confugere: *gratiam Spiritus S. Matrem*, mentem *domum* interpretantes. Et alioqui id durum, nec admodum aptum ad interpretationis conſequentiam eſt. De eo autem loco dicemus alio. Alieniſſimè omnium Philo *Matrem* hominis terram interpretatur, mortem *domum*, ſiue vt ipſe legit, *promptuarium*: in eam introductum *Chriſtum* cum mortuus in cruce terrę mandatus eſt. Sed hęc & alieniſſimo tempore & loco dicuntur, etiam iuxta eius interpretis ſeriem.

Mater Eccleſiæ ſynagoga nullo vero ſenſu dici poteſt.

Cant. 4. Not. 6.

Gregorius M.

Aponius.

Anſelmus.

Tres Patres.

Philo Carpath.

III.

Nos ſolemnem religionis cultum intelligimus.

Nam verbum ducam deductionẽ dicit publicam.

Cum pompa ex ritu nuptiali.

Cur autem ea virum deducens inducitur alio loco dictum eſt.

Ergo non eſt, quod quæras, quæ Mater ſit, quæ domus.

Cum totum toti ſententia aptare ſit ſatis.

Nobis hic nihil aliud innui videtur, quàm publicus, ac ſolemnis religionis Chriſtianæ cultus: id autem aptiſſimè ſignificatum ſolemni ſponſi in *domum matris ſponſæ introductione*. Cum enim dicit, *ducam*, deductionem publicam, ac ex ritu nuptiali, cum pompa comitantium, & fauſtas voces ingeminantium intelligit; cum lætitiæ modus non iam domi, & intra parietes continetur, ſed amicis, ac conſanguineis, atque omnino plebeiæ multitudini communicatur: cum a communibus gaudijs nemo arcetur, maximè cum Principum aut Regum nuptialia ſacra peraguntur. Cur autem *Eccleſia deducat in domum matris Chriſtum*, cum contra viri ſoleant nouas nuptas domum transferre, vndè *ducendi* vocabulum ſimpliciter de viris dictum eſt vſu latinorum, loco alio ex profeſſo dictum a nobis eſt. Cap. 4. Not. 11. Si hæc placeant, non eſt quod anxiè quæras, quæ hæc ſit *domus*, quæ *mater*, cum loco hoc non ſingula ſingulis in ſenſu Dramatico, & arcano reſpondeant, ſed totum toti, & ſententia ſententiæ: quod alias obſeruatum à nobis eſt.

Deductio publica ex ritu nuptiali hic ſignificata.

Cant. 4. Not. 11.

IV.

Sed plures aliquid arcani in vtroque meditati ſunt.

Et Theodoretus ad verum ſenſum viam facit.

Matrem ſpiritum Sanctum domum templum intelligens.

Tunc ſcilicet templa magnificè inſtrui ſunt cæpta.

Quæ tametſi Chriſti ſtola, Eccleſiæ etiam ſunt.

In eas introductus publico ritu colendus.

Etiam cum tripudio & pompa.

Fortaſſis alluſum hic ad Pſal 44 10 11.

Sed quia video veterum pleroſque id preſſius pertractaſſe, & in *matre*, & *domo* illius aliquid arcanum agnouiſſe, & id tentandum eſt. Theodoretus Cyrenſis ad veram interpretationem indicium facit. *Quæ eſt domus Spiritus Sanctus (hic enim ſponſam genuit) niſi diuinum templum, quod cœleſtem imitatur Ieruſalem, quo qui ingrediuntur ſponſæ dignitatem ſuſcipientes, cum fiducia ſponſum alloquũtur. Templum ergo*, quod, & *domus Dei* dictum eſt, etiam *Eccleſiæ matris domus* eſt, quia & communis illi cum *Sponſo*; nam poſtquã eam ſibi coniugij legibus copulauit, omnia ſibi cum illa voluit eſſe communia. Ergo cum regio ſumptu excitatis baſilicis erigi templa ſunt cæpta, in quibus ſolemni ritu cultus Chriſto exhiberetur, tunc *Chriſtus* ab *Eccleſia in domum matris* introductus eſt. Nam tametſi templa in *Chriſti* honorem erecta ſunt, ideoque, & illius verè *Domus* dici poſſunt, quia tamen fidelium pietate, & regum liberalitate id præſtitum eſt. Verè etiam ea templa *Eccleſiæ domus* ſunt, in quas ſcilicèt ille dicatur introductus publico ritu, ac ſtatis ceremonijs colendus, atque agnoſcendus vt Deus. Sic videbis Pſal 44. cum de nuptialibus, ſolemnibuſque ſacris horum ſponſorum ſermo eſſet, dictum fuiſſe *Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.* Et mox *Adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum* (palatium, aulam) *Regis*. En tripudia, en pompam, ac fauſtas, lætaſque voces acclamantium, deducentium, comitantium. Cui fortaſſe Dauidis loco ex his verbis Canticorum inferri lux non crepera poterit. Omnia ergo hæc pertinent ad *Eccleſiæ* gaudia, cum poſt præteriti temporis anguſtias hyemaleſque horrores, diuturnæ perſecutionis, mitiora tempora ſucceſſere, atque, aperiente ſe vere, Conſtantinianæ pietatis, ac beneficientiæ, de ſpeluncis, & antris euocata

Theodoretus.

Mater Eccleſiæ Spiritus S. Domus Templum.

Euſebius Cæſar. Hiſt lib 10 c. 3. & c 12. Et lib. 9. c. 9.

Sacra templa domus Eccleſiæ: ſimul, & Chriſti.

Pſal. 44. 10:

Euſeb. Cæſarens Hiſtor. lib. 10. c. 12.

Hæc Eccleſiæ vera gaudia, poſt triſtitiam.

in

Digitized by Google

Et hyeme tranſacta aureum ver.

in publicam lucem eſt; & hactenus prohibita publicè *Chriſtum* colere, permiſſa eſt, & templa erigere, & ritu ſolemni in illis, *Chriſtum* Deum profiteri, ac cæteris prædicare.

V.

Sed fortaſſis in Eccleſia Matre Romana intelligenda.

Domus autem templa illa reliquorum prima.

Vaticanum ac Lateranenſe.

Ingēs ea felicitas, cum liceret in ea vrbe templa erigere regio ſumptu cultus.

Quæ fuiſſet ſuperſtitionis arx.

Profanas Deorū aras deſtruere.

Et omnia ſuperſtitionis antiqua ab altere veſtigia.

Vt vni Chriſto vindici cultus impenderetur.

Eccleſiæ Mater Romana.

Immo, & antonomaſtice dic̄ a Eccleſia *Albān. Apol. 2 proſa.*

Domus Conſtātinianæ Baſilicę.

De harum Baſilicarū aliarumq; magnitudine, ac donarijs vide.

Baron. An t. 3. An. Chr. 324.

Ingens Eccleſiæ gloria, eam vrbē religionis arcem fieri, quæ fuiſſet erroris.

Euſeb. Hiſt lib. 10. c. 4 in Orat. incerti de templo Tyrienſi.

Nec alienum ab hac interpretandi ratione erit. Si *Eccleſia matrem* Romanam dicamus, quæ *mater omnium Eccleſiarum* vere eſt dicta, *domum* autem illius templa illa reliquorum prima, quæ Conſtantinus Chriſto adiunctus, in ea vrbe inſanis propemodum ſumptibus ædificari curauit, Lateranenſe, & Vaticanum, illud Saluatori, hoc autem in honorem Petri, & tertium in honorem Pauli a fundamentis excitatum, ea magnificentia operis, ac ſtructuræ ratione, ac materiæ æſtimatione, vt cum magnis orbis miraculis, poſſent conferri. De quibus multa leges in illius temporis ſcriptoribus, quos habes ad marginem. Nec puta hæc ſine magna cauſa dicta a nobis, nihil enim maius ad *Eccleſia* gloriam felicitatemque, nihil ad hilaritatem eximium magis, quam cum videret licere ſibi in ea orbis vrbe, quæ caput illius eſſet, & ſuperſtitionis gentilicæ arce, vnde hactenus omnis belli apparratus ad eam oppugnandam proceſſerat, nullo prohibere audente profanas aras deſtruere, Deorum diruere templa, ac conculcare ſacra, ac fremente, ac inuidente idololatria, noua excitare templa, aras dedicare, altaria erigere, ſacram ex auro, ac argento ſupellectilem conflare, addito ex gemmis ornatu Deumque ſtatis, ac ſolemnibus ritibus orbi propiciare, *Chriſtum* ſacrificijs honorare, eiuſque nomen latè per orbem propagare, concurrentibus ad ſalutares aquas latis nationibus turmatim, agminatimque. Ea ergo iactat gaudia, & poſt atroces difficileſque pugnas canit victoriam, erigitque trophæa. Nec alio ſenſu putamus dictum. *Ducam in domum matris meæ*,

NOTATIO VIII.

IBI ME DOCEBIS.

I.

Templa verò etiā Gymnaſia, & ſchola.

Docetur autem in ſuis filijs Eccleſia.

Fuere verò in templis ſeparata ad doctrinam loco.

Vbi iuuentus inſtitui ſolita.

Etiam ab Epiſcopis. & proceribus primarū ſedium.

Talis Iſidorus Hiſpalenſis.

Id autem gaudiorū Eccleſia aliud caput eſt.

Tēpla olim etiā Scholæ.

Conc. Tolet. 2. c. 1. Habetur diſt. 28 cap. 5. Conc. Tolet 4 cap. 23. apud Grat Can. 1. 12. quæſt. 1. Conc. Aquiſgar. cap 135. Concil. Later ſub Alex. 3. P. 1. c 18. & lat. ſub Innoc. 3. cap. 11.

Primarum ſediū antiſtites Doctorū munere functi.

Plat. 17. 35.

QVO *Hoc pacto accipienda ſint haud difficilis quæſtio eſt*, iuxta interpretationis noſtræ filum. Nam ſi templa in Dei honorem extructa *Domus Eccleſiæ* ſunt, ſimul etiam Gymnaſia litteraria dici poſſunt ad inſtructionem, ac doctrinam fidelium inſtituta. Ideo autem docendam ſe dicit, quia in filijs ſuis ea etiam inſtituitur. Si repetas antiquitatis memoriam, inuenies olim nullos fuiſſe alios litterarios ludos in *Eccleſia*, quam templa ipſa. In illis ſeparato quidem loco iuuentus Eccleſiaſticis inſtitutis formabatur: atque ad functiones ſacras rite obeundas ſenſim inſtituebatur; deſignatis doctoribus, qui id muneris ſubirent, ne miniſtrorum deeſſent ſeminaria, vnde in decendentium locum digniſſimi ſubſtituerentur. Immo nec res indigna viſa eſt, in quam magni viri incumberent, etiam illi, qui ſummis ſedibus impoſiti primas Eccleſias Epiſcopi gubernabant. Habes in noſtra Hiſpania exemplum in Iſidoro Hiſpalenſi, cuius ex ſchola plerique prodiere viri, & fama eruditionis clari, & ob inſignia merita principibus Eccleſijs præſules dati. Et id ergo pertinet ad communia gaudia Eccleſiæ, licere iam ſibi publicas ſcholas inſtituere, Doctores deſignare; iuuentutem cogere; eamque, non minus pietatis præceptis imbuere, quam ſapientia extolere; ac velut tirones exercere ad palum, eorumque *manus docere ad prelium, & digitos ad bellum* Hoc primum eſt.

II.

Adde promiſcuā populi inſtructionem.

Et exactionem diſciplina Chriſtiana.

Docentibus Epiſcopis ipſis.

Sed omnis eorum doctrina de Chriſti theſauris erat.

Quod in tempore obſeruatum ab Anſelmo.

Sic ſcilicet Eccleſiam Chriſtus docet.

A quo tanquam ab Oceano omnis ſapientia eſt.

Promiſcua populi inſtructio per conciones. & Catecheſes.

Apoc. 22. 1.

Anſelmus.

Chriſtus ſapientiæ Oceanus, vndé aqua doctrinę in omnes deriuatur.

Eccli. 1. 1.

Alterum pertinet ad promiſcuam populi inſtructionem in fidei myſterijs, & morum doctrina, vel per publicas conciones, vel per collationes ſacras; in illis enim quid ſentiendum, quid agendum, docebantur fideles; in his exigebatur diſciplina; & ad ſacrarum legum obſeruantiam animi excitabantur. Vnde nata tam locuples exhortationum, concionumque ſuplex, quantam in veterum libris, velut in opulentiſſimis promptuarijs, habet Eccleſia, & docebant quidem populos Doctores ipſi, qui plerumque Pontifices erant, & Epiſcopi; ſed, quidquid illi loquebantur, de *Chriſti* theſauris erat; & de illo ſapientiæ communicatum fonte, *qui de ſede Dei, & Agni* latice vberrimo promanabat. Obſeruatum id Anſelmo, tametſi ille ad finem, ac reliquias ſynagogæ, maluit referre. *Ibi dum te filijs annunciabimus, nos docebis; quia nos aperiemus os, & tu adimplebis illud, vt promiſiſti.* Sic ſcilicet *Chriſtus Eccleſiam* docet, cum per miniſtros verbi rudiores inſtituit; nunquam enim ceſſat Doctores ipſos indito diuinarum rerum lumine illuſtrare, vnde alijs ipſi communicent. *Omnis enim ſapientia à Domino Deo eſt, & cum eo fuit ſemper.* Eccli 1. 1. Et quidquid mortalium ſapientibus inſtillatur, de illo profundiſſimo Oceano per ſecretiſſimos, nec ſatis intellectos, meatus deriuatur in illos: maximè cum illi vitæ inſtitutis, mentiſque puritate ita cōparati ſunt, vt non indignos videatur beneficium eſſe collatum. Cum multa prece,

ac

Digitized by Google

Derinata in eos, qui vitæ puritate ſunt digni. Quibus communicatur, vt in alios deriuent. Id autem fit multa humilitate & frequenti prece. Tales illi priſca Eccleſiæ DD.

Quibus artibus di ponendi DD. ad hauriendam à Deo ſapientiã, quam communicent alijs. Prou. 2. 2. 3. 4. 5.

ac feruentibus votis id ipſum, quo ſe carere cognoſcunt, à Chriſto Patris ſapientia poſtulant, à quo vno ſe conſequuturos ſciunt, & ſperant, S. D. E. *Inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam: ſi enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ: ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini. & ſcientiam Dei inuenies: quia Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia, & ſcientia.* Prou. 2. 2 3. 4. 5. 6. Tales autem fuiſſe priſcos illos Eccleſiæ Doctores, eorum, quæ extant, monumenta, & pietate, & vera ſapientia redundantia ſatis oſtendunt.

III.

Addita eſt & inſtructio per ſcripta. Quæ dum ſæuiret perſequutio parca. Pro lata in vulgus. Non auſi ſe prodere authoribus, aut nomina profiteri. Pace reddita infiniti penè fuere. Hinc magna ſcriptorum nomina. A quibus ſapientum ſæculi compreſſa ſapientia. Et coacta ſeſſus ſubmittere veritati. Nouo lumine orbẽ illuminanti.

VV.PP. non ſolum voce, ſed ſcripto populos docuere.

Perſequutione fuére pauci, parta pace infiniti emerſere.

Sapientiæ ſæcularis ſuperbia veritate cõpreſſa.

Atque hoc tertium eſt, quod vno illo verbo, *Docebis*, ſignificatum ab *Eccleſia* eſt, non modo voce, ſed ſcripto futuram facultatem orbem per miniſtros ſuos inſtituendi. Nam hactenus quidem, dum ſæuirent tyranni, ac perſequutio cuncta miſceret, publico abſtinentes Chriſtiani ſatis habebant, ſi fortia pectora, cum occaſio ipſa rerum exigebat, aduerſis obijcerent fluctibus: de defendenda, vel illuſtranda ſcriptis religione Chriſtiana non admodum ſolliciti. Fuere quidam, qui in eo genere multam meriti laudem ſunt: ſed pauci admodum, nec auſi ſæpè ſe prodere, aut nomina profiteri, verecundè ſapientiam oſtentabant, ac latantes ipſi calamum exercebant, vix auſi publicam ſubire lucem. Pace autem in orbem inducta, permiſſoque publico religionis exercitio, infiniti fuere in vtraque *Eccleſia*, qui doctiſſimis ſcriptis, & fidei doctrinam illuſtrarunt, & arcana religionis hominibus patefecere, vt ſcriptis eruditiſſimis libris orbem implerent. Hinc Nazianzeni, Baſilij, Athanaſij, Cyrilli, apud Græcos; Hieronymi, Hilarij, Ambroſij, Auguſtini apud latinos clariſſima orbi nomina emerſere, alijque propemodum infiniti, quibus *Eccleſia* id debet, vt ſæculi ſapientum ſuperbiam comprimeret, oſtenderetque Chriſtianam religionem non rudibus ſolum, ac ſimplicibus natam: ſed dignisſimam eſſe cui omnis ſæcularis ſapientia ſubmitteret ſeſe, ac fateretur infantem. Id ergo eſt, quod ſibi vno vocabulo gratulatur Eccleſia, cum *Docendam* ſeſe ab *Sponſo* affirmat, poſtquam eum in Domum matris deduxerit.

IV.

Sed ſi Matrem interpretere R. Eccleſiam. Scilicet cœleſtis ſapientiæ domicilium: Intelliges omnem doctrinam ab ea eſſe. Tanquã ab Oraculo per quod Chriſtus det reſponſa. Ideo illi tradita clauis ſcientiæ, & poteſtatis. Vt docta à Chriſto, vna doceret omnes. Id ab Iſaia cantatum grandi oratione. Vt illius verba vice Commentarij huic loco ſint.

Romana Eccleſia Doctrix populorum.

Sed eſt aliud adhuc magis arcanum & in hunc locum aptisſimum. Nam ſi, quod indicauimus, *Domum Matris* interpretere de *Romana Eccleſia*, quam *matrem omnium Eccleſiarum*, & religionis arcem, & ſapientiæ Chriſtianæ domicilium eſſe certum eſt, vno illo vocabulo, *Docebis me*, id voluiſſe indicari definies, quod ſupra cæteras Chriſtiani orbis Eccleſias Romanam euehit, cui vni id datum eſt, vt credendorum, agendorumque infallibilis regula ſit. Eſt ergo Romana Eccleſia *Chriſti* ſchola, ſeu potius oraculum, vnde fundit reſponſa, omnemque de doctrina fidei morumque quæſtionẽ dirimit. Si in ludum hunc conuenire velis, nullum ignorantiæ, nullum erroris periculum eſt. Quidquid doctrinæ inſtillatur, purum, & ſanum eſt, de illoque fonte tractum qui Dei ſapientia, ac virtus eſt. Vtriuſque enim clauis facultatem *Eccleſiæ* tradidit in Romana *Deus homo Chriſtus*, & ſcientiæ, & poteſtatis: ideo vni illi datum vt à Magiſtro, ac Sponſo docta docere alios poſſit. Quod quia à multis noſtro tempore argumentum, & fusè, ac doctè tractatum contra Hæreticos eſt, hic, alieno ſcilicet loco, tractare omittimus, ne actum agere videamur. Vide ſcriptores ad marginem indicatos. Atque in hunc ſenſum arbitramur dictum: *Ibi me docebis.* Atque ad ea maximè tempora referendum vaticinium Iſaiæ c. 2. 3. ſi obſerues, haud negabis: *Venite, & aſcendamus ad montem D. & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Et iudicabit gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium ſuum nec exercebuntur vltra ad prælium.* Hæc ſi ad hunc *Eccleſiæ* ſtatum, & pacem applices, fortaſsis, vtrique loco ab altero inferet lucem.

S. Tho. 2. 2. p. 1. ar. 10. VVald lib. 2. Doctr. Fid. ca. 47. & 48 Turrecr. lib. 2. Sum. cap 109 Ouiedo. lib. 4 c. 3 Caiet. de pot. Papæ, & Conc. c. 9. Hoſius lib 2. cõtra Brent. Ekius lib. 1. de prim. Pet. c. 18. Petrus Soto Apoc. par 1. cap 83 & ſeqq. Canus lib 6. cap. 7 Bellar de Rom. Pōt lib 3. cap. 2. & ſeqq.

NOTATIO IX.

ET DABO TIBI POCVLVM EX VINO CONDITO.

I.

Sed in vino condito quidam ſapientiam agnoſcunt. Alij cõtemplationis apicem. Id forſitan probabilius affirmes.

VInum *Conditum quidam ſapientiam interpretantur*, alluſumque hic putant ad illas inuitantis voces: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* Prou. 9. 5. Sed cum proximè fuiſſet *Sponſa* de *doctrina* loquuta: *Ibi me docebis*, ſtatim apparet, aliud quiddam his verbis voluiſſe. Alij contemplationis hic apicem, ac omnino dulcedinem agnoſcunt, qua cum reficitur *Eccleſia*, etiam Chriſtum Sponſum inuitat, cui ſuauisſimum eſt eo vino potari, quo animi ebrij myſtica illa ebrietate, qua vera ſobriarum mentium, eſt refectio, mutantur in melius. Id probabilius eſt,

nec

nec ineptum ad interpretationis noſtræ conſequentiam. Sed ad ſolam contemplationis ſuauitatem verba arctare neceſſarium minime eſt, vt mox dicemus. Theodoretus generatim doctrinam diuina refertam gratia, ac veluti aromatibus conſperſam intelligit. Sed id, quanquam veram continet ſententiam, non videtur huic aptum loco. Nam certè cum dicit: *Ibi me docebis*, aliquid ſibi præſtandum ab *Sponſo* dicit, quod quale ſit proxima notatione pro capto noſtro definiuimus: Cum ergo addit; *& dabo tibi poculum*, aliquid à ſe præſtandum dicit, vt officium rependat, ne, cum multum acceperit, nihil illa viciſſim reddat. Agit ergo de ſuo erga *Sponſum* officio aliquo, obſequioque præſtando. Doctrinam autem vt magiſtro præſtet diſcipula, minime cõuenit, niſi velis ad gratitudinem pro acceptis donis hæc referre; cum enim & beneficium agnoſcimus, & gratiam nos habere fatemur, quodammodo quod acceperamus reddere videmur. Sed parum id eſt ad enucleandum hunc locum, & modus loquendi ipſe aliquid innuit, quod proprium donum *Eccleſiæ* ſit.

Prouer. 9. 5. — *Theodoretus.* — Gratitudine ipſum, quod accepimus videmur reddere.

Philonis Carpathij interpretatio grauis eſt, nec huic loco inepta. Reddam illum ſuis ipſius verbis. *Potatur à Sponſa, cum ab eius filijs liquore ſanctimoniæ atque virtutum laudatur in terris: cum timetur à bonis, colitur à iuſtis, prædicatur à ſanctis. Tunc enim vino aromatico, hoc eſt myſterijs cœleſtium donorum, & ſanctitatis odore, proborum mentibus delectatur humani generis Author; & vices grati animi, beneque operati accepta talenta, & caritatis immenſæ, quam prius ipſe ſponſæ donarat, libentiſſimè admittit, ac probat.* Hæc ſi applices ad hunc ſtatum quo verſari Eccleſiam arbitramur, forſitan in veram intelligentiam te manu ducent. Nam certè, quin omni tempore id præſtitum ab *Eccleſia*, maximè ex quo per Incarnationem verbo coniuncta pleno connubio, dubitari non poteſt; Quod id in hunc ſit locum reiectum, ratione non caret: id ergo exquirendum eſt.

Philo Carpath. — Preces, & alia pietatis opera potus Chriſti.

Totum ergo id quod de *Poculo conditi vini* dicitur, pertinet ad fidelium in pietate feruorem, ac piorum operum, pertinentium maximè ad Dei cultum, non frequentiã modo, ſed perfectiſſimam rationem, quæ tunc temporis omnia monſtrari viſa, cum, diſpulſis perſecutionis atrociſſimæ tenebris, aurea pacis lux rebus ſuos reddidit colores, & facies. Nam hactenus quidem pietatis ea Chriſtianæ munera, quaſi obiectis molibus flumen cohibitum, apud ſe quodammodo ſe continere coacta, delituerant; prohibitoque curſu, ſibi quaſi mortua, vix vitæ ſigna exhibuere, cum viuerent tamen; Poſt hyemem ſequuto vere, ridere iam datum, & blandiore aſpirante aura cœlo ſeſe ſiſtere, nec in culmum modo creſcere, ſed fructus maturos eniti. Hunc *Eccleſiæ* ſtatum in oriente ſuo Euſebius Cæſarienſis lib. Hiſt. 10. c. 3. lectiſſimis verbis deſcribit. *Vna erat S. Spiritus virtus, & potentia, quæ per vniuerſa Eccleſiæ membra permeauit: vna omnium mens, & ſententia; vna & eadem fidei propenſio, & ſtudium; vna ex omnium ore, & conſentiens diuinitatis laus; perfectus etiam in ſummis Eccleſiæ Præfectis cultus & obſeruantia: accurata ſacrorum myſteriorum adminiſtratio; decor Eccleſiæ ritus; interdum Pſalmorum cantu, & cæteris hymnorum diuinitus nobis traditorum recitationibus, non nunquam diuinis, ac myſticis myſterijs exequendis celebrati. Erant item arcana paſſionis Seruatoris ſymbola. Cuiuſque item ætatis genus, cuiuſque ſexus, multitudo, vt maris, & fœminæ, totis cogitationum viribus, læta quãte, alacri animo per preces, & gratiarum actiones Deum omnium bonorum authorem venerati ſunt.* Quod ſi hæc auido lectori ſatis non ſint, adeat Euſebium eo libro non vno loco cætera per otium percenſentem: apud quem capite eiuſdem lib. 4. Orationem habet, & prolixam, & elegantem in Epiſcoporum conuentu in Eccleſiæ Tyrienſis dedicatione, quam Paulinus eius vrbis Epiſcopus magnificè excitarat, recitatam; quam poſtquam legerit, nihil, quod ad rem preſentem faciat, deſiderabit. Neque id ſolum Tyri factum; ſed vbique etiam terrarum Eccleſiarum præſules orationibus inſtitutis, recitatiſque (quod Euſebius idem prodidit) & Chriſti vindicis concinuere laudes, & cõmunia gaudia concioni fidelium participauere. Quæ quidem omnia quin grati ſſima Chriſto fuerint dubitare non licet, ac velut opiparo exceptus conuiuio quin ſuauiſſimo pabulo mentem, animumque reficeret. Eam *Eccleſia Chriſto Sponſo* exhibitam ſuauitatem, ac lætitiam *poculum conditi vini*, & quidem merito appellat, vt enim *vinũ* lætitiæ, ſuauitatis, ac omnino hilaritatis ſymbolum, quod ſæpè alias monitum à nobis eſt, Sed de his ſatis.

Feruor fidelium in precibus, & frequentia piorũ operũ pace parta. — *Euſeb. Cæſar.* — Eccleſiæ ſpirans imago ſedata perſequutione. — Paulini grauis Oratio in dedicatione Eccleſiæ Tyrienſis. — Communis toto orbe hilaritas poſt partam Eccleſiæ pacem.

Illa huius loci propria quæſtio eſt, cur non ſimpliciter *Vinum* dixerit, ſed *Conditum*, cum alterum illud ſatis eſſe videretur ad id, quod volebat, indicandum. Cæterum non temerè eam vocem vſurpatam ab *Eccleſia*; plerique veterum arbitrati ſunt: ne quis nos ſuperſtitioſo conatu, atque inutili hæc inquirere, cum tantorum virorum inhæreamus veſtigijs, arbitretur. Caſſiodorus certè *Vinum conditum* caritatem non ſolam, ac vt ita dixerim, ſterilem, ſed bonis aliarum virtutum operibus ſtipatam, interpretatur. Gregorius vero nouo teſtamentum vetus adiunctum, vnde doctrina fidelium

Caſſiodorus. — *Gregorius.*

SVM. COM.

Quanquam ad id ſolum verba arctare neceſſariũ non eſt.
Alij doctrinam diuina refertam gratia.
Minus id aptum, cum aliud quiddam videatur à ſe præſtandum dicere.
Nec doctrinã præſtare Chriſto Eccleſia poteſt.
Niſi ad gratitudinem referas pro acceptis donis.
Sed, & id parum eſt. II.
Propior Philonis interpretatio.
De fidelium feruore in precibus et pijs operibus hæc exponentis.
Et grati animi exhibitione ob beneficia.
Hæc ad veram ſententiam viam parant.
Si cur de his hoc loco mentio facta ſit, monſtrare poſſimus. III.
Pertinent hæc maximè ad ea opera, quæ in Dei cultũ ordinantur:
Eorum ſcilicet feruorem, & frequẽtiam.
Nam hactenus ea publicè minimè licuerat exhibere.
Pace parta nullus impediebat.
Habes eius Eccleſiæ imaginẽ apud Euſebium.
Et fidelium feruorem pietatem, alacritatemque.
Tam in Sacrorum Præfectis.
Quam in cæteris omnis ætatis, & ſexus.
Cui hæc ſatis non ſint, habet Euſebium nõ vno loco.
Maximè cit. lib. cap. 4 vbi et Paulini prolixa oratio.
In dedicatione Tyrienſis Eccleſiæ.
Id, & plerisque locis toto Oriente factum.
Quæ gratiſſima fuiſſe Chriſto certum.
Is potus ex vino condito Chriſto exhibitus ab Eccleſia.
Nam, & vinũ hilaritatis ſymbolũ.
IV. *Nec temerè conditum vinum dixit.* *Quod quidã caritatẽ pietatis alijs operibus mixtam interpretantur.*
Alij nouum teſtamentum veteri iunctum.

Digitized by Google

delibus inſtillanda ſumatur, maluit accipere. Anſelmus autem *Conuertemus*, inquit, *multos de Iudæis, qui erunt tibi poculum ex vino, ideſt, ex viris aſtuantibus amore Dei, qui multis decori ſint virtutibus, quaſi vinum multis aromatum ſpeciebus conditum.* Aliorum abſtineo ſententijs, qui tropologiam ſequuti, loco alio cenſendi ſunt. Omnibus præ oculis analogiæ ratio fuit, *Vinum* enim ſimplice latice de ſuis vuis expreſſum in nobiliorem naturam, mixtis menſura certa aromatibus, præcipuè Caſſia, ſiue Cinnamomo, melle, aut ſaccaro, tranſijt, ad delicatorum acuendam ſitim magis, quam extinguendam. Nos *Hippocraticum vinum* dicimus, neſcio an ab Authore. Ex his facile eſt, in aptum ſenſum hanc *Vini condituram* trahere iuxta eam, quam ingreſſi viam ſumus. Nã pace iam reddita per Conſtantinum, publicoque religionis exercititio permiſſo, licuit *Eccleſia* in ſacris templis, quæcumque ad Dei cultum pertinebant, iuxta ſacrorum rituum varietatem, velut vnum in liquorem confundere, ac Deo offerre: Orationis feruorem, laudes, & encomia Chriſti, gratiarum actiones pro tanto beneficio, ſacrã ſſymnodiam, ritus Eccleſiaſticos, & alia ex quorum mutua ſocietate ſingulis noua accedebat gratia, ſaporque. Hoc *Conditum Vinum Eccleſia* vocat.

Quod ſi *vinum conditum* referre placeat ad Sacramentorum vſum maximè Sacræ Euchariſtiæ, Rupertum bonum omnino authorem ſuccenturiatorem habebis; nec multum abſcedes ab ea via, quam inimus. Nam tunc quidem temporis ſuis ſoluta vinculis Chriſtiana pietate, ſuoque iure agere permiſſa, libere licuit *Eccleſia* matri in templis publico ritu, non modo ſacrificia peragere, ſed Euchariſtiam exponere, epulum ſcilicèt ſuis fidelibus frequenter iterandum. Eſt autem Euchariſtia ſui ratione myſticus *Eccleſia* cibus, potuſque; quibus illa ad æternitatem alitur: Cur autem hoc loco *vino conduto* ſignificata ſacra cœna ſit, non alia ratio eſt, quam vt dulcedo illa, atque ſuauitas fortis ſignificaretur, qua Sacramenta hæc participantes frui ſe ſentiunt, ac mirantur: atque in nouam quodammodo naturam tranſeunt: quod vtrũque *vini* eſt generoſi, vt locis alijs obſeruauimus. At huius potus, ſi digne calicem ad os admoueas, tanta ſuauitas eſt, tanta dulcedo, vt cæterorum faſtidium inducat: nec iam dignetur anima, terrenis delitijs, ac voluptatibus titillari; cæteris mortua omnibus, ac ſine ſenſu, huic vni viuens, & ſentiens. Cypriani verba ex ſerm. de cœna D. habe, digna, quæ non alium habeant authorem. *Qui de Sacro calice bibit, amplius ſitit; & ad Deum viuum erigens deſiderium, ita ſingulari fame vno illo appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula; & omnis ſapor delectamentorum carnalium ſit ei quaſi rancidum, radenſque palatum acute mordacitatis acetum.* Et rurſus: *Vide, quomodo hi, qui Chriſti commemorent paſſionem inter ſacra officia, quaſi per quoſdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes & ſuper omnes delitias lacrimis nectareis anima delectetur: Quantam ſuauitatem animo inquirenti, vbi eſt Deus ſuus, ſuſpiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procelloſæ tempeſtates deponunt: ros matutinus eſt, de cœleſtibus ſtilans: & quaſi vnctio ſpiritus mentem deliniens.* Merito ergo ſanguinis Chriſti in Euchariſtia potus *vinum conditum* nuncupatum eſt, cui inter liquores cæteros id datum, vt ſuauitate nunquam deſitura potetur.

Alterum ad mutandi vim pertinet, hominesque, velut extra ſe rapiendos. Quod myſtici huius poculi proprium eſt, cum conuiuam inuenit, cui nullus alius voluptatum carnalium ſapor aut guſtum ſtupore, aut ſtomachum nauſea corripuerit. Ideo *Frumentum electorum*, fortium, robuſtorum, dicitur, quod ſtomachum comedentis amet non imbecillum, non multa occupatum eſca ruſticioris alimenti, ſed ſanum, vegetum, viuidum, eaque virtute præditum, quæ ad *ſuperſubſtantialem panem*, id eſt, ſupra omnem ſubſtantiam alimentoſum, coquendum, tranſmutandumquè ſit ſatis: ne ſi vis ad digerendum imbecilla fuerit, cruditatibus anima repleatur; nec tam diuino illo cibo alatur, ac in robuſtum virum adoleſcat; quam miſera macie, torporeq; valetudine ſeſe pulſari teſtetur. Hic ſenſus Pauli eſt, cuius in hac parte documenta, ſicut & in cœteris diſciplinæ Chriſtianæ inſtitutis, certam regulam fidelibus tradunt; qui cum edixiſſet, qua animi paratura accedendum ad myſteria participanda eſſet, ſubdidiſſetq; *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit non dijudicans corpus Domini*: mox ſubintulit: *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* 1. Corinth. 11. 28: Eodem nimirum alimento, cui valetudo conſtans, & vis in ventriculo ad concoquendum robuſta eſt, & creſcit & impinguatur comedens, & alimenti bonitatem viuido colore teſtatur, & viribus integris confirmatiſque: contra, cui cruditatibus ab redundantia ciborum ſtomachus imbecillus eſt, acrius valetudine tentatur, viribuſque defectus defuiſſe ſibi virtutem ad coquendum cibum confirmat.

Quiſquis ergo rite paratus ad menſam accumbit myſticam, de nouo robuſtoque alimento nouas participat vires, & in alimenti naturam mutatur ipſe, non contra: hoc enim cibi huius proprium eſt, vt manducantis mutet naturam, & vertat in ſuam;

Atque

Alij conuerſos æſtuantes amore Dei.
Alij aliter, analogiam vtcumque ſequuti.
Nam vinum aromatibus, ſed præcipuè caſſia, ac Saccaro mixtum, velut in nouam naturam mutatur.
Ea mixtura precum rituumque, & aliorum operũ piorum mixtura ſignificatur.
Quibus ſingulis ea mutua ſocietate addita gratia.

V.

Sed vinum conditum ad Sacramẽtorum participationẽ referre licet.
Qua tunc liberè, & publicè licuit vſurpare.
Maximè Euchariſtiam.
Quæ myſticus Eccleſiæ cibus, potuſque.
Ideò ex vino condito, quod ſuauiſſimum.
Et tranſmutandi vi magna præditũ
Si ſemel guſtes cætera faſtidias omnia.
Nec magis guſtu probet quã ſi mortuus ſis.
De ea vi Cyprianus verbis lectiſſimis.
Immò, & ardentibus, & ſuauiſſimis.
Quæque legentes in ſimiles affectus moueant.
Vt meritò vinum conditum Euchariſtiam fateare.

VI.

Eſt, & Euchariſtiæ ingens tranſmutandi vis.
Si ſtomachum diſpoſitum inueniat.
Ideo Electorum frumentum.
Et Panis ſuper ſubſtantialis: ideſt, ſupra omnem cibũ alimentoſus.
Qui non niſi à robuſto ſtomacho digeri poſſit.
Hic ſenſus verborum Pauli.
Cum iubet, vt ſe ipsũ quiſq; probet.
Aliòqui indigeſtus cibus imbecillitatem corpori affert.
Sæpè, & mortem pro vita. *Hinc ſepè macies, & membrorum torpor.*

VII. *Qui contra benè comparatus accedit,*
Viribus confirmatus abſcidit, in nouum hominẽ mutatur.

Anſelmus.

Vinum conditũ ex Aromatibus, maximé Caſſia, & Saccaro.

Hyppocraticum vinum.

Piorum operum varietas in vnũ complexa vinum conditum.

Euchariſtia vinũ conditum. *Rupertus.*

Eccleſiæ pace parta, frequentia Sacramentorum.

Euchariſtia cibus, & potus myſticus, dulcedine multa conditus.

Euchariſtia dignè ſumpta, cæterorum ciborũ faſtidiũ inducit. *Cyprianus.*

Euchariſtia ros matutinus de cœlo ſtilans.

Euchariſtiæ proprium ſumentes in nouam naturã mutare. *Zachar. 9. 17.*

Matth. 6. 11.

Euchariſtia robuſtorum cibus, robuſtam exigit ſtomachi vim.

1. Cor. 11. 28.

Eodem alimẽto alij robuſti, alij imbecilles: & eius diuerſitatis cauſa.

Atque hæc vel potiſſima nota vini huius.
Nec aliam Chriſtus intellexit.
Cum ſe, & cibum eſſe, qui non perit.
Quemq; ſignauit Deus Pater, affirmauit.
Regiaq; ipſe poteſtatis argumentū.
Sic fermè Hilarius interpretatur.
Cuius verba grādem ſenſum continentia.
Habes vinum cōditum. & in eo tranſmutandi diuinam vim.
Vt ſemel paſti non iam ſint. qui fuerint, ſed omninò alij.

Hilarius.

Atque id eſt, quod ſi Hilario credimus Chriſtus voluit, obſcuris admodum verbis. Poſtquam paſcerat turbas pane, pænè fuit, vt Rex conſalutaretur, ab benè paſta, atque hilari multitudine: fortaſſis quia eam notam Principatus exiſtimabat, ſi ieiunus ille, ſuique abiecta cura, aliorum famem panis abundantia depuliſſet. Id enim verè regium eſt. Ergo corrigere intempeſtiuum feruorem volens, docuit, non eam notam eius principatus eſſe, qui Verbo Dei deberetur, cuius regnum de hoc mundo non eſſet. *Operamini inquit non cibum, qui perit. Sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: Hunc Pater ſignauit Deus.* Ioan. 6. 27. Impreſſo diuinitatis charactere filium ſibi non ſimilem modo, ſed conſubſtantialem conteſtatus eſt. Hunc cum panem ſacris admoti menſis participaueritis, tunc verum regem ſalutare licebit, illum ſcilicet promiſſum olim, ac ſæpe cantatum, dignumque, cui creatura omnis genibus aduoluta honorem impendat. Docebit id vos ſenſus interior ipſe, cumque mutatos vos in cœleſtem naturam mirabimini, me verum Principem agnoſcetis, qui & me in cibum tradere, & mihi vos agglutinare potuerim. Præiuit Hilarius nobis, verbis non adeo multis, ſed alto ſenſu prægnantibus. *Vnigenitus vero Deus, & per Sacramentum ſalutis noſtræ hominis filius, volens proprietatis nobis paternæ in ſe ſignificare ſpeciem, ſignatum ſe à Deo ait, & hoc ideo, quia vitæ æternæ eſcam filijs eſſet daturus.* Habes & in vino hoc myſtico tranſmutandi vim, & quidem validiſſimam: vt qui ſemel hoc poculo refecti fuerint, iam non ſint, qui antè fuerint; ſed omnino alij, concorporei, & conſanguinei Chriſti facti. Ideo *Sponſa Eccleſia vinum*, & quidem *conditum* vocat, myſticum ſcilicèt, & de conſortio carnis, ac diuinitatis velut diuerſo aromate mixtum.

Ioan. 6. 27. Quo ſenſu Chriſtus dixerit, ſe Patrem ſignaſſe Deum.

Eucharistiæ inſtitutio, argumētum in Chriſto regię poteſtatis.

Hilarius.

Euchariſtiæ vis ingens ad naturam mutandam.

VIII.

Et quāquam, quæ potu mutatur ipſa eſt Eccleſia.
Potaturā ſe Chriſtum dicit.
Quod propriū huius conuiuij ſit, vt Chriſtus etiā inuitatus ſit.
Quod pio, & grauiter obſeruatum à Bernardo.
Vt ſimul manducet ipſe, & manducetur.
Et ipſe in nobis, nos in ipſo maneamus.
Immo nos in ſe tranſmutator præſumptionem.
Tanquam præparatos cibos, optimeque cōditos guſtet.
Quaſi ſapore Diuinitatis communicato iam dignos.
Vides, quam verè vinum conditum daturam ſe ſponſo dicat Eccleſia.

In Euchariſtia Chriſtus, & paſcit, & paſcitur.

Bernardus.

In Euchariſtia dignè ſūpta nos Chriſti cibus.

Non ante dignè quos ille guſtet, quam per Euchariſtiam nobis diuinitatis ſaporē cōmunicauerit.

Sine fermento diuinitatis inſipidus, & inſalubris omnis panis Chriſto.

Cur autem, cum ea ſit, quæ ab hoc poculo myſtica illa ebrietate alienatur, eo ſe, potaturam *Sponſum* dicat, ratio non deeſt. Eſt enim id huius conuiuij proprium, vt viciſſim eo animam fidelem *Chriſtus*, & *Chriſtum* illa reficiat. Paſcit ergo ſimul *Chriſtus*, & paſcitur, & quidquid deliciarum de myſtico promptuario ſuis communicat, eo, ſimul ipſe nobilis conuiua reficitur, geminatiſque inebriatur calicibus, & ad hilaritatem formatur. *Manducat nos & manducatur à nobis, quo arctius illi adſtringamur. Non ſane alias perfecte unimur illi: nam ſi manduco & non manducor, uidetur in me eſſe ille, ſed nondum in illo ego. Quod ſi manducor quidem nec manduco, me in ſe habere ille, ſed non etiam in me eſſe uidebitur; nec enim perfecta unitio in uno quouis horum. Si enim manducet me, ut habeat me inſe, & a me uiciſſim manducetur, ut ſit in me, quatenus integra firmaque ſit connexio, cum ego in eo, & nihilominus in me ipſe erit.* Bern. Ergo & nobis ipſe in cibum ſe parat, vt in ſe tranſmutet, ac tranſmutatos in ſe, velut cibum præparatum ſibi, & ipſe ſumat, non magis ſuo bono, quam noſtro gaudens. Itaque antè corporis, & ſanguinis ſui dignam ſumptionem, tanquam nondum ſatis paratis percoctiſque dapibus, vix conuiuium dignatur attingere, quidquid enim ſaporis, ac conditurae cibus habet, quo palato illius ſit gratus, ab coniunctione illius eſt, qui cum *Angelorum* ſit, immo & *Patris eſca*, quidquid attigerit eodem afficit bono, ac ſapore imbuit, tunc ſcilicet auide guſtaturus. Fermentum cogita, quod niſi conſperſionem totam mutauerit, inſulſus atque inſalubris omnis eſt panis. Mirum itaque minimè eſt *Eccleſiam* tunc ſe demum *Sponſo* ſuo poculum præbituram dicere cum liceat publicè, ac nemine impediente myſteria illius ſanguinis frequentare, filijſq; ſacris menſis accumbentibus velut domeſticis, ancilliſque victum, ac cibaria diuidere.

IX.

Quid cum fatigatus ſederet ad fontem, mulierculæ ſitim extincturus?
Et tamen aquam orauit, tanquam ſitiret.
Oblata tamen aqua nobiliore.
Vt mulierculæ auiditatem acueret.
Quæ viui potus audito nomine, mortuæ aſſueta.
Vltro petijt potum, quaſi non vltra ſibi vexanda.
Sed in eo facto magnum latebat myſterium.
Nam ſi cōſideres, Euchariſtiam hic forſan agnoueris.

Ioan. 4. 6.

Ioan. 4. 10. Chriſtus à Samaritana potum petit illius animæ ſitim extincturus.

Ioan. 4. 13.

Samaritana auiditate fœmineâ cupit guſtare, quod neſcit.

Iſai. 12. 3.

Itinere fatigatus aliquando, ſed & ſiti aridus ſupra fontem ſedit: nec puduit à muliere, cui æternæ vitæ latices ipſe parabat, aquam orare: non vt ſitim ipſe extingueret, potius, vt nobilioris poculi ſitim mulierculæ extreme indigenti nec ſentienti tamen inſtillaret, vt poſt quam acuiſſet auiditatem, potum præberet. Miranti autem, quod homo Iudæus à ſe Samaritana muliere peteret; *Si ſcires*, inquit, *donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi; da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam uiuam.* Ioan. 4. 10. Quæ autem non niſi mortuis aſſueuerat aquis, ad viuentis, à quæ ſonitum ſitim ſibi ſenſit acui, ac ſopitum hactenus deſiderium auidius excitari, & poſtquam audijt à *Chriſto: Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam;* dicit ad illum: *Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam.* Nondum ſciebat qualis ille potus eſſet, & auiditate fœminea cupit guſtare, quod neſcit; experimentum factura, an tantæ virtutis poculum eſſet, vt ſiti metas ſtatueret, prohiberetque iterum male languidam fatigare. Sed in eo *Chriſti* facto magnum latere aliquid, res ipſa confirmat. Quod aquam viuam nominat: quod ſitim omnem depellere poſſe affirmat: quod petra fons viuus fiat; quod mirabili ſcaturigine ſaleat in æternam vitam. Aut ego multum fallor, aut hæ notæ *Euchariſtiam* deſignant. Nam, & de hoc fonte dictum: *Haurietis aquas in gaudio defontibus Saluatoris.* Iſa. 12. 3. Ergo & viuo laticè manat, quia, & vitam communicat, nec ſolum qua bibens viuat, ſed quam communicet alijs.

Viua aqua eſt, quia, & vitam communicat.

 Mortuis

Mortuis ergo vitam imperſit duplicem, quæ ſcilicet, & illis vitales ſpiritus indat, & cæteris, etiam impertiat, ac velut de flammæ viuacitate multis accendat lumen. Nam quod auiditatem expleat omnem, id illius proprium eſt aquæ, vt omnem animorum vacuitatem adimpleat; & quod, vel oceano negatum eſt, vni illius ſtillæ ſit datum. Nam cætera poculorum, quantumcumque ſapore, odore, ſubſtantia commendata, onerare poſſunt, non implere; nec ex ſatiare ſitim, ſed fallere mox cruciaturam acerbius. Quin & illud mirum magis, ac omnino non ſolitum, inſitam mentis ſtomacho aquam in fontem abire, ac quaſi iactum ſemen, vel depactum ſurculum, radicibus, quaqua verſum iactis, nouam ſpargere comam, & aere liberiore vagari, floribus, frondibus, fructibus ſpectatori viſendum. Fons ſcilicet in ſumentis animo Chriſti, eſt ſanguis, vt qui antè datus liquor, vt ſitim extingueret, rurſus ſitientis Chriſti auiditatem minuat; vt nouo miraculo ille ſe ipſo animum ſuorum fidelium, ſe vero ipſum ſuis ipſius donis ex ſatiet, eodem tempore, & conuiuij apparator, & conuiua; poculum miniſtrans, ac ſimul miniſtratum ſibi alacriter guſtans. Cuius in argumentum myſterij non niſi in communi conuiuio Sacramentum inſtituit, quo ſimul ipſe ſe ipſum, & alios inuitauit; vt de vno, eodemque pane, & veſceretur ipſe, & aliorum famem depelleret. Sed quid eſſe dicas, *in vitam æternam ſalire?* Quidam facile expediunt ſeſe *ſalit aqua*, hæc *in æternam vitam*, quia ſcilicet *ſalit* in cœlum, quo nos loco e pectat *æterna vita*: quia hinc ſemina petuntur, illic fructus colliguntur. Vere id dictu eſt, ſed aliquid amplius latere myſterij arbitramur. Nam mutatis in ſtatum alium & diuinitatem indutis, ex conſortio ſanguinis Chriſti, quid ſuper eſſe aliud poteſt, niſi, vt ſuo iure recipiantur in cœlum; & diuini facti, diuinitate ipſa corporis onus leuante, ſinum petant æterni Patris, quo & Filius, cui con corporæi, ac conſanguinei ſunt facti, euectus, ſua ſecum membra collocet, æterno illo ſympoſio nunquam deſituræ fœlicitatis poculum fratribus præbiturus, viciſſim ab illis potandus. Ignoſcet Lector exerrantem à via, & more; & in declamantis pæne formam ex ſpatiantem dictionem; nam materiæ ipſa ſuauitas incogitantem abripuit: & ad ſuauiſſimi odorem poculi, ſui neſcius animus, trahi ſe nec vidit, nec ſenſit. Redeundi in viam eſt tempus. Id ergo, cui hæc placeat, in quibus verſamur, de *Euchariſtia* interprætari, ſtatuat ſecum, iure eo ſub temporis articulo *Eccleſiam*, de *vini conditi poculo* feciſſe mentionem, cum pace per Conſtantinum, ac cæteros parta, licuit publicè *Euchariſtiæ* myſteria frequentare; Deique pro tanto dono laudes concinere, quo non minus fideles ſuos ipſa in *Chriſto*, & paſceret, & potaret, quam in fidelibus *Chriſtum*.

Et alijs communicandum impertit.
Sitim autem omnem extinguit, quod, vel Oceano negatum eſt.
Cæteri potus grauare poſſunt non implere.
Sitim non ſatiare, ſed fallere.
Immo potata ſemel hæc aqua in fontem vertitur.
Vnde Chriſtus auiditatem expleat ſuam.
Ideo non niſi in communi cōuiuio ſacramentum inſtituit.
Vt de vno eodemque pane cum diſcipulis veſceretur.
Sed cur aqua hæc potata ſalit in æternam vitam?
An quia ſemen illius eſt?
An quia mutati in diuinam naturam ſuo iure cœlū petunt?
Et cōcorporei Chriſto cum ea recipiuntur in ſinum Patris.
Sed exertanimus à via morem obliti noſtrum.
Ignoſcet Lector, vel ſemel.
Et ſi hæc placeat de Euchariſtia interpretari.
Quàm verò illi Eccleſia ſtatui ipſius aptari poſſit, intelliget.

Euchariſtiā vidē ſumenſibus, alijs etiam communicādam impertit.

Euchariſtiā ſumentibus dignè fit fons aquæ ſalientis, vndè Chriſtus auide bibat.

Cur Chriſtus Euchariſtiam in cōmuni conuiuio inſtituerit.

In vitam æternā ſalire quid ſit.

Mutari in diuinā naturam per Euchariſtiam, iure ſuo cœlum petunt.

NOTATIO X.

ET MVSTVM MALORVM GRANORVM MEORVM.

GRanatorum malorum muſto, quid arcana intelligentia accipiendum ſit facile eſt definire, tum ex his, quæ Cap. 7. 12. Not. 44. dicta à nobis ſunt; tum ex authoritate veterum interpretum, qui loco hoc in vnam fermè ſententiam conuenere, tametſi in eiuſdem applicatione quiſque ſuam ſequutus eſt viam. Ergo in *Muſto malorum Punicorum ſanguinem Martyrum* agnoſcamus cum Philone Carpath. Caſſiodoro, Gregorio M. Aponio, Anſelmo, Ruperto, Angelomo, Honorio. Similitudinis rationem habes citato loco: nunc id ad ſeriem interpretationis noſtræ aptandum eſt. Et quidem ſemper *Martyres Eccleſia* venerata eſt, & ſæuiente adhuc perſequutorum rabie ab ſtudio honorem impendedi eis, & fortia eorum prælia commemorandi abſterreri non potuit. Sed turbidis adhuc temporibus, vel ſparſis, vel latentibus fidelibus, eaque coacta vrbibus excedere; & antra, & rupes, aut in vrbibus ipſis ſecretiſſima loca, incolere; haud licuit id officium ex dignitate præſtare: nunc reddita pace, ac libertate religionis conceſſa, & hanc etiam partem reliquæ pietati adiecit; ac celebri pompa, ac læto cultu *Martyrum* memoriam celebrauit; laudes concinuit; virtutem imitandam filijs propoſuit. Is autem cultus non ſimplex fuit; reddam quod repetita antiquitatis memoria, huic illuſtrando loco ſatis fuerit viſum.

Ac primum quidem notati dies quibus pro Chriſto iniere certamen, quibus poſtea anniuerſaria memoria rediret: & in eum finem deſignato quibus id incumberet muneris. Cypriani Carthaginienſis Epiſcopi, qui & ipſe numerum Martyrum auxit, illud eſt monitum ad Præsbiteros ac Diaconos Eccleſiæ ſuæ. *Dies eorum, quibus excedunt, annotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus: quanquā Tertullus fideliſſimus frater noſter ſcripſerit, ſcribat, ac ſignificet mihi dies, quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt; & celebrantur hic a nobis oblationes*

I.
Muſtum malorū granatorum ſanguis Martyrū eſt.
Ex communi ſenſu interpretum.
Hic videndū quo pacto ipſius huic loco quadret.
Semper Martyres Eccleſia venerata.
Sed vrgente Perſequutore haud licuit id facere pro dignitate.
Pace parta, & id etiam licuit.
Illorum cantatis ſolemni cantu triumphis.

II.
Nam, & notari dies paſſionum ſoliti.
Quod ex Cypriano eo ipſo Martyre colliges.
Cuius in ea re ſtudium haud intermiſſum.

Muſtum malorū granatorum ſanguis Chriſti Martyrum.
Philo Carpath.
Caſſiodorus.
Gregor. Mag.
Aponius.
Anſelmus.
Rupertus.
Angelomus.
Honorius.
Sub tyrannis Eccleſia venerari Martyres pro voto non potuit.

Dies quibus Martyres cœlo nati, notati.

Cyprianus.

Digitized by Google

Dum etiam latebris ſeſe ſeruaret in melius tempus.
Mox habiturus et ipſe cultores ſimiles.
Martyrum ergò nomina faſtis adſcripta.
Cuius conſuetudinis & Tertullianus meminit.
Et eorum nomina ſub ſacrificium recitata.
Quem & nūc Eccleſia morem ſeruat.

Cypriani ſtudiū etiā latebris ſuis incluſi in notandis diebus, quibus Martyres coronabantur.
Martyrū nomina faſtis adſcripta, & in ſacrificio recitata.
Tertullianus lib. de Cor. Mil.
Auguſtinus.

tiones ac ſacrificia ob commemorationem eorum, quæſito vobiſcum, Domino protegente celebrabimus. Adhuc ipſe latebris ſuis clauſus ſeſe in magis neceſſaria tempora reſeruabat, & non ideo eam ſui muneris partem negligebat, quæ ad martyrum ſpectabat cultum, mox habiturus & ipſe cultores ſimiles, & inter Chriſti Athletas coronandus. Ergo ſacra *Martyrum* nomina *Faſtis* Eccleſiaſticis adſcripta, die paſſionis, & anno deſignato, conſtat, cuius apud Tertullianum conſuetudinis mentionem habes lib. de corona militis. *Habes tuos cenſus, tuos Faſtos, nihil tibi cum gaudijs ſæculi; immo contrarium debes.* Immo, & id datum eorum meritis, vt nomina in ſacrificio recitarentur proximè poſt Apoſtolorum, idque ex ſcripto ſecundum prærogatiuam ſtatus, aut conditionis, quem adhuc morem Eccleſia ſeruat in myſterio ſacro. Id ex Auguſtino intelliges, lib. de S. Virginitate Cap. 45.

III.
Addita, & in eorum honorem ſacrificia.
Oblata, & preces, ad eos non pro eis.
Quo ſenſu accipiendus Cyprianus.
Eorum dies anniuerſarij cum lætitia traducti.
Ideo pridie eorum nomina enunciari ſolita.
Inſtitutæ, & agapes, & promiſcua conuiuia in templis.
Quarum veterum, & Theodoretus meminit.
Sed nunquam modeſtia, ac temperantia omiſſa.
Quin diuinis omnia cantibus perſonabant.

In Martyrum honorem ſacrificia Deo oblata.
Auguſtinus.
Cyprianus.
Hilaritas in Martyrum ſolemnitatibus.
Agapes, & communes cœnæ, ſed modeſtiæ conditæ.
Theodoretus.
Deorum vanorū feſta mutata in Martyrum cultū.

Addita, & *Sacrificia* Deo quidem oblata, ſed in martyrum honorem, non quaſi ipſi ſuffragijs indigerent, ſed quaſi nobis eorum preces vtiles ad Deum eſſent, eiſque aduocatis apud Iudicem Deum vteremur. *Ideo quippe,* Auguſtini ſunt verba tract. 84. in Ioan. *ad ipſam menſam non ſic eos commemoramus, quemadmodum alios qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus; ſed magis, vt orent ipſi pro nobis.* Sic Cyprianum intelliges Epiſt. 34. ſcribentem ad Clerum, & plebem ſuam: *Sacrificia pro eis ſemper, vt meminiſtis, offerimus, quoties Martyrum paſſiones, & dies anniuerſaria commemoratione celebramus.* Addita, & Sanctæ hilaritatis indicia, ſed ex Chriſtiana modeſtia. Eam ob cauſam pridie natalitiorum nomina eorum enunciari ſolita, quorum die proxima recenſendæ paſſiones ex Actis eſſent, interque Sacrificiorum ſolemnia commemorationes faciendæ. Neque ibi defitum eſt. Inſtitutæ Agapes, & promiſcuæ in Eccleſijs cœnæ Chriſtianæ caritatis, vel incenſiua, vel fructus, quibus mutuus inter Chriſtianos foueretur affectus. Theodoreti Cyrenſis lib. 8. de Euang. Verit. extremo verba hic habes: *Pro Pandijs, Diaſijſque, ac Dionyſijs, hoc eſt Iouis, liberique patris ſolemnitatibus, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauritio, alijſque Sanctis Martyribus ſolemnitates populari epulo peraguntur: Proque illa veteri pompa, pro turpi obſcœnitate, & impudentia, fiunt modeſtæ, caſtæ, ac temperantia plena feſtiuitates: non illa quidem mero delibutæ, non comeſſationibus leues, non cachinnis ſolutæ, ſed diuinis canticis perſonantes, Sacris Sermonibus audiendis intentæ, quibus ad Deum preces non ſine ſanctis lacrymis, & ſuſpirijs ſummittuntur.* Vide Gregorium Nyſſenum in vita alterius Gregorij Neoceſarienſis.

IV.
Hic ſtatus Eccleſiæ diu quamquā iactatæ, ſed pace fruentis.
Id ſcilicet nunc illa gaudet.
Et Chriſto muſtū propinat perſequutionis torculis expreſſum.
Vocat autem malogranata ſua.
Quia quæ Chriſti propria, ſua connubij iure.
Et quia ad prœliū eos armauerat illos.
Et reduces, victoriiſque lauros donarat.
Ac velut de ſuo agro lecta poma ſponſo obtulerat.

Status Eccleſiæ poſt horrida perſequutionis.
Malogranata ſua vocat, quia & Chriſti.
Eccleſiæ Martyres ad prælium armauerat, & oſtentatis coronis animarat.

Hinc intelliges *Eccleſiæ* ſtatum poſt tempeſtatem perſequutionis tranquillitate fruentis; cum liceret, iamdiù vndis, & alto iactatæ, tuto ac placido æquore nauigare, verſo in hilaritatem mærore, atque in ſecuritatem diſcrimine. Id ergo gaudet; id ſibi gratulatur ac *Sponſo*: fas eſſe ſibi beneficio illius matura poma arborum de ramis decerpere, preſſaque olim torculis perſequutionum grana, ſuo manantia muſto plenis pateris ſpumantibuſque Domino eidemque *Sponſo* propinare. Id eſt, nemine impediente ſuorum *Martyrum* pugnas, ac victorias canere, ac celebrare triumphos; atque ex eorum prodige fuſo pro pietate cruore poculum myſticum offerre illi, cuius ſibi ſciebat benignitate indultum, vt pace gauderet. Rite autem *ſua malogranata* vocat, tametſi *Chriſti* potius eſſe ignorare non poterat; vel quia coniugis ad iura ſpectabat communia habere cum marito omnia; vel quia communes liberi non minus ad matrem, quam ad patrem pertinent; ſeu demum quia ſuorum laborum fructum eſſe ſciebat, quidquid placebat in prole. Illa eos verbo veritatis genuerat *Chriſto*: illa ad ardua eos bellorum armauerat; illa in aduerſas acies impulerat; illa & voce & nutu in prælium accenderat; illa reduces hoſtium onuſtos ſpolijs ſinu exceperat, & palmis dexteras, tempora laureis impedierat. Cui tanti ſtabat *Martyrum* trabeatus cultus, iure ſuos dicere poterat, & inter propria bona cenſere: ac velut de ſuo agro lectos manipulos illi offerre, qui ſimul Dominus erat, & *Sponſus*.

VERSVS III.

LÆVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXTERA ILLIVS AMPLEXABITVR ME.

COMMENTARIVS.

CONSEQVVTA, *quam optarat pacem Eccleſia, haud ſine* ratione magna ſomno ſe dedens inducitur: cui ſcilicet iam liceret nulla præ-

teritorum malorum cura pulſari, exciſſo Idololatriæ imperio, ac Gentibus omnibus ſub *Chriſti* iugum, vel omnino miſſis, vel breui mittendis; nec vltra Gentilica perſequutione vexanda. Otium ergo amat, ac pacifico ſponſi gaudere complexu. Ne autem exiſtima, eam ſomno ſe omnino dediſſe, quaſi nulla iam eam tangeret futurorum cura. Sciebat debellatum quidem fuiſſe hactenus, quantum attinet ad bella cum Idololatria inita: ſed manebant adhuc non quidem crudeliora, ſed funeſtiora tamen prælia, eoque miſeranda magis, quo ciuilia diſcidia, ac domeſticæ inimicitiæ, externis hoſtium conatibus ſæpè ſolent atrociores eſſe, vnumque Reipublicæ corpus lacerare, diſtraheroque: ea enim ciuilia bella labes in famat, quod cuicumque alea Martis parti fauerit, communis eſt, clades publicæ rei. Solum ergo eam commemorat pacem, quæ conſequuta Idololatriæ prælia eſt: pacato ſcilicet orbe, eradicatoque omni aconito hoſtilitatis; odijſque Gentilium, vel omnino compreſſis, vel in amorem, admirationem, obſequiumq; mutatis: Sua ergo loquitur gaudia, cum ſe non vltra vexandam Gentilium armis certo ſciret. *Laua* autem *ſuppoſita* capiti, & *dextera aptata complexui* omnimodam ſecuritatem notant, ſub protegentis ſe *Chriſti* fauentibus auſpicijs; quo interius, exteriuſque ferente ſuppetias, tempora fuerant in melius commutata. Hanc ſuam felicitatem enarrantem audiamus.

ENARRATIO.

NVNC iam licebit mihi, procellis hactenus turbato mari in tranquillitatem, pacemque compoſito, tuto æquore nauigare; ſecundiſque ferentibus auris, in portum inuehi; ac poſt horridas noctes, diei luce lætiſſima frui; atque laboribus vigilijſque perfuncta quieti otioque vacare. Quantis vna luce bonis beari me ſentio! Totum id beneficium Sponſi eſt, qui, durius ad tempus exercitam, blandius fouet; & omni deterſa mæroris cauſa ad hilaritatem inuitat; vt vni ſcilicet deberem omnia, & quod arduis ad virtutem exercita fuerim; & quod nunc virtutis ad præmia vocer. Se omnia Sponſo ſentio ſubdi, & Dominum tacitè confiteri; quæque prius odijs in me exarſerant, mutato affectu, in amorem, obſequiumque conuerſa. Otium ergo mihi ab illis iam curis erit. Sponſique complexu frui licebit, quin verear, eam pacem vllis turbis, motibuſue laceſſi. Succedent ſollicitudini præliorum ſtudia pacis; atque id vnum in opus incumbam vt filiorum communium numerus augeatur, ne quis iam ſit, quem antiquus error in mortem abripiat; ſed, eodem omnibus illucente fidei die, vna vbique pietas, vniuſque Dei Saluatoris cultus perennet.

SVM.COM.

NOTATIO XI.

LEVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXTERA ILLIVS AMPLEXABITVR ME.

I.
Eadem verba ſuperius exſtant.
Nec ſine magna cauſa hic repetita.
Quam miramur ab alijs minimè inquiſitam.
Si vnum, aut alterum demis.
Quidam de reliquijs Synagogæ concurſis exponit.

HAbes *Eadem hæc verba ſuperius cap. 2. 6. eoque* loco ad eorum enodationem plura fortaſſe, quam velles, ſed indulgendum eo loco aliorum ingenijs fuit, & quæque minutius exigenda, ne omnium fere veterum ſenſum contemnere videremur. Sed quod hic iterum eadem ſententia ſit poſita, ſine magna fuiſſe factum cauſa, non puto. Eam miramur à Veteribus, ac Recentioribus, nec inquiſitam, vel omnino neglectam: niſi putamus temere factum eſſe, vt diuerſis locis eadem verba ponerentur. Vnum, aut alterum excipio, qui id obſeruauere, nec vna tamen ratione explicauere. Honorius, ſuæ illi de ſynagoga reliquijs opinioni hærens, de quibus hæc dicta

Cant. 2. 6. Eiuſdem ſententiæ geminatio, nec temerè facta.

Honorius.

Digitized by Google

-cta exiſtimat, vbi repetitam eandem ſententiam dicit, *quia eadem perfectio fidei, & operationis in iſta (Eccleſia* ex reliquijs*) quæ in illa (Eccleſia primitiua) inuenitur*. Sed parum id eſſe ad geminationem ſententiæ ſatis apparet; cum forma loquendi ipſa omnino inſinuet, aliquid hic grandius latere: Cum maximè ſtatim ſequatur ſtudium ſponſi in conciliando ſomno *Eccleſiæ*; quod quin magnum aliquod myſterium contineat negari non poteſt, vt alio loco monitum eſt. Doctus de recentioribus Interpres aliter interpretatus eſt: priore loco deſideria contineri *Sponſæ*, hoc autem, quod tunc in votis illi fuiſſet, certa concepta ſpe, futura gaudere. Id autem vel vna ea ratione minus eſſe probabile oſtenditur, quod vtroque loco ſtatim ſequitur adiuratio ſponſi, qua ne quis *Eccleſiæ* ſomnum obturbet, edicitur: quo fit omnino, vtroque loco voti compotem factam, nec alio deſiderantem, alio certo ſperantem induci. Itaque cum dicit: *Læua eius ſub capite meo*, & id indicat optauiſſe ſe, & ſimul conſequutam. Huius ergo rei ratio diſcriminis quærenda erat.

Ergo quod ter per interualla ſomno compoſita inducatur *Eccleſia* cap. 2. 6. cap. 3. 5. & hoc cap 8. 3. ad triplicem illius ſtatum pertinere locis alijs obſeruauimus: & ad ſtabilem quandam conditionem in ſingulis ſub ſe protegentis Dei ſecuritate poſt labores, & diſcrimina. Vide quæ locis illis obſeruauimus. Ergo quemadmodum Romanis ſolitum eſt, poſt bella, & turbas orbe pacato, cum arma omnia hoſtilia, & ciuilia quieuiſſent, Iani templi fores occludere, quo ſigno pacis, & otij ciues admonerentur Romani, immo, & orbis incolæ omnes: qua cauſa Auguſtus ſemel clauſum ſub Numam Iani templum, iterumque poſt ſecundum Punicum bellum; tertio poſt Actiacam pugnam, quarto poſt Cantabricum in Hiſpania bellum, clauſit: ita magnis quibuſdam laboribus per interualla perfuncta *Eccleſia*, pace que demum parta ſomno ſe dedens inducitur, quod ſymbolum Hebræis litteris eſt pacifici ſtatus, & quieti: Prou. 3. 24. Pſal. 4. 9. Oſe. 2. 19. Ergo loco hoc poſtquam eam pacem, ac libertatem, quam ante cupierat, conſequuta fuiſſet, orbe toto ad quietem compoſito, pulſa omni peregrina ſuperſtitione: cum ab eiſdem illis gentibus, quæ odijs in illam prius exarſerant, obſequium ſibi præſtari videret, nec quidquam iam eſſe, quod felicem Euangelij curſum impediret; lætitia exiliens, ſub tanta Sponſi Chriſti cura ſecura otia contemplatur, ac ſopore compoſitis membris, ſomnum admittit. Atque id eſt, quod à Prophetis ſæpè cantatum, de felicitate futurorum ſub Meſſia temporum poſteriores aduerſitatum procellas. De his ſunt illa: *Conturbata ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam; & mota eſt terra. Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob.* Pſalmo 45. 7. 8. Diſcriminis admonet, ne imparatos hoſtis inueniat, multitudinem memorat, vt aduerſum pectus multis obijciat, fortis *Eccleſia* præliatrix, ſed ſimul auxiliorũ mentionem facit, vt erigat ſpem, memineritque non ſe ſolam ituram in bellum, ſed eo comite qui vnus poſſit hoſtiles copias, vel ſolo nutu profligare. Erat porro audax, & medijs ſe aciebus immittat, defuturum minimè eſſe illi, *qui Dominus virtutum* ſit. Ab eo ſe diſcrimini eximendam, & locandam in tuto. Quo nihil eſt, quo magis ad viuum perſequutionis *Eccleſiæ* atrocitas deſignari potuerit, cum gentes, & regna, immo & totus orbis, quaſi claſſico incitatus in *Eccleſiæ* cladem, interitumque coiſſet. Non tamen *Sponſa* cauſam deſerente *Chriſto Sponſo*, ſed præſentibus fouente ſubſidijs; donec per dura, & ardua præliorum nobiliſſima victoria potiretur.

Hinc illæ ab admirando animo profectæ voces. *Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni.* Pſal. eod. ver. 9. 10. Repræſentatio eſt pleniſſimæ victoriæ, cum ita hoſtis proſternitur, vt nullus iam ſit metus futurus ab eo. Inuitat ergo ad *Domini opera* ſpectanda; verè enim magnum Dei opus fuit, dignuſque tanto vindice nodus, Idololatriæ per Apoſtolos rudes, imbelleſque milites, demolitio; inuictarumque hactenus impietatis arcium à fundamentis exciſio, ne vlla eſſet ſpes reliqua dirutæ molis amplius excitandæ. Verè enim Idololatriæ Hydra tot capitibus, quot erroribus, multiplex, ita ferro, & igni ab noſtro Hercule ceſa eſt, vt metus, nullus iam ſit, ne rediuiuis capitibus vltra laceſſat. Hæc illa ſunt *prodigia ſuper terram*, quæ ſpectatores obſtupeant cœli, & terræ: cuius de ſuperficie ambituque toto pulſo Idololatriæ tyrannis eſt. *Arcus* ergo, *ſcutaque*, & *arma* omnia decet contingi, & in ignes conijci; non modo quæ de hoſtium ſpolijs aceruata in pabulum victricis flammæ deſtinata ſunt; ſed & illa, quibus tanta victoria parata eſt, vtpotè minimè vlterius neceſſaria. Sic videmus quidquid ab Apoſtolis, Patribuſque in Gentium ſuperſtitioſos errores, olim, ſeu prædicatum voce, ſeu ſcripto conſignatum eſt, vlus nunc Eccleſiæ vix eſſe, potiuſque manere in trophæorum tantorum memoriam, velut arma de tholis templorum ſuſpenſa; quam in vllam futuram neceſſitatem. Quod ſi in

armis,

Sed aliquid grandius latet.
Cum ſtatim ſponſus ſomno fauent ſponſæ.
Alij olim deſideria, nunc proximè ſpem ianui aiunt.
Sed vtroque loco votorum compos facta eſt.
Simulque deſideria, et gaudia promit.

II.
Quod ter inducitur dormiens, ad triplicem ſtatum ſpectat.
Nam ſicut Romanis poſt bella Ianũ claudere ſolitum.
Paci temporum indicanda.
Qua cauſa Auguſtus ſemel, iterumque clauſit.
Sic Eccleſia pace parta ſomno ſe dat
Ergo poſt perſequutionis turbas.
Exciſſo Idololatria imperio.
Tanquam pacificato orbe ſomno ſe dat.
Quod, & à Prophetis ſæpè cãtatũ.
A Dauide maximè, cuius Verba maximè in hanc rem.
Periculorum admonet, & auxilia pollicetur.
Et atrocitatẽ perſequutionis graphicè deſcribit.
Qua gentes, & regna in eã armata, vt prorſus deleret, ſed fruſtra.

III.
Hæc illa opera Domini, & prodigia ſuper terram.
Eſt autem pleniſſima Victoriæ repræſentatio
Quæ Idololatriæ validæ arces à fũdamentis exciſſa.
Et hydra capita multa ferro ignique à Chriſto conciſſa.
Non amplius reuictura.
Ideo arma omnia comburi iubentur.
Non modo de hoſtibus capta.
Sed, & quibus deleti ſunt.
Nullo vſui deinceps futura pace gaudentibus.

Alibi deſideria; hic prox ma ſpes Eccleſiæ explicata.

Cap. 2. 6.
Cap. 3. 5.
Triplex Eccleſiæ ſomnus in triplice ſtatu.

Ianus geminus ſæpè clauſus.

Sueton. Auguſto Cap. 22.
Somnus in ſcriptura pacis ſymbolum.

Prou. 3. 24.
Pſal. 4. 9.
Oſee 2. 19.

Eccleſia poſt turbas perſequutionis quieti vacãs.

Pſal. 45. 7. 8.

Eccleſiæ perſequutiones à Dauide cantatæ.

Pſal. 45. 12.

Perſequutionẽ ſæuiente Eccleſiæ cauſam Chriſtus non deſeruit.

Pſal. 45. 9.
Idololatriæ exciſſum imperiũ verè Dei opus, & prodigium.

Idololatriæ multorum capitum hydra, a Chriſto ferro, & igni cæſa.

Belli inſtrumenta, vt minimè iã neceſſaria igni cremata.

SVM. COM.

Intelliges præſidia omnis impietatis euerſa.

Aras deſtructas, libros verſos in cineres.

IV.

Ideo ſtatim ad otium prouocat. Vt ſecuritatis admoneat non vltra turbandæ.

Quod totũ Chriſti grande opus, & beneficium fuit.

Qui tempeſtatem permiſit, vt ſaluatem ſcirent.

Sequuta eam pacem ſanctæ acclamationes.

Nec alius huius loci ſenſus eſt.

V.

De dextera autem & læua habes alior um ſententiã.

Qui æternũ & temporalia exponunt.

Sed an læua id accipiendũ quod nõ ideo ſuppoſitũ capiti vt contemnatur.

Alij vim ad tentationes vincendas, & verum cœleſtiũ cogitationes.

Sed id ad tropologiam ſpectat.

Alij vitam præſentem & beatitudinẽ.

Sed neque id heręre huic loco videtur.

Agit ergo de ijs Eccleſia quę ſibi fauore Chriſti donata.

Quo excluditur beatitudo, quam nondũ acceperat. Quanquam ad illam ſuſpirabat.

VI.

Eccleſia poſt deſpectum fauoribus aucta Principum.

Et opulentia, & honoribus cumulata.

Et fuit Conſtantini in eã largitas.

Et aliorum Principum.

Templa inſanis ſũptibus excitata.

Sacra ſuppellectilis opulentia, & apparatus.

Eccleſiarum donationes in miniſtrorum ſuſtentationem.

Et egenorum ſubleuationem.

Honores miniſtris habiti.

Et quidem ab ipſis Regibus.

Hinc nos putamus Chriſti lęuam Eccleſię ſuppoſitam capiti.

Nam quidq; ad hominibus in precio, ad læuam pertinet.

armis, ſcutiſq; & *arcubus*, hoſtium *confractis*, & in ignem iniectis intelligas aras deſtructas, ſolo æquata templa, inſtrumenta impietatis diſiecta, ſacrificiorum cultum abolitum, librorum monumenta in cineres verſa, haud errabis. Is enim armis gentilitas, & ſuam tyrannidem multis ſæculis aſſeruit, & aduerſus pietatem pugnauit.

Armã, & ſcutã impietatis præſidia, aræ, ſtatuæ, libri templa.

Atque vt videris, quam omnia ſibi conſentiant, quæ de otio poſt laborem, quiete poſt turbas, ſomno poſt vigilias Pſaltes ſubiungit (quod maximè facere ad hunc locum, non negabis) expende. *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.* Pſal. eod. ver. 1. vacationem præcipit, vt otium ſuadeat, ac ſecuritatis admoneat; ſeque authore tantam orbi felicitatem inductam confirmet. In vtramuis iam autem dormire licebit, nec vltra ab Idololatria metu pulſari, totum id beneficium meum eſt, cuius in poteſtate omnia ſunt. Permiſi monſtrum ſæuire, vt, quid, me non prohibente, poſſet, mei agnoſcerent; exercitique ſæua tyrannide, quantum bonum libertatis per me partæ eſſet, experimento priorum malorum condiſcerent: vindicique alteri laudes concinerent, permixtiſque in vnum vocibus dicerent: *Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob. Pſal. eod. ver.* *Nec alio ſenſu dictum hoc loco exiſtima: læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplectabitur me.* Cætera quæ vtrumque facere ad hunc locum poſſunt, citato loco cap. 2. 6. dicta à nobis ſunt, vnde petere lector auidus poteſt.

Pſal. 45. 11. Excitſo impietatis regno ſecuro dormit Eccleſia.

Quod ſi moroſius inſtes, & de *læua*, ac *dextera* myſtico ſignificatu roges, Habes alios, qui ſcrupuloſius hæc inquiſiuere, ac definiere. Iuſtum qui in *Læua* temporalia, quæ infici nos poſita eſſe debent, omninoque contemni; in *Dextera* cœleſtem gloriam, quæ nos ex ſuperiore parte, tanquam *Dextera* complexatur, intellexit. Sed cum vtraque manus *Chriſti* dicatur eſſe, *Lauaque Capiti Eccleſiæ* ſubiecta, ſcilicet ad fulciendum, ſuſtentandumque quo ſe illi blandius inſinuet ſopor, id intelligere neceſſe eſt, quod non ideo capiti ſuppoſitum vt contemnatur, abijciaturque, deleatur, ſed vt cum gratiarum actione retineatur, tanquam grande beneficium. Habes Aponium, qui altero vim animo inditam ad vincendas tentationes, repellendaſq; Dæmonis ſugeſtiones; altero cœleſtium rerum cogitatus, ac æternorum deſideria, quo indices perficiatur, ſignificari exiſtimat. Sed id præterquamquod tropologicum eſſe videtur, extra analogiæ vagatur leges, quæ contemnendæ non ſunt. Habes Angelomum, qui in *læua* præſentem vitam, in *Dextera* beatitudinem agnoſcit, ſequutus Iuſtum Vrgelitanum, aut potius imitatus, Cuius ideo interpretatio eodem cenſu numeranda eſt: quemadmodum & Honorij Auguſtodunenſis, cuius potui verba pauca: *Læua ſponſi ſub ſponſa capite eſt, quando amorem Chriſti diuitijs mundi præponit, & dextera illius amplexatur eam quando chorus Sanctorum in æterna beatitudine conſtitutus, propter hæc eam diligit.* Sed tribus hiſce interpretandi rationibus, præter id, quod paulo ante obiectum eſt, illud obeſt, *Eccleſiam* hic de ijs rebus loqui, quæ ſibi fauore ſponſi fuiſſent conceſſæ: quidquid autem ad futuram in cœlo fœlicitatem ſpectat, adhuc futurum erat, nondum datũ; eoq; magis deſiderijs ſuſpirabat Eccleſia, quam tunc tẽporis frueretur. Aliquid ergo indicat aliud, quo donata iam ipſa acceptũ fatebatur ab Sponſo.

Iuſt. Vrgel. Læua temporalia, dextra æterna ſignificata.

Aponius: Vis ad vincendas tentationes, & cogitationes cœleſtes.

Angelomus. Præſens vita, & futura beatitudo.

Honorius.

Eccleſia hic non de futuris, ſed de præſentibus loquitur.

Mutato rerum ſtatu, quæ prius, & deſpecta, & male venata perſequutionis malis *Eccleſia* fuerat, in ſummum honoris euecta, & opibus, & fauoribus Principum aucta gloriæ apicem occupauit: vt exteriorem illum cultum ſi conſideres, nihil maius, nihil ſplendidius in orbe eſſet. Duplice ergo quantũ ad externa attinet fœlicitate conſpicua, & opulentia, & honoribus. Fecit vtrumque liberalitas Conſtantini, cæterorumque principum, qui ad illius formam compoſiti, in id incubuere vnum, vt quidquid in theſauris æſtimatione dignum, quidquid in honoribus mortalium præſtringeret lumina, in *Eccleſia* cultum transferrent, Hinc templa inſanis erecta ſumptibus, ingentiſque pretij materia in cœlum vſque immo & æmulationem ſurgentia; ſacræ ſupellectilis opulentia, ſeu miniſterij vaſa, ſeu miniſtrorum ſacrum cultũ conſideres: annui cenſus immenſi in myſtarũ ſuſtentationem ſacræ ſuppellectilis apparatus qui regium cultum vinceret: latifundia, montes, & ſyluæ, immo & piſcoſi amnes donata Hierarchis, quorum reditibus pauperibus prouideretur, ne quis eſſet de fidelibus, quem egeſtas opprimeret. Hinc viris ſacris honores habiti, vt illa ipſa Imperatorum regumque maieſtas Dei miniſtris haud fermè aliter acclinaretur, quam Deo. De his multa habes apud eos authores, qui veteris Eccleſiæ, poſt turbas illas perſequutionum, hiſtoriam conſcripſere: Hanc ſi *Lauam* dixeris *Chriſti*, non omnino erraueris, cuius ſcilicet beneficio factum fuit, vt hominum animi muterentur, atque ijdem illi, qui diu vexarant Eccleſiam, affectu in melius conuerſo impenſæ fauerent. Quidquid enim in bonis exterius eſt, quod hominibus in pretio, ad *ſiniſtram* pertinet in Deo manum. S. D E. *Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria.* Prou. 3. 16. Sed ea omnia ſub *Capite* ſunt, *Eccleſiæ*, quia ſic illi tributa ſunt, vt ſecun-

Duo, poſt perſequutionum mala, collata bona Eccleſiæ opulẽtia, & honores.

Conſtantini, & aliorum Principum liberalitas.

Templa regijs ſũptibus erecta.

Sacræ ſupellectilis regius apparatus.

Reditus ingẽtes in ſuſtentationẽ miniſtrorum, & egenorum ſubuentionem.

Læua bonorum temporalium abundantia.

Prou. 3. 16.

Digitized by Google

Sub capite ſunt, quod ſecundum prudẽtiæ leges diſpenſanda.
Ne ſeruiret diuitijs, ſed imperaret Eccleſia.
Sic poſſeſſa fortunæ bona, cap. ut nõ grauant, ſed ſuſtẽtant.
Spinæ quidem, ſed ad ſepimentũ data, nõ ãd punctũram.

VII.

Sic roſã ſpinæ ambiunt, ut defendant.
Et prius quidem ſine ſpinis roſa.
Quas nec tellus adhuc nouerat.
Quia & criminis nondum guara.
Roſa autem contaminari verita ſcelerata manu.
Spinas obiecit pro vallo.
Ita ſpinæ ſepiuerẽ roſæ pudorem.
Nec minuere ſpeciem, potius addidere decorem.
Eccleſiam cogita opulentia tanquã ſpinis vallatam.
Nam ritè vtentibus diuitiæ ſecuritatem præſtant.
Qui Ambroſij pulcherrimus ſenſus eſt.

VIII.

In dextera ſpiritalia cõſideramus
Et diſcrimen functionum in manu vtraque id perſuadet.
Ideo monet Chriſtus prius quærendum regnum Dei.
Quærentibus, cætera adijcienda.
Eo ergo addidit largitor Chriſtus.
Eo magis, quo magis neceſſaria illis.
Eſt autẽ amplexandi verbũ connubiale
Indicatur autem maior cum Eccleſia coniunctio.
Vndè nata adhuc reſiſtantis Idololatriæ fuga.
Et in ſuum barathrum reditio.
Sic Victori Chriſto cantati triumphi.
Et de hoſtiũ manubijs erecta trophæa.
Inde ad firmandum Regnum ſtudia conuerſa.
Et caritas Fide, et ſpe vallata, grande ſpectaculum præbuit orbi.

eundum prudentiæ leges vſus conſtaret; ordinatèque ſingula ſecundum rectam rationem diſtribuerentur: ne ſcilicet diuitijs atque honoribus ipſa ſeruiret, ſed imperaret, ſicque exterioribus illis vteretur, vt ſuperior ſemper ipſa obrui ſeſe tantæ molis importunitate non fineret, ſic cum fortunæ bona poſſidentur, tam *Caput* ipſum nõ grauant, vt ſuſtentent potius, erigantque. Nam quanquam ea bona omnia *ſpinis* pungentibus ſunt à *Chriſto* comparata; cum ita poſſidentur, vt ſeruiant, ſepimenta potius virtutum, quam iniuria ſunt.

Capiti Eccleſiæ ſuppoſita, quia ex prudẽtię norma diſpenſanda.
Matth. 13. 72.
Roſa initio ſine ſpinis innoxia.

Roſam mihi conſidera, cum folia primum explicat, ſua purpura tincta, ſuo odore, ſuaui à ſua ſpecie viſenda; *Quam mulcent auræ, firmat, ſol, educat imber*, ſuis tamen ſpinis ſeptam, ſed iniuriam nullam vel paſſam, vel timentem; potius debentem illis omnis iniuriæ depulſionem. Et quidem initio, quod Ambroſius monuit, *Surrexerat ſine ſpinis roſa; & pulcherrimus flos ſine vlla fraude vernabat*. Nondum ſcilicet culpa telluris offenſæ iniurijs plecti meruerat: nondum audierat primum ſcelus: *ſpinas, & tribulos germinabit tibi*. Gen. 3. 18. nec terra communis mater recentiſſimè adhuc hominis partu leuata, mutarat officium, & è genitrice abierat in nouercam, indulgentiamque odio commutarat, tunc ſceleris prauitatem omnis creatura exhorruit, & in vindictã incumbens ignota hactenus arma ſtrinxit. Sed & roſæ ſimplicitas, ac vernans gratia natiua hactenus ſecuritate tuta, ac timere neſcia, ſcelerata manu hominis contaminari, merita, ſpinas obiecit. Vt quiſquis auderet colligere, proprij prius ſanguinis purpura tingeretur, quam floris. Ergo ſi conſideras, natæ in hominis damna ſpinæ, ſepiuere roſam: & quidquid in primi vltionem ſceleris inuectum eſt. Haud minuere ſpeciem, addidere potius, & à proxima ſpinarum fœditate gratia floris creuit, & aliena iniuria præſtitit ſecuritatem. Habes Eccleſiæ ſub ea tempora viuam imaginem, ſenſibus quidem diuitiarum obſeptam, & ad ſecuritatem vallatam, nec vllam tamen iniuriam paſſam. Opulentia enim omnis, ſi ex rationis pietatiſque vtaris præſcripto, haud mentem grauat, potius erigit, & ſuſtentat. & quæ alijs diuitiæ impedimento ſunt ad currendum, rite vtentibus alas miniſtrant, quibus ſubuehantur in cœlum. Ambroſij ambroſia verba ſubiunxi lib. 8. in Luc. prope finem, cum ageret de Zacheo. *Diſcant, non facultatibus crimen hærere, ſed in ijs, qui vti neſciant facultatibus. Nam diuitiæ vt impedimento in probis, ita bonis ſunt adiumenta virtutum*.

Catullus.
Ambr. Hexem. lib. 3. c. 11.
Geneſ. 3. 18.
Roſa verita contaminari ſcelerata manu ſpinas obiecit.
Diuitiæ ritè vtẽtibus virtutum præſidia.
Ambroſius.

Læuam *Chriſti* habes *Capiti Eccleſiæ* ſuppoſitam: *Dexteram* nunc circumplectentem illam intuere; ne cum quod minus erat largitus illi fuiſſet, quod maius omnino erat inuidiſſe illi videretur. Nam in *Dextera interiora*, ac *ſpiritalia dona* accipienda eſſe, res loquitur ipſa; & diſcrimen ipſum functionum vtriuſque manus ſatis oſtendit, ſemper enim potiora *ſiniſtris* fuere *dextra*, ſeu profanas litteras, ſeu ſacras conſulas, ſeu mortalium examinas vſum. Id eſt, quod ſub alio ſchemate monuit Chriſtus, cum diceret, dehortans homines ab rerum ſæcularium cura: *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis*. Matth. 6. 33. Primum locum regno Dei, ac iuſtitiæ tribuit; proximum autem ijs quæ ad vitam neceſſaria ſunt: primiſque illis locatis ad *dexteram*, *ſiniſtram* ſecundis relinquit. Ergo qui *Læuam Eccleſiæ* ſuppoſuerat *Capiti*, exteriora illa diuitiarum, honorumque tribuens, & bene vtendi facultatem largiens; *dexteram* complexui admouit, eo largius ſpiritalibus bonis beans, quo magis hæc neceſſaria illi ſtatui debebantur, & *Sponſi* in *Sponſam* caritatem certius teſtabantur. *Amplexandi* autem verbum ipſum, non amatorium modo, ſed omnino cõnubiale, hæc ad maritales blanditias pertinere confirmat. Vno ergo vocabulo eorum donorum elargitio ſignificatur, quæ ad ſtrictiorem *Eccleſiæ* cum *Chriſto* coniunctionem pertinent. Quanta autem ea fuerint dona, & qualia, non attinet dicere: intelliges id ſatis, ſi memineris, ex eo tempore reſiſtentem adhuc Idololatriam, ac nec dum de victoria aduerſum *Eccleſiam* deſperantem, terga vertiſſe, ſeque tandem victam confeſſam, ringentem, atque inter eiulatus, & quæſtus ſuum in barathrum abijſſe, *Eccleſiæque* victrici liberum campum reliquiſſe. Id autem ſine ſingulari fauore numinis factum non fuit. Victori ergo *Chriſto* per *Eccleſiam* cantati triumphi atque de hoſtium manubijs erecta trophæa, & virtutem bellatricis *Eccleſia* teſtauere, & quibus viciſſet armis cecinere. Hinc ad firmandum imperium ſtudia conuerſa ſunt vtriuſque; & quod vix ante conceſſum, & timidè, pacificis artibus inſtitutis, omnia in melius tranſiere. Stabilita nouis ſubſidijs fides, ſpes, recentibus documentis erecta, caritas autem virtutum cæterarum agminibus ad pompam vallata, ſplendidiſſima luce fulſit. lætoque ſed & ardente diuino igne vultu, mirandum ſpectaculum præbuit orbi, ac cœleſtem originem teſtata eſt. En *Dexteram Chriſti circumplectentem Eccleſiam*, caſtoſque iungentem nexus, nunquam ſoluendos. Sed de his ſatis.

Dextra, interiora, & ſpiritalia dona.
Spiritalia tempóralibus proponẽda.
Matth. 6. 33.
Amplexãdi verbum cõnubiale.
Eccleſia Chriſto duce Idololatriã in fugam compulit.
De hoſtium manubijs trophæa erecta.
Caritas vallatã virtutibus proceſſit in publicũ, diuinam teſtata originem.

VER-

Digitized by Google

VERSVS IV.

ADIVRO VOS, FILIÆ IERVSALEM, NE SVSCITETIS, NEQVE EVIGILARE FACIATIS DILECTAM, DONEC IPSA VELIT.

COMMENTARIVS.

ADhortationem *Ad Angelos Chriſti verba hæc continent*, qua iubentur, ne ſub eo ſtatu publicæ pacis quietem illius patiantur turbari, cui tanti otium illud conſtiterat. Merito autem id factum eſt, nec enim per ſe ſolum *Chriſtus Eccleſiæ* ſuæ inuigilat commodis, ſed Angelorum frequenter vtitur miniſterio, quorum munus potiſſimum exequi mandata Domini, in obſequium ſemper illius vigilantibus votis. Ergo eam ſinant otijs, quæ fecerat illi Deus, perfrui liberè; & quidquid exterius turbare ſomnum poſſet, omnino auertant. Indicatur autem ea pax tardè turbanda: & quantum attinet ad priora cum Idololatria bella, omnino diuturna: Sed quia eamdem illam domeſticæ ſimultates manebant, ab falſis fratribus, & Hæreticis, ideo additum, *Donec ipſa velit*: quo ſatis innuitur eas vires per quietem, & otium tunc quidem illi communicatas, apparatum ad noua prælia eſſe; quæ ipſa alacris, volenſque confectura eſſet. Nec ſine cauſa loco hoc omiſſa ea imprecatio eſt, quæ locis duobus, alijs poſita ſupra eſt; cum pace iam gaudente *Eccleſia*, & hoſtibus omnibus debellàtis, nullus eſſet filijs metus, nec ab infidelibus Principibus velut imbelles á ferijs capreæ lacerarentur in montibus. Hæc Chriſtum ſuis verbis exequentem audiamus:

ENARRATIO.

ET ego quidem diu laboribus, atque aduerſis rebus exercitæ pacem tandem Eccleſiæ meæ reddidi, & quidquid hactenus durum eſt paſſa, in melius commutaui. Vos, cæleſtes ſpiritus, in meum obſequium, atque Eccleſiæ bonum ſemper vigiles, nunc maximè decet huc curas, arteſque omnes conuertere, vt diuturna hæc pax, & quies nullo litui, tympaniue martialis ſono turbetur, aut bello vlterius laceſſatur. Satis ſubitum malorum eſt; ſatis bellorum ſæuitum: noctis horrorem tranſactæ ſubeat dies hilaris, ac feſtiuus nouaque ſe facie mundus oſtendat, nullo nubium obductu, nullo tempeſtatum horrore libatum, ſplendeat cælum. Decet illius quieti cuncta ſeruire, cui per dura, atque improſpera virtus, accreuit. Omnem ergo amouete turbarum cauſam, audentiaque mala otiantem inuadere, in ipſis conandi initijs vos opprimite, dum ea pace compoſita vires reſumit. Erit cum domeſticæ ſimultates illius otium quietemque laceſſant; erit cum errorum hæreſumque ſpinæ verbi ſemini inſidientur, tententque opprimere. Tunc proprium illam diſcrimen admonebit officij, cogetque iterum in aciem exire: ne quæ externorum hoſtium acies diſiecit, domeſticorum inſidijs, fraudibuſque vincatur. Sed iſta olim ſcilicet erunt. Nunc quam pacem, ac quietem reddidi, nec vos turbate nec vos turbari ab alijs ſinite.

NOTATIO XII.

ADIVRO VOS FILIÆ IERVSALEM.

I.
Quidam hæc verba ſponſæ tribuũt, minus aptè.
Quiſquam in 72. ambiguus ſenſus eſt.
Sed melius vulgatus ſponſo tribuit.
Philo hic vota agnoſcit Eccleſiæ abeundi ad Chriſtum.
Tardante ſcilicet S. Spiritu.
Deprecatrices adiungit, vt ſe ipſum ſponſæ coniungat ſponſus.
Sed non hæret hic ſenſus, etiam ex ſententia Philonis.
Qui ponit Eccleſiã lauatam de fonte baptiſmatis paulò poſt.
Nec tam cito perfici potuit, vt vnire ita mereretur Chriſto.
Aliorũ ſenſus non magis accommodatus huic loco.
De excitãdo Chriſto, qui dum à nobis ignoratur videtur dormire.
Ità vt ſeruãmus ordo rerum non patitur.

PHilonem *Carpathium mirati ſumus*, *hæc verba tribuentem Sponſæ*, non *Sponſo*: mirati etiam ſumus id ſequutos Theodoretum, & tres apud illum Interpres. Sed occaſionem præbuit 72. Interpretum lectio, qui pro *Dilecta* ἀγάπην, *caritatem*, ſeu *dilectionem*, quemadmodum & in fontibus eſſe locis alijs dictum eſt. Sed melius vim originum intellexit vulgatus, qui *ſolerter* animaduertit, verba hæc *Sponſi* eſſe, per quæ hortaretur ſodales virgunculas. vt quem ipſe *Sponſæ* ſomnum fecerat, & ſilentio ipſæ proſequerentur, nec turbari ab alijs paterentur. Ad ſenſum quod attinet, refert hæc Philo ad ſumma deſideria *Eccleſiæ* vel animæ abeundi ab viſibilibus hiſce, & ad *Sponſum* per inceſſum à corpore tranſmigrandi. *Mora*, inquit, *impatiens ſponſa tardiore aduentu Sponſi, & expectatione Spiritus Sancti angitur; ob idque vel adiurando Sanctorum animas, ad voluntatem Sponſi flectendam, excitandamque in ſponſa, quaſi deprecatrices orat, vt iam tandem aliquando caritatem ipſam hoc eſt, ſe ipſum (Deus enim caritas eſt) in nos effundat, & firmet, donec nos aſſumat, & ſecum eſſe velit.* Sed hæc, tametſi veram ſententiam continent, minimè huic loco apta eſſe, nec cum proximis cohærere, vel Philo idem eſt teſtis, qui proxima, *quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, & confirmata in fratre ſuo* (ſic enim legit) de *Eccleſia* interpretatur vel anima aſcendente de ſacro fonte baptiſmatis, & Spiritus ſancti gratia lota, munda, ac firma. At inter cunabula baptiſmi, & maturam, adultamque ætatem, qualis eorum eſt, qui perfectè cum Chriſto coniuncti per caritatẽ ſunt, multũ diſcriminis intercedit: tantumque ſpacium eſt, vt vno, vel grandi ſaltu tranſiliri non poſſit. Trium PP. obſcurior hic oratio eſt, vt ſæpè alias, ſed videntur generatim id velle, Hortari piam animam ſodales, ſiue diſcipulas, vt loquuntur ipſi, vt ſemper in ſe ipſis per virtutum actiones, & rerum cœleſtium contemplationem exſuſcitent *Chriſtum* (qui dormire videtur, dum ignoratur, nec pijs noſtris operibus excitatur) quoad ſecundo ſuo aduentu adeſſe ſuos electos vocet, ſibique perpetuo coniungat. Sed minimè hæc videntur hærere; nec vlla cauſa eſt, cur hic de ſecundo aduentu inferatur mentio; cum multa poſtmodum ſequantur, quæ manifeſto conuincunt ſtatum adhuc *Eccleſiæ* viantis, militantiſque deſcribi: quod ſuis inferius locis omnino monſtrabitur.

Philo Carpath.
Theodoretus.
Tres Patres.

Eccleſię voto abeundi à viſibilibus ad Chriſtũ. *Philo Carpath.*

Cant. 8. 5.

Inter baptiſmũ, & perfectam myſticam ætatẽ magnum diſcrimen eſt.

Tres Patres.

Mouentur imperfectiores animæ, vt ſemper in ſe exſuſcitent caritatem.

II.
Honorius de reliquijs nuper cõuerſis exponit.
Faſtidio terrenorũ velut obdormiſcẽtibus.
Quas ad prædicãdum Eccleſiæ filiæ excitent.
Sponſum ne lucri cauſa id faciant edicere.
Sed neque id aptũ huic loco.
Quo ab otio excitari prohibetur ad opus.
Quo ſumma, ac duratura quies ſignificatur.

Honorius quidquid hoc, & præcedente verſu dictum eſt, de ſynagogæ reliquijs interpretatur: eam gentem recentiſſimè ad fidem conuerſam, terrena faſtidientem, ac ſola cœleſtia appetentem, quaſi abdormiſcere; cum, terrenis ſe negotijs cunctis ſubtrahens, ſolis cœleſtibus contemplandis tota incumbit. Hanc vniuerſalis *Eccleſiæ* filias animarum ſalutis cupidas excitare à ſomno, dum ſpirituales ad prædicandum carnalibus prouocant. Id prohibere *Sponſum* ne lucri cauſa, vel carnalis fauoris gratia fiat. Vidit ſcilicet minus decore prohiberi illas ab eo officio, quo animarum lucra quærebantur: nec decere eo caſu *Sponſam* dormire, abiecta cæterorum cura: ideo illud ſubdit, velle *Sponſum* ne lucri, aut humani fauoris gratia, ab illis ad prædicationis negotium excitetur. At ſimpliciter vetat, illam ab otio ad opus ſuſcitari: nec vlla apparent in verbis indicia, vel in illis minus purgati affectus, quo mouerentur ad turbandum illius ſomnum: nec in *Chriſto* exiſtimandi in eo ſtatu rerum quidquam eſſe periculi, ne id illis propoſitum eſſet, quod non omnino deceret. Hæc ergo non magis cohæret interpretatio, quam priores illæ. Semper enim intelligendum eſt, ſimpliciter edici à *Chriſto*, ne quiſquam audeat *Eccleſiæ* quietem, ſomnumque ex vlla cauſa interpellare, aut otianti obſtrepere.

Honorius Aug.
Reliquiæ conuerſę faſtidio terrenorum velut obdormiſcentes excitantur ad opus animarum.

Monita Chriſti ne id fiat propter humanum aliquem finem.

III.
Indicatur ergo id his verbis.
Stabili Chriſtum conſilio decreuiſſe ne ea pax amplius turbaretur.
Angelis autem edicitur, vt in eam curam vigilent.
Omnemque cauſã inquietudinis præcidant.
Id ex eo intelliges; quod nunquã poſtea Eccleſia eo ex capite laceſſita.

Hæreamus ſemel poſitis, ex his verbis dicamus indicari *Chriſti* de ſua *Eccleſiæ* ſolliciti curas, immo & firmum, ſtabileque conſilium, quo decreuerat eam *Eccleſiæ* pacem, poſt confectum cum gentilitate bellum, quo tot annis fuerat ipſa vexata diuturnam fore: nullis amplius, quantum ad id ſpectat, timoribus turbandam, nullis motibus inquietandam. Dormit ergo *Eccleſia*, quia pace, & otio fruitur, edicitur autẽ Angelis, quos in Filijs Ieruſalem intelligi diximus, ne permittant illam pacem, illud otium vlterius turbari, omnem potius occaſionem amoueant, qua quies illa interrumpatur. Si autem animaduertas, facile intelliges, id non ſine probabili ratione dici à nobis. Nam certè ab eo tempore, quo pulſa vanorum numinum ſuperſtitione, pacificè in ea parte *Eccleſia* regnare cœpit, omnis ille bellorum furor, quo per ſolida tria ſæcula vexata Eccleſia eſt, ita conticuit, vt amplius ne vox quidem audita, aut indicium viſum ſit, illius belli reparandi. Deletum ergo quidquid hoſtile erat: ac

Stabile Chriſti conſilium, ne vltra bellum Idololatriæ reſurgeret.

Excisa Gentilitatis ſylua ab ima radice, ne vltra germinaret.

Digitized by Google

Ergo Gentilitatis Sylua velut à radice reuulſa

Pullulare, vltra non potuit.

Vt infelicibus lignis exciſſis arbores frugiferæ ſuccederent.

Quæ læta fronde, ac vberi fructus fœlicitatem temporum teſtantur.

Sic cantatum ab Iſaia, Hieronymo teſte.

velut à radice reuulſa tanta illa infœlicium arborum, atque implicita ſylua, omnis vltra germinandi ſpes ſublata eſt; vt in eodem ſolo fœliciſſimæ arbores Chriſtianæ Fidei pangerentur. Impletum ſcilicet tunc, quod ſæpè à Prophetis magna voce cantatum: *Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram in viam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul; vt videant, ſciant & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc.* Iſa. 41. 18. 19. 20. Quæ de hoc ſtatu Eccleſiæ omnino intelligenda eſſe Hieronymus fidiſſimus teſtis eſt: *Vt in ariditate gentium inuenirentur fluenta virtutum: & in terra quondam deſerta, plenaque ſalſuginis cedrus, & cypariſſus, & aliæ arbores naſcerentur.*

Infelicium lignorum loco depactæ felices arbores.

Iſai. 41. 18.

Hieron. in Iſai.

IV.

Sed cur hic forma adiurationis omiſſa?

Habent illam 72. ſed abeſt à Fontibus.

An ab initio non poſita, an ſcriptorum vitio omiſſa?

Nō poſita ab initio, nec in omnibus Græcis codd. lecta.

Ex Ambroſio in neutram partem ſumi argumentū poteſt.

Prætermiſſionis cauſam quidam in ſtatum perfectiſſimum ſponſæ conijciunt.

Sed videtur ad tropologiā ſpectare.

Nec illi omnino auſi negare.

Et Martham admonitam a Chriſto ne ſororis otiū turbaret.

Quod mirè in hūc locum quadrat.

Illa huius loci propria quæſtio eſt, cur loco hoc ea obteſtationis pars omiſſa fuerit, *Per capreas ceruoſque camporum*, ſiue vt 72. reddidere: *In viribus, & virtutibus agri*, quæ duobus alijs locis poſita eſt, Cap. 2. 7. & 3. 5. Et quidem loco hoc apud 72. eadem leguntur verba. Sed nec Ambroſius legit: nec in Hæbreo fonte inueniuntur: nec vulgatus agnouit: nec vllus ex latinis, quem viderim. Reſtat, vt vel ab ſacro ſcriptore poſita hic non fuerint; vel temporum, & ſcriptorum vitio fuerint interciſſa. Nos prius illud longè probabilius arbitramur, cum originalia conſentiant; nec exiſtimamus olim in omnibus lecta Græcis codicibus, ſi verum eſt, quod vir doctus monuit horum nihil in Ambroſio legi. Sed ex Ambroſio duci in alterutram partem argumentum non poteſt, cum Pater ille perpetuo commentario librum hunc interpretatus non ſit, tametſi pleraque, prout ſe occaſio dabat, pertractarit. Supereſt cauſam exquiramus, cur ea verba prætermiſſa ſint. Vir doctus, apud quem vnum, quantum videre potuimus, rem hanc indicatam animaduertimus, in huius *Sponſæ* ſtatum, iam ſcilicet apicem caritatis aſſequutam reiecit, quo in ſtatu minus erat periculum, ne per interpellationes extrinſecas ab contemplationis quiete abſtraheretur inuita. Verum id eſt, ſed ad tropologiam magis pertinens, quod ne ille quidem auſus negare, hunc eundem ſenſum ex Ruperto tropologicum ſtatuens, exemploque Marthæ confirmās quæ operi obſequioque externo Chriſti intenta, à ſopore contemplationis Mariam abſtrahere illis vocibus conabatur. *Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet.* Cui contra Chriſtus: *ſollicita es, & turbaris erga plurima: porro vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit.* Quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *Ne ſuſcita, neque euigilare fac dilectam.*

Cur hic omiſſa ſolemnis adiuratio.

72. Lectio.

Ambroſius.

Ambroſius.

Adiurationis forma prætermiſſa, propter ſtatum perfectum ſponſæ, minus iam indigentis ea ſodalium cura.

Martham admonet Dominus ne ſororis quietem turbet.

Luca 10. 40.

V.

Nos aliter interpretamur.

Nam ſub ea pace nullus tum erat, qui ſæuire in fideles poſſet.

Nullus ergo imbelles damas amator inſequuturus erat.

Cur ergo eadem adiurationis forma ſeruaretur cauſa non erat.

Nam capreas ceruoſque fideles accipiendos diximus.

Ex quibus lucem infertis Iſaiæ verbis.

Nobis alio eundum eſt, qui hæc non de otio contemplationis, ſed de quiete, & pace poſt perſequutiones *Eccleſiæ* accipienda cenſuimus. Deſierat perſequutio, & omnis tyrannorum furor in obſequium mutatus, nulluſque iam erat qui in Chriſtianos vel gladio, vel igne ſæuiret. Nulla ergo iam fera erat, quæ dente vel vngue damas imbelles peteret, omnique luporum, leonumque, ac vrſorum rabie in amicam ſocietatem compoſita, periculum nullum erat, ne pacificæ animantes, quæ ante diſcrimina paſſa erant, vlterius ſubirent. Edicitur ergo Angelis, vt quietem otiumque, id eſt, pacem illam *Eccleſiæ* nec turbent ipſi, nec ab alijs patiantur turbari. Non autem additur obteſtatio *per capreas ceruoſque camporum*, quia pace iam Eccleſiæ reſtituta, ab ea ipſi cura otiabantur, qua in cuſtodiam ipſi fidelium, quantùm attinet ad perſequutionem gentilium vigilabant. Myſtico enim ſignificatu *Capreas ceruoſque* fideles accipiendos monuimus alio loco, malorum hominum ſemper perſecutionibus impetitos. Ideo cum de hac fœlicitate loqueretur Propheta dixit: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit; Vitulus & Vrſus paſcentur ſimul requieſcent catuli eorum, Vitulus & Leo ab ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorum, & Leo quaſi bos comedet paleas.* Iſa. 11. 6. 7.

Ideo adiuratio omittitur quia non vltra futuri Gentiles, qui pacem Eccleſiæ turbarent. Et imbelles fidelium damas perſequerentur.

Iſai. 11, 6. 7.

NOTATIO XIII.

DONEC IPSA VELIT.

I.

Huius loci ſenſus alijs indicatus.

Significatur Eccleſiam ab ea pace excitandam eſſe.

Non quod Gentilium perſequutio futura ſit.

Sed quod interiora bella moueda.

QVidquid *ad huius loci enodationem pertinet, locis* alijs indicatum eſt. Cap. 2. Not. 21. & Cap. 3. Not. 13 Hic ad præſentem *Eccleſiæ* ſtatum applicanda doctrina eſt. Sgnificari ergo exiſtimamus, aliquando *Eccleſiam* ab ea pace, ac otio excitandam: non quidem, quod iterum reditura diſcrimina eſſent, quæ paſſa ab Gentilibus fuerat: ſiquidem debellatum in ea parte iam fuerat, omnibuſque, vel deletis, vel ſub iugum miſſis hoſtibus, nihil vltra timendum ab ea parte erat: Ideo illa pax æterna cantata eſt a Prophetis, & varijs rerum figuris olim ſignificata, qua de re ſuperius non nulla ſunt dicta. Sed manebant alia pericula ab domeſticis diſſidijs, quibus ſequuturis

Prædicitur Eccleſia excitanda ab eo otio, propter futuros hæreſes.

Supra Not. 10.

Digitized by Google

A falſis fratribus, ſcilicet Hareticis.
Nam oportebat hæreſes eſſe.
Ea vis particula, donec.
Quieſcat nunc quidem.
Donec eam alia diſcrimina excitēt.
Per qua victrix coronetur.

quuturis temporibus exerceri *Eccleſiam* oportebat. S.D.E. *Nam, & oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis.* 1. Cor. 11. 19. Et: *Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exſurgent viri loquentes per uerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.* Act. 20. 29. 30. Ergo ea tempora deſignantur, & ad ea per otium, & quietem ab externis hoſtibus præparatur *Eccleſia.* Eam vim habere particulam illam, *donec*, arbitramur. *Otietur nunc quidem, ac quieta gaudeat pace, donec alia illam turbæ, alia diſcrimina excitent. Nam nec decet amplius otiari, & diutius pace frui, quam ad reſumendas vires neceſſarium eſt ad noua prælia. Dum enim in hac vita ad futuram illam, æternamque diſponitur, in acie eſt, vnoque perfunctam diſcrimine nouo ſemper exſpectant; vt pugnas pugnis addens, & victorias victorijs accumulans dignior ſemper fiat, quæ nouis donetur palmis, coroniſque ſtringatur.*

1. Cor. 11. 19.
Act. 20. 29. 30.

Senſus integer huius cōnatus.

II.

Id autem voluntati illius ſubijcitur.
Quia ſuæ conditionis conſcia.
Scit ſibi deeſſe nō poſſe hoſtes.
Ideo prompta, & alacris excitatur.
Quia nulla aduerſa animum illius mutabunt.
Quin omnibus obijcit pectus aduerſum.
Donec plena victoria potiatur.

Sed in eo ipſo, *donec ipſa velit*, aliquid aliud latet: nec enim ſine cauſa duratio ipſa quietis, & ſomni illius videtur ſubijci voluntati. Exiſtimamus autem id indicari, *Eccleſiam* quidem ſtatus ſui conſciam, vt pote quæ ſciat, dum hic versatur, deeſſe non poſſe ſibi, vel hoſtes, vel pugnas: ſemper in id intentam, vt parata habeat arma ad excipendas hoſtiles acies, ſiquidem impreſione facta virtutem ſuam laceſſant. Volens ergo excitatur à ſomno, quia prompta, & alacris ſuſceptura eſt noua bella, cum ingruerint: & mira alacritate, atque virtute obiectura pectus cœleſti armatum virtute aduerſus imminentem aduerſarum rerum vim. Excitabitur ergo volens, quia, quidquid aduerſa tempora minabuntur, nec animum illius, mentemque turbabit: nec ſpem illius infringet, aut virtutem laſſabit: alacris potius, & ſecura victoriæ acies inimicas non exſpectabit ſolum, ſed vltro laceſſet: ac fidiſſimis ſuorum agminibus ſtipata, errorum hæreſumque ſtragem late edet, donec toto de orbe male reſtitantes expellat, & in baratrum compellat ſuum, ſola vt regnat. Atque id eſſe putamus, *donec ipſa velit.*

Donec ipſa velit quieſcit Eccleſia, quia alacris excitada ad noua bella cum erroribus.

Status Eccleſiæ in acutis quietus prorſus eſſe non poteſt.

VERSVS V.

QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT DE DESERTO, DELICIIS AFFLVENS, INNIXA SVPER DILECTVM SVVM?

COMMENTARIVS.

VOCES *Angelorum ſunt ſpeciem tantam Eccleſiæ, non* admirantium modo, ſed etiam miris laudibus tollentium; ſed & felicitatem prædicantium. Continetur autem paucis verbis *Eccleſiæ* illius ſub eo ſtatu expreſſiſima imago, omni colorum varietate diſtinctas; id eſt, ab omnibus circunſtantijs petita. Primo quod è *deſerto*, loco inculto, & aſpero, & ſolitario veniat: quo ex vſu ſcripturæ ſignificatur *Gentilitas*, vndè ſcilicet ea *Eccleſia* fuerat congregata potiſſimum. Deindè habitus venientis deſcribitur, quaſi illius, quæ ex humili & abiecto loco in ſublimem *aſcendat*: quo indicari putamus tam non *Eccleſiæ* quidquam de priore ſpecie, ac gloria detractum per aduerſa perſequutionis, vt potius, & numero, & gloria, & dignitate creuerit. Præterea *delitijs*, non madida ſolem, ſed & *afluens* inducitur, vt ſignificetur omni prorſus mœrore triſtitiaque tranſacta, omnibus lætitiæ, ac voluptatis cauſis differta; vt nihil iam ſit, quod quidquā de illius gaudijs delibare poſſit, cui omnia ex voto obuenerint. Additur poſtremo, quod felicitatem omnem coronat, *Chriſti* conſortium, ac ſuauiſſimus conuictus, cui ita conſerta introducitur *Eccleſia*, vt non ſolum manus manibus, & brachia brachijs illigarit, vt ex duobus vnum quodam modo factum ſit, ſed omnino *caput* pectori *innixa*, quod, non ſummam modo coniunctionem, ſed & tenerrimam, ſuauiſſimamque, ac familiariſſimam, confidentiſſimamque ſignificat. Iure ergo eam Angeli omni ex

Digitized by Google

parte contemplantes admirantur : & tanquam hactenus á ſe viſam, interrogant: *Quæ eſt iſta ?* Sed eorum voces præſtat audire.

ENARRATIO.

QVantum ſpectaculum, quam non antea viſum, oculis noſtris obijcitur! Nam quamnam illam eſſe dicemus, in quam vnam omnium felicitatum cumulum videmus eſſe coniectum? Vidimus illam deſertis, horridiſque gentilitatis locis vagantem, & tunc quidem, ſi externam faciem contemplere, humilem deſpectamque; latebras. & antra quærentem, quibus atrocitatem perſequutionis declinaret: ac ne inibi quidem tuto latentem. Sæpè vexatam iniurijs, ſæpè notatam infamia, ſæpè fortunis euerſam, proprioque ſanguine cruentatam, filiorumque funera ſuper funera lugentem. Alia iam illi facies eſt, nec idem habitus. Præſtiterunt ergo illi diſcrimina ſecuritatem, cruciatus ſalutem, egeſtas opulentiam, interitus vitam, atque ipſa adeo infamia gloriam. Hoc honoris culmen eſt, hoc dignitatis. In deſcenſu ergo aſcenſum inuenit; & quidquid eam deprimere potuit, altius ſubuenit, cœloque proximam fecit. Hæc vna admirationis eſt cauſa, nec ſola. Nam qualibus eam delitiarum fluctibus redundare videmus? Meritum quidem tranſactarum anxietatum, mœrorumque præmium; ſed grande. Neque enim ſolum animum voluptates perfundunt & gaudia; ſed, quidquid viſcera recreat, in faciem refunditur, ſpectanteſque in conſortium vocat; vt & ſocietas ipſa gaudij gaudium cumulet, nouiſque auctibus hilaritas creſcat. Reſtat poſtremæ felicitatis conatus, Chriſti conſortium, & cariſſimi ſponſi per omnia caritatis indicia currens in eam affectus; & quidquid olim eo ſpectante, ac permittente angoris ſubitum eſt, effuſis indulgentiæ opibus prorſus detergens. Vitem videmus vlmo implicitam ſuæ, tamque nec furum rapaces manus, nec ventorum furores timentem, lætos ipſa tendit palmites, & virore frondium, & botrorum opulentia graues: vt quidquid pulchritudinis, quidquid vbertatis in ſe agnoſcit, vni acceptum ferat, cui omnia debet.

SVM. COM.

NOTATIO XIV.

QVÆ EST ISTA, QVÆ ASCENDIT DE DESERTO.

I. *Græca Lectio 72. candidata. Chriſtus candidus cui innocentia innata. Eccleſia e nigra in candidam mutata. Sed eius nunc appellationis exquirenda ratio erat. Qui ad baptiſmũ referunt, non apte faciunt. Cum olim baptiſmo intincta fuerit. Sed præſtat vulgato hærere, à quo melius expreſſi ſõtes.*

GRæci Patres, & de Latinis Ambroſius, alijq; ſequuti 72. Interpretum lectionem, ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη, *candidata*, ſeu *dealbata*, notant; cum de Chriſto Sermo eſſet dictum, *candidum*, quod candor illi innocentiæ, non aduentitius ſit, ſed natiuus; Eccleſiam *candidatam* hic, ſeu *dealbatam* dici, quod confeſſa ſe nigram olim, eiuſdem meritis candorem gratiæ participarit ab illo, cuius id proprium, vt non *candidus* modo ſit, *innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus*, ſed etiam candefaciens. Sic Theodoretus hoc loco. Id verum eſt: ſed cur hoc loco de ea *Eccleſiæ* gratia, quam diu antè participarat ab ſponſo, mentio facta ſit, id vero quærendum erat: neque eius rei ſecundum Theodoreti interpretandi ſeriem, reddi poſſe rationem idoneam arbitror. Philo Carpathius retulit ad baptiſmum, & ad *aſcenſum* de Sacro fonte. Sed diu eſt cum eo candore donata *Eccleſia* eſt; nec vlla cauſa, cur hic, tam ſero ſcilicet, & cum omnia ad exitum properent, baptiſmalis candoris mentio facta exiſtimetur. Vndè nata diuerſitas hæc lectionis, loco alio dictum à nobis eſt, indè petat lector. Et multo aptius redditas origines à vulgato Interprete. Huius ergo veſtigijs hæreamus, quoque ſenſu latini expoſitores accipienda hæc arbitretur, quantaque cum ratione examinemus.

August. tract. 65. in Ioan. & lib. de Grat. & lib. Arbitr. c. 6. & Ser. 1. de verb. Dom. Gregor. lib. 10. Mor. c. 36. Orig. Hom. 1. ex 2. Theodoretus. Hier. Epiſt. 22. ad Cuſt. Ambroſ. ſer. 14. in Pſal. 118. & lib 14. de Sacr. cap. 2. & lib de Iſaac cap. 8. & lib. de His, qui myſt. init. cap 7. Philo Carpathius. Com. Dramat. cap. 8. Notat. 13. Vulgari Lectio præſtabilior.

II. *Quidam ad multitudinem conuerſam caeſo Antichriſto, hæc referunt. Et fidelium admirationem ad nouũ ſpectaculum.*

Pergit Honorius hæc de reliquijs Synagogæ adductis ad Eccleſiam vltimis temporibus interpretari, ſeu potius de infidelium multitudine cæſo Antichriſto adiungendis Chriſto: Ergo admirationem reliquorum fidelium continere, lætaſq; quibus noui fratres excipiuntur, voces. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto? Quam glorioſa, & quanta laude digna eſt iſta, quæ de deſerto infidelitatis aſcendit per gradus virtutum ad Chriſtum!* Notat

Honorius. Aug. Concurſorũ poſt Antichriſti ne apparatus venientium ad Chriſtum.

Alludi autem ad ingreſſum Hebræorum in promiſſam terram.
Id poſtremum ſolerter animaduerſum.
Prius illud aliàs à nobis improbatũ.
Nam notæ omnes eius ſunt, quæ notitia in Christi caſtris non ſit.
Ideò Ambroſius hic cõnubiales blãditias agnouit.
Immo ſponſam ab ſponſo in thalamũ ductam cum tripudio, & pompa.
Eam ergo intelligẽ quæ ſummum caritatis attigerit.

Alluſio ad ingreſſum Populi Dei in promiſsã terram.

Quæ hic deſcribitur Eccleſia ſũmum connubialium gradum conſequuta.

Ambroſ. Mediol. lib. de Iſa. cap. 8.

Deductio ſponſæ ſolemnis, cũ tripudio, & apparatu nuptiali.

ſtat autem alluſionem hic contineri ad Dei populum, cum olim de Ægypto per deſertum, ducente prius Moſe, ac poſtea Ioſue, ad promiſſam hæreditatem abundantem aſcendit: Hoc omnino vere dictum, & huic loco aptum arbitramur: ſicuti & *deſerti* nomine infidelitatem intelligi: illud de Synagogæ reliquijs, quod alijs locis reiecimus. Nam & modus ipſe loquendi ſatis probat, agi hic de ea, quæ non notitia in Chriſti ſit amore: quales reliquiæ Synagogæ, ſeù infidelium, poſtremis temporibus, poſt deletum Antichriſtum, vocatæ ad Chriſtum, eſſe non poſſunt. Nam quod *aſcendentem* admirantur *de deſerto*, quod *delitijs affluentem*. quod *Dilecto innixam*, notæ certè illius ſunt, quæ apicem caritatis attigerit, digna tanto ſponſi fauore. Ideo monitum prudenter, & tempeſtiue ab Ambroſio, hic connubialis conſortij eſſe apparatum. *Ita ergo hæc, vel incumbebat in Chriſtum, vel ſupra ipſum ſe reclinabat, aut certè quoniam de nuptijs loquimur, iam quaſi tradita in dexteram, in thalamum ducebatur ab ſponſo. Et quia iam copula caritatis eſt, blanditur ei ſponſus.* Ergo hæc ſeu anima, ſeù *Eccleſia*, perfectionis apicem iam attigerat, & in ſummo caritatis verſabatur gradu, ne eam recens adductam ad *Chriſtum*, inter reliquas virgines, adhuc nuptias ambientes, & ætate teneras, arbitreris.

III.

Alij ad tropologiã declinarunt.
Quos in loco aliũ reijcimus.
Alij aliter interpretati ſunt.

Gregorius PP.
Anima per contemplationẽ de deſerto vitæ præſentis ad Deum aſcendens.
Bernardus.

Gregorius M. lib. 16. Mor. cap. 9. *Deſertum* vitam præſentem interpretatur, vndè vel *Eccleſia*, vel anima ad Deum per contemplationem *aſcendat*: idem indicat Comment. in hunc locum. Sed id ad tropologiam pertinet, de qua loco alio nos dicemus: hic de litterali ſenſu ſermo eſt. Qua etiam ratione Bernardum non ſequimur, hæc de progreſſibus animæ in ſpiritali vita interpretantem, quod præterquam quod tropologicum eſt, accommodatitium eſt. Cui hæc ſectari placeat, legat illum.

IV.

Alij extra tempus ad Incarnationẽ hæc referunt.
Et ad eam naturam quæ ſingulariter verbo vnita.
Sed ſero huius rei mentionem factã volunt.
Alij de Religioſa Eccleſia exponunt.
Deſertum religionem eſſe.
Sed ſi id velint, de deſerto aſcendere.
Erit Religionem obijcere.
Potius dicerent ſæculum deſertum eſſe
Vnde in religionẽ aſcenſio fiat.

Natura humana ad vnitatem aſſumpta ſuppoſiti diuini.

Deſertum religioſus ſtatus.

De recentioribus Interpretibus quidam hæc extra, & tempus, & locum ad Incarnationem trahunt, itaque ſermonem hic eſſe de natura humana ad vnitatem ſuppoſiti aſſumpta a verbo exiſtimant, quod tantum fuiſſe myſterium monent, vt admirationem mortalium conciuerit, exquirentium, quæ nam illa ſit natura quæ *Verbum* ſit merita ita ſociari ſibi, vt ei tanquam ſuppoſito niteretur. Sed hoc nec litterale eſt, nec aptè loco hoc dicitur, ſero ſcilicet nimis, maximè ex eorum authorum ſententia, qui ſuperius non vno loco incarnationem agnouere. Alij quidam hæc pergunt de Religioſa Eccleſia interpretari, quod vt veriſimiliter videatur dictum, multa coguntur dicere, quæ alijs eorum dictis non ad modum quadrant. *Deſertum* hic religioſum ſtatum interpretantur. *Sæculum enim*, inquiunt, *relinquere, nihil aliud eſſe videtur, quam ſolitudinem petere.* Et vero inter rem, & rem ſimilitudinem aliquam eſſe haud inficior; ſed id ſatis minimè eſt ad hunc enodandum locum: nam ſi religioſus ſtatus *deſertum* eſt, cum *de deſerto aſcendere* dicitur ſponſa, de religioſo ſtatu egredietur, quod nemo puto concedet. Nam cum *aſcendere* dicitur, ſtatim intelligitur *deſertum* relinquere, & alio commigrare, delitijs fruitura cum ſponſo. Potius ergo ſi quid dicendum erat, dicere oportebat ſæculum quidem deſertum eſſe, nec ſine magna ratione diceretur; indè autem religioſam *Eccleſiam* commigrare, ſæculo relicto ſcilicet, vt *Chriſti* conſortio, ac delitijs potiretur.

V.

Hæreamus cœptis.
Deſertum myſticè eſt Gentilitas.
Id intelliges ex vſu ſcripturæ.
Et veterum authoritate PP.
Qui in vnã ſententiam concurrere.
Redeuntem ergo de Gentilitatis expeditione.
Angeli admirãtur Eccleſiam.
Et collatis in vnũ laudibus celebrãt.
Qui ſenſus bonos authores habet patronos.
Quanquã in quibuſdã varient.
Nam quidam voces voluit eſſe ſynagogæ.

Deſertum Gentilitas.

Iſai. 35. 1.
Et, 41. 19.
Pſal. 28. 8.
Et, 45. 13.
Ioel 2. 22.
Apoc. 12. 6.
Origenes.
Baſilius.
Hieronymus.
Hilarius.
Gregorius M.
Clem. Alexan.
Iſichius.

Eccleſia redux de Gentilitatis victoria laudatur ab Angelis.

Caſſiodorus.
Beda.
Rupertus.
Anſelmus.
Angelomus.
Iſai. 60. 15.

Sed ſequamur ſemitam, quam ſemel ingreſſi ſumus, eaq; nos in verum ſenſum deducet. *Deſertum*, cum non propriè ſolitudinem, locumque ſolum montoſumque, minimeque hominibus inhabitatum, deſignat, pro Gentilitate poni in ſacris litteris multa confirmant. *Lætabitur deſerta, & inuia; & exſultabit ſolitudo.* *Iſa.* 35. 1. Et: *Ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum.* Iſa. 41. 19. ſic Pſal. 28. 8. 65. 13. Ioel. 2. 22. Apoc. 12. 6. & locis alijs paſſim. Sic intellexère Orig. Hom. 2. in Iol. & Hom. 6. in Ierem. & Hom. 21. in Lucam. Baſil. in Pſal. 28. Hieron. in Cap. Iſa. 51. Hilar. in Pſal. 54. Grego. lib. 16. Mor. Hom. 20. & 21. Clem. Alex. Adhort. ad Gentes. Iſich. Leuit. 25. *Aſcendentem* ergo loco hoco *Eccleſiam de deſerto gentilitatis* interpretemur, vt poſtquam debellato idolatriæ regno excisoque vanæ ſuperſtitionis imperio reducem ſe *Chriſto* ſiſtit, eius gloriam Angeli admirentur. Continebunt ergo hæc ſuperiorum laudum velut ſummam, & orationis epilogum: quidquid enim longa ſatis laudatione diffuſum eſt, paucis his verbis continetur. Nec alienum id eſt ab Interpretum grauium ſenſu, qui loco hoc per *deſertum* infidelitatem interpretantur, *aſcendentem* autem ex eo *Eccleſiam* per virtutum ac meritorum gradus. Sic Caſſiodorus, Beda, Rupertus, Anſelmus, alij. Angelomus autem ad Gentilitatem nobiſcum arctat, quanquam in eo differt quod voces eſſe putat non Angelorum, ſed omnino Synagogæ, vel Prophetarum. *Vox*, inquit, *Synagogæ, vel Prophetæ admirantis, quomodo Eccleſia de deſerto Gentilitatis in ſponſi ſubito amplexus aſcendiſſet: cui per prophetam dicitur. Pro eo, quod fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem, & generationem.* Iſai. 60. 15. Et fuerat quidem illa ad id temporis grauiſſime à multis vexata, & omnium ore traducta, actaque ſæpè ad tribunalia, velut turpiſſimæ ſuperſti-

Admirantis Eccleſia de Gentibus fœlicitatem. *Multa quidem paſſa fuerat.*

Digitized by Google

Et velut multorũ ſcelerum comperta, damnata.
Sed tandem luce veritatis illata.
Pro ea agnita, quæ verè erat.

ſuperſtitionis rea, infandiſque ſceleribus contaminata, odioque mortalium digniſſima, velut communium orbis malorum, cladiumque ea, & caput, & origo eſſet. At poſtquam reddita pace, dies ſerenus felicitatis illuxit, deterſa oculorum caligine, ea apparuit orbi, quæ vere erat. Tunc Sanctitatis illius eximia reſplenduit ſpecies, ſplendorque virtutum enituit, mortaliumque perculit lumina, vt admirationem afferret. Hanc ergo illius ſpeciem Angeli nunc mirantes inducuntur.

Eccleſia e miſerrima conditione in ſummũ euecta gloriæ.

VI.

Aſcendens autem inducitur.
Quia per aduerſa illius gloria creuit.
Quæ illius fœlicitas olim ab Iſaia cantata.
Cuius pauca verba pendenda.
Primo miſeram illius conditionem dolet.
Quod deſpecta, ac velut morti deſtinata.
Immo, & calamitatibus multis preſſa.
Totius orbis exſulet, & peregrina.
Omnium mortaliũ ore traducta.
Mox commutata omnia gratulatur.
Et in ſummũ gloriæ euectam.
Vt gloriari ſæcula de parta per eam fœlicitate poſſint.
Per hos gradus Eccleſia euecta in ſummum eſt.
Et aduerſitates illi gloriã peperere.
Vt ſi per naufragia nauis inueheretur in portum.

Cæterum in *aſcendendi* verbo latet altior ſenſus, quod & quidam de veteribus obſeruarunt. Tam non quidquam de illius ſpecie, boniſque detractum tantis odijs gentilium, ac Imperatorum ſæuiſſimis legibus, vt potius indè noua gloria aucta ſit. Hoc vero tantum eſt, vt nulla poſſit oratione ſatis expendi: Et fuere de veteribus multi, qui in hoc argumento tractando verſati per otium nec ſine laude ſunt. Quin id olim ab Iſaia cantatum eſt non vno loco; ſed ſi legeris totum caput ſexageſſimum haud alio ad enodandum hunc locum commentario egebis. Sed pauca, quæ ad hanc per aduerſa exaltationem ſpectant, omitti non decet. *Pro eo, quod fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret.* En deſpectam, deſertam, odijſque mortalium petitam, ac furore gentilium diuexatam. Eſt quod in perſona ſua de cæteris dicebat Paulus. *Puto quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit tanquam morti deſtinatos, quia ſpectaculum facti ſumus mundo & Angelis, & hominibus.* Velut ijs ſolet contingere, qui in Amphitheatro depugnãt ad feras, promiſcuo populo ſpectaculũ de ſe facturi. *Vſq; in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cedimur, & inſtabiles ſumus.* Vno loco non poſſumus conſiſtere, ſed vrbibus oppidiſque pulſi, atq; à mortalium excluſi conſortio, totum per orbem per incertas ſedes, omnis patriæ peregrini, & orbis totius exſules, vagare compellimur. *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus; tanquam purgamenta* (eiectamenta, & ſordes, quas quiſque domo eijcit, & in ſterquilinium conijcit) *huius mundi facti ſumus, omnium per ipſema vſque adhuc.* 1. Cor. 4. 9. 11. 12. 13. 14. Pergit Iſaias, & mutatam *Eccleſiæ* ſortem canit, atque ad menſuram infelicitatis primæ ſequentem gloriam. *Ponam te in ſuperbiam ſæculorum.* LEGAON HOLAM. In celſitudinem, in gloriam ſæculi, *gaudium in generationem, & generationem. Ieuantarete alo mas alto yencumbrado de los ſiglos.* Quo hominum lumina vix contuendo pertingant. En myſticos hoſce aſcenſus *Eccleſia* de Gentilitatis deſerto: cui ſcilicet de aduerſa infelicitate ſcalæ ad aſcendendum ad fœlicitatis, gloriæque celſitudinem factæ ſint. Hæ ſcilicet Dei ſolius ſunt artes; hæ Diuinæ prouidentiæ rationes, minimè ab hominibus intellectæ: vt mirum ſit eadem procella commotis fluctibus, alijs naufragia parari, extremamque infelicitatem adeſſe; omnino vt in interitum irato ſorbeantur mari; alijs vi tempeſtatum abreptis, fauentibuſque pelagi furoribus, nouas inſulas terraſque oſtendi, vndè, theſauris graues, & gemmis, reuehantur in patriam inuidendis opibus opulenti.

Eccleſia perſequutione tàm non damnum paſſa, vt potius in maius ſublenata ſit.

Iſai. 60. 15. Locus Iſaiæ de hoc ſtatu Eccleſiæ expenſus. *1. Cor. 4. 9.* Et alius Pauli.

Superbia ſæculorum quid ſignificet.

Eccleſiæ e calamitatibus factæ ad gloriã ſcalæ.

Simile.

VII.

Id mirantur ſcilicet Angeli.
Sed multo magis etiam ſæculi gloriam per eam creuiſſe.
Vt quæ prius habita infœlicitatis publicæ cauſa.
Mox calamitatis omnis depulſtrix habeatur.
Nouus ergo viſus orbis ſplendor.
Et reddita rebus facie ſua, illuxit veritas.
Et fœlicitati publicæ litatum eſt.

Et eſt id quidem admirandum in *Eccleſia*, de proxima clade ſeruatam in magnam ſortem, ac de ruina pene certa ſurrexiſſe, cœloque proximas ſplenduiſſe illius arces: ſed multo maius, quod eadem illa Iſaiæ verba, ſi attentius expendantur, indicant. Quidquid illi celſitatis, ac ſplendoris datum, ac gloriæ, poſt tranſactam infelicitatem, fuit, ſæculi eiuſdem datum in celſitudinem, gloriamque: vt qui paulo antè fideles publicarum calamitatum, odijque publici victimæ mactabantur, opprobriumque ſæculi habebantur, iidem poſtea haberentur publicarum calamitatum depulſores, ciuitatum decora, rerum communium ſeruatores, omniſque ſecundioris fortunæ aduocatores. Sæculi ergo gloria per *Eccleſiam* creuit; & quidquid antè magnorum hominum pace, belloque edita præclara facinora ſplendoris conciliauere, ad nouam *Eccleſiæ* exortam lucem euanuit; quemadmodum adueniente die ſydera moriuntur. Nouus ergo viſus orbis, nouaque luce reſplendere dies: redditaque rebus facie ſua, id debere ſe faſſæ ſunt fœlicitati Chriſtianæ, vt tales hominibus apparerent, quales natura ſua fuiſſent. Publicæ ergo ſaluti, ac communi felicitate litatum eſt, & quidquid ſplendorem, & gloriam auxit *Eccleſia*, orbem beauit.

Quidquid poſt calamitates datum Eccleſiæ gloriæ eſt in ſæculi datum celſitudinem.

NOTATIO XV.

DELITIIS AFLVENS.

I.

Virtutibus abundans Eccleſia.
Quarum nota delitijs affluere.

Delitijs *affluentem interpretantur quidam Virtutibus abundantem*; Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, Alij. Quidam *gratijs doniſque ſpiritus Sancti redundantem.* Vtrumque verum quantum ad ſententiam eſt: Is enim character virtutis, donorumque cœleſtium eſt, vt veris delitiarum fluctibus animum poſſidentis non repleant modo, ſed inun-

Honorius. Caſſiodorus. Beda. Anſelmus. Angelomus. Rupertus.

Digitized by Google

Quæ bona conſcientia gaudia ſunt.

Quibus ſecuritas comes, ſine timore.

Aut ſcripturarũ dulce pabulum.

Sic Honorius, & alij quidam.

Sed maius quiddam his verbis innuitur.

Paci ſecuritas comes.

Prou. 15. 15.

Ab ſcripturarũ intelligentia delitiæ.

inundent, vt ex animi receſſibus in ſenſus, & exteriorem corporis habitum refundantur: nec maiora ſunt cuiquam aliunde, quam à bona conſcientia gaudia. Hinc enim animi ſecuritas illa, ſine qua gaudium nullum eſt, nam ſi voluptatem timor titillet, non ea voluptas, ſed ſupplicium eſt. S. D. E. *Secura mens quaſi iuge conuiuium*. Prou. 15. 15. ſed loco hoc parum id eſſe ad verborum vim exiſtimamus, quo aliquid innuitur propriè ad hunc ſtatum *Eccleſiæ* ſpectans. Addit Honorius, & qaidam alij illum ſequuti, *delitijs affluere*, quia ſpiritalibus ſcripturarum delitijs, ac intelligentia myſtica rerum diuinarum abundanter cumulata, epulis illis cæleſtibus paſcebatur. Et id etiam verum eſt, ſed aliquid aliud eſſe, quod hic dicitur exiſtimamus. Semper enim *Eccleſia* eiuſmodi *delitijs* abundauit, ex quo docta à Chriſto, ſenſuque donata, vt ſcripturas intelligeret: nec vlla apparet cauſa, cur hoc maximè loco ijs afluens delitijs prædicetur, vt & admirationem concitet Angelorum.

II.

Alij ad gaudia referunt Eccleſiæ pacifice fruentis Chriſto.

Etiam in publico, & probantibus multis.

Qui pacis illius potiſſimus fructus.

Etiam ab Iſaia cantatus.

Eccleſiæ gaudiũ pacificè fruentis Chriſto.

Iſai. 60. 3. 4. 5.

Vir doctus, qui in hac interpretandi ratione nobis præiuit, delitias haſce refert ad libertatem, & gaudia, quibus ſe ſentiebat *Eccleſia* perfundi, cum ſe videret publicè, & palam poſſe cum *Chriſto* verſari, non vt antea furtim, in ſoliſque, & ſecretis locis, montiumque & ſyluarum receſſibus; ſed omnibus inſpectantibus, probantibusque: cum coacta in templis fidelium multitudine hymnis, & cantibus omnia perſonarent; augente rei celebritatem miniſtrorum cultu ſacro, & apparatu ad myſteria celebranda. Ea ſcilicet magna cauſa gaudiorum; paciſque, qua fruebatur *Eccleſia*, vel potiſſimus fructus. Id intelliges ex Iſaia, qui poſtquam de Gentium ad *Eccleſiam* migratione dixiſſet: *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui: Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi: Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent:* De affluentia hac deliciarum addidit: *Tunc videbis & afflues; mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi*. Iſai. 60. 3. 4. 5. Tanta ſcilicet res Gentium in *Eccleſiam* tranſmigratio fuit, vt poſtquam geſtu fuiſſet, eidem illi *Eccleſiæ*, cui executio commiſſa felicibus auſpicijs fuerat, admirationi, ac ſtupori fuerit, *affluendi* enim vocabulum, ſi originalia conſulas, ab aquarum, ac fluuiorum decurſu, cum pronis aquis feruntur, mutuatum conſtat. *Spectabis ergo, vixque oculis tuis credes cum tantum facinus tuis ipſius manibus, ſed Dei auxilijs, confectum videris: ſed vincet admirationem exſultatio & gaudium, quod tantum erit, vt fluuios imitetur, cum plenis alueis prono curſu feruntur in mare, fluctus ſuper fluctus accumulantes*. Vides, vt verbum verbo conſentiat, & *affluentiam delitiarum*, & gaudiorum *Eccleſiæ* magnitudinem, poſt deletam Idololatriam, & prius à Solomone inductam in ſcenam; & poſtea ab Iſaia cantatam. Addit autem: *tunc mirabitur ac dilatabitur cor tuum:* quod tametſi tantundem eſt, quam quod alijs verbis dixerat, tamen in *dilatandi* verbo gaudij ipſa magnitudo alia forma ſermonis oſtenditur: tanta enim futura indicatur, vt communes illi pectoris ſinus anguſti ſint, adeoque opus futurum ſit, vt ſpacia ipſa viſcerum *dilatentur*, tantæ lætitiæ capiendæ. Aut certè ea voce natura veri gaudij deſcribitur, cuius id proprium eſt, vt ſinus *dilatet* cordis, animumque anguſtijs pectoris vix cohibitum, laxatis ſpacijs, *dilatatiſque*, aut certè diruptis cancellis, laxius habitare permittat. *Mirabitur certè cor tuum, cum ſe ſenſerit inſolito, grandique perfundi gaudio, ex tanta, quæ te inundabit, felicitate; & quanquam lætitiæ pelagus inundabit, vt nulla illi ſpacia videantur ſatis; tamen eadem illa gaudij vis pectoris anguſtias dilatabit, ne quid de tanta voluptate depereat*.

Et mira delitiarũ affluentia.

Qualis aquarum ſolet eſſe, quibus flumina magna redundant.

Donec præcipiti curſu in mare mergantur.

Id ab Iſaia iam ante cantatum.

Et dilatatione cordis indicatum.

Qui veri gaudij effectus proprius eſt.

Quo inundante pectus animi ſpatia dilatantur.

Gentium cõuerſio, etiam Eccleſiæ admirationẽ adtulit.

Delitiarum ſpiritualium affluentia plenis fluminibus comparata.

Cordis dilatatiõ proprius lætitiæ effectus.

III.

Sed hæ delitiæ non quæcumq; ſed coniugales intelligendæ ſunt.

Cum ſacra nuptialia publicè celebrantur.

Quæ alio loco cordis lætitia dicta eſt.

Nec alius habitus hic Eccleſia deſcribitur, innitentis in dilectũ, dum nuptialis pompa ducitur.

Ambroſius.

Affluentia gaudiorum ad ſacra nuptialia pertinet, & publicam ſponſæ traductionem.

Cant. 3. 11.

Atque id totum vere & aptè adhunc locum dictum ſit, ſed monui ex Ambroſio, has delitias non quaſcumque, ſed connubiales eſſe, quas ſcilicet ſponſus ſponſæ faciat, & contrà, poſtquam licuit conuiuere, ſeſeque publicè, & palam pro coniugibus gerere. Pertinebunt ergo hæc ad connubij ſacra, atque ſolemnia nuptialia, quæ cum peraguntur, tunc vera gaudia maritos inebriant. Hanc ſuperius Capite 3. 11. vocant Sionides Virgines *cordis lætitiam*. *In die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*. Quæ periphraſis eſt, ingentis lætitiæ, quaque nulla maior eſſe poſſit. Nec enim ſine cauſa hic *Eccleſia* inducitur & de *deſerto* progreſſa, & *Dilecto ſuo innexa*, qui omnino habitus illius eſt, qui vxorem domum traducturus, cum pompa deducitur. Has ergo intelligemus *Eccleſiæ delicias*, quas illi ſcilicet *Chriſti* conſortium, & ſecurus conuictus omnium in oculis facit: quæ ſuper alias accumulata, magna cauſa, immo & potiſſima gaudiorum rite exiſtimatur.

NOTA.

NOTATIO XVI.

SVM. COM.

INNIXA SVPER DILECTVM SVVM.

I.

Quidam innixã interpretantur, ſibi minimè fidentem.

Id ex parte probabile eſt & multis placuit de veteribus.

Alij ad Dei protectionem referũt.

Qua ſactumuſ in ſua illa ſpecie ſecura gauderet.

Et manu duceretur ad ſponſum.

Omnia veram doctrinam continent, ſed communia ſunt omni ſtatui.

Cum hoc loco ſingulare quidpiam indicari videtur, proprium huius ſtatus.

SVper *Dilectum innixam plerique interpretantur*, *minimè* de ſe quidquam, aut de ſuis fidentem viribus, ſed Chriſti gratiæ omnia tribuentem, quæ minimè ignoraret, neminem *aſcendere de deſerto* poſſe, niſi ſubnixum eius fauore, & auxilio, nec in cœlum, niſi eodem deducente, conſcendere. Id veram doctrinam continet, & quanquam in tropologiam inclinat, quadam ex parte probatum à nobis in Commentario eſt. Sic interpretantur fermè Bernar. ſerm. 86. in Cant. Richar Victor. lib. 9. de Contemp. cap. 6: Honor. Auguſt. hoc loco, & Angelom. Aliter aliquantum Iuſtus Vrgel. id retulit ad ſingularẽ Dei de ſua *Eccleſia* protectionem, qua ſemper illi adſtat, nec permittit quidquam damni ab aduerſis rebus, aut inimicis inferri. S. D. E. *Ego feci, ego feram, ego portabo, & ſaluabo.* Iſa. 46. 4. Quemadmodum etiam fermè Philo Carpath. qui *confirmatam in fratre ſuo* (ſic enim legit) explicat: *Quæ Chriſtum immobile fundamentum ſuæ ſpeciei, & decoris habet, quem fratrem iam ſæpè vocatas, & tuto.* Theodoretus autem paulo aliter, quanquam ſenſus fermè eſt eidem: *ab ipſo rectam, & quaſi manu ductam ad Dilectum ſuum euntem per firmam in ipſum fidem.* Omnibus hiſce ſententijs illud commune eſt, quod veram quidem doctrinam contineant; ſed obeſt, quod nimis id commune ſit, & ſub omni ſtatu datum Eccleſiæ, quocumque enim ſub ſtatu eam conſideres, id habuit, vt & de fide firma Deo hæſerit, & velut manu ducta ab ſponſo ſit, quo ad illi perfecta vniretur caritate; & ſuæ tenuitatis conſcia quidquid in ſe boni agnoſceret eodem refundere ſolita, vnde accepiſſet, ſuis minimè cõfiſa viribus. Semper ſponſum habuit protectorem, ac ſuæ imbecillitatis fulcrum, ac ſpeciei omnis myſticæ fundamentum. Hoc autem loco forma loquendi ipſa aliquid videtur innuere, quod huius ſtatus ſit proprium, nec antea datum ſit illi. Id ergo quærendum eſt.

Bernardus. Richar. Victor. Honorius. Angelomus. Iuſtus Vrgel.

Iſai 46. 4. Philo Carpath.

Dei protectionis ſymbolum. *Theodoretus.*

Eccleſia ſub omni ſtatu fide firma in Deum, vnique fidens.

Semper habuit Deum protectorem, ac fulcrum.

II.

Ad monachatum ſunt, qui referant, tunc inchoatum.

Tunc e deſerto factum paradiſũ.

Et affluentiã conſolationũ animos inundaſſe.

Id eſſe ſuper dilectum inniti ſponſam

Sed is ſenſus princeps non eſt.

Doctus de recentioribus interpres, qui hæc ipſa ad hunc Eccleſiæ ſtatum, quem nos deſignamus, ad Monachatum ſub ea tempora maximè vigentem, eiuſque vitæ generis perfectionem hæc refert. Fuiſſe quidem ſub omni ætate *Eccleſia* nonnullos ſpirituales viros, ac contemplationis laude præſtantes, ſed longe plurimos ſub ea tẽpora, cum reddita *Eccleſia* pace licuit ea pietatis munera liberius excolere, tunc deſertum abijſſe in paradiſum, quemadmodum olim cantatum ab Iſaia fuerat: *Ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem quaſi Hortum Domini Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.* Iſa. 51. 3. Tunc eam *deliciarum affluentiam* contigiſſe, propter immenſam conſolationem cœleſtium, quam abundabant, affluentiam; tunc *Eccleſiam ſuper Dilectum innixam*, quia ne ad momentum quidem temporis patiebantur viri illi prope diuini auelli ſe ab eo, à quo in eos redundabat ea cœleſtis dulcedinis abundantia. Id autem ego, vel tropologicum eſſe, vel accommodatitium arbitror; ſaltem hunc ſenſum primarium non eſſe; hunc enim de Eccleſia, vt vnũ eſt corpus myſticum, vnaque Chriſti ſponſa, eſſe exiſtimamus, non de illa ſecundum vnam aliquam partem; quod ſæpè monitum à nobis eſt.

Monachatus initia, & illius ſtatus vnio cũ Deo.

Iſai. 51. 3. Deſerta verſa in amœniſſimos hortos per Monachos.

III.

Pertinent ergo hæc ad ſacra nuptialia.

Et ad deductionẽ ſponſæ ſolemnem.

Et ad conuictum liberum maritorũ.

Cum non ſolum conſertis manibus, ſed pectori innixa deſcribatur.

Quo ſumma coniunctio ſignificatur.

Quo ſumma coniunctio ſignificatur.

Quale officiũ Aſſueri verſus Eſther.

Eſt enim is habitus tenere amantis, & ſollicitè de amatæ ſalute.

Ambroſij ergo hæreamus veſtigijs, qui acri oculo obſeruauit hæc ad connubialia ſacra pertinere, habitumque deſcribi *Sponſæ* dum deduceretur ab *Sponſo* cum ſolemni pompa in domum. *Ita ergo & hæc vel incumbebat in Chriſtum, vel ſupra ipſum ſe reclinabat: aut certe, quoniam de nuptijs loquimur, iam quaſi tradita in dexteram, in thalamum ducebatur ab ſponſo.* Pertinere ergo hæc dicemus ad arctiſſimum Chriſti cum ſponſa Eccleſia conſortium, atque conuictum, cui iam liceat publicè, & palam illum, & illigare complexu arctiſſimæ caritatis, & eiuſdem amoris indicibus externis officijs percolere, quin vllus ſit qui ſuccenſeat, aut audeat impedire. Iactat ergo amorem ſuum; eoque deductum gaudet, quo per tot diſcrimina rerum, ac euentuum varietates properauit. Nam quod non ſolum manibus conſertis, aut brachijs *Chriſto* hærere inducitur, ſed omnino ſuper illius *Innixa* pectus, non modo ſummam indicat coniunctionem, qualis alias ſignificata eſt; ſed & tenerrimam, ac ſuauiſſimam. Exemplum habes in Eſthera & Aſſuero: *Feſtinus, ac metuens exiliuit de ſolio, & ſuſtentans eam vlnis ſuis donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur. Quid habes Eſther? ego ſum frater tuus, noli metuere.* Eſth. 17. 22. Quem Regis aſpectus terribilis metum fecerat, ſolutior vultus ſuſtulit; imbecillitatemque propè exanimatæ brachiorum fauor erexit. Nec pronus in illius amorem Regis animus, & ab amore mutatus, perſonam retinere ſuſtinuit, quin, mutata facie, ſe virum, amantemque monſtraret. Eſt ergo is habitus

Ambr. lib. de Iſa. cap. 8.

Nixus hic in pectus ad conuictum maritale ponitur.

Aſſueri factum ex grandi, ac tenero amore. *Eſth. 15. 11. 12.*

Digitized by Google

ſed maius eſt quid dam ſi ſponſa in pectus inſiliat, quam ſi excipiatur.

Suo ſcilicet vſu iure quã maritale nomen facit.

Inſilire in ſponſi pectus, ius vxorum tantum eſt.

verè, ac tenerè amantis, eoque affectu peruulſi, cui omnis alius cedit affectus. Sed magni intereſt, an *Sponſa Sponſi* brachijs excipiatur ipſa; an contra maritali licentia in amatũ ſinũ ipſa inſiliat: alterum enim illud amorem commendat viri, blandientis vxori, quod totum fauor illius eſt: alterum in vxore amandi ſecuritatem, tutamque confidentiam, cum illa ſcilicet ea licentia quam caritatis ſecuritas facit, in amatum pectus collum inclinat, non a timore concepto reuocanda, non fatiſcentibus viribus ſuſtentanda; ſed ſuo iure vſura: haud verita ne durum eum, ſeuerumque experiatur Regem, quem *Sponſum* agnoſcit, non blandum modo, ſed ſibi morigerum, paratumque nihil eorum omittere, quo ea caritatis facilitas exprimatur.

IV.

Prius autem non id omne licuit Eccleſia. Quam perſecutionibus premi ſinebat. Non ergo tunc delitijs affluebat. Nec licebat illius inniti pectori. Quo ad laboribus, probata digna inueniretur. Huc Iſaias reſpexiſſe viſus. Hãc ſponſi indulgentiam in ſponsã deſcribens. Et ſtabilem fælicitatem. Quantum attinet ad pugnas cũ idololatria. Quæ vixus ſuper collum indicatur.

Chriſtus non ſẽper Eccleſiã per exteriora ſigna ſic voluit.

Chriſtus cur ſpõſus ſanguinis in typo dictus,

Iſai 40.16. 19. Eccleſiæ poſt bella cum Gentiliſmo fælicitas ſtabilis.

Nixus ſuper collum pacis ſecuritas, & duratio.

Et fuit quidem cum *Eccleſiam Chriſtus* & ſi impenſe amaret, nondum per exteriora officia ſic coleret, vt cum amore amandi illam indulgentiam coniungeret. Perſequutione longa exercitam durius quidem videbatur habere; qui cum poſſet vel nutu tempeſtatem omnem procellamque componere, cupitamque pacem reddere, velut otioſus tamen ſpectator, ac tanquam ad ſe minimè illius diſcrimina pertinerent, eam duris, aſperiſque vexari permitteret. Tam non ergo tunc *Delitijs affluebat*, vt potius angoribus, ac doloribus abundaret, ſponſumque ſanguinum videretur habere, cui ſcilicet non niſi multo filiorum ſanguine placere daretur. Non ergo tunc licebat illius inniti pectori, non laſum inclinare caput, non fauorem hunc oculis aſpectabilem experiri. Quoad diu probatam, inuentamque dignam ſuo complexu, vltro inuitauit, & teſte cœlo, & terra, ſed & mirantibus, accedendi ad ſe libertatem fecit, & in amatum pectus incumbendi. Huc aduocare Iſaiam licet, qui poſtquam de fœlicitate *Eccleſiæ*, poſt vocatas ad Euangelium Gentes multa dixiſſet, addidit: *Scies quia ego Dominus ſaluans te, & Redemptor tuus fortis Iacob.* Cap. 60. 16. & mox: *Non erit tibi amplius ſol* (qui & oriri poſſit & occidere) *ad lucendum per diem; nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui.* Ibid. ver. 19; 20. Quæ certè omnia ſtabilem, ac firmam *Eccleſiæ* fœlicitatem ſignificant, non vltra ſecundarum aduerſarumque rerum varietate mutandum, quantum attinet ad præteritos Gentilicæ perſequutionis labores. Vnum futurum diem nulla nocte pellendum, nullis nubibus fuſcandum. Id autem bonum vnum illum habiturum authorem, qui ſua luce perſequutionis horridas tenebras diſpuliſſet; atque, in ſuam Eccleſiam facilis, & benignus, libertatem feciſſet & in complexum dulciſſimi *Sponſi* currere, & in illius ſinum, & collum laſſum caput inclinare. Nam & hanc felicitatis ſtabilitatem habitu ipſo *Innitentis ſuper ſponſum Chriſtum Eccleſiæ* ſymbolicè ſignificari putamus.

EX VERSV V.

SVB ARBORE MALO SVSCITAVI TE: IBI CORRVPTA EST MATER TVA, IBI VIOLATA EST GENITRIX TVA.

COMMENTARIVS.

COnſtituta *Pace, ac tanta bellorum cum Idololatria* cura perfuncta *Eccleſia*, conuertitur ad pacis artes, ſacramque adminiſtrationem parti imperij. Eo pertinent, quæ ſequuntur ad Cantici vſque finem, loco hoc, ac duobus proximis verſibus præcepta continentur connubialia, ac neceſſariæ cautiones, quibus *Eccleſia* pacificè *Chriſto* gaudens inſtituitur. Hic illius initia reuocantur in memoriam ei extollendæ ſcilicet miræ in illam Dei benignitati. Semper enim *Eccleſia* excitatur à Deo, & ad humilitatem ſanctumque timorem inſtituitur, qui tunc maximè neceſſarius eſt, cum præter meritum illius fauore euehimur ad maiora. *Matrem* autem intelligimus *humanam* ipſam *naturam* in primis parentibus lapſam *Sub Arbore* ſcientiæ boni, ac mali, cuius è fructu cum protoplaſti guſtaſſent mortem ſibi & poſteris conciuere. Ea *Eccleſiam* ſub naturæ lege *peperiſſe* dicitur, quia vnus ſtatus proximè fuit ex alio, atque ex ſordeſcente adhuc á primo ſcelere natura *Eccleſia* excitata eſt, reparante Deo gratia fauoris ſui quidquid priore culpa ceciderat. Magni autem intereſt

 memi,

meminiſſe eius originis, quæ humilitate ſua, & ſordibus tibi ruborem poſſit incutere, atque ora ſuffundere, vt ad humilitatem, modeſtiam, gratitudinem, ſanctumque timorem inſtituaris, qui cuſtos omnis eſt boni, tutorque virtutum: Sed has ex *Chriſti* ore vtilisſimas præceptiones audiamus.

ENARRATIO.

Quam ad ſtatus celſitatem mei fauoris gratia ſis euecta, contemplare, Sed memento ingentis felicitatis gaudia ſæpè ſuperbia corrumpi, ſæpè ingratitudine maculari. Sic ergo præſenti felicitate fruere, vt prætеritæ tua abiectionis, infelicitatiſque memineris. Sic modeſtia cogitatus ingentes temperabit, gratitudo autem maioribus dignam efficiet. Recogita ætatis crepundia, & à quibus initijs immerens vexeris in hos fines. Matrem habuiſti humanam ipſam naturam, diuino quidem ſatam ſemine, ſed ſuo ſcelere, ac turpitudine meritam, vt ædibus parentis exacta, vilibus induta pellibus, vel vt in metallum damnata, vaga orbem pererraret. Teſtis tantæ infelicitatis arbor illa, cuius è fructu dum guſtat, ſibi negata, & ſe perdidit & filios; dupliceque morte, antequam naſcerentur, animi, corporiſque, percuſſit. Ea ſub arbore genita ipſa es, eademque infelici partu edita, impuro ſanguine ſordens, tractoque ab vtero horrore turpe ſpectaculum, ideoque, & miſerandum; eoque infelicius, quo nemo hominum, nemo Angelorum erat, vnde ſperare auxilium poſſes. Ergo ipſe, qui vnus poteram, oculos in te conieci. Inde felicitatis initium, vnde miſeriæ contemplatio: nec enim videre poteram, & non pereuntis miſereri. Suſtuli ergo in ſinum adhuc neſcientem à quibus ſordibus, in quam ſortem tollerere Complexu amoris foui, gratiæ fonte laui, virtutum cultu compoſui, iamque tunc deſtinaui in ſponſam, paulo antè fauoris mei aura non indigam modo, ſed & indignam: Donec ſenſim perque mihi ſolum notos gradus, in iuſtam vxorem mihi coniungerem, eoque apparatu, ac pompa domum deducerem, quem & cælum miraretur, & terra ſtuperet. Hæc in memoriam reuocaui non vt pudore ſuffunderem, ſed vt humilitate firmarem, ac ſancto timore ſtabilirem; reputantem, quid ab origine traxeris, quid beneficio meo acceperis; vt, cum alterius memineris, alterum ſerues.

SVM.COM.

NOTATIO XVII.

I.

Locus difficilis. Prima quæſtio de perſona interloquente. Hebræis hærentes Eccleſiæ tribuunt. Malum arborem ſcientiæ boni, & mali eſſe. Sub ea Eccleſiam mortuam, excitaſſe ad remediũ Deum. Matrem humanã naturam, ac Euã ex qua Eccleſia. Hæc natum Chriſtum fide, ac ſpe futuræ incarnationis.

SVB ARBORE MALO SVSCITAVI TE.

Locus multis difficultatibus inuolutus, ac magnorum interpretum præiudicata ſententia magnis animis & impugnatus & defenſus. Cui tribuenda verba ſint *Chriſto* an *Eccleſiæ*, prima quæſtio eſt. Nam hebræorum DD. ac cœteri fermè illis hærentes, propter affixa maſculea *Eccleſiæ* volunt eſſe ad *Chriſtum* verba; nec tamen parum laborant in ſenſu accommodato tradendo. Conijciam in pauca quæ apud illos lego, quia vtilia, ſi cui ad palatum faciant, ne alibi cogam quærere. *Malum arborem* illam intelligunt, cuius è fructu cum guſtaſſent primi homines, & ſe, & poſteros perdidere. *Sub ea*, iam culpæ ream, ac morti addictam *Eccleſiam* excitaſſe Deũ, quaſi è dulci beatæ vitæ ſomno ad ſui commiſerationem: atque ad ſubeundas vitæ huius anxietates, ac labores, carne ſibi humana circundata, propter illius amorem. *Matrem Euam*, ſeu *humanam naturam*, quæ ſub eadem arbore peperiſſe *Chriſtum* dicatur quod tunc quidem certam futuri remedij ſpem conceperit. Non ergo re, ſed fide, ac ſpe, *Chriſti* natiuitatem complexam *Chriſtum* myſtice genuiſſe, ac *Peperiſſe*, tunc factas illi de venturo *Chriſto* promiſſiones: *Inimicitias*, inquit, *ponam inter te & mulierem*, & *ſemen*

Verbo Eccleſiæ ex quorundam ſenſu.

Arbor ſcientiæ, ſub qua excitatus Deus ad hominis remediũ.

Mater humana natura, aut Eua.

Gen. 3.15.

Digitized by Google

Quibus virtutibus futura tanquam præſentia complectimur.

ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum. Gen. 3. 15. veluti ſuſcepto ſemine concepiſſe, promiſſione firma velut impletam; tunc quodammodo peperiſſe, quem editura ſuo tempore erat; qua forma loquendi ſcriptura vti ſolet in enunciandis futuris, quæ certè futura ſunt: immo peperiſſe quia ex eo iam tempore parere concupit. & ad nobilem partum votis omnibus properauit. Et alioqui fides, & ſpes futura pro præſentibus computant S.D.E. *Spe enim ſalui facti ſumus* Rom. 10. 24. Sic doctus de recentioribus author.

Fide, & Spe concipitur, & paritur Chriſtus.

Rom. 10. 24.

II.

Sed hæc nõ Eccleſiæ verba ſunt.

Et alioqui ſuſcitandi vocem in malum ſumunt.

Cum in bonum potius ſeruandum ſit.

Nec beatitudo ſomnus dici aptè poteſt.

Nec ea excitatio de Chriſto dicitur ritè.

Qui nũquam deſijt eſſe beatus.

Neque per fidem, & ſpem naſci hoc loco dici poteſt.

Cum conceptus hic, & partus non in laudem ſit poſitus.

Eſt ergo hic ſenſus minus huic loco aptus.

Verba Chriſti non Eccleſiæ.

Acutè hæc inuenta & applicata non nego, & vtilem alioqui continere doctrinam fateor, ſed præterquam hæc non Eccleſiæ, ſed Chriſti eſſe verba certum puto, vt mox oſtendam, quin id probem multa prohibent. Nam *Suſcitandi* vocabulum in malum interpretatur de excitatione à quiete beatitudinis & gloriæ perſtrepente ſcilicet primo ſcelere, cum tamen ex ſerie orationis ipſa appareat, eam *ſuſcitationem* pro beneficio recenſeri, & fauorem continere, non iniuriam. Sed & gloriam ac beatitudinem Dei ſomnum dici inuſitatum eſt, vt aliud exemplum eius formæ ſermonis in ſcriptura qui obſeruarit legiſſe me non meminerim. Adde & præter analogiæ rationem id dici. Qui enim excitatur à ſomno, non vltra iam ſomno, præmitur, ſed à ſapore transfertur ad vigiliam. *Verbum* autem humanam carnem poſtquam induit, beatus eſſe nec deſijt; nec deſinere potuit. Non ergo à quiete, & ſomno ad laborem, & opus translatum eſt, ſed vtrumque coniunxit in diuerſa natura. Video quidem quid dici poſſit, ſed id quidquid eſt, nimia ſubtilitate laboret, neceſſe eſt. Nec probabilius quod additur, *partum* hunc intelligi per fidem & ſpem, qua ratione dicatur Eua, ſeu natura humana peperiſſe *Chriſtum*, verba enim ipſa ac modus loquendi ſatis indicant hunc *conceptum*, ac *partum* non in laudẽ, ſed in reprehenſionem ac ignominiã poni: quod ſatis intellexit vulgatus, cum reddidit; *ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*. Non ergo de *conceptu*, ac *parturitione* ſermo per pœnitentiam, fidem, ſpẽ, qua ratione dictum. *Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis: ſic facti ſumus a facie tua Domine concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum.* Iſa. 26. 17. 18. Hæc nos huic interpretationi obeſſe exiſtimamus, ideoque minus aptam huic loco cenſemus.

Beatitudo impropriè ſomnus dicitur.

Conceptus, & partus hoc loco in laude non ponitur.

Iſai. 26. 17. 18.

III.

Malum alij crucem interpretãtur: Sub ea excitatum à morte Chriſtũ ab Eccleſia deſiderijs.

Matrem, Synagogam, ibĩ ſcelere corruptam.

Sed cur nunc de morte, ac reſurrectione ſermo fiat, non dicunt.

Alij quidam *Malum Arborem* malunt interpretari *Crucem*, ſub qua *Eccleſia Chriſtum* excitarit à ſomno mortis. Votis, ac deſiderijs, ac precibus tanquam quibuſdam clamoribus eum inuitans ad reſurgendum, ſibique paſſionis fructum per reſurrectionẽ largiendum. S. D. E. *Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Rom. 4. 25. Cætera opus eſt vt de ſynagoga intelligant, quæ ideo ibi dicatur *Corrupta*, & *Violata*, quod infando ſe ſcelere commacularit, cum necem *Chriſto* meditata eſt, & crudeliter executa. Sed cur hoc loco & mortis *Chriſti* in cruce, & reſurrectionis, & Iudaici ſceleris inducta ſit mentio non dicunt, nec facile puto reddi rationem poſſe rei illius; aut cur nunc tandem de ſcelere ſynagogæ inducatur ſermo cum ſe laudari *Eccleſia* audiſſet, à filiabus Ieruſalem.

Malus arbor crux, ex aliorum ſenſu.

Roman. 4. 25.

Synagoga ſub crucem violata cum ſe morte Chriſti cõfœdauit.

IV.

Obeſt vtrum quod verba hæc nõ Eccleſiæ ſunt.

Sunt ergo hæc Chriſti ad Eccleſiam verba.

Eam poſt tanta encomia ad humilitatem inſtituentis.

Et ad ſãctum timorem hortantis. Ideo mox admonetur, quid a ſe reddi oporteat pro tantis beneficijs.

Hæc conſequentia noſtræ interpretationis.

Cæterum vtraque hæc ſententia vnica obſeruatione conuellitur, verba hæc non *Eccleſiæ* eſſe ſed *Chriſti*, quod Dramatico Com. Cap. 8. Not. 14 monuimus ex veterum interpretum, ac recentium communi calculo. Eo adeat lector cupidus. Hic eorum authoritate coniecturas addemus, quæ huius loci ſunt propriæ. Nam certè, ſi conſequentiam interpretationis ſequare, multo aptius hæc *Eccleſiæ* dicta à *Chriſto* exiſtimabis. Audierat illa laudes ſuas per otium decantatas, viderat votorum ſuorum cumulum, & poſt longæ perſequutionis moleſtias, & anxietates mitiora ſucceſſiſſe tempora pace totum per orbem inducta. Senſerat ſe in apicem felicitatis deductam cui liceret conuiuere Chriſto, ac palam ac omnium in oculis ſponſum profiteri. In tanta felicitate timendum erat, ne, quod ſæpè ſolet contingere, aliqua vanitatis aura raperetur. Prudenter ergo monitis inſtituitur, quidque ſibi collatum iam olim fuerit, admonetur, humilique timore, velut firma rupe fundatur, ne ad blandientem auram moueri facile poſſit. Ideo mox proximo verſu docetur quid ab illa pro tantis beneficijs exigatur, totam ſcilicet caritatis vim vt illi impendat, à quo omnia acceppiſſet; cui ſe totam, ac ſua deberet omnia. Hæc ſeries rerum eſt, hæc interpretationis conſequentia Id ergo ſequamur & multos ſequuti & graues, quorum nunc ſenſus quantum attinet ad arcanam ſententiam examinandus eſt.

Dram. Com. cap. 8. not. 14.

Series noſtræ interpretationis

Eccleſia laudibus prædicata, ad humilitatem inſtruitur.

V.

Communis multorum ſenſus Malum Crucem eſſe. Arborem vberem cui Chriſtus pomum.

Communis multorum veterum recentiumque ſententia eſt, *Malum Arborem Crucem eſſe*: inibi *Eccleſiam* peccato mortuam *Suſcitatam*. Ibi *Violatam Synagogam*, quæ his dicatur *Eccleſiæ mater*, cum ſe grauiſſimo ſcelere contaminauit, necem machinata *Chriſto* vitæ authori. Merito *Crucem Malum Arborem* dici pomiferam ſcilicet, è qua fructus vitæ atque ſalutis orbi communicatus eſt. Addit Philo Carpath. *Eundem Chriſtum arboris huius pomum eſſe, tunc maturum, cum impiorum manibus, velut baculo*

Malus arbor Crux cuius fructus Chriſtus in multorum cibũ.

Philo Carpath.

In multorum cibū [illegible] *lectum.*
Sic Philo & Theodoretus.
Et Anſelmus. qui hic alluſionem agnouit ad paradiſi arborem.
Theodoretus.
Anſelmus.

decuſſum ex ramis eſt, in cibum multorum, Idem enim ille Chriſtus qui pependerat in cruce ſeſe ſuis fidelibus in cibum ac potum dedit, in Euchariſtia. Sic etiam & Theodoretus *Chriſtum Crucis arboris pomum vult eſſe, monetque, nunc Eccleſia tandem datum, quod olim illi in votis, cum diceret: ſicut* Malus *inter ligna ſyluarum, & ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi.* Addit Anſelmus: alluſionem hic eſſe ad lignum vetitum Paradiſi, ſub quo natura omnis humana in interitum data, infelicitatis omnis candidata proſilijt: quod in hoc ligno damni ſubitum eſt, ſublatum in Cruce. Id autem ab *Eccleſia* grata memoria, haud ſemel recolit, cuius illa ſunt & pietatis, & gratitudinis ſenſu pleniſſima carmina.

Agnoſcit id Eccleſia gratis carminibus.
Hym. de S. Cruce.

De parentis protoplaſti / *Fraude Factor condolens,* / *Quando pomi noxialis* / *Morſu, in mortem corruit,* / *Ipſe lignum tunc notauit,* / *Damna ligni vt ſolueret.*

Hoc opus noſtræ ſalutis / *Ordo depopoſcerat:* / *Multiformis proditoris* / *Ars vt artem falleret* / *Et medelam ferret inde* / *Hoſtis vnde læſerat.*

Hæc ſententia multis ſola litteralem ſenſum continet.
Vt aliter ſentientibus iraſcantur.
Et verè magni facimus illam propter pietatem, & Patronos.
Caſſiodorus. Greg. Magnus. Iuſt. Vrgel. Beda. Rupertus. Anſelmus.

Hæc ſententia tanti facta à nonnullis eſt, vt nullum alium ſenſum probabilem putent, immo & iraſcantur aliter arbitrantibus. Laudanda pietas, ſed minimè zelus probādus. Nos hanc interpretandi rationem, & propter illius pietatem veneramur, & propter authoritatem Patronorum magni facinus. Ij ſunt Caſſiodorus Gregorius M. Iuſtus Vrgelit. Beda, Rupertus, Anſelmus, Alij. Quid autem in illa deſideremus, tacere non poſſumus: ne quis nos exiſtimet temere à Magnorum Authorum ſenſu vel recedere, vel declinare.

Sed vt ſequamur, quædā impediūt.

VI.

De Eccleſia in cōmuni hæc accipienda.
Quæ ſponſam ſcilicet agit.
Eccleſia hic omnium fidelium complexio.

Eccleſiam hic non eam ſolam eſſe quæ de Gentilitate collecta eſt, ſed communem ex omnibus fidelibus complexum loco alio diximus, Ea ſcilicet eſt quæ toto Cantico inducitur ſeu loquens, ſeu laudibus prædicata: ea *Sponſam*, ea *Vxorem Agni* agit: ea deducta in thalamum eſt, & publica ſolemnique pompa traducta in ædes *Viri*, nemine impedire audente, omnibus potius approbantibus: qua de re ſatis multa ſuperius dicta ſunt: Ea autem *Eccleſia* iam olim nata per gratiam, ſenſim incrementis tacitis adoleuerat, & amore donata verbi, & poſtea per legem deſponſata, poſtremo per incarnationem in iuſtam vxorem aſſumpta. Quæ diu ante nata, dilecta, deſponſata, ac omnino ducta fuerat, naſci ſub Cruce non potuit, tametſi nouis officijs *Sponſi* coli potuit. Scio quid dicturus ſis. Natam quidem *Eccleſiam* in Paradiſo illi vitam tunc gratia, ſed eam ex meritis fuiſſe *Chriſti* olim in crucem agendi: ideoque vere dici poſſe natam ſub *crucis arbore* cui ab nobili vmbra illius felicitas data eſt, iam tunc, cum in Paradiſo *Mater* eniteretur: Acute id dictum non nego; Sed aliud eſt, tunc primum natam, cum paſſus in cruce *Chriſtus* eſt, quod negamus, ſi ad ætatis moras reſpicias: aliud eam tunc illi vitam communicatam merito *Chriſti* mortis, quod verum eſt. Itaque non de naſcendi cauſis, ſed de tempore lis eſt, in qua pro nobis lector cordatus, quin iudicaturus ſit, non ambigimus. Hoc primum eſt: alterum illud *Synagogam Matrem Eccleſiæ* accipiendam, quod à nobis loco alio reiectum eſt, nec huic loco admodum accommodatum eſt. Nam ſi Hebræa premas *partum* intelliges, & *enixum*, quemadmodum loco alio *Dramatico* Commentario Cap. 6. Not. 15. Itaque, *ibi corrupta, ibi violata erit, ibi te enixa eſt, ibi partu nec ſine dolore edidit*. Id autem vt verum de ſynagoga ſit, nulla ratio patitur, cum illa nullo ſenſu dici poſſit *Eccleſiæ* ſub illa acceptione mater, vtpote quæ multis ante annis, quam ſynagogæ audiretur nomen, in primis parentibus ſit genita, & vſque in eam ætatem adulta, qua ad ſponſalia parata legem accepit. Itaque eadem illa, nec alia eſt, tantum ætatis, ac maturitatis eo diſcrimine, quod inter puellam, iuuenemque verſatur. Quod ſi vrgeas *Eccleſiam Chriſtianam matrem* agnoſcere *ſynagogam*, ex qua primi credentium, dicam impropriè *Matrem* ob eam ſolam cauſam appellari: patris enim, matriſque nomen benignum eſt, ac beneficum, quod in nouercam non quadrat qualis erga *Eccleſiam Chriſtianam Synagoga* fuit; pariendi autem munus eius eſt quæ conceperit, quæ dediderit, quæque lactare & velit & poſſit. S. D. E. *Numquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit,)* ſi fieri poſſit vt obliuiſcatur,) *ego tamen non obliuiſcar tui*. Iſa. 49. 15. Et vt demus *Synagogam* vllo vero ſenſu *Matrem Eccleſiæ* dici, id certè in hunc locum haud aptè quadraret, quo non ſimpliciter dicitur eam *peperiſſe*, ſed, *ibi*, id eſt, vt illi interpretantur Authores, ſub crucis arbore; quod nullo vero ſenſu dici poteſt, cum ea pariendi ratio, qua *Eccleſia* dici poteſt, ſi poteſt vlla, nata de *ſynagoga* cum Cruce, & morte Chriſti nullam connexionem habere potuerit. Quin, ſi etiam verbis vulgati hæreas, atque origines omnino contemnas, haud videbatur ad rem, qua de agebatur, pertinere, ſi de *Corrupta*, ac *Violata ſinogoga matre* mentio fieret. Hanc ergo ſententiam & piam pronunciamus, & grandem ſenſum continere an Cantici huius maieſtate digniſſimum, ſed non liberalem eſſe.

Ea nata poſt culpam.
Amata à verbo, deſponſata per legem maritata per aſſumptam carnē.
Naſci non potuit ſub cruce.
Quanquam iam tū è merito morituri nata Chriſti, dici potuit.
Sed nunc de tempore loquimur, nō de merito Chriſti.
Nec vero ſynagoga Eccleſia dici mater potuit.
Quæ ſcilicet ſynagogam diū præceſſit.
Nec alia ſub diuerſis ætatib fuit.
Licet alis tamenis alia ad [illegible]*.*
Nec ſynagoga dici mater poteſt quod ex eā primi credētes.
Quos ſynagoga vexauit, vt nouerca.
Cum matris nomen beneficū ſit.
Et alioqui ſub cruce eam parere non potuit.
Nec vlla hic cauſa erat eius conceptus, & partus fieri mentionem.
Eccleſia nata olim in Paradiſo, naſci non potuit ſub cruce.
Eccleſia in Paradiſo nata merito futuri redemptoris.
Synagoga dici mater Eccleſiæ nō poteſt, potius contrá.
Dram. Com. cap. 6. Not. 15.
Synagoga quo ſenſu dici mater Eccleſiæ poſſit.
Matris hic benigni appellatio. Iſai 49. 15.

Qui

SVM. COM.

VII.

Religiones alij mo nent natas ſub cruce.

Eas enim crucis, vel potiſſimũ fructum eſſe.

Sub cruce genitas, quia fundatores eius vmbra grandes illes cogitatus concepere.

Nec ſine dolore peperiſſe.

Sed id accommodatitium eſt.

VIII.

Nos putamus malum hic arborem ſcientiæ boni, & mali intelligimus.

Sub ea mortua Eccleſia ſcelere primo.

Sic mortuam ſuſcitauit Deus.

Ideſt iacentem manu leuauit, fouitque.

Seu mortuam excitaret ad vitam, ſiuè dormientẽ ad viuendi munia.

Mortuam ergo cogita, ac ſimilẽ ſtatuæ luteæ, ac ſine ſenſu.

Ex qua animata Adamus factus.

Nondũ motu cordis, aut arteriæ ſpiritu vita cõſtabat.

Nondum cerebrũ membris motum communicabat.

Sed exangue corpus iners frigidũque iacebat.

Procul ſcilicet à vita, & tamen propè.

Nam ſtatim, qui manu formarat, halitu animauit.

Mirante natura, ſeque homine factum ex luto.

Habes Eccleſiæ imaginẽ mortuæ, & viuentis.

IX.

Eſt autẽ, & morti cum ſomno ſimilitudo:

Ideo excitaturus Lazarum Chriſtus clamaſſe dicitur.

Quem pro mortuo dixerat dormiẽtẽ.

Sic poſt culpam Deus Adamum voce vocauit.

Et in eo Eccleſiã excitauit à ſopore.

Adhuc ſub illa eadem arbore verſantem, cuius fructu in ſtuporem verſa fuerat.

Qui ſuperiora de *Eccleſia Religioſa* (vt ipſi loquuntur) interpretati ſunt, pergunt ſuam calcare ſemitam, ſi ſemita tamen eſt nullius adhuc preſſa veſtigio. Religioſi ordinis fundationẽ, vel potiſſimum *Chriſti Crucis* fuiſſe fructum, ideo non immerito genitam ſub *Malo arbore* dici, & *ſuſcitatam:* eſſe autem religioſorum ſtemma crucem, quã in humeros ſublata *Chriſtum* ſequuntur. Quæ proximè ſequuntur, mirabili ſenſu interpretantur religioſarum familiarum Fundatores, non alibi, quam ſub arboris illius vmbra ſublimes illas cogitationes nouarum familiarum condendarum concepiſſe, ac tandem Dei obſtetrice, ſæpeque non ſine dolore maturum partum edidiſſe. Sed id omne vel tropologicum eſt, vel accommodatitium, non litterale: cum hic ſermo de vna eademque, ac tota *Eccleſia* ſit, quod monitum ſæpè eſt.

Religioſus ſtatus, quo ſenſu natus ſub cruce dici poteſt.

Religioſorum ſtẽma crux Chriſti.

Aliorum reiectis interpretandi rationibus, noſtram promemus, aut indicatam in Commentario confirmemus. *Malum arborem* hic, non metaphoricè, ſed propriè accipimus eam, quæ interdicta olim homini, eſuque violata interitum illi, ac poſteris attulit. *Mortua* ergo in primis parentibus *Eccleſia* per ſcelus originale ſub infelici ligno iacebat, æternam ſuis ſordibus innatatura, niſi eius qui naturam condiderat fauore, ſpirituque vitæ mortuæ redderetur. Iacentem ergo ac ſordidam, & in ſuo ſanguine abiectam miſeratus Deus eſt, & quam ad ſupplicium expoſcebat culpa, gratia benignior fouit, ac Dei benignitas amplexata eſt. Eam vim habere exiſtimamus verbum *Suſtulit*, ſiue *Suſcitauit*. Id preſſius pertractemus. Siue ergo mortuam per culpam cogites, ſiue ſomno ſuo ſepultam, ſeu demum infelici partu editam ab *Matre Adultera*, Dei in illam benignitatem, & grande beneficium in immerentem collatum, agnoſces, miraberiſque bonitatis illum oceanum, cui ne tantum quidem ſcelus obſtare potuerit, quin ſteriles humanæ naturæ campos, vltricibus dignos flammis, inundaret indulgentiæ aquis, & ad fœcunditatem priorem reuocaret. Ergo mortua per culpam ſine vllo iacuit ſenſu, nec ab ea diuerſa lutea mole, quæ Dei quidem formata manibus vitali antequam halitu animaretur in vitam, velut inutile pondus terram premebat, haud melior a limo priore, quam quod figura hominem referebat, cætera à cognato elemento haud abſimilis. Itaque necdum in viſceribus cor vitali ſpiritu plenus vitam motu teſtabatur; nec dum per arterias currens ſpiritus palpitabat, aut à cerebro in neruos motus animalis immiſſus ſenſibus pabula miniſtrabat, aut munium facultatem obeundorum præbebat. Nec roſeus color genas tingebat, aut viuidum lumen cœli cognatum natabat in oculis: adhuc velut compedibus ſuis impediti pedes immoti perſtabant, mortui cadaueris veritatem corporis ſitu teſtante, haud aliter iacentis, quam ſi mox efferendum eſſet. Quod ſi manum admouiſſes, exangue ac frigidum ſentiens ſuaque mole importabile, mortuum reputaſſes, & verè erat. Niſi tam multa vitæ mox impertiendæ repugnarent, quid adeo magnum feciſſet viuificantis ſpiritus Dei vis illa, cui & quæ ſunt, & quæ non ſunt ſcilicet obſequuntur? At idem ille qui manibus molem luteam efformarat, ore ſpiritum indidit; momentoque per membra ſingula currente anima, & motus, & ſenſus ſequutus eſt, mirante natura de limo hominem factum, ac plus ſeipſum mirante homine, cum vnum tanti ſe orbis videret incolam, immo & Dominum. *Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Gen. 2. 2. En tibi viuam *Eccleſiæ* imaginem, & prius ſub infelici arbore mortuam priorum hominum ſcelere, & mox ad vitam reparatam, gratia Redemptoris. Verè ergo dicere potuit: *Sub arbore malo ſuſcitaui te.*

Malus arbor, lignum ſcientiæ boni, & mali.

Eccleſia mortua ſub ligno, leuata à Deo.

Eccleſia per culpam mortua, & dormiens.

Eius Eccleſiæ mortuæ deſcriptio, & comparatio cum ſtatua lutea.

Repugnante, ac mox mirãte natura ſtatuę luteę anima indita.

Gen. 2. 7.

Habet & cum morte ſimilitudinem ſomnus, cuius ſcilicet imago eſt *tum conſanguineus lethi ſopor* ſopore autem preſſus alto non niſi iterato clamore reuocatur. Ideo fortaſſe excitaturus Lazarum à mortuis *Chriſtus*, non niſi valide clamans aduocauit ad munia vitæ, quia dixerat ſcilicet: *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.* Ioan. 11. 2. vt quem pro mortuo dixerat dormientem, non aliter excitaret à tumulo, quam ſuſcitaret à lecto. Sed ſi excitantis *Eccleſiæ* Dei clamores audire vis, cogita viuentem in Paradiſum, reum voce citantem, dicere cauſam cogentem, ſeueritatem exercentem iudicij, de tribunali ſententia damnantem, ac meritis ſupplicijs addicentem, immo & in conuictum ac damnatum animaduertentem; ne quid deeſſet ad ſeueritatem, ſolemnitatemque iudicij. Hiſce clamoribus ſcilicet in primis parentibus excitata *Eccleſia* eſt, *ſub arbore* adhuc illa, cuius in fructu mortem guſtarunt, & in ſoporem morti ſimilem prolapſi erant. Vt mirari iubeat ſtuporem adhuc poſt nuditatis agnitionem eadem hærentium ſub arbore, cui interitum debebant, & bonorum omnium priuationem, & ſtolæ primæ nuditatem. Eodem ergo loco, quo vetitos deguſtauere fructus, paſtos ſopor oppreſſit. Vt ſcilicet ſub eiuſdem arboris vmbra, & ſuo dormirent ſomno, & Dei vocibus, ac repetitis clamoribus euigilarent: tam propè abfuit infelicitas ab felicitate: atque à ſopore vigilia. Id ergo *Chriſtus* in memo-

Virgil. 6. *Aen.* *Ioan.* 11. 42. Sopor morti ſimilis.

Geneſ. 3. 8. 9. 11. 17. 18. 19. 23.

Dei voces Adamum excitantis poſt culpam;

Adami ſtupor ſub eadem arbore verſantis cuius cum fructu mortem guſtarat.

memoriam reuocat, ne tanti beneficij memoriæ, vllo caſu periret. Cætera proxima Notatione melius exequemur.

NOTATIO XVIII.

IBI CORRVPTA EST MATER TVA, IBI VIOLATA EST GENITRIX TVA.

I.

SI originalia *Expendas aliquanto aliter hæc ſonant*, quam apud vulgatum. Sed nec ſenſus ſenſui contrarius eſt, & eſt in verbis ſingulis aliquid, quod maximè, vt exiſtimamus, faciat ad hunc locum. Vtrumque ergo exequendum eſt. Quam alij *Matrem* intelligant ſuperiore diximus notatione, Honorium ſequi placet, *Humanam naturam* accipientem, *Mater*, inquit, *humani generis humana natura, quæ ante peccatum erat incorruptibilis, impaſſibilis, immortalis; per fallaciam autem Diaboli corrupta, facta eſt paſſibilis, & mortalis*. Indicauit ſenſum, ſed minimè exequutus eſt. *Corruptam*, ac *Violatam*, (quod vtrumque vocabulum idem ſignificat, quemadmodum & *Mater*, & *Genitrix*, tametſi quidam alterum ab altero diſtinguant,) duplice ſenſu accipere poſſumus, quemadmodum ea, quæ concepit, & peperit, & in congreſſu ad conceptum violatur, integritate minuta ſi virgo ſit; & in enixu, cum prodeunte fœtu partes dilatantur, vnde ſenſus doloris acerbiſſimus. Vtrumque autem pertinet ad hunc locum Si de *conceptu* interpretere, pulcher exiſtet ſenſus, quantum ad rem ipſam ſignificatus à nonnullis, (certè ab illis omnibus, qui *Corruptionem*, ac *Violationem* ad peccatum retulere, quorum ex parte nomina habes ſuperiore notatione; quicumque enim hæc de cruce interpretantur, ac ſynagogam matrem volunt, *Corruptam*, ac *Violatam* ſub cruce interpretantur, id eſt turpiſſimo ſe ſcelere maculantem. Sic etiam Honorius, alijque, qui maluere de arbore ſcientiæ hæc accipere:) quantum ad vim formamque orationis minus plene tractatus. Omnis culpa ab amore creaturarum eſt; quibus peccator hærens, abſcedit à Deo, Eſt autem anima omnis per gratiam Dei non modo amica, quod multum ſane eſt, ſed etiam ſponſa, & complexu iuncta, & conuinctu ſociata. Quod ſi peccatum abſceſſus à Deo eſt, & adhæſio creaturarum eius riualium, profecto etiam adulterium eſt. Luxuriatur ergo quiſquiſquis peccatum admittit, & alieno conſortio polluitur: quique, cum eſſet cum Deo, nulla impuritate pudorem deflorarat, ſed virginem ſuam integram impollutamque ſeruarat, vbi primum abſceſſerit à pudiciſſimo ſponſo impuriſſimorum riualium ludibrio exponitur, ac verè *Violatur*, verè *Corrumpitur* S. D. E. *Quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum; ſic contempſit me Domus Iſrael, dicit Dominus.* Ierem. 3. 20. *Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab ea duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.* Ibid. ver. 1. Ex hac obſeruatione intelliges quo ſenſu ſit dictum, *Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua*. Sociata Deo per gratiam originalem humana natura, in thalami conſortium, ac ſuaue conuictum excepta, integra manſit; & quam primum integritatem experta fuerat, tam non honeſtiſſimi connubij conſortio polluerat, vt potius noua honoris prærogatiua conſignaret. At vbi per vetiti pomi eſum à Deo abſceſſit, atque ad illius riuales defecit, turpe ludibrium paſſa, & *Corruptionis* infamiam ſenſit, & *Violatam* integritatem dolere potuit, niſi ſenſum omnem ſceleris ſtupiditas ademiſſet. Hunc illius ſtatum, ac ſtatus turpitudinem notari his verbis arbitramur, vt cum matris infamiam meminiſſet *Eccleſia*, quantaque Dei benignitate, in priſtinum honorem reuocata eſſet, deterſa natiuitatis infamia, & modeſtè de ſe ſentire, & altè de Deo condiſceret. Atque hic primus horum verborum eſt ſenſus. Atque ideo fortaſſe eadem illa prima mater viuentium Eua, dum ſanctitatem primam non amiſit virgo permanſit, quaſi ignoraret natura corporis corruptionem, dum culpam neſciret. Poſt peccatum, & Paradiſo exterminatur, & prutiente carne nuptiarum operibus vacat; & quæ mentis integritatem prodegerat, virginitatis externæ volens iniuriam patitur, & *Corruptionis* infamiam libens ſubit.

Originalia aliquā tum aliter ſonant. Sed ſenſus idem.
Matrem nos putamus humanam naturam.
Ante peccatū virginem poſt corruptam.
Id duplice ſenſu poſſumus intelligere.
Nam, & virgo primo cōgreſſu violatur.
Et pariens primo partu.
Primum illud volucre quidam.
Qui de Synagoga accipiunt.
Scelere mortis Chriſti ſub cruce violata.
Alij de ſcientia boni, & mali ligno
Eſt certe anima per gratiam Dei ſponſa.
A quo per culpā abſcedit, & hæret creaturæ riuali.
Virgo dum fidelis Deo, ab eo abſcedens corrupta.
Hic Ieremiæ ſenſus est in eum accuſatio.
Grauis, & vehemēs, ſed & iuſta.
Hinc planus commatis huius ſenſus
Sociata natura humana Deo per gratiam, integra manſit.
Polluta per primū ſcelus, corruptam ſe ſenſit
Hic ſtatus illius notatur hic ſcilicet.
Vt ad humilitatē & gratitudinem informetur.
Sic videbis Euam ſub gratia originali fuiſſe virginem.
Poſt culpā ſtatim nuptiarum vacātem operibus.

Honorius.
Mater Eccleſiæ humana ipſa natura.
Honorius.
Violatur virgo primo cōgreſſu, violatur & primo partu.
Synagoga ſub Cruce ingenti ſcelere violata.
Honorius.
Anima per gratiam Dei amica, & ſponſa. Per peccatum adultera.
Anima per peccatum, e Virgine corrupta.
Ierem. 3. 20.
Ierem. 3. 1.
Humana natura per peccatū violata, cum prius virgo eſſet.
Prima mater ante peccatum carnis operum inexperta, poſtea illis vacat.

II.

Quod ſi *corruptam violatamque* interpretere de *partu*, atque *enitendi dolore*, ne id quidem ineptum erit ad illuſtrandum hunc locum. Certe vocabulum originale vtrobique idem eſt: Ideoque & 72. eodem vtrobique modo reddidere, ὠδίνησε, *parturijt*. Duobus verbis omnem originis infamiam, atque naſcendi infelicitatem complexus

Si violationem de partu interpretere, haud inepte facta;

Intelliges natiuitatis infamiam.

eſt;

Digitized by Google

eſt; ſcilicet, & *matris* ignobilitatem, & *partus* ſordes, & *loci* miſerias, & *abiectionem* extremam: cum nimirum vix edita deſtituta à *matre* eſt, haud valente, aut volente recens natam vberibus admouere. Ita ab omni circunſtantia, & natæ infelicitas indicatur; & beneficium ſubleuantis, nutrientis, ornantis, collocantis extollitur. Originis ignobilitatem ab vtero traxerat illius, quæ nobilis quidem creata infami ſe ſcelere macularat: atque omni priuata iure nobilitatis, ex ingenua ſeruitutem miſeram ſeruire coacta eſt; & quidquid ipſa deliquerat, tranſtulit in nepotes. Sic originis infamiam ac ſordes olim Deus obiectabat Synagogæ: *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa.* Ezech. 16. 3. Ex ſordida ac ignobili matre ſordidior, atque ignobilior genuit pater; nequid ab alterutro haberet, quo gloriari poſſes, aut inter alios iactare. Hic infelicitatis primus eſt gradus. Sed ſolatio ſæpè eſt ignobilitati originis laxior fortuna: & haud raro opum ipſa abundantia ſanguinis infamiam, vel minuit, vel diſſimulat; cum paupertatis ſordes cum originis infamia iungi contigerit; duplici male ſaucius fœtus emergit in lucem; adhuc inſcius ſui, iamque geminata infelix miſeria. *Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciem terræ, in abiectione animæ tuæ, in die, qua nata es.* Ezech. 16. 5. Nullus fuit à quo algenti, ſordenti, iacenti quidquam auxilij poſſet. Nam neque ab omnium rerum egentiſſima *matre* præberi; neque a quoquam ſperari remedium poterat. Sordibus ergo innatans tuis, quas à ventre traxeras matris, eo infelicior eras, quòd vndique malis cincta, ne gemitu quidem, quod recens natis omnibus datum eſt, vel vagitu, aut malis indolere tuis poteras, aut alienam miſericordiam excitare. *Et quando nata es in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus; & aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis.* Ezechiel. 16. 4. Nec ibi infelicitas hæſit: locus originis ipſe miſeriam cumulauit: ſi quidem eadem illa *ſub arbore*, vndè mali principium fuerat, proſtituta es; vt quæ fructu *corruperat matrem*, vmbra filiam nouiſſima velut peſtilente aura feriret, qua toto vitæ tempore ſerpente interius valetudo tentaretur. Ne quid eſſet, quod adultiori, iamque & ſentienti, ac intelligenti, non rubore ora ſuffunderet. Poſtremus infelicitatis gradus abiectio eſt; ſiquidem eadem illa *mater*, & vberibus aridis, ac valetudine, ac macie impedita, partu quidem edidit filiam; ſed quam alere minimè poſſet, eam expoſuit, ac fortunæ arbitrio permiſit. Id eſt, quod Ezechiel idem in faciem ingerit Synagogæ: *Tranſiens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo*, Sic omnino, vt ex materna aluo effuſa fueras, adhuc de conceptu ſordens, adhuc naufragij ſpolijs turpis, ac ſecundinis tuis inuoluta, luctanſque cum naturæ ipſius iniurijs & opprobrijs. Omnia hæc pertinent ad hunc locum, & ad ſtatum illum agnoſcendum *Eccleſiæ*, cum vocata à Deo eſt, & in futuram olim coniugem deſtinata.

Quæ ſi cordato lectori probentur, habet in eo Ezechielis loco horum verborum Commentarium plenum, & ſenſus arcani accommodatum ſchema. Tunc autem interpretabimur, *ſuſcitaui te, ſuſtuli*, ſiue *leuaui* te, ex vetere formula, qua ſobolem de ſe natam cum Pater agnoſcebat, aut certè, ex alio natam patre, in familiam aſciſcebat, proiectam in humum manibus ipſe tollebat, & nutriendam curabat. *Quidquid peperiſſet*, inquit ille, *decreuerunt tollere*. Et alius de Neronis patre: *Deceſſitque Pyrgis morbo aquæ interuectis, ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita:* Atq; id eſt quod verbis alijs apud Ezechielem legimus dictum: *Tranſiens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi, cum eſſes in ſanguine tuo; viue: dixi, inquam, tibi in ſanguine tuo: viue.* Sequuta autem hanc primam gratiam beneficia maiora: *Multiplicatam quaſi agri germen dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta, & ingreſſa es, & perueniſti ad mundum muliebrem.* Et quæ ſequuntur reliqua vſque ad deſponſationem. *Et expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam: & iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus, & facta es mihi.* Ezech. 16.8. In mea iura per legis ſponſalia tranſiiſti. Quæ mirum eſt omnia, quam aptè in hunc locum quadrent, quo primi illius beneficij, atque in vno multiplicis *Eccleſiam* admonet *Chriſtus*, ne euecta in tantam dignitatem plaudente cœlo, & terra, & probantibus cunctis, obliuiſceretur originis, animoſque vltra modum tolleret, memor, quidquid haberet, vnius fauore ſponſi eſſe ſibi tributum: ideoque in illum vnum refunderet, quidquid acceperat.

Eſt vero, & alius ſenſus nec minus arcanus, quem ſinude tamen promimus veriti, ne quia totus noſter eſt, nec indicatus ab alio, lectori faſtidium moueat, nec ſine contemptu excipiatur. Originale vocabulum Chibrela, *partu* quidem *edere*, ſed cum labore, ac dolore ſignificat, qua fortaſſe cauſa vulgatus reddidit: *Ibi corrupta eſt mater tua ibi violata eſt genitrix tua*, id referens ad partus dolores ex diſtentione partium in enixu. Is ergo *matris Eccleſiæ partus* haud ſine dolore fuiſſe ſignificatur. Adeoque quemadmodum myſticus is intelligitur fuiſſe *Eccleſiæ partus*, ſic & dolores in enixu

matris

Vix ſcilicet editā prolem a matre deſtituta.
Quo maius beneficium ſubleuantis eſſet.
Sed & ignobilitas matris transfuſa in filiam.
Id olim Deus obiectabat Synagogæ.
Parentum infamiā, quæ primus infelicitatis gradus.
Quam labem nec laxior fortuna minuit, aut diſſimulauit.
Potius extrema egeſtas geminauit.
Nec ibi hæſit infelicitas.
Abiecta in nudā humum nemo miſertus eſt.
Nec ſordibus innatantem manu leuauit quiſquam, vt ablueret.
Quin & loci infelicitas miſeriam cumulauit.
Nam eadem illa ſub arbore abiecit mater.
Quæ parientem fouit, viditque.
Vmbra noxia, fructu mortifera.
Et quam alere nō poterat, expoſuit.
Hinc beneficij grāditas miſerētis videntis ac tollentis.
Vt in nobilem ſtatum collocaret.
Habes in his huius loci verum ſenſū.

III.

Et ſtatus Eccleſiæ qui deſcribitur, verum ſchema.
Erit ergo ſuſtuli quod dicitur ſuſcitaui.
Quod latinis vſurpatum cum Pater agnoſceret filium recens natum.
Quod verbis alijs ſignificatum ab Ezechiel. ſed pulcherrime.
Primā hanc gratiam maiores conſequuta.
Lactatio, nutritio, cultus, deſpōſatio.
Quæ omnia in hunc locum aptè quadrant.
Quo primi illius beneficij Eccleſiā Deus admonet.
Vt ad modeſtiam ac gratitudinem inſtituat. IV.
Alius ſenſus haud minus arcanus.

Pro corrupta, & violata, eadem vox Græca ὠδίνησε.
Magnitudo beneficij ab extrema miſeria qua erepta.

Ezech 16. 3.
Ezechielis locus huic ſenſui aptus.
Primus infelicitatis gradus parentum ignobilitas.
Secūdus gradus egeſtas.
Tertius derelictio in miſerijs, & ſordibus in quibus natus ſit.

Ezech. 16. 4.
Quartus cū non mater quidem quæ peperit alere aut vult, aut valet.

Initium beneficij cum Deus miſerias noſtras videt.

Mos antiquus agnoſcendi prolem, tollendo illum de humo.
Terent. Andria.
Suet. Nerone.

Pulcherrimá forma dicendi Ezechielis ad ſignificandam filiorum agnitionem.
Ezech. 16. 8.

Originalis vox parturire cū dolore, qui fit ex partium diſtenſione.

Originale vocabulum eniti cum dolore ſignificat.
Dolor autem eſt ex partium diſtenſione.

Digitized by Google

Significabitur Matris dolor myſticus in parturitionem Eccleſiæ.
Is ſcilicet dolens quo primi parentes culpam primã damnauere
Nata ergo Eccleſia non ſine multo Parentum dolore.
Et illi quidem habuere multas dolendi cauſas.
Auditis ore Dei ſupplicijs, quibus ſcelus caſtigarat.
Quorum magnitudo, oculos hactenus clauſos aperire potuit.
Reputantibus ſeueritatem offenſi Dei.
Hinc lachrymæ, doloreque cordis, quo culpam eterauere
Sic aditum ad miſericordiam fecere.
Et Deus exutus iudicem, patrem egit.
Sic per dolores matris natura nata Eccleſia.
Sub eadem illa arbore cuius cum fructu mortẽ guſtarat.
Tunc ergo Chriſtus ſuſcitauit ſibi Eccleſiam, vt ſpõſam ſumeret.
Mox matrem haberet.

matris tranſlatè intelligendi ſunt. Peperit autem *Humana natura Eccleſiam*, ſed haud abſque dolore multo; neque enim tam nobilis proles educenda aliter erat. Hos autem ego dolores,& gemitus,& lacrymas primorum hominum accipio,& intimum animi ſenſum ex conſcientia tanti ſceleris, cum eius admoniti,& accuſati,& conuicti à Deo, mortis dignam ſententiam retulere. Hos ergo inter gemitus, grauesque dolores nata *Eccleſia* eſt, ſed felicibus auſpicijs, non vltra amiſſura ea bona gratiæ, quibus tunc vocata in Dei amicitiam eſt. Et quidem parentes primi,& natura in illis humana, multas habuere cauſas, quibus & intelligentiam acuerent, & pœnitudine præteriti criminis vrgerentur. Audierant: *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ*. Geneſ. 3. 16. Audierant: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios*. Audierant: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris*: adhuc autem inexperti irati ſeueritatem numinis, ſupplicij granditate ſceleris magnitudinem æſtimare cœperunt; reuocauit prudentiam pœna, quam ſcelus eiecerat: & quidquid à ſe mali commiſſum in Deum fuerat, conſcientiam cœpit exſtimulare,& animam pungere: reputantibus, non poſſe non ingens eſſe crimen, quod tam ſeuera Dei cenſura vindicaretur. Hinc dolor, hinc lacrymæ, gemitusque, quibus ſe enormiter deliquiſſe, ac digniſſimè multari confeſſi, quidquid antè egiſſent, damnauere, ac, ſi poſſent, infectum reddere, voluiſſent. Hoc ſalutis initium. Elutis ergo per pœnitentiam animis à tanti ſceleris macula, aditum miſericordiæ fecere;&, qui, paulo antè hoſtes, numinis in ſe prouocauerant iras, cum illo rediere in gratiam; qui, quem Iudicem, vindicemque egiſſet, exutus, patrem denuo induit; atque in honorem, ac nomen filiorum reſtitutos, indulgentiſſimè complexus eſt. Sic *mater Humana natura Eccleſiam* parturijt: ſubque eadem illa arbore, haud ſine doloris intimo ſenſu *enixa eſt*, cuius è fructu cum guſtaſſet,& ſibi,& ſuis, antequam viuerent, mortem conciuerat; vt illius aſpectu admoneretur, quantam momento adijſſet cladem, quantoque diſcrimine miſerentis Dei fauore fuiſſet erepta. *Suſcitauit* ergo ſibi Eccleſiam *Chriſtus* iam tunc: & vtero matris cum dolore eductam, ſibi in *Sponſam* deſtinauit, quam olim & iuſtam vxorem haberet, celebrique pompa, & apparatu, cœlo terraque probantibus, domum transferret: & infinitæ ſobolis, ſed & lectiſſimæ, matrem efficeret; cuiq; familiæ grandis adminiſtrationem crederet.

Primorum parentum lachrymæ odio primi ſceleris.

Habuere parẽtes primi multa, quæ ad dolorẽ impellerent. Gen, 3. 16.

Primi parentes ſupplicij granditate grãditatem ſceleris agnouere.

Per lachrymas aditum fecere miſericordiæ.

Eadem illa arbor culpæ occaſio, teſtis pœnitẽtiæ fuit.

VERSVS VI.

PONE ME VT SIGNACVLVM SVPER COR TVVM, VT SIGNACVLVM SVPER BRACHIVM TVVM: QVIA FORTIS EST, VT MORS DILECTIO, DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO: LAMPADES EIVS LAMPADES IGNIS, ATQVE FLAMMARVM.

COMMENTARIVS.

PErgit *Chriſtus Eccleſiam neceſſarijs monitis inſtituere*,& ad futura diſcrimina comparare; de origine generis dixerat, vt ad humilitatem, ſanctumque timorem inſtrueret, qui vitæ Chriſtianæ fundamentum eſt; addidit, & beneficij illius magnitudinem, quo è domeſticis ſordibus in conſortium thalami ſublata fuerat, vt debitæ gratitudinis admoneret; nunc; quid ſibi ab ea præſtari velit, ſignificat; quod, tametſi multum omnino eſt, debitum tamen eſt, nec vno titulo reddendum creditori tanto. Quidquid id eſt, quod eſt, ſuum eſſe velle: indè nec particulam alteri diuidendam, ſua ipſius imagine conſignari velle ſponſam, vt agnoſcatur pro ſua. *Cordi* velut *ſigillo* imprimendum; imprimendum, & *brachio*; vt & affectum omnem caritatis ſciat in illum impendendum; nec in eo animi penetrali alium admittendum: &, quidquid operis exequatur, illius obſequium ſit, in quem iure connubij tota conceſſerit. Nec miretur, aut nouum reputet, tanta á ſe officia exigi ab ea. Durius ſe ab amore in

illam

illam vexari, cuius tyrannide ita oppreſſus ſit, vt non magis *Caritati* quam *morti* poſſit reſiſtere. Hærere amori *æmulationem* ſatellitem, ſub cuius impotenti dominatu, ſui iuris non ſit. Itaque nec paſſurum, vt quemquam in amoris conſortium admittat; nec, vt quiſquam eam de amore ſollicitet. Armatum *amorem* ſuis facibus, ſed diuinis, eſſe, quibus vis ingens ad adurendum, conſumendumque, tam violentis, vt ne fulminibus ipſis cedant, aut virtute ad comburendum, aut velocitate ad perdendum.

ENARRATIO.

A Quibus ſordibus in quam dignitatem mea vnius gratia ſis euecta, præmonui, vt admonerem officij. Cui tantum tributum eſt, ab ea vt multum exigatur, mirum non eſt. Totam mea gratia emi; & iure emptionis in emptoris tranſijſti ius. Felix ſeruitus, qua, de turpiſſimæ ſeruitutis ſordibus exempta, in reginam, & dominam, Regis ſcilicet, ac Domini coniugem, tranſijſti. Ergo cui totam te debet, eidem te vt ſerues, eſt æquum, totam. Id facies, ſi vnius mei amore ardeas, iugique memoria foueas: nec mei ſolius imaginem corde, ac manibus geras, ſed & me ipſum. Quidquid cogitando moliare, quidquid agendo exequare, a me ne recede; vt cogitatus omnes, & opera, cuius ipſa in poteſtate ſis, clament. Magnum id eſt, quod à te exigo; ſed non ego, ſed caritas exigit, cuius nec haud blandius habet vis, quam mors ipſa mortales ſolet: nec magis exuere caritatem poſſum quam me ipſum, nam & ipſe caritas ſum. Nec piget ſic amare, quam tanti emi, cruoris ſcilicet pretio, & acerbiſſima cæde. Quo iure te habeam cogita; & num te negligere deceat ſic amantem. Meliora ſpero. Alioqui comes Amori Æmulatio lateri hæret ſemper, nec paſſura, vt officium ipſa deſeras; aut vt quiſquam te ab eo euocet. Si quid tale contigerit, iræ indulgendum erit, & eundum in vltionem. Arma deeſſe Æmulatori Deo non poſſunt; miniſtrabit tela zelus, faces, fulgura fulmina; & quidquid hoſtile eſt, ac perdere momento merentem poteſt. Si contra officio defungare, nihil eſt quod aduerſum timeat: parata in defenſionem omnia erunt, ac tutam præſtabunt.

SVM. COM.

NOTATIO XIX.

PONE ME VT SIGNACVLVM.

I:

Nectendi hæc cum ſuperioribus ratio.

Parta pace, ac ſolemni ritu traductæ vxori.

Adminiſtratio familiæ tradita eſt.

Cuius tres partes, obſequium viri; Familiæ gubernatio; rei familiaris ſollicitudo.

Id eodem ordine tractatur.

Hic exigitur officium in virum, & fides.

Seuera quidem lege, ſed nihil ſeuerius, cui tanta collata fuerant.

Hoc autem commate officium erga virum deſcribitur.

Vel potiùs deſcribi incipit.

NEctendi *hæc cum ſuperioribus ratio indicata in* Commentario eſt. Ducta, ſolemni pompa, & plauſu, vxore in domum, id eſt, pace *Eccleſiæ* reddita, qua licuit illi palam ſe pro *Vxore Chriſti* gerere, nemine audente impedire; *Matris familias* in dignitatem, munuſque euecta eſt; ex eo enim tempore licuit illi *Chriſti* familiam pro poteſtate adminiſtrare; quod antè perſequutione impediente non licuit. Tanta ergo vni cura commiſſa, decebat & præcepta addi ad rite obeundum munus. Eius autem muneris partes tres erant; Nam & viro obſequium debebatur: & quidquid id nomen exigit: & familiæ ſtudium, quo & contineretur in officio, & moribus formaretur, & de victu veſtituque prouideretur, nec parcè: & demum rei familiaris ſollicitudo, ſeù conſeruandæ, ne periret; ſeù augendæ, vt opulentior ſemper eſſet: Id totum eodem ordine hoc, & proximis verſibus inſtitutum eſt, tam prudenter, & ſcitè, vt ſtatim appareat, omnia ex norma rationis conſtituta. Ergo cui tantis de rebus tradenda præcepta erant, docendumque, quo iure transferretur in viri, id eſt, Chriſti domum, opus etiam fuit reduci in memoriam olim illi collata beneficia, vt eorum penſata magnitudine intelligeret, nihil à ſe eximium exigi, quodque non multis obligata nominibus *Chriſto* deberet. Id eo præceſſit: *Sub arbore malo ſuſcitaui te*, quibus antiqui fauoris admoneretur, atque in ſe collati beneficij, ex quo tanquam ex fonte cætera promanarunt. Hoc autem commate, quantum ad primam partem, quæ ad *amorem obſequiumque Chriſti* pertinet, officium deſcribitur, aut deſcribi potius incipit,

Mulieris coniugatæ officia, in virum, in familiam in rem familiarem.

Eccleſiæ officia erga Chriſtum.

Iiiii nam

rum & verſu proximè ſequenti doctrina continuatur. Hæc nectendi ratio verba hæc cum antecedentibus, ac ſequentibus.

Quod ſi obſerues attentius, eundem hunc ordinem ſeruatum intelliges ab Salomonis Patre, Pſal. 44. qui totus connubialis eſt. Præceſſere laudes ſponſi ab eo verſu. *Speciosus forma præ filijs hominum*. Ver. 3. vſque ad 9. mox ver. 10. Regina inducitur hærens dextro ſponſi lateri, quod ad honorem, ac dignitatem pertinet, cultu induta regio vt nouæ ſolent nuptæ. Id beneficium fuerat ſponſi. *Adſtitit Regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circumdata varietate*. Hinc præcepta connubialia, ac monita ſalutaria, de obſequio, & amore ſponſo debito. *Audi filia & vide & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui*. Quibus omnis illi alius amor interdicitur, præterquam ſponſi, etiam patriæ, etiam genitorum. Id ſi non negligat, paratum illi amorem ſponſi; quo tacite innuitur offenſio & vindicta, ſi contemnat. *Et concupiſcet Rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum*. Ver. 12. Poſtea de familia mentio, cui adminiſtrandæ imponebatur. *Adducentur Regi Virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi; Afferentur in lætitia & exſultatione, adducentur in templum* (in palatium, in aulam) *Regis*. Additur & ſobolis cura ſeu nutriendæ ſeu inſtituendæ. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram*. Ver. 16. 17. Quibus poſtremis verbis & res familiaris adminiſtratio indicatur, vndè filijs non alimenta ſolum, ſed opulenta hereditas obuentura eſt, qua inter orbis principes, & dinaſtas cenſeantur. Vides quam hæc conſona ſint ijs, quæ Canticorum hoc loco diximus contineri: ne poſt tantum documentum dubites, quin, quæ à nobis dicuntur, probabiliſſimè diſputentur, ſed id, quod cæpimus, vrgeamus.

De verborum ſenſu ſingulorum, quantum ad arcanam ſpectat ſententiam, minus nobis contendendum erit, omnibus fermè in vnam ſententiam conſentientibus. Quanquam eſt nonnullum diſcrimen. *Signaculum* quidam, quod Commentario Dramat. Cap. 8. not 16. monitum eſt, anulum ipſum ſignatorium accipiunt, qui magnatibus in pretio, velut authoritatis omnis obſes, ſemperque digito hærens, nec facilè niſi fidiſſimis famulorum permiſſus. Id *Christum* ab *Eccleſia* exigere, vt eo ſcilicet velut anulo vtatur, quem nunquam è ſe abijciat. Sed parum id eſſe ad prægnantiſſimi loci ſententiam citato loco monuimus. Et vero ſi anulum *ſigilli* nomine velis intelligi, haud ſatis *Chriſti* vota de amore in ſe *Eccleſiæ* expleueris; immo nec, quod potiſſimum in cœleſti hoc connubio eſt, ſatis explicaueris. Nam ſignatorium anulum tametſi ea nota nobilitet, quod & digito deferentis hæreat, ſtringatque, nec facilè deponi ſoleat, ſed ſolet tamen aliquando ſaltem deponi; aut per negligentiam, aut imprudentiam amitti: aut alia cauſa abijci. Non ergo ad eum amorem ſignificandum aptè vſurpabitur, qui firmus, ſtabilis, conſtans, æternus, atque inſolubilis ſit, qualis *Chriſti*, & *Eccleſiæ* amor. Id intelliges ex Ierem. Cap. 22. 24. verbis: *Si fuerit Iechonias, filius Ioachim Regis Iuda anulus in dextera mea, inde euellam eum*. Nam quemadmodum primis verbis eum intelligimus, qui coniunctiſſimus ſit, ita proximis indicatur, illum, poſt eam coniunctionem tantam, abijci poſſe auulſum digito. At multo magis ex decoro eſſe fateare, ſi ad ſignificandam, non modo ſummã coniunctionem, ſed eã, quæ diſſolui non poſſit, ſcilicet æterna futura, inde ducas ſimilitudinem, quod diſſolui, disiungique non poſſit: quod certe in anulo ſignatorio nunquam inuenies. Aliquid ergo aliud *Signaculo* intelligemus, quod aptius arcano ſenſui ſeruiat.

Sit ergo Chriſtus *Signaculum Eccleſiæ*, id eſt anulus ſignatorius: ſed non; vt geratur modo, ſed vt obſignet: & imagine ſui conſignet *Eccleſiam*, quæ deleri nunquam poſſit. Hoc enim impreſſa imago à *ſigillo diſcreta eſt*, quod *ſigillum* ſemper extraneum eſt, & loco diſitum, & ſubſtantia diuerſum, puta argenteum, aut ferreum; & vt coniunctiſſimum ſit, non idem tamen vnquam eſt, cum gerente. At *Sigilli impreſſa imago* puta in cera, non aliud à cera eſt, ſed eadem illa tantum figura mutata, vt deleri non poſſit, niſi vel pereunte cera, vel forma ceræ impreſſa. Id ergo vult *Chriſtus*, ſe vt ſigillo vtatur, quo ſe ipſam *obſignet*, ſicque imaginem in ſe illius exprimat, & deleri non poſſit. Quo ante id fiat pacto, paulo poſt dicemus. Hunc ex parte ſenſum Ambroſius tradidit non vno loco: multis enim hæc verba expendit, quos ad marginem lector habet, ſed eſt locus inſignis ſerm. 17. in Pſal. 118 *Pone me vt ſignaculum in cor tuum, vt ſigillum in brachium tuum. Inſige cordi tuo ergo, & pectori tuo hoc Signaculum crucifixi; inſige & brachio tuo, vt opera tua peccato mortua ſint*. Nam cum inſigendum monet, non geſtandum, ſed imprimendum ſignificat: vt illius per impreſſionem expreſſa imagine in illius ſimilitudinem tranſeamus. Hunc autem Ambroſij ſenſum eſſe fatebere, ſi verba illius expenderis, ex libr. de Iſaac cap. extremo: *Ipſe ſit ſignaculum noſtrum, quod eſt perfectionis, & caritatis inſigne: quia diligens Pater ſignauit filium, ſicut legimus*

quem

II.

Hic autem idem ordo ſeruatus à Dauide Pſ. 44.
Præmittuntur ſponſi laudes.
Sequitur deductio ſolemnis ſponſæ.
Mox præcepta traduntur connubialia.
Quibus omnis alius amor interdicitur.
Deinde de familia, & eius gubernatione.
Additur poſtrema de prole cura.
Et rei familiaris ſtudium.
Quæ omnia gemina ſunt ijs, quæ hoc loco dicuntur.
Vt non improbabiliter dicta fateare.

III.

Hæc generatim dicta de ratione interpretandi.
Signaculum quidam pro anulo ſignatorio ſumunt.
Et id velle Chriſtum dicunt, vt velut anulū nunquam dimittat.
Sed id vota Chriſti, explere nō poteſt.
Nam anulus de digito haud raro deponi poteſt, & ſolet.
Non ergo apta geſtatio, & amori deſignando, quo ſe amari vult Chriſtus.
Huc facit locus Ieremiæ de Ioachim.
Qui ſi etiam ſit velut anulus abijciendus dicitur.
Inſolubilis ergo nexus haud benè per anulum ſignificatur.
Alius ergo ſignaculi ſenſus.

IV.

Sit ergo anulus ſignatorius Chriſtus.
Non vt geſtetur, ſed vt obſignet.
Nam etiā remoto ſigillo manet imago impreſſo.
Vt deleri non poſſit.
Id autem Chriſti votum eſt.
Indicauit ſenſum Ambroſius.
Cuius verba expenduntur.
Nam inſigere cum præcipit, imprimere intelligit.
Is Ambroſij ſenſus ex loco alio firmatur.

Pſal. 44.
Dauidis locus huic noſtro geminus, eodem ordine.
Deductio ſponſæ.
Præcepta connubialia.
Familiæ gubernatio.
Filiorum nutriẽdorum cura.
Rei familiaris ſollicitudo adminiſtrandæ.
Signaculum pro anulo ſignatorio non hic accipiẽdum.
Anulus aliquando deponi ſolet, Eccleſia nunquã Chriſtum deſertura.
Ierem. 22. 24.
Chriſtus ſigillũ, quo ſe cõſignet Eccleſia.
Impreſſa res imago illi hæret, etiã amoto ſigillo.
Ambr. lib. de Iſa. cap. 8.
Serm. 17 in Pſal. 118 lib. de Iſaac cap. vlt.
Lib. 3 epiſt. 12. ad Trem. lib. de ijs, qui Myſt. init. cap. 7.
Lib 6 de Sacram. cap. 2.
Serm. 25. in Pſal. 118. & Serm. 12. & 19.
Ioan. 6. 27.

Digitized by Google

quem Pater ſignauit Deus. Quo autem ſenſu ſignificaſſe Filium Deus Pater dicatur, grandibus verbis, & ſenſu Ambroſius idem explicat ſerm. 12. in Pſal. 118. è quibus vel vnum demere piaculum ſit. *Pone me vt ſignaculum in cor tuum, vt ſigillum in brachium tuũ; quo ſignatura prudentiæ ſuæ, factorumque documenta promantur, in quibus figura Dei Chriſtus eluceat: qui paternæ ambitum exequans naturæ, totum quidquid à Patre diuinitatis aſſumpſit, expreſſit: vnde etiam Apoſtolus in ſpiritu nos dicit, eſſe ſignatos; quoniam Patris imaginem habemus in Filio, ſigillum Filij habemus in ſpiritu.* Sic ergo, ex Ambroſij ſententia, *Signaculum Eccleſiæ Chriſtus eſt*, ſicut & *Pater eſt Filij*; qui impreſſo in illo diuinitatis *Signaculo*, totius in eum diuinitatis plenitudinem transfudit, ſicque ille, quidquid à Patre accepit, expreſſit in ſe, velut imago ſigilli. Habet autem omnis per Dei gratiam communicatio magnam cum diuina illa communicandi ratione affinitatem; ideoque, quemadmodum impreſſo Pater diuinitatis ſigillo in prolem, *Filium* conſtituit naturæ ſimilitudine; ſic nos communicatione gratiæ in filios generamur; quia non aliter generamur, quam *Chriſti* charactere in nobis expreſſo, ac Dei Patris per *Chriſtum* imaginem exhibentes. Ergo, vt ad inſtitutum redeamus, cum *Chriſtus* monet *Eccleſiam*, ſe vt *Signaculo* vtatur, id monet, vt ſe tanquam ſigillo Patris vtatur, appreſſoque anulo imaginem in ſe exprimat ſui, qui Patris imago eſt; vt tota in illum transformetur; nec aliud iam referat, quam ſeipſum, vt quiſquis eam aſpexerit, *Chriſtum* ſe videre viuum ac ſpirantem arbitretur.

Induɛto Ioannis teſtimonio. *Quo Pater Deus ſignaſſe filium dicitur.* *Qui Patrem ſcilicet omnino expriſſerit.* *Sic, & nos in ſpiritu ſignati à Paulo dicimur.* *Nec aliter ſignaculũ Eccleſiæ Chriſtus eſt.* *Eſt autem conſignatio per gratiã nunc, Illi ſimilis qua Patre ſignatus eſt Chriſtus.* *Qua ſicut ille in Dei filium generamur.* *Hunc in modum ſe ipſo obſignari Eccleſiam iubet.*

Ambr. Serm. 12. in Pſal. 118. Chriſtus quidquid à Patre diuinitatis accepit in ſe expreſſit. *Epheſ. 1. 13.* Spiritu Sanɛte cõſignamur per gratiam, ſicut Chriſtus Patre per naturam.

Iubetur Eccleſia in Chriſtũ prorſus transformari.

Atque huc facit, quod Dram. Comment. c. 8. not. 16. monitum à nobis eſt: *Sigillum* ſolere exprimi rebus illis, quas tuto nobis ſeruari volumus, nec alterius vſui permittere, quo ſenſu dicebat Deus: *Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis?* Deut. 32. 34. *Mihi pleniſſimo ſubiecta iure, vt nemini in illa facultas ſit.* Impreſſo ergo *Chriſto Sigillo Eccleſia* ſciat, ſe iam in *Sponſi* ſolius bonis computari; nec licere cuiquam inde vel particulam decerpere. Quod ſummum certè coniunɛtionis indicat gradum: iamque eo ſtatu Eccleſiam eſſe, vt tota, quanta eſt, in iura Chriſti trãſierit. Sic ſuperius Eccleſia dicta, *Hortus concluſus & fons ſignatus*; ille regijs delitijs reſeruatus, hic potui omnino ſolius dicatus.

V.

Nã ſigillo muniмus, quæ ſeruari pro noſtris volumus. *Quo ſenſu loquutus Deus alicubi.* *Sciat ergo Eccleſia ſe non iam futurã alterius.* *Quo ſumma coniũɛtio ſignificata, eo quidem ſtatu.*

Cant. 8. Not. 16. Sigillæ ea munimus, quæ ſeruari, vt noſtri volumus. *Deuter. 32. 34.*

Cantic. 4. 12.

Solemus autem & ea conſignare ſigillo, quæ pro noſtris agnoſci volumus. Sic epiſtolas, non claudimus ſolum, ſed & *ſigillo* obſignamus, in quo vel effigies, cuiuſque vel inſigne proprium ſit inſculptum. Sic Reges decretis regium addunt *ſignaculum*, non vt authoritatem modo tribuant, ſed vt pro ſuis habeantur. Sic mercibus mercatores, ouibus Paſtores certas imprimunt notas, vt ab alienis diſcriminent, & alijs, & iam permixtæ latere non poſſint, ſed notarum indicio dominis aſſerantur. Id ergo in votis *Chriſto*, vt *Eccleſia* latere non poſſit, nec cuius ſit peculium ignorari. Sic Ezech. 9. 4. *Viri gementes, & dolentes*, id eſt, pij & religioſi, *thau* ſigno inuruntur frontes, vt inter reliquam multitudinem, in quam ſæuiturus erat gladius, dignoſcantur. Sic Apoc. 9. 4. Qui habent *ſignum Dei in frontibus ſuis* eximuntur à locuſtarum venenatis morſibus. Et cap. 13. 6. *Charactere beſtiæ* inſigniuntur, quos illa pro ſuis agnoſci vult & Cap. 7. Dei ſerui *ſignantur in frontibus* diſcriminis gratia. Pertinet ergo id ad vota *Chriſti* quibus talem *Eccleſiam* eſſe vult, vt ab omnibus agnoſcatur pro ſua. Atque ad hoc fortaſſe tempus, & locum ſpectat, quod de futuris temporibus dictum ab Iſaia eſt, cap. 61. 9. *Dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis, & ſcient in Gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.* Pertinere autem hæc ad hunc *Eccleſia* ſtatum, quæ ſequuntur confirmant, quibus plenum *Eccleſiæ* connubium, & genialis hilaritas, & regius cultus, & pompa deſcribitur. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me veſtimentis ſalutis: & indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat, ſic Dominus Deus germinabit iuſtitiam, & laudem coram vniuerſis gentibus.*

VI.

Sed, & quæ pro noſtris agnoſci volumus conſignamus. *Sic Reges decreta, Mercatores merces Paſtores oues.* *Vult Chriſtus Eccleſiam pro ſua agnoſci.* *Sic apud Ezech. Signantur gementes.* *Apud Ioan. eximendi à morſibus locuſtarum.* *Et qui beſtiæ in ſeruitutem dati.* *Magnum hoc Eccleſiæ bonum eſt.* *Olim ab Iſaia deſignatum.* *Quod colliges ex verborum ipſa ſerie.* *Nam ſtatim de deſponſatione.* *Et regio atq; nuptiali illius cultu.* *Qui ſtatus hic Eccleſiæ deſcribitur.*

Quæ pro noſtris volumus agnoſci eo ſigillo munimus.

Eccleſiam vel Chriſtus vbique pro ſua agnoſci. *Ezech. 9. 4.*

Apoc. 9. 4. *Apoc. 13. 6.* *Apoc. 7. 3.*

Iſai 61. 9. Locus Iſaiæ inſignis ad hunc ſtatum Eccleſiæ pertinens.

Iſai 61. 10.

Cur autem non idem ille *Chriſtus*, quod poterat, impreſſo *ſigillo conſignet*, ſed totum id munus velit illius eſſe, facilis quæſtio eſt. Nam id totum haud aliter, quam per caritatem fit, qua ita Deo hæremus, ſi perfecta ſit, vt omnem amorem alium excludamus. Ab hoc principio cætera bona ſunt. Nihil autem magis noſtrum, quam amor eſt, nihil magis liberum, quam alium diligere. Et quanquam dilectionis hunc ludum ſolus ſemper incipit Deus, ſolus tamen nunquam ludit, inijcit ergo pios motus, poſtquam lumen menti indiderit: ſequimur nos ducentem, ſed ſequimur liberè: adeoque quod vocemur, inuitemur, impellamur, alliciamur, ſolius illius opus eſt; Ideo cum de amore noſtro in ſe agit, non vi agit tyrannica quaſi neceſſitatem imponat; ſed ea amantis, qua voluntatem alliciat, ad ſeque volentem libere pertrahat. Et tametſi vota omnia eo currunt illius, vt homines omnes *Signaculo* ſuæ ſimilitudinis inſi-

VII.

Sed cur non eam cõſignat Chriſtus. *Sed vt ſe ſignet ipſa præcipit?* *Ea cõſignatio caritate fit, qua nihil magis noſtrũ.* *Quanquam à Deo ſemina iaciuntur.* *Et ſatis habet mouere, atq; iuuare.*

Cur iubeat Chriſtus, vt ſe ipſam ſignet Eccleſia, cum ille poſſet eam ſignare.

Nihil magis noſtrum, quam caritas.

Chriſtus nos ad amorẽ ſuũ hortatur, non cogit.

Exigit ergo caritatem, non extorquet.

Digitized by Google

Cætera à nobis exſpectat.

inſigniantur: ſatis habet, & vota promere, & facultatem tribuere, & in opus ſubſidia conferre; cœtera à libere agentibus expectat. Id ergo eſt: *Pone me vt ſignaculum*. Meum eſt hortari, monere, iuuare; tuum proficere, me iuuante.

NOTATIO XX.

SVPER COR TVVM SVPER BRACHIVM TVVM.

I.

Concors Interpretũ ſenſus hoc loco. Et cordis motus, & opera externa imitatione Chriſti conſignanda. Horum authoritatem ſequi placet. Sed nemo melius Theodoreto, id explicauit. Addit autem ſimilitudinem numiſmatum. Quæ tunc demum legitima ſunt. Cum Principis imagine ſignata ſunt.

Communis ſententia, cordis cogitatus, & opera externa hic agnoſcens. *Ambroſius. Petrus Damian. Philo Carpath. Iuſtus Vrgel. Beda. Anſelmus. Honorius. Aponius. Angelomus. Gregorius M. Tres Patres. Theodoretus.*

MInus *laborandum erit in horum verborum ſenſu* tradendo, ſi veterum, ac recentium premamus veſtigia: qui cenſent exigi hic à Deo, quidquid in *Ecleſiæ* poteſtate eſt, ſiue id ad *cordis animique* motus inuiſibiles, ſiue ad *opera* exteriora pertineat. Omnia illius eſſe imagine, id eſt, imitatione conſignanda. Sic fermè de veteribus Ambroſius non vno loco lib. de Iſaac. cap. 8. ſerm. 19. & 22. in Pſal. 118. Petr. *Damian.* Epiſt. 3. cap. 3. philo Carpath. Iuſt. Vrgelit. Beda, Anſelmus, Honorius Aponius, Angelomus, Gregorius M. Nec multum diuerſi hoc loco abeunt tres apud Theodor. Patres, eorumque veſtigijs Theodoretus inſiſtens, qui in corde agnoſcunt vim contemplatiuam, in brachio operatiuam, ſeu actiuam. Theodoreti poſui verba. *Cor quidem appellat animæ vim contemplatiuam. Quamobrem & Sacerdotibus à populo tum brachium dextrum, tum pectuſculum ſeparabatur. Vult ergo Saluator noſter, vt eum pro ſignaculo in contemplationibus, & in actionibus noſtris habeamus: & notam ipſius in omnibus tum dictis, tum factis, imprimamus. Sic enim erunt numiſmata Regia, non adulterina, ſed regiam imaginem præferentia.* Hanc ſententiam & aptus ad nexum horum cum proximis ordo, & interpretationis ſimplicitas, & Patronorum authoritas omnino commendat: ideoque eam ſequuti in Commentario ſumus.

II.

Gregorius in tropologiam inclinauit. Explicans de fidei in nobis impreſſo ſigillo. Sed et poteſt id ad noſtrum ſenſum accommodari Vt Chriſto ſignatam Eccleſiã nemo aggredi præſumat.

Gregorius M. Signantur res ne facile ſurripi poſſint. Fides animorum ſignaculum.

Gregorij Magni lib. 19. Mor. cap. 4. interpretatio pia eſt, & maxime vtilis, ſed in tropologiam vergens. *Idcirco ſignaculum rebus ponitur, ne qua diripientium præſumptione temerentur. Sponſus ergo in cordibus ſignaculum ponitur, quando fides eius myſterium in cuſtodiam noſtræ cognitionis imprimitur: vt aduerſarius noſter, cum ſignata fide corda conſiderat, tentando ea irrumpere non præſumat.* Si id placeat ad noſtram interpretandi rationem applicare, haud difficile erit, *Signatum cor, ſignatum & brachium Eccleſiæ* ſit, vt quidquid in votis, ac cogitationibus; quiquid in operibus eſt, nemini præterquam Chriſto pateat, illi ſcilicet ſoli ſeruatum: vt quidquid alieno regitur ſpiritu inde exultet, nec præter *Chriſtum* ſit, qui vel ad fores audeat accedere, qui ſciat ſcilicet nihil ibi intro eſſe quod diripi poſſit, aut auferri.

III.

Sed cogitationes hic Eccleſiæ, & opera. Ea ſunt, quæ ad adminiſtrationem ſpectant. Eius ſcilicet, quæ iam mater familias eſt Ne quod ſtrenue partum erat, ignauia gubernantis corrumperetur. In id ergo dirigat omnia, vt ſponſi imagine conſignet filios Et libera perſecutionis atrocitate. Propaganda prolis ac nutriendæ ſtudia foueat. Huius rei exemplum in Salomone eodem habet. Prou 31. Cautionẽ ac maturitatem cõſiliorum. In familiæ totius bonum. Operãdi conatum non in ſe modo, ſed in reliqua familia Ideo non a viro ſolum, ſed a filijs meretur encomia. Quæ tanta ſunt, vt in ſolam Eccleſiam quadrent.

Cogitationes, & actiones Eccleſiæ in bonum plurimorum ordinatæ.

Sed *cogitationes* hic, atque *actiones Eccleſiæ* eas potiſſimum ipſe in *Corde*, & *Brachio* Intelligendas arbitror, quæ ad *Chriſti* familiam, id eſt ad Chriſtianum populum gubernandum neceſſariæ ſunt. Omnis enim illa *Chriſti* per ſalutaria monita inſtitutio ad *Eccleſiam*, quæ iam matris familias in nomen, ac dignitatem erat euecta, ac omnis ſacræ adminiſtrationis miſſa in poſſeſſionem fuerat, pertinet; ſed ita vt potiſſimum bonum multorum reſpiciat, ne quod tantis laboribus, ac periculis, immo & damnis ſteterat, adminiſtrantis, gubernantiſque negligentia conciderer. Quidquid ergo curarum animum ſubeat, quidquid operum ambæ manus exequantur tale ſit, vt vnum ſibi finem ſcopumque præſtituant, *imaginem Chriſti* in cæteris vel imprimendi, vel perficiendi. Atque hoc maximè pertinet ad *Eccleſiæ* illum ſtatum, cui, cura, atque anxietate perſecutionis præteritæ iam perfunctæ, noua ſollicitudo ſuccedebat, & conſeruandi hactenus parta, ac nouis auctibus perficiendi, & amplıandi. Id probabile arbitrabere, ſi memineris, quænam illi matronæ partes tribuantur, ab eodem hoc Salomone, quam *Eccleſiæ* typum eſſe locis alijs admonuimus. Nam de *cogitationum* ipſa ac conſiliorum ſolertia, ac vigilantia dictum: *Conſiderauit ſemitas domus ſuæ & panem ocioſa non comedit.* Et: *Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Guſtauit, & vidit, quia bona eſt negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.* Prou. 31. 17. 18 27. Quod totum ad maturitatem conſiliorum, quibus adminiſtrationem omnem diſponebat, ſeque ad opus comparabat referendum eſt; qua familiæ vtilitatem, ac bonum reſpiciebat. Ad operandi autem rationem cætera pertinent: *Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum.* Et: *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Ergo toto eo capite *Eccleſia* deſcribitur familiam ſibi creditam, & prudentibus *conſilijs*, & fortibus *factis* adminiſtrans. Ideo inducitur non à viro modo, ſed à filijs etiam encomijs in cœlum ſublata. *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt; vir eius, & laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Quæ certè in aliam quam in *Eccleſiam* non quadrant. Hæc ergo horum verborum eſt mens, nec alia continent,

Libera perſequutione in id incumbit, vt multam prolem Chriſto generet, & ſolerter nutriat.

Per hos gradus fortem mulierẽ Salomõ format. *Prou. 31. 17.*

Quæ matris familias partes implet, iure a viro laudatur, & filijs

quam

Digitized by Google

Hæc ergo verborũ Chriſti ſit mens.

quam *Eccleſiæ* encomium ore *Chriſti* iactatum, ſimul enim & quod fieri ab ea velit docet, & quid factura ſit exequitur,

NOTATIO XXI.

QVIA FORTIS EST VT MORS DILECTIO, DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO.

I.

Vtiliter multi hũc locum tractauere. Incertum cuius ſit laus potiſſima.

Sed de qua dilectione hic ſermo, noſtra an Dei?

De noſtra interpretati quidam.

Tametſi non omnes idẽ iter ingreſſi Auguſtinus ſimilitudinis tres cauſas poſuit.

1. Quia nemò caritatem vincit.

2. Quia vſq; ad mortem creſcere caritas poteſt.

3. Quia caritas animam auellit a carnis affectibus.

Id poſtremũ etiã alijs placuit.

Id pulchrè explicat Ambroſius.

ſecundum Philo Carpathius

Primum omnium Theodoretus

Et ſatis aptè nectit cum ſuperioribus.

Facilè erit imaginem meam gerere ſi me amaueris, Amor enim à nemine vincitur.

De eã dilectione qua Deũ diligimus quidam hæc accipiunt.

Philo Carpath.

Tres Patres.

Caſſiodor.

Beda.

Auguſtinus.

Gregor. M.

Hugo Victor.

Ambroſ.

Caritas inuincibilis ſicut mors.

Caritas vſque ad mortem creſcit.

Ioan. 15. 13.

Caritas animam auellit ab affectibus carnis, ſicut mors eam à corpore ſeparat.

Anſelmus.

Ambroſius.

Philo Carpath.

Ambroſius.

Beda.

Theodoretus.

VIX *Locus alius toto libro eſt in quo & veteres, & recentiores* interpretes & grauius, & vtilius verſati ſint. Cui multorum potiſſima danda laus, haud facile eſt decernere. Seligam potiora, ne alibi cogatur lector quærere, cui cenſendi arbitrium omne permittimus. Poſt aliorum ſententias & noſtram ipſi promemus iuxta ſeriem interpretationis noſtræ. De vtra *Dilectione* ſit ſermo, an eius, qua diligimus Deum, an de ea, qua diligimur, prima quæſtio eſt: nec ea minimi momenti ad verum ſenſum eruendum: Primum illud voluere de veteribus Philo Carpathius, tres PP. Caſſiodorus, Beda, Auguſt. in Pſal. 121. & tract. 65. in Ioannem. Greg. M. Mor. lib. 10. cap. 12. & Hom. 7 in Euang. Hugo victor libello de laudib. Carit. Ambroſius lib. de Iſaac cap. 8. Quanquam non omnes eandem ſemitam preſſere, ſed ſinguli pœne ſingulas. Auguſtini acutum, ac floridum ingenium vna interpretandi ratione paucis omnino verbis tres cauſas indicauit, quibus *caritas* ſimilis *morti* ſit dicta, illique fortitudine par. Reddo illius verba ex epiſtola 39. ad Hierony. *Merito caritas dicta eſt ſicut mors: ſiue quia nemo eam vincit, ſicut mortem: ſiue quia in hac vita vſque ad mortem eſt menſura caritatis, ſicut Dominus ait: Maiorem caritatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: ſiue potius, quia licet mors animam auellit à ſenſibus carnis, ſic caritas à concupiſcentijs carnalibus*. Et quidem quantum attinet ad vltimam hanc interpretandi rationem, Auguſtino hærent tres PP. Caſſiodorus, Beda, Greg. Hugo Victor, Anſelmus, paulo ante citati. Præceſſerat Ambroſius ſerm. 15. in Pſal. 118. *Valida eſt caritas ſicut mors: caritas enim culpam & omnia peccata mortificat: caritas mortis ictus interimit: Denique morimur vitijs atque peccato, dum Domini mandata diligimus.* Alterum illud de caritate durante ad mortem vſque tradiderat prius Philo: *Talem docet habere caritatem in Sponſum, vt pro vera dilectionis magnitudine; & pro veritate tuenda mortem contemnat corporis, & duriſſimos quoſque cruciatus euincat.* Indicarat Ambroſius ſerm. 19. in Pſal. 118. ſequutus etiam Beda. Primum vero illud de caritate, quam vincere nemo poſſit, ſicut mortem, Theodoretus ſequutus eſt, qui hæc cum ſuperioribus ſic nectit: Meam in corde, atque manibus imaginem gere: *Hoc autem tibi factu non erit difficile, ſi erga me retinueris caritatem, quæ fortis eſt vti mors. Quemadmodum enim hæc poſt latam à Deo ſententiam omnibus dominatur, ſic etiam ipſa ſuperat omnia, adeo vt mortem etiam vincat.*

II.

Quidam ſic interpretatur.

Imaginẽ Chriſti ita cordi imprimẽdam

Vt ſicut ille ita nõ dubitet pro ſalute aliorum mortem obire.

Id facile fore, ſi cor velut cera igne caritatis mollita.

Sigillum excipiat.

Eam a ſuram verò ſi iuxta eũ accedat.

Sic morti præualituram.

Anima velut cera igne caritatis mollita, vt imaginẽ accipiat Chriſti.

Chriſtus amore vicit mortem, & ſpoliauit infernum.

Doctus de recentioribus Auctor, cui etiam hæc placuit de Eccleſiæ in Chriſtum caritate interpretari, Theodoretum imitatus, reddi hic rationem eorum, quæ dicta fuerant arbitratur, facilemque viam indicari qua id fieri, quod dictum fuerat, poſſit, Similitudinem ſigilli in eo poſitam, vt ſponſa Chriſti in animo velut in molli cera illius imaginem exprimat, vt pro inimicorum ipſa quoque, ac ſe perſequentium ſpirituali ſalute mortem obire non obtimeſcat. Difficile id non fore, ſi cera hæc ſpiritualis, caritatis calore mollita ſigillum expectet. Eam iuxta ſponſi flammas ponat. Videat quid ipſe egerit, quid pertulerit, quidquid autem pertulit, ac perfecit, id magnæ eius dilectionis ab incendio profectum. Dilectionem illi mortem attuliſſe, mortem ergo amore viciſſe, ac infernum ſpoliaſſe. Si ad has amoris flammas accedat caloremque concipiat, & morti, & inferno eſſe præualituram. Pulchra hæc ſunt, & pulchre tractata, & ad mores informandos aptiſſima: Neſcio an in hunc locum admodum accommodata cui aliam ſubeſſe ſententiam arbitramur.

III.

Alius haud minus pulchrè explicat.

Amorem & mortem ſenſu priuare.

Immo Amore animum ſibi mori.

Vt amato viuat, & ad nutum moueatur illius.

Id velle Chriſtũ, non niſi ſuo nutu moueri ſponſam.

Amoris effectus animæ mors.

Anima caritate mortua, non niſi ad Chriſti motũ mouenda.

Alius quidam de impensè doctis & pijs pulchrè in pulchro argumento ſpaciatur: Amori ſimilem eſſe mortem, & contra, vtriuſque enim proprium & ſenſu, & motu priuare. Viuentes mori abſcedente animo: morte inducta cadauer iacere motu, ſenſuque orbum: nec niſi ad alterius nutum moueri iam poſſe. Caritate animam mori ciuiliter, quia non nutu ſuo, ſed alieno mouetur: immo non minus caritate animam à proprio abire corpore, & in amatum migrare, quam per mortem animus à ſuo corpore ſeparatur. Ergo *Eccleſiam Chriſtum* cuius in *Corde*, & *Brachio* notas ſeruitutis impreſſerat, velut ſuam iam in poteſtatem *caritate* redactam, adeoque ciuiliter mortuam, ſenſuque omni ac motu proprio priuatam, ſuo nutu velle agere; nec aliunde ſenſum, motum, vitam, quam à ſe habere. Ergo ſi ſe ſerio, atque ex animo

amet

Digitized by Google

Se ergo mortuam exiſtimet, nec motũ impediat Chriſti.
Id pulchrè dictũ.
Nos aliam imus viam.
Quanquam, et id poterit aptari noſtra ſententiæ.

amet Eccleſia, debere ab ipſius nutu pendere, ac ſemper expectare, quid ex vſu, ac voluntate ſit *Sponſi*, quemadmodum ei, in quem iam ſæuijt mors, nullus alius motus eſt, quam alieno impulſu impreſſus. Dixi hæc & pulchrè dicta, & piè cogitata, poteritque qui volet ſequi. Nos aliam imus viam; tametſi & id ipſum, quod de ſimilitudine *Amoris* cum *morte* dictum eſt, poterit & ad noſtram ſententiam applicari, quemadmodum indicauimus Dramat. Comment. cap. 8. not. 17.

IV.

Nam hic de caritate Chriſti erga nos ſermo eſt.
Seuerius viſus agere cum Eccleſia.
Cuius omnia ſua conſignari imagine voluerat.
Eam ſeueritatem excuſat caritatis ſuæ granditate.
Cui ſcilicet reſiſtere non potuerit.
Se ergo non paſſurũ, vt quidquã eorum, quæ ſua ſũt, in alterum transferat.
Aut quidquam negligat eorũ, quæ iure connubij ſponſa debeat.
Vigilet ergo inter diſcrimina vitæ.
Violentam rẽ eſſe Amorẽ, haud minus morte ipſa.
Neminem huic reſiſtere nec caritati poſſe.
Pertinent ergo hæc ad encomia caritatis Chriſti in Eccleſiam.
Et munera illius, vt vicem rependat.
Hunc ſenſum habet Paulus.
Et grandibus verbis caritatis Chriſti exceſſum expriſſit.
Quo nec ſibi parcere permiſſus eſt.
Acre certamẽ fuit inter Amorem & mortem.
Hæc vicisſe videbatur Chriſtũ, & in eo caritatem.
Sed contra factum eſt.
Nam qui omnia Eccleſiæ dedit Chriſtus, etiam ſe ipſum dedit.
Immo & vitam.
Sic illã omni macula mundauit.
Ne quid in illa eſſet, quod diſpliceret.
Hoc ſtatu locatã monet officij.
Vt ſemper ſancta ſit, & ſigillo conſignata ipſius.

Chriſtus ſeueras leges Eccleſiæ dicit.

Seueritatem doctrinæ granditate excuſat amoris in Eccleſiam ſui.

Caritas Chriſti haud ſedatè ferẽt vt quidquã eorũ, quæ ſua ſunt, alteri donetur.

Nemo eſt, qui falcem morti de manus eripiat, aut caritati arma detrahat.

Epheſ. 5. 25. Pauli locus expenſus.

Certamen inter mortem, & caritatem, quo de morte caritas triumphauit in Chriſto.

Chriſtus poſt omnia tradita, ſe ipſum Eccleſiæ tradidit.

Caſſiodorus. Beda. Iuſtus Vrgel. Gregorius M. Aponius. Angelomus. Honorius.

Non ergo hic de amore *Eccleſiæ* erga *Chriſtum*: ſed contra ſermonem eſſe putamus, multis cauſis. Egerat, vt videri poterat, ſeueriſſimâ lege cum *Eccleſia Sponſa*, cum ab ea omnia exegiſſet, & interiora & exteriora, & animi & corporis officia; vt nihil omnino vel ſibi ipſa, vel alijs ſeruare permitteretur. Ac ne fraus ſubripere aliqua poſſet, omnia iuſſerat ſua imagine conſignari, vt & ſibi reſeruata intelligerentur, atque agnoſcerentur pro ſuis. Legis tam duræ ſeueritatem excuſat granditate ſui *amoris*, quo *Eccleſiam* diligebat. Haud licuiſſe ſibi mitius cum ea agere, forti ſcilicet *caritatis* dominatu coactum; cui non magis, cum talis eſt, reſiſti poſſit, quam *morti*, humanarũ rerũ terribiliſſimæ, ac violentiſſimæ. *Amorem* tyrannum eſſe, cui reſiſti non poſſit; vtpote qui in animi imperio ſolus regnare velit, nec ſocium pati poſſit. Eius ſe lege adactum, nec velle, nec poſſe repugnare. Mirum adeo non eſſe, vt tam ſecurâ lege cum ea, quam vnicè diligat velit agere. Hæc vna ſeueritatis in ſponſam redditur cauſa. Alia ab eadem radice diuerſus eſt ſurculus. Nam certè eadem illa *caritatis* vis, cui ſuccubuerat *Chriſtus*, quemadmodum eo adegerat, vt ſeueriſſimam legem *Eccleſiæ* imponeret; Sic haud erat paſſura, vt quidquam *Eccleſia* eorum negligerat, quæ iure connubij exigebantur ab illa. Monet ergo ſemper vigilet inter multiplices tentationes, nec permittat vnquam fidem à ſe datam violari; aut quidquam eorum prætermitti, quæ ad iniunctum munus pertinebant; haud ſedatè paſſuram *caritatem* ſuam, quidquam de officio contemni, aut alteri donandum decerpi de rebus ſuis. *Fortem* violentumque *amorem* eſſe, nec magis parcere doctum, quam *mortem*. Neminem eſſe, qui huic falcem de manibus detrahere poſſit, aut impedire, quin in eum ſæuiat, cui vulnus deſtinauit. Nec eſſe, qui *caritati* poſſit obſiſtere, quin iniurias ſuas vlciſcatur, atque iniuriatorem caſtiget. Omnia eo ſpectant, vt & *caritas* in Eccleſiam *Chriſti* deſcribatur, illiuſque immenſitas virium extollatur; ſiue ad amandam Eccleſiam ſuam *caritate* Chriſtus impellitur; ſiue ad exigendum ab ea, quam tam impenſo dilexerit, omne officium, vt quæ ſola & vnicè amatur à *Chriſto*, nullum alium ipſe amatorum agnoſcat, ſed toto amoris impetu in eum feratur. Hic ſenſus Pauli eſt Epheſ. 5. 25. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & immaculata.* Nam cum ſic dilexiſſe dicit, vt traderet ſeſe, *caritatis* granditatem ſignificat, qua ne ſibi quidem vt parceret permiſſus eſt. En *caritatem* fortitudine, ac violentia *morti* parem, immo & ſuperiorem. Ac recertamen duorum cogita, de fortitudinis decore præliantium. *Mortem* id agentem, vt *caritati Chriſti* terminum ſtatueret, ac certas metas, quibus illius flammas includeret: contra *Caritatem* id contendentem, vt ne *Morte* quidem ardori ſuo fines ſtatui permitteret. Et vero vicerat *Chriſtum mors*, quantum ad corporis vitam: illius interim ipſa ſuperata *caritate*, quæ tunc quidem ſplẽdidiore face fulſiſſe viſa eſt, cum orbi mors tenebras induxiſſet. Tradidit ergo ſe *Eccleſiæ Chriſtus*, poſtquam cætera omnia tradidiſſet, ne inquam impenderat reliqua, induiſſe vitam ipſam videretur, tunc ſcilicet dicere potuit: *Fortis eſt vt mors dilectio.* Cætera, quæ in Paulo legis eius *caritatis* ſcopum, immo & effectum continent. *Sanctificauit ergo illam mundans lauacro in verbo vitæ*, quia omni noxa ei indulta, ſalutaribus aquis ad vitam mundauit: ne prioribus adhuc deformata maculis minus placeret. Sic *ſibi eam glorioſam exhibuit*, nulla *ruga* deformem, nulla *macula* turpem: Hoc iam ſtatu per eius gratiam donatam, eorum admonet, quæ illius ſunt partium, vt tantam *caritatem caritate* pari rependat, quantum in ſe ſit. *Vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu*, ac omnino *immaculata*, eiuſq; conſignata *ſigillo*, cui ſe omnia debere ſciat. Locum autẽ hunc de *amore* in *Eccleſiam Chriſti* veterũ quidam intellexere, Caſſiodorus, Beda, Iuſtus, Gregorius: omnes hoc loco. Adde Aponium, Angelomum, Honorium.

NOTATIO XXII.

DVRA SICVT INFERNVS ÆMVLATIO.

I.

Dixe ſam hac ſententiam continent.

EInſdem *Sententiæ repetitionem verba hæc continere* voluiſſe quoſdam, ſed ſine cauſa idonea monuimus Dramat. Comment. cap. 8. not. 18. Eſt ergo ſermo de caritatis

Nam de æmulatione eſt ſermo.
Quæ comes Amoris eſt, ac ſatelles.
Qui impedimenta ſubmouet, et iniurias vlciſcitur eius
Eſt autem Amor affectus omnium potentiſſimus.
Caritas autem Amor perfectiſſimus.
Nec ſine ſuo ſatellite Aemulatione.
Ideo, qui de amore dixerat, addit de Aemulatione.

II.

Similitudinem autem cum inferno, quidam ad retinendi vim referũt
Alij ad auiditatẽ, & inſatiabilitatẽ.
Nec enim infernus mortuis ſatiatur.
Quin hianti ore ſemper vorare paratus.
Ideo de quatuor inſaturabilibus vnum eſt.
Nec enim vnquã impleri poteſt.
In eo Inferno Amor ſimillimus.
Qui nõ niſi Amore alitur.
Nec alimento impletur.
Nam cibo ingeſto fames augetur.
Etſi cũ digne impenditur cibus illi deeſſe non poteſt.
Auide autem paſcitur, quia ſemper cum voluptate.
Id ergo vult Chriſtus
Ideo ſe ſeueras leges dixiſſe Eccleſiæ
Quod amor in illam ſuus inſaturabilis ſit.
Eſt autem excuſatio ſeueritatis.
Sed cur dura æmulatio? an quia Amor ſemper iniũgit dura?
An quia alacriter dura ſubire cogit?
Verum id, ſed huic loco non aptum.
Sicuti, & illud prius.
His enim non de Amore ſermo, ſed de Aemulatione.

III.

Nec placent, qui de liuore, & inuidentia interpretãtur Synagogæ.
Qualis Pauli fuit.
Non enim hic de Synagoga ſermo.

IV. *Probabilius nos de cruciatu æmulationis accipimus.* *Nam Zelotypiæ affectus intolerandus eſt.*

ritatis indiuulſa comite *Aemulatione*, quam *zelum* à Græcis ſumpto vocabulo communiter dicimus. Eſt autem Amoris pars, & quaſi impetus quidam. Nam omnis humana paſſio & proſequutione; vt ſchola loquitur, & fuga conſtat; quarum priore illa agnitum bonum ſequitur, ſibique aſſerere conatur; poſteriore hac impedimenta ſummouet omnia, quæ vel obſtare conſilijs vel impedire aut retardare vota poſſint. Id autem, quod cæteris ineſt affectibus, multo magis conſpicuum in amore eſt, qui affectuum omnium Rex eſt, vnde reliquis veſtigia quædam communicata ſunt. Eſt ergo *Aemulatio* vel *zelus* proprius *Amoris* ſatelles; & quia *Caritas Amoris* perfectiſſimè genus naturamque participat, ſuus etiam illi eſt Armiger, eoque acrior, ac robuſtior, quo diuini amoris faces & lucidius, & violentius ardent. Ideo qui de ſuo in *Eccleſiam Amore* dixerat, qui *fortitudine* nec morti cederet, quin vltro potius illam prouocaret, de *Aemulatione* ſubiungit; ne exarmata *Caritas* haberetur, ideoque contemptui expoſita, ut imbecilles viribus contemni ſolent. Hæc tota nectendi ratio eſt.

Senſum arcanum non eodem omnes tradidere modo, aut ſimilitudinem cum *inferno* eadem explicauere ratione. Quidam ad retinendi vim, quod ſemel habuerit in poteſtate, referunt. Mortuos ſuos nunquam *infernum* reddere, neque enim ab inferis eſt regreſſus in lucem: *Amorem*, quidquid apprehenderit ſemel, haud vnquam dimittere. Sic ferme Caſſiodorus, & Beda. Ad auiditatem, atque inſatiabilitatem reſpexit Anſelmus, nec fortaſſe ſine ratione idonea. De inferno dictum. *Propterea dilatauit infernus animam ſuam; & aperuit os ſuum abſque vllo termino*. Iſa. 5. 14. *Animam dilatare*, interpretabere auiditatem acuere, ac voracitatem velut incitare: *os, autem, aperire*, habitus eſt illius, qui extrema fame vexetur, atque inſatiabili voracitate in prædam irruat, quam præ vorandi feſtinatione integram traijciat, minime dentibus comminutam. Sic Prou. 30. 15. 16. *Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit: ſufficit: Infernus, & os vulua, & terra, quæ non ſatiatur aqua; ignis vero nunquam dicit. ſufficit*. Et cap. 27. 20. *Infernus & perditio nunquam implentur*. Sic illi dicebant: *Degluttiamus eum ſicut Infernum viuentem. En cuerpo y alma, viuo, como eſta, la traguemos, ſin detenernos à maſcalle*. In eo ergo ex Anſelmi ſenſu *Amor* cum *inferno* comparatur; quod nunquam ſibi plene ſatiſfactum putet. Omnis enim *Amor Amore* alitur, nec alijs alimentis viuit: indè augmentum, & robur: quoque magis augetur, ac robuſtior fit, exerit ſcilicet vires, & affectus intenditur. Indè auiditas ergo, vndè alimenta: & cum in nobis omnis alimento fames pellatur, & potu ſitis; alia natura *Amoris* eſt: quo plura inferas in menſam fercula, augeſcit fames; & cum impleſſe eum putaueris te, fameſcere incipit, & ad nouas dapes paratur auidius. Et quod mirum tamen eſt, ſi ſe dignè impendat, & reciprocus ſit, haud deeſſe illi, quo alatur, poteſt; viciſſim & paſcit, & paſcitur; ſed quia ſemper voluptas coniuncta eſt, auidè paſcitur; & quantumcumque dederis, parum reputat. En tibi *Amoris* cum *inferno* ſimilitudinem. Quæ ſi applices ad hunc locum, quem verſamus, facilè erit verborum *Sponſi* ſenſum capere, iuxta noſtram interpretandi rationem. Id ſcilicet vult, mirum non eſſe, quod tam ſeueras leges dixerit Eccleſiæ: eam ſuæ *Caritatis* in eam vim eſſe, vt inſaturabilis ſit, nec poſſit impleri. Quantumcumque ipſe contulerit, tametſi *Eccleſia* fortaſſe multum videatur, quia totum dederit, quod dare potuerit, ſibi nimium non eſſe; adhucque ſupereſſe ad nouas dapes famem. Omnia in idem recidunt. Continebunt ergo hæc excuſationem eius ſeueritatis, qua *Eccleſia* omnia ſuo voluit charactere ſignari, ne quid de illis alij tradi poſſet, quo ipſe fraudetur. Atque hoc multo aptius eſt, quam quod eidem Anſelmo video placuiſſe, *durum* dici *Amorem*, quia ea iniungit ſæpè, quæ *durum* carni tolerare eſt: & quod Hugoni Victorino lib. de Laud. Carit. Ideo *duram* dictam, quod *dura* faciat alacriter tolerari: nam ſi id velis vix explices, in quo ſita ſit *Caritatis* cum *inferno* ſimilitudo. Aliorum mitto ſententias, vel in tropologiam pronas, vel huic loco parum aptas. Et ne id quidem quod dictum eſt, omnino probamus, quia hic *æmulationem*, vt monuimus, non *Amorem* intelligimus, ſed illius ſatellitem *zelum*, vt iam dicemus.

Ex his qui *æmulationem* à *dilectione* diſtingunt, & diuerſam ſententiam eſſe volunt, quidam alieniſſimè interpretantur de inuidia, atque liuore Synagogæ, *Eccleſiæ* felicitati ſemper infenſæ: qualis Pauli *Spirantis minarum, & cædis in diſcipulos Domini*: nam vt loco hoc tranſitus ad Synagogam fieret, alieniſſimo tempore, nulla commoda, ac ne apparens quidem apparet ratio; tametſi ſic interpretantur Angelomus, Caſſiodorus, Beda, & Greg. Mag.

Nos totam vim comparationis eſſe putamus in eo, quòd, quemadmodum *infernus* terribilitate, atque æternitate pœnarum intolerabilis eſt, ita *æmulationis* in eo, qui verè amet, affectus intolerando eum ſupplicio afficiat. Scitum eſt in profano amore Zelotypiæ affectum intolerandum eſſe, vt qui illo cruciantur, haud aliter ſe cruciari dicant,

Æmulatio Amoris quidam impetus & ſatelles indiuulſus.

Amor affectuũ, omnium violẽtiſſimus.

Caritati ſuus ſatelles eſt.

Caritas ſimilis inferno in retinendi vi.

Caſſiodorus.
Beda.
Anſelmus.
Caritas inferno ſimilis in auiditate atque inſatiabilitate.
Dilatare animã quid ſit.
Os aperire, habitus eius, qui fame vexetur.
Hiſpaniſmus.

Amor Amore alitur, ſed nunquam impletur.

Amori mutuo alimenta deeſſe non poſſunt.

Quantumcũque Eccleſiæ contulerit Chriſto, nõ dum ſatis accepiſſe putat.

Anſelmus.
Amor durus; quia dura ſẽper iniũgit, aut dura alacriter ſubirẽ cogit.
Hugo Victor.

Æmulatio, & liuor Synagogæ aduerſus Eccleſiam.
Actor. 9. 1.
Angelomus.
Caſſiodorus.
Beda.
Gregorius M.
Æmulatio inferno ſimilis in Cruciatu.

dicant, quam *inferno*. De hoc dictum aliquid à nobis eſt Dramat. Comm cap. 8. Nor. 18. nec neceſſarium quidquam addere. Id hoc loco ad ſenſum arcanum applicandum eſt. Et vero cruciatus ingentes *inferno* comparari, non profanis modo ſcriptoribus notum, ſed & ſacris. Sic Pſal. 17. 6. *Dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis*. Cum de anxietatibus ſuis, ac periculis loqueretur. Dum perſecutio illum ſæua Saulis opprimeret. Et Pſal. 114. 3. pericula grandia, aſſiduaque *pericula* dicuntur *inferni*. Et 2. Reg. 22. 6. *Funes inferni*. Et quidem *amore* nihil eſſe dulcius, maximè ſi caſtus, ſeuerusque ſit, nemo ambigit. Id autem de *amore caritatis* certum illi ſciunt eſſe, qui ſuauiſſima illa, ac nobili flamma aliquando caluere: ſed quidquid dulce eſt, ſæpè amaro ſeù miſcetur, ſeù temperatur: & quidem magna id Dei arte factum eſt, vt inter compugnantia creſcat caritas, atque illius ſuauitas, poſt acerbiora guſtata, acrius, ac viuacius ſenſum animæ titillet, ac voluptatem incitet, irritetq; Hinc etiam in ijs, qui impenſe Deum ſe diligere arbitrantur, ſæpè repulſæ, ſæpè abſentiæ, ſæpe ſeueritatis *Sponſi* ſentiuntur cruciatus; qui, quanquam animæ hærent, ſæpè in corpus ſe fundunt, vt ſæpè quid patiatur oris habitu teſtetur, ſæpè & valetudine. Donec, denuo illuceſcente diuino fauore, aufugiat nox, & animi mœrorem triſtitiamque lætitia pellat; & amaritudinem dulcedo, ſuauitasq; ſequatur. Eſt autem Deus horum affectuum, qui nos mortales ſæpè pulſant, omnino immunis: ſed ita tamen haud raro de ſe loquitur, ac ſi verè pulſaretur, vt homines ſolent. Ergo ſi in eum *amatus* pondere ferans, gaudet. Seque beatum reputat; indiceſque gaudij voces promit. Si ab amando ceſſes, eoque reiecto alibi *amorem* impendas, non triſtitiam modo præfert, ſed verbis factiſque, velut intimis ſenſibus crucietur, quid ſentiat teſtatur. *Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ*. Deut. 32. 19. Hinc conqueſtiones illæ iuſtiſſimæ: *Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus; & irritauerunt in vanitatibus ſuis: (in Idolis) & ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus; & in gente ſtulta irritabo illos*. Ver. 21. & quæ ſequuntur alia. Hunc Dei affectum loco hoc putamus exprimi, qui alias in ſcriptura ſæpè expreſſus, eſt. Ac quemadmodum hæc eutem ſibi per *caritatem* animam *Sponſa* tenerrimo vocabulo ſolet dignari, ſic recedentem à ſe *adulteram* vocat; eique fornicationis obijcit ſcelus: ac in eam, velut in illam, quæ datam violarit fidem, ſæue vlciſcitur. Vide huius rei exempla Ierem 2. 13. & ſequentibus. Et 3. 1 2. Ezech. 16. toto capite. Oſee. 2. à ver. 2. Ideo Deus *Zelotes* dictus Ioſ. 24. 19. Ex 34. 14. Et 20. 5. *Ego ſum Deus tuus fortis, Zelotes, viſitans iniquitates Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, eorum qui oderunt me*. Sæpè etiam *Æmulator*. Deut. 4 24 & 5 9. & 6 15. Nahum 1. 2.

Continebunt ergo verba hæc excuſationem aliam ſeueritatis illius legis, quam dixerat *Eccleſiæ*, omniuque illius iuris, quo omnia exigebat ab ea: vt ne minimam quidem cogitationem diripi ſibi vellet; quod *æmulatione* tangeretur, eo acerbius, quo caritatis incendium, quam in illam conceperat, maius erat. Ne ergo velit tantum amatorem dolore tanto afficere, quantus futurus eſſet, ſi quidquam eorum, quæ ſua iam imagine conſignata in proprijs bonis computata eſſent, alteri traderet. Eſt autem verè, ac Syncere amanti valida ratio, ad duriſſima etiam toleranda, & difficillima aggredienda; ſi ſciat, ſi aliter faciat, dolore afficiendum amatum, ac moleſte laturum. Sic dicebat Paulus. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: & nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis*. Ephel. 4. 29. 30. Vim ſi perpendas rationis, forſitan aliquid erit, quo hunc Canticorum locum illumines; nam certè cum cuſtodia oris & abſtinentia à profanis verbis, multoque magis vanis, iniurioſis, turpibus, (id enim omne *Sermo malus eſt*,) præcipitur, ne *Spiritum Sanctum contriſtemus, in quo ſignati ſumus*, in conſignationem hanc, qua in illius poſſeſſionem venimus, ius omne conijcitur. Ideo optimè monitum a Chryſoſtomo, etiam os noſtrum ſigillo Spiritus Sancti conſignatum fuiſſe: poterat vero etiam adijcere, & animam, & corpus, & membra omnia, & interiores potentias, earumque facultates, & actus Spiritus Sancti ſignaculo fuiſſe ſignata; illiuſque vſui, ac poteſtati deputata. Ea ergo triſtitiæ maxima cauſa, quod ſemel non modo donata, ſed & notis inſcripta Spiritus Sancti, in alios vſus conuertamus, quam quos ipſe præſcripſerit, cuius omnino nutu omnia tractanda, agendaque fuerant. Id ergo eſt: *Dura ſicut infernus æmulatio*; velle ſe, vt Eccleſia quæcumq; habeat, ſibi vni ſeruanda intelligat: ne, ſi quid indè deminuat, dolore illo afficiat ſponſum, qui grauiſſimus ſit, vt *inferni* dolor eſſe ſolet.

Eſt & alius huius *Zelotypiæ*, ſiue *Æmulationis* effectus, nec forſitan alienus ab hoc loco: nam eadem illa vis, quæ animum amantis ſæuiſſimo dolore excruciat, ſi quidquam in ſe peccari ab amato contingat; in ſui iuris defenſionem offenſum armat, & pro iaculis flammas miniſtrat. Non ergo patitur ſua ſibi iura violari à quoquam; accenſaque in viſceribus irarum flamma, toto ore, & corpore in vindictam illius volat,

De eo dictū a nobis loco alio.
Sed cruciatus ingentes inferno cōparari ſolitos.
Sic dicti dolores inferni, & pericula & funes.
Cum verò nihil dulcius amore ſit caſto.
Sæpè tamen amaro miſcetur.
Vt inter cōpugnantia creſcat caritas.
Hinc ſæpè repulſæ, & Dei abſentiæ.
Et inde animæ cruciatus, qui ſæpè in corpus tranſeūt.
Donec [illegible] temporibus ſuis [illegible] redeat.
Horum autem affectuum immunis eſt Deus.
Sed nomina tamē vſurpat, vt amorē prodat.
Ideo dolens ſenſiſſe [illegible], ſi amorem alio transferat.
[illegible] permittet.
His hoc loco [illegible].
[illegible]
Habet huius rei exemplū non vnū, ideò dictus Zelotes, & Æmulator.

V.

Eſt ergo hæc excuſatio ſeueritatis alia.
Quod æmulatio eum ſui iuris eſſe non fineret.
Id autem apud verè amantē multum valet.
Cui Amati dolor omnis moleſtiis eſt.
Ideo monet Paulus ne Dei ſpiritū contriſtemus.
Quo conſignati olim fuerimus.
Velut in eius poſſeſſionem dati.
Vt nec minima [illegible].
Sed omnia membra illius obſequio deputata.
Et ſi in alium transferamus, triſtitiæ magna eſt, cauſa.
Hinc lux huic loco. Cant nō crepera.

VI.

Alius huius Zelotypiæ effectus ſupplicia ſumpta.

Zelotypiæ affectus intolerādus.

Cruciatus ingētes inferno comparari ſoliti.
Pſal. 17. 6.

Pſal. 114. 3.
2. Reg. 22. 6.
Nihil Amore caſto, & mutuo dulcius.

Amoris mel ſæpè abſinthio, temperatur.
Abſentiæ & repulſæ Dei animæ cruciatus.
Affectuum Deus capax non eſt, ſed loquitur, ac ſi eſſet.

Amatus gaudet, abiectus conqueritur.
Deut 32. 19.

Ibid. ver. 21.

Deus animam à ſe recedentē ad alteram vocat.
Ierem. 2. 13.
Et 3. 1. 2.
Ezech 16.
Oſee 2. 2.
Ioſu. 24. 19.
Et 34. 14.
Et 20. 5.
Deut 9 24.
Et 5. 9.
Et 6. 15.
Naum. 1. 2.

Amanti verè omnis Amati dolor moleſtiſſimus eſt.

Ephef. 4 29.
Spiritus S. ſignati, noſtri iam iuris non ſumus.

Omnia noſtra interiora, & exteriora ſpiritu S. ſignata.
Dolet Spiritus S. ſi quæ a ſe ſignata ſint, alij Domino permittantur.

Zelotypiæ arma in vindictam, & defenſionem.

Et ad ea inferenda arma parata. *Hanc Vltionis formam, duram vocat, ſicut infernum.*

lat,

Nam inexorabilis eſt.
Nec arte vlla flecti poteſt, aut quieſcere.
Sic cui minatur vindictam, tutelã parat.
Aduerſus auſos ſidem temerare.
Id expreſſum habes Deut 32.
Prius ſupplicia in populum infidum.
Mox vindictam in eos à quibus à ſe abſtractus.
Nec ſine multo ſanguine peragendam.

lat, qui prouocare ſit auſus. Hanc autem indignationis vim, in vltionem paratam, *duram* id eſt, terribilem violentamque, atque implacabilem *ſicut infernum*, vocat. Quemadmodum enim hic durus, inexorabiliſque, nec prece flectitur, nec lachrymis mitecit, nec arte domatur, nec vllis vincitur armis; ſic ille *Zelotypia* ſeù furor, ſeu rabies nulla ratione quieſcit, nec niſi, quidquid contrarium eſt, omnino deleuerit, ſolet componi. Ergo eiſdem omnino verbis & negligenti officium *Sponſæ* minas intentat *Sponſus*, & implenti, defenſionem paratam affirmat, ac ſecuritatem; profeſſus non impune laturum, ſiquis audax, ac temerarius audeat in eam quidquam, vel facto, vel dicto, quo à ſe illam tentet abſtrahere. Vtriuſque rei exemplum habes Deuter. 32. capite: quo loci poſtquam in populum ſuum, à ſe in idola declinantem, minarum multum detenuiſſet: *Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis*; & quæ ſequuntur alia: mox de illis à quibus in tantum ſcelus, vel exemplo, vel hortamentis fuiſſent inducti, ſubdit; *Si acuero, vt fulgur gladium meum; & arripuerit iudicium manus mea; reddam vltionem hoſtibus meis: & his, qui oderunt me, retribuam. Inebriabo ſagittas meas ſanguine; & gladius meus deuorabit carnes.* Ver. 41. 42. Hæc autem ad populi ſui hoſtes ſupplicia dirigi, intelliges ex verbis proximis: *laudate gentes populum eius; quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur; & vindictam retribuet in hoſtes eorum.* ver. 43.

Is affectus implacabilis, vt infernus.
Vtriuſque affectus in Deo exemplum, Deut 32. 25.
Deut. 32. 41.

NOTATIO XXIII.

LAMPADES EIVS LAMPADES IGNIS ATQVE FLAM.

I.
Interpretum de nexu exigua hoc loco cura.
Quidã de Iudæis inuidentibus interpretantur.
Sed ea iam cura minus pulſabat Eccleſiam.
Alij lampades caritatis vaſa volũt.
Alij virorum Sanctorum corda, in quibus caritas ardet.
Sed id ponendum, lampades à caritate eſſe diſtinctas.
Alij Sancti Spiritus ardores.
Alij amoris effectus vrendi, & illuminandi.
Aponius hic haud ſyncerus.
Locus hic a plerisque minus curioſi tractatus.

LOCO *hoc mirati ſumus, Interpretum aliàqui magnorum* tantam ſententiarum varietatem: ſed multo magis exiguam pæne in omnibus conſequentiæ curam. Gregorius Magnus adhuc hæc refert ad *Iudæos*, inuidentes *Eccleſiæ* fælicitati; ignemque *æmulationis* circumferentes; donec eo conſumpti in æternum ignem demergantur. Sed ordini rerum non cohæret: nec quo ſtatu *Eccleſia* deſcribitur, curandi tempus erat, quid Synagoga, iam penitus ex authorata, moliretur: nec quidquam ab ea timendũ erat gente, quæ vaga per orbem, ſine duce, ſine rege, ſine templo, ac ſacrificio omnibus inuiſa gentibus ferebatur. Iuſtum autem Vrgelitanum quid impulerit, vt *lampades* interpretaretur *caritatis vaſa, in quibus caſtitas habitat*, non aſſequimur: ſimile iudicium de Caſſiodoro, Bedaque, qui *lampades* interpretantur *virorum Sanctorum corda, in quibus veluti in vaſis ſeu lucernis caritas habitat: ignis dictas, quia interius ardent; flammarum, quia exterius illuminant*. Sed omnino *lampades ignis* à caritate diſtinctas eſſe oportet, cum illius dicantur eſſe *lampades*, nec poſſint illius eſſe niſi ab illa ratione aliqua diſtinguantur. Probabilius Anſelmus, *ardores Spiritus Sancti* interpretatur: quibus & animus ardeat, & exterius luceat; ſibi vita, alijs exemplo. Rupertus ad duos caritatis aduerſis concitatæ effectus refert: *ardoris*, quò in inimicos inuchatur, vt deleat, *illuminationis*, quà amicos recreet, & confirmet. Aponij hoc loco liber, vel eius, qui illius Commentarium in compendium redegit, culpa; vel incuria ſcriptorum, vel valdè corruptus eſt, vel ita obſcurus, vt quid ſibi velit, non ſatis appareat. Mirum eſt nobiliſſimum locum tam parce tractatum à latinis interpretibus.

Gregor. M.
Lampades ignis æmulatio Iudæorum in Eccleſiã.
Iuſt. Vrgel.
Lãpades caritatis vaſa in quibus caſtitas habitat.
Caſſiodorus.
Beda.
Lampades virorum Sanctorum corda interius ardentia foris lucentia.
Anſelmus.
Lampades ardores Spiritus Sancti.
Aponius.

II.
Lectio 72. Alæ eius alæ ignis, flamma eius.
Quidam dilectionem Dei, & proximi duas caritatis alas volunt.
Sed aliud caritas, aliud alæ illius.
Alij alas opera caritatis exponũt.
Alij caritatis ardorem, ac fulgorem.

Nec multo maiora in Græcis præſidia, aut certiora, qui editionem 72. interpretum ſequuti: *Alæ eius alæ ignis, flamma eius*, Satis hæc confuſe tractarunt; aut ita preſſe, vt iuuare vix poſſint intelligentiam. Philo Carpath. *Dilectionem Dei, & proximi* duas *Caritatis alas* eſſe dicit: quæ duo, qui habeat, inextinguibili *Caritate* futurum diuitem. At *Caritas*, ſi rite definias, Dei amor ſeù dilectio eſt, & proximi: cum ergo *alæ* donantur, aliquid indicatur, quod caritas ipſa non ſit. Tres Patres ſatis impedite: *Opera caritatis alas illius eſſe, quæ illuſtrat in luce veritatis mentem per contemplationem, atque ignorantiæ diſcutit tenebras. & per actionem, atque opera mandatorum malitiam omnem abſumit, & incrementum ſuggerit.* Theodoretus demum generalius *ardorem* hic, ac *fulgorem Caritatis* deſignari ait: quæ, cum tam *ignea flamaque* ſit, nihil poteſt eſſe vehementius, cum maximè ex eo genere ignium ſit, quæ extingui non poſſunt.

72. Lectio: Alæ eius alæ ignis, flammę eius.
Philo Carpath.
Charitas Dei, & proximi duę caritatis alæ.
Tres Patres.
Alę caritatis opera illius.
Theodoretus.
Ardor, & lumen Amoris alæ.

III.
Sed loco obſcuro lucem aliquam inferre tentemus.
Niſi nobis cernendi facultatem ipſa lux Lampadum adimat.
Aut ardens rubis accedere nõ ſinat.
Dixerat caritati datam zelum armigerum,

Hæreamus paulo antè deſignatis veſtigijs, & pulcherrimo loco lucem aliquam inferamus: niſi is idem *lampadum Caritatis* ardor propius accedere nos prohibeat, aut ſplendidiſſima lux oculos mentis præſtringat; aciemque, vel hebetet, vel obtundat; & *Scrutatores maieſtatis opprimamur à gloria*. Sed ſi affectus omnes carnis, velut *calceos* deponamus, forſitan dabitur ad *ardentem*, nec damni quidquam à tanta flamma patientem, *rubum* accedere; & *viſionem hanc vere magnam*, propius intueri, ac venerari. Nam & ab huius rubi lucentibus flammis lux nobis mutuanda eſt, ad huius loci noctem illuminandam. Dixerat, *Caritati æmulationem* comitem adiunctam eſſe, & quaſi ſa-

Prouerb. 25. 27
Exodi 3. 3.
A rubo ardente lux huic loco mutuanda.

Nunc armatum procedere iubet. Et quidem armis ſplendidiſſimis. Hæc tota nectendi ratio.

Zelus caritatis armiger, ſuis armis armatus.

tellitem, & armigerum datam: ne quis putaret virtutum mitiſſimæ, ac blandiſſimæ deeſſe præſidia ad defenſionem, & vltionem, vt paulo antea obſeruatum à nobis eſt; addit nunc de armis *æmulationis*, quæ ſimul & *Caritatis* eſſent; ne quis putaret virtutem quidem, & copias caritati non deeſſe, ſed imparatas inermeſque eſſe; ideoque hoſti facile ceſſuras in prædam. Sua ergo illi arma eſſe, & quidem ignea, quibus vſciſci poſſit contumaces, & à ſe & ſuis omne diſcrimen auertere. Hæc tota nectendi ratio eſt horum verborum cum proximè præteritis: Hic ſenſus breuibus verbis expoſitus; ſed, quantum iudicamus, aptus ad interpretationis noſtræ conſequentiam. Is ergo nunc, & firmandus, & illuſtrandus eſt.

III.

Lampades quidã ad illuminandum poſitas volunt. Et de Chriſto in cruce interpretantur. Tunc lampada, in natiuitate ſplendore tantum. Tunc orbem illuminatum. Totque fuiſſe faces, quot vulnera. Etiam ardore pollentes ideoque etiã carbones. Ideò dictos deſolatorios. Et carbones Dei, quod illis etiam arſerit. Alas autem ignis dictas, quod velociſſimè cor trãsfigant. Sed id aptius ad, obcimus, quà huic loco enucleando.

In lampadibus vis illuminandi ſignificata. Ghislerius. Chriſtus in Cruce lampas, qua diſcuſſæ tenebræ figurarum. Iſai. 62.1. In Chriſto in Cruce tot ſplenduere lumina, quot fuere vulnera. Pſal. 119. 4. Alæ ignis dicta, vulnera Chriſti, quod meditantis cor velociſſime transfigant.

Prima Quæſtio de vocabulo *Lampadum* eſt, quo quidam vere *Lampades* ſignificari putarunt, ideoque in eo vim illuminandi potiſſimum agnouere. Sic Aponius quantum aſequor, verba enim obſcuriſſima ſunt. Sed in eo doctus quidam de recentioribus Interpres eminuit; hæc quæ dicuntur de Chriſto in Cruce pendente, cum ſcilicet caritatis illa fax ſplendidiſſimè arſit, interpretans. Tunc lampada fuiſſe illius corpus, immo illum ipſum, qui in natiuitate ſplendor fuit, in morte *lampada* rite dictum ab Iſaia. *Donec egrediatur, vt ſplendor Iuſtus eius, & ſaluator eius, vt lampas accendatur.* Iſa. 62.1. Tunc orbi illuxiſſe auream lucem, ac tenebras figurarum expulſas; nec *lampada* ſimpliciter fuiſſe, ſed multipliciter: tot enim fuere faces, quot vulnera: tot lumina, quot exempla. Nec ſolum ſparſiſſe lumen, etiam ardorem: nemo enim eſt qui non ex *Chriſto* in Cruce aſpectu amoris igne corripi ſe ſentiat. Ideo non *lampades* ſolum fuiſſe, ſed & carbones, ignitos ſcilicet, eos enim ſignificare originale vocabulum: dictos autem *deſolatorios*, quod per eos omni malitia terra deſolata fuerit: vel quia in Chriſto animam à corpore deſolarunt, (ſic loquitur) eundemque Chriſtum velut victimam gratiſſimam, velut in holocauſto perfectiſſimo totum immolarunt Patri: qua cauſa etiam dicti *Carbones Dei*, quod Deum ipſum inflammarint in amorem hominum. Dictas etiam *alas ignis*, ſeu alatos ignes, ac igneas ſagittas, vt habent 72. Interpretes, quod efficaciſſimæ, ac velociſſimæ ſint, momentoque meditantis Chriſti cruciatus cor transfigant. Hæc Authoris huius interpretatio eſt in ſummam redacta, quam ille pluribus exequitur: pia quidem, & grauis, & vtilitatis multæ ad conciones populares, huic loco minus apta, cuius aliam eſſe ſententiam indicauimus.

IV.

Lampades nos pro facibus poſitas arbitramur. Quo ſenſu a bonis authoribus vſurpata. Et in vſu in certamine lampadadromico. Quem Lucretius ad vitam animãtium tranſtulit. Faces autem Amori, etiam à profanis datæ. In ſacro autem ſermone pro facibus lampades vſurpatæ. Nec ſecus loco hoc accipienda.

Lãpas pro face. Virg. Æneid. 9. Certamen lampadodromicum. Lucretius. Faces Amoris proprius apparatus. Ouidius. Lampades pro facibus in vſu ſacro. Geneſ. 15. 17. Exod. 20. 18. Ezech. 1. 13. Daniel. 10. 6.

Ergo *lampades* non pro *lucernis* poſitas, ſed pro *facibus* exiſtimamus ἀπὸ τοῦ λάμπειν, quod eſt, *ſplendere*; quemadmodum apud Poetam:

Princeps ardentem coniecit lampada turnus,
Et flammam affixit lateri, (ligneæ turris)

Quales, & in certamine lampadodromico geſtare ſoliti curſores ea lege, vt, niſi ad metas accenſas deducerent, tradita alteri face, ſeſe victos faterentur. Vndè nata paræmia, *Curſu lampada tradere*. Quem vſum Lucretius tranſtulit ad animantium vitam, cuius decurſa ſtadio, alias ſucceſſores haberent, velut vitam traderent:

Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.

Faces autem *Amori* etiam profana ſapientia tradidit, quemadmodum, & ſagittas.

Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus,
Deſpectaque iacent, & ſine luce faces.

Sed *lampades* pro facibus, ſæpè in vſu ſacrorum librorum Gen. 15. 17. *Apparuit Clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas*: Ex 20. 18. *Cunctuſque populus videbat voces, & lampades*. Sic alijs locis paſſim, quamquam in his ferè vocabulum vnum eſt in originibus, LAPHID. loco igitur hoc certum ſit, *lampades*, pro facibus poſitas; & quia de *Amore* eſt ſermo, cuius arma faces; & quia ex ſcripturæ vſu *lampades* faces ſunt, maximè vbi Deo tribuuntur, & inter illius apparatum numerantur. Ezech. 1. 13. Dan. 10. 6.

V.

Faces autem trãſlatè pro fulgurib. Quæ arma diuinitatis. Et velut armigeri irati numinis. Immo raro Deus ſine fulguribus inductus. Cùm ſæpius ſe ſe conſpiciendum dedit. Sic Ezechieli oſtẽſus. Et Danieli, & Ioanni.

Faces, pro fulguribus, quæ arma diuinitatis. Exod. 9. 23. Ibid. 19. 16. 18. Deus legem daturus flammis circumfuſus. Ezech. 1. 4. Daniel. 7. 10. 11. Apoc. 4. 5.

Sed, & *lampades*, & *faces* locis his translatè poſitas pro *fulguribus*, certum etiam exiſtimamus, quæ arma propria diuinitatis ſunt, cum contra *faces*, & *lampades* hominum ſint propriè. Ideò etiam à profanis Ioui deorum ſupremo fulmina data ſunt, velut propria illius tela, cui cœlum aula eſſet. In ſacris autem nihil frequentius. Exodi. 9. 23. *Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terram*: Scilicet miſſilibus ſuis vſus. Et cap. 19. 16. Deſcenſuro in montem Deo, vt ſterneretur via. *Cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura*. Præludebatur ſcilicet ei, qui mox igne multo circumfuſus venturus erat. *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus de eo, quaſi de fornace*. Ver. 18. Sic Ezechieli viſus, cap. 1. 4. *Et nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius*. Et ver. 13. de miniſtris. *Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium, ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis*. Sic etiam Danieli. Immo & Ioanni Apoc. 4. 5. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.*

Digitized by Google

trua. Mirum eſt toties Deum induci, & multo igne circumfuſum, & fulguribus longè iactatis, velut ſatellitio ſtipatum, venerationem metumque incutientem. Quæ res certè magno myſterio non caret. Sequi non pudet præeuntem doctum de noſtris Ezechielis Interpretem, qui in ea Prophetæ viſione, quam legimus Cap. 8. eandemque eſſe ille putat, quam cap. 1. viderat, repræſentari Deum *amatorem* ſimul ac *Zelotypum* arbitratur. Nam aureus ille color pectoris *amorem* cordis vehementem ſignificat. ignis circunſtans *Zelum* atque indignationem, qua ſucceſus ſponſus erat, videns *Sponſam* violata prima fide ſibi præpoſuiſſe Baal. *Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis, & ecce ab Aquilone porta altaris idolum zeli in ipſo introitu*. Ezech. 8. 5: Fieri enim minimè poterat, quin ad primum riualis aſpectum totus excandeſceret, & irarum flammas, atque vltiones aduocaret. *Quis enim non æmulum ſuum dum videt patitur? Quis oculis in eum poteſt, in quem mentibus non poteſt?* Ideo *Idolum zeli* dictum, quia in mitiſſimo amantis pectore *æmulationis* fluctus velut in pacifico pelago ſæua procella concitabat. *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis*. Oſee 12. 14. En amaritudines illas quibus ſæpè amoris dulcedinem vulnerari monuimus. Vocantur autem Idola *amaritudines*, quia Dei bilem commouent, quæ humorum omnium amariſſima, & ingratiſſima (liceat humano more loqui, quandoquidem, & ſcriptura loquitur) Ergo id tota viſione illa Deus Prophetæ ſignificat, vehementer ſe indignatum; quod impenſe populum ſuum amans, non ab eo viciſſim ametur. Ideo deſcendiſſe in vindictam paratum, ſed armis ſuis *lampadibus, facibus, fulguribus, flammis* armatum.

Nec aliud Moſi oſtenſum in Rubo, quem flamma lambens non depaſceret, licet in eo effectus *Zelotypiæ* alius ſignificatus eſt. Hic mihi Ambroſius facem præfert. *Zelus quoque, vt infert: quoniam qui zelum Dei habet, pro Chriſto, nec ſuis parcit. Itaque, & mortem habet caritas, & zelum habet caritas, & alas ignis habet caritas: Denique Chriſtus diligẽs Moyſen in igne illi apparuit*. Serm. 15. in Pſalm. 118. ſcilicet indignatione armatus in eos, qui *Sponſam Eccleſiam* tot malis vexabant. *Vidi*, inquit, *afflictionem populi mei in Ægypto, & ſciens dolorem eius deſcendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum*. Exo. 3. 7. 8. *Sciens*, inquit, *dolorem eius*. Immo etiam patiens, ſentienſque; neque .n. amãs ipſe poſſum non eodem cum gente mea dolore tangi; Non ergo Ægyptij in ſolam ſponſam iniurij ſunt, ſed in me etiam. & quidquid acerbi cogunt in illam, in me etiã cogunt. Vlciſcar ergo illos, non propter eam ſolam, vt eam tantis malis eripiam, & in tuto locem, ſed etiam propter me, nec niſi indulſero iræ meæ, & ſeuerè puniam illos, dolor miteſcet. Huius ergo indignationis indices *flammæ* ſunt, quæ nunquam illi deeſſe poſſunt, aut abeſſe, qui verè amet ſemper enim *Amori zelus* coniunctus eſt, in vltionem paratus illius, qui vel amatus à Deo, alio curas obuertit, debitamque illi caritatem in creaturam transfert: vel *Sponſam* à ſe dilectam, aut de ſtupro ſollicitat, vt eam ad ſe auertat: aut crudeliter habet, vt cruciet.

Sed huius Æmulationis ſchema alio loco habet tàm viuis expreſſum coloribus, vt mirer nemini veniſſe in mentem ad illuſtrandum hunc locum. Indicauimus ſuperiore Notatione, ſed indicauimus tantum. Cum multa præceſſiſſent de *amore* Dei in populum illum, ac prouidentiſſima indulgentia, eius accuſat ingratitudinem, qui ſe ſcilicet reiecto, defeciſſet ad hoſtes. *Deum, qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Dei Creatoris tui*. Deut. 32. 18. En ſimul, & Dei *amorem* in populum illum, quem ſcilicet *genuit*, & indulgenter, vt pater habuit: immò quem non aliter edidit, quam ſi partu nõ ſine dolore grandi edidiſſet: eam enim vim origines habent: *Obliuioni tradidiſti Deum, qui parturiuit te*. Et populi ſcelus, ad extraneos Deos cultum amoremque vero Deo debitum transferentis. *Prouocauerunt eum in Dijs alienis*, (In fontibus: zelare fecerunt eum) *& in abominationibus ad iracundiam concitauerunt*. Ver. 16. *Ex æmulationem amoris* armigeram, arma parantem ad vindictam iniuriæ; immò iam iam iterum in hoſtem. Vide claſſicum incinentes tubas, *Ipſi me prouocauerunt* (zelare fecerunt me) *in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos*, (zelare faciam eos) *in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos*. Ver. 21. Iam prælia miſcentem zelum, & totis immiſſis copijs pugnantem ſpecta. *Ignis ſucceuſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima: deuorabitque terram cum germine ſuo, & montiũ fundamenta comburet*. Ver. 22. Vides *faces, fulgura, flammas*, & quidquid hoſtile in igne eſt, ab *æmulatione* in inimicam ingratamque gentem immiſſum, omniaque ad interitũ, & cineres verſa, etiam quæ ſenſu carent, vt immerentium pernicies, hominum ſupplicium ſit, qui deliquere. Addit: *Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues* (RESEPH) *morſu amariſſimo*. Verſ. 24. Reddere poſſis *comburentur fame, & deuorabit eos pruna, ſeu carbo ardens, ſeu ignitum telum*, Eſt enim idem vocabulum, quod Canticorum hoc loco redditum eſt à vulgato *lampades eius*. Vides tam vnum locum loco alij geminum eſſe, vt non ouum ouo ſimilius ſit: ne dubitare poſſis, quin ab vno alteri lux, & quidem

SVM. COM.

Nec ea res magno myſterio caret.
Quod indicauit doctus Ezechielis interpres.
Repræſẽtatur Deus Amator, & Zelotypus.
Vltorque adulteræ ſynagogæ.
Nec videre ſcelus poterat, quin excandeſceret.
Ideo Idolum zeli dictum.
Quia ad æmulationem cogebat.
Et amaritudines quia bilem accẽdebat in Dei pectore.
Qui humorum omnium amariſſimus.
Ideo in vltionem paratus inducitur. VI.
Idem oſtenſum Moſi in Rubo, effectui alij zelotypiæ indicando.
Cuius rei indiciũ Ambroſius fecit.
Nam etiam in eos iraſcitur, qui ſponſam vexare audent.
Immo, & illa dolente, dolet & ipſe.
Et vtrique dolori medendo armatus deſcendit.
Eius ergo indignationis indices flammæ ſunt in Rubo.
Nam amori ſemper coniunctus eſt zelus.
Velut illius armiger, & ſatelles.
VII.
Schema aliud huius æmulationis mire expreſſum.
Accuſat Deus ſynagogam, quod ſe relicto ad aliũ declinarit.
Cum omnem amorem in eam cõieciſſet.
Seque ideo æmulatione accenſum iure fatetur.
Curit indulgeat, arma parare.
Immò ſe ab ea receſſurũ minatur.
Et aliam quæſiturum ſponſam.
Et eius ſcelera ſeuerè vlturum.
Nec magis parciturum quàm incendium ſoleat.
A quo omnia in cineres rediguntur, nullo diſcrimine. Si quæ ſuperſint reliquia ab auibus deuorandas.
Eſt ergo Deuteronomij hic locus huic noſtro geminus.

Hieron. Pradus.
Ezech. 8. 5.
Deus Amator ac Zalotypus.
Ezech. 8. 5.
Tertul. Pal.
Idolum Zeli cur dictum.
Idola amaritudines cur dicta.
Oſee. 12. 14.
Bilis omnium humorum amariſſimus.
Ambroſius.
In rubo Deus amator, & Zelotypus.
Exod. 3. 7. 8.
Deus Eccleſiæ ſuæ mala, vt propria ſentit.
Æmulationis indicia flammæ.
Eiuſdem æmulationis alia imago viua & ſpirãs.
Deuter. 32. 18.
Dei voces contra Synagogæ infidelitatem.
Quanti ſibi ſteterit Synagogæ redemptio ſignificat *Deus* voce parturitionis.
Deut. 32. 16.
Ibid. ver. 21.
Deus Synagogæ receſſum a ſe, alio receſſu punit.
Ira *Dei* contra Synagogam incendio comparata omnia vaſtãti.
Ibid. ver. 22.
Ibid. ver. 24.
Æmulationis Dei ardor ea ẽ voce ſignificatus hic, & Deut. 32. 24.

Digitized by Google

Et lampades hic pro fulminibus poſita.

VIII.

Sed vox originalis RESEPH, etiam velocitatem ſignificat.

Ideo 72. reddidere, Alas, & vulgat. Deuter 32. Aues.

Indicatur ſupplicij celeritas.

Zelus enim caritate offenſa, volat in vindictam.

non crepera, communicetur. Id ergo certum ſit loco hoc, *lampades miſſilia*, & *iacula*, id eſt *fulgura*, & *fulmina* eſſe *æmulationis* arma in *amoris* vindictam parata.

Sed monui alias originale vocabulum etiam velocitatem ſignificare, id eſt, non *faces*, ſeù *ſcintillas*, aut *prunas* motu carentes, ſed velociſſimè diſcurrentes, & momento ferientes. Ideo Deuter. loco ſuperius citato reddidiſſe vulgatum *Aues*, & Pſal. 75. 4. *Potentias*, ſeù *virtutes arcuum*. Id eſt, *ſagittas*, quod violentiſſimè, ſeù volent, ſeù excutiantur ab arcu. Ergo hoc loco indicabitur vindictæ, ſeù ſupplicij celeritas. Eſt quod dictum alibi eſt: *Non poteritis ſeruire Domino: Deus enim Sanctus, & fortis, & Aemulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris, atque peccatis*. Ioſ. 24. 19. Paratus in vindictam eſt, & culpam ſequetur ſupplicium, & peccantium veſtigia indignatio præmet. *No ſe le barcys, que no ſe la paguens al momento*. Ideò 72. tranſtulere *Volatilia*, ſeù, *alas*. Quia ſcilicet *æmulatio*, domina *caritate* offenſa in vltionem ocyus volat. Quibus ſatis luminis illatum, & in hunc locum.

Comment. Dram. cap. 8 not. 18.

RESEPH, celeritatem ſupplicij ſignificat.

Deuter. 32. 24.

Pſal. 75. 4.

Ioſue 24. 19.

VERSVS VII.

AQVÆ MVLTÆ NON POTVERVNT EXTINGVERE CARITATEM, NEC FLVMINA OBRVENT ILLAM.

COMMENTARIVS.

QVia vim illam, qua *caritas* per *Æmulationem* armigeram ſua iura vindicabat, *igneam* eſſe dixerat, ne quis putaret talem eſſe, cui reſiſti poſſit, metaphoræ cæptæ hærens pulcherrimè, nullis eam *aquarum* fluctibus, id eſt aduerſantium rerum incurſibus, vinci poſſe, confirmat. Atque adeò metuendum non eſſe quidquam obijci ſibi poſſe, quo vis illa ſagittarum ſuarum, quibus armata eſt, vel hebetetur, vel obtundatur. Ex ea autem *caritatis* inuincibili virtute, infert *Eccleſiam* quidem, dum officium ipſa non deſerat, nec quidquam de *amore* in ſe remittat, tutiſſimam eſſe, vel in medijs periculis, aduerſarumque rerum incurſibus. *Caritatem* eandem, quam in illam impendit, ſecuritatem præſtituram. Eam pro illius ſalute in acie conſtituram; eam expectaturam ingruentes hoſtium copias, aut vltro prouocaturam. Nec metuendum eſſe de ſucceſſus. Duraturam illam, ac profligatis hoſtibus, ac vel in fugam verſis, vel omninò deletis, victoria potituram: ſed victoriæ totius præmia *Eccleſiæ* ſuæ ceſura, cui ſcilicet ille *caritate*, atque *æmulatione* armatus, depugnarit: ac vicerit. Sibi ſatis futuram victoriæ gloriam, & ex victoria parta trophæa.

ENARRATIO.

A*Emulationis arma ignea eſſe dixi tela, ac omnino flammeas ſagittas. Sed nulla ignis vis tanta eſt, quæ infuſis aquis non obruatur, opprimaturq; Solus hic caritatis meæ ignis diuiniorem nactus originem, cæleſtes flammas, immortalis eſt: nec aquas inundantes timet. Medijs pelagi fluctibus viuacius ardet, indeque vires, ac virtutem acquirit, vndè pericula minabantur. Aduerſa ingruere poſſunt, & circumfuſæ infælicitates minitari, ac velut fluminum immiſſis verticibus moliri perniciem: Sed irritus conatus erit, ridebitque pericula fortior caritas: maior ſemper robuſtior à diſcrimine reditura. Sed id quidquid virium, quidquid roboris eſt, in tui defenſionem paratum eſt. Perge porro me vnum tui amoris ſcopum reſpicere, nec partem demere, quam alij dones. Agnoſce impreſſas cordi, impreſſas & brachio notas; imaginemque ſponſi, quæ cogitationes, quæ opera ipſa ſignaſti; ac te meam eſſe memento.*

Sic

Digitized by Google

Sic amantem aduerſa ſi præmant; ſi dura minentur; ſi blandiuntur ſecunda, & quæ vi, quæ fraude laceſſant, tutam præſtabo. Diſſlabunt caritatis flammæ hæc nubila, & tempeſtates auertent, & per inferentes ſe fluctus, & minantes procellas in portum deducent. Tibi ſcilicet pugnabitur; & quidquid ſpoliorum nobilitabit victoriam, accumulabitur tibi. Ipſe, viciſſe contentus, cedam tibi præmia victoriæ, quoad mecum cœlum ſubeas coronanda.

NOTATIO XXIV.

SVM COM.

AQVÆ MVLTÆ NON POTVERVNT EXTINGVERE CAR.

I.

De vtro Amore hic ſermo.
Eccleſiæ in Chriſtum an contra?
Quidam in commune de amore putant.
Haud rectè.
Alij de ea caritate qua Deum amamus.
Quæ qui ardet nihil eſt quod timeat.
Id probabile propter multorum authoritatem.
Sed locum Ambroſius pulcherrimè tractauit.
Vires veræ caritatis expendens.
Et in medijs ærumnis fœlicitatem.
Ambroſio hærent de veteribus plurimi.
Inductis etiam PP. exemplis.
Et maximè Pauli quærenti in arena Athletæ?

Quæſtio de vtrô amore ſit ſermo, noſtro an Dei?

HOrum cum ſuperioribus nexum habes in Commentario, nec aliud adijcere neceſſarium. De ſenſu non magna lis eſt, tametſi nonnulla eſt. De vtro *amore* loquatur, *Sponſa Eccleſia*, an ſuo, vna quæſtio eſt; an verò in communi de vi *caritatis* loquatur. Quidam in communi loquutum putant, quia verè *caritati* cuicumq; hæc conueniunt omnia. Id quidem verum eſt, ſed hic non, quid verum ſit ſolum, exquirimus; ſed quid, cum verum ſit, tamen ad hunc locum, & ad interpretandi ſeriem aptum ſit. Nam ſi hactenus nō de *caritate* in commune loquutus eſt *Chriſtus*, cur hæc de *caritate* in communi dicta interpretabimur? Alij omnia hæc ad eam *caritatem* referenda arbitrantur, qua Deum ipſi amamus; adeoque ad *Eccleſiam* pertinere, quam *Chriſtus* hortetur ad ſyncerum ſui amorem, quo ſi ardeat ipſa, nihil ſit, quod timeat: omnia potius magnanimitate *caritatis* victuram, & ardore ſuperaturam facilè. Hanc interpretandi rationem probabilem faciunt Interpretes multi, & magni de veteribus, ac recentioribus. Ambroſij aurea verba, ſed ignem ſpirantia ſubdidi, tametſi diffuſiora, quia nullus eo melius, aut vtilius locum hunc tractaſſe mihi viſus eſt. Lib. de Iacob. & vita beata cap. 7. *Quia torrentem tranſit anima diligentis, nulla tempeſtas, nullum profundum periculum, nullus terror mortis, aut pœnæ iam caritatis imminuit. In his enim probamur, in his beata vita eſt, etiamſi multis periculis inundetur. non enim frangitur ſapiens doloribus corporis, nec vexatur incommodis, ſed etiam in ærumnis beatus manet. Neque enim aduerſa corporis vitæ beatæ munus imminuunt, neque de eius ſuauitate aliquid delibant: quia non in delectatione corporis vita beatitudo eſt, ſed in conſcientia pura ab omni labe peccati.* Succenturiantur Ambroſio Philo Carpath. Angelomus, Aponius, Honorius, Iuſtus, tres apud Theodoretum PP., & Theodoretus ipſe, qui rem probat multis veterum PP. inductis exemplis, eum adeat cupidus Lector. Sed, & exemplo Pauli, quod & facit Ambroſius, & Aponius, qui velut nobilis Athleta media mundi arena auſus hoſtium omnes copias prouocare, dicebat; *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti, &: certus ſum, quia neque mors, neque vita,* & quæ ſequuntur. Sed de horum Pauli verborum ſenſu mox dicemus. Accedunt his Caſſiodorus, Beda, Gregor. M. Rupertus, atque Anſelmus.

Qui vere caritate Dei ardet, nihil eſt quod reformidet:

Ambroſius.
Pſalm. 123. 4.

Philo Carpath.
Angelomus.
Aponius.
Honorius.
Iuſtus Vrgel.
Tres Patres.
Theodoretus ſ
Roman 8. 38.
Caſſiodor.
Beda.
Gregorius M.
Rupertus.
Anſelmus.

II.

Verò hæc quātum ad doctrinam dicta.
Sed locus aliud exigit, quo Chriſtus de ſuo amore loquitur.
Certè ab eo loco: ſub arbore malo &c.
Nec pergit de alio dicere.
Id ergo ſit certum.
Dubium an de re tranſacta, an de futura loquatur.
Primum illud videtur certum.
Nam caritatem Chriſti nulla vitæ mala ſuperarunt.
Tametſi agmine facto irruentia.
Potius illum ſicut altius ſuſtulerunt ſpectandas.

Si doctrinam ſpectes verè hæc dicta ſunt, & grauiter: ſi ad conſequentiam, filumque interpretationis reſpicias, omnino affirmabis Chriſtum hic de ſuo in *Eccleſiam* amore loquutum. De ſe loquebatur, ac *caritate* in *Eccleſiam* ſuam cum diceret: *ſub arbore malo ſuſcitaui te.* De ſe cum exigeret, & quidem ſeueriſſima lege, amorem in ſe Eccleſiæ: *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum.* De ſe cum *dilectionem* ſuam *mortis fortitudines, æmulationem* verò *duritiæ inferno* compararet; de ſe cum *æmulationis* ſatellites *lāpades*, ſeu faces diceret: de ſe ergo loquitur, cum eundem illum *caritatis* incēdium Oceani totis immiſſis aquis extingui non poſſe, dicit. Hæc rerum conſequentia, hic nexus eſt. De *Chriſti* ergo in *Eccleſiam caritate* hæc interpretemur. Sed in re vt videtur certa, illud dubium eſt, an cum dicit: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem*, de re tranſacta an de futura loquatur. De tranſacta loquutum, & verbum, *non potuerunt*, probat; & res ipſa confirmat: quandoquidem *caritatem* in *Eccleſiam Chriſti* totius vitæ labores, anxietates, demumque cruciatus ipſi mortis atrociſſimæ minimè minuere potuerunt. Et ea quidem malorum moles, velut impreſſione quadā facta vno agmine impetum in illius *caritatem* fecit, ſed perſtitit ipſa inuicta, cumque opprimenda videretur, & fluctibus obruenda, emerſit, victriceque quaſſata coma, lætum vultum cœlo, ac terræ oſtendit, quo Angelos Hominesque recreauit; Deumque tanti certaminis ſpectatorem Agonothetamque meritus eſt victoriæ acclamatorem. Tunc verè *Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem.* Illi potius ingentium *aquarum* fluctus arcam in ſublime ſuſtulere, qua ſalus hominum, & ſemina vitæ vehebantur, cœloq; propius admouerunt, quod in hac eadē materia monuit ſolerter Ambroſius.

De Chriſti in Eccleſiam caritate hic ſermo:
Cant 8. 5.
Ibid. ver. 6.

Caritatē in Eccleſiam Chriſti nullæ vitæ aduerſitates ſuperarunt.

Geneſ 7. 17.
Aquæ multæ arcā in ſublime ſuſtulerunt, ſic caritatē, aduerſa

Hæc

Digitized by Google

III.
Continent autem hæc argumentum validum.
Nihil eſſe timendam futuras aduerſitates.
Et qui difficiliore peruicerit.
Sed probabilius nihil myſterij latere in verbo præteriti temporis.
Quod ſatis ex Hebræo colligitur.
Nec diuerſa ſententia diuerſis verbis continetur.

IV.
Nec damnamus illum ſenſum, de diuerſitate ſententiarum.
Quem, & Honorius approbauit.
Nam caritatem, nec ſecunda minuunt.
Potius in augmentum ſeruiunt.
Monitum id à Paulo cum Deum diligentibus omnia cooperari in bonū dixit.
Vt illis, qui alijs laquei ſunt, pro alijs ſint.
Sic incendio grādi omnia pabulū miniſtrant.
Et verò quod Iobi patientiam aduerſis procurauit Dæmon
Obſequutus ingenio ſuo eſt
Quod diuitijs ſpoliarit, præter morē fecit.
Idque miratur Chryſoſtomus merito
Cum plus vtilitatis ex illius opulentia quam egeſtate ſperare poſſet.
Sed ſi conſideres, conſilium non dānabis.
Nam qui viderat opulentia creuiſſe eius virtutem.
In egeſtatem compulit quaſi aquas ab arboris radice auertens
Speranſque cōtraria ex arte lucrū.
Virtus ergo Iobi ſecundis augmenta ſenſit.
Nam & rerum abundantia aquis ſignificata eſt
Nec immerito ſecunda eo nomine ſignificata

Hæc quidem ſatis aptè videntur dicta: & alioqui continebunt validum argumentum ad oſtendendum, nulla eſſe in poſterum poſſe, quæ vim illam *caritatis* obtundant in *Chriſti* pectore, quandoquidem, cui difficiliora paſſionis, & crucis prælia fuiſſent pugnata fœliciter, nihil erat de minoribus dubitandum, quin vintrix prodiret, lauro ſua coronanda. Sequerer id niſi viderem in verbi vtriuſque *potuerunt*,& *obruent*, diuerſitate temporis myſterium nullum eſſe aliud, quam vulgatum ex conſuetudine alias Hebræorum obſeruata, mutaſſe tempora; &, quod futurum in fonte eſt, enunciaſſe præterito. Hæc vna ratio eſt. Alia, quia loco hoc diuerſis orationibus, aut eadem, aut omninò ſimilis poſita ſententia eſt: nàm quia de *igneis lampadibus* dixerat, quibus *aquas* oppoſuerat, vtroque verbo, &, *extinguendi*, quod proprium *lampadis* eſt; &, *obruendi*, quod inundantium fluctum, eſt vſus, eumque vtrumque tranſlatum ſit, ſignificatio diuerſa non eſt.

Si contra nitare, veliſque diuerſam ſententiam diuerſis verbis contineri, habes patronum Honorium Auguſtodunenſem, qui *aquas multas* interpretatur *res ſecundas*, earumque illam affluentiam, qua pleno gurgite haud raro blandiuntur: *fluminibus* autem aduerſarum rerum incurſus, quibus frequentius impeti ſolet humana imbecillitas. Et verò *caritatis* has *flammas* cum purè ſplendent, nullo alterius amoris fumo infuſcatæ, aut nebula turbidæ, inferentis ſeſe fœlicitatis hi gurgites haud obruere poſſunt. Promouent potius, & nauiganti Amori ſubiectis humeris ſeruiunt, donec in portum fœlicitatis æternæ deducant. Id eſt, quod à Paulo monitum alicubi eſt. *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti*. Rom. 8. 23. *Omnia*, inquit, *cooperari in bonum iuſtis*, etiam illa, quæ ſæpè velut laquei quidam cæterorum pedibus implicantur, vt in ruinam impellant. Quemadmodum enim grandis ignis quocumque pabulo creſcit, & nuper à ſyluaſua comportatam materiam, ſuaq; adhuc humiditate turgentem, ac flammis repugnantem, momento tamen abſumit, atque in ſui augmenta ſeruire cogit: ſic omnino ingenti *caritate*, etiam quæ videbantur eius augmentis obſtitura, ad gloriam obſequūtur. Et quidem, quod aduerſitatibus Iobi patientiam prouocauerit Sathan., & immiſsis in eum malorum agminibus de ſtatu mentis deturbare conatus ſit, eumque è Sanctitatis deijcere celſitate, haud miratur Chryſoſtomus. Hom. 2. de Patientia. Eæ ſcilicet illius ſunt artes, quibus haud paucos hominum in partes traduxit. Quod etiam diuitijs ſpoliarit, cum opulentia omnis Iuſti pedibus pro laqueo ſit, quem rarus hominum tuto veſtigio preſsit, id iure miratur. Quidquid enim ſperare poterat lucri detractis diuitijs, atque ad egeſtatem compulſo. Si eum impatientiæ aliquo motu cogeret commoueri; minimum id quidem erat, ijs malis comparatum, ad quæ facilè humana non ſatis cauta natura impelli per opulentiam ſolet: faſtum dico, vanitatem. Superbiam, & malorum multorum auaritiam matrē. Quæ ergo tam præcipitis conſilij, ſuiſque votis contrarij cauſa fuit? Viderat eum eodem tempore non minus diuitijs, & opulentia, quàm virtutibus creſcere, atque illius caritatem in Deum, & maioribus auctibus ſemper augere, quo argenti, aurique pondere grauiores arcæ fatiſcerent. Ideo aquas à radicibus arboris alio auertit, & ſubductis alimentis augmenta prohibeat. Et forſitan, inquit, quæ nunc opes Sanctitatem ſuffulciunt, ſuſtentantque, tolluntque in maius, ſi ſubducantur, ruinam adducent. *Tentat eum igitur pecunijs nudare, quo claris eum facinoribus nudet. Nudat eum iumentis, quo & virtutum munimentis nudet*. En *caritatem*, quam *aquæ multæ* ſecundarum rerum, extinguere minimè poſſint. Nam, & *aquis* abundantiam haud ineptè ſignificari rerum, ſignificauit Iſaac, cum nunciantibus ſeruis puteū fodiſſe ſe, & aquas ſcaturijſſe, lætus puteo fecit nomen. *Abundantiam*. Nec ſine magna cauſa, ſi conſideres, ſecundarum rerum affluentiam *aquis multis* comparatam, aut ſignificatam, fatebere. Quidquid enim fortunæ donum eſt. Fluxum eſt, omniſque illius indulgentia malè tuta, non modo quia conſtans eſſe nulla fortuna poteſt; ſed quia quidquid illa ridens largitur, ſui natura labile eſt; & quantumuis manibus ſtringas, fugam aut minatur, aut exequitur. Vt &, cum tenetur, metu amittendi cruciet: &, cum recedit, triſtitia dilaniet. *Aquam* cogita elementi natura ipſa fluidam, pronamque in fugam: & ſi continere velis, vel ſole coquente vaporibus euaneſcentem vel ſenſim transfuſam, per impetuios oculis vaſorum, ac terræ meatus, ſtudium omne ſeruandi ludentem; & ſæpè cum te *aquis* abundare exiſtimaris, ſiti moriendum ſit.

Fluminibus autem aduerſarum rerum incurſus ſignificari, maximè ex vſu ſcripturæ, loco alio monitum à nobis, oſtenſumque eſt. Eadem ergo illa *caritas*, quæ ſtrato placidè æquore, & obſequentibus auris nauigaus, nullis ſecundioris fortunæ blanditijs, velut ſyrenum cantibus, auerti ab recto curſu potuit, ne mutata fortuna quidem

Chriſti caritas grauioribus ſuperior, haud vincenda prælijs lenioribus.

In hebræo hoc loco verba eiuſdem temporis.

Honorius.
Aquæ multæ ſecundarum rerum affluentia.

Caritati veræ omnis felicitas ancillatur.

Rom 8. 28.
Iuſtis etiam quę laquei peccatoribus eſſe ſolent ad lapſum in bonum cooperantur.
Simile.

Diabolus Iobū aduerſitatibus probans, ingenio indulgens ſuo.
Chryſoſtomus.

Diabolus cur Iobi opulentia vſus eū in fraudem impellere noluit.

Opulētiam virtus creſcens Iuſti, velut arbor aqua.

Chryſoſt. Hom. 2. De Iob.
Idem Hom. 3. Tom. 3.

Geneſ. 26. 33.
Aquis multis rerum ſecundarum affluentia ſignificata.
Similitudo inter aquam & fortunæ boni.
Drammat. Comment. cap. 8. not. 20.
Fluminibus res aduerſæ myſtici deſignatæ.

Fluxa ſcilicet, & eodem ſtatu conſtantia. Et facilè manibus elabentia. Et cum teneri putantur ſuo genio fugaciſſima.
V. *Fluminibus contra aduerſa ſignantur. Et quæ ſecundis auris nauigans caritas, curſum tenuit;*

Digitized by Google

quidem, ac furentibus in perniciem notis, ſcopuliſque minantibus, feris agitata procellis, conſtantiæ clauum vt amittat, poteſt cogi, quin ventorum ipſa rabies non impedit; accelerat potius curſum; & in vita illius gloriæ ſeruit. Haud abſcedere neceſſe eſt ab Athleta illo, qui patientiæ grande ſpectaculum, & cœlo & terræ edidit. Cladium tantarum admonitus, faciem non mutat; & quibus oculis felicitatem aſpexit, etiam infortunia ſpectauit. Habitum mihi pugilis tanti conſidera arena media prouocantem aduerſarios. *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit*. Iob. 1. 20. Nam, & quod & corruiſſe in terram dicitur, & adoraſſe, habitus non lugentis, non ægre ferentis ſortem eſt; ſed venerantis, & gratias agentis, tanquam beneficium accepiſſet, non cladem. *Merces enim calamitatum adoratio, pulſatus ærumnis benedicit, oppreſſus gratias agit*. Chryſ. Nec alia puto facie accumulantem ſibi rerum omnium abundantiam Deum Veneratus eſt olim, quam nunc vno eodemque momento, quidquid largitus fuerat, auferentem. Hoc officio cum Deo perfunctus, veſtimenta ſcidiſſe dicitur, & totondiſſe comam. Forſitan arbitrabere geſtum hunc mœrentis, deſperantiſque, & malis cedentis tantis fuiſſe; non fuit: Sed ſe vel ad nouam certamen parantis, expedientiſque: ſolent enim & athlethæ lacinias ponere, nudoque corpore aduerſarium, vel prouocare, vel exſpectare. *Veluti nudus luctator adſtantem aduerſarium circumplectitur, atque mirabili lucta pro brauio iuſtitiam reportet*. Idem. Id ipſum antè dixerat Origenes. Vel eius certè, qui cætera auferenti obſequium præſtans, etiam illud, quidquid erat, quod manſerat veſtium, auferendum offerebat: atque in ipſo capillitio quidquid reiectitium erat volebat abijcere, ne quid eſſet, quod auferri iam poſſet, ne capillus quidem. Verè tunc dixit: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abſtulit: Sicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*. Iob. 1, 21. *Apoſtolica vox, temporibus Apoſtolicis virtutis ad profectum veniens, quemadmodum Apoſtolus inquit. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre, quid poſſumus*. 1. Tim. 6. 7. Nec ſine cauſa tunc *ſurrexiſſe* dicitur, verè enim, qui Deo corruit, ſibi ſurrexit, & de aduerſis maior ſe ipſo factus eſt; quod nec Chryſoſtomi acumen fugit. *Bonum verbum ſurrexit; non enim decidit plaga, ſed ſurrexit pietatis virtute*. Haud enim robuſtam Caritatem aduerſa deprimunt, ſed ſuſtollunt; nec *obruunt flumina* malorum, ſed lucidiore face ſplendentem orbi proponunt. Habes Honorij ſenſum, quem paucis ille, ac ſterilibus verbis indicauit, affluentiore Sermone expoſitum, quem ſi libet poſſis ſequi.

Nobis quibus hæc placuit preſſius ſumere de *Chriſti* erga *Eccleſiam amore*, miniſtriſque, atque armis, quibus & tutari ſeſe, & *Sponſam* poſſit, *aquarum* hanc *multitudinem*, *fluminumque vim* ita interpretari placet, vt ſi *Eccleſia* officium ipſa non deſerat, nihil illi ſit timendum ab ijs, qui iam caritatem, qua fertur in ſponſum, audeant omni telorum impugnatione laceſſere. *Aquarum* ſe pelagus infeſtat, aut ingentium incurrant *fluminum iræ*, fauore eam ſponſi tutam futuram, ac omnia contempturam: cuius in eam fauor, & ab *Caritate* ſubſidia nec deeſſe poſſint, nec vllis aduerſis viribus ſuperari. Atque id eſſe exiſtimamus, quod Paulus, has Chriſti *Caritatis* vires expertus, dicebat Rom. 8. 35. *Quis nos ſeparabit à Caritate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſequutio? an gladius?* Quo loci quanquam quidam arbitrantur de *Caritate* noſtra in *Chriſtum* ſermonem eſſe, à qua ſe Paulus dicat, nullis aduerſis poſſe deficere, quo pacto interpretantur Chryſoſtomus, Origenes, Theodoretus, Ambroſius, Theophilactus, Anſelmus, quos ſequuti magno agmine poſteriores: quidam contrà de *Caritate*, qua nos *Chriſtus* diligit, ſeu Deus in *Chriſto*, quod maluere de recentioribus docti viri; nobis vnum ab altero ſeparari non poſſe, certum eſt. Ergo auerti à *Chriſti Caritate* Eccleſia non poterit, tametſi multis aduerſariorum armis petita: quia vigilans in illius tutelam *Chriſti* ipſius *Caritas* ſuppetias ſubmittet: haud paſſurus illam à ſe diuidi, vel vllis aduerſariorum machinis auerti: Securam ergo Paulus *Caritatem* ſuam iactat, inter *aquarum multarum* furenſes vortices, atq; perniciem minitantium in curſus *Fluminum*; ſed id *Chriſti* beneficium futurum, qui pugnanti cum pertinacibus hoſtibus affuturus ſit; cum ea illius *Caritas* ſit, quæ nec deeſſe ſuis poſſit, ſed nec vllis hoſtium copijs ſuperari. Id omnino eſt, quod Paulus proximis verbis dicit: *In his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos*. Non enim noſtris nos viribus armiſque pugnamus; quid enim magnum audeat humana imbecillitas? Sed is tamen, qui & dilexit olim, & nunc diligit, potens eſt tantis nos malis eripere; noſque, qui certo ſcimus, quanta illius in nos *Caritas* ſit, dubitare de victoria non poſſumus. Ideo ſubdit. *Certus ſum enim, quia neque mors neque vita: neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes: neque inſtantia, neque futura: neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Do-*

mino

Aduerſis petita clauum nō amittit.
Omnis enim aduerſitas illius gloriæ ſeruit.
Ea in Iobo ad geminatas clades faciem non mutat:
Immo eas prouocat in arena.
Et nequid indumenta ſint impedimento, exuit.
Parum id eſt, niſi & gratias ageret, ingerenti.
Et auferenti cætera etiam comam daret.
Semper ſe ſe ad nouam pugnam cōparat.
Et vno perfuncta prælio, arenam nō deſerit.
Nuda ſcilicet de vtero matris egreſſa.
Durum eſt indui, cum nudari ſit facilius.
Deo cuncta quæ ab eo acceperat reddit.
Felix ſi cūctis ſpoliata Deo ſit induta.
Sic maior ſemper de ruina reſurgit.
Nam aduerſa non deprimunt, potius extollunt.
VI.
Sed nobis placuit hæc de Chriſti caritate interpretari.
Vt monita cōtineant ad Eccleſiam.
Tutam eam eſſe medijs aduerſitatibus.
Amore in eam ſpōſi tutante.
Id voluiſſe Paulus viſus.
Cum aduerſis nullis ſeparandum ſe à Chriſti caritate iactaret.
Quod quidam de amore in Deū illius interpretantur.
Alij de amore in illum Dei.
Nobis neutrū ab alio ſeparandum videtur.
Nam tutam caritatem ſuam inter aduerſa Paulus affirmat.
Sed id beneficium eſſe Chriſti.
Cuius deeſſe caritas ſuis non poſſit.
Vt de victoria dubitare non liceat.
Id autem iam eſſe ſibi certum, quam quod certiſſimū.

Caritas inter proſpera, & aduerſa curſum tenens, nec clauū amittens.
Iob. 1. 20.
Caritas ad cladium aſpectum faciē nō mutat.
Eadem in ſecūdis & aduerſis.
Non contenta acceptis damnis, damna noua ſibi accumulat.
Iob. 1. 21.
Chryſ. Hom. 3. *De Pat. Iob.*
1 *Timot.* 6. 7.
Caritas ſemper fortior de ruina.
Eccleſiæ caritate Chriſti vellatæ, nihil timendum.
Roman. 8. 35.
Pauli locus elucidatus.
Chryſoſtomus. Origenes. Theodoretus. Ambroſius. Theophylactus. Anſelmus. Toletus.
Chriſti caritate caritas Eccleſiæ vellata, & in aduerſitatibus tuta
Rom. 8. 37.
Rom. 8. 38.

Sic dictum: Aqua multa non potuerunt extinguere caritatem.

Digitized by Google

mino noſtro. Atque in hunc ſenſum putamus, dictum: *Aqua multa non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam.*

EX VERSV VII.

SI DEDERIT HOMO OMNEM SVBSTANTIAM DOMVS SVÆ PRO DILECTIONE, QVASI NIHIL DESPICIET EAM.

COMMENTARIVS.

REferenda *Hæc ſunt ad eiuſdem caritatis pretium*, quod apud ſe ſummum eſſe dicit: vt nulla earum rerum ſit, quæ apud homines magnā æſtimatione cenſentur, quæ comparari cum illa poſſit. Omnis ergo patrimonij libenter ſe iacturam ſubiturum, dum vnā, *caritatem* non amittat. Nomine autem *ſubſtantiæ*, non modo fortunæ omnia, quæ dicuntur, bona; comprehendit; ſed & quidquid æſtimationem apud homines inuenit, aut verè æſtimandum, aut ſola mortalium opinione. Immò quidquid aliud à *caritate* eſt ipſa; nihil enim extra illam eſt, quod non vile comparatione ſit illius, dignumque contemni, & abijci præ *caritatis* poſſeſſione. Quam autem id verè dicere *Chriſtus* potuerit, tota illius vitæ clamat ratio, non per ſummam modo egeſtatem acta, ſed & per ſummos labores, ignominiamque, vt ne vitæ quidem ſubire iacturam fit veritus ea *caritate* coactus, quàm ſemel impenderat *Eccleſiæ*. Atque hunc eſſe horum verborum ſenſum planum putamus.

ENARRATIO.

ET quidem caritatis hoc bonum non ſuauitas ſolum commendat, ſed & precium; vincit enim quidquid aliud ſuo precio æſtimandum videtur hominibus. Parum id eſt præ caritatis hac prærogatiua. Quidquid enim ea ipſa caritas non eſt, vile præ illius æſtimatione eſt. Mihi certè tanti factus hic theſaurus eſt, vt omnium ſubire rerum iacturam, quam caritatis maluerim; exemplo meo docturus homines, quid facere eos deceat, ne tanti boni diſpendium ſubeant. Nam & ſinum quodammodo Patris, & beatas illas ſedes reliqui, ac diſſimulata diuinitate humanam indui carnem, ſeruique formam ſuſcepi Dominus: atque homo factus, dura quæque, atque acerba pertuli; rerū egenus omnium; ſub frigido cælo, atque algente nudus; meæ gentis odijs laceratus; opprobrijs vulneratus; turpiſſima tandem morte actus in crucem. Nec reputaui magnum fuiſſe tantarum ſubijſſe iacturam rerum, vnius commutatione caritatis. Eo vno bono beatum me arbitratus ſum; eo vno opulentum theſauro; neque mihi quidquam reputaui deeſſe poſſe, cui caritas omnia ſit: immò ſupra omnia aliquid ſit. Scis me falli non poſſe in iudicando de rebus; nec peruerti iudicium meum poſſe, neque exerrare affectum. Reſtat ò ſponſa, vt ſponſum imitere; tantique amorem facias ſponſi, vt cæterorum omnium iacturam prius ſubire, quam quidquam de caritatis ardore remittas, velis. Id ſi feceris intelligam non in indignam tantum me caritatis impendiſſe.

NOTA

NOTATIO XXV.

SI DEDERIT HOMO OMNEM SVBSTANTIAM DOMVS SVÆ PRO DILECT.

SVM. COM.

I.
Lectionum varietas.
Ea in concordiam reuocata.
Græca vocis ſignificatus expenſus.
Sed ſenſus duplex eſſe poteſt.
Primus: qui caritate carẽs eam ſibi voluerit comparare.
Etiam oblato ingenti pretio, cõtemnendum.
Hic ſenſus grauis eſt et loco dignus.
Nam caritas origine diuina, terrena contemnit.
Nec auro, aut gemmis comparari dignatur.
Sic de ſapiẽtia dictum, non inani illa.
Sed caritati coniuncta. Iob. 28.
Stultè ergo faciet, qui eam ſibi pretio aſſerẽdam putet.
Contra cui illius ſit nota æſtimatio.
Omnia abiecturũ vt comparet ſibi illam.

II.
Alius Theodoreti ſenſus.
A caritate carentibus eum deſpiciendum, qui eam omnibus fortunis redemerit
Sic qui vertigine laborant, omnia circum agi putãt.
Vide ſententiarũ diuerſitatem.
Alij emi caritatẽ nõ poſſe pretio putant.
Alij non niſi fortunarum omnium pretio emi poſſe.
Vtrumque autem eſt verum.
Nam caritas Dei ſolius donum eſt.
Et quidem gratis exhibitum.
Nullo ergo pretio comparandum.

LEctionum *Varietas, quæque inter codices Græcos*, ac Latinos reperitur diuerſitas, loco alio expenſa eſt, & in concordiam reuocata. Nam, quod 72. habent, *ſi dederit homo*, ſeù *vir, omnem vitam ſuam in caritate*, haud diuerſum ſenſum facere monuimus, quam quod vulgare placuit; *omnem ſubſtantiam ſuam*. Nàm, τὸν Βίον, non *vitam* ſolum, ſed quidquid ad vitam conſeruandam facit ſignificare monuimus, immo & *ſubſtantiam*, quo pacto quidam alij reddidere Græca. Indicat Theodor. qui *victum, fortunas, vitam* interpretatur. Quod autem additur apud 72. *Deſpectu deſpicient eum*, non ad *virum*. quod præceſſerat. Sed ad τὸν Βίον, referendum eſt, adeoque melius fuiſſet redditum: *Deſpectu deſpicient eam, vitam*, ſcilicet, aut, *ſubſtantiam*. Hæc ad lectionem pertinent, vniuſque cum alio Interprete conciliationem. Quantum autem pertinet ad ſenſum triplex etiam eſſe poteſt. Primus: Quicumque *caritatem* non habens eam ſibi voluerit comparare, ſi etiam in illius pretium omne ſuum patrimonium velit offerre, contemptu repellendum eſſe; vtpotè, qui rem, quæ pretio æſtimari non poſſit, pretio, etiam grandi, redimere voluerit. Atque hunc ſenſum videntur Græca continere, vt quidam arbitrantur. Eſt autem hic ſenſus grauis, & mirificè *caritatis* commendat nobilitatem naturæ, quæ reliqua omnia velut ignobilia, ſeque inferiora cõtemnat; indignum origine ſua rata, ſi ſordidioribus comparetur. Et verò *caritas* vera, ac pura, qualis illa, quæ, omni terreno affectu purgata, nitida ſplendet, diuinę memor originis, quidquid extra ſe eſt, pro nihilo ducit, vixque oculo dignatur. Non ergo pretio emi; non auro, non diuitijs comparari, poteſt: ſic dictum de ſapientia, non illa quidem ſterili, & inani, quæ *caritate* deſtituta eſt, & egena operibus: ſed fœcunda, plena, cui *caritas* comes adeſt, aut certè *ſponſa*, è cuius complexu infinitam parit operum laudabilium prolem: *Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Non dabitur* (digne) *aurum obrizum pro ea: nec appendetur argentum in commutatione eius: Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonycho preciosiſſimo, vel Sapphiro: Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum* (Chriſtallum) *nec commutabuntur pro ea vaſa auri*. Iob. 28. 13. 15. 16. 17. Facturum ergo ſtultè, quicumque arbitratus fuerit comparandam ſibi *caritatem*, qua caret, etiam in illius pretium omni effuſo patrimonio. Contrà, qui illius nouerit nobilitatem, ac dignè æſtimare didicerit, nullo eam quantumuis grandi precio permutaturum. Id autem facilè erit applicare ad noſtræ interpretationis ſeriem: erit autem ſenſus *Chriſti*: tanti ſe *caritatem* facere, quã impenderit *Eccleſiæ* ſemel, vt nullo, quantumuis grandi, pretio eius velit ſubire iacturam. Prius illud de eius contemptu, cui emere eam voluerit ab alio, cuius ſit in poteſtate, aptari *Chriſto* non poteſt, aut difficilè poteſt:

Alium ſenſum indicauit Theodoretus, & ante illum Tres Patres: *Qui victum, fortunas, ac vitam denique pro Caritate profudit, cum contemnent, ac pro nihilo ducent hi, qui ſunt Caritate ſpoliati, ac nudi*. Rem autem apposita ſimilitudine confirmat: *Id enim profecto contingit ijs, qui vertigine vexantur, vt, cum ipſi minimè conſiſtant, omnia tamen moueri putent: ita Caritatis expertes, eis, qui Caritate ſunt præditi, vt ſtultis, atque inſipientibus detrahunt, quod tamen tantum abeſt, vt officiat Caritati, vt eam reddat ardentiorem:* Vides ſentiendi diuerſitatem, cum illi quidem, quorum ſenſum paulò ante retulimus irridendum eum, contemnendùmque putent, qui quantocumque oblato pretio emere ſibi voluerit *Caritatem*, vtpotè qui, quod fieri non poſſit, id fieri velit. Theodoretus autem, emi quidem *Caritatem* poſſe teſtatur, ſi quis ſcilicet victum, fortunas, ac vitam pro comparanda profuderit illa: hunc autem à non expertis irridendum, quaſi ſtultum, & capitis delirijs à ſe alienum. Vtrumque tamen eſt verum: & emi *Caritatem* non poſſe pretio quantumuis grandi oblato, & prorſus haberi non poſſe, niſi oblato grandi pretio omnium omnino rerum, quæ apud homines æſtimationem habent. Eſt quidem *Caritas* omnis Dei ſolius donum, nam & initium illius, & profectus ab eo eſt, qui *Caritatis* eſt fons, aut Oceanus, potius, vndè in creaturas, quidquid influit *Caritatis*, omninò manat. *Deus enim Caritas eſt*. Eſt ergo eius omninò donum gratis exhibitum, atque ab vnius liberalitate profectum. Quod ſi vnius largitatem matrem agnoſcit profectò nullo pretio comparari, nulla æſtimatione cenſeri poterit. Stultè ergo fecerit, qui emi ſibi quantocumque oblato pretio tantum theſaurum arbitretur

Vis Græcæ Lectionis.

Qui caritatem putauerit etiam magno pretio emẽdam, deſpectus dimittetur.

Caritas reliquã velut inferiora ſe deſpicit.

Sapientia caritati iuncta, inæſtimabilis.

Iob. 28. 13.

Caritatis nobilitatem agnoſcẽs nullo ea pretio mutet.

Chriſtus, quam ſemel caritatem impendit Eccleſiæ, nullo precio commutabit.

Theodoretus.
Tres Patres.
Error eorũ, qui caritate carent, eoſque damnãt, qui eam, vel iactura rerum omnium ſibi comparant.
Vertigine ægri omnia circũagi putant.
Caritatem nullo pretio comparari: & cum niſi ingenti pretio cõparari, vtrumque verum.

Caritas Dei ſolius donum.

 poſſe.

Stultus ergo ſit, qui eam emere ſe poſſe pretio putet. Qui ſenſus Pauli authorem habet. Eſt enim caritas omnis meriti principium condigni.

poſſe. Hunc fermè ſenſum Paulus habet 1. Cor. 13. *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, Caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Quo loci non modo ſine *Caritate* nullius eſſe vtilitatis ad æternam vitam cætera alioqui bona opera omnia, etiam quæ videntur ardua, confirmat; ſed nulla etiam eorum, condignè, vt ſchola loquitur *Caritatem* mereri poſſe: eſt enim omnis meriti condigni principium illa. Hunc ſenſum continet eorum interpretatio, quæ priore loco poſita eſt. 1. Corinth 13. 3. Caritas omnis meriti principium condigni.

III. Contra omnium rerum abdicatio caritatis eſt fructus.

Cæterùm rerum omnium abdicatio, vel diſpoſitio ad *Caritatem*, vel illius eſt fructus: & ſi de abdicatione quantum ad affectum loquare, ita ad *Caritatem*, ſeu habendam, ſeu conſeruandam neceſſaria, vt aliter omninò non conſiſtat. Eam ergo in animo diſpoſitionem exigit, qua parati ſimus omnium ſubire rerum, etiam vitæ ipſius iacturam, dum illam retineamus. Sic eadem illa *Caritas* verè dicitur emi nullo pretio poſſe; eademque nonniſi rerum omnium oblato pretio comparari poſſe. Ita ſenſus vnus alteri, tametſi diuerſus eſt, contrarius non eſt; quin mutuo iuuant ſe. Intelliget ergo quiſquis, vel diſpendio rerum omnium hunc ſibi *Caritatis* theſaurũ compararit, adhuc gratis ſibi tantum beneficium eſſe collatum. Abdicatio rerũ omnium caritatis fructus. Poſtquam omnium rerum iacturam pro caritate ſubieris, adhuc gratis tibi donatam cenſe.

IV. Sed vulgati ſublimior ſenſus eſt.

Sed ſequamur vulgati ſenſum, qui & planior eſt, & ſublimior, immo & aptior ad ductum totius interpretationis, nam & in eum haud difficilè trahi poteſt lectio 72. Interpretum. Hæc ergo in perſona ſua loquitur *Sponſus Chriſtus*: tanti ſe facere *Caritatem*, qua *Eccleſiam* ſibi coniunxit, vt præ illius æſtimatione cætera omnia ius deque habeat: nec multum adeò ſe feciſſe arbitretur, poſtquam omnia dederit, etiam vitam, quandoquidem ſibi, per quidquid diſpendij ſubitum eſt, arctiſſimo amore *Eccleſiam* coniunxit. Ergo particula, *Si*, non modo conditionalis eſt, ſed affirmatiua, in eum ſenſum: *Tametſi hactenus omnia dederim pro Dilectione, vt verè dedi, haud me facti pœnitet, quin tantarum rerum diſpendia, compendium arbitratus ſum: vnius enim Caritatis bonum tantum eſt, vt cætera exſuperet omnia, abundeque cæterorum iacturam ſuppleat, ac vacuitatem expleat. Tanto ergo bono diues animus, nullius alterius rei egere poteſt, vna hac margarita opulentiſſimus, ſibique ſufficiens. Accumulent alij opes, vitamque eam beatam putent, cui nihil omninò eorum deſit, quæ fœlicia mortales ducunt. Caritate egenus, omnium rerum egentiſſimus erit, ſimque Iro pauperior. Mihi vna Caritas omnia eſt, & omnium vicem ſubit. Hic animus quieſcit, hic vota omnia ceſſant; vt me non modo beatum reputem, ſed verè etiam ſim.* Atque in hunc ſenſum interpretantur Caſſiodorus, Gregorius Papa, Beda, Anſelmus, atque Rupertus. Sed nullus hunc ſenſum grauioribus verbis exequutus eſt, quam Philo Carpathius quem totum ſubieci. *Hæc maximè de Chriſto intelligere debemus, quippè qui vniuerſam vitam ſuam pro amore noſtri deſpexit, & dignitatem; æternum illud, vt ita loquamur, imperium exutus, & poteſtatem: egentiſſimus rerum humanarum pro nobis factus; formam ſerui accipiens; à Scribis, & Phariſæis, Herodeque contemptus, atque deſpectus; illuſus, & conſputus; flagellis cæſus; & inter peccatores tandem crudeliſſimè enectus, eorumque ſimillimus iudicatus.* Cætera apud illum habes. Sic ergo *Chriſtus* eiſdem verbis, & *Caritatem* prædicat ſuã; quantique faciat ſic *Eccleſiam* dilexiſſe: exemploque ſuo inſtituit, docetque, quid eã facere deceat, vt paria, quantum poſſit, rependat; nec dubitet non fortunarum omnium modo, ſed ſui ipſius, ſubire iacturam, dum à *Chriſto* non excidat *Caritate*: tumque ſe tandem, & beatam, & diuitem arbitretur, cum omnium diſpendio emerit *Caritatem*.

Chriſtus caritate ſibi Eccleſiã iunctus, poſtquam omnia dedit, nihil ſe feciſſe arbitratur. Si, particula affirmatiua. Animus caritate opulentus nullius egere nõ poteſt. Caſſiodorus. Gregorius Papa. Beda. Anſelmus. Rupertus. Philo Carpath. Chriſtus eiſdem verbis, & caritatem ſuam iactat, & Eccleſiam ſuo exemplo hortatur.

VERSVS VIII.

SOROR NOSTRA PARVA, ET VBERA NON HABET: QVID FACIEMVS SORORI NOSTRÆ IN DIE QVANDO ALLOQVENDA EST?

COMMENTARIVS.

MONITIS *Salutaribus inſtituta Eccleſia labori adminiſtrandi*, & gubernandi familiam accingit ſe. Ea autem adminiſtratio duabus conſtabat partibus. & curã adducendi ad *Chriſtum* gentes barbaras, nondũ per fidem, & caritatem *Chriſto* coniunctas; & ſollicitudine ea conſeruandi, & in melius promouendi, quæ fuiſſent parta, ideſt promouendi per

diſci-

Digitized by Google

diſciplinam in fidelibus conuerſis olim ſtudium religionis. Illud primum hoc, & proximo verſiculo facit: alterum mox proximis verſibus factura. Hæc autem nos intelligenda arbitramur de illis gentibus barbaris, quas nulla naturalis dos commendabat, qua ad ſe prædicatores allicerent, non ingenium, non prudentia, non humana ſapientia, non nobilitas; non geſtarum rerum fama: quales interioris Africæ populi; quales & Braſilij, & immenſas illas plagas incolentes infinitæ nationes, noſtræ & patrum memoria detectæ, cum earum ad nos nomen ne fama, quidem perlatum eſſet. Hanc *Sororem* vocat, quia mox futura: & affecta & caritate velut proximam amabat: *Paruam*, quia contempſibilis, ac deſpicabilis *Vberibus* carentem, & quia omni inſtitutore deſtituta: & inepta delicijs, ac blanditijs myſticis allicere ad ſe ſe Euangelij miniſtros, quibus paranymphis copularetur *Chriſto* per caritatem, ac fidem. De illius ergo collocatione ſollicita, *Chriſtum* interrogat, quibus artibus, agendum ſit, vt in matrimonium collocetur: quod nihil eſt aliud, quam eum precari, vt cuius in poteſtate rerum omnium vices ſint, maturet tempus vocationis gentium earum ad fidem; & quidquid præſidiorum negatum illis à natura eſt, ſua gratia ſuppleat; vt tandem ornatæ, comptæ dignoque cultu conſpicuæ, in regium palatium adducantur, *Sponſi* tanti conſortio fruituræ. Quibus id verbis ſollicita de aliorum ſalute Eccleſia exequatur audi.

ENARRATIO.

TV Quidem in eo quod ſalutaribus me monitis imbeciſti, omneque officium deſignaſti, quo connubio iunctam proſequi virum decet, præclare tuas partes impleſti: mearum eſſe ſcio nihil eorum negligere, quæ placitura tibi ſcio. Id mihi cura erit auxiliante gratia tua illa, quæ tantorum bonorum ſemen in animo meo fuit. Nunc ae me curæ ſollicitant, quas Matris familias, & nomen, & munus aſſeclas habet. Scis quanta res ſit, quam mihi concredere dignatus es. Sed omnium prima cura Sororis eſt, earum dico Gentium, quibus nondum affulſit Euangelij tui dies. Adhuc ergo ſuo ſomno graues, ad huc ſuis tenebris ſepultæ iacent in ſordibus peccatorum, eo miſerandæ magis, quòd nec miſeriam putant, nec tantis malis pullari ſentiunt ſe. Video ſparſas per diſſitas toto oceano terrarum plagas, infinitas nationes, ac ſine numero gentes, barbaras illas, ac ſordidas, parumque à feris animantibus brutiſque diuerſas: per aſpera montium, & ſolitaria camporum ſparſas; ſine duce, ſine rege ſine politico aliquo cultu. Oues ſine paſtore dicas, per auia, ac præcipitia errantes, ferarum in prædam. Video illas moribus Cruces, ſapientia deſtitutas, eoque adhuc vſu rationis expertes, qui, vel obtuſioribus, ac ruſticioribus non negatur: Hinc fœdi errores; hinc turpiſſimi mores, ac inſtituta ferina. Eorum me ſalutis augit cura: Et alioqui quæ, quam dulce ſit hærere tibi, quantumque bonum habere te Sponſum, non vno documento didici, vellem neminem eſſe, qui ab ea arceretur felicitate. Quin ergo properas tempora? Quin incumbis in hanc curam? Dabis id amori meo, immo, & tuo, vt diſpicias, quibus artibus vocari poſſint ad fidem: nam niſi tu auxilio ſcis, nulla aliunde ſpero futura præſidia. Nam eo infelicitatis deductas video: eo miſeriæ; vt nihil in illis eſſe videam, quo Euangelij præcones ad ſe ſe alliciant, quibus paranymphis copulari tibi poſſint, & in Thalamum introduci. Et alioqui toto diſſitas Oceano, procelliſque, atque horridis tempeſtatibus incluſas, nemo hominum. Si etiam velit maximè, adire poſſit. Tuum ergo totum hoc facinus eſt: cui & temporum vices, & rerum omnium varietates obſequuntur.

SVM. COM.

I.

Locus difficilis, & maximè implicatus.

Quidam Chriſti adhuc verba eſſe volunt.

Sed id alio à nobis loco reiectum eſt.

Oſtenſumque, nec Chriſti, nec Angelorum eſſe verba.

Tametſi de Angelis Ambroſius accipit.

Eccleſia ergo ſunt verba, ſed ſenſus haud facilis.

NOTATIO XXVI.

SOROR NOSTRA PARVA.

Cuius hæc ſint verba.

R. Anonymus.
Caſſiodorus.
Gregorius M.
Honorius.
Angelomus.
VVilleramus.
Genebrardus.

VENTVM *eſt in locum difficillimum, & multis ambagibus impeditum*: adeoque nec mirum eſt; veterum ac recentiorum Interpretum diuerſis ſententijs non tam elucidatum, quam implicatum. De interloquente perſona prima quæſtio eſt: nam ſunt, qui omnino volunt, *Chriſti* eſſe verba, non *Eccleſiæ*. Præceſſit Anonymus ille Hebræorum Doctor, ſequuti præeuntem alij ſunt, Caſſiodorus, Gregorius M. VVilleramus, & de recentioribus quidam id veriſſimum, & aptiſſimum arbitrantur. Qualis nobis ſenſus de ea Quæſtione ſit quantum attinet ad Dramatis ſenſum, loco alio definiuimus, monuimuſque *Sponſi* eſſe verba non poſſe, atque adeo nec *Chriſti* poterunt eſſe. Sed nec puellarum comitum eſſe poſſunt, quas Angelorum perſonam ſuſtinere ſæpè monuimus, quæ eo loco deſiere, *Quæ eſt iſta*, non vltra in theatrum reuocandæ, aut audiendæ; tametſi ſcimus Ambroſium ità arbitratum fuiſſe, & poſt illum alios. Supereſt, vt *Sponſæ* ſiue *Eccleſiæ* voces eſſe dicamus. Hinc oritur de ſenſu arcano grauior difficultas, nec facile expedienda, quæ ſit hæc *Soror*, cur *Parua*, curque *Vberibus carere* ſit dicta. Quis aliorum ſit ſenſus primum videndum, non quid nobis magis probetur dicendum eſt.

Verba hæc Eccleſiæ ſunt.
Ambroſ. Ser. 22. in Pſal. 118.
Aponius.
Sanctius.

II.

Qui Angelorum verba volūt haud facile ſeſe explicant.

Nam quidam de Synagoga reliquijs interpretantur.

Eam ſororem paruam, quia multitudo modica.

Sororem naturæ communione.

Vberibus carentem, quia adhuc ex illa doctores nulli

ſolicitas pretias de illius collocatione.

Quando ſcilicet iudici Chriſto ſiſtenda.

Sed, quod de Iudæis conuerſis ſub finē dicitur, alias eſt reiectum.

Et aliqui ingens eorum futurus numerus.

Non ſinit vt parua dicatur, quia modica multitudo.

Nec Doctoribus caritura, cum adiūcta ad Eccleſiam fuerit.

Quæ vbera Eccleſiæ illi interpretātur.

Nec aptè alloquium ad meritorū examen vltimum reuocatur.

Cum examine eo non pertingit Cātici huius ſeries.

De *Eccleſia* hæc dicta volunt, qui *Chriſto* tribuunt, quique choro puellarum ſiue Angelis ipſis. Cumque ſecundum ſtatum, quo verſari nunc videtur, conuenire illi non poſſe verba videant, (quomodo enim verè de adulta, & filiorum multorum matre dici poſſit, & *paruam* eſſe, & *vberibus carere*?) diuerſiſſimas ſemitas ſunt ingreſſi. Quidam referunt ad nouiſſimam fidelium turbam conuertendorum ſub mundi finem. *Paruam* dici, quia multitudine adhuc modica: *vberibus carentem*, quod nullos adhuc Doctores haberet, qui alios lacte doctrinæ nutrirent: *Sororem*, quod eiuſdem naturæ, fideique cum *Eccleſia* adulta, *Chriſtoque* per carnis conſortium conſanguinea. Quærere *Sponſum*, non tanquam neſcientem, aut dubitantem, ſed quaſi deliberantem, & id ipſum, quod facturus eſt, verbis ancipitibus præferentem: quid *Sorore* futurum die, quo tradenda viro, id eſt, iudicij die, quando ad normam caritatis, quam quiſque poſſederit, omnia exigentur. Decet nos operam dare, vt illam mundo idoneo, doctrinæ fidei, & operum caritatis inſtruamus, ne maritus illam tunc, velut immaturam thalamo cœleſti repudiatam ſpernat. Sententiam indicarunt Honorius, Aponius, Iuſtus: enucleatius tradidit doctus de recentioribus Author. Sed multa in vna ſententia ſunt, quæ probare non poſſumus. Nam primo nunquam nobis placere potuit hæc *Sponſarum*, ſiue *Eccleſiarum* diſtinctio, cum à principio ad finem vnam eandemque *Eccleſiam* introduci putemus: vt oſtenſum locis alijs eſt: cum totus Dramatis ordo, totus arcanæ ſententiæ nexus, ſiue eo diſcrimine conſtet egregie. Deindè fruſtra eam multitudinem fidelium, ſub mundi finem conuertendorum, & ad communem *Eccleſiam* adiungendorum, ob exiguum numerum *Paruam* dicas, cum verè infinito numero conſtituram ſit certum. Alia ergo cauſa appellationis quærenda eſt. Tertio fruſtra eam *vberibus carere* dicas, cum poſt conuerſionem ad *Chriſtum* iam *Sorori* grādior coniuncta, tot habitura Doctores ſit, quot eadem illa *Eccleſia Soror* adultior. Non ergo ideo *Vberibus* orba dicetur. Et alioqui haud aliter illa adiungenda eſt *Chriſto*, quam Doctorum, ac virorum Apoſtolicorum prædicatione, quorum doctrina, velut inſtillato de mammis lacte nutriatur: immo quæ, corpori *Eccleſiæ* ipſa coniuncta, tenerioribus præbeat; non aliter enim poteſt intelligi *vbera habere*. Connubium autem cum *Sponſo* reuocare ad iudicij diem, & meritorum examen, præterquam quod violentum videtur eſſe; id incommodi habet, quod Cantici hujus ſeriem vſque ad remunerationem extremam extendit; quod alias reiectum à nobis eſt; cum omnis Dramatis actio ad viantem *Eccleſiam* pertineat. Hæc ſunt, propter quæ minus nobis probatur hæc ſententia: forſitan & fallimur, nam homines nos eſſe ſcimus. Sed arbitramur ſenſum alium aptiorem ad nexum, & ad ſententiam grandiore meſſe.

Soror parua ſi dictū ex Iudæis multitudo ſub finem conuertenda.

Iuſtus.
Honorius.
Aponius.
Delrius.
Eius ſententiæ incommoda.

Alloquutio loco hoc ad iudicij diem non pertinet.

III.

Alij ad primitiuā Eccleſiā referunt.

Cœnaculo adhuc clauſam.

Paruam quia tenera, & modica.

Sine vberibus, quia adhuc pectus obijcere nō audet, periculis.

Veroſimilius alij ad primitiuam *Eccleſiam* referunt, ſiue cum, clauſa in cœnaculo, imbecilla viribus, ac nec dum virtute ex alto induta, non auſa Apoſtolicos labores ſubire, otiola, ac multo perculſa timore latebat. *Paruam* dici, quia verè, & ætate tenera, & numero modica erat; *vbera non habere* quia nondum audebat pectus hoſtibus opponere, ac pro fide *Chriſti* pugnare. Sic ferme Gregorius Papa. Siue cum ſub prima Neronis perſequutione coacta eſt fidei ſuæ rationem reddere, tunc *paruam* fuiſſe

Eccleſia in Apoſtolis parua, & ſine vberibus, quia adhuc imbecilla.

Gregor. PP.

numero

Aut potius paruã ſenſu, id eſt ſimplicem.

Sine vberibus: quia ſine Prophetis, & lege.

Alij paruam, & ſine vberibus, immaturam interpretantur ad gignendos filios.

Hæc omnia in ſpeciem probabiliter deſpectantur.

Sed ad Cantici ſeriẽ minus aptè.

Nam tota actio ad metas properat.

Nec cogenda ad carceres regredi.

Cum de illis initijs ſatis ſupra tractatum ſit.

Sine vberibus, quia ſine lege, & Prophetis.

Rupertus. Caſſiodor. Beda.

Primitiua ex Gẽtibus Eccleſia initio parua, & quaſi immatura viro.

Dramatis tota actio ex hoc loco ad metas properat.

numero, *paruam* ſenſu, id eſt, ſimplicem, & nullius doli: *vbera non habuiſſe*, quia & legem, & Prophetas non habebat. Hoc quo ſit verum pacto, ſatis non aſſequor: cum *Eccleſia* Chriſtiana nunquam lege, nunquam Prophetis caruerit, qua vtraque doctrina, & ipſa imbueretur, & imbuta alijs iſtillaret. Sed ſic tamen interpretatur Rupertus: Caſſiodorus autem, & Beda, qui Achates illius eſt ſemper, malunt de primitiua ex gentibus *Eccleſia* interpretari, quando nec alios apta gignere, & per fidem Chriſto parere, immatura ad huc coniugio myſtico videbatur. *Alloquium* autem referunt ad Apoſtolorum prædicationem. Hæ tres interpretandi rationes id commune habent, vt aptè verba rebus accommodent, & ſi ea ſeorſim conſideres, atque à cæteris diuulſa, nihil ſit, quod maximè obeſſe videatur, quin ita interpretere. Sed ſi ſeriem, ductumque arcani ſenſus conſideres, nulla eſt cauſa, propterquam hic mentionem primitiuæ Eccleſiæ, aut eius, quæ de gentibus, eſt collecta ſub initia ipſa, inductam affirmes. Tota Dramatis actio ad metas properat, decurſoque ferme ſtadio *Eccleſia* brauium manu contingit: cur cogas eam ad carceres regredi; vt iterum ſcilicet currat? Satis actum ſuperius de illis initijs eſt, ſatis is illius ſtatus deſcriptus, & quidem per otium; ne neceſſarium putas eandem rem toties in Theatrum educi, & dari in ſcenam, & velut recoctam crambem iterum, & tertio menſis inferri.

IV.

Id diſcrimen vt vitarent quidam, grauius ſubiere.

Chriſti verba eſſe, ſed ab Eccleſia relata.

Paruam dictam quo ſenſu puſillus grex.

Sine vberibus, quia nondum ad docendum apta.

Aloquutionem ad diem pentecoſtes referunt.

Et omnia arctant ad paucos dies.

Sed extra tempus primitiuam Eccleſiam hic agnoſcũt.

Alioqui hæc loqui hic Chriſtum, nihil impediebat relatione ad tranſacta tempora.

Quod multo conuenientius eſſet.

Et magis etiam eroticum.

Sed magno molimine fuit opus.

Vt Chriſti eſſe verba probarent.

Quid eos impulerit in illum ſenſũ.

Vt aptè cum ſuperioribus conuenire oſtenderent.

Quod videbant difficillimum eſſe.

Chriſti verba olim dictæ ad Eccleſiam, cum adhuc paruula eſſet.

Luc. 12. 32.

Alloquutio die Pentecoſtes.

Ea ſententia reijcitur.

Id acute vidit Doctus de recentioribus Author, qui vt illum vitaret ſcopulum, maius maluit ſubire diſcrimen, vt quidem iudicium noſtrum eſt. Verba eſſe *Chriſti*, ſed ab *Eccleſia* relatas voces, illius temporis ſtatum repræſentantes cum tenera adhuc illa, ac nondum matura coniugio amari cœperat, & ad futuras nuptias præparari, accuſante *Chriſto* temporis tarditatem, præ deſiderio eam ſibi in matrimonium coniungendi. Eodem ergo ſenſu dictam *paruam*, qua de illa dixit *Chriſtus Nolite timere puſillus grex.* Luc. 12. 32. non modo, quia numero exiguo conſtantem, ſed etiam immaturam ad prolem gignendam, & ſine Doctorum *vberibus*, quibus teneram prolem enutriret. *Allocutionem* autem interpretatur *deſponſationem*, id ſcilicet, quod dicit Chriſtus, *Quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*. Id autem factum Pentecoſtes die, cum nouo indito ſpiritu, & cœleſti ſapientia repleti, & virtute ex alto armati in publicam lucem prodiere. Itaque totum id arctat ad id tempus quo *Chriſtus* prædicationi triennali incubuit, mortuuſque atque in cœlum ſublatus Spiritum Sanctum in Diſcipulos miſit. Hæc ab eo Authore fuſius tractata, nos in pauca coniecimus. Sed eodem malo laborat hic ſenſus, nam extra & tempus & locum primitiuæ *Eccleſiæ*, & adhuc ſub *Chriſti* viuentis inſtitutis verſantis, mentio inducitur. Sed nec vlla apparet ratio curſi verè hæc verba ſunt *Chriſti* olim quidem ab eo prolata, non ab eodem *Chriſto* referantur, ſed ab *Eccleſia* ex illius perſona, quaſi diceret (nam ita volunt) *Memini, cum nouus amator, tibi me deſtinaſti coniugem, cum adhuc immatura ipſa thalamo coniugali eſſem. Memini, cum ſub tuis inſtitutis ipſa & numero exigua, & nec dum ſatis doctrina imbuta ad docendum alios ſenſim proficerem. Memini cum, anxia ipſe cura, præ impatientia tarditatis, officium Sponſi properares, me crebrò doctrina atque exemplis imbueres, vt ad futuras nuptias præparares, cum temporis moras accuſans diceres, ſoror noſtra parua eſt & vbera non habet.* Vide quanto hæc molimine excogitata ſint, vt & Verba *Chriſti* fuiſſe, & ab *Eccleſia* relata viderentur: quod minimè certe neceſſarium fuiſſet, & longe aptius totum hoc comma *Chriſto* tribueretur, ea referenti quæ ſibi contigiſſent, dum nouus amator *Eccleſiæ*, adhuc teneræ, ac prorſus infantis, nuptias cogitaret. Quemadmodum paulo antè dixerat: *Sub arbore malo ſuſcitaui te*. Sed videbant diuerſam eſſe ſermonis formam, cum priore loco temporis præteriti poſita verba ſatis innuerent, de tranſactis eſſe ſermonem: poſteriore hoc præſentis temporis omnia eſſe; nec cauſam apparere, cur non ad præſentia referrentur. Ideo totum illud confixere, & *Eccleſiam* induxere, referentem quibus olim verbis *Chriſtus* vota expreſſiſſet ſua quaſi illius hæc voces ſint ad nuptias properantis, & tarditatem temporum, & dilectæ immaturitatem accuſantis. Huic ergo ſententiæ haud pluſquam alijs tribuimus.

V.

Qui Eccleſiã hic religioſam agnoſcunt.

In ſorore parua eos intelligunt, qui ad ſalutem aliorũ deſtinati non ſũt.

Sed non id aptè accõmodari poteſt.

Nam quæ vberibus careret, non vitio, ſed ætate careret.

Et adultior facta fœcunditate donabitur.

Soror parua, ſæculares cæteriq; quorum curæ nõ eſt commiſſa aliena ſalus.

Soror parua non ſterilis, ſed immatura per ætatem gignendis liberis.

Illi demum, qui in ſuperioribus Eccleſiam Religioſam agnouere (vt loquuntur ipſi) illius hic ſtudia declarari aiunt eorum ſalutis, qui ad gignendos ſpirituales filios vocati non ſunt, quales ſæculares ipſi ſunt, quibus propriarum animarum data ſollicitudo eſt, non alienarum. Sed, vt illud omittam, quod alias indicatum eſt, hoc & proximo capite non religioſarum familiarum ſingillatim encomia recenſeri, ſed *Eccleſiæ* in communi: quidquid dicunt de *ſorore minore*, & de illis qui per illam ſignificantur, ijs ſcilicet, qui ad aliorum ſalutem procurandam vocati non ſunt, haud facile aptari poteſt ad verba ipſa. Nam certè, ſi conſideres, *ſoror*, quæ *minor* dicitur, ac *carere vberibus* ad filios nutriendos, non naturæ vitio, ſterilitate ſcilicet, ſed ætatis defectu, quemadmodum immatura viro eſt, ita etiam ad prolem ſuſcipiendam ex eo nondum apta: ex quo ſtatim intelligitur, ætatis accedente augmento, & habilem fu-

turam

Aliqui nec apta coniugio eſſet.
Et tamen colloca̅da omnis ceſſaret cura.
Et tamen colloca̅da aliquando ponitur.

turam coniugio,& ſuſcipiendis maturam filijs; alioqui, nec in matrimonium collocari poſſet ; ideoque fruſtra anxius *Sponſus*, vel adultior *Sponſa* eſſet,quibus artibus iuuanda eſſet, vt ſuo tempore in matrimonium collocanda eſſet. Collocandam autem aliquando quæ ſequuntur ſatis probant. *Si murus eſt,ædificemus ſuper eum propugnacula argentea*. Aliud autem eſt vitio naturæ ſterilem eſſe, quod ſæcularibus illis conuenit, qui ad aliorum procurandam ſalutem vocandi non ſunt; aliud ætatis defectu, cui malo facile tempus mederi poteſt. Vides, huius ſenſus conſequentiæ, quid obſtet, ideoque quærendam aliam interpretandæ rationem,quæ huic loco aptius quadret.

Cant. 8. 9.
Aliud eſt vitio naturæ ſterilem eſſe, aliud ætatis defectu.

VI.
Sint ergo hæc Eccleſiæ verba.
Quæ ſolemni pompa domu̅ ducta.
Ad gubernationem accingitur.
Sciebat autem infinitas eſſe nationes barbaras.
Eas verò paruam ſororem vocat.
Quia naturæ coniunctione conſanguinea.
De illarum ergo conuerſione ſollicita, curas acuit ſponſi.
Senſus ad nexum facilis, & ad ſententiam grandis.

Reiectis aliorum ſententijs, ſequamur noſtræ interpretationis ductum. Ergo & verba hæc *Eccleſiæ* eſſe poſſimus, eius dicimus, quæ vnica *Chriſti Sponſa*, & fidelium omnium communis mater. Deducta ergo in mariti ædes tanto illo apparatu, quem deſcripſimus,ac pacificè *Sponſo* poſita,ab eoque officij admonita, Matris familias munere fungi incipit, id eſt, ad familiæ *Chriſti* gubernationem, reique familiaris adminiſtrationem curas conuertere. Et quia ſciebat infinitas eſſe nationes toto orbe ſparſas, quibus, tametſi victrix ipſa in veteri cognito orbe idololatriæ fuerat, nondum Euangelij lumen illatum fuerat: de illis vocandis ad *Chriſtum* ſtudium ſuum, ac ſollicitudinem promit. Eas gentes, ſiue earum complexum, ac multitudinem, *Sororem minorem* vocat, quia, & natura *Soror*, & vocationis eiuſdem ratione conſanguinea, & affectu, ac caritate proxima, haud aliter ab ea diligebatur, quam ſi eodem vtero fuiſſet nata,eodemque parente genita. Ergo de illius vocatione,& conuerſione ad fidem, tanquam de nuptijs loquitur,ac rationes exquirit, quibus, Euangelij illato in eam lumine,adducat ad *Chriſtum*, myſtico connubio copulandam. Hic ſenſus, & ad nexum facilis, & ad ſententiam accommodatus eſt, quod nos facile Lectori probaturos eſſe ſperamus, poſtquam ſingillatim indicauerimus probationes.

Eccleſia Chriſto ſolennitas iu̅cta de gubernatione familiæ ſollicita.

Soror parua barbaræ gentes,nõdum Euangelio adiunctæ.

NOTATIO XXVII.

SOROR NOSTRA PARVA.

I.
Indicia ad verum ſenſum vienndu̅.
Nam, quod ſoror dicitur, & minor natu. & nondum nuptiæ ad intelligentiam viã ſternunt.
Ceſſarat omne cu̅ Idololatria bellu̅ incognito orbe.
Gentium ergo co̅curſa multitudo, nam maior ſoror eſt.
Reſtabant barbaræ extra Rom. orbem gentes.
Hæc ſoror minor communis Chriſto & Eccleſiæ per naturam.
Quæ aliquando ducenda.
Sororis autem appellatio ad perſuadendum vim habet.
Ex verborum vis paraphraſi explicata.
Scis quod à te ſpectare ſoleat.
Nec alienam à te ſororis minoris curam.
Eas dico gẽtes, quibus nondum lux affulſit euangelij.
Quas eo oportet adduci.

SI notas *Sollertius expendas,quibus res ipſa velut digito* deſignatur, forſitan in veram intelligentiam penetrabis, in quam cum incideris,animi omnis motus conquieſcit. Nam quæcumque illa ſit, de qua loquitur, & *Soror* eſſe debet, & *Minor Natu*,& *nondum ad thalamum admiſſa Chriſti, admittenda tamen aliquando, & iuſtis nuptijs copulanda*. Et quidem eo tempore, quo datum *Eccleſiæ* pacificè *Chriſto* gaudere, debellato Idololatriæ regno, gentibuſque ad *Chriſtum* adductis, cognito orbe, maximè toto Romano, omnis fermè Gentium ſuperſtitio ceſſarat. Ergo quidquid tunc *Eccleſiæ* familiam auxerat, *Soror Natu Maior* dici poterat, & prius vocata,& genita,& matura viro *Chriſto* copulata. Ætatis ergo prærogatiua antecedebat. Sed infinitæ adhuc Gentes ad orientem, occiduumque ſolem extra orbis Romani metas, per infinitas terrarum plagas fundabantur, quibus & Chriſti ſanguis applicandus erat, vtpotè pro illis etiam fuſus. Has omnes Gentes, nationumque ferarum collectionem *Sororem* appellat, non meam, ſed *noſtram*, vtique communem ſibi, & *Chriſto*, huic, propter naturę communionem, & futuram aliquando per fidem,& gratiam deſponſationem: ſibi, propter eandem rationem, & quia affectu, ac caritate haud ſecus ferebatur in illam, quam ſi vterina eſſet. Habet autem & *Sororis* nomen magnam ad perſuadendũ vim; ſolent enim mariti erga vxorum *Sorores* maximè affici, nec minus eas habere caras, quam vxores, ſed propter illas. *Scio, quæ me Sponſam caritate complectaris, nec alienum à tua cura eſſe, quod ad me priuatim ſpectat Sororculam ſibi in memoriam reduco: eas dico gentes, quæ, vaſtum per orbem fuſæ, adhuc ſuis erroribus implicatæ, vanis ſeruiunt religionibus: earum me cura ſollicitat, angitque infœlicitas: experteque, quantum ſit bonum hærere tibi, eiuſdem in communionem fœlicitatis eas venire deſidero: Decet te earum miſereri, quæ & natura communione conſanguineæ tuæ ſunt, & Sorores meæ: ut cum in me beneficium tantum contuleris, in illas minus beneficus videaris. Scis,quid Sorori debeas tuæ; ſcis quid meæ, ſuaue nomen eſt,& officium fratris exigit, quod te minimè neglecturum puto.*

Notæ,& veſtigia quæ ducant in veram interpretationem.

Eccleſia ex Iudæis, & Gẽtibus in Romano orbe collecta, ſoror maior,cur dicta.

Gentes ergo orbem Romanum barbaræ ſoror minor,& cur.

Sororis appellatio maximam ad tradendum vim habet.

Vox Eccleſię de barbararum gẽtium conuerſione.

II.
Parua cur dicta? Quidam ſimpliciter putaret, quia ætate tenera.

Sed *Paruam* cur dicat, non vna ratio eſt. Quidam ſic vocatam arbitrantur, quod puella adhuc, nondum adulta, nullo reſpectu ad natu maiorem. Sic illi exiſtimare debent,qui in *Parua Sorore* agnoſcunt,vel *Eccleſiam primitiuam* adhuc ſub viuente *Chriſto*, aut incipientem *Eccleſiam* poſtquam ille cœlum ſubijſſet. Sed ſi vocabuntur Barbaras, ad ætatem referas facilè eſt intelligere cur dicatur *Parua*, ſic licet poſterius genita, ac nata, quia & ſerius vocata ad fidem, immo & ſerius *Chriſto* in matrimonium collocanda. Minorem autem natu ſtatim intelligimus, cum & *Soror* dicatur, & *par-*

Soror parua non modo,quod ætate tenera. Sed quod poſterius nata.

Sed verius,quia ſerius nata.

uas.

ua. Comparationis ergo vocabulum eſt, diciturque *Parua* comparatione grandioris. Id vtcumque probabile ſit. Sed latet in ea appellatione altior, & grandior ſenſus. Nam *Paruam* hic dici exiſtimamus non modo, quia poſterius nata per fidem, & gratiam, ſed multò maxime, quia *contemptibilis*, vtpotè nulla ſe dote commendantem, aut æſtimatione dignam. Id à nobis oſtenſum Dramatico Commentario cap. 8 not. 23. ex ſcripturæ vſu. Ergo ea exiguitas non tam ad molem corporis, quam ad ingenij tarditatem, atque ignobilitatem indolis referenda eſt. Tales autem Gentes illæ, de quibus hæc accipienda arbitramur, quo cenſu numerare poſſumus interioris Africæ populos à Bonæ ſpei promontorio per immenſos illos tractus fuſos, colore atros, moribus truces, inſtitutione nulla excultos, non lege regi, non maioribus parere, non imperio cuiuſdam duci, ac gubernari ſuetos. Viuere in diem, & plerumque rapto, ac per imbecilliorum iniuriam: vno verbo vix hominum aliquid præter externam formam retinentes, cætera feris ipſis magis feras. Hos noſtra, & auorum ætate Luſitanorum detexit audacia, & ignotos adhuc orbi reſtituit. Tales & illi, qui nouí ad occiduum ſolem orbis incolæ immenſas illas terrarum plagas multitudine repleuere colore lurido, ingenio feri, natura ſordidi, inculti, atque efferi, humanarum etiã carnium eſu infames Hiſpanorum admirandis nauigationibus imperio noſtrorum regum adiuncti ſunt, ſenſimque inſtitutione, doctrina, noſtrorumque hominum conſortio miteſcunt, licet tardè admodum fructus tanti laboris procedit. Continebunt ergo hæc earum gentium ad fidem vocãdarum vaticinium, tum etiam rationem modumque, quo adiuncti ad Eccleſiam ſunt, qui certè diuerſiſſimus fuit, ab eo quo cogniti olim orbis incolæ adducti ad fidem ſunt, vt ſuo loco dicemus. Has ob cauſas *Soror Parua* dicta eſt.

Eſt in eam rem illuſtriſſimus Iſaiæ locus cap. 18. 1. *Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ. qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam: ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius: ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius*. En ſcopulum ſcripturarum nauigantibus mare, nunquam ſine timore, etiam à peritiſſimis nauarchis, prætervectum, nec vnius nauigij clade infamem: adhuc nauium diſſolutis artubus, longeque ac late ſparſis periculi admonentibus præternauigantium incuriam. Scio quo alij pacto & veteres, & recentiores doctrina, & eruditione clari interpretentur, tametſi non omnibus eadem ſententia probata eſt, nec vacat, nec liber, vel referre, vel refellere ſingula. Sua cuique authoritas conſtet, quantamcumque coniecturarum, rationumuè, aut multæ eruditionis fundamenta conciliare potuere. Id generatim dixero neminem vnum eſſe, qui in huius loci enodanda ſententia non ſe inextricabilibus difficultatibus implicarit, ac ſuum ſenſum raro Lectori probarit. *Væ*, comminationis particulam eſſe volunt, quod nos, tametſi ſcimus non deeſſe, qui neget, facilè donamus. Cladis ergo atque ſupplicij nota eſt, & vaticinantis aduerſa, & grauia, vt ſæpè alias, vox luctuoſa. *Cymbalum alarum*, cur ea dicatur terra, cui intentantur minæ, difficilè eſt explicare, & poſtquam ſingulorum ſenſum expenderis, forſitan incertior ſis, quam dudum. *Cymbalum* quidam ad ſonum, *alas* ad velocitatem retulere: *Cymbalum* ergo *alarum* interpretati ſunt, terram cuius fama, & facilè, & velociſsimè perferatur in omnem partem, quaſi *cymbalum aligerum* dicas. Sed præſtat *alarum* vocabulum interpretari de remotiſſimis regionibus, quo nomen, ac fama pertingat. Nam *ala* in Sacro eloquio haud raro pro finibus, & extremis terrarum. Iſa. 24. 16. *A finibus terræ laudes audiuimus gloriam iuſti*. 72. *Ab alis terræ*. Et Ezech. 7. 2. *Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ*. 72. *ſuper quatuor alas*. Quibus duobus locis idem in fontibus vocabulum eſt, quod hoc Iſaiæ. Reddere poſſes: *Væ terræ cymbalo regionum extremarum, cuius ſonitus extremas orbis nationes peruagatus eſt*, id eſt, *cuius ad gentes remotiſſimas perlata eſt fama, easque ad ſe euocauit*. Nam Cymbala ex ære, ideoque Sonantiſſima. Ideo Hieronymo teſte in ære ſtatuæ apud Danielem Alexandri regnum ſignficatum: *Eſt*, inquit, *æs ſonantiſſimum, ac vocaliſſimum, edit ſonum, magnum, & clarum eumque longe, lateque diffundit, Quare denotatur magna imperij Græcorum fama, & gloria* Com. in Dan.

Sequitur: *Quæ eſt trans flumina Æthiopiæ*. Qui hæc de Ægypto interpretantur, quique de Æthiopia, vix ſe expediunt: vix enim declarare poſſunt, quo pacto, ſi de Ægypto accipiant, dicatur eſſe *Trans Æthiopiæ Flumina*, regione ſcilicet tam diſſita ab Ægypto. At Nilus, quem hic agnoſcunt, totam latè AEthiopiam alluit, antequam in AEgyptum deuehatur: ideoque dicta flumina AEthiopiæ. Durum id eſt, vt ſi quia Iberus noſter in Cantabris oritur, diceres Dertuſenſes ſitos cis contabriæ flumen. Certè nemo ſanus ita loquitur. Quin cum audis, *quæ eſt trans flumina AEthiopiæ*, ſtatim intelligis, gentem vltra AEthiopiam ſitam, cuius ſcilicet flumina terminos ſtatuunt.

Sed

SVM. COM.

Cum non parua modo, ſed ſoror dicatur?

Quæ nunquam latet ſenſus grandior in ea voce.

Significat .n. deſpicabilem.

Ingenio tardam, indole ignobilem.

Quales gentes parum ante incognitæ ad ſolẽ vtrũq; Hiſpanorum admirandis nauigationibus.

Luſitanorum ad Orientem ſolum.

Hiſpanorum ad occiduum.

Efferæ nationes, et a brutis vix diſtantes.

Eſt ergo hoc vaticinium earum gẽtium vocandarũ.

III.

Iſaiæ locus inſignis in eam rem.

Qui elucidandus, vt his verbis inferatur lux.

Eſt autem locus difficillimus.

Et à multis tentatus claris interpretibus.

Quorũ ſententias, nec referre libet, nec refellere vacat.

Quanquam nemò fuit, qui non ſe multis difficultatibus implicarit.

Væ, autem comminantis eſt.

Et grauia vaticinantis.

Cymbalum alarũ ad ſonum, ac velocitatem quidam retulerunt.

Gentem quarum fama breui omnẽ in partem feratur.

Præſtat alas ad longinqua referre, quo fama pertingat.

Nam ea vox pro remotiſſimis terrarum accipitur.

Væ terræ, cuius fama ad diſſitas regiones delata.

IV.

Flumina Æthiopiæ quidam de Ægypto accipiũt.

Sed Nilus trans Æthiopiam non fluit.

Et quidquid trãs Æthiopiam eſt, vltra eam eſt.

Nec melius ſentiunt qui Æthiopiam intelligunt.

Soror parua, quia contemptibilis.

Cant. *Dramat.*

Gentes ad vtrũque ſolem noſtra ætate detectæ.

Hiſpanorum fœlix audacia in detegendis nouis gentibus.

Vaticinium conuerſionis earum gentium.

Iſai. 18. 1. Iſaiæ locus latè elucidatus.

Væ comminantis, & grauia vaticinantis vox.

Vat ab in Annot. huius loci. Henſ. legion Pererius. Arias.

Cymbalum alarum terra, cuius fama ad longinquas regiones delata.

Alæ pro finibus extremis terrarum.

CHENEPH.

Hier. Com. in Dan.

Com in Dan.

Flumina Æthiopiæ non pro Nilo, aut Ægypto.

Nam Æthiopia hæc nō propriè poſita.

Sed pro terra remotiſſima, vt alias.

Qui tropus haud inobſeruatus bonis Authoribus.

Quos inter Virgilius Maro.

Sic interpretatis de doctis quidam.

Nec pro Æthiopia ipſa.

Sed nec, qui AEthiopiam intelligi volunt meliorem cauſam habent, cumquæ regio trans AEthiopiæ flumina ponitur, AEthiopia ipſa eſſe non poſſit. Neutri ergo prouinciæ aptari verba poſſunt. Feſellit, quod AEthiopiam hic propriè accipiendam arbitrati ſunt, cum vero ſit ſimilius, ſpeciem vnam pro toto genere poſitam; & ſignificatam terram remotiſſimam, & in extremo orbis angulo ſitam, vltra quam ſcilicet ea gens iaceat, ad quam pertinet vaticinium. Sic etiam Propheta alius: *Vltra flumina Æthiopiæ, indè ſupplices mei filij diſperſorum meorum deferetent munus mihi.* Ioph. 3. 10. Sic ille cum de Amore loqueretur:

Virgilius Ec. 8.

Nunc ſcio quid ſit Amor, duris in cotibus illum
Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis, edunt.

Iſmarum, Rhodopen, ac Garamantes pro aſperis, ac remotis montibus poſuit. Sic intellexit, & Vatab. *Terra, quæ eſt ſita vltra Æthiopam, quæ ſcatet fluminibus, id eſt, terra in extremo orbis poſita: Synecdochice: intelligens alias regiones vltimas.*

Vatablus.

V.

Qui, pronomen maſculeum, quo referendum.

Quidam ad terram volunt.

Alij ad populum terræ.

Qua forma vſus alicubi Virgilius.

Sed mirum fuerit Hieronymum tam ambiguè vertiſſe.

Cùm poſſet diſtinctè, & clarè.

Si terram intelligi voluiſſet.

Maximè cum incertum ſit, num de Ægypto hic ſermo ſit.

In Hebræo autem participiū eſt, mittens.

Pergit Propheta. *Qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas.* Scopulus hic alius eſt in hoc freto. Nam pronomen maſculum, *Qui*, ad quem referendum ſit, haud apparet: cum, ſi ad *terram* referri velis, genus repugnet. Quidam terram Hebraicè non nunquam maſculei eſſe generis notant, ſicut Iſai. 9 19 & Pſal. 105. 30. Alij tropum agnoſcent, vt non referatur ad terram, ſed ad populum terræ, quemadmodum apud Poetam:

Legion.
Pagn. in ...
Iſai. 9. 19.
Pſal. 105. 30.

Pars arduus altis
Puluerulentus equis furit.

Virgil. Aen. 7.

Vtrumque verè animaduerſum; ſed mirum eſt vulgatum hic, vel conſectatum tropum, quod raro ſolet; vel maſculeo reddidiſſe vocabulo, quod aptius fœmineo reddidiſſet, ſi ad terram referendum putaſſet. Maſculeum autem vſurpaſſe, (tametſi non nulli Codd. fœmineum habeant, *quæ*,) probant correctiſſima exemplaria Sixti, & Clementis. Quin & 72. & Symmachus ἀποστέλλων. Et quanquam Hieronymus cauſam, cur in ſermone de AEgypto pro fœmineo genere maſculeum ponatur, eam eſſe affirmat, quod apud Hebræos, & AEgyptus, & AEgyptius, & AEgyptij vno vocabulo nuncupantur, parum hoc loco ea iuuat obſeruatio, quo nec certum eſt de AEgypto ſermonem eſſe, nec omnino gentis aut prouinciæ nomen præceſſit. Eſt quidem in Hebræo præſentis participium: *Mittens in mare legatos.* Sed generis maſculei. Nec probamus eos qui poſt vulgatum tranſtulere, *mittenti*, & conueniret cum τῇ *terra*: multo melius, qui rectum retinuere caſum, *mittens*. Intellexit ergo Vulgatus id ad alium pertinere: vt comminationes aduerſus eam gentem prioribus contineantur verbis: *Væ terræ Cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina AEthiopiæ.* Mox ad alios oratio conuertatur, qui mittere dicantur, ſeu miſſuri potius legatos, forma loquendi vſurpata Prophetis, qui futurum in præſens, aut præteritum ſæpè commutant; vt alias monitum eſt. Erit ergo ſenſus. *Erit, qui mittat in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas.* Vt vaticinium alterum hæc verba contineant, *mittentium*, ac *mittendorum* in eas terras *legatorum*, quicumque tandem illi ſint, qui miſſuri ſunt, de quo mox, quique mittendi ſunt. *Vaſa* autem *papyri* generatim nauigia intelligemus, quæ ſæpè olim è *papyro* Nilotica canna ſeù iunco compingi ſolita, ac bitumine liniri prohibendis aquis. Aut certè continebunt ſignificationem imbecillitatis nauium; quaſi non de Robore duro compactæ, ſed *papyraceæ* futuræ eſſent: quod a nobis genus loquendi tritum eſt. *Atraueſo el mar en vn barco de papel*, cum intelligi, velimus nauigium male compactum, aduerſuſque pelagi diſcrimina male tutum. Sic ille:

72. Inter.
Symmachus.
Hieronymus.
Hieronymi obſeruatio de nomine Ægypti.

Vatab.

Pagnin.

Qui, non ad terram, quæ præceſſit, ſed ad alios referendum.

Nauigia e papyro Nilotica.

Naues fragiles velut e charta compactæ.

Hiſpaniſmus.

Id verò videtur Hieronymus ad alſos retuliſſe.

Qui legatos miſſuri ſint.

Poſitum autem præſens prò futuro.

Erit, qui mittat legatos.

Vaſa verò papyri naues ſint ex Nilotica papyro fieri ſolitæ.

Aut certè vaſa imbecillia, velut è papyro non robore compacta.

Fragilia, nec apta in tam diuturno mari.

Sic Horatius alicubi loquutus.

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus: nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus.

Horatius lib. 1. Od. 3.

VI.

Angeli veloces nūtij ſunt, qui accelerare iubentur.

Cæteræ gentes illas ſuas per notas deſcribunt.

Toto ſecerno à nobis diſſitas.

Laboribus, ac ſeruitio graui attritas.

Vnde ſeruili indole ac ſeruire natas.

Sequitur adhortatio ad eos, qui *mittendi* ſunt, vt officium accelerent, ac *legatione* fungantur ſua. *Ite Angeli veloces, Nuncios*, ſiue *legatos Angelos* vocat, nec ſine cauſa tamen, cum in Hebræo non MELACHIM ſint, ſed TSIRIM. Poſtremis verbis gentiū illarum, ad quas mittuntur deſcriptio continetur per omnes circunſtantias. *Ad gentem conuulſam, ac dilaceratam.* Ad gentem diuulſam, atque diſtractam, longiſſimè à noſtro orbe diuiſam, per infinita terrarum, & maris ſpacia ſic dixit ille.

Angeli veloces nuntij celerrimi.

Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

Virgil. Ec. 1.

Dilaceratam vero interpretantur doctiores *depilatam* ſiue *decaluatam*. Ezech. 29. 18. de Nabuchodonoſore: *Seruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus* Tyrum: *omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſt.* Ferendis ſcilicet oneribus attritus, que-

Caput decaluatum, & humerus depilatus: habitus graui ſeruitio oppreſſorū.

Moribus incultas.
Ingenio & inſtitutis truces.
Quibus cædibus graſſari ludus eſt.
Immo & vornghes manus carnes ſuetas.
Quibus nulla gẽtes terribiliores ſint.
Aut certè poſt quas nullæ aliæ inueniantur.
Cũ extremos orbis fines inhabitant.

quemadmodum iumentis ſolet contingere, quibus ſæpè ſolent affrictu clitellarum, aut onerum importunitate dorſa læuari, ac depilari. *Matados como beſtias de carga.* Significantur autem homines ingenio ſeruili, & ſeruitijs non ſolum deſtinati, ſed etiam attriti: nati ſub conditione ſeruili. *Ad populum terribilem.* Referendum ad morum ſeritatem magis, quam ad virium magnitudinem. Ad populum moribus trucem, inſtitutis ferum, cui aliorum inſidiari vitæ ludus eſt, & cruore ſitim depellere iucundum: cui nullæ gratiores dapes quam humanæ carnes ignis ſemitoſtas calore, vixque tepentes: vt quæ paulo antè propria vita imbutæ palpitabant: alienorum corporum vitam conſeruarent, ſemicrudæ ingeſtæ in ſtomachum. *Poſtquem non eſt alius.* Qui interpretantur, *quo non alij populi terribiliores ſunt*, probabiliter interpretantur: vt extrema barbaries, ac morum feritas, & beſtialia ingenia deſignentur, vix de hominum natura aliud quam exteriorem formam, retinentium. Sed id nihil impedit, quin iterpretemur de gente longiſſimè diſſita, quæque poſtremos orbis receſſus inhabitet, vltra quos nullæ iam gentes, nulli ſint populi: vt pote quibus fines orbis extremi dati ſint ad habitandum.

Hiſpaniſmus: Populus terribilis, moribus ferus, ingenio trux

VII.

Expectãtes auxilio, in calamitatum leuamen.
Et iam penè deſperantes.
Nos potius interpretamur, extremè indigentes.
Atque in extrema infelicitatis linea poſitas.
Qui ſenſus ex originibus planus eſt.
Sed & illud indicatur, ſero ad eas mittenda auxilia.
Et tarde admodũ ſalutẽ ad ferẽdã.
Gentes ignobiles, & viles.
Ideoque ſeruire coactas, & quaſi pedibus victorum protritas.
Nã cõculcatio habitus victoris eſt.
Et de Chriſti victoria dictũ, Calcaui eos in furore meo.

Ad gentem exſpectantem. Interpretantur quidam: *auide expectantem auxilia extrinſeca, & in omnem partem circumſpicientem, ſi qua ſubſidij aliquid appareat, quo de tantis eruatur calamitatibus.* 72 ἀνελπιστον, *deſperantem*, diffidentem; quaſi longe exſpectatione feſſam iam de ope ſibi ferenda omni deſtitutam ſpe. Sed malumus, *expectantem*, interpretari, *rerum omnium indigam, atque in extremo malorum verſantem*: Omnis enim Expectio ab indigentia eſt, nemo enim expectatione ſuſpenſus eſt, niſi qui eo indiget, quo expectatione fertur. Erit ergo *gens expectans, gens, in extrema infelicitatis, atque indigentia linea poſita*: Sic hebræa interpretamur KAV. KAV. *lineæ, linea*, quod quidam interpretantur *lineatim*, indicarique volunt, *Senſim, & pedetentim conculcatam.* Sed perdidere verè ſententiã; geminatio enim eiuſdem vocis epitaſim continet, qua ſignificatio vocis augetur. Erit ergo, quod diximus: *Ad gentem in extrema linea calamitatis, atque indigentia verſantem. Ideoque diu & multum expectantem.* Forſitan, & illud ſignificatur, ſero nimis mittendos in eam gentem legatos, nec niſi poſt longam expectationem. Non quod ea verè expectatura ſit, ſed quia verè quidquid opis obuenturum illi ab legatorum aduentu ſit, tardi admodum obuenturum ſit. *Conculcatam* autem interpretari libet, *contemptam, deſpectamque, vixque aſpectu dignam iudicatam.* Aut verè, *ſubactam, & ſub imperium miſſam, ac turpiter ſeruire coactam, quaſi pedibus pro tritam victoris, ac proculcatam*: Quo omnimoda ſubiectio, immo, & duratura deſcribitur. *Negabunt te inimici tui, & tu illorum colla calcabis.* Deut. 33. 29. *Ite, & ponite pedes veſtros ſupra colla Regum iſtorum. Sic enim faciat Dominus cunctis hoſtibus veſtris, aduerſum quos dimicatis.* Ioſ. 10. 24. 25. Et de *Chriſti* pleniſſima victoria, vſque ad omnimodam ſubiectionem hoſtium dictum: *Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea.* Iſa. 63. 3. Et locis alijs paſſim.

Gens expectãs; in extrema infelicitatis linea verſans.
72. Int.

KAV. KAV. linea, linea, quid ſignificat.

Gens expectãs, ad quam tarde admodum auxilia mittẽda ſunt.

Gens conculcata, victori ſubdita, & ſeruire coacta.
Deut. 33. 29.
Conculcatio, habitus omnimoda victoria potiti.
Ioſ. 10. 24. 25.
Iſai. 63. 3.

VIII.

Additur extrema vaſtatio hoſtilis.
Significata fluminum incurſu.
Aut, quod aptius eſt, de inundationibus accipe Non Nili.
Sed magnorũ fluminum, quæ magnam terræ partẽ deripiant.
Quemadmodum de inũdationibus maris haud raro contigit.
Quæ alia nota ad indagandum verum ſenſum.

Poſtremo additur: *Cuius diripuerunt flumina terram eius.* Quod tametſi quidam ad hoſtium referunt vaſtationem, quorum inundantibus copijs, velut quibuſdam immiſſis fluminibus, delenda gens eſſet, S. D. E. *Ecce adducet Dominus ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas; Regem Aſſyriorum*, Iſa. 8. 7. Et: *Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarum inundantium.* Iſa. 17. 13. Multo tamen aptius eſt, ſi ſine vllo tropo interpreteris: non quod de Nili inundationibus, quod alij faciunt accipiamus: ſed quod ſignificari putemus terram, quam tam ingentia permeent flumina, vt verè dici poſſit, magnam illius partem eorum aquis interuptam, ac de communi corpore auulſam. Quemadmodum Tertullianus dixit: *Italia quondam latus, Hadria Tyrrhenoque quaſſantibus, medio tenus interceptum reliquias Siciliam facit.* Et paulo poſt cum de terrarum varijs cladibus dixiſſet: *Denique ſi quid mare diluit, cœlum texit, terra ſubduxit.* Et Plinius: *Iſta terræ tres partes abſtulit cœlum: Oceani rapina in incerto eſt.* Plin. lib. 2. cap. 68. Notam ergo aliam verba hæc *Iſaiæ* continebunt ad deſignandam eam gentem, de qua vaticinium canit. Atque hæc dicta ſint quantum attinet ad corticis ſeriem: hiſce vero veſtigijs veniendum in veram intelligentiam eſt.

Ingentium fluuiorum inundationes.

Tertullianus l. de Pallio c. 2.

IX.

Nos de illis gentibus prophetatum putamus.
Quæ ad vtrumq; Solem proximo ſæculo detecta ſunt.
Quæ ſententia non ignobiles habet Authores.
Nec leuibus nititur argumentis.

Hæc ergo interpretemur de illis gentibus, quæ noſtræ ac patrum memoria ad vtrumque ſolem detectæ Hiſpanorum nauigationibus, non minus imperio noſtrorum Regum adiunctæ ſunt, quam in *Chriſti* regnum, & *Eccleſiæ* ius vocatæ. Habet hæc ſententia pro ſe non quidem veteres Authores, qui enim ignorarunt futura, non potuere de illis ferre iudicium: ſed multos de recentioribus, & quidem grauiſſimos. Fedlumnium lib. 2. de extr. Iud Cap. 4. Ariam Mont. In Iſa. Cap 18. 1. 2. & in Abd. ver. 20. Ioan. Ferdin. Theſauri, 5. 5. Lib 1. cap. 58. ver. 4. Ioſeph. Acoſtam de Chriſto reuel. Mart. Del Rio Adag. 5222 Lud. Legion. in citatum Abdiæ locum, & in hæc Cant. verba in quibus verſamur. Thom. Maluendam de Antichriſto lib. 3. cap. 12.

Locus hic Iſaiæ de Orientalibus, & occidẽtalibus Indis accipiendus.
Feder. Lumnius.
Arias Montanus,
Ioannes Ferdin.
Ioſephus Acoſta. Hiſt. Ind. lib. 1. cap 15.
Mart. Delrio.
Ludou. Legion.
Tho. Maluenda.

Thom. Rozium de ſign. Eccleſ. lib. 20. cap. 3. Et quanquam horum quidam ad Orientales gentes arctant vaticinium, alij tamen etiam ad Occidentales extendunt, quod quanta cum ratione factum ab illis ſit, mox dicemus. Et vero, quod vir doctus legionenſis monuit, tanta ea res fuit, vt nihil magis admirandum hominum geſtis à condito orbe contigiſſe ſit certum, vt ſcilicet tantum orbi adijceretur hactenus cognito, quantum id ipſum vix erat, quod cognitum erat. Quod ſi alia multo minora digna viſa ſunt, quæ & à Prophetis prædicerentur, & Sacris libris conſignarentur, multo hæc digniora exiſtimanda ſunt, quæ minimè tacerentur, ſed multis antè annis, quam contingerent, prædicerentur futura. Quod ſi & in eas gentes toto à nobis orbe diuiſas transferendum Euangelicem erat, quam cauſam fuiſſe putes, cur non & tantæ gloriæ *Chriſti*, quantam per tantarum gentium acceſſionem ad *Eccleſiæ* regnum illi obuenturam certum erat, mentio fieret à Prophetis, quorum is ſcopus vnus, vt *Chriſti* gloriam, & imperij magnitudinem prædicarent? Id ergo ſit certum tantam rerum mutationem digniſſimam fuiſſe, quæ a Prophetis inter futuras olim alias caneretur. Nunc ſingula per cenſenda ſunt, & applicanda,

Prima Prophetiæ parte vaticinium continetur earum cladium, quas terra illa, de qua ſermo, ſubitura erat, & grauiſſimas, & duriſſimas; ſed quia eæ clades ab aliena gente immittenda erant, prius indicat, quæ cauſæ permouerint alienam illam gentem ad tantam expeditionem, tam arduam, tam inſolitam. Eas cauſas à fama fuiſſe ortas, qua exciti extranei populi, ſedes proprias relicturi erant, & in eam gentem migraturi. Ideo *Cymbalum* vocat, cuius ſonitu tanquam claſſico excitarentur ad profectionem. Id quam verum ſit, intelliges, ſi memineris, non alia tuba euocatos Hiſpanos, vt ad ortum alij, alij ad occaſum nauigarent; ac per incertas vias, & ignota Maria, ſoliſque procellis, ac naufragijs nobilia, Gentes quærerent, in alio ſitas orbe, quam fama diuitiarum, aut ſpe illarum opum, quas fermè naturæ prouidentiſſimum ingenium longè diſſitis Gentibus communicauit; vt, communicatis mercimonijs, nationes nationibus velut conſignatis dotibus maritaret. Fama Indicæ opulentiæ, ac orientalium vnionum, gemmarumque, & aromatum inuitati Luſitani, gens audax, & felicitate ſua digna, otio patrio abiecto, ac poſt habitis voluptatibus, oceano furenti frenum, ac compedes inijcere, ac inuitum coegere ſeruire; tametſi ſæpè, excuſſo iugo, ac domitis frenis, ſuas injurias, hominumque temeritatem horridis cladibus, ac miſerrimis naufragijs vltus eſt: donec toti Orienti metuendi, infinitas gentes per immenſas plagas, atque inſulas ſparſas, imperio Luſitano adijcerent. Fama nouarum regionum ad contrariam cœli plagam Caſtellani exciti, ac vicinæ cognatæque gentis æmulatione pulſati primi hominum quæſiere, quod ignorabant; & ingenti, auſu ne dicam, an temeritate? inuias adiere pelagi profunditates, iratque ſuas horrida viciſſitudine eiectantis reſorbentiſque, planeque indignantis adyta ſua, & quaſi ſanctiora ſacraria, Iberica temeritate cæpta tentari: ſæpiuſque inſanos auſus horridis naufragijs vlciſcentis; reluctantibus elementis, ac ſtupente ipſa natura, nouos extra orbem inuenere orbes, quoad mirante Philoſophia docerent, aliquid eſſe Oriente ſole prius, aliquid Occidente poſterius. Originem ſi tantorum facinorum quæras, non alia fuit, quam ignotarum regionum fama; qua velut claſico excitati id quærere coacti ſunt, quod, an vſquam gentium eſſet, ignorabant. En *Cymbalum* ſonans, en æs tinniens, quibus remotiſſimæ Hiſpaniæ prouinciæ auribus inſonantibus, nauigiorum alis expanſis, in extremos terræ, mariſque fines euolarunt.

Quod additur: *Quæ eſt transflumina AEthiopiæ*, quo ſignificatam diximus *remotiſſimam terram, & quaſi in extremis orbis angulis conſtitutam*, mire facit ad rem noſtram, cum, quidquid iacet terrarum in cognito, ac veteri orbe, non ſolum infinitis ſpatijs diſtet ab eo, quem nouum dicimus orbem; ſed interfuſa immenſitate pelagi diuiſum, omnino videretur adiri non poſſe. Si enim calculum rite poſueris, permenſuſque fueris, quantum ab Luſitania ad ſolem orientem: atque à Bætica ad occiduum, ab vtraque gente pedibus penè permenſum eſt, inuenies, quaſi ex condicto diuiſiſſe ſibi orbem; vt dimidium alijs alijs tantundem obueniret. Nam Sinarum Regnum, quo Luſitani tandem peruenere, ab Philippinis inſulis, quas ſibi Caſtellani ſubdidere, tam propè abeſt, vt vix nonaginta leucarum mare interiectum ſit: cum tamen alterutra tellus ab Hiſpania per dimidietatem fermè maximi circuli diſtare monſtretur: centum ſcilicet, & octoginta gradibus ſecundum longitudinem interiectis. Merito ergo dictæ illæ Gentes eſſe *Transflumina AEthiopia*, id eſt, in extremis terræ finibus: vt interpretati ſumus.

Væ, autem, quod in illam gentem canitur à Propheta, ad cladem, ac vaſtitatem retulimus, quas ſæpè ſolet populis Deus immittere in magnorum ſcelerum, maximè Idololatriæ, ac ſuperſtitionis, ſupplicium. Id quam verè de illis gentibus dictum ſit,

Quanquam quidam ad Orientales Indos arctant. Sed præſtat ad Occidentales extendere. Fuit vero ea res tanta, quanta a cōdito orbe nulla. Ideoque & digna quæ Prophetarum vaticinijs celebraretur. Vocatio enim earū gentium ad fidem magna Chriſti gloria fuit. Ideoque, & Prophetarum digna vocibus. Qui omnes in Chriſtum collimabant. Prima vaticinij pars ad clades pertinet X. *Inferendas ab exteris gentibus. Quæ famā illarū regionum exciti. Proprijs relictis ſedibus eo nauigaturi erant. Nec enim alia tuba exciti. Quā ingentiū diuitiarum fama. Luſitani ad ortū nauigarent. Gens felicitate ſua digna. Et Oceano furenti compedes ſere. Donec toti Orienti metuendi leges darent. Nec alio Hiſpani Cymbalo exciti. In oppoſitas Occidentis plagas, obuertere proras. Id quærentes per vaſta Maria. Quod an vſquam eſſet ignorabant. Quod ad felicitatē mira docuiſſent. Aliquid eſſe Occidēte poſterius ſole. Hoc Cymbalum ſonans quo audito nauigiorum alis euolarunt.*

X I.

Et in longiſſimas terras delati ſunt. Interfuſo toto Oceano a nobis diſſitas. Nam diuiſere ſibi natio vtraque orbem in æquales partes. Nam extrema expeditionis luſitana lina fuere Caſtellanorū Philippinæ, ab ſinis leucis vix centum diſtantes.

X I I.

Ab Hiſpania autem fermè per dimidietatem magni circuli. Ritè autem Væ illis gentibus canitur.

Tho. Roſius: Robel. de obligat. Inſt. lib. 18. quæſt. 25 ſec. 3. Rozius de ſig. Eccle. tom. 2 lib. 20. cap. 3.

Noui Orbis inuentio tanta fuit res, vt nulla maior ab orbe condito contigerit. Vocatio earum Gentium digna prophetarum vaticinijs. Indorum cōuerſio ingens Chriſti gloria.

Expeditionis in Indos vtroſque cauſa earum gētium opulentiæ fama.

Prouidentia diuina, quem in finem diſſitis gentibus diuitias cōmunicauit.

Luſitani gens audax, & fortuna ſua digna, in Orientem nauigat. Caſtellani in Occidentem æmulo ſtudio.

Philoſophia mirata eſt, nouos extra orbem orbes inuentos.

India vtraque per infinita ſpatia a noſtro orbe diſſita, interfuſo toto Oceano.

Sinæ, & Philippinæ per mediatem maximi circuli a nobis remotæ, totis centum octoginta gradibus.

Clades ingentes illatæ Indis à noſtris hominibus.

Digitized by Google

ſit, horret animus, cogitare. Nam quot ciuitates euerſæ? quod prouinciæ habitatoribus vacuæ? quot inſulæ deſertæ, totis illis occidentis tractibus fuerint, tametſi noſtrorum hiſtoria tradunt, atque oculati teſtes affirmant, vix tamen, cum legimus, aut audimus, credimus. Sæuiere homines non in homines ſolum, ſed & in ea, quæ hominum vſibus deſtinata, periere cum illis. Ea labes nobiliſſimam noſtrorum hominum expeditionem corrupit, gloriamque pulcherrimi facinoris maculauit; ne eorum laudes cani ſimpliciter à poſteris poſſent, quin ſæuitia, auaritia, crudelitas damnaretur. Abſumpſere aduerſitates prouincias totas, vt in multis, ne vnus quidem mortalium, manſerit, cuius ex habitu oris, & corporis, quaſi maiores fuiſſent forma dignoſci poſſit: & ex Africa, aliiſque barbaris regionibus, arceſſere ſeruitia coacti ſint noſtri: quos extraneos ſcilicet, conſumptis indigenis, ſubſtituerent. Mitto excisſa imperia duo latiſſima, Ingarum in Peruuia; Mexicanorum in noua Hiſpania; nam minora alia regna diruta, poſt tantam illorum cladem, numeranda non ſunt. Mitto. morborum incognita genera, gentibus illis, quibus infinita mortalium millia aſſumpta conſtat: vt non magis noſtrorum in illos ira ſæuiret in acie, quàm in media pace conuictus; quo velut contagio correpti, noua lue tentarentur. *Væ*, ergo merito canitur à Propheta Gentibus illis; quæ non opibus modo ab aduenis, ac peregrinis ſpoliati, ac fortunis euerſi; ſed & libertate, ac vita priuati, magnam habuere cauſam damnandi naturam, quæ, cum multa largita illis bona fuiſſet, eo ſolum dediſſe omnia viſa eſſet, vt ſimul auferret: multorumque ſæculorum indulgentiã paucorum annorum crudelitate corrumperet. Sed Deus ſcilicet hominum ſcelera ſceleribus hominum ſæpè caſtigat; &, quidquid alij deliquere, aliorum punit delictis; vt in vtrique iuſtitiæ ſeueritatem, quæ impunita nulla peccata dimittit, commendet.

Quæ ſequuntur: *Qui mittit in mare legatos*. Vaticinium continere mittendæ gentis, monuimus: ſenſumque eſſe: *Erit tempus cum mittantur legati in eaſdem illas terras quarum clades, ac vaſtitates prædixi*. Nec ſine cauſa *legatorum* nuntio; fermè enim eo nomine, ac munere vel vſi, vel abuſi noſtri leguntur, ad rimanda prouinciarum intima; vireſque, & opes explorandas eorum, quorum imminebant imperijs. Quod ſi nomen generalius interpretere, pro ijs, qui Regum noſtrorum imperio, auſpicijſque eas ſuſcepere expeditiones, nihil intelligentiæ officiet: quicumque enim miſſi ſunt, *legati* dici poſſunt. *Per mare* autem, aut *in mare miſſi* dicuntur: quia ſcilicet illæ gentes, ſiuè quæ ad orientem, ſiuè quæ ad occidentem longè, & latè fuſæ ſunt, non, niſi immenſitate oceani ſuperata, adiri poterant. *Vaſa* autem *papyri*, vel ſimpliciter naues intelliges, vt monuimus, quæ antiquitus ex Nilotica papyro, cauraque paluſtri compingi ſolebant: Vel referes ad nauium noſtrarum tametſi ingentium, ac firmo de robore, pinuque compactarum imbecillitatem; ſi cum furentis pelagi, atque inſanientium fluctuum horrore componas. Hinc tot ſæpè nauigia in ignotas oras cõpulſa, breuibus vadiſque contracta; tot claſſes voraginibus abſorptæ, nec difficilius abreptæ, quam ſi de leui ſubere, ac *papyro* conſtarent. Et hoc ergo ad admiratione͂ referas licèt, auſos homines tanto monſtro confidere; tam immenſum pelagus traijcere nauibus incluſos, quibus non alia firmitas, ac ſecuritas eſſet, quam ea, quam ſemel ſæpè impactus fluctuum furor poſſet diſſoluere: longèque ſparſis membris iactare.

Angeli autem *veloces*, qui ſint, quos adhortatur ad expeditionem nobiliſſimam Propheta, haud difficilè eſt definire: ſunt enim Apoſtolici viri, qui relictis patrijs ſedibus, in eas Gentes commigrarunt, vt eas imperio adijcerent *Chriſti*: & *Eccleſia* fines, quos Hæreticus furor in Europa, conatur includere, longè, ac latè dilatarent. *Angelorum* enim nomen in ſacris litteris raro niſi in bonum ſumitur, nam eundè malis fermo, fermè additur aliquid, quo indicetur in malum ſumi. Iob. 4. 18. *In Angelis ſuis reperit prauitatem*. Pſal 77. 49. *Immiſſiones per Angelos malos*: Prou. 17. 11. *Angelus crudelis mittetur contra eum*. Matth. 25. 41. *Qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius*. 2. Cor. 12. 7. *Angelus Satanæ*. Apoc. 9. 11. *Angelum abyſſi*. Et 12. 9. *Satanas, & Angeli eius cum eo*. Sic interpretantur Oecumenius, Procopiuſque, quos ſequuti de recentioribus quidam. Et quanquam in Hebræo, vt ſupra monitum eſt, non *Angeli*, ſed *legati* dicuntur, id minimè obeſt nam *Angeli legati ſunt*, & *nuncij*; & contrà; quemadmodum, & Apoſtoli: ideò vtrique ordini communes appellationes, quemadmodũ & officia. De *Angelis* Paulus: *Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus in miniſterium miſſi*. Hebr. 1. 14. εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα. De ſe autem, ac reliquis Apoſtolis Ioannes: *Annunciamus vobis in vitam æternam*. ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωήν. Sint ergo loco hoc *Angeli* viri illi verè Apoſtolici, qui in eas regiones ad Euangelij meſſem commearũt, cum audirent illud ingeminantem Patrem familias: *Videte regiones, quoniam albæ ſunt iã*

Mmmmm 2 ad

Si clades conſideres, quas vtrique Indi ſubiere. Quas horret animus cogitare. Id peccatum nobilem expeditionẽ infamauit. Nam abſumptæ gentes totæ. Vaſtata ingentia regna, & lata imperia. Ne minora regna numeremus. Quin & incognita morborum genera graſſata ſũt. Haud minore ſæuitia, quam in bello gladius. Donec libertate, fortuniſque ſpoliarentur. Vt damnare naturam poſſent. Quæ multa concesſiſſet, vt omnia ſimul auferret. Sed ſupplicium id Dei graue, ſed meritum fuit ingentium ſcelerum.

XIII.

Sequitur de legatis ſolim mittendis in eas gentes. Quo nomine ſæpè abuſi noſtri ad explorãda interiora regnorum. Sed præſtat generalius interpretari, expeditionum Principes, a Regibus noſtris miſſos. Et quidem non niſi enauigato mari, nauali apparatu. Et ſi ferociam Oceani cõſideres, nauigijs papyraceis, ideſt, fragilibus. Haud raro totis claſſibus vi tempeſtatũ abſorbtis. Vt mirari ſubeat audaciam mortalium tali monſtro audatium ſe fidei committere.

XIV.

Additur, de Apoſtolicis viris quũ eo profecti Euangelij lucẽ illaturi. Et anguſtias Eccleſiæ dilatari. Nam Angelorum nomen, niſi aliud ad datur, ſemper fauſtum. Sic interpretantur et veteribus quidam. Tametſi in Hebræo non Angeli, ſed legati dicitur. Nam id nomen aptè in Angelos quadrat. Nam nec munera diuerſa ſunt. Ideo, & Apoſtoli Angeli, & contradicuntur. Viri ergo Apoſtolici hi ſunt.

Prouinciæ totæ habitatoribus vacuatæ.

Imperia ingentia exciſſa.

Inſoliti morbi, ac lues illatæ.

Natura multa tribuiſſe viſa Indis. vt ſimul auferret.

Noſtri homines legatorum ferme ab vſi nomine ad exploranda Regnorum ſecreta.

Vaſa papyri naues aduerſus pelagi furores fragiles, tametſi validiſſimæ.

Claſſes ſæpè integræ fluctibus hauſtæ.

Angeli veloces Apoſtolici viri. Angelorum nomen dã bonum vſurpari ſolitũ. Iob. 4. 18. Pſal. 72. 49. Prou. 17. 11. Matth. 25. 41. 2. Cor. 12. 7. Apoc 9. 11. Et, 12. 9. Procopius. Oecumenius. Vatablus. Caſtrius. Apoſtoli Angeli, & contrà. Hebr. 1. 14. 1. Ioan. 1. 3. Viri Apoſtolici ad expeditionẽ Indicam velut claſſico euocati. Ioan. 4. 35.

Digitized by Google

Qui veloces dicti, quia properare iubetur.
Parata enim ad meſſem regiones, ſolam falcem expectabant.
Nec à Deo auxilia defutura erāt ad opus tantum
Quando is erat à quo mitterentur.
Vt alibi dixit etiā Chriſtus.
Opem pollicitus, et ad ſedulitatē hortatus:
Vt ne ſalutari quidem obuios vellet.
Huius ſedulitatis exemplum illuſtre dabit vnus Franciſcus Xauerius.
Verè Apoſtolorum æmulus.
Quo nullus poſt illos Paulo ſimilior.
Cuius celeritatem Chryſoſtomus laudat.
Cui in eo Xauerius minimè ceſſit
Teſte etiam Romana Rota.
Cuius habes grauiſſimum teſtimonium.
Plures prouincias adiuiſſe illū, quā plerique alij viderunt oppida.
Etiam remotiſſimas, vt nunc impleretur illud: In omnem terrā &c.

XV.

Ideo ad gentem mittūtur cōuulsā.
Id eſt diuulſam, et longiſſimè diſſitā.
Dilaceratam autem, ingenio ſeruilem.
Et fermè curatore egentem
Aut potius miſere ſeruire coactam
Sed ſeruitus ad libertatem Chriſti profuit.
Terribilis autem gens dicta quod moribus inculta, & fera.
Vt nec ab humanarum eſſet carnium abſtineret.
Quos tamen mores ſenſim dedidere.

XVI.

Expectans verò dicta, quod extremè indigens et tardam ventura ſalutem.
Vt mirari poſſis Dei abſtruſa conſilia.
Qui videntur tā diuerſo iure agere cum mortalibus. Vt vbi natura diſcrimen non eſt, gratia ſit.
Vide autem ſenſim religionem ab oriente in occidentem commeantem. Et, veteribus relictis, nouas ſedes obeuntem.

ad meſſem. Ioan. 4. 35. Quod autem *veloces* dicuntur non vno ſenſu accipimus, ſimul enim, & celeritatis admonet in obeundo prædicationis munere, & facultatis inditæ, vt animos faciat profecturis. *Properandum eſt ad nobile facinus, nec vlla iam nectenda mora paratis ad iaciendum Euangelij ſemen barbararum gentium animis: nec facultas deerit profecturis, & ſtrenuè operi vacaturis. Idem ille, qui vocat, qui incitat, qui mittit, aderit propè, atque opem feret*. Sic dicebat Chriſtus: *Ite: Ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam ſalutaueritis*. Luc. 10. 3. Nam, quod à *ſe mitti* dicit, auxilij admonet ſui, nunquam illis defuturi, quod *ire* imperat, ad diligentiam, ac ſedulitatem hortatur: quod *ſacculum, peram, calceamēta portare* prohibet, ad expeditionem ſpectat, ne quid eſſet, quod ſuccinctos, ituroſque impedire poſſet: demum ne *ſalutari* quidem ab eis obuios vult, ne vel tantillum moræ obijciatur properantibus. *Veloces* ergo ritè vocantur *Angeli*, vt celeritatis admoneantur, & inditæ ad tantum opus facultatis. Quanta autem ea in his miniſtris celeritas fuerit, vnius exemplo intelliges, S. Franciſci Xauerij, qui dicere verè de ſe potuit: *Nihil minus fui ab iis, qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tametſi nihil ſum, ſigna tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigijs & virtutibus*. 2. Cor. 12. 11. Mira dicam, ſed vera tamen, ab Apoſtolorum temporibus neminem fuiſſe, qui propior Paulo imitatione fuerit. Si maximè celeritatis hanc dotem conſideres: vt verè de illo dicere poſſimus, quod de Paulo Chryſoſtomus: *Totam ſub cœlo regionem, quanta, quanta eſt volitando circumiuit*. Haud libet ſingillatim vnum cum alio conferre, quantum attinet ad velocitatis hoc donum, & alioquin ne cogitatione quidem ſpero legere me poſſe veſtigia duorum horum Euangelicæ prędicationis fulgurum: ſed de Xauerio tamen Sacræ Romanæ Rotæ verba omittere piaculum ſit, ex eo ſcripto libello, quo de Xauerio ſententiam Pontifici retulere rogati. *Transfretauit maria, permeauit ſolitudines, ſuperauit montes, peragrauit vaſtiſſimas regiones, adijt barbaras, & efferatas nationes, plures vidit prouincias, & regna, quam plerique alij ciuitates, & oppida*. An velocitas hæc hominis, an *Angeli* dicenda ſit, videat Lector prudens. Quiddam adhuc maius eſt quod addit grauiſſimus ille Patrum conſeſſus: *Iaponicæ Inſulæ, in quibus Chriſti nomen auditum antea non fuerat, ad religionis noſtræ cognitionem, cultumque traductæ ſunt,* (prædicante Xauerio) *vndè tunc primum impletum eſt illud Pſalmi: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*.

Atque id eſt, quod additur à Propheta: *Ad gentem conuulſam*, quod interpretati ſumus, *diuulſam, atque diſtractam, atque à noſtri orbis finibus per immenſa ſpatia remotam*; quales ij populi ſunt interfuſo immenſo mari, quaſi in orbis extremos angulos compulſi, ad orientem, & occidentem ſolem. Quod ſi *dilaceratam* interpretere *depilatam ac decalceatam*, idque referas ad ingenium hominum ſeruile, atque abiectum, ac ſeruituti natum, quod fecimus; intelliges, quam verè de occidentalibus Indis dictum ſit; quos multi exiſtimarunt, natura ſeruos, ac curatore egentes; ſed nimium id eſt: illud certum; pleroſque ſub imperium miſſos; & ſeruire victori coactos, miſera quidem conditione; ſed in eo Dei prouidentiſſima apparuit ſapientia, qui ex ea ſeruitute in veram ſpiritus libertatem vocauit: haud aliter ſub Chriſti iugum mittendos, quam ſi prius Hiſpano Regi ſubderentur. Nata ergo ex ſeruitute libertas eſt, & è tenebris infidelitatis vocati in Euangelij lumen ſunt. *Terribilem* autem gentem diximus, *moribus feram; conſuetudine barbaram; inſtitutis horridam; nulla pietate tangi; nulla honeſti cura duci; nullo obſequio flecti doctam: Humanis carnibus paſci, ac cruore potari ſuetam*: quales plerique eorum, qui ad occidentem latè patent populi, nunc iam noſtrorum hominum conſuetudine domiti, ac *Chriſti* doctrina imbuti, in alios homines mutati; aut certè depoſita feritate mitiores, & geniti *Chriſto* ſunt, & humanæ naturæ poſt liminio reſtituti, & communi hominum iure donati, ac velut ex alia gente vocati in adoptionem ſunt.

Addit Propheta: *ad gentem expectantem, & conculcatam*; in altero, vel miſeriam extremam earum gentium, indigentiamque rerum omnium ad ſalutem animæ conducentium; immo, & ad humanitatis iura, ſignificans; vel tarditatem futuræ ſalutis quæ ſero nimis videtur illis oblata: in qua re mirari ſubit altiſſima Dei conſilia, ac venerari prouidentiæ abſtruſas leges, quæ tam diuerſo iure cum mortalibus ſolet agere; vt natura humana, quæ nullo diſcrimine mortales diſiungit, quaſi per partes diuiſa, non æquo iure regatur, ſolaque diuina gratia diſcrimen inueniat, vbi natura ipſa nullam diſcriminis cauſam habere videbatur. Et verò ſi conſideres, videbis ſenſim Chriſtianæ fidei ſolem ab Oriente in Occidentem moueri, vt Chriſtianæ religionis diem terris inducat, ac viciſſim noctem. Nam quot prouincijs olim illatum Euangelij lumen eſt, quæ nunc prauarum religionum tenebris ſepultæ, die negato prorſus miſerrime dormiunt, illo ſopore preſſæ, quem non niſi æternæ noctis ſomnus conſequitur?

Chriſtus ſemper ſuis Apoſtolis opem præſtat in ſalutem animarum.
Luc. 10. 3.
Sedulitas, accelertitas in obeūdo munere Apoſtolico.
Franciſcus Xauerius ſimillimus Paulo.
2. *Cor.* 12. 11.
Chryſoſtomus.
De Franciſco Xauerio illuſtre Sacræ Romanæ rotæ teſtimoniū.
Per Xauerium impletum illud: In omnem terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
India nobis toto orbi diuulſa.
Indorum indoles ſeruituti nata & fermè curatore egens.
Indorum ſeruitus ad libertatē Chriſti profuit.
Indi fide imbuti poſt liminio humanę naturæ reſtituti.
Videtur Deus cum mortalibus non æquo iure agere.
Chriſtiana religio ſenſim ab oriente in occidētem migrat.

quitur? Neſcio quid timet, aut diuinat animus, cum animaduertit in tranſactos rerum euentus, atque Aſiam reminiſcitur, olim pietate florentiſſimam, nunc ſordidiſſima ſuperſtitione oppreſſam, ſub Dæmonum tyrannide duriſſima gemere, ſi gemendi tamen miſeræ manſit facultas, ac malorum ipſa granditas ſenſum omnem non ademit. Quid de Europa dicam ipſa, illa inquam Imperatrice orbis, nunc etiam & Chriſtiani Imperij regina? Quot paſſa religionis clades eſt? quæ portenta errorum vidit? quã multas oblatas ſibi Prouincias, ac de ſacro imperio diſtractas? In paucarum Prouinciarum angulos pænè extremos compulſa pietate, ac verã fide; vt in pleriſque vix interrudera ac ruinas lenta videatur animam trahere: in paucis autem plena libertate potiri. Vide, inquas anguſtias fuiſſet redacta, niſi eodem illo tempore, quo ex vna parte, velut de auitis. Sedibus, ac hereditate per iniuriam pellebatur, ex alia noua ſibi quæſiſſet imperia, quorum laxitate & magnitudine, quidquid amiſſum fuerat, feliciſſimo, ac cumulatiſſimo fœnore redderetur. Sed Deus ille temporum momenta, ac vices in poteſtate habens, ſuo quæque temporis articulo regit; &, cum maturas eſſe ad falcem meſſas videt, meſſores ſubmittit; atque in vineam ſuam horis diuerſis operarios conducit, ne vnquam cultura deſit, ac noui ſemper fructus colligantur. Poſt mille, & quingentos annos ab ortu *Chriſti*, à pace autem *Eccleſiæ* pleniſſimè parta, atque expugnato Idololatriæ regno in veteri orbe ferme poſt mille ducentos, nouus emerſit orbis, qui deficienti in veteri pietati, ac religioni ſuccederet: exulantemque ſenſim fidem vlnis exciperet, ac lætus amplecteretur. Tardantem hanc Dei benignitatem ſignificatam putamus vno à Propheta vocabulo, cum eam gentem *expectantem*, atque in extrema linea verſantem compellauit.

In altero autem, dum *conculcatam* vocat, vero indicio gentem illam deſignauit, ſiuè *conculcationem* referas ad contemptum; ſiue ad ſeruitutem. Nam certè, quod meminiſſe pudet, vix credi poteſt, quam vili æſtimatæ ex nationes à noſtris hominibus fuerint; vt non aliter illis, quam beſtijs propemodum vterentur; quaſi non nati homines, ſed bruti eſſent. Id quidem ſub initijs illis; nam poſtmodum, & Regum noſtrorum pietas, & optimorum præſidum ſtudium, & legum ſeueritas, & inducta politia ad noſtrum morem, ſtatum quendam rebus induxit; & quaſi ex æquo temperauit, vt ſe ſcirent populi haud aliter, quam ex æquitatis iure gubernari; nec tam à Regibus exteris victos, quam à parentibus filios regi. Sed ſub iugum tamen miſſi ſeruiunt: & qui prius nulla certa ſede vagi totum vllum orbem domum habebant, nunc, in oppida ſenſim compulſi, humanitatem induere; ac cum humanitate veram Chriſtianæ legis pietatem: vt ſimul ſe & optimis ſeruire Regibus ſcirent, ac Regum Regi Chriſto ſubditos ſe eſſe gauderent.

Poſtrema Iſaiæ verba: *Cuius diripuerunt flumina terram eius*, notam aliam continent eius gentis, quæ illius propria eſt: nullæ enim gentes orbe toto, quam latè patet, ſunt quarum de ſpacio telluris partes maiores *flumina diripiant*, vnus certè Marannonius, qui alio nomine Amazonum, alio Orellanæ, (ab illius nomine, qui totum ferme à fontibus, ad mare nauigauit) poſtquam per immenſos Americæ tractus excurrerit, infinitaſque prouincias alluerit, mille fermè, & qua dũ gentis horarijs leucis decurſis, in mare tantarum aquarum mole defertur; vt, niſi guſtu dulcedine explorata, verè te putas non flumine, ſed alto pelago naues agere: medium ſi nauiges, & quaqua verſum oculos flectas, *cœlum vndique*, *& vndique pontum* eſſe videbis; ingentibus etiam montibus, qui ripas ſæpè coercent, minimè apparentibus. Quid cum ducentis antè leucis, quam in mare ſecundo alueo de feraris, ſubeunte per tot ſpacia maris fluxu, ex aquarum ipſo tumentium auctu te intelligas in mare deferri? Quòd cum in apertum pelagus iam iam exiturus, ictas octuginta quinque leucarum horariarum diſtantia recedere ripas fluminis: quanto ſcilicet ſpatio mediterraneum mare in latum non extenditur, aut vix extenditur? Hæc niſi & grauiſſimi, & occulati, & numero plurimi teſtes litteris conſignaſſent quis credere poſſet? Quantum autem illud vnius fluminis, pænè dicam pelagus, eſſe putes, in quo ſæpè, bolide explorata altitudo, mira deprehendatur, haud ſecus, quam in alto oceano? Ac ne me putas ſine tabulis, ac fides teſtibus agere, habes libellum anno proximo Matriti editum à P. Chriſt. Acreuia Societatis noſtræ, qui totum à fontibus ad oceanum nauigauit, explorauitque, & quid menſium decem nauigatione compererit ad Regem, eiuſque ſupremum Senatum retulit, ſcriptoque ſignauit. Vidè Ioſephum Acoſtam Hiſt. Indice Natur. lib. 3. cap. 20. Quidquid de alijs fluminibus noui illius orbis dixero, quantumque ſuis aquis de terræ ſolo diripiant, tametſi magnum per ſe eſt, magnum non erit; poſt Marannonium nominatum: quem tamen niſi magnitudo ipſa fluuiorum Regem feciſſet, regni inſigne illi deberetur, quem Argenteum dicunt. Hic, qui & Paraquarius eſt, quemad-

Aſia olim pietate florentiſſima, impietati nunc ſeruit.
Cui gemendi facultatem infœlicitatis granditas ademit.
Europa autẽ, qua errorum portenta non horruit?
In anguſtiſſimos terminos clauſa pietate.
Niſi quantũ vna ex parte imperio Sacro decedebat.
Ex nuper inuentis prouincijs adderetur.
Scilicet vices temporum in poteſtate Deus habet.
Et cum maturas ſegetes videt, operarios ſubmittit.
Poſt tot ſecula nouus orbis emerſit.
Cui poſt mille quingẽtos à Chriſto annos pietas cõmunicaretur.
Propter hanc tarditatem auxilij gens expectans dicta eſt. XVII.
Conculcata autẽ propter ſeruitij qualitatem.
Quo in genera perdet meminiſſe quæ paſſa eſt, ſub initio
Poſtea pietas Regum, & legum ſeueritas.
Ius pænè ex æquo temperauit.
Additum, & id bonũ, vt vagi palanteſq; hactenus.
In oppida compellerentur, & ſocietatis bona naſcerẽt
XVIII.
Poſtrema nota, dirept. à fluminibus terra.
Quod de nulla gente dici verius potuit.
Cũ nullibi terrarum maiore flumina fluant.
Vt vnus Marannonius, oceani æmulus videatur.
Medio alueo nauigantibus ripis minimè cõſpicuis.
Et ad trecẽtas Leucas inferẽte ſe oceani fluxu.
Et cũ mare ſubit, octuaginta totis Leucis ripis diſtitis
Hæc niſi oculatis teſtibus affirmantib. quis crederet?
Quin et bolide altitudine explorata mira deprehenditur. *Habes de ea re libellũ à P. Chriſt. Acunia cõſcriptũ.*
Qui totum à fontibus decem menſibus nauigauit. *Poſt tantum autem flumen, nominari alia haud neceſſe eſt.*
Quanquam et Paraquarius longo, ſed proximus interuallo.

Aſia pænè tota ſub impietatis imperio miſere ſeruit.

In Europa anguſtis limitibus pietas Chriſtiana concluſa. Quãtum ab hac parte de Sacro imperio deciſsũ, ex alia adiectũ.

Poſt tardas temporũ moras Indis Chriſtiano lux affulſit.

Cõculcata gens dicta, vt qualitas ſeruitutis indicaretur.

Regum noſtrorũ pietate, & ſeueritate legum coercita Hiſpanorum in Indos licẽtia.

Nullibi maiorẽ terræ partem diripuere flumina.

Marannonius fluminum omnium maximum.

Mille quadringentis leucis excurrit.

Latus vltra omnẽ viſus aciem.

Octuaginta quinque leuiet eius ripæ inuicem diſtant.

Bolide explorata altitudo mira deprehenditur.

Chriſt. Acunia. A fontibus ad mare decẽ menſibus nauigatus.

Ioſeph. Acoſta.

Digitized by Google

Hic Nilus in more terras late inundat. Magnorum capax nauigiorum. Alios minores memorare haud libet. Quales cui à Magdalena nomen, & Aluarado. Maximis Europæ comparandi. Vt aptè hoc nota designata hæc terra sit.

Flauius Argenteus, siue Paraquarius, terras vt Nilus inundat.

Magdalenæ, & Aluaradi flumina.

madmodum in AEgypto Nilus infinitis auctus aquis tota inundat regna, ingentique fluctuum mole hominum operit, totiſque menſibus tribus longe, & latè opprimit, fœcundatque pingui limo. Eſt autem magnorum nauigiorum ab oſtio capax ad magna ſpacia. Dicamus hos fluuiorum Patres, minores alios filios, qui tamen magnitudine maximis Europæ, Aſiæ, atque Africæ minimè cedunt. Qualis cui à Magdalena nomen ad S. Martham:& qui à magnitudine nomen mutuatus eſt, quique Aluaradi dicitur in Noua Hiſpania, alijque pænè innumeri, qui minorum gentium omnes dici poſſunt. Vt mirum non ſit hiſce notis diſtinctam hanc gentem ab Iſaia, ne omnino ignoraret lector, quos populos vellet intelligi. Atque hæc de Iſaiæ verbis, longo excurſu, ſed neceſſario, ſint dicta: redeundum nunc in viam eſt.

XIX.

Ideo ab Eccleſia ſoror parua gens hæc dicta. Deſpecta ſcilicet, et nulla naturali dote inſignis. Longiſſimeque à noſtro cultu diuerſa. Ideo de illius conuerſione ſollicita. Chriſtum ſponſum interpellat. Cuius in poteſtate ſciebat eſſe tempora properare, & impedimenta remouere.

Indorum hæc Gens dicta parua ſoror, id eſt contemptibilis.

Barbara, ac longiſſimè diſtans à noſtro more, & cultu.

Eccleſia de illius gentis ſalute anxia.

Ex his intelliges, cur Canticorum hoc loco quem tractamus, cum de illa gente ſermo eſſet, *Paruam* dixerit *Sororem* mater *Eccleſia*: nihil enim aliud ſignificare voluit, quam *deſpectam, contemptibilem, ac nulla earum dotum inſignem, quæ commendare eam hominibus poſſent.* Quam enim Europeorum ingenium, atque Aſiaticorum ſollertia ab illius gentis ſimplicitate, ſtuporeque, & cultu diuerſum ſit, nemo non videt. Has ergo artes, quæ veteres orbis populos communiter illuſtrarunt, & magnitudine euexerunt, & famâ, in illis deſiderari vno verbo ſignificauit: adeoque tam ſe de illorum ſalute anxiam profitetur, quæ videbat ſcilicet multa eſſe impedimenta obiecta, quibus eorum ad Chriſtum conuerſio, vel retardaretur, vel omnino fruſtraretur; ideoque tollendis illis impedimentis opem ab Sponſo petit, cuius nutu ſciebat & rerum gubernari vices, & vnum poſſe, vel medijs Oceani fluctibus, interque, & Syrtes, & Scopulos Apoſtolicis viris viam facere ad eas gentes, quod & poſtea factum eſt, ingenti illarum gentium bono.

NOTATIO XXVIII.

ET VBERA NON HABET.

I.

Cur de vberibus meminit, cum paruam dixiſſet, quod ſatis erat. Plerique vberum carentiam Ineptitudinem ad prolem gignendam ſunt interpretati. Scilicet carentem Doctoribus, qui lacte doctrinæ filios aleret. Nam Doctores vbera interpretantur. Sed immerito in ea, quæ ſit paruula, vbera quæruntur. Nondum aptam, vt in virum autem conuenirer. Certum erat vberibus carituram.

Carentiæ vberũ Doctorum defectus, quibus filios aleret.

Gregorius M. Iuſtus Vrgel. Aponius. Honorius.

QVÆ *Parua fuerat dicta, ſatis intelligi poterat carere vberibus*, quę in fœminis maturitatis indicia ſunt, & quaſi futuræ prolis quædam pignora. Cur ergo de *Vberibus* addidit, quod minimè neceſſarium videbatur? Plerique in vnam ſententiam, quantum ad *vberum* ſignificationem conuenere; tametſi in ratione totam ſententiam interpretandi diuerſas ſemitas conſectati ſunt. Ineptitudinem ſignificari hic aiunt ad prolem gignendam, nutriendamque. Sint ergo hæc accipias de *Eccleſia* adhuc ſub viuente *Chriſto paruula, & imbecilla*: ſiuè de eadem recens ſuſcepto illo in cœlum, ac *nondum Spiritus Sancti immiſſione confirmata*, intelligetur *vbera non habere*, quod *Doctoribus* careret, quorum doctrina tanquam lactè filios aleret; cum nondum de prædicatione ageret, vocandiſque ad *Chriſtum* hominibus. Sic ferme Gregorius Magnus. Sic etiam qui ad alia tempora retulere, Iuſtus, Aponius, Honorius, & de recentioribus quidam. Sed mirum eſt, in ea, quæ adhuc ætatè puella eſt, & quæ ſugere adhuc ipſa lac poſſit, *vbera* quæri, quibus lactare poſſit alios. Nondum in manum conuenerat *Sponſi*, vt Thalami conſortio ad myſticam progignendam prolem frueretur; nec, vt apparet, breui eo honore donanda erat: & iam vis, quę ti *Sororem* adultiorem, quod lactis fontes non habeat, è quibus alimentum doctrinæ liberis paruis inſtillet? Alia mens *Eccleſiæ* eſt, alius verborum ſenſus; tametſi, & Theodoretus in ea ſententia eſt.

II.

Siue ſenſu accipias vbera pro Doctoribus. Et alium vberibus carentem interpretor. Non quibus aleret alios ipſa, ſed quibus aleretur paruula. Sic tres apud Theodoretum P. Vicem ergo illius ſoror adultior dolet. Quia nata nutrice careret. Quod ad excitandam ſponſi commiſerationem valebat.

Vberibus carere dicta, quod nata nutricem nõ haberet.

Tres Patres.

Miſerandus illius ſtatus, quæ nata alimentis careret.

Ezech. 16. 4.

Synagoge, imago ab Ezechiele expreſſa, typus gentium Indicarum.

Si *vbera* eo accipienda ſenſu contendas, pro lactis promptuarijs, ad teneram alendam prolem; malim ea intelligere, non quibus illa alere alios poſſet; ſed quibus illa alenda eſſet; vt quia *paruulam* dixerat, etiam indicaret extreme indigentem, & beneficio etiam nutricis deſtitutam. Sic omnino ne primi nos hanc viam videamur ingreſſi, Tres illi apud Theodor. Patres. *Quæ natura ſimilitudine Soror eſt noſtra, multitudo adhuc parua eſt propter infidelitatem, & ideo rationes, & mores, qui à te Sponſo tanquam vbera exhibentur, vt ſalutem ſuam ex illis ſugat, non habet.* Itaque vicem illius dolet, quæ nata quidem hicis huius beneficio ſit donata: ſed vt infelicitatis eſſet mancipium; cum abiectæ, atque expoſitæ nullus eſſet, qui vel nutricem quæreret, qua inſtillante lac in os, producere vitam poſſet. Pertinet autem id ad commiſerationem excitandam in *Sponſo*. *Miſerere recens viſceribus matris educta, ſed in extremam miſeriam nata, quæ videtur vitæ beneficio ſolum donata, vt mori poſſet, de vtero tranſlata ad tumulum. Quid enim faciat paruula, & adhuc lacte nutrienda, ſi nutricem non habeat, quæ algentem ſinu foueat, applicitiſque labellis ad vbera, lacte reficiat?* Hic Synagogæ habitus ab Ezechiele deſcribitur Capite 16. *Et quando nata es in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum ex his miſertus tui:*

Vt de nutrice curaret. Talis Synagoga ab Ezechiele deſcripta. Et quidem graphice.

tui: ſed proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es. Ezech 16.4.5. Hæc autem quam apte quadrant in eam gentem, de qua hæc interpretati ſumus, nemo non videt: cum tot annis iacenti in ſuorum errorum, ac ſcelerum ſordibus, nullus eſſet, qui animam pænè agenti Chriſtianæ pietatis lac inſtillaret; quo nationes aliæ cogniti orbis vſque ad ſatietatem Apoſtolica prædicatione plenæ erant; vt, his ſcilicet optimè paſtis, noui illius orbis populi vſque ad deliquium eſurirent. Extremam hanc ergo eorum doctrina indigentiam *Sponſo* pia *mater* in memoriam reuocat, vt tandem miſereatur *Sororis paruulæ*, cui nondum datum fuerat, vt *vbera haberet*, vndè, vt cumque exucto lacte, vitam poſſet tolerare.

Status Indorũ cum ab Hiſpanis detectæ ære regiones ſunt omnino miſerãdus.

Sed, quanquam hic ſenſus ſatis ſe videtur probare ex analogiæ legibus, quin illi omnino hæreamus, tametſi, & illum in Commentario indicauimus, obſtant, quæ ſequuntur. *Quid faciemus Sorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Nam certè illa, cuius iam de nuptijs tractabatur, non videtur ea ætate fuiſſe, quæ adhuc nutricis lacte egeret: Sequamur bonum ducem Ambroſium, qui hæc de immaturitate ad coniugium interpretatur. *Sic enim, qui volunt differre nuptias, excuſare conſueuerunt, vt prætendant immaturæ ætatis infirmitatem, & adſtruant, quod vbera non habet, quæ nubilis ſignificant tempus ætatis. Hoc ſolet Symbolum omnibus Virginibus eſſe nupturis, vt cum vbera cœperint eminere, tunc coniunctioni habiles indicentur*. Serm. 19. in Pſal. 118. Non quod hic exiſtimemus velle *Eccleſiam* tardari nuptias; ideoque ætatis, atque immaturitatis excuſationes obtendat, quod Ambroſius monuit: ſciebat enim *Eccleſia* omnem ætatem Chriſto maturam eſſe: poſſeque vnum gratiæ ſuæ beneficio infirmitatem ſupplere: niſi enim ille dederit incrementum, plantatæ ſtirpes, ac etiam diligenter excultæ, & corriuatis aquis abundanter altæ, ad maturitatem non veniunt. S.D.E. *Neque, qui plantat eſt aliquid neque qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus*. 1. Cor. 3. 7. Adeoque ſi ille facciat, momento temporis maturari ætatem poſſe, haud expectato longo decurſu dierum. Quod ergo *vberibus careat*, id verum eſt, ideoque immatura ad nuptias ſit: quod voluit Ambroſius: ſed in eo ipſo latet altior ſenſus; eadem enim illa, quæ immaturitatis admonet, ſimul vota indicat ſua, & tacitè ab *Sponſo* petit, adijciat ipſe *Sorori*, quidquid deſideratur in illa, & *non habenti vbera* largiatur. Itaque tota in eo eſt, vt illarum gentium conuerſionem approperet; &, quas ſciebat tardè admodum vocandas ad fidem, quantum poſſit adiuuet; ſi fieri poſſit, vt, precibus ſuis victus *Sponſus*, properet eas adſe adducere, Euangelij luce perfuſas. Character hic Catholicæ *Eccleſiæ* eſt, vt nunquam ſalutis animarum curam abijciat; vigilique ſtudio id agat, vt omnes exploret vias ad gentium infidelium multitudinem adducendam ad *Chriſtum*. Itaque non ipſa ſolum omnem lapidem ſollicita mouet; ſed & multa prece, & gemitu *Sponſi* miſericordiam interpellat; ſi poſſit temporis tarditatem minuere, ac felicitatem æternæ vitæ filijs accelerare, ne, qui nati in vitam ſunt, in interitum ruant.

Ambroſius.
In carentia vberum immaturitas ad coniugiũ ſignificare.

Omnis ætas apta coniugio Chriſti, qui etiam immaturis poteſt maturitatẽ præbere.

1. *Cor.* 3. 4.

Eccleſiæ Catholicæ character, ſtudium conuerſionis infidelũ.

Probabile id eſt, nec ineptum ad filum interpretationis noſtræ ducendum: ſed probabilius arbitramur *vbera* loco hoc poſita pro delitijs eſſe, vt ſæpè alias, indicari autẽ, eas gentes dotibus illis carere omnibus, quibus allicere ad ſeſe homines poſſent, quorum prædicatione, atque doctrina, velut mundo myſtico connubiali excultæ adduci in *Chriſti* Thalamum poſſent. Siuè enim ingenium, indolemque; ſeù mores, ac vitæ totius rationem, ſiuè demum externam politiam conſideres, nihil in illis inuenies, quo allici, atque inuitari homines poſſent, ad illorum ſalutem procurandam. Hebeti ingenio mortales, parumque à ſtipitibus diuerſi: indole ingnobili, & ad ſeruitutem nata; mores horridi, ac truces, qui nec honeſtum a turpi diſtinguerent: nec aliam agendi legem, quam appetitum ſequerentur: nulla veſte nuditatem tegere; vix vlla religione duci; rapto, & per iniuriam viuere; cibum non niſi in diem quærere; vitæ Sociorum inſidiari, nec Fratribus, aut conſanguineis parcere; humanis carnibus veſci, non igni ſolum decoſtis, ſed etiam crudis, & adhuc ſuo ſanguine manantibus, ſuo ſpiritu palpitantibus; vagam ſequi libidinem, & promiſcuam; nec iura coniugij noſcere; non ſacrum à profano diſtinguere; non pudore ſuffundi; non commiſeratione tangi; nec lege regi, nec æquitatis iura reuereri: nullam ingenuam artem colere, neſcire litteras: in ſumma, forma ſola à brutis diſſidere; hæ dotes gentium fuere illarum, aliquo quidem, ſed leui diſcrimine. Quid in his animaduertis, non odio mortalium dignum? quid, quo allici alij homines ad conuiuendum poſſent? His ſcilicet *vberibus parua ſoror carere* dicitur, cui tamen nuptiæ procurandæ, atque accelerandæ eſſent: nam quo turpior, atque deformior, eo maiore cum cura de ea collocanda agi oportebat. Nam quæ ſuis dotibus commendatur, quales fuere gentes veteris orbis incolæ, maximè Aſiatici, Europæique, facilè amatorem inueniunt: & indolis ipſa, nobilitas, & ingenij bonitas, & morum cum naturæ lege conformitas, & ſapientiæ, vel naturalis ipſa fama illicium eſt, & ad agendum conuiuendumque cum illis inuitat.

Vbera pro ijs dotibus poſita, quibus allici ad amandum ſolent homines, & docendas vxores.

Indicæ gentes nulla earũ dotiũ prædıtæ, quibus allicere ad ſe ſe Euangelij miniſtros poſſent.

Earum mores ab humanitate abhorrentes.

Earum gentium quo indigentia maior, eo magis ſalus procurãda.

Aſiaticarum, ac Europearum gẽtium cultus, præparatio ad Euangeliũ nonnulla.

Quæ maximè quadrant in eã gentẽ.
De qua ſumus hæc interpretati
Tamdiù in infidelitatis iacente ſordibus.
Cum nullus interim eſſet, qui eam doctrina lactis reficeret.
Hanc doctrinæ indigentiam ſponſo in memoriam reducit pia mater, et ſoror. III.
Sed huic etiã ſenſui, quæ ſequuntur obſtant.
De alloquatione, & nuptijs.
Quo indicatur diu ante ablactata.
Ambroſius de immaturitate ad cõiugium interpretatur.
Vt velit Soror dicere, tardari oportere nuptias, quoad matura ſit viro
Id nobis non probatur, quod poſterius dictum.
Cum omnis ætas apta ſit coniugio Chriſti.
Qui ſolus poteſt maturitatem præbere.
Solus incrementũ arboribus dare.
In immaturitate ergo ad coniugium repræſentata.
Vota Sororis lactis, ad nuptias maturandas.
Scilicet, vt earum gentium approperetur conuerſio.
Qui character Eccleſiæ Catholicæ eſt.
Cui ſemper in votis, et opere infidelium vocatio ad fidem. IV.
Is ſenſus non probabilis modo, ſed & grandis eſt.
Sed probabilius in carentia vberum eas dotes intelligimus.
Quibus allici homines ſolẽt ad ducendas vxores.
Facilius allici ſolent Apoſtolici Viri ad eas gentes, quæ cultu, ac politia paratiores videntur ad fidem.
Hebetudo autem earum gentium, et vita barbara ratio.
Haud facilè allicere poterat, potius deterere miniſtros. *Ne ſe tot laboribus obijcerent, & periculis.*
Nulla, aut exigua ſe fructus oſtentante ſpe. *Ideo ſoror parua vberibus dicta carere.* *Et tamen præparanda erat ad nuptias.*
Et quo deformior erat, ſtudioſius excolenda. *Nam veteris Orbis incolæ paratiores ad Euangelium, vt cultiores.*

Digitized by Google

Ideo vberior in illis fructus per prædicationem collectus.

Difficiliore apud Indos prouentu.

.nitat. Ideo in eas Gentes pronis ſtudijs Euangelici præcones perlati, breui tempore fructus vberes retulere; ac Sacri connubij Paranymphis *Chriſto Sponſo* maritarunt. In has gentes, de quibus loquimur, impeditius quidem omnia proceſſere; ſed vicit tamen gratia Redemptoris, ac demum inuentæ ſunt artes, quibus eorum barbaries tandem cederet, vt paulò poſt dicturi ſumus.

NOTATIO XXIX.

QVID FACIEMVS SORORI NOSTRÆ IN DIE Q. A. E.

I.

Allocutionem quidam ad prædicationem referunt.

Quidam ad tyrannos fideles de fide interrogãtes.

Quod alij ad Antichriſtum arctãt.

Pleriſque myſticũ hic coniugium agnouere per conuerſionem.

Quod omniũ probabiliſſimum eſt.

Vt alibi oſtẽdimus

Alloquutio Prædicatio per vocẽ externam, & interiores illuſtrationes.

Caſſiodor.

Beda.

Tres Patres.

Tyrannorum de fidelibus examẽ.

Rupertus.

Aponius.

Alloquutio myſticæ per cõuerſionem nuptiæ.

Angelomus.

Theodoretus.

Ambroſius.

Dramma. Comment.

Alloquutionem *hanc alij alio retulere: Quidam ad prædicationem*, atque ad internas inſpirationes, quibus Deus, vel per ſe ipſum, vel per verbi miniſtros hominibus loquitur. Sic fermè Caſſiodorus, & Beda. Id probabile eſt. Quidam interpretãtur de tyrannorum alloquio, quando & de fide interrogati fideles, & ad Idolorum cultum inuitati. Sic Rupertus. Aponio magis placuit, tametſi in eundem ſenſum interpretatur, ad Antichriſti tempora referre, hortatu inducentis fideles ad fidem abnegandam. Sed vtrumque alienum eſt ab ſcopo loci huius. Cæteri fermè hic myſticas nuptias agnouere, per conuerſionem ad Chriſtum, Apoſtolis Paranymphis. Sic, vt videtur, Angelomus, Theodoretus, Ambroſius. Serm. 19. in Pſal. 118. Id omnium probabiliſſimum iudicauimus Dramatico Comment. cap. 8. not. 25., & inductis S. S. teſtimonijs confirmauimus, quæ viri, ac fœminæ coniunctionem honeſto vocabulo *alloquutionem*, ſeù *colloquutionem* nominat. Vide, quæ ibi diximus. Id ergo ſit certum.

II.

Ergo duo indicantur.

Alterum eas gentes vocandas aliquando ad fidem.

Nam id ponitur, cum dicitur: In die quando alloquenda eſt.

Alterum multa illorum conuerſioni impedimẽta obeſſe.

Remque haud facilem fore

Sic Pater ille familias, cuius bonitate abuſi vinitores.

Apud ſe cogitabat Quid faceret.

Vt tandem mitteret filium, ſi vel illum vererentur.

Contumaces ſeruos perire nolebat.

Sperabatque hæredis aſpectu forſitan ſuffundendos.

Vt mirum ſit dubiam ſalutem, certo filij diſcrimini prætuliſſe

Ad Sponſi mores ſe Spõſa fingit, Eccleſia.

Nec in ſumma difficultate rei deſperat

Et precibus Deum fatigat, qui malo tãto poteſt mederi.

Prædictio earũ Gentium cõuerſionis.

Conuerſioni eorum multa obiecta impedimẽta.

Dei cogitationes de animarũ ſalute.

Luc. 20. 13.

Deus certum diſcrimen Filij dubiæ hominũ ſaluti poſtponit.

Eccleſia fingit ſe ſe ad ingeniũ Dei in procurida filiorũ ſalute.

Ergo eiſdem verbis duo ſignificantur, ab *Eccleſia*; alterum Gentes illas vocandas aliquando ad *Chriſtum*, ac cum eo per fidem, & caritatem connubio iungendas; & in vnum cum communi Eccleſia corpus copulandas, quod illis verbis ſignificatum eſt, *In die quando alloquenda eſt. Scio quidem futurum aliquando tempus, quando, tametſi fortaſſe ſerius, quam ipſa vellem, ſoror hæc mea parua, nationes illas dico, nulla naturali dote inſignes; multa potius errorum, morumque turpitudine deformes, vocentur ad fidem: & in commune corpus allecta per fidem, ac caritatem, digna fiant, quæ copulentur tibi, virtutum omnium culta ornata, vt ſponſas decet*. Alterum eſt: eorum conuerſioni multa impedimenta obſtare; vt non ſine ingenti difficultate perficienda res ſit: Ideò ait: *Quid faciemus ſorori noſtræ.* Ea enim verba illius ſunt, quæ cum rei difficultatem non ignoret, rationes exquirit, quibus ea ipſa difficultas ſuperari poſſit. Sic magnus ille Paterfamilias, cuius vinitores ingrati, malique bonitate abuſi, non fructus modo reddere obnuebant, ſed & miſſos ſeruos malè mulctatos eiecerant; cum flagitijs ipſis redditos contumaciores videret, multa cogitando dicebat: *Quid faciam: mittam filium meum dilectum, forſitan cum hunc viderint, verebuntur*. Luc. 20. 13. Dolebat ſcilicet, non tàm rei diſpendia, quam familiæ, & ingratos quanquam, ac contumaces ſeruos, perire nolebat: atque apud ſe multus cogitando erat, ſi poſſent forſitan via aliqua ad obſequium cõpelli; & ad id, quod æquum, iuſtumque erat, adduci. Itaque cum nondum deſperata videretur res, (nunquam enim, qui verè amat, deſperat de amati ſalute) Filium mittere conſtituit; forſitan authoritate, ac munere perfecturum, quod ſerui non potuerant: aut certè putabat, ad hæredis aſpectum pudore ſuffundendos improbos illos. Sed mirum eſt dubiam illorum reſipiſcentiam, ac ſalutem certo diſcrimini filij prætuliſſe, illiuſque vitam exponere, ne id quidquid erat ſpei, quod parum admodũ erat, quod ſupereſſe videbatur, amitteret, maluiſſe. Fingit ſe te ad genium, moreſque *Sponſi Sponſa Eccleſia*; nec, etiam in extrema difficultate aduocandi ad fidem populos, vnquam deſperat: ingenti quin potius molimine verſat in omnem partem ingenium: viaſque exquirit omnes, quibus in deſtinatos ſalutis animarum fines perueniatur: nec contenta vires eo ſuas omnes contuliſſe, importunis precibus *Sponſum* vrget: quem vnum ſcit poſſe, vel nutu ſolo hominum mentes mutare, & ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem traducere.

III.

Indicat autem, & difficultatem ex parte ſororis maximè eſſe.

Cum à cognito orbe in nouum nauigari non poſſe creditor vulgo eſſet

Et gentis barbaries omne auxiliũ reijceret.

Difficultas conuerſionis Indorum, maximè ex parte illorũ proueniebat.

Cum autem dicit, *Quid faciemus Sorori noſtræ*, & id etiam indicat, difficultatem potiſſimam ad connubium in ea ipſa hærere *Sorore*. Itaque omnes machinas ad mouendas huic moli diruendæ. Et verò non ſine cauſa id animaduerſum eſſe, ſi conſideres, fatebere. Nam certè ab cognito orbe in ignotum deuehi, tàm immenſis pelagi ſpacijs nauigatis, difficillimum erat: fluctibuſque, ac ſyrtibus, ac ventorum iris ſuperatis, inter horrida ſociorum naufragia, nunquam viſas plagas calcare, nunquam viſas gentes adire: Sed multò magis difficilè barbaram in cultamque Gentem, moribuſque,

Cum arcanis religionis imbuenda eſſet.
Hinc Eccleſia de ſorore ſolicitudo creſcebat.

buſque, atque inſtitutis trucem, atque a noſtro more aborrentem omninò ad cultum, atque humanitatem traducere, ac, quod multò eſt maius, Chriſtianis Sacris imbuere; myſterijſque religionis abſtruſiſſimis initiare. Adeoque iure de ea re ſollicita optima *Soror*, rationes init, quo pacto ea ipſa *Soror Iunior* paranda ad connubium ſit, ne eam, quam fatetur *Sororem*, minus honeſtè collocatam dolere cogatur.

VERSVS IX.

SI MVRVS EST, ÆDIFICEMVS SVPER EVM PROPVGNACVLA ARGENTEA: SI OSTIVM EST, COMPINGAMVS ILLVD TABVLIS CEDRINIS.

COMMENTARIVS.

VERBA *Sunt Chriſti ad Eccleſiam, dicentis, haud de futuras* rationes ſibi, quibus ſtatuto tempore eas gentes ſibi adiungat; ac fide & caritate in ſponſas ſuſcipiat. Eas ergo nationes omnes adducturum ſe ad fidem, & cœtui fidelium adiuncturum: ſed longe ratione alia, ac forma, quàm excultos veteris orbis populos adiunxiſſet. Facturum ſe, quod paterna ſolet indulgentia cum deformi filia facere; qui aucta dote, & cultu nuptui tradit, alias virum minimè inuenturam. Deformem quidem filiã eas Gentes eſſe, ac nulla propria naturæ dote commendatam, vt amatorem inueniat; ſed non ideò de illius nuptijs deſperandum: ſe eas Gentes immenſis auri, argentique diuitijs, gemmarumque, ac margaritarum opulentia; prætioſorumque lignorum aucturum; quarum fama opum, velut opulentæ dotis, exciti earum rerum appetentes, eo nauibus per vaſtum Oceanum commigrent, velut ad velleris aurei famam Argonautæ, ſic viã facilem, expeditamque Viris Apoſtolicis aperiendam; atque ipſa naturæ refringenda clauſtra. qui illis adiuncti longè diuerſo fine eo etiam proficiſcantur, & immenſis exantlatis laboribus, eos populos Chriſto adiungant. Quod & factum nunc miramur noſtræ gentis auſpicijs, & patrum memoria, & noſtra. Qui certè alia ratione fieri non poſſe videbatur, vt vocarentur ad fidem. Omnis ergo hæc metaphorica loquutio eſt, qua, cum vnum auribus intimetur, aliud in receſſu intelligendum menti proponitur. Sed hæc ore ſuo loquentem Chriſtum audiamus.

ENARRATIO.

ET tu quidem, quod de barbaris illis gentibus, in alio conſtitutis orbe, nullaque egregia naturæ dote commendatis, ſollicita, eorum ſtudio ſalutis pulſaris, facis ex muneri tuo. facis ex more, & ingenio meo; cui vnica cura, hominum ſalus eſt. Nec eſt quod deſperas de gente illa, ſi memineris facultatis eſſe meæ naturæ ipſa refringere clauſtra, ac per medios pelagi fluctus viam planam, expeditamque aperire, qua nauiget ad eas ſalus. Difficilè id humanis viribus, facillimum vt ſit, facere ipſe poſſum. Nulla illas gentes dos naturalis, aut propria induſtria parta commendat; quæ allicere ad ſe homines ex alio orbe poſſint: ſed faciam ipſe, vt auidè adeantur; ac per media mortis diſcrimina conquirantur. Augebo diuitijs, tamque immenſis theſauris auri argentique, gemmarumque, & margaritarum, pretioſiſſimorumque lignorũ cenſu ditabo, vt haud ſecus ad eas exterarum gentium commeet multitudo, quam ad commune orbis emporium, vnde omnes opulenti referantur in domũ.

Digitized by Google

Scis quid ſoleant artifices nobiles, qui addito cultu, quæ vetuſtate ruinam minabantur, ædificia haud aliter æſtimatione, immo & admiratione faciunt digna, quam ipſa Regum palatia ſolent eſſe. Sic coctili latere, ac deformi, rudique arte excitata mœnia, marmore incruſtant pario, aut precioſis alijs ſaxis; quia & additis ſæpè propugnaculis, è pretioſa materia, nobilitant; illuſis auro, argentoque turribus, pinniſque, ac mœnianis. Sic ſæpè Ianuas ipſas, vetuſtate carioſas, ac prorſus inutiles, inductis ex arte de precioſis lignis aſſeribus, multaque ſcuptura ab nobili arte aſperis, veſtiunt, vt oculis gratæ ſint, & ſpectatorem mereantur. Hac ego arte ſororis turpitudini mederi poſſum, ac gentes illas excolere, vt mihi in matrimonium tandem elocentur.

SVM. COM.

I.

Locus intricatus multis cauſis.

Nec facilis illius cum ſuperioribus nexus.

Eſt autē figurata loquutio.

Murum autem quidam oſtio, opponunt.

Vt ſit murus ad clauſuram oſtium ad apertionem

Clauſa ſcilicet præceptis, aperta contemplatione.

Alij murum ad arcendos hoſtes.

Fidem impugnantes.

Propugnacula virtutē patrandi miracula exponunt.

Oſtium aperiendi, & claudendi poteſtatem.

Aut aditum ad regnum.

Tabulas cedrinas populorum multitudinem.

Sed obſunt multa.

1. Quod Sponſam cum ſorore cōfundunt.

2 Quod propugnacula non aptè interpretantur.

Cum vi patrandi miracula nunquā Eccleſia caruerit.

3. Quod fidelium multitudo ad ornatum oſtij pertinere non poteſt.

Cum quæ ingreditur ipſa ſit.

Ideo hunc ſenſum amplecti non poſſumus.

II.

Aliorum ſenſus, Perſtanti in fide, vt murus, noua dona largienda.

Si prædicationi pateat, vt oſtium, ornamenta alia minimè defutura.

Sed id non hæret, cum nondum vocata ponatur.

Nec per fidem deſponſata, & gratiam.

Cum ratio quæratur qua deſponſari poſſit.

NOTATIO XXX.

SI MVRVS EST.

INtricatiſſimum *Locum hunc eſſe multa perſuadent*; nam & modus ipſe loquendi, haud alias vſurpatus, nebulas obfundit intelligentiæ, nec ſatis intelligitur, quo pacto cum ſuperioribus connectenda hæc ſint, aut ſequentibus hæreant. Et conſtat quidē figuratam loquutionem eſſe, & aliud ſonare verba, aliud in receſſu latere: id autem qua ratione rimandum ſit, ea vna quæſtio eſt. *Murum* plerique & *Oſtium* tanquam oppoſita recenſeri arbitrantur, vt *Murus* ſcilicet ad *clauſuram*, *Oſtium* ad *aperturam* referatur. Vtrumque *Sponſæ Chriſti* eſſe, vtrumque ab vna exigi. *Si legalium præceptionum obſeruatione tanquam Murus extructa eſt: ſi naturali contemplatione per ſenſum aperta eſt, tanquam Porta cognitionis aditum patefaciens.* Sic omnino tres apud Theodor. Patres, quantum ad ſignificatum *Muri*, atque *Oſtij*. Explicatius Gregorius de *Eccleſia* interpretatur. *Eccleſiam* ſpiritus ſancti virtute roboratam *Murum* in Apoſtolis redditam, impenetrabili fortitudine ad arcendos hoſtes comparatam: Sic dixiſſe, qui prius timide negauerat, Petrum: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus*. Act. 5. 29. Super hunc *Murum propugnacula excitari*, quia non ſolum ad propriam defenſionem, ſed ad interiectionem hoſtium virtute patrandi miracula donatur: *Argentea* dici, quia cū facultate ad annunciandum fidei verbum ſunt coniuncta. *Oſtium* eandem eſſe, quia & claudendi, & aperiendi poteſtas illi conceſſa eſt, aut quia ad regnum aditum ipſa facit, qua ingredi homines poſſint: *Tabulis* inſculpi *Cedrinis*, quia fidem prædicans, populorum multitudinibus decoratur, varijſque eorum virtutibus, tanquam ſculpturis, diſtinguitur. Et quidem hæc omnia, quin pietatis multum habeant, negari non poteſt. Sed obeſt, quòd hæc ad primitiuam *Eccleſiam* refert, cum conſtet *Sororem* hanc *paruam Eccleſiæ* Eccleſiam ipſam non eſſe; immo & necdum ſponſam, cum de ea in matrimonium collocanda miſceantur ſermones. Obſtat, quod *Propugnacula* interpretatur miracula patrandi virtutem; quod non ſatis legibus analogiæ videtur quadrare; cum eo ipſo, quòd dicitur *Propugnaculis* illis *Ornanda*, ac *Munienda*, ſatis intelligatur, illis nondum eſſe munitam, ſed futuram aliquando; cum tamen ea vi ad miracula patranda nunquam fuerit *Eccleſia* deſtituta. Obſtat, quòd cum *Oſtium* ipſa dicatur, ideſt patens ad Regnum Cœlorum multitudini venientium ad fidem; cum ad ianuarum ornatum venitur, è *Tabulis Cedrinis*, multitudo fidelium varijs virtutibus inſignium intelligitur, qui, quo pacto ad *Ianuas* pertinere poſſint, cum potius ingreſſi ipſi iam ſint; non ſatis explicatur, nec facilè poteſt. Veneramur ergo hanc tanti Patris interpretandi rationem, quam tamen, quia non aſſequimur, ſequi non poſſumus.

Loquutio figurata.

Murus, & oſtiū velut oppoſita.

Tres Patres.

Murus præceptorum cuſtodia, oſtium contemplatio.

Gregorius.

Murus ad arcendos hoſtes, fidē impugnantes.

Act. 5. 29.

Propugnacula gratia miraculorum.

Eccleſia oſtium propter clauium poteſtatem.

Soror Eccleſiæ parua Eccleſia ipſa non eſt.

: Aliquanto expeditius alij: *Si praſtat in fide, quam ſemel ſuſcepit: eam magis, ac magis ornabimus, atque muniemus, alia dona ſubindè largiemur. Si contra ianua fuerit, quæ Apoſtolis*
: *vltro aperiatur, aditum eius tabulis nunquam putreſcentibus firmabimus, id eſt; eam rebus precio-*
: *ſis ornabimus, ac noſmetipſos ipſius captui accommodabimus*. Sic fermè vir doctus. Id nobis minimè hærere videtur, nam certè cum quærit: *Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?* nondum per fidem, & gratiam indicatur ſponſata *Chriſto*, id enim eſt, quod quæritur, qua fieri ratione poſſit. Cum ergo dicitur: Si *Murus Eſt*, non poteſt eſſe ſenſus, Si *perſtat in fide, quam ſemel ſuſcepit*; cum nondum ſuſcepiſſe ponatur: cum dicitur: Si *Oſtium Eſt*; non poteſt intelligi, *Si vltro Apoſtolis, & eorum prædicationi aditum fecerit*, cum nondum feciſſe ponatur: ſed potius ratio quæratur, qua & Apoſtoli mittantur, eaque illorum prædicationi conſentiat: aliquid ergo intelligendum eſt

Murum Eccleſia dum perſiſtit in fide. Oſtium dū Apoſtolorū prædicationi patet.

Genebrardus.

Id huic loco accommodari non poteſt.

quo

quo ad fidem ſuſcipiendam diſponatur, ac præparetur; vt interrogationi quadret reſponſio. Eſt quidem illa doctrina veriſſima, & maximè ad mores vtilis: ſemper enim Deus ſua augere dona ſolet, & prioribus benè vtenti largiora donare. Nunquam enim hominum liberalitate vinci ſe patitur largiſſimus Pater; cumulatque beneficijs beneficia. &, parum cum obtuleris, quidquid dederis, cum fœnore reddit, vt & ſemper habeas, quod iterum dones, quoque maiora accipere merearis. Vnum dederat Abrahæ filium, ſpem multæ poſteritatis, & magnæ; hunc tamen exploraturus obſequium Patris, immolari ſibi iuſſit, atque in eo genitoris omnem affectum. Quid hic prius mirabere, imperij ſeueritatem, an obſequij promptitudinem? Quem dederat fidei precio filium Patri, fidei explorandæ reperit: atque futuræ ſobolis trũcum vno ictu iubet ſecuri præcidi: Nec ſenex deprecatur filij necem, atque in vnius ceruice poſteritatem omnem iugulatam. Sciebat ſibi rediuiuum filium poſſe reddi: cumque, qui vuluam vxoris mortuam noua redanimare virtute, & affectam patris naturam iuuenili robore reddere habilem proli gignendæ, potuiſſet, iterum ſuſcitare, ac pro vno filio plurimos ſubſtituere. Sed nondum ſatis aſſequebatur Dei conſilia, cui conſtitutum erat, alia ratione illius orbitati ſubuenire, quem ſui populi genitorẽ iam tunc deſtinarat futurum. Immolat ergo Pater filium Deo, nec immolat tamen. Immolauit affectu, quem ferro non tetigit, iamque votis iugularat, quem ſaluum recepturus erat. Vide nunc Dei largitatem, & venerari diſce conſilia. Filium viuẽtem Patri reddit, quem mactare iuſſerat: & quem habiturus ipſe mortuum erat, viuum reſtituit Patri. Vincere ſcilicet incipit liberalitas Dei; pluſque aliquid reddit, quam petierat contentus obſequia retuliſſe. Maiora inſuper addit, & à quo vnũ petierat filium, infinitæ prolis genitorem pronuntiat, & pro vno infinitos pollicetur, qui numero maris vincant arenarum numerum. Si de largitate certamen ſit, ſemper pro Deo victoria ſtat, qui plura dare poteſt, quam recipere: cum alioqui quidquid acceperit, ab hominibus, illius largitatis ſit fructus, vt ſcilicet omnia ſua ſint, quæ dat, quæque accipit, nec gloriari humana largitas poſſit, aliquid ſe contuliſſe in Deũ, quin idem illud cum fœnore redditum ſibi ſit. Magnum eſt ſi animum tuum, ita munieris mundi, & Dæmonis aduerſus incurſus munimentis mandatorum, vt aditum neges: magnum ſi ita pateat aditus Deo, vt liberè poſſit, & quoties placeat intrare, ſed parum id eſt, ſi conſideres, quantis illius ſtatim præſidijs firmaris: ne multum ſcilicet laborandum tibi ſit, nec anxiè agendum in hoſtibus repellendis. Excitabit ſcilicet munimenta, quæ nulla hoſtium impreſſione dirui poſſint, atque ingreſſus omnes adituſque tam firma ſtatione muniet, vt nihil tibi timendum vlterius ſit, rideaſque hoſtium minas. Hæc valent in eam doctrinam, quæ, tametſi in hunc locum parum apta, vtilis tamen eſt, & ingentis ad mores formandos, pietatemque promouendam momenti.

De Doctoribus Hebræis quidam, quod dicitur, *Si Murus Eſt*, in laudem ponunt; poſterius, *Si Oſtium Eſt*, contrario ſenſu interpretantur. *Si perſtiterit in fide, eam magis ac magis ornabimus, ſubmiſſiſque ſubinde auxilijs, muniemus: ſi contra amaſijs alijs aditum aperuerit, interiectis clauſtris munitiſſimis, eam à noſtro conſortio excludemus: ne cum voluerit poſſit ad nos venire.* Præpoſtera interpretatio, & omnino inepta ad locum hunc enucleandum, quo ſtatim apparet, vnaque verba fauorem continere, immò, vt nos exiſtimamus, vnam eandemque ſententiam diuerſis verbis prolatam.

Caſſiodorus, & quidam alij ad diuerſas Eccleſiæ partes hæc referunt. Illius poſui verba, vt videat Lector prudens, quam in hoc difficillimo interpretandi genere, etiam magni Interpretes ſoleant difficiles ſemitas conſectari: Si *tales fuerint auditores, qui merito perfectionis Murus appellari poſſint, dum videlicet, vel naturali ingenio præditi, vel Philoſophica eruditione præſtantes, quaſi alios defendere, ac munire poſſint vice, Muri Ædificemus ſuper talem hunc Murum Propugnacula Argentea, addentes illis eloquia diuinarum ſcripturarũ.* Si *verò auditores haud tales extiterint, ſed fuerint velut Oſtium, vt ſimplicia annunciantes poſſint aliquos in Eccleſiam, & ad fidem adducere, quales ſunt* Sacerdotes *minoris gradus, qui baptizando, & diuinis myſterijs initiando, in Eccleſiam homines introducunt, proponamus eis exempla præcedentium patrum, qui veluti imputribiles cedri immarceſcibilia opera habent, & veluti tabula ſcientiæ, & caritatis latitudine diffuſi ſunt: vt illorum imitando exempla, alijs in Eccleſiam introeundi veluti Oſtium ianuam aperiant.* Vides quanto molimine conatus ſit, magnus hic alioqui author, verbis hiſce lucem afferre. Immo ſi expenderis, quo ſenſu proxima, quæ præceſſere, interpretetur, videbis hæc cum illis, vel minimè cohærere, vel ægrè connecti. Diſiungit ſententias, & quæ ad vnam, eandemque pertinent *Sororem Paruam*, diuerſis partibus tribuit.

Haud multum a Caſſiodoro, & Beda diſceſſit Honorius, niſi quòd acutè notat, tria in *Muro* eſſe: nam, & de multis lapidibus exſtructus eſt, & ciues intus munit, &

Doctrina quidem illa vera, & ad mores neceſſaria.
Nam ſolet Deus benè vtenti donis ſuis largius indulgere.
Nec vinci ſe liberalitate permittit.
Abrahæ filium immolari ſibi iuſſit.
In quo ſimul præcepti ſeueritatem.
Et obſequij promptitudinem mirari ſubit.
Nam ſciebat Pater vno illo ictu poſteritatem iugulandam.
Sed ſimul mortuũ filium poſſe à Deo viuum reddi
At Deus ratione alia orbitati ſubuenire parabat.
Ergo Pater immolauit filium non ferro, ſed voto.
Deus filium Patri reddit.
Nam Dei decebat vincere largitatẽ.
Addit, & prolem non numerandam pro vnica illa.
Plura enim ſemper dat ipſe, quam recipiat.
Et alioqui illius omnia ſunt, quæ dat, quæq; accipit.
Murus eſto aduerſus hoſtes, oſtium Deo intranti.
Et ſcito te in vtroque muniendum.
Vt nihil tibi timẽdum vlterius ſit.
Vtilis doctrina hæc eſt, ſed huic loco minus apta ſententia.
III.
Hebræi murum in laude ponũt, oſtiũ in dedecus.
Sed præpoſterè interpretantur.
Nam vtrumque fauorem continet, immo idem ſignificat. IV.
Alij ad diuerſas Eccleſiæ partes referunt.
Murũ ad eos, qui naturalibus præditi ſcitijs, defendere alios poſſunt.
Quibus addantur munimenta ſcripturarum.
Oſtium ad Sacerdotes inferiores.
Qui initiando reliquos introducant in Eccleſiam.
Quibus imitanda proponantur Patrum exempla. *Sed operoſius hæc cogitata, & ſcripta ſunt.* *Nec ſatis hærere videntur.*
Nec conformia ijs, quæ ijdem illi ſuperius poſuere. V. *Tria in muro notat Honorius, quæ Eccleſiæ applicat.*

Deus vinci ſe ab hominibus liberalitate nõ ſinit.

Geneſ. 22.

In Abrahæ ſacrificio cum ſeueritate imperij obſequij promptitudo pugnauit.

Abrahamus immolauit affectu filium, quẽ ferro non tetigit.

Dei largitas pro vno filio infinitam prolem donantis.

Animum munimentis mãdatorum clauſum, & ſoli Deo patentem, Deus nouis ſemper gratijs promouet.

Hebræorum interpretatio præpoſtera.

Caſſiodorus.
Beda.
Anſelmus.
Rupertus.
Caſſiodori ſentẽtia per multas ambages ducta.

Eius ſententiæ incommoda.

Honorius.
Angelomus.

hoſtes

hoſtes exterius arcet:ſic *Eccleſiā* de multis conſtare fidelibus, quos cæmento caritatis conglutinat, fide crucis munit eos, qui in ſe habitant,hoſtes,ſcilicet Paganos,& Hæreticos, communione a ſe ſeparat. In *Oſtio* quoque tria notari, introitum, exitum, & in medio viam. Introitum eſſe fidem qua in *Eccleſiam* intratur: exitum perſeuerantiam, qua exitur ad vitam, viam in medio opera in dilectione facta. Acutè hæc obſeruata dixi: ſed vereor, vt huic loco aptè, quo non ſimpliciter de *Eccleſia* ſermo, ſed de *Sorore* illius *Parua*, quam ille interpretatur turbam infidelium poſt Antichriſtum vocandam ad fidem, cui certè quidquid de *Muro*,& *Oſtio* dictum eſt, quo applicari pacto poſſit,ipſe non video. Nec aptius ad analogiæ leges,quod idem ille alias arbitratur. *Si Parua eſt, mittamus artifices, qui colligant lapides, & faciamus de ea Murum. Et ſuper eam ædificemus propugnacula argentea; mittamus prædicatores, qui viuos lapides, ideſt electos homines, docendo in vnam fidem colligant, & habitaculum Deo de eis faciant.* Nam certè iam ea ponitur eſſe *Murus*, non ergo excitanda ipſa in *murum*. Addenda potius ornamenta illi, cui ſolum is cultus, ſeu munimentum deſit. Quidquid ergo *Sororem Paruam* interpretere, eam *Murum* dicas neceſſe eſt; quod cum à ſe habeat, *Propugnacula* tantum expectet ad operis perfectionem: additur ergo cultus, moles non datur. Omnia hæc loci huius difficultatem ſatis probant, quam magni alioqui homines, atque exercitati ſuperare non potuerint. At de aliorum interpretandi rationibus hæc ſint ſatis: nam omnium percenſere ſenſus infinitum eſſet.

Reſtat ſolum, vt viri, multa iter recentiores interpretes eruditionis fama clari, ſententiam indicemus, haud ineptam ad noſtrum ducendum filum, nec ſine magna felicitate inuentam. Eam autem malumus illius verbis quam noſtris tradere nequid de gratia demamus. Interpretatur ille quidem locum hunc totum de nationibus illis barbaris, quæ noſtra & Patrum memoria adductæ ad Euangelium ſunt, quod & nos fecimus. *Earum ergo gentium alias omnino incultas eſſe, in eo quod ſemel placuit pertinaces. Has recte appellari murum propter animi ipſarum ac morum duritiem nullis rebus domabilem. Alias vſque eo natura faciles, vt eas quocumque velis nullo negotio ducas; apertas ac ſimplices ac ingenio imprimis candido, ac miti: has ſimiles Oſtio dici. apte vtrumque ad cuiuſque gentis naturam: ideo vtrique additurum,quæ iuxta cuiuſque ingenium apta ſint, vt tandem per fidem deſpondeat ſibi illas.* Addit. *Has gentes propter ipſarum ingenij imbecillitatem haud multum in Chriſtiana pietatis ſtudio profeciſſe, nec ea ſanctitatis ediaiſſe documenta,quæ prima olim Eccleſia edidit: nihil in illis in hoc genere eximium conſpici: adeoque magis externo cultu, atque ritibus,quam interiore animi pietate,in Dei obſequio contineri. Id eiſdem ſimilitudinibus declaratum; nam propugnacula muro addita,& oſtio fores appoſita,externa ſunt, & aſcititia ornamenta. Poſtremo in iſtarum gentium ad Chriſti fidem conuerſione, quandam adhibitam vim: non enim Euangelium illis annunciatum, vt olim,per inermes homines; ſed armatos: aut certè eos,quibus armati homines præſidio eſſent, pietatis illis doctrinam traditam; quod eiſdem metaphoris indicatum: nam neque muro addi propugnacula poſſe, neque cedrinas fieri fores ſine ferro,atque vi. Et quia eiuſmodi omnis vis longe abſuit à prima illa ex gentibus Eccleſia Euangelica; vtpote, quæ ſua ſponte, & ſumma alacritate animi Chriſtum eſt ſequuta; ideo Sponſam, quæ eius nunc Eccleſiæ perſonam ſuſtinet; id animo verſantem,quodammodo gloriari, cum verſu proximo dicit Ego murus.*

Hæc, quin acutè dicta ſint, nemo non videt: quamque aptè ad noſtræ interpretationis ſeriem. Et certè negari non poteſt, diuerſiſſima ratione ijs populis maximè Occidentalibus, ferè prædicatum Euangelium: multis quidem ſimpliciter propoſita illis fidei veritate, quantum dabat eorum captus, oſtenſaque Chriſtiani inſtituti æquitate, naturali rationi maximè conformi: ſed plurimis tamen aditus factus eſt non ſine militum manu comitante, & non quidem vim ad Euangelium ſuſcipiendum inferente, quod Author ille non voluit credo dicere. Sed vim omnem illorum prohibente; ne vel miniſtros Euangelij malè mulctarent, quod barbari ſolent, & ſæpè in illis plagis factum conſtat; & Euangelij doctrinam audirent: Non enim ſatis tuto fidei præcones vaſtas illas regiones peterrare poterant: nec aliter inter illos, quam inter feras verſari: quo ad conſuetudine ipſa, atque inſtitutis,poſita feritate, miteſcerent; & ſe gratularentur coactos in *Eccleſiam* intrare. Id intelliges ex parabola Chriſti de Rege inuitante ad filij nuptias,qui detrectantibus venire quibuſdam, inuitare alios iuſſit. In plateas ergo ac vicos exeuntes ſerui, quidquid plebeiæ fæcis occurrit, induxere in conuiuium,*pauperes,ac debiles,cæcos, & claudos*: & hi quidem vocati non abnuere conuiuium, ſed adfuere promptiſſimi: digni ea animi alacritate in eorum locum ſurrogari, qui venire noluerant. En tibi gentes in *Eccleſiam* reſpuentibus Iudæis Euangelij gratiam, vocatas. Sed nondum vocandi finis,quia adhuc locus vacuus in Sympoſio,quod frequētiſſimum Princeps eſſe volebat: nam & id pertinet ad celebritatem nuptialem. Exi inquit, *in vias & ſepes, & compelle intrare,vt impleatur domus mea.* *Luc.* 14.23. Mirum eſt primos illos venire ad conuiuium detrectantes, minimè

Ex multis fidelibus velut lapidibus conſtante.

Munienta filios, impios arcente.

Tria in oſtio introitum, cui tum, tranſitum ſcilicet fidem, perſeuerātiam, & opera.

Sed hic de ſorore parua ſermo, non de Eccleſia.

Cui in illius ſententia accommodari hæc non poſſunt.

Cum ſupponatur murus, & oſtiū.

Quibus ornamēta adduntur.

Quem illa cultū tantum deſiderat.

Omnia hæc loci difficultatem probant.

VI.

Recentioris cuiuſdam ſententia fœliciter inuenta

De nationibus barbaris, ætate Patrū detectis.

Earum alias duras, ac pertinaces, & intractabiles.

Alias natura faciles, & ſimplices.

Illas muro, has ſimiles oſtio.

Neutras admodū in fide, ac pietate profeciſſe.

Et magis exteriore ritu,quàm interna virtute contineri das eſſe

In earum conuerſione quandā adhiberi vim fuiſſe neceſſariam.

Per miniſtros,quibus armati præſidio eſſent.

Sic nec muro propugnacula, nec oſtio tabulas, ſine ferro addi

Id autem alienū fuiſſe à prima ex Gentibus Eccleſia.

VII

Apta hæc ad interpretationis noſtræ ſeriem

Quibuſdam enim ſimpliciter Euangelij placuit gratia

Quibuſdam non ſine armata manu militum.

Qui vim omnem prohiberent.

Quoad ſenſim domita feritate miteſcerent.

Huc Chriſti parabola de inuitatis ad nuptias pertinet.

Nam quibuſdam renuentibus,vocati ſunt alij. Sed necdum pleno triclinio, compulſi alij intrare ſunt.

Mirum autem primos illos renuentes minimè fuiſſe compulſos.

Muro propter tres cauſas Eccleſia ſimilis.

Oſtio cōparata propter tria alia.

Fœliciter excogitatus.

Barbaræ Gentes ad occidentem aliæ murus propter morum duritiem, Aliæ oſtiū propter ſimplicitatem.

Indicarum Gentium indoles nō apta ad magnos in pietate profectus.

In earum Gentiū conuerſione vis quædā adhibita.

His Gentibus diuerſa ratione prędicatum Euangelium.

Armatorum prę ſidio munitos miniſtros oportuit, qui vim omnem prohiberent.

Luc. 14.20.

Parabola de inuitatis ad nuptias expoſita.

Cur alij compulſi alij minimè fuerint.

Alios cõpelli iuſſos intrare.
Iudæis renuentib. fauor alius minimè debebatur.
Qui gentibus vitio impulſus eſt.
Quarum quædã inuitata accurrũt veteris orbis incolæ.
Quædam compellũtur honeſta vi, Occidentales Indi, & ſimiles alij.
Et verò cogi nemò debet ad fidem.
Sed omni arte prædicandum Euangelium, vt credãt.
Id compellere fuit quodammodo.
Immo prohibiti ſunt miniſtri eſſe iniurij.

nimè fuiſſe compulſos, hos autem poſtremos iuſſos compelli. Non vocantis, inuitantiſque fauor diſcrimen fecit, ſed potius inuenit. Iudæis reſpuentibus gratiam nullus alius fauor debebatur: non enim ignorantia, aut imbecillitate peccarant, ſed animi prauitate: merito reijciuntur, nec vel ſecundo inuitantur. Hi poſtremi, etiam venire fortaſſe renuentes, compelluntur; errore enim mentis, & imbecillitate naturæ peccarant: non vlla animi prauitate. Diſcrimen ergo beneficij non beneficus Princeps facit, ſed inuitatorum diſpoſitio. Et quidem, cum de gentium vocatione in myſticum conuiuium mentio ſit, alij quidem inuitati accurrunt quos nos eas gentes intelligimus, quæ in cognito orbe erant; quæ vltro oblatæ ſolis luci oculos aperuere; & quidquid offerebatur poſuere in lucro. Alij omnino venire compelluntur, qui alij non ſunt, quam ij populi, de quibus hæc interpretamur: qui Euangelij gratiam ideo reſpuebant, quia minimè capiebant; his quædam adhibenda vis fuit, ne audire detrectarent ideo compulſi dicuntur; non quod compelli quiſquam ad fidem debeat, ſed quòd adeo rogandi atque incitandi, & omni arte permouendi ad fidem ſunt, vt quodammodo videantur coacti. Aut certè ideo compelli dicuntur, quod ad audiendum coacti; vique prohibiti, ne verbi miniſtris Euangelium annunciantibus iniurij eſſent. Sed quamuis hæc interpretandi ratio, & grauis ſit, & aptiſſima ad filum noſtræ interpretationis nectendum, ducendumque, arbitramur tamen præſtare ſimplicius interpretari, quod proxima notatione faciemus.

De Gentilibus quidam inuitati libenter ad Euãgelium cucurrere. Quidã quodammodo fuere cogendi.

NOTATIO XXXI.

SI MVRVS EST, ÆDIFICEMVS SVPER EVM PROPVGNACVLA ARGENTEA.

I:

Quod Pater cum deformi filia facit id Deus cum Indis fecit.
Quam dos nulla naturalis commẽdat.
Dos amabilem facit puella.
Et diuitiæ Indorũ aditum Euangelio aperuerunt.
Id magnũ diuinæ prouidentiæ fuit opus.
Neque enim vlla vnquã terra fuit tam auri argentique diues.
Scilicet, vt per eas opes, Euãgelio aperiretur aditus.
Nam id rogarat Eccleſia, qua arte fieri poſſet
Vt in matrimoniũ ſoror per fidem, & caritatem locaretur.
Cui ſponſus dotem aucturum ſe.
Qua turpis alioqui velut pulchra ambiretur à procis.
Ideſt, tãtum diuitiarum daturum.
Vt vltro ab amaſijs quæreretur.

II.

Id gemina metaphora ſignificatũ.
Artificis ruinoſo ædificio, ac vili cultum, e precioſa materia addentis.
Et oſtio ianuas ex nobili ligno compingentis.
Additis ad ſpeciẽ ſculpturis ex arte.
Nec aliter Iſaias, & quidem eadem penè metaphora vſus.

QVOD *monitum ab erudito viro Ioſepho Acoſta Hiſt.* Natur. Indicæ lib. 4. cap. 2. maximè in hunc locum facit: haud aliter ſe Deum cum Occidentalibus illis gentibus populis, quam ſoleat Pater cum turpi, ac deformi filia, minimeque amabili; cui quod à natura negatum eſt ad alliciendos amaſios, opulentia dotis ſupplet: vt quam nulla commendabilem naturalis gratia facit, dos opulenta commendet. Certè, quod idem ille Author obſeruauit, nullibi tractibus illis immenſis copioſior pietatis meſſis collecta eſt, quam vbi multum auri, atque argenti, atque aliarum diuitiarum. Omnia alta illa Dei prouidentia, ac de mortalium ſalute ſollicita, in earum bonum vertit; etiam noſtrorum hominum auaritiam, atque auri & argenti ſacram famem. Certè ſi conſideres, apud nullam gentem à condito orbe, quantum quidem è monumentis veterum intelligimus, tantum auri, argentique, & margaritarum gemmarumque inuentum eſſe, quantum apud Occidentales Indos, ſtatim fatebere, id adeo non niſi eo conſilio factum fuiſſe, vt miſeris illis alioqui, atque incultis gentibus per eam artem viam ad Euangelij gratiam panderet. Id facit, vt loco hoc non aliud ſignificari arbitremur. Rogarat *Eccleſia* de illius gentis ſalute ſollicita, quanam arte fieri poſſet, vt *parua ſoror*, cui ſcilicet nullæ dotes à natura tributa eſſent, quibus ſe amaſijs commendaret, in matrimonium locaretur: quod de earum gentium ad Eccleſiam vocatione interpretati ſumus, tunc enim fide, & caritate *Chriſto* in matrimonium datæ ſunt. Reſpondet ſponſus, id ſe omnino curaturum, immo & facilè perfecturum: aucturum ſcilicet dotem, tantumque additurum argenti, & auri, gemmarumque, ac precioſæ materiæ, vt facile turpis, ac deformis filia virum inueniat; immo vltro quæratur, ambiaturque à multis procis. Id eſt, tantum illis gentibus diuitiarum daturum, vt vltro in eas etiam remotiſſimæ gentes commeent, auri, argentique tractæ cupiditate; quæ Euangelij miniſtris aditum ad penetrandum in eas aperiant, vt ſcilicet diuinis ſuis conſilijs etiam hominum vitia, ac cupiditates obſequantur.

Ioſeph. Acoſta.

Turpem filiam opulenta dos facit amabilem.

Ingentes diuitiæ aditum Indis ad Euangeliũ fecere.

Nulla gens à cõdito orbe magis diuitijs abundauit, quam Indi occidentales.

Diuitiæ Indis pro dote ſunt datæ, vt per eas in matrimoniũ fide, & caritate locaretur.

Id autem duplicè metaphora elegantiſſimè ſignificat, artificis qui ruinoſo alioqui, aut praue erecto ædificio, e rudi materia, ac vili, arte multa cultum addit, vt ſpectatorem mereatur, multoſque hoſpitij commoditate vocet ad ſe. Id eſt, *Si murus eſt ædificemus ſuper eum propugnacula argentea*. Nam *murum* per Synecdochen pro toto ædificio poſitum arbitramur: hæc prima metaphoræ pars eſt: altera *Oſtij* ſeù ianuæ rudi de materia, ac ſine vlla arte male dolata, cui artifex peritus precioſorum lignorum cultum inducit, varia ſculptura in figuras varias ex arte diſtinctorum, ad ſpeciem ſimul, ac commoditatem, firmitatemque. Atque vt videas, quam hæc à nobis probabiliter diſputentur, Iſaiæ mihi Verba perpende, atque expende è cap. 54. 11. 12. quæ mihi huic loco vice commentarij ſint. *Paupercula, tempeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione.*

Duplice id metaphora ſignificatum Muri cui addatur ab argẽto cultus, & oſtij cui ianuæ e nobili ligno compactæ.

Iſai. 54. 11. 12.
Iſaiæ locus, qui huic vice ſit Cõmentarij.

En

Digitized by Google

En tibi ſororem paruam, deſpectam, nulla dote inſignem, nulla ſpecie commendabilem, cuius ideo nuptiæ deſperatæ ſint, niſi aliunde Patris Dei cura remedium inueniat. Id ſequitur ſtatim. *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua.* En murum ruinoſum, rudique ac vili materia creatum, addito precioſo cultu in nouam formam conſtructum: nam quod Salomon dixit, *Ædificemus ſuper eum propugnacula argentea*, Iſaias clarius: *Ponam iaſpidem propugnacula tua, & fundabo te in Sapphiris.* Pergit Propheta, & poſtquam de ædificio dixerat, de *Oſtio* addit, ac foribus. *Et portas tuas* (ponam) *in lapides ſculptos: & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles.* Nam id eſt, quod verbis alijs, ſed eadem ſententia, Salomon dixit: *Si Oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.* Mox apud Iſaiam ſequitur, poſt ornatum, cultumque additum, deſponſationis alloquutio. *Vniuerſos filios tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filijs tuis. Et in iuſtitia fundaberis.* Quem locum tametſi quidam generatim de *Eccleſia* accipiunt ſecundum duplicem illius ſtatum, alterum poſt primam in primis parentibus ruinam, qua totius humani generis ædificium miſere collapſum eſt; alterum poſt *Chriſti* redemptionem peractam, qua, quidquid ruina illa tanta corruit, excitatum eſt, & in meliorem, ac ſtabilem formam reparatum; Alij autem preſſius de gentibus ad *Eccleſiam* vocatis; quarum item duplex ſtatus deſcribatur, primus dum ſuis volutarentur erroribus, ac cupiditatibus prauis, tamquam tempeſtatibus, ac procellis, agitarentur: alter poſt gratiam Euangelij communicatam, qua factum eſt, vt in meliorem formam, ac ſtatum reformarentur, auctæ cœleſtium opulentia, donorum; tamen, quin æquo iure de ijs gentibus accipiantur, de quibus nunc agimus, nemo cordatus negare poterit: quod eo probabilius eſt, quod in eas gentes priora illa: *Paupercula, tempeſtate conuulſa, abſque vlla conſolatione*, longè aptius, quàm in gentes veteris orbis incolas, quadrent: de quarum extrema infelicitate ſuperius multa diximus. Et quamuis, quæcumque dicuntur ab Iſaia de ædificij illius cultu, ſpecie, firmitudine atque ornatu, ſpiritaliter multi interpretentur, de donis collatis *Eccleſiæ* ex gentibus per *Chriſti* gratiam, quod nec ipſi improbamus; tamen, quin etiam de opulentia, atque auri argentique immenſitate, ac gemmarum, quâ donatæ, gentes illæ ſunt, vt illicium haberent, quo nationes exteræ allicerentur, atque ex occaſione Euangelij miniſtris aditus fieret ad Fidei lumen inferendum, ac diſpellendas errorum tenebras, interpretemur, nullus prohibet. Turpem ergo filiam, ac nulla dote allicientem amaſios, ingenti dote Pater donauit, qua factum eſt, vt certatim ambiretur à multis procis, adireturque.

Atque adeo neceſſe non eſt, minute, & preſſe examinare, quare *murus*, quare dicatur *Oſtium*, quid ſint *argentea propugnacula*, quid *tabulæ cedrinæ*: nihil enim ea ad arcanam ſententiam pertinent; cum vnam ſimilitudinem contineant, qua ſignificatur, quemadmodum prudens artifex deforme ædificium, addito ex arte ornatu, in meliorem formam reformat, vt aptum habitationi, & aſpectui gratum ſit, ne ſit vllus, qui non libenter in eo habitet: ita omnino ſe facturum cum illis gentibus; tantumque fortunæ bonorum largiturum, vt nullus omnino ſit, qui odore auri, atque argenti ineſcatus, non quidem eas adeat; vndè maiora in illas bona, ſalus ſcilicet animarum, deriuentur. Nec ſine cauſa puto *argenti* potiſſimum, ac *cedrorum* factam mentionem, & in duabus ſpeciebus tota genera ſignificata. vera enim, quamquam apud occiduos populos multum auri repertum eſt, & gemmarum, *argenti* tamen copia omnem vicit expectationem hominum. Teſtis collis vnus Potoſinus cuius è viſceribus, velut ex vberrimo fonte, tantum *argenti* erutum eſt, vt, ſi liquida ſcaturigo eſſet, flumina puriſſimi metalli fluere potuiſſent. Vidè Ioſephum Acoſtam. Hiſt. Nat. Ind. lib. 4. cap. 6. & mirabere montem totum velut *argento* prægnantem, nec frequenti, ac continuo partu fœcunditatem minuentem. *Cedrorum* autem tanta multitudo eſt, tanta proceritas, vt miraculo ſit: quanquam alioqui precioſorum lignorum ſyluæ totæ montes occupent. Ideo in *cedrinis foribus*, omnis alia lignea materia indicata eſt. Sed de his ſatis.

VERSVS X.

EGO MVRVS, ET VBERA MEA SICVT TVRRIS; EX QVO FACTA SVM CORAM EO, QVASI PACEM REPERIENS.

Nam, & pauper erat murus, quē Salomon pernam. Et addituū propugnacula pollicetur.

E pretioſa materia & nobili.

Mox de oſtio addit, & illius ornatu.

Quemadmodum loco hoc Salomon.

Sequitur apud Iſaiam deſponſationis alloquutio.

Vnde pax, abundantia, & iuſtitia.

Quæ quanquam interpretantur quidã de duplici ſtatu Eccleſiæ.

Alij de gentibus ad Eccleſiam vocatis.

Etiam ſecūdū duplicem ſtatum.

Quin tamen de ijs Gentibus barbaris accipiamus, nemo prohibet.

Et ſi verba conſideres nulli melius quadrare fatebere.

Et licet multi ea ſpiritaliter accipiant, de gratiæ donis.

Id minimè obeſt, quin etiam de opulentia accipiatur.

Qua vſus Chriſtus, ut medio ſit, ad Euangelij diuitias inferendas.

Quod hoc loco contendimus.

III.

Nec opus minutè exquirere ſingula. Vni enim ſimilitudini ſeruiunt.

Ab artifice ſumpta, qui deformatū ædificium reparet.

Nec ſine cauſa argenti, & cedrorum mentio facta.

Nam argēti apud illas gentes ingens copia.

Et apud Potoſinū collē inexhauſta vena.

Vt videretur mōs totus eo metallo pregnans.

Nec minor Cedrorum abundantia.

Et pretioſorum lignorum.

Ædificij collapſi reparatio.

Propugnaculorū excitatio.

Oſtium, & illius e precioſa materia ornatus.

Deſponſationis alloquutio.

Eccleſiæ duplex ſtatus alter poſt primam culpam, alter poſt Chriſti mortem.

Gentium itē duplex ſtatus ante, & poſt vocationem.

Iſaiæ verba aptius quadrāt occidentalibus Indis, & ſimilibus alijs.

Haud neceſſe ſingula minute premere, cum ſoli ſimilitudini ſeruiant.

Argenti immenſa copia apud occidētales Indos.

Potoſinus collis totus argēteus.

Cedrorum frequentia, & pretioſorum lignorum.

COM-

COMMENTARIVS.

ALiter ſibi contigiſſe *Eccleſia* dicit beneficio Dei, quo largiente multa habuit dona, quibus allicerentur verbi miniſtri. Intelligit autem naturales dotes ingenij, indolis, inſtitutionis, & cultus. Non enim ſtatim initio barbaræ fuero nationes, quibus prædicaretur Euangelium; ex cultis populis, ac multa ſapientia claris noua illata fuit Euangelij lux, Romano toto orbe, cui id obtigit fœlicitatis, & communicatis moribus, inſtitutiſque, velut vna ex omnibus ciuitas fieret, ſine vllo adeo magno diſcrimine inter tot ciues. Id intelliges, ſi memineris, qualibus populis habitatus orbis Romanus eſſet, quo tempore mortuo *Chriſto* prædicari illius Euangelium cœptum eſt, quam ſæculari politia excultis, quam varia doctrina inſtructis, quam bonis multiſque artibus, atquè omni humanarum diſciplinarum cenſu auctis. Hinc factum vt in illis, velut in vbere ſolo, non ſine certa futuræ ſegetis ſpe, coloni myſtici non ſedulam modo operã poſuerint, excolendis; ſed etiam vt non adeo multis annis ingentes animarum manipulos intulerint in horrea *Chriſti*. Eas dotes, quibus ad ſe allexit Euangelicos miniſtros *Vbera* vocat: *Sicut Turres* autem fuiſſe dicit, vt ad id, quod ſponſus dixerat, alluderet: *Ædificemus Super Eum Propugnacula*. Se ergo *Murum* quidem fuiſſe, ſed non rudi cœmento, atque impolitis lapidibus exſtructum: id eſt, non indolè parum a brutis diuerſa, non ingenio agreſti, non moribus inſtitutiſque barbaris: quales illas fuiſſe gentes diximus: Sibi pro *Argenteis Turribus*, ac *pretioſis Propugnaculis*, vi ſcilicet auri, argentique *Vbera* fuiſſe, id eſt, dotes illas naturales, quæ in precio ſolent apud homines eſſe, ad ſeque allicere eorum animos. Sic factum, vt Euangelij præcones multos haberet; & breui in Chriſti partes tranſiret; ac paranymphis illis ei in matrimonium iungeretur. Id enim eſſe putamus: *Facta Sum Coram Eo Quaſi pacem reperiens*: vna enim *Eccleſia Pax* vnio eſt cum *Dilecto*, vndè omnia in illam bona promanant.

ENARRATIO.

QVidquid parua ſorori præſtiturum te dicis, vt tandem tibi per connubij Sacra iungatur, eius me largitatis admonuit, qua me olim etiam antequam tibi adiungerer Sponſa, proſequutus es. Nam me in cultiſſimis terrarum natam, & ingenio donaſti nobili, & natura ingenua, atque optimis artibus, ac diſciplinis, velut aruum pingue ad iaciendum fidei ſemen præparaſti. Magnum id beneficium fuit: eoque grandius, quòd nec cogitanti, nec ſentienti fauor tantus impenſus eſt, atque omnino neſcienti, quem in finem tua beneficentia immeritam præuenires. Video nunc quantum debeam tibi, qui ijs donis ornaris, quibus allicerentur ad me Euangelij tui miniſtri, vltroque quærerent, quam melioribus diſciplinis excolerent: & ad te tandem adducerent, legitimis nuptijs copulandam. Sic mecum ſcilicet factum eſt, quemadmodum ſi Princeps quiſpiam magnificas extruat ædes, deſectis, ac politis lapidibus, multaque arte diſpoſitis, & in ſublime erectis, ſuis per ordinem aulis, ac cubiculis conſtitutis; turribus ac mœniamis excitatis, quin & faſtigijs pulchrè impoſitis, omnique prorſus apparatu ornatas, ac ſupellectile inſtructas, vt vel aliud agentes hoſpitij commoditate inuitent; nemoque adeo ſit, qui vel è longinquo deſpectans non cupiat, proprius accedere, nobilis ſtructuræ futurus non ſpectator modo curioſus, ſed & admirator ac prædicator. Itaque quod ſororem paruam genteſque illas barbaras, in alio orbe ſitas, diuitijs multis, tanquam additis ædificio propugnaculis,

culis, donaturum te dixeras, id mihi minimè neceſſarium fuit: Optimà indoles, ingenium grande, diſciplinarum humanarum ſenſus, legum ipſa præſidia, ac politicæ adminiſtrationis ratio, mihi pro omni ornamento fuere. Hoc illicium fuit ad vocandos adme tuos Apoſtolos, quibus ducibus ad te perducerer, eamque inuenirem pacem, bonorumque omnium affluentiam, quam ſola coniunctio eum felicitatis omnis vbere fonte, qualis tu es, poteſt donare.

SVM. COM.

I.

Quidam paruæ ſororis verba cenſent.
De tanto ſponſi fauore gratulantis ſibi.
Id ad mores formandos vtile eſt.
Iuniorem ſponſam Iudæorum ſcilicet multitudinē olim conuertendam.
Sortem iactare ſuam, promiſſorum excitatam certitudine.
Se iam murū eſſe, & vbera habere.
Firmam in fide et DD. Donatam.
Id largitatis ſponſi fuiſſe beneficium, non ſuum meritū.
Hic ſenſus grauiū Interpretum.
Nos de ſorore paruæ collocandæ ſermonem eſſe fatemur.
Id eſt ad Chriſtū adducendæ.
Non eam induci loquentem.
Nec verè affirmare de ſe poſſe, quod illi authores volūt.
Quærenda ergo alia, cui hæc quadrent.
Et alioqui de cōuertendis ſub finē nulla expreſſa toto cantico mentio.

II.

Ædificemus poſitum pro ædificabimus.
Referuntur autē ad opulētiam dotis qua turpis virgo collocetur.
Sibi aliter cōtigiſſe Eccleſia dicit.
Cui pro grandi dote excellentia naturæ dona collata ſint.
Nam quæ ita exculta eſt facilè ſpōſum inuenit.
Ornamenta alia fortunæ ſunt dona quæ amitti poſsūt.
Quæ à natura sūt durant aduerſus fortunæ ſeueritatē.
Hæc bonorum copiam ſibi abundè datam indicat.

III.

Obeſſe poteſt, quod caritatis Apoſtolicæ non videatur.

NOTATIO XXXII.

EGO MVRVS, ET VBERA MEA SICVT TVRRIS.

SPONSÆ *eſſe verba, tametſi quidam aliter cenſeant, alio* loco docuimus. Nam quod quidam *Sororis paruæ* volunt eſſe, quæ cum audiiſſet pronum in ſe *Chriſti* animum, ſibi de fauore tanto gratuletur; ſeque dicat, totum id, quod promiſſum fuerat, certitudine futurorum, velut donatum agnoſcere, probabile non putamus. Cæterum quia magni authores ſic ſentiunt, nec inutile id eſt, ad mores formandos, qua id ratione interpretentur, indicemus, volunt verba eſſe reliquiarum infidelium, qui olim ſub mundi finem conuertendi ad Chriſtum ſunt. Hanc *Sponſam iuniorem*, ſic enim loquuntur, certitudini promiſſorum *Chriſti* confidentem, ac videntem ſe iam fide armatam, & caritate loricatam, reſpondere *Sponſo*, ſimul etiam & gratias agere, animo Sororis adultioris repulſæ metum adimentem: ſe quoque iam *murum* eſſe ſupra firmam petram, viuis è lapidibus ædificatum, & calce caritatis ſolidatum. *Vberum*, quoque lacte turgentium vice, vtrumque ſe teſtamentum habere; lacte duplicis dilectionis Dei & proximi plenam, neque iam deeſſe ſibi DD. qui vitæ exemplo, atque doctrina ſupra cæteros inſtar turrium emineant, & malorum conatibus obſiſtant. Non tamen hos fructus induſtriæ, vel diligentiæ ſuæ fuiſſe: omnia de largitate manaſſe ſponſi, cui olim ipſa inuiſa, ac perfidia, ac pertinacia offenſa, reconciliata per ſanguinem in Cruce fuerit. Sic fermè Caſſiodorus, Beda, Alcuinus, Angelomus, *W*illeramus, & de recentioribus vir maximè eruditus, qui eos authores in eum ſenſum loquutos putat. Haud libet de horum ſentiendi ratione digladiari. Sed hic tamen de *Sorore parua* vltro citroque inter maritos Sermones haberi fatemur; quo ſcilicet pacto ſit in matrimoniū collocanda, id eſt, ad *Chriſtum* per fidem, & gratiam adducenda: eam induci loquentem non putamus. Quin nec verè dicere poſſe, quæ nondum *Sponſo* coniuncta eſt, nec omnino nuptijs adhuc matura, ſe ſe firmitudine fidei, & caritatis nexu *murum* eſſe: *vberibuſque*, id eſt, Apoſtolorum doctrina turgentibus habilem ad filios nutriendos. Nam quæ ornanda *propugnaculis* dicitur, certè nondum ea excitata in ſe habebat: *vbera* autem *propugnaculis, turribuſque* comparantur. Alia ergo quærenda omnino, quæ id habere ſe dicat, quo illa nondum donata eſt. Accedit ratio generalis, de reliquijs Synagogæ ſub finem vocandis ad *Chriſtum*, toto Cantico expreſſe Sermonem non eſſe, quod ſæpè alias monitum à nobis eſt.

Quo pacto hæc quidam explicēt, tanquam paruæ ſororis ſint verba.

Spe promiſſorū erecta ſuam ſortem iactat.

Caſſiodorus. Beda. Alcuinus. Angelomus. VVilleramus. Recentiores.
Hæc ſororis paruę verba nō eſſe.

Sed videamus, quo ſenſu dictum fuerit, *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula*: nam imperatiua pro futuris poſita, loco alio monitum eſt, erit ergo ſenſus, *Si murus eſt, ædificabimus ſuper eum propugnacula argentea*, quod interpretati ſumus de opulenta dote, atque diuitijs quibus turpis alioqui, ac nulla ſe naturali dote commendantis filiæ nuptiæ procurentur. Occurrit *Eccleſia*; *Ego murus, & vbera mea ſicut turris*. Mihi aliter contigiſſe animaduerto, nam tua in me largitate factum eſt, vt pro omni dotis opulentia naturalia dona eſſent. Optima & grandis dos ſpecies ipſa eſt, & quæcumque forma eminet inter alias, citius alijs inuenit amatorem. Et certè cum formæ exteriori, ei ſcilicet qua oculi capiuntur, ingens additur natura, nobile ingenium, excellens indoles, ſuauitas morum, inſtitutionis laudabilis ratio, ſermo concinnus, ac ingenij illa vis, ac prudentiæ, quæ fœminam ſupra humanam fortunam, communemque ſortem tollit, haud dote alia eſt opus: Quidquid aliud eſt extraneum eſt, & aſcititium, & fortaſſis pretioſiorem faciat, non amabiliorem. Nam quæ aliundè veniunt opes, abire etiam poſſunt. & pro opulentia egeſtatem adducere. Atquæ ſuis bonis eſt diues, pauperiem pati non poteſt, & in ſumma etiam fortunæ ſeueritate fortunam contemnet, tam non indiga eorum bonorum, quæ eadem, quæ donat fortuna, poteſt auferre, vt non ſibi ſufficiat ſolum, ſed & de bonis ſuis ditare alios poſſit. Hanc tantam bonorum copiam ſibi abundè olim donatam paucis indicat verbis, haud à cæpta metaphora recedens. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris.*

Cum Europæis Gētibus ſecus à Deo factum, quibus pro dote naturæ fuere dona data.

Naturæ ingentibus dotibus ornatæ fœminæ facilè amaſios inueniunt.

Quæ proprijs bonis eſt diues, aduentitijs nō admodum indiget fœmina.

Vnum obeſſe huic interpretationi poteſt, nam ſi dicamus facilius allectos

Apoſto-

Digitized by Google

Illis naturalibus donis allici potius ad has, quam ad alias gentes.
Cum potius in illos feratur, qui magis indigeant.
Nam, & Paulus omnibus ex æquo ſe debitorem fatetur.
Deum imitatus, qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.
Quod, & exemplo docuit Chriſtus.
Frequentius ad populum ſimplicē, quam ad nobiles, & ſapientes prædicans.
Qui nullius telluris diſcrimen agnouit in ſpargendo ſemine.
Si etiam ſciret alicubi infœlicius prouenturum.
Sic hodie ſunt, qui Tecumanum, & Paraquarium potius petunt.
Difficillimas miſſiones, cultioribus gentibus omiſſis.

IV.
Facilis nodi ſolutio.
Nam caritas non in omnibus æquè perfecta.
In quibuſdam pura ſplēdet, & igne diuino calet.
Donum rarum, et proprium Apoſtolorum.
Cui nullū diſcrimen in Gentibus eſt.
Vna enim illi cura Chriſtum in alijs gignere.
Hac flamma calebat Paulus.
Et eius imitator Xauerius.
Sed non ſemper caritas talis eſt.
Nam licet cœleſtis origine.
De humano contagio quiddam ignobilitatis trahit.
Vt ſolis purus radi ces nubi exceptus fuſcari ſolet.
Sic quibus animarum ſalus commiſſa eſt.
Procliuius ſæpè feruntur, ad colendos pinguiores agros.
Quos putant vberiores futuros.
Vt ſæpè in alienā meſſem falcē mittant.

Apoſtolicos viros ad gentes Romani orbis, illectos naturalibus earum gentium dotibus, quam ad barbaras illas noui orbis, nulla naturali dote ornatas, qua inuitare ad ſe illos poſſent, non id videatur caritatis Apoſtolicæ eſſe, cui id proprium, vt omnium ex æquo mortalium ſalutem procuret, nulla gentis cuiuſquam differentia: Quin potius, ſi conſideres, potius ferri ſoleat in eos quibus minora ſunt data ad ſalutem præſidia. Sic dicebat Paulus: *Græcis, ac barbaris; ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Rom. 1. 14. Græcis opponit barbaros, quemadmodum ſapientibus inſipientes; vtriſque autem ſe debitorem eſſe fatetur, vel quia Apoſtoli officium perſonarum diſcrimen non agnoſcit, & ſe omnibus debet impendere, nec ſtudioſius in Græcos, quam in barbaros, in ſapientes quam in inſipientes ferri: vel quia caritas, vtpote Dei participatio ipſius, omnium ex æquo gentium bonum quærit, *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos*. Matth. 5. 45. Quod & exemplo ſuo docuit Chriſtus, qui tametſi ſæpè & Sacerdotibus, & ſcribis, & populi ſui principibus ſalutaris doctrinæ præcepta inſtillare ſolitus, frequentius ad promiſcuam, rudemque multitudinem, plebemque ſimplicem ſermonem habebat; vt qui ſui ſanguinis precium promiſcuè pro omnibus exſoluturus erat, nullo diſcrimine doctrinæ ſuæ fluente omnibus largiretur. Quin etiam ſeminator ille, quo Chriſti ipſius perſonam ſuſtinuit, dum ſpargeret ſemen nullum telluris diſcrimen agnoſcit; ſed etiam quibus terris infelicius prouenturam ſegetem non ignorabat, eadem liberalitate ſparſit ſemen, qua pinguiori glebæ commiſit fœcundius naſciturum. Sic hodieque videmus, haud paucos in Tucumanum, ac Paraquarium, difficillimas, & laborum pleniſſimas miſſiones ambire: & cum in proximo cultiores gentes habeant, quibus doctrinam inſtillent, eas tamen, vel negligere, præ hæbetibus, & barbaris illis: aut alijs certè excolendas relinquere. Non ergo aptè hoc loco diſcrimen gentium, vel cultarum in Romano orbe, vel barbararum in nouo, agnoſces; vt ideo dicat *Eccleſia* allectos potius in illas, quam in has fuiſſe Apoſtolos.

Sed haud difficilis nodus eſt. Nam primo non eiuſdem in omnibus perfectionis eſt caritas: eſt in quibuſdam ſimplex, pura, nulliuſque humani affectus fumo permixta: pura ergo ſplendet, ac velut ſol ille mundi lætitia, nulla nube fœdatus, nulla nebula impeditus, luminis ſpargit omnem in partem fulgentes radios; nec illi modum propria natura, ſed rerum aliarum diuerſitas ponit. Hoc rarum eſt donum, ac proprium Apoſtolorum, quid gentes omnes communi ſinu complexum, omnibus ex æquo caritatis communicato calore, fidei ſpiritum conatur indere. Huic *non eſt gentilis, & Iudæus, circumciſio, & præputium: Barbarus, & Scytha; ſeruus, & liber, ſed omnia, & in omnibus Chriſtus*. Coloſ. 3. 2. Cuicumque enim nobili hoc igne calent viſcera, vnum animo *Chriſtum* gerit, vnum cogitat, vnum molitur, vt illius imaginem omnibus ex æquo imprimat; atque eadem ſimilitudine induat; vt in omnibus omnia *Chriſtus* ſit. Talis Paulus cum diceret: *Græcis, ac Barbaris: ſapientibus & inſipientibus debitor ſum*. Rom. 1. 14. Talis ætate Patrum Xauerius, qui vnam ſibi Dei gloriam, ac Euangelij propagationem proponens perſonarum, locorum, gentium nullum agnouit diſcrimen, omnia enim & omnes & in omnibus, eadem illa caritas ſinu complectebatur, & arctè jungebat ſibi. Sed non ſemper ignis ille cœleſtis, tametſi de cœlo tractus, puriſſima illa flamma ſplendet: haud enim raro, vbi primum in humana corda inciderit, de carnis ipſius contagio non nullo fumo fuſcatur: ac nondum in totum defœcato pabulo nutrienda, quod à ſe ignobilitatis non habet, ab ipſa, qua alitur materia trahit. Sic ſolis ſplendidiſſimus, ſuique ſemper ſimillimus radius, nubibus exceptus, vel languet, vel moritur; ac colorem ſæpe alium, aliumque induit, vitreas per feneſtras, vario colore tinctas, illapſus; nulla originis culpa, ſed ſolius materiæ vitio, cui luminis beneficium confert. Sic ſæpè, quibus animarum ſalus eſt curæ, ſi non ſatis defœcato affectu ferantur in vota, aliquid permiſcetur humanum, quod diſcrimen faciat caritatis: vt ſcilicet malint pingui, quam ſterili ſolo ſemen committere verbi; eaſque facilius gentes adeant, ac proniore ſtudio colant, vndè vberiores fructus, ac breuiores collecturos arbitrantur ſeſe: vt haud raro perpurgatam ab alijs multo labore humū, nec omnino ſine ſudore, & ſanguine, petant ipſi, vberioris meſſis ſpe inefcati; & cum ſint infinitæ nationes aliæ, adhuc ſuis erroribus, velut ſentibus, impeditæ; quibus laborem poſſent impendere, malunt, hiſce relictis, faciliora, & ſpecioſiora adire, exiguo ſæpè fructu, ſæpè cum earundem gentium damno. Atque vtinam triſtibus hiſce exemplis ætas noſtra minimè abundaret. Nam multitudo Imperatorum Cariam perdidit; nec raro medicorum numerus interitum ægroto attulit; cultorumque frequentia pingue alioqui ſolum fructu fraudauit; dum arbitratu ſuo quiſque fodiendi, occandi, ſeminandi, rigandi, metendi, colligendique tempora, vel peruertit, vel diſponit. Sed hæc alterius temporis, & loci ſunt, nec noſtris gentibus emendanda. Hæc cauſa vna

Caritas Apoſtolica æque in omnes gentes prona.
Rom. 1. 14.
Matth. 5. 45.
Chriſtus frequētius ad rudē plebem concionatus.
Verbi ſemē ſparſit etiam in ijs agris, in quibus ſciebat infœlicius naſciturum.
Sunt hodie, qui auidius Paraquarios petunt, quā nationes magis cultas.
Caritas in paucis perfecta, & pura.
Talis caritatis rarum donum, & Apoſtolorū proprium.
Coloſ. 3. 11.
Ea caritas communi ata Paulo, & eius imitatori Xauerio:
Rom. 1. 14.
Caritas in quibuſdam imperfectior.
Caritas origine diuina de carnis contagio ignobilitatem trahit. Simile.
Euāgelici miniſtri malunt ſæpè pinguiori ſolo committere verbi ſemen.
Cultorum multitudo atque diuerſitas in ratione colendi ſæpè noxia Euangelio.

Ooooo eſt,

Et ſterilioribus neglectis. *Quos alij purgauere agros, velut vberiores excolere.*
Id malum haud raro contigiſſe ſcimus. *Vt multitudo cultorum fructu fraudauerit agros.*

Digitized by Google

Hæc cauſa cur cultiores gentes facilius adeantur. Vtpotè quibus minor operoſè Euangelium prædicatur. Et certiore cum fructu.

Cauſa alia, quia nemo ad laborandum, niſi ſpe vtilitatis mouetur.

Sunt autem ſua lucra etiam miniſtris Euangelicis cara.

Sed maximè ijs, qui terrena ſectātur.

Vtilitatis ſola ſpe difficilia aggrediuntur.

Patriæ exſules, & orbis totius peregrini.

Ea auiditas in remotas gentes coegit.

Toto clauſis Oceano, & in vltima orbis relegatis.

Immo, & barbaris, & à feris parum diſtantes.

Vel à auri fama nobiles.

Hæc dos turpem filiam commendauit.

Eaque arte Deus ad eas Euangeliū deſtinauit.

Sed ratione alia veteribus gentibus annunciata eſt ſalus.

Id vnum de ſe affirmat ex Gentibus Eccleſia.

Sibi omnia in procliui fuiſſe ad Euangelij lucem.

Aliter barbaris Gentibus prouidiſſe Deum.

Quas paſſus non eſt in æternum perire.

Pax hæc ad cōnubij nexū pertinet.

Quidam pacem intelligunt bonorū cumulum.

Qui fructus eſt firmitatis in bono, Quaſi animus ab omni labe liberum ſeruat.

Impijs enim nulla eſt pax.

Alij præcedere pacem volunt, ſequi firmitatem.

Nam pacem intelligunt reconciliationem per gratiam.

Ex ea reconciliatione firmitatem naſci.

eſt, cur ſæpè excultæ gentes, & genio ſuo velut ad Euangelium diſpoſitæ, proxiore ſtudio adeantur à verbi miniſtris, *vberibus* earum allectis; ijs ſcilicet dotibus, ac naturæ bonis, quæ illicium eſſe ſolent hominibus, qui facilioribus, ac ſpecioſioribus ſæpè trahuntur. Et alioqui ſimiles gaudemus ſimilibus, à diſſimilibus auocamur.

Atque hæc ſtudiorum diuerſitas ab operariorum diuerſitate eſt, nec vna caritatis eſt, nec vna caritatis ratione; cauſa alia aliundè eſt, & ad hunc locum accommodatior. Nam certè ſic moribus hominum inductum eſt, vt nemo niſi vtilitatis expectatione moueatur. Ea calcar addit ad adeunda ardua quæque, ac difficilia, quæ nemo aggrediatur cordatus, niſi ſpes aliqua affulſerit commodi, quę laboribus ematur ſcilicet. Nec nunc de viris Apoſtolicis dico, quibus etiā animarū lucra ſunt cara; & pro ſui ratione magis, minuſue ex petita. De his dico, qui ſpiritalium bonorum nō admodum auidi, vel omninò negligentes, conſectantur terrena: ſuiſque curis diſtracti, velut quibuſdam tempeſtatibus agitati, in ignotas plagas coguntur. Horum autem infinitus eſt numerus, qui patriæ exules, ac totius orbis peregrini, nulliuſque regionis incolæ, eo votis, ac pedibus properant, vbi lucri doloſa ſpes affulſerit aliqua. Hæc fames toto oceano diſſitas gentes adire coegit; immenſoque emenſo pelago, quærere per incertas plagas: auri, argentique inſatiabili cupiditate clauſas mille clauſtris orbis ipſius valuas pandente, cum aliud nihil hominibus his eſſet propoſitum, quam, vt diuitias conquirerent per media etiam mortis diſcrimina, & iterata etiam ſæpè naufragia. Barbaras ergo extremè adiere Gentes, moribuſque parum à brutis diuerſas: quas certè, niſi auri argentique ſplendor inuitaſſet, nemò hominum adijſſet. Hæc ergo turpem filiam dos commendauit, fecitque amabilem: eaque ratione verbi miniſtris viam in illas Gentes aperuit, non vt aurum quærerent, ſed vt cæleſtes diuitias Euangelij communicarent. Nam niſi hac arte Deus earum nationum procuraſſet ſalutē, fieri non poſſe ratione alia videbatur, vt vocari ad *Chriſtum* poſſent. Hoc ergo eſt, quod *Eccleſia* de ſe caruit: Non Apoſtolicum damnat affectum; non diuerſitatem ſtudiorum, qua Apoſtolici viri barbaris, in cultiſque gentibus, aut neglectis, aut prætermiſſis, cultioribus ſe impenderint. Id vnum affirmat, non eadem ratione Deum omnium promiſcuè populorum procuraſſe ſalutem: ſed alijs quidem Gentibus naturales dotes indidiſſe, omniaque remouiſſe impedimenta, quibus arceri à fide poſſent: omnia ſubſidia miniſtraſſe, quibus promoueri earum ſalus poſſet. Alijs autem, quibus dotes illas, ac naturæ bona negarat, aliter prouidiſſe, & inueniſſe tandem viam, qua & illas ad ſe vocaret, & connubio ſociaret ſibi, pro omni naturæ dote datis diuitijs, quibus nuptias inuenirent. Fœlicitatem ergo Gentium iactat veteris orbis, quibus ſine tanto molimine annunciata eſt fides: miraturque ſimul Dei actam prouidentiam, qui nec illas abiecerit, quæ vltra cœli, ſoliſque vias, velut in extrema mūdi compulſæ, omni ope deſtitutæ videbantur.

Nemo niſi ſpe futuræ vtilitatis ad laborem mouetur.

Auri amor homines totius orbis peregrinos fecit.

Barbaras gentes niſi auri ſplēdor illuſtraſſet, æternis tenebris ſepultæ iacerent.

Non eadem ratione omnibus a Deo ſalus prouiſa.

NOTATIO XXXIII.

EX QVO FACTA SVM CORAM EO QVASI PACEM REPERIENS.

PErtinere *Hæc ad* Connubij Sacra, *ad quæ ſe dicat*, ac gratuletur vocatam, ſuperius indicatum eſt: nunc autem oſtendendum eſt: ſi prius tamen more noſtro, quo hæc pacto quidam interpretentur, expoſuerimus, quidquè nos de illorum ſentiendi rationibus cenſeamus. Plerique hæc ad *Pacem* referunt, prout bonorum omniū ſpiritalium cumulum, ex more Sacræ Scripturæ, ſignificat: *Poſtquam murus facta ſum, firmitate, ac ſoliditate fundata, atque vberibus*, id eſt, *Doctoribus, tanquam turribus munita, pacem coram eo inueni, tranquillitatem animi, & conſcientiæ quietem*. Nunquam enim vera illa, ac pura *Pace* donatur animus, quo ad *murus* factus fuerit, conſtantia, ac firmitate ſcilicet in bono propoſito, quo ſe ab omni peccati labe inuiolatum ſeruare conſtituerit: *nam impijs nulla eſt pax*, nec eſſe quies poteſt, cum ſemper *in circuitu* turbinis inſtar ferantur. Sic de recentioribus vir, & multa doctrina clarus, & impenſæ pius. Contrà alij, præcedere *Pacem*, volunt, ex qua is fructus ſequatur, vt *muri* ſimus, *turribus*, ac *propugnaculis* ornati: *Pacem* enim interpretantur recōciliationem per gratiam, & fidem, quod in nobis vera fœlicitatis initium. *Ex quo in Chriſto pacem reperi, ex eo & murorum præſidia, & turrium propugnacula cum decore ſuſcepi, cum eis, ab eo qui me condidit, ciuitas eſſe promerui, habens munimenta in Sanctis, & decorem retinens in electis*. Ità fermè Iuſtus Vrgel. Vtrumque ſi ſententiam ſpectes, verum eſt: nam, & à *Pace*, quæ per

Connubialis formula: pacem inuenire.

Pax animi tranquillitas, & bonorum omnium ſpiritalium cumulus qui fructus firmitatis in bono.

Iſai 48. 22.
Pſal. 119.
G Genebr.
Pax reconciliatio per gratiam, cuius fructus ſtabilitas in bono.
Iuſt. Vrgel.

Eſt autem vtrumque verum.

Digitized by Google

Sed diuerſa ratione ſi conſideres. Nam [illegible] à gratia omnis firmitas eſt. Et à firmitate in bono animi omnis tranquillitas. Vtrumque autem ad tropologiã ſpectat. Alij pacem velut liberationem ab omni ſollicitudine. Qua animus nulla rerum cura tãgitur. Is ſenſus paulò fuſius explicatus. Nam nos quieſcere hic perfectè non poſſumus. Vtpotè aduenæ, et peregrini. Et ad miſeriam, & laborem nati. Vtilia hæc, ſed nõ litteralia.

Philo Carpath. Pax liberatio ab omni humana ſollicitudine.

per *Chriſtum* per fidem, & gratiam donatur, animus animæ firmitas, ad munimentum eſt, tanquam à ſalutis initio; nemini enim ea firmitas, ac ſtabilitas contingit, niſi ei, cui fidei lux, ac ſalutaris gratiæ decor ſit communicatus. Et, ſi *Pacem* intelligas conſcientiæ tranquillitatem, & illam, qua in hac vita iuſti homines cœleſtis illius *Pacis* imaginem quandam, ac velut guſtum experiuntur in ſe, nunquam ea ſe ſentiunt eſſe donatos, niſi poſtquam in bono firmati, ac ſtabiliti, frequenti pugna, ac multa victoriã, didicerint nihil aduerſum formidare. Sed hoc vtrumque fermè ad tropologiã ſpectat. Quemadmodum, & quod Philoni placuit, qui *Pacem* hanc refert ad liberationem ab omni humanarum rerum ſollicitudine, perturbatione, ac cura, cum quis ſcilicet Deo vni hærens, cæteris omnibus haud magis afficitur, quamſi ad ſe minimè pertinerent, aut in alio ipſe natus orbe eſſet, à quo ad hunc neque tranſitus eſſe, neque commercium vllum poſſet. Quia autem legit ipſe: *Ego ſedebam in oculis eius tanquam ea, quæ pacem inueni*; monet, *nunquam nos hic perfectè poſſe quieſcere; Non enim habemus hic ciuitatem permanentem, ſed futurã inquirimus; cum ſimus aduenæ, ac peregrini in alieno ſolo. Longe à patria illa noſtra ſuperna profugi, ob id huc miſſi, vtinam non eiecti, & quamdiù ſumus in viuis; aſſiduè viatica ad patriam ipſam conductura honeſtate vitæ, ac morum comparemus. Quare nemò ſperet in exilio, nemò ſibi falſa promittat, ſe hic diutius regnaturum, quieturumque omninò: nati ſumus ad laborem: nati ad corporis ærumnas: ad inediam, ſitim, frigus, & æſtum; nuditatem, & morbos omnes, & vitæ finem.* Vtilia hæc ſunt, ſed vt monui, magis ad tropologiam, quam ad litteram accommodata, quanquam & aptari ad illam poſſunt.

II. Qui ad Antichriſtum referunt, & pace poſt illum. Quãquam ea ipſa fine mũdi turbãda. Id ponunt, quod ſæpè reiectum eſt.

Honorius. Eclefię pax poſt Auſi Chriſti perſequutionem.

Alij pergunt hæc de poſtrema poſt Antichriſtum conuerſione interpretari, ac de ea *Pace*, qua, eo ſublato, fruitura *Eccleſia* eſt: quanquam ne ea quidem futura diuturna, turbanda ſcilicet poſtremæ diei tempeſtatibus; cùm elementa omnia de ſua ſede mouenda, & humanarum rerum omnis ordo peruertendus eſt. Sed id ſæpè à nobis reiectum eſt; non enim arbitramur, Cantici huius ſeriem eo extendi, vt proximis verſibus oſtendemus, ſed ita tamen interpretatur Honorius Auguſt.

III. Qui de Eccleſia religioſa accipiũt. Et illius perfectione, ac ſeceſſu à ſecularibus turbis. Qua ratione dictum: Pax multa diligentibus nomẽ tuum. Ne illi quidẽ litteraliter exponunt.

Alcazar. Religioſi ſtatus pax, & tranquillitas.

Qui adhuc hæc tribuunt religioſorum cætui, quam ipſi *Eccleſiam religioſam* appellant, de perfectione religioſæ vitæ interpretantur, qua deſiderijs cordis, & cunctis mundi illecebris obſerantur fores, nec modo læthalibus culpis, ſed etiam leuiſſimis occluditur aditus, & per Euangelij miniſtros turres excitantur ad cæterorum munimenta. Sic comparatos religioſos viros *Pace* gaudere illa, quam animorum tranquillitatem appellamus. Sic dictum: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Pſal. 118. 165. *Et ſedebit populus in multitudine pacis.* Sed id putamus omne non litterale, ſed tropologicum, immo accommodatitium eſſe.

IV. Sed Pax hic connubialis intelligitur. Et coniunctio per gratiã Euangelij. Opponitur autem Eccleſia ex Gentibus veteris orbis, Gentibus barbaris, noui. Sed non vna moueri quæſtio poteſt.

Pax hic connubiale vinculum per grat à Euangelij.

Verus ſenſus, & ad ſeriem interpretationis aptus, quem Dramatico Commentario Not. 32. indicauimus. Hic non aliam *Pacem* intelligi, quam connubiale vinculum: non quidem per incarnationem, ſed per gratiam: ſermo enim hic quidem de *Eccleſia* eſt, ex ea parte, qua collecta ex gentibus eſt. Veteris orbis incolis, vt ei ſcilicet opponitur, quæ de barbaris populis, nouique orbis hominibus vocata eſt. *Pacem* ergo interpretabimur veteris orbis gentium vocationem ad fidem, diuerſa, vt monitum eſt, ratione inita ab ea, quæ vocatæ noui orbis nationes ſunt, quod argumentum eſt huius commatis, ac præcedentium à Verſu 8. Sed quia in applicandis huic ad hunc ſenſum verbis non vna poteſt excitari quæſtio, ſingula ſuo ordine agitanda ſunt, ne quid auidus Lector in noua interpretandi ratione deſiderare poſſit.

V. Prima, quo ſenſu dictum: Ex quo? An cauſa reddatur, eius quod præceſſit: Ego murus? Sic enim quidam exiſtimant. Ex quo pacem coram eo reperi, murus ſum facta. Sic B. Agnes poſt deſponſationem cũ Chriſto, nullum alium amatorem inuenit. Vera doctrina eſt, ſed huic loco minus apta.

Ex quo, quod hic ſignificet.

Prima quæſtio, quo ſenſu dictum ſit. *Ex Quo.* Nam quidam cauſam hæc continere volunt eius, quod præceſſerat. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris. Ex quo illi intimè ſum coniuncta, illiuſque fauore conſequuta, vt nihil reſiduum ſit antiquæ ignobilitatis, abiectæque fortunæ, omnium bonorum communione donata, immo & appellationis eiuſdem honore inſignitur, tantæ humanitatis, ac beneficentiæ memor, ita me comparaui, vt nullum alium amatorem admittam, ſed velut obiecto impenetrabili muro arceam quidquid alienum eſt, turreſque obijciam probe munitas, ac multa virtutum cohorte armatas; quæ aduerſariorum conatus omninò repellam.* Sic B. Agnes dicebat: *Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretioſis; tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas, & circumdedit me vernantibus, ac corruſcantibus gemmis: poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam.* Vera doctrina eſt, ſed ex locis alijs potius, quam ex hoc confirmanda, cuius alius ſenſus eſt: tametſi animaduertimus Ambroſium in eundem ſenſum propendere. Ser. 22. in Pſal. 118. Et Theodoretum.

Ex pace cũ Deo, aduerſus hoſtes munimenta cõparantur. *Ambroſius.*

Ambroſius. Theodoretus.

VI. Et vna originum obſeruatione conuellitur. Nam AZ, aduerbium temporis eſt. Tunc, ſiuè ex tunc, ſiuè ex eo tempore.

AZ quid Hebręis. *Genebrardus.*

Sed vnica obſeruatione originum is ſenſus conuellitur, nam, quod ambiguè redditum à vulgato eſt, ſi fontes conſulas, ambiguum minimè erit. Pro, Ex Quo, legitur, AZ, quod aduerbium eſt tempus ſignificans, *Tunc temporis, Tunc fui in oculis eius inueniens pacem*, quo pacto docti quidam viri tranſtulere. Aut: certè interpretari poſſumus,

mus, quomodo, & vulgatum intellexiſſe arbitramur, *Ex Eo Tempore, Ex Tunc*, vide, quæ ad hunc locum diximus Dramatico Comment. Cap. 8. Not. 30. Eius ergo, quod dixerat: *Ego murus, & vbera mea ſicut turris*, effectum non cauſam hæc continebunt. Ideo enim *Facta Eſt Quaſi Pacem Reperiens*, quia *Murus* fuerat, ſuis *propugnaculis* probe munitus. Ne autem exiſtima veram cauſam, ſed vel diſpoſitionem, vel conditionem, aut certè rerum conſequutionem, & ordinem indicari: Non enim ideo ad *Pacem* vocata eſt, *Eamque Inuenit*, quod dotibus illis naturalibus ornata fuiſſet, tantũ enim bonum vocatio ad fidem eſt, vt nullam habere naturalem cauſam, aut meritum poſſit: eſt enim diuinioris ordinis res, ad quem quantumcumque exerat natura vires, ac omni aſſurgat conatu, peruenire non poteſt: iacet ipſa humilibus affixa rebus, & omnis illius vis imbecilla eſt, vbi primum extra ſuas metas excurrerit, ignobilique origine nata, quæ ſupra ſe tolli videt, humilis ipſa deſpectat, venereturque: ordinem ergo, ac rerum conſequentiam hic agnoſces; prius enim fuit dotari donis illis naturalibus, de quibus hæc interpretamur, quam ad *Pacem* coniunctionis cum *Chriſto* vocari. Quemadmodum enim ſemper gratiam antecedit natura. Sic naturæ ipſius diuitiæ, gratiæ diuitias antecedunt, hæ ſubſequuntur. Prius ergo *Murus* fuit, ſuis *Propugnaculis turribuſque* ornatus, id eſt, dotibus illis naturalibus largiter donata: inde factum eſt, vt per paranymphos Apoſtolos vocaretur ad *Chriſtum*.

Erit ergo pax effectus eius quod dixerat: Ego murus. Non autem verũ effectum puta. Sed cõſequutionẽ, & temporis ordinem. Siuè conditionem. Prius fuit dotibus illis ornari deinde vocari ad fidem. Vocatio enim extra omne meritum naturæ eſt. Temporis ergo ſignificatur ordo. Nam ſicut natura gratiam. Ita natura dona gratiæ dona præcedere eſt opus.

Comment. Dram. Fortitudinis, ac perſeuerantiæ in tẽtationibus fructus pax.

Pax vnius Dei donum quo non pertingit natura.

Naturæ dona donis gratiæ priora.

NOTATIO XXXIV.

CORAM EO QVASI PACEM REPERIENS.

QVæſtio *Alia de nomine, Pacis*, *curque eam ſe non inueniſſe*, ſed *Reperiſſe* dicat. Et quidem *Pacis* hoc loco vocabulum ad connubium pertinere monuimus: arbitramur enim non eroticum modo, ſed connubiale eſſe vocabulum, nec ad omnem *pacem* extendendum, ſed ad eam, quæ amantibus honeſtè contingit, poſtquam à ſpe & votis venere ad ſpei, & votorum ſcopum, thalami maritalis conſortium ſcilicet. Id vt ita ſtatuamus, non vnum argumentum cogit. Nam *Pacem* hanc fructum myſtici coniugij eſſe indicauit ſatis Iſaias, cum poſtquam de connubij *Verbi* cum *Eccleſia* nexu per incarnationem dixiſſet: *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*; ſtatim addidit; *Vocabitur nomen eius Pater futuri ſæculi, Princeps pacis*. Et mox: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis*. Iſa. 9. 6. 7. Mirum eſt adhuc paruulo, & recentiſſimè nato nomen iam Patris imponi, & numeroſam dari ſobolem. Sed erat quidem ille cum naſceretur corpore paruulus, ac ætate tenerrimus. Sed poteſtate, ac facultate ad gignendam myſticam prolem maturus, atque ideo per carnis aſſumptionem *Eccleſiæ* copulatus, breui nobiliſſimæ, ac numeroſiſſimæ prolis matrem effecit. Simul ergo, & *maritus*, & *Pater* effectus, eam *Eccleſiæ pacem* attulit, quæ iura honeſti coniugij ſequitur, fructuſque eius vinculi eſt, quo myſticum connubium conſtat. Ideo, qui *futuri ſæculi Pater* dicitur, ſimul etiam *Pacis* dicitur *princeps*, & cum *multiplicatione* illius *imperij pacis* eiuſdem *æternitas* prophetatur; quemadmodum enim ſibi iunctam ſemel *Eccleſiam* connubij ſacri vinculo dimiſſurus nunquam erat; ſic *Pacem* illam connubij illius ſobolem, nullæ vnquam turbæ nulla bella inquietatura erãt: Non ergo ea *Pax* finem habitura, & merito quidem, canitur. Sic etiam Pſal. 127. Cum de myſtico hoc coniugio multa fuiſſent dicta, & fauſta multa cantata, demum ſubiungitur. *Videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael*. Pſal. 127. 6. Nam poſt maritales complexus, ac filiorum pignora ea potiſſima vota ſunt, Pax & coniunctio, quam nulla aduerſa fortuna, aut caſuum varietas poſſit turbare.

I.

Pax hoc loco, ad connubiũ pertinet. Et verum eſt, qui honeſtis nuptijs iuncti. Id ſatis ab Iſaia indicatur. Qui indicat e Chriſto nato: Pacis principatum tribuit. Et quidem nunquam defitura. Recens autem natus Pater iam dicitur. Quia iam tũc aptus ad myſticam prolem gignendã. Pacis verò author fuit connubialis. Simulque, & Pater futuri ſeculi. Æterna pace fundati. Sic & etiam Pſalmo 127. Cum ſobolis multiplicatione coniũgitur pax.

Pacis vocabulũ hoc loco eroticũ eſt, & connubiale.

Iſa. 9. 6. 7.

Chriſtus adhuc paruulus, aptus ad prolem myſticam gignẽdam.

Chriſtus ſimul Pater multorum filiorum, & pacis æternæ princeps.

Pſal. 127. 6.

Poſt filiorum pignora vota maritorum pax, & coniunctio.

Id obſeruabis hoc loco: nam eadem, quæ *Pacem* ſe *Reperiſſe* affirmat *Sponſa*, mox *Sponſum Pacificum* vocat. *Vinea fuit Pacifico*: vt intelligas, quemadmodum *Pacifici*, ſeu *Salomonis* nomen, vt in Hebræo eſt, connubialis eſt appellatio, vt eo loco docebimus, ſic cum *Pacem* nominat, non aliam intelligi, quam eam, quæ Sacri huius connubij, vel fructus, vel pignus eſt. Quin potius, ſi memineris, ſupra cap. 7. 1. *Sulamitem* appellatam, communicato à *Salomone* nomine, quod connubio iunctis ſolemne eſt, intelliges, hoc loco, cum dicitur *Pacem Reperiens*, ſenſum eundem eſſe, non enim alia *Sulamitis* eſt, quam quæ *Repererit Pacem*, repertaque ſine metu fruatur. Atq; hæc altera coniectura ſit, ad hunc ſenſum firmandum. Tertia, ex nexu, ac comparatione horum cum his, quæ proximè præceſſere, ſumenda eſt: nam ſe certè cum *parua ſorore* comparat, cuius ipſa de nuptijs anxia, rationes ab *Sponſo* exquirebat, quibus collocari in matrimonium poſſet: *Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Indicatis autem ab ſponſo conſilijs, ac rationibus, quibus id tandem poſſet fieri,

II.

Ideo, quæ pacem, ſe reperiſſe dicat. Statim ſponſum vocat Pacificum. Sic ſupra ſulamitis à Salomone vocata, marito. Quod idem cum ea, quæ pacem repererit. Etenim ſe cum ſorore comparare cõparet parua. Oſtenderitque ſollicitam de illius nuptijs.

Cant. 7. 1. Eccleſia ſulamitis dicta verò Salomonis coniugio iuncta.

Rationes aliæ cur hanc pacem connubialem dicamus.

Cum ſe pacem reperiſſe dicit.
Eam intelligit pacem, quæ cõnubialis ſit.
Vt verba verbis reſpondeant.

fieri, aucta ſcilicet dote, quæ amabilem procis faceret; ſubdidit illa. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum pacem reperiens*, quo ſatis innuit, verba verbis reſpondere, & quod ante de *ſorore* dixerat, *quandò alloquenda eſt*, idem eſſe, quam. quod de ſe dicit. *Facta ſum quaſi pacem reperiens*. Id ergo ſit certum, formam hancce loquendi ad coniugium pertinere, cuius ipſa fœlicitate non eadem cum *ſorore* ratione donata ſit.

III.
Reperiſſe autẽ eã ſe pacem dicit.
Quia nullo ſuo merito ſibi ſciebat datam.
Seque gratis eiſ dẽ nis ornatam.
Quibus allicere paranymphos poſſet, Apoſtolos.

Reperiſſe ſe pacem Eccleſia dicit, quia nullo ſuo merito ea donata eſt.

Cur autem ſe eam *pacem reperiſſe* dicat, tertia Quæſtio, nec difficilis explicatu eſt, nam certè nihil aliud indicat, quam ſe nullis ſuis meritis, nulla diligentia in tantam fortunam eſſe vocatam. Pertinebit ergo ad animi grati ſignificationem, agnoſcentis beneficium *Chriſti*, cuius vnius fauore ſit factum, vt *ſorori* ſit prælata, nec prius ſolum vocata ad illius coniugium, & maioris *ſororis* honore donata, ſed etiam in eis donis prælata, quæ allicere, atque inuitare Paranymphos Apoſtolos poſſent, vt eam ad *Chriſtum* perducerent, futuram conſortem thalami; cum tamen & *ſorori* ſerius fauor impenſus ſit, nec eæ communicatæ dotes, quæ commendare puellas amaſijs ſuis ſolent. Atque ea vis eſt eius formæ loquendi, qua ſe *Pacem Reperiſſe* dicit, ſi tamen quidpiam myſterij latet in ea voce, quod fortaſſe negabunt alij, nec improbabiliter loquuturi.

IV.
Quaſi, particula non cum pace ſed cum verbo reperiens iungenda.
Quo pacto aptum continebit ſenſum.
Nec enim pacis donum extenuat.
Sed exaggerat felicitatem.
Quod id cõſequuta ſit, quo votis omnib. properarat
Sic etiam Iſaias eã de eadem re loqueretur.
Quaſi ſponſam ornatam dixit Eccleſiam.
Id eſt eo cultu, qui deceret talem ſponſo.

Quaſi particulã quo ſenſu hic poſita.

Sed de particula, *Quaſi*, moueri quæſtio nec inutiliter poteſt, quo ſenſu ſit poſita: nam ſi eam iungat cum *Pax*, videbitur *Pacem* dicere, quæ pax veræ minimè ſit, quod Philoni placuiſſe ſupra monuimus, Not. 34. num. 5. Sed probabilius multo eſt, non cum *Pace*, ſed cum verbo *Reperiens* eam particulam eſſe iungendam: in eum ſenſum. *Murus ipſa ſui, nec turribus indigus, nec propugnaculis parcè munitus, nam & naturalibus donis diues, quo allicerem Euangelij ad me miniſtros multum habui: indè autem factum eſt, vt & id conſequuta ſim, vt, ingenti fœlicitate donata, gauderem, quaſi, quæ pacem repererim: vtpote cui omnia vota complere donatum ſit.* Non ergo *Pacis* donum extenuat, tanquam aliquid ſit, quo minus nomine tanto ſit digna; potius exaggerat felicitatem ſuam, quòd non alia ſit, quam illius, quæ *veram Pacem, altam, duraturamque repererit*. Et id ergo pertinet ad gaudia *Eccleſiæ*, quæ id conſequutam ſe dicat, quo votis omnibus properarat, & in quo tandem conquieſceret. Geminum huic locum, nec ſenſu diuerſum apud Iſaiam habet. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me veſtimento ſalutis & indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* Iſa. 61. 10. Cum enim dicit, *quaſi ſponſum, & quaſi ſponſam*, non extenuat felicitatem ſuam; potius commendat gaudia, immo & gaudiorum fontes indicat, deſponſationem ſcilicet, qua factum eſt, vt Deo intimè vniretur, eoque felicitatis vocaretur, quo vota longius proferri non poſſent: ſed magnitudine gaudij obruiſſe omnino ſentirent.

Quaſi particula ſæpè rem nõ extenuat, ſed exaggerat.

Iſai 61. 10.

V.
Id ex alia particula intelliges, coram eo.
Qua ea pax ſignificata, quæ ſumma ſit.
Cui nec quidquã deſit, nec finẽ habitura ſit.
Talis ab Iſaia deſcribitur.
Et ex omni circumſtantia exaggeratur.
Quæ cum impetu quodam influat.
Admodum flumi nis exundantis.
Quæ pelagi profunditatem imitetur.
Quæque cum vna ſit omnia bona cõplectatur.
Quæ etiam fœcunditatis bonum habeat.
Et æternitas ipſa coronet.
Nullo vnquam caſu turbandam.

Corãm eo forma loquẽdi, qua rei perfectio ſignificatur.

Id autem intelliges, ſi particulam aliam expenderis, *coram eo*, qua ſignificari monuimus Dramat. Comment. cap. 8. Not. 31. augmentum, & quandam quaſi perfectionem rei, cui nihil vlterius addi poſſit, aut vix poſſit. Exempla ex ſcripturæ vſu eo loco habes. Ergo hoc loco eam ſignificabit *pacem*, quæ perfecta, & ſumma ſit, cui nihil addi felicitatis poſſit. Ea autem & cumulum bonorum omnium complectitur, & perpetuitatem; cui neque in ſe ipſa aliquid deſit ad vota, nec metu vlterius pulſari poſſit, ne vllo caſu, vel minuatur, vel finiatur. Cum ſcilicet canere ea pace gaudens victorias poteſt, & triumphos, poſt hoſtes prorſus debellatos, ac ſub iugum miſſos. Talis ea quam deſcribit Iſaias Cap. 48. 18. 19. *Vtinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris. Et fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui, vt lapilli eius: non interiſſet, & non fuiſſet attritum nomen eius à facie mea.* *Pacem* per omnes circunſtantias deſcribit. *Pax erit, quæ cum impetu quodam influat, cui reſiſti non poſſit, quemadmodum amnis cum collectis ex montibus per hiemem aquis non impleuerit modo ripas, ſed longè, & latè ſtagnantibus aquis omnia inciderit, cui nulla moles obiecta poſſint obſiſtere, quin præcipiti curſu deuehatur in mare. Pax erit altiſſima, atque affluentiſſima, cui nulla humana cogitatio fundum inueniat: quemadmodum in altum prouectis pelagus aquarum altitudinem nulla arte permetiri conceditur. Pax erit, quæ, vna cum ipſa ſit, infinita bona complectetur, quæ qui numerare voluerit, haud magis poterit, quam ſi maris arena numerum inire tentarit: infiniti illius fructus erunt, quemadmodum ex vno ſemine vbere ſolo ſato ſine numero grana generantur. Pax erit quam fœcunditas ipſa commendet, teque infinita ac nobili prole matrem faciat colonos orbi toto ſuffecturam. Pax demum æterna erit, cui nullus aduerſus caſus timendus ſit, nec metu turbetur, veritane quis ſit, qui feliciter currenti modum poſſit ſtatuere aut curſum retardare, quoad velut plenis velis fauente aura vectum nauigium in portum æternæ pacis inuehatur.*

Veræ pacis duæ circũſtantiæ, plenitudo bonorũ, & perpetuitas.
Iſai. 48. 18 19.
Iſaiæ locus elucidatus.

Veræ pacis conditiones.

VERSVS XI.

VINEA FVIT PACIFICO IN EA, QVÆ HABET POPVLOS: TRADIDIT EAM CVSTODIBVS, VIR AFFERT PRO FRVCTV EIVS MILLE ARGENTEOS.

COMMENTARIVS.

DE *aduocandis barbaris, ac remotis ad Euangelium gentibus* hactenus communicarat cum *Chriſto* conſilia; ea nunc cura perfuncta, de adminiſtratione familiæ, quæ multitudo fidelium eſt, agere incipit ſub metaphora *Vineæ*, pingui ſolo plantatæ: cui ſi diligens adſit cultura, vberrimos fructus ex ea ſperare poſſit Dominus: Hanc *Vineam* Fidelium multitudinem eſſe, pleriqꝫ conſentiunt, ideo *Plantata* dicitur *In Baalhamon*, ideſt, *In Nationum Multitudine*, vt notauit Ambroſius ex ſymmacho, & Aquila. Hanc autem peculij iure *Pacificæ ſe* dicit, id eſt, veri *Salomonis Chriſti*: quia verè illius vna poſſeſſio eſt, precio ſanguinis empta, gratiarum fluentis rigata, multa cultura ad vbertatem prouecta. Eam tradidiſſe *Cultoribus*, qui nomine *Cuſtodum* intelligendi, quorum eſt ſcilicet ruſtica omnia obire munia: id eſt, quidquid neceſſarium ad *Eccleſiæ* ipſius pertinet bonum, profectumque grauiter, ac ſolerter obire. Ii ſunt omnes illi quibus aliquod ſtudium in aliorum bonum commiſſum eſt: Apoſtoli, verbi miniſtri, Prælati, ac cæteri Eccleſiaſticæ Hierarchiæ gradus, in fideliũ inſtituti bonum, ad promouendam pietatem. Inde ingentes vtilitates futuras, quidquid enim vbertatis *Vineam* nobilitabit, in Domini, id eſt, *Chriſti*, obſequium cedet: Significatur autem indefeſſum miniſtrorum ſtudium, qui æmulo labore culturæ impendunt ſeſe *Millenarius* autem numerus pro ingenti poſitus eſt, vt ſæpè alias: ſed percenſentem hæc ſuis verbis Eccleſiam audiamus.

ENARRATIO.

DE ſorore quidem minore ingenti cura perfuncta, domeſticæ rei, adminiſtrationiſque ſollicitudo nunc angit. Magnum omninò negotium, & cui vel gigantæi humeri ſatis non ſint; ſed arte tamen vtendum eſt; diuiſiſq; ſtudijs, ac laboribus, haud grauatè cuncta ſequuntur ad votum. Video Sponſi mei, verè Salomonis Vineam ingentem fidelium meorum multitudinem, nemini enim aditus negatur ad regnum; & quidquid ſparſum per orbem eſt, quas infinitæ ſe nationes fundunt, habitu, forma, atque inſtitutis diuerſæ, ſed vna fide Chriſti copulatæ, ad hanc Vineam pertinere. Video non vnius eſſe virium, ac diligentiæ culturam tam latè patentis agri: opus ergo multos ad laborem conſtituta euocare mercede. Ea cura Pacifici mei erit, qui pro ſingulorum facultate vinitorum laborem ſingulis diuidet. Haud deerunt, qui ſtrenuè ſe accingant operæ, &, honeſto inuitati ſtipendio, culturæ manum admoueant. Apoſtoli erunt, eorumque in eo munere ſectatores; Prælati, ac Sacerdotes, ſuis ordinibus, gradibuſque diſtincti, cæteriſque verbi miniſtri, ac Sacramentorum adminiſtratores, atque Eccleſiarum præfecti; quorum in partem ſollicitudinis Viri religioſi accurrent. Id autem nunc maximè curandum eſt, pace parta poſt diuturna bella, cum minus ante licuerit, per diuturnas perſecutionũ procellas. Hi ſimul vinea, & cultores erunt, ne operarũ ignauia generoſæ alioqui vites,

aut

aut ſterileſcant, fructumque negent, aut luxurient, & cum multa pampinorũ ambitione ſeſe oſtentent, vuarum maturitatem impediant: & Cuſtodes, qui beſtias fureſque ab acceſſu prohibeant. Nec puto opera Dominum pœnitebit; certa vtilitas, nec contemnenda lucra erunt. Annitentibus ſingulis pro virili parte boni Domini, ac benefici, quique & ſciat, & poſſit alacritatem operariorum ſuo præmio cumulare rem augere. Ingens ergo prouentus erit, vndè familiæ largiter alimenta præbeantur.

SVM. COM.

I.

Locus intricati ſumus, & difficillimus. Sunt autem Eccleſiæ verba. Quod modus ipſe loquendi ſatis perſuadet. Cum de tertio ſit ſermo, qui alius, quã Chriſtus eſſe non poteſt.

II.

Eruendus autem ex Dramatico ſẽſus liberalis. Quanquam ſunt, qui omnia pertinere ad ſolum dramaticam putant. Vineam habuiſſe Salomonem. Ex qua prouentus ingens. Huic Eccleſiam ſuam comparari. Scilicet fidelium multitudinem. Totum ergo hunc verſum comparationis alteram partem corruere volunt. Id verò nobis omnino nõ probatur. Nam mirũ certè integrum comma otioſum eſſe. Et Salomonis nomen ad Chriſtũ non pertinere. Nec aliam fuiſſe vineã quam Salomonis. Cui Eccleſia compararetur. Quæ tamen ne fruſtra tot notis deſignata eſt. Id à vulgata intellectum. Cum Hebræas voces in ſua ſignificata diſſoluit. Mirum eſt non defuiſſe, qui huic ſentẽtiæ hærerent. Rei forſitan difficultas coegit in ea. Sed ea tanta non eſt quin ſuperari poſſit.

III.

Veteres in Salomoni Chriſtum, in Vinea Eccleſiam deſignatam volũt. Quorum authoritatem ſequi haud piget.

NOTATIO XXXV.

VINEA FVIT PACIFICO.

MONVI *loco alio locum hunc intricatiſſimum eſſe*, omnium confeſſione, quantum attinet ad Dramaticum ſenſum: nunc addo non minus difficultatibus impeditum ſi arcanam ſententiam velis vimari. De perſona interloquente dubium eſſe non poſſe videtur, quin *Eccleſia* ipſa ſit, etiam apud illos, qui quod commatè proximò dicitur: *Vinea mea coram me eſt*. *Sponſo* ſeù *Chriſto* tribuendum arbitrantur, de quo cum in illum locum venerimus. Eſſe autem *Eccleſiæ* verba, modus ipſe loquendi ſatis confirmat: cum quiſquis loquitur, de perſona tertia loquatur, nec poſſit alia cogitari, quam *Chriſtus*, qui verus *Salomon* eſt; quemadmodum in originibus dicitur, ac verè *pacificus*, vt vulgatus habet. Id ergo ſit certum.

Verba Eccleſiæ.

Quantum ad corticis ſenſum, ſatis ſuo diſputatum eſt loco, indè ſumenda, quæ in hunc neceſſaria videbuntur. Quidam, toto hoc verſu nihil eſſe, quod ad arcanum pertineat ſenſum, arbitrantur, præterquam comparationis vnam partem, in qua myſtici ſignificatus nulla latet: exiſtimant enim, hic non aliud habere verba in receſſu, quã exterius ſonent. *Vineam* Scilicet habuiſſe *Salomonem*, (aut potius latifundium) vberrimo ſolo plantatam, ſedula cultorum opera cultam, vndè eidem ingens prouentus; non vini quidem, ſed pecuniæ, quam quiſque Domino certo canone ex condicto penſitaret annis ſingulis. Nec aliud his verbis myſterium contineri. Huic *vineæ* ver. ſeq. *Sponſa* ſuam comparare, *Eccleſiam* ſcilicet Catholicam, quæ tamen vtilitate tantum illi *Salomonis* præſtaret, quantum ſpiritualia ſæcularibus præſtant: & humanis Diuina. Itaque totam arcani ſenſus vim verbis illis includunt: *Vinea mea coram me eſt*: huic autem loco, quem tractamus, ſolam eam comparationis partem concedunt, ex cuius ſeù collatione, ſeù ſimilitudine *Eccleſiæ vinea* commendetur. Sic doctus de recentioribus Author. Magni hunc Authorem facimus, ſed eius hic interpretandi formam probare non poſſumus. Nam certè mirum ſit, integrum comma, quod alias nunquam factum eſt, arcano carere ſenſu; mirum eſt *Salomonis* nomen, quod non alias niſi pro *Chriſto* poſitum eſt, hic non niſi profanum eſſe nomen, illumque ſolum deſignare, qui libelli huius eſt author: mirum eſt *Salomonis* vſurpatam pro exemplo *vineam*, cum æque ſeruire comparationi poſſet quæcumque alterius, neque enim puto ſolam *Salomonis vineam* aut ingentem eſſe, aut fructiferam, cum pingui tellure, & campo, qui deſignatur *in Baal Hamon*, multorum aliorum prædia eſſent, quibus comparari *Sponſæ Eccleſiæ vinea* poſſet: mirum eſt per conceſſionem Rhetoricam, quod author ille voluit, *Vineam Salomonis* inductam, quæ nulla eſſet, eamque tam ſingularibus notis deſignatam; à loco, in quo plantata; à Domini ſollicitudine in ea elocanda; a cultorum diligentia in ea excolenda; ab vbertate fructuum, è quorum pretio tam grandis canon Domino penſitaretur. Quid verba, & tempus perdimus in confutanda ſententia, quam vulgati ſollertiſſimum iudicium iam olim damnauit, cum nomine, quæ videbantur propria eſſe, in ſuum ſignificatum diſſoluit, pro *Salomone pacificum*, & pro *Baal Hamon*, *eam, quæ habet populos*, vt in myſterium intenderet digitum? Sed multo magis miramur non defuiſſe, qui per incertam, ac difficilem ſemitam, quæque in militarem viam non deſinat, præeuntem vnum ſequuti ſint: viri alioqui fama doctrinæ clari. Puto, non inueniſſe cogitando quo pacto duarum, quæ nominari, ac diſtingui videntur, *vinearum* ſignificatum myſticum traderent: niſi alteram ad arcanam ſententiam minimè pertinere affirmarent: ſed quanquam id, difficile eſt, inuenire; poteſt tamen, & quidem non ſordidè & demiſſe, in aptum & grandem ſenſum exponi.

An hoc comma ad arcanam pertineat ſententiã, quod quidã negant.

Integrum comma arcana carere ſententia, incredibile eſt.

Circunſtantiæ, quibus deſcribitur vinea, arcanũ quid continere confirmant.

Vulgati ſolers iudicium, qui digitum in myſteriũ intendit.

Veterum ergo ſequamur veſtigia, qui vno agmine in *Salomone* ſeù *pacifico Chriſtum*, in *Vinea Eccleſiam* intellexere, quanquam in exponendi ipſa ratione non omnibus eadem fuit mens. Si ſunt Ambroſ. ſerm. 22. in Pſalmum 118. tres apud Theod. PP. Gregor. PP. Philo Carpat. Iuſtus Vrgel. Caſſiodorus, Beda, Anſelmus; quibus accedere

Veteres omnes PP. myſteriũ in his verbis agnouerunt.

Ambroſius. Tres Patres. Gregorius. Philo Carp.

Digitized by Google

Licet non eadem omnes via iuere. Arcanum tamen latere aliquid arbitrati ſunt.

dere poſſunt alij, qui quanquam de pia anima interpretantur, vt Theodoretus, & Philo; vel de Synagoga, vt Aponius, & Gregorius; vel generatim de *Eccleſia*, in fide, non in ſemine, Abrahæ *plantata*, vt Rupertus omnes tamen agnouere, arcanum aliquid in hiſce verbis latere, quod ad potiſſimam ſententiam pertineret.

Iuſtus Vrg. Caſſiodorus. Beda. Anſelmus. Honorius. Angelomus. Theodoretus. Aponius. Rupertus.

IV.

Hebræi Synagogã agnoſcunt. Quã per Prophetas Dominus coluerit.

Id haud diſplicuit quibuſdam ex noſtris.

Id minime probandum eſt.

Nam Synagoga ſterilis ſemper fuit. Hæc vinea maximè vtilis Domino ponitur.

Illam ſterilitate æterna damnauit.

Id intelliges ex parabola vineæ.

Alioqui ad hanc pertinent illa ducenti ijs, qui cuſtodiũt fructus eius.

Synagoga vero tam non vtilis cultoribus.

Vt eos potius malè multatos dimiſerit.

Nec ergo comparatur cum Synagoga Eccleſia.

Hebræorum Doctores hic Synagogam agnoſcunt, & in *Solomone Meſſiam*, qui *vineam* ſuam per Prophetas excoluerit. Sequuti id, ſed alia via de noſtris DD. quidam Synagogam *Vineam* eſſe *Domini Sabaoth* Iſa. 5. 7. eam *in illa quæ habet populos* poſitam, quia in multitudine filiorum Iſrael, quibus vix maris arenæ fuere pares: hanc Deum *cuſtodibus* tradidiſſe, Moſi & Prophetis, qui eam excolerent. Sic ferme Gregorius. Sed obeſt huic interpretationi, quod additur: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, quo ſatis innuitur *Vineam* maximè fuiſſe proficuam, cum tamen de Synagoga ſit dictum: *Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Quid eſt quod vltra facere debui Vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas?* Iſa. 5. 2. 4. Tam ergo abfuit, vt vtilis domino eſſet hæc *Vinea*, vt potius ingratitudine ſua ſit merita, vt abijceretur, omnique cultorum ſtudio, ac operâ priuata, ſineretur ſterileſcere, atque in prædam ferarum abire. *Auferam ſepem eius & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam deſertam; non putabitur, & non fodietur; & aſcendent vepres, & ſpinæ; & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem.* Non ergo ad Synagogam pertinet locus hic; quod etiam intelliges ex *Vineæ* parabola, Matth. 21. Eſt & alia ratio, qua id conuincitur: nam ad hanc eandem *Vineam* pertinet, quod proximò commatè dicitur: *Et ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius*; quibus ſtipendium cultorum deſignatur, ex *Vineæ* eiuſdem prouentibus; vt eo loco docebimus. Cum tamen *Vinea* Synagogæ adeo non vtilis cultoribus fuerit, vt non niſi malè multatos dimiſerit. S. D. E. *Quem Prophetarum non ſunt perſequuti Patres veſtri? & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu Iuſti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis?* Act. 7. 52. Hinc intelliges, non comparari *Eccleſiam* cum Synagoga; quod quidam arbitrati ſunt, vt quòd hic dicitur de Synagoga accipiatur, de *Eccleſia* autem quod proximè ſubditur: *Vinea mea coram me eſt.*

Synagogam in vinea, qui conſiderent.

Iſa. 5. 7. Gregorius. Iſai. 5. 2. 4. 5.

Hæc vinea ſynagoga nõ eſt, quæ ſemper ſterilis fuit: cum hæc vberrima dicatur *Matth. 21.*

Synagoga cultores male multatos ſemper dimiſit.

Actor. 7. 52.

V.

Eam Vineam Ambroſius putat.

Quam repudiata Synagoga vinea. Deus in nationum multitudine plantauit.

Sed dubium cui ſtatui hæc aptanda.

Qui omni tempore cultores in vineã ſuã miſerit Deus.

A primo mane ad veſperam.

Quorũ labore vinea coleretur.

Vt videantur hæc nullum ad certũ tempus arctãda.

Aptius Ambroſius alijque, qui *Vineam* hoc loco generatim *Eccleſiam* intellexere, id eſt fidelium ſub vno capite congregationem. *Plantata eſt*, inquit ille, *congregatio populorum, ſed vitis æterna radice fundata, & ſpiritualia ſub iugum Verbi corde manſueto colla ſubnecti. Plantata autem in multitudine nationum, (hoc enim intelligendum Baalhamon, Symmachus, Aquila, aliæque tranſlationes docuerunt) Repudiata eſt vetus copula, quæ fructum afferre non poterat; data eſt vinea nouis, fidelibusque cultoribus, qui non ſolum facere fructus poſſent, ſed etiam cuſtodire.* Serm. 22. in Pſal. 118. ſub finem. Sed in re, vt arbitramur certa, vnum incertum eſt, quem ad ſtatum *Eccleſia* referenda hæc ſint. Nam certè nouum Deo non eſt, ex quo *Eccleſia* in Adamo fundata eſt, vigili ſtudio eius commoda procurare, & ad culturam operarios, ac cuſtodes ſuo tempore ſubmittere, qui locatis operis nihil eorum prætermitterent, quibus gnaui curatoris conſtat officium. Ille eſt, *Qui exijt primo mane conducere operarios in Vineam ſuam.* Matth. 20. 1. Nec contentus ſub diei initium conduxiſſe, etiam circa horam tertiam, ſextam, nonam, & vndecimam alios in *Vineam* miſit, quorum diligentia coleretur. Quo probari videtur, quæ hoc commatè dicuntur, non ad certum tempus referenda, ſed generatim intelligenda de Dei erga ſuam *Eccleſiam* ſollicitudine, quam nullo tempore intermittit.

Ambroſius. Vinea hæc Eccleſia eſt, in nationum multitudine plantata.

Incertum cui tempori hæc aptãda.

Matth. 20. 1.

VI.

Sed ſub finẽ Cantici hæc referuntur, haud ſine myſterio.

Poſtquam de collocanda Sorore cũ Sponſo egiſſet.

De Eccleſia ergo interpretemur.

pace per Conſtantinum gaudẽte.

Et ad Sacram adminiſtrationẽ ſtudia conuertente.

Quandoquidem, nullo iam turbãte. Licebat ad vineæ culturam conſilia conferre.

Quod ſtudiũ matrũ familias proprium eſt.

Contra extremo tantum hoc Cantico de ea re ſermonem inductum, ordo ipſe rerum, & ſeries interpretationis perſuadet, haud vacare myſterio: & quidem poſtquã *Eccleſia* conſilia ſua cum *Chriſto Sponſo* communicaſſet, de vocandis ad Euangelij gratiam barbaris, incultiſque nationibus, in *Sorore parua* ſignificatis. Id facit, vt exiſtimemus, hæc ad ea tempora pertinere, quibus *Eccleſia*, pace iam per orbem, poſt diuturnas perſequutionum pugnas, & ardua prælia, parta, ad pacis artes conuertere ſtudia potuit; id eſt, ad Sacram adminiſtrationem. Huc ergo aduocat *Sponſi* ſollicitudinem, ſine quo ſciebat fruſtra omnem operam, ac diligentiam eſſe. Quod ergo dicit: *Vinea fuit pacifico, & tradidit eam cuſtodibus*, quanquam præteriti temporis verbis enunciatum eſt, non ad præterita referendum omnino: non enim eorum tam narrationem continent, quæ facta fuerint, quam hortamenta, & preces ad ea perficienda, quæ reſtant. Fuit quidem *Pacifici* ſemper *Vinea*, ſed nunc id agit, quandoquidem eam iam nullo turbante dominium poſſidet, æquum eſſe, & omnia eo ſtudia vtriuſque conuertantur, vt ſedulo culta, ac diligenter, vberiores fructus Dominis referat, vndè abundè familia ſuſtentetur. Matres enim familias ea decet maximè cura, ne quid familiaris rei pereat: ſed improbo ſtudio, ac labore vigili omnia in vtilitatem familiæ cedant. Agnouit id Anaſt. Syn. lib. 10. Anag. Contemp. in Hexæmeron ta ipſa inducens verba *Vinea mea coram me eſt. Hoc modo etiam Chriſti adiutrix dicitur Eccleſia, eo quod ipſa poſt*

Hæc Eccleſiæ poſt Conſtantini pacem conuenire monſtratur.

Præteritum pro præſenti.

Parta per Conſtantinum pace, ad gubernationẽ ſtudia conuertuntur Eccleſiæ.

Vna vinea communis Chriſto, & Eccleſiæ fidelium multitudo.

Communis nam quo vinea, communib. ſtudijs procuranda maritis.

Nã in Sacra adminiſtratione quędam Chriſti ſunt, quædam Eccleſiæ propria.
Sed libet ſenſum paraphraſi comprehendere.
Pacis nos artes vocant.
Sed diuidenda munia ſunt.
Tuum vineæ procuratio per cultores.
Vndè vberes fructus referendi.
Ad me domeſtica cura pertinebunt.

Eccleſiæ, quadã Chriſto propria, & quædã Eccleſiæ.

eius aſcenſionem generet, & doceat, & illuminet, & prædicet, & conuertat gentes ad Deum. Vna ergo eademque *Vinea* eſt, quæ, quia communis connubio iunctorum eſt, communibus ſtudijs procuranda eſt; ſed diuerſis tamen operis, ac laboribus, pro conditione cuiuſque. In ſacra enim adminiſtratione Chriſtianæ reipub. quædam propriè ad *Chriſtum* pertinent qua *Caput Eccleſiæ* eſt, & magnæ huius familiæ pater: quædam ad *Eccleſiam* ſpectant, cui ſcilicet ea *Chriſtus* communicat, clauis vtriuſque tradita poteſtate. Is ergo generatim ſenſus horum verborum erit: *Pace per orbem parta, pacis nos artes vocant, & quod ante minus per turbas perſecutionum datum eſt, ad regimen ſacrum ſtudia conuertere decet nos. Neque enim vnius eſt labor tantæ vineæ procuratio. Diuidenda ergo ſunt curæ, & ſtudia partienda; vt, cum quædam tu, potiſſima ſcilicet, per te ipſum adminiſtres, vt virum decet; quædam per me, quando ita places, vxorem tuam, exequaris. Sic ſcilicet certa vtilitas tibi ex Vinea ſua obueniet, & ingenti prouentu rem communem augere licebit, vnde familiæ tantæ alimenta præbeantur.* Hunc generatim huius, & proximi commatis ſenſum eſſe putamus, ſtatim per partes explicatius tradendum: qui certe tametſi nouus, non indignus Cantici huius maieſtate eſt, inque eam ſeries illius tota deſinat, & alioqui, & rerum nexus, & vno filo & ſimplice ducta interpretatio, ſatis eum commendat.

VII.

Sed quæ munia illa Chriſti propria?
1. Arcana prouidentia, qua inuiſus Eccleſiam gubernat.
Ei ſiquidem ad id poteſtas eſt data.
Ad mittendos Apoſtolos in orbem.
Eam enim poteſtatem nõ ſemper habuit.
Datam enim ſibi poſt reſurrectionẽ affirmat.
Scilicet paſſionis, et mortis merito.
De qua Iſaiæ illuſtria verba.
Et Danielis alia æquè grandia.
Nec minus inſignia Pauli.
Ea reſpicit ſpiritale Chriſti regnum.
Et plenisſimum in ordine ad illud dominatum.

Chriſti propriũ arcana prouidẽtia Eccleſiam gubernare.

Hæc poteſtas Chriſto data merito paſſionis poſt reſurrectionem.

Nunc illud videndum eſt, quæ illa ſint munera *Chriſti* propria, quæ nec communicata *Eccleſiæ* ſint; nec niſi per ſe ipſum *Chriſtus*, in *Vineæ* ſuæ procuratione, exequatur. Eſt autem facile ea munia deſignare: Ad *Chriſtum* immediatè ſpectat arcana illa prouidentia, qua *Eccleſiam* ſuam inuiſus ipſe gubernat per arcanos motus, impulſuſque nullo non tempore pro rei cuiuſque immiſſos exigentia. Hoc ſenſu dicebat ille poſtquam iturus in cœlum oculis ſe ſuorum ſubducere cogitaret. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis: & ecce ego Vobis cum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Matth. 28. 18. 19. 20. Non de ea poteſtate loquitur, quam, vt Deus, aut qua homo habebat propter vnionem humanæ naturæ ad ſuppoſitum diuinum. Sic enim, vel ſemper eam habuerat, qua filius Patris: vel ab humana generatione habuerat, vt Deus homo. De alia poteſtate loquitur, qua non niſi poſt reſurrectionem donatus eſt, & quidem paſſionis, & mortis merito. De ea Iſaias dixit. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum; & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur.* Iſa. 53. 10. 11. De ea Daniel: *Dedit ei poteſtatem, & honorem & regnum, & omnes populi tribus, & linguæ ſeruient ei; poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.* De ea Paulus: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen* (poteſtatem authoritatemque) *quod eſt ſuper omne nomen.* Phil. 2. 9 Reſpicit autem ea poteſtas ſpiritale *Chriſti* regnum, quod non aliud, quam eadem hæc *Vinea* eſt, complectitur autem pleniſſimum in *Eccleſia* dominatum, & *capitis* dignitatem, cum facultate etiam pleniſſima omnia ad nutum adminiſtrandi, ac per arcanos motus, impulſuſque gubernandi.

Iſai 53. 10. 11.
Illuſtr locus de hac Chriſti poteſtate.

Daniel. 7. 14.

Philip. 2. 9.
Hæc poteſtas nomen ſuper omne nomen dicta a Paulo.

VIII.

2. Influxus velut à capite in reliqua membra.
Quo ſenſu dicebat ſe vitem eſſe diſcipulos palmites.
Hinc varia membrorum operatio ſecundum menſuram influxus.
Quæ diuerſitas Paulũ non latuit.
Is influxus & per arcanos motus, & per Sacramenta adminiſtratur.
Quibus ille vim communicat.

Chriſtus caput Eccleſiæ in omnia membra influit.

Ioan. 15. 5.
Chriſtus vitis, homines palmites.

1 Corinth. 12. 3.
Secundum menſuram influxus membra operãtur.

Ad eundem ſpectat, tanquam huius myſtici corporis *caput* in cœtera membra influxus, vndè ſingula, & vitam, & ſenſum, & motum participent, qua ratione radix eſt vndè in ramos omnes vis communicatur, ac per arcanos meatus alimenta ſubmittuntur. Hoc ille ſenſu dicebat: *Ego ſum vitis vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.* Ioan. 15. 5. Nullum enim niſi eo influente membrum vitali motu, qualis ad vitam æternam neceſſarius eſt, moueri poteſt: ſingula autem ſecundum menſuram influxus Varie operantur. Is Pauli ſenſus eſt, qui cum dixiſſet: *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto* mox addidit: *Diuiſiones vero gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus; & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* 1. Cor. 12. 4. 5. 6. 7 Hic autem influxus *Capitis Chriſti* in membra, tametſi arcanis motibus, gratijſque ſubmiſſis fit ſæpè, plerumque per ſacramenta, veluti per inſtrumenta & canales quoſdam, communicatur. Vim autem indere viſibilibus rebus ad inuiſibiles illos, ac mirabiles effectus, quibus animi mortalium tranſmutantur, & in nouam abeunt creaturam, ſoli illi conceſſum eſt.

IX.

3. Eius eſt tẽpora obſeruare, & diſponere corda.
Semini verbi iaciendo.
Nã plantare Apoſtolorum eſt, dare incrementũ illius.
Et agentibus in Gentes gratiam transferre.
Et aperire prius corda, vt ipſe ingrediatur.

Obſeruare tempora ad ſemen verbi iaciendum Chriſti propriũ.
1. Cor. 3. 6. 7.
Non eodem tẽpore omnibus gentibus Euangelium nuntiatum.
Act. 13. 48.

Ad eundem ſpectat, dies, & tempora obſeruare, ad Euangelij ſementem iaciendam; & ad eam excipiendam, corda hominum præparare; ne infelici conatu labor procedat. Fruſtra enim agri cultores operam ponent, niſi cœli fauor, & ſolis diligentiam iuuet. Plantare poterunt, rigare poterunt: ſed niſi *Chriſtus* ipſe incrementum det, ſinu terræ exceptum ſemen, pro materna aluo ſepulchrum inueniet. Sic videbis non eodem tempore gentibus omnibus Euangelium nunciatum: aut nunciatum egiſſe radices. *Audientes autem Gentes gauiſa ſunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Actor. 13. 48. Quibus ſcilicet

 Chri-

4. *Eius eſt nouos mi-ſtros excitare.*
Et ijs donis ornare quæ ad tantā rem neceſſaria.
Sic Paulum ſita ipſius voce vocauit.
Et in Apoſtolum initiauit.
Et per eum gentibus intulit Euangelij lucem.

I.

Quæ habet populos, videtur Eccleſia ex gentibus deſcriptio.
Iuuat, & Symmachi, & Aquilæ lectio.
Quas vtraſque Ambroſius mixit.
Sed arctare ad ſolam ex gentibus Eccleſiam haud neceſſe eſt.
Latiuſque ad nationes omnes extendere.
Romano orbe contentas.
Immo toto, quam latè patet orbe.
Indicatur Eccleſiæ fœlicitas
Quæ priusurbibus prohibita, poterat vbique regnare.

II.

Locum hunc vberē fuiſſe diximus.
Innuitur autem orbis diſpoſitio ad Euangelium ſpargendum
Quod alijs verbis dixit Chriſtus.
Cum meſſem multam, et arua alba dixiſſet.
Quæ verba ad ſolos Iudæos arctanda non ſunt.
Eadem autem, & ſementis dicitur, et meſſis, vario reſpectu.
Cum ſemen prædicationis excipit, ſementis eſt
Et ſeminatores ſūt Apoſtoli.
Cum conuerſorū multitudo Deo affertur
Meſſis eſt & Apoſtoli meſſores.
Ideo Chriſtus alicubi vtrumque cōiunxit
Hic autem ſtatim de mittendis agitur cultoribus.

III.

Indicatur etiam omnibus ex æquo ſalus parata.

Chriſtus arcanis impulſibus, veluti quadam claue, *aperuerat corda intendere his, quæ dicebantur à Paulo*, vt alio loco Lucas loquitur.

Ad eundem demum ſpectat, ne in infinitum æbecet oratio, ſollicitudo ſuo tempore excitandi nouos miniſtros, eoſq; ijs donis cumulandi, quæ ad tantum munus vitæ obeundū neceſſaria iudicantur: ſtrenuis .n., atq; vigilantibus cultoribus tātæ rei procuratio cōmittenda eſt, qui nec labore laſſentur, nec laſſitudine manū ab opere tollāt; Exemplum in Paulo habes, quem *Chriſtus* ipſe ſua voce terruit, & in terram abiecit, vt inde in Apoſtolum initiaret; ac, de puluere leuatum, inter populi ſui principes collocaret. Audi quid de illo idem ille *Chriſtus* dicat: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & Filijs Iſrael. Ego enim oſtendam illi quanta eum oporteat pati pro nomine meo.* Actor. 9. 15. Sed de hac re paulò poſt redibit ſermo. Hæ ergo *Chriſti* ſunt partes in excolenda *Vinea* hac, nec ſolæ, ſed ſatis hæc ſint in exemplum cæterorum.

Act. 16. 14.
Chriſti eſt nouos ſibi excitare miniſtros, & donis ſuis inſtruere ad Euangelium prædicandum.

Chriſtus Paulū per ſe ipſum initiauit in Apoſtolum.

NOTATIO XXXVI.

IN EA QVÆ HABET POPVLOS.

EX *His fortaſſè verbis occaſio data quibuſdam de* veteribus eſt, vt locum hunc de *Eccleſia ex Gentibus* intelligerent, cuius videtur eſſe deſcriptio non inſcita; *Ea Quæ Habet Populos*; aut, vt Ambroſius legit, *Quæ plantata eſt in multitudine nationum*, quo pacto interpretatos affirmat Symmahum, Aquilam, alioſque. Sed Symmachus teſte Theodoreto reddidit: *in retentione populi*: Aquila autem, *in habente multitudinem*. Fortaſſis Ambroſius vtramque coniunctim voluit, & ex duabus verſionibus vnum ſenſum fecit. Sed neceſſe non eſt, ideo hæc arctare ad *Eccleſiam* ex ſolis Gentibus collectam; multoque eſt aptius generatim de tota *Eccleſia* interpretari, ſecundum eum ſtatū quē partā per Conſtantinum pace habuit: tunc enim libertatem nacta pietas liberū aditū habuit ad nationes omnes, quæcumq; Romano parebant Imperio. Itaq; *Eccleſiam* intelligemus in omnium gentium, populorumq; congregatione plantatam: id eſt, in orbe toto, qua latè patet ad omnem omninò cœli plagam. Additum autem id eſt, vt *Eccleſiæ* fœlicitas ſignificaretur: cui cum paulò antea minimè liceret infrequentia vrbium habitare, ſeque cogeretur montibus, ac ſolitarijs locis, aut ignobilibus pagis cōtinere; iā liberè liceret, omnia loca, omnes gētes, ac populos adire, ac ſæmina Chriſtianæ pietatis omnibus mortalibus, velut diſpoſitæ glebæ committere.

Ambroſius.
Symmachus.
Aquila.
Theodoretus.

Quæ habet populos Eccleſiæ eſt ea omnibus gentibus collecta.

Eccleſiæ felicitas, cui licebat vbique iam prædicare.

Monuimus autem locum fuiſſe vberem, ac viti pangendæ aptiſſimum, ex communi ſententia, neque enim omnis fert omnia tellus; id autem ſi ad arcanam ſententiam traducas, quanquam ne id quidem magni momenti eſt, intelliges, tunc temporis terrarum orbem ad Euangelij ſementem diſpoſitum, ſi gnaui cultores non deeſſent. Eſt autem, quod alia loquendi forma dixit Chriſtus: *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci; rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.* Matth 9. 37. 38. Et loco alio: *Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menſis ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos veſtros, & videte regiones* (χώρας, agros, ſata, arua) *quia albæ ſunt iam ad meſſem.* Ioan. 4. 35. *Regiones* vocat hominum multitudinem, quemadmodum hoc loco, *In ea, quæ habet Populos*, nec ad ſolos Iudæos arctanda verba, ſed de omnibus accipienda mortalibus, quæ Samaritanæ meſſis occaſione Chriſtus dixit. *Albas* autem eodē ſenſu, quo flauas latini vocant, ideſt, adultas, toſtaſq; & omninò falcē prouocantes. Eadem autem myſtici agri diſpoſitio, & ſementis dicitur, & meſſis, diuerſo reſpectu: nam ſi *Semen Dei Verbum* eſt, cum per prædicationē iacitur, ac mortalium excipitur cordibus, tanquam terræ vberis ſinu, ſementis eſt. S. D. E. *Exijt, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt ab hominibus.* Luc. 8. 5. Sin autem conuerſorum ad fidem animi, velut manipuli quidam maturi collecti, percocti per fidem, & caritatem, conſiderentur, *meſſis* iam erit ſimilitudine quadam: vtrumque coniunxit Chriſtus: *Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt & qui ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit.* Ioan. 4. 36 Hanc ergo humani tunc generis ad excipiendum verbi ſemen paraturam his verbis ſignificatam arbitramur, quod ſatis probatur, quandoquidem ſtatim agitur de mittendis cultoribus, qui vineæ vbertatem promoueant, ac multa cultura iuuent.

Orbis diſpoſitio ad excipiendum Euāgelium poſt Conſtantinum.

Matth. 9. 37.

Ioan. 4. 35.

Eadem prædicatiō Euangelij ſementis dicitur, & meſſis diuerſo reſpectu.

Luc. 8. 5.

Ioan. 4. 36.

Fortaſſis, & id ſignificatum eſt omnibus ex æquo populis paratam ſalutem, nullumque adeò eſſe, qui communis boni particeps eſſe non poſſit. Ideo dictum de

Chriſto

Sic dictus Chriſtus ſalutẽ operatus in medio terre.
Nõ quia in Iudæa quæ media inter Africam, Aſiam, Europam.
Aut quia omniũ in conſpectu ſolũ.
Sed, quia nemo prohibendus a gratia.
Ideo ad lætitiã gẽtes omnes hortatur Iſaias.
Quod omnibus paratũ Dei brachiũ.
Id eſt largitas ad omnes extenſa.
Et Chriſtus iubet in mundũ vniuerſũ Apoſtolos iubet.
Ideo aptiſſimè dicitur in Baalhamõ plãtata vinea.

Nullus ab Euangelij gratia prohibendus.
Pſal. 73. 12.
Cur Chriſtus dictus operatus ſalutem in medio terræ.
Iſai. 52. 9. 10.
Omnibus ex æquo gentibus ſſeus parata.
Math. 28 19.
Mar. 16. 15.

Chriſto Deus autem Rex noſter ante ſæcula, operatus eſt ſalutem in medio terræ. Pſal. 73. 12. Non ſolum in Iudæa, quam quidam contendunt medium terræ dictam, quod in medio terræ habitabilis ſita, quodammodo Europam, Aſiam, Africamque coniungeret: nam id leue eſt: nec modo quia publicè, palam, & omnium in conſpectu, non in abſcondito, aut angulis ſalutem hominum operatus eſt, quod verum quidem eſt, ſed ſatis minimè eſt: ſed quia nemò prohibendus à communi per illum parta ſalute erat, omnibus ex æquo Euangelij gratia communicanda: nec iam vlla gens tametſi extremè barbara arcenda erat à communi fœlicitate. Ideò vtrumque Iſaias coniunxit: *Gaudete, & laudate ſimul* (lætitiæ voces indices iactate, nec pectore ſolo gaudia continete) *Deſerta Ieruſalem, quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit Ieruſalem. Parauit Dominus brachium Sanctum ſuum in oculis omnium gentium & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.* Iſai. 52. 9. 10. Eſt quod dicebat Chriſtus: *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Matth. 28 19. Et: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Mar. 16. 15. Quod ſi omnibus ex æquo Gentibus Euangelij gratia communicanda, idque tunc maximè perficiendum, cum pace in orbe Romano parta, aditus ad gentes omnes patefactus eſt: ritè, cum de *Vinea* colenda agitur, plantata dicitur in *Baalhamon, in ea, quæ habet populos, ſiuè, in habente multitudinem*, aut vt recentiores interpretantur, *in multitudinis poſſeſſione*.

NOTATIO XXXVII.

TRADIDIT EAM CVSTODIBVS.

I.

Vineæ cultura nõ niſi diligentibus commendanda.
Quod Pater familias fecit.
Hi autem Cuſtodes Apoſtoli ſunt.
Ex communi interpretum ſenſu.
Vineã autẽ tradidiſſe illis dicitur.
Quia nõ ſolũ eorũ locauit operas.
Sed conſtituto canone tanquam colonis elocauit.
Sunt ergo non operarij modo, ſed conductores.
Qui fructus omnes ſibi acquirent.
Ac diſtrahere liberè poſſunt.
Ideo additũ de canone conſtituto.
Sed id omne ad Dramatis ſenſum pertinet.

Luc. 19.
Cuſtodes Apoſtoli
Theodoretus.
Tres Patres.
Aponius.
Angelomus.
Honorius.
Gregorius.
Non meri operarij, ſed conductores.
Matth. 20. 1.
Conductor fructus ſibi reſeruat, canone perſoluto Domino.

PErtinet *Ad potiſſimas Domini curas, vt rem ſuam* non niſi illis concredat, qui eam, & ſedulo, & vtiliter adminiſtrent. Ideò ille Paterfamilias attentiſſimus in rem ſuam abiturus longe, *vocatis decem ſeruis ſuis dedit eis decem Mnas, & ait ad illos: negotiamini dum venio.* Luc. 19. 13. initurus exquiſitè rationes à quoque ſub aduentum. Et quidem *Cuſtodes* hos Apoſtolos eſſe, ac quicumque Apoſtolici muneris partem aliquam libaturi eſſent, conſtat: ſic Theodor. Tres apud illum Patres, Aponius, Angelomus, Honorius, Gregorius, Alij: Id certum ſit. Sed quo pacto *Tradidiſſe* eam dicatur, vna quæſtio eſt; cur, qui verè coloni, ac cultores erant, *Cuſtodes* dicantur, alia quæſtio eſt, neutra difficilis explicatu. *Tradidiſſe* dicitur, quia non ſolum eorum locauit operas, & laborem, quemadmodum illi erant, quos *primo manè exiens conduxit operarios in vineam ſuam, conuentione ex denario diurno facta.* Matth. 20. 1. ſed omninò *Vineam*, conſtituto canone, quem annis ſingulis penſitarent, tanquam villicis elocauit. Itaque, *Tradidiſſe eam*, dicit, quia verè *Vineam* tradidit excolendam per ſe, per quem auxiliares alios. Amplius ergo aliquid ſunt, quam operarij: his enim denarius diurnus præmium eſt, nec quidquam licèt de vineæ fructu percipere, aut libare. *Conductoris* id proprium eſt, vt vineæ fructus omnes ſibi reſeruet, exſoluto tamen certo pretio Domino vineæ. Vſum ergo fructuum *Conductores* habent, quos ſcilicet vt rem ſuam diſtrahere liberè poſſunt, & in vtilitatem ſuam conuertere: quanquam vineæ dominium minimè habent, cum fructuum veri ſint Domini. Quia ergo dicturus erat: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, ideo, vt voces vocibus reſponderent, *Tradidiſſe Vineã* dicit, vt fructus ſcil. omnes, qui prouenirent ex ea, ſibi retinerent. Id omne ad Dramatis ſenſum ſpectat, & corticem exteriorem, quo nucleus arcani ſenſus includitur.

II.

Nõ autẽ ad arcanam ſententiam.
Facit, quod vocati, & ex conuentione miſſi.
Quod ſtrenue operam poſuerint.
Quodque Domini rem auxerint.
Sed omne initium a vocatione eſt.
Ideo ab illa Chriſtus opus prædicationis incepit.
Sequitur illam miſſio, hanc prædicatio.
Ea cultorũ munia Paulus expreſſit.

Quædam hic ad ſenſum arcanum non pertinent.
Quæ pertineant.
Miniſterij initiũ a vocatione Apoſtolorum, quam ſequitur miſſio, hanc prædicatio.
Matth. 4. 18.
Rom. 14. 15.

Ad eum autem minimè ſpectat, quòd argentũm potius, quã vinũ pendant; quodque fructus omnes ſibi reſeruent, quodq; eos in vtilitatem ſuã conuertant. Id enim ad corticem quidem aliquid facit, ad arcanam ſententiam nõ facit. Facit ad illam, quod vocati, atq; ex conuentione miſſi, quod vtilitas non tota Domino cedat, ſed pars etiã illis, vt commate proximo dicemus. Itaq; & quod vocati, miſſiq. quod ſtrenuè operam impenderint, quod Dominum de prouentu ditarint, quod ſuo præmio fraudati non ſint, hoc totum ad arcanam ſententiam pertinet. Et quidem omne miniſterij initium à vocatione atque electione eſt. *Vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, et Andreã fratrẽ eius, & ait illis: venite poſt me, & faciã vos fieri piſcatores hominum.* Matth 4. 18. Sequitur miſſio vocationẽ, vtramq; autẽ prædicatio, quæ iã ad *Vineæ* culturã ſpectat. *Quomodo inuocabunt in quẽ nõ crediderunt? aut quomodo credent ei, quẽ nõ audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur?* Rom. 10. 14. 15. En tibi Apoſtolorũ per ſuas partes diuiſa munia, & *colonorũ* officia explicata. Nã vocatio cõductioni reſpõdet: prædicatio culturæ: prædicationis fructus fructibus vineæ

poſt culturam. Nam & quemadmodum non omnis vitis, tametſi luxuriais pampinis, botros producit, è quibus vinum exprimi poſſit; ità nec omnes, qui audiunt, conuertuntur. Ideo Paulus ſubiungit: *Sed non omnes obediunt Euang. lio. Iſaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro?*

Cuſtodes cur dicti ſint, qui vere conductores, ſeù coloni erant, poſterior quæſtio eſt. Hebræum vocabulum omnia complecti ſeduli cultoris officia alió loco monuimus. Id autem, ad myſticam culturam relatum, omnia illa complectetur, quæ miniſterium Apoſtolicum complent: qualia illa munia ſunt, quæ minutas per partes diuiſa inter illos ſunt, quorum diligentiæ animarum eſt commiſſa cura. Quorum ferme numero Hierarchicus conſtat ordo. quibus tametſi commiſſa eſt ſollicitudo, negata tamen eſt plenitudo poteſtatis. Huius muneris partes deſignabat ex parte Iſaias, cum ait: *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui Cuſtodes; tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Iſai. 62. 6. & loco alio: *Cuſtos, quid de nocte? Cuſtos, quid de nocte? Dixit Cuſtos: venit mane, & nox: ſi quæritis quærite: conuertimini, venite.* Iſa. 21. 11. 12. Fortaſſis ex vna appellatione admonentur ſeſe non dominos eſſe, ſed omnino *Cuſtodes*, qui de rite obito munere reddituri rationem ſint: adeoque vtilitati vineæ impoſitos ſe eſſe, non vt de illius prouentibus ipſi ditentur, ſed vt Dominum: non vt diſſipent, euellant, deſtruantque, ſed vt plantent, conſeruent, omninoque *Vineam* meliorem ſemper reddere ſatagant, longum eſſet currere per ſingula vinitoris munera, quod fecere alij docte quidem, ſed prolixe. In hunc locum ſatis erit, ſi obſerues, vinitoris officium, velut Paſtoris eſſe, niſi quod alteri ouium ſentientium grex, alteri vitium multitudo minimè ſentientium commiſſa eſt, ſed pari omnino manſuetudine, ſtudio, atque caritate curanda. Huc monitum Petri maximè facit: *Paſcite, qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanea ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie; neque, vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps paſtorum percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.* 1. Pet. 5. 2. 3. 4. Hæc ergo continent partem maximam eius curæ, quam Vineæ ſuæ impendere *Chriſtus* debet, cuius ſcilicet eſt. *Cuſtodes* hoſce ſeù *cultores* eligere, vocare, mittere, adque exequendum ſuum munus vires facultatemque largiri, officij ſæpè admonere, ac conſtituto ſtipendio ad laborem hortari. Id ergo eſt quod Eccleſia Sponſa rogat Sponſum ſuum; quando eo ventum eſt, vt, poſt tempeſtates, ac procellas horridæ perſequutionis, tranquillitas ſequuta ſit, tempus eſſe, vt ſtrenuè ſua ex parte quiſque operi incumbat; & ad Vineæ grandis culturam ſedulos, gnauoſque *cultores, cuſtodeſque* ſubmittat: quo nomine omnes illos intelligit, qui, per varios diuiſi gradus, in *Eccleſia* Sacrarum legum diſciplinam, & obſeruantiam vrgent, in eam curam intenti, non modo, ne quid res Chriſtiana capiat detrimenti, ſed vt, ſanctè adminiſtrata, & credentium numero, & pietate ſemper augeſcat. Horum cenſum apud Paulum habes: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores, ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Eph. 4. 11. 12. 13. Sic etiam 1. Cor. 12. 28.

NOTATIO XXXVIII.

VIR AFFERT PRO FRVCTV EIVS MILLE ARGENTEOS.

MIRVM *eſt, quam hæc aliene quidam interpretati ſint*, nam, & in nomine *Viri*, & in numero *millenario*, & in *argenti* mentione myſterium agnouere: nec quod dicitur, *pro fructu eius*, eodem omnes retulere. Honorius, Aponius, Gregorius, Caſſiodorus ſimpliciter interpretantur. *Quilibet hominum, ſi modo res omnes ſuis momentis æſtimare didicerit, rerũ omnium diſpendium faciet, & in pauperes diſtribuet, dummodo præmium conſequatur in hac vinea laborantibus promiſſum.* Interpretatio, neque apta ad ſeriem, neque ad verba accommodata, ſi ſequentia perpendantur, *Mille tui Pacifici*: ſeù, vt in Hebræo eſt, *mille ſibi, Pacifice: & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.* Ex quibus ſatis intelligitur, quod hic dicitur, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, non ad *cuſtodes* referendum, qui ſua abijciant omnia, vt laborantium in vinea præmium conſequantur; ſed ad eoſdem pro fructu vineæ, & illius vice, certam pecuniam Domino repræſentantes, ex conuentione ſcilicet. Ergo ad vbertatem vineæ, pingueſque illius prouentus is numerus pertinebit. Quicumque ergo *Vineæ fructus* fuerit, grandis intelligetur, & qui ditare facilè Dominum poſſit.

Sed nec videtur in ea ſententia Honorius conquieuiſſe, qui aliam interpretationẽ addit,

Sed non in omnibus fructus æquè reſpondet.
Nec omnis vitis etiam culta, botros producit.
Nec omnes obediunt Euangelio.

III.

Sed cur cuſtodes dicti qui verè cultores?
Hebræa vox omnia comprehendit ruſtica officia.
Hic autem Apoſtolorum omne miniſterium.
Quod in multos miniſtros hierarchicus ordo diuiſit.
De his Iſaias ſub alia verborum forma.
Admonentur autẽ ea appellatione, Se minimè Dominos eſſe.
Non poſitos vt euellãt, ac diſſipẽt.
Sed vt conſeruent & augeant Domini rem.
Nam vinitoris officium velut Paſtoris eſt.
Cuius ſtudium Ouium vtilitati ſeruit.
Facit huc Petri monitum ad Paſtores.
Quorum Princeps Chriſtus eſt.
Cuius hic cura vineæ cõmendatur.
Commendatur, et Eccleſia.
Quæ Chriſtũ admonet, vt ſuas impleat partes.
Et gnauos in vineam mittat cultores.
Quorum ſeriem texit Paulus.

I.

Alieniſſimè quidã hæc interpretati.
Quidam, omniũ rerum diſpẽdium ſubeundum
Vt in hac vinea laborantium præmiũ comparetur.
Id minus aptè dicitur ad ſententiã, & verum.
Immo, & ad perſonas ipſas.
Et quod dicitur de mille argenteis.
Ad vbertatem vineæ referendum.
Vt fructus grãdis intelligatur.

II.

Alij virum Chriſtum accipiunt.

Rom. 8. 16.
Iſai. 53. 1.

Hebræum vocabulum enim cultoris officium complectitur.
Dramat. Comment. cap. 8. not. 36.

Apoſtoli cuſtodum appellatione admonentur ſeſe vineæ non dominos eſſe.

Vinitoris officiũ ſimile Rectoris officio.

1. Petr. 5. 2. 3. 4.
Paſtoris officiũ deſcriptum à Petro.

Chriſtus Princeps Paſtorum præcipuam curã de Ouibus exercet.

Quorundam interpretatio minus apta.
Honorius.
Aponius.
Gregorius.
Caſſiodorus.
Rerum omnium diſpendium ſubeundum ad conſequendum præmium in vinea laborantium.
Hebræa lectio.
Millenarius nũmorum ad vbertatem vineæ cõmendãdam pertinet.
Honorius.

Digitized by Google

addit, quæ cum priore nullo modo poſſit conuenire. *Virum Chriſtum* eſſe, *millenarium nummorum* plenum gaudium, præparatum præmium laborantibus in vinea: quia etiam fermè ratione Iuſtus Vrgelitanus, & quoad vtramque interpretationem, Angelomus, e quibus deſumere Honorius potuit. Sed neque hæc interpretatio hærere poteſt. quia *Cuſtodibus* non *mille* in laborum præmium reſeruantur, ſed *ducenti*. Vidit hoc Honorius, & vt hunc vitaret ſcopulum, in alium incidit: *mille argenteos* operarijs, *cuſtodibus ducentos* paratos eſſe. At vtrobique appellantur *Cuſtodes*: immo *cuſtodum* nomine colonos intelligi: vnoque nomine munia omnia gnaui cultoris ruſtica comprehenſa, loco alio oſtenſum eſt, & ſuperius indicatum. Quin & verſu proximo *Pacifico mille argentei* conſignantur, *cuſtodibus* autem *ducenti*, ne ſcilicet, quis arbitraretur, nullo præmio cultores donandos pro labore; ſed omnia commoda Domino obuentura, fruſtra illis laborantibus. Cum *dignus ſit operarius mercede ſua*. Adde *viri* nomen loco hoc de Domino non poſſe accipi: cum vni determinatè non conueniat, ſed ex proprietate Hebræi Sermonis diſtributionem notet, idemque ſit quod *vnuſquiſque*, ſiuè *eorum quiſque*, quemadmodum loco alio inductis Sacrarum ſcripturarum exemplis oſtenſum eſt. Ignoratione ergo Hebrææ linguæ in eam ſententiam compulſus Honorius eſt. Quæ autem addit de *millenario*, & quaternario, eorumque myſtico ſignificatu, quia non capio, prætermitto. Quibus etiam argumentis Iuſti Vrgelitani ſenſus reijcitur, haud admodum diuerſus. Sic etiam & Theodoreti, & trium PP & Ruperti ſenſus omitto, & obſcurè traditos: & mihi, vt ingenuè fatear, haud ſatis intellectos; nec diuinare libet, aut vacat.

Hæc ergo, & ad vbertatem vineæ, & ad operarum ſtrenuitatem, ac diligentiam in laborando referenda ſunt: non enim ſatis, ſi vinea grandis ſit: ſi vbere ſolo plantata: ſi nobilibus ſata vitibus; niſi etiam diligens operariorum ſtudium accedat. Sic quidam, *viri*, nomen interpretantur, *quiſquis eſt in vineæ cuſtodia viriliter agens*. *Millenarius* certè numerus vniuerſitatem quandam continet, & in ſcriptura ſæpe myſterium habet, propter vnitatis, ac denarij coniunctionem: ab vnitate enim ad millenarium per decadas itur, vnitas enim decies ſumpta decem conſtituit: decas decies replicata centenarium: centenarius decies acceptus millenarium format. Abundantiam ergo fructuum, & prouentuum certitudinem ſignificabit hoc loco. Quod ſi *Vinea Eccleſia* eſt, in nationum populorumque planta à multitudine, *mille argentei*, vel infinitas animas ſignificabunt, Chriſto adiungendas; vel earum, quæ iam intra *Eccleſiam* ſunt, in vera pietate, ac *Chriſti* cultu perfectionem.

Duplicem ergo vim verba hæc habere dicemus; nam & adhortationem continent *Eccleſiæ* ad *Chriſtum*, vt gnauiter, ac diligenter in vineæ cultum incumbat, per ſe quidē arcani ſubſidijs, influxibusque ſubmiſſis: quibus inuiſibili ratione vites ſingulæ adoleſcant, & per miniſtrorum operas, quos ipſe aptos, gnauoſque in vineam mittat, qui exteriora procurent: vtrumque enim neceſſarium eſt, alioqui, hiſce ſubſidijs *Vinea* ſi priuetur, ſuo & Domini malo, ſterileſcet, & in ſenticetum vertetur. *Nam neque, qui plantat, eſt aliquid; neque, qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus*. 1. Cor. 3. 7. Ideò Iſaias vtrumque coniunxit: *Et vocabuntur in ea fortes iuſtitiæ*, (qui fortiter, & gnauiter munere fungantur ſuo; nec quid omnino ommittant, quod vtcumque ad culturam faciat) *plantatio Domini ad glorificandum*, (quæ in Domini gloriam cedat) *Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra: & filij peregrinorum agricolæ, & vinitores veſtri erunt*. Non enim iam ſolum ex Iudæis, & primitus initio Eccleſiæ, ſed ex Gentibus plerique in album operariorum referentur; & in laboris partem venient, ex alienis facti domeſtici; & ex extraneis conſanguinei: qui ſcilicet collato ſtudio, ac labore ſociato, & peculium Domini paſcant doctrinæ pabulis; & *vineam* colant vtilibus ſtudijs, ac ſtrenuis operis. *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, Miniſtri Dei noſtri dicetur vobis*. Iſa. 61. 3. 5. 6. Pertinent ad *Eccleſiam* poſteriora hæc, cui regimen per Summos Pontifices incumbit familiæ totius: quibus cæteri miniſtri ſubduntur; atque nutibus & auſpicijs gubernantur. Quo ſatis indicatur *Eccleſiæ* ipſius ordo hierarchicus; & ille membrorum aptiſſimorum nexus, quo corpus illius omnino conſiſtit; & iuxta cuiuſque dignitatem munerum diſtributio; ne quid in adminiſtranda Eccleſia confuſionis, aut turbationis exiſteret. Habet autem oratio tota *Eccleſiæ* multum artis, ac virium ad perſuadendum; dum commoda indicat, ac omnino prouentuum vtilitatem ex diligenti vineæ cultura:

: *Haud fruſtra labor erit, & ſtudium in excolenda vinea collocatum: tuum id totum*
: *erit; &, cum poſt laborem, ac ſtudium, ipſi, quos miſiſti, coloni plenis manibus fructus referent,*
: *lætique atque gaudentes offerent tibi, tunc tuam rem auctam gaudebis: & animarum ad te manipu-*
: *los admouebis; ac velut Sanguinis tui pretium magni facies, & Theſauris tuis adiungas*. Sic di-
: cebat Iſaias: *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum; & voluntas Do-*
: *mini in manu illius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur: in ſci-*

entia

Millenariū nummorum plenū gaudium, præmium ſtatuit.
Sed laborantibus, & cuſtodibus aſſignatur, non mille, quod licet Honorius animaduertit, non ſoluit.
Nam cuſtodes diuerſi ab operarijs non ſunt.
Et proximè Pacifico mille, cuſtodibus ducenti aſſignantur.
Viri nomen ad diſtributionem pertinet.
Et idem eſt, quod vnuſquiſque.
Ergo ex ignoratione idiotiſmi ea ſententia orta eſt.
Quibus etiā Iuſti ſenſus excluditur.
Aliorum ſentētias non examinamus.
III.
Referenda hæc ergo ad vineæ vbertatem.
Et ſtrenuitatem operariorum.
Nam millenarius vniuerſitatem continet.
Et myſteriū, propter vnitatis, et denarij coniunctionē.
Significabit ergo infinitas animas Chriſto adiūctas.
Et adiūctarū perfectionē. IV.
Continent autem verba hæc adhortationē ad Chriſtū
Vt per ſe per que operarios vineæ cultura vacet.
Si alterum deſit, vaſtanda.
Ideo Iſaias vtrūq; coniunxit.
Fortes, idest, diligentes cuſtodes.
Et Domini curā, vnde, & gloria illius creſcat.
Nec ſatis operas ex Iudæis aduocaſſe.
Etiā ex Gētibus.
Vt ſocietas ſtudij vtilitas maior ſit.
Etiam per ſūmos Eccleſiæ præſules.
Idcirco hierarchicus Eccleſiæ poſtulat ordo.
Omnis vt vitetur confuſio.
Habent autē multum artis hæc.
Et ad ſuadendam vim magnam.
Cum, & vtilitatē ob oculos ponat.
Et ſtrenuam operariorum operam.
Simili oratione Iſaias vſus.

Chriſtus plenū gaudiū laborantibus in vinea pollicetur.
Iuſtus Vrgel.
Angelomus.
Cuſtodes hic pro operarijs.

Comment. Dram. cap. 8. Not. 36.

Viri nomen hic loco diſtributionem ſignificat.

Comment. Dram. cap. 8. Not. 37.

Iuſtus Vrgel.
Theodoretus.
Tres Patres.
Rupertus.

Haud ſatis vbertas eſt vineæ, ſi cultores gnauos non habeat.
Guilhelmus.
Delrius.
Millenarius numerus pro innumeris.

Millenarius vineæ vbertatem, & operarum diligentiam ſignificat.

Adhortatio Eccleſiæ ad Chriſtum vt per ſe per que operarios vineam procuret.

1. *Cor.* 3. 7.

Iſai. 61. 3. 5. 6.
Et Domini cura, & operariorum labore fructus vineæ conſtat.

Operarij vineæ non de Iudæis ſolum, ſed de Gētilibus aduocati.

Eccleſiæ hierarchicus ordo.

Senſus huius cōmatis paraphraſi explicatus.

Quamquam alia ſermonis forma.

V.

Auguratur præter ea Eccleſia, innumerarum gentium conuerſionem.

Is ſenſus paraphraſticè expoſitus.

Rei familiaris augmenta augurari licet.

Nunc cum vinea per purgata, gnaui colonus expetit.

Totum id suum meumque erit.

Qui cum tu gaudia diuides.

Nec vanas fuiſſe voces docuit tempus.

Infinitis conuolantibus ad fidē.

Auguriu Eccleſiæ de futura ſelicitate.

Augurij veritas tempore patet.

entia ſua iuſtificabit ipſe Iuſtus ſeruus meus multos. Iſa. 53. 10. 11.

Eſt & alia verbis *Eccleſiæ* vis, quantum quidem cogitando aſſequimur. Nam, non ſolum adhortatur Chriſtum præmio ſtudiorum propoſito, ſed etiam auguratur futuram felicitatem,& infinitarum gentium ad *Eccleſiam* acceſſionem. *Video iam eo res noſtras eſſe deductas, vt augurari liceat res familiaris augmenta non modica: nunc maximè, cum eradicato omni aconito hoſtilitatis, & cacto & rubo ſubdolæ falſitatis, orbis totus cultiſſimum ferme latifundium eſt, cui ſi accedat gnauarum operarum induſtrius labor, iam ingens prouentus animarum futurus eſt, vt laxanda nobis horrea ſint, & cellæ tot capiendis frugibus. Et quanquam totum id ad te ſcilicet tanquam Dominum pertinebit, ipſa tamen vxorio iure vocabor in partem, & communia gaudia tecum ex æquo libabo*. Et verò haud vana fuit *Eccleſiæ* matris cogitatio; ex eo enim tempore,& æmulo ſtudio cultores multi,& gnaui operi incubuere;& miro prouentu culta *Vinea* cultorum ſtudium, ac laborem compenſauit, infinitis mortalium ad *Chriſti* vexillum, nomina, vt darent, conuolantibus. Quantum autem ex eo tempore ſacræ reipub. adminiſtratio ſit promota, quæ alia fuit ratio ad excolendam vineam hanc excogitata, proximo commate dicemus.

VERSVS XII.

VINEA MEA CORAM ME EST. MILLE TVI PACIFICI. ET DVCENTI HIS, QVI CVSTODIVNT FRVCTVS EIVS:

COMMENTARIVS.

COmmatis *Huius ſenſum paulò ſuperius indicauimus*; ſuo nunc loco tractandus eſt *Vineam* hanc, quam *Eccleſia* ſuam vocat, eandem cum *Chriſti Vinea* diximus eſſe: pertinet autem ad vtrumque, quia inter connubio iunctos communia omnia ſunt. Eſt ergo *Vinea Sponſæ* eadem *Eccleſia*, id eſt, fidelium congregatio,quæ ad illius ex parte ſollicitudinem ſpectat. Ideò dicit, *Coram me eſt*, ad me pertinet ſcilicet. Intelligimus autem hic *Eccleſiæ* poſt Conſtantinum pacificam gubernationem; ſtudiumque ſtabiliendi rem Catholicam, & promouendi diſciplinam. Hinc morum ad legum Sacrarum normam inſtitutio; Eccleſiaſticæ latæ leges, ac regimen omne prudentiſſimè conſtitutum; coacta ſuis temporibus concilia, ſiuè in Prouincijs ſingulis priuata; ſiuè ex toto orbe generalia; ſeù ad fidei dogmatum firmitatem hæreſumque extirpationem, ſeù ad morum diſciplinam: Prouinciarum Sacrarum toto orbe diſtributio, deſignatique cuique limites: Diœceſeon limitatio per quas ſe iura ſummarū Eccleſiarum extenderent,& huiuſmodi alia. Hæc omnia ex eo tempore cœpta in maius augeri, antea impedita perſequutionibus *Eccleſia*, ne in tantam rem ſerio poſſet incumbere. Atque in hunc ſenſum dictum putamus: *Vinea mea coram me eſt*. Quia autem ſuperius dixerat: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, nec addiderat, cui tanta lucra conferrentur; id nunc explicat: totum illum prouentum ſcilicet illi præſtandum: nec ideò tamen cultores ſua mercede fraudandos, quibus de eodem Vineæ prouentu *Argentei ducenti* penderentur: quo generatim vult intelligi, neminem laboraturum in vanum, ſed pro labore, & opera præmium futurum.

ENAR-

Digitized by Google

ENARRATIO.

ET ego quidem tibi paulò antè tuas partes in excolenda Vinea deſignaui; quidque tui eſſet muneris in Eccleſiæ adminiſtratione, non tam conſtitui, quam in memoriam reduxi: reſtat, vt, quid ad me pertineat, exequar, cui ſcilicet cura non minima communis pars reſeruata eſt ex lege connubij: nam & multa per me exequi placuit tibi, vt ſcilicet in laboris partem, fructuſque venirem. Nam exterior adminiſtratio, & gubernatio tantæ familiæ mea erit: Ex Vinea Mea Eſt, ea in oculis ſemper habenda, vigilique ſtudio procuranda: multaque muneris tanti partes, quas hactenus ob ire per temporum difficultates, & perſequutionis acerbitatem non licuit, obeunda nunc ſtrenuè ſunt. Diuidam per partes ſtudia; atque, aduocatis miniſtris in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis: omnia exequar, quæcumque ad familiæ ſacræ decus, & fidelium vtilitatem ſpectant. Ibit ab vno capite in membra ſingula, per ſummos medioſque Antiſtites adminiſtratio: conſtitutiſque Diœceſeon limitibus, quid cuiuſque ſit muneris, ſtatuetur, ne quid crectur turbarum: ac per Sacerdotes ad Epiſcopos, per hos ad Metropolitas, per Metropolitas ad Patriarchas, per hos demum ad vnum Romanum Pontificem miniſterium animarum, ac ſollicitudo perueniet. Nunc tempus ſacra condendi iura, legeſque ferendi, quibus fidelium dirigantur actiones. Nunc prout neceſſitas fuerit, cogenda concilia, ſeu in Prouincijs priuata, ſeu in nationibus communia, ſeu in tota Eccleſia generalia, ad morum diſciplinam, ad fidei firmitatem, ad hæreſum errorumque extirpationem. Sic malis graminibus, ſentibuſque myſticus purgatus ager, virtutibuſque, velut vtilibus vitibus, herbiſque inſertis, cultus, miro prouentu lætabitur. Erit infinita meſſis, qua implebuntur horrea tua, vt omnino laxanda ſint. Quali me lætitia triumphaturam putas, cum plenis calathis decerptos de tuo horto fructus tibi velut Domino munus deferam? cum comitantibus colonis, ſuoque præmio grauibus me tibi ſiſtam? Tunc me verè Pacificam Pacifici Sponſam probabo, cum pacis hos fructus, poſt horrida bella, ac præliorum pericula, lectos, vt meos, tuoſque ſpectabo; & quidquid id erit commodi, referam in gloriam tuam.

SVM COM.

NOTATIO XXXIX.

VINEA MEA CORAM ME EST.

I.
Cuius hæc ſint verba incertum.
Nam quidã Chriſto tribuunt.
De latinis interpretibus maximè.
Et de Græcis quidam, ſed pauci.
Sed latinis ignoſcendum.
Qui, pacifici, vocabulum de ſpõſo dictum non putant.
Reclamante Hebræo, & Græco textu.

DE perſona *interloquente prima Quæſtio eſt*, nec facilè definienda, ſi teſtimonia veterum, ac conſenſum examines. Si ad nexum, ordinemque, ac ſententiæ exigentiam reſpicias, facilis eſt. Nam *Sponſo*, id eſt *Chriſto* tribuunt, Ambroſius lib. 1. de Virgin. Caſſiodorus, Gregorius PP. Anſelmus, Rupertus: & quod magis mirandum eſt, etiam Græci Patres tres apud Theodor. cum tamen illi, quæ ſequuntur, non poſſint non ſponſæ tribuere, qui cum 72. legere, *Mille tibi Salomon*. Sed *ſponſo* etiam tribuunt Iuſtus Vrgel. Aponius, Angelomus Honorius, quibus magis ignoſcendum eſt, quod Hebræi Sermonis ignari; quod paulò poſt dicitur: *mille tui pacifici*, ſic interpretantur, vt *pacifici* vocabulum non ad *ſponſum* referant, quod oportet omnino, vt proxima Notatione dicemus. Horum, quia in ea re ſententiam non probamus, nec interpretandi rationem examinamus: habet illos lector, cui noſtra hæc ad palatum non facient.

Ambroſius.
Caſſiodor.
Gregorius.
Anſelmus.
Rupertus.
Tres Patres.
Philo Carp.
Iuſtus Vrgel.
Aponius.
Angelomus.
Honorius.
Verba Eccleſiæ.

II.
Sed Eccleſiæ omnino ſunt verba.
Extenſio recentiorum Interpretum.

Potior Theodoreti ſententia, qui hæc *Sponſæ* tribuit, quin, & Ambroſius, qui planè huius ſententiæ eſt Serm. 22. in Pſalm. 118. Hos ſequuti recentiores interpretes, eruditionis famâ clari, magno agmine. Nobis autem id omnino, vt ſequamur perſuadet, & nexus ipſe horum cum ſuperioribus, & ſententiæ conſequutio. Deprompſerat

Theodoretus.
Ambroſius.
Delrius.
Genebrardus.
Legionēus.
Alcazar.
Sanctius.

illa

Et interpretationis conſequentia.
Nam poſt curas de barbarorũ conuerſione.
Ad ſacram adminiſtrationem ſtudia conuertit
Cõſtitutiſq; Chriſti officijs
Nunc quid ad ſe pertineat, dicit.
Nec de ſuturam opera proſitetur.

Neɛtendi ratio hæc cum præcedentibus.

illa ſua de conuerſione barbararũ gentium vota verbis illis, *Quid faciemus Sorori noſtræ:* deque ea re ſua cum *Chriſto* conſilia communicaret: cum audiſſet autem, non deſuturas rationes, quibus nationes illæ vocarentur ad fidem: ad curas adminiſtrationis Sacræ ſtudium, ac cogitationes omnes vertit. Diuiſerat ergo curas, & admonito *Chriſto*, quæ illius partes eſſent in tanto negotio: nunc, quæ ſuæ ſint exequitur. Eſſe ergo ſibi ſuam *vineam* cuius culturæ laborem impendat, dicit. Non quia tanto tù ſtudio, ac ſollicitudine operarios in *vineam* miſſurus es, ideo otiandum mihi erit; haud deerunt, quibus ſtudium, curamque impendam. Scio quid mearum partium ſit. Officio ergo defungar meo;&, quantum in me fuerit,rem communem priuato ſtudio, ac labore iuuabo, vt vtilior tibi *vinea* ſit. Hæc facilis atque expedita ratio & hæc cum ſuperioribus connectendi,& hæc verba interpretandi.

Senſus per paraphraſim traditur.

III.
Quid id autẽ ſit, nunc explicandũ.
Nam, quod vineã coram ſe eſſe dicit.
Sibi diligenter curandum intelligit.
Quod loco alio de Muliere forti dicitur.
Sed non eadem loquendi forma.
Sed vtraque ad vigilantiam pertinent.
In adminiſtrãda re domeſtica, dum vir alia curat.
Intelligimus prouidentiam, qua ſollicitata Eccleſia.
Obit cogitatione omnia.
Vt Chriſti regnũ extendat.

Nunc quæ hæ ſint in excolenda tanta *vinea Eccleſiæ* partes, videndum eſt: quoque in id officium ſtudio pia, & ſolers Mater familias incumbat: Id enim ſtudium ſignificatum illa loquendi forma: *Vinea mea coram me eſt*, pleṙique recentiorum,nec immerito arbitrantur. Eſt enim Hebraiſmus, quo *coram aliquo eſſe* dicitur, quod quis diligenter curat,qua ſi ſibi proprium, vel creditum; & à quo nunquam mentem, vel oculos dimouet. Eſt quod de forte muliere dictum eſt Prou. 31. 15. *Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum, & emit eum; de fructu manuum ſuarum plantauit Vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos; & roborauit brachium ſuum. Guſtauit, & vidit, quia bona eſt negotiatio eius. non extinguetur in nocte lucerna eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit.* Pertinent hæc omnia ad ſedulitatem,ac vigilantiam Matris familias in adminiſtranda re domeſtica, dum vir exteriora,& magis ardua curat: habeſque in his verbis *Eccleſiæ* ſtatus imaginem, qualis eo tempore erat, cum, parta quiete poſt turbas perſequutionis,ad Sacræ adminiſtrationis curam, ſtudiumque conuerſa eſt. Intelliges ergo prouidentiam illam, qua in omnes partes intenta, in regna prouincias, regiones, vrbes & oppida,nullam gubernationis partem prætermiſit;dummodo rem Chriſtianam promoueret; & *Chriſti Sponſi* augeret imperium. Id ab alijs obſeruatum in ea loquendi forma, tametſi illi alio trahunt, placuit ad noſtram interpretandi ſeriem applicare.

Coram eſſe, Hebraiſmus, ad aliquẽ aliquid propriè pertinere. Prou 31. 15.
Mulieris fortis munia in adminiſtranda familia.
Eccleſiæ ſub eo ſtatu imago.

IV.
Diuiſimus autem maritorum curas.
Et domeſtica vxorum eſſe monuimus
Non enim illis exteriora curanda.
Sed domus parietibus officia continentur.
Ea nũc quo pacto ad ſenſum myſticum transferãtur, dicendum eſt.
Id facilè erit ſi officiorũ diuerſitatẽ conſideres Chriſti, & Eccleſiæ.
De Chriſto dictũ ſuperius eſt
Quæque illius partes ſint.
Eccleſia verò alia ſunt
Nec ei, quæ Chriſti ſunt cõmunicata.
Ideo ad domeſticas curas minimè ſpectarẽ dic autor.
Nã nec quæ virorũ ſunt ſolent vxoribus cõmunicari.
Nec quæ ſunt vxorum viri ſubire.
Ideo vineam ſuã coram ſe eſſe dicit.
Sic de mandatorũ ſuorum facilitate dicebat Deus.
In conſpectu populi ſui eſſe.
Nec ab vſque cœlo, aut extremis maris arceſſenda:

Sed quia Commentario Dramat. Cap.8. Not. 38. monuimus, pertinere hæc ad diuerſas maritorum curas: virorum enim eſt exteriora curare; vxorum autem domeſtica: eoque ſenſu interpretati ſumus, quod hic dicitur: *Vinea mea coram me eſt*. Aut, quemadmodum Hebraice eſt: *Vinea mea, quæ mihi, ad facies meas. Quæ mihi impenſo ſtudio colenda eſt, quæ me proximè attinet, ante oculos meos eſt. Non erit agrediendum in agros meos, non inter ruſticorum colonorumque frequentiam ruſticum, quod exequar, opus quærendum. Hæ ædes, hi parietes, quæque illis continentur omnia. ſatis negotij præſtabunt operam impenſuræ: reliqua extra domum tibi ſcio reſeruata,quæ ſcilicet fœmineæ curæ non ſunt.* Quia hæc, inquam, in hunc ſenſum interpretati ſumus, quantum ad corticem attinet: nunc,quo pacto ad arcanam ſententiam applicari poſſint, iuxtà interpretationis noſtræ ſeriem, videndum eſt. Id autem facile erit, ſi diuerſitatem ſpectes munerum,quæ propria *Chriſti*,quæque *Eccleſiæ* ſunt in adminiſtratione hæc. Nam quia proprium *Chriſti* eſt, inuiſibili quadam ratione *Eccleſiam* gubernare; gratiarum auxilia ſubmittere;per arcanos motus corda diſponere; Verbo exterius ſonanti vim ad perſuadendum indere. Miniſtris dona illa largiri omnia, quæ ad ritè obeundum munus neceſſaria ſunt; gratias gratis datas pro arbitrio, ac rerum exigentiam diuidere, ad prædicenda futura, ad arcana cordium cognoſcenda, ad ſpiritus diſcernendos, ad miracula patranda, ad communicandam ſanctificationis gratiam per Sacramenta; quia omnia hæc ad *Eccleſiam* minimè ſpectant, cuius aliæ curæ ſunt,de quibus mox: nec communicata illi poteſtas eſt,ea dona largiendi: immo nec habendi, quoties vult,ideo merito dicuntur extraria eſſe,nec ad domeſticas curas pertinere: ſunt enim ſuperioris ordinis, & ad *Chriſtum*, qua *Caput Eccleſiæ* eſt, propriè ſpectant. Petinent ergo propriè ad viri munia, quæ nec ſolent vxoribus communicari, nec vt communia ſint expedit. Id voluit, cum diceret: *vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos*. Nunc autem, cum de ſuis ſtudijs ageret,quæ ſciebat ad viri id eſt, Chriſti, pertingere non poſſe munia, *vineam ſuam coram ſe eſſe* dicit, id eſt in proximo,& antè oculos ipſos. Sic dicebat Dominus: *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie,non ſupra te eſt,neque procul poſitum,neque in cœlo ſitum, vt poſſis dicere: Quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus? neque trans mare poſitum, vt cauſeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre? vt poſſimus audire, & facere, quod præceptum eſt. Sed iuxta te eſt, ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Conſidera, quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo* (idem vocabulum eſt, *coram te, in conſpectu tuo, ad facies tuas*) *vitam, & bonum, & è contrario mortem, & malum*. Deuter.30,11,12,13,14.15. Id quod *coram* ſiue *in con-*

Dramaticum ad ſenſum exactus litteralis.
Munera Chriſti propria circa gubernationem Eccleſiæ,
Quod Chriſti proprium eſt in gubernanda Eccleſiæ illi non communicatur.
Coram eſſe, in proximo,& facilè exequendum. Deut. 30, 11. 12. 13.
II.
Coram eſſe, et quod procul &, & impoſſibile opponitur.

Id eſt impoſſibilia non eſſe.

in conſpectu eſt, ab eo diſtinguit, quod *procul eſt*, & *longe diſſitum*, immo quod non modo arduum eſt ſed impoſſibile. Sic hoc loco *vinea mea coram me eſt*, in proximo, antè oculos, & ad quod obeundum abunde mihi ſuppetrit facultas.

V.

Hæc autem ſtudia Eccleſiæ propria.

Ad pauca capita referimus, in exemplum veterorum.

1. Ad Diœceſeon diuiſionem pertinet.

Quæ de re tunc primum in Niceno conſtitutum lege eſt.

Eaque de re extant hodieque Canones.

Sēper enim adhibitum ſtudium ne Diœceſes turbarentur.

Ideo de ea re ſæpè in Concilijs, & Decretis cautū.

Niſi quod noui inſtituti Epiſcopatus cū res exigeret.

Diœceſum, Prouinciarum, ac Epiſcopatuum diuiſio.

Procuratum ſēper ab Eccleſia ne Diœceſum limites miſcerentur.

Nouæ Prouinciæ eoque Epiſcopatus erecti pro rerum exigentia.

Qualia autem hæc ſtudia ſint Eccleſiæ, propria, facile erit definire, ſi quid illi, quantum ad exterius regimen, & clauium poteſtatem, commiſſum ſit, conſideres, quidque parta à perſecutionibus pace præſtitum ab ea ſit. Id nos ad pauca Capita in aliorum exemplum reuocamus. Primum caput pertinet ad Prouinciarum diuiſionem, ac nouorum Epiſcopatuum erectionem: de quo primas leges latas legimus in Conc. Niceno, ſtatim poſt pacem redditam *Eccleſiæ*; cum antea conſuetudine potius, quam latà lege cautum de ea re eſſet. Ideò cum lex ferretur à Patribus de Patriarchalibus Eccleſijs, earumque limitibus, ad conſuetudinem prouocatum eſt; quam quia nonnulli tentarant peruertere, ſtabilienda decretis fuit. *Antiqua conſuetudo ſeruetur per Ægyptum lybiam, & Pentapolim; ita, vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem: quia & vrbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam cæteraſque prouincias ſua priuilegia ſeruentur Eccleſijs.* Ac ex eo tempore magnum adhibitum ſtudium, ne quid turbarum inter Epiſcopos propter Diœceſeon limites exiſteret; eaque de re ſæpè cautum tum à Patribus in Concilijs, tum à Pontificibus Romanis latis legibus. Sic &, miro progreſſu creſcente fidelium numero, nouæ inſtitutæ Eccleſiæ ſunt; noui erecti Epiſcopatus; nouæ Prouinciæ conſtitutæ: vt diſtributa inter plures adminiſtratione ſacra, felicius cuncta procederent, ac facilius gubernarentur.

VI.

2. Ad Concilia Generalia, Nationalia, & Prouincialia.

Quibus de Religione agi ſolitum.

Hæreſes damnata. Diſciplina correcta.

Eorum decreta eo maioris auctoritatis habita.

Quo plures, doctiores, ſanctiores conuenere Patres.

Quorū iudicium iure cuicumq; priuato antelatum.

Quod alicubi monitum à Cāpiano illuſtri martyre.

Cōcilia vniuerſalia, Nationalia, Prouincialia.

Catholica Doctrina ſtabilita, hæreſes repreſſæ, diſciplina reuocata.

Edmundus Campianus libello Ration. decem.

Alterum caput pertinet ad Concilia, tum Prouincialia, tum etiam generalia, ſiuè ex vna aliqua gente, atque natione; quæ ideò Nationalia dicta ſunt: ſiuè ex toto orbe Chriſtiano, quæ vniuerſalia ſunt dicta. In ijs de religione actum, & fidei ſynceritate; qua in re quæ dubia viderentur, declarata ſunt; quæ obſcura, nouo illato lumine illuſtrata: confutati errores; hæreſes damnatæ: Hæreticis pœnæ conſtitutæ; res Chriſtiana ſtabilita: mores correcti; diſciplina, vel reuocata, vel in ducta; grauiſſimis actum de rebus, omniaque in meliorem formam reuocata. Quidquid autem ſtabilitum his de rebus eſt, eo maiorem & authoritatem, & venerationem habuit, quo & numero, & authoritate, & ſanctitate, & diuinarum rerum ſcientia tantorum Patrum conſentiens iudicium, priuatæ cuicumque authoritati, ac poteſtati præſtitit. Ad fuit Diuinus Spiritus à *Chriſto Sponſo* ſubmiſſus, qui Conciliorum magiſter eſt potiſſimus, & Rector. *Nam ſi vnquam Dei Spiritus* (vt dicebat illuſtriſſimus, ac doctiſſimus Martyr Campianus) *illuxit Eccleſiæ, certe illud eſt tempus immittendi numinis, cum omnium Eccleſiarum, quæ ſunt in terris parentiſſima, religio, maturitas, ſcientia, ſapientia, dignitas vnam in vrbem confluxerint; adhibitiſque modis omnibus, diuinis, & humanis, quibus indagari veritas poſſit, promiſſum implorent ſpiritum, quo ſalutariter, & prudenter ſanciant.*

VII.

3. Ad decreta Pontificum.

Quam in curam maximè incubuere.

Hinc Epiſtolæ, Reſcripta, atque Reſponſa.

De grauiſſimis ſæpè rebus.

Et licet intercidiſſe multa conſtat.

Manent plurima tamen, magna diligentia collecta.

Quarū hodie iure ſacra adminiſtrātur.

Decreta Pontificia, Reſcripta, Reſponſa.

Collectores Decretalium.

Tertium caput continet Decreta, & leges à Summis Pontificibus latas, & vniuerſæ *Eccleſiæ* communes, in quam curam incubuiſſe ex eo maximè tempore *Eccleſiam*, ex omni retro antiquitate conſtat; Hinc illæ Pontificiarum Epiſtolarum tot gemmæ, Reſcriptorumque diuitiæ, in quibus tanta rerum grauitas, ſanctitas, ac maturitas, vt ſtatim appareat, diuinitus inſtillatum, quidquid per Summorum Pontificum os, & ſcripta *Eccleſiæ* ſuæ tradidit Deus, ad communem vtilitatem, & bonum. Et quidem non ſtatim ab initio in vnum corpus collecta ſunt omnia: ſparſim potius manus hominum ſubiere, vt quæque, vel ad ſingulos directa, vel pluribus intimata, vel ad prouincias totas miſſa. Adeoque intercidiſſe multa, quæ digniſſima erant æterna luce, non ambigimus; cui poſtea malo mederi potuere, qui ſparſas diuitias, ac fortaſſis ſæpè neglectas, vnum in corpus, velut in communem apothecam collegere: quod poſtea immitati, qui veſtigia priorum ſunt ſequuti. Quanta autem indè *Eccleſiæ* toti vtilitas, quanta illata lux ſit, dicere haud attinet, cum res ipſa ſatis clamet, hodieque non alio iure ſacra adminiſtrentur, quam quod, olim conſtitutum, etiam nunc viuit, viuetque, dum *Eccleſia* militabit in terris.

VIII.

4. Ad Sacros ritus in ſacramentis, & ſacrificio.

In quibus magnis intererat vnitas, & conformitas.

Ne diuerſis cæremonijs vnitas Eccleſiæ diſtrahi videretur. Aut diuerſa à diuerſo eſſe ſpiritu. Huc pertinet Eccleſiarum apparatus.

Sacri ritus in Sacramentis, & Sacrificio.

Vnus Deus ab vna Eccleſia vno eodemque ritu vbique cultus.

Quartum caput ſacros ritus complectitur, quorum in Sacris, ac Sacrificijs vſus: qui quanquam ab initio in pluribus obſeruati, tamen pro varietate regionum varios fuiſſe conſtat: ſed magni intererat vnitas externi cultus; quandoquidem interna pietatis, ac religionis ratio vna erat: ne ſcilicet velut diuerſæ matris filij fideles ipſi diuerſo cultu induerentur. Ideo curatum ab *Eccleſia*, vt vnus Deus, atque idem *Chriſtus* ab vna eademque *Sponſa*, vno eodemque ritu vbique gentium coleretur: nec diuerſis cæremonijs vnitas diſtrahi videretur. Id videmus in ſacrificandi tota ratione, rituque; in Sacramentorum adminiſtratione: in Pſalmodiæ, cantuſque modo; nequid ſcilicet eſſet, quod à diuerſo ſpiritu profectum videretur. Adde, quod huc etiam facit; Sacrarum ædium apparatum, formam, opulentiam: Sacrorum vſum vaſorum, ac cæ-

Sacræ ædes, vaſa, ſupellex, indumenta: Ieiunia, preces, ſupplicationes.

V ſerſi, veſtiumque forma, & vſus.
Conciones, preces, ſupplicationes.
Hæc in cæterorum exemplum indicata.

ſeram ſupellectilem; piarum exhortationum, concionumque frequentiam; ieiuniorum ſtatas vices, & dies; ſupplicationum proceſſus; communium, ac priuatarum precum conſuetudinem; & cætera illa omnia, quibus res Chriſtiana in fidelium tantâ multitudine, ac diuerſitate colligitur, vt vno animo magnum corpus, tamque diuerſis membris conſtitutum, viuificari, regique videatur. Hæc in cæterorum exemplum dicta ſufficiant; quæ propria ſunt *Eccleſiæ* munia in adminiſtranda familia *Chriſti*, & *vinea* illius colenda: vt ſcilicet partitis operis, ac labore diuiſo inter *Sponſum*, *Sponſam*que, vberior fructus exiſtat.

NOTATIO XL.

MILLE TVI PACIFICI.

I.
Quidam vocabulum Pacifici, plurale eſſe arbitrati.
Id ortum ex fontium ignoratione.
Inde autem interpretationes minus aptæ.
Angelomi, & Honorij.
Caſſiodori, et Gregorij.
Quanquam vtilem doctrinam continent.
De remuneratione in cœlis.
Aut peccatorum hic remiſſione.
Sed Pacifici vocabulum gignendi ſingularis eſt.
Id conſtat ex Hebræo, & Græco.
Eſt autem explicatio dictorum.
Mille argenteos in Domini vtilitatē ceſſuros.
Significatio ingentis futuræ ex vineo egregiè culta.
Nec ſuam operam inutilem fore.

Caſſiodorus. Gregorius M. Anſelmus. Rupertus. Angelomus. Honorius. Iuſtus. Sententia patrum conformis textui.

IGNOSCENDVM *quibuſdam de veteribus latinis eſt*, qui arbitrati ſunt vocabulum *Pacifici* numeri eſſe multitudinis, & cum *Mille* iungi, vndè in auios ſenſus ſparſi ſunt. Sed ignoratione fontium aberrarunt. Angelomus, & Honorius eodem ferme modo interpretantur: & quia quod ſupra dictum fuerat: *Vir affert pro fructu eius mille argenteos*, de illis interpretati fuerant, qui ad emendandam vitam æternam omnia ſua bona in pretium tradidere: quod hic dicitur, veluti explicatio quædam eorum ſit, ita explicant; *Mille argentei erunt tui pacifici, id eſt, pacem tibi apud Deum impetrantes*. Nec longè Caſſiodorus abit, niſi quod *Pacificos* interpretatur, *proficuos*, *vtileſque*. Gregorius aliquanto aliter: *Mille, & ducenti argentei, Eccleſia exiſtunt, quia dum fideles quiſque omnia, quæ poſſident ex toto relinquunt, & pacem ſibi cum ſanctis faciunt, & præſentis vitæ remunerationem cum cœleſti percipiunt, iuxta illud: Nemo eſt, qui reliquerit domum, & qui non accipiat centies tantum*. Rupertus demum, non ad præmium in cœlo, ſed ad remiſſionem peccatorum in hac vita refert: *O tu quicumque es, qui in hac vinea mille argenteos expendis, mille tibi pacifici, id eſt, pacem, & remiſſionem peccatorum facientes, vel acquirentes ſunt tibi*. Omnia hæc vtilia ſunt, ſed præter huius loci ſcopum, & ſententiam, quo *Pacifici* vocabulum non pluralis numeri rectus eſt; ſed patrius ſingularis, ſicut &, *tui* gignendi eſt caſus à *tu* recto. Id conſtat ex Hebræo: *Mille tibi Salomon*, ſeù, *Salomoni*: quemadmodum, & 72. habent οἱ χίλιοι τῷ σαλωμών. *Mille Salomoni*, quod & ſequuti Græci interpretes ſunt. Continent autem hæc eorum correctionem; quæ ſuperius dixerat: *vir affert pro fructu eius mille argenteos*: cum enim non dixiſſet cui *mille* illi *argentei* afferrentur, ſiuè in cuius vtilitatem cederent, nunc id explicat: illi ſcilicet eos prouentus afferendos, qui Dominus vineæ eſſet. Non ergo alia hæc interpretanda ratione, quam illa ſunt: nec in *millenario* numero myſterium aliud latet, quam, vt ſignificetur ingens futura vtilitas, quam ex vinea ſua, egregie culta, Chriſtus percepturus ſit. Nec ſine cauſa eandem ſententiam eiſdem pænè verbis iterauit: nam cum prius dixiſſet de ſtudio ſponſi in vineæ cultura collocando, vtilitatis admonuit obuenturæ ex ea: mox cum de ſuo etiam ſtudio dixiſſet, addidit & de prouentu: vt ſcilicet intelligeretur, ſe etiam aliquid collaturam, vt maior fructus exiſteret. Nec aliud addere eſt opus ad horum verborum explicationem.

Vtilis doctrina Gregorij, & Ruperti.

Pacifici vocabulum ſingularis numeri.

72. Inter. Lectio.

Addita hæc maioris explicationis gratia.

NOTATIO XLI.

DVCENTI HIS, QVI CVSTODIVNT FRVCTVS EIVS.

I.
Mira Ruperti interpretatio.
Mille, & ducentos ad Eccleſiam pertinere.
Synagogam ſignificari, nec virginē, nec coniugatam.
Eccleſiæ vtrumque conuenire.
Virginitatē millenario notari vno.
Nam vnitas ſterilis eſt, quæ per ſe ducta nihil creat.
Coniugium numero ducenario.

Oſee 3. 2. Synagoga nec virgo, nec coniugata.
Eccleſia viro cōiuncta, & tamen virgo.
Virginitas vnitate deſignata: duorū numero coniugium.

MIRA eſt hoc loco Ruperti Tuitiens. interpretatio, & acuminis multum habens. Pertinere quidem hæc: *Mille tui pacifici, & ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius*, ad *Eccleſiam* Catholicam poſt Incarnationem: inirique tacitam comparationē cū Synagoga, cui ſcilicet in omnibus *Eccleſia* præferatur. De Synagoga dictū: *Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. Et dixi ad eam: Dies multos expectabis me; non fornicaberis, & non eris viro; ſed ego expectabo te*. Oſee. 3. 2. 3. Hanc ſignificari neque Virginem, neque viro coniunctam: *Eccleſiam* autem, & Virginem, & coniugatam. Virginitatem notari *Millenario* numero vno, vnitas enim virgo eſt; quia per ſe ipſam ducta nihil creat, quod nulli numerorum contingit. Semel vnus, vnus eſt, bis duo quatuor, ter tria nouem, & ita deinceps, ſterilis ergò vnitas eſt, ideoque & virginitatis Symbolum. *Ducenarium* autem numerum ad coniugium pertinere, continet enim geminum centenarium, quos ſi coniungas, vnum *ducenarium* faciunt. Coniunctionem ergo *Chriſti* cum *Eccleſia* in *ducenario* ſignificari, quæ virgi-

neæ

Digitized by Google

nex integritati minimè obeſt. Synagogam nec Virginem, nec coniugatam ſignificari apud Oſeam; idque myſterium numeris illis contineri. *Quindecim enim argentei* nec vnius decades Vnitatem: nec duarum decadum coniunctionem habent. Decas enim quinario exceditur; ad geminam decadem quinario non pertingitur. Itaque nec vnitatem habet, nec coniunctionem duplicis vnitatis. Sic & dimidius corus cum integro, & vnum dimidio excedit; & ad duos dimidio non pertingit: vt & duarum careat vnitatum copula, & vnitatem non habeat. Quantum ergo *Eccleſia* Synagogæ præſtet hic ſignificatum eſſe; cui vtriuſque boni fructus integer deſignetur, & virginitatis in *millenario*, & coniugij in *ducenario*. Mihi, verum, vt fatear, non placet tanta ſubtilitas; & amaui ſemper eam interpretandi rationem, quæ ſua ſe ſimplicitate tueatur: quæ multum habent acuminis, minus fermè ſolidi habent: & nimia ſubtilitate ſuſpecta ſunt. Id ferri vtcumque poſſet, ſi verbis accommodari poſſet: nam *mille nummi*, non ad *Eccleſiam*, ſed ad Chriſtum ſpectant, vt proxima Not. monuimus: *Ducenti* autem *Argentei*, non etiam *Eccleſiæ*, ſed conductoribus, ſeù *cuſtodibus* deſignantur. Pertinent ergo ad eorum præmium, quibus vineæ procuratio committatur; ne ſcilicet arbitrari quis poſſet, ſiuè vllo laboris pretio colendam ab illis vineam. Et quanquam, & *cuſtodes* ipſi ad *Eccleſiam* ſpectant, ideoque, & eorum pretium ad illam quodammodo: tamen aliud quiddam ſignificat: neque hic de ſuo, ſed de eorum laboris præmio, loquitur. Illius aliud operæ precium erit, vtpote cui cum *Sponſo Chriſto* communia omnia ſint; & quidquid ex ritè, & ſedulo culta vinea vtilitatis obuenerit, ſibi cum ſponſo commune ſciat.

Probabilius alij, & accommodatius, loco hoc in *Ducentis Argenteis* præmium agnouere in *Vinea* laborantium, id eſt Apoſtolorum, eorumque, quibus pars aliqua communis ſollicitudinis commiſſa eſt. Honorius duplex præmium Prælatis *Eccleſiæ* paratum eſſe, alterum in anima, in corpore alterum. Sic etiam ferme Gregorius, quanquam ſimpliciter ad eos refert, qui omnia propter *Chriſtum* reliquere. Anſelmus autem, *Cuſtodes* huius vineæ duplex precium Deo offerre, & quia ſe immaculatos præſtant, & quia aliorum animas lucri fecère: ideo duplice mercede donandos. Quæ autem ea duplex ſit merces, ipſe non dicit. Quidam obſeruantiam mandatorum hanc *cuſtodiam* interpretantur; Theodoretus, & Tres apud illum Patres, & Philo Carpathius; quo nemo melius hunc ſenſum tradidit; ideo illius verba poſui, ne lectorem vtili doctrina, tametſi loco huic non admodum accommodata, fraudem, aut alibi cogam quærere. *Ijs omnibus, qui duo teſtamenta, vel duo præcepta caritatis, Dei ſcilicet, & proximi, ſtudioſe ſeruarunt, præmia dabuntur æterna: bis enim centum ducenta conficiunt, & decem decies ducta centenarium numerum reddunt. Quicumque igitur vtriuſque teſtamenti mandata fideliſſime cuſtodiunt, ij vel centeſimum, vel ſexageſimum, vel trigeſimum ſibi fructum accipient; & alios veluti arbitri cum ſponſo ipſo iudicaturi ſedebunt.* Dixi, minus aptam interpretationem eſſe: quia loco hoc, non de quibuſque fidelibus, ſermo eſt, ſed de illis ſolis, quibus munus animarum commiſſum eſt, & aliqua publici miniſterij pars in adminiſtranda *Eccleſia* demandata; quorum cenſum apud Paulum habes: *Et quoſdam quidem Deus poſuit in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, Deindè virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretatio ſermonum.* 1. Cor. 12. 28. De horum ergo præmio agitur, non de cæterorum. Eſt ergo quod Petrus monet, cum de officio Paſtorum diſputaſſet. *Et cum apparuerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.* 1. Pet. 5. 4.

Simpliciſſimè ergo interpretabimur, *Ducenti His, Qui Cuſtodiunt* grande futurum eorum præmium, qui ſtrenuè in hac vinea laborauerint. Sic dicebat Paulus. *Qui benè præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè, qui laborant in verbo, & doctrina.* 1. Tim. 5. 17. Duplicem honorem interpretantur quidam, reuerentiam, & alimenta; Ambroſius, & Haymo. Alij maiorem, quam qui viduis impendendus ſit; de quibus paulò ante dictum fuerat. Sic Chryſoſtomus, intelligit autem de rebus ad victum neceſſarijs. Sed præſtat, quod & Theodoreto, & Theophylacto, quin & eidem Chryſoſtomo magis placuit, duplicem interpretari abundantem; non parcum, aut tenuem victum, aut certè multiplicem. Quo fortaſſe ſenſu fieri in ſe duplicem magiſtri ſpiritum poſtulabat Eliſæus 4 Reg. 11. 9. Et Dominus addidiſſe dicitur omnia, quæ fuerant Iob. duplicia. Iob. 42. 10. Sic Iſai. 40. 2. *Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.* Et Ierem. 17. 18. *Duplici contritione contere eos.* Et de forti muliere, quod maximè in hunc locum facit. Prou. 31. 21. *Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*; egregiè non vno veſtium præſidio aduerſus temporum iniurias, & niuium algorem comparati. Quòd ſi domum matrisfamilias fidelium congregationem accipimus, domeſticos autem, ſiuè rei familiaris adminiſtros, eos omnes, quorum opera *Eccleſia* in

SVM. COM.
Id ad Eccleſiam pertinere vtrūque. Synagogam apud Oſeam, nec Virginem, nec maritatam notari.
Quindenarius .n. numerus illis tributus.
Nec vnitatem cōtinet, nec duplicis de varijs coniunctionem.
Vtroque ergo meliorem eſſe Eccleſiam.
Sed tāta ſubtilitas probāda nō eſt
Et alioqui verbis hæc aptari nō poſſunt.
Cum mille argētei ad Chriſtum pertineant.
Ducenti ad cuſtodes, ſeu conductores.
Et quanquam hi ad Eccleſiam pertinent.
Non tamen hic de ſuo præmio ea loquitur.
Quod illi commune cum ſponſo.

II.

Probabilius, qui in his cultorū præmium agnouere.
Quod duplex ſit illis paratum.
Aut, quod illi duplex commodum Chriſto afferant.
Ideo duplice mercede dignos.
Sed hanc mandatorum cuſtodiam quidam exponūt.
Quæ vtilis doctrina tametſi loco nō apta.
Eam optimè tradidit Philo.
Cuius hic verba habes.
Minus autem id loco accommodatum.
Quo de ſolis animarum curatoribus ſermo eſt.
Quorum cenſum Paulus exequitur
Et Petrus præmiū deſignat gloriæ coronam immarceſſibilem.

III.

Simpliciter ergo interpretamur.
Grande futurum præmium.
Sic dicti à Paulo duplici honore digni.
Quod quidam exponunt reuerentiam, & alimēta.
Alij aliter.
Sed præſtat intelligere abundantē. Sic duplex Spiritus Eliſeæ promittitur. Et Iob duplicia redduntur. Et duplex contritio peccatorum eſt.
Et duplicibus induta familia fortis mulieris. Ideſt egregiè munita aduerſus iniurias temporis. Domeſticos autē intelligimus eoſdem vineæ cultores. Quibus indutis à tota familia frigus arcetur.

Quindenarium numerum, nec vnitatem habet, nec duorum cōiunctionem.

Nimia in interpretando ſubtilitas ſemper ſuſpecta.

Præmium cultoribus vineæ deſignatum.

Præmium cultoribus germinum paratum: in anima, & corpore.

Cuſtodia vineæ, obſeruatio mādatorum.
Theodoretus.
Tres Patres.
Philo Carpath.

Non de præmio quorumcumque ſed tantum miniſtrorum Euāgelij ſermo hic eſt.
1. *Cor.* 12. 28.
1. *Petr.* 5. 4.

Ducenti argētei præmium grāde ſignificant.
1. *Tim.* 5. 17.

Duplex honor, quid ſit apud Paulum,
Ambroſius.
Haymo
Chryſoſtomus.
Theodoretus.
Theophilatus.
Duplex ſpiritus Eliſæi.
4. *Reg.* 2. 9.
Iob. 41. 10.
Iſai. 40. 2.
Ierem. 17. 18.
Prou. 31. 21.
Veſtiti duplicibus ſenſu dicti domeſtici Eccleſiæ.

Digitized by Google

bonum communium filiorum vtitur; haud ſatis certè videtur intelligi, qua fieri ratione poſſit, vt ab tota domo metus à frigoribus arceantur, quod illi ſcilicet duplicibus ſint induti. Sed veſtes duplices præmium ſedulitatis, ac operæ domeſticis datæ intelligendæ ſunt; id eſt, operæ totius exhibitæ, ac ſtudij collocati præmium par; vndè optimè colligitur ad familiam totam multa commoda, & ex eorum ſedulitate, ac opera obueniſſe. Non ergo eſt, quod algores timeantur, & temporum aduerſitates familiæ; cui tam ſeduli, ac ſtrenui miniſtri curatores ſint impoſiti. Itaque ſedulitatem laboris impenſi præmium grande teſtatur; labor, ac ſedulitas vineæ vbertatem. *Ducenti* ergo *argentei cuſtodientibus* illam præſtantur: quia grande præmium, nec par ſolum operæ deſignatum illis eſt; ſed multiplex; quodque, & ſtrenuitatem operarum, & largitatem Domini commendet. Sic cum Pſal. 127. de viro iuſto ſermo eſſet, dictumque fuiſſet de felicitate illius; *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ; Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ*: mox additur: *Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum*. Pſal. 127. 3. 4. 5. Seduli viri præmium ipſa familiæ felicitas eſt; nec cogitari maius gaudium poteſt, quam cum Apoſtoli reduces, ingentes animarum manipulos Domino ſtatuunt, ſuo labore, atque induſtria, immo & ſudoribus, & algoribus de orci faucibus, ac diaboli ereptarum ſeruitute. His tam grande laborum præmium erit, vt fateantur ipſi, in ſumma quanquam laborandi contentione, obrui ſua ipſorum vota Domini largitate.

Quibus indutis a tota familia frigus arcetur.
Quia eorum ſedulitas omnibus vtilis eſt.
Ideo timēdū nihil aduerſum eſt.
In ducentis ergo argenteis grande præmium cultoribus promiſſum eſt.
Et opera longe maius, & quod Domini largitatem teſtetur.
Eſt autē ſeduli viri præmium, totius familiæ felicitas.
Et, ingens gaudiū fructus labore perceptus.
Et Domino gaudenti oblatus.
A quo merces expectanda.

Sedulitas miniſtrorum in bonū omnis familiæ redundat:
Pſal. 127. 3. 4. 5.
Seduli viri præmium felicitas eſt familiæ.

VERSVS XIII.

QVÆ HABITAS IN HORTIS AMICI AVSCVLTANT TE: FAC ME AVDIRE VOCEM TVAM.

COMMENTARIVS.

DE *Vineæ Cuſtodibus dictum fuerat, quos eos interpretati* ſumus, qui miniſterio, & animarum negotiationi deſtinati, & ſuæ, & aliorum ſaluti inuigilant; quo nomine cenſetur, & omnis omnino clericalis ordo, cuius ad proprium ex inſtituto *Chriſti* eſt, vt per ſacra munia proximorū ſalutem procuret, & omnis religioſus ſtatus, qui contemplatiuam cum actiua vita coniungens, in ſubſidium miſſus ſuis temporibus eſt, ad *Vineam* communem excolendam. Nec omittenda ea pars fuit ſacrarum religionum, quæ ſemotæ à turbis, ac negotioſa vita, ſibi vacant ac Deo: in his ergo *Chriſtus Sponſus Eccleſiam Sponſam* alloquitur, quamque ſibi placeat eorum inſtituti ratio docet. Neq; enim æquum erat, vt in pulcherrimo Dramate, quo *Eccleſiæ* ſtatus omnes adumbrabantur, de *religioſis monachis*, ac *cænobitis* ſileret, vndè tantus illius decor erat futurus, quiquè ſuo modo non parum ad communem cauſam vtilitatis allaturus erat. Nec ineptè in *Hortis* religioſus receſſus deſignatus, quo viri ſanctiſſimi tametſi moribus, inſtitutiſque diuerſi, pro cuiuſque ratione ſtatus, ſemoti à ſæcularibus turbis, ac negotioſa vita, laudes Deo ſolent concinere, etiam cœleſtibus ſpiritibus gratiſſimas. *Eccleſiam* ergo in ea nobili parte *Chriſtus* hortatur, vt pergat in eo munere peragendo. Optimè autem eſt factum, vt in *Religioſis* his *ordinibus* argumentum nobile finem haberet: Nihil enim gratius accidere omninò: ſpectatori poterat. Sed extremum hoc alloquentem Chriſtum audiamus.

ENARRATIO.

OMnia quidem ex ſententia conſtituta ſunt, eaque præſidia parata omnia, quæ neceſſaria ad tantum negotium, quantum tanta rei adminiſtratio, ac gubernatio eſt: ſupereſt, vt omnibus ritè diſpoſitis, operi tanto perte,

per-

Digitized by Google

perque auxiliares tuos incumbas. Adero ipſe ſtrenuè agenti; & per arcanos motus auxilia ſubmittam. Nihil eſt, quod vereare periculi: nemo erit, qui vel impedire, vel retardare rem poſſit. Colloquendi ergo finis hic ſit, principium & agendi. Illud ſupereſt, vt cui ſolitudinis ſeceſſus, & Eremi incolatus placet in tuis illis alumnis, qui ſemoti à turbis, ſecretiore pietate mentem ad ſuperiora traducunt, vnum id curantes, vt nihil curent: vnique mihi, & obſequantur factis, & linguis concinant laudes, in id ſedulo incumbas: vt, dum filiorum alij toti in agendo ſunt, hi in contemplando ſint toti. Scis, quam id gratum mihi futurum ſit; quam ſuaue ſpiritibus illis, qui choris ſuis in cœlo diſtincti, alternantibus vocibus concinunt laudes meas, nec vnquam à canendo ceſſantes. Gaudent illi, ab hominibus adhuc mortali carne circundatis voces præripi, & officium impleri: ac futurorum memores, confeſſores tandem, atque adiutores eos habituros ſe lætantur, qui, cum homines nati ſint, pietatis ſtudio, ac cultu conſequuturi id ſunt, vt cum angelis cenſeantur. Erit cum tu, eorum myriadibus ſtipata, inueharis in cœlum; dignaque cum ſponſo tuo ſede loceris.

NOTATIO XLII.

QVÆ HABITAS IN HORTIS.

SVM. COM.

I.

Cuius ſint hæc verba dubiũ eſt.
Græca Lectio, & quidam ex ea Interpretes Eccleſiæ tribuunt.
Sed certũ, Chriſti eſſe.
Ideo eorum ſententijs recenſendis abſtinemus.
Quidam vocem prædicationis interpretantur.
Quam libenter Chriſtus audit.
Et ad eam promendam hortatur.
Hortorum habitatricem, virtutum colentẽ plantas.
Vel ſacram ſcripturam.
Vel populos iuſtitiæ amantes.
Vel Eccleſias particulares.
Sed omnes hortos in bonũ accipiũt.

72. *Lectio.*
Hę Chriſti eſſe verba oſtenditur.
Philo Carpath.
Ambr. ſer. ... *Pſal. 118.* ...
Comment. ... *Cap. 8. Not.* ...
Vocem prædicationis libenter audit Chriſtus.
Caſſiodorus.
Beda.
Gregorius PP.
Anſelmus.
Honorius.
Angelomus.
Horti ſacræ ſcripturæ libri.
Populi iuſtitiæ dediti.
Eccleſiæ priuatæ.

DE *ſingulis vocibus ſingulæ penè ſunt Quæſtiones, tamque* diſcrepantes ſententiæ, vt in concordiam reduci nullo modo poſſint. Dubium, vt ſit de perſona interloquente, faciunt 72. qui *Sponſæ* hæc tribuunt. *Quæ ſedes in hortis.* Id ſequuti PP. qui Codices Græcos ſectati ſunt, & ipſi Græci. Quin & Philo Carpath. non ſecundam perſonam, ſed tertiam habet: *Quæ ſedet in hortis.* De latinis Ambroſius, etiam *Sponſæ* tribuit. Eam nos Quæſtionem loco alio examinauimus, conijcimuſque non *Sponſæ*, ſed *Sponſi*, eſſe has voces. Id ergo ſit certum *Chriſti* eſſe verba, non *Eccleſiæ*. Ideo abſtinebimus à cenſendis eorum ſententijs, qui ſponſam loquentem inducunt; quæ vno omnes ariete conculcuntur, *Chriſti* eſſe verba, non *Eccleſiæ*. De cæteris ergo plerique arbitrantur, moueri à *Chriſto Eccleſiam*, vt prædicationi incumbat grauiter; eam illius *vocem* eſſe, qua ipſe maximè oblectetur, *Hortorum* dictam *habitatricem*, quod virtutum cultui, velut quarundam plantarum, vacet. Sic ferme Caſſiodorus, & aſſecla illius Beda, & Gregorius Papa non vno loco hoc, ſed & Hom. 4. in Ezechiel. Anſelmus aliquanto aliter; moneri *Eccleſiam*, vt ſedulo labori incumbat, ſeque dignam exhibeat factis, cuius ille *vocem audiat*. Rupertus *Hortos* interpretatur, ſcripturas ſacras. Id litterale minimè eſt. Iuſtus Vrgel. Populos ſub cultu iuſtitiæ conſtitutos, aqua doctrinæ ſpiritualis ſemper irriguos. Honorius vero Eccleſias particulares, in quibus proferuntur germina virtutum, & flores Sanctorum: quo fere pacto etiam Aponius interpretatur, fidelium conuenticula. Quiſque id ſequutus eſt, quod aptius viſum eſt, ad ducendum filum interpretationis ſuæ. Sed id optimè factum eſt ab omnibus, quod *Hortos* interpretati in bonum ſunt; quod etiam, & reliquis placuit Interpretibus Græcis latiniſque.

II.

Vnus de recentioribus in deterius.
De Synagogæ reliquijs.
Quibus Chriſtus idololatriã in memoriam reuocat.
Hanc eius populi veterum labem.
Sub eo tropo ſæpè illi à Prophetis abiectatam.
Sic Iſaiam non vno loco.
Sed de reliquijs Synagogæ hæc accipi non poſſe diximus.
Nec Horti in malum accipiendi ſunt.

Sermo Chriſti ad Synagogæ reliquias.
Hortorum habitatrix falſorũ numinum cultrix.
Iudæi in Hortis Idololatriam exercentes.
Iſai. 1. 29.
Et 45. 3.
Et 46. 17.

Vnus de recentioribus, doctus cæteroqui, limatique iudicij vir, alieniſſimè, vt noſtra ſententia eſt, interpretatur, in malum. Pertinere hæc ad Synagogæ reliquias, ſub ſæculi finem vocandas ad *Chriſtum*: tunc illas, agnito errore, in *Chriſti* laudes, veræque fidei confeſſionem ſoluendas. Id ergo nunc agere *Chriſtum*, eas ſcilicet admonere officij, immo, quia primus conuerſionis aditus poſitus in veteris vitæ deteſtatione eſt, illis in memoriam ante acta ſcelera reducere, alienorum ſcilicet, falſorumque Deorum cultum. Hanc primam eius populi, ſed & turpiſſimam fuiſſe labem, nec facile abſtergendam. Id ſignificatum ea forma loquendi: *Quæ habitas in hortis*, vt ſæpè locis alijs. Iſa. 1. 29. *Confundentur ab Idolis, quibus ſacrificauerunt, & erubeſcetis ſuper hortos, quos elegeratis.* Et loco alio: *Populus, qui ad iracundiam prouocat me, antè faciem meam ſemper, qui immolant in hortis.* Iſa. 65. 3. Et: *Qui ſanctificabantur, & mundos ſe putabant, in hortis poſt ianuam intrinſecus, ſimul conſumentur dicit Dominus.* Iſa. 66. 17. Sed neque hæc ad reliquias pertinere Iudeorum, ſæpè monuimus; nec *Hortos* in malum interpretandos putamus: cum agmen cæterorum ſequi magis deceat, dum firma aliqua ratio diſcedere à trita à multis via non cogit.

Hortos

Digitized by Google

III.

Poſiti enim pro ſeceſſu à turbis. Et de religioſis dicta hæc familiis. Quæ remota à ſæculo ſibi vacant & Deo. Nec ſine cauſa inducti religioſi. Nam hactenus de ſtatu clericali ſermo. Qui hactenus animarũ cultui vacauit. Ex inſtituto Chriſti, & quaſi ex debito. Hi ſcilicet vineæ cuſtodes. Quorum tũc munus enituit. Cum orta pax per Conſtantinũ eſt. Aliud decus Eccleſiæ, Religiones. Quæ ſub ea emerſere tempora. Eccleſiæ tantum decus, vt ſiles non debueris.

Hortos ergo *ſeceſſum* interpretamur à turbis, ac negotijs ſæcularibus; nec ad alios hæc pertinere putamus, quam ad *Religioſas familias*. *Habitat* ergo *in Hortis Eccleſia* in ea ſui parte, quæ religioſos ordines complectitur, quorum ex inſtituti ratione animus, à ſæculo, ac ſæcularibus curis auocatus, ſibi vacat ac Deo; nec contentus mente ab hiſce mundi turbis, ac ſollicitudinibus abeſſe, abripit ſecum corpus, & in ſolitaria, & ſola loca ducit, quo ne ſonitus quidem collidentium ſe ſe mutuo percuſſu fluctuum, dum pelagus ſæculi fœdis tempeſtatibus iactatur, peruenire poteſt. Fuit autem magna ratio, cur hic induceretur ſermo de religioſis inſtitutis; curque ſub ſchemate *Hortorum* eorum indicaretur ſtatus. Nam certè hactenus ſtatus Clericalis cum *Eccleſia* ipſa natus, ac functionibus ſacris deſtinatus, animarumque commercio, inclaruerat: totiſque ferme ſæculis tribus, decus auxit *Eccleſiæ*; auxiliareſque manus ſtrenuè contulit ad laborem, ingenti cum fructu. Et fuiſſe quidem illos ab initio votis religioſis aſtrictos, multi diſputant, nec negamus. Sed tamen Apoſtolorum, vel æmulatores, vel imitatores, præter ſalutem propriarum animarum, aliorum ab initio ex munere vacauere. Horum putamus mentionem factam in *vineæ cuſtodibus*, ſiuè conductoribus, quorum ſtudio, opera, cultu vernaret: opimoſque Domino fructus redderet. Hoc autem eorum ſtudium tum maximè exituit, cum pace reddita *Eccleſiæ*, licuit omnem in partem liberè lumen religionis inferre; ac Chriſtianæ pietatis inſtillare præcepta. Ideo poſt pacatum orbem, ac deletos tyrannos, horum cura exigebatur ab *Eccleſia*, vel laudabatur illis verbis: *Tradidit eam cuſtodibus*: &; *Ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius*. Reſtabat aliud *Eccleſiæ*, nec prætermittendum decus, alius ſacrorum hominum ordo: qui tunc demum emerſit, cum pace gaudente *Eccleſia*, ſtudia pietatis exerceri liberè potuere. Eſt verò hic religioſus ſtatus tanta in *Eccleſia* res, vt omitti in pulcherrimo ſcripto, quo per ætates ſuas ducta *Eccleſia*, quoad pacificè connubio *Sponſi* frueretur, deſcribitur, non debuerit. Hac ratione factum eſt, vt loco hoc de ſtatu religioſo ſermonem inductum, arbitrati ſimus.

Hortorum habitatrix Eccleſia in familijs Religioſis.

Hactenus de Clericali ſtatu dictum. Nunc de Religioſo.

Religioſus ſtatus per hæc tẽpora inſtitutus.

IV.

Hortus autem aptiſſimum religionis Symbolum. Nam Hebræis à clauſura dicitur GAN. Et ſi per Hortorũ propria curras. Et ſingula religionibus applices. Imaginem expreſſam fatebere. Ac multo magis ſi de ſeceſſu, & clauſura cogites. Siuè eam interpretere ſeueritatem diſciplinæ. Siuè latendi ſtudium quaſi in voluntario carcere.

Eſt verò *Hortorum* Symbolum tam aptum ad religioſos ordines ſignificandos, & aptius quidquam eſſe non poſſit. Nolumus per ſingula currere, ne in immenſum currat oratio, ſed quæ ad hunc propriè ſpectant locum omittere piaculum ſit. *Hortum* Hebræi GAN vocant, ſicque Cantico hoc ſæpius appellatus eſt. Cap. 4. 12. 15. 16. cap. 5. 1. 2. cap. 6. 1. 10. Et hoc loco. Sic appellatus à GANAN, *circumcludere*, aut *claudere*. Itaque, ſiuè per *Horti*, quæ ſunt propria, curras, plantarum delectum: arearum diſtributionem; ordinem, ac diſpoſitionem: munditiem; frequentem irrigationem; liberos ſoles, fouendis plantis neceſſarios: æris temperiem; florum varietatem, pulchritudinem, decus; vbertatem fructuum; ſtudium in cultore nunquã intermiſſum, &, quod omnium caput eſt, locum ad delitias natum Domini, honeſtumque oblectamentum; imaginem religioſarum ædium, ac familiarum tantum non ſpirantem videbis. Siuè id ipſum conſideres, quod vel ſepibus clauſum, vel circumuallatum muris ſit; quod Hebræa voce ſignificari diximus, nihil aptius potuiſſe inueniri dices, ad religiones ſignificandas. Siuè clauſuram religioſam ipſam intelligas diſciplinam, ad leges illas rigidas Chriſtianæ perfectionis exactam; ſiuè etiam latendi ſtudium, & ſeceſſum ipſum, ac velut liberum carcerem, quo volentes, libenteſque homines, tametſi liberi nati, includunt ſeſe: ne ſcilicet ſe ſæcularium hominum conſortio contaminent. Fortaſſis, & in *Habitandi* verbo ſtatus ipſe religioſus, & animi deſtinatio perſeuerandi in eo vitæ generæ melius intelligetur.

Hortus Religioſi ſtatus imago.

GAN. Hortus.

GANAN cõcludere Heb. *Cant.* 4. 12. 15. 16. *Et* 6. 1. 10.

Hortorum propriæ dotes facilè transferendæ ad Religiones.

Securitas diſciplinæ horti myſtici clauſura.

Religioſæ ædes voluntarij carceres.

V.

In his habitat Eccleſia. Quia nullibi fœlicius degit. Quem vbi inſtituta illius firmius vigent. Vt alibi videatur tanquam in hoſpitio. Hic tanquam in propria domo verſari. Huius rei indiciũ fecere tres PP.

Habitare autem, *in Hortis*, ideſt, in *religionibus Eccleſia* dicitur, vel quia delitiæ *Eccleſiæ*, religioſæ familiæ ſunt, ac velut dilectior proles, vtpotè matri ſimilior, quæque Patrem expreſſius referat, vel quia nullibi fœlicius *Eccleſia* regnat; nullibi illius, & ſtudia, & inſtituta firmius vigent, quam in familijs religioſis, vt alibi videatur *Eccleſia* velut in tabernaculis, aut ſubitarijs domibus habitare; hic tanquam in palatijs, ædibuſque magnificis. Hæc ergo domicilia illius ſunt, cætera hoſpitia ſola; in quibus degere quidem illa ſolet, ſed æbitura, ad breue ſcilicet tempus, ac velut in tranſitu; in religioſis autem cætibus, vt in proprijs ædibus, quo otium à negotijs, & turbis nacta concedit, animo recreando. Ac ne nos putes primos in hanc de religioſis cætibus veniſſe ſententiam, fatemur nobis indicium illius feciſſe tres apud Theodoretum Patres, qui *Hortos* interpretantur, *diuina templa*; *martyrum monumenta, & eorum, qui ſolitariam amplexi ſunt vitam, conuentus*. Quodquam vir doctus ad tropologiam pertinere, arbitratus eſt, tamen nulla cauſa eſt, cur à littera excludatur, quod ſatis tota hac notatione monſtratum eſt.

Alibi Eccleſia velut hoſpes degit, in religionibus habitat volens.

Tres Patres.

NO-

NOTATIO XLIII.

AMICI AVSCVLTANT TE.

A*Micos Qaidam Riuales Interpretantur, & Falſos Amicos*: illorum authorum verba reddere hic placuit, vt ſenſus melius percipiatur: *Non, etſi amicos illos vocat, veri amici cenſendi ſunt, ſed veris amicis per fraudem immixti, & ſpecie tenus amici, re ipſa hoſtes acerbi, vtpotè qui eius omnes nutus ad nocendum obſeruent: quales certè ſunt illius rectores populi, qui cum ſe Dei amicos eſſe falſo ſimulent, & eius gloriæ ſtudere, videri velint, ſummo tamen ſtudio curant, ne qua ſe ad animos ſuorum Chriſti vera fides inſinuet. Hi ergo etſi auſcultent, id eſt, ſi inuigilent, vt Iudæorum populum à vero Dei cultu remoueant, tamen vt nulla eorum arte, ac fallacia prohibitus impediatur à vera fide, id nunc enixè ſponſus ab ipſo populo petit; rogatque, vt non tanti faciat inſidioſas illorum fraudes, vt amoris ſui teſtem vocem ob id contineat, aut reprimat.* Satis hæc ſunt perplexe tradita, audeo dicere, & violenta, nec apta ad verborum ſeriem. Nam quid cogit, *Amicos*, nomen blandum, atque ab amore tractum, ſine argumento bono, ſine authoritate cuiuſquam, ſine vlla neceſſitate in contrariũ interpretari, & aduerſarios pronunciare, qui dicuntur *Amici*? Quid cogit *Auſcultare*, interpretari inuigilare, vt Dei populum ab illius verò cultu remoueant? Hoc niſi peruertere vocabulorum ſenſus omnes eſt, nihil peruertere eſt: nam qua originatione, analogia, aut metaphora, aut ſimilitudinis ratione fiet, vt *Auſcultandi* vocabulum ad ſignificatum tam alienum traducatur? Quid in tota ſententia eſt, quo cogamur, quæ plana ſunt, tam alienè interpretari? Obiectant, *Sodales* alicubi dictos à nobis, qui *amici* non eſſent, quod videtur ſonare nomen: *Ne vagari incipiam poſt greges Sodalium tuorum*. Sed id ad cauſam minimè facit: nam tametſi vtrobique vocabulum idem in fontibus eſt, ex adiunctis tamen diuerſitas ſignificatus intelligitur. *Ne*, inquit, *vagari incipiam poſt greges Sodalium tuorum*. Sodales ergo, eorumque conſortium, & timet, & fugit, quæ hærere *Sponſo* ardet; non ergo veri *ſodales*, & *amici*, ſed imitatione quadam: hoſtes ergo, à quibus iure ſibi timendum cenſet; non *amici*, quos amare debeat. Hoc autem loco nihil eſt, quo vel leui indicio indicetur, qui *Amici* dicuntur *Amicos* non eſſe, ſed hoſtes, ſub honeſto nomine diſſimulatos.

Communem ergo veterum, recentiumque ſequamur ſenſum, *Amicos* interpretantes eos, qui veri *Amici* ſint. Vide, quæ diximus Dramat. Comment. cap. 8. Not. 41. Quidam interpretantur cœleſtes ſpiritus, ac beatas illas animas, in cœlo cum Chriſto regnantes, Caſſiodorus, Beda, Gregorius PP. Anſelmus, Theodoretus, ac tres apud illum PP. & Ambroſius ſolos Angelos, qui verè *Chriſti*, & ſocij ſunt & *Amici*. Sic etiam Honorius, & Angelomus, & Aponius, qui Angelis Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Martyres accenſet. Omnia vera ſunt; verius, non ad cœli ſolum incolas, ſed ad eos etiam omnes, qui, adhuc degentes in ſæculo, veri per gratiam, ac imitationem virtutis *Chriſti Amici* ſunt. Omnibus his vnum votum dulciſſimam *Eccleſiæ* vocem audire. *Auſcultandi* autem vocabulum non audire quomodocumque, ſed cum attentione, atque auiditate, & quodam quaſi fauore ſignificat: cum ſcilicet ab eo, quod dicitur, voluptas aliqua expectatur, aut vtilitas. Sic dicebat Cato: *Auditis vos, non auſcultatis, tanquam Pharmacopolam*. Quod ſi de ſcripturis eius verbi ſignificatio petenda eſt, facilè is ſenſus firmari poteſt. 1. Reg. 15. 22. *Nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia, quã victima, & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum*. Sic Prou. 4. 20. Et Iſai. 32. 3. 42. 23. Nec puto inuenietur locus, quo eius vocabuli vſus alibi ſit, quam vbi de re agitur, cuius ex auditu vel vtilitas, vel commodum, vel animi informatio petatur. Indicabitur ergo loco hoc, & id, ad quod prouocat, vt canat *Eccleſia*, & vtile futurũ, & gratum; atque arrectis ideo auribus ſtare *Amicos*, paratos audire, & auidos audiendi. Id ſatis intelligitur ex ſermonis ipſa ratione, tametſi de verbi illius ſignificatu dubium eſſet: nam *Auſcultare* dicuntur, cum nondum audiatur illa, ſed adhuc rogetur, vt canat, quod eorum certè animum indicat auidiſſimum audiendi, & ad audiendum paratiſſimum, quod ij facere ſolent, qui magnum aliquid, ac ſummæ gratũ, ſeſe audituros arbitrantur, ſic apud Poetam, narraturo Ænea Troianam cladem.

Conticuere omnes intentique ora tenebant:

SVM. COM.

I.

Quidam amicos falſos interpretantur, & riuales.

Veris Amicis per fraudem mixtos.

Cũ tamen Dei ſe familiares fingãt.

Vt aliorum acceſſum ad Chriſtũ impediant.

Rogari, ne eorum artes Eccleſia curet.

Ideoque vocem ſibi gratiſſimã promat.

Sed nihil cogit, Amicos, ita interpretari.

Sine ratione, aut neceſſitate;

Aut, auſcultari attendere, vt vocẽ impediant.

Plana omnia ſũt, & facile percipi ſe ſinunt.

Nec, quod ſodales alicubi in deterius accipiamus.

Ideo hic etiã Amicos accipiemus.

Cum ex adiũctis ſatis id intelligatur;

Hic contra nullo indicio Amici inimici probantur.

II.

De ea re dictum Dramatiko Com.

Sint ergo Amici amici.

Siuè beatos accipias homines Angeloſque.

Seu illis Prophetas & Apoſtolos adiungas.

Seu potius eos omnes, qui verè Amici Dei per gratiã.

Quibus omnibus grata Eccleſia vox eſt.

Auſcultare autẽ attentè, & fauenter audire eſt.

Si latinorum vſũ, conſideres.

Et conſuetudinẽ ſcripturarum.

Apud quos eius vocis alia ſignificatio non eſt.

Vox ergo Eccleſia vtilis, & grata ſignificatur;

Et eſſe, qui parati audire ſint.

Et quidem auidè, & fauenter.

Amici, an in deterius accipiẽdi, pro ſimulatis.

Amicorum hic nomen blandũ, & fauens.

Auſcultare, eorum qui parati ſint audire, & dicenti fauere.

Cant. 1. 6.

Dramat. Cõmẽt. cap. 8. Not. 41

Amici Beati Angeli, & homines.

Caſſiodor.

Beda.

Gregorius.

Anſelmus.

Theodoretus.

Tres Patres.

Ambroſius.

Honorius.

Angelomus.

Aponius.

Amici omnes Chriſto per fidẽ, & amorem coniuncti.

Cato.

Auſcultare, auide, & fauenter audire.

1. Reg. 15. 22.

Prou. 4. 20.

Iſai. 32. 3.

Et. 42. 23.

Vox Eccleſiæ gratiſſima ſemper Dei Amicis.

Virgilius Æn.

SVM COM.

I.

Quæ hæc ſit Eccleſiæ vox.
Quidam tantum id velle putãt, ne ſolis amicis canat.
Alij vocem intelligunt Euangelicam prædicationem.
Alij Diuinam legem ſemper in ore habendam.
Alij preces ad Deum cum diuina poſtulat.
Tunc à Deo, & Beatis libẽter audiri.
Hinc probant etiã noſtras preces à ſanctis percipi.

II.

Nos vocem hanc interpretamur.
Actiones Religioſorum proprias.
Si de contemplatiuis ſit ſermo.
Pſalmos, hymnos, Cantica, &c.
Petitiones, laudes, gratiarũ actiones,
Et cæteras, cũ tacente lingua loquitur mens.
Quæ Dei aures ſæpè acrius feriũt, quam ſonantia verba.
Id Chriſti documentum eſt, ne loquaces orantes ſimus.
Loquacitas Phariſæo nihil profuit.
Parcitas publicani, quæ voluit impetrauit.
Immo, & plura, quam ſperauit.
Largus animi demiſſione, & pietate.
Nam Deum ſciebat magis affectum, quã verba probare.
Sic Eccleſiæ vocẽ audit, etiam tacentis.
Vtrumque ſi iungat omne ſe tuliſſe punctum putat.

III.

Si autem, & illas religiones non arcuas.
Quæ contemplationi actionẽ coniunxere.
Nec aliorũ curã alienã à ſe putãt.
Suauiſſima in vtraque voce Dei mulcent aures.
Nec gratior Deo Paulus tertiũ ad cœlum raptus.

NOTATIO XLIV.

FAC ME AVDIRE VOCEM TVAM.

QVI *Hoc Comma Totum Cum Sequente Sponſa Tribuere*, eius, hanc vocem variè ſunt interpretati. Iuſtus eam vult, qua dicturus Chriſtus electis ſuis: *Euge ſerue bone, intra in gaudium Domini tui*. Matth. 25. 21. Theodoretus mauult illam, *venite benedicti Patris mei*. Matth. 25. 24. Sed tantundem eſt. Cæteri, quæ *Vox* iſta ſit *Chriſti* non explicant, Tres Patres, Ambroſius: tantum velle, ne cũ ſolis colloquatur *Amicis*, Angelis ſuis ſcilicet, ſed ſe etiam eiuſdem Sermonis faciat participem. Ex his, qui voluere *Chriſti* ipſius eſſe verba, quidam *Vocem* interpretantur, prædicationis Euangelicæ ſonum. Caſſiodorus, Gregorius, Beda. Alij diuinam legem, quam ſemper debet in ore habere, prædicando, orando, pſallendo. Sic Rupertus, à quo parum abit diuerſus Anſelmus: Honorius vtrique hæret, notatque, tunc libenter à Deo *Vocem* audiri *Sponſæ*, cum, non terrena, ſed diuina ab illo poſtulat. Hæc placuere de recentioribus quibuſdam. Vox *precum tuarum, vt Angelis, ac Beatis omnibus, ſic mihi eſt optata, & iucunda. Illi optant ad me perferre, & pro te intercedere: ego deſidero illis, tibique ſatisfacere.* Hinc autem aduerſus Nouatorum deliria, negantium, noſtras preces ab Angelis, Sanctiſque in cœlo regnantibus audiri, argumentantur. Nam qui *Auſcultant*, certè audiunt, atque oblectantur mortalium pietate. Id alterius loci eſt.

Sequamur plurium ſenſum, & qui hæc *Chriſti* eſſe verba diximus ad *Eccleſiam*, vt in ea parte eſt, quæ religioſas familias continet, hæc de illis omnibus earum actionibus interpretemur, quæ propriæ illius ſtatus ſunt. Siuè ergo de illis ſermonem eſſe velis, quæ ſolam contemplationem conſectantur, intelliges, *Vocem Sponſæ Eccleſiæ* ſuauem, humilem, pudicam; ideòque *Sponſo*, & Angelis illius gratiſſimam, omnibuſque illis, qui Angelorum vitam moreſque, ſiuè in cœlo æmulantur, ſiuè in terra exprimere conantur in ſe: Hymnos dico, Pſalmos, Cantica, inuocationes; in quibus omnia ſunt, vel ſimplices præcationes, & petitiones, vel confeſſiones, & laudationes, ſiuè ad laudandum inuitationes, & cohortationes, vel gratiarum actiones; vel pij quæſtus, lamentationes, ſuſpiria, expoſtulationes. Quin & actiones cæteræ, cum tametſi lingua tacet, animus tamen in ſe ipſo collectus loquitur, ac tacitis vocibus vota promit, & affectui omni ſoluit habenas, laxatque omnes. Sæpè ſilentij vox acrius Dei aures ferit, & ſuauius ſonat, quam repetiti clamores: &, ſi alterum omittendum eſt, præſtat pauca loqui, multa corde verſare, atque affectu ſentire, quam arida verba, nulloque animata affectu animi, multiplicare. Id Chriſti documentũ eſt: *Orantes autem nolite multum loqui, ſicut Ethnici; putant enim, quod in multiloquio ſuo exaudiantur*. Matth. 6. 7. Multum ore Phariſæus ille loquebatur, qui tamen loquacitate ſua id conſequutus eſt, vt moleſtus eſſet illi, qui eum loquebatur; ideò merito repulſus vacuus eſt, qui tinnitu verborum ſonantium plenus, palcere Dei aures vento ſe poſſe putauit. Breuius ſe Publicanus expediuit, qui totis vix verbis quinque, multo plura, quam petierat, impetrauit, quia ſcilicet parcus verbis, largus animi demiſſione, atque veri affectus pietate fuit: parumque ore locutus, non verba profudit, ſed animum, totamque cordis vim iactauit in Deum. Sciebat enim, Deum probatorem magis eſſe cordis, quam linguæ, & vbi æſtuaret ſuo feruore animus, oris officium admodum non requirere. Audit ergo libentiſſimè *Sponſæ vocem*, cum illa affectu magis animi, quam vacuo verborum ſono, illius magis cor, quam aures pulſat: vtrumque ſi coniungat, omne ſe tuliſſe punctum, ac meritò arbitratur, quæ ſe ſciat *Sponſo* totum debere, quo viuit, & vocem, qua loquitur, & animum, quo, quidquid eloquatur, velut nouo animat ſpiritu, ne mortuæ voces importunius, quam gratius feriant Dei aures.

Si autem ne illas quidem ſacras familias ab hoc cenſu remoueas, quæ contemplationem cum actione coniunxere, in id ſcilicet inſtitutæ, ex fine primario, vt proximorum ſe ſaluti impenderent, poſt propriæ perfectionis ſtudium, non errabis; ſiuè enim in receſſu ſibi ad tempus, & Deo vacent, rerum diuinarum contemplationi hærentes, tantiſper ſepoſita proximorum cura; ſiuè iterum ſeſe animarum negociationi tantiſper velut relicto receſſu, permittant, vt multos Deo lucrifaciant, ſuauiſſima ſemper voce Dei aures oblectant; & quidquid egerint, obſtrepentibus etiam hominum turbis, grata modulatione illius animum mulcent. Niſi vero putas, Suauius ſonare Pauli voces, dum, in tertium raptus, ſuper omnes nubium ſinus, cœlum, myſteria illa, ac ver-

Iuſtus Vrgel.
Theodoretus.

Tres Patres.
Ambroſius,
Quæ ſit iſta Eccleſia vox.

Caſſiodorus.
Gregorius M.
Beda.

Anſelmus.
Honorius.

Beati in cœlo preces Eccleſiæ audiunt.

Vox Eccleſiæ actiones Religioſorum propriæ.

Pſalmodia, Hymnodia, preces.

Contemplationis actus omnes

Voces cordis Deus melius audit, quã linguæ. *Matth. 6. 7.*

Loquacitas Phariſæo nocuit, Publicano parcitas profuit.

Deus probatur magis cordis, quam linguæ.

Vox Eccleſiæ etiam actiones religioſæ, quæ in aliorum ſalutem ordinantur.

Paulus non gratior Deo ad cœlum raptus, quã Euangeliũ prædicans

Digitized by Google

Quam dum Apoſtolicum munus implet.
Sibi parere in eo labore noſtius.
Vocemque reddi-tibus prædicantis angulis orbis.
Habes, & exemplum in Xauerio.
Cum dicebat: ſatis eſt Domine.
Et cum terra, & mari duriſſima tolerat.
Vt multos ad Chriſtum adducat.

ba arcana ſeù loquitur, ſeù audit potius; quàm cum, medijs ſæcularis pelagi fluctibus, ac Gentilitatis ſylua frementium beſtiarum, animarum vacat operi; & Apoſtolici muneris omnes implere partes conatur: tam laboris nobiliſſimi auidus, vt expleri minimè videatur poſſe. Ergo, & grata illius *vox* eſt cum doctrinæ voce tonat orbis angulis reſonantibus, eundemque reciprocante ſpiritu geminantibus ſonum; &, cum, ſupra humana ſe diuinorum contemplatione tollens, dicit; *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*. Philip. 1, 22. Nec auidius auditus Magnum illud ſui ſæculi miraculum, ac velut rediuiuus Paulus, Franciſcus Xauerius, cum cœleſtium conſolationum exeſtuans flumine, deducto manibus ſinu, velut capere haud poſſit affluentiam gaudiorum, & inſinuantis ſe ſe ſpiritus magnitudinem, clamat: *Satis eſt, Domine ſatis eſt*, quàm cum, eruentatis offendiculo pedibus, itinera & longa, & difficilia emetitur, vt viam aperiat Euangelio: aut cum, vt militem flagitijs multis infamem ad meliorem frugem reuocet, nauim conſcendit, ac frementium ſe fluctuum furori committit, vno eodemque tempore cum horrentis pelagi furore, ac cum obſtinatiſſimi cordis contumacia conflicturus, donec geminata confecta pugna, ac duplice clarus victoria Angelorum ſpectatorum voce laudetur. Has ergo *Sponſa* ſuæ voces *Chriſtus Sponſus*, quia libentiſſime audit, ſæpius, vt canat hortatur.

S. Franciſcus Xauerius æquè Deo gratus cum diceret: ſatis eſt Domine, & cù terra, marique propter Euangelium periclitaretur.

VERSVS XIV.

FVGE, DILECTE MI, ET ASSIMILARE CAPREÆ, HINNVLOQVE CERVORVM SVPER MONTES AROMATVM.

COMMENTARIVS.

VOces hæ ſunt *Eccleſiæ* in nobiliſſima ſui parte, ſcilicet familijs religioſis, quibus vota ſua indicat ſecedendi cum *Chriſto* á negotioſa vita, atque implicita. Quia autem omne religioſæ vitæ opus duabus ex partibus impletur, & *ſeceſſu* à turbis ſæculi, negotijſque humanis, & *vnione cum Deo* per contemplationem, orationem, meditationem, Pſalmodiam, cæteroſque virtutum actus, quibus animus ab exterioribus auocatur, & ad Deum propius accedit, vt tenaciùs illi hæreat: aptè vtrumque ſignificatum eſt: alterum ſimilitudine *Hinnuli Capreæque* effuſæ incurſum, atque auia, ac prærupta muntium petentis; alterum per *Aromatum Montes*: nam, & *Montibus* propter eorum celſitatem, & cœlo vicinam ſtationem *oratio* ſymbolicè ſignificatur, qua eleuamur ad Deum, & *Aromatibus*, fragrans virtutum ſuauitas, qua animus ſuauiſſimè Deo ſpirat. Quia autem nihil horum fieri, niſi aſtante, & fauente Deo, poteſt, ideò & *Chriſtus* ad *Fugam* inuitatur, quo ſcilicèt & comite, & ſocio *Eccleſia* currat. Sed eam extrémis verbis eloquentem audiamus.

ENARRATIO.

AD ſeceſſum Sponſam hortaris, id eſt, ad eius vitæ rationem, cui id omnino conſtitutum, vt, hominũ peroſa ſocietatem, importunam ſemper, & grauẽ ituris ad te, ſibi omnino vacet, & tibi; per arctiorẽ pietatẽ, id eſt, per Euangelicorum conſiliorum vſum, coniungendam arctius tibi. Solitudinem ergo ſuades, qua liberiores, ac puriores auræ, nullis fuſcatæ nebulis, aut praue halitu corruptæ, ſpirant; ſerenoque cœlo, nulliſque fœdato nubibus, aſtra collucent, tacitis vocibus, & tibi laudes concinentia, & hominum ſtudia prouocantia. Et me quidem eo votis contendere ſentio, quo voce me, atque hortatu tuo inuitas. Quid enim gratius, quam ſi, nullo impediente, aut turbante gaudia,

 perfruar

perfruar te: vnique coniungar? Quid ſuauius, quam ſi, quidquid virium animo eſt, quidquid ſpiritus corpus viuificat, tibi impendam, vt nec mente aliud, quam te cogitem; nec lingua aliud, quam te loquar: nec voce aliud, quam te canam? Me tunc vere beatam, immo æternæ felicitatis candidatam! cui licebit in terris cœlites imitari vita, & vocibus æmulari. Sed niſi mecum ipſe ſeceſſeris, comeſque, & ſocius hæſeris lateri, ſola quid poſſim! Arduum eſt quidquid molior: & fruſtra conatus fuerit omnis, ſi abſis ipſe. Scio tibi placuiſſe ſemper ſeceſſus agrorum, montiumque aſpera, ac confragoſa habitata libenter: ſæpeque, dùm inter tuos verſarere, adhuc mortalitati ipſe obnoxius, ſola camporum, ac ſyluarum petita, vt rerum cæleſtium contemplationi vacares, meque, quid facere oporteret, doceres. Age, mi Dilecte, & quando ad officium prouocas, ne deſere tuam. Prei tu: ſubſequar ipſa. Hinnuli capreæque docent exemplo, quid feceris ipſe: quid ipſa nunc faciam. Auia montium curſu petunt, vt lateant homines: & cum occupauerint ſumma, aromatum tuti ſuauitate paſcuntur. Habeo, quorum ipſa exemplo, & oculaitibus me turbis ſubducam, & in tuto locem: Habeo, & ipſa meos montes, e quibus de proximo cælum ſuſpirem: & aſſidua prece Patris ſummi aures fatigem: ſubuectoque in beatas illas ſedes animo, inter æthereæ aulæ ciues mixtis vocibus laudes canam: dumque incolatus hic tardat, ſolitudinem ſoler mæſta: donec, te ducente ipſo, ac plaudentibus angelis, cælo recipiar.

SVM. COM.

NOTATIO XLV.

FVGE DILECTE MI. ET ASSIMILARE CAPREÆ.

I.

Similia verba cap. 2. 17 habẽtur.

Sed cum nonnullo diſcrimine

Quod ſuam habuiſſe cauſam dicemus.

De ſenſu varia ſententia.

Fugere, quidam exponunt, ab impiorum conſortio recedere.

In his Gregorius, & Ambroſius.

Cuius verba in eam rem ſatis apta.

Sed id, vel tropologicum, vel accommodatitium eſt.

Vel ſenſum non explet.

Nam id fie i cupit ſponſa, quod nõdum eſt factũ.

Alter idem Ambroſius.

Hortari Chriſtũ, vt fugiat in infirmis.

Et perſequutioni cedat.

Sed nõ hæret hæc interpretatio.

SIMILIA *Verba habes Cap. 2. 17. Reuertere: ſimilis eſto Dilecte mi, Capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper montes Bether*; duplice tamen diſcrimine: nam illic pro, *reuertere*, eſt in fontibus vocabulum SABAB, *circuire*, *ſiue*, *reuertere*; hic autem BARACH, *fugere*, ſeù potius, *accelerare*, & *properare*: Et priore loco: *ſuper montes Bether*, hoc autem: *ſuper montes Aromatum*. Id non ſine cauſa fuiſſe factum, paulò poſt oſtendemus; nec inani ratione monſtrabimus. De nexu cum ſuperioribus dictum in commentario eſt; nec adijcere quidquam eſt, neceſſe. De ſenſu arcano operoſior diſputatio, propter variantes Interpretum Græcorum, Latinorumque ſententias. Quidam *Fugere* interpretantur ab improborum hominum ſocietate, ad piorum conſortium ſe recipere. Sic ferme Gregorius hoc loco, & Ambroſius lib. 3. de Virgin. cuius poſui pauca verba: *Fugit plateas: fugit conuentus, & ſtrepitus fori, iuxta, quod ſcriptum eſt: Fuge Fraterne mi, & ſimilis eſto ceruo, & hinnulo ceruí. Serpentinis enim inuiſus colubris, & effugitans cœnum, atque humi reptantibus infeſtus ſerpentibus, neſcit commorari, niſi in talibus Eccleſiæ filiabus, quæ poſſunt dicere, Chriſti bonus odor ſumus.* Nec abſimilia tres apud Theodoretum PP. Sed id, præterquam, vel tropologicum eſt, vel accommodatitium, minus ſenſum explet horum verborum, mentemque loquentis *Eccleſiæ*; ſtatim enim apparet, id *Sponſam* petere, quod fieri ab *Sponſo* velit: non enuntiare, quod facit. *Fugit* quidem ipſe ſemper ea ratione à peccatoribus: & cum pijs, iuſtiſque conuerſatur libenter; nec opus erat, vt admoneretur id facere, quod facit ſemper. Aliud eſt, quod *Eccleſia* petit, vt faciat, quod ſcilicet minimè obtinebat. Alium ſenſum indicauit Ambroſius idem Pſal. 118. Serm. 22. extremis pænè verbis. *Quæ plus Sponſo, quam ſibi timet, aut quia à perſecutoribus Chriſtus magis appetitur, in nobis, ideo ait: fuge, Dilecte mi, Propter infirmos fugit, qui tamen tentamenta grauiora ferre non poſſunt.* Sed difficile, ſi ſic interpretere, hæc cum ſuperioribus nectes; nec apparet qua rerum conſequutione, quæ immediatis verbis, & *hortorum cultrix* eſt dicta, & ad concinendum prouocata, de perſecutoribus, & imbecillium fidelium fuga, in quibus, & *Chriſtus fugere* dicatur, mentionem faciat.

. . . SABAB. circuire.
. . . BARACH. accelerare, properare.

Fugere ab impiorum conſortio ſeparari.
Gregorius.
Ambroſius.

Tres Patres.
Fugit ſemper Deus à peccatoribus, & cum iuſtis conuerſatur.

Ambroſius.
Fugit Chriſtus cũ infirmis perſequutionis tẽpore.

II.

Alij, vt incomprahenſibilis perſeue et.

Sed neque id hæret, quanquam, et Ruperto, & Gregorio placuit.

Eodem cenſu cenſendus Ruperti ſenſus, quem & Gregorius lib. 17. Moralium innuit, hæc referentis ad Dei incomprehenſibilitatem. *Tu*, ait Gregorius, *qui ex carne comprehenſibilis factus es, ex Diuinitate tua intelligentiam noſtri ſenſus excede, & inde ipſo nobis incomprehenſibilis permane.* Neque enim ſatis apparet, quo hic ſenſus aptari pacto ſuperioribus poſſit: maximè ſi illa iuxta Gregorij, ac Ruperti ſenſus interpretere, aut

Fugit Deus ſæpe, quia incomprahenſibilis.
Rupertus.
Gregorius.

de

SVM. COM.
Neque conſonum his, quæ ab vtroq; ſunt ſupra poſita.
Alioqui fruſtra id orat Eccleſia, vt fiat.
Quod non eſſe nō poteſt.
Nec placet, quod alias Ruperto placuit.
Orare Eccleſiam, vt gaudia differantur.
Dum in hac vita in acie eſt.
Nam id litterale non eſt. III.
Bedæ interpretatio vtilis, non litteralis.
Quia Deus ſæpè abeſſe gaudet.
Hortari eum, ſi abeſſe contigerit, diù ne abſit.
Sed ſponſam reuiſat.
Is ſenſus paraphraſi explicatur.
Qui pius, & grādis eſt
Nec extremi huius Cantici maieſtate indignus.
Sed facile non eſt cum ſuperioribus nectere
Etiam ex Beda ſententia. IV.
Si authoritati cedendum.
Regreſſum in cœlū Chriſti hic deſcribi dicēdū eſſet.
Sed ad rerum nexum reſpexiſſe hi Authores non videntur.
Eſt ergo hic ſenſus accomodatus.
V.
Eſt aliorum ſententia grauis.
Nec inepta ad verba ſi ſeorſim conſideres.
De corona Eccleſiæ poſt laborē in fine.
Rogatam à Chriſto ſuperius, quid præmij à ſe optet.
Reſpondere, cupere ſe labore confecto omni.
Vt ſe ſecum abripiat in æterna gaudia.
Sic Honorius, Aponius, Theodoretus.
Cuius in eum ſenſum verba tranſcribimus.
Sequuti de recentioribus quidam.
Eſt autem ſenſus haud indignus Cātici maieſtate.
Sed non facilè nectendus cum præcedentibus.
Quanquam id neglexiſſe ſæpè, quidam videntur.

de prædicationis voce; quod Gregorio placuit; aut de ſtudio, & doctrina ſcripturarū, quod Ruperto. Hoc primum eſt: alterum; haud etiam intelligitur, qua ratione hortetur *Chriſtum Eccleſia*, vt incomprehenſibilis perſeueret. cum id & natura ſua habeat, nec exuere vnquam poſſit: cum contrà videatur aliquid orare, vt faciat, quod poſſit non facere. Vidiſſe id mihi Rupertus viſus eſt, qui ideo comprehenſionem hanc à qua Deum dehortatur, ad vitam hanc refert, quaſi id illa velit, dum adhuc pugnas ciet, & prælia meditatur, haud tempus eſſe gaudiorum, qualia cœlitibus data ſunt, ſed ærumnarum. Ideoque adhuc conflictura cum hoſte auxilio potius indigeat, quam corona, quæ, non niſi poſtquam vicerit, ſit donanda. Id vtile eſt; ſed, præterquam, quod litterale minimè eſt, haud apparet, quo pacto connecti cum ſuperioribus poſſit. Alium apud eundem interpretem ſenſum habet, quem, apud illum videre potes.

Bedæ interpretatio; tametſi, & ipſa ad tropologiam magis, quam ad litteram facit, quia vtilis tamen eſt, omittenda non eſt. Non hortari ad fugam Sponſum: quis enim abeſſe ab illo velit? Sed memorem conſuetudinis Dei, qui ſæpè medio ſermone ſe proripit: &, cum proximus exiſtimatur, longius abſcedit, id velle, ne, ſi ſubtraxerit aliquando ſe, diu abeſſe velit. imitetur potius *Hinnulum*, aut *Capream*, quæ curſu tametſi auia quærit, facile tamen, ac ſæpè recurrit: Sic ſuperius cum dixiſſet: *Similis eſt Dilectus meus capreæ*, mox addidit. *En ipſe ſtat, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Cant. 2. 9. *Scio moris tui eſſe, Sponſam ſæpe abſentia probare: Haud alias leges tibi dico: fuge, & proba. id oro, ne perpetuo, & diu abſis: viſita ſæpe, ac præſentia tua, foue abſentia marcentem. Scio, quibus me viuere legibus in hoc exilio velis: ſcio, quid diſtet exilium à Patria; nec fieri omnino poſſe, vt, qui nunquam à ciuibus ſuis abes, non ſæpe peregrinis, exulibusque te ſubtrahas. Durum eſt à te abeſſe, vel momento: diù te carere mors eſt: nec paſſurum, credo, tuam mœrore confici, quam potes frequenti viſitatione refouere.* Grandis hic ſenſus eſt, nec extremi huius Cantici Maieſtate indignus. Sed vt dixi magis ad tropologiam quam ad litteram ſpectat: & alioqui haud facile necti cum ſuperioribus poteſt, etiam ex Bedę ſententia, qui ſuperiora de prædicationis voce interpretatur. Indicat etiam hunc ſenſum Angelomus.

Si ſola authoritate, ac numero duceremur, in verbis hiſce *Chriſti* domini in cœlum regreſſum agnoſceremus. Sic cenſent de veteribus plerique Ambroſ. lib. de Bono mortis Cap. 5. Caſſiodorus, Philo Carpath. Iuſtus Vrgel. Aponius, Beda, Anſelmus, Bernardus Serm. 9. in Pſalm. *Qui habitat*. Sed non ſine cauſa monuit vir doctus, videri hos Interpretes, minus ad rerum ordinem, & interpretationis conſequentiam aduertiſſe. Nam certè, vt hoc loco de Aſcenſione mentio fieret, nulla cauſa erat: tam abrupto præſertim ſermone; cum nihil præceſſerit, cum quo aſcenſui *Chriſti* in cœlum vlla ſit affinitas: itaque hanc ſententiam, tametſi piam, inter accommodatitias recenſemus.

Supereſt quorundam ſentiendi ratio, quam negare non poſſumus, & grauem, & aptam his verbis enucleandis, ſi ſeorſim ſpectes; nec ſuperiora reſpicias: hæc ad ſecundum *Chriſti* aduentum referenda, cum conuerſis ad fidem infidelium reliquijs atque Euangelio toto orbe circunducto, tanto labore *Eccleſia* perfuncta, merito donanda præmio eſt. Hanc igitur ſuperiore commate moneri à *Chriſto*, vt edicat: quid præmij tantis pro meritis velit, nihil illi negandum iam eſſe: itaque *Vocem*, quam audire *Sponſus* auet, petitionem interpretantur. Eam autem hiſce ab *Eccleſia* verbis expreſſam. *Euge Dilecte mi. Iam tempus eſt, vt ex his me anguſtijs eripias, confectus labor eſt omnis, nihil iam ſupereſt ei, quæ ſtadium felici curſu fuerit permenſa, niſi, vt metas contingat: & brauio donetur. Aromatum montes petamus, in quibus æternum ver, neque vllo æſtu aut frigore mutandum, floribus arua depingit: vbi perpetua ſuauitas eſt, nec peritura felicitas: vbi beatorum ſpirituum ſociata agminibus mortalium agmina lætis vocibus concinunt laudes tuas, ac iucundiſſimo aſpectu fruuntur.* Sic ferme Honorius Auguſt. poſt Aponium, & Theodoretum, cuius poſui verba, in perſona ſponſæ. *Aduocans iuſtos ad paratum illis regnum à mundi conſtitutione, abſcede à prouidētia, quæ per ſenſus exercetur, dignos trahens ad ſublimitates gratiarum, nos ſpiritali odoris ſuauitate per diuinitatem perfundentium, quibus tu, quaſi capreæ, aut cerui hinnulus, venenoſas deſtruens feras, nequitiæ ſpiritus in nos ſæuientes interimas; & bello, quo nos oppugnant finem imponas.* Metuit hic ſenſus de recentioribus approbatores doctiſſimos quoſque. Et vero & in ſe grandis eſt, dignuſque, in quem tota Cantici huius deſinerit ſeries; ſi tamen aptè duci potuiſſet illa ad hunc vſque locum, & inoffenſo pede tantum ſpacium decurri: ſed eam euntibus viam, anfractibus ſæpè, atque hiatibus interruptam, haud raro non tam pedibus fuit opus, quam alis: vt, qua progredi veſtigijs non dabatur, volatu tranſire liceret. De his ſatis dictum in ſuperioribus à nobis, quibus

Rupertus.
Eccleſia dū militat gaudia beatitudinis aſpernatur.

Beda.
Deus ſæpè abeſſe a ſuis ſolitus, ne diù abeſſe velit oratur ab Eccleſia.

Paraphraſis.

Grandis ſenſus, & Cātici dignus maieſtate.

Angelomus.

Communis ſentētia, de aſcenſu in cœlū Chriſti.
Ambroſius.
Caſſiodorus.
Philo Carpath.
Iuſtus Vrg.
Aponius.
Beda.
Anſelmus.
Bernardus.
Angelomus.
VVilleramus.
Guillhelmus.
Alanus Inſul.
Orat Eccleſia Chriſtū, vt ſe de his anguſtijs liberam, locet in tuto in cœlis.

Is ſenſus paraphraſi enodatus

Honorius.
Aponius.
Theodoretus.
Honorius.
Legionenſis.
Oſorius.
Delrius.
Ghilerius.
Quorundam Interpretum exigua de cōſequētia interpretationis cura.

bus

Nobis autem ea fuit cura potiſſima. VI.

Ergo officia hac Eccleſia continent in Religioſis familijs.

Seceſſum ſcilicet, vnionẽ cum Deo, contemplationis otium.

bus alia interpretandi ratio ineunda eſt, ne cogamur ductum ab initio Cantici ad hunc locum expoſitionis filum in fine abrumpere, & in ſenſus parum accommodatos verba torquere, quod á quibuſdam factum fuiſſe animaduertimus.

Ecclesiæ in Religioſis familijs erga Deum officia.

Hæc ergo eo pertinere arbitramur, vt *Eccleſia* in pulcherrima ſui parte, familijs ſcilicet Religioſis, laudes per cenſeantur, & officia, Deo, ſuperiſque gratiſſima, ponantur ob occulos. Ea autem religioſorum cætuum bona triplice genere comprehenſa ſunt; & *ſeceſſu à ſacularibus curis*; & *Vnione cum* Deo: & *orationis*, ac *contemplationis aſſiduitate*. Primum illud *Caprea* ſimilitudine: alterum *Hinnuli*; tertium *Aromatum montibus* iudicatum eſt. *Capreas* ſoliuagas animantes eſſe, & locis alijs dictum eſt, & experientia ſatis compertum. Amant autem montium abrupta, ac ſola loca, quæ nullus hominum veſtigio preſſit; & gregatim quanquam incedunt, nulli, niſi ijs, quæ eiuſdem ſint generis, permiſcentur, velut aliarum animantium omnium conſortium fugiant. Frigoris, æſtus, aliarumque cœli, ac temporis iniuriarum patientiſſimæ; vt nec decidentes è nubibus imbres horreant; nec niuium importunitatem excipere tergis defugiant; quaſi non ſentiant algorem: ita aduerſus mala temporum à natura comparatæ, vt aduerſis videantur omnino gaudere. *Damaſcenus in vita Ioſaphat. Egreſſus autem Nachor animo compunctus, in denſiſſimam ſolitudinem Ceruus inſtar proſilijt*. Habes in *Capreis* imaginem Religioſorum Ordinum, ſiuè ſœcularium turbarum fugam, ac ſeceſſus amorem conſideres; ſiuè ſecurioris diſciplinæ rigorem, auſteritatemque conuictus; ſiuè demum communis vitæ ſocietatem, vbi ſinguli id ſcilicet ſunt, quod omnes; & vniuerſi, quod ſinguli. Nec ſolum de ijs loquor, qui vel ſolitariam vitam, vel locis remotam à mortalium cæteris, & olim inſtituere, & nunc etiam ſeuere conſeruant; Carthuſianos diu, ac Camaldulenſes, alioſque horum æmulos deſiderio latendi: ſed de ijs etiam, qui non tam locis, quam ſtudijs a ſæcularium conſortio diſcreti, ſe quodammodo ipſos fugiunt. *Nihil enim longinquius, quam a ſe recedere; nec regionibus, ſed moribus ſeparari; ſtudijs diſcretum eſſe, non terris, & quaſi interfuſo ſacularium curarum pelago conſortio frui ſanctorum*, profanorum ne voces quidem audire. Hanc ſeceſſus legem Tertullianus, cum aliud ageret, pulchre deſcripſit. *Ego nihil foro, nihil Campo, nihil curia debeo; nihil officio aduigilo, nulla roſtra praoccupo, nulla pratoria obſeruo; canullos non adoro, ſubſellia non contundo, iura non conturbo, cauſas non elatro; non iudico, non milito, non regno: ſeceſſi de populo; immo vnicum negotium mihi eſt, nec aliud nunc curo, quam ne curem, vita meliore magis in ſeceſſu fruare, quam in promptu. Sed Patria, & Imperio, Reique publice viuendum. Erat olim iſta ſententia; Nemo alij naſcitur, moriturus ſibi*. Tertul. lib. de Pallio.

Nam capreæ ſolitudinem amant.

Hominum fugiũt, conſortia.

Gregatim ſemper incedunt.

Frigoris æſtuſque patientiſſima sũt.

Vt aduerſa illa vix ſentire videantur.

Has imago Religioſæ vitæ tantum non ſpirans.

Tam eius, quæ ſolitudinem amat.

Et ſibi vni, et Deo vacat.

Quam eius, quæ non tam corpore, quam ſtudijs ſæculum fugit.

Et inter mortales degens, eorum cõſuetudine minimè maculatur.

Huius viuendi rationis habes imaginem apud Tertullianum.

Et quidẽ lectiſſimis verbis expreſſam.

Vt nihil pulchrius eſſe poſſit.

Capreatum ingenium, & mores, & vitæ ratio.

Religioſæ vitæ ſeueritas.

Fuga á ſæculo non tam locis, quam ſtudijs.

Ambroſius in cap. 15. Luca.

Tertullianus.

VII.

Auſteritas certè vita, vix alibi inuenitur.

In victu, veſtitu, labore, ſomno, vigilijs.

In caſtitatis ſtudio, et carnis mortificatione.

In paupertatis amore, et renunciatione perfecta.

In ſubiectione, & obedientia.

Qua maxima ſui victoria eſt.

En ſecuritatem diſciplina in Capream expreſſam.

Seueritas autem, & auſteritas illa diſciplinę Chriſtianę à *Chriſto*, & ſæpius commendatæ, & exemplo traditæ vitæ, per ſummos labores, & aſperitates actæ, ſi ritè conſtituas vix alibi, quam in familijs religioſis vmbram ſui reliquit, ne veram imaginem extra illas fruſtra quæras. Victus parcus, ieiuniorum ſtata tempora, veſtitus ab omni cultu remotus, ſubductas quieti atque otio horæ laxatæ labori corporis, animique ſtudijs: *in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame, & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate traducti dies*. Quid ſi & illa addas, quæ multo ſunt duriora, fibulam etiam licitis voluptatibus conſtrictam; carnemque laſciuire, vel audentem, vel meditantem freno cœrcitam; egeſtatem iudicio diuitijs antelatam; nec reliquiſſe ſolum omnia, ſed omnem facultatem iterum, quæ dimiſeris ſemel, reſumendi; maluiſſeque mendicato victitare, quam proprijs abundare; & quod ate ipſo potuiſſes affluenter habere, elegiſſe potius ab alterius ſperare ope: Iam de poſtrema ſui victoria, quid dicam, qua, qui omnibus alijs exuerat ſeſe, exuit & ſe ipſum per obſequium vni votum; vt iam ſuus eſſe non poſſit, qui ſe dominum natum ſciat? & qui ſuo poſſet, arbitrio alterius non ſolum viuat. Sed ferme reſpiret? Hæ ſunt auſteritates illæ quarum imaginem repræſentauimus in *Caprea*, quæ non tam horret quam quærit. Amant hæc ardua religioſi, nec modo cum præmunt, fortiter ferunt; ſed & cum abſunt ſtudioſiſſimè quærunt; ideo aptiſſimè in *Caprea* deſignati.

Auſteritas diſciplinæ Chriſtianæ vix alibi, quã in religioſis familijs viget.

1. *Cor.* 11. 27.

Caſtitas religioſa.

Paupertas.

Obedientia.

VIII.

Gregalis Capreatum vita, & cõmunis ſocietas.

Qua propria religioſa vita laus.

Cui diſcrimina ignota agendi.

Et pro viriũ modo diſtributi labores.

Tertium gregalis eſt vita, & quæ eiuſdem ſunt generis communis ſocietas, ab cæterarum animantium procul conſorcio: communia paſcua, communis & victus; & ad leuandam ſitim fontes; nullo diſcrimine bonorum, aut malorum: ſiuè quieſcendum ſub vmbra; ſiuè patiendum ſub æſtu. Hæc non de infimis religioſæ vitæ laus, cui viuendi diuerſitates ignotæ ſunt; cum ſingulis, eadem ſub lege viuentibus, eadem vitæ ſit ratio; ſiuè pſallendum, ſiuè orandum, ſiuè quid operis faciendum eſt, pro virium, ac valetudinis menſura onus imponitur: ne queri quiſquam poſſit, ſibi ſupra virium modum onus incumbere: atque cæteris otiantibus, labore ſe frangi. In his ergo ſimilitudinem cum *Capreæ* eſſe poſitam arbitramur.

Religioſorũ cõmunis viuendi ratio in Caprea deſignata.

NOTA-

NOTATIO XLVI.

HINNVLOQVE CERVORVM.

PErtinere *Hæc ad eam cum Deo coniunctionem*, quæ propria religioſi ſtatus eſt, proxima Notatione monuimus. Nec enim ſine cauſa factum putamus, vt, non ſimpliciter *Ceruus* in ſimilitudinem aſſumptus ſit, ſed omnino *Ceruorum hinnulus*, in quo, & in matrem tener affectus, & indiuuulſa ſocietas nota eſt; eaq; ſeu exiſtimatio, ſeu ſenſus, inſtinctuſque naturæ, vt nullam ſibi vitam eſſe ſine ea poſſe putet. Sequitur ergo totis mentibus errantem, nec ſe ab ea, vel ad momentum abeſſe patitur. Si quando, neceſſitate coactus, vel ad breuem moram reſtitet, contento curſu per auia fertur, donec hæreat lateri, habituque toto corporis, in ſpeciem mulcentis, ſibi de amata ſocietate gratuletur. Habes imaginem eius viuendi rationis, quæ Religioſorum eſt propria: quorum ea potiſſima cura, vt nunquam è conſpectu Deus abſcedat; nunquam ipſi recedant: quin, ſi quando videatur, quod ſæpè ſolet, ſeſe è conſpectu proripere; aut neceſſitate mortalitatis ipſi recedere, anxiè quærant, donec, vel per pericula mille inueniant, inuentoque arctius coniungantur; vtpotè, qui ſciant, omnia ſua ab illo pendere, nec ſecus ſibi conſtare vitæ rationes, quam ſi illi ſemper adhæſerint: *Qui elongant ſe à te peribunt, perdidiſti, qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt: ponere in Domino Deo ſpem meam. Vt annuntiem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.* S. D. E. Pſal. 72. 27. 28. Habes in prioribus verbis eorum, qui ſæculo ſeruiunt, viuam imaginem, ſiuè de iis accipias, qui ſenſim à Dei conſortio, cui prius aſſueuerant, ad creaturas deficiunt, ſiuè de illis, qui, laxatis prorſus habenis, ac domitis frenis, ruunt præcipites in interitum. *Elongantur à Deo* illi, & quo paſſu ad eius riuales concedunt, terrenorum bonorum inuitati amore, recedunt ab illo; fonteſque fœlicitatis puriſſimos fugientes, ſteriles, ſpurcoſque creaturarum latices conſectantur: Miſerum hoc eſt, ac deplorandum. Sed, ſi nondum amor hic creatarum rerum, tametſi ad adulterium properat, eo peruenit, vt arctæ creaturæ illos coniunxerit, quaſi in thori perpetui, ac maritalis vſum, nondum in extremo malo rei verſantur, nondum in totum receſſerunt à Deo, & pergunt quidem in interitum illi, nondum interiere. Ideſt, *Qui elongant ſe à te peribunt*: & *elongari* enim illius eſt, qui adhuc recedat; quippe, ſi pergat, omnino illi pereundum ſit. Et, *peribunt*, ad eos ſpectat, qui nondum in totum perierint. Deploranda multo magis aliorum infœlicitas eſt, qui conſuetudine elongandi ſeſe à Deo eo venere, vt iam in totum receſſerint; &, quaſi icto cum Dei riualibus ædere, ſeſe illis in ſeruitutem mancipârint. Status hic quidam eſt ſcilicet, quemadmodum cum abnegato miles Sacramẽto, diſcincto baltheo militari, defecit ad hoſtes: nouo iam cultu teſtatus nouum obſequium, & quaſi demerit ſibi redeundi ad legitima caſtra facultatem, nouo ſe Sacramento hoſtibus ſui Principis authorarit. Hos lugere amici, vt mortuos poſſunt, immo vt ſepultos, quibus nulla vitæ veſtigia, nullæ manſerint vires ad retexendum iter, quo in eam venere miſeriam. Hos periiſſe iam Propheta, nec ſine ratione dicit, non quod omnino eorum ſit deſperata ſalus, ſed quod difficillimè reuocantur ad vitam, iam fætentes in ſepulchro, nec quidquam eorum retinentes, quæ viuos probarunt: non calorem, non membrorum complexum, non ſenſuum organa, non formam hominum externam: Hos non alius, quam Chriſtus, ſuſcitet, & quidem, & gemens, & illachrimans, & validè clamans, de his dicitur ad Prophetam: *Putas ne viuẽt oſſa iſta?* Ezech. 37. 7. Et poſtquam ſpes data eſt futuræ reſurrectionis, adhuc multo molimine opus eſt: *Factus autem eſt ſonitus, & ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnum quodque ad iuncturam ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt, & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebant.* Sic ſcilicet à quibus tàm longè aberat vita, præparandi erant, vt viuerent. Et tamen qui longiſſimè receſſerat ſpiritus, nonniſi ægrè reuocatus eſt, ac poſtquam Dei ingens audita vox eſt: *A quatuor ventis, veni Spiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant.* Tam difficilè nimirum eſt, eum qui à Dei caſtris defecit ad hoſtes iterum reuocari. Atque hæc mala plerumq; ſæculum ſolent infamare, eoſque qui viuunt in ſæculo diuexare.

Hos illi ſcopulos fugiunt, qui ſæculi fugere pericula, ac ſub arcta religioſi ſtatus diſciplina militant Deo, quidquid alienum eſt procul habentes, velut ad ſe non pertineat. Hi quo magis à ſæculo receſſere, terrenis omnibus curis abnegatis, arctius Deo coniunguntur; quoque magis propè hærent, verius illud eſſe cognoſcunt, immò & ſen-

SVM. COM.

I.

Ad coniunctionẽ cum Deo hæc pertinent.
Ideo in ſimilitudinem hinnulus aſſumptus eſt.
Matrem ſequitur, nec ab ea diuelli ſe patitur.
Nec vitam aliam putat ſi ab ea abſit.
Id ſtudium religioſos tenet, nunquam abſcedendi à Deo.
Si id neceſſitas cogat anxiè quarũt.
Diſcrimen id vel maximum inter ſæculum, & religionem.
Dauidis verbis expreſſum.
Elongãtur à Deo, qui ſenſim ad creaturas deficiunt.
Quorum conditio deploranda.
Sed ſi nondum arctè creaturæ adhæſerint.
Nondum in extremo malorum verſantur.
Pergunt in interitum, ſed nondum periere prorſus.
Deterior aliorum conditio.
Qui fœdus cum creatura fecere.
Et hoſtibus Dei nouo ſe authorarunt Sacramento.
Hi nõ mortui modo, ſed & ſepulti, periere omninò.
Difficillimè ſcilicet reuocandi ad vitam.
Nec ab alio, quã à Chriſto.
Nec niſi illachrimãte & clamãte.
Id ab Ezechiele expreſſum.
Nec niſi ingenti factum molimine.
Vt ægrè ſpiritus reuocaretur.
Nec niſi contenta vocatus voce.
Id malum ſæculares ſæpè premit.

II.

Contra qui ſub religione Deo ſeruiunt.
Quo magis à ſæculo receſſere.

Religioſorũ ſtudium a Deo nõ recedendi, in Hinnulo expreſſum.

Hinnuli in matrem tener affectus.

Pſal. 72. 27. 28.

Elongantur a Deo peccatores qui ſenſim ad creaturas deficiunt.

Miſer eorũ ſtatus, qui creaturis, velut vxoribus adhæſere.

Hi inter mortuos, ac ſepultos computandi.

Hos ſolus Chriſtus ad vitam vocat, nec niſi lacrimans, & clamans.
Ezech. 37. 7.

Horum imago expreſſa ab Ezechiele.

Religioſi quo Deo magis hærere conantur.

Digitized by Google

Propius ad Deum accedunt.
Sentiuntque, quā bonum ſit adhærere Deo.
Quoque magis hærent, magis hærere conantur.
Si ad tempus ſubducat ſeſe.
Odore illius incitati; auidè quærunt.
Ideo adoleſcentibus accenſentur.
Quia ſemper nouis augmentis in amore creſcunt.
Nouis viribus cōfirmantur.
Ita ſemper Deo hærentes, hærere magis conantur.
Quo ad morte cōſummari, ita hæreant, vt diuelli non poſſint.
Hoc ſtudium Eccleſia in nobiliſſima ſui parte Hinnuli ſimilitudine ſignificatum.

& ſentiunt, dulce eſſe in conſortium domeſticorum admitti, lætumque illud canūt: *Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam: vt annuntiem omnes prædicationes tuas.* Harum id vnum ſtudium eſt, vt magis in dies hæreant, nouo ſemper id conatu agentes, vt illi per caritatem vniantur, cui viam parat ſtudium ardens recedendi à creaturis. *Hinnuli* ſunt matribus pone hærentes, nec omninò, vel ad momētum ſi poſſint, recedentes. Quod ſi vel naturæ neceſſitate abeſſe contingat vel quia ille; vt amorem incitet ſeſe ad tempus ſubducit, odoris ipſo, quem *Sponſus* ſpargit, indicio, & auidè quærunt, & gaudentes inueniunt, incitatum ſemel curſum ſemper incitantes acrius, vt arctius vniantur. S.D.E. *Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.* Cant. 1. 2. Mirum eſt. *Adoleſcentulas* ſemper eſſe, quæ ſponſum ſequuntur: cum verè, & veteranæ etiam animæ multiſque ſtipendijs claræ pone ſequantur, immo & propius hæreant, & tenacius coniunctæ ſint. Sed ſi, quid *Adoleſcentularum* ſit proprium, conſideres, facilè intelliges, quanta cum ratione, quicumque *Sponſum* propius inſequuntur, qui certè aut nulli ſunt, aut religioſi ſunt, eo nomine inſigniantur. Nam *Adoleſcentia*, quod & nomen indicat, ætatis illa pars eſt, qua ſolent homines augeſcere, nec modo mole creſcere, ſed & viribus confirmari, ad ætatem vſque perfectam, ſtatumque virilem. Quibus ergo datum eſt, vt ſemper *Sponſum* ſequantur, & arctius coniungantur illi, nullo coniunctionis huius ſtatuto termino, dicantur *Adoleſcentulæ*, vt augmenti illius in vnione cum Deo nomen ipſum indicium ſit. Eundum ſemper eſt, dum viuimus, & continuis augmentis inſtandum, quoad, morte conſummato itinere, comprehendere detur, quidquid hactenus votis potius ſequi, quam manu contingere datum eſt. Hoc ergo ſtudium *Eccleſia*, Deo ſemper arctius hærendi, in nobiliſſima ſui parte, religioſis dico familijs, ſimilitudine *Hinnuli Ceruorum* indicatum eſt, & quidem maxima cum ratione: in vna enim animante, & affectus in matrem teneritudo, & ſtudium nunquam ab illius latere recedendi, ſimilitudini ſeruiebat.

Pſal. 77. 28.
Coniunctioni cum Deo receſſio à creaturis viam parat.
Cant. 1. 2.
Adoleſcentiis ætas augmēto deſtinata hominū.
Iuſti adoleſcentulæ dicti, quod ſemper in amore creſcant.
Eccleſiæ ſtudiū magis hærendi Deo in Religioſis ordinibus cōmendatis.

NOTATIO XLVII.

SVPER MONTES AROMATVM.

I.
Oratio, & contemplatio Montibus aromatum ſignificata.
Montes enim, vt altiores terris, ita cœlo viciniores.
Quod vtrumque illarum propriū.
Quin. & montes purioribus auris perflantur.
Quæ reſpirationi noſtræ valitudini proſunt.
Et velut ſpeculæ ſunt, ad proſpiciēdum.
Sic Oratione halitus vegetus trahitur.
Quo vita, & ſalus animæ cōſtat.
Ideo ille os aperire ſolebat, vt traheret ſpiritum.
Vitalem ſcilicet, et ſalubrem.
Oratio enim animæ os eſt quo reſpirat.
Illud aperit, qui petit, qui quærit, qui pulſat.
Quæ viuentium ſunt actiones.
Quibus Chriſtus ſpiritum bonum pollicetur.

SVPEREST, *tertium illud, quod Montibus Aromatum* ſignificatum diximus, Orationis, ac contemplationis aſſiduitas, quæ vero vocabulo fons eſt, vndè infinita bona, velut riuuli, in religioſos manant. Rite autem *Montibus*, quorum altitudo, & à terrarum contagio remotior eſt, & propius ad cœlum accedit, *Oratio*, ac *contemplatio* ſignificatæ ſunt: quarum altera animus à terrenis abducitur: altera cœleſtia complectitur, quantum fas mortali eſt. Et vero *Montium* celſitatem multa commendant: nam, & purioribus flatibus auræ ſpirant, nullo terrarum halitu peſtilente infectæ, ac velut adhuc Virgines, atque intactæ; quæ, anhelitu tractæ, vitalia recreant; vt ſæpè ſine alio medicinæ remedio fractæ inualitudine vires reparentur, & corpori languenti ſalus reſtituatur: & velut ſpeculæ quædam ſunt, vndè liceat in ſubiectos latè terrarum tractus diſpicere, vnoque ſæpè intuitu, immo leui oculorum circumductu, quidquid imminet aliunde diſcriminis, præcauere. Id ſi ad *orationem* transferas, intelliges, quam aptè *Montibus* ſignificata ſit. Hic animus halitum illum trahit, quo non modo viuit, ſed valet: ac, depulſis ſæpè ſpiritalis inualitudinis cauſis, priſtinæ redditur ſanitati; vt valens, & vegeta, ſpeque meliorum ſuffulta vita propagetur. Id minimè illi ignotum erat, cum diceret: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam*. Pſal. 118. 131. Quibus in verbis, cum ſtudium ardens, atque vim orationis agnoſcant Ambroſius, & Auguſtinus, & ex illis Ayguanus; non tamen omnes eadem ratione interpretantur: illos habes. Cæterum ſi ritè examines, intelliges, *orationi* feruenti Os aperiri, vt vitalis ſpiritus attrahatur: & valens, & ſalubris, quo animæ vitalia recreentur, languorque omnis depellatur. Eſt enim *oratio* animæ Os, cui indita eſt reſpirandi vis, trahendique ſpiritus cœleſtis ſalubritatem; quæ alijs non datur, quam per *orationem* attrahentibus illam: Ideo dicebat Chriſtus cum *orationis* vim indicare vellet: *Petite, & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur*. Luc. 11. 9. 10. *Aperiri* ergo Os is verè dicitur, *qui petit, qui quærit, qui pulſat*; quæ omnes eius actiones ſunt, qui viuat; quique reſpiret. Ideo ſubdidit Chriſtus: *Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris; quanto magis Pater veſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe*. Luc. 11. 13. Mirum eſt, nō dixiſſe ſimpliciter, quod ordo verborum ipſe videbatur exigere,

Montes aromatum oratio, & contemplatio.
Montes à terra remoti, & proximi cœlo, puriore aere gaudent.
Montes ſpeculæ ad diſpiciēdum longè.
Oratione halitus trahitur ſanus, & valens.
Pſal. 118. 131.
Ambroſius.
Auguſtinus.
Ayguanus.
Oratio animæ os, quo ad vitam reſpirat.
Aperit os, qui petit, quærit pulſat.
Luc. 11. 9. 10.
Ibidem.
Explicatus Lucas.

Dabit

Digitized by Google

Dabit bona petentibus ſe, quemadmodum dixerat de Patribus: *Noſtis bona dare filijs veſtris.* Sed: *Dabit ſpiritum bonum*. Sciebat nimirum, *animæ os orationem* eſſe, cui ſit, indicū reſpirandi facultas, atque attrahendi *ſpiritum*; ideo quod oranti tribuitur à Patre, *ſpiritum* vocat: nec modo *ſpiritum* dixit, quod ſatis erat: ſed *bonum*, id eſt, purum, vegetum, ſalubrem, ſecumque, vtpote qui de cœlo ſit tractus, afferentem animæ ſanitatem, qua illius vitalia confirmentur. Nec alio ſenſu puto dictum: *Dilata os tuum, & implebo illud*. Pſ. 80. 11. *Os enim dilatare* ad trahendum ſpiritum eius eſt, qui vel extremè indigeat, vel auide copiæ impleri; paratus ergo Deus indigentium hominum cumulare vota, haud ſatis habet, ſi, aperto vtcumque ori ſpiritum ſuum iudat; dilatari etiam vult, & quantum animi facultas permittat, aperiri, quo abundantius ſpirare poſſit: ne ſcilicet parci in petendo ſimus; cum ille in largiendo parcitatem nunquam amet, immo fugiat ſemper. *Plenitudo enim*, inquit Ambroſius, *Chriſtus eſt: Qui implet omnia, implet os tuum. Scribe ergo quæ dicis in latitudine cordis tui, hoc eſt, os tuum clamet ad Dominum. Clamat os tuum & cum tacet: eſt enim interioris clamor affectus, qui auditur e cœlo.* Reſpiramus ergo, cum oramus; ſed *ſpiritum bonum*, ſalutaremque; quo & intima animæ reficiantur, &, languore pulſo, reſtituantur priſtinæ vires; & indies augeantur. Semper enim in his myſticis *Montibus* ſuaues auræ, nulloque contagio ſæculi corruptæ, ſpirant; ſi minimè deſint, qui, ore diducto, attrahant illas. Hoc primum eſt.

Alterum, quod in *Montibus* hiſce *Aromatum* ſignificatum diximus, eſt, Diſpiciendi ex edito loco in omnem partem facultas; lateque, & longe circunducendi aſpectum liberum, & obſeruandi quidquid, vel diſcriminis imminet, vel periculi, arceri, vt poſſit. Eſt autem hoc ingens *orationis* bonum, & illius proprium: eſt enim oculus animæ, ſine quo ipſa cæca ad omnem rerum aſpectum, turpi ſæpè errore fallitur; ſæpè ſui incerta ruit in præceps. *Statue*, inquit, *tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti. Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſque quo delitijs diſſolueris, filia vaga?* Ierem. 31. Errantem, ac vagabundam per creaturarum auia, animam, diſſolutamque delitijs admonitione ſalutari reuocat, ne tandem in interitum, qui erranti imminet, ruat. *Speculam* ſibi ſtatuat; recogitetque annos ſuos in *amaritudine*. Quod tantundem eſt, ac ſi dixiſſet; *De vertice montis myſtici ſpeculare, ea diſcrimina, quibus eam ſemel erepta meo beneficio frueris, in ea te iterum conieciſti*: eas *amaritudines* vocat, ſemper enim præteritorum malorum recordatio inſuauis eſt ei, qui ſemel expertus fuerit, quam dulce conſortium Dei fuerit ſibi. Sed nunquam tamen quantum deliquerit agnoſcit, donec in *orationis* verticem cum aſcenderit, priora ex alto veſtigia legerit, & damnarit: & *cor ſuum direxerit in viam rectam*. Significatur autem his verbis duplex animæ motus, & cordis directio, & rectæ viæ dilectus: nam & cordis ipſi errores corrigendi ſunt, & viarum ipſi anfractus, ac pericula notanda, ne iterum dum ab erroribus cauet, auia conſectetur; difficillimum enim eſt, etiam cum rectam ingreſſus viam fueris, tam multa diuerticula ſunt, eandem tenere. Huc facit, quod Hebraice legimus pro: *ſtatue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines*. *Statue tibi titulos, pone tibi cumulos*. Vtrumque enim interpretamur viarum indices ſeù *lapides*, ſeù *aceruos*, ſeù *tumulos*, quibus ſignari ſolent viæ admonendis viatoribus, ne ad aliena declinent. Et id proprium orationis eſt, & prioribus vijs, ſi tamen viæ peccatorum ſunt, notis indicijs ſigna ſtatuere ne facile minus aduertentibus imponant, & ſpecie rectitudinis fallant; & in interitum ducant. Si enim animaduerteris quibus veſtigijs properaris ad mortem, quibus locis à militari aberraueris via, facile eſt in futurum ab errore omni præcauere: & præterea arcta virtutum itinera, ſæpeque difficultatibus impedita, ſæpè inimicorum inſidijs parum tuta, conſtitutis certis locis eorum hominum, quibus contigit ea feliciter confeciſſe, exemplorum velut cumulis, conſignare, ne dubijs veſtigijs ſæpè hærendum ſit. Ergo id bonum *orationis* eſt, è qua velut ex altiſſima ſpecula facile eſt, omnia circumſpicere, ac ſingula præcauere: vt non immerito *Montibus Aromatum* ſignificata videatur. Hæc de *oratione* ſatis, qua à terrenis, eorumque amore abducimur.

Contemplationis, quam etiam in Montibus agnouimus, id proprium eſt, vt prope per eam accedamus ad Deum, & velut æternæ Beatitudinis candidati, in hac adhuc vita verſantes, beatæ viſionis partem libemus. Et vero legimus contemplandis aſtris, cœlorumque motibus, & ſtellarum influxibus, ſæpè ab Aſtronomiæ deditis ſublimium locorum vertices fuiſſe delectos, vel quia purior aër liberiorem in ſuperna aſpectum permitteret, vel quia propius intueri liceret, quidquid gereretur in cœlo. Nec ſine cauſa Dei excepturus mandata in Montem iubetur Moſes aſcendere, neque Dei conſortio dignus habetur, eiuſque de proximo faciem aſpicere, dum inter humilia terrarum, & velut contagio quodam terreno fœdata verſatur. *Aſcende*, inquit, *ad*

Dominum

Quod minus aptè dictum videri poterat.
Sed ſciebat animæ os orationem eſſe.
Quo ſpiritus ad vitã attrahitur.
Atque id eſt os implere ad ſatiū.
Nam nō ſatis Deo vota mortalium cumulare.
Dilatari etiam os iubet, vt largius ſe infundat.
Quod in tempore monitum eſt ab Ambroſio:
Ergo cū oramus, animus reſpirat noſter.
Et ſpiritum ſalubrem attrahimus.
Qui ſemper in his montibus ſpirat.

II.

Vnde etiam diſpiciendi longè facultas eſt.
Quod bonũ orationis propriũ eſt.
Quæ verè oculus animæ dicitur.
Id colliges, ex Ieremia.
Qui ſpeculari debet ex hoc monte.
Et diſcrimina diſpicere.
Quibus animo ſemel erepta ſit.
Et veſtigia vitæ prioris legere, vt corrigat.
Ideſt, & cordis errores corrigere, & viarum notare pericula.
Quod vtrumque neceſſarium, nec facile.
Sed & loca ſignare eſt opus, quibus aberrauerit.
Ne iterum aberrare contingat.
Id autem orationis eſt proprium.
Quæ, & diuerticula monſtrat
Et piorum exempla, qui fœliciter cucurrere.
Ideo montibus orationis altitudo ſignificata.
Qua à terrenis leuamur.

III.

Per contemplationem autem propè ad Deum accedimus.
Et propius in cœleſtium notitiam ducimur.
Ideo Moſes legem accepturus montem iubetur aſcendere.

Deum ſpiritum bonum dare petentibus ſe ſu docet Chriſtus.

Pſal. 80. 11.
Dilatare os quid ſit apud Danielem.

Ambroſius.

Reſpiramus cū oramus, & ſpiritum ſalubrē ducimus.

Oratio Oculus animæ, & montis e quo diſpiciūtur longè diſcrimina, vt vitet.
Ierem. 31. 21.

Ieremiæ locus expenſus.

Duplex motus animæ, cordis errorum correctio, & viarū directio, vt ad Deū eat.

Per orationem ſigna ſtatuimus in via ſpiritus ne aberrare poſſimus.

Contemplatio aromatum mōtibus ſignificata.

Moſes acceſſurus ad Deum iubetur montem aſcendere, & a vulgo recedere.
Exo. 24. 1. 2.

Digitized by Google

Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta Senes ex Iſrael, & adorabitis procul: ſoluſque Moiſes aſcendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus aſcendet cum eo. Ex 24.1.2. Et quidem quod promiſcuum vulgus arceatur à Dei congreſſu, ſuam rationem habet: non ſequitur ad excelſa, non aſcendit ad ſublimia, nec grauis popularibus vitijs animus facilè in cœleſtia ſubleuatur. Sed, quod nec ſeptuaginta ſeniores delecti de populo; nec ſaltem Aaron, & cæteri ſacrorum miniſtri ſinantur accedere, id mirum videri poteſt. Docemur ſcilicet ad apicem contemplationis non cuiuis datum aſcendere, nec humanæ eſſe opus diligentiæ, ac ſtudij; ſed vnius beneficium Dei, qui ſibi familiares, quibus cum humanius conuerſetur, arbitrio deligit: animique obtutum roborat, ne ad proximam lucem tantam caliget. Hi ergo *Aromatum Montes* ſunt, ad quos *Sponſum* Chriſtum inuitat *Eccleſia* in familijs religioſis, quibus ſolemne eſt, vt velut, & munere cœleſtium rerum *contemplationi* vacent. Accelerare ergo eum iubet, & eoſdem illos Montes feſtinum conſcendere; ſcit enim ſolam aut parum, aut nihil poſſe; ſi ille adſit, nihil ſibi fore imperuium, nihil difficile. Tacitè autem orat, vt perfectionis ſtudium in familijs religioſis præſentiſſima ſemper ope promoueat, vndè tantus orbi ſplendor, tanta *Eccleſia* ipſi commoda in omne tempus obuentura ſint.

Nec aliter Dei cōſortio dignus habetur.
Niſi ſemotus, a vulgo etiam loco.
Cui iure negatiuo aſcenſus.
Immo, & 70. Senioribus, ac ne Aaroni quidem permiſſus.
Eſt enim contemplatio paucorum, & vnius donum Dei.
Ad hos montem Deum inuitat Eccleſia in familijs religioſis.
Scit enim ſe ſolū non poſſe.
Tacitè ergo hortatur, vt id ſtudium in illis promoueat.

Cur nec populus nec ſeniores, nec ipſe Aaron ſinatur verticem montis aſcendere.
Contemplatio ſolius Dei donū, & paucis conceſſum.
Hortatur Chriſtum Eccleſia, vt orationis, & cōtemplationis ſtudium in religioſis promoueat.

IV.

Atque id exiſtimamus eſſe: *Fuge, & aſſimilare Capreæ, hinnuloque Ceruorum ſuper Montes Aromatum.* Nam originale vocabulum BARACH, vt Not. 16. num. 1. obſeruatum eſt, non tam *Fugere*, quam *Accelerare* ſignificat, & *properare*, ſeù *feſtinare*, quæ notio non etiam aliena eſt a verbo *Fugere*, cuius rei exempla ſuppetunt paſſim. Contrà cum ſupra cap. 2:17. dicitur: *Reuertere: ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ*, non idem eſt verbum, ſed SABAR, quod *circuire*, ſiuè *vertere ſe* ſignificat, accommodate ad locum illum, quo indicatam docuimus *Eccleſia* paraturam ad loquendum Deum, ſe per deſertum ducentem, tot per gyros, & ambages, vt paucorum dierum iter quadraginta ferme annis omnino conſtaret. Ideo montes BETHER dicti, ideſt, *aſperi*, ac *confracti*, & ſæpè *imperuij*. Hic quia aliud agebatur, non *circumducendi*, ſed *Fugiendi*, ſeù *properandi* verbum vſurpatum eſt: & *Montes* dicti *Aromatum*, quod ad eas virtutes deſignandas ſpectat, quæ propriè in Dei cultum feruntur: qualis *oratio*, ac *contemplatio*, & ad vtramque ſeceſſus neceſſarius. Atque hic finis litteralis Commentarij eſto. Omnia autem iudicio, ac cenſuræ S. Romanæ Eccleſiæ ſubiecta ſunto.

Id ergo eſt, fuge propera, feſtina.
Quæ vocis Hebrææ ſignificatio eſt.
Nec eadem, quæ alio loco reddita Reuertere.
Id enim hortamentum continet, vt ſe ducat per auia ſolitudinis.
Hic vt ſe per contemplationem, & orationem ad ſe leuet.

Fugere, pro accelerare, & feſtinare.
Reuerti, procircuire.

Commentarij Litteralis in Cantica Canticorum

FINIS.

Nec aliter Dei conſortio dignus habetur.

Niſi ſemotus, a vulgo etiam loco. Cui iure negatiuo aſcenſus.

Immo, & 70. Senioribus, ac ne Aaroni quidem permiſſus.

Eſt enim contemplatio paucorum, & vnius donum Dei.

Ad hos montem Deum inuitat Eccleſia in familijs religioſis.

Scit enim ſe ſolā non poſſe.

Tacitè ergo hortatur, vt id ſtudium in illis promoueat.

Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta Senes ex Iſrael, & adorabitis procul: ſoluſque Moiſes aſcendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus aſcendet cum eo. Ex 24.1.2. Et quidem quod promiſcuum vulgus arceatur à Dei congreſſu, ſuam rationem habet: non ſequitur ad excelſa, non aſcendit ad ſublimia, nec grauis popularibus vitijs animus facilè in cœleſtia ſubleuatur. Sed, quod nec ſeptuaginta ſeniores delecti de populo; nec ſaltem Aaron, & cæteri ſacrorum miniſtri ſinantur accedere, id mirum videri poteſt. Docemur ſcilicet ad apicem contemplationis non cuiuis datum aſcendere: nec humanæ eſſe opus diligentiæ, ac ſtudij; ſed vnius beneficium Dei, qui ſibi familiares, quibus cum humanius conuerſetur, arbitrio deligit: animique obtutum roborat, ne ad proximam lucem tantam caliget. Hi ergo *Aromatum Montes* ſunt, ad quos *Sponſum* Chriſtum inuitat *Eccleſia* in familijs religioſis, quibus ſolemne eſt, vt velut, & munere cœleſtium rerum *contemplationi* vacent. Accelerare ergo eum iubet, & eoſdem illos Montes feſtinum conſcendere; ſcit enim ſolam aut parum, aut nihil poſſe; ſi ille adſit, nihil ſibi fore imperuium, nihil difficile. Tacitè autem orat, vt perfectionis ſtudium in familijs religioſis præſentiſſima ſemper ope promoueat, vndè tantus orbi ſplendor, tanta *Eccleſia* ipſi commoda in omne tempus obuentura ſint.

Cur nec populus nec ſeniores, nec ipſe Aaron ſinatur verticem montis aſcendere.

Contemplatio ſolius Dei donū, & paucis conceſſum.

Hortatur Chriſtum Eccleſia, vt orationis, & cōtemplationis ſtudium in religioſis promoueat.

IV.

Id ergo eſt, fuge propera, feſtina.

Quæ vocis Hebrææ ſignificatio eſt.

Nec eadem, quæ alio loco reddita Reuertere.

Id enim hortamentum continet, vt ſe ducat per auia ſolitudinis.

Hic vt ſe per contemplationem, & orationem ad ſe leuet.

Fugere, pro accelerare, & feſtinare.

Reuerti, pro circuire.

Atque id exiſtimamus eſſe: *Fuge, & aſſimilare Capreæ, hinnuloque Ceruorum ſuper Montes Aromatum.* Nam originale vocabulum BARACH, vt Not. 16. num. 1. obſeruatum eſt, non tam *Fugere*, quam *Accelerare* ſignificat, & *properare*, ſeu *feſtinare*, quæ notio non etiam aliena eſt a verbo *Fugere*, cuius rei exempla ſuppetunt paſſim. Contrà cum ſupra cap: 2:17. dicitur: *Reuertere: ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ*, non idem eſt verbum, ſed SABAR, quod *circuire*, ſiuè *vertere ſe* ſignificat, accommodate ad locum illum, quo indicatam docuimus *Eccleſia* paraturam ad loquendum Deum, ſe per deſertum ducentem, tot per gyros, & ambages, vt paucorum dierum iter quadraginta ferme annis omnino conſtaret. Ideo montes BETHER dicti, ideſt, *aſperi*, ac *confracti*, & ſæpè *imperuij*. Hic quia aliud agebatur, non *circumducendi*, ſed *Fugiendi*, ſeu *properandi* verbum vſurpatum eſt: & *Montes* dicti *Aromatum*, quod ad eas virtutes deſignandas ſpectat, quæ propriè in Dei cultum feruntur: qualis *oratio*, ac *contemplatio*, & ad vtramque receſſus neceſſarius. Atque hic finis litteralis Commentarij eſto. Omnia autem iudicio, ac cenſuræ S. Romanæ Eccleſiæ ſubiecta ſunto.

Commentarij Litteralis in Cantica Canticorum

FINIS.

Digitized by Google

RESTAURO DEL LIBRO di LELLI MARIO

Digitized by Google

Google